FRANCISCI
Bonamici Florentini
E PRIMO LOCO PHILOSOPHIAM
ordinariam in Almo Gymnasio Pisano Profitentis,

DE MOTV LIBRI X.

QVIBVS GENERALIA NATVRALIS PHILOSOPHIAE principia summo studio collecta continentur.

NECNON VNIVERSAE QVAESTIONES AD LIBROS
De Physico auditu, de Cęlo, de Ortu, & Interitu
pertinentes explicantur.

MVLTA ITEM ARISTOTELIS LOCA EXPLANANTVR, & Graecorum, Auerrois, aliorumq; doctorum sententiæ ad Theses Peripateticas diriguntur.

ACCESSIT INDEX CAPITVM, RERVMQ. MEMORABILIVM.

AD FERDINANDVM MEDICEM MAGNVM Etruriæ Ducem Serenissimum.

EX SVPERIORVM CONSENSV.

FLORENTIAE,
Apud Bartholomaeum Sermartellium.
MDXCI.

FERDINANDO
MED. S. R. E. CARD.
AMPL. MAGNOQ. ETRVR.
DVCI SERENISSIMO.

FRANCISCVS BONAMICVS A BIFORTO. S.P.D.

ILEAM ego solus, & in tanta totius Etruriæ lætitia dum omnes boni te vnum suspiciunt, te in oculis vnum ferunt & tibi vno consensu gratulantur, iaceam torpens, nec aliqua significatione meæ erga te pietatis gaudium meum testificer, ac postquàm meæ lucubrationes multis ab hinc annis inchoatæ, nunc demum absolutæ in tua felicissima tempora excurrerunt; patris, fratrisq; tui singularis in me charitatis monimentum diutius condi patiar? E vestris ergo magnificentiæ fontibus ortæ ad te properant, & quæ est animi tui benignitas, & celsitudo in aliquo esse apud te loco non dubitant; iure autem tibi debitæ, quòd me semper alueritis, & honestissimo huic meo qualecunq; sit ocio consulueritis, vt magnæ profecto culpæ sim affinis, nisi tantis beneficijs antehac prouocatus, quando maiora non possum; id quod grati animi officium foret, aliquid olim reponam. Et quanuis hæc tenuuia sint, clementia, gratiaq; tua fretus, ni faciam, vt impudentia potius accusanda, quàm conatus vllus in me desiderari possit. Ac si quid valet ad hoc perficiendum labor improbus, & industria, rerum nouarum indagatrix ingeniosa, vt non desperem, auspice te, si non plenis velis in portum, at secunda saltem, vt aiunt, nauigatione peruenire posse, & si non vulgo placere, cuius iudicia varia, inconstantia, neq; ab omni perturbationis suspicione libera sunt: tibi tamen & antiquioris, hoc est, græcæ Philosophiæ cupidis, quod iamdiu saxum voluo, probari; cur enim à te consilium meum non laudetur, qui Græcè scias, & eius linguæ peritissimos summo in honore semper habueris, tanquam ab iis ipsis omnes scientiarum fontes, atq; illi quidem vberes, salubres, & perennes scaturiant? Cur etiam non ab illis institutum meum commendetur, quos ego solus, & reuereor iam, & colo, quibus vetera sanè, nec tamen antiquata recolo, & vnus quidem non renouo, sed in tenebris abdita, & demersa ad lucem in tuo nomine reuoco: & exempla domestica imitatus aliquid posteritati relinquere studeo, cuius auxilio progrediatur vlterius; & via monstrata contendat in summum? fuit enim id ciuitati, totiq; ditioni tuæ penitus insitum, & innatum, vt aliquid assiduè cogitarent quo domi, forisq; magna gloria apud omnes essent. In hac incunabula, & rudimenta præstantissimarum artium ab Italia vastata reperiuntur Picturæ, Sculpturæ, Iurisperitiæ, Poëtices, Oratoriæ; in hac primum auctore Ioanne Boccaccio Græcæ litteræ sunt excultæ. Quàm multa Medicinæ lumina protulit hæc vna ciuitas? quot viros fortissimos? vt hinc maximi Reges, & Duces præstantissimos, & viros sapientissimos ad imperia regenda, tanquam socios accersiuerint. Quocunque me verto, video etiam nunc viros omni virtutum genere exornatos, quibus tanquam stellis interstincta ditio

tua refulget, quæ cæteris iter ad Cœlum non vsitata, nec perulgata via commonstrent. Vetera non repetam: superat.n.laudem omnem antiquitas; tempora nostra specto. Quid in politiorum litterarũ genere Victorius quod attigit non adamussim expoliuit? Quid in arte medica non obtinuit Vidius, qui rem vniuersam ad tenue sic elimauit, & dulciter elocutus est, vt si Musæ eam artem docturæ fuissent, non alia certè, quàm Vidij lingua, methodoq; vsuras fuisse putem? Quoties me suo carmine rapit dulcissimus cygnus ille Bargæus? quid de Piccolhomineis Strozisq; Kyriaco, vno atq; altero Io. Baptista dicam? Mitto complures alios insignes, & philosophos, & poëtas: hos hîc recensere placet, qui, quod inceperint, omnino perfecerint; aliisq; exemplum dederint, vt potius ab iis imitandi sint, quam quippiam illorum industriæ labore alieno queat accedere. Sed conatum solum magno in pretio quoq; habitũ domesticis exemplis tibi significare possim FERDINANDE *Celsissime. Nam quis non summis laudibus in cœlum tollat Americum Vespuccium? Hic ignotas, & periculosas nauigationes adgressus cum primus è multis prouinciis, quæ ad occasum, meridiemq; iacent, aliquot lustrasset; vnde tantum Regum Christianorum opibus accesserit, cum sacris, quæ gentibus illis cõmunicata sunt, tum etiam diuitiis, quãdo merces inde aduectæ, quibus humano generi salus magno cum commodo pararetur; immensa thesaurorum copia, atq; ornamenta regia complura ad vos comportata; quia rationem eas lustrandi præmonstrarit, animosq; incipiendo aliis addiderit; illi orbis parti, quam primus ipse peragrauit, ex suo nomine nomen dedit. Ex quo liquidò constat præmonstratori plus habitum fuisse gratiæ non infrequenter, quàm perfectoribus. Prætereo deindustria innumeros alios ciues tuos, qui nouarum artium inuentores maximas copias domum retulerunt, vrbem templis augustissimis, ædificiis amplissimis auxerunt, & imperij fines vni tibi latè propagarunt. Vt non immeritò tu, qui tantos talesq; viros hodie moderaris, in maximis Regibus numerari debeas: nam si magnum ille censebat imperare non auro, sed habentibus aurum; tu nonmodò iis, quæ possideant homines, neq; possidentibus hominibus imperes; sed possidere scientes tranquillissimè regas. Ego igitur, qui Peripateticam Philosophiam non ex riuulis, sed ex ipso fonte Aristotelico misso omni fictionum studio nunc instituerim haurire, & primus qui inter tuos in hac secta libertate recuperata meum iudicium planè sequar; tametsi non perficiam; cur etiam laude aliqua, quia sim ausus, quia cœperim, dignus non habear? Alij nos sequentur qui indicata ratione, & via magnum huic cœpto afferant incrementum, & id demum consequantur, quod in omnia tempora clarum, atq; illustre futurum sit: quæ.n.verè cogitata sunt, diutius conseruari solent, nec hominum interitu occidunt, sed iterantur in immensum. AEtas finem trophæis affert, imperia collabuntur. Vna veritas perpetuò durat, ad quam cum omnium proximè, quantum hominis ingenium fert, accesserit Aristoteles; nulla erit ætas, nulla gens, nulla religio quæ ipsum nonmodò non tactura, sed sedulò tractatura, & assiduè in manibus habitura sit. Vnde etiam fore confido, vt qui in vnis auctoris huiusce vestigiis insistat, locum in philosophia sit semper habiturus. Video verò & propemodum auguror te patris tui pij, felicisq; instituta tenentẽ, ita in vna litterarum omnis generis ornamenta incumbere, vt breui talem quendam visuri simus, qui quemadmodum à ciuibus tuis in cæteris artibus factitatum est, qui eas à rudi illa vetustate ad pristinam illam integritatem sua industria reuocarunt, ita Peripateticam disciplinam ex omni Arabum, nostratiumq; cultura ad bonam illam, & expolitam sit redacturus. Talia tu commoda cupidis optimarum artium præstas. Quare laudent ciues tui pietatem, magnificentiam milites celebrent, temperantiam tui familiares admirẽtur, iustitiam, amplitudinemq; omnes summis præconiis tollant; mihi quidem vnum hoc munificentiæ genus dignum videtur, vt omnes oculos*

in te coniiciant, tu vnus in omnium ore summa cum tui nominis celebritate iure verseris. Tu verè beatus, quia Poëtas, Oratores, Historiographos, Iurisconsultos, Theologos, Medicos, & Philosophos omnibus doctrinis excultos vni tibi contigerit alere, & habere. Quanquàm est id iam bonis temporibus inueteratum in vestra familia, domesticumq; iam factum. Extant etiamnum monumenta amplissima Cosmi, Laurentiiq; Medicum commendata litteris hominum, quos virtutis ergò diuinis beneficiis affecere. Ex quo effectũ est, vt complura adiumenta ad scientias eorum opera suppetierint. Laurentius Platonem per multa sæcula sepultum traxit ab inferis. Narrant etiam Leonem X. P.M. ab hoc viuendi instituto sic allectum, vt nonmodò bonarũ artium studia fouerit, sed viros doctos benignissimè complexus fuerit. Accepimus etiam cùm ei vitio quandoq; daretur, quòd humiles viros, sed illos quidem bene doctos oĩ meritorum genere cumularet, respondisse se virtute & doctrina præstantibus opem libentissimè ferre, quòd talem censuram veræ nobilitatis esse crederet. Ita multos nòn incitauit tantùm, sed ad litterarũ studia recolenda perduxit. Nanq; illis temporibus nonmodò scientiarum vsus euanuerat, verùm planè conciderat oẽ decus eloquentiæ Florentinæ quàm summo studio coluerant Danthes, Petrarcha, Boccaccius, & à viris illis obsoleta & desita frequentabantur, atq; aliena sæpius ineptissimè inculcari consueuerant. Itaq. ipsius opera factum est, vt pura illa nostra lingua reuiuisceret, & oĩs optimarum artium cultus post longũ temporis tractum deniq; emineret. Hæc veri hoĩs sunt officia quæ diuinæ virtutis testes sempiterni sint, non insanarum molium substructiones quib. exhauriuntur æraria, vectigalia minuuntur, non statuarum locationes quæ corporum quidem simulachra sunt, & imago quædam gloriæ adumbrata, non animorũ effigies, & species expressa virtutis. Hæc munera verè regia, & admirabilia iis vti viris à quib. instituti subiecti ritè regi, & optimis morib. informari valeant, ac per bonas arteis ad conspectũ numinum beatorum efferri, vt ocio securissimo fouentes in oĩum bonorum fine conquiescãt, ad quod lex naturæ, hoc est, ratio summi Dei cunctos reges iubet adspirare. Neq; .n. dedit imperia potestatesq; Deus, vt luxu reges in tanta rerum copia perderentur, neq; tanq̃ immensa aliqua vorago ciuium patrimonia absorberent, nec vt in illos qui sub eorum imperio sunt, atrocissimè sæuirent, sed vt Poëtæ verbis vtar, ἵνα λαοὶ ἀρετῶσιν ὑπ' αὐτῶν, *hoc est vt gentes rerum ignaras ad suum cuiq; bonũ auctoritate & sapientia dirigerent, cumq; sibi ipsi saperent, aliis quoq; sapere vellent. Pupugit etiam hæc cura pii felicisq; tui patris animum, quò & erexit duo gymnasia, vt plurib. pateret aditus ad vires ingenii quas ipsis natura largissimè afflauisset, & exercendas, & retinendas. Vtor aũt iam sæpiusculè patris tui viri clarissimi exemplo, non eo certè consilio, vt te inflammem: iam.n. hoc studium erga litteratos in tè radiceis altissimas egit, cùm stirpẽ generosam tibi natura concesserit, & vitæ rationem domestico exẽplo conformaris, sed vt illius qui quidem oĩum ætatis suæ princeps extitit, audiendo præclara facinora in eius imitatione te oblectes, & immortale hoc nomen ad nostri beneficium cum iucunditate tueare. Nos igitur beatissimos quibus tuis auspiciis operam philosophiæ dare, & naturæ arcana perscrutari successerit. Quocirca maximã nob. ipsis iniuriã faceremus, si tantam occasionẽ sineremus elabi de manibus. Nam quod in hisce studiis plurimum põt, id diuinitus ciuib. populisq; tuis largissimè datũ est, ingenium ad excogitandum acutum, ad memoriam firmũ, & diuturnum; cupiditatẽ quæ cuncta assequitur, tu tuo exẽplo concitasti, tuaq; opera concitatam assiduè foues. Quocirca verendũ non est, quin iter quod ad gloriã tu illis ostẽdisti, & ii suscipiãt, & susceptũ summa cõstantia teneant: habent.n. vnde discant. Nanq; & eãdem viã quam maiores tui munitarũt, tu ab ætatis initio sub Angeliis ingressus es, & sub eisdẽ Angeliis constãtissimè retines, neq; retines tantum, sed iugiter amplificas, qualia verò sunt instituta principũ, tales populorũ mores esse solent.*

 Verùm

Verùm quid de te sperandum non est Felicissime FERDINANDE, *qui tibi tanti muneris socios adiunxeris quorum opera & consilio in omni publico priuatoq; officio utaris uniuersis animi virtutibus ornatos, sapientia, rerumq; usu claros, singulari clementia in miseros, admirabili seueritate aduersus sceleratos admodum Illustres Carolum Antonium Puteum Archiepiscopum Pisanum, Petrum Vsimbardum, Ioannem B. Concinium, Capponem Capponium, quorum ego patrocinio publicè priuatimq; fultus hoc opus aggredi ausus sum, laborumq; meorum, immò benignitatis vestræ testimonium dare. Verùm missa hæc facio, ad nostra descendo. Quæ sanctior lex, quod maius consilium quàm disciplinarum collegia constituisse, ut inter se collegæ de victoria litigantes cõcertent alacrius?*

Hi proprium decus, & partum indignantur honorem,
Ni teneant, vitamq; volunt pro laude pacisci,
Hos successus alit, possunt, quia posse videntur.

Itaq; Homeri iudicium nouimus à sapientibus esse approbatum, qui exultantem Agamemnonem primis illis tẽporibus induxerit: Vlysse & Achille mirandis inter se modis altercantibus, ut usq; etiã ad conuicia euehi solerent, & Agesilai prudentiã cũ illustri laude celebratam qui æmulationem, veluti stimulos quosdam intulerit reip. ac semper adesse studuerit, quod inter se ciues boni contendant, augente studia contentione, concordia verò cõciliante desidiam. Quo factum est, ut viri doctissimi, quanuis suos commentarios supprimendo reprehensionem se fugere intelligerent, quia posteros tanto bono priuare non solùm iniurium, sed impium & nefas esse iudicarent, quanuis etiã eorum iudicia subituri essent, qui fortasse plus, quàm ipsi de se intelligerent, alioq; per cogitationes suas diuerterent, contenti fuerint, si ita sua probarentur, ut tanquàm disputata contentius aditum ad veritatem patefacerent, cuius quisq; bonus nonmodò studiosus, verumetiam curiosus esse debet. Nam latet veritas in profundo, & diuersis verisimilibus inuoluta variis etiam modis tentat mentes nostras, & in diuersa studia rapit. Cùm igitur ego quoq; à Celsissimo Patre tuo in vestra præclarissima collegia fuerim cooptatus, & adhuc auctoritate tua negocium publicè docẽdi sustineam, tibi gratias ago immortales, & in eo me laudo, fortunatissimumq; prædico cui datus sit locus ingenij mei vires experiendi, & ea narrandi quæ ocium litterarum merito tuo mihi suppeditat, & usu quotidie cognoscendi partẽ aliquam veritatis, quam si posteritati communicauerim, & grati animi officio erga te functus esse videar, & in alios, si fieri põt (ut est humana cõditio) boni aliquid contulisse. Et quanq̃ multa me ab incepto deterrebant, cum quia posteriores cogitationes meliores esse solerent, tum quòd plura in dies experientia rerum magistra sapientissima doceret, non pauca etiã lectio iterata librorum, cõplura nouæ disceptationes, & scriptadisertissimorũ hominũ quæ ad meas manus quotidie veniebãt; vicit tamen illa cura, ut cæteris, si possum, quoquomodo prodessem, maximeq;, ut meæ erga te voluntatis aliquod signũ darem. Accesserunt exhortationes amicorũ, qui ex tam diuturnis laboribus aliquid expectabant: nuper ẽt magnum momentũ attulit huic meæ deliberationi, & corã Pisis, & per litteras eruditissimus, atq; integerrimus vir Thomas Finckius Vuetspergensis, cuius iudiciũ cùm semper maximi fecerim, in hoc etiã eius auctoritatẽ sequi non dubitaui. Quapropter è nostris sermonib. atq; disceptationib. tanq̃ mundus quidam Empedocleus è lite exortus hic liber ad te rectà contendit, clientis tui fidẽ, laborem, studiũ, & industriã tibi significat; ob id à te hilarè se acceptũ iri sperat. hoc unum expetit; id si fuerit assecutus, alacritatem quoq; aliis addet quos iam sub eisdem auspiciis edere cogitauimus, ut ad te quam primùm aduolent, & perpetuæ erga te pietatis nostræ sint optimi testes. Vale. Pisis XIV. Kal. Decemb. CIↃ IↃ LXXXVII.

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

PRIMVS LIBER EST DE MVNERE PHILOSOPHI NATVRALIS PROOEMIVM.

SECVNDVS LIBER EST DE MATERIA ET EO QVOD EFFICIT MOTVM.

Declaratur

TERTIVS LIBER EST DE RATIONE QVA A FORMA PROFICISCITVR MOTVS.

QVARTVS LIBER EST DE EFFICIENTE E FINE MOTVS ELEMENTI GENITI.

QVINTVS EST DE LATIONE RECTA SPECIATIM.

Auctoris

SEXTVS EST DE CAVSSIS ORTVS ET INTERITVS.

LIBER SEPTIMVS QVI EST DE INCREMENTO.

Aliqua

LIBER OCTAVVS QVI EST DE ALTERATIONE.

LIBER NONVS EST DE CONVERSIONE.

PRAEFATIO AD FERD. MED. M. ETRVRIAE DVC. SERENISS.

LIBER DECIMVS EST DE SVBSTANTIIS QVAE MOTVM IN COELO EFFICIVNT.

FINIS INDICIS CAPITVM QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

ERRATA SIC CORRIGITO. PRIMO LOCO PONITVR NVMERVS

Paginarum, secundo Littera, tertio numerus Linearum, quarto correctio.

EX PRIMO LIBRO.

3. D 3. Architectoni & sic vbiq. 4. ■ 4, id quod concr. 6. non vid. 11. nil vetet, f 6. vt nota, h 2, inductiuæ rat. 5. b 11. creduntur. 6. e 5. res scientia deficiet, 15. ponet. f 10. euertetur. 7. d 3. discedamus. 6. sed vel cog. 8. e 7. quòd tud. 12. opera. f 7. quippe quòd, g 5. præcedit, 12. cuiuscuiusmodi. h 11. fertur. 10. e 12. materiata. χωρισῃ. 13. a 8 potestas. d 2. hoc. 5 indicantes. 14. e 13. transilimus. g 1, iudicari 15. f 9. essent. 18. f 14. sublatã priorẽ esse. g 2. vox ἢ apud. 20. e 13. ἐντυχεῖν. f 10. ἐνθάδε καὶ ἐνθα. 21. a 6. faciendæ. b 3. indicare, d 3, creatio, 22. g 8. fit. h vlt. ὑπαρκτικῶς 24. f 4. ἡ τέχνη. g 11. nunquam. 13, ita fit. 25. b 3. producatur simile nunquam. 10. fit, vt, c 2. nam dicere pos, d 11. Arist. interita. 26. e 1. dum fit. f 11. En tibi. h 9, nisi semper. 27. c 12 formę, 29. a 2. mouet. b 14 efficeret. 30. c 9. absolutus, g 2. fint, 31. c 1. ἀντερείδουσιν. 32. e 11. corrige sic. τὰ δὲ γένει ἕτερα πλεῖον διέστηκεν ἢ τὰ εἴδει. g 12, fiãt. 34. c 4. animum. f 8. notuere. g 1. distortæ & perplexę, h 2. τόπῳ. 4. audis. 5. quadrare. 37. a 9. quid sit. 38. c 11. sine. 13. separantur, 39. d 5. ἔχει πολιτικήν 15. eluent. 40. h 12, Huic. 14. ὑπομνηματισμοῦ. 42. h 3. quanq. 13. 14. ex parte necesse est esse. 43. a 7. vniuersalis. c 4 cætera. g 12. denegari. 44. e 8, negantem. g 4. 10. subalternans. h 7. definitas, 45. a 3, vt aliq. d 15. primi. 49 a 8 quanque. 50. c 15. anteq. f 15. philosophiæ. 51. a 12. imitãtur artes, 14. earum. c 12. medicos. d 1 μιμητικαὶ 52. f 5. quę quid. 8. liberali. g 14. si neq. 53. a 9. δ᾽ εἰκότα. c 3 ἀκριβείας. 13. perspicuitas, 54. e 1. quod ad. 9 pareat. 10. siqua. 12. Physicæ. h 7. transcendentiæ 13. habeant subiiciuntur & determinantur, 55. d 11. fuerat ἀιτίᾳ. 56. e 10. qua sunt. 57. d 4. materiæ. 58 f 6. at sic. 7. πέρας γνώσεως. 14. hexagonum. ■ 6 cõficitur. 60. g 13. à diuino, h 2. subalternantem ad hanc ab alia. 61. c 2. concipiamus, 7. cum & sic vbiq. 63. b 10. corporeę. 64. e 13. corpus. g 2. fit. 13. quę ope, h 1. efficitur secundum vt. 4. ὑπερβάλλειν. 5. naturę. 65. b 14. tum præterea c 11. vt vnum definitioni. 66. e 4. nosse. 68. e 7. effectus. g 5. quanq 69. b 8. illarum. d 15. eclipsi & sic vbiq. 70. f 12. sit & alt. h 4. addimus. 8. nanq. art. 71. a 11. de prim. 72. g 10. sententiam. 73. c 1. essentiã. 74. e 15. mouętis. g 11. in prima. 85. b 12. modo erit dial. 86. e 7. corrige verba Græca sic φυσικὸς τούτων. 10. ὅτι τις ἑκάτερος. 14. eius esse quod. 87. a 15. potest q. c 8. ex eo esse ord. 90. g 3. recipiunt. h 2. esse de subst. 94. e 7. substantiæ vel acc. 14. omne, g 12. cedam quid de. 97. a 2. illustrentur. b 6. simpliciter. 107. c 12. & methodo 109. b 15. verum. c 1. Placitis. 110. e 4. quadam. h 9. careat quę cõtradicentia sunt at. 111. a 6. sectatorib. eius. 112. f 9 τῶν. 113. b 11. formas. 114. h 1. Abderitæ. 115. b 5. si verò, c 11. accepta. 116. e 9. eademq. 119. c 2. prius natura sit & id. 13. excrescat. 120. f 11. adhibent. 121. 7. nisi per se. 122. f 8. γίνεσθαι. γίνεσθαι. 124. e 1. caussam &.

EX LIBRO SECVNDO.

126. F 7. qua sanè. 11. secantur 127. b 13. categorias & sic vbique. 128. g 10. in diff. 130. e 5. aliquando. 131. a 5. esse vnde. b 3. contracto c 12. mintrat. 132. h 11. mihiq. sat. 134. h 1. ὄντος. 136. e 12. ἔργου. 137. d 11. simul. 138. g 5. professi. 14. quæque. 15. dissoluere. 140. h 1. indicandę. 141 a 14. auctio. d 8. illuminatio. 142. f 4. exprimatur. 143. c 10. licet. d 15. partes. 145. c 2. aliud nisi forma. 146. g 11. imitatur. h 15. cauillum & sic vbiq. 147. a 13. 14. qualitas. b 4. dictum est. d 13. agens. 148. e 1. mutationi dũ à diuersis obiectis immutatur, ideo. 150. c 9. deductione. 151. c 13. diffluere. 153. d 15. vt cum. 154. a 13. cõstituimus. h 5. γίνεσθαι. 155. c 14. esse & in. 157 b 3. generabilis. 158. f 15 licet. 159. a 2 sunt, d 11. mutatione. 160. f 14. intelligit. 162. f 14. discimus. h 12. fit. 163. c 10. illarum. 165. a 10. resolutionẽ. 12. rerum postulante. b 2. in ipso. 5. quo puncta. 166. f 3. vt dum. h 11. sis inter. 167. d 5. eidem. 169. b 2. quæq. d 4. virtutem. 170. e 7. mutatione & quan. 171. a 12. vtriq. b 7. quæ int. d 3. quoquam. 172. g 5. perpessionis perniciosę gens. 173. b 3. motum proprię facit. 175. a 12. forma. 176. e 1. habeant. 2. conflantur. f 12. rationis. g 14. nominis. h 5. si vt. 177. a 10. concedamus b 9 illę. 178. ■ 5. interea. f 6. & ap. 7. rationalis &. 179. b 11. quã neg. 14. cui. c 4. posteriore. 180. e 7. è Themist. h 6. tollas, 14 hac mach. 15. approbas. 181. c 8. fundentur, 13. neq. sic. d 7. canon. 10. priuationes. 12. sicubi. 182. f 13. occidunt. h 15. præstet. 183. b 7 statue. c 12. absentia actu est esse. 184. e 3. sint. g 12 manens. h 12. sunt. 185. a 10. constitutiones. 186. f 15. verè dicat. g 7. dicemus. h 4. vis. 187. b 15. potiusque. c 8. per se ipsam 188. e 3. ἄλλο. 12. visus nom. f 4. ab infor. 8. materia concr. 15. restituitur, & intenditur. 189. b 1. tamen for. d 14. τὸ γινόμενον, & ő. 190. e 5. 7. capiat. g 9. idonea. 191. a 6. plurib. materiæ portionibus nõ. 198. g 8. illuminationis in. 199. a 7. interitus? b 2. quod suum. 205. b 15. ceteris. c 10. vt eius. 206. g 2. superest. h 1. naturale. 207. c 9. ibi assi. 208. e 8. sensu g 14. ostenderimus. 209. b 7. dicitur. c 4. si non in eo gen. at in alio. a 10. e 4. sit per. g 11. primò de illo de rel. h 7. tribuitis. 212. f 8. constat. 10. assecutum est. 13 demonstrationis vi. 213. a 15. aliquem. 16. omnia. c 3. ibi non ser. 214. e 15. præterea. f 6. componeres g 15. mobilis. 217. a 3. esse de loco. b 9. maneat. c 4. mens nostra. 12. quoniam motum. 218. g 3. nec magis. 15. cominus. h 4. præcederet. 220. ■ 14. res ipsa. h 12. cauè non. 221. c 8. metiri tametsi. 222. ■ 12. nanciscatur. f 14. quippe q̃ propè. 223. a 6. petitur à saxo. 13. priusq. d 13. qua disp. 14. postulat. 225. b 4. ortu. 5. pellat. d 6. ascensui. 226. g 7. consimilẽ rationem in. 227. b 3. vereor.

EX LIBRO TERTIO.

228 G 10. animus. 14. natura. 229. a 3. fuerit, &. d 5. transilit. 230. e 5. sustinens. g 14. de ipso vbi. h 5. à reliquis. 231. c 2. Burleus. d 6. particulis. 232. e 3. effectus. f 7. opere. g 6. requirit. 14 sit. 233. a 6. dictum fuit: æger. d 8. coq. 235. d 4 perspicuum. 236. h 15. οὐρανός. 237. c 13. redundat. 238. h 14. in subst. 239. a 2. natura. 241. d 3. suscipiunt. 242. e 2. Hippocratis & sic vbiq. 11. & sapit. 244. f 12. natura. 246. e 8. sanari. 247. a 1. substantiæ. c 3. essentiali. 248. h 6. quies verò. 249. b 9. materia. c 1. inuenerat. 250. g 7. significati. 251. c 14. præferendam. 252. e 3. eum. 4. cum id aut. f 10. probationẽ. g 4. partes. A B. 6. quin fieri. 253. a 5. sic progre. b 11. externa. 254. f 11. necessaria. 255. c 7. approbatã. 14. q̃ subiectũ. 256. e 12. illa. f 5. opposito. 260. g 2. moueatur. 10. qui fit. 13. dicebãt animum esse corpus. 261. c 14. potuit. d 14. vera. 262. e 14. perspicuæ. h 5. seipso non moueri primo, & ab alio. 263. d 11. hyeme. n. 264. f 3. ordinatim. g 7. sicca. h 5. tibi susp. 15. mora. 265. a 15. subactum. 266. g 6 animales. 267. c 4. calore. 268. e 8. aut vbi. f 3. ea. 269. a 4. quid ergo. 15. at certè. 270. g 11. insit. 271. c 2. est ei quod est. 6. possent. d 5. nos qd. 272. e 9. τρόπον. g 11. delibare. h 12. natura post. 273. b 2. possum. 5. quid sibi. 274. h 3. notionẽ. 275. c 1. conuertit. 6. notes. d 6 cuius caussam. 277. b 10. post certè. 278. f 13. forma. g 13. accedat. 281. c 7. ipso term. 14. ne pro eo. 282. f 8. cõtracta. 283. ■ 4. sensum pellere. 287. a 2. secunda. 3. exagitatã. b 6. poterat. c 1. materia. 14. totã. 288. e 3. secus fit. f 7. secũdo de cęlo. T. 27. h 6. motus quidã. 8. desinat. 15. denominatio. 290. g 13. vtrum'ne. 291. a 2. potẽtia quæ 10. rõnes opp. b 2. nobis apparet. 292. e 8. habitus illi supponatur. Quòd. 293. a 3. per suam for. b 12. raro'ne. 13. monemus. d 1. alens. 2. quod fit in. 7. tum nego. 294. ■ 10. habet rationẽ. 11. sic & illa. f 2. similis. g 7. secundum se. 10. habet. h 10. rõ potestatis. 295. b 15. eum esse 296. g 7. mctura est vt hoc sine. 297. d 12. Simplicio. 303. a 1 eas esse. 304. g 2. φρονεῖν φρενί. 305. a 15. possit in actum. d 12. à quo vel quod sem. 306. c 3. Quęcunq. verò casu fi cut ibi fiũt. i. vt in artifice χειρὶ, quorum materia potest & à se ipsa moueri eo motu quo semen mouet. g 7. habitus. h 5. tristis. 307. d 1. qui est. 313. b 3. sic pars. 6. si per se. 13. secundum quas. c 1. hoc aut. d 12. sint confirm. 15. accidens in naturã. 314. h 3. Alexandro. 14. gremio. 315. a 6. rex excel. 9. si deficiatur. c 7. is. 316. f 8. aliquam. h 1. ita vt nisi. 13. cõtinuæ. 317. b 5. Primum quia. 6. denominantur c 12. imperfecti. d 13. plumbeus. 318. f 14. ita mouet. g 4. materia suæ 319. b 8 leue sic. 11. grauitate 321. c 5. animali primum viuens pro port. d 5. monstrat. 322. g 1. hos mor. 323. a 6. mouere. 324. c in tit. quas ex. f 7. quæ ex se ipsa. h 2. in scirpo. 325. a 7. violentiam. 12. quoquo. d 6. semper ab alio. 326. f 14. tolletur. h 3. ratio propria. 12. dictorum. 327. a 17. vt à forma. b 7. moueri. c 12. potestatum. d 15. arbitror. 328. g 8. nil perfectè. h 2. in potest. 329. b 10. partienda. d 10. igitur & materia. 330. e 8 materiæ proximę. 10. forent. 17. moueretur. f 11. alterum quidem. g 8. sit esse. h 9. sufficiente. 332. e 7. natura sic. 15. tibi pl. h 3. admittant. 10. si non re sep. 336. f 12. auctor hic. 13. solę. h 14. recidat 339. a 3. carere. 14. commeant. b 12. continuas. c 10. vbi cum.

EX LIBRO QVARTO.

342. H 4. paret. 341. h 9. intermutationem. 346. g 10. nanq. admir. 11. repugnantiam. 12. tamen sint. 347. a 16. vt aerem. in tit. actum à remou. 348. h 6. enim erit. 349. b 8. euenit. 350. e 1. deiicitur. 2. quòd actus. 14. officio salua potestate in fin. f 1. hęc quæ imped. g 9. efficiant. 351. d 15. nitatur. 352. c 10. motum non prof. g 13. indicia. h 11. illa. 354. g 1. is in infin. h 2. detur. 357. a 8. absoluta. Ecce. b 4 naturalem. 6. neq. ita. 358. e 14. diuersę. g 6. naturaq. 359. a 7. non totius. c 1. orbes. 6. Aristoteles in illis. n. est idem & rgere. d 7. in quoq. 360. e 1. explicarit. g 9. quousq. vis à. 361. c 3. reddi posse 9. suę cupid. d 1. Theonem. 362. e 9 positurę. f 6. hic in. 363. a 1. eam. b 10. vt ipse. c 12. indicandum. 364. g 4. loci. 365. a 16. de potentia. 366. f 5. augmentationē. 367. a 13. Eum quoq. h 8. agnosci. 368. g 11. potestatis. 369. a 15. motū. 370. e 2. tractus. g 2. paret igitur ex dictis quòd. 371. d 4. ab eorundē elementorum sublātā. 372. e 9 calorē. 373. c 11. patientē. 374. g 12. quicquā. 376. g 1. ergo. 4. μέγεθος. n. h 14. defendunt. 381. b 11. vis itē. 11. non nego. 382. e 15. in quo inest. g 10. differimus. h 12. efficiens. efficere. 384. f 13. initam. h 7. fit in. 385. a 1. lētor. 2. maximus lentor. 11. habita. b 14. libratis. 386. f 11. eam esse. g 4. appellemus. 6. quod ita. h 13. in eo. 15. q alia. 387. b 14. propensio. c 1. natura. 4. efficienti. 5. finis. c 14. Æthiopibus. 390. h 7. ea cadit. 391. b 1. Ægidij. 4. quamuis. c 1. hos. d 2. κρείττονας. 392. g 1. formæ. 393. b 1. inter bonos. c 1. & si. 394. e 1. dedisse. f 4. ad cōmuncia. 395. c 5. reuoluimur. 396. f 1. gemina. 9. hic motus. g 9. blādi. 397. a 2. niti. 11. tutius. 16. audi tu. quod re vera. 400. f 5. portatur. 401. b 5. ipsum. d 5. imprimunt. 402. f 6. recuperaturæ. 12. per sensi. g 10. fit ac. h 8 partibusq. 403. c 11. habeas. 407. d 7. quadam constabat quod. 11. simile. 409. d 6. idem. 410. h 11. est ei. c 9. paribus. 412. g 13. profectum in forma. 413. a 5. ex eoq. nos possumus. 415. b 13. natura. d 8. Flere. 10. emoderandus. 416. f 13. apparabit. flagitat. 417. c 6. quo ad eius. d 5. per accidens. 6. omnino. 419. a 8. quærere. b 11. caussa. 420. f 13. in not. 421. a 5. tales b 6. sint vnū, vt. 422. h 15. vitio. 424. h 9. continui 425. a 16. deducimur. c 9. vt id. 11. vt non oē corpus sit. d 3. ille est. 427. a 17. moles. c 6. sūt. 8. quātitas. 9. sūt. 428. e 9. quorū locus. 10. fit. f 5. fit in. g 9. motuū. h 15. fit. 429. a 14. fit. b 15. Mathematica. 4. rectà. 430. e 10. repetentē. f 4. efficitur. g 4 quędā. h 15. Mathematico. 431. c 6. accidens. 432. c 13. illo. f 3. aut. 434. g 7. in eandē aquam in corona quam in aurea massa. 14. qua sunt. h 7. esse quæ oia. 435. b 11. loco circun. d 9. spatiū. 436. e 8. verum fit non. g 11. tutius. h 2. qua. 437. a 7. eandē. b 6. inaumera pūcta coc. 438. e 3. & locus. 11. & aquę. 439. a 11. genus. b 4. subiecti. 440. f 4. quomodo. g 5. assumptū. h 3. definito. 8. immobile. 441. c 12. se.

EX LIBRO QVINTO.

443. C 5. caducarum. d 1. motuum. 444. g 1. quibusdam term. 12. esse. 11. assiduè. 445. a 12. manere. b 4. possemus. 8. calorem. d 2. eum. 446. g 12. materiæ. 447. d 16. habeat. 448. e 9. perfectus. 14. Græci. g 4. cœlum. 10. ob. 11. vacauit. 453. a 15. esse consim. c 1. lanæ. 2. tum motum. 459. f 8. magnitudinem. 14. feretur. h 4. habebant. 9. manent. 458. c 11. ellipsi. g 13. terra. 461. a 3. medium. 462. f 3. minus. g 2. est terrenæ. 463. a 12 solum. b 1. priuationes. c 6. comparantur vt in. 7. queant. d 3. ex his sint quæ simp. 10. neq. ibi. 464. e 6. rationisq. f 2. pendere. 8. collatum. 13. afferentē. g 3. ille. 12. aē. em in aqua. 13. noluit. h 3. constituere. 465. a 1. minus. 7. cogatur. c 2. instat. 466. f 1. definitiones. 12. indicant. 13. ἰσαστάθεια. g 16. quàm illi. h 12. præceps. 467. a 10. nubes. b 12. omni. d 15. diluta. 468 f 3 naturæ cond. g 2. defendi. 8. erunt. h 7. accidens. 13. est circumf. 469. b 14. albissimum. c 14. siquis. 470. f 4. autem ex. 472. e 1. quod est g 11. pectura. 473. a 14. id quod est præt. 15. pręter naturam dicitur. eo quod secundum naturam b 8. qui ex fecret. d 12. Est huiusmodi. 475. a 3. ille 4. illi. 476. f 5 repurgari. h 5. machinatā. 13. à len. 477. b 1. conscisceat. c 1. aërem. 478. f 15. si. 480. f 6. liberè. 14. maris. g 4. commemorare. 5. cura supp. 9 habent; minus. 10. ters. 482. c 13. delassatæ. 484. c 3. terra. f 3. materiæ. g 5. quin. h 13. nunc ad Auer. 485. c 6. his obsisti. d 3. medici. 7. Facit. 486. f 7. talis. 8. salis. 9. ouū. 487. b 6. respersa. illita. c 13. contactum. 488. e 1. densescet 9. si lana qua. g 3. perfungendum h 13. natura. 490. c 2. temporis. 8. aeri. f 4 organico. 7. humida. 491. a 7. cum docet. b 12. pyramidem. 14. vero octa hed. b 11. vi coactę. 493. b 7. demersa. 11. in demer. d 5. circunferentia. 7. demersam. 495. c 12. ad id præst. d 2. exoriatur. 5. oppugnent. 496. f 12. consistit. 15. æqua 497. b 13 excuditur. c 5. partes esse. d 13. quam exercet. 498. e 10. dimisso. h 13. quia non materia. 500. e 11. per se nasc. 14. mobile 502. a 6. æstimentur. g 6. lectoris. h 9. vt materia. 15. Fit. 504. f 6. vacui. 11. caussæ. g 2. penderet. 505. d 3. afferentur. 506. f 12. explodatur. 507. a 5. proiectio. 15 remotè. 511. b 3. tolerantę 512. g 9. hypeccaumati. 513. a 4. compositus. b 2. igni. d 4. amplificato. 515. a 15. siquodam illa. 16. indicium. b 2. ea verè. 516. f 15. monet. g 2. te docuit. 518. e 15. motu præt. a 15. & à caussis. h 3. intensum. 9. eidem. 519. d 14. vel ignem. 521. c 14. monstrat item vt latius. 523. c 13. vt in æqual. d 14. hoc sic. 524. e 9. si fuerit. 15. quam. 525. a 4. rō. 6. certi. c 1. delassari. 6. certę. 526. g 3. ea quæ. h 4. proportionum. 527. a 11. acre. b 5. Physicarum. 6 explicatu. 528. c 7. est propor. 14. ea quæ æquè. h 15. dupliciter. 529. a 10. velociorem. 530. e 13. tempori. f 15. constituto variatur. 531. d 8. vtique. 534. g 11. censum. h 1. in infinitum. 535. c 14. quàm axem seu manub. 15. item fint oportet. d 9 continuare.

EX LIBRO SEXTO.

536. H 7. abdita. 539. a 3. existimare si diuersas. b 9. tandem oracula reddat. 541. b 9. eandem. 542 c 5. fit de. 543. d 12. abeant 544. h 15. careamus si reliquimus, aut. 548. e 15. seclis. 550. g 4. cum. h 7. falsiaciam. 551. f 9. est ex in mut. 15. priuationis nomine. 553. d 5. dixerim. 554. h 2. abire. 3. qua quę. 555. a 6. subiecto. d 6. potentia. 559. d 3. quendam. 14. cum abeant. 560. g 5. dicuntur esse. 6. censentur. 561. d 9. quæ nuper. 565. a 2. quantas. d 3. id est. 566. h 7. ius ve. 567. a 14. genitura. d 5. actui contrarium. 568. a 14. ad actū. f 6. at hoc. 11. futuram. h 3. & est. 12. habitam. 569. a 11. derivantur. 12. materia fit. 570. e 2. ipsius. f 2. accidit. h 13. forma. 571. b 10. nō tēpore. c 2. natura. 572. c 4. opposita. g 9. natura. h 7. certi. 573. b 14. naturā. 574. f 10. intelligit. g 3. efficientis. 575. a 9. modo. 12. sic. b 7. variatur. c 11. ab ipso. d 7. tāta. 576. f 1. indicans. 578. f 8. igitur. h 1. quanq. 579. a 5. aliter fore, vt idem esset. 580. c 3. ὑπάρξιν. 4. ὑπάρξειν. 581. c 7. qui tria. 582. e 13. habent. f 2. munerib. 583. c 14. siue etiam. d 2. assignari sicut etiam reb. artificiosis. 584. g 9. assecutæ. h 2. properemus. 585. b 13. continuenda. 587. a 9. curiosus. d 8. sic nec'nc. 588. e 8. præditas sol. 593. a 11. inferiorum. b 2. aimus. 4. essentiæ. 594. h 13. præterea. 596. g 7. hic etiam. 597. a 5. atq. d 2. vt vtraq. 13. reperiatur. 600. g 1. in materiam. h 1. quàm in homine q; rel. 4. generatim. 601. a 13. sint. 602. e 7. coq. 603. a 5. nec ab ipsius. d 6. præcepta. 13. memoret. 604. h 12. quod si non. 605. b 11. fecere. d 10. veturos. 609. a 14. imitantur. c 15. temere. 610. g 15. appetitum. 611. b 10. eam quæ. c 14. euenirent. d 2. quasdam. 612. g 14. foret. 613. b 1. sit qui. 7. primum. 9. caussę. c 1. occidere. d 1. vis. 614. f 11. prædicari. g 15. perfectionis. 615. e 14. determinatè. c 3. cū vi. 616. f 3. naturæ. h 13. hæc autem in materiæ. possunt. 617. a 15. contingentiæ. c 13. vbiq. 618. f 1. opposita. 619. c 1. ex communi. 620. c 1. in primis. f 2. quodam modo. h 7. patrare. 621. d 9. sit aliquid. 623. a 1. fato. d 1. nimium. 624. g 2. terminum. 625. c 3. verum. 627. b 13. aqua item. 628. g 2. inquiens. 3. materia. 8. senibus. 13. cōmodè. 629. a 11. senc. b 13. eum locum. d 9. auctoritate. 10. qua vnu. 12. ne hilum. 630. f 13. odit. 631. a 10. labascit. 634. g 4. videri. h 1. æstate. 635. b 6. careant. 13. simplicius. 636. g 4. succedere. hæc habenda est bona mala ue fortuna. simile. h 7. Chymistas. 14. arte. 637. a 15. eadem. c 12. vel modum d 4. mytulos. 638. c 2. ex semine & ex. 6. certa. f 2. propagantur. 6. vtriusq. g 9. ablationem. 11. immanentem. 640. e 8. significata. g 2. arbitramur. 641. b 11. difficiles. c 5. vtriusq. d 13. si ignis.

EX LIBRO SEPTIMO.

644. g 9. cum veter. 646. g 3. existunt. 647. d 4. complexionem. 649. a 1. sentientem. b 11. natura. 651. a 7. indicabitur. b 5. locumq. d 6. aërem. 652. c 7. è corp. g 4. & visenda. 653. a 6. Bibuli Cęsarisq. ludis. b 5. subiectum. 12. ratio. d 14. eo tantum nomine. 655. c 2. materia pręcedat. 656. e 12. in substantia. f 5. dictum. 7. quanq. 657. a 13. ipsis. b 6. earum actus. 658. e 3. quantitas. 14. in sequentib. quoniā varias formas oberrant at. 659. a 13. quæ per. 661. a 7. obseruata. 662. c 4. pręfinitur etiam q; totidem modis actus & potestas accipiuntur quot sunt categoriæ. g 7. præmonstratorem. 664. quod est ex fig. g 8. soler. 665. c 13. vt vna. 669. a 13. decreuerimus. d 5. obseruari. 670. f 11. video quæ. h 1. æquę. 671. d 3. potiuntur. 5. signum per se. 675. c 8. quæq. 676. e 1. vt vtr. 7. proposita. h 12. est. 678. g 13. fit actu. 680. c 10. connotate. 13. sectioni.

g 10.

g 10. at si illud verò esse. 681. a 6. soli. c 1. horremus. 6, animatorũ, d 7, labefactetur. 682. g 12, fine & propter aliud ; propt. 6… a 14. quodlibet signũ hoc est. ibid. nec tñ. c 8. sentum. 686. e 12. tum fit. 687. c 5. tñ quę pleruną. 7. professus est aliquid 688. g 10. virtutem, sic. 690. f 13. procedit. 691. a 7. ad auctu. b 8. vtrisq. 693. a 13. alentē & aug. b 6. i. aug. c 12. nunc sub. d 1. vti, non desunt qui. 8. natura calor. 694. h 14. actionēm. 695. a 5. comminutę. 10. instrumenta. b 14. valet. c 13. viuentib. 15 alimentitij. 696. g 4. separatus. 697. b 14. & quasi in ipso. 15. nequiuit. 698 h 8. adipiscatur. 699. c 3. funderur item à nutr. 705. b 6. eædem. c 3. hæc nobis. d 9. natura dicitur. 706. c 7. formam. 11. Thesei. 12. remorum. f 4. adæquat. 8. partē prob. 9. verbis. 707. a 5. atqui. 6. tribueretur. 9. fit per. 11. fit per. 15. certi. b 6. est auct. c 6. nec per se ipsam cõsueuit. 8. poterunt. d 8. quæ sic. 11. statuat. 13. ferunt. 708. g 13. vt eius bene. 14. qualitate talem hoc est. h 4. motiones. 11. reficit. 17. patiente conuenit inter. 709. a 10. permeet. d 6. materiam quę toto. 710. f 7. debeat. in tit. euertuntur. 712. e 16. ab illis. g 4. huc. 7. dissecetur nullo. 9. ne exh. 713. b 15. niti. c 1. partib. cont. 714. e 6. in quo primo. 13. possimus. 715. a 6. abitu. b 16. vt exhaur. d 5. Byzantij. 11. Fuissent. 716. f 6. videre est. 7. ex qua. 9. augentur. 717. a 4. planũ quod. b 13. certa. d 4. cum effic. 8. absentia. 12. primoq. 16. altero. 718. e 4. tamq. 5. Sed hæc. g 8. ne q. hæc. 719. a 16. quale. b 9. adnexa. 16. mutationem. d 12 fuerint. 720. ■ 3. quantitatis. 5. sit calidius. f 10. q̃ quod. g 2. nec plurib. 16. caussam. h 15. q̃ ab. 721. a 4. succedente. 9. naturam. d 15. fuerint. 722. e 4. præter naturam. 8. potest. 14. densatum.

EX LIBRO OCTAVO.

723. C 10. ἀλλοίωσις, ἀλλοῖον semper lege cum gemino λλ. 724. ■ 9. possessione 10. illę. 726. g 14. huius est actu h 7. substantiæ. 12. & à ceter. e 16. Eristicῶs. 727. c 15. nexum. d 1. propter sę fines. 2. posteriora. 14. specta. 728. e 6. sic ordin. g 4. fit fieri. 10. impedientia. 729. c 11. motus qui. d 16. illarum. 730. h 8. successiu. 732. f 14. inueniendum 733. c 11 actus accidentis ex actu. 734. e 8. totam. f 4. rationis. 737. b 7. aeris. 738. h 16. hoc meo. 739. b 13 qualitati. 740. f 9. ac generib. h 17. mendis. 743. b 12. innitatur. d 15. cum tamen. 745. b 12. quam. 746. e 16. ipse. g 10. tertio. 747 b 11. aut verò 13. cupressini. c 7. intendi. 749. b 4. absolutè. 750. f 12. professi. g 4. vsq. h 15. nemo. 752. e 8. reparari. 754 c 6. item. 755. c 5. sic solum. 8. per actum secundum. 756. f in tit. elementis. 8. mouentur. 9. deletur. 757. d 12. effecta. 758. e 2. sensum 4. superiora. 7. Aristotelea. g 6. remissiorem. 8. vt mos. 759. b 5. nix. 6. cos existit. 12. materiæ d 5. obtinebat. 760. g 12. ad illas. 761. a 5. perfectioris. b 8. colorum. 762. e 7. nobis. g 4. permistione. 763. b 4. fit. 12. pictoribus. 14. non fit. c 4. philosophorum. 764. f 7. eget. g 10. contracto. 766. e 5. vt terminat. h 13. halitus. 15. halitus. 767. c 8. acutam 14. donare. d 15. sequitur. 768. e 11. non est. 770 g 3. mucrone. 771. b 6. & nigro. d 17. anaclasim. 772. f 8. contraria &. g 2. vim. h 16. ex æquo. 773. b 14. accipiet. 774. f 14. qualitates. h 7. ponantur. 14. ambiguas. 775. a 10. quo ex. d 1. fiot. 3. conditione tãtũ. 777. a 14. sensiles. d 15. & fine. 778. e 3 hos bon. 6. defendes. 779. a 3. & sunt. 8. atq. c 4. in his est. d 14. nullius. 17. ita. 780. g 1. repassio. 2. vtriusq. 3. priore. 15. benefica. h 4. communicat. suat entia. 781. c 9. acrem. d 10. pro priore. 782 e 16. fundum. h 17. non potest. 783. b 13. contractam. d 17. accidenti. 784. e 10. quæ alij. 11. innitatur. f 8. perhibetur. h 10. producenda. 785. a 2. positura. 5. fit vt. d 16. quos tamen. 786. g 14. luminis. h 10. diuersa. 787. a 3. nulla. 788. f 15. potiri. 16. terminos omnes. 789. b 11. fuerit. 16. nimium. c 10. vel ex extr. 790. e 4. ob eamq rem. 14. primæ. 15. euidentior. 791. a 7. ab altero. c 15. spectari. 792. g 11. summè. 794. e 11. insigantur. g 8. vnam. 795. d 5. fuerint. 796. g 7. γένυ κνήμης. 797. a 8. debilitatum. 9. nisu. b 4. πάθους &. 9. omni. d 8. naturalis. 798. g 6. explicata. 11. è voto. h 4. contrariis. 6. præstantia. 12. quidē actu. 799. a 12. eousq. d 8. denominationes. 800. h 6. circum. 801. a 1. facilis. d 7. forma. 802. e 2. ab illis. 4. quorũ. 803. a 2. eandē. 805. a 2. cũcta igitur. c 8. comũctis d 2. fuerint. 806. e 10. & ne elem. f 2. vt si 807. a 8. motu. d 6. perhibetur. 808. h 15. prestat. 809. a 11. motus.

EX LIBRO NONO.

814. F 3. ille fuer. h 6. Si quem. 815. a 9. hoc est. b 3. ipsum. 816. g 13. tantum. 817. b 14. dicta. c 13. ant fit. 14. dederit. 818. f 8. terminum. 9. conuexum. 819. c 13. motui. 820. f 14. abeant. 8… a 13. nulla enim ratio. b 9. teporem. c 5. lis amicitia'ue. 822. f 2. sed. h 1. grauiter. 823. a 5. respondeas. 824 e 7. fit minus. f 10. indicantium. h 16. caussa. 825. a 12. effectuum. effectuum, & caust. d 3. excellæ. 11. diluam ag. 829. c 8. optimæ. 830. e 1. coniecturã. 11. mortisq. 831. a 5. ni prius. d 14. exagitatio. 832. g 3. quoad tamen. h 7. propinquius. 833. d 1. cognoscitr. 834. g 5. incœpto. h 4. feriendo. 835. b 8. sic quoq. c 5. Ne igitur. 836. f 2. fecerint. 837. c 6. indicat. 8… e 15. per se mouere aut mou f 9. vt in homin. g 1. & id in iis à proiic. h 11. at qui hoc. 13. sit id. 839. a 15. illa. 10. qua exord. c 7 qua ratione. 8. duab d 1… à parte. 840. f 5. i. amplius repon. g 2. tangeret. 841. d 11. ipsum. 842. f 2. perpetua. 3. esse potius. g 11. nanq. etiam 845. a 12. cœlo. d 12. pernoscendas. 849. a 13. Hunc etiam. b 11. Tum. d 2. vt color in ii. 851. a 9. testantur. d 11. expetit. 8… 3. a 5. autē ad locum omnib. 854. e 12 oppositam. g 11. quod certè. 856. g 10 conditionib. h 13. erit eadem materia. 857. d 10 lucem aff. 859. d 10. cõtinentur. 860. d 10. ac phys. 861. b 13. Callippo. d 12. asseuerarur. 862. g 5. totius primus. 863. c 4. aliam. 864. e 1. offendat. 9. obtineat. 11. motum aggr. 12. 13. qui vere triplic. 865. b 6. partes. c 2. quæ potestati subiicitur. 866. g 15. ꝙ animad. 867. a 3. fit vt 868. e 12. 13. obiiciebatur. 869. a 11. cõtenter. b 9. caussa vel in spatij difformitate, vel in mou. c 6. accedit. 870. f 15. constitutis à h 16. fit in som. 871. d 9. motum. 872. f 1. offeret. 873. d 12 Tertium. 874. h 8. sanè videtur. 875. a 4. diuersa. d 16. punctus. 876. h 4. nescitur. 877. b 4. Quanuis autem hic. c 3. duplicetur. c 13. in tit. tempori. 878. e 13. qualitates. 879. b 12. essentiæ. 881. c 4. videntur. 13. segregatus. 882. e 3. accommodare. 7. tempori obn. 884. f 13. motus. h 10. moueatur. 885. b 9. perfectioris. 888. e 8. cur item. h 12. decas. 889. c 16. natura. d 10. est ab Arist. 891. a 1. habebant. b 6. possis. c 7. mysticè.

EX LIBRO DECIMO.

892. F 5. hinc. g 12. inspectione. 894. e 3. dominante sic. 16. abeat oppugnare. f 16. pullulant. g 7. potest . vt [a] in marg. [a] secundo de cœlo. T. 44. 12. annis. 896. e 14. ꝙ alsid. g 4. liber. 5. simplicem. 897. a 5. vt phys. 6. quid tantum. d 5. luceant. 899. a 11. potestas. b 2. manant. c 6. vt primum. d 2. à materia. 900. e 1. ꝙ quorum. 902. e 9. exacta. h 14. intelligantur. 903. d 11. ducitur. 904. e 1. ipse vnum. 11. Pausonē. f 14. Hic tibi. 905. a 1. ignoratur. c 13. quidam perfectiores. 906. e 4. demonstrant. 7. est g 7. illiq. 907. a 3. alteram qua. 12. fit eius. c 11. ac real. 988. e 13. ad actum à potestate. 15. Ægidio. g 13. necessariò. 909. a 10. ex subiecto. d 13. modum. neq. Perip. 910. f 10. ipse tibi. h 4. &. 911. a 16. generatione g 4. fit quan. 916. e 12. potiendam. 15. Lycęi. f 7. suff. g 11. at. 917. a 8. comparari. 918. f 16. At id. 920. f 7 posse. h 6. sic. 921. a 9. perpetuus. 13. materiæ. 922. f 2. hic est. h 10. intelligetur. 924. f 11. hyppopotamum & sic vbiq. 13. multa. g 2. suppeditant. 927. a 14. Indicabat. b 5. falsa. d 1. excessisset. 928. e 11. nummus. f 4. nummus vnus nummus ad decem multò. 929. a 2. superiore. b 3. voco. 14. supremus. c 9. primum. d 11. siquis eius. 933. b 5. duab. 935. d 4. moras dis. 936. e 4. optimæ affe. g 11. labores. 13. φρουρητικάς. 937. a 3. πυρίχιον. 938. e 1. Græcis si. 14. quam. 15. vna omnis. f 2. beatitatis'ue. h 12. at mob. 939. a 15. motum esse. ἐνέργ. ■ 9. non habeant sociam, non possunt. 10. oporteat. c 2. vniusmodi. 941. c 13. similis. 942. f 13. simile. 15. vbi. h 13. quartum. 943. c 6. sic &. 945. c 11. naturam. 946. e 5. effecta. f 10. quia sola. g 4. nos conturb. 5. ex his verò. 947. a 15. vt etiam. b 4. eandemq. c 5. distinguat presentes. 948. e 2. verò. f 12. efficacitas. g 9. respiciat. 949. a 15. ille. fit. 950. f 7. cum valeat. g 14. Lycęo. 951. a 1. verò. b 7. calida. 15. quod mouetur. 952. e 9. posset cõtr. 15. diuiduum. f 2. vt efficiens, itaq. vt finis. 8. concludit. 953. b 2. vim 8. si hęc. d 7. vt aliud. 954. f 10. quem cum. b 2. memento. 955. b 8. fuit. 8. Phys. c 10. probet d 16. versaretur. 956. e 12 debeat. 14. opponit. f 15. essentia. g 11 eas str. h 3. naturæ indicari. 958. g 13. eos 14. Ethici. 16. animalis. 959 b 1. vnum quod est 5. differentem c 15. cogitat. d 5. concœpit. 960. g 15. animæ actum. 961. c 1. Deus. 962. e 5. sint. g 9. ipsis Deo. h 11. Sic ergo. 964. f 3. ædificator 967. b 8. natura quicquid. 968. e 1. etenim caussa. 972. e 10. maleficũ. g 8. pertineret. h 17. soleret. 973. a 3. petens. d 12. cumulatissimè. 974. ■ 1. iustã quic. 976. h 2 nos esse. 981. b 16. princeps. c 2. in vno. 982. e 10. dissoluitur in mat. 985. a 6. cõpositio inest. 988. e 9. & in intell. 989. a 9. producuntur. 11. æterna 14. nisi forma. d 10. idearum vsus. 13. illa etiam. 14. ex eo caussam. 990. f 12. abstrahant. h 2. cõmunicat. 991. c 1. sit alia. 4. fota. 992 e 16. operationem. 993. b 2. cum sit. c. in tit. quodq. 994. c 6.

994. e 6. fit capax. 9. voluptatem. f 13. prestitura. 995. a 10. caussa qua quom. 996. f 16. promouet. 997. d 7. ille ẽt. 998. h 17. Pherecyden puto. 999. b 9. communicatricem. d 2. cũ partic. 1000. a 5. prestare non poss. 9. bonæ val. d 2. Pammonem. 1003. a 13. παρυπόστασιν παρατροπὴν. b 13. cû his 14. in eo. d 13. habeant ne. 1004. g 1. á primis. 12. motus aut. 1005. b 8. adeptum. 1006. c 10. officia. 14. Cholcodea. 1007. a 10. functionum. b 3. 4. sin st de caussa proxima, & efficiente 1008. c 10. materia. 12. apparabit. 1009. b 10. motionis. c 4. diffigantur. 5. limitantur. d 7. Hydaspes. 14. cultam. adoration. 1010. g 13. salus. 1011. moueb. d 5. augustissima. 11. tibi ipsi charis.

Greca, ne lectores erratorum multitudine terrerent, humanitati diligentiæq. eorum commendantur.



FRANCISCI BONAMICI PHILOSOPHI FLORENTINI IN PISANO GYMNASIO PROFITENTIS.

DE MOTV LIBER PRIMVS.

DE MVNERE PHILOSOPHI NATVRALIS.

Procemium.

OTVS initia caussaq. venari proximè operosum esse atque difficile,& multa de ipso volumina à Peripateticorum principe edita testantur,& labores summi,quos vniuersa philosophorum schola in eius explicationẽ cõtulisse perspicitur. Nam siue copia theorematum spectetur,siue subtilitas & obscuritas:hæc omnia planè in motus essentia vestiganda nobis sese obiiciunt:etenim persistit parum motus; nec eius aliud quicquam , nisi pars aliqua,atq. illa

A quidẽ lubrica,nilq. stabilis obtinens,quin'potius indiuiduus quidam finis eius tantummodò extat; vt facillimè elabatur: tum etiã ꝙ multa complectitur,quæ naturis inter se discreta tantam caliginẽ offundũt, vt inter philosophos admodùm procliue sit variari. Augebat quoque difficultatem, quia plurima flagitaret,vt constitui posset. Nullum enim caussę genus existit,ex quo non pendeat motus : tempus item locumq. respicit. singula verò complura nobis suppeditant quidem , quæ dicamus; sed ea certè plena salebrarum & dubitationis; verùm quæ præclaram philosophandi occasionem præbeãt studiosis veritatis. Quare nõ minus audaciæ fortasse nobis adscribetur, qui tãtum negocium pertentare voluimus, quàm desiderio veri pernoscendi,studioq. cæteros iuuandi,qui nobiscum in hanc pulcherrimã, & honestissimã speculationis arenã descenderunt; quæ semper apud nos potuere plurimum,& ad sese trahẽtia miris modis,à multis vitæ cõmodis auerterunt,existimãtes ei,qui se ad speculationẽ contulerit; cuius multò maxima pars est quæ de motu amplissima præmia proponi , veritatẽ nimirũ, quæ sola bene institutã mentem pascit,& fouet,& alioqui fluctuantem sedat, & multò plus denique delectat,quàm laboris immẽsitas & anxietas curæ deterreat,eademq. tum seipsam superat , cũ versatur in rebus honestissimis , in quibus optimo iure contemplatio motus numerari potest.

B His adde quàm sit eius animaduersio necessaria,cùm planè informet methodũ naturalem,quæ sibi proposuit ad explicandum illud substãtiæ genus, in quo fons inest & origo motus; hoc aũt larissimè patet,atque adeò,vt nisi aciem mentis acerrimè intendas,solum tibi,inter ea quæ sunt, occurrat,facileq., nisi aliunde iuuatus afferis;nihil aliud esse opineris,quàm naturam : ideoq.certam materiæ subiectæ rationem in methodo illa ponit: ex quo efficitur,vt cuncta in scientia naturali ad eius stateram reuocari oporteat. Hæc quidem per oĩa pertinet,quæ sensui subiiciuntur, & ad omne genus vsus ab homine accomodatur,& quasi officina quędã est,& instrumentum,vnde supellex diuinæ contemplationis expromatur. Proinde pleraq. pars humanę contemplationis in tractatione motus impenditur. Operęprecium ergo facturum eum confido , qui toto pectore negocium de motu suscipiat,in eoq. explicando suam operam collocet. Magna enim principij vis est,vt nõ semel à viris sapientissimis dimidium totius habeatur,imò ipsum solidum totum prædicetur. Itaq. cum in omnib. reb. agendis,tum maximè in philosophando rerumq. veritate vestiganda,rationem principiorũ habere oportet: seduloq. aduertẽdum, quæ'nam & cuiusmodi principia statuãtur: siquidem fundamenti locum occupent in omnibus methodis. Sicut

ergo fundamentis rectè constitutis, reliqua omnia quæ superstruuntur, firma permanere & perpetuò durare possunt: si minus; quicquid adiicitur breui corruat necesse est: sic de scientię principiis, & fundamentis cogitare oportet. Exigua sanè principia sunt; at verò maximè pollent. Ex quo efficitur, vt, quemadmodum in itinere faciendo paruus error ab initio maximus euadit in extremo: sic principiis in methodo malè fundatis, demum longissimè aberremus à vero. Vnico enim dato absurdo plurima succedunt. atque, vt monet Plato, velut in describendis figuris mathematicis, si exiguum quoddam primum ignotum falsumq. sit, reliqua deinceps multa consentiunt. Neque verò secus de principiorum constitutione iudicando est quàm de consiliis nostris lepidissimus ille poëta censuerit, ita scribens. E

Si quam rem accures sobriè & frugaliter,
Solet illa rectè sub manus succedere;
Atque ædepol fermè vt quisque rem accurat suam,
Sic ei procedit post principia. Denique si malus,
Aut nequam est, malè res vertunt quas agit:
Sin autem frugi est, eueniunt frugaliter.

Idcirco multùm principiis insistendum, diligentissimeq. considerandum vtrum rectè nec'ne decernantur. his verò probè examinatis & quasi fundamentis benè iactis cætera cum ipsis congruenter subiicere succedet. Nostrum igitur institutum est nunc naturam motus accuratè perquirere & quasi in vnum breue corpus omnia cogere, quę passim ex communi sensu doctorum discussa & à philosophis acerrimè varieq. disputata sunt; animiq. nostri sententias de re obscurissima pronunciare, iudiciumq. nostrum dimisso omni partium studio liberè, at non licenter interponere; quibus etiam non pauca de nostro contexuimus; nimis fortasse confidenter eorum iudicio, qui maximè tribuunt (vt certè faciendũ est) auctoritati maiorum; verùm si sine animo iudicare velint, & in intima nostra pręcordia penetrarint, vt proficiamus nos, & aliis prodesse possimus, neque pœnas huius audaciæ declinemus, dum nostrorum dictorum reddere rationem, & meliora dicentibus auscultare parati sumus, atq. ipsi pro viribus non omnium auctoritate cõtempta profiteamur, sed ad iudicia peritiorum exploremus illa, quæ aut oscitante negligentia, aut iniquitate factionum, aut etiam iniuria temporum à pura illa peripatetica disciplina, antiqua illa quidem, non tamen eiusmodi, quæ debuerit, vt iam cœpit, antiquari, tam longo temporis ætatum regionumq. tractu lapsa fuerant; quibus item accessit acre studiũ cõcertationis, quod vnicuiq. propemodum insitum est, atque innatum, itaq. exardet facillimè, & animis nostris inheret tenacissimè; neque minus distrahit in diuersas opiniones, quàm cuiusq. nostrum cupiditas ad varia studia prosequenda quacunq. vel ẽt leui de caussa, quotidie nos incitet & impellat. Neque itẽ abhorret ab hac peste consuetudo: permagni enim refert, quibus opinionibus quisq. ab initiis studiorum sit imbutus: etenim quemadmodum celeriter arripiuntur; ita diutius retinentur, & à teneris annis amplexa vehementius amantur. ac veluti lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui nequeunt; sic ea quæ rudes animi perceperunt non sine summo labore excutiuntur, quo fit etiam, vt cætera lentè fastidioseq. probentur; ne dixerim, funditus repudientur & respuantur. Quamobrem ferunt Theodorum tragœdum nobilissimum nulli concedere consuesse, vt ante se prodiret in scenam, quia nimirùm primis auditionibus spectatorum animi nimium conciliarentur. Nos, quoad potuimus, Aristotelis vnius vestigiis inhęsimus, & ex interpretum sententiis illas secreuimus quas ab ipso Aristotele proficisci, si non perspicuum sit; at nos ita esse persuadere conati sumus; vt neque etiam nos industria nostra minus confisi quàm approbatissimorum hominum auctoritatem secuti fuisse, nec ab eorum sententia, nisi coacti discessisse iure optimo videri debeamus. Quæcunque tamen ea sint, quæ conscripsimus, non sine pertinaci labore confecta sunt. Sæpius enim sæpiusq. hæc animaduertere oportebat: atq. vt poëta ille monet (vtar hîc ego auctoritate verbisq. Platonis) ante retroq. conspicere, ne fortè deciperemur à nobis ipsis: quaquidem fraude nulla magis est capitalis: quandò nunquam seductor abest, nec vllo tempore à decepti latere diuellitur: resq. ipsa sese abdidit in profundum. si quidem ea sit conditio principiorum, vt Tantum F G H

Sint infra nostros sensus, tantoq. minora,
Quàm quæ primùm oculi cœptant non posse tueri.

Quo circa neque mirùm esse debet, si res aut minus iucunda, aut etiam grauior, difficiliorq. videatur, est enim methodi nostræ ianua tristissima; verùm si prima tempora toleraueris (qui vnus est labor) non dubito, quin mirifica voluptate complearis. tibiq. memineris, in capessendis physicę principiis ita faciendum esse, velut iis, quos vexat febris, aut quorum pars aliqua computruit, vt enim valeant, amarissimos succos bibere coguntur, cibis parcere, aridum quoque ne colluant os frigida cauere; aut, quod grauius est, ferrum ignesq. pati: sic tibi, vt animo valeas, oĩa ferre audendum est; eoq. magis, quo pretium maius est animæ quam corpori, cuius morbus est inscitia, salus autem disciplina. En igitur naturæ primordia patefacta, quorum explicatione

vtere

A vtêre, si voles: tu autem velle debebis, quòd res difficiles & tanti ponderis in vniuersa contemplatione nunquam tractantur satis. Occasio vero scribendi voluminis ab ea controuersia sumpta est, quę in Academia Pisana inter nostros collegarumq. auditores exorta est de motu elementorum. Sed cùm multa quæstio requireret, quæ de motu & natura generatim dicenda essent, primo consilio secundum successit, vt de motu disceptaremus vniuersè eiusq. causas omnes, & communiter & speciatim perquireremus, ac singulas partes & membra intueremur, cuncta facilius percipi posse sperantes, si tota quæstio scribendo explicaretur. Sed ne nimium longa sumatur oratio, de re ipsa iam dicere incipiamus. Cœptis nostris Deus aspiret, vt quod illo autore velle cœpimus, eodem etiam adiutore consequamur.

Generalia quædam capita tractantur de principiis scientię naturalis. Cap. I.

OPTIME verò factum esse arbitror, si in hac methodo bonos imitati mathematicos, aliqua veluti fundamenta iaciamus, super quib. ædificiũ hoc, quod tanto conatu studioq; molimur, extrui valeat. erunt verò hæc principia siue hypotheses, quibus physici sine demonstratione
B frequentius vtuntur, vt enim docet Proclus principia secundum naturam sunt in rebus quidem caussa, vt finis; in definitionibus distinctio; in demonstrationibus & scientiis hypotheses,[a] quæ tametsi ab Aristotele prætermissa nouimus, vt pote perspicua, & siquando opus fuerit ex analytico præcepto vsurpata: [b] nihilominus prælibanda fuerunt propter illos, qui in hypothesibus physicis imprudenter etiam numerant aliquot conclusiones & suis locis ab Aristotele demonstratas, aut multas item prætereunt, quæ passim ab Aristotele ipso, aut sine admonitione accipiuntur, aut declarantur solùm; & nulla vi syllogistica allata persuadentur. Neque tamen existimes velim, me huc omnia congessisse, quæ à philosopho naturali sine demonstratione sumuntur & solo sensus auxilio notescunt, nimis enim putidum atque importunum fuisset singula recensere; sed ea quæ perpetuò sic se habent, & ad capessenda proxima demonstrationum principia conferunt, [c] vtque alienis verbis vtar, inducunt ad primæ certitudinis ordinem, cuiusmodi non sunt illa quòd homo sedeat, aut tunica sit alba: nihil enim hæc faciunt ad scientias, quamuis certissima sint, atque ex iis illa enarrare quæ crebrius occurrunt & sunt veluti radices, vnde tanquam soboles, complures aliæ pululent. Neque id obstabit, quominus in numero hypotheseon & principiorum, quæ demonstrari non possint, aliqua reponantur, de quibus multa disputari
C solent, & plura verba vltrò citroq; haberi. nobis enim satis illud erit, si ita esse crediderint, qui talia pronunciata oppugnant, licet voce aliter autument, [d] & locis probabilibus, seu potius sophisticis rem conficiant, nam parum à nob. hoc loco curabuntur: etenim verum cum vero perpetuò congruit: falsum non modo à vero, sed à seipso persępe dissentit. [e] Quanquam sæpe euenit, vt quædam conspicua sint, si prima fronte spectentur; veruntamen intus latebrę conduntur: hæ nisi introspiciantur, rei veritatem conturbare possunt: vt illa omnia ferè, quæ primo Phys. ab Aristotele commemorantur, & in confusa referuntur, etenim liquet omne id quod fit, ex contrario fieri, siquis autem opponat materiam veluti non contrarium, ex qua fiat id quod fit, verè opponet & persuadebit non omne id quod fit, ex contrario constitui, sic principium notissimum concutere videbitur. Verùm nos hîc corticem duntaxat attingemus posthàc peragraturi recessus; iis positis quę quisque vir sani iudicij & in rerum naturalium contemplatione versatus, nec aliena consuetus audire, simulq; analyticę non ignarus facillimè dabit. probè scientes eum, qui mentis imbecillitate laborat,[f] parum expertus,[g] aut ab alia consuetudine deflexus est, & analytica negligens[h] ea frequenter approbare, quæ physicus saluo suo iure non admitteret, & illorum demonstrationes quærere, quæ per se ipsa conspicua sunt,[i] aut contrà
D res obscuras accipere pro notissimis. Tali igitur auditori principia proponimus, qui futurus sit physicus, nec aliarum scientiarum merita occupare decreuerit; nisi quantum hęc velut à superiore quem subalternantem vocant, offerentur, aut etiam velut à ministro Architectori, quem primum philosophum, aut Theologum volumus esse, suppeditabuntur. Quę pluribus modis primùm distribuentur, vt in suas classes sine vllo negocio redigi possint, deinde in vsum quotidianum tanquam ex certo penu depromi. Ea verò nos in duo generalia capita partimur. sunt enim principia cognitionis solum, vel principia cognitionis & rei simul; siue complexa sint, siue incomplexa, nihil refert, neque enim ita difficiles, aut morosi sumus, vt ex huiusmodi principiorum ordine incomplexa expungamus; qui nouerimus Aristotelem ea pronunciare motione ignorata, latere etiã quid sit natura.[k] est igitur motio, vt patet, principium cognitionis, eademq. vt incomplexum, neque enim quæritur, an hoc vel illud moueatur; sed motio quid sit, nec quenquam fugiat esse aliquod principium, quo termini cognoscuntur, ex quib. struitur demonstratio, tanquã ex principiis cognitionis, [l] damus planè principia proxima demonstrationũ esse cõplexa, [m] atq; ita ab Aristotele principium primum demonstrationis in suas partes fuisse distributum: at, quin

a 2. in Tim.
b 1. Post. T. 25.
c Abumazar.
d 4. Met. T. 9.
e 1. Pri. seg. 5
1. Eth. c. 9.
f 8. Phys. Tt. 22. 26.
g 1. Phys. T. 71.
1. De ortu.
h 2. Met. T. 14.
7. Eth. c. 10.
De Mem. cap. 3.
i Met. T. 26.
k Phys. T. 1.
l 1 Post. T. 6.
m 1 Post. Tt. 5. 25.

incomplexa sint principia, saltem remota demonstrationis & cognitionis asserere, mea quidem E
sententia, non licet,[a] & duo prima illorum genera facimus, cognitionis inquàm & cognitionis &
esse simul ea quæ sint principia solius esse, nulla statuimus, quod quidam aiunt; [b] quippe qui le-
gerimus apud Aristotelem, [c] tum denique id concretum est ex aliquibus rebus cognosci, cum ex
quib, & quot constet, teneatur. Igitur omnia è quibus aliquid constat, sunt principia cognitio-
nis eius, nam quamuis ex illo ordine videatur esse materia, postea docebimus, etiam materiam,
vbi fiat intelligenda, principium cognitionis euadere. Principia verò cognitionis tantum illa
sunt, quæ nob. nota ab Aristotele ponuntur; siue ea sint effectus proprij & per se, è quibus vt an
tecedentibus demonstratio struitur à signo, & quorum facto quodam gyro mentis, quem regres
sum, seu circulum dicunt; intelligitur caussa ope demonstrationis ipsius propter quid est. Siue
etiam sint alia adiacentia & comitantia rei. [d] Siquidem nil vetet, opinor, ea quæ sunt nota nobis
promiscuè & cõmuniter ab omnibus scientiis vsurpari, veluti de motu dictum est, [e] quarum om
nium proprius non potest esse motus, cùm toto genere distinguantur, veluti naturalis & mathe-
matica, demonstrationes autem ipsius quod est aut eiusdem sint scientiæ, quę docet caussam, [f] aut
vbi vna ad alteram se habeat, vt inferior ad superiorem. Quapropter hoc principiorum genus
ab altero separatur, quia non obtinet vim caussæ. Secundum genus principiorum omne genus F
caussæ complectitur: quandò omnes caussę generatim in demonstrationibus assumi queunt, sed
præcipuè pertinet ad interna principia quæ sunt materies & forma: quod ubi qui iam analytica
tractasti pluribus nõ exponam, [g] nec in eo morabor quòd principia cognitionis virtute solum in
demonstratione contineantur, principia verò rei comprehendantur actu; largior ero in assumen
dis principiis cognitionis, & si quando opus fuerit, vt in demonstratione quòd est, etiam nota no
bis vsurpabo. Quæcunque tamen principia sint, idcirco principia sunt, quia non requiritur eo-
rũ demonstratio simpliciter in ea methodo, in qua ponuntur: licet in alia quandoque demõstra-
ri queant, vt si principia fuerint methodi subalternę; nil enim prohibet, quo minus habeant caus
sas superiores, per quas ostendantur. Verùm in ea methodo, cuius principia sunt, vt aliis modis
manifesta sumuntur. Modi verò multi sunt, ac si generales omnium modos recensere libeat,
quibus principia tùm in philosophia contemplante, tùm in agente, ac demum in scientiis, & arti-
bus percipiũtur & cognoscũtur ex Aristotele recensebo & explicabo, [h] aliquot alij sanè indican
tur; sed nihil de illis speciatim dicitur. Vnus est qui solum respicit eam philosophiæ partem,
quæ posita est in agendo, est verò per consuetudinem: quando nimirum bene maléue agendo sic
aut aliter assueuimus, & ex actionis illius frequentia contrahimus habitum, quo sic aut aliter iu- G
dicare cogimur, vt qui furando sæpius euasit in furem, furtum iudicat bonum, & hoc illi veluti
principium est consuetudine partum furtum esse bonum. Reliqui modi in omne methodorum
genus conuenire possunt vt inductio, qua plurium singularium similitudo colligitur, consimi-
liq. modo sensus. Nanque inductione percipimus, si ab æquis æqua demantur, æqua esse quæ
supersunt, sensu cognoscimus aquam esse frigidam, & primas primorum corporum qualitates.
Aliis quoque modis principia noscuntur quos Aristoteles non exprimit. Sed optimè Auerroes,
optimè item Eustratius enuclearunt. Auerroes inquiens significari vias illas, quæ nullam vim af
ferunt menti, vt diuisionem, id quod etiam docuit Aristoteles, [i] cùm testatus est ea, quæ sunt no
ta natura, nobis autem ignota, fieri nobis perspicua diuidendo & resoluendo illa quæ nobis per-
spicua sunt. Additur item syllogismus quem vocant hypotheticum per naturam, in quo nulla
extat vis dicti de omni, aut nullo, sed necessitas sola consecutionis, tùm quoque exemplum.
præterea si vera de vsu dialecticę prædicat Aristoteles, [k] ad idem valebunt arma dialectica. Nam
præter cętera multum confert dialectica ad inuentionem principiorum, quę scientię sibi sumunt.
Valet item ad hoc definitio principiorum, vt frigoris & caloris: quod item Socrates approbauit
in principiis exquirendis, imò excogitauit. Nam duo sunt quæ Socrati iure proprio tribui pos- H
sunt, [l] inductiue orationes, & definitionum vsus generatim. vtraque autem ad scientiæ principia
conferunt. Magna etiam vis est experientiæ quæ nascitur ex memoria rerum quas sensus semel
atque iterum suppeditat: nanque ex repetita sensione memoria propagatur: multæ verò eius-
dem rei memorię potestatẽ vnius experientiæ faciunt, [m] ex experimentis verò primorum prin-
cipiorum cognitio gignitur. Itaq. generatim id ab Aristotele pronunciatum. [n] Principia quæ se
cũdum vnumquodque sunt, experimenti esse tradere: [o] vt puta, astrologicę disciplinę principia
ex astrologica experientia colliguntur: nanque obseruatis apparentibus quantum satis est, inuen
tę sunt astrologicę demonstrationes consimiliq. modo principia se habent in alia quaçunq. scien
tia vel arte. Itaque experimentum ea subministrat, quę verè insunt in rebus quorum si nihil
omissum fuerit, in promptu erit illa demonstrare, quę demonstrationem recipiunt, cuius verò
non est demonstratio suapte natura, cuiusmodi sunt principia quæ nos hoc ipso tempore tracta-
mus, ea manifesta facere. Quamobrem monente Aristotele plurimum potest in scientiæ prin-
cipiis statuendis experientia. Quo miror magis hoc caput ab Auerroe prætermissum. Nisi cum

eius

a Zim. Tab. §. principia scientię naturalis.
b Iand. 1. Phys. q. 7.
c 1. Phys. T. 35.
d Io. Grãmat. 1. Poster. c. 25.
e 8. Phys. T. 22.
f 1. Post. T. 30.
g 1. Ven.
h 1 Eth. cap. 7.
i 1. Phys. T. 3.
k 1. Top. cap. 2.
l 8. Met. cap. 4.
m 2. Post. T. vlt.
n 1. Prin. seg. 2.
o 1. Met. sum. 1.

A eius assectis defendamus experientiam cum consuetudine fuisse numeratam, quasi idem sint, aut consuetudinem experientia consequatur, quippe quòd omnis consuetudo postulet experiẽtiam. Atqui mihi magis iudicium Eustratij probatur aliud facientis experientiam à consuetudine: [a] quoniam consuetudo ex actione suboritur, experientia ex obseruatione, & collatione plurium singularium consimilium, vt quòd rhabarbarum purget flauam bilem, in hoc & illo ægroto experimur; nec quicquam propterea consueuimus. Quoniam verò dicere posses non omnem planè sed aliquam experientiam cum consuetudine conuenire, ostendam ego id esse ex euento & fortuitò, non necessario & per se, quando multæ sunt consuetudines, quæ sine vlla aduersione, sensu notitiaúe contrahuntur, veluti quòd sibi quispiam vellicet barbam, aut curuus incedat, sine illis verò nulla experientia cõstare potest, quid.n. obsecrò experimenti facies, nisi aduerteris? quid aduerteris, nisi noueris aut senseris? Hæc quidem omnia, quæ nuper commemorauimus principiorũ notitiã faciunt, offerentia terminos menti, quos simulac ipsa contẽplata fuerit, ita esse certissimè cognoscit & maximè credit, & ad eorum normam refert omnia, quæ consequuntur. Sed cum è principiis rerum nonnulla sint euidentia, neque præmonstratorem postulent, alia recondita sint & ignota nobis ea quæ paulò ante recensuimus, omne principiorum genus amplectuntur,

B siue notum sit nobis siue ignotum. Verumenimuero consilium nostrum est in naturalis scientiæ vestibulo constituere illa quæ sine acri ratione notescunt, & in notis nobis collocãtur, siue sint posteriora, seu priora natura, quæ de domo quicunque afferre solet, aut paucis admonitus à præceptore, admittere; quæ in sensu & experientia poni dicimus, & accipi ita esse solum, quia scilicet nulla eorum caussa afferatur. Quocirca dictum quoque est ab Aristotele [b] quòd ita sit, esse principium, non illud sanè, quod legitur 2. Post.[c] & est in numero quæstionum, quod falsò nonnulli Ethicorum interpretes opinantur; sed id, quod numeratur in præcognitis. Etenim principia sic prænoscuntur, quòd sunt. In physicis autem à sensu, & experientia trahunt originem, his verò nititur inductio, quæ principiis proximè terminatur; vnde ministerio facultatis sentientis opera mentis succedit. Hinc pendet vniuersa fides, quę demonstrationibus habetur, quia per se credunt, atque ita, vt cæteris, quæ deducuntur ab ipsis, fidem communicent: neque enim caussa vlla est, cur vera sint: sed quod ita principiorum termini se habent, vt aut indissolubili vinculo connectantur, aut quòd alter alterius rationem compleat. Ideo noscimus & credimus, quia nouit mens eorum terminos, vtrosq. sensu indicante, atque ita certò vt de illorum connexione non dubitet. Neque enim volumus essentialem illam connexionem quam aiunt imitatores

C Auerrois, in vno indiuiduo percipi, aut ab vna inductionis particula significari, sed inductione iam absoluta, vt conuenit, quæ illic terminatur, vnde non succurrit aliquod indiuiduum aliter se habens: [d] mentem protinus illam connexionem essentialem perspicere: ob eamq. rem melius affecti sumus ad principia, quàm ad ea, quæ per demonstrationem concepimus. Sed enim, quia primus eorum exortus est à sensu, ipsi verò præsentantur confusæ quædam species, & inhęrentia cum subiectis, quibus inhærent, vt risus compos in substantia, & in linea punctum, atque in substantia sensili principium motus. Tum etiam, quòd tametsi incomplexa sunt principia cognitionis, sunt tamen remota: pronunciata verò & propositiones sunt proxima principia cognitionis, & demonstrationis; ex hoc efficitur, vt non incomplexa pro principiis ab Aristotele statuantur; sed sub forma hypotheseon, neque quòd sint simpliciter, vt plurimum pronunciamus; sed vt inhærentia sumimus, vbi esse adiacet, & pręedicatur. Itaque non dicimus sæpius esse motum, seu multitudinem, neque item esse naturam; quoniam hæc sine substantia sensili non existunt, sed ita pronunciamus. [e] Omnia aut quædam moueri: multa esse ea, quæ sunt siue genere, seu specie, aut numero, aliisúe differentia modis. siquidem omnes has distinctiones sensus ipse patefaciat [f] res sensiles initia motus in seipsis habere & cętera huiusmodi. Atque hactenus de generali principiorum constitutione dictum sit, ad specialia descendamus.

D

a 1. de arte dicendi cap. 10.
b 1. Eth. cap. 7.
c T. 1.
d 8. Top.
e 1. Phys. T. 9. 8. Phys. T. 22.
f 10. Met. T. 12.

Distributio principiorum nostrę methodi ponitur, & leuiter aliqua ad ipsa pertinentia tanguntur. Cap. II.

QVIA methodus omnis ex duabus partibus componitur modo sciendi nimirùm & scientia. [g] Necesse enim est, in quaque methodo noscere quatenus aliquid tractandum est, quibus viis atque rationibus confirmandum, & quo quidque loco disponendum. Scientia rem ipsam declarante & definiente, demonstrante, & docente; etiam methodi principia ad hęc duo capita commodè referri poterunt; erunt enim aliqua principia, quæ modum sciendi spectabunt, nonnulla quæ scientiam respicient. Verum sicut in methodo ratio tractandi, seu modus sciendi scientiæ præponendus est, [h] etenim absonum est vnà scientiam modumq; sciendi quærere: sic de principiis, quæ pertinent ad modum tractandi, priore loco verba faciemus. Atque ea quidem non pauca sunt, horum primas sibi vendicat, cum in omni contemplatione, tùm maximè in

g Primo de part. an. cap. 1.
h 2. Met. T. 15. Galen. 2. de temp. c. 2.

philoſophia naturali, quòd ab Ariſtotele crebrò præceptum & celebratum eſt, ſtandum eſſe iu- E
dicio ſenſus. Etenim etſi generale eſt in omni contemplatione ſenſus officium: quia nihil eſt in
phantaſia mentéue quod fores ſenſuum non pepulerit, ſiue ex toto, vt in vera phantaſia, ſiue ex
parte, vt in fictione chimçræ, ſiuè proximè & per ſe, vt plenum, ſiue per aliud, vt inane, ac cuiuſq.
rei ſenſu deficiente, eiuſdem quoq. in ſcientia deficies, nec niſi de nomine diſputatio fieri poſsit.
At hoc in phyſiologia potiſsimè requiritur. Nam ſi philoſophus naturalis in rerum ſenſilium con
templatione verſatur, earum verò nullus melior iudex eſſe poteſt quàm ſenſus[a] profectò maxi-
mum ſenſus habebit in hac philoſophia momentum, vſque adeò, vt qui rerum illarum, quæ ſic
euidentes & perſpicuæ ſunt, velut illud eſt, quòd ſit motus, demonſtrationem quærit, quæ do-
ceat eſſe motum, non poſsit diſcernere id, quod per ſe ipſum notum eſt ab eo, quod eſt per ſe ob-
ſcurum, nec perſpicere, cùm cuiuſq. rationis antecedens notius eſſe oporteat eo, quod ſequitur;
nihil occurrere poſſe, quod ſit eo notius, quod ipſe conſequens facit, idcirco ſic mente obcęca-
tus eſt, vt neſciat quid admittat aut reſpuat demonſtrationem. [b] Propterea cum eo compara-
tur, qui cæcus eſt ab ortu; cum enim colorum vires ignoret, ſiquando diſſerat de illis, ſolùm no-
mina ponit in medio; quorum nomina ſint nota, prorſus ignorat. itaq. & ille qui demonſtratio
nem requiret eius quod quippiam moueatur, nominis ſolius habebit rationem, nec quid eo no- F
mine ſignificetur, vtique nouerit. qui certè ſi noſſet; tantum abeſt, vt illa demonſtrare conare-
tur, vt potius in aliorum demonſtratione vſurparet. Multo maior error committetur, ſi ratio
rei veſtigabitur, cuius oppoſitum ſenſus indicabit, vt illi fecere, qui vniuerſa quieſcere profiteban
tur, eiuſq. eueniti rationes indagabant. [c] multo enim melius nos habemus ad hęc, quæ monſtrat
ſenſus, quàm ſi vlla ratio ad id oſtendendum accommodari poſſet, atque is qui ita progreditur,
male iudicat, quid melius peiuſue ſit, quid credendum, & non credendum, nec principium di-
ſtinguit ab eo quod non eſt principium,[d] & in ſumma rerum ignoratione verſatur. Etenim ad ali
quod primum aſcendendum eſt, [e] quod in alia notiora diſſolui nequeat, vnde fides in aliorum
confirmationem ducatur aliter, vel ex infinitate principiorum vniuerſa ſcientia funditus euerte
retur, aut exordiatur ab ignoto. [f] Hoc verò primum dicatur à ſenſu. Quamobrem qui magis ver
ſati ſunt in naturalibus magis recipiunt principia quæ cum rerum natura conſentiant, & valde
accommodata ſint ad efficiendam ſcientiam. ſuppeditat enim copia multarum demonſtratio-
num, quarum auxilio rem introſpiciant. eaque diligenter animaduerſa, conſiderata tarditate
iudicium faciant cum cetero quin illi qui dimiſſa rerum obſeruatione ſolam rationem perſe-
quuntur pauca reſpicientes de rebus obſcuriſsimis ex tempore temereque effutiant.[g] Siquidem G
conſentaneum ſit iudicare ex euentis, & ex fine potiſsimum. Atqui finis ſcientiæ naturalis eſt
eorum ſpeculatio, quæ ſemper proprie ſenſui ſe obijciunt.[h] quod cum illi non intueantur, in peſ
ſimos errores inducuntur. Itaq; illa ponenda in hac philoſophia quæ cum ſenſilibus congruant.
Quin ſiquando ratio quippiam monſtret, & poſtea ſenſus indicet rem aliter ſe habere, ſenſui
magis erit quam rationi fides habenda. Solumque rationi illi credendum eſt: ſi ea quæ demon-
ſtrantur cum rebus ijs conſentiant, quæ ſenſu percipiuntur. [i] Igitur in hac philoſophia cuncta
ad ſenſum referenda erunt. Audi verò tu nunc firmum iudicium Ariſtotelis, de conſtruendis
rationibus ac mea quidem ſententia, in omni philoſophia generatim, præcipuè verò in natura-
li: [k] iubet enim, vt noſtrarum rationum principium non à quauis ſententia: ſed à firmiſsima
quaque ducatur huiuſmodi verò eſt, quam ſemper, eſſe oportet, aut quæ ex conſimilibus oſten
ditur. Atque vbi duæ ſint ſententiæ repugnantes, quarum altera alteram tollat, illa recipienda,
quæ firmior: ea verò eſt, quæ credibilior, & quæ ſemper citius ab omnibus quàm altera admit-
tatur. Itaque & quod ex tali ſententia conſequitur, magis approbandum, & illud repudian-
dum, quod efficitur ex oppoſita. Duoque huius vitij traduntur exempla ab Ariſtotele. alterum
ſanè à diſputatione Parmenidis acceptum, atque alterum à ratione Xenophanis. Atque ille H
quidem motum ſine vacuo fieri non poſſe ſtatuens, ex eo quod vacuum non eſſet, tollebat
etiam motum. Et tamen ſi hæc ſecum conferantur, & facilius quiſque vacuum eſſe dabit, quàm
neget motum. Quapropter accipiendum eſt potius eſſe motum, & ex eo vacuum eſſe conclu-
dendum. quàm motus vacui ſublatione tollendus. Xenophanes autem ſic ratiocinabatur, ex
nihilo nihil fit. Ergo ens infinitum & æternum. Non igitur motus. Tamen quiſque promptius
dabit ex nihilo aliquid fieri, vt etiam multi dedere, & fides noſtra pro certo habet quàm reij-
ciat motum. Proinde ſic potius concludendum fuerat. Motus eſt. Ergo ex nihilo aliquid fit;
quàm vt fecit Xenophanes. & fide nitendum, quam præſtat ſenſus, qui ſi quandoque decipitur;
non id perpetuo neque in omnibus efficit. Neque verò id huius philoſophiæ proprium eſt: ſed
omnis artis atque ſcientiæ apud Ariſtotelem. Nam quòd ille futurus ſit huius methodi norma
perſpicuum eſt, ex eo loco, [l] quo comparat rerum diuinarum cognitionem cum ſcientia morta-
lium, ſiquidem tametſi pauca admodum de illis aſſerere philoſophis liceat; contemplationis
nobilitate compenſet hoc damnum, ac dum eius difficultatis cauſſam reddit, id vniuerſum tri-
buit

a 4. Meteor. T. 29.
b 2. Phyſ. T. 6.
c 8. Phyſ. T. 22.
d 8. Phyſ. T. 26.
e Galen. ad Hieronem. 4. Met. T. 9.
f 1. Poſt. T. 6.
g 1. de Gener. 7. T.
h 3. De cęlo T. 61.
i 3. de Gener. an. c. 10.
k Lib. de plac. cap. 1.
l 1. de part. an. cap. 5.

A buit imbecillitati sensuum humanorum. Minus enim, inquit, diuinam partem contemplari contingit quòd non multum illius pareat sensui, cuius beneficio tum de ea ipsa parte diuina, tum de ijs, quę nosse cupimus, facultas cogitandi, & indagandi nobis suppetat. Sed ad alias quoque artes translatum est ab Aristotele huiusmodi pręceptum, quippe qui clarissimè testetur, deficiente aliquo sensu deperire item cum eo aliquam scientiam, vt visu deficiente colorum, auditu verò sonorum. [a] Quapropter si saluo homine sensus vniuersi tollerentur, continuo quoque omni scientia priuaremur. Idem quoque monstrat scientiæ cuiusque principia colligi per inductionem, & à sensu deduci. [b] Pertinet & eadem norma ad illa principia, quibus vtitur ciuilis philosophus, nam siue respiciant rerum veritatem, atque naturam, siue actionem; in sensum necessariò resoluuntur: quando ad rerum veritatem pernoscendam requiratur inductio, quæ est de sensilibus; ad actionem verò consuetudo, [c] quæ exoritur ex frequenti vsu singularium. Valeat ergo Parmenides, qui iudicium sensus omnino detrectat & ita pręcipit impudentissime, licet habuerit asseclam Hippocratem, qui nescio qua ratione ductus τῇ γνώμῃ σιν, id est menti non sensui fidere nos voluit.

a 1. Post.

b 2. Post.

c 1. Eth.

Neu faxit Deus (inquit ille) vt pateat tibi semita sensus
B *Neue oculus fallax, aut lingua aurisue sonora*
Decipiat, varium ratio det rebus honorem.

Quantò rectius vetus ille quidem inter Latinos, sed elegantissimus & iudicio eruditissimus poëta cecinit ea de sensu?

Communis dedicat esse
Sensus, cui nisi prima fides fundata valebit,
Haud erit occultis de rebus, quò referentes
Confirmare animos quicquam ratione queamus.

Nollem hic multus esse: veruntamen ad se rapit me Galenus [d] & eorum inscitiam redarguens, qui fidem facere student ex ijs quæ adhuc ignorantur, cum cæteroquin ea quæ sumuntur ad demonstrationem vel euidentia sint oportet, vel antea demonstrata: & rerum sensilium legitimum iudicem clamans esse sensum, vt pote tactum primarum qualitatum. Nam si alia via, inquit, succurrat, qua illæ noscuntur, eam quæso demonstrent. inauditam enim sapientiam promittunt, immo, si verum fateri licet, stuporem potius, si quidem rerum sensilium meliorem se iudicem habere putent, quàm sit ipse sensus. ac si de rebus sensilibus demonstrationes inquirunt,
C iam de niue disputandum erit, sit ne candida censenda, quemadmodum omnibus apparet: an atra potius, vt prędicabat Anaxagoras; & de pice similiter: neque enim, si visui de albo, quod viderit; fides habenda non est, de nigro sine demonstratione credendum erit. Omnia igitur quæ sensui apparent, si iam fide carere dicunt: nec cygnum esse album fateantur, nisi prius id ratione conspexerint, neque diem neque Solem. ad eundem modum & de voce auribus fidem abrogent & de odore naribus & de omni tactili ipsi sensui tactus. Quæ sanè nihil distant ab hæsitationibus & nugis Pyrrhonianis. Aequum verò fuerat eos qui optimam sectam in philosophia delegissent, quæ primas qualitates per elementa principiaque ponit, non tam desciuisse à communi hominum sensu, vt, quæ omnis demonstrationis principia sunt & quæ sensui mentique patent, non cognoscerent. Et profecto quisquis de his addubitat, frustra de alijs inquirit, vt pote nil sibi relinquens, vnde sit incepturus. Sed illud vnum prauorum dogmatum principium est, nihil de demonstratione prius meditatum simul res ipsas inquirere: veluti, quid nam demonstratio sit, demonstrare tentare. Placet sanè mihi Diogenes, qui cùm de motu interrogaretur, nihil quidem respondit, sed surgens ambulauit, per ipsam euidentiam sophistæ sensum exprobrans, & planè, qui hæc non norunt egent sensu, ne dicam pœna, [e] vt siquis ignem calidum esse non sentiat, conijciatur in ignem. Non est ocium nunc de fide sensibus adhibenda disputare.
D Satis sit hunc rerum naturalium esse debere normam, & regulam qua cuncta exploremus, [f] neque ab eius iudicio ne latum quidem vnguem discedemus. Ei primò vel omnium maximè sese offert motus: itaq. nos ad contemplationem primus excitauit, cuius cum principia quęrerentur effectum est, vt naturalis omnium prima philosophia statueretur; nec vero quòd omnes scientiæ motum adhibeant, vel cogitando, vel ex motu ratiocinando, vel etiam ficto motu ad maiorem explicationem, veluti mathematici, dum ex fluxu puncti lineam ex huius item fluxu superficiem, & ex superficiei fluxu corpus efformant. Neque hæc eò dicimus, quominus arbitremur magnam quoque rationem mentis esse habendam: sed, vt seligamus illud mentis iudicium de rebus abstrusis quas sensus attingere nequit, quod futurum sit rectum. tale autem erit, si illa accipiat, quæ nihil euertant eorum, quæ per se & propriè sentiuntur, hoc est in quorum sensione nullus error committitur, quod tum euenit, cum omnia ritè disposita sunt, vt optimè sensio fiat. Quod si minus liceat, vt inuestigatione cęlestium corporum, [g] locorum ignotorum, & substantiarum quæ sunt liberę & solutæ à materia, quorum aliqua nullo pacto subiiciuntur sensibus;

d 2. De tēp. cap. 2.

e 1. Top.

f Lib. aduersus placita phil. cap. 1.

g 2. De cęlo T. 34.

alia tentare non datum est cuique; ad cœlum non peruenit sensus, aut vnus visus, atque ille qui E
dem valde infirmus; ita ratio gubernabitur, vt nihil oppugnet ea, quæ verè sentiuntur & veluti
notissima posita iam fuerunt. Et id si placuit Hyppocrati, ipsum quoque commendabimus, &
rationi, non sensui confidendum esse eo tempore decernemus. Tum verò optimè nobiscum
agetur, si sensuum fidem cum ratione, rationemq. cum sensibus habeamus. Denique sensus sit
totius physicæ principale firmamentũ, quo etiam nitantur cętera pronunciata, quę adscribentur.
Ex eo qui iudicio sensus standum est efficitur, vt accidentium cuiusque rei speculatio, valde ad-
a 2. De An. modum conferat ad rerum essentias pernoscendas [a] siquidem tales oporteat esse caussas, quales
propagare possint ea quæ insunt. Quanquam alio modo nos in substantiæ notitiam accidentia
perducunt. quandò tota species indiuidui recipitur à sensibus externis, eademq. ponitur in phan
tasia & phantasma efficitur, cuius partes sunt accidens & substantia, quæ postmodò mentis effi-
cientis opere discernuntur. Itaque etsi certus est progressus, à definitione ad accidentia, nem-
pe demonstratiuus: etiam methodus conuersa multum iuuat ad cognoscendum quid est. Nam
definitio dare quidem solet occasionem adipiscendi notitiam caussarum, ex quibus accidentia
b 4. Phys. rei nascuntur. ideoq. Aristoteles quęrebat quid esset locus, [b] vt eorum. s. quæ in loco sunt, caus-
sas inueniret; idemq. ordo tenetur in mathematicis, quæ demonstrationis perspicuitate reliquas F
omnes excellunt. ipsæ enim accidentia quanto per definitiones inueniunt, & cognito quid sit
triangulus, aut rectum nobis aperiunt triangulum habere tres angulos æquos duobus rectis, at-
que omnino vbi definitio non præstet eorum notitiam, quæ insunt rei, pro dialectica communi
& inani habenda est. Sed etiam cognitio rudis, &, vt Gręci dicunt, *κατὰ φαντασίαν* ipsorum
accidentium aut omnium, aut plurium, nobis suppeditat, quæ de rerum essentia dicamus: non
sanè, quia demonstratiuam cognitionem efficiat; quippe qui omnis demonstrationis principium
sit definitio, sed tamen eiusmodi vt aditum patefaciat ad constituendam rei propositæ defini-
tionem. Propterea de loco differens Aristoteles accidentia quædam definitioni loci præposuit,
è quibus postea collegit quid esset locus. eandem quoque viam tenuit, dum incrementi essen-
c 1. De ortu. tiam exquireret. [c] eandem item in desceptatione de animo voluit obseruare, siquidem ex motu
& cognitione vires animi vniuersas inuenerit & explanarit, vnde, quasi retrocedens accidentium
illorum vim multò certius exposuit; &, cùm ante definitionem rudi quodam modo nob. notuis
sent; postquàm definitio comperta est, accuratissimè euoluit, nimirùm demonstratione, qua via
philosopho naturali plurimum insistendum est, cui sæpius effectus quàm caussa sunt notiores.
d 2. Post. Neque illud obstat quod Aristoteles aliquando reiecerit accidentia, [d] tanquam inutilia ad defini G
tionem comparandam. Aut etiam prædicarit substantiam accidenti & natura & cognitione
e 7. Met. præcedere. [e] Nanque in Analyticis agebat Aristoteles de prædicatis illis, quæ sunt partes ipsius
quid est. atqui accidentia non sunt huiusmodi. verùm nob. indicant solùm partes ipsius quid
est, & substantia cognitione procedit, vt posteà narrabitur, quia nulla notio potest esse acciden-
tis, quin includat substantiam; sed ea notio confusa est & imperfecta, quod philosophi quidam
non videntes à vera item ratione pronuntiati præsentis aberrarunt. Nam lego apud nonnullos
talem poni ordinem inter substantiam & accidens. quod ita cognitio substantiæ præcedat acci-
denti, quia sit eius cognitio perfectior. tunc enim quanque rem cognoscere videmur, cum eius
substantiam nouimus; vt vbi nouimus quid homo sit, non autem cuiusmodi sit. sic etiam me-
lius cognoscimus album, quando nouimus quid sit album, quæ videtur esse cognitio substantię
& essentiæ, cuiusmodi sit albi essentia, quàm si ipsum sub alicuius attributi ratione noscamus.
At verò prior est origine accidentis notitia quàm substantiæ: quandoquidem nihil in mente sit,
quin prius attigerit sensum. Atqui sensus non est substantię iudex, sed vnius accidentis. Quam-
obrem sensilia quę sunt accidentia, prius à nobis quàm substantiæ cognoscuntur. Et planè quod
substantiæ notitia sit perfectior, inficiari non licet, attamen aliqua de primo capite dubitari pos- H
sunt. Quandoquidem mihi videtur ille qui hæc effatur, dare accidens sine substantia percipi à
sensu. atqui idest abstrahere, abstractio verò non est opus sensus, sed mentis. Insuper indiuiduum
per se sensile est, at sensilium iudex est sensus; ergo & indiuidui. Quare, cùm sit indiuiduum
in genere substantiæ, & illius igitur erit sensus. Cùm ergo ab illo non segregentur accidentia sen
silia, proinde efficitur, vt neque origine accidentium notitia pręcedat cognitioni substantiæ.
Quinimmo sic coniuncta est accidentis notitia cum cognitione substantiæ, vt bestię quoque sub-
f 2. De An. stantiam noscant. Etenim optimè D. Thomas. [f] Nisi bestiæ noscerent substantiam, in eius per-
ceptione non deciperentur, vt liquet in alimentis. Neque enim quicquam in eo decipi potest,
quod prorsus ignorat. Itaque totum indiuiduum, quod est veluti massa quædam omnium prę-
dicamentorum accipitur à sensu, & de vniuerso fert iudicium. Nanque vbi posteà substantia
cognoscenda sit sub ratione sola substantiæ, quia separatur ab accidentibus, à quibus efficieba-
tur singularis, non permanet amplius indiuidua, sed fit vniuersalis. Nec refert, vtrùm hoc iudi
cium sit sensus interni, vt nonnulli arbitrantur, an externi: quandò nullum est officium sensus,
quod

A quod non pendeat ab vtroque; mutuas enim sibi operas præstant. Verum quia non dubitatur id, accidentiaúe valeant ad cognoscendum quid est, quod philosophus naturalis sępissimè cogitur vti demonstrationibus à signo, hoc tanquam firmamento constituto, quæramus de modo quo accidens id efficiat. Omnium sententię meo quidem iudicio, ad duo capita referri posse videntur. [a] Nonnulli enim accipiunt proportionem inter mentem & ea, quæ mente comprehendi possunt, qualis est inter materiam & formam naturalem. Nam veluti materia non accipit formas naturales sine quadam affectione pręcurrente nimirum accidentium, sic mens non potest, inquiunt, accipere formas intelligendas sine precedente affectione, hæc verò accedit per accidentia quæ mouent sensum. At verò præter id, quod incidunt in errorem communem, quia putant albedinem à sensu cognosci, quando cognoscitur hoc album, nescio vtrum mens requirat eiusmodi affectionem néne: siquidem mens videatur esse potestas quę, vbi pręsens fuerit obiectum, è vestigio operatur, & percipit. flagitat sanè phantasma, vt mens efficiens habeat, quod illustret & intelligendum faciat, sed vt afficiens, non puto. Namque ea quæ affectionem postulant, docet experientia tempore quoque absolui. Accedit etiam quod affectio præcedit in eadem materia, in qua debet accipi forma. Sed mens per se non afficitur, nisi à re intelligenda, B hæc verò iam actu facta vt à mente efficiente, vt ipsi volunt, aut à forma ipsa substantia quæ per se mentem informat. Nihil ergo præcedit in mente, quod afficiat mentem ad intelligendum. Cui quoque rei signum esse potest quod vti affectio præcedat à minore tenditur ad maius, & ab imperfecto ad perfectum. Atqui mens vbi percepit maius, multò facilius concipit quoq; minus. Docent alij sic accidentia nos in notitiam substantiæ ducere, quia substantia non possit excitare facultates cognoscendi sine accidentibus quasi vtatur animus his accidentibus, vt sic dixerim, pro vehiculo substantiarum. Quæ item ratio videtur imperfecta; quia desiderarem ego mihi explicari modum quo, postquàm substantia per accidentia concepta fuerit, mens substantiæ notitiam consequatur: vt puta, quomodo ex eo quòd Luna lumine priuetur, percipiamus caussas & definitionem defectus. Itaque mihi videtur ita sensisse Aristoteles. Cùm globus ille prędicamentorum omnium, quod vocamus indiuiduum, pepulit sensus nostros, & ex repetitione facta memoria productum est vniuersale, quod, vt alibi docui, concretum est vt album, quantum, mobile, resoluitur à mente in suas partes & illo inuento sine quo cętera non existunt, sed illud sine aliis, hoc verò est ipsa substantia, siue vt primum excipiens, velut animus, siue vt cuius est aliquod primum excipiens, vt animal, vt postea declarabimus, tum concipi substantiam. C Huius autem resolutionis duo fundamenta esse conijcio. primum analyticum quod traditur ab Aristotele, cum docet [b] quemadmodum inuenienda sint ea quæ insunt quatenus ipsum. Nam proponitur in primis aliquod inuestigandum, eius vniuersa attributa percensentur, & vbi vnum ex illis occurrat, quod ita se habeat ad attributum, vt eo posito primò ponatur, & cum sublatum fuerit secum quoque perimet attributum, id dicimus inesse quatenus ipsum, & illam esse primã caussam & essentiam accidentis, quæ prius elucet in demonstratione, postmodo degenerat in quid est, & in definitione sumitur. Alterum fundamentum petitur è prima philosophia. Quoniam accidens ita se habet ad substantiam, vt ad ipsam necessariò referatur, & sicut vnum è relatiuis suapte natura notionem affert alterius, sic accidens affert notionem substantiæ in qua inest; ac primum substantiæ, cum qua comprehenditur, vt album in cygno cognoscitur, aut charta; quia tamen non applicat sese necessariò ad chartam aut cygnum; sed sine vtrisque percipi potest, non tamen sine aliquo, notionem affert substantię simpliciter, ad extremum indicat illam substantiam, cui perpetuò comitatur, vt sine ipsa non existat, & vbi hoc sit, illa quoque adsit oporteat, & per illam cæteris insit, quæ vbi fuerit euoluta, per se ipsam patet, & ita lucet, vt accidens quoque quod ex ipsa pendet, illustret. Quapropter ille progressus ab accidentibus ad sub- D stantias pertinet ad doctrinam confusam & incohatam, cùm cæteroquin in doctrina distincta & absoluta accidens ex substantia cognoscatur. Neque verò te intelligere velim progressum ab accidente ad substantiam eiusmodi esse, vt accidens prius sine substantia cognoscatur; neque enim notio relatiui ab alterius notione seiungitur: sed cum eo tempore simul cum accidentibus substantia noscatur accidentia præstant, vt substantia per se concipi queat. Ita fit, vt substantia & caussa per se post primam notionem, quæ auxilio sensus accedit, vt ens simpliciter accipiatur, & efficiat primam substantię notionem, mox appareat, vt caussa, & sic notionem complexam faciat ex qua principia demonstrationis existunt; vltimo accipiatur, vt quid est, & compleat definitionem. *Sic igitur* accidentia non proximè sed remotè perducunt ad quid est, tùm quòd non sunt predicata in quid, sed ea significant quę prędicantur in quid; tùm quòd per multos gradus enehi, & regredi oportet mentem nostram, vt assequatur ipsum quid est. Non omnia tamen accidentia conducunt ad huiusmodi progressum: quippe quod ea, quę sunt per accidens, idest, non habent certas caussas ex hoc ordine deficiantur. cùm enim certas caussas non habeant, solum afferunt notionem substantiæ simpliciter, quia sine illa nunquam existunt, sed nihil amplius, quod essentiam

[a] Iand. 1. de An. q. 10.

[b] 1. Post. C. de vniuers.

eſſentiam rei cuiuſpiam reſpicere videatur; cùm etiam ab hac & ab illa, & re & mente ſeuocari E
poſsint. Oportet igitur vt accidentia ſint per ſe & hæc, vel ſint generis vel alicuius partis eius.
quanquam & valent ad hoc ſeparatim, vt ſenſus ad animal dignoſcendum; vel etiam coniun-
ctim plura, quæ aliquod commune præſentent, *συνδρομὴν* Græci vocant, ideſt concurſum; &
ſpeciatim medici ſigna habent, quæ pathognomonica appellant, quorum auxilio certa genera ve
a 7. Met. 1. de An. nantur: pluribus ſenſibus vnà de eadem re iudiciū facientibus, [a] neque vno ſufficiente, cùm ſin-
gula communius aliquod offerant. Propterea, quanquam notitia ſubſtantiæ tempore acciden-
tis notitiæ præfertur; aut agitur de doctrina diſtincta, aut præcedere tempore accipiendum pri-
uatiuè quòd vnà, nec poſterius ſubſtantia noſcatur: nam ſiquid antecedit, tametſi non tempo-
re; id eſt, vt aiunt, inſtans naturæ: eſt enim accidens ratio per quam ſubſtantia recipitur à ſenſu.
Confert item accidens ad cognoſcendum quid eſt, quòd ex eius natura quę multiplex eſt, vel ma
teriam, vel *ἐξ ἀφαιρέσεως*, vel etiam *χωρικὴ*, nouimus eſſe triplex definitionum genus, quod
vteretur materia ſenſili, quòd materia intelligenda, vel abiiceret omnino materiam. Et hoc in
philoſophia Peripatetica tritiſsimum. Nam cùm ipſa ſit de rebus ſenſilibus principia ſenſilia
ſumere cogitur. At, inquies, materia prima ſenſilis non eſt: & tamen eſt principium rerum ſen-
ſilium. Conſueuerunt maiores noſtri reſpondere cauſſas accipi non omnes, ſed propinquas; F
has enim ſolas eſſe ſenſiles, quippe quòd in ſingularibus proximè inſideant. At verò quod docet
aliquando philoſophus monet me, vt ſenſile communius accipiam, ac dicam ſenſile nonmodo
id quod ſenſui poteſt ſubiici, ſed quod quoquo pacto reſpicit materiam. Propterea neque
Deus, cùm ſit auctor motus, effugit hāc conſiderationem: hoc enim modo ſunt cauſſæ ſenſilium,
& cadunt in ſenſum; quia ſunt principia ſenſilium: vt quanuis per ſe non ſentiantur, quia fa-
ciant ſenſilia, ad ſenſilia referantur, vel vt ferrum, quo fit ſanitas, ad ſanitatem; vnde item ſa-
num vocatur. Et rerum quidem ſenſilium ſemper & propriè ſcientia ponitur vt ſubiecti: ho-
rum verò ſcientia propriè non eſt. itaque nec ea per ſe ſentiantur oportet; verum ſat eſt, vt ſen-
tiantur eo qui dictus eſt, modo: nec ob id tollitur quin rerum ſenſilium ſit ſcientia naturalis.
& talia ſunt etiam remotiſsima à ſingularibus, & vniuerſalia maximè, quod ſanè multi philoſo-
phi præſertim Platonici neglexerūt, quia numeros auctores rerum naturalium fecerint, vel Ideas
quas extra materiam eſſe voluere. Parum ab his abfuere Pythagorici. Nanque etſi numeros
accepere qui eſſet in ſenſilibus, & eos vt numero ſpectarunt, numerorum conditiones illis attri-
buentes, eaſque ad res ſenſiles applicantes, neque illa obſeruarunt, quæ in numeris inſunt, qua-
tenus materia fundantur, quod eum facere oportebat, qui naturalis ſcientiæ principia veſtiga- G
ret. Eiuſdem quoque notæ ſunt, qui puncta, plana, & figuras rerum naturalium principia po-
nunt, è quorum etiam numero fuit Plato, quanquam hi minus errarunt, quòd illa ſtatuerunt,
è quibus ratio probabilis reddi poſſet aliquorum, quæ conducerent ad motum. Ita eueniet, vt
in phyſicis demonſtrationibus componendis à primis vſque ad vltimas cauſſas procedere liceat,
& accipere item illa quæ ſunt nota natura & ſecundum rationem, non ſecundum ſenſum, & ea
tamen ſint principia ſenſilium, nec à phyſica methodo aliena. Neque enim ſine his vlla de-
monſtratio poteſt abſolui, ſeu prima ſint, ſeu poſtrema: ſiue in eadem ſerie cauſſarum, ſiue in
alia: habent nexum quendam inſolubilem & varia cauſſarum genera inter ſe & in eodem ordi-
ne, ex quo erumpit effectus, & cùm hic ſit ſingularis à ſingularis cauſſę ſocietate neutiquam di-
uelluntur, qualia verò ſint quibus principatus effectus ſit committendus non in omni cauſſarum
genere communis ratio fortè poterit aſsignari, primas in quibuſdam ferente cauſſa priore ſecun
dum naturam, & remotiore, contrà in aliis. Sed hæc poſtea diſſerentur vberius. In his princi-
piis & illud numerabitur: Methodum imitari naturam quo ad eius fieri poteſt. Nam, ſi metho-
dus eſt ſcientia artificio tradita, ars verò naturam, quo ad poteſt imitatur, & inuenit quod ipſa de
ſiderat, & ſequitur quod oſtendit, methodus quoque neceſſe eſt imitetur naturam, & eundem H
progreſſum propemodum faciat. Itaque, veluti natura nihil fruſtra molitur, & niſi impediatur,
ad finem vſquam perducit, ac fine propoſito mox illa præparat, quibus fine ſuo commodè po-
tiatur; ſic ars omnia ſtruit ad vſus humanos, ac ſcopo conſtituto prius ordine diſponit deinceps
ea ſine quibus conſequentia non conſiſtunt. Ita reſoluendo, prius ab eo quod eſt primum in
optatis, ad ea ſine quibus hoc non exiſtit; mox componendo, ab eo ſine quo cætera non con-
ſtant, progreditur ad finem, eumque ordinem ſeruans nihil omittit, nil ſuperuacaneum, & inu-
tile machinatur. Eodem modo methodus ſcientia ſibi propoſita prius de principiis cogitat tan-
quam fundamentis: his ſuperſtruit demonſtrationes inſiſtens ea via qua res dilucidè explicari
queat, vt nihil inculcet inane, nihil redundans: neque ſic præciſè eloquatur, vt oratio pariat ob-
ſcuritatem, in id præcipuè collimans, vt auditoris habeat rationem, ad cuius ingenium & captum
ſingula referre ſtudet. Ad hæc mirificè confert ordo, cuius admonitu neceſſaria perſequitur:
vnde etiam ſicut in natura vnum quoddam eſt, quod caput eſt vniuerſi ordinis, & ex quo cętera
deriuantur: ſic in methodo ſolet eſſe vnum principium commune, quod reliquis omnibus ſup-
ponatur,

A ponatur, & in quod illa reſoluantur, ſeu rei principium ſit, ſeu cognitionis. Ita in prima phi-
loſophia primum illud. De quolibet verbum eſſe aſſerere, vel negare. in Morali bene educatum
eſſe, in mathematica continuum diuidi in infinitum, ex hoc quòd inter duo puncta quantęuis
linea ducantur, quòd in quolibet eius ſigno figura deſcribi queat: in arte medica fortè illud.
Contrariis contraria curari, in hac noſtra Motum eſſe. Proximè ab ordine eſt via à notis no-
bis quæ rerum occultarum tractationem ad rudium aures accommodat, poſtmodo inſtrumen-
ta, quibus fidem facit & docet. Itaque magis ij laudantur, qui ſcientiarum principia finita con-
ſtituunt, quàm qui infinitatem acceperunt, [a] vbi eadem vtraque ſecta pręſtare poſsit, ideſt, nos [a] 1. Phyſ.
reddere certiores de cunctis problematis quę in conſiderationem naturalem cadere queunt. T. 41. 50.
Atque id non temerè à philoſopho ſumptum. Siquidem nihil ſciri poſsit principiis ignoratis.
Atqui ſi principia fuerint infinita, incerta ſint neceſſe eſt. Nanque id quoque tanquam certiſsi-
mum ratio ſumit. [b] Infinitum qua infinitum eſt, ſiue ſit numero infinitum, ſeu magnitudine, [b] 1. Phyſ.
ſiue etiam forma, prorſus eſſe ignotum, vt ſi formæ infinitæ inter extrema intercedant, [c] inter- T. 35.
quas oporteat fieri mutationem: ſi etiam ab imis ad ſumma quibus tanquam terminis prędica [c] Lib. de ſenſu c. 6.
mentum vnumquodque conſiſtit, [d] aut cauſſarum progreſſus à proximis ad remotas, [e] aut vni [d] 1. Poſt.
uerſum infinitum, quemadmodum voluit Meliſſus, aut denique multæ ſpecies infinitæ, vt cen [e] Met.
B ſuit Anaxagoras: vel infinita corpuſcula per inane volitantia, vt accepit Democritus: non po-
teſt hæc neque ſenſus, neque mens pertranſire, neque comprehendere. Quanquam hîc te mo-
nere volumus, infinitum non id ignotum eſſe, quod imperfectum eſt, & perducendum eſt ad
aliquem finem, quodq. vlterius promoueri pôt, vt poſuit Ariſtoteles: ſed quod omnem mo-
dum fineſq. tranſit, vt veteribus placuit. Atq. illud quidem, ſi pro ſubiecto ſumatur, non au-
tem pro attributo. hoc eſt id de quo prædicatur infinitum, ignotum eſt: ratio verò infiniti, vt
quid ſit id quod infinitum dicimus, & nota eſt, & à phyſico tractatur. Conuenit item in benè
inſtituta methodo, niſi quid certiſsimè indicet ſenſus, aliqua ratione perſuadere, vel inductio-
ne, vbicunq. cauſſa non ſuccurrat, aut ſi cauſſam non habeat; veluti ſi ipſum cauſſa foret: ex-
plicare definitione, vt talem pateat eius eſſe naturam, qualem accepimus. Nolo tamen te poſtu-
lare, definitionem hîc exquiſitam, quæ nulla eſt, niſi ſpeciei ſubſtantiæ, ſed expoſitione nominis
eſſe contentum, & ipſa vi termini, vt factum eſt ab Ariſtotele in explicatione principij. [f] Quòd [f] 1. Phyſ.
ſi cauſſa poſsit, afferri cauſſam apponere oportet: rerum enim cauſſas habentium nulla cognitio T. 42.
certa eſt ſine cauſſa. Neque id prohibere valet, quo minus cauſſa reddatur, quia res ita perpe- [g] 8. Phyſ. T. 15.
tuò ſe habeat, [g] Vt enim omne id quod cauſſa vacat, perpetuum eſt, at id non reciprocatur. [h] 2. De ge. al. c. 4.
C [h] Omne id quod perpetuum eſt, cauſſa vacare. Nam quòd triangulus cõtineat duos rectos, in-
hæret perpetuò: atqui cauſſa talis euenti redditur à mathematico, quia nimirùm habeat angu-
lum externum æqualem duobus internis è regione conſtitutis. Solaq. illa æterna quæ principia
ſunt, cauſſa vacant: non omnia perpetua generatim, Et cauſſa quæritur, cur duo motus ex ad-
uerſo fiant in cœlo quos tamen æternos eſſe phyſica concludit. Si verò non libeat ſubnectere
cauſſam, [i] puta tu, quia non ſit eius loci, vel etiam, quòd longiores explicatus habeat, quibus in [i] 2. de or-
præſentia parcendum ſit: ſaltem ſub forma hypotheſeos accipiendum eſt, id quod velis, non ab tu T. 42.
ſolutè pronunciandum, vel, vt fieri conſueuit in legibus edicendum, Hæc præcepta ſeruans ad-
amuſsim præſtantiſsimus doctor, eo nomine celebratur ab Auerroë, quod nihil vnquàm ſine va
lida ratione dixerit. Neque verò quia ſemper cauſſam dictis ſuis adſcripſerit, quî enim rerum,
quę cauſſa vacarent, cauſſa reddi poterat? eiuſdem enim vitij poſſet argui quod ipſe aliis obie-
cit. quippe quòd non internoſcerent, quid demonſtrationi foret obnoxium, & quid contrà à
demonſtratione abhorreret: verùm, quia quicquid conſtituit & accepit, ita diſpoſuit, vt cuique
redderet id quod ſuum eſt, & ratione vſus fuerit, vbi ratio quæreretur, atq. illa quidem acri aut
leni pro rei tractandæ cõditione; quicquid ſine ratione aſſumendum fuerat vel quod eſſet cauſ
D ſa, vel quòd alio quodammodo noteſceret, prout de principiis anteà dictum eſt, tamen non ſine
valida ratione pronunciarit, quòd afferre potuit rationem ex illo habitu, qui pertinet ad modos
ſciendi ductam, qua commotus hoc cum ratione, illud verò ſine ratione acceperit. Igitur non
ſine valida ratione locutus eſt Ariſtoteles; ſiue ex propriis ipſius rei principiis duceretur, ſiue ex
altero habitu, cuius eſt tractare modos ſciendi. Non erit item alienum ab habitus huiuſce prin-
cipiis, ſi & hoc adiiciamus, quod frequentiſsimè ſolet à phyſicis vſurpari. Vnumquoque. ſ. im-
petrare ſuam appellationem ab actu. [k] Non eſt hoc noſtrum conſilium de nominum vi diſſe- [k] 2. Phyſ. T. 10.
rere, ſed illa afferre in medio quæ pertinent ad propoſitionis huiuſce notitiam. Scire igitur li- 2. de An.
cet ea quæ nominibus ſignificantur, ad hæc capita referri, formas, cõpoſita, motiones & materiã. T. 49.
[l] Neq. dubium eſt nomen primum ſignificare formam, quoniam verò forma finis eſt vniuerſæ [l] 8. Met.
motionis, eademq. eſt eſſentia tota, quæ comprehendit materiam quæ cadit in mentem, vtraq. T. 7.
autem hæc principia definitione euoluuntur. ſi idem ſignificant nomen & definitio; profectò
nomen ſic formam ſignificabit, vt vniuerſam notet eſſentiam. tamen ꝙ in eſſentia primæ ſunt
eius

eius partis, quæ finis est totius motionis; ideò nominis notio resoluetur in formam simpliciter. E
Itaque cum cætera per formam significentur, & vt respiciunt formam quæ item est finis, rectè dicitur vnumquodq. à forma & fine suum nomen sumere. Quapropter animal animam quę
[a] 1. Phys. T. 10. forma est, præcipuè significat. [a] Signo illud est, quòd non prius animal appellatur, q̃ accesserit anima, sed embryon, aut semen. imò non ex forma simpliciter ducitur nomen, sed vbi iam extitit actus secundus, id Aristotele docentes 5. de Gen. anim. Idem quoq. in arte contingit, quando non prius appellatur scamnum, quàm ipsi extremã manũ artifex imposuerit, sed lignum, proximè nomen significat cõpositum, & pari quidem ratione in natura & arte. Et rationi cõsentaneum est ens (vtar.n. liberius hac voce, quàm politiores hactenus declinarunt, quia legerim eam à C. Iulio Cæsare fuisse receptam) ens, inquàm, primùm significare substantiam, & inter substantiæ parteis ipsam formam, ob eam caussã, quam nuper attulimus, quòd tum verè quippiã sit non animal aut equus, sed ens simpliciter, vbi formam obtinuerit. Consimilique modo reliqua prædicamenta dicimus primùm notare formam, tum deinde compositum. possumus item nominationis huiusce originem altius aliquantò repetere, vim prædicamentorum spectantes: quippe q; duas habitudines præseferant: alteram, qua subiecta respiciunt, in quorum ratione insunt: atque alteram, qua substantia concipitur. neque.n. sola qualitas hac voce
[b] 7. Phys. T. 14. 39. notatur, sed substantia qualis: siquidem accidens ab Aristotele ponatur inseparabile, [b] nec ens F
simpliciter, sed ens aliquid, vel aliquo modo & velut aliud quid existens, quia videlicet non sit albedo, sed album quod est substantia. Vt igitur quantum & quale sunt talia propter formam: ideòq. nomen significat primo formam accidentis, deinde compositum in suo quodq. genere
[c] 3. Phys. 2. de an. T. 78. (constat enim singula prædicamenta ex potestate & actu pro portione) [c] sic etiam, vt entia quæ respiciunt substantiã, probabile est ita dici propter formam, quia sic dicuntur propter substantiam, hæc verò est ens propter formam. Ab eadem forma dicitur quoque compositum, vt efficiens. (Nam compositum esse id quod efficit propriè, docebitur in progressu) si vniuocum fuerit, vt pleraque esse solent, de quibus regulæ traduntur in methodis: tum quòd habet in seipso formam per quam agit, tum quia gratia formæ operatur, & efficiendo tribuit formã. Materia quoque assecuta est appellationem suã à forma; quandoquidem talis potestate dicitur, quale est actu cõpositum, in quo inest forma, vt potestate substãtia, potestate quantũ, & quale. Atque hoc quidem in natura & arte commune est, licèt efficientis denominatio non eodẽ semper modo procedat, vt mox apparebit. Etenim libet prius ordinis nostri caussam reddere, ne videamur cum Aristotele pugnare. quandò nos materiam efficienti postposuimus & composito, simulq. compositum cum efficiente collocauimus. Aristoteles autem proximè à forma posuit G
materiam, in extremo verò recensuit efficiens. Atqui nos ordinem nominationis spectauimus & efficiens cum composito numerauimus, vt partem eius. Aristoteles autem in physicis ordi-
[d] 2. Phys. nem principij respiciens, quia materia foret principiũ, composito ipsam præposuit. [d] in prima
[e] 5. Met. Cap. de natura. verò philosophia motui subiecit efficiens, [e] quia cætera ad rei constitutionem pertinerent multò interius; efficiens externum esset, & à rei substantia remotum. Restat vnus motus qui com-
[f] 5. Phys. T. 4. plectitur ortũ & interitum quẽ item ab Aristotele demonstratur [f] à fine in natura nũcupationẽ sumere, tametsi aliter in arte ac natura quandoq. contingat. [g] (neque enim id perpetuum pu-
[g] 2. Phys. T. 14. to, vt nonnulli, neque id in Aristotelici contextus explanatione necessarium, neq. id necessariò monstrant verba ipsius Aristotelis) siquidem in arte nominatio motus ab efficiente nonnunq̃ sumatur; in natura non ab efficiente; sed, vt reliqua, à fine. Verùm vtcunq. se res habeat, caussam libet indagare, cur ab efficiente, non à fine motus in arte qui est effectio, nuncupetur, præci-
Cap. 1. puè propter Auerroëm qui lib. 4. Collectaneorum rationem quandam reddit, ex nobiliore loco, vt potè è 2. Phys. repetitam cui plurimum tribuit. Ea verò talis est. Motum sumere nomen ab eo, cum quo magis conuenit genere. Sed motus in arte cum genere efficientis conuenit magis. Et motus igitur in arte sumit nomen ab efficiente. Nunc explicandum est, quem- H
admodum effectio cum genere efficientis potius quàm materiæ, seu formæ conueniat: quandò terminetur forma, & ab ea tanquam cõplemento contineatur & materia fundetur, in eaq. perducatur ad summum, ab efficiente verò segregetur. & videndum quid verba sonent Auerrois. Caussæ cõplures eius differentiæ solent afferri; variisq. modis Auerrois verba capiuntur ab eius patronis. etenim quidã ait id ab Auerroẽ non fuisse verè asseueratum motus ab arte factos esse ex eodem genere cum efficientibus, quo enim pacto medicatio & ædificatio sunt eiusdem generis cum medico & ædificatore? siquidem medicus & ædificator, seu medicina & ars ædificandi sint habitus: medicatio verò & ædificatio sint passiones (& hîc etiam liceat ea voce vti, quam M. Varro non est aspernatus) vbi pro forma fluente sumantur; intellige nunc formam fluentem eam quæ ab imperfecto ad perfectum promouetur, vt albedinem secundi gradus quæ ad quartum est deducenda. propterea subiunxisse Auerroëm, aut saltem ita videri. Verùm esto id. At oportebat etiam reddere caussam, cur ita videretur. Itaque alij Diui Thomę explanationem

approbantes

A approbantes putant spectari ab Auerroë motionem ab arte factam; tum verò est effectio quædam eaq. ratione magis est affinis efficientis quàm formę; ideoq. ab efficiente nuncupationem sumit. atqui generatio quę est opus naturæ, est affectio & passio, quæ notescit ex termino ad quē i. quo motio finitur. Veruntamen quia tam in arte quàm in natura idem re sunt, rationeq. sola actio & passio disiunguntur; ex hoc efficitur, vt nullum nominationis discrimen intercedere debeat inter motus naturales & eos qui fiunt ab arte. Obseruant alij formas artis à formis naturæ discrepare, quòd in artis materia nulla potestas est formæ efficiendæ, neque perfecta, neque imperfecta: formis verò naturalibus potestates in materia supponitur. Idcirco quoniam forma artis tota nascitur ab externo, & proinde motus eius naturalis forma non item, ob eamq. rem neque generatio forma artis est magis è genere efficientis: contrà verò forma naturalis ex genere finis. propterea motio quæ fit ab arte, nuncupatur ab efficiente, à fine verò motio naturalis. Et sanè proximè accedit ad verum hæc explicatio. nisi quòd genus videtur acceptum fuisse licentius. Neque enim mouens & motus in genere conueniunt, vt dictum est. Et essentia motus magis termino ad quem, quàm efficiente completur, vt aliàs ostendemus. Alij nectunt alias caussas, atque illas quidem satis iustas, quia scilicet efficiens naturale conuenit in nomine cum re facienda, artifex verò minimè. hinc fit, vt nomen motus in arte diuersum queat accipi à nomine

B finis, in natura non item. Verum monstrat id licere tantummodo, non tamen docet, cur non accipiatur à fine: quando etiam motus illius essentia fine completur. debuit enim sic efficere nomenclator; vt cùm succurreret finis, vnde nominatio sumeretur in arte, imitando naturam, à fine pariter motum nuncuparet. Postrema caussa, quia mouens in arte conspicuum est singulare & sensile: naturale autem substantia quæ insensilis est. illud est notum; hoc ignotum: à notiore verò nominatio sumitur. At qui hæc profitetur, non videt etiam formam, à qua nuncupatur motus, esse substantiā; ideoq. insensilem esse & ignotam, vt ergo ab efficiente ignoto non erat accipienda nuncupatio: sic neque à fine, quòd esset ignotus. Neque perspicit is, qui hæc dicit, eodem modo esse singulare & sensile efficiens in natura sicut in arte. Præterea, si hæc cum Auerroë dicuntur; nisi turpem repugnantiam inter eius sententias, quod isti nefas arbitrantur, inculcare velint, ea legant quæ idem auctor scripsit, [a] vbi testatur se caussam hanc in physicis explicasse, quam talem esse docet; quasi sit eadem quam modo tractamus. quòd permutatio est genus rei, ad quam permutatur virtus: & hæc est contrarium plusquam genus rei ad quam permutatur. virtus autē in eis est manifesta magis, quàm in ea, à qua fit permutatio. Modò videant isti, a Coll. 6. 4.

C num hęc congruant cum iis, quæ narrantur è 2. Phys. tùm etiam cum caussis ante allatis. Equidem, vt fateor in his verbis, aut nullam contineri sententiam, aut eam maximè latêre; vt etiam certò credo nihil hęc conuenire cum iis, quæ scribuntur 2. Phys. sic opinor vera sensisse Auerroem & tralatorum culpa loca hæc fuisse conspurcata; faxitq. Deus, ne alia permulta in tam graui scriptore sint hisce consimilia, ne tantam iacturam philosophi facerent. hæc certè talia sunt, vt nullus fortè sensus ex eius verbis elici valeat. Cùm igitur ij, quos ego viderim, nihil afferant quo satis commodè tueantur Auerroëm; nec eius sententiam fortè assequantur; audeo quoque dicere, neque liceat vllam colligere; auguremur hîc nos; & simul caussam discriminis illius denominationum certiorem conemur afferre; & cum verbis Auerrois componere studeamus. Mihi autem videtur eiusmodi varietatis caussam ex Philopono colligi posse quæ nititur duobus fundamentis; & primo quidem. Artificem non facere sibi simile, quemadmodum facit natura. Quamobrem finis & efficiens idem nomen non habent in arte, sicut habent in natura. Deinde verò. In arte efficiens apparêre, & esse conspicuum; finem verò non extare. quod euenire puto in medicina; cum sit ex eo genere artium, quę coniectura vtuntur, in quarum potestate finis non

D est positus, & sæpe fallit (loquor nunc de fine motionis, non autem de proposito, quod est in mente artificis: etenim hic semper obiicitur; & initium est vniuersarum actionum, nec fallit vnquam.) Ex his efficitur, vt nomen motionis in arte possit sumi diuersum à nomine finis, & idē ab efficiente tanquam noto deduci. Fortè igitur hęc, vt Gręcorum fuit expressor Auerroës, significare volebat, quæ nos locum lapsus aliis indicantes, audacius. nunc veritatis ergo immutauimus. Nam quod dicitur, permutationem esse genus rei, ad quam virtus permutatur, genus exponimus, quòd habeat cognationem, ac virtutem δύναμιν. i. potestatem materiæ significari dicimus: cognationem verò dicimus esse permutationis cum forma, ad quam materia tendit. Cùm subiicitur. Virtus est contrarium magis quàm genus rei, ad quam virtus permutatur. Virtutem hîc eodem nomine δύναμιν intelligo facultatem efficiendi, [b] quam statuo magis contrarium, hoc est, diuersum, quam genus rei, ad quam virtus, quę est materia, permutatur. i. quam forma & finis; vbi noto discrimen inter finem & formam in arte, de quo dictum est supra, & hanc virtutem notiorem esse fateor, quàm eam, in quam fit permutatio, quæ est finis. Sic paucis vocibus immutatis colligo sensum è verbis Auerrois, quem item cōtineri arbitror in 2. Phys. & quod dicitur tanquam per disiunctionem prolatum, aut famosum, atque exponitur, quia sic videatur; b De cęlo T. 28.

VII. id ego credo significari, quod dictum est, esse notius efficiens, quàm finem & formā in artificiis. E
Tu nunc boni consule. Quicquid tamen sit; ab efficiente tanquam ab actu nominatio petitur.
a Libr. de incess. an. cap. 2. Fuit hoc item in physiologia præceptum Aristotelis, vt illa veluti fundamēta acciperentur [a] quæ in omnibus naturæ operibus eodem modo se haberent; quod item non modo à cęteris physicis in hac methodo vsurpatum fuisse suspicari possumus; verum etiam ab ipsomet Aristotele sine vlla intermisione obseruatum fuisse; cuiusmodi illud est. Naturam nihil efficere, quod frustra sit; eandem niti in id, quod optimum est, de quibus posthàc sermo habendus erit; eiusmodi tamen, vt ab his de cęteris debeat accipi fides, tot enim de principiis, quæ ad modum sciendi pertinent, dicta sufficiant.

Aggredimur scientiæ principia, è quibus nonnulla consimiliter adumbrantur. Cap. III.

SVCCEDVNT nunc scientiæ principia, quę nos item iam cum acceptis concordantia sumemus; quippe quod vno sensu niti contendimus, & huc omnia referri volumus in hac methodo: neque hęc munera transibimus, tametsi nouimus esse complura quę nostra placita funditus tollant, & euertant planè physica fundamenta. F

Nos hic physicum agimus, & caussas reddere conamur problematum quæ renitenti persuadere sensu possimus: quicquid his cancellis excluditur, sublimiori philosopho delegamus, & agnoscentes quàm parùm opibus humani iudicij freti valeamus, admiranda Dei O.M. opera contemplantes vni & soli, conditori, motori, conseruatori, rerum vniuersarum creatori maximas gratias agimus & habemus. His stantibus quæ conuelli nefas est de re proposita dicere aggrediamur primùm communiora tractantes, mox ad specialia descendentes. Neque hìc expectandum est, vt omnia generalia numerentur. Nos ea tantum recensebimus quæ aliquam declarationem requirunt, quæ verò in omni scientiarum ordine certa & explorata sunt, vt auditoris mentem nullo modo torqueant, de industria præteribimus, & ea potissimè consectabimur quæ non dicam maioris ponderis, aut vsus erunt; sed quorum maior affinitas erit cum rebus naturalibus. Inter hæc autem illud placet esse primum. Omne ens esse substantiam vel accidens, ita vt nulla sit res quæ inter substantiam & accidens intercedat & indicabimus quemadmodum hæc distributio per omnia pertineat quæ in rerum vniuersitate existunt, siue animum respiciant, seu corpus. In primis autem in hac rudi & inchoata notitia quam modò persequimur. Ens quod per sensum sese insinuat, iudicari putamus. itaque substantiam sensilem quæ ex materia formaq. conflata est & accidens quod illi inhęret & nouem prędicamenta complectitur, ea partitione comprehendi volumus, quidquid pręter hæc existit, non vt notum nobis & vt principium statuetur; quippe quod longa commentatione opus sit, ad inueniendum aliud substantiæ genus vltra sensilem. Verùm quicquid in rerum natura extat, quicquid item in nostram cogitationem cadit, ad hæc duo capita refertur. Neque enim nos induci possumus, vt aliter cogitemus, quàm quòd quodcunque est, sit subiectum, aut in subiecto. Itaque quod concipitur, tametsi non est substantia sensilis, aut accidens; nihilominus affert nobis notionem substantiæ vel accidentis. Et planè ratio cogit vt credamus omne quod est generatim aut subiectum esse, aut in subiecto, aut saltem hosce ipsius esse modos imitari. En tibi Deum; hunc philosophia demonstrat vnum esse atque adeò simplicissimum, nihil in seipso habens quod ab ipso segregetur. Itaque nullius subiectum, in eo nihil. Et tamen harum rerum nobis familiarium exemplo ducta mens nostra Deum concipit, & ita cogitat ac si quidpiam in illo insit, quamuis nullis subiiciatur accidētibus, à sensuum consuetudine se reuocare non valens. Ergo ens etiam, quodcunque sit, aut est accidens, aut substantia, aut per modum accidentis substantiæue comprehenditur: & vt comprehenditur, ita eisdem figuræ dictionibus exprimitur. Quare audis aliquandò Deum ὑπερούσιον, & vltra substantiam, & tamen explicas nomine quo substantiæ modus exprimitur; dicis nonnulla esse ad aliquid (vt vulgò fertur) secundum famam, & secundum dici: sic illas esse non re vera qualitates, sed ita modo qualitatis ipsius proprio notari. Neque obstat id quod Scotus opponit, aliquid obiici menti nostrę quod ignoremus substantia'ne sit, an accidens, vt de natura luminis opponi solet. Nanq; etsi ignorauero vtrum sit distinctè; non tamen aliam habebo notionem quàm quòd subiectum sit, aut in subiecto, nec vt quiddam ab hisce notionibus alienum vllo tempore cogitabo. H (right margin, at "comprehenditur"); G (right margin, at "formaq.")

Obiectio prima. Opponet aliquis species rerum quæ sunt in anima: neque enim sunt substantiæ, cùm sint in aliquo; neque sunt accidentia, aut formæ quæ in subiecto insideant quippe quòd ab hoc inhęrentium genere subiectum nuncupari consuerit, vt ab albedine album: atqui non albus animus nominatur. Tùm secundò Differentiæ non sunt substantię: [b] eædem prædicantur vniuocè de substantia: quare neque item sunt accidentia. Tertiò omnia predicamenta cùm substantia, tùm quoque accidentia prædicantur in quid est. Sed accidens quod à reliquis vniuersalibus distinguitur, de nullo prędicatur in quid: non igitur substantia vel accidens. At quod ad species attinet:

C. de subst. II. III. Ad I.

A attinet; ille qui negat eas eſſe accidentia, ſpeciei naturam ignorare videtur. Nam ſiue ſit ſenſi-
lis,ſeu talis,quę mente concipienda ſit,eſt actus quidam ſubſtantiæ cuiuſpiam à forma defluens,
& aduentitiè inhærens, vt in aëre lumen à lucido corpore emiſſum. Sic in animo ſpecies, & ſi-
mulachra ſe habent. Itaque docet Ariſtoteles, has ſpecies in ſanguine & ſpiritu inſidere, [a] & ita a Libr. de Mem. c.3.
menti offerre res à quibus emittuntur vt lumen ſolem nobis oſtendit à quo effunditur. Idcirco
geminam rationem & vim ſpecies obtinent: alteram qua ſunt habitus, & ita qualitates, atque
alteram, qua ſunt ſimilitudines & reſpectus, ſiue habitudines,qua referunt obiecta. Sunt igitur
ſpecies accidentia. Neque ita abſurdum eſt à ſpecie facultates animi nominari, quin viſio co-
lorata dicatur, & animus fieri leo & equus; ſicut manus cum enſe fit enſis & cum calamo cala-
mus: ex quo etiam dicitur forma formarum ſic vt manus organus organorum. Differentiæ Ad II.
quoque ad alterum ex his membris neceſſariò referuntur: ac ſi quo pacto media ſint habendæ
inter accidens & ſubſtantiam, ſic ſtatuendum eſt eas non per vtriuſque extremi negationem,
ſed participationem potius eiuſmodi eſſe. Nam cùm in prædicamentis inſit ratio duplex; al-
tera quidem, qua rerum natura conſtituitur; vnde earum formas proprias, & communes ordi-
ne quodam proponunt; altera verò qua formas illas voce declarant, & certa loquendi for-
B mula ſignificant. Si rem ſpectes differentia prorſus eſt ſubſtantia: ſi verò modum aduertas,quo
voce exprimitur, imitatur qualitatem. Non eſt enim in ſubiecto differentia, ſed dicitur
de ſubiecto; ſubſtat etiam: quandò aliqua ipſam conſequuntur & per eam pertinent ad ſub-
ſtantiam compoſitam: quamobrem eſt ſubiectum, quòd primò excipit & pars eius quod de-
nominatur. Etenim notio ſubſtantiæ vtrunque ſubiecti genus amplectitur. ſiquidem ani-
mus ſit ſubiectum, & corpus itidem in quo eſt animus. Id verò, quòd accidens à Porphy- Ad III.
rio deſcriptum ab illo accidente ſeparetur, quod in entis diuiſione accipimus non prohi-
bet, quominus afferat aliquam notionem ex his quæ in ſubſtantia, vel accidente continentur.
Nanque accidens, vt eſt aliquid ſubſtantię, & vt ſubſtantia ſic affecta; ſic etiam imaginem ſub-
ſtantiæ retinet,& eius aliqua veſtigia quaſi fingit, & imitatur. Ex his aſſequutum eſt, vt prædi-
cetur in quid, [b] & ſit ratio ſuſcipiendi nonnullas proprietates. Itaque quantum eſt eſſentia li- b 7. Met.
neæ; [c] idemq. finitatis ſubiectum & æqualitatis particeps; quapropter omnia propter quantum c 1. Phyſ. T. 29.
finita vel infinita dicuntur. referunt ergo ſubſtantiæ notionem. neque id, quod ita ineſt in acci-
dente,ineſt àc ſi foret accidens. quî enim cogitari poteſt aliquod accidens in altero,vt in acciden
C te inſidere? ſemper enim mens illud veſtigaret, cui inſidet; & in infinitum producta non habe-
ret vbi ſiſtere valeret. Sed ſic inhęret, vt in ſubiecto: atque iam hoc notionem ſubſtantię præ-
ſefert. tametſi moneo in ea notione accidentis vnà notionem ſubſtantiæ concipi, & ita cogitari
quantum eſſe finitatis ſubiectum: quaſi ſubiectum ſit ſubſtantia quanta notionem accidentis ſe-
paratam non eſſe perpetuò defendens, ſed incomplexam quidem, quia ſit vna notio accidentis
cum ſubſtantia; ac ſi denominatum aliquod cogitemus. Tum verò eſt accidens,& ita definitur
à Porphyrio,& in Topicis;quatenus ad aliud refertur,ſine quò ſanè non exiſtat,ſed eſſentiali vin
culo non iungatur. Non igitur re,ſed modo & habitudine accidens à cęteris vniuerſalibus ſepa
ratur,& ab ipſis prædicamentis. Ita fit, vt nulla notio ſit quæ fugiat alterutram notionem ſub-
ſtantiæ vel accidentis. multò minus aliqua res excluditur illa partitione: quod vereor ne dare
cogantur ij,qui elementorum formas intendi & remitti volunt; quia mediā vim obtineant inter
accidens & ſubſtantiam. Et profectò notio formę ſemper eſt, vt ſubſtantiæ,cùm ipſa multa ſu-
ſtineat, quæ compoſito impertit. Atqui dices, ita imperfecta eſt,vt accidenti conſimilis eſſe vi-
deatur. At non eſt hoc alterius extremi naturam participare, & ſubiacere conditionibus acci-
dentis; ſed in genere ſubſtantię contineri, & vim retinere ſubſtantiæ; ſed eam defetiſcentem, &
D imbecillem, conditiones eiuſdem, licet infimo quodam modo, accipientem. Quare medium
non admittunt accidens & ſubſtantia. Verumenimuero accidens in nouem genera diſtribui-
tur; quod item in omni ſcientia,arte,& methodo recipitur,vt perſpicuum. Nam luſtranti quot
modis res in mentem noſtram,ſeu rectius dixerim,ſubſtantiæ cadere queant,& quot modis voce
explicari, & alteri ſignificari poſſint, hi decem ſoli occurrant. Itaque & dialecticus hæc decem
principia rerum accipit,& moralis,& philoſophi omnes, quorum ſingulis vnum par attribuunt
contrariorum. Id quod inde arbitror colligi, quia genus eſt vnumquodque ex his principiis
quæ pędicamenta dicuntur; genus autem præſefert quiddam quod ſecari poſſit in oppoſitas
differentias. [d] Nunc differentia perfectè,ideſt,per extrema interualla ſunt ipſa prima contraria: d 10. Met. Tr. 13.14.
in vnoquoque genere igitur ſunt prima contraria; perfectè verò differentia monſtrat inductio,
[e] vt album & nigrum, dulce & amarum, rationis compos,& impos,æquale & inęquale. Porrò e 10. Met. T. 24.
prima contraria cùm bifariam ſumi poſſint vel ſecundum rationem,vel ſecundum rem,ac ſecun
dum rationem quidem forma & priuatio quæ maximo diſtant interuallo, vt nihil longinquius
in ordine rerum mens concipere queat, nec quicquam ſit, quod minus alterutrius naturę ſit par-
ticeps quàm eſſe & non eſſe, ſunt verò ſecundum rationem, quòd conſiſtunt terminis, quibus

nihil est cõmune vniuocum, ente.s.& non ente secundum rẽ verò opposita positiuè: nanque tali quodam opposito semper priuatio nititur, ea verò semper sunt aut in eodem genere, aut diuersorum generum, aut ipsa diuersa genera, semper tamen in eodem prædicamento. illa nos hic accipimus, quæ sunt prima secundum rationem, quæ duo in vnoquoque genere prima defendimus: & cùm genus, vel vt prædicatum in quid, vel vt subiectum considerari posit, cùm ex illis item duplex contrariorum genus existat;[a] ex primo quod appellatur secundum formam, ex posteriore quod secundum materiam; hoc quidem quod præfefert aliquam vicissitudinem, illud verò immutabile: & secundum rationem quoque in vtroque prima contraria formam, & priuationem esse dicimus, cùm secundum rem multa ipsorum paria possint existere. hinc eiusdem generis multæ oppositæ differentiæ quarum nullus est ordo; [b] veruntamen omnes resoluuntur in contradictionem, vel oppositionem habitus & priuationis, vt rationis particeps, & brutum, in brutum, & non brutum, rationis particeps, & non. Ob eamque rem acceptum est sine probatione ab Aristotele. In vno genere vnum esse par contrariorum primum. Hæc, tametsi primum respiciunt genus, quod prędicatur, siue pertinent ad genus, quod est vt subiectum & materia; respiciunt quoque facultates, vt scientiam & medicinam; quòd ea sit obiecti cuiuspiam, in quo contraria existunt: nimirum corporis humani, quod capax est bonæ malęq. valetudinis. F
Vnum verò contraria non esse docemur ex vi terminorum: siquidem contraria contineant habitudinem quæ non consistit in vno: non esse verò plura quàm duo ratio conuincit & si obijcitur virtus & medium quæ duobus vitijs & extremis aduersantur: nam contrarietas, vt sic dixerim, est maxima differentia; si maxima perfecta, si perfecta finita: quapropter extra illam nihil accipi potest. Ergo duo sunt solum ipsa contraria; aliter vltra extremum aliquid esset. Etenim cogitare oportet contraria continere spatium quoddam: veluti terminos, quod indicat sensus. Omnis autem vnius spatij terminati duo sunt termini non plures: aut enim termini non essent intra illos; & sic contraria non maximè distarent: aut illi termini non essēt; proinde neque contraria, si qua maior esset distantia. Duo sunt igitur extrema. Ergo & omnis contrarietatis, hęc verò contraria sunt. Nec obstant medium & virtus. nam medium non opponitur extremis vt contrarium, sed vt ad aliquid: & virtus opponitur vitijs, vt moderatum immoderato, vel vt bonum malo: nunc mali & immoderati duę sunt species plus & minus ex quo existunt vitia. Sed redeo ad illa. Quicquid est, esse substantiam vel accidens. eodem quoque gradu procedunt substantiæ partes & accidentis: siquidem partes accidentis accidentia sint, & qualitatis qualitates, quanti quanta, & cęterorum omnium partes pro ratione. Quamquam nonnulli substantię partes in dubium reuocarunt; & rationibus quibusdam colligere voluerunt partes substantiarũ G
I. non esse substantias, eorum ergo rationes diluere placet, ne fortè nos postea perturbet. In primis illi accipiunt. In quibuscunque finis aliquis est, huius gratia agitur quod prius est, quodq. consequitur. Sed animata corpora fiunt è simplicibus & prorsus inanimis. Ergo simplicia & inanima animatorum gratia sunt. Itaque illorum forma; siquidem finis & forma idem sint potissimè in habentibus animam. Signo etiam esse potest: nanque vbi separentur à toto animato, non amplius eandem seruant rationem, sed ambiguè talia sunt, nec digitus amputatus amplius digi-
II. tus appellatur. Deinde mixta inanima carent fine: non ergo sunt substantiæ. Probatur verò antecedens. quòd de illis differens Aristoteles efficiens exposuit & materiam: de illorum fine meminit nusquam. quod verò consequitur, ita colligitur. Nam quicquid est vel est substantia vel accidens. At accidentia fiunt ex consequente; neque finem omnino habent: ergo quicquid
III. habet finem est necessariò substantia. Postremò lapides & metalla putrescunt solùm & ita corrumpuntur; atque aliter ac animalia, ipsa enim prius corrumpuntur, postea putrescunt. quòd si non corrumpuntur; nec generantur igitur. si non generantur: ergo neque substantiæ sunt, siquidem generatio sit propria substantiarum. Sed enim mihi videtur Aristoteles etiam cum substantijs partes substantiæ numerare, & tradere notas, quibus eas dignoscamus esse substantias, quomodocunque sint substantiæ partes. quando nosti partes substantiæ dupliciter esse, vel quæ corporis totius molem compleant, quas integrantes cum cęteris vocare liceat, vel eas quibus essentia continetur. Nam si integrantes accipias, obseruabis eas collocari in natura constantibus, quæ substantiæ sunt, at differunt ab accidentibus quæ sunt ex natura.[c] hæc verò ex materia & forma componuntur quæ per se sunt; & idcirco illa etiam quæ conflantur ex his, substantię sunt, perspicuè verò numerantur in substantiis [d] cęli elementorũ animantiumq. partes ab Aristotele. [e] si rursus inspicias essentię partes. hæ quoque tanquam membra substantiæ recensentur: cùm substantia triplex sit, compositum, forma, & materia, quæ sunt partes compositi. Idem quoque Aristoteles illa monet esse substantias, [f] quę non sunt in subiecto; sed elementorum, metallorum, viuentiumq. partes non sunt in subiecto, eædemq. sunt hoc aliquid. cur ergo substantiæ non erunt? Docuit item partes substantiæ substantias esse quandoquidem id quod se habet vt accidens, & est in subiecto, non est pars: vsque adeo vt neque credam partem quanti in quanto esse vt accidens,

a Alex. 10. Met.
b 1. de Par. an. 7. Met.
c 2. Phys. ab initio.
d 3. De cęl. T. 1.
e 8. Met. T. 1.
f 5. Met. T. 5.

A dens, nec partem qualis in quali & idem alibi testatus est substantiæ partes esse substantias: aliter efficitur, vt substantia fieret è non substantia. Neque argumentationes diluere mea quidem sententia difficile est; siquidem in prima subsit fallacia ab eo, quod est quodammodo ad id quod est simpliciter. Nanque & si animus est inanimorum finis, quòd per varias mutationes, & fata promoueri possint ad formam nobilissimam, & hoc potissimè natura respiciat; at non deserit illa, neque spoliat omni forma, neque ex omni gradu substantiæ deturbat. Et videt quisque hominem esse cui tanquam fini reliqua natura parauerit: nihilominus singula per se constituit, vt etiam extra hominem subsistere queant. Animus igitur est finis, sed remotus, alius est finis proprius, qui item in ordine substantiæ collocatur, quo neque cetera carent quę non viuunt. Neque eorum finis est animus simpliciter: sed tum finis est, cùm sic ipsa disposuit alma parens natura, vt talis forma proximè possit induci, veluti finis marmoris non est statua, nisi, cùm iam marmor expoliri cœpit; nihilominus per proprium finem propriamque formam existit. Confirmatio quoque fallax est præseferens errorem in consequente. Nanque & si partes à toto seiunctæ sunt ambiguè animalia seu partes, at non sunt ambiguè substantiæ. Accipitur item mixta inanima carere fine. Tùm etiam ponitur accidens carere fine. Et sanè accidens fine careat, non necesse B est; vt os pellucidum est, ne offendamus. Falsumq. est mixta carere fine. Nam si partes animalium futurę sint; iam animus pręsto est. si minus; at tum per propriam formam existunt. Neque fines isti ab Aristotele prętermissi sunt, vt primo de part. anim. [a] Id planè verum est eorum formas latere magis quo ad elementa propius accedunt. Quanquam, si formam syllogismi spectemus, impotens est, quippe quæ sic complicetur. Omne accidens caret fine. Mixta inanima carent fine. Sunt igitur accidentia. Ex eo quod formę latent, extat temperies, per quā formæ describantur; fit, vt putredinis illorum ratio duntaxat habeatur, nulla interitus. euidens enim temperies est, forma autem subobscura. Nil ergo medium habent accidens & substantia: ordinem planè habent; sed medio vacant. Nanque substantia prior est accidente omnibus modis, [b] si simpliciter accipiatur. quando neque re neque ratione separatur accidens à substantia, si sensum consulimus, quem nostræ methodi normam esse volumus. semper igitur rationem substantiæ flagitat, plurimumq. tempore consequitur, quòd accidens illi superueniat, quod iam est in actu. Sed si proprium sit perpetuoq. inhærens, substantiæ notio dicitur antecedere, quandoquidem sine illo substantia concipi potest. nisi tempus fortè non vt vulgò conuenit; sed vt nonnunquam apud veteres metaphoricè pro nobilitate præstantiaq. sumatur. idem enim valet maximè C honorandum, & vetustissimum [c]. Propterea quoque Galenus [d] ob venerationem solitus est vocare Hippocratem παλαιὸν, idest veterem. Neque præcurrentes affectiones obstant, quæ rei generandæ anteire videantur: nanque illa substantia nituntur, quæ interit, dum altera generatur. Itaque substantia accidenti simpliciter antecedit; vt physicè sumi queat, substantiam ex non substantia fieri non posse; [e] quòd substantię nihil antecedat. Quare & hoc in principijs reponetur, cùm ab Aristotele sine ratione sumatur, quasi cum proximo effato idem valeat. Cùm substantia prior sit omnibus modis accidente, patet etiam, accidens à substantia separari nō posse, neque reipsa, neque cogitatione. atque adeo, vt nonmodo quod sit, quod est actu esse, siue existere, & quod Grecorum vulgus ὑπάρχειν appellat, verumetiam quòd sit, idest essentiam obtineat, quæ per definitionem explicatur, acceptum substantię referat. Est enim accidens in subiecto, idest ita in alio, vt esse nequeat sine illo in quo est, non tamen vt pars, & est aliud quid existens, non scilicet per se, sed per aliud, non quantitas, sed substantia quanta, & in substantiam denique resoluitur. Nec cogitari potest accidens sine substantia; siquidem esse in subiecto sit eius natura à qua accidentis ratio diuelli nequit [f]. Inconueniens enim est (inquit Ari- D stoteles) ipsum separare, si oportet incōueniens dicere id, quod fieri nequit. nullum enim aliorū separari potest prętersubstantiā: nanq; omnia de subiecto dicuntur ipsa substantia. Nec id menti succedere potest; cùm sit inconueniens illa mens quæ quærit ea quæ fieri nequeunt, & id aggreditur quod effici non potest. Valet ad id quoque firmandum, quòd multò magis sunt formæ naturales quàm accidentia, neque tamen formæ naturales à materia motuq. separantur, multo minus igitur accidentia præsertim quæ sensilia sunt: neque mens (vt mea fert sententia) rerum naturas immutare potest. Sed accipiat hic Aristoteles segregationem, quam natura præstat de ea quæ mentis opera cogitando fit, nihil agat. Atqui neque accidens citra substantiam cogitare licet. Testem apello Themistium qui monet, ne cogitatione quidem accidens à substantia separari posse, re autem multo minus. Substantia planè à ceterorum generum vniuersitate potest separari non sanè quod accidentibus omnino sensilis substantia nudetur: sed, quia substantia vna eademq. ad numerum permanens, modo hoc modo illud accipiat. Deinde quæ mens seuocare potest rem à sua quidditate? simile enim foret ac si hominem aliud esse cogitarem, quàm animal ratione vtens. Cùm ergo substantia compleat quidditatem accidentis planum quod accidens à substantia non potest absolui, substantiam verò simpliciter accipio non ignarus ab hac vel illa

Ad I.

Ad II.

a 1. De or.

Ad III.

b 7. Met. tit. 4.

c 1. Met. sum. 2. c. 1.
d Met. c. 6.

e 1. Phys. Tit. 52.

f 1. Phys. Tit. 14.

substantiæ specie accidens, & cogitatione & re seiungi posse, vt ab homine album. Fortè respon E
debis. Accidens præseferre geminam notionem, alteram quidem qua est accidens, hoc est in subiecto, & sic accidens sine substantia cogitari non posse fateberis; ita enim est ad aliquid necessariò; alteram verò qua est ens & in vniuersitate naturæ, sic pones in ipso non contineri substantiam.
I. Itaque & accidens non denominatiuè, sed nonnunquam substantiæ modo per dictionem exprimitur. idem quoque definitur.
II. At definitio non entis solùm, sed entis per se existit. Et ratio confirmat. Siquidem exceptis ijs quæ sunt ad aliquid, reliqua sunt entia absoluta ergò
III. à substantia separatur accidens: aliter ens absolutum non esset. Deinde accidens habet propriū genus, & propriam differentiam quæ ex eadem serie sumuntur, per quæ definitur. itaque sine substantia cogitatur. Attamen hoc neutiquam à Peripatetico probari posse censeo, quandoquidem notio entis aut generalis quædam accipitur, qua complectitur ea quæ in subiecto sunt, & ea quę non sunt in subiecto, aut manet entis ratio in suis partibus vt non multò post indicabimus. sed quomodocunque ens vniuocè dicetur de suis partibus & secus ac constituerit Aristoteles. Etenim esse in subiecto & non esse tanquam contradicentia diuidunt omne ens. alterum ergo ex his ens sit, necesse est. Accipiatur nunc accidens vt ens, idemq. non, vt in subiecto est, concipiatur à nobis, aliter in eius notione comprehenderetur subiectum; ergo eadem erit notio F
substantiæ & accidentis, siue entium omnium, in subiectò nimirum non esse. Itaque ens vniuocè complectetur omnes suas partes. multoq; magis si rationem quandam communem cogitemus quæ partibus eius communicetur. Verùm audiamus etiam Aristotelem, qui tractans ac-
a 7. Met. tit. 14. cidens, vt ens ipsum à substantia separari non posse docet [a], vbi etiam de accidentis definitione meminit. Ita enim, inquit, se habet definitio vt quodquid est. Ceterùm quod quid est non est vniusmodi; sed vnius primò nempè substantiæ, ceterorum ex consecutione & substantię simpliciter, accidentium quodammodo, & propè sicuti Logici dicere solent, non ens esse ens nō quia simpliciter sit non ens, sed quia non sit quodammodo, videlicet priuatio entis, nanque, & non ens sistit mentem; & qui audit, quodammodo quiescit quasi respondeat illi certa notio reiq. similitudo, vt reliquis nominibus sic & accidentia non dicimus esse quantitatem, aut qualitatem, sed substantiam quantam substantiam qualem. Vnde infert Aristoteles definitiones esse substan-
b 12. Met. tit. 1. tiæ simpliciter, aliorum verò quodammodo. Rursus asserit [b] siue nos vnum totum accipiamus substantiam sensilem cum accidentibus, siue etiam substantiam & accidentia non vt eiusdem rei partes, sed vt ordine quodam constitutas; substantia prior est reliquis: illa enim non sunt simpliciter, quantum & quale, verum qualitates & motus substantiæ, nec aliter se habent (sæpè G
enim ea vox apud Aristotelem sumitur, vt nota comparationis) ac non album aut non rectum, neque enim hæc per se sunt, sed propter album & rectum, & eorum priuationes, nec sunt entia simpliciter, non ad aliud, nisi quòd sunt aliquid substantiæ. Vides igitur & accidentia considerata vt sunt entia, non absolui à substantia. Si in eo quod sunt non existunt sine substantia, consequens item est, vt per substantiam definiantur. eadem enim solent esse principia cur existat res, & quæ in definitione sumuntur. Igitur & quòd sit & quid sit à substantia redundat in accidēs. Atque vt de eo quod est accidens in primis verba faciamus. planum est ipsum ita se habere ad substantiam, vt in subiecto quòd est dupliciter. vel enim est vt primum excipiens & alteri tradens quod Latini vocant inhęsionis, vel cuius est aliqua pars primò excipiens, quod denominationis appellare consuerunt, est verò compositum, vt vita inest in animali per animum animus primum excipit vitam post communicat ipsam animali ex hoc subiectorum genere possunt esse caussæ omnes, à quibus aliquod attributum proximè pendet. attamen ita se habent, vt materiam imitentur in eo quòd vt materia se habet ad id, ex quo quiddam necessario consequitur. vt ad rubiginem ferrum sic & caussæ ad effecta, idcirco ex his constituitur medium demonstrationis. H
Similique modo accidentis essentia pendet à substantia. quoniam hęc principia constituunt accidentia, vt ex eorum definitione patet, vbi è demonstratione elicitur. Et profectò sic rationi consentaneum est. Nanque vbi primum quidpiam alicui conuenit, ceteris ab illo communica-
Ad I. tur. Sed quid est primùm est ipsius substantiæ. Ab illa igitur descendit in accidens. Oppones hic tu accidens quod exprimitur figura dictionis quæ substantiæ conueniat. obseruabis ipsum, quatenus definiri potest, sic verò vt non in alio, sed vt per se existens accipitur. An hęc non prohibent quominus accidens cum substantia cogitetur. sed id præstant solùm, vt menti subijciant in primis ipsum accidens. Neque ordinem naturæ peruertunt, sed ordinem concipiendi mutant. Nanque eadem natura est substantiæ quantæ, & quantitatis. siquidem quantitas non est simpliciter sed substantiæ quantitas. At qui concipit substantiam quantam, primum subijcit quantitati substantiam & quantum vult esse substantię attributum; qui verò concipit quantitatem, concipit eam quidem, vt substantiæ quantitatem; sed cùm duo sint ratione diuersa, quantitas & substantia, quantitatem primo vult intueri. quasi spectet non quid substantiæ simpliciter eueniat, sed quid, quatenus est quanta. Quare abstractum nihil aliud efficit quàm vt de-

determinet

A terminet notionem substantiæ per notionem accidentis. & hoc modo fit abstractio mathematica, non autem quia quantitas simpliciter à mathematico consideretur, sed quia quantitatis substantiæ ratio quidem habeatur, substantiæ verò nequaquam. Ita & hoc est, quod ad definiendum proponitur, non quantitas simpliciter: sed quantitas substantiæ, & ita concipitur abstractum, & ob eam caussam figuram dictionis immutat. Quòd opponitur esse nouem prædicamenta ab- Ad II. soluta nec in habitudine posita. facile intelligetur, vt verum sit, si vim absoluti explanemus. Porrò absolutum illud est, quod ita ex se est, vt à nullo pendeat, neque vt sit, neque vt conseruetur. Inter ea verò, quæ sunt in vniuerso proprium, idest, D. O. M. vt à nullo pendeat, sed ex seipso sit ex illo cetera sint. & sic in eo respectus inest, non vt quicquam extra se respiciat; sed vt respiciatur à ceteris, Secundo modo etiam id quod respicit aliud à se potest dici absolutum, siquando non respiciat aliquid, à quo pendeat vt constituente, idest, vt à materia, vel forma. Sic quoque substantiæ sunt absolutè, quòd tametsi à Deo pendent, non ita pendent ab ipso, tanquam materialiter sustentante. Tertio absolutum illud est, quod, & si pendet ab alio, tamen non constituitur ex alio supposito, idest, habet in eodem supposito caussas omnes per quas existit. Absolutum quoque dici posse videtur, quatenus habet certum suum modum quo est, qui
B non petitur aliunde quàm ex se: omne enim prædicamentum habet suum esse & suum quid est quo discernitur ab alio, licet nunquam absoluatur à substantia, [a] ita vt pertineat id etiam cōmu- a 7. Met. niter ad relatiua, & generatim & speciatim, vt etiam seruus & si pendet à domino, habet suam certam rationem per quam seruus est vt humilitatem & obedientiam. Hoc igitur & tertio modo dicimus accidentia esse res absolutas, secus ac ea dicamus, quæ sunt ad aliquid. etenim seruus in Dauo non habet caussas omnes, per quas existit: nisi enim fuerit Simo dominus; neque etiam seruus esse potest. ac si eundem patrem & filium esse fingamus, non habet tamen in se ipso caussas quod sit, sed adhuc ex alio pendebit vt pater, & ut filius ex alio. At album & quantum in eo sunt, quod album est, & quantum; & illius sunt qualitas & quantitas, in quo sunt; ita vt, & si nihil aliud existat; sint nihilominus album & quantum, non sic seruus existit, sed aliud præterea flagitat numero diuersum, ad quod referatur. Obijcitur accidens definiri posse Ad III. per terminos eiusdem prędicamenti quasi sit absolutum quoddam. At nonne idem iudicium de genere, & differentia faciemus? etenim & color est alicuius substantiæ, & disgregare visum est actio cuiusdam substantiæ & in recto pronunciatur vt id notetur, quod mens primùm respicit altero non excluso. Tùm etiam hæc est pars definitionis, quæ additamento substantię com-
C plecta est, & cum definitio soleat illud euoluere, quod nomen confusè significat; dicemus etiam confusè substantiam accidentis nomine significari. Quare substantia in definitione accidentis non ita sumitur quasi extrinsecum quiddam, sed etiam in accidentis ipsius simplici notione continetur. quia sit accidens aliquid illius. ob id inesse & inhęrere notionem constituit accidentis, vt vides. Si substantia nunquam fit ex non substantia; profectò multò minus ex nihilo fiet. Hic est communis omnium physicorum consensus, atque ita ab Aristotele approbatus, vt operepretium fore non putarit, si id conficeret argumentis; in eo quoque secum melius agi putans, si vnum sensum consuleret qui nusquam ex nihilo quicquam fieri iudicaret quàm si rationes persequi vellet, quas sanè multas ad hoc ipsum firmandum quia corrogasset Epicureus ille; Lucretius bellè quidem, si lepôrem carminum spectes; si vsus methodi requiras, operam lusisse potius quàm compendium fecisse censebis. Nil autem mirum quòd propter ἀπαιδευσίαν Analyticorum (fuit autem commune vitium vniuersæ antiquitati) à demonstrandis certa non distinguebant. Ceterùm quòd ex nihilo nihil fieri constitutum esset: & si Aristoteles oculos intendisse videtur in materiam; at primo intuitu materia non extabat, & ijdem philosophi, qui nihil
D ex nihilo fieri autumabant, nesciuere materiam. Quapropter ex nihilo intelligendum erat quod cunctis erat perspicuum, ex eo quod actu non esset, siue id simile foret, vt censuit Anaxagoras, siue contrarium, vt plerique statuerunt. Cuius item iudicij fuit: vt ex nihilo fit nihil, ita quoque nihil in nihilum resolui, sed in non contrarium.

Quandò aliud ex alio reficit natura: nec vllam
Rem gigni patitur, nisi morte adiuta aliena.

Hoc ita creditum est ab Aristotele, vt multa super hoc fundamento in vniuersa sua philosophia struxerit: vt qui suspicentur Aristotelem non dicam nouisse, sed approbasse creationem; ij parum viderint de rebus Aristotelicis. Quinimmo nescio satis'ne exercitati sint in naturali philosophia, qui humana ratione creationem colligi posse arbitrantur. Nimium confidimus nobis ipsis; non perspicimus non posse homuncionem ad tam alta mysteria peruenire. maiore luce opus est. Nam quòd aliquid de creatione subodoratus sit Aristoteles; ipsemet asseruit qui etiam multorum opinionem extitisse profitetur, Hesiodiq. verba citat in eam sententiam quòd principio genitum sit chaos, tùm deinde tellus, proximè autem amor, chaos verò & terra ex nihilo facta fuerint. Aliosq. multos commemorat qui dicunt esse nihil, sed omnia fieri; fieri verò

ex non entibus & prætereà vulgarem opinionem ex non ente, aut ex nihilo aliquid fieri fuisse testatur. Quinimmo ibidem monet nos Aristoteles non esse eo placito liberè vtendum; nimirum nihil ex nihilo fieri; cùm sit comprehensio quædam quam accepimus rerum superficiem solam spectando, non autem scrutando interius. Attamen & si ignota non erat creatio; neutiquam tamen approbata. Et Hesiodus numeratur in Theologis; ex quo efficitur, vt quod aliquando dixit Aristoteles τοὺς περὶ φύσεως. intelligat propriè physicos cum ceteroquin alij multi qui nõ sunt physici, de natura se scribere profiteantur, sed nos hic physicum agimus, etsi verbis Aristotelis vti licet, vt cernas, quæ nobis constituenda sunt, illiusmodi fore, vt nos humano modo velimus habere ad credendum. & validiorem Theologo delegemus; illud in animo semper habentes Christianam pietatem esse talem, vt sola suo iure principia ponere possit, nec aliunde mutuare; memores eò non peruenire sensum quem omnium humanarum artium autorem esse vult Aristoteles. Nanque & ipse docet veritatis & fidei principium duplex esse, quorum alterũ est mens, alterum mente sublimius, nempe Deus, qui motiones efficit in ijs quos εὐτυχεῖς idest, felices appellant, & sanè multò admirabiliores quàm illi sint qui duce ratione rebus gerendis vtuntur. Hoc principium à diuinissimo poëta significatum, vbi Nisus Euryalum alloquitur E

Dij'ne hunc ardorem mentibus addunt. F

Euryale? An sua cuiq; Deus fit dira cupido?

Est & aliud principium, quod superat mentem, atra nimirum bilis qua qui agitantur; supra captum hominis prænoscunt, & futura præsagiunt. Sed nos humano modo nunc loquimur. Porrò humanum morem, qui sit, docet Laert. monetq. Pyrrhone illo vsum fuisse Hippocratem, & longè antè Homerum. est verò hic ambiguus, & qui in vtranque partem facilè trahi possit, & vbi denique contradicere liceat. Itaque Homerus.

Στρεπτὴ μὲν γλῶσσ' ἐστὶ βροτῶν, πολέες δ' ἔνι μῦθοι.

Lingua volubilis est; hominum verbisq. referta &

ἐπέων πολὺς νόμος ἔνθα, καὶ ἔνθα.

Verborum hinc atque hinc ingens est copia cuiuis

Atque ille quidem congruens est rebus naturalibus quæ propter infinitatem materiæ necessitatem difficilè admittunt. Itaque ex nihilo nihil fieri recipimus. Attamen & ex nihilo nihil fieri sic contingit, vt ex eo quoque nonnihil fieri possit. Quocirca etiam laudatur Parmenides

a 1. Phys. Tit. 79. [a] qui id quod fit, ex non ente fieri dixerit, & ostensum est priuationem, quæ est per se non ens, in omnem mutationem necessariò conuenire. Verùm non idcirco creatio quamuis secundum veritatem credenda conceditur ab Aristotele. siquidem id quod fit, non ex nihilo simpliciter & per se (quod creatio requirit) efficiatur; sed ex euento; & quatenus subest materia priuationi. Propterea distinguendum fuit, vt ex nihilo nihil, & vt ex illo quippiam fieri posset; neque illò perueniebat sensus: quapropter etiam longiore disquisitione opus fuit, vt nosceretur. Hoc ergo sit principium physicum ex nihilo nihil; vt oppositum simpliciter à physico doctore sit repudiandum, vtpotè quod ex eo nascatur syllogismus contrariæ deceptionis. Quamobrem hoc loco succurrit vt admiremur eos qui physicè, aut etiam Aristotelicè oppositum huius perorare se posse confidant; nec è fontibus pietatis hauriant. Sed cùm id conficiant argumentis, quibus plura nostrę methodi principia supponuntur; muneris quoque nostri est ad illa aliquid dicere: sunt enim ea nobis dissoluenda, quæ quispiam è principijs ducta probatione, fallaci conclusione efficiat [b]. Neque verò hic ego dubitabo, quin studio pietatis adducti sanctissimi viri conferant in hunc locum suos conatus; neque studium reprehendo. mihiq. ab ijs non recedere certum est in eo quod religio iussit. sed quantum ego rem ita se habere noui, tantum dubito physicè ne confici queat. G

b 1. Phys. T. 11. H

Multa sanè contrà afferuntur illa, hoc loco attingam quę sub initio nostræ methodi exitum facilè inuenient: siqua maiorem eruditionem diligentiam've postulabunt, eò reijciam, vbi de motus ęternitate dissereretur. Hæc verò inter alia afferuntur. Modus agendi sequitur modum quo

Ratio I. res est: & quale est esse cuiq. rei, talis est actio. Sed Deus in eo quod est, à nullo pendet, nihil

I I. pręrequirit, aut præsupponit: ergo nec in agendo. Hæc est etiam notio Dei naturaliter animis insita & impressa. Deum esse ens primum, perfectum, à nullo pendens, per se sufficiens, nullius

I I I. indigum; ergo per se sufficit ad agendum: itaque non eget subiecto. Affertur & illud. Deum esse caussam omnium rerum: ceteroqui pręter Deum aliquid esset sine caussa, habens esse à se: id verò fieri nequit: neque enim omnia penderent à Deo. Sed multa sunt, vt materia prima, cęli, mentes beatę quæ non potuerunt habere esse à Deo ex materia per motum: per creationem igitur. Quòd si accipias huiusmodi res habere esse à Deo ex æterno tempore. Atqui id creationi non obstat: eius enim ratio posita est in eo quòd sit ex non subiecto non autem quòd de nouo existat. Immo si potuit hoc ex æterno tempore efficere, poterit etiam nunc & fortè multo ma-

IIII. gis; & quo æternum non æterno difficilius est. In productione quoque cuiusque singularis, vt

hominis,

A hominis, semen est prius, quàm homo ille: simpliciter tamen homo est semine prior, sicut actus & perfectum priora sunt potestate & imperfecto. Itaque generatio hominis vt homo est, non eget semine, cùm sit homo simpliciter semine prior. Igitur alium modum productionis habebit nimirum per creationem. Memini etiam me legisse apud quosdam scriptores hac via confirmari posse creationem: siquidem hæc quæ natura sunt, alicuius rei gratia fiant à natura: ergo prius aliquam notionem extitisse in effectore necesse est: in hoc igitur rei facienda ratio ex qua res extitere: quapropter creatio. Hæc quidem ingeniosè excogitata: veruntamen eiusmodi, quę Aristotelis principijs aduersentur huic tu rei nunc caussas accipe. Nam quantum est de prima ratione, videtur in ea committi peccatum à secundum quid ad simpliciter. Etenim ex actionibus quæ Deo manifestè tribuuntur (ex ijs enim quę à quoque sani iudicij facilè dabuntur, nostrã disceptationem, quoad licebit, peragemus) aliquæ sunt ipsius propriæ, vt contemplari seipsum: nobis enim liquet hoc in nobis ipsis experientibus contemplationem externæ rei nullius egêre: aliæ cum corpore communicantes, vt mouere & ambulare: ac verum quidem est actiones proprias imitari essentiam; de communibus aliter sentiendum est. Ex illo igitur quòd aliquæ functiones sine corpore exercentur, quæ sanè propriæ sunt; infertur, omnes sine corpore exerceri B posse, quamuis sint communes. & ex eo, quòd agit contemplando sine corpore, concluditur ipsum prorsus sine corpore agere quodcunque & simpliciter. conuenientiam igitur, & similitudinem actionum omnium, quas Deo tribuunt, vel sensu, vel inductione iudicare oportebat. Atqui non licet. Nec quisquam Peripateticus aliam Dei propriam actionem cognouit quàm sui contemplationem. Eodem propemodum vitio secunda ratio laborat. Damus enim planè Deum esse ens primum, omnium absolutissimum, nullius indigum, & non egêre subiecto ad agendum: sed addimus ad præstandum propriam actionem quam dicimus esse contemplationem: quòd si fuerit actio communis, adhuc exquiret physicus confirmationem talis assumpti quam à sensu peti posse negamus. In tertia verò ratione duo sese offerunt spectanda, quorum primum est. Impetrare, vt aliquid fit à Deo Peripateticè, non modo est per motum, velut ea, quę generantur assiduè, quę ex iugi cęli conuersione producuntur, illam verò Deus solus præstat: verùm quoque est esse perfectum, quod scilicet sine ipso non existat in actu secundo, nec proprio munere fungatur sine præsentia Dei; veluti Legatus est homo quidem per se; sed per eius virtutem, qui legauit, in dignitate constitutus est, & fungitur legatione. Alterum est, quod ratio physica conuincit, aliquid esse æternum per se præter Deum O. M. Quibus positis in ar- C gumento duplex vitium latet. siquidem in argumento vitium illud quod est ex ignotis procedere committatur [a], dum sumitur nihil præter Deum esse per se æternum; sed omnia vel per motum extitisse, vel creationem; idque inter physicos sensum persequentes & Theologos à lumine Diuino illustratos est maximè controuersum, accipiunt Theologi nullum esse huiusmodi. concluditur à physico tale rerum genus reperiri. Cùm igitur id assumant Theologi quod à physico dubitatur, immò cui concluditur oppositum: patet hîc esse progressum ex ignotis qui modus est non probandi propositum. Deinde cùm physici probent esse tertium genus eorum scilicet, quæ cùm sint æterna; pendent tamen à Deo; inest in argumento fallacia consequentis. Etenim negabit physicus ille quem nos in hac methodo imitamur. Quicquid est à Deo, aut esse per motum, aut per creationem. sed tertium modum adijciet vt puta esse formaliter eo, s. posito vt hoc sit, non effectiuè. ita cùm diuisionis membra non omnia fuerint accepta: constat nullam esse vim argumenti illius hypothetici ex diuisione constructi. Iam verò si datur id, quod accepimus, esse aliquod æternum per se prçter Deum O. M. patet profectò parum posse apud renitentem id quod adscribitur de æterna illa creatione, & quòd eiusdem *immò maioris virtutis est ex* D *ęterno creare*, quàm ex initio cuiuspiam temporis. siquidem ibi semper existat materia, quę supponatur; nec requiratur vlla mutatio vt sint; cùm per se existant ab æterno quæ vtraque in noua creatione constitui necesse fuit. Neque aliud certè arguet quod oratio ponatur ab æterno, nisi quòd ex Deo sint aliqua formaliter, quod non negamus, *sed planè volumus esse creationem*. In quarta ratione notemus, in omni generatione duo principia requiri, actum scilicet & potestatẽ, & potestas quidem est singularis, & æqualiter respiciens esse & non esse. Actus est determinatus & positus est in esse: quapropter æternus est per se. nec, quatenus actus, vnquam generationi redditur obnoxius [b]. Itaque generatur hic homo qui quidem ex semine procreatur. homo vt actus æternus est. Inde igitur creatio non inferetur: at illud, quod ad extremum proposuimus; satis foret iis qui Peripateticè profitentur; si rationis illius autor se illa Peripatetica non habere testatus esset. Verùm quia nihil est non Peripateticum, quod ratione, quæ iudicium sensus non euertat, approbari potest; officiũ quoque Peripatetici videtur esse vim explorare rationis illius. Igitur, cùm sumitur ea quæ sunt natura, esse alicuius rei gratia; fatemur in iis, quæ fiunt: cum etiam in natura fit id, cuius gratia sint nonnulla. Cùm etiam ponitur eorum quæ sunt alicuius gratia notionem, seu rationem quandam in effectore antecedere; notionem sanè damus in iis quæ

V.

Ad I.

Ad II.

Ad III.

a 1. Prior.

Ad IIII.

b 9. Met. Tit. 17.

quæ fiunt ab humana voluntate; in iis verò quæ fiunt à natura solam rationem concedimus, quę E
adæquet formam : atque illam quidem tribuimus caussis efficientibus particularibus, non vni-
uersalibus vt cęlo & Deo, cùm illam mentem Aristotelis fuisse censeamus caussas vniuersales
ita se extulisse ab his inferioribus vt illorum gratia nihil agant; nec rationibus oppositis aliud in-
duci possim vt credam, quod suo loco tractabitur. Cęterùm detur hoc, ne simus morosi nimiū.
Fateamur item ex ea ratione produci id quod fit, at quòd ex nihilo negamus. Etenim, ex ea ra-
tione fit id, quod fit, vt efficiente, vel constituente efficiens : at verò id ego dicam ab efficiente
produci, sed ex materia. Quocirca probandum fuit efficiens per talem rationem sine materia
posse producere; quę vniuersa peruicax, & qui se duci patitur a sensu & experientiis, quod Phy-
sici faciunt; & inficiabitur, & conuinci non poterit. Hæc non eò dicta sunt à nob. vt creationem
euerteremus, sed vt ab Aristotele & physicis haud approbatam fuisse perspiceres, & agnosceres
altius sese extulisse nostræ salutis initia quàm vt à physico. rationibus quæ sensu niterentur, at-
tingi possent; atque vt doceremus id esse principium in hac methodo, vnde omnia quæ in hac
philosophia colligerentur repugnantia veritati, per eius inficiationē liberrimè negarentur, quòd
oppositum diuino beneficio multò magis esset perspicuum : neque iis vllo modo nostra mens
adhærescceret. Nec me latet, cùm hic nonnulla ex Peripateticorum fontibus hausta fuisse, tùm
etiam alia pretermissa, quæ solent in confirmationem eiusdem theorematis afferri; de quibus F
physico adhuc plura dicenda forent. nos omnia suo loco declarabimus, eo nunc contenti; quòd
ex nihilo nihil fieri, pro principio philosophiæ naturalis ab Aristotele constitutum fuerit, & ni-
III. hil ex hac philosophia depromi possit, quod ipsum demoliatur. Tertium effatum naturale prę-
cipua naturæ munera quæ cuique sunt euidentia continebit. ea quanquam innumerabilia sunt,
I. in decem capita digerentur. Itaque ea quæ fiunt, aut à natura fiunt, aut à nobis, aut ab aliis caus-
sis, vtputa casu, & fortuna. A nobis ea quæ fiunt, incertos exitus habent, & à nostra voluntate
proficiscentia, quemadmodum facultas est mutabilis & inconstans, ita & ortum & euentum cō-
similes obtinent. Eorum quæ semper aut frequenter eueniunt, caussam nemo, nisi fortè Em-
pedocleus fortunæ adscripserit; vt quòd semper hyeme pluat; aut quòd sub cane sit æstus: sed si
pluat, dum sub cane sol est, aut si media hyeme nos æstus inuadat. Restat igitur, vt eorum sit
auctor ipsa natura, quæ plurimum semperúe fiunt eodem modo, & ea secundum naturam fieri
optimo iure dicentur quæ maxima ex parte fient: hoc est in pluribus eiusdem speciei singularib.
& frequentius, aut semper: naturale enim est canescere, licet in senectute contingat, quod om-
nis homo ferè, cùm venerit ad senectutem, canescit, & naturalis hyeme pluuia, quia fit frequen- G
tior in ea tempestate, & iis potissimè natura consistit quæ non semper sunt; horum enim maxi-
ma pars est. Itaque Ptolemæus ἔυλογον relinquebat physicis, non ἀναγκαῖον. Sed & illa
sunt secundum naturam, quæ certis quibusdam interuallis repetuntur, vt æstas & hyems: quo-
niam circuitus ille perpetuitatem habeat in tali successione positam : semper enim sui similis est
illa successio. Natura quoque sunt eclipsis solis & lunæ, quæ tamen neque semper neque fre-
quenter existunt. Veruntamen, cum caussis illis concurrentibus necessario fiant, caussarum ve-
rò certus sit reditus, & circuitio & tempestates & eclipsis in perpetuis numerari queunt. At verò
si natura est eorum caussa quæ plurimum semperúe fiunt : & ea, quæ natura sunt, plurimum
semperúe contingunt. igitur ea quæ non semper plurimumúe eueniunt, non sunt natura. Atqui
violenta sunt naturæ contraria; non ergo plurimum semperúe contingunt. Etenim si contraria
naturæ plurimum, aut semper euenirent non esset natura de iis quę plurimum, sed rarò, aut nun-
II. quam existunt; id verò fieri nequit. Nihil etiam frustra efficiunt Deus & natura cuius scilicet
non sit aliquod munus, officium, vel vsus, nihil ociosum, nihil redundans vt calceus ille frustra
esset, quo, cùm non esset habilis & aptus ad pedem, vti non possem. Natura, inquàm, illa quæ po- H
sita est in nexu caussarum, vis scilicet per omnia corpora penetrans, & sine ratione ciens & exci-
piens motus in corporibus necessarios, & Deus omnium princeps, à quo omnes isti motus re-
guntur & gubernantur, cursus astrorum, mutationes temporum, rerum vicissitudines ordinesq.
conseruantur. Deus igitur & natura nihil frustra moliuntur cunctis rebus vsum exhiben-
do, quo seipsa tueantur & in mundi theatrum conferant, & ad hominis vsum præcipuè; quo
sanè vinculo mundi partes adstrictæ, siquid seorsum detrimenti capiunt ab externo, vniuersam
tamen naturam quæ singula corpora cohibet, labefactare non possunt. Proinde vbi vnum suf-
a 1. Polit. c.5. ficiat instrumentum, [a] non solet ipsum natura geminare: neque fortè, si geminetur; officia natu-
ræ minus impediret, & grauitatem afferret quàm molestia nos afficiat sextus digitus quem ma-
nui natura peccans affinxerit. Itaque vbi commodè id effici potuerit; ad officia complura abu-
b 1. de An. Tit. 88. lib. de resp. c. 2. 2. de part. 2... c. 16... titur vno eodemq. instrumento, vt lingua ad gustatum, [b] & locutionem, & ore in habentibus
pulmonem ad cibi sumptionem, & respirationem. vt nihil planè sine optima ratione fecisse vi-
deatur. Neque verò, quia natura sit vis quæ ratione vtatur, iam enim ratione vti est animæ, non
naturæ. Natura porrò ὑποτατικῶς & ex sua natura & essentia sine cognitione agit pro fine
consequendo;

A consequendo; & siquo pacto collocetur ἐν λογικαῖς δυνάμεσιν idest in facultatibus ratiocinantibus, non est ideo, quia ratiocinans agat; sed vel quòd agendo processum rationis imitetur; vel quia nil prorsus efficiat; cuius non optima ratio possit afferri quæ petitur à duobus initijs: altero quidem, quod aliter effici non potuerit: atque id à materia ducitur, vt quòd cornigera careãt dentibus superioribus: neque enim materia, cùm abierit in cornua, suppetit dentibus, aut quòd ita fieri præstiterit: hoc verò pendet à fine ex quibus omnis rerum naturalium ordo deriuatur, & cunctorum sensilium commensus conuenientissimus existit quem generali nomine λόγον & rationem licet appellare. Quamobrem sic omnia dispensantur in vniuerso, vt vis illa communis & vniuersalis quæ scilicet per omnia pertinet, tametsi tum suum robur ostentat atque, vt ita dixerim, sapientiam, cùm animal producere aggreditur: non sine summo iudicio cum prudente patrefamilias ab Aristotele conferatur.[a] Vt enim ille nihil amittit ex quo facere aliquid commodi possit, & ita dispensat in cura rei familiaris, vt optimus cibus liberis præbeatur, deterior, seruis, omnium pessimus sociis animalibus, sic in ortu ipso natura ex materia syncerissima carnem & aliorum sensuum corpora conficit: in excrementis ossa, pilos & reliqua generis eiusdem constituit. Ab his tu de cęteris iudicium facito. Nil igitur in natura, quin illius vsus, aut B vnus, aut plures indicari possint quo, si careat, aliter habendum non erit, quam manus mortua, sine lapidea quæ solo nomine sunt manus, ratione verò non item. Nam cuncta officio, & potestate definiuntur,[b] quibus si priuentur, iam non amplius eadem reputanda, sed ambiguè. Quãquam vnum rei vnius vsum pro natura expectare oportet qui quidem sit præcipuus. Sic enim optimè instrumenta proficiunt, si eorum singula non multis officiis, sed vni deseruiant. Neque tale quippiam natura facit, vt fabri ferrarij propter inopiam & πενιχρῶς, idest more pauperum gladium delphicum[c] quo & ad sacra peragenda victimasq. secandas & ad cędendos sonteis vterentur. nec vt illi qui propter frugalitatem veru fabricabant, quo item lucerna figeretur: ex quo dicebatur ὀβελισκολύχνιον[d] nomine scilicet, vtrunque significante officium. Atque arti quidem materia deficere potest; natura copiis omnibus affluit & abundat: itaque vnam rem vni muneri delegat; & siqui alij vsus ostendantur, huic vni quodammodo seruiunt, vt aliàs ostendemus. Cùm verò nonnunquam eueniat, vt plura quidem officia, veruntamen non sese vicissim respicientia pręsto sint; quid enim gustui cum locutione, aut respirationi cum alimento? sic natura rebus omnibus prudentissimè consuluit quæ propter melius ita effecerit: id verò sic contingit, quòd vnum præstat officium, quia necessarium sit; alterum commoditatis ergò subiungit. C Necessarius enim fuerat gustatus: quippe quòd animal sustineri non posset, nisi aleretur, alimenti verò sensus est gustus qui quidem in perfectis perfectus esse perhibetur, & imperfectus in imperfectis. os item necessarium, vt eo sumatur alimentum. sed ita fabricatus est sensus ille, vt non alio instrumento, aut loco natura locutioni melius prouidere potuerit. Sic etiam postquàm ore cibus erat capiendus, indè quoque perbellè valuit subuenire calori spiratum efficiens per quem exhalare posset, ne copia suffocatus extingueretur, & animal enecaret. Neque hic talpæ oculos, aut muli genitalia commemorare oportet, quorum nullus sit vsus in rerum natura. sunt enim hæc orbata & imperfecta, quòd efficientium progressus impediuntur superante materia. vt tametsi efficientia summum conficere student; ex hac materia non aliud possint efficere, neque rẽ vlterius promouere: non secus àc si optimus pistor panem candidissimum ex hordeo, sicut è tritico vellet interere. Neque enim ad eum candorem se perduci hordei materia pateretur. quanuis suspicandum non sit, naturam rei potiori consuluisse quam tamen, si pręstare voluerit, illud mali perpetuo sit affixum, vt si cui legislatori ciuitatem ex opulentis constituere libeat, aderunt necessario pauperes, qui diuitum erunt asseclæ[e]. Multi enim sunt, qui diuitum ope indi- D geant. Vnde illud est Simonidis poëtæ dictum de sapientibus & diuitibus. Nam cum Hieronis Syracusarum regis vxor, aliquando rogaret Simonidem, vtrum melius esset fieri sapientem, an diuitem? ille respondit è vestigio, fieri diuitem. quoniam viri sapientes diuitum domos frequentarent, & ab iis necessaria ad humanum victum petere cogerentur. Facit igitur ea natura, seu videtur potius facere frustrà; quoniam, vt faceret id, quod in eo genere optimum foret, parum hoc mali admittere coacta est. Atque id quidem rarò contingit, vt in tanta mole non videatur esse curandum. Neque hoc ipsum etiam præter naturam simpliciter, quippe quòd ex materiæ necessitate proueniat. Nil igitur frustra natura & Deus efficiunt. Ex eo quoque fonte dimanat, quòd nihil idem per se esse, & ab alio fieri queat; quo pronuntiato vsus est Aristoteles 1. de An. idque generatim sumpsit; siue ab aliquo, vt ab efficiente, siue vt à fine penderet: nam quid opus est, vt quod ex se habet, ab alio mendicetur? præterquàm quòd eueniret, vt contradicentia consisterent: siquidem: quatenus ex se iam haberet; quatenus ex alio; deficeret. Verùm neque etiam [f] deficere Deus & natura solent in necessariis. ac siquando hoc eueniat, id incerto quodam casu fit, quo materia quidem contumax est; nec ritè eam tractantibus obedit: verùm, quia non pendet ex necessitate materiæ, non perpetuum est, velut illa quæ de talpa & mulo pronunciauimus; sed

a 2. De gener. Anim. c 4.
Nota hîc nostram interpretationem.
b 1. Polit. cap. 2.
c 1. Polit. cap. 1.
d 4. de par. an. cap. 6.
e 2. Rhet.
T. 43.
III.
f 5. De gen. an. cap. VI.
3 De An. T. 45.

ſed infinitum, vt quòd ſine digitis homo oriatur. Hęc verò ſunt præter naturam ſimpliciter, & ad monſtra referuntur. Neque verò illud monſtrum eſt, quòd mulus non propaget, & talpa non cernat. ſemper enim ſic euenit, aut plurimum; & ſecundum naturam igitur. Sed quòd hic ſine oculis, aut digitis oriatur, infrequens eſt: itaque præter naturam. Cęterùm de hiſce differentiis pluribus poſteà diſſeretur. At verò ſi non abundat natura, neque deficit; certè complebit omnia quæcunque aggredietur, vt omnibus ſuis numeris & partibus abſoluta ſint quæ quidem pro cuiuſque rei ratione deſiderantur. Nil igitur erit in natura (niſi quæ vis obſtitit) imperfectum; quando ad extremum ſui motus natura peruenerit. Neque ſolùm, quia naturæ mouentis officia non amplius flagitet: verùm etiam, quod in eo genere ſummum ſit & extremum quo natura queat aſpirare. Et verò vt negari non poteſt, in omni rerum inſtitutione eſſe aliquid extremum, atque perfectum, pictura enim & fabrica cętereq. artes habent quendam abſoluti operis effectũ: ſic in vite & homine dandum eſt naturam ſuo quodam itinere peruenire ad extremum quod in eo genere ſit præſtantiſsimum, atque illud eſt, vt ſuo quæque res munere fungatur, veluti quòd plantæ fructum ferant, & animalia conſimile generare poſsint. Quocirca neque etiam videtur aggredi id quod ſe adepturam non ſperat, cùm perpetuò contendat in finem, quo impoſito tum res abſoluta eſt: hic ſi tollatur, iam non habebit natura quo properet. ecquid igitur cauſſæ, cur mouere incipiat? ſemper enim malè habebit & fruſtra laborabit. præſtat ergo quieſcere. Veruntamen, cùm ex artibus aliquæ naturã imitentur, vt pictura, nõnullæ ſuppleãt & perficiant ea, quę natura non poteſt, vt chirurgica, neque enim natura poteſt os luxatum componere; ſic ἥτεχνη in agricultura ὑπηρετεῖ τῇ φύσει, vt inſitione & ſtercoratione [a] non igitur (dicet quiſpiam) natura cuncta perficiet, quæ natura exiſtunt. Niſi dicamus artem ſic perficere ea, quæ ſunt natura, quatenus ſine illius ope natura non poſſet opera ſua pręſtare; quaſi ars in operis partem accipiatur, quandò non ſubminiſtrat ars agendi patiendiúe facultatem rebus naturalibus: ſed applicat agentia ad patientia, & è medio tollit impedimenta. his expeditis, natura tum per ſe ipſam operatur, vt oſſa conglutinat. Itaque medicina aliæq. artes naturæ miniſtræ dicuntur. Quinimmo, ſi rem ipſam diligentius obſerues, natura perficit ea quæ fiunt ab arte. [b] Ecce ſerit agricola, is vere pluuiam exoptat quę promoueat ſegetes, & ſolem, qui ęſtate maturet; atque ita ſementem accommodat ad anni tempeſtates, vt cum frugum profectu congruant. Aedificator etiam faſtigium conficit fornicatum, quia lapides nutu pondereq. proprio pręgrauantes, contendendo ad centrum, & ſeſe viciſsim comprimendo, redduntur immobiles. Itaque iam hic ars perfectis vtitur; ſed quoniam aptat ad vſus humanos; etiam perficere perhibetur. Ergo ſimpliciter perfectio proficiſcitur à natura quam ita perſequitur, vt ab eo progreſſu ne digito quidem recedat. Itaque ars etiam naturæ motibus obſequitur & hunc illi opponit, vt vim naturæ ſuperantis reprimens [c] varios & multiplices vſus exhibere poſsit. At verò perfectionem præſtat natura, quòd vnaquæque res naturalis ſic agit; quia ſic natura comparata eſt. Et (ni prorſus fallor) aliter ſe res habet atque in cęteris, quorum vſus aliquis eſſe ſolet. Siquidem alia ſunt huiuſmodi, vt iis vtamur; at nos iſtis vtimur quia ſunt huiuſmodi: exempli gratia, ſic frenum eſt comparatum, vt eques illo vtatur. at id fabricatur ex ferro, quia ferrum tale eſt, vt eo poſsit vti in illo officio pręſtando. Quapropter opinor in iis quę ſtruuntur, vt cæteris vſui ſint, quarum artium vſus eſt proprius, eas eſſe præferendas: ſic in cæteris vbi vſus ſit, quia ſint huiuſmodi rem aliter ſe habere puto, nimirum cedere illam, quæ vtatur. aut ita diſtingueres ex vſu fieri bonas; aut quòd iis vtamur; quia bonæ ſunt eæ quidem vtente ſunt imperfectiores, has etiam antecellere vtenti non inconuenit. Ita ſit, vt naturam ſemper arti pręponam; aut ſiquid ſuperioris agnoſcã in vſu rerum naturalium, id ego hominem faciam, qui & ipſe eſt præſtantiſsima natura, cui omnia quodammodo nata eſſe docent philoſophi [d] de qua re aliàs. Sed redeamus ad naturam. Ea ſanè quemadmodum antè monuimus, eundem tenorem perpetuò ſeruat, quippe quæ ſimplex ſit, nec varios vſus reſpiciat, ſed id ſolummodo, quod ſuum ipſius proprium eſt. Itaque ſemper ignis aſcendit, & vbi in ſuperiorem locum peruenerit, ibi quoque manet ſuapte natura: terra item deſcendit ad centrum in quo perpetuò quieſceret, niſi obſtaret cauſſa violans, ac ſi ſecus eueniat, externa aliqua cauſſa poteſt aſsignari varietatis illius, neq; enim id iam amplius eſt pro ratione naturæ, vt ſi terra maneat in loco ſuperiore, aut è loco ſuo moueatur: & cauſſa reddi poteſt, cur deſcendat nunc, mox autem quieſcat. illud enim eſt naturæ imperfectæ, quę ad perfectionem tendit, hoc iam eius quę perfectionem ſuam conſecuta fuerit. Semper ergo ſui ſimilis eſt ipſa natura, vt etiam de conſimilibus idem iudicium non abſurdè fiat, aut item afferenda ratio, cur ordo ille fuerit immutatus; vt puta ſi ratio perſuadet ex aſtris vnum eſſe rotundum, idẽ quoque iudicium de cęteris ferre oportrebit, aut diſcriminis ratio reddenda. Sic cùm commune ſit compluribus animalibus habere cor, & in quibuſdam, vt in auibus obſeruemus, ipſum primò produci eodem modo de cęteris iudicabimus: niſi cauſſa ſuccurrat, cur in re conſimili diuerſum inſtitutum natura tenuerit. ac niſi ratio ſubueniat pertinacis omnino animi ſit id quod conſtat

in ſimili,

Marginalia: IV. (beside "pluribus poſteà diſſeretur") — a Theoph. 1. de cauſſ. plan. c. 19. — b Auer. 2. Phyſ. T. 77 — V. (beside "perfectis vtitur") — c Q. Mac. — d 1. Pol. c. 5. — E — F — G — H

A in simili, non approbare. Ex quo efficitur, vt nonnunquam sic argumentatus fuerit Aristoteles. Id ita euenit in hoc. Et in omnibus igitur. [a] Quia natura simplex est & vniformis, neque vires suas remittit, nisi à contrariis affligatur; neque habet in se principium quoddam, seu facultatem cuius ope nunc aliquid accipiat, respuat aliàs; neque cur id magis nunc quàm mox expetat. cuiusmodi in homine reperitur quam voluntatem dicimus: idcirco semper nititur in summum quod potest. Et cùm ea sit contrariorum vis, vt sese vicissim retundant; probabile quoque est ipsam plus ab initio valere quàm in progressu; nihilominus, quia principio materia repugnat & plagas quæ ab efficiente infliguntur, fortiter repellit; neque facilè induci potest vt deserat illam formam, qua cum diutius consueuit; minor est ab initio progressus. At verò cùm materia bonum illud, quod ab efficiente obiicitur, cęperit degustare, libenter etiam cedit imperanti, & quasi vires addens efficienti, magis proficit. (semper enim bene mobilior ad virtutem fit etiam quodcunque incrementum sumpserit à principio) [b] ac si demum contrario dominetur efficiens ad illum perfectionis gradum promouet, quem, vel in se habet, sibi simile in specie producens, si fuerit vniuocum; (quicquid enim deficit, materiæ prohibentisq. vitio tribuendum) vel continet virtute, & modo quodam præstantiore quàm si actu possideret tantum eo tempore conferens, quantum materia potest accipere. B Nanque & id sensus ostendit esse duo caussarum genera, quorum vnum sit vniuocum, vt cùm homo hominem gignit, alterum verò quod ab Aristotele nominatur actus, siue perfectio; siquidem vibex à baculo non sibi simili producatur. nunquam prouehit vlterius: nisi fortè habilitas materiæ tanta fuerit, vt paullo momento possit impelli. Nam facilius est voluere globum quàm cubum. Itaque nihil agit vltra gradum suum; efficiens quidem vniuocum nihilo plus contribuens quàm in se habeat; materia verò non accipiens, nisi id quod ipsa substinere potest, vbi efficiens sit diuersum. ac siquando secus appareat. cauendum est ne forte sit accidens: nanque album per accidens efficit animal, neúe etiam instrumentum; huius verò proprium est, vt alterius virtute munitum moueat. itaque illius beneficio plus multo potest quàm per se ipsum valeret. aut ne id propensioni materiæ sit adscribendum: quia sæpe fit vt ipsa per se moueatur eodem modo, quo ab efficiente moueretur. [c] ideoq. paullo momento plurimum impellitur. Proinde monebat Galenus [d] nonnulla exiguum consecuta momentum maximos progressus interdum facere. quare etsi vera propositio; propter id quod nascitur ex euento, facta dubia probationem aliquam postulare visa est: itaque sic confirmari potuit. C tum quòd eius oppositum tollit aliud principium quod est euidétissimum. omnes enim fatentur vniuersa ex Deo esse, eumq. esse caussam omnium perfectissimam. atqui non valeret, ex ipso sunt omnia, ergo est caussa perfectissima, nam diceret quàuis dicere posset aliquis, id quod est perfectius, ab eo produci, quod est imperfectius, tum item si effectus quàm caussa perfectior esse posset: diuidamus cogitatione effectum in duo, nempe in id quo secundũ perfectionem adæquat suam caussam, & in id quod exuperat: quæro vnde'nam habeat effectus ille exuperantiam, non ex se: quia quicquid est in effectu, habet caussam, non à caussis: quia nihil dat, quod non habet actu, seu virtute, Quòd siquando par fuerit, aut propemodum vtriusque contrarij robur & agentis & patientis, in tertium vtraque simul degenerant. Omnis verò efficientis promotio sensim paullatimq. fit, vt nõ appareat vllo vnquàm tempore naturam ab extremo ad extremum facere mutationem, nisi per certa & conuenientia media feratur. Nam sicuti bonus grammaticus accipiens puerum informandum prius vocem componere docet; deinde monstrat vocum notas; tum instituit ad orationem struendam, ad extremum tradit præcepta ornatè loquendi: sic natura per debitos apparatus ab imo ad summum procedit. Neque tantum ordinatus iste progressus in rebus producendis obseruatur; verùm si ordinem quoque rerum spectes, ab imo quod D est propemodum nihil, ad summũ per interualla conuenientia procedit. Cęterùm de hoc aliàs. Nunc illud speculemur, quemadmodum natura efficiendo media transeat. Id autem accipiendum nobis est, cùm in habentibus intentionem & remissionem, tùm in omnibus aliis mutationibus per se, quæ scilicet non pendent ex alia mutatione, etenim ex eo dexter cùm ego tibi sim, fio sinister; non sanè, quia muter; sed quòd tu ipse moueris: at verò albus fio, aliquid ipse accipiens, & in me ipso facta perturbatione. [e] De his ergo mutationibus loquor. In omnibus autem accipio per hæc tempora, quod pluribus posteà perpendetur, inesse necessario quædam media, seu gradus quosdam, seu materiæ processus & potestatis, quibus ab imo & non ente ad summum & oppositum perducatur, vt cùm à primo gradu ad octauum albedo sit prouehenda, natura à primo ad secundum, mox ad tertium, & sic ordinatè procedendo producit albedinem. Hęc quidem media sunt, quæ vocat Aristoteles. [f] ita definiens. In quod prius aptum natura est peruenire id quod mutatur, quàm in quod vltimum mutatur, secundum naturam continuè mutationem patiens, vbi mutatio vult esse continua, non intermissa; siquidem, vbi intermittatur, illud momentum, in quo mutatio cessat, iam extremum est, quo res iam mutata est & existit, non amplius mutatur. ac siquid ipsi respondeat, quod sit secundum naturam, idest forma: sin minus;

VI.
a 2. de cęlo T. 59.
b Præd.
c 7. Met. T. 31.
d 2. de tẽp.
VII.
e c. de sub.
f 5. Phys. T. 22.

est quiddam imperfectum. quamquàm de hoc postea tractabitur. & cùm hoc inter, sit, dum sit motus, iam liquet ipsum non pertinere ad formam & actum, sed ad potestatem & materiam. E
Quapropter non est cur expectes media, sicut viride & rufum; nam sunt hęc aliquid actus; nec omnino ea media, quæ formæ dicuntur; sed media, quæ sunt potestatis & materiæ, quę dicuntur transitus. Itaque cùm in omni motu sit aliqua potestas, cuius actus quidã imperfectus est motus: planum est, quòd in omni motu seu mutatione per se tale mediũ intercedit. Id omne percurrendum est, nec quicquam prętereundum, modo ea se deinceps suaptè natura consequantur. eoq; modo à potestate ad actum totis viribus natura contendit. Hinc efficitur, vt ea quæ origine antecedunt, sint imperfectiora, & ea demum postremò loco natura perficiat quorum productio difficilior & vsus maior. cùm enim eiusmodi sint, multa flagitant ex quibus subsistant. Mitto hîc ea quæ sunt origine quidẽ priora; sed eius ingenij, vt ab illis cętera, tanquam à caussa principe pendeant, vel vti de cordis ortu Aristotelis sententia fertur. Atqui & hæc item pluribus aliàs, à proposito ne discedamus.

VIII. Atque ea quidem, quæ natura producit, ita procedunt, vt perficiatur imperfectum paullatim proficiens, donec ad summum peruenerit. At verò sic ea quæ intercedunt, cõnexa sunt, vt posterius sine priore non existat, quemadmodum paries sine fundamentis. cęterũ & illa omnia quæ antecedunt, ita se respiciunt, vt proximè antecedens sit gratia consequentis. & vniuersa simul, eius gratia quod omnium extremũ est. Nanque omnia quæ struit & molitur ędificator, sunt gratia domus: sed parietes gratia tecti, fundamenta gratia parietum. Itaque priora natura sunt dupliciter, vel origine, vel perfectione ex quibus ille ordo nascitur, qui à natura non secus separari nequit, quàm lumen à Sole. Ex illo enim vinculo quo colligatæ sunt res naturales, id nascitur vt hoc ex hoc ita pendeat, vt nec ex alio pendêre possit, nec aliud ex illo. Etenim, si fastigium imponẽdum est, necesse est parietes extruantur: & ob id extruuntur parietes, vt imponi queat, nec sine parietibus extaret fastigium: neque item erigeret parietes ædificator, nisi vellet iis ipsum imponi. Atque ita rata sunt tempora & vices quibus illiusmodi opera à natura administrantur, vt nisi quid violens obster, eundem semper successum atque exitum quęque res habitura videatur. Ea tibi tempora præfinita, quibus embryon in vtero formatur & exit in luminis oras atque aliud maris, aliud fęminę. vides ætatum progressus inuariabiles. conspicis etiã successiones tempestatum summa constantia gubernatas quæ cùm à certo naturæ principe regantur, varietatẽ illam ęquabilem in mundo inferiore progignunt. Mitte nunc rerum vicissitudines; cõuerte te ad rerum gradus cõtemplandos, ita disposita sanè sunt vniuersi membra, vt quo altius se sustulerũt, eo quoque pręstantiora sint. aciem intende in ea omnia ex quibus vniuersa rerum essentia coalescit; sic à summo ad ima naturã progredi perspicies, vt paruo quodam interuallo singulæ naturę discretæ, vniuersam essentiæ latitudinem cõpleant, nihil inane relinquant, nullam intercapedinẽ faciant, & singula suis partibus & numeris absoluta sunt, & suis quæque locis officiisq; dispensata, vt æquissimè naturam iustissimã venerabilis ille senex appellarit.[a] Nam si pro merito cuique prospicere ac distribuere iustitiæ officiũ est; cùm id optimè natura præstiterit, iure iustissima perhiberi potest, & tanquam legislator ille cui leges à Deo dictatæ fuerint, ordine admirabili cuncta disponens & cuique suum tribuens, seruat illud iustitiæ genus, quod distributiuum vocant: sic de natura ipsa confitendum est. Quocirca & ipsa est vera rerum ratio,[b] hoc est verus ordinis auctor & quicquid pręter rationem istam existit, est omnino pręter naturam. Itaque infinitum, quia positum est extra omnem rationem, ab ipsa natura non recipitur. ordo enim cuiusque proprius est natura sensiliũ qui citra rationẽ nõ consistit, in infinito verò ratio nulla, neque ad seipsum, neque ad aliud. Ita.n. quęque res in natura se habet, vt pro illa ratione ꝑducatur, quę cõstat iis numeris, de quibus explicatũ est nuper, & qui aut semper, aut plurimũ obseruantur. hęc autẽ posita est in ratione materię ad formã & finẽ, ex quib. sensilia cõflata sunt. itaque ordo, nõ natura quę motus initiũ est, sed natura. i. ratio statuetur, quinto naturę significato, de quo alibi dicetur. Nisi etiam tu habitudinẽ materię ad formã esse velis caussam essentialẽ productionis rerũ naturaliũ, quod postea disputandũ est. Nam si ita naturã sumpseris, facilè concedemus, ordinẽ esse naturam. i. principiũ originis: quippe qui cõplectatur vtrasque caussas, ex quib. per se existit cõpositum. quõcunq; ordo proprius est natura rerũ sensiliũ, quo illa quę carent, pręter naturam habenda erunt, ea verò sunt, quę rarò eueniunt, & incertos exitus insuper obtinent. Vbi ordo, ibi primũ quidpiã; vbi primum, ibi quoque vnũ. Proinde cũ ordo sit maximè naturalis, videtur necessariò consequi naturã

IX. nisi semper in vnũ, contendere in finẽ & abhorrere ab infinito[c] ita vt quantũ æternitatẽ exquirit, tm̃ quoque respuat infinitũ. Nã quod ęternũ est, totũ simul existit, semper suo fine potitur, à quibus infinitũ longissimè abest, particulatim exoriens & nunquã ad finẽ perueniens. Et cũ duobus principiis vniuersa rerũ natura contineatur, actu nimirũ & potestate, è quib. actus vnus est & vno videlicet esse terminatur; potestas, nisi sumatur ambiguè, ea verò est, quæ conuenit cum actu, vt euenit in æternis, in quibus idẽ sunt esse & posse: potestas, inquàm, respicit opposita. nihilo secius ita respicit opposita potestas, vt ex iis vnum potissimè spectet, alterum vel propter illud, vel etiã

a Hippoc. Gal. 5. de visu; part. c. 4.

b 8. Phys. T. 15. 63. 2. de cęl. T. 24.

c 1. de Ge. an. c. 1.

per

A per accidens veluti potestas inest in materia ad esse & non esse: sed planè materia appetit esse; non esse autem sic appetit, vt illud quod expetit, esse possit. Neque verò te perturbet, quòd Aristoteles vno determinarit potestates rationis exortes, & ob id ab iis segregarit, quæ ratione participant. siquidem potestates rationis exortes sint, vel actuosæ, vel patibiles: atque actuosos quidem vno determinantur; nos autem de patibilibus in presentia disputamus: illę quidem vnũ respiciunt: at nostra potestas accipit opposita vicissim. Cùm verò materia sit partibilis & quodammodo præseferat infinitatem quæ dispersa in vnum à forma colligitur. idcirco tendere ad vnum erit formam versus progredi, & contra regredi ad materiam idem erit, ac persequi infinitum. Si ergo natura declinat infinitum & ad vnum propensa est; planum quod tendere ad formam prorsus erit naturale; progredi ad materiam non naturale censebitur, aut saltem non naturale simpliciter & sic in melius tendet, & in ipsum perpetuò collimabit, vt quoad eius fieri potest, præster id quod melius est [a] ex iis quæcunque rerum statui contingunt, nisi aliter efficere cogatur ex necessitate materiæ. siquidem rubiginem in ferro nolit efficere; sed ferrum ex tali tẽperamento constat, vt ipsum rubigo necessariò consequatur. Atque hic melioris scopus sic potest apud naturam, vt etiam rebus ad aliud institutis ad aliquod bonum finemq. abutatur, vt cũ B in animali necesse sit esse aliquos meatus, vnde redundantiæ repurgentur, eisdem quoque natura melioris finisq. gratia, nimirum propagationis, vt alterum tale producatur, quale ipsum est, abusa sit. At verò ea quæ potest exhibere natura, vel æterna sunt, vel caduca, quæ sanè plusquam specie separantur. hæc vt natura disiuncta sunt; sic varijs sunt obnoxia legibus, id enim quod in æternis effici potest æternum est: quod verò in caducis ex iis sępe existit, quæ varietatem recipiunt; eodemq. diuino instinctu concitata natura, rem minorem maiori potioriq. accommodat, non contrà maiorem nobilioremq. minori. & id quod inferius est, vult inseruire superiori, & cuiq. recta ratione vtenti, sua parat instrumenta; nec prius instrumenta fabricatur quàm de vtente cogitauerit. Nam sicuti rectius tibia musico præbetur quàm tibiam possidenti, peritia tibias inflandi: sic etiam natura facit. Itaque non immeritò reprehenditur Anaxagoras qui rationem allaturus, cur homo omnium esset animalium prudentissimus, eam exponebat quòd manus haberet. ac rectè quidem, si rationem, vt signum exquirebat: sed si veras caussas quæstionis indagabat; recta ratio postulat, vt idcirco fateamur homini datas esse manus, quia sit animal prudentissimum. [b] Atque ita melius est. Semper igitur deterius gratia melioris: idq. ita generale, vt per C artes & naturam ęquè pertineat. Itaque sapientes pacis caussa bellum gerunt; [c] laborem spe otij sustentant. Sed requirat hoc loco quispiam, sit ne caussa hoc quod dicimus esse melius; an potius effectus, & cum caussa ponatur, quod nam caussæ genus sit; & quemadmodum caussæ officio fungatur. Et planè inficiari non licet, hoc ab Aristotele inter caussarum genera recenseri: inquit enim se habere quàm potest optimè caussam esse. [d] eamq. tam pręcipuam existimasse videtur, vt necesse sit, si melius hoc modo foret: ita quoque se habere naturam: quasi nulla prior caussa afferri queat: ideo iure optimo non seiungetur à fine, hanc enim omnium caussam potissimam ponit vnusquisque artifex, sed præcipue naturalis. Ita verò se habet vt finis. Nam cùm sit in vniuerso primum quoddam immortale, & ineffabile, simpliciter ens, & simpliciter bonum; ex hoc cetera impetrant quòd sint, & quòd bona sint quodam tamen ordine, vt quæ naturam, siue essentiam illam magis imitantur, perfectiora melioraq. sint, huiusmodi verò sunt actus & substantiæ quæ actu sunt, primum materiæ exortes, deinde materiatæ: atque illæ quidem à triplici serie corpora cęlestia, forma & indiuidua, quibus esse & bonitas impertita sunt miris modis. atque adeo, vt vniuersa rerum latitudo gradibus omnibus completa sit quos aliqua nota distinctos excipere potest. Ergo quod est, & quod bonum est, cùm suoptè ingenio sit finis & ex- D petendum; efficitur, vt natura semper expetat id quod melius est, & quàm maximè præstare conetur ita suum finem adeptura. A superioribus ergo principiis hoc caussæ genus extitit, & descendit quodammodo cęlitus. Itaque sine errore natura producit, & vt melius non possit. ac si quis corrigere aliquid volet, vt turpissimus ille Momus, aut deterius faciet, aut id quod fieri non potuit, optabit. Sic cùm melius sit esse quàm non esse, natura potius inesse quàm non esse contendet: & si poterit; æternum numero faciet; si minus, vt æternum successione sit, & specie, curabit; nihil minus, quam sibi perniciem molietur, nisi fortè per accidens; vt ignis qui, cum in aliena materia consistat, eaq. necessariò nutriatur; si permanere velit, eam quoque necessariò cõsumit; itaque & necessariò necem sibi parat. & quia res tùm perfecta est, cum iis muneribus fungi potest, quibus ipsam natura destinauit, id summopere expetet; atque expetet, siquando nõ habeat, aut si non eo modo habeat, quo bene est; ac si obtinuerit; tanquàm in oportuno diuersorio requiescet. Hic autẽ finis cum forma cõgruit, cuius cùm tantum sit momentũ in naturę operibus etiam nos admonet & impellit in iis vestigandis, vt maiorem formæ rationem habeamus, quàm materiæ, quod veteres philosophi non perspicientes toto cęlo aberrarunt. nil enim aliud quàm materiam, naturam esse crediderunt, formas habuere pro accidentibus ac si quod aliud prin-

a Lib. de vita c. 2. lib. de incessu anim. c. 2. 10.
2. de Part. an. c. 14. Gal. 4. de vsu part. c. 17.
4. de part. an. c. 9.
1. de Gen. an. c. 4.
2. de Gen. an c. 4.
10. Met. T. vlt.
8. Phys. T. 56.

b 4. de par. an. c. 10.
c 7. Polit. c. 4.

d 2. De cęlo T. 34.

a 1.Met. b 1.De na. cipium posuere præter materiam, mouens erat, siue amor, vt censuit Parmenides, [a] siue (vt meminit Cicero [b]) stephane à coronæ similitudine dicta, hoc est, continens ardore lucis orbis, qui cingit cęlum quem appellat Deum: aut etiam mens, vt putauit Anaxagoras, vel lis & amicitia quas posuit Epedocles; licet ad illa confugiant vt tragici poëtę, cum explicare argumenti exitum non possunt. Igitur cùm illis certandum fuit & error eorum confutandus, id verò cum omni industria confectum fuerit ab Aristotele; facit quominus ego credam sententiam cęteroqui verissimam nempe. Naturam esse aut agere gratiâ rei cuiuspiam, cum principiis esse numerandã. Neque verò mihi placet quod aliqui defendunt, non directò certisq. rationibus, sed elenchicè tractari sententiam illam qua ratione liceat inire certamen cum iis qui principia refutant. Etenim si disputationis illius progressum animaduertas; ex propriis eius methodi principiis rem quoque confectam fuisse reperies, & aliqua vt vera assumpta, non data; qui mos scientiarum proprius est; neque vt illò tendentia quò elenchica cõfutatio dirigitur (huius enim scopi sunt quinque repugnantia, falsum, inopinabile, solœcismus, & nugatio) sed vt ostendentia sic esse & sensu munita qui certus est iudex in physicis; & eiusmodi quę in illa principia resolui possint, quę physicus pro certissimis accipit. Et indicat hoc propositio quæstionis quæ per notum exponitur quę caussam significat, nimirum διότι, idest quamobrem qua, tametsi optimi autores vsi sint pro simplici, quæ est ὅτι, idest quòd, nihilominus à nobis pro caussa accipienda est, eo quòd indicat τὸ βέλτιον, & melius quòd finem esse suprà docuimus; eaq. se profitetur afferre Aristoteles, vt dubitationem soluat: atqui dubitationum solutiones sunt ea quæ demonstrantur. Itaque non elenchicè, sed physicè tractatum fuit hoc theorema. Planum est quidem esse finem, & ex hac caussa reddi posse rationem complurium problematum: liquet etiam methodos accipere quatuor genera caussarum: sed illud obscurum & inquirendum; sit'ne aliquis finis, cuius ergò natura operetur: & an solus materiæ cursus, vt antiqui voluerunt; ea præstet, quæ fini tribuit in natura philosophus. Idcirco mea quidem sententia erit hoc non principium, sed theorema. Naturam agere cuiuspiam rei gratia. Tritum quoque illud est apud philosophos naturales caussam ei præferri cuius est caussa. Nunc caussa multis modis ea respicit quorum est auctor. Etenim vel in nomine & ratione conuenit, vt cum filio pater, vel actus est & perfectio: rursus caussa vel est in mente, vel in reipsa: tum tertiò caussa vel princeps est, vel instrumentum. Prætereà caussa est aut potestas, aut actus. Postremò caussa pertinet ad esse, cùm vbi quippiam gignitur; tùm etiam postquam genitum est: nanque operatio iam est rei genitæ & cùm fine censeri solet. Atqui perspicuum est caussam illam quæ perfectio nuncupatur, modo quodam nobiliore quàm caussas vniuocas, effecta sua continere, ob eamq. rem ipsis quoque præstantiores esse, postquam ex illius gremio, vt ita dicam, effusa fuerint. Caussas item in mente, qualem ponimus essentiam, quæ definitione explicatur, ipsi rei quæ existit, præponendas esse suo loco docebimus, interim pro hypothesi statuatur. Omnes etiam confitentur actum potestati, vt imperfecto perfectum præcedere, & cùm materia sit potestas, cęterę caussæ sint actus generatim, materiam excipiunt quæ sola propter imperfectionem non sit effectui præferenda; quapropter etiam cùm agens actu existat, patiens verò sit potestate; agens patienti sine controuersia præponunt. ob eamq. rem quia se habet instrumentum ad caussam principem vt patiens ad agens, eodem iudicio perhibemus instrumentum non modo caussæ mouenti postponendum, verùm etiam effectui postponi posse; vt si effectus à caussa vniuoca producatur, propterea semen, licet imperfectum; caussa hominis quæ res est perfecta, esse potest, cum à meliore principio descendat, quod est homo alter qui actu est, atque perfectus. Ideoq. notabat veteres Aristoteles, quia rationem optimi honestissimi & pręstantissimi principiis denegarent, [c] quòd ex semine virum nasci perspicerent, hoc verò imperfectum esset, neque intelligerent semen non esse principium, sed instrumentum quod ex alio penderet: id autem perfectum esset, cum actu existeret à quo semen pararetur. Itaque principium optimũ, & honestissimum est. Et certè ita sit necesse est; cùm actus sit principium simpliciter. Nam materia quoque cùm sit potentia, principiorum numero excluditur. [d] Hæc quidem à nob. consenter cum cęteris asseruntur. De vniuocis, & fine non conuenit: apparet enim eandem esse conditionem Sophronisci patris & Socratis filij; atque omnino generatim, cùm vna substantia indiuidua gignat alteram, nec vna sit magis minusúe substantia quàm altera, neutram esse præferendam. Prætereà cum finis sit vel generationis, vel rei genitę, quia rei genitæ finem in ordine accidentium collocant, ea verò substantiæ cedunt omnibus modis, & hoc etiam caussæ genus effectui & illi cuius est caussa, præferendum non esse ducunt. Nos contrà in vniuocis etiam caussas effectibus anteponimus; quippe qui caussas in actu contemplemur. tùm enim caussæ verè sunt: atqui caussæ in actu cum re conferuntur quæ esse potest & gignitur, nec dum existit. itaque necessariò præstant. Posteà longo sermone nob. ostendendum est functiones esse ex ordine formarũ, & vt actus cum potestate conferri. Quamobrem & ab hoc vsque ad illa tempora supersedeamus. satis hoc sit, quòd si actus secũdus est perfectior; actio quoque in ipso efficiẽte inerit, vt perfectio.

Margin: E (beside line 1); F (beside "plici, quæ est ὅτι"); IIII. (beside "ram agere cuiuspiam rei gratia"); G (beside "spicuum est caussam illam"); c 12. Met. T.40. (beside "tissimi principiis denegarent"); H (beside "esset, neque intelligerent"); d 3.De An. T.9. (beside "tienter cum cęteris asseruntur")

Rursus

A Rursus cùm efficiens & finis bifariam se respiciant, & vt in optatis, atque vt imponitur ab efficiente materiæ; & illo quidem modo monet finis; altero pendet ex efficiente, quæ considerantur ex his caussis, quatenus mouent, alias excellunt, quare finis, dum mouet, est nobilior, & efficiens, dum parat finem, antecellit, Sic dum res fit, & mouens, quatenus mouet; semper est eo; quod fit, præstantius, & eo quod mouetur ab ipso, siue fuerit passio quæ afferat interitum, seu perficiens; quòd inter id, quod mouet, & quod mouetur, semper quatenus huiusmodi sunt, intercedit ratio potestatis & actus, ob id hoc principium generale redditur, quemadmodum etiam assumptum fuit aliquando ab Aristotele.[a] At verò etiam si caussa præferatur effectui, multis tamen similitudinum notis caussa & effectus inusta sunt. Vnde etiam solet extare effatum commune philosophis & medicis. Similem differentiam in caussa efficere similem differentiam in effectu.[b] Et verò multa sunt quæ communiter vtrisque insunt. Nam caussæ per se effectus per se producunt, eæ quæ per accidens consimiliter constituunt effectus per accidens. Sic caussis actu effecta actu respondent,[c] & cum caussis potestate, congruunt effectus, qui esse possunt. Si caussæ item communes effectus communes existunt: quod si singulares fuerint; effectus quoque singulares erunt. Ita etiam perpetuorum caussas perpetuas esse credendum est[d] & sensiliū sensiles, si caussas proximas accipiamus. Sed extat præcipuè similitudo inter agentia vniuoca; B si vniuoca propriè sumantur, siquidem illorum proprium sit efficere perpetuò tale, qualia ipsa existunt, vt siquid etiam sit, quod ab alio fiat, vbi fiat per se & per verum motum, semper à simili producatur.[e] Ita calidum à calido propagatur, & à quanto quantum, substantia consimiliter à substantia: atque ita quidem, vt à specie species, & genus à genere producatur. Nam fit homo animal & viuens homo ab homine; animal ab animali, viuens à viuente generatur. & ab eodem omnia hæc; quòd idem homo est & animal & viuens. Ab alio verò caussarum genere, quod est non vniuocum ob caussæ præstantiam similis effectus gigni neutiquam potest. Itaque restat solus materiæ formæq. consensus; siquidem tantum efficiat agens non vniuocum, quantum materia sustinere valet: neque enim ex hac materia equum verbig. faceret, sed apem neque ex eadem materia virum produceret. Itaque optimè dicitur, pro materiæ merito formas exhiberi; quandò lumen aliter in pellucido recipiatur atque in opaco, vel polito corpore: ita vt, quãuis materia coërceatur à forma terminante eius infinitatem; materia quoque temperet & limitet formæ conditiones & vires efficientis: & quod forma efficere melius; hæc contra reddat deterius. Noui equidem à philosophis multos de rebus hisce sermones haberi: cęterùm quia non C ad veritatem conuellendam, sed ad eorum explanationem afferuntur. atque ita retinentur, vt tanquam vera defendantur eorumq. omnium in physica creberrimus vsus est, ea nos itidem more hypotheseon paucis conficere voluimus. Ac de generalibus physiologiæ principiis hactenus dixisse sit satis.

V.
a 3. de An.
b Gal. lib. de dif. pul.
c 2. Phys.
d 3. De cœlo T. 61.
e Probl.

Specialia physiologię principia ponuntur; & aliqua admonitione persuadentur. Cap. IIII.

MOX ad propria veniamus, & non longè ab instituto sermone discedentes caussarum quoque naturam specialius exploremus. Proximum igitur iis quæ diximus, est vt conuenientiam potestatis & actus exponamus: & hæc posita est in multis quorum momentum in omni philosophia maximum est. Neque verò dubium esse potest potestatem hisce primis distingui differentiis remoto nimirum & proximo, quis enim aquam dicat esse posse phialam, nisi concedat adhuc necesse esse multas interuenire mutationes, vt phiala fieri queat? nam prius in vitrum cogatur oportet, idemq. liquescat, mox efficiatur phiala. At idem non inficiabitur vitrũ D liquefactum in phialam sine vllius mutationis interuentu mutari. & tum verè aliquid posse fieri intelliget, cum nihil aliud flagitari videat ad id, vt phiala fiat. tùm verò illa erit potestas proxima & vltima qua posita res existit è vestigio.[f] Cęterùm in actu quoque gradus isti quodammodo obseruari possunt. vltimus enim atque perfectus cum vltima potestate cohæret, quicquid antecedit, actus ille est imperfectus, qui cum motu coniunctus est, aliquid absoluti præseferens in accidentibus in substantia formæ nihil attingens, quia sit prorsus indiuidua. Quapropter etiam sic erit actus proximus, siue extremus atque remotus. Dicimus item è potestatibus perfectas esse nonnullas, alias imperfectas: ita quoque actus perfectos & imperfectos numerari consuesse: imperfectos autem illos vocari qui sunt cum aliquo motu coniuncti, vt diuidi in continuo, quod nunquam eò peruenit, vt diuisum sit. quòd homo qui gignebatur, genitus sit; ille est actus perfectus. Atqui secum congruunt differentiæ potestatis & actus. Nam cùm potestas actum respiciat generatim; remota cum remoto actu coniuncta erit; proxima & extrema cum actu proximo & extremo. Tum etiam potestas imperfecta spectabit actum imperfectum, perfecta verò perfectum. Ex quo item tanta existit inter vtraque naturæ cognatio, vt quicquid patiendo potentia valet, tantundem actus pręstare possit;[g] cęteroqui frustra esset aliquid in natura,

f 9 Met.
g Auer. 1. De celo.

quod ipſi maximè repugnat, vt dictum eſt. Quamquam nos hanc propoſitionem de facto con- E
cedimus (vt fertur) non de habilitate, & poteſtatem communiter accipimus, non pro habitudi-
ne natiua non ignari multa contingere formæ, cauſſa materiæ, quæ naturam ipſius oppugnent.
tantum abeſt vt ad illa ſit propenſa. Ex eodem quoque fonte deriuatur illud. quippe cùm po-
teſtas cum actu conueniat in eo quòd pari gradu à remotis vſque ad proxima procedant. Actus
a 2.De An. T.24.26. effici in patiente bene affecto.[a] Nam quòminus affectum fuerit patiens, eò magis ab actu diſta-
bit; quo plures ſubierit mutationes, paucioreſq. relinquantur; eo propior erit actus ille perfe-
ctus; vbi nulla amplius mutatio relinquatur, iam aderit actus omnibus ſuis numeris & partibus
II. abſolutis. Sic ergo conueniunt poteſtas & actus. Eiuſdem quoque notæ eſt. Si vna cauſſa fue-
rit, vnum item futurum effectum; quod idem valet, ac ſi dixerimus, ab vno non niſi vnum pro-
ficiſci. Hoc quidem vt pronuntiatum accipitur ab Ariſtotele: tametſi propter varias opiniones
philoſophorum abiit in theorema. Veruntamen nos hîc rem totam certis legibus adſtringemus
quæ facile concedentur; alibi, ſiquando opportunum fuerit, cum aliis diſſerturi. Ac primum
quidem credimus hoc effatum omne cauſſarum genus complecti: neque de fine & efficiente du-
bium eſt apud cęteros etiam, modò conditiones adhibeantur quæ ſuis locis exponentur: neque
minus de forma dubitandum eſt, quandò res vna maximè eſt propter formam eademq. cum fi-
ne & efficiente conſentit. credo item eandem eſſe rationem materiæ, quamuis ab ea multitudo F
naſcatur: etenim etſi multitudinem facit, ſi naturæ ſuæ dimittatur: attamen inſtinctu meliore cõ-
citata in vnum, quoad poteſt, contendit, nempè in formam. Nunc doceamus, vt in omnibus
cauſsis id defendi valeat. Ac primum accipientes cauſſas naturales voluntate dimiſſa quam ex
æquo oppoſita reſpicere confitemur, eas per ſe ſpectemus, vt non operantur ex accidente vt pro-
ximè, vt præcipuè, non vt inſtrumenta; ſiquidem ſaxum à natura feratur in ſuum locum, idemq.
cadendo viatorem feriat; ſed cadit quidem, vt cùm in ſuum locum peruenerit, ibi quieſcat; via-
torem lædit per accidens. & frigus hyeme cogendo calorem, per calorem calorem facit. ac pin-
nas ad volatum dedit aui natura; ſed illis abutitur ad corpus contegendum. Calor per ſe proxi-
mè & principaliter calorem producit; idemq. calorem gignit pro virium ſuarum ratione: pro-
pterea quòd teporem efficiat, vel quòd impediatur, vel vt via ſit in calorem. Prætereà naſcitur
vnum, quod potiſsimum ſit ab vna cauſſa; multa verò, quæ illi quodammodo ſeruiant. ob eamq.
rem, quia vis formatrix habet quidem varias poteſtates, & multa ſibi ſtruit quibus vtatur; vnum
tamen eſt quo peruenire ſtudet, in planta ſanè, vt vitam largiatur in equo, vt vim ſentiendi pro-
ducat, & propter illud vnum, quod aſſequi conatur, cętera molitur vt vni illi ſeruientia & ad G
ipſum inſtituta. Atque ita vnum eſt quod vult, vt non plura, quæ ſit ordinis eiuſdem ab eadem
cauſſa proficiſci queant, quomodo etiam ſupradictum eſt de materia quæ, ſi reſpicit oppoſita, at
ex illis vnum eſt præcipuum, alterum per accidens, & propter illud. Vnum quoque ab vno in
eodem genere cauſſæ: nihil enim vetat idem à pluribus deſcendere cauſsis diuerſi generis. Vnum
quoque ab vno eſt per ſe, niſi obſtet impedimentum, aut repugnantia materiæ. Nam ſic ſæpe
fit, vt ab eodem habitu vna actio naſcatur; ſed ab impedimento & contrario interpelletur. Re-
quiritur etiam vt cauſſæ ſub eadem habitudine ponantur. Nam præſentia formæ producit, ab-
ſentia affert interitum; & nauta vigilans eſt autor ſalutis, dormiens verò perniciĳ cauſſa eſt: ac
Sol accedens calorem facit, frigus verò dum recedit. Cùm verò cauſſæ ſic ſe habeant, vt aut
συναίτια, ideſt cauſſas adiuuantes poſtulent, aut aliqua pendeant ex ipſis; vnum quoque ſem-
per ſingulæ per ſe conficiunt: ſiqua varietas exoritur, reliquis erit adſcribenda. Sic Sol vnum
calorem producit, eodem tamen aquea liquat & fundit, terrea cogit. ita etiam calor ſeu natiuus,
ſiue etiam auctus, cùm pro virium ſuarum ratione ſummum producere queat; nonnunquàm
vtile efficit, noxium aliàs, quòd pro ratione ſuæ naturæ agens præſtat id, quod ſi ad alterum re- H
feratur; non bene ad ipſum ſe habet, vt cum coquendo pituitam gignit ſanguinem, ſi ſanguinem
coquat, efficit bilem flauam, aut atram, agit hîc quidem ſecundum naturam, ſed propter cauſ-
ſas adiuuantes alterum facit quod ſecundum naturam non eſt, nec quidem ſuam, ſed illius, ad
quod inſtituitur. Eodem modo, cùm Deus vnus omnino ſit, variis rebus, diuerſis modis imper-
tit eſſe. Non igitur ab eo naſcitur vlla varietas, aut multiplicitas; ſed à participantibus vniuerſa
proficiſcitur. Itaque non acciperem illam conditionē quam à nonnullis imponi intelligo, Deum
(vt Ariſtoteli placere puto) vnum quidem eſſe propter eſſentiam, multiplici verò facultate pol-
lere; ideoq. ab eo deriuari complura: ſed quia cętera quæ pendent ex illo, non æqualiter idem
bonum accipiunt; hinc varia munera illius extare, quamuis ſit ſimpliciter vnus. Atque harum
legum impoſitio nobis id efficiet, quod dici ſolet. Ab vno vt vnū eſt, non niſi vnum poſſe deduci.

Si igitur ab vno, quà vnum eſt duntaxat, vnum deriuatur; planum eſt quòd ſi contrariorum
III. cauſſa vnica eſt, de quocunque genere accipiatur (vna enim materia contrariorum eſt, vnumq.
efficiens) eam eſſe remotam. proximas igitur contrariorum cauſſas dicemus eſſe contrarias, at-
que ita diſiunctas, vt nullo vnquam tempore conſiſtere queant; ſed altera ſemper alteri perniciē
feret,

A ferer; & cùm sub eodem genere maximo interuallo distent, [a] maximum verò vnum sit; ita fit vt nihil sibi contrarium esse valeat, & contrarium vni solum esse queat: etenim nisi vnum foret, id quod ponitur maximum, aliquid seipso maius haberet. aut igitur hoc vnum maximum foret, & ita contrarium esset. nanque maximum esse interuallum inter ea quæ sunt generis eiusdé, & quæ finiunt illud contraria vocari, non est dubitandum. si minus ita infinitum, neque maximum, neque absolutum. nec contrarium igitur: in illo enim finis quidam necessariò concipitur. Ex his patet actum & potestatem non esse contraria, neque motum & terminum ad quem tendit. nam potestas in actum dirigitur, ita vt ex illis vnum per se fiat; & motus tantum abest vt à termino corrumpatur, vt perficiatur maximè ab ipso. ac siquid inest inter ipsa oppositi; id ascribendum est priuationi cum qua est coniuncta potestas, quæ sanè forma præsente corrumpitur. Ab his quæ ponuntur extrema illius spatij quod finitur contrariis, alia quoque contraria nascuntur, at non perfectè neque simpliciter contraria; sed quodammodo, & quasi media; verùm hæc plura esse non est absurdum. Atqui perfectè ac simpliciter vnum vni contrarium est. Nec quisquam medium opponat duobus extremis; neque enim illa est oppositio contrariorum de qua nunc agimus; sed posita est in priuatione, in qua etiam æquale & inæquale consistunt. Nam neque etiam hæc contraria sunt, [b] sed consimili ratione priuationem præseferunt. ne fortè suspiceris medium & extrema, vt vnum vni opponi, tanquam contraria. Hæc nos affirmatione significari volumus. itaque nudum, quòd affirmatione significatur, licet sit priuans; ab Aristotele cõtrarium ponitur: & cùm in eodem genere sint, genus autem à materia ducitur in qua potestas existit ad contraria, viam ad se vicissim habent. Itaque illa quæ in genere conueniunt, secum commutantur: quæ toto genere separantur, vt in materia discrepant; sic quoque nullam ad sese potestatem obtinuerunt, nec commutantur igitur. Propterea neque quantum in quale mutatur, cùm genera diuersa sint. nec quale omne transit in alterum; sicuti sapor in odorem, cùm sint genera diuersa. solaq. illa secum commutantur quæ in genere proximo, hoc est, in materia proxima conuenere. Proinde ita se habent contraria, vt vnum actu singula sint, sed potestate alterum. est enim actu calidum, in potentia frigidũ. Atque ita ex hisce principiis constitui contraria puto, vt nisi mihi aliter dicens Aristoteles obiiciatur; aut opponatur certa demonstratio; proconstantissimo habeam, si tres istæ conditiones adhibeantur; illa necessariò fore contraria. maximè sub eodem genere distare; affirmatione notari; & ad sese mutuam potestatem habere. [c] Proinde secum certant; & sibiinuicem machinantur interitum. reliqua sanè, vt (vnis relatiuis exceptis: ipsa enim sola se sustinent vicissim & ἀντεγείδυσιν) non consistunt: attamen non oppugnant. Hæc verò vel per se sunt, vel per accidens, & quidem specie diuersa contraria sunt, si per se contraria sint, vt album & nigrum in genere colorum, & in genere substantiæ, si per se insint in substantia, si minus: etiam eadem specie esse possunt, vt iidem contrarij colores in homine. Quare, cùm per se, mortale & immortale sint in substantia, in eadem specie consistere nequeunt. per se verò sunt, quia necessariò insunt: nam quod mortale est, caducum sit necesse est; immortale verò perpetuò conseruatur. Quòd autem sint contraria perspicuum est; quoniam immortale est priuatio, ea verò est impotentia definita, & cum aliquo actu coniuncta, vnde significatur affirmatione; eademq. in eodem genere maximo interuallo ab opposita forma segregatur. Nam quòd plus quàm genere segregentur, aut etiam genere, non dum sicuti manifestum sumimus. Illud solum ex Aristotele succurrit quod asserere liceat, quæ genere discrepant, apparere quidem contraria, veruntamen eo quòd secum conferri nequeant & longissimè distent, neque inter ea maxima possit assignari distantia quæ requiritur in contrariis, non esse contraria simpliciter; ad extremum videtur inferre mortale & immortale genere separari; ac nos si genus subalternum intelligere velimus, quod sub eandem seriem cadat, non repugnabimus. si prædicamentum seriemq. variam sumimus, ex Aristotelis ipsius verbis colligi posse negamus. ac specie solum ab Aristotele inter se distingui fatemur: ita enim rationem suam complectitur. Contraria specie differunt. Mortale & immortale contraria sunt. Assumptionem verò probat. Siquidem priuatio sit quædam impotentia definita. Quid ergo aliud ex his inferri potest, quàm quòd mortale & immortale specie disiungantur? itaque pro eo, qđ habet cõtextus Aristotelicus. [d] genere diuersa specie legendum puto. Hæc verò omnia iubeo te diligenter obseruare: nisi enim aduertas; oratio perplexa qua vsus est Aristoteles; negotium tibi exhibere posset. præsertim quòd Græci interpretis auxilio destituti sumus in eo loco. Quamquam neque ipse animaduertit, vbi Aristoteles docuit genere differentia in contrariis numerari, quòd eorum maxima differentia foret, hæc esse referenda ad ea, quæ paullò ante dixerat videri, Aristoteles; ideoq. in illum errorem inductus est, quòd maximè distarent ea quæ genere differunt: neque vidit eam distantiam ab Aristotele, velut infinitam poni, vnde contrariorum ratio tollitur. nec enim via potest intercedere inter genere toto differentia quæ sola restat inter ea quæ genere conueniunt. Et verò cur magis distet quantum à substantia quàm distet qualitas, aut vllum aliud ex reliquis prædicamentis? Cùm verò posteà

[a] 10. Met. T. 13.

[b] 10. Met. T. 19.

[c] 10. Met. T. 26.

[d] Bis in eodem T. 26

doceret Aristoteles ostensum esse extra genus non esse differentias, neque ipse verba Aristotelis E
accepisset in eum sensum, quòd distantia foret infinita, idem quoque repugnantiam maximam
inter Aristotelis dicta inculcare coactus est, putans, quod ibi inferretur aduersum ea quæ suprà
constituta fuerant; pertinere ad illa quæ subalterna sunt, cùm cęteroqui superiora generalissimis
accommodarentur. id verò vniuersam Aristotelis sententiam peruertebat. quandò ea quæ diffe-
runt; aliquo differunt: generalissima nullo differunt, sed diuersa sunt, hoc est seipsis distinguun-
a 1. Post. tur, ideoq. ex ipsis dialectici fabricant propositiones medio vacantes; [a] ea quæ sub ipsis existunt,
per illa separantur; itaque magis propriè differunt; huic verò oppositum autore Alexandro pro-
nuntiasset Aristoteles. Potuit verò eos fallere dictum illud Aristotelis in extremo X. qui cùm
eos confutasset qui ponerent ideas æternas, & quæ eiusdem rationis essent cum singularibus τὰ ,,
τινὰ ipse ibi vocat. illud adiungit τὰ δὲ τῷ γένει, ἕτερα πλεῖον διέφυκεν, ἢ τὰ εἴδει. idest ea verò, ,,
quæ genere diuersa sunt; magis distant, quàm ea quæ specie. quasi antea perorasset æternum à
caduco genere discrepare. Verùm neque hæc cum proximè dictis cohæreant necesse est, neque
ex ante constitutis necessariò colliguntur. sed videntur potius separatim fuisse allata: nam cùm
de distantia contrariorum & eorum quæ specie segregantur, satis superq. disputatum foret; ea
subiungenda quæ ad genera diuersa pertinerent, vt absolueretur disputatio de oppositis; itaque
docuit ea plus quàm specie differentia distare. Nam quæ specie differunt, habent in quo conue- F
niant, nempe genus; non sic; quæ genere separantur. Ergo illa sub eodem genere summam obti-
nuere distantiam, hæc infinito quodam interuallo seiunguntur. Quamquam mirum videri po-
test, si distant multò magis ea quę genere segregantur quàm ea quæ specie; quæ specie distinguun
tur, in eodem subiecto non consistere; quæ verò genere seiungantur, etiam complura esse in eodẽ
indiuiduo: in eodem enim Socrate est & substantia, & quantum, & quale, & omnia prædicamen
ta. nec tamen idem albus & niger, aut ratione vtens, aut carens. An ita dicemus hæc magis essen-
tia, & natura distingui quàm ea quæ sunt contraria generis eiusdem, nullam enim essentię partem
habent in qua conueniant: at subiecto & materia quæ non est essentiæ pars, propter eius habili-
tatem ad omnes formas distant minus; contraria propter insitam priuationem alterius quæ inest
in altero, non modo essentia secernuntur, sed etiam subiecto: repugnant enim, & sese ex eodem
subiecto pellunt vicissim; illa essentia sanè discrepant; sed non continentia priuationem, nisi for-
maliter ea differre dicamus, quòd vnum non sit id quod est alterum; nullam repugnantiam prę-
seferunt: sic & substantia & quantum simul esse potest; licet tota essentia substantia separetur à
quantitate. Ergo æternum & caducum specie sola distinguitur, non etiam genere. Quamobrem G
etsi Auerroës ea plus quàm genere distare constituit; aut extremis illis X. verbis cum aliis est de-
b Dis. ceptus, aut aliò ab interpretibus eius verba torquentur, atque ipse velit. [b] inquit enim plus quàm
Dispu.2. specie; ergo etiam plus quàm genere. quis id dabit? & videtur illud voluisse tantum quod diffe-
Sol.1. rant plus quàm specie specialissima; nanque æternum & caducum de multis specie differentibus
prædicantur signum esto, quòd addit esse contraria, quæ sub eodem genere collocantur. Venit
& id mihi in mentem in locum Aristotelis irrepsisse quandam mendulam, & pro eo quod legitur
τὰ εἴδει, legendum esse τὰ εἴδη, idest, ideas, & hunc esse illorum verborum sensum, quod vel idea
est eiusdem speciei cum indiuiduis, vel ad summam specie specialissima segregatur. sed æternum
IV. & caducum genere (subalterno) discrepant; hæc verò maior est discrepantia quàm specierum
specialissimarum: ergo non differunt ideę ab indiuiduis vt immortale à caduco. Ex mixtura
contrariorum fit plus & minus. id autem sic accipiendum est, vt faciant contraria circum idem
subiectum, & vt eadem species conseruetur, vt in accidentibus vsuuenire solet: nanque substan-
tiæ sic se habent, vt quoque minimo dempto, vel addito species, non secus ac numeri dempta,
c 8. Eth. vel addita vnitate mutentur. Inde natum est tritum illud pronuntiatum in accidentibus plus & H
c. vlt. minus speciem non immutare, quod tamen ab Aristotele negatum est [c] (eum verò secutus est
lib. περὶ Theophrastus, à quo Simplicius) in animi affectionibus quæ in quadam mediocritate collocan-
παθῶν. tur, ex hac si excesserint, in vitia conuertuntur. Atque etiam plus & minus ad substantias per-
tinere potest & ad alia complura sine participatione contrarij; nanque indiuidua substantia ma-
gis est, quàm secunda, similiter accidens quiddam minus est quàm substantia; verum id à Gręcis
καθ' ὕφεσιν τῆς φύσεως, idest, secundum naturæ humilitatem appellatum est; vbi quoque
res suis quidem partibus absoluta est, sed deficit tantisper à summo; nec latitudinem complet
eius quod est simpliciter in eo genere: nam quantum perfectum est; neque ideo pollet ea perfe-
ctione quam agnoscimus in substantia, eiusmodi tamen, quæ sibi conueniat. Sed postea quibus
V. & quomodo singula aptentur. Hoc item ab Aristotele semel atque iterum acceptum est. [d] Si
d 8. Phys. quod ex duobus sit conflatum; vbi alterum existere seorsum queat; alterum quoque separari
12. Met. posse. vt, si hydromeli ex aqua & melle componitur, ac mel absolutum ab aqua existit, necesse
T. 35. item est aqua separetur à melle. At verò, si sententiam hanc ita generaliter accipiamus, [e] vereor
e Zim. ne veritas illius minuatur: quippe quòd, tametsi substantia separatur ab accidente, non idcirco
Theo. 174.
accidens

A accidens à substantia separatur. Præterea ne tollatur eius vsus. Nam si vtrunque separatum esse velint, id pro comperto accipiunt quod inquirimus: ex hac enim propositione alterum ex illis seorsum existere conamur ostendere; atqui si ita sumatur, est principium, non conclusio. Nec non id mihi veniebat in mentem, Aristotelem, vbicunque eiusmodi propositionem sumpsisset; perpetuò ad mouentia & mobilia accommodasse: [a] quin si audiamus Alexandrum; eam quoque specialius sumptam fuisse dicemus; nempe in motu cœlesti solùm in quo mobile simpliciter est; quippe orbes planetarum, & mouens, & mobile simul sphæra scilicet inerrans, & primum moués ab omni corpore segregatum. Accedit quòd si generaliter & indefinitè accipiamus vnum seiugatum; poterit intelligi primum; at non efficitur inde, vt posterius absolutum sit. Sed quoniam negare non possumus, quin, si rerum essentia spectetur, accidentis item essentia separata sit ab essentia substantiæ, alia enim est vtriusque essentia: quia tamen non efficeret Aristoteles id quod instituerat: etenim primum motorem à corpore cœlesti non essentia solùm, sed re secretum ostendere volebat: idcirco dicemus Aristotelem de rei separatione verba facere, & in eam partem accipiemus effatum, vt si de priore dubium sit, sit'ne separatum; à posterioris separatione concludamus etiam prius esse absolutum: idq. rerum natura patietur. Nam si posterius ex aliquo pendet, idq. per se subsistit; multò magis existet per se prius; quia non pendeat ex alio. atque illud B posterius, sic ab altero separari debere putamus, vt ab aliis omnibus absolutum sit. Idcirco etiam si materia separetur à forma: quia non simpliciter à forma separatur, neque formam (de materiata nunc agimus) à materia liberam esse continget. Vbi igitur absolutum sit posterius; prius itē multò magis absolutum sit, necesse est. absolutum, inquam, vt subsistens, non autem, vt essentiæ priuilegio, siue functionis ab alio pendet. Nam Socrates est res absoluta, quia consistit partibus vniuersis, ex quibus illud deriuatur, quod dicimus ὑπάρχειν, idest, existere. Quòd si pendeat ab alio, tanquam mouente; nil veritati propositionis obstat, modò caussas internas & affectus, vt in subiecto, velut patiente insunt, cæteris cogitatione seuocatis aduertamus, non excludentes à Deo reliqua pendere, propterea quòd sint, aut quòd illum imitando operentur: illud verò approbantes, quòd primum quod separatum esse colligere studemus, absolutum quoque sit & à nullo pendeat ex consequentibus, neque vt sit, neque vt operetur. Sed illud mihi placet magis hæc non generatim, sed apposité ad motum primum pronuntiata fuisse ab Aristotele. Et illud item ab Aristotele receptum. [b] Ex potestate & actu, siue è materia & forma aut ex corpore, & V I.
C animo vnum fieri per se, cuius nulla demonstratio possit afferri, quippe quòd ea sit illorum vis & natura, nec in alia principia resoluatur. Nam quamuis Aristoteles olim pronuntiari opposi- tum in medio afferens aliud principium, [c] per quod vnum fiat ex illis; rem ipsam spectat, dum fit: tunc enim requiritur efficiens quod iungat hæc duo principia diuersa; & finis cuius gratia sic agat efficiens: nos autem hîc verba facimus de re, postquàm genita est & interna principia scrutamur; Vnum igitur fit ex illis non vt colla, glutine, aut clauo, neque item compositione, aut cōtinuatione; sed quòd potestas est res quæ perfectionem postulat, eius autem perfectio est actus; eodemq. modo materia se habet ad formam, & corpus animalis ad animam. hoc totum, inquā, est ex eorum natura. Cùm enim esse dicatur multis modis, vt potestate & actu; illud verè est quod est actus, vnde impetrarunt alia quòd sint. Cùm ergo materia sit potestas, forma verò actus, materia per se non constat, sed societatem formæ requirit, vt sit: sic etiam corpus organicum, quia potentia vitam habet, non actu, vt eam habeat, animæ præsentia opus est. Quoniam igitur oportet vt illi præsto sit forma, huic autem animus; si esse debent: idcirco vnum fit ex materia & forma. Et per analogiam ad hæc quòd certum efficiens incutiat actum certo subiecto, quod item indemonstrabile restatur esse Philosophus, [d] quippe quòd hæc sit eorum natura.
D In rebus etiam natura constantibus certa est & determinata ratio magnitudinis, & paruitatis, cùm vt forma consistat, tùm etiam vt efficienti parere valeat: nanque etsi materiæ caussa diuisio procedit in infinitum; at vbi illa ratio corrumpatur; intereat forma necesse est priuata instrumentis quibus suis muneribus fungi debebat: neque enim patitur natura aliquid otiosum. Et debita conueniensq. rei magnitudo desideratur in patiente; quandò magna magnam vim pro ratione corporis habentia valdè resistunt, parua eludunt agentia. [e] Etiam constat naturam gignendo à principio ad principium tendere nempe ab efficiente quod est actu, ad finem & formā quæ sunt ratione & essentia priora, licet vltima generatione. [f] Hinc efficitur vt res aliter in natura se habeat, dum fit, ac postquàm facta fuerit: nam quæ posteriora generatione, hæc sunt natura priora, & contra quæ prius natura sunt ea sint vltima generatione. Hæc de communibus physiologiæ totius effatis dicere libuit quæ maioris ponderis esse intelligeremus, quibus theoremata fundarentur quæ de motu generatim instituimus, alia reiicientes ad illa, quæ de reliqua re naturali scribere cogitamus.

a 12. Met.
b 8 Met. T. vlt.
2. de An. T. 7.
c 2. de Ge. T. 51.
d 2. de An.
e 1. De ort.
f 2. de Par. c. 1.

Virùm

Vtrùm principia superius exposita sint ea nota nobis quæ 1. Phys. proposuit Aristoteles an non. E
Cap. V.

ATQVE ea quidem nob. nota sunt annum illa, à quibus initium suę physiologię sumpsit Aristoteles: Equidem neque hæc excepta fuisse puto, neque sola comprehensa; sed aliud genus eorum quæ sint nota nob. ab Aristotele proponi credo quæ resoluētes manuduceremur in eorum notitiam, quæ nobis ignota forent, & cùm simpliciter nota essent; nobis quoque nota fierent: vbi verò notuissent, lucem rebus afferrent quæ licet noscerentur à nob. simpliciter, tamen ignorabantur; ita enim noscebantur à nob. vt sensui sese offerebant; & cum caussas haberent ex quibus aptę essent, sine caussa noscebantur; rerum verò caussas habentium legitima cognitio paratur auxilio caussarum: sed his inuentis per resolutionem eorum quæ sunt nota nob. adhibito quodam gyro rationis, in iis agnoscuntur ea vicissim quæ nob. nota sunt. vt si hydromeli subijceretur oculis nostris, id totum spectaremus, neque tamen intelligeremus quid esset, quibusúe ex partibus constaret; seplasiarius verò ipsum accipiens in mel & aquam resolueret, ex hydromelite quidem mel, & aquam dignosceret, & ex iis hydromelitos essentiam indicaret. Atque hic quidem progressus accommodatur ad omnia quæ nobis nota sunt, nisi fortè eadem sint nobis, & natura nota, quemadmodum euenire solet in mathematicis. sed apud physicum sanè pauca, ne dixerim nulla, sunt huiusmodi. Cùm verò communiter hoc conueniat in illa omnia quæ nob. nota sunt; nos hîc speciem quandam tractare volumus, vbi videre quoque oportet, quo hæc quibus de nunc agimus à cęteris seiungantur, & quodnam peculiare propriumq. præseferant quod attinet ad eorum constitutionem & modum quo nobis afferunt auxilium ad reliqua cognoscenda quę ignoramus; ac principia primùm, quæ cùm sese demerserint in profundum, à nostris sensibus longissimè recesserunt, vt iis optimè perspectis, illa vnde primùm voluere, probè intelligerentur. antè enim erat inchoata illorum cognitio, quippe ex sensu & per accidens; postea perfecta & per suas caussas, mox alia quæ cùm pendeant ex illis, à nob. nullo pacto cognoscuntur; neque enim sentimus ea, quæ in centrum mundi sese abdidere; sed ratio dictat ibi quiddam esse torpidissimum; quia nimirum maximè omnium distet à cęlo à quo calor ad elementa permanat. ea verò deducitur ex iis principiis quæ nob. antea patefacta fuerant. Hæc ergo speciali quodam nomine confusa vocauit Aristoteles, Græcè *συγκεχυμένα* est verò apud Græcos ea vox frequentissima qua significatur res conturbata & non pura, vt species confusæ dicerentur imagines illæ quæ apparent in aquis, vbi concitantur, aspiciuntur enim distortis & perplexis, vt certam nullam delineationem præferre videantur. quin ita exiles sunt, vt ægrè discerni possint. atque hę quidem huiusmodi esse solent in pueris, dum ab immoderato calore sanguis spiritusq. turbantur, consimiles in ebriis existunt. Sic testabatur Aristoteles, gentem aliquam ab ortu notam [a] quandam, stigma ipse vocat, in humeris habere, eamq. in auis apparuisse distinctam, post modo in nepotibus reliquum esse nigrum quoddam confusum, vt discernere non liceret, nota'ne foret, an potius imago notæ. Eodem quoque modo cùm redderet caussam Philosophus, [b] cur nati similes interdum parentibus essent, nonnunquàm matribus, ac nepotes auis aut auiis docet ex longiore nepotum successione figuras maiorum confundi, & processu temporis ita conturbari, vt nulli amplius affinium, aut consanguineorum similes sint. Verùm quod ad rem nostram pertinet, cùm Galenus, tùm etiam Aristoteles vsi sunt huiuscemodi voce, significantes doctrinam rudem & inchoatam [c] quam item alio nomine *ἀόριστον*, idest indefinitam ipse appellauit. & opponit confuso *τὸν διορισμὸν*, idest distinctionem, Planius adhuc idem Galenus [d] mentionem faciens de doctrina quę tradenda est rudibus, conferre docet in compluribus indefinitum & confusum magis quàm *διωρισμένον*, idest distinctum, vbi scilicet id profundæ speculationis & prolixiorum sermonum & longioris temporis indigeat quod item alio nomine *τύπῳ*, idest rudius dictum & oppositum ei, quod est exquisitum, ab Aristotele significatum fuisse nouimus. M. Tullius [e] *συγκεχυμένον*, & *ἀόριστον*, confusum incertumq. reddidit. Audit igitur, quid sibi velit in methodo confusum. Sed enim hoc in omnem disputationem quadrare potest, siue sit de principiis, siue de rebus quæ pendent ex ipsis. Atqui nunc aduertamus quæ velit Aristoteles esse confusa [f] quorum vsus sit in principiis euoluendis. Hæc, si rerum ipsarum conditionem spectes; illa generatim vocantur quæ vix à nob. cognoscuntur, hoc est, vt tametsi ea noscamus, quòd sint; cùm habeant caussas; imperfectè tamen cognoscuntur, quòd eorum caussæ ignorantur. itaque cùm constent ex caussis; non fuerit error opinor, si etiam *σύνθετα*, idest composita nuncupentur: præsertim quòd habemus grauissimos huius loci interpretes Alexandrum, Simplicium, & Auerroëm qui confusa interpretantur composita. Quapropter etiam nos facilitatis ergò confusa transumemus in composita. & ea partiemur in tria membra, ea scilicet quæ sunt composita compositione formali, reali, & logica. formali quidem compositione intelligentes esse composita illa, quorum rationi supponitur alterius ratio, veluti rationi accidentis ratio sub-

F G H

a 7. De hist. anim. c. 6.
b 4. de Gen. an. c. 3.
c 2. De dieb. crit. c. 1.
d 3. de caus. puls. c. 3. Platone 7. de rep.
e 5. de fin.
f 1. ad Eu. c. 3.

stantiæ

A stantiæ supponitur: realis autem compositio est in partibus substantiæ subiectis quæ ex materia formaq. existunt. Compositionem logicam compositionem vel rationum, vt subiectarum partium in genere; continet enim genus in se vniuerso quodam modo & virtute rationem suarum partium, vel etiam à ratione factam, cùm simpliciter, & sine vlla conditione sumitur id quod cũ aliqua lege & modo audiendum est. Ex horum numero sunt sententiæ veterum. Omnium horũ vsus est in omni doctrina, & in physica præcipuè. Nam 7. Met. illa reposuit in notis nobis quorum auxilio principiorum notitia paretur quæ parum participant ipsum esse, tamen ea sic habere compertum est, quamuis caussa lateat; hæc sunt accidentia & inhærentia rebus: parum enim consistunt; quia non per se, sed in substantia consistunt; & cùm caussas habeant, sine caussa verò noscantur, exiliter admodum cognoscuntur. Ex eodem ordine sunt composita ex materia, & quæcunque sunt hoc aliquid: quandò composita multò minus participent ipsum esse quàm forma: nam constant ex materia sensili quæ est potentia, non actu, & per se ipsa sunt caduca atque mortalia. quibus omnibus vtitur scientia naturalis, dum ab iis quę insunt in loco, vel incremento eorum venatur essentiam, & auxilio motus inuenit materiam, functionis ope formam, atque ex inspectione partium corporis animæ naturam vestigat. Valet multum (vt de tertia compositione B dicam) genus ad aperiendas differentias, & partes subiectas: etenim ex eo, quasi ex toto earum ratio communis ostenditur, quæ partiendo illustratur; & cuique propria redditur; vt dum in animali sensum motumq. perspicimus; & varios sensuum gradus variosq. modos progrediendi notantes animalium species constituimus. Illorum certè fructus maximus quæ generatim & absolutè pronunciata fuerunt; hæc enim cùm per experientiam nobis notuerint; facilè creduntur; eoq. maximè, quòd vniuersè vera sunt; quia tamen flagitant modum; pariunt imperfectã quandam cognitionem quæ tùm absoluitur, si debitum modũ addideris: ex illo enim quòd nouimus omne quod fit, fieri ex eo quod est; & ex eo quod non est, collegimus materiam quæ partim est, partim non est. Sed his omnibus veterum sententiarum expensio præponitur. iubet enim philosophus, [a] vt principiorum probationes colligamus ex rationibus adhibitis testimoniis, exemplisq. apparentibus. In quibus si cum dicendis omnes homines consentire videantur, optimum. Si minus quodammodo quidem omnino, quod ab opinione deducti facient. habet enim vnusquisque peculiare quoddam procliue ad veritatem ex quibus necesse est aliquo pacto demonstrare de ipsis; ex iis enim quæ verè sanè dicuntur, at non perspicuè procedentibus existet & id C quod est perspicuè, transumentibus semper ea quæ sunt notiora inter illa quæ confusè dici consueuerunt. [b] Itaque exordiri vult tractationem à primis, quæ nõ perspicuè dicuntur, studentibus post inuenire perspicuè quid est illud de quo laboramus, vt in morali quid est beatitudo; in qua quidem tractatione accipit hoc in quo consentiunt omnes, eam nimirùm esse bonum præstantissimum. [c] eandem methodi rationem non modo in ea disceptatione de beatitudine obseruandam esse monet; sed in aliis omnibus in quibus aliquid rei propositæ cognoscentes ea quærimus quæ nescimus. Quamobrem oportere per ea quæ verè quidem pronunciantur, non autem perspicuè, eruere conari quod verè est & perspicuè. Hæc nos igitur ea dicimus esse quæ nonmodo in ethicis, sed in philosophia quæ sequitur naturalem, & in physica proponit nob. Aristoteles, vt eorum auxilio principiorum notitiam comparemus, omnium consensum fundamentum firmissimum esse putantes; ac si non omnes sanè consentiant, conari tamen ostendere, vt ea dicere voluisse videantur, quæ si monstrata fuerint, propter innatam propensionem ad veritatem facillimè nobis concedentur. itaque transumptis, idest, ad bonum sensum deductis iis quæ verè quidem, sed obscurè pronunciantur, scientiarum prima principia comperiemus. Ex his multa sunt, vt illa contraria esse principia, eademq. non contraria; consimiliter ex non ente, aut ex ente fieri id quod D fit, quæ cùm vniuersè vera sint, obscurè tamen dicuntur. hæc si illustrentur, & in bonam partem accipiantur, & accommodentur ad ea quæ verè & cum ratione constituta fuerunt; vera prorsus habebuntur; & in iis principiorũ natura elucebit. [d] Atque hic est modus omnium aptissimus ad dissoluendas dubitationes, & tollenda contraria; nam sic omnia quæ videntur in esse, conseruantur, & quæ contraria censentur; monstrantur distinguendo non esse contraria: sic enim verè pronunciantur, aliter non verè, vt verbis Aristotelis vtar. Itaque hæc quæ veteres assumpserunt, ea nota nobis esse arbitror, vnde via muniatur qua possimus ad principia nobis ignota peruenire. Proinde fuit consuetudo philosophi veterum sententias in exordio cuiusque methodi sedulò discutere, quòd veritatem, si non planè eloquuntur, at balbutiunt. & cùm maiore ex parte veræ sint: nanque sensibus plerunque fundantur; non difficile est illas repurgare; [e] idq. in omni methodo conandum: præterquàm quòd si inde ducatur initium; vitatur negotium congrediendi cum imperitis, nec omnia reuocanda sunt in controuersiam, cùm aliqua item ex illis periti receperint quorum iudicium videtur esse approbandum, & præcipuè veterum de principiis, [f] quòd enim veteres ortui rerum viciniores essent, vim principiorum magis tenere potuerint; quia periti principia cominus intuentur. Accedit eodem, quòd suppeditant veterum dicta copiam theorematum:

a 1. ad Eu. c. 3.

b 1. ad Eu. c. 4.

c 2. ad Eu. c. 3.

d 7. ad Eu. c. 1.

e 1. de An. T. 19.

f 1. Met.

a 1. Elen. 1. Rhet. 2. Met. matum: quandò artes omnes per incrementa quædam productæ sunt [a] quoque artificè ad illas E
aliquid addente. Confusa igitur nobis nota sunt; ea verò se habent vt tota. Quare cùm sensui
notius sit totum quàm partes; à notis autem nobis ex instinctu naturæ procedendum sit; à toto
ad partes progredi cogimur. itaque diuidendo paratur notitia partium quę certa est atque distin-
cta: vt enim primo intuitu amplissimas ædes aspicimus; nec tamen quid commensi; quid com-
modi, aut artificiosè dispositi contineant intelligere valemus; tùm verò probè hęc omnia percipi-
mus, cùm quęq. particulatim speculamur, atque lustramus: sic item euenit in scientiis. cortex re-
rum nobis apparet, penetralia latent; hęc animo peragrare oportet, si rem accuratè tenere voluē-
ris. Vniuersalis illa notitia τυπώδης & rudis est; non sufficit; ad partes veniendum est quibus
b 2. Met. c. 1. perlustratis vniuersa rei notitia completur. Idem quoque confirmat auctoritas Aristotelis [b] qui
inuehitur in antiquos, quòd de natura quidem vniuersè dissererent; partes eius intactas omitte-
rent; quanquàm id difficultatis signum posuit. eius verba hæc sunt, quæ propter interpretes ani-
maduertenda propono τὸ δ' ὅλον ἔχειν, μέρος δὲ μὴ δυνάσθαι, idest, totum verò obtinere: partem
autem non posse, indicium difficultatis, & hoc est illud totum, vnde ad singularia procedere iu-
c 1. Phys. T. 4. bet diuidendo Aristoteles; [c] diuidimus autem vel propriè genus in suas species per oppositas dif-
ferentias; vel resoluimus effectus & composita in suas caussas, seu complexas, siue incomplexas; F
vel adhibita conditione distinguimus; vel diiudicamus; & verùm à falso discernimus. Et planè
totum quodcunque illud sit nobis est euidentius: etenim de partibus quanti perspicuum est, &
genus specie notius est, prius enim nouimus hoc esse animal, quàm tale animal; & tota species
per nomen indicatur, essentiæ verò partes definitione elucescunt, diuidit enim definitio totam
speciem in καθ᾽ ἕκαστα, idest in singularia, non sanè indiuidua, sed partes essentię quæ simul om-
nes in nomine ipso continebantur. & vniuersale etiam quod magna ex parte verum est, nobis no
tius est, non tamen accuratè notum, nisi ipsum in partes suas distinxeris, & quod verū est à falsò
separaueris. Et hoc equidem ab Aristotele notatum fuisse censeo, vnde peteret initia physicæ quæ
nos cum totis in modo, vt dialectici dicunt, non sine caussa numeramus. siquidem, si subiecta re-
spicias, per vniuersa pertinent; si tamen partes ipsius aduertas, non simpliciter, sed cum modo
vera esse intelliges. vtputa, vniuersè verum est in omni generatione contrarium ex contrario fie-
ri, non tamen simpliciter; quia non omni ex parte fit ex contrario; sed aliqua pars existit in eo
quod fit, quæ contraria non est. Sic quicquid fit, ex non ente fit; non tamen omnes eius partes ex
non ente fiunt, sed aliquæ ex ente; nec omnibus modis ac simpliciter fit ex ente, aut ex non ente;
sed partim ex ente, partim ex non ente, & ex ente hoc modo, illo verò ex non ente, ex quibus G
existunt propositiones quæ magna ex parte veræ existunt; non quia tales sint eo quòd vt pluri-
mùm, vt fortè in dialecticis; sed quia non omni ex parte, nec omnibus modis, & vt dici solet, sim-
pliciter. quas item nos in logicis non iniuria collocabimus; quippè quòd communiter veræ sint
& vniuersales, quòd partes vniuersas minimè complectantur; ad proprias tamen partibus ipsis
distinctis atque secretis optimè reduci queant: nam tum verę omni ex parte existunt. vt quòd,
quicquid fit, partim fiat ex contrario, partim ex non contrario. verum est vndequaque, quo etiā
probè perspecto principiorum vis necessariò patebit; & cuncta illustrabit, tùm quę prius confusè
noscebantur, tùm etiam quæ nobis obscura sunt ex iis quæ pendent ab ipsis. Atque hic erit pro-
cessus ab vniuersis ad singula, dimissis indiuiduis quæ nullo modo sunt scientiæ partes. [d] & hac
d Auer. 1. Phys. T. 5. via siue per circulum illum, quem regressum vocant, nota nobis ex notis natura cognoscuntur,
siue notis principiis, recta demonstratione, rerum per se & nobis ignotarum notitia comparatur.
Neque enim semper effectus perspicui sunt. Iam verò quòd singularia non sola dicantur indiui-
e 1. de par. anim. c. 3. 12. Met. T. 4. dua, patet: nam singularia species generis alicuius dicuntur: [e] nec nō res materiatæ ad differentiā
rerum quæ sunt ab omni materia segregatæ, vel per essentiam, vel per indifferentiam, cuiusmodi H
sunt vniuersalia logica, vel primæ philosophiæ, triplex est enim abstractio physica, scilicet ab in-
diuiduis, mathematica à materia sensili; & metaphysica ab omni genere materiæ, quam item lo-
gica imitatur: his hoc modo abstractis singularia opponuntur. & Auerroës singulare nuncupasse
f 3. de An. c. 33. videtur omne, quod distinguitur à composito. [f] testatur enim ipse cogitatiuam non componere
intelligibilia singularia, cùm tamen professus sit cogitatiuæ munus esse discurrere de indiuiduis;
itaque nuncupata est mens particularis. ob eā caussam igitur, vt tollamus ex Auerroë repugnan-
tiam, sic verba eius doctoris interpretabimur, cogitatiuam non componere singularia intelligibi-
lia, idest terminos simplices qui sunt partes compositorum vniuersalium. Ideo q. Zimara quod
in physicis assecutus non est, tandem loco alieno; & vbi minus oportuit, veram vocis interpręta-
tionem cōmentus est. eosdem simplices terminos singularia vocauit Aristoteles, cùm admonuit
definitionem diuidere in singularia. Ab his igitur quæ rudia sunt & inchoata natura perpetuò
progreditur, & dum rerum productioni vacat, & dum dirigit nos ad scientiam. Nam primùm in
vtero certus sanguis concrescit; inde quædam carnis moles existit; mox paullatim incipit deli-
neari; ad extremum absoluitur, vt nihil addi prætereà possit. Hic autem progressus cum erudi-
tissimè

A tißimè & elegantißimè fuerit expoſitus à M. Tullio [a] in omni genere notitiæ, nihil nocebit (opinor) ſi in hunc locum aptißimè illius verba conferantur. Ipſe igitur primum de iis agens in quibus appetitus exercetur, ea ſcribit quæ certè ex media philoſophia deprompta fuiſſe fatebe-ris, & cum placitis Ariſtotelis maximè congruentia. De prima ergo hominis conſtitutione di-ſputans ſic ait. Hanc initio conſtitutionem confuſam habet & incertam, vt tantummodo ſe tueatur, qualecunque ſit. Iam enim accepimus, omne animal ſeipſum diligere, & ſimulac or-tum eſt, id agere, vt ſe conſeruet, quòd hic primus ad omnem vitam tuendam appetitus à natu-ra datur, ſe vt conſeruet, atque ita ſit affectum, vt optimè ſecundum naturam eſſe poſsit. ſe in-quàm tantummodo tueatur, qualecunque ſit. ſed nec quid ſit, nec quid poſsit, nec quid ipſius natura ſit, intelligit. Cùm autem proceſsit paullulum, & quatenus, quicquid ſe attingat, ad ſeq. pertineat, perſpicere cœpit. tùm ſenſim incipit progredi, ſe ſeq. agnoſcere & intelligere, quam ob cauſam habeat eum quem diximus, animi appetitum: cœptatq. & ea quæ naturæ apta ſen-tit, appetere & propulſare contraria. Sed illud prorſus diuinum quod ex Accio profitetur, vnde contemplationis origo deducta eſt, qua ſeſe vſque ad Deum Optimum Maximum ſolus homo euexit ab ignorantiæ gradu per admirationem eorum quæ ſenſibus & confusè ſubiiceren tur, ad exquiſitam & diſtinctam notitiam rerum procedens, & ſummas eorum cauſſas attin-B gens. Ecce paſtores Heſperidum, Columbi nauem, panſis velis ad littus appellere conſpiciunt: rem nouam procul admirantur; quid eſſe poſsit ignorant; inſulam moueri ſuſpicantur. aut con-citari nimbum, propè Deos illam vehi cenſent. itaque ſecum fremunt, Quare, vt apud Accium paſtor ille qui nauem nunquàm ante viderat, vt procul diuinum & nouum vehiculum Argo-nautarum è monte conſpexit, primò admirans & perterritus loquitur: ſic & ipſi murmurant hoc modo.

-Tanta moles labitur
Fremebunda ex alto ingenti ſonitu & ſpiritu:
Præ ſe vndas voluit: vertices vi ſuſcitat:
Ruit prolapſa: pelagus reſpergit: reflat:
Ita dum interruptum credas nimbum voluier,
Dum quod ſublime ventis expulſum rapi
Saxum aut procellis, vel globoſos turbines
Exiſtere ictos vndis concurſantibus,
C Niſi quas terreſtres pontus ſtrages conciet:
Aut fortè Triton ſuſcina euertens ſpecus,
Subter radices penitus vndanti in freto
Molem ex profundo ſaxeam ad cœlum vomit.

Dubitat primo, quæ ſit ea natura, quam cernit ignotam: idemque iuuenibus viſis, auditoque nautico cantu,

Sicuti inciti atque alacres roſtris perfremunt
Delphini -Item alia multa.
-Syluani melo

Conſimilem ad aures cantum & auditum refert. Ergo vt hìc primo aſpectu inanimum quiddam ſenſuque vacuum ſe putat cernere, pòſt autem ſignis certioribus quale ſit id de quo dubitauerat incipit ſuſpicari: ſic philoſophi & vniuersè omnes qui ex ignorantia traducuntur ad ſcientiam, primo aſpectu mundi conturbati, cùm poſteà vidiſſent motus eius finitos & æqua-biles, omniaque ratis ordinibus moderata, immutabiliq. conſtantia, intellexere ineſſe aliquem, D non ſolum habitatorem in hac cœleſti ac diuina domo, ſed etiam rectorem & gubernatorem, & tanquàm architectum tanti operis & tanti muneris. Hæc M. Tullius præceptorem Platonem imitatus qui oculos ex tam admirabilium rerum conſpectu nobis ad Dei cognitionem duces optimos extitiſſe prædicauit. Ita ergo peruenitur ad ea quæ ſunt nota natura, ſiue ſimpliciter, & per ſe nota, fortè etiam ſecundum naturam quæ dici ſolent maximè vniuerſalia; quòd per plura pertinere ſolent. Quanquam vereor, ne quod diſcrimen inter hæc exiſtat: neque ſolum in eo quòd ita propter varias cauſſas appellentur; verum etiam quòd reipſa diſtinguantur. Etenim natura nota & per ſe, illa dicere conſueuimus, quæ ex aliis tanquam ex fidem facienti-bus ſolum; non vt explicantibus quid, aut cur ſint, colligantur. immò cùm primum ex notis nobis indicata ſunt, in ſeipſis ſuæ lucis & veritatis cauſſas habent, atque illas quidem ita effica-ces, vt lucem veritatemque afferant iis quæ naſcuntur ex ipſis; quapropter ex ipſis illa noteſce-re opus eſt: & planè non hæc ex notis nobis, vt nota nobis ex ipſis apta ſunt. Cùm enim cognitio noſtra à ſenſu neceſſariò ducat originẽ, per ſenſilia quæ poſteriora ſunt, tranſeundũ eſt. at ſi mẽs aut ſpecies obiecta libera foret à materia, progreſſus hic vtique neceſſarius non eſſet. Signo illud

a 5. De fin.

esto, quòd mens in habitu, quam fœcundam vocant, ab iis incipit quæ sunt nota natura. E
Verùm sensilia & effectus ita se habent, vt nisi è caussis illis cognosci nequeant, Itaque etiam nota simpliciter appellantur, quòd menti bene affectæ nota sunt, quasi certissima sint; vt si aliter esse videantur; non rei sanè, sed menti non benè affectæ sit adscribendum. nec secus àc dulce simpliciter illud iudicetur, quod gustatui bene sano tale apparet, quòd si secus appareat; non id rei vitium est, sed gustatus. vitium pelle, iam d ulce apparebit, Atque hæc absolutè reipsa & natura priora esse puto, quomodocunque priora sint, vel origine, vel perfectione, quia sint caussæ. Ceterùm notiora & priora secundum rationem, nil vetat esse posteriora natura. [a] siquidem ea quæ hoc modo priora sunt, ita sint, quòd à ceteris per indifferentiam separari queant, hoc est, vt sint hoc vel illo definitè concipi possint, nec eorum cognitio plus ex hoc quàm alio pendeat, vt ens quantum non plus quàm quale significat. ita se habent vniuersalia, quę prædicantur in quid, sunt enim prima secundum rationem, quòd ab intelligentia singularium superantur: At cùm ex his quæ per indifferentiam communia sunt, quæ prædicantur in quid sint principia rei, formalia sunt item natura priora; quæ verò communia sunt ad vnum (quod posteà monstrabitur) sint apta ex suis partibus subiectis, hæc priora tantummodò erunt ratione; re autem & natura posteriora. Nil igitur prohibet quominus ea quæ sunt ratione priora, sint posteriora natura. Quamobrem patet hæc non esse nota simpliciter, neque suaptè natura nota. quinimmò illorum cognitionem ex aliorum notitia necessariò pendere. Illa igitur quo priora natura sunt, F
neque secundum rationem solum, verum etiam reipsa priora, sunt illa principia quæ per nota nobis exquirimus, & in methodorum fronte persequimur in eorum vestigatione sententias veterum scrutantes, & quę verè dicta sunt obscurè tamen explanantes & cuncta in bonum sensum transferentes. quam sanè partem in methodo nescio'num condemnandi simus, si reiiciamus ad principium scientiæ, quæ est mens qua terminos & principia cognoscimus: nanque etsi compararet aliquis progressus rationis: is demum mente finitur, Quòd si opponas eandem esse verorum demonstrationem & confutationem falsorum. [b] Quare, cum demonstratio sit scientis, igitur eam partem fore scientiæ. Respondebo, si fuerit disceptatio de principiis in aliqua scientia primis: quia non potest eorum scientia tradi progressum quidem esse sapientiæ vel dialecticum: eius verò terminum fore mentem; secus, si differamus de his quæ non sunt prima, vel pendent à principiis, quòd horum potest esse demonstratio quæ item si probabilia fuerint; propter magnum lumen principiorum, multò fidei plus efficiunt quàm si demonstrationis certissimæ vis adhiberetur: est enim demonstratio rerum per se ignotarum; ideò multam operam flagitant, vt G
& perspiciantur & credantur per se nihil afferentia lucis. Neque de omnibus est selectio veri cum demonstratione, verùm de iis quæ sunt ex principiis, aut demonstratio communiter accipitur pro omni genere probationis. Sic ergo nota nobis in primo physiologiæ limine ab Aristotele sumpta esse defendimus.

a 13. Met. c. 2.

b 1. de cœlo T. 109.

Veterum sententiæ quo pacto tractandæ, & variæ philosophorum sectæ recensentur.
Cap. VI.

IN quaque disceptatione magnus vsus haberi solet ex discussione sententiarum quas alij professi fuerint, ac mea quidem sententia multas ob caussas, quarum aliquæ sanè ab Aristotele recitantur: attamen & vna maximè necessaria mihi succurrit quam neque in postremis habendam esse iudico. Talis autem est. Nimirum in scientia facienda præcipuè consulendum esse captui discentis. Neque enim eadem discipulo nota sunt, ac præceptori; siquidem præceptor vera rerum principia noscat, & explicationem rei ab ipsius propria natura possit exordiri. discipu- H
lus contrà, cum rudior sit, multis eget tanquam apparatibus quibus erudiatur, & tantisper informetur, dum vera principia rerum assequatur, & apud ipsum plus sæpè potest auctoritas quàm quæuis efficax ratio. In euoluendis igitur aliorum sententiis multa deteguntur quæ mentem discipuli præparent ad concipienda principia quæ veterum auctoritas probabilia facit. Tùm etiam rerum natura cognitu perdifficilis est; & quamuis vna sit vnius rei scientia, quæ ducitur ex principiis quæ verissima certissimaq. sint; neque omnia scientiæ sunt obnoxia; nec si sciri queant, ab omnibus eodem modo tenentur; cum varia mihi tibiq. eiusdem rei euenta & attributa sese obtulerint ex quibus iudicia variantur. Itaque non idem ab vnoquoque principium disciplinæ solet adhiberi. Fit igitur, vt si varia principia quæ in mentem veniunt ex aduersione plurium sententiarum, in promptu sint; & id succurrere possit quod impleat animum auditoris: & illud etiam, quod sit maximè accommodatum, ad docendum quod scilicet ab auditore facilè capiatur, & vera rei principia monstret. Aliæ quoque talis consilij caussæ

A caussæ possunt afferri, ita enim tractantur, vt à nobis suprà dictum est de primis illis cogita-
tionibus rudibus scilicet & inchoatis, vt quid in illis veri continetur, accipi possit; illud re-
pudiari, quod inest falsi. Proinde in iis ita versandum, vt medici in corporum curatione; sicu-
ti enim ipsi non nutriunt, nisi corpus a prauis humoribus repurgarint: sic neque ali debet ani-
mus; nisi ante pellantur errores. Efficitur item, vt in veram sententiam possit quisque trahi
facilius, quo maior philosophorum consensus existat; erit verò hoc expeditius quo plura ex in-
hærentibus & comitantibus explorentur, atque illa quidem quæ videantur aduersa (nam neces-
sariæ contrariorum conclusiones & rationes, quęstiones sunt de contrariis) pariunt enim dubita
tionem; dubitatio verò copiam facit, & dum animum huc & illuc conuertit, viam monstrat ad
inueniendum quod quęritur, cùm ita eueniat, vt ex aduersorum collatione quod plus valeat ob-
seruari possit, & ex oppositarum rationum conflictu, non secus àc ignis ex attritu silicis, excutia-
tur veritas, & fallaciarum caussæ facilius detegantur, vnde omnis ignorantiæ caligo dispellitur.
Neque enim oratio vera solùm esse debet; sed aperienda quoque caussa est, cur falsa pro veris
habita sint. cùm ita fiat, vt ratio per quam falsa colligebantur, probabilis sanè, verùm non neces-
saria videatur. Propterea vero tum magis adhærescimus. Opposita enim (vt fertur) in proximo
magis elucent. Ex hac igitur verorũ collatione cũ falsis id facilè succedit quod optat in addiscẽte
B Philosophus. ita enim principia vera cognoscit & credit, vt ijs opposita falsa prorsus existimet;
ex quo efficitur immutabilis; id quod scientis est maximè proprium. Nec reticendum illud est
quòd aliqui ratione insistunt, nonnulli, quorum minus perspicax est ingenium, apparentibus. ea
verò sępè secum pugnare contingit, ex quo sententiæ repugnantes oriuntur. Igitur ob eam caus-
sam rationes & apparentia sunt conferenda, sępiusq. apparentia consectanda sunt quàm retinen
dæ rationes: [a] si verò pugnent cum apparentibus eas soluere oportebit. Nunc autem nisi illas — a 1.ad Eu.
soluere liceat, fidem iis habere cogimur, & inuiti decipimur. Tùm etiam quia verum ex falsis col — c.3.
ligi potest, conclusionis caussæ spectandæ sunt; ne fortè id quod cõcluditur, illi tribuatur ex quo
non pendet. Præterea maiorem auctoritatem habebunt ea quæ dicentur apud illos qui antè au-
diuerint rationes earum sententiarum quæ controuersiam faciunt. [b] Nam sic rectiores iudices — b 1.De cę
habebimur, si omnium caussas audiamus Arbitros enim præstare nos oportet, non aduersarios, — lo T.101.
si iudicando verum inuenire volumus. Cæterùm præterea, quæ valent ad rectè iudicandum, il-
lud ab Aristotele scriptum est, ea videnda esse quæ dixerint alij, ne si decepti fuerint, in eisdẽ ver-
semur erroribus. & si quod nobis commune cum illis decretum sit, ne priuatim molestiam nobis
C ipsis exhibeat, [c] dum cęteros adiutores habemus; & pro nobis pugnare paratos; quasi soli tantã — c 13.Met.
quæstionem sustinere non valeamus, itaque ad excusationem socios quęrimus; & crimen nobis — c.1.
volumus cum alijs esse commune: neque id affine culpæ habendum est; quia tametsi nihil de il-
la quæstione succurrit quod aliter constitui possit; gratum tamen esse debet non modò per om-
nia melius; sed quòd aliqua sanè meliora faciamus, alia verò nõ deteriora, si melius non licuerit.
Hic quidem nostri consilij fructus. Verumenimuerò, cùm variis modis sententiæ philosophorũ
tractari soleant, & dissolui rationes quibus confirmantur & probabiliter & demonstratiuè; non
desunt etiam (vt commune est omnibus falli) qui se cauillis inuoluant, quibus cùm se extricare
nesciant, multa comminiscuntur quæ toto cœlo distent à vero. Nonnulli item demonstrationi-
bus vtantur quæ propriæ sint aliarum scientiarũ. Nos in hac methodo constituimus illa dissolue-
re quæ vel ex nostris principiis malè deducta sint, vel conclusa mediis per accidens, vel etiam in-
uoluta sophismatis; illud in animo perpetuò fixum habentes, vt quæ ponuntur à nobis cum sen-
sibus primum, tùm deinde cum Aristotelicis dogmatis congruant: siqua præter hęc adhibean-
tur; nihilominus studebimus, vt ad ea ipsa, quæ primi propositi sunt, aliquo pacto conducant.
D Nouerat enim Aristoteles Parmenidem & Melissum, tollere naturam principij, nedum natura-
lis scientiæ fundamenta demoliri. quia verò præseferret ea disputatio philosophiam, idest, pate-
faceret aditum ad inueniendam veritatem (talis enim est vis eius locutionis ἔχειν φιλοσοφίαν,
idest, habere philosophiam: ita vt etiam alibi Aristoteles ita scriptum reliquerit aliquid esse à
ciuili philosopho considerandum, quòd haberet ἀπορίαν καὶ φιλοσοφίαν πολιτικήν, [d] idest, — d 1.Polit.
dubitationem & philosophiam ciuilem & alibi ὅσα μὲν οὖν ἔχει φιλοσοφίαν πολιτικήν, — c.4.
" [e] idest, Quæcunque habent philosophiam ciuilem, sic quia contemplatio entis & vnius veritatẽ — e 1.ad Eu.
illustrat, & valet ad fundanda physiologiæ principia, non detrectauit Philosophus eiusmodi cõ- — c.1.
gressum. Nanque etsi non naturales quæstiones ad discutiendum proponebant, de natura se lo-
qui profitebantur quæ, cùm principium foret, impellebat item ipsos ad disceptandum quodam-
modo de principio. Itaque ob affinitatem quam habebat illa positio cum physiologiæ princi-
piis, ab Aristotele considerata est. De natura autem se disserere autumabant, idcirco quòd nulla
alia substantia supra naturam ab illis perspecta fuisset. Et Epicurus etiam omnia naturæ nomine
appellauit qui ita diuidit. Omnium quę sint, naturam esse corpora & inane, quęque his accidant.
Nam quæcunque eluent aut his coniuncta duabus (corporibus & inani) rebus ea inuenies; aut

horum euenta videbis. Ex hoc efficiebatur, vt apud illos ens & natura idem esset. Vnde Galenus E rationem reddens inscriptionis libri de natura humana, docuit omnes veteres inscribere cōsueuisse suos libros de natura. Proinde naturalis erat prima philosophia, ne dixerim quoque solam: quādò mathematicę, quia bonum consectari non viderentur; è numero scientiarum expunctæ sunt; sed posteà cognitis aliis substantiis materiæ immunibus ex supremo gradu deiecta fuit, & philosophiæ primæ proximos honores occupauit. Quamobrem latius patet naturæ significatum quàm id quod in nostra methodo concipitur & definitur, principium motus & quietis, idem enim valet atque ens. Quapropter qui naturam in eo significato spectat, multa quidem tractare cogitur quę cancellos methodi nostri transiliunt, quod certè non obseruans Themistius; præsertim, cùm paullò antè affirmasset Aristoteles, eos non agere de natura, quia motus initia sustulissent, locum ita legebat. De natura quidem non: naturales autem quæstiones. & tamen illud omnino falsum questiones ab illis inductas esse naturales. Id quod etiam videtur perspexisse Galenus [a] & legisse contextum, quemadmodum nos approbauimus. Ob id igitur de natura disserebatur à cunctis; sed quæstiones erant aliquando non naturales. Eiusmodi fuerunt quas professi sunt Parmenides, & Melissus, & alij nonnulli eiusdem notę philosophi. Sed antequam singulorū noto sententias, de philosophorum sectis aliqua generatim dicere constitui. Quamuis antē hunc locum, vt cęteros omnes Pererius doctissimus vberrimè eruditissimeq. tractarit; nec quisquam F illius industriam diligentiamúe in hac tractatione consequi posśit; studebimus tamen ea seligere quę ad Aristotelem magis attinere censebimus, & si qua succurrent quæ nostro labore comparauimus, ea quoque nos in medio ponemus. Ergo philosophorum sectæ quæ tempore Aristotelis vel floruerant, vel florere incęperant, variæ fuerunt, atque illæ quidem varia nomina sortitæ, vel ab eo qui instituerat, vt à Pythagora Pythagorei, vel à genere vitæ, vt Cynici, quòd vitam canis imitarentur; ab actione nonnulli, vt à deambulando Peripatetici. à patria quidem, vt Cyrenaici, & Megarenses, & à loco potissimum, velut Academici & Stoici à porticu. Sed ea princeps distributio sectarum quæ à loco nomē obtinuit in Ionicam & Italicam huic nos Eleaticā subiicimus. Nec defuerunt qui nomen ex professione ducerent, hinc quidam morales, alij dialectici dicti, nonnulli Theologi, & illi physici qui motum pro principio statuerent. Atque vt ab Italica exordiar quæ (nisi fallor) eadem est cum Pythagorica, auctor eius fuit Pythagoras Samius Pherecydis Syri auditor qui cum Hesiodo numeratur in Theologis. fuit autē primus qui animi immortalitatem professus fuerit, & cùm apud veteres mysteria naturæ sub fabulis traderentur; grauiter & seriò philosophari cœpit. Eius ergo auditor Pythagoras. Huius sectatores de quibus meminit G Aristoteles, Empedocles, Epicharmus, Archytas Tarentinus, Alemęo Crotoniates, sed hic floruit sub Pythagora iam seniore, Hippasus Metapontinus. Eleaticæ dicitur auctor fuisse Thelauges Pythagoræ filius; eius patroni fuerunt Xenophanes, Parmenides, Melissus, Zeno Eleates; cum eis quoque Lycophronem numeremus; Leucippus, Democritus, & Heraclitus quorum ætate vixit Hippocrates. Ionicæ princeps fuit Thales Milesius: hic omnium primus naturalem philosophiā professus est; ipsum sequutus est Anaximander; huic successit Anaximenes; hic auditorem habuit Anaxagoram. is Archelaum docuit qui primus ex Ionia philosophiam vexit Athenas, hunc post audiuit Socrates. Sed ipse rerum naturalium scrutatione posthabita, ac nonnullis de definitionis regulis explicatis se totum dedit officiis ciuilibus, & animos hominū bonis moribus informare constituit vtilia persequens; ea verò quę nullius vsus essent, àc si supra hominis captum forent, omittens. A Socrate descendit Plato auctor sectæ Academiæ, Antisthenes Cynicæ, Aristippus Cyrenaicæ cum quo recensetur Eudoxus, à Platone fluxit Speresippus qui sese tenuit in Academia. Aristoteles, tametsi Platonis auditor, instituit sectam Peripateticam valdè ab Academica differentem. Quia verò huius philosophi institutionem sequimur, neque ab re nos facturos esse H censemus, si de illius familia nonnulla subiungamus. Fertur verò Aristotelē Theophrasto scholā cōmisisse, hic verò eandem methodum seruans quam instituit Aristoteles, scripsit historiam plantarum. Post Theophrastum Eudemus tenuisse legitur. atque hactenus Aristotelis decreta retenta sunt. Nam strato Lampsacenus, quanquam Theophrasti discipulus, multa cōmutauit, vnde puri illi Peripati fontes conturbati fuerunt. pretereo complures alios quorum nulla extat hodie nota apud nostros quorū audacia, seu negligentia verisimile est, disciplinam illam Aristotelicam fuisse fędatam. Mox grauissimus casus perculit non modo professores, verùm etiam libros occultauit, vt demum L. Syllæ beneficio libri Aristotelici post aliquot sæcula quasi reuixerint; eos habuit M. Varro; tractauit etiam M. Tullius, Iterum afflicta est illa philosophādi ratio, donec à Sosigene Byzantij fuit propè à mortuis excitata. Sed eius extat sola memoria, ab Alexādro illius discipulo propagata cōmentaria nulla. Hinc successit Alexander, cuius iudicium ita prestans habitū est, vt nemo Aristotelicus existimaretur, qui non esset Alexandreus. ignoratur autē hic'ne an pręceptor eius Sosigenes ὑπομνηματιστοῦ, idest cōmentatoris nomine decoratus esset. Ab Alexandro Themistius emanauit, quē Metaphrasten maiores nostri vocarunt. Hinc Michaël Ephesius vsque ad Theodorum

a 1. De Elem.

A Theodorum Metochyten, quos Atticos, generatim dictos fuisse coniicimus ab interprete tertij de Anima, quē sub Ioannis Grāmatici nomine tractamus, sed obseruarunt nōnulli Stephanū esse & ipsum Aristotelis interpretē, sed cuias ipse fuerit è quo ordine, qua ætate nil certi succurrit quod affirmari valeat. Aliquanto ante hæc tēpora disciplinæ Alexandriæ excultæ sunt earū professores Ammonij & Grāmatici; atque illi quidem sæpè doctori suo parùm amici. Ex interpretibus Aristotelis illi etiam Platoni dediti; nescio verò tenuerint'ne; cùm è Gręcia pulsi fuerint, Simplicius, Priscianus Lydus, & Olympiodorus; & hic etiā non valdè Aristoteli addictus. Inde ad Arabas disciplina Peripatetica permanauit; apud hos Auerroës & Auicenna floruerunt; quamquā in Hispania tenuere: pòst ad Britannos & Germanos; inter hos excelluit quamquam longo post tēpore Scotus. A Britannis & Germanis opera Karolimagni, qui Longobardis subiugatis, & Italia ab eorū tyrannide liberata, Romæ, Bononiæ, Ticini gymnasia publica erexit; philosophia longo temporis interuallo migrauit ad Italos: horum omnium Coryphęus D. Thomas.

Explicatur generatim, quo pacto scientiarum principia tractentur, & quam viam tenuerit Aristoteles, dum veterum sententias de principijs conuellit. Cap. VII.

B CAETERVM sententiæ de rerum summa existunt, quippe quòd initia physiologiæ pertentent, & ex his aliquæ sic labefactent, vt ipsi nil planè relinquant, quo firmari possit. Quare constituendum quippiam fuit quo physicè insisteret. id ab Aristotele confectum fuisse scimus: sed qua ratione, qua via, & quatenus factitatum, non æquè constat apud omnes. Igitur antequàm cominus accedamus ad ea perpendenda quæ veteres philosophi decreuerint, breuiter explicare præstabit, quemadmodum scientiæ in suorum principiorum tractatione versentur. Ab iis verò exordium disputationis nostræ ducetur quæ monuit quondā nos Aristoteles in quaque quęstione vestiganda. [a] Ea verò etsi ad Geometriam ab ipso accommodantur, nihilominus ad physicen facilè transumuntur. ita enim illa pręcepta traduntur, vt ab vnius sciētiæ progressu, de omnibus idem fiat iudicium. Quamobrem è disputationibus quasdam naturales esse ponemus, alias autem nō naturales, eas naturales appellamus quæ pendent ex principiis philosophiæ naturalis. Non naturales autem, vel quòd physiologiæ principia non assumant, vel quòd iis abutantur. Cùm tot modis tractentur quęstiones, illud ratum esse oportet, dum versamur in scientia naturali, de non naturalibus absolutè nihil esse dicendum. Proinde etiam Plato quendam de C rebus ad Geometriam [b] pertinentibus sciscitantem misit ad Euclidem, licere autem verba facere naturali philosopho de quęstionibus illis quę sunt non naturales aliqua ex parte. Quocirca si disputationes naturales pendent è principiis scientiæ naturalis. contrà, cùm quęstiones de principiis rerum naturalium non possint esse ex hoc genere, neque ordine, & quęstiones igitur de principiis rerum naturalium, erunt omnino non naturales. oportebit enim esse principiorū principia, quod scientię prorsus aduersatur. Verùm fac incidere controuersiam de principiis huius methodi, cuius'nam officium erit illa tractare? Profectò principia cuiusdam scientiæ, aut in alia principia resoluuntur, aut sunt absolutè prima. Rursus, si tractanda sunt, aut ita illa tractare oportet, vt demonstrentur, aut vt respondeamus ad obiectiones. Ac si ea demonstrari contingat; aut per caussas demonstrantur, aut per nota nobis. Insuper obiectiones ad quas respondendum est, aut pendent ex illius scientię principiis, aut illa euertunt. Si igitur illis alia principia pręcedant, eorum probatio pertinet ad eam scientiam quæ versatur in notitia principiorum superiorum, hęc autem subalternans à dialecticis appellatur. Si verò principia prima fuerint absolutè, aut hæc euidentia per se sunt, ita vt solius sensus auxilio notescant, aut si non adeò cōspicua fuerint, nec demonstrantur D item; sed admonitione quadam persuadentur, ea verò communis esse cuique scientiæ potest, aut quanquam conspicua, si negentur propter proteruientes vna redargutione confirmantur. id autem præstat habitus dialecticus. Generatim verò in illa scientia in qua tanquàm principia sumuntur, ea supponi oportet, et si quo pacto tractentur, ita tractentur, vt aut declarentur per nota nobis, aut vt tollantur obiectiones, non omnes sanè, sed illæ quæ è principiis eius scientiæ ducuntur. Itaque aut vbi non supponantur physiologię principia, aut afferantur rationes, quę ipsa funditus è medio tollant, non abutentes neque detorquentes illa, non erit munus philosophi naturalis ea tractare. Verùm si de principiis existant, aut erit subalternantis officium, aut communis cuiusdā, siue ea fuerit prima philosophia, siue dialectica. Sed cùm scientiæ principia varia sint, variiq. scientiarum ordines: age nunc particulatim singula percurramus, & ius suū cuique scientiæ reddere nitamur. Quid verò controuersię sit adhibitis hisce distinctionibus facilè intelligetur. Nā genera probationū tripliciter distribuimus. aut enim sunt ex caussis, aut ex effectis, aut ex notis nobis; quid autē differat nota nobis ab effectibus anteà dictū est. Pręterea principia sunt illa ex quib. demonstramus, aut de quibus, i. ipsa subiecta. hęc autē vel generalia sunt cuiusdā scientię totius, vel propria cuiusdam partis, atque illa quidē quorū principia partes proprietatesq. vestigantur.

a 1. Post.

b Val. Max.

Atque iterum principia ex quibus demõſtramus, aut cognitionis initia ſunt,aut rei. in principiis E cognitionis ſunt axiomata cõmunia, hypotheſes, & quædam nota nobis quæ petuntur à ſenſu. Principia rei ſunt definitiones & cauſſæ, vel totius ſubiecti, vel partium eius. Ex his autẽ illa quæ ſunt nota nobis ad inuentionis potius quàm cognitionis initia referuntur. ac ſi cognitionis initia libeat appellare, nõ idcirco debent in methodo tractari.[a] ſiquidẽ ſunt vulgo notiſsima; ars autẽ & ſcientia quæque verſetur in iis quæ vulgo latent, neque in euidentibus tractandis operã ludat. & Ariſtoteles hæc[b] eadẽ cõſtituit tanquã præcedentia cognitioni primorũ principiorũ: quapropter re uera non ſunt ſcientiæ principia. quocirca à nob. optimo iure omittentur. Ideoq. dum ſcrutabimur poſsint'ne ſcientiæ tractare ſua principia, definitiones, & axiomata ſolum, & cauſſas; cùm ſubiecti totius, tùm eius partium cõplectemur, eaq. cum triplici probationis genere conferemus. Poſtremò cùm principia ſumi poſsint, vt illa quibus accidit eſſe principia, aut etiam cum habitudine ad ea quorum principia ſunt, vtrunque caput in controuerſiam reuocare volumus. Sed enim illud præceteris ſtatuendum eſſe videtur neminem vſquam aggredi ſcientiam, quin iam animo præoccuparit aliquas eſſe cauſſas & eorum principia quorum ſcientiam quærit. Nam qui ſcientiam perſequitur, is certè in cauſſarum notitiam contendit. Nec etiam vulgò ignotum eſt:[c] ſcire eſſe rem ex cauſſa cognoſcere. propterea dixit aliquando Ariſtoteles,[d] ſcientiæ & ratiocinationi cauſſas ſupponi quæ quæruntur. F[e] idemq. inuectus eſt in Parmenidem & Meliſſum, quia naturam principij tollerent. quòd hæc hypotheſis mirum in modum ſcientiæ leges euertat. Idcirco vereor ne Theophraſtus[f] parum aptè collegerit eſſe principia, ſimulq. hoc officiũ phyſico delegarit, ita enim ratiocinatur. Compoſita ſunt. Compoſita conſtant è principijs. Et principia ſunt igitur. Quis enim non perſpicit id concludi, quod accipitur? dum enim compoſita cõcipio, principia quoque componentia cogito. Nec cur id officium phyſici ſit, prorſus ſcio. quippe quòd eadem ratione poſſet vti mathematicus. ac primus philoſophus, & omnis artifex, dum ponit quiſque ſubiectum, cuius principia, partes, affectionesq. venetur. Itaque ratio communis eſt, nec è principiis rei ducta, nec demonſtratiua; nec phyſica igitur. Verùm quia poſſet quiſpiam repugnare dicens, quamuis id ad phyſicum non pertineat; eſſe nihilominus habitum quendam qui tractet ita principia, vt doceat aliqua eſſe ex quibus conſtent demonſtrationes. Monet Simplicius nullum habitum exiſtere qui hoc munere fungatur. Neque verò neceſſarium eſſe, quòd ſua cuique ſupponantur. Et illud perſpicuum eſt in naturali philoſophia cõpoſita eſſe eorumq. eſſe principia, & philoſophiam naturalem habere principia. quocirca nec illius notitiã ſine principiorum cognitione haberi poſſe. & ſtatim conuertere ſe ſcientiam ad exquirendum qualis ſit G principiorum vis; vt quamuis quæſtio ſit'ne res, anteponenda ſit: nihilominus ea non requiratur in omnibus, ſed in iis quæ ſint, nec'ne ignoratur. Atqui principia noſcuntur. Veruntamen finge tu nunc ignorari principia, neque itidem ad phyſicam pertinebit eorum explicatio, ſed ad aliam methodum. Ceterùm niſi hęc in bonam partem accipiantur nec rectè contra Theophraſtum inferuntur, nec progreſſum Ariſtotelis admodum ſeruant. Hæc enim quæ aſſumit Simplicius, ſi transferantur ad ſignificandum certa principia, v. g. formam, aut finem; nihil id ad rem noſtram, qui cum Theophraſto de ratione principij diſputamus: nec quærimus ſit'ne forma, aut finis; ſed vtrum principia ſint abſolutè nec'ne. quod nos in omni methodo, vt perſpicuum ſumi defendimus. Quòd ſi Simplicius principij rationem accipiat; etiam fallit quandò item ratio principij demonſtretur; vt cùm prima contraria concluditur eſſe principia. Quocirca ratio principij, nec à phyſico, nec à primo philoſopho, aut dialectico, nec demum in vlla methodo peragetur quæ ſimplici quæſtione colligatur; ſiquidem natura per ſe, dum ingenuit ſciendi cupidinem, excitat nos ad obſcurarum rerum cauſſas indagandas, & ita notitiam cuiuſdam principij quod inquirendum ſit, ſubminiſtrat. Verùm principij rationem veluti complexum concludi nil prohibet. H Nec quicquam vetat, quominus opiner eam tractationem à philoſopho confici poſſe; & quamquam methodum ita ſuorum principiorum rationem habere, ſi oporteat. Mox ad ipſa principia transeamus. Quia verò totius ſcientiæ ſubiectum vt baſis eſt eorum omnium quæ in ſcientia tractantur, & id quo vniuerſa referuntur, & cuius gratia reliqua ſpectari debent, de illo primùm diſſeramus. In primis verò accipimus ſcientiam ſubiecto definiri & ab ipſo ſic determinari, vt illius gratia cuncta diſquirantur. quia primum pellit ſenſum, & animo deſiderium ſuæ cognitionis incutit. Porrò dum quidpiam noſcere volumus, conſectamur quid & cuiuſmodi ſit. illud definitione conficitur. hoc abſoluit demonſtratio. Quare definitiones & demonſtrationes illò tendunt, vt ipſarum auxilio noſcatur ſubiectum. vſque adeò, vt tametſi methodus rem quæ ſenſibus ſeſe obtulerit, in ſua principia reſoluat & vbi reſoluerit, ibi demum quieſcat; at non ceſſat mens, quin reditu quodam facto cauſſas reſolutione inuentas applicet ad id quod anteà quærebatur. Hoc igitur non modò ignotum ſimpliciter eſſe nequit, ſed neque etiam omni ex parte notum. ſiquidem aliquod ſenſile, idq. notiſsimum nobis pro ſubiecto ſumatur neceſſe eſt, vt ad ſui diſquiſitionem excitet mentem noſtram, ac niſi tale fuerit, non rectè conſtituetur ſubiectum.

Proinde

a Gal. lib. de optima ſecta.
b 2. Poſt. T. 27.
c 1. Poſt.
d 6. Met. T. 1.
e 1. Phyſ. T. 8.
f Simpl.

A Proinde ens & substantia mobilis & quantum, quia notissima nobis vt subiecta ponuntur, & eorum principia proprietatesq. vestigantur. Nec vlla methodus est, quæ non accipiat aut vnum ex his, aut eius aliquam partem, aut ipsorum aliquid seu proprium, seu principium. Neque verò sic nota esse oportet ea, quæ scientiarum subiecta facimus, vt singulæ illorum partes necessariò teneantur: neque sic totius scientiæ subiectum constituitur: verùm sat est, si cognoscatur esse simpliciter, ita substantiam esse simpliciter nouimus, etiam si vna aut altera substantia cognoscatur à nobis quia demptis indiuidui conditionibus vniuersalibus substantia remanet. Itaque ex illo etiã quòd si non omnia; saltem aliqua moueantur; motum quoque esse colligitur. item assecurandũ est de quanto, quod sine actu cognitione partium poni potest, vt subiectum. Ea postmodo quæ ignota sunt, siue partes, seu principia, siue proprietates in methodo suis viis & ingeniis exquiruntur, de quibus mox agendum est. Et de proprietatibus non est dubitandum, quin ipsarum demóstratio sit afferenda; quæ quidem sit vel propter quid solum, si sensui nota sit, vel propter quid & quòd sit, si fugiat sensum. caussas enim habent, cur insint in subiecto. Partes sanè multis modis accipiuntur in methodis. vel vt subiectum, sicut animal substantiæ naturalis, vel vt pars eius quod est ad vnum, velut accidens ad ens. & cęlum ad reliqua corpora simplicia, vel vt pars methodi, quia scilicet in aliqua eius parte proponatur ad examinandum, velut ortus qui duobus libris separatis explicatur, licet referatur ad substantiam quæ physicæ totius est subiectum. huius generis esse queunt ea quæ non sunt, vt inane, lineæ insectiles, infinitum, & huiusmodi. Sed quomodocunque pars accipiatur de illa controuersia nascitur inter Auerrois interpretes propter repugnantiam quæ in eius philosophi verbis deprehenditur. Nam quandoq. concedit Auerroës partes subiecti in eadem scientia posse demonstrari. [a] Vnde etiam summus philosophus ignem esse aliquando concludebat. [b] Tamen alibi negat in scientia demonstrari posse subiectum, eiusúe partes. [c] Priorem sententiam Zimara defendebat. neque ipsi videbatur absurdum, partes subiecti vbi fuissent ignotę, cùm habeāt aliquid seipsis notius, aut proprium, aut caussam, vel ex caussa, vel ex effectu demonstrari. Corroborarunt alij Zimaræ sententiam nonnullis argumentis. Inquiunt enim. Siquis sit ad quem pertineat ostendere rem esse, ad eundem quoque spectare ostendere quid sit. Sed ad geometram verbig. pertinet considerare, sit'ne triangulus qui pars est, seu species subiecti. Ergo etiam ipse docebit quid sit. Si igitur illi sciendum est, sit'ne triangulus; idē quoque sciet quid sit. Atqui hæc cognitio est à priori & ex caussa. Prætereà definitio potest esse nota aliqua ex parte, quamuis definitum sit ignotum. Ergo definitum ex definitione demonstrabitur. & ex caussa igitur. Quòd item ex effectu partem subiecti demonstrare liceat, Aristotelis auctoritate confirmatur qui docet nos posse noscere rem esse, vel per se, vel per accidens, idest quando fuerint nota nobis euentu rei propositæ. permulta verò huiusce progressus exempla subiicere possem. vt cùm ignem esse probatur ex eo quòd terra sit & esse mentem agentem, quia sit potestate mens. Sed opponam ego huic sententiæ rationem Aristotelis ita concludentis. [d] Si demonstraretur esse subiectum; ergo & quid est subiectum demonstrari posset. Sed quid est demonstrationi non est obnoxium. Nec quòd sit igitur. Quapropter, vt cum Aristotele consentiamus & Auerroëm purgare possimus; accipiemus primùm nullum esse genus demonstrationis quo simpliciter aliquid esse probari posit. Et quamuis à definitione progrediamur ad definitum; nec id etiam vel auctore Auerroë genus est argumentationis, sed numeratur in admonitionibus. siquidem in ipsa definitione rei definiendæ natura statim appareat: cùm idem sint definitio & definitum, sed in definito natura ipsius cõfusa spectetur, in definitione verò distincta & euoluta in suas partes. Ac siquis est processus rationis in definitione, is est à parte definitionis ad partem, vt à genere ad differentias & à partibus ad totam definitionem. & si rectè animaduertas, est via seu methodus, non instrumentum cognitionis. Demum omni genere syllogismi simpliciter excluditur definitio, per se. Sed neque demonstratione ab effectu concludi potest quæstio simplex. siquidem id quod demonstratione concluditur, vt in alio concluditur, & efficit quæstionem complexam. Restat igitur, vt quæstio simplex absoluatur syllogismo quem diximus hypotheticum per naturam. Quapropter ad ea quæ aduersarij dicebant, ita respondemus. Primùm notantes accipi falsò vbi procedimus à definitione ad definitum, esse genus argumentandi; sed euolutionem solam & distinctionem definiti in suas partes. [e] Similiter quòd à parte definitionis ad definitum syllogisticè progrediamur. id quoque nego. Et noscimus quidem esse rem, vel per se vel per accidens; nec tamen per syllogismum simpliciter. Quod verò ad repugnantiam pertinet quæ ex verbis Auerrois exoritur, eam facilè tollo; quoniam 4. de cęlo probationem non simpliciter accipit, sed quemcunque rationis progressum quem nos tum esse dicimus syllogismum hypotheticum per naturam; 6. verò Met. dicimus ipsum syllogismum simpliciter ei denegare. Succedunt his principia cognitionis quæ dicimus axiomata. Hæc sanè nullum genus demonstrationis admittunt, quia nihil habent neque prius seipsis, neque notius, neque natura, neque nobis. Habent quidē axiomata principia quędā inuentionis, ipsa scilicet sensilia & singularia è quibus colliguntur.

Marginal letters: B (at "thodi, quia scilicet"), C (at "nota aliqua ex parte"), D (at "thodus, non instrumentum").

Marginal notes: a 3. De cęlo T. c. 32. — b 2. De cęlo T. 18. — c 2. de An. T. c. 27. 6. Me. T. 1. — I. — II. — III. — d 6. Met. T. 1. — Ad I. — e 1. Phys. T. 5. — Ad II. — Ad III.

Siquis tamen illa neget, proteruiens potius quàm quòd iis fidem non habeat; dicimus esse mu- E
nus artificis communis, seu dialecticus sit, seu primus philosophus; redarguere solùm ea negan-
tem, neque vllo modo demonstrare, quippe quòd omnino sint indemonstrabilia. Qua verò id ra-
tione efficiatur, hac facta partitione cognoscemus. Scire enim licet, inter axiomata vnum esse,
a 4. Met. T.7.8. quod est omnium primum & principium ceterorum pronuntiatorum,[a] nec quidem, vt caussam;
sed vt per se notissimum. De quolibet verum esse asserere, aut negare. Ex hoc autẽ reliqua axio-
mata fidem sumere. Philosopho igitur nulla via succurrit qua primum illud confirmet. Itaque
subuenit philosopho dialecticus, & ea ratione confirmat deducendo negantem in absurda, repu-
gnantia, nugas, & consimiles scopos qui sunt dialectici. Hoc principio stabilito cęterorum proba
tionem suscipit. Primus philosophus quæ sic confirmat, vt eò deducat aduersarium quod fieri
nequit, id verò est quod opponitur illi primo principio. Nam siquis exemplig. neget. Quæ vni
tertiò similia sunt, inter se quoque esse similia. dicet primus philosophus. Si minus; ergo inter se
similia non essent. quare nec illi eidem similia erunt, sed dissimilia. Quapropter eadem eidem
similia erunt & non similia. Sic de quolibet non erit verum asserere & negare, quod & euiden-
tissimè falsum est, & nullo modo fieri potest. & hac ratione reliquarum scientiarum principia
probantur. Nec ob id te suspicari velim, primã philosophiam ceteras scientias sibi subalternas ef- F
ficere, si illarum principia probet. Neque enim omne genus probationis constituit gradum subal-
terni; sed vbi procedat ex caussis, quod in nostra hypothesi non vsuuenit. Deinde moneo prin-
cipia notissima non sic à philosopho tractari, quia contracta sint ad cuiuspiam certę scientię sub-
b 1. Post. iectum, vt in quaque scientia sumi debent, accipiuntur enim secundum analogiam,[b] vt nosti; sed
ita tractantur à primo philosopho, quà communia sunt. at tum principia sunt entis, quatenus est
c 11. Met. sum.2.c.2. ens: [c] ideoq. non probantur, qua cęterarum scientiarum principia sunt, sed vt principia entis,
quibus inest per accidens, vt contracta ad certa subiecta fiant principia cęterarum scientiarum.
Ex his soluere licet Eudemi dubitationem qui sic argumentabatur. Cùm probatio principiorum
ad nullam scientiam spectet, sed aut ad superiorem, aut ad communem quampiam. Si ponamus
illa in superiore aut communi nota non esse. Nec igitur hæ scientiæ sua principia confirmare po-
terunt. quare ad aliam illas confugere oportebit. Aut igitur in infinitum hoc fiet; ideoq. efficie-
tur, vt nullius rei scientia esse possit, aut aliqua scientia poterit sua principia probare contrà quã
d 1. Phys. T. 8. constituerit Aristoteles, inquiens. Nulli de principiis. [d] Nanque, vt etiam testatur Simplicius re-
spondens ad Eudemum, hęc scientia perueniet ad ea quæ per se nota sunt, quæ nemo sanę mentis
vnquàm negaret nisi proteruiens, in quem sic inuehetur, vt paullò antè docuimus. Secundum ab G
axiomate locum hypotheses obtinent, quas ab axiomate differre nouimus, quòd axioma de do-
mo affertur, hę tantisper illi cedentes præmonstratorem desiderant; sed tamen vt primùm decla-
rantur, credit auditor eas aut communes esse accepimus in vniuersa scientia, cuiusmodi illa est.
Statuatur omnia aut quędam moueri; aut speciales, & ad probationem cuiuspiam certæ conclu-
sionis in ea facultate sumi, attamen ipsas per se demonstrari posse; vt si infinitum non esse pona-
mus cum Anaxagora disserentes de naturæ principiis, quod posteà pluribus transigendum sit.
Cęterùm si communes fuerint, per sensum notescunt, quemadmodum reliqua principia de qui-
e 1. Phys. T.11. bus suprà dictum est. [e] Quòd si non sufficiat sensus, aut quoquo pacto negentur, earum proba-
tio pertinet ad aliam methodum, siue ea communis sit, siue habeat illam, subalterna. vtputa ma-
thematicus accipit à physico in infinitum diuidi posse continuum. Si verò fuerint speciales &
scientiæ partem respiciant; non video, cur in eadem scientia probari non possint. Nam prius ali-
quid habent in illa scientia ex quo demonstrari queant. Itaque non de illis ad aliam facultatem
quæstio reuocari debet, sed de principiis illius primis, si fortè negentur, iis positis reliqua ex illis
necessariò consequuntur. Ad hoc tamen dialecticen valere non nego. nullis enim cancellis coër- H
cetur; sed ex datis procedens, aditum habet ad quodlibet problema; atque ita latè patet, vt siquis
principia primo philosopho negaret, facultas illa probandi suppeteret dialectico. Neque enim
illos audiendos esse puto qui æqualem ambitum dialectico & primo philosopho concedunt,
quòd vtrique de ente speculentur. siquidem non seruant eandem proportionem vtriusque me-
thodi vires. cùm tametsi primus philosophus de ente disserit, accipiat tamen ipsum terminis qui-
busdam & certa considerandi ratione definitum, itaque definitas habet quæstiones. contrà dia-
lecticus omne ens peruagatur, nullis certis quæstionibus adstringitur. idcirco non minus distat
dialectica à prima philosophia, quàm à reliquis scientiis. sed si id præstare potest eadem scientia,
cur opem dialectici implorare debemus? Quod igitur ad cognitionis principia pertinet, ita cõ-
stitutum sit. Reliquum modò est, vt principia rei conficiamus. Porrò principia rei caussas defi-
nitionesq. complectuntur. easq. cùm generales, tùm item speciales. De generalibus disserens
f 2. Phys. T.c.22. Auerroës [f] eas distribuit in primas, & prorsus indemonstrabiles, & illas quarum aliæ caussæ prio
res extent. Si primæ fuerint, putat eas ex effectibus ostendi posse; nos agamus communius, &
dicamus ex notis nobis, quòd si in alias superiores caussas resoluantur; propter quid ipsæ sint,

explicare

A explicare munus esse superioris scientiæ. Veruntamen inuehebantur in Auerroëm viri grauissimi ita opponentes. Primùm quòd non ex caussis efficiatur scientia principiorum. Cùm enim scire quòd est, & scire cur est ita se habeant, ut aliquando in eadem scientia vterque sciendi modus habeatur, nonnunquàm verò scire quòd res est, sit inferioris scientiæ, cur autem superioris. Si in eadem scientia sint, quòd est & cur est, patet reditum fieri posse à demonstratione, quòd est ad demonstrationem cur sit. Non igitur ex alia scientia demonstrationẽ cur est, petere cogemur: sed vna eademq. scientia vtraque hæc munera præstabit. Quòd si singuli sciendi modi pertineant ad singulas scientias, neque item cum vero consonabit id quod dicit Auerroës. Quoniam scire quòd res est maximè pertinet ad eam sciẽtiam in qua docetur cur est. Cùm igitur accipiat Auerroës ipsum cur est, ad superiorem scientiam pertinere; & ipsum quòd est, igitur ad eandem scientiam pertinebit. Neque item ex effectis ostendi queunt principia subiecti. Signo illud esto. siquidem ostendere quòd res sit, sit ostendere caussam quòd sit. Verùm si scientia caussam esse demonstraret, posset item retrocedendo caussam eiusdem ostendere. Itaque scientia subalterna posset docere, cur essent sua principia, oppositum verò pronuntiabat Auerroës. Sed mirandum est homines bene doctos in re tam ludicra lapsos esse, & sophismate leuissimo ita sese implicasse, quandoquidem etsi in eadem scientia continetur vterque sciendi modus: at non idcirco potest inferri

B etiam principia cognosci cur sint. Neque enim sic intelligitur vtrunque sciendi modum referri ad eandem rem, vt accipitur in obiectione: sed quòd vnius sit scientia quòd est, alterius autẽ cur. Quemadmodum se habent propè esse & non scintillare. quòd ex eo quòd non scintillent nouimus esse propè: ex eo quòd sint propè nouimus quamobrem nõ scintillant: non autem, quia nouimus ab effectu quòd propè sint, idcirco etiam nouimus cur propè sint. Cùm secundo loco affertur. Neque id euenire, vbi diuersa sit scientia qua cognoscimus cur est ab ea qua nouimus quòd est. quoniam, dum cognoscimus cur est, simul item nouimus esse rem. Dicimus ipsum quòd est esse duplex, aut quod est notum nobis sensu & per accidens, aut quod est per se notum & per caussas. quod notum nobis est, vt sensu & experientia notuerit, in alia scientia & in arte plerunque conspicuum est, quòd ars tractet sensilia; caussa ad superiorem scientiam pertinet. & de hoc sciendi modo agebat Auerroës. Vbi tertiò dicitur ostendere quòd est esse ostendere caussam quòd sit. Id non videtur perpetuò verum, sed valebit solùm in caussam habentibus. Nam siqua sit prima caussa simpliciter, vbi ad illam resoluendo peruenero & nouero quòd sit: at non idcirco illã sic esse nouero, quia nouerim eius aliquam esse caussam; sed quia per se nota sit. Aut erit cogni-

C tio quòd caussa sit, quæ sit eadem cum eo cuius esse quæritur. Nam in simplicibus quatenus simplicia sunt, idem est esse & essentia, caussæ verò sunt huiusmodi: Restant modò principia rei specialia, vt caussæ hominis & disciplinæ compotis. Atque horum quidem notitia paratur ex notis nobis, & potissimè demonstratione quòd est, si complexa fuerint. Ideoq. dictum est ab Aristotele accidentia magnam partem conferre ad cognoscendum quid est. si incomplexa, iis sanè instrumentis de quibus antea dictum est, cùm de incomplexorum probationibus ex 6. primæ philosophiæ diceremus. His ergo modis scientiarum principia tractantur. Verùm poterit nobis opponere quispiam. Cùm de principiis existere possit quæstio duplex, an sint, vt an sit materies, an sit Deus; & an hæc principia sint; cur posteriorem hanc quæ complexa est, ab Aristotele tractatam comperimus; alteram simplicem videmus fuisse neglectam? præcipuè quòd non negatur scientię cuilibet ex notis nobis ad sua principia proficisci. Prætereà si quæstionem simplicem damus in partibus subiecti causisq. specialibus, ecquid est caussæ quominus etiam de illis excitari possit quæstio simplex? An plures sunt caussæ propter quas omittitur simplex quæstio de causis primis; cùm quòd propter obscuritatem vim methodi fugit; tùm etiam quòd quæstio simplex est

D de eo quòd est esse simpliciter; at quæstio de eo, quòd res sit simpliciter, est quæstio metaphysica; Sed valeat hoc in scientiis particularibus; nanque opponet illico quispiam, cur non id pręstat prima philosophia? Quin etiam si quis in controuersiam reuocet principia communia; videtur incurrere in hoc periculum, ne de tota scientia dubitet; ergò eam profiteri nequit: at de caussa speciali dubitans adhuc scientiam tueri potest; & de caussa speciali quęstio specialis est à qua primus philosophus abhorret perpetuò tractans vniuersè. Qui dixerit hanc quæstionem fugere methodum, patronum habebit Auerroëm; is enim substantias separatas per se ipsas spectari posse tùm monet, cùm adepti sumus alias scientias, sunt verò principia entis, quare methodo excedunt. Ita ego de reliquis principiis primis simile iudicium faciam; præsertim quòd scientiam & habitum demonstratiuum sic definiri perspicio, quòd sit vnius generis subiecti eiusq. principia partes & proprietates doceat. qui periculum scientiæ proponet Græcos auctores sui consilij proferet. Reliquum est nunc, vt explicemus, quemadmodum cõflixerit cum veteribus Aristoteles. iam enim patuit à physico negotium hoc peragi non posse. Nanque etsi habet aliquid fortè quòd afferat cõtraponentes motum: at nihil superest physico quo pugnet cum ijs qui negant motum. Video censere quosdam eo tempore physicum primum philosophi personam sustinere, quod item confirmari

confirmari audio, quia loquitur de ente Ariſtoteles. ens verò pertinet ad primum philoſophum. E
Terminos alij docent eſſe primi philoſophi, modũ diſſerendi dialecticũ. Mihi non placet Ariſtotelem primi philoſophi perſonam ſuſcipere. Nam ſi ita dicamus, vereor ne habitum primi philoſophi phyſico præponere cogamur; cùm tamen ea vox μετὰ τὰ φυσικὰ, id eſt, poſt naturalia, moneat habitum phyſicum eſſe præponendum. Neque illud prorſus verum, ens eſſe terminum
a 4. Met. T. 5. primi philoſophi. [a] ſiquidem dialecticus, Sophiſtes, & primus Philoſophus in entis conſideratione verſentur. Proinde cùm dialecticus etiam de ente diſſerat, cum eiuſdem quoque facultatis principia reſpiciat; illi probans de quolibet aſſerere, vel negare verum eſſe; cum item modus diſ-
b 1. Elen. c. 3. ſerendi ſit dialecticus; id quod ſcopi ſignificant quos in ea diſputatione ſpectat Ariſtoteles; [b] non video cur congreſſus non ſit dialecticus. Etenim deducere in abſurda contradicentia quæ fieri nequeant, & ſolœciſmos ſunt ſcopi dialectici quos in tota illa diſceptatione conſectatur Ariſtoteles. Atque hactenus de ratione qua principia ſcientiarum in ſcientijs generatim tractantur, & quemadmodum in methodo naturali Philoſophus in veteres inuehatur.

Sit'ne ſubalternationis affinitas inter phyſicen & primam philoſophiam. Cap. VIII.

SI. Phyſicus perſonam dialectici ſuſtinet, dum inuehitur in eos qui tollunt motum & moueri, F
complura accipit à ſenſu; facilè conijcere poſſumus inter phyſicen & alias ſcientias, nullam affinitatem ſubalternationis intercedere; ſiue ea ſola conditio requiratur, vt nos opinamur, ſiue etiam aliæ nonnullæ quas alij philoſophi ponunt, quanquam Ariſtoteles omnem rem ſub dubio reliquit, cùm indefinitè pronunciauit; vbi principia negentur, officium ea probandi, aut eſſe alterius, hoc eſt, ſubalternantis, aut omnium communis: communis autem eſſe poterat tùm dialectica, tùm etiam prima philoſophia, quòd ſi dialecticen ſignificare voluiſſet Ariſtoteles, iam prima philoſophia quæ in principiorum probatione verſatur, ad alterum membrum reiicienda foret, & eſſet ſubalternans. Nec minores difficultates affert natura ſubalternantium quam in philoſophia Peripatetica non niſi coniectura aſſequi licet. Itaque non ab re mihi facturum videor, ſi rem hãc accuratius exquiram. Igitur de conditione ſubalternarum tot propè ſententias celebres obſeruo. vulgarem vnam quæ ab antiquis accepta fuit: iuniorum duas. Paſsim defendi ſolet hæc tria conſtituere ſubalternam, ſi ſubiectum inferioris in ſuperioris ſubiecto contineatur. Cùm verò ſubiectum accipio, vel totum intelligo, quod ex duabus partibus conſtat, altera, vt materia nimirum re tractanda, altera, vt forma, nempè conſiderandi ratione quę vtraque ſi in ſubalternante & ſub- G
alterna ſeruentur vt mihi in phyſica & medicina videtur, efficiunt ſubalternationẽ numeris omnibus abſolutam, vel alteram ex his partibus ſeorſum, vt ſiqua res naturalis mathematicè ſpecte-
c 2. Phyſ. tur, ſiue aliqua res mathematica naturaliter; [c] vnde inferior quidã gradus ſubalternationis exoritur. Deinde vt inferioris ſubiecto accidentaria quædam conditio ſuperueniat, vt lineæ videri poſſe. Poſtremò vt inferioris principia petantur à ſuperiore. Sed reuoluenti complures facultates quæ ſine controuerſia numerantur in ſubalternis, aut non omnes his legibus adſtringi videntur, aut non ita ſimpliciter accipiendæ, aut non primę. Nanque opponam Aſtrologiam quæ ſubalterna eſt, Aſtronomiæ, Siquidem vbi vna accipiat quòd res eſt, altera doceat cur ita ſit, iam ratio ſubalternationis intercedit. Atqui Aſtrologia petit ab Aſtronomia rationes motuum; quapropter eſt ſubalterna. Neque tamen ſubiectum eſt pars. etenim in vtraque cęlum obſeruatur, aut vniuerſum. Præterea quòd accidens alterius ſubiecto accedat non licet abſolutè defendere: quandò ex ſubiecto & eo quod adijcitur veluti forma, fit vnum per ſe, quod eſt abſolutè ſubiectum ex gemina parte conſtitutum ex materia nimirum, & ratione conſiderandi. Sed ſubiectum per ſe eſt vnum, idem eſt methodi finis, quippe cuius gratia cętera conſiderantur, & ad quod referuntur, H
quod accidens eſſe non poteſt. Tertiò non neceſſarium, quòd omnia principia ſubalternæ reſoluantur in alia ſuperiora principia. propterea quòd ſunt ea principia, vel complexa, vel incomplexa. atque incomplexa quidem à nullo demonſtrantur, & eadem ſunt in ſubalterna & ſubalternante, vt linea, quadratum & huiuſmodi. quòd ſi complexa fuerint, non videtur negare Ari-
d 1. Poſt. T. 27. ſtoteles [d] fieri poſſe, vt ex eiſdem principiis aliquid demonſtretur in ſubalterna quod demonſtratum fuit in ſubalternãte. ita enim ſcripſit Ariſtoteles, ἀλλ' ἐξ ὧν ἢ δείκνυταί τι περὶ ὧν ἡ γεωμετρία ἐστιν, ἢ ἃ ἐκ τῶν αὐτῶν δείκνυται τῇ γεωμετρίᾳ, ὥσπερ τὰ ὀπτικά, hęc enim interrogatio geometrica eſt, quæ eſt ex iis principiis ex quibus aliquid oſtenditur, quod ad geometriam pertinet, aut illa quæ ex eiſdem, ex quibus aliquid in geometria demonſtratur, cuiuſmodi ſunt optica quaſi eadem accipiantur ad probandum geometrica & optica theoremata. Quocirca viri præſtantiſsimi veterum via relicta non multis, ſed vna tantum lege contenti fuerunt. ex iis enim aliqui ex ſolo tranſitu de genere in genus & ſubalternationem effici voluerunt. tametſi iam tribus modis fieri cenſuêre. Vel, quia demõſtratio transferatur; ea verò transfertur, vel vbi maior vnius demonſtrationis propoſitio ſumatur in duabus ſcientiis. vel cũ ſubiectũ vnius ab alia probetur,

aut

A aut si adiiciatur aliqua conditio subiecto superioris. Ita vt non omnia hæc in subalternatione requirantur, sed vbi vna ex his conditionibus adsit, continuò subalterna existat. Illud optimè, si vna conditio sit satis ne plures inculcentur. frustra enim multa afferuntur, si vnum sit satis. Nec improbandum est, non omnes simul requiri, cùm difficile sit in vniuersis quas subalternas dicimus, omnes has leges simul obseruari. Cæterùm mihi videtur Aristoteles vnicam tantummodò formulam transitus indicasse, videlicet, vbi eiusdem effectus, aut principij altera tradat quòd est, altera verò cur sit. Adde quòd si physicus ostendit esse substantias à materia liberas, siue sint subiectum primæ philosophiæ, siue etiam principia, nil enim refert, immò magis idem efficietur. si principia fuerint, quo principia subiecto priora sunt. prima philosophia physicæ subalterna erit: quod nefas est. & quanquàm suprà negatum est subiectum posse probari; at id ipsi non viderát; nec probationum genera distinguebant à viis in illa hypothesi. Quod si forte probationem ex caussis accipi velint, nulla ex iis tribus scientiis, prima, scilicet philosophia, naturali & mathematica, subalternæ locum occupabit, quod mihi sat est, illuc enim tendo, vt nullam ex his alteri subalternam esse doceam. quippe quòd singulæ ex his scientiis suas caussas impetrarint. atque illas quidem absolutè, vt nulla alterius auxilium imploret, quantum ad illud spectat, quòd rationem

B sui subiecti reddere valeat. Si verò continuum opponas, quod cum mathematicò subiiciatur, à physico tractatur accuratissimè; respondebo continuum vtriusque scientiæ proprium esse & ab vtroque vt suiipsius proprium est explicari, neque enim reddit rationem physicus eius quanti quod est separatum à materia sensili, cuiusmodi accipitur à mathematico: sed reddit rationem physicus eorum quæ insunt in corpore cęlesti quod ab Astronomo spectatur, quia vtrobique cęlum cum accidentibus sensilibus accipitur, & eorum quæ considerat medicus, quandò vtrique in sensilium tractatione occupantur. Consimiliq. modo mathematicus eorum reddit caussam quæ docet opticus. siquidem vtrique lineam mathematicam explorant. Quòd si has tres principes scientias exceperis, difficilè est negare id esse commune omnibus subalternis. omnes enim tractát res sensiles, aut mathematicas, aut etiam primæ philosophiæ, quarum principia simpliciter à primis illis scientiis exponuntur. Neque mihi singulare videtur, immò commune, subiecto subalternantis addi aliquam conditionem in subalterna; sed hoc necessarium est, mea quidem sententia: siquidem res simpliciter à tribus illis scientiis tractantur, à cęteris cum aliqua conditione, siue ea sit conditio contrahens subiectum superioris ad pauciora subiecta, siue etiam sit modus quo non

C res ipsa, sed rei notio restringitur. Attulerunt & vnicam alij conditionem, nimirum, si altera rem simpliciter tractet, altera verò cum habitudine ad opus, aut actionem. vt geometer lineam simpliciter: faber autem ferrarius lineam in ferro cuiusdam vsus gratia. [a] Nam cùm ille scientiæ quæ considerant res simpliciter, habeant caussas sui subiecti; reliquæ verò tractent sensilia solum, & per ea cognoscant, suarumq. rationum principia ab illis accipiant; ex hoc efficitur, vt siquando caussas euentorum suorum perquirere velint, ad illas confugiant. Ideoq. artes & facultates omnes erunt subalternæ: tres verò scientiæ subalternantes. Et planè nulla ex his tribus scientiis ad alteram confugit, vt caussas petat suorum theorematum, aut principiorum; sed omnes ęquè procedunt ex primis & maximè notis. Equidem obstruo id perpetuò apud Aristotelem, sicuti mentionem facit de subalternis artis exempla in medio ponere, & ex ingenio subalternarum concludi artes esse ex eo numero, quòd vbi vna doceat quòd est altera cur sit, ea quę docet esse rem, subalterna est. Sed artes docent esse rem, caussas primas assignare non possunt. Ergo artes sunt subalternæ. At verò illud dubito, sit'ne hæc caussa proxima & vt dici consueuit, ratio formalis subalternationis esse artem, seu spectare aliquid cum conditione, præsertim quòd id nunquàm non modo expressum; sed ne indicatum quidem fuerit ab Aristotele. Quamobrem ego puto aliam

D primam subalternationis caussam & rationem afferri posse, atque illam quidem à pręceptore nostro significatam. Siquando vna rem esse per sensilia doceret, altera verò cur esset, persuadeor autem ad id credendum hoc argumento. Nanque illa est ratio rei cuiuspiam quæ similes differentias illi communicat: Sed differentias subalternantibus & subalternis communicant differentiæ eius, quòd est & cur est. Ergo ratio subalternarum & subalternantium est, quòd sit res & cur sit. Propositio fidem ex eo sumit. quia similis differentia in caussa similem differentiam creat in effectu. Assumptio sumitur ex Aristotele. cùm docet exeo subalternas esse simpliciter, vel quodammodo, quòd vna doceat cur hoc sit simpliciter, idest reddat caussas maioris partis eorum quæ accipiuntur in subalterna, vt apparet in physica & medicina; altera doceat aliqua ex parte, vt geometria, quòd vulnera rotunda tardius curentur. Ex hoc ea necessariò nascuntur. quòd subalternans tradat caussas eorum quæ subalternæ supponuntur. quòd fiat transitus de genere in genus, dum ea quæ à subalternantę ostensa sunt, ad illa probanda transferuntur quæ in subalterna dubitantur. Cætera quæ tribuuntur subalternis, nil prohibet, opinor, esse per accidens, & aliunde peti quàm à ratione subalternationis. His ita constitutis ad propositum descendamus, & doceamus sit'ne physica subalterna primæ philosophiæ. Qui conditionis à Latinis impositas

subalternis

a 1.Eth.

subalternis accipiunt, facilè negare possent omnes eas conditiones in physica reperiri. Consimili E
ratione qui defendunt rationem subalternæ positam esse in eo quod vna rem simpliciter tractet, altera cum habitudine ad opus & actionem; quia dicerent tres esse scientias contemplantes inter se distinctas; quippe quæ proprium genus habeant & ex propriis suis ipsarum principiis quoque procedant. Atqui non desunt rationes quæ affinitatem subalternationis inter vtraque intercedere persuadeant.

Ratio I. Primum. Quoniam vbi fit transitus de genere in genus ibi adest subalternationis affinitas. Sed fit transitus à prima philosophia ad physicen. Et gradus igitur subalternationis extat in physica & prima philosophia. Nam tum fit transitus, vbi propositio superioris scientiæ re sumatur in inferiore. id verò in physicis euenit. Siquidem Aristoteles primo de cœlo probaturus æternum fieri non posse quod caducum est. ita construit argumentationem. Non potest

II. idem simul esse & non esse. Nullum igitur mortale perpetuum effici potest. Attamen antecedens accipitur à primo philosopho. [a] Rursus docet Aristoteles nullam scientiam excepta prima philosophia, quærere possit, sit'ne suum subiectum. quia non potest mentionem facere simpliciter de ipso quid est. [b] Soli autem primo philosopho id præstare licet. Et solus igitur suppeditabit

III. principia reliquis, & subiectum & quid est ipsius. Vltimò Aristoteles ostendit primam philosophiam spectare summa principia & caussas potissimas. [c] Ergo etiam erit maximè scientia, & poterit reddere rationem principiorum quæ in aliis scientiis assumuntur. Quòd si ex his conuincitur gradus & affinitas subalternationis, profectò prima philosophia subalternans erit, physica F

Ad I. subalterna. Verumenimuerò si nostra sententia defendi potest, vt opinamur, eam scilicet esse rationem subalternationis, cum altera docet, cur sit id quod altera esse nouit, prima illa ratio nihil officeret. Neque enim propositiones istæ communissimæ rationem caussæ continent, sed notificationis duntaxat. Sed vt cęteris qui de subalternarum conditionibus aliter sentiunt, opem feramus; nullam esse vim dicimus eius quod opponitur. Neque enim ille transitus esset, sed assumptio principij communissimi secundum analogiam, vt nosti ex Analyticis. hoc enim commune. De quolibet verum esse asserere, aut negare, dum confertur in demonstrationem, non accipitur vt seruat suam communitatem, sed quantum opus est solùm, & pro ratione materiæ subiectæ. Vt verò cętera tolli queant, monebimus antè geminum ordinem in scientiis obseruari, alterum quidem naturæ, atque alterum mentis. Ordo quidem naturæ multiplex est, de quo nos aliquid postea. Sed intereà quantum spectat ad rem nostram, vbi de scientiarum gradibus agimus, quatenus mutuas sibi operas præstant in fide facienda duplex est, alter qui à finis natura deducitur, G
atque alter qui pendet ex ordine materiæ subiectæ. à finis autem natura deducitur ordo earum quæ ita se habent, vt ministræ ad Architectonicas, vt vocat Aristoteles, sint vt Plato ἡγεμονικάς, idest, præcipuas & duces. ab ordine subiectæ materiæ sumitur earum ordo quarum vna est ὑπάλληλος, idest subalterna, altera subalternans. Ordo mentis in eo positus est, vt vna quoddam simplex consideret, altera illi aliquid adiiciat. vtputà mathematica spectat quantum simpliciter, at physica quantum in materia. In hoc sanè ordine [d] quicquid in simpliciore absurdum est, & per naturalia pertinet: non autem contrà. Sed hoc ordine dimisso ad cuius plenam intelligentiã multa subiicere oportebit, de ordine naturæ disseramus. Et sanè magnum discrimen inter Architectonicas & subalternantes intercedit. Quandò subalternans præbet caussas & principia. nec vnquam in oculis est subalternæ, nisi aliquod è suis principiis ex ipsius manibus eripiatur. Architectonicæ non est caussas afferre principiorum. Neque enim necesse est ministras ex iis procedere perpetuò, quæ demonstrari possint; sed potest habere sua principia prorsus prima. & hęc simpliciter scire potest, subalterna non item. siquidem sciamus, cùm habemus demonstrationem. hæc verò ex primis est. atqui rerum naturalium prima quædam principia sunt quæ nouit physicus, & mathematicus habet sua principia quæ in alia superiora neutiquam resolui queunt. Rursus subalternans ea considerat quæ sunt natura priora; non item Architectonicus. Neque enim ens, H
quod à primo philosopho consideratur, quem facimus Architectonicum, natura prius est, quàm ens naturale, sed si prius, ratione sola prius est. Docet Architectonicus quid tractandum & quatenus, quo ordine & via disponendum: [e] nihil de his subalternans. & semper in oculis geritur Architecton. Nam ministræ quicquid agunt, sic agunt, vt ad eum finem perueniant. Architecton autem quia considerat finem (ab eius autem ingenio nascitur, vt cęteris sua cuiusque officia præscribantur) singula pro sui finis adeptione disponit. Subalternans mea quidem sententia, cùm doceat cur sit & rem simpliciter animaduertat, est contemplator. Architecton item numeratur in artificibus. Nunc dicimus inter primam philosophiam & reliquas scientias existere ordinem Architectonicę & ministræ, non autem subalternantis & subalternæ. Cùm enim consideret ens sub communi notione entis, sit verò separatum vel re ipsa vt mentes beatissimæ, vel secundum rationem, quod dici solet per indifferentiam. finis verò intelligentiæ nostræ sint beatissimæ mentes, omnia docendo huc dirigere oportet, vt earum notitiam assequi possimus. Itaque mathematici nos assuefaciunt abstractioni, cuius beneficio, iam aliquid de ingenio rerum verè separatarũ

à materia

[a] 4. Met.
[b] 5.11.Me.
[c] 1.Met.
[d] 3.De cœlo T.6.
[e] 1.Eth.

A à materia cogitare incipimus.& physicus auxilio motus,tanquam rei notisſimę,nos eò perducit, vt tale entium genus eſſe noſcamus. Idcirco prima philoſophia μετὰ τὰ φυσικὰ, ideſt,poſt naturalia nuncupatur. Cùm ſpectet itē prima philoſophia cōmuniter ens,& eius ſpecies,quatenus entia ſunt è quibus ſunt corpus mobile & quantum ſingulis exhibet ſua ſubiecta.eadem quoque propter vniuerſalem illam conſiderationē tractat ſimpliciter ipſum quid eſt & id quod ſuiipſius eſt,& id quod cōuenit cęteris,prout etiam nouit partes entis,quæ reliquis ſcientiis ſupponuntur. Quia nouit partes entis & quæ cuiq. definitio accōmodetur,docet modum tractandi & definiendi,& quanquàm ſcientiam ſuis cancellis circunſcribit.Cùm etiam proprium cuiuſq. methodi ſit tractare certum ſubiectum,partes eius,affectiones,& principia,ius habet in principia cōmuniſsima, & in ea quæ ſumuntur in reliquis methodis: attamen nō ſic illa exponit,vt eorū cauſſas reddat. ſunt enim vbique prima,nec vllo modo obnoxia demonſtrationi : vt potius in prima philoſophia prima ſecundū rationem,quàm ſecundū rem habenda ſint, nec ipſa ſub certa ratione cōcipit (ſic enim cuiuſque ſcientię propria forent) ſed cōmuniter tractat,vt principia entis. Proinde non verè ſubalternans,ſed Architecton optimo iure perhibetur. Sed cū tractet quid eſt,& eiuſdē cogitationis ſit noſſe quid eſt & quòd ſit. videbitur alicui pręſtare cęteris quòd aliarū ſubiecta demonſtrare poſsit. At verò neque id efficere poteſt (vt falsò quidā exiſtimarunt) ſiquidē definitio

B nullo pacto demonſtrationi ſubiiciatur,ſed alio modo planū fit eſſe ſubiectū,in vnaquaque ſcientia,atque itē in prima philoſophia. Quamobrē ex hoc apparet fallacia ſecundę rationis. Ad vltimā quoque ſic reſpondemus,eam nō reddere cauſſas principiorū quæ in reliquis ſcientiis aſſumi ſolent,quod in ſubalternante requiritur: ſed perſuadere principia entis cōmuniſsimi quę ſi principia fuerint reliquarū methodorū,hoc eſt per accidens.cùm cęteroquin in ſubalternante principia ſubalternę probentur. Neque Ariſtoteles aliquā ſcientiam eſſe voluit quæ cęterarū principia confirmaret,qualem nonnulli primā philoſophiam eſſe autumant: [a] ſed ex hypotheſi loquitur, & indefinitè ſcientiam ſummam accipit, qualis eſſe poſſet ſubalternans : aut ſi ſumma principia perquirit,non ex hoc efficitur eam eſſe ſubalternantē, ſed architectonicam . & hanc dicimus eſſe primam philoſophiam quæ ob tale ſummum ius,nō ſcientia propriè,ſed ſapientia vocatur. Hoc loco memini mihi opponi. Principia entis per ſe ſunt,nulli accidunt; eius verò,quod non accidit, conſideratio per accidens eſſe non poteſt.Itaque nec aliarū principia à primo philoſopho per accidens ſpectari poterunt.Reſponſum eſt in ſcientia quaque duo contineri,rem quę conſideratur & modum,ſeu rationē conſiderandi: igitur,etſi non accidunt,vt res illa principia reliquarū ſcien

C tiarum principiis: at continent accidens propter rationē conſiderandi; non enim oſtenduntur vt principia corporis mobilis,ſed vt entis quatenus ens.Porrò architectonicarū varij ſunt gradus & inter methodos quarū finis eſt contemplari, & inter facultates quarum munus eſt agere, & inter artes quarū officium eſt efficere. prout miniſtrarū varia ſunt officia,vel.n. materiam faciunt ſimpliciter, [b] vel accōmodatam ad opus inter artes.Inter eas verò quæ practicæ ſunt,& à fine politicæ nuncupantur,eas actiones præſtant,ſine quibus cæteræ non conſiſtunt, vt ſine pace conſeruatio legum. itaque bellū gerimus,quia ſine hoc pax non exiſtit & pacem volumus,vt leges conſeruentur.conſimili ratione inter cōtēplantes illæ ſunt miniſtræ quarū contēplationes alij ſunt vſui, vt ſine his illa ſuas exhibere non poſsit.Miniſtra igitur phyſica & in ordine doctrinę præponēda.

Ad I I.
Ad I I I.

a 1.Poſt.

b 2. Phyſ. T.24.

Animi habituum præſtantia generatim perpenditur,& contemplans actuoſæ preponitur. Cap. IX.

HOC, quod à nobis in pręſentia veſtigandum eſt,altius aliquantò repetetur,propter frequētem eorum vſum quæ ad explicationē propoſiti ſolent aſſumi in vniuerſa philoſophia Peripatetica. horū verò aptū exordiū fuerit,ſi res ipſas in ſuas partes diſtribuamus,quatenus mentē

D reſpiciunt. Verumenimuerò cū omnis perceptio fiat, propter conuenientiā quandā, ſimilitudinē & proportionē quæ inter res intelligendas & intelligentē facultatē intercedit (talis eſt actus poteſtatisq. conditio quorū alterum intelligenda imitantur,alterū verò mens,quæ intelligere poteſt) ergo quot erunt differentiæ rerū intelligendarū,tot quoque intelligentiū facultatū differētię ſint, neceſſe eſt.Et quanquàm res aut ſenſu,aut mente cognoſcuntur,omiſsis ſenſilibus quę nullū methodi ſtudium poſtulant,de intelligendis agamus.Hæc ſanè aut neceſſaria ſunt,& habent principia quæ aliter ſe habere non contingit,aut variari poſſunt. ex quo efficitur, vt etiam intelligentis animæ facultas ſit duplex,altera quæ in rerū neceſſariarum intelligētia verſatur,atque altera quę mutabilia concipit.de poſtremis hiſce exiſtit opinio.Cęterùm ea quæ aliter eueniunt,aut conſide tantur vt talem habent naturam,aut quo pacto pertinent ad nos & in noſtra manu ſunt. prior illa animaduerſio ſoli opinioni relinquitur,deq. iis nulla,neque ſcientia,neque ars exiſtit. [c] Poſteriorum aliquæ ſub effectionem cadunt, ideſt, relinquunt ex operatione opus aliquod permanens, vt ædificium & nauem quæ Græci ποιητὰ vocant, aliquæ actionem ſolam continent, nihil ex actione ſuperſtes habent , hæc Græci πρακτὰ dicunt. quorum item duo genera ſunt, vel enim à conſilio pendent,& attenditur προαίρεσις, vnde boni maliùe iudicamur,vel nulla conſi-

c 6. Met. T.4. Met. ſum. 3.c.2.

lij ratio habetur, sed finis qui voluptas est. in his, cùm agendi ratio solo opere excepto sit eadem E
atque in aliis quę opus relinquunt, neque enim deliberant quid ex quo agendum, sed hoc ex hoc efficiunt necessariò, si finem consequi volunt, & ab illis non consilium solum, sed actio desideratur; ad eam mentis partem hæc releguntur quæ tractat illa quorum finis est opus. aliæ practicæ nuncupantur. Itaque tres habitus mentis existunt, vnus practicus, alter artificiosus. postremus contemplans qui si principiorum est aut ea solum concipit & est propriè mens, aut illa contemplatur & euoluit, & sic est sapientia. aut contemplatur conclusiones ex principiis, & est scientia. Mens propriè vtriusque principium est & pari cum illis gradu procedit, vt scientiæ principiū ad scientiam referatur, & principium sapientiæ ad sapientiam, quandò principiorum cōsideratio ad eandem pertinet methodum cuius principia sunt, quare etiam dimissa mente quæ est comprehensio pura principiorum, de sapientia scientiaq. disputemus quas item, quòd in constitutione methodi similes sunt, vtrasque communibus regulis metiemur. Porrò cōtemplari nil aliud est quàm rerum essentias explorare, caussas perquirere & veritatem propter se expetēdam, per se & liberè, non ad alterius vsum inuenire. Tametsi genus hoc cognitionis omnes omnium rerū naturas peruagatur. siquidem omnia per seipsa, aut quàm ad vsum aliquē applicentur, cōtemplationi subiiciantur. & prius hoc in contemplationem cecidisse oportet, quàm nos moueat ad agendum. [a] Sic F
& caduca & contingentia subiacent contemplationi, deq. illis philosophia existet, quia sic etiam necessitatem quandam præseferunt. [b] tamen cùm ea quę contemplati sumus, ad vsum traducēda sunt, philosophia sese tenet in ijs quæ agi possunt faciēda tanquā vilia respuit, nec libero homine digna. Quocirca animi perfectio, non sine optima caussa philosophia perhibetur. Nam tùm res perfecta existimatur, vbi sit idonea fungi munerib. illis ad quæ instituta est à natura velut equus, cum à domitore factus idoneus est ad vehendum placidè sessorem, & ad currendum, aut certandum & domus, si commodè inhabitari queat. huius enim rei gratia exædificata est. sic homo perfectus est, postquàm ea præstare potest quæ hominis propria sunt & quorum gratia producitur à natura. Atqui duo sunt in homine principia, mens & appetitus. atque hic quidem homini datus est, vt bona persequatur, mala declinet: illa verò vt rerū naturas percipiat, & agenda fugiendaúe præscribat. Hominis ergo perfectio posita erit in eo, vt bona persequi, mala autem vitare consuescat, & rerū naturas optimè scrutetur, primū agendo cōparatur, quòd Græci dixerunt *πράττειν*, alterum contemplando, quod ijdem appellarunt *θεωρεῖν*. Hæc officia sola homine libero digna reputarunt, & ad ea prærogatiuam philosophia pertinere voluerunt. siquidem ab hisce duobus officiis extitit duplex philosophandi genus, alterum quod appellatur practicum, atque alterum, G
quod dicitur contemplans, quod per habitus illos pertinet qui scientiæ vocantur. Cū igitur hoc philosophandi genus, in rerum naturis & essentiis explorandis positū sit, planum est, quòd quot erunt essentiarū genera, totidem quoque habitus contēplantes, siue scientias esse oportet. quandò habitus ex fine & obiecta specie distinguuntur. At verò rerum definiendarū & quarū definitio & quid est assignatur, aliæ ita cum corpore & materia sensili coniunctæ sunt, vt sine illis neque consistere, neque concipi queant, vt simum & ambulare, quorū in altero nares, in altero crura continentur. Alię sunt in materia, vt sine ipsa quidē nō conseruentur, veruntamen sine ipsa intelligantur, veluti rectū & curuum, quæ sunt semper in ligno & lapide, nihilominus, non semper lapidi lignoúe affiguntur; sed cū corpore cogitantur à qualitatibus sensilibus absoluto & citra motū, i. non includunt aliquā rationē agendi & patiendi, soloq. interuallo cōtenta sunt; cū cętera formę sint, aut in certa materia, aut præseferant rationē agendi & patiendi, vt primę qualitates, aut certè ratio agendi patiēdiq. ipsis supponatur, vt reliquis quæ ex primis qualitatib. oriuntur. Aliæ sunt, quæ essentiā obtinent ab oī materia liberā. vt D.O.M. Cū igitur aliqua sint quæ principia motus in se contineant, motus verò principiū sit natura. ex hoc scientia quæ in eorū contēplatione poni H
tur, appellatur naturalis, quæ verò tractat res quæ sine motu cōcipi possunt, dicitur à certitudine mathematica. siquidē ea quæ sine motu concipiuntur in abaco describi & oculis subijci possint, *μαθεῖν* enim idem valet àc videre; quę considerat ea quorū essentia vel ratione, vel reipsa separatur à materia sensili, cuiusmodi sunt vniuersalia quędā & natura diuina à rerū gradu prima philosophia, seu theologia; ab ordine doctrinæ post naturalia vocatur. Eius methodi partes duę sūt, quemadmodū item ea quæ à materia sensili separantur, vel vniuersalia sunt quæ idcirco indifferentia dicuntur, vel ab omni concretione materiæ secreta, vt Deus, cuius speculationē persequēs humana mens, & huc omnia dirigēs ex illius intelligentiæ præscripto cūcta disponit. itaque duas partes suę methodi facit, alterā quæ est *παρασκευὴ* & apparatus qua exponitur, quid ipsi conueniat, quatenus eorū beneficio quę tractantur, habet imperiū in cęteras, atque alterā qua res ipsę iā explicantur. Mathematicæ multæ sunt partes. Nam sicut duplex est genus quantitatis, continuū, s. & discretū, & vtrunque vel per se cōsideratur, vel vt respicit aliud, sic per se geometria de continuo disserit, arithmetica de discreto. In sensilibus quantitas discreta ab harmonico spectatur, continua ab Astrologo & optico, multas alias eius partes consultò dimitto, cōtentus pręcipuis, quādò

reliqua

a 3 de An. lib. de motu an.
b 10, Met, T. vlt.

A reliquæ nihil ad Aristotelem. Practicarum finis est generatim bonum humanum cuius habitus prudentia nominatur. eius verò tria sunt membra sicut etiam bonum humanum tres cōtinet habitudines, aut enim habenti ipsi bonum est, quod cùm ex assuetudine partum sit quā Græci vocāt ἔθος, ἠθικὸν appellatur, aut est bonum familiæ & τῶ οἴκω. cuius gubernatio dicitur œconomia, à qua prudentia œconomica denominatur. aut est bonum reip. cuius gubernatio cùm politia dicatur à Græcis etiam facultati & prudentię politicę nomen dedit. Hęc ergo philosophia spectat, quę in sese rationem continet boni, quod agendo cōparatur, & pulchri quòd contemplando accedit, nihil infra ipsa respiciens, quasi quicquid infra est, seruile habendum sit. Cùm tamen & sępe de artibus incidat sermo, in methodis Aristoteleis, aliqua de ipsis vniuersè scribere placet quę valeāt scilicet ad pręceptoris nostri sententias illustrandas. Iam docuimus, vt in artibus illæ quoque reponantur quę nullū opus ex operatione relinquunt, quòd non ex consilio & electione proficiscātur, vt illæ quas practicas propriè dicimus. & quòd imitantur. artes operando, non consultantes quid ex quo agendum sit, & si nihil ex operatione relinquunt, non ex eo nascitur, quia sint actiones animi, ex eorum genere quas immanentes vocant; sed quòd in ea materia se exercent quę nō retinet speciem impressam ab artifice, vt lignum retinet scamni formam, exemplig. soni subiectū est aër, sed eius species ex absentia sonantis euanescit. ita & motionis species quæ oritur ex arte

B saltandi, manet in ipsa motione, & cum ipsa tantum propagatur. itaque & mens quę in eiusmodi versatur operationibus effectricis non autem practicę nomine digna est habita. Nunc eas multifariam partiri philosophi videntur. Primùm quidem ex modo quo finem suum cōsequi possunt. aut enim earum finis est in facientis potestate positus, ita vt nunquàm artifex suo fine frustretur, si omnia aptè & appositè fecerit, vt finem cōsequatur. Sunt & artes quarum finis non ab artifice, sed ab alio pendet, in quibus etiam magnam partem solet habere fortuna, has facultatis nomine notare voluerunt, quia facultas incertum euentum præseferat, & infinitaté. & cùm incertos successus habeant, locum dare cōsultationi videntur, qua vel sic vel aliter faciendum esse iudicetur, vt proposito fine potiantur, (semper. n. respiciunt finem, licet ipsum non semper assequi possint) à cōiectura coniectrices dictæ sunt. tales sunt Dialectica, Oratoria, Medicina, Nautica, Militaris. Proinde cùm finis in earū potestate non sit, ab iis non solet finis, sed officium desiderari duntaxat. Secundò distribuuntur artes ex modo faciendi. vt quamuis & marmorarius & lutarius & fusor statuam faciant, quia nō sit idem omnium faciendi modus, artifices ijdem nō sunt. Non sanè dico eosdem non esse artifices, quòd eandē materiam non tractent: sed non eodē modo. Nanque etiā

C idem artifex esse potest, qui fundendo statuam facit ex auro & plumbo. Itaque notabat Galenus [a] ętatis suę medicos qui medicinā secarent in totidē partes, quot sunt corporis humani & quidā Romę essent ocularij medici, nonnulli auricularij, neque. n. id ex artis natura cùm vna sit partiū omniū medicina: sed ex cōmoditate nascebatur. siquidē eam artis portionē profiterentur è qua victum sibi parare posse sperarent, cęteras negligebant. quòd si victui necessaria nō suppeditasset ea portio medicinę, quemadmodū euenire solebat in Grecia, aut solum vertere cogebantur, aut alias artis medicę partes exercere. Tertiò vel artes materiam faciunt, vel parant, vel perficiunt id quod natura nō potuit absoluere, vel etiā ministrę sunt ad quas etiam referri dicimus organicas. faciunt materiā figuli, dum lateres ędificatori efficiunt, materiā parant fabri qui ferrū repurgant. absoluunt ea quę natura pręstare non potest, vt lanifices; ministrant, vel quę faciunt instrumenta. vt frenorum fabricatrix equestri, vel quę impedimenta remouent, & applicant agentia principia ad patientia. Quamobrem Medici clamant, Naturas esse morborū curatrices, medicos autē ministros. Postremò ex fine distinguuntur. quòd variis modis ad humanos vsus accōmodentur. etenim aut necessitatis ergò operantur, aut cōmodi, aut voluptatis. ex hoc ordine sunt κοσμητικαὶ dictæ,

D idest ornatrices & fortè μιμητικαὶ, i. imitatrices, vt poëtica. hæ quę in solam voluptatē collimāt, mea quidem sententia sunt omnium abiectissimę; quippe quę solum illam animi nostri partem respiciant, quę bruta est. quę cōmodum solū intendunt, cęteris pręferendæ, sunt enim vt bene homini sit: atqui multò pręstantius est esse bene, quàm esse simpliciter. [b] Omnes tamē vniuersè longissimo tractu practicis & contemplantibus cedunt, & ipsis origine & natura posteriores, sunt: etenim politicæ seruiunt cuius vniuersa officia posita sunt in eo quòd ociosè contemplari valeamus, illę omniū infimæ quę reponuntur in ministris, quòd natura cedant, cū in aliarum gratiā inuētæ fuerint, & origine posteriores sint. Nā verisimile est, nisi vtens esset, nullū fore officiū instrumenti, [c] vt nisi fuerit qui colat domum, frustra futura sit domus. Omnibus his analytica vilior & origine posterior. qn oēs scientiæ & artes recta ratione vtuntur, illæ quidē contēplantes, hæ verò efficientes, & practicæ recta ratione agentes, quæ prudētia nominatur. Porrò rectæ rationis regulas analytica docet: itaque omnibus ancillatur. & prius generatim bonę artificū operationes extiterunt quàm regulę traditæ, vt prius aliquis verū contēplando conclusit, ex hoc regulę obseruatę quibus verū cōcludi posset. [d] Igitur analytica omnibus his & origine & natura posterior. Sed his omissis in quæ nulla dubitatio cadit, ad practicas accedamus & eas cū speculantibus cōparemus.

a Gal. lib. de part. ar. med.

b 3. Top.

c 4. de par. an. c. 10.

d 1. Rhet.

a 1.Eth.c. Profectò si præstantius est imperare, quàm seruire [a] & imperat ciuilis artes in ciuitate cõstituens, E
a.6.Eth.c. & singulis ciuibus sua munera præscribens, necnon illa curans quæ pertinent ad philosophiã, instituens quas scientias in ciuitate, & quousque ciues eas recepturi sint, prudentisq. officium est
b 1. Pol. sancire & decernere [b] qualscunque scientias vir ciuilis admittit in Repub. manifestum est ciuilem omnibus aliis facultatibus & scientiis esse præponendam. Attamen, si vera sunt Aristotelis documenta, vt de facultatibus ex functione sit iudicandum, & de functione ex rebus obiectis, aliter sentire oportet. Nam contemplatio rerum æternarum est, formarum & mentium, quæ ab omni materiæ concretione liberæ sunt, vnde omnis imperfectio deriuatur, omnia verò per se ipsa pulcherrima & honestissima habentur. Et contemplatio ipsa per sese munus est præstantissimum, cùm sit bonum continuum. neque enim requirit instrumenta corporea, aut parum admodum, ex quorum vsu defatigatio nascitur. eadem quoque æterna est, cùm respiciat obiecta, nulla habita ratione materiæ sensilis, vnde omnis mutatio nasci solet. & cùm res necessarias contemplatio tractet, miras affert voluptates. nanque in eo posita est voluptas, vt expleatur desiderium, & ita sedetur, vbi fine potitum fuerit, at tùm maximè nostra mens sedatur, vbi rem sic esse nouit, vt aliter se habere non possit; id quod sola contemplatio præstat, officia verò ciuilis semper laboriosa sunt, de fine semper anxia, quia facilè mutatur: itaque semper cogitant, & quid agendum sit assiduè consultant. Contemplatio in seipsa spem omnem sui repositam habet, auxilia respuit, in solitudine exerceri potest. Proinde Scipio nunquam se minus solum quàm cùm solus esset, esse dicebat. Tùm etiam propter se expetitur & libera est. cęterarum functionum alius est finis. Demũ nulla actio siue effectio potest exhiberi, nisi contemplatio præcedat, quę quid agendum, quomodoúe agendum sit, dictatur. Conuerte te nunc, quæso ad actionem. hæc, vt dictum est, auxilium contemplationis implorat, aliud ex seipsa producit, vt ex fortitudine pacem, virtus indiget externis. nam liberali ad largiendum pecuniis opus est. iusto ad pręstandam iustitiam satellitibus forti viribus & armis. eadem sedat animi perturbationes; tranquilla autem mens optimè speculatur. Actio respicit hominem quatenus humana constat natura: contemplatio beatarum mentium munus est & hominis, quà partem propè diuinam in seipso continet. Quanto igitur Deus homini præstat; tanto quoque actioni contemplationem pręstare putandum est. Etenim actio est functio secundum virtutem moralem; atqui functio quæ secundum mores est, ad res pertinet humanas. nam functio secundum fortitudinem & iustitiam, cęterasq. virtutes atque omnino quæ nascuntur ex prudentia spectant affectus internos, vel actus externos, quæ sunt res humanæ. Nam cum virtutibus prudentia coniuncta est, cùm eius principia quæ sunt fines humani boni consequendi proficiscantur à virtutibus. Eæ verò ab ipsa prudentia ad bonum finem dirigantur: quandò virtus efficit rectum propositum: prudentia verò vniuersa regit quæ ad ipsum producunt, vt quasi clauum tenens virtutum moralium, secundum dirigat cursum, quo in optimum finem tanquam in portum securissimum ferantur. Itaque tanta est cognatio prudentiæ cum virtutibus, vt à se inuicem diuelli nequeant: proinde prudentia virtus est hominis propria. Huc accedit quòd virtutes & prudentia sunt compositi, quia pertinent ad illam animi facultatem, quæ posita est in sensibus, Deos autem quos deridẽda vetustas approbauit, ociosos quidem esse velle ineptissimũ sed multò quoque absurdius illis attribuere prudentiam quæ posita est in delectu bonorum & malorum; quibus mali nihil esse potest. quid item illis opus est ratiocinatione qua vtimur ad eam rem, vt apertis obscura assequamur. aut enim Deo nihil obscurum esse potest, aut id ipsum non curat. Quid iustitia, quę suum cuique tribuit, pertinet ad Deos? hominum enim societas & communitas iustitiam procreauit. Quo etiam pacto fortis Deus intelligetur? in dolore, an in labore, an in periculo? quorum Deum nihil attingit. Quis erit locus in cęlo temperantiæ, fineque etiam voluptatibus obscœnis ibi est locus? nisi ea dicamus & stultissimè credamus quę plena sunt futilitatis summęq. leuitatis, ætates, vestitus, ornatus, coniugia, cognationes, cupiditates, ægritudines, iracundias, bella, prælia, vel quòd duos exercitus cõtrarios, vt apud Homerũ, alij dij ex alia parte defenderent, vel quòd cum Titanis aut gigantibus propria bella gesserunt. Quid illud quòd H

Sæpe etiam Iuno maxima cęlicolûm
Coniugis in culpa flagrauit quotidiana
Noscens omniuoli plurima furta Iouis?

Et Mercurius, cuius obscœnius excitata natura traditur, quòd aspectu Proserpinæ commotus sit. & ea quæ de Vulcano Vergilius

Optatos amplexus, placidumq. petiuit
Coniugis infusus. gremio per membra soporem.

Iam verò dij abscissi, exoleti, versipelles, fures, in vinculis habiti, fulminibus appetiti, vulnerati, qui dies supremos obierint, terrenasq. sepulturas meruerint, omnes stultitię terminos superat. Saturnus item cum obunca falce custos ruris, vt aliquis ramorum luxuriantiũ tonsor; cũ petaso gnatus Maię, tanquã vias aggredi pręparet; & solẽ puluereq. declinet, idẽ priuatus ἀργυφόντης.

Deum

A Deum mater cum tympano, cum tibijs & psalterijs musæ. Meminit Plutarchus in eo libro, quo disputat, sit'ne seni administranda Resp. seniores Mercurios à veteribus, ita fingi solitos sine manibus & pedibus membris virilibus arrectis: quanquàm significare voluerunt senes à cęteris muneribus quæ corpore obeuntur, immunes; oratione, & consilio remp. adiuuare, & publicorum commodiorum esse fœcundos: non erat nihilominus quòd symbolum tam obscœnum excogitarent. Plena erant non modo poëtarum volumina consimilibus figmentis, sed ædes & templa. Quanto stultius illi qui brutorum formas attribuebant dijs immortalibus; qui error etiam permansit vsque ad tempora Numę. Quamobrem illi eo nomine gratia est habenda, quòd primus vetuerit Romanos (vt Plutarchi verbis vtar) ανθρωποειδῆ καὶ ζωομόρφον θεοῦ εἰκόνα νομίζειν, idest imaginem Dei speciem præseferre hominis aut bellue putare. Verùm hęc missa faciamus, & redeamus ad Deos, quos neque otio contabescere natura rerum patitur, neque ratione vti, aut manere in officio, quemadmodũ imbecillitas humana requireret. Siqua igitur functio propriaq. voluptas est, eam omnem in contemplatione meritò collocabimus. Itaque cęteris hominũ functionibus contemplatio præstabit, & quamuis prudentia politicaq. facultas de scientiis & contemplandi ratione multa constituat, vt ipsi sapientię quodammodo imperare videatur; scire licet
B permagni interesse imperare de aliquo, & illi imperare. Nanque imperare de aliquo significat imperare gratia illius, alicui verò imperare idem est atque illo vti tanquam ministro. hoc superioris officium est, illud arguit seruitutem. Porrò in ædibus atriensis omnibus præest, omniaque dispensat; sed nondum idem imperat omnibus; verùm domino otium parat, ne is præpeditus rerum necessitate dissoluatur, quominus honestè quippiã & officiosi agat. Sed dominus atriensi imperat. Eadem ratione prudentia tanquam sapientiæ quidam atriensis illi otium parat, vt suo fungatur officio cohibendo affectus, eosq. nõ tollendo prorsus, hoc enim neque fieri potest, nec humanum ingenium tolerat; sed temperando solùm. Non ergo præcipit politica sapientiæ, sed ipsius gratia tantum. Quare tantum abest vt hic imperandi modus indicet politicæ nobilitatem, vt potius conuincat oppositum; sicut etiam quòd Deos curet non significat ipsam dijs esse præstantiorem. nec quòd medicina magis eligenda potiorq. sit quàm bona valetudo, quamuis paret valetudinem & imperet ægro; quia imperat propter illam. Hactenus igitur ostensum est contemplationem actioni præstare & idcirco scientias facultati ciuili anteponendas esse.

C

Comparatur scientia naturalis cum cæteris scientijs. *Cap. X.*

PRAESTAT sanè scientia duobus nobilitate rei, quæ tractatur & ἀκριβείᾳ. Sed huius vocis ἀκριβεία notio multiplex est. etenim latinè diligentia dici posse videtur. Quamobrem iubet Aristoteles, non in omnibus eandem diligentiam esse requirendam. [a] Et admonebat M. Tullius in epilogis nihil nimis enucleandum; minutam esse enim omnem diligentiam, eũ verò locum grandia requirere: hoc verò est cùm singula ponuntur ob oculos & ad tenue elimantur. Proximè puto ego illa voce significari certitudinem quam item perspicuitati maximè affinẽ esse credo: siquis hæc idem valere non recipiat. hanc verò non in eo ponerem tantùm quòd singula exponantur: sed quòd res in ea principia dissoluatur quæ per seipsa conspicua sunt & probè intelliguntur, & maxima illis fides habetur. Prior illa ἀκρίβεια potius in docente quàm in rei natura posita esse videtur. vnde in scientias nihil nobilitatis, pręstantiæúe redundare facilè opinabor. altera naturam methodi videtur attingere. Hęc verò à duobus fontibus peti solet, ab ingenio demonstrationis & rei subiectæ. [b] Atqui demonstrationis certitudo, seu perspicuitatis non est vniusmodi. siquidem certior ea demonstratio perhibeatur quæ fidem facit ex causis quàm illa
D quæ rem esse tantummodò ostendit. aut si vtraque ducatur ex causis, erit illa certior quæ ex causis certioribus pendebit, hoc est ex causis natura prioribus & notioribus. At verò si caussæ potiores vim finis obtineant, inde colligetur ea præstantia quam in architectonicis anteà collocauimus. Certior item demonstratio dicetur quæ constabit ex causis quæ non modò natura; verumetiam nobis notiores sint. Hæc postrema certitudo conuenit quoque subiecto. [c] illud enim subiectum certius dicitur quod nobis notius est, cuiusmodi est animal in methodo naturali. Proptereà docebat Aristoteles scientiam de animantibus esse præstantem, quòd à nobis plenius cognosci possunt: quandò stirpes & animantis socias & familiareis habemus, quapropter eas vberius nosse valemus: quippe cùm multa inesse in quoque genere possit ille obseruare, qui laborẽ non recusat. quòd igitur propiora sunt nobis & cognationẽ habent cum humana natura, aliquid cum rerum diuinarum studio rependunt. Sed enim alia certitudo, seu perspicuitas accipitur à subiecto. quoniam certior est ea methodus quę non de subiecto, quàm ea quę de subiecto, idest illa certior quę de sola forma quàm ea quę formam spectat in materia sensili. Sic arithmetica certior est quàm harmonica; quòd illa numerum ab omni qualitate sensili segregatum examinat, hæc illum cum sono spectat. His ita constitutis satis apparet omnium pręstantissimam esse philo-

a 2. Met. 1. Eth.

b 1. Post. T. 42. 1 de An.

c 1. de par. an. c. 5.

sophiam diuinam,& sapientiam. Nam quid ad perspicuitatem subiecti pertinet, notissimum est, E
quippe ens quod ab omnibus noscitur, nihil seipso notius habet. Idem quoque simplicius quàm subiecta cęterarum facultatum; cum sit ens vniuersè ad nullam certam rem applicatum sine appositione aliqua; quod verò subiicitur cæteris sit aut ens mobile, aut quantum. Præterea diuina philosophia caussis vtitur, atque illis omnium primis, vnde cætera omnia impetrarunt quòd sint; itaque sunt omnium maximè. eæque sicut omnium primæ natura, sic etiam natura notissimæ; idcirco est maximè scientia & ob id maximè docere potest. eadem quoque, cùm summum finem spectet cęteris præferenda, quòd ad eas se habet vt Architecton, reliquas vt ministras respiciens, quod olim à nobis expositum est, nec parcat dicto; sed omnibus pręcipiat, & cęteras regat, quo facilius perducantur in contemplationem primi entis, vnde etiam prima philosophia nominatur. Siquo ipsi deest conditio perspicuitatis, illa est, quia non accipit nota nobis sed natura nota. Quapropter etsi ordine naturæ superat reliquas scientias ordine tamen doctrinæ postponenda est. Physicę proxima sensui persequitur & familiaria nobis, sed illa posteriora natura sunt: neque enim de primo fine sermonem facere potest, solumque illi ipsum attingere sufficit, nihil habens quod de eo diligenter tractare possit. Itaque non prima philosophia; sed secunda iure optimo censetur. At verò proximè pendet à prima, vt nisi hęc sit, naturalis F
prima & sola reputari deberet, quemadmodum eam illi perhibebant, qui vltra ens sensile nullum aliud nossent, & mathematicen scientiæ nomine non dignarentur. [a] Nos quid de mathematicis decernendum sit posteà videbimus. Interim illud silentio non videtur inuoluendum, vtpotè, non alienum à consilio nostro, Sit'ne futura prima physice, si diuina tollatur, id asserit Aristoteles. Scotistę caussam afferunt; quia sola philosophia naturalis de substantia dissereret, quę prima est omnium entium. siquidem sublata substantia quæ secreta est à materia, abstractionis ratio de medio tolleretur in qua posita est prima philosophia: superstes enim foret sola substantia naturalis quæ abstrahi non potest. Alij contrà etsi physicen primam esse fatentur, diuina sublata philosophia, rationem tamen Scotistarum non recipiunt & primam non origene physicen esse futuram defendunt, sed dignitate solùm atque præstantia. Nam contra id quod accipiunt Scotistæ, nullam rationem abstractionis superesse, opponunt multa. Tùm quia superstes esset aliqua vis abstractionis quæ ad res naturales & mathematicas generatim pertineret, cuius explicatio foret muneris primi philosophi. Tùm etiam quia multa supersunt à primo philosopho consideranda quæ abstractione illa non continentur quam Deo mentibusq. separatis attribuimus. Non igitur erit origine prior scientia naturalis; sed si fortè, præstantior. & certè ita erit, inquiunt, quia G
sola spectabit substantiam simpliciter: cùm cęteroqui mathematicæ quantum considerent. Quòd si videatur item requiri tractatio communium illorum attributorum & vt solet dici, transcendentium, adhuc philosophia naturalis erit natura præponenda, quia cùm pauca admodum ea sint quæ abstrahi queant, scientiam separatam non efficient, sed vt partes vni ex his scientiis adiungentur. & sicut in mathematicis aliqua, tametsi magnitudini numeroq. conuenientia communiter, non idcirco seorsum tractantur, sed vel in geometria, vel in arithmetica traduntur, idem quoque iudicium de naturali scientia fiet. Quantum sanè attinet ad Scotistas, hæc aduersus illos fortassè plurimum valent, contra nos non item qui ens non vniuocum ponimus, quique numerum & magnitudinem vniuocè volumus esse quantitates & planè nouimus Euclideum progressum ab Aristotele notatum, qui non vniuersè concluderet, [b] cùm tamen ratio vniuersè concludendi suppeteret; & ab Alexandro designationes illas pseudographos habitas. [c] Nec id prohiberet, quominus esset alia scientia ad quam earum rerum tractatio pertineret, tametsi paucæ forent, quia scientiæ non ex rerum magnitudine, sed fine, vsu, & modo distinguuntur: nec tollit quominus sit ars ludendi scacchis à cęteris separata, quamuis paucis admodum verbis cōprehendatur. H
Sed hoc misso spectemus argumenta opposita. Profectò nisi sit aliqua substantia separata, nescio futura'ne sit aliqua scientia de communibus rei naturali & mathematicæ, quia reipsa eadem est magnitudo naturalis: nec vlla communis scientia necessaria foret. Ac si rectè rem animaduertas, omnis transcendentia (sic enim notionem nouam nouo nomine appellare mihi liceat) nascitur ex affinitate & pendentia quæ inter substantias naturales & separatas intercedit. his ergo substantiis de medio sublatis pendentia, & subinde transcendentis ratio tolleretur. Adde quòd siqua foret scientia de trascendentibus illis esset natura posterior, vt ostendemus qua de illorum vi dissēretur, aut ad summum prior secundum rationem. itaque adhuc physica & origine & natura anteiret. Ergo si substantiæ separatæ non essent; nec philosophia diuina; prima omnium foret naturalis. Mathematicæ cùm ex notis nobis, & natura simul efficiant id quod cupiunt, sic cęteris demonstrationis perspicuitate præponentur, nam vis rerum quas ipsæ tractant, non est admodū nobilis; quippe quòd sint accidentia, idest habeat rationem substantiæ quatenus subiicitur, & determinatur quanto; eaq. considerentur longè secus atque in natura existant; vsque adeò vt nonnullis non naturæ, sed mentis opera esse credatur. Attamen nonnullarum rerum ingenium tale

esse

a 3. Met. T. 7.

b 1. Post.
c Elen.

A esse comperimus, vt ad certam materiam sese non applicent, neque motum consequantur, quia
tamen in natura quicquid est, cum motu existit; opus est abstractione, cuius beneficio quantum
motu non comprehenso in eo munere contemplamur; & cùm talis sit earum natura, nihil absur-
di exoritur. Quòd item confirmatur, quòd mens in omni habitu verum dicit; atqui verum est
ex eo, quòd res ita est. Huc accedit, quod Aristoteles distinguit scientias non ex ratione notionũ, a 6. Met.
sed entium. [a] Ceterùm & mathematicæ gradus habent: quando ea quæ considerat quantum c.1.
discretum certior est quàm ea quæ tractat continuum, cùm superet perspicuitate demonstratio-
nis, & simplicitate subiecti. nam quantum continuum se habet ad discretum vt includens posi-
tionem, punctus enim est vnitas cum positione. [b] Et multo præstantior est Astrologia; quippe b 1. Post.
quòd sola è mathematicis de substantia atque illa quidem perpetua & caussas inuariabiles ha- T.42.
bente differat. ideoq. sit omnium maximè affinis primæ philosophiæ. Sed quantum pertinet
ad id noscendum vtra sit origine prior arithmetica an geometria, cadere possit in quæstionem,
propterea quòd dubium est, sit'ne numerus an magnitudo prior. existimabit enim quispiam ma-
gnitudinem numero priorem esse, siquidem è continui sectione numerus oriatur; [c] & tamen c 3. Phys.
geometriam doceat Aristoteles esse arithmetica posteriorem, quia minus simplicia tractet, & ea
B quæ positionem habent. Idemq. præterea docet posteriorem esse habitum illum qui res ex ap-
positione considerat, eo qui illas citra appositionem spectat. Cùm ergo geometria sit cum appo-
sitione non item arithmetica, planum est quòd geometria posterior est arithmetica. Mihi tamen
placet ex rei natura magnitudinem numero priorem esse; & quamuis appositio geometriæ tri-
buatur, est illa appositio secundum rationem, potius quàm secundum rem. est verò appositio se-
cundum rem, [d] vbi quid priori accedat, sine quo prius existere potest; at quod accedit, non sine d 3. de cę-
illo, vt si accidens substantiæ superueniat, quòd substantia sine accidente illo conseruatur; sine lo T.6.
substantia tamen accidens non existit; secundum rationem verò, si quod in alio existit, sine illo
cogitetur, in quo est; pòst ad illud idem applicetur, sine quo non existit, velut albedo quæ est in
homine, non existit sine homine, veruntamen sine homine cogitatur. si prius sine homine, pòst
in homine cogitetur, ea est appositio secundum rationem; hîc quod secundum rationem prius
est, non necessariò prius est secundum naturam. [e] Geometer igitur, & Arithmeticus ita se habent,
vt Geometer addat numero positionem, ea verò additio fit ope mentis, quia quantum sine posi- e 13. Met.
tione concipitur. Itaque ex eo quòd prior sit secundum rationem, non efficitur arithmeticen esse c.3.
C natura priorem, quinimmò cùm habitus sit priuatione prior natura; numerus autem videatur
esse priuatio continui, magnitudo prior erit natura, quàm numerus. Consimili distinctione de-
fendi poterit, mathematicen esse priorem naturali: quandò naturalis materiam quanto apponit,
sine qua consideratur à mathematico: prior enim secundum rationem erit mathematica, licet
natura posterior. Ex his quæ dicta sunt, facilè apparet ordo qui inter habitus contemplantes in-
tercedit. Nam si scientiæ præstantiam ex subiecti nobilitate metiamur, & ex ordine caussarum.
Diuinæ philosophiæ primæ dabuntur; secundæ naturali; tertiæ mathematicæ. [f] Videntur verò f D.T.
Gręci, Ammonius, Philoponus, Simplicius, Olympiodorus, & post hos Albertus medias collo-
cąsse mathematicas inter naturalem & diuinam; quasi via quædam sit quam transeat mens, dum
à naturalibus quæ materia constant, ad illa aspirat quæ prorsus à materia seiuncta sunt. etenim
mathematica media sunt, quia per se sunt in materia, verùm sine illa cogitari queunt; ideoque
ἀφῃρημενα dicuntur & ἐξ ἀφαιρέσεως, cum diuina, χωριςά, seu κεχωρισμένα vocentur.
tametsi nonnunquam voces istæ permiscentur. [g] Sicut ergo natura ab extremo peruenit ad extre- g 1. de an.
mum per media; sic & mentem nostram facere voluerunt. & planè ita persuadet vsus. Nam si-
cut ij qui fuere diutius in tenebris & compedibus facilè supplantantur [h] & cęcutiunt, si in lucem
D illicò prodire & ambulare cogantur, ideoq. leuiorem motum lumenq. debilius requirunt, vt h Pl.7. de
paullatim mouendo videndoq. assuescant: sic mens nostra in rebus materiatis occupata, si in di- Rep.
uinam philosophiam subitò feratur, facilè offuscatur, & à comprehensione illius aberrat. Itaque
opus fuit, vt per mathematica transiret, & rerum abstractarum contemplationi paullatim insue-
sceret, sicut enim oculus noctuæ à splendore solis afficitur; sic quoque mens nostra à lumine di-
uino obcęcatur. Sed dicam, quod ego de hoc ordine sentio. is nunquàm ab Aristotele animad-
uersus est, sed aut ordinem ipse naturæ, aut doctrinę approbauit. Neque hic progressus congruit
cum placitis Aristotelis, aut Platonis. (si modo antedictum ordinem ad doctrinæ ordinem referre
placeat, vt faciendum videtur.) siquidem Aristoteles constituit mathematicen in primo gradu
certitudinis, eamq. ita facilem, vt à pueris [i] etiam optimè discatur. Neque repugnat huic senten- i 6. Eth.
tiæ Plato, si verũ est id quòd in gymnasij foribus inscriptum fuerit. μηδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσέτω,
idest nullus geometrię nescius ingrediatur. quò factum est etiam, vt vbicunque res obscurior ex-
plananda fuerit, ab vtroque exemplis mathematicis illustretur. Et Aristoteles ipse in suis institu-
tionibus ciuilibus [k] iubeat pueris, vt se in mathematicis exerceant. non ita iudicat de naturalibus
aut moralibus, quandò maximum requirant vsum qui sine longiore tempore non potest haberi. k 8. Polit.

Secundò loco discetur philosophia naturalis. ab hac conuertemus nos ad diuinam quæ ideo post naturalia vocata est, sic ordini doctrinæ consuletur. Nec media mathematica desiderabitur: cùm ex motu ipso diuinæ substantiæ notescant, vt suo loco videbimus. Nec vllus ordo naturæ apud Aristotelem obseruetur, præterquam quòd mathematicę natura posteriores sint naturalibus, vtpotè, qui in veteres inuehatur qui mathematica media fecerint inter res naturales & diuinas, nec de ordine doctrinæ loquerentur, sed naturæ; cùm ipsi mathematica rerum naturalium principia constituerint. Verumenimuerò siquis curiosior accuratè sibi velit explicari ordinem qui est inter contemplantes habitus & cęteros ijs quæ supra dicta sunt de præstantia cõtemplationis, hæc subscribat. ordinem hunc à pluribus initijs duci posse: etenim, aut inter has facultates existit, quà methodi sunt, & docentur, aut quia sunt habitus. Rursus aut est ordo doctrinæ, aut naturæ; atque hic quidem originis, vel perfectionis. Et sanè quatenus methodi sunt, nullis legibus subiici videntur, si dialecticen excipias, hæc enim methodus omnibus anteponenda est, vt suprà docuimus. De ordine perfectionis, nihil addam. sed monebo solùm, origine præcedere contemplantibus cęteras facultates. Nam repertis necessariis philosophari cœptum est. hæc verò ab artibus subministrantur. & hæ prius quàm mores excultæ sunt. Proinde cecinit Phocylides.

Δεῖ ζητεῖν βίοτον τὴν ἀρετὴν δ' ὅταν βίος ᾖ.

Victus quærendus; virtus cùm suppetit ipse.

Sed neque illud prætermittendum quod à Simplicio primum, tùm deinde ab Auerroë memoriæ commendatum est: si rerum naturam perspexerimus, quod est contemplari, nos etiam necessariò fore studiosos. ex quo efficitur, ordine quoque tùm naturæ, tùm doctrinæ antecedere contemplantes, & potissimè naturalem de qua ibi sermonem faciunt illi auctores. Equidem, noui habitus ex actibus fieri frequentatis, idque per se: dabo igitur eam rerum notitiam per accidens & κατασκευαστικῶς ad propagationem virtutis iuuare; quatenus cognoscetur mores cum naturæ ordine congruere. Neque verò te in schola Peripatetica velim sic vtilitatem illam accipere, quasi vnusquisque bonus sit in eo cuius est sciens, vt Socrates opinatur, omnemque virtutem scientia comparari; ex quo dictum est, omnem ignarum esse malum; & tanti viri admonitu scriptum illud Homine imperito nunquam quicquam iniustius. quòd in eo dissentit virtus à scientia; siquidem vbi scientia teneatur, scientem facit. at quicunque nouit quid sit virtus; non idcirco virtutem habet: Sed virtus & mos assuetudine parantur. nam quia benè agimus euadimus boni. Atque hæc de ordine contemplantium præcipuè naturalis ad reliquas abundè dicta forent, nisi nos ad se reuocarent aliqua quæ à iunioribus de conditione mathematicarum tractata accepimus. G

Iurè'ne Mathematicæ ex ordine scientiarum expungantur. Cap. X I.

ERGO hoc loco vim mathematicarum exploremus; & doceamus quemadmodum mathematicæ sint scientiæ secus àc fecerint veteres de quibus meminit Aristoteles, & aliqui è nostris qui in eas acerrimè inuecti sunt. Nanque nouimus antiquos in instrumentorum & adiuuantium genere collocasse mathematicas. siquidem Socrates persuadeat Arithmeticen, Geometriã, Astronomiam, Musicam, Dialecticam, vtiles esse quidem ad sapientiam capessendam, sapientiæ verò nomine, seu scientiæ non esse dignas; & de cunctis ea pronuntiant, sicut illa solutio conuersioq. ab vmbris & ex antro ad simulachra, solisq. lumen, ibique animalium & plantarum inspectio solisq. & siderum in aqua propter imbecillitatem oculorum obtutus, ipsum quod in corporibus est clarissimum, ad id conuertunt quod est in corporea visiliq. regione omnium fulgentissimum; sic omnium supradictarum artium studium deducit animum per vmbras non simulachrorum, sed eorum potius quæ verè sunt, faciq. vt eas iudicemus apparentes ad aliud quoddam lumen tanquam ad solem, haberq. vim extollendi id quod est in animo præstantissimum, ad contemplationem eius quod in ordine rerum optimum est. Itaque veluti ministræ sunt mathematicę, nec honore dignæ, & habitæ προπαιδεία, idest, apparatus quidam ad alias disciplinas. ob eamque potissimè caussam, quòd de bono mentionem facere non videntur. Etenim omne bonum est finis, is verò cuiusdam actus est. Omnis verò actus est cum motu. Mathematicę autem motum non respiciunt. Hæc nostri addunt. Omnem scientiam ex propriis effici: propria verò sunt necessaria quæ quatenus ipsum & per se insunt. Atqui talia principia mathematicæ nõ habent. Quòd enim triangulus contineat duos rectos ex angulo externo demonstrant qui quidẽ est accidens; quandò sine ipso & cogitari & existere potest triangulum. Prætereà probant ex his quæ communia sunt, vtpotè. ex eo quod omne totum sua parte maius est, & quòd si ab æquis æqua tollantur, ea quæ supersunt æqua sunt. Tùm etiam medium non est ratio formalis conclusionis; quia vna eademq. caussa plurium effectuum esse potest. Deinde nullum caussæ genus accipit. manifestè enim finem efficiensq. respuit. Caret forma, igitur & materia. Nanque hæc sese vicissim respiciunt. Quòd forma careant, ostenditur, quia quantum est accidens, non forma.

Tùm

A Tùm etiam eius forma non est, quoniam eius esset definitio: huius enim munus est explicare formam. IIII.
Sed eius est non definitio, verùm descriptio, nec forma igitur. Nec non ea quæ probantur, V.
externa sunt, nec intrinsecus à rei substantia pendent. Et ad idem confirmandum valet auctoritas a 1.Eu.c.7.
Aristotelis aientis, principia mathematices esse per similitudinem, neque propria. [a] Idemq. non
sine caussa ab Aristotele acceptum; propterea quòd omnes caussæ definiuntur per motum: efficiens
enim est principium motus, finis cuius gratia motus est, forma & materia sunt naturæ; & motus
igitur principia sint necesse est. At verò mathematica sunt immobilia. Et nullum igitur ibi VI.
caussæ genus existit. Tùm etiam nulla affertur potissima demonstratio. Siquidem definitio non
assumitur: & esto quòd assumatur, ea non interna est, sed externa. Quin etiam vna est cuiusque
rei demonstratio. Sed in his plures exhibentur; & recta, & quæ deducat ad id quod fieri nequit; VII.
& mediis adeò diuersis eadem conclusio cóprehenditur. Mathematicæ quoque rationibus vtuntur VIII.
quæ deducunt ad id quod fieri nequit: eæ verò non sunt ex primis, sed à signo. Postremò verè b 4.Met.
scientia tractat substantiam. propterea tot philosophiæ partes quot substantiæ. [b] Atqui mathematice T.4.
relinquit eam naturali. Cęterùm toto cęlo veteres aberrãt, nec de bono distinguere sciunt,
quandoquidem bonum duplex est honestum & honore dignum τὸ καλὸν Græci vocant, atque
B alterum, cui conuenit laus; Græcè dicitur ἀγαθόν honestum quidem propter se expetitur; laudandum
propter aliud expeti potest. honestum est in immobilibus alterum motu & actione cóparatur.
Nunc cotéplatio ex honestis est; quippe quæ aliena est à motu. Quapropter ἐπιστήμη,
scientia vocata est à statu, [c] quòd sedatis humoribus ætatis autem processu id fit; & perturbationibus c 7. Phys.
id quod præstat virtus, nobis accedat, & id ita proprium sapientię habitum est, vt M. Varro in 1. de An.
seriis quoque disceptationibus imperet quietem. Romanus, inquiens, sedendo sapit. Hoc genere
boni præditæ sunt mathematicæ; & verum continent, quòd per se expetendum est; & ex hisce
principiis originem duxisse monstrat id quòd otij viuendi gratia sacerdotes apud Aegyptios incubuerint
mathematicis. Itaque ad illud. Omne bonum finis est, concedo. finis cuiuldam actus Ad I.
est finis; & id quoque do. Omnis actus cum motu: hoc verò nego. Sed actio vel imperfecta est,
vel perfecta. atque imperfecta quidem est cum motu; perfectam sine motu consistere posse planum
est. Et contemplatio est bonum honestum & actus, sed sine motu. Nunc cõtra iuniores seorsum
ostendamus mathematicas esse scientias. Atque iam patet ex fine eas in scientiis esse numerandas. Ratio I.
siquidem contemplatio, & veritas sint scientiæ finis, aliquam verò partem contemplationis, I I.
C & veritatis mathematicæ præseferant. Persuadet nos ordo rationum quibus ipse vtuntur.
Nam cùm ad tot capita vniuersæ referantur, Rhetoricæ enim sunt, aut Dialecticæ, aut demonstratiuæ.
Sed non Rhetoricæ, non Dialecticæ, demóstratiuę igitur: itaque scientiam faciunt. Pręterea III.
quinque sunt habitus, quibus verum dicere contingit, mens, sapientia, prudentia, ars, & scientia.
Sed mathematicæ non mens, non sapientia, non prudentia, non ars. igitur scientia. Quin etiam
efficiuntur ex nobis & natura notis. ea verò sunt natura priora & caussæ. ex causis autem, si contemplatio
veritatis proponatur; efficitur scientia. Accedunt & Aristotelis, & Ptolomæi sententię;
Quoniam ille primam figuram scientiæ faciendę maximè accommodatam esse testatur, [d] & sępe d 1. Post.
auctoritate mathematicorum conditiones verę demonstrationis explicat. Ptolomęus item cæteris T.31.
scientiis tribuit εὔλογον, probabile scilicet & verisimile; certum & necessarium mathematicis.
Quòd si necessarium; & per se igitur; idq. in primo, vel in secundo modo; propterea continent
quid est; quod est principium demonstrationis. Et cùm mathematica sint entia; vel sunt caussæ
vel ex causis: tale enim est rerum genus in natura, quod nullum certum materiæ sensilis genus Hypoth. 1.
sibi vendicat: ergo sunt obnoxia demonstrationi. At verò vt rationes oppositæ diluantur, aduertere
oportet consilium Philosophi 4. Met. vnde scaturit omnis fallacia propemodum. Non te la-
D tet ex his, quæ nos anteà scripsimus, ab eis qui præcesserunt Aristoteli, mathematicen è scientiarũ
numero eiectam fuisse, & habitam veluti philosophiæ instrumentum, quod item respexisse videtur
præceptorum præceptor, dum 5. Met. probabiliter argumentatur in eis non esse bonum. Audisti
quoque ante Aristotelem fuisse ignotum genus illud substantiæ quod ab omni materiæ secretum
foret, & apodictice solùm ab Aristotele confectum. proinde non extitisse locum primæ
philosophiæ, sed primas sibi vendicasse naturalem: ex quo effectum est, vt eo substantiarum genere
comperto naturalis quę tunc erat prima, locum cederet alteri philosophiæ, eaq. iure optimo
prima haberetur, quòd de primis substantiis ageret; naturalis autem secunda, quia de secundo
substantiarum ordine disputaret. Hæc quoniam confecta in physicis vt perspicua statuuntur: de
mathematicis erat disserendum, quod in eius philosophiæ calce peractum est. Ergo cùm de mathematicis
eo tempore nil decretum fuisset; ex iis quæ tum constituta erant, accipit Aristoteles
tot esse scientias quot sunt genera substantiarum, quasi certum & confectum ex vi apodixeos, &
communiter approbatum, & sine controuersia receptum, duo scilicet esse substantiarum genera,
necnon totidem scientias. quod fortè non dixisset Aristoteles, postquàm (id quod in extremo
illo volumine fecit) docuisset quemadmodum item bonum ad mathematica pertineret.

Verùm

Verùm fac illud fuiſſe decretum Philoſophi ex numero ſubſtantiarum colligi ſcientiarum multitudinem : culpandi ſunt mathematici qui quantum ab omni ſubſtantiæ genere ſeparatum cõminiſcuntur, idq. mathematico ſubſternunt, neque ius ſuum retinent. Vt enim ante ſignificauimus, accidens ſine ſubſtantia neque eſſe, neque cogitari poteſt, & in mathematica ſic ſubit abſtractionem, vt primùm fit in abſtractione aliorum accidentium, determinando notionem ſubſtantiæ tali forma accidentis, vt conſiderando ſubſtantiam quatenus eſt quanta, non vt ſubiectum quanti, deinde liberatur quantum conditionibus materiæ ſenſilis, hoc eſt, alteratricibus calore & frigore, & quæ naſcuntur ex illis, ſibi relinquens extentionem ſolam διάϛημα, ſiue διάϛασιν, auxilio noſtræ mentis : eſt autem diſtantia infinitum quid, & intrinſecus inhæret in materia, immò eſt ipſa materies, vt ſuo loco demonſtrabitur. & quamuis non ſit ſenſilis, eſt νοητὴ, & intelligenda: infinita verò non quòd omni termino excedat, ſed quia mens in ea terminum vbicunque figere queat, & quadrans & rotundans. nam termini naturales ſunt in materia iam qualitatibus alteratricibus & ſenſilibus affecta. Accedit eodem quòd nomen ſubſtantię multiplex eſt, & inter cętera comprehendit τὸ τί ἐϛι, quod quid eſt, atque hoc eſt ſcientiæ caput, vt dixi. Proinde tria ſunt genera ipſius quid eſt, vnum formarum ab omni materiæ ſecretarum, quod eſt primi philoſophi, alterum quod eſt in materia ſenſili & naturale, & tertium quod ſecernitur à materia ſenſili, & eſt mathematicum. Quòd ſi accidens ſpectare dicuntur; ita accipito, quia nõ reſoluunt ſuas demonſtrationes in principia ſubſtantiæ, quemadmodum aliæ ſcientiæ, ſed in principia quanti

a 2. de An. T. 12. tãtummodò; nihilominus & ipſa rei principia perhibẽtur ab Ariſtotele;[a] vt quid tetragoniſmus? inuentio mediæ. Quanquam illud ſatis eſſe poterat ad perſuadendum in mathematicis eſſe rei cauſſam & ſi illis cõcedebatur quid eſt. Hæc n. ſunt Ariſtotelis verba 5. primæ phil. c. de termino. τὸ τί ἐϛι πέρας γνώσεως, καὶ τοῦ πράγματος. Ipſum quid eſt eſſe terminum cognitionis, ſi verò cognitionis & rei. Et planè ſi ita res eſt veram habeat cauſſam tetragoniſmus; propter quam ſit oporter, aut ſit ἀναίτιος & ſine cauſſa, quod eſt principium. Quapropter etſi non ſunt verę cauſſæ, ideſt, præcipuę, ſunt tamen primæ, ſi referantur ad ſuos effectus, id quod demõſtrationi ſat eſt. Memento verò ipſum quid eſt eſſe duplex vel propriè, quod rei formam cõtinet, vel logicè, quod per omnia cauſſarum genera ſeorſum tradi poteſt. Atqui ea definitio, quæ continet formam, ſumitur à Mathematicis, nec à phyſica definitione differt: quandò non aliter definiret phyſicus rectum, aut curuum, vel Sexagonum, cum docet cur iris lapis ſit Hexagonus; itaque etiam nos do-

b 2. Phyſ. T. 68. cuit Ariſtoteles[b] ipſum cur in ipſum quid eſt reſolui, vt in definitionem recti, & eius, cuius poteſt eſſe commenſio. Vtitur etiam materia Mathematicus, vt cùm totum rectum ex duobus ſemirectis concludit. & cùm in omni prædicamento contineatur ratio poteſtatis & actus, & quod eſt inſtar materiæ ac formæ, vtrunque principiorum genus vſurpat; & quamuis non ſint abſolutè prima, ſat eſt ſi in ſuo genere ſint huiuſmodi. Neque tibi negotium faceſſat, ſiquando ex nobis audies dimidia, aut aliud ſimile partium genus eſſe toto poſteriora; propterea non poſſe ex illis demonſtrationem confici; aut ſi cõficit demonſtratio; ex his tanquàm prioribus verearis ne falsò pronunciatum ſit ab Ariſtotele, eas partes eſſe toto poſteriores. Etenim alia ratio eſt eiuſmodi partium apud mathematicum & cęteros philoſophos: apud hos enim ſunt accidentia eſſentiæ; propterea toto poſteriores habentur; at apud mathematicum qui diſtantiam per ſe conſiderat

II. quæ per ſe conſtat ex iis partibus iure principia reputantur. Inſuper ſcire licet certitudinem ſeu perſpicuitatem eſſe vel per demõſtrationem, vel etiam multò maiorem, qualis eſt principiorum, quę ſanè perſpicuitas ſcientiam non oppugnat. hoc autem modo multa noteſcunt in mathema-

III. ticis, quæ tanquàm ſenſu deſcriptionibus exponuntur. Necnon affectiones eſſe proprias, vel ſpeciei, vel generis, neque omnes vno ſubiecto fundari. Specta primùm tu ea quę ſunt ad aliquid, hęc profectò ſaltem duobus innituntur, conſimiliq. ratione ęquale, & inęquale quæ ſunt propria quanti, & ſimile & diſsimile quę ſunt propria qualis. Et multa ſunt huiuſmodi apud mathema-

IIII. ticos quę in relatione poſita ſunt, vt anguli & latera oppoſita. Poſtremò meminiſſe oportet, vnã vnius rei definitionem eſſe, cauſſamque propinquam quæ abſolutè demonſtrationem efficit, vel rectã, vel eiuſmodi quę terminetur eo quod fieri nequit, vt poſteà longo ſermone declarabimus. ea verò, ſi ex multis cauſsis ordinem inter ſe habentibus componatur; nil refert. Sed cur non eſt ſępè culpa mathematicorum, qui vera effectuum cauſſa neglecta propter difficultatem, alia propria quæ ſint annexa, conſectantur? vt ſi in phyſicis cùm riſus & habilitas ad diſciplinam ſe conſequi perſpicuum ſit ex inductione, tametſi illa habilitas habet cauſſam, ob facilitatem per riſum demõſtretur. His ergo ſic poſitis facilè eſt diluere rationes oppoſitas. Nanque negatur aſſumptio

Ad II. ſecundę rationis. Eam confirmant opponendo demonſtrationem 32. primi Elem. quæ accipiat aliquid extrinſecus. Equidem, vt hoc gratis dabo, quòd mathematici ſępè principiis ijs videntur eſſe contenti quę ſint euidentia: ſic confidentiſsimè aſſeuerabo reſolui talia principia quæ ſunt euidentiſsima, in cauſſas ſui generis; vt in re noſtra exſuperantia duorum angulorum ad quęque tertium, quę per externũ angulum declaratur: eſt enim ęqualis duobus oppoſitis. Quod deinde

afferunt

A afferunt mathematica theoremata ex communibus effici; negatur. siquidem ad rem propositam ex analytico præcepto contrahantur. Et illud etiam quòd medium non sit ratio formalis conclusionis; & quòd vna eademq. caussa plurium effectuum esse potest. An id sufficit, vt talis sit caussa qua posita ponatur effectus, quæcunque illa caussa sit, aut in eam resoluatur: & si plura sint media, vt ex ijs vna caussa fiat, aut nisi res ita se habeat, vitium in ratione latebit; & erit pseudographema, neque mathematicæ conditio; sed demonstrantis error erit culpandus. Quòd forma careant mathematicæ, aut materia: tùm patebit, cum docebimus terminos esse formam interualli quod mathematico subijcitur. & in rebus mathematicis est materia, si non sensilis, at quæ mente comprehendi queat; & partes quæ materiæ vim obtinent: carent planè fine & efficiente, quoniam caussæ istæ sunt principia motus; mathematica verò sunt immobilia: sed materia quæ sub mentem cadit & forma quæ respondeat illi, nequaquàm. & id falsum est, quòd talium quantorũ non sit definitio. Ea, quæ probantur externa esse; si extrà idem subiectum, fateor. si verò extra genus; id verò pernego. Addis auctoritatem Aristotelis negantis principia propria mathematicis, te deludit ambiguum, quod culpa interpretis in codicem latinum irrepsit. nanque duæ sunt voces apud Græcos, quas vnico nomine proprij Latini verterunt. κύριον & οἰκεῖον. Porrò οἰκεῖα requiruntur in scientiis; [a] κύρια non in omni scientia, sunt verò κύρια præcipua & potissima caussarum genera nimirum finis & efficiens, & κύριον est auctor & caput. [b] hæc ergo negantur ab Aristotele mathematicis. Dices hæc esse principia metaphoricè. An sunt principia metaphoricè mutationis, non principia simpliciter accepta, quòd aliquid de illorum ratione minuatur. immò sunt principia maximè; vnde aliquid pendeat; cuius signum quòd illo immutato, aliquid etiam secum immutetur, quæ nonnulli è Latinis sic explicant, quòd sint efficientia formaliter, nõ effectiuè. quemadmodum forma & priuatio dicuntur agere, non quia moueant; sed quòd sui præsentia faciant aliud. & ratio peccat à coniunctis ad diuisa. De his ergo, quæ κύρια sunt; agebat Aristoteles, non de propriis, quæ quatenus ipsum insunt. Neque verò rationem scientiæ tollit, quòd principia sint metaphoricè; siquidem etiam inibi concesserit Philosophus idem principiorũ genus primæ philosophiæ, quæ est omnium maximè scientia. Quanquàm non erat etiam, vt vereremur assignare principia propria mathematicis, qui obseruassemus notari Brysonē [c] quòd in orbe quadrando communibus vteretur, ideoq. repudiari rationem eius à Mathematicis; necnon audissemus Aristotelem nos admonentem, quemadmodum principia mathematicæ, quæ cæteroqui cõmunia numero & magnitudini videbantur; propria redderentur, nimirum quòd non simpliciter, sed ex analogia sumerentur. Quamuis autem caussæ omnes definiantur per motũ; subest in dicto fallacia consequentis. siquidem etsi omnes definiuntur per motum, non idcirco omnis earum consideratio comprehendit motum: id quod vsueuenire dicimus in mathematicis. & est verè dictum syncategorematicè, quia singulæ efficiunt motum, non tamen categorematicè, quia non omnibus modis acceptæ. Non licet etiam negare, quin externæ caussæ & externa quid est, in demonstrationibus assumantur. Nanque demonstrationes absolui possunt etiam ipsis quid est logicè acceptis. [d] Quòd autem varia media sumi queant, si inter illa sit ordo, concedimus: si minus, & hic demonstratorem arguemus. Porrò quòd idem valeant demonstratio recta, & ea quæ terminatur eo quod fieri nequit; suo loco declarabitur. itaque ex hoc etiam tollitur ratio septima. Tollitur autem postrema ratio significata fallacia consequentis. siquidem cùm satis sit ad scientiã vt sit de substantia siue sensili, seu intelligenda, traducunt substantiæ nomen ad significandam tantummodo sensilem. Nos autem defendimus etiam mathematicen comprehendere alterum illud substantiæ genus. Quare nõ est dubitandum, quin mathematicæ sint in scientiis collocandæ, quod multi, ijdemq. philosophi nobilissimi hoc tempore negant.

(Margin: Ad III. — Ad IIII. — Ad V. — a 1. Post. — B — b 2. de An. T. 46. — c 1. Post. 1. Phys. 1. Elen. — C — Ad VI. — d 7. Met. T. 59. — Ad VII. — Ad VIII.)

D

Accipiat'ne primus Philosophus à naturali substantias separatas esse. *Cap. XII.*

NEQVE ab instituto nostro videtur abhorrere, sit'ne quæstio naturalis, an diuina de eo quòd sint substantiæ prorsus à materia liberæ. Cùm enim ex eo post naturalia vocemus philosophiam diuinam, quòd naturalia theoremata ordine doctrinæ præponantur; & illud præcipuè, quòd ostensum est esse primum mouens omnibus modis immobile, & ob id à materia separatum; censebit aliquis eam quæstionem esse naturalem. Et tamen profitetur Aristoteles se in methodo naturali disserturum de formis quæ respiciunt materiam, diligentiorem verò tractationem de forma aliò reiecturum, idq. non sine valida ratione pronuntiatum, quòd cùm sint etiam formæ quædam sine materia; de his agere non erat munus philosophi naturalis. Idemq. alibi cõfirmatum. Quæcunque mouent immobilia permanentia, [e] non esse physicæ considerationis. Neque desunt argumenta quibus hæc pars problematis approbari possit. Siquidē eiusdem mentis sit nosse, sit'ne res, & quid sit. Verùm solus primus philosophus nouit quid sit primus motor. ergo is solus noscet etiam quòd sit. est enim forma illius motoris penitus à materia seiuncta, & ita

(Margin: e 2. Phys.)

Ratio I. ita decreuit Auicenna. In hanc ſententiam Auerroës Auicennæ infenſiſsimus inuehitur pluribus E
a 1. Met. locis, [a] & tribus potiſsimè nititur argumentis. Primum. Nulla, inquit, ſcientia probat eſſe ſuum
c. 1. ſubiectum, ſed ipſum accipit, vt notiſsimum. Cùm ergo ſubſtantiæ quæ ſunt extra materiam, ſint
1. Phyſ. T. primæ philoſophiæ ſubiectum, nequit prima philoſophia illas eſſe demonſtrare. Deinde demon-
c. 83. ſtratio rei cuiuſpiam ad eam ſcientiam pertinet, vnde promitur medium. Sed demõſtratio, quòd
I I. 2. Phyſ. T. ſint ſubſtantiæ ſeparatæ, vtitur medio naturali, nempe motu. Ergo & ea demonſtratio naturalis
c. 26. habebitur. Tertiò demonſtrat Ariſtoteles ſubſtantias ſeparatas eſſe 8. Phyſ. quinimo eaſdem argu
I I I. mentationes ad verbum reſumit 12. poſt natural. Illa igitur diſputatio naturalis erit, non autem
diuina. Nam quòd 8. Phyſ. ſit pars methodi naturalis, non eſt quòd ambigamus, cum 1. de ortu
citetur cum libris de motu. Quapropter Auerroës ſic omnem controuerſiam tollere putauit.
Cùm enim de ſubſtantiis quæ ſunt extra materiam, quæſtio duplex excitari poſsit, an'ne ſint, &
quid ſint, priorem quæſtionem à naturali diſſoluendam eſſe cenſuit, poſteriorem verò à primo
philoſopho. Cæterùm, ſi eiuſdem mentis eſt noſſe, ſit'ne res & quid ſit, cùm philoſophus natu-
ralis norit eſſe tale genus ſubſtantiæ, profectò etiam noſcet quid ipſum ſit. Et contrà quia primus
philoſophus nouit quid ipſum ſit, illud item eſſe cognoſcet. Itaque inanis erit illa diſtinctio de
quæſtionibus, quæ pertinent ad ſubſtantias ab omni materiæ concretione ſecretas. Pręterea con- F
b 6. Met. tingeret, inquit Scotus, [b] philoſophiam naturalem priorem eſſe diuina; quod quidem haberi de-
Q. 4. bet abſurdum. Sed hęc fortaſſe leuia. Nam quantum ſpectat ad primum, noſſe licet rem eſſe bi-
fariam, vel per ſe, hoc eſt, per ſua principia, vel per accidens, id eſt, per euenta quædam. Verùm nõ
neceſſe eſt, vbi ſciamus rem eſſe per accidens, vt ibidem quoque ſciamus quid eſt. quemadmodũ
euenire dicebat Ariſtoteles in ſubalternis quę ſolum norunt rem eſſe per ſenſilia quę ſuperiores,
per ſuas cauſſas cognoſcunt. Ex quo item efficitur, vt argumentum Scoti nullius ſit roboris; pro-
ptereà quòd vbi ſcientia quædam noſcat aliquid per accidens quod noſcitur ab alia per ſe; nihil
fortaſſe prohibet, quominus ordine doctrinæ antecedat; at ordine naturæ nequaquam; ſicuti ne-
que etiam ſubalterna præcedit ſubalternanti natura: ſed ſiquo modo pręcedit, id ſolum eſt ordi-
c 3. de cę- ne doctrinæ. quo pacto etiam naturalem diuinæ philoſophiæ præcedere non negamus. Illa ſine
lo T. 2. dubio grauiora quæ teſtatur ipſemet Ariſtoteles. [c] Ipſe.n. nos admonet eſſe conſideratioñe alte-
3. Me. T. 7. rius ſcientiæ, & quidẽ prioris quã ſit naturalis noſſe quòd ſint entia nonnulla ingenita & omnino
T. 18. immobilia. præthereà docet officium eſſe primi philoſophi diſſerere vtrum è ſubſtantiis ſolæ ſenſi-
les, an aliæ præter has exiſtant. Prætereà quærendũ, inquit, an præter materiã ſit aliqua cauſſa per G
d T. 2. ſe, atque illa quidem ſeparabilis. Clarius item 6. Met. [d] docet ad primum philoſophum pertinere
e T. 5. vtrunque problema, an ſint & quid ſint ſubſtantiæ ſuprà naturam. 7. [e] quoque libro idem aſſerit.
f c. 1. 2. Necnon lib. 11. [f] eandem confirmat ſententiam. Sed quid apertius afferri poteſt quàm ea quæ
g c. 8. pronuntiat in eodem libro? [g] Non'ne etiam 12. Met. [h] has ſubſtantias eſſe demonſtrat? Demum
h T. 29. eodem libro perorans, [i] inquit ſe oſtendiſſe reperiri tale genus ſubſtantiarum. Quin & ipſe Auer-
i T. 30. roës. 1. Met. 2. Met. 4. Met. 7. & 12. Met. [k] quæſtionem de eo, quòd ſubſtantiæ ſeparatæ ſint, ad di-
T. 41. k T. c. 8. 15 uinum philoſophum pertinere teſtatur. Quare non ad phyſicum, vt ipſe in calce primi phyſici
T. c. 6. profeſſus eſt. Non poſſunt ſanè qui cum aliqua diligentia legunt Ariſtotelem, id negare: ſed tamẽ
T. c. 1. eò confugiunt, quòd etſi eiuſmodi contemplatio diuina eſt; nihilominus non eſt ſimpliciter; ſed
T. c. 5. concluſio duntaxat; nam concluditur medio naturali, ſcilicet motu. Indignaretur profectò hæc
audiens Auerroës qui theorema ad eam ſcientiam referri voluerit, vnde promitur medium. qua-
re apud ipſum, ſi medium eſt phyſicum, efficitur etiam phyſicam fore concluſionem. Sed enim
hoc miſſo manifeſtiſsimè perſpiciemus, notitiam motus diuino à habitu nõ abhorrere. In primis
l T. 2. enim 4. Met. [l] docet Ariſtoteles, primi philoſophi munus eſſe contemplari omnes ſpecies entis.
m 7. Met. atqui motus eſt ſpecies entis. [m] & motum igitur primus philoſophus contemplabitur. Prætereà H
T. 8. cùm prima philoſophia non habeat ſubalternam, ad hanc alia tranſitus fieri nequit. Ne igitur fiat
tranſitus, oportet in eadem ſcientia conſiderari definitum in qua partes definitionis habentur. At
verò partes definitionis ipſius motus ſunt de prima philoſophia. & motus igitur. Motus etenim
definitur. Actus eius quod eſt in potentia, quatenus in potentia. omnes autem norunt, actum &
n 1. Phyſ. poteſtatem ad diuinam methodum pertinere. [n] Inſuper potentia definitur per motum. Omitto
T. 78. etiam ſtudio breuitatis multa loca Alexandri & Auerrois [o] qui huic ſententiæ ſubſcripſerunt.
o 5. Met. Accedit eodem, quòd termini communes qui ab Ariſtotele 5. primæ philoſophiæ deſcribuntur,
T. 6. 21. 22 ex omnium philoſophorum ſententia ſunt eius methodi. ergo & cauſſæ. quare etiam cauſſa effi-
23. ciens. Atqui genus hoc cauſſæ per motum definitur. & eius igitur definitio parteſq. definitionis.
quamobrem & motus per quem cauſſa efficiens definitur. Poſtremò ſubſtantiæ ſeparatæ aliquid
p 2. Phyſ. efficiunt in entibus & rebus naturalibus per motum. itaque etiam phyſicè mouent. [p] Sed à pri-
mo philoſopho cognoſcendæ ſunt, vt efficiunt: ergo & per motum cognoſcantur oportet. Motus
igitur ad primum philoſophum pertinebit. ergo & demonſtratio quæ vtitur motu, non erit ab
ipſo aliena. Sed hæc ſatis hactenus dubitata ſint. nunc docebo quid ſentiam. id verò duorũ capitũ

explicatione

A explicatione continetur. Primo quidem. Philosophum naturalem nosse solum quòd substantiæ materiæ immunes existant. Altero verò Philosophum diuinum nosse quòd sunt & quid sint. Veruntamen admodú disparem esse rationē qua illas esse vtrique cognoscūt. quandò naturalis illas esse cognoscit per accidens potius quā per se, nimirū ex solo motu. Cęterùm non id dico, physicū in earum notitiā ex solo motu peruenire, tanquam medio, cùm & id etiam in diuina methodo contingat: sed quòd notio quā habet de substantia illa philosophus naturalis, sem. per includit motum, vel quòd efficiat motū, mouet.n. physicè; vel quia notatur per priuationē motus. Nam quia est nobis ignota, sic describatur oportet per ea quę sunt nota nobis. ob eāq. caussam octauus physicorum pars erit methodi naturalis, tametsi explicat substantiā à materia separatā. Qm verò tale substantię genus non modò mouet materiā, sed habet functiones proprias citra omnē materię cognationem; neque sunt solū principia substantię mobilis, verumetiā substantię simpliciter & sunt entia beatissima; necesse est itē sit alia scientia quę in earū speculatione versetur quę nō respiciat motū, licet auxilio motus eius cognitionē adipiscatur. Itaque vt hanc rationē pręseferunt, spectat ad diuinū philosophū nosse, quòd est hoc substantiæ genus. Ita fit, vt eius explicationē absoluere nequeat philosophus naturalis, quòd habeat itē alias functiones quę lateant ipsum, quia non includant motū. cùm verò primus philosophus consideret ens quod est, vel sensile, vel separatum, &
B caussas eius, liceat illi eius essentiā absolutè tractare. & quà principiū est rerū sensilium, & qua est res quędā à materia secreta. Quantū verò est de quęstione quid est, assero eā nullo modo ad physicū pertinere. nā versatur in eius cognitione per accidens, & eā tantū cognoscit, quà respicit motū. Sed primus philosophus illius vniuersas functiones intelligens attingit essentiā. (siquidem in his operari & esse idē sint, & idē quoque esse & essentia.) & ita pér se ipsam cognoscit & quid sit, & quòd sit. quanquàm habitus huiusce notitię nulla methodo explicatur; [a] sed eò nos deducit methodus, vt postquā nouerit, maximè intelligatur, & per seipsam. Ergo, inquies tu, cognoscetur à nobis essentia substantiæ separatæ, quod tn̄ à probatioribus philosophis nō conceditur. Pręterea si idē est esse, & essentia in hoc genere substantiæ. Si igitur nouit physicus ꝙ sunt; idē quoque essentiā noscat oportet. Velim equidē hęc dicta accipi in bonā partē. ꝙ. s. illam attingimus, quia sese nobis maximè prodit: attamen quia mens tantū lumen sustinere nequit; ideo negant philosophi cōprehendi separatorum essentias. Et planè quemadmodū oculus noctuę fontē lucis attingit, nō tn̄ ipsum ferre potest ob nimiū splendorē; sic menti nostræ dicimus euenire. Iam verò quòd physicus nosse nequeat essentiā substantię separatę, id omne nascitur ex notione quam habet de illa,
C cognoscit.n. ipsam cum habitudine ad materiam, atqui illa habitudo facit, quominus idē sint esse & essentia in substantia separata. siue vt rectius dicam, quòd nos hęc, veluti diuersa concipimus quę tn̄ idem reipsa sunt; & quod per se ipsum indiuiduū est, diuiduè cōprehendatur; neque tamē ea sit cōplexa notitia, & in quam cadere valeat error: sed per integumenta cognoscitur, vt si solē per nubem adspexeris, totus quidē cernitur, sed nō dilucidè: ac veluti notitia simplici noscuntur homo & animal rationis compos, & ex toto, sed homo cōfusè, & imperfectè, animal vtens rōne distinctè & perfectè; sic mentes diuinę totę, sed confusè noscuntur à physico, à primo verò philosopho distinctè. Itaque accurata explicatio substātię separatę nō est muneris naturalis, sed diuini: & id sibi voluit Aristoteles, vbi considerationē illā philosopho naturali denegauit. Ex his cōuerto me ad rationes in fronte capitis allatas. Et quidē eiusdē mētis dicimus esse nosse sit'ne res, & quid est, vbi ipsam per se cognoscamus; secus si noscatur per accidens; quanquā eiusmodi verborum verus est sensus, sicuti quòd est, cū sit quęstio simplex, syllogismo non ostenditur; sic neque ipsum quid est: ideò nihil ad nos: sed detur hoc. Ergo quia primus philosophus nouit substantias separatas per se, simul explicat vtranque quęstionem. non sic philosophus naturalis. cùm ens ex acci-
D dente cognoscat. Diluuntur item rationes Auerrois. Nanque vbi probat primum philosophū nō probare quòd sint substantiæ separatæ, quia suum subiectū esse probaret. Falsò dicimus sumi substantias separatas esse subiectum primę philosophiæ. siquidē sit ens, quod complectitur decē prędicamenta, eius autē principia sunt substantiæ separatæ, quæ per nota nobis perspicuæ fiunt. Et siquis eas subiecti partē esse defendere velit, si sectator fuerit Auerrois, eum monebo non esse absurdum apud illū in eadem sciētia posse probari; sunt.n. pars subiecti totius. Et quamuis ex motu ratio procedat, dicam ego motū, quia notus nobis ab omni methodo vsurpari, tametsi nihil absurdi cōsequetur, si etiam accipiamus ipsum esse mediū, quod pertineat ad philosophiam diuinam. Quod obiicitur eius scientiæ demōstrationē esse, vnde sumitur mediū dabo si mediū fuerit prius. si posterius sit facilè negabo, vt patet, si subalternans accipiat quòd est à subalterna. Ad vltimū negamus cognitionē substantiæ separatæ absolui 8. Phys. cùm ibi solùm explicetur quoad respicit motū: ipsa verò alias habeat functiones à motu disiunctas quæ sunt officij superioris. Video te his nō acquiescere, sed nouis telis adhuc cōtrà nos insurgere, quippe ꝙ motus nō possit esse mediū de prima philosophia. Nā motus quo substātiæ separatæ demōstranť æternus est. atqui motū ęternū esse est theorema physicū, nec vllo mō primi philosophi: proinde Arist. vti' hoc medio, tanquā in

[a] Auer. 3. de An. T. c. 39.

Ad I.

Ad II.

Ad III.

Ad IIII.

a 12. Met. T. 43. physicis ostēso, & ibi noto ex hypothesi. [a] Et quāuis motus ad primū philosophū quoquo pacto pertineat: at nō ex motu simpliciter efficit ille propositū, sed ex motu æterno, quod iā est philosophi naturalis. Etiā qđ aimus, substātias à materia secretas, quoad sunt principia motus, attinere ad naturalē; vt verò principia simpliciter entis ad primū philosophū; ita oppugnabis eo promoueri cōclusionem quo illā effert medium. Cùm igitur mediū sit motus ęternus, solùm euehet hanc demonstrationē ad principiū motus, quatenus huiusmodi, nec quidquā amplius efficiet. Quòd itē confirmatur, quòd auctore Aristotele mouentia quæ sunt immobilia, nō sunt physicæ cōtemplationis. At.n. (vt mea fert opinio) nō modò motus est aliquid entis, ideoq. de prima philosophia; sed etiā motus ęternus: ergo vt motus à primo philosopho tractari posset, sic etiā motus ęternus; qui tametsi physicè cōcluditur, nō repugnat ordini methodi, vt eisdem ferè modis & parū differentibus attributis à diuino concludatur ea facta transumptione, vt quod in tali corpore naturali spectatur, & in hoc corpore accommodetur ad substantiam sensilem & cōmuniter consideratā; veruntamen quòd non rerum ipsarū foret hoc discrimen, sed modi quo res ipsæ spectantur: hinc factum esse verisimile est, vt in methodo diuina pro demōstratis accipiatur, quod item alibi nos in materiæ contemplatione factum fuisse diximus. Itaque & alibi demonstratum, & propter cōmoditatem in prima philosophia suppositum potuit esse medium. Ad illud item quod secundo loco opponitur. Aeternitatem motus attollere mentem nostrā ad initium motus per se, nec quicquam prętereà de entis principio significare. Tametsi est infringere auctoritatem Philosophi, qui 8. Phys. vtilem speculationem motus esse testatur, quòd etiam recludit viam ad primū principiū, πρὸς μέθοδον περὶ ἀρχῆς τῆς πρώτης, quibus nobis manifestò indicatur vel diuina methodus; vel via qua diuinus perducit nos in notitiā primi principij, & eius cōsilium, qui nullam aliam viā fuerit ingressus; etiam respondemus, cùm ex motu primo cōcluditur primus motor; nō excludi primum principium: nanque non excluditur primus motor ratione finis. At hoc modo primus motor est principium etiam in prima philosophia: sic enim est principium omnis entis. Ergo dū sic tractatur; tractatur item vt principium entis. Idcirco & ostensio diuina. Atqui, inquies, id non poterit præstare motus, quamuis æternus: neque.n. aliò mentem nostram deducet, nisi eò vt illū cum relatione ad motum cognoscamus. At tu nihil cōcedis & aliis attributis quæ consequantur entia sine materia, nec viribus principiorum quæ, cùm patefacta sunt, illustrant mentem, vt seipsa nobis ostendant, & illuminent alia quæ nascuntur ex ipsis. Ad tertium patet ea quæ adducuntur non priuare physicum aliqua contemplatione primarum mentium; sed exquisita earum speculatione. Et quanquā non sunt entia naturalia; nihilominus quia mouent naturaliter; & sunt principia motus naturalis, esse item physicę contemplationis. Ita igitur vterque philosophus, licet diuersa ratione tractabit entia separata motuq. vtetur. E F G

Genus subiectum naturalis philosophiæ constituitur. Cap. XIII.

TAMETSI satis notuit quod' nam sit propositum methodi naturalis, dum ex obiectis rebus scientias separauimus; nanque ea sibi vendicat physicus quę materiam motumq. respiciūt: attamen hæc omnia solent ad vnum genus referri, quod vnum propriè subiectum est, quod propter euidentiam excitat mentem nostram ad eius principia, partes, proprietatesq. perquirendas. & valet, opinor, multum ad absoluendā methodum & dirigendas demonstrationes quibus scientia cōparanda est. Nam dum in pauca atque illa quidē generalia res cōtrahuntur, euitatur inanis repetitio, dum quę cōmuniter insunt, in singulis recensere cogimur, & dum quę singulis per accidens inherent, ad ea reuocantur quibus per se conueniunt. [b] Itaque & hoc vnū vestigandū est, & nos rem quæ pluribus atque illis quidē non satis certis argumentis peragi solet, in pauca conferemus, illa tantūmodo persequētes quę firmitatis aliquid & nouitatis in Lycęo pręseferre videbuntur. Etenim illud in primis accipiemus. [c] Vnamquanque artē, siue scientiam considerari posse, vel vt habitū eius, qui scit & exercet; ex quo scientia definita est habitus demonstratione vtens; ars verò habitus recta ratione efficiens: vel etiā, vt methodū, hoc est, quatenus literarū monimentis cōmendatur, & traditur à pręceptore discenti. Sic non eadē est ethice vt habitus, & vt methodus. & habitus, vt in hac & cęteris artibus opere definitur. frustra.n. sit medicus, nisi medeatur, & ędificator, nisi ædificet. At methodus acquiescit in sola cognitione, eiusq. propriū est oportuno tēpore illa exquirere quę in sola contemplatione sunt posita. Nam medico satis est, si de loco superiore doceat artē, & auditorē pręceptis medicis informet. quicquid vlterius exhibebitur iam id nō methodi, sed habitus erit propriū, quod est actio, vel opus. Non desunt habitus, à quibus actio & effectio nulla expectatur, sed sola veritas attenditur, quos scientiæ nomine decoramus. Cùm igitur habitus sit duplex, etiā varia finis subiectiq. ratio, vnde habitus definiri solent, statuenda erit. Atque in arte quę respicit opus vltra veritatē, alius erit finis eius partis quę methodus est. alia materia; atque habitus ipsius. siquidē finis huius sit opus: methodi verò id quod cognoscendum est. & hęc eadē materia methodi, habitus autem alia materia. Exemplig. facultatis medicæ finis est bona valetudo, huc enim vniuersa medici munera spectant & hic finiuntur. subiectū cui bona valetudo com-

b 1. de par. an.

c 1. Eth. ad Eud. c. 1.

H

A do comparatur, quod est corpus humanum. nanque illud est, quod affici oportet vt bene valeat: hoc secatur, vritur, purgatur, mediam patitur, in hoc est bona valetudo, vt in subiecto. Sed in methodo non erit finis opus, vt bona valetudo; nihil enim docendo efficitur; sed explicari volunt caussæ, proprietates, & partes eius subiecti quod potest obtinere bonam valetudinem, quatenus huiusmodi. nanque horum noscendorum gratia laboramus, eisq; cognitis acquiescimus, cumq; talem reddiderit medicus auditorem, vt hæc optimè teneat, finem se docẽdo fecisse putat. & hoc est subiectum, quia subiectum est id cuius principia, partes, & affectiones exponũtur. Itaque idẽ est in methodo finis & subiectum. In scientiis igitur, in quibus nulla ratio operis habetur, idem erit subiectum, idemque finis habitus & methodi. quapropter etiam σκοπός, seu propositum vocatur à Græcis. Quanquàm ego latius patere puto vim scopi, quàm subiecti. Quandò subiectũ scientiæ totius appello, ad quod omnia referuntur in illa scientia, & quod per se expetitur & explicatur, σκοπὸν verò, quod etiam alterius gratia tractatur. Sic ortum & interitum, non subiectum, sed scopum constituam, quia propter aliud tractatur, illud subiectum perhibebo propter quod consideratur ortus. Itaque faciam, vt subiectum per omnes partes alicuius scientiæ pertineat, vt id ad quod semper ea referantur quæ in singulis scientiæ partibus exponuntur; non aliquod generale quod partes & proprietates contineat, motus auctoritate Aristotelis 1. Post.
B analyt. & 4. primæ philosophiæ, vbi ens ipse constituit subiectum, non quod omnia generatim complectitur, sed cuius principia, partes, & propria vestigantur. Hoc verò vnum esse debet, vel vniuocè, vel vt ad vnum quod sanè latius accipiendum esse duco, vt non modò illud, cuius id quod primum est in notione formali reliquorum includatur, velut substantia in notione accidentis, verùm etiam quomodocunque in alio includatur, vt caussa, per quam explicatur quid est logicè. Genus igitur, quod res materiatas & sensiles complecteretur, variis modis constituère, qui Aristotelis vestigia secuti sunt. Cùm enim ens simpliciter à primo philosopho tractaretur, [a] reliquæ scientiæ portionem entis acciperent, eam entis portionem vel generis subalterni nomine expressere, vtpura, substantiæ corporis, vel aliquam conditionem ad ens, substantiam, corpusúe adiecere, velut quòd sit mobile, aut naturale. Sic cùm corpus esset per se quantum quod mathematicæ considerationis esse videbatur, vt ipsum à mathematico seiungerent, adiunxere quoque cõsimiles differentias quæ ipsum limitarent. Videamus nunc, quid mouerit illos, vt hoc potius, quã illud approbarent. D. quidem Thomas accepit ens ea ratione persuasus, nimirum. Illud esse subiectum, cui primo & per se prima affectio conueniret, atqui prima affectio motus est: is autem
C conuenit enti primò; siquidem illi primò conuenire putandum est, per quod definitur. Sed motus definitur per ens: ita enim definitur. Actus eius quod est in potentia, quatenus in potentia. Subiectum igitur est ens. Quia verò credendum est D. Thomam non accepisse ens vniuersè: quia non omnia sunt capacia motus, Deus enim prorsus immobilis est. veritati consentaneum esse videtur, etiam ens conditione mobilitatis esse restrictum & illud ens pro subiecto fuisse receptum quod haberet in seipso principia motus. Atqui si ita est, cur mobile magis appellatur, quàm naturale? quę ratio mutandi conditionem & formulam subiecti? Rursus cur ens potius quàm substantia? quandò substantia mobilis est, vbi in seipsa principia motus habeat. & mutatio in subiecto videatur esse substantia, cùm anima sit substantia, ad quã mutatio quoque pertinere potest, vt ipse D. Thomas asseuerat, nec repugnat Aristoteles, qui dum motum manifestissimũ esse ostendit, etiam motum phantasiæ complexus est. Pręterea, si restringitur ens nouam notionem facit, vt cum animali rationis compos accedit. itaque non amplius ens simpliciter: aut si ens simpliciter, affectio illius propria non erit: quippe quòd latius pateat subiectum, quàm apposita cõditio. Mitto quòd subiectum debet esse absolutè primũ, ita vt in ea facultate cui subiicitur, demonstrari
D non possit. At mobile per naturale de subiecto demõstratur. [b] Mitto etiam illa quę obiecit Aegidius, vtpura, quòd physica subalterna foret primæ philosophiæ. Tùm etiam quòd ens mobile sit diuinę considerationis. quorum alterum ita probabat. quòd cùm ens mobile sit pars entis, & accipiat conditionem quę non fluit ab eius principiis, illi inest per accidens. at vbi conditio per accidens alicui parti superueniat, ibi intercedit affinitas subalternationis. Itaque physica erit subalterna, id verò vt absurdum reputari debet. Alterum verò quòd illa consideratio physica nõ esset: siquidem prima philosophia spectat ens, eiusq. partes, & modos, ac differentias per quæ illud cõe proximè diuiditur. Ergo cùm per mobile & immobile diuidatur ens, efficitur, vt ens mobile nõ sanè physicę sit cõtemplationis, sed primę philosophię. Mitto hæc, inquàm, vel quia controuersa sunt cùm apud nos, tùm apud alios; & quia, vel non consentiunt cum iis quę anteà constituimus, vel quòd falsa videntur, nullam vim afferunt. Nam quod ad primum illud spectat. & primum & secundum cõtinent propositiones repugnantes. etenim mobile, vt conditio quę per accidens enti insit, accipitur. post verò, vt pars, modus, seu differentia entis. declaret nobis animi sui sententiam Aegidius. Nã si conditio per accidens est; ergo falsum est secundũ argumentũ: nẽpe quòd cõsiderare ens mobile sit munus primi philosophi. nulla.n. scientia spectat illa quę insunt per accidens.

[a] 6. Met.

Ratio I.

[b] 1. de cęlo T. 5.

Quòd si ineſt per ſe, vt modus, vel pars, vel differentia, iam non erit phyſica ſubalterna; quandò ſubalternatio poſtulat conditionem accidentariam. Sic nos deludit Ægidius. Sed eò minus hęc valent apud nos, qui de ſubalternæ conditionibus diſſentimus. & quod attinet ad ſecundum videmus primùm ob eam rationem quàm proponit Aegidius ſic euerti omne ſubiectum phyſicę, immò ſcientiarum omnium: quia nulla res eſſet quæ non eſſet pars, aut modus, aut differentia entis. Adde & illud, quòd non differt primus philoſophus à cęteris in rebus tractandis, ſed in ratione tractandi, quippe quòd vniuersè contempletur ea quæ reliqui ſcientes particulatim ſpectant. His igitur poſterioribus repudiatis primis illis inſiſtamus. Eadem quoque perſuadent phyſicæ ſubiectum non eſſe ens naturale; licet hoc facilius defendi queat: cùm naturale prius eſſe quàm mobile videatur: ſed quatenus ponitur ens, eiſdem difficultatibus implicatur. Spectemus nunc, ſit'ne corpus mobile aut naturale ſubiectum. & planè tale ſubiectum accipiendum eſſe cenſebimus, ſi conditiones intueamur quibus adſtringitur. Etenim phyſiologiæ ſubiectum motu definitur. at motus eſt affectio corporis. & corporis igitur erit ſubiectum. Præterquàm quòd teſtatur non ſemel Ariſtoteles ſcientiam de natura plurimam impendi in explicatione corporũ & magnitudinum. Tùm prætereà: quia ſubiectum illud eſt, cuius principia partes & proprietates in illa methodo ſpectantur cui ſubiicitur. Sed ſiquis vniuerſam phyſiologiam animo luſtret, nihil aliud ab ea tractari cognoſcet. Et hoc igitur erit ſubiectum. Veruntamen id D. Thomæ non placuit. cùm quia motus qui tractatur à phyſico per ea quoque pertinet quæ corpora non ſunt vt motus cogitationis: tùm etiam quòd ſubiectum neque ſeorſum, ſiue ſecundum materiam, ſiue ſecundum formam, neque complexum oſtenditur. at mobile de corpore demonſtratur, [a] & corpus item de mobili, illud quidem ex eo quòd eſt naturale: alterum verò ex illo quòd omne id quod mouetur, eſt partim in termino à quo, partim in termino ad quem, & partibile igitur. Neque minus partes & proprietates & principia ſubſtantiæ naturalis, aut mobilis explicantur à phyſico quàm partes & proprietates, ac principia corporis mobilis, ſeu naturalis. Accedit & auctoritas Ariſtotelis, qui ſubiectum phyſicæ conſtituit ſubſtantiam, [b] in qua ſunt principia motus & quietis. Itaque alij, quibuſcum ego ſentio, ſubſtantiam mobilem, ſeu naturalem phyſicæ poſuere ſubiectum. Quod item confirmare libet auctoritate Ariſtotelis qui, dum principia talis ſubiecti ſe tradere profitetur, id verò eſt, quod habet naturam, dicit eſſe ſubſtantiam, eo quòd è ſubſtantiis conſtat. [c] Similiq. modo nos ea mouent quæ ſcripſit Ariſtoteles. [d] „Scientia de natura ferè plurima videtur circum corpora & magnitudines & horum paſsiones atque motus; adhuc autem circum principia quæ talis ſubſtantiæ ſunt.“ & cùm ignotum ſit, ſit'ne corpus hoc & probandum: ſubiectum verò notiſsimum eſſe velit, mihi ſit veriſimile illud ſtatui poſſe ſubſtantiam naturalem, ſeu ſubſtantiam mobilem. Caterùm dicet quiſpiam, veluti ens repudiatum eſt, quia non eſt proprium mobilitatis ſubiectum, nec bene congruit, cùm ratione formali; ſic neque ſubſtantia, quiddam enim amplius eſt ſubſtantia, quàm mobilitas. ſiquidem aliquæ ſubſtantiæ ſint ad quas nullo modo pertineat motus, vt illæ ſunt quæ ab omni materiæ concretione vindicantur. audiet is, quantum hoc valeat, ſi antè conſtituatur, quemadmodum ſubſtantia naturalis, ſeu mobilis ſit ſubiectum. Nàm tres leges adhibendas eſſe cenſeo, ſi defendere velimus tale ſubiectum. Primùm quidem, vt totum hoc coniunctum quod dicimus ſubſtantiam mobilem, pro ſubiecto ponatur. Neque enim ſubſtantia ſeorſum, neque ſeorſum mobile ſunt ſubiectum; ſed totum hoc quod eſt ſubſtantia mobilis; atque adeò, vt æquiualeat hoc termino cuidam ſimplici. itaque neque mobile de ſubſtantia, neque ſubſtantia de mobili probari poſſunt; id autem notum nobis eſt notitia confuſa quà ope ſenſus accedit, dum cognoſcimus omnia, aut quædam moueri, vel dum nouimus eſſe motum. nam ſimul nouimus hoc aut illud moueri. Ex quo efficitur, vt ſubſtantia non ſimpliciter & vniuersè ponatur ſubiectum, ſed ſubſtantia in qua motus ineſt quę eſt ſubſtantia ſenſilis, ſeu ſimplex, ſeu compoſita, & primò ſubſtantia, ſi non ſecundum naturam, at nobis vndè ordine quodam cęterę ſubſtantiæ quæ ſenſum fugiunt & exortes materiæ ſunt, nuncupantur. Itaque Platonici Deum non ſubſtantiam, ſed ὑπερούσιον, ideſt, ſupra ſubſtantiam vocant naturam proprietatem attendentes & vt eſt à noſtrate ſubſtantia ſeparantes. Proinde vt in communibus ad vnum (id verò infrà docebimus) notio ſimplex ad primum in illo ordine coarctatur, ſic euenit in notione ſubſtantiæ, hæc enim quæ ſenſilis eſt, primò concipitur, & hæc pro ſubiecto conſtituitur. Neque obſtat, ſi nos armis noſtris oppugnare coneris; quia ſi ſuppoſitum ex adiectione conditionis arctatur; erit item confuſio in partibus methodi naturalis; quandò generalior erit animi commentatio, in qua res conſiderantur, vt ſenſiles, quàm libri de elementis: oportet enim rationem formalem vniuerſa complecti. necnon aliquid per accidens ſcientiæ ſupponetur: nam ſubſtantia per accidens eſt ſenſilis: euitamus enim hæc omnia ſumentes ſubſtantiam ſenſilem ſecundum materiam: cùm in his obiectionibus accipiatur ſenſile ſecundum formam. Tertiò mobilitas in hac ſubſtantia, ideſt habilitas ad motum notatur, non actus ipſe mouendi. quapropter idem eſt eſſe mobile, ac naturale; hoc eſt, quod habet in ſeipſo

[a] 1. de cęlo T. 5. 6. Phyſ. T. 32.

[b] 6. Met. T. 1.

[c] 2. Phyſ. T. 4.

[d] 1. de cęlo T. 1.

A in seipso principia motus. & cùm motus sit duplex, verus & metaphoricus, vt verus est notior nobis ita mobilitas habilitatem indicabit ad verum motum primò & præcipuè, non autem ad non autem ad metaphoricum. hæc substantia mobilis necessariò corpus est, solùm ab eo differt, modo cõcipiendi, siquidem, vniuersalior est notio substantię, quàm corporis, atque vniuersalior quidem, non vniuersitate prędicationis; totidem enim subiecta comprehendit substantia sensilis, quot corpus de prædicamento substantiæ, sed vniuersitate modi, quia sine limitatione, scilicet eadem substantia comprehenditur quæ sub nomine corporis quantitate quodammodo limitatur. Et cùm ens etiam in prima notione substantiam significet, atque illam quidem sensilem, efficitur item, vt ens ad eandem substantiam contrahatur. Ergo re vera idem sunt ens mobile seu naturale. substantia mobilis, seu naturalis: & corpus mobile, seu naturale. Nec vllum argumentum potest opponi, quin his stantibus euerti possit. Ac primùm, quod extremo loco oppositum est, quòd substantia non est subiectum congruens cum mobilitate. Iam enim patuit substantiam accipi, vt in prima sui notione & vt id ad quod cęteræ substantiæ referuntur. ea verò est sensilis substantia cum qua motus conuertitur: nulla enim talis substantia est quæ non sit mobilis, nec vllum mobile, quin sit substantia sensilis. Sic contra nos argumentum D. Thomæ non valet, vbi probat ens esse subiectum, non substantiam, aut corpus, quia sit ens proprium motus subiectum, vt ex B definitione apparet. quandò ens, quod in illa definitione sumitur, aut adæquat substantiam sensilem, aut vt rectius dixerim, esse ibi est non res, sed apprædicatum, idest, non significat vt terminus, sed vt copula: sed cùm dicitur eius, quod est, & resoluitur copula in terminum & copulam, & hoc quid communius esse videtur, quàm corpus & substantia. dico ipsum non vniuersitate prædicationis esse cõmunius, sed vniuersitate modi. Sic quoque defendetur D. Thomas qui ens pro subiecto sumpsit: neque enim ens vniuersè accepit, sed quod æquipollet substantiæ sensili. Iam verò quòd accipitur corpus, etiam facilè respondere licet; si substantiam sensilem idem esse re cum corpore cogitemus. Itaque dum corpus efficitur subiectum motus, dum principia, partes, & proprietates afferuntur, etiam talis substantia subiectum motus efficitur, & eius principia, partes, & proprietates explicantur. Nec ea nos perturbant, quæ D. Thomas opposuit qui in prima notione mobilitatem respicere volumus, motum verum qui corporis est, non metaphoricum qui est animi. Atque vbi opponitur demonstrari id quod mouetur esse corpus, multos exitus habet oppositio: tùm quia probatur de corpore motus qui est actus, in ratione verò subiecti accipitur mobilitas quæ est habilitas. Prætereà non idem probatur & constituitur. constituitur sanè in corpore mobilitas, at corpus de mobili probatur. Ne verò mirum videatur, vt vnum sit perspicuũ, C & reciprocum sit obscurum, cùm sępe in mathematicis vsueueniat probari reciprocum. quod optimi mathematici docent ad 6. primi, quanquam id quod pro subiecto accipitur, vnum est vt totum hoc corpus, seu substantia mobilis, & est veluti terminus simplex. ideo nullo pacto demõstrationi subiicitur. De ratione autem quæ affertur è 1. de cęlo rursus sese offeret occasio disputandi. Veruntamen & iterum repugnet quispiam. eo quòd omnes affectiones inesse videntur in subiecto per rationem quam formalem vocant. at non per mobilitatem inest corpori esse in loco, sed per superficiem. Prætereà subiectum vult esse vniuocum, aut ad vnum. Sed hoc quod nos subiectum facimus, nihil ex his est. Nanque substantia naturalis est, vel elementum, vel ex elementis, & corpus cęleste quæ nihil habent vniuocum. quandò differunt vt caduca & æterna. Nec sunt ad vnum. siquidem ea quæ sunt ad vnum, sic se habeant, & vnum sit, à quo cętera mutuant essentiam; Sed non ita se habent inferiora ad cœlum. cuius rei signum: quia non vtuntur illò in suis definitionibus. Adde etiam quòd de subiecto prænosse oportet, quòd sit, & quid sit. At vbi'nam habetur definitio substantiæ naturalis? Dicimus sanè ad primam etiam locum esse D proprietatem quæ pullulat à rei natura, vt posita res in sua natura sit etiam in suo loco. vnde etiã dici solet. Dans formam, quæ est natura; dare etiam consequentia formam, in quibus numeratur locus. est etiam locus naturalis terminus motus naturalis. Ad secundam sic respondemus ad conseruandam rationem eorum quæ sunt ad vnum, satis esse, si prius accipiatur in quid est posteriorum logicè, hoc est, in quocunque genere caussæ. Cùm igitur cęlum habeat vim efficientis ad ea quę intra orbem Lunæ continentur, ita etiam in illorum definitione comprehendetur. hęc nos docuit Auerroës. [a] Tertia sic tolli poterit. Subiectum generale cuiusque facultatis ita se habere, vt genus generalissimum. quare non resoluitur in alia principia superiora. quocirca neque definitione subiicitur. Verùm sufficit inchoata quædam notitia rei illius quæ per nomen significatur quam vnusquisque etiam sine præmonstratore potest habere. in methodo posteà principia exquiruntur, ex quibus constat. hanc resolutionem siquis ad definitionem dirigi putet haud repugnabo (est enim propriè descriptio) atque illam colligi autumabo non Primo de cęlo, vt Auerroës opinatus est, quoniam ibi ita definiri puto corpus naturale, quatenus continet interuallum & pendet à quanto: sed initio secundi. Phys. [b] postquàm explicatum est, quid sit natura, & vbi ostenditur quid sit habens naturã. Sic igitur substantia naturalis ponetur physiologiæ subiectũ.

Dubitat. I.

II.

III.

Ad I.

Ad II.

Ad III.
a Epit. Me. T. 4.

b 2. Phys. T. 4.

Quo caussarum genere, & quatenus vtatur Philosophus naturalis. Cap. XIIII.

METHODVS naturalis ad contemplationem dirigitur, & numeratur in scientiis. Scire autem est nosce quid, & quale sit genus subiectum per proprias caussas, principia & elementa quæ scilicet in subiecto, per se & quatenus ipsum insint. quod cùm certum genus præfinitumque sit, ac certa ratione informatum, certas quoque proprietates certasq. caussas admittit. Porrò caussarum genera multa sunt, multæq. eiusdem generis caussæ quarũ varietate contingit, vt variis modis afficiantur ad scientias: neque omnes pariter, aut omnia caussarum genera perquirant, aut eiusdem generis omnibus vtantur. Itaque ad constituenda physiologiæ fundamenta de hac re nobis item in hac methodo tractandum est. Quia verò ab eiusdem generis subiecti principiis cùm demonstratio, tùm definitio ducuntur, ad omnem quoque notitiam quouis instrumento comparetur, instituta quæstio pertinebit, & principia non cognitionis, vt aliquibus placere video; sed rei ipsius attinget quæ idem valent àc caussæ quarum quatuor species sunt omnibus conspicuæ, ex quo vt materia, per quod vt forma, à quo vt efficiens, cuius gratia vt finis. tametsi veteres, cùm materiam solam, vt caussam agnoscerent, aut si prætereà caussam mouentem obseruarent, velut Empedocles & Anaxagoras; quia tamen vel eam non vsurparent in reddenda ratione problematum naturalium, nisi fortè cur ita fieret à materia non suppeteret, [a] vel vt fieri solet in iis quæ sunt ad vnum, vt res à notiore nuncupetur; quia materia quam elementum propriè vocant, notior esset, eodem quoque nomine reliquas caussas significari voluerint. Itaque etiã discordia illa Empedoclea quam sine controuersia caussam efficientem ponimus ab Aristotele ipso elementi nomine vocata est; de elemento, quòd primo significat materiam, non principio, aut caussa mentionem facerent. Quicquid igitur sit & quomodocunque vocetur, seu principiũ, siue caussa, siue elementum, cùm scientia quæque ex notitia principiorum, seu caussarum, siue elementorum oriatur; à nobis disserendum est, an omnia caussarum genera physicus assumat, & omnes caussas ex omni genere accipiat à prima vsque ad vltimam. Neque enim solùm caussæ genere discrepant, sed in eodem genere aliqua propinquior est, alia remotior, vt animalis materia proxima sunt partes difformes, remotior vniformes, remotissima quatuor elementa, & ratio forma hominis proxima, remotior anima: per omnes verò respondere liceat interrogatis cur & quid aliquid sit, vt sigillatim vnaquæque caussa docet, cur & quid sit; ita dubitari potest, an ad absolutam rei cuiusque scientiam omnes simul assumere oporteat, siue genere, siue etiam ordine distinguantur. Et omnes simul accipiendas esse monet Aristoteles, dum inuehitur in Anaxagorã, & Democritum, qui principia rerum naturalium infinita posuerunt; quòd ex omnibus caussis scientia constat, ex quibus res scienda constituta est, quæ si infinitæ forent, nullo modo concipi possent. Si igitur non ex omnibus caussis ex quibus res scienda conflatur, scientia fieret; etiam si principia forent infinita, contingeret vt haberemus scientiam; nanque aliqua solùm ex infinitis sufficerent ex quibus efficeretur scientia. Prætereà docuit Aristoteles ab exemplo finis à prima vsque ad supremam caussam esse procedendum; est verò illa suprema qua allata nihil amplius inquiritur, vt cur indutus est pallio? vt prodeat in forum. cur hoc? vt offendat amicum. cur item istud? vt soluat debitum. Contrà verò neque omnia quæ sciri possunt, omnia caussarum genera flagitant: neque item omnes à prima vsque ad vltimam accipi queunt. etenim si ex eodem genere omnes assumendæ sint, in infinitum progredi cogemur, quod plurimum abhorret à scientia: siquidem vt sit Franciscus infinita præcedant indiuidua quæ nisi extitissent, neque hoc existere posset. Et cùm res quæ sub scientiam cadunt, sint æternæ, vel mortales, & ex his quædam substantiæ, nonnullæ accidentia: planum sit æterna carere efficiente naturali, quia non est ibi principium motus quo definitur efficiens: accidentia verò forma: quandò nulla est qualitatis qualitas, [b] & ex accidentibus complura fine vacare, quippe quæ ex materiæ necessitate suboriantur, eaq. libéter, si posset, natura respueret; ex hoc genere mors est in brutis, & ærugo in ære; sed tantum bonum non sine isto paruo malo habendum est. Itaque cùm varia rerum genera sint, nec omnia caussas omnes admittant, suarumq. rerum ex propriis ipsarum principiis singulæ scientiæ sint spectatrices; profectò neque omnes scientiæ per omnes caussas vnamquanque rem edocebunt, neque poterunt, etiam si contendant: multoque minus id præstabunt singulæ demonstrationes, aut definitiones. Verumenimuerò cùm id in non omnes caussas accipientibus, nullam habeat cõtrouersiam, neque in scientiis illis quæ non omnes caussas obseruant, quales mathematicas esse posuimus in quibus nulla neque efficientis, neque boni ratio solet haberi. At statuatur aliquid omnes caussas habens ex omni scilicet genere ab imis vsque ad summas, an'ne demonstrationes eiusmodi construi poterunt quę omnes illas caussas complectantur, & erit'ne aliqua scientia quę tale demonstrationum genus vsurpare queat? Hic dici consueuit. Scire simpliciter accipi tribus modis. etenim dicitur vbi quæque res per omnem rationem notescit, & sub omni notione explicatur, qua concipi potest, vt homo quà ens, quà substantia naturalis, quà magnitudine preditus, quà

a 14. Met. c. 4.

b 1. Post.

A quà studiosus. Secundò quà sub certa ratione consideratur, & in certum genus refertur, velut si spectetur, quòd sit substantia in qua fons insit & origo motus. Tertiò quoque simpliciter scitur, vbi in eo genere sub propria ratione spectetur, vt quatenus homo. Quantum certè attinet ad primum illum modum sciendi simpliciter, vel id omnes scientiæ præstant vnà, & omnes artes & facultates, aut vna erit scientia quæ omnem considerandi rationem complectetur, qualem nonnulli ponunt, qui vniuersam contemplationem in tres partes distributam esse volunt, non ex rerum natura, sed ex vsu nostro, & ob doctrinæ commoditatem, ob quam sanè caussam sæpe fit, vt id quod vnius est methodi & loci, in aliam methodum locumúe transferatur, aut aliunde tractatum petatur. ita dicunt primum philosophum transumpsisse rationes ex 8. Phys. & vocis tractationem quæ loci illius propria est in qua sensilium natura declaratur, accipi è 2. de Anim. necnon vim ridiculorum quæ ipsius est oratoris, à poëtarum arte desumptam. Nec ratio deest qua confirment illud admirabile. Quandò scientiæ se habent veluti res. Sed vnum est omnium genus siue vniuocum, siue ad vnum, nihil refert ad statuendum scientiæ subiectum, nimirum ens. Ergo & vna scientia, cuius reliquæ sint partes, quemadmodum reliqua entia sunt partes entis. Sed quã sit hoc falsum, rerum obiectarum varietas monstrat, difformitas principiorum & dissimilis demonstrandi modus, vnde scientię distinguuntur, vt anteà visum est. quid enim cum rebus diuinis
B habet affinitatis, quòd æqualibus demptis ab aliis æqualibus residua sint æqualia? & accuratio requiritur in mathematicis, quæ negligitur in prima philosophia propter illiberalitatem. naturalis flagitat demonstrationes quæ cum sensu conueniant, Naturalis & mathematica res speciatim tractant; vniuersè prima philosophia. & omnes tractare scientias, vt aliqua res teneatur, præterquàm quòd erit Stoicorum dogmate insistere, quòd idem quem sapientem esse volunt, & rex erit bonus, & sutor bonus, quod risu explodendum est: etiam cogetur primus philosophus descendere ad particularem cuiusque rei considerationem, vt cum spectabit hominem quatenus est ens, quod nos nulla ratione approbamus, tùm etiam scientiæ non habebunt præfinitas interrogationes, sed sciens de omni quæstione disserere valebit. Quòd si id ab Aristotele perpetuò negatum. atque id ipsum acceptum de secundo genere sciendi simpliciter; planum est Aristotelem non nouisse primum sciendi modum; sed planè secundum accepisse sub quo tertius item continetur: nã supponitur in quaque demonstratione ratio generalis eius generis quod in ea scientia tractatur, eaq. propriis vestitur attributis. Nam quòd vna sit scientia, quia sit vnum rerum omnium genus; nihil officit planè, etenim spectare licet res, vel vt habent inter se ordinem prædicationis, vel vt
C habent in se ipsis rationem scibilis. vt scibiles autem habent certos terminos quibus continentur, & certos tractandi modos. At ens cętera complectitur vt prædicabile, vnde scientiarum partitio non accipitur. Non sequitur igitur, vt etiam si ens de omnibus prædicetur; sit vna scientia communis. Igitur accipiamus secundum genus sciendi simpliciter quod ab Aristotele definitum fuisse credimus: & cùm duo sint caussarum ordines, primus qui positus est in quatuor diuersis generibus, alter qui gradibus caussarum generis eiusdem consistit; si primum ordinem spectemus, ita decernetur. Effectum, seu quæstionem non esse necessariò resoluendam in singula genera caussarum, sed in ea duntaxat à quibus pendet. Cauendum verò esse, vt omnia sub illa ratione ponantur quæ illius scientiæ propria est in qua versamur. vt si de re naturali, quatenus est huiusmodi, quæramus; eius scientiam consequemur ex iis ipsis causis quæ pertinent ad rem illam constituẽdam, quatenus hæc omnia continent rationem motus quo naturalis scientia determinatur. Ita fiet vt mathematicus tractans quantum, etiam si quantum ab efficiente producatur; & sit formę instrumentum, idemq. materiæ extentæ terminus, nihil horum attinget; quia repudiant hęc abstractionem & immobilitatem quam consectatur mathematicus. Verùm quod spectat ad caussarum gradus, res ipsa resoluenda est in caussas vsque summas; modo tamen caussæ per se ad effe-
D ctum dirigantur. si minus; quantumuis se consequantur, non omnes accipiendæ sunt. vtputa, inuentio thesauri, caussam habet proximam nimirum effossionem, effossio quoque certã habet caussam, nempe rusticum effodientem. Inuentio tamen thesauri per se à rustico effodiente non pendet, siquidem thesaurus præter spem consiliumq. effodientis inuentus fuerit. Quamuis ergo sit alia prima caussa effossionis, non necesse est ab ea per se pendere effossionis effectum, quandoquidem prima illa caussa non hoc per se contendit, sed per accidens solùm, effodiebat enim rusticus terram, vt sereret arbores, arborum satio per se optabatur; sed dum sationis gratia foderet, euenit fortuito, vt thesaurum inueniret. Atque ita etiam si in infinitum indiuidua sibi succedant, posteriora tamen existunt, & cognosci possunt; propterea quòd etsi alterum ex altero nascitur in infinitum: vt à Saturno Iuppiter, à Ioue Tantalus, non tamen Saturnus est per se caussa Tantali, sed per accidens. Quocirca non cogimur dissoluere posterius hoc indiuiduum in reliqua omnia præcedentia, nec in immensum, sed in illis causis acquiescimus quas per se nouimus ad eius indiuidui propagationẽ concurrere. Proinde etiam si Aristoteles omnes caussas in demonstratione definitioneúe sumendas significauerit, eius sententiam vt collectim, nõ distributiuè pronuntiatã

accipiemus, quòd hæc ſcientia fiat ex his cauſsis, ex aliis alia, vt quamuis phyſica demonſtret per omnia genera cauſſarum, non tamen per illa omnia vnumquodque demonſtrare cogatur. Nunc ad illa veniamus quorum cauſſa hæc præfati ſumus, ac doceamus quibus cauſsis, & quatenus phyſicus vtatur. Profectò ſi phyſicus ſpectat ſubſtantias quà mobiles ſunt, mathematicus autem res immobiles, conſimiliq. modo primus philoſophus: phyſicus ſanè cauſſas illas accipere debebit à quibus pendet motus, eas negligent primus philoſophus & mathematicus, illasq. ſolas recipient, quæ ſine motu ſuos præſtabunt affectus. hoc quidem prima fronte ſic decernendum videbitur: attamen non ſine diligenti inquiſitione approbandum; ſiquidem oporteat de cauſſarum ſpeculatione diſtinguere. Nanque pluribus modis cauſſæ principiaq. tractari poſſunt, vel vt res quædam & entia abſoluta veluti Deus, quà Deus eſt; vel etiam vt cauſſæ, eademque tractantur, quòd illarum natura & eſſentia cum diligentia veſtigetur, ſiue quod ad cognitionem incomplexã pertinet, ſiue quod ad complexam; aut in demonſtrationibus ſolùm aſſumuntur. Rurſus ſpeculatio principiorum aut eſt habitus, aut methodi. Permagni verò intereſt ſit'ne ſpeculatio methodi an habitus. Nam methodi eſſe dicitur, quia doceri poſsit; habitus autem, quia cognitio quidẽ pendeat ex alicuius ſcientiæ fundamentis, attamen explicari aut non neceſſe ſit, aut nequeat. Et planè principiorum cognitio, quà ſunt entia & incomplexa & ab ea conſideratione abſtrahuntur quæ principij, hoc eſt, relatiui cuiuſdam rationem præſefert nullius eſſe methodi iure optimo iudicabitur, quemadmodum de mente actu cenſetur ab Auerroë.[a] quandò explicatio methodica procedendo à nobis notis ea ſolum indicat, eſſentiam per ſe menti conſiderandam relinquit. hæc autem habitu ſapientiæ pollens illa contemplatur. Itaque cùm methodum in præſentia conſectemur, de illis diſſeramus, quà methodo ſubiiciuntur. Ea primum quà principia, ideſt, cum relatione & habitudine concipiuntur: deinde vt complexa tractantur, hoc eſt, vt doceatur, hæc eſſe principia, neque id quiſquam negare audebit, opinor, qui primum phyſicum ſedulò obſeruabit, vbi contraria prima & ſubiectum eſſe principia concluditur. nõ eſſe, inquàm, hæc principia quę ſunt forma, priuatio, & ſubiectum; ſed formam, priuationem & materiam eſſe principia. verùm quòd ſint, præterquàm quòd demonſtrationi non eſt obnoxium, ſicuti docuimus antè, methodi munera tranſilit, mentiq. ſoli committitur. Illud video non ſatis ab Ariſtotelis interpretibus animaduerſum, ne dixerim, confuſum; quod eſt, cauſſam tractare & illam vſurpare in demõſtrationibus. Etenim vt facile me oſtenſurum confido phyſicum omni cauſſarum genere demonſtrando vti, ſic omne cauſſarum genus cum diligentia ab ipſo tractari confutabo. Quòd enim per omne cauſſæ genus demonſtret, præter Ariſtotelis teſtimonia,[b] ratio confirmat quæ eſt huiuſmodi. Ad naturalem philoſophiam pertinet illas cauſſas in demonſtrationibus aſſumere ex quibus pendent ſubſtantiæ naturales, quà naturales ſunt. Sed ſubſtantiæ naturales, quatenus huiuſmodi, pendent ex omni genere cauſſarum. Et omne igitur cauſſarum genus, ad naturalem philoſophiam pertinebit. Iam enim conſtitit ſcientiam, quanquã in proprio quodam genere verſari, & omneis cauſſas in demonſtratione eſſe vſurpandas ex quibus res ipſa conſtat, quatenus in ea ſcientia tractari poteſt. At verò in rebus naturalibus quà ſunt naturales, eſt forma, vt quod quid erat eſſe hominis; materia menſtrua, mouens pater, finis cuius gratia vel qui cum forma conuenit, vel eius operatio perfecta. Et profectò cum rerum naturalium ingenio congruit omnis cauſſarum generis aſſumptio. quippe quòd ſint ſuoptè nixu mobiles. Atqui in motu ſubiectum requiritur quod eſt materia; deſideratur efficiens, vnde principium motus exiſtat. exoptatur finis quo efficientis opera terminantur, flagitatur forma per quam ſit id quod natura per motum conſequi voluit; neque enim mouet, in immenſum, ſed aliquid permanens mouendo cupit adipiſci, eoq. cõparato quieſcere, id autem eſt forma. Cęterùm hoc facilè dabitur: illud non approbabitur à pleriſque philoſophum naturalem demonſtrando accipere primam formam & primum finem, & ad id confirmandum multa loca & rationes adducentur. Quoniam ea quæ conſiderat phyſicus, reſpiciunt motum. At primus finis & prima forma ſine motu conſiſtunt & concipiuntur. Igitur à phyſico non aſſumuntur. Prætereà cùm res naturales ſine motu, ſeu materia non definiantur, illæ cauſſæ ſunt à phyſico aſſumendæ quæ cum motu operantur. Cùm ergo primus finis & prima forma ſeparentur à motu; dicemus item haſce cauſſas cum ſcientia naturali non congruere. Tùm etiam ipſemet Ariſtoteles affirmat phyſicum ſpectare quæcunque mouendo mouentur,[c] quæcunque verò manent immobilia non eſſe phyſicæ conſiderationis, idemq. aſſerit. De principio ſecundũ formam[d] vtrum vnum, an plura exquiſitè decernere alterius eſſe officij, non naturalis. Et multo clarius adhuc 1.[e] de ortu. aſſeuerat, de immobili principio diſtinguere prioris eſſe philoſophi. Quamobrem naturalis à cęteris philoſophijs ſeparatur, quòd motum & materiam perpetuò ſumit. Sed prima forma primusq. finis motum non reſpiciunt. Non ergo vſurpantur à phyſico. Sed enim, ſi philoſophus naturalis aſſumere debet omneis cauſſas corporis naturalis, quatenus eſt huiuſmodi, in eius verò cauſsis prima forma primusq. finis numerantur. (eſt enim primus finis primum quid eſt)[f] Ergo & prima forma primusq. finis aſſumentur à philoſopho naturali. ſiquidem

a 3. de An. T. c. 36.
b 2. Phyſ. T. 70. 8. Met. T. 12.
c 2. Phyſ. T. 71.
d 1. Phyſ. T. 83.
e T. 14.
f 12. Met. T. 48.

A siquidem pluribus locis caussam perpetuæ successionis in rebus caducis ostendat esse primum finem, cui omnia parent, & quod imitari cupiunt. Propterea, vt omnes caussas ab imis vsque ad summas adhiberi a physico iuis demonstrationibus affirmo: sic omnes cum diligentia ab eodem tractari posse nego: sed eas tantùm cum diligentia in hac methodo explicandas esse quæ non separantur à motu, reliquarum explicatio diligens superiori officio delegabitur. & caussa est, quia cùm includant rationem & notionem motus, quia motus à physico diligentissimè exponitur; ergo, & illa, in quorum notione inest motus optimè à naturali cognoscentur. Nam verisimile est ibi aliquid maximè cognosci, vbi illud maximè cognoscitur per quod explicatur. Itaque omnia illa loca quæ nuper allata cōtrà fuerunt, ostendent quidem naturalem philosophum caussas illas non exponere & pro merito tractare: nihil obstabunt, quominus eas in demonstrationibus vsurpari posse credamus. illud solum persuadebunt: demonstrationem quę in caussas illas resoluitur, vt est ex maximè primis in hac philosophia, ita non esse ex nobis notissimis, quòd illò physicæ methodi vis non tuebatur. Restat igitur, vt efficiens & materia cum omni diligentia tractentur à philosopho naturali & demonstrationes quæ è tali caussarum genere constantur in methodo naturali, sunt suis numeris partibusq. absolutæ. & omnibus modis; cùm è ceteris absolutæ quidem sint, sed in proprio genere; quia scilicet illis sit contentus, quatenus referuntur ad motum. Nam
B quicquid vlterius cognoscitur, si facit ad rei notitiam pleniorem; non tamen facit ad notitiā rei, quatenus est naturalis, sed vt cadit in aliam rationem, vtputa, entis. Neque obstat quòd operentur prima forma primusq. finis sine motu: quare non respiciant substantiam naturalem; quia nō id sibi vult illud dictum, quòd omnis earum ratio notioq. separentur à motu: sed quod inter reliquas caussas hæ quoque sine motu considerari queunt, cùm functiones habeant quę sine corpore obiri possint. Ideo quatenus respiciunt motum, pertinent ad methodum naturalem: sed cùm habeant item alia officia quę segregantur à motu, illa res natura plenè cognosci nequit à physico qui non excedit limitibus motus; sed ab eo philosopho cognoscetur qui considerat entia quæ sunt immobilia; hic verò est primus philosophus. Quanquam de iis quæ nuper constituta sunt, non leues existunt dubitationes: siquidem subiectum philosophię naturalis perfectius in alia sciētia, quàm in naturali nosceretur; ibi enim perfectius noscitur, vbi ipsius principia noscuntur. Quia verò facilè hoc dabis obiiciens locum Aristotelis, [a] vbi testatur primi philosophi munus esse præbere subiecta ceteris scientiis; quasi noscat ipse solus illa esse simpliciter: anima luerte obsecro Aristotelem agere de eo quòd sunt; itaque verè dicere; quando vnus primus philosophus
C tenet rem esse, quatenus est: sed nos hîc substantiam naturalem sub ratione naturæ concipimus; eam verò nulli notiorem fore quàm philosopho naturali prædicamus. Tùm etiam scitu dignum est an'ne materia plenè cognoscatur a philosopho naturali; ecquid'nam amplius afferat ad hanc cognitionem primus philosophus. At verò quantum est de primo: cùm sit hoc in nostris placitis constitutum principia spectari in methodis cum habitudine ad ea quorum principia sunt, etiam sequenti auctoritatem Aristotelis scrupulum iniiciet ea sententia. [b] Siquis vnum è relatiuis distinctè nosse velit, alterum quoque distinctè noscat necesse est: neque enim satis est percunctanti cuius ego sim filius, si parentis filium me esse audierit: sed tùm acquiescet, si me Nicolai filium esse doceatur, qui nobiles caussas aliquando perorarit: aliter non plus certior abierit, quàm curiosior ille qui quærens ex quodam seruo, quò iret, & cuius esset; responsum tulerit. Huc eo, heri sum seruos; nunquid nunc es certior? Hic ego te considerare velim, longè aliud esse rei merita tractare, & methodi in qua versamur; etenim methodus procedit ex propriis, & certis quibusdā terminis cohibetur: itaque satis est illi ea continere quæ ipsius propria sunt, reliqua negligit; nec idcirco quicquàm de iure suo deminuit rei notitia latius patet, & quandoq. multarum methodo-
D rum opem flagitat: itaque cęlum & à naturali & ab Astronomo consideratur; quia subit diuersas rationes; cùm cęteroquin vna sit cuiusque methodi ratio qua determinatur: quamobrem ea principiorum notitia contenta esse debet, qua subiectum sub propria ratione tractatur, vlteriorem nō requirit; & quicquid vlterius adhibetur, alienum est, & ad rei quidem notitiam faciens, sed nihil adiuuans illam methodum. Neque nosse oportet, vt aliquem certò patrem alterius esse sciamus, sit'ne animal rationis compos an brutum; neque postulat ea notitia certam atque accuratam fundamenti, vt ita dicam, explicationem: itaque distincta alterius relatiui cognitio vsque ad quendā terminum peruenit, & cum distinctione illa adhuc connexam habet aliquam confusionem: aliter immineret periculum, ne sciremus bis duo facere quatuor, nisi perfectè sciremus quid esset numerus, quid quantitas, & an sit materię proprietas, an formę. neque nosset expugnare oppidum Imperator, nisi cognosceret quid sit victoria, quid beatitudo, & cuncta politicę principia teneret, quę sanè res est venia potius, quàm admiratione digna. Hoc iudicio cōmotus Antonius apud M. Tullium [c] oratoriam facultatem modicis regionibus circunscribit; & infinitatem illam quæstionum de quacunque re subtiliter disceptandi negat oratori. Sed Aristotelis ipsius iudicium, & aliorum philosophorum persequamur. quotusquisque est ex Astronomis, qui de eclypsi ita disputet, vt quærat,

[a] 6 Met.

[b] Prædic.

[c] Orator.

quærat, vnde opacitas Lunæ nascatur, & quę'nam sit corporis illius natura, è quo'nam materiæ
genere constet, quæ sit eius forma; verum'ne caducum sit corpus, an mortale? eo contentus erit,
quòd Luna à Sole lumē accipiat; cùm sit corpus opacum, & eiusmodi, vt ipsum ad nos reflectat;
atque vbi ex interuentu terræ lumen Solis amittat, tùm fieri eclypsin: itaque vestigabit quo tem-
pore terra sic inter vtraque lumina interponatur, vt Luna in eius vmbram incurrat, & eclypsin ita
designabit. & illa discens nihilo plus erit bonus mathematicus. Et medicus vsque ad quendam
terminum materiam nerui noscere volet; accuratam eius perquisitionem physico relinquet; ni-
hilominus Alexandro dignus esse poterit. Etiam logicus illa breui instructione prædicamentorū
contentus erit, certam doctrinam primo philosopho delegabit. Ergo fines suos aliquando tuebi-
tur methodus, dum rem pro suo munere explanabit; etiam si principia non pro rei dignitate, sed
pro suo ipsius merito tractet. & tamen tanta lux erit principiorum, vt quamuis non absolutè co-
gnoscantur; ea tamen illustrare queant quæ sunt ex ipsis; & si non quatenus ea res pateretur, at
saltem quoad ab eius methodi professore desideratur. Proinde Physico sat esse dicemus, si pri-
mum motorem sic tractet, vt respicit materiam sensilem; eiusq. attributa doceat, quatenus erum-
punt ex illa habitudine; nec aliter explicatur ab ipso, quòd est indiuiduus & æternus, & extra
omnem materiæ contagionem: quapropter omnibus modis immobilis; nisi quòd eius aliquod F
munus redundat in materiam: quod sine illa habitudine concipi potest, id alterius officium esse
dicimus. & hoc modo 8. Phys. pars erit nostræ methodi; & in illo regressus physicus; si methodū
respicias, absolutus; si rem perpendas, aliqua ex parte deficiens. At verò tibi fortè negotium fa-
cesset, quòd si ita nouit physicus primum motorem, & eius accurata notitia pertinet ad alterum
philosophum; videbitur esse subalternus, quod tamen anteà confutatum est: etenim non poterit
explicare quid sit illud principium, nec afferre propter quid simpliciter, sed ostēdet tantum quòd
sit; cur ita sit, ab altero arcesset, atqui vbi hic gradus intercedebat; subalternationis ratio poneba-
tur. Ad hoc dicam primum motorem quoque primum, quà primus est motor, à physico nosci
quid sit, quantum fert eius ingenium, quod propter simplicitatem definitioni non est obnoxium:
deinde tum respondebo affinitatem esse subalternationis, vbi in genere conueniant subalterna &
subalternans: at cùm sublimior speculatio primi motoris sit alterius generis; cùm hæc spectet sub
stantiam naturalem; illa verò substantiam simpliciter (etenim genus in scientiis à ratione formali
ducitur quę omnino diuersa est in physica & prima philosophia) non igitur erit physica subalter-
na. Tertiò defendimus primum motorem se habere vt finem; at quę considerat finem, non habet G
rationem subalternantis, sed architectonicæ. Quapropter est gemina facultas, quæ in motoris pri-
mi notitia vertitur; & singulæ in suo genere perfectæ. Transeo nunc ad alterum caput, quo de no-
titia materiæ disceptandum est, quæ physicæ conceditur: nam multa contrà succurrunt; siquidem
plena cuiusque rei cognitio tunc habetur, cùm omnes caussæ noscuntur ex quibus res illa pendet.
Sed materia caussas omnes infert, ab omnibus pendet. Igitur materia caussarum omnium notitiā
flagitat. Atqui non omnes caussæ cognoscuntur à physico. Neque igitur physicus plenè cogno-
scet materiam. Nanque materia formæ gratia est & finis, eademq. finem sine efficientis opera nō
II. consequitur. Præterea materia, vt nobis placet, est potestas. ea verò sine actu cognosci nō potest.
Cæterùm neque actus neque potestas à physico, vel auctore Aristotele absolutè cognoscuntur.
III. [a] Ergo neque materia. Confirmo etiam, quia forma sciri debet magis quàm materia. Sed forma
[a] 1. Phys. T. 78. non cognoscitur à physico perfectè; multò minus igitur materia. Vrgebit nos item Auicenna te-
Auicennæ ratio I. ste Auerroë. [b] Quandò cognitio cuiusque rei tùm existit, cum eius caussæ cognoscuntur à primis
vsque ad vltimas. At materia prima non potest à physico nosci. Neque item vltima & proxima.
[b] 2. Phys. T. c. 22. quia omnes artifices mentionem faciunt de materia proxima, non de remota & prima, vt medi-
cus de materia proxima nerui, quæ fortè sunt elementa. Verùm physicus est artifex particularis: H
neque enim spectat ens simpliciter, sed aliqua conditione restrictum, vtputa mobilitate. Neque
II. igitur physicus spectabit materiam primam. Tùm etiam, quod si eam tractaret physicus, & demō-
strare posset. non demonstrat autem, quia principium est. Nos item in confirmationem adimus.
III. Prima philosophia materiam cognoscit. Sed prima philosophia est maximè scientia, quippe quæ
sciat ex maximè primis. Ergo & ipsa magis scit quàm physica. Sic materiæ tractatio non erit prę-
cipua philosophi naturalis. Sed quantum spectat ad Auicennæ decretum; falsum prorsus existi-
mo physicum materiæ primæ cognitionem detrectare. Tùm quòd artifex, etsi materiam cōmu-
nissimam non spectat; quia certas formas sibi propositas habet, vt statuarum statuarius; at nihilo-
minus cōsiderat materiam communem omnibus suis formis, vt marmor, aut æs. Itaque cùm phi-
losophus naturalis consideret omnes formas naturales, etiam considerare cogetur materiam cō-
munem omnibus illis formis, hæc verò est materia prima; quandoquidem etiam ipsa primas ele-
mentorum formas accipiat. Accedit eodem, quòd si physicus de motu disserit, etiam principia
motus omnia vestigare debet in quibus cum materia prima reponatur, efficit item, vt materia pri-
ma sit à physico noscenda. Quamobrem non id puto nunc in controuersiam esse reuocandum;

tractet

A tractet'ne physicus simpliciter materiam primam, quia certè tractat: sed an'ne physicus magis noscat materiam primam quàm primus philosophus. Rationes autem Auicennæ cum reliquis posteà diluentur. nam visum est prius disceptare de caussis, quas tractant primus philosophus & mathematicus.

Vt se habeant caussæ in prima philosophia & mathematicis. *Cap. XV.*

EAdem quoque distinctio propemodum quadrabit in primam philosophiam. dicemus enim genus omne caussarum vsurpari ab illo philosopho demonstrando: accuratam verò explicationem primi finis, primæq. formæ solius esse primi philosophi. Nanque & id quod aiebat Aristoteles, principio secundum speciem determinare alterius quàm physicæ methodi munus esse, & omnino de immobili principio satis persuadent, eas caussas ab ipso solo cum diligētia tractari; reliquas autem caussas, materiam nimirum & efficiens monet Aristoteles in illa methodo proponi ad explicandum, [a] vbi docet quatuor entium caussas ibi esse tractandas. Omne item caussę genus accipiet in demonstrando primus philosophus: siquidem contempletur ens, quatenus ens: [a] 1. & 2. Met.
B itaque contemplatur omneis caussas entis, quatenus ens. Sed omnia caussarum genera sunt caussę entis. Igitur & per omne caussarum genus demonstrabit. Et cùm entium quædam sensilia sint, alia sensum fugiant, & immunia sint a materia: sensilium verò principia sint materia & efficiens. Ergo materia & efficiens non modò à primo philosopho tractabuntur, sed demonstrando item accipientur. Itaque omne caussæ genus ab vtroque philosopho assumetur. sed ea quæ respiciunt motum, vt ab illo separati non possint, diligenter à physico tractabuntur: illa verò quę absoluuntur à motu, diligenter vestigabit primus philosophus, vt solū spectandi ratio differens intercedat: quia scilicet physicus ea caussarum genera tractabit, quà sunt principia corporis naturalis; primus autem philosophus quatenus sunt principia entis. quod item docuit nonnunquàm Auerroës. [b] & testatus est contemplationem primi philosophi, [c] licet eadem tractet ac physicus esse cōmuniorem, quippe qui etiam considerando sensilia ad particularia nō descendat. At verò cùm è caussis quædam proximæ sint, aliæ remotæ, seu quædam vniuersales, aliæ speciales, haud facilè dederim omnes æquè accipi aut spectari à primo philosopho, sicut à naturali. quandò primus philosophus est vniuersalis admodum, nec particularia contemplatur quæ spectantur à physico: aliter cæteræ scientiæ redundarent. Proinde caussarum proximarum tractationem prorsus denegarem [b] 12. Met. T. 5. [c] 2. Met.
C primo philosopho. & naturali committerem. Neque obstant illa quæ opponi solent. vt primum philosophum non concipere motum; naturalem nihil sine motu cōprehendere. Aut etiam quòd hæ methodi secum differunt, quòd prima philosophia sine motu considerat illa quæ naturalis non diuellit à motu. Neque enim hæc nos ita credere cogunt, vt quæ sine motu existunt, sic à primo philosopho tractentur, aut accipiantur, quin & illa spectet, aut assumat, quæ motū respiciunt: aut quòd physicus ita illa assumat quæ motum respiciunt, vt cætera negligat. Sed illud notant, quo vtræque methodi separantur. ex hoc enim distinguuntur quòd prima philosophia cum diligentia tractat immobilia principia, physica verò mobilia, neque tamen ob id ab oppositorum notitia excluduntur. solumq. sufficit physico, si principia quæ sunt immobilia consideret, aut sumat, quatenus respiciunt motum. Quapropter non erit simpliciter verum primum philosophum sine motu & materia contemplari. Sed verum erit ea quæ tractat physicus, à materia motuq. nō absolui. Idcirco neque dici poterit, omnem considerationem quæ materiam motumq. includit, esse naturalem. Sed illud verè asseuerabitur, omnem considerationem quę respuit motum & materiam esse primi philosophi, seu rectius, non naturalem, quia mathematicæ quoque repudiant
D motum. Ad quas nunc accedentes, ijs cōstitutis quæ de illarum ingenio pluribus anteà disputata fuerunt: nimirum quòd caussas habent, & quòd cùm immobilia statuant, fine & efficiente carent, addemus. Si mathematicorum morem Euclidis, Archimedis, & Ptolemęi consulamus, nullam de vllo caussarum genere mentionem fieri intelligemus. Etenim scripsere per lemmata; rem scilicet ipsam nudam qua scientia cōtinetur, expresserunt, alteram, atque illam quidem necessariam partem omisere, quæ pertinet ad modum sciendi, & ad informandos animos auditorum, qua generalia quædam capita exponuntur quibus illa scientia gubernatur: rerum scilicet conditio materiæq. subiectæ edisseritur, enarratur quod demonstrationum genus admittat, & denique illa pręcepta, quæ generaliter à primo philosopho & analytico tradita sunt, ad materiam subiectam accommodantur. Hæc sanè omnia ab auctoribus mathematicæ neglecta, aut siquid ad hoc pertinet, vnus Ptolemæus id præstitit. Sed verisimile est, sicut Aristoteles in cæteris scientiis atque facultatibus conscribendis perpetuò fecit; sic & in ijs edocendis fuisse facturum: & sicuti aliorum errores detexit, dum ea neglexere, quæ quatenus ipsum insunt & aliena persecuti sunt; dum rationes sophisticas, & pseudographos adnotauit, dum rerum mathematicarum & quantitatis vim significauit, dum docuit quo'nam caussarū genere definiendo demonstrandoq. vterentur, ita quoque

in proœmijs

in procemijs eadem moniturum fuisse lectores. Fac igitur mathematicorum commentarios ea methodi parte, quæ modus sciendi vocatur, fuisse suppletos. cùm immobilia tractent; planũ est, neque de fine, neque de efficiente sermonem ab iis fuisse faciendum. Cæterùm neque de materia sensili, quandò subiicitur mutationibus. Itaque restat, vt de forma & ad summum de altero materiæ genere quod intelligendum vocatur, sermonem facturi fuerint. quod autem sit id materię genus posthàc docebimus. At cùm mathematica sint formæ naturales, in eo solum differentia, quòd vt sunt in materia sensili, citra notionem illius concipiuntur, ex hoc efficitur, vt iis re uera materia supponatur, atque illa quidem sensilis, sed id non est methodi mathematicæ. Veruminimuerò, quia quantum accipitur idq. in infinitum sectile, infinitas autem est à materia, quà est interuallum: etiam quod attinet ad hanc methodum, tale materiæ genus est mathematici muneris. Nunc videndum, quo caussæ genere demonstrando vtatur. ac de forma dubium non est apud Aristotelem, aut aliquem ex eius interpretibus de genere formæ dubium est, & vtrum materiam adhibeat demõstrando, nec'ne, vulgò dicitur formam propriè non sumi ab ipso, sed formam quã appellant declarantem, hoc est medium, in cuius virtute conclusio noscitur. Sed nos olim docuimus, easdem eiusdem esse definitiones naturales & mathematicas, & rei principia sumi; ac si quãdo media declarantia solùm accipiuntur, illa in propria quid est adhuc resoluenda esse profitemur, quæ tamen à mathematicis aut neglecta fuerint, quia satis foret illis ad vsum properantibus veritatem assequi theorematum, aut fortasse ignorata, quia proprias affectiones quanti sigillatim consectati fuerint, non eius naturam & quod per se inest in quanto. aut etiam non omnia quæ ignorantur, esse obnoxia demonstrationi, sicut in cæteris scientiis, sed aliqua à signo declarari, nõnulla sensu ipso patefieri, & quasi digito indicari, quæ scilicet per se ignota non sunt, sed medio quodammodo se habentia, vt neque perspicua sint. nanque hęc principia sunt, neque per se ignota, quòd horum sit demonstratio, sed ignota quodammodo. quapropter admonitione sola, aut aliquo signo confirmantur. Materiam multi negant accipere demonstrando mathematicum. Et certè si (vt aiunt) mathematici non considerant substantiam, materia verò est substantia, non poterunt illam assumere. Veruntamen ab Aristotele notatur illa demonstratio [a] qua probatur angulum in semicirculo esse rectum, quòd accipiat materiam. Nanque accipit partes. atqui partes quanti ad totum sunt vt materia. Et quod assumitur Mathematicum non considerare substantiã; si id sit non considerare substantiam, quod est rationem substantię non habere in suis contemplationibus, & ego quoque consentiam: sed si id sibi velit, quia cum quanto substantiam non concipiat, omnino negabo ob eas scilicet rationes quibus docuimus accidens à substantia, neque re, neque cogitatione posse separari. & quas superius attulimus, dum de eius scientię meritis ageremus, admonebo solùm substantiam illam actu non esse, siquidem inter mathematicos Astrologus vnus, [b] tale genus substantiæ contempletur. sed eam quæ potentia est, & interuallum nomine proprio nuncupatur, quod etiam cùm Simplicio substantiam esse defendemus, & à quanto diuersam, [c] atque illam dicimus, vbi sine iis affectionibus cogitetur quæ per motum accedunt, esse materiam intelligendam quæ mathematicis supponitur. Itaque astrologus non purè mathematicus; sed inter mathematicos naturalis constituitur. Non ergo substantia simpliciter, vt censuit Albertus, sed potestate substantia: non ipsum quantum, vt ij qui sectantur Auerroëm, licet rationibus quibusdam confirmare nitantur eiusmodi sententia. Tùm quòd in definitionibus quæ in geometria & arithmetica ponuntur nulla materiæ notitia perspiciatur. Tùm etiam, quia doceat Aristoteles mathematicum relinquere solum quantum, & continuum. [d] Atque item auctoritas accedat Alexandri & aliorum Græcorum [e] qui materiam illam intelligendam; autument esse quantum: quasi verò ipse Euclides, [f] dum definit vnitatem, non definiat per subiectum, inquiẽs, vnitatem esse secundum quam vnumquodque eorum quæ sunt, vnum dicitur. & ipse Auerroës in definitione quanti & continui non moneat subintelligendam esse substantiam. [g] Et siquando dixerint Græci quantum esse materiã, sic eos tueamur: quia potestate quantum acceperint, quod Auerroës interminatum vocauit; si minus explodendi sint. quòd si accipiant, vti debent, quantũ non id quod est actu, sed potestate, pari quoque ratione Auerroës defendi poterit. Neque me adhuc de sententia deducere potest eruditissimus ille Pererius, dum conatur ostendere mathematicas essentias & affectiones quæ de quantitate demonstrantur, nullo modo illi conuenire in ordine ad substantiam, sed per se, vt esse diuiduum, inter se commetiri, admittere ęqualitatem, proportionem & cętera id genus: triangulum habere treis angulos æqualeis duobus rectis: lineam rectam in puncto circulum tangere, aliaq. multa quæ passim in ea disciplina occurrunt: cuncta enim sine vllius substantiæ respectu, inquit, insunt in quantitate. Neque enim hæc ita se habent substantiæ beneficio, sed quantitatis vnius, vnde existit extentio, terminatio, omnisq. ratio deriuatur æqualitatis & inæqualitatis, in quibus definiendis tota geometria planè occupatur. Consimiliq. ratione cubum tantum spatij potest occupare, non propter substantiam, sed per seipsum, vt si qua vis tantum valeret, vt substantiam à quantitate seiungeret, quantitas ipsa tantundem spatij semper obtineret;

a 2. Post.
b 12. Met. T. 44.
c 4. Phys.
d 11. Met. T. 3.
e 7. Met. T. 35. 39.
f 7. Elen.
g 1. de celo T. c. 2.

A obtineret;quemadmodum etiam si quantitati substantia rursus accederet; nihilo plus spatij posset implere. Siquidem,hæc omnia considerentur in potentia quanto quod est materia,sed no explorata natura materię.docueritq. philosophus rationē diuisionis ex potentia quanto [a] quod est materia,tanquam ex fundamento deriuari,cui terminos,quibus positis verè quantū est, vt docebimus aliàs,qui à forma imponuntur in natura,mens ipsa constituit in mathematicis.itaque verè potestate quantum est; actu solùm est quantū per designationē. Quapropter,non potentia quantum est mentis opus,sed naturæ,ac siquo pacto mens in quāto possit, illud sit actu quantū,quod ipsa in potentia quanto designauit. Neque refert quòd eidem termini ab Aristotele ponantur naturales & mathematici.Nanque & ij qui designantur,sunt eorum simulachra qui sunt in natura, vt quadratum quod ego designo in charta, præsentat quadratum quod inest aut inesse potest in corpore naturali. Quamobrem neque accedam ad eorum sentētiam qui defensuri mathematicū omne substantię genus prętermittere; ad id quod à nobis opponi solet.Posterius à priore nō posse disiungi,respondent id verū esse,quandocunque prius in posterioris definitione sumatur;& cū sine ipso posterius intelligi nequit: neque.n.id ita euenire puto in substantiam ad accidens; cùm placeat & substantiā in accidētis definitione cōprehendi,& accidēs nō posse cōcipi sine substātia.

a 3. Phys.

B *Auicennæ rationes diluuntur quibus probat materiæ primæ considerationem esse solius primi philosophi.* *Cap. XVI.*

REDEO nunc ad rationes illas quibus probari videbatur materiam primam nihil attinere ad philosophiam naturalem,sed materiam proximā primæq. cōtemplationem esse solius primi philosophi. Rationes autem cōplures ad idem allatæ fuerunt quibus sigillatim respondere oportet: sed prius aliqua veluti fundamenta subiicienda sunt. Horū primo statuetur quot modis aliquid magis scire contingat,altero verò quid sibi velit id quo plurimum nititur Auicenna,nimirum primum philosophū esse artificem cōem,physicum verò particularem.In primis igitur scire magis est tum,cùm scitur per caussas id quod per effectum,& signa noscebatur,siue id in eadem scientia contingat,siue sciatur per signa in subalterna,& in subalternante per caussas. Prętereà siquid per priores caussas sciatur,magis scitur.priores autē caussæ sunt,vel ex eodem genere à quibus scilicet effectus pendet principalius. vel è generibus diuersisque series ab Aristotele significatur 2.Post.vbi materies omnium infima,finis autem omniū primus esse perhibetur. quod item & ad eandem scientiā & ad diuersas pertinere potest. Et scire magis ille dicitur qui nobiliore modo nouit quàm qui modo ignobiliore,vt Rex magis scit,quàm centurio,quia quod centurio sigillatim C nouit,ipse rex vniuersè cognoscit. Necnon magis ille scit,qui plura de aliqua re nouit,quàm qui pauciora.Et ille quoque magis scit qui rei ipsius essentia & quid est,maximè nouit. Cū verò quid est & essentia logicè sumi possit & physicè: ac logicè quidem omne caussę genus sit quid est:physicè vero sola forma aut ad summum quod definitione significatur,nos hic essentiam non logicè, sed physicè accipimus,& magis illum scire dicimus qui per formam nouit,& denique per intrinseca principia. Et ille planè optimè scire videtur qui per formam nouit. Signo illud est,quòd definitio potissimè nobis euoluit illa principia quæ rem cōstituunt,vt patet in iis definitionibus quę omnium perfectissimę sunt; sunt verò speciei specialissimę de prædicamento substantiæ,nam cōstant è genere & differentiis quibus primum forma exprimitur,deinde materia,ex quibus res ipsa constituta est:aliæ caussæ omittuntur, nisi fortè cùm forma cōueniant,vt in plerisque rebus naturalibus euenit. sed prorsus attenditur forma quā sicuti res obtinendo perfectionem consecuta est, ita mens contemplando fine suo potitur: materia vt formę pars est,siquidē in forma contineatur. Sed de his aliàs. Vltimò scire dicitur hic magis, quàm alter, quòd alterius cognitio illi supponatur.vt subalternans scit magis,quàm subalterna,quia pręter id quod rem esse nouit vt subalterna, D nouit prętereà cur ita sit. Quantum verò est de secundo fundamento; multis item modis aliquis sciens vniuersalis esse fertur. Etenim ille vniuersalis qui spectat genus, si cū altero conferatur qui solam speciem tractat; veluti physicus vniuersalis est,medicus particularis,quòd ille omniū rerū nataralium vires explorat.hic in homine considerando suam operam impendit.Proinde vniuersales artifices appellare solet Arist.primum philosophū,dialecticum,& sophisten,addere quoque licet oratorem.Nanque orator de eisdē rebus disserere potest,de quibus dialecticus, & sophistes; Nisi quod hi vniuersè tractant,vt quid hominem deceat; ille quid deceat Socratem & sigillatim considerat.qui omnes sic appellati fuisse videntur,quòd ens vniuersè propositū habeant,nō hanc aut illam portionem entis.vt mathematicus habet quantum.Secundo loco vniuersalis artifex ille dici potest qui efficit id quod vult ex cōmunibus & per accidens nec accipit propria, & per se sic dialecticus,sophistes,& orator vniuersales sunt: primus philosophus non est vniuersalis,quoniā, etsi de omni ente disserit,at illa quæ sunt entis propria vestigat,& quę per se insunt,cōmunia fortuitaq. reijcit. Tertiò vniuersalis ille dici potest qui rem vniuersè considerat: idq. tribus modis, (nisi fallor) intelligi potest,vel quia nullis legibus obligetur, sed euagetur quà velit, & talem videtur posuisse Philoponus [b] dialecticū eiusq. affines,quippe qui de rebus naturalibus mathematicis,

b 1. Phys. T. 1.

ticis, medicis & ad alios artifices attinentibus promiſcuè diſputare valeant: itaque eiſdem auctor E
ille propria principia denegauit, attribuit aliena. Vel etiam vniuerſalis eſt, quia conſideret aliquid nulla differentia contractum, vt ſiquis hominem cõſideraret ſimpliciter quẽ medicus obſeruaret quà bonam valetudinẽ ipſi reſtituere poſſet, aut alius, quatenus eſſet compos riſus. vbi ſanè nulla ambitus ratio habetur, ſed notionis. idem enim homo eſt qui cõſideratur ſimpliciter & per eadẽ indiuidua funditur, atque is in quo riſus capacitas aduertitur, aut recuperatio ſalutis, ſed eiuſdẽ rei notio reſtringitur acceſſu nouæ conditionis. Tertiò dici poteſt artifex vniuerſalis qui rem generatim conſiderat, nec ad eius ſpecies deſcendit, vt ſiquis animal conſideraret, hominis, aut equi conſiderationem prætermitteret. His ita poſitis facile eſt diſſoluere problema & diluere rationes quibus auferebatur facultas naturali philoſopho diſſerendi de materia prima, & illam plenè cognoſcendi. quandoquidẽ eam ſic cognoſcit, vt nulla methodus plura de materia diſquirere poſſit, nec eius internas affectiones explicare, & ſiqua ſunt quæ intrinſecus ad eius conſtitutionẽ pertineant, vt relatio & habitudo ad formam & compoſitum & omnino facultas, vberrime tractare valeat. atque adeò vt ad hanc tractationẽ nihil adiungere liceat primo philoſopho. Idem quoque philoſophus naturalis vſum & miniſteriũ materiæ nouit & optimè tenet cuius gratia ſit inſtituta materia, & quemadmodũ beneficio cauſſæ mouentes ad actum qui ſuus eſt finis, materia prouehatur, & per formam euadat in naturam. Proinde etiam phyſicus materiæ notionem reſoluit in F
cauſſas ſuperiores vſque ad ſummã atque omniũ perfectiſsimã quæ primus eſt finis. Non ſic primus philoſophus. quippe qui per externa principia melius quidẽ norit; ſed interna, vt dictũ eſt, implent cognitionem quibus nihil addit præter illa quæ naturalis philoſophus indicauit. & cùm vniuersè cognoſcat, magis quidẽ cognoſcit, quia nobiliore quodam modo, & veluti architecton, non quia tractet accuratius. accuratiſsimè autem tractare materiã phyſici ſolius eſt. vſque ad aliquid planè phyſicus explanat formam; quòd forma ſimpliciter accepta aliud eſſe habet, quam vt reſpiciat materiam, idq. à philoſopho naturali nõ ſatis explicari poteſt, ſed eſſe omnis materię poſitum eſt in habitudine ad formam illam quæ probè cognoſcitur à philoſopho naturali. Sed iam
Ad I. pondus ſingularũ rationum exploremus. Obijcitur primùm omnẽ ſcientiam ex omniũ cauſſarũ cognitione pendere; nõ omnes autẽ à phyſico noſci. Propoſitio fallaciam preſefert. quippe quòd ſcientia ſit abſoluta, vbi cauſſæ internæ & cõſtituentes ſolum habeantur, & eſto quòd velis etiam rei propoſitę notitiam in omne genus cauſſarum diſſoluere, id quoque pręſtat phyſicus. At non nouit planè vim externarum cauſſarũ, vt primus philoſophus: fateor. Sed quis eſt auctor, vt ad cu G
iuſque rei cognitionẽ in genere exacta cauſſarũ omniũ cognitio requiratur? ſat eſt, ſi optimè teneat cauſſas illas, quà reſpiciunt rem propoſitam; vt cũ phyſica nouit finem, non in ſe ſimpliciter, ſed quatenus efficit motum in materia. quicquid nouit vlterius, iam non eſt officium naturalis. Atque hęc quidẽ verè pronunciantur. mihi tñ magis arridet, quòd plena cuiusque rei ſcientia ex
Ad II. internarum proprietatũ notitia ducatur. Quod dicitur. Materiam quia ſit poteſtas, à phyſico nõ poſſe cognoſci: ſic diluitur. quoniam actus & poteſtas ſunt nomina ad vnum, & per alias res pertinent quàm naturales. itaque ad cõmuniorem diſciplinam ſpectant, quàm ſit naturalis. Sed cùm aſſumuntur in certa methodo, propria fiunt eius methodi, vt de circulo dictũ eſt apud grammaticos 1. Poſt. ideò quantum eſt de illorum notione quæ accõmodatur ad phyſicen, actus & poteſtas
Ad III. ibi optimè cognoſcuntur, & plus ſine dubio, quàm prima philoſophia. Cõfirmas etiam. quia forma cognoſcitur magis quàm materia. Sed forma non plenè cognoſcitur à naturali. Reſpondeo, ſi forma cum materia conferatur, maiorem haberi cognitionem formæ quàm materiæ. Cæterùm non id inquiritur nunc: ſed propoſita cognitione materiæ quæritur an'ne eius cognitionem, qualiſcunque ſit, plenè phyſicus aſſequatur, an primus philoſophus. & obiectio fallaciam continet elenchi. pręterquã ꝙ materia cognoſcitur per formã quę poſita eſt in materia: hęc verò optimè co H
gnoſcitur à phyſico. quapropter nihil obſtabit, quominus phyſicus, etiã ſi non ſimpliciter cogno-
Ad IIII. ſcat formã, poſsit tñ aptè cognoſcere materiã, & quatenus eius ingeniũ patitur. Aſſumit Auicenna phyſicũ eſſe artificẽ particularẽ; proinde nõ noſſe materiã primã. certè ſi minoris ambitus eſſe voluit Auicenna phyſicũ, quã primũ philoſophũ, mea quidẽ ſententia, decipitur. vterque.n. conſiderat idẽ ens quod in decẽ pręedicamẽta ſecatur. vterque primò ſubſtantiam ſenſilẽ ſpeculatur, cuius accidentia cauſſasq. vult indagare. Nec quicquã aliud exprimit ens qđ vel à primo philoſopho, vel à dialectico tractatur, quã id quod aliqua pręedicamenti formula ſignificatur, cũ qua (vt anteà dictũ eſt) ſubſtantiæ notio ſemper exiſtit. Nec ꝙ quacunque euagetur. quanquã nullus eſt artifex hmõi; neque etiã dialecticus. oẽs.n. quaſi cancellis quibuſdã coërcentur, quos egredi non licet. ac quęuis methodus habet ſuã propriã rõnẽ qua munus ſuũ pręſtet. & dialecticus illud habet, vt ex
[a] 1. Rhet. cõibus progrediatur: ac niſi ita fecerit, ſuũ munus tranſiliat, & vt inquit Ariſt. [a] lateat alterã ſciẽtiam faciens. Itaque nõ poſſum nõ accuſare Philoponũ qui crediderit ob id ab Ariſt. pronunciatũ.
[b] 1. Phyſ. T. 1. [b] omnes methodos quarũ ſunt principia, cauſſę, & elemẽta, propter dialecticen, eo quòd cauſsis, principiiſq. careret, & diſſerens dę mathematicis aſſumeret principia mathematica. cùm ſic degeneraret

A generaret in mathematicum.& illud ab Aristotele præceptum sit dialecticum efficere quod vult ex principijs cõmunibus & per accidens. [a] Quin eius methodi & artis sunt principia ꝓpria quę non sunt alterius, vt finis eius facultatis & loca quibus vtitur disserendo. Proinde si methodi limites spectentur, omnes habent quod suum est cuiusque ꝓprium, cõmunitas in dialectico sophista, & rhetore comperitur, quoad omnia, sed tamen certo quodammodò sibi vendicant. Restat igitur vt primus philosophus sit vniuersalis, quia simpliciter id spectet quod aliæ scientię cũ aliqua conditione considerant, vt ens, cùm physica tractet idem ens, sed quatenus est naturale, aut vltimò, quia rerum genera notionesq. cõmunes inquirat, & hisce modis primus philosophus est artifex vniuersalis. Sed quia nil vetat, quominus eiusdẽ ambitus sit philosophus naturalis: non tollit etiam id, quin ꝓpter ambitum suum possit tractare materiam primam; prętertim cum aliquę res naturales ex materia prima constent, & forma. Verùm quidem esset id quod assumpsit Auicenna, si ita se haberet physicus ad primũ philosophum vt species ad genus, sed non est ita. Incidit quinta rõ in errorem cõem, quòd id quod in aliqua scientia tractatur, præsertim si fuerit simplex, obnoxium sit demõstrationi, cùm ad summũ sit obnoxium illi progressui, cum quo sola necessitas iuncta est, quę plus patet, q̃ syllogismus. [b] Nam frequentius ex resolutione notescũt, aut admonitione persuadentur. Primã verò philosophiã maximè cognoscere dicimus, quia nobiliore modo cognoscat, nõ quia rẽ accuratius inquirat: hoc aũt modo nõ negamus ab ipsa materiã cognosci magis q̃ à physica, sed per interna in quibus exquisita sciẽtia cõsistit, multò magis ipsá à physico q̃ a primo philosopho nosci putamus & multò plura de illa in methodo naturali tractata fuisse dicimus, q̃ in prima philosophia. Nisi fortè, quia primo philosopho supponitur cognitio naturalis; ipsum aliquid vlterius q̃ naturalem cognoscere fateamur, attamen neque id prohibebit, quo minus si vtriusq. munera separentur plus magisq. noscat de materia naturalis q̃ primus philosophus. Nam totum id quod supponit primo philosopho, proprium est naturalis.

[a] 1. Elen. c. 8.

Ad V.

[b] 1. Prior.

Ad VI.

B

Vtrùm formę naturales, si non re, at cogitatione separentur à materia, necne. Cap. XVII.

ACCEPIMVS antè ea quæ mouendo mouentur, esse physicę contemplationis. hæc verò sic in materia sunt, vt quemadmodum vulgò dici solet, constituant materiã, & ipsi referant acceptũ quòd sint. Itaque tale formarum genus à materia nunquam diuellitur, atque illa quidẽ sensili. Videbatur etiã monere nos Aristoteles, nec mentem quidem habere vim eas à materia separandi. Verumenimuerò Philoponus, vt perpetuus hostis Aristotelis, etiam rationibus & repugnantiis oppugnare conatur hoc decretum. Nequid igitur prętermittamus, quantũ in nobis est quod valeat ad purgãdum Aristotelem; libet item in hoc primo aditu methodi naturalis, huiusmodi placitum perpẽdere diligenter. Hęc opponit Philoponus quibus conuellat sententiã Arist. Primùm quidem quia mẽs aliam materię notionem habet, aliam formę: atq. aliud esse materiã nouit à forma. Quinetiam distinguitur ab Arist. substantia in tria mẽbra quę nonmodò viribus sed natura & essentia separari possunt, materiam nimirùm, formam, & cõpositum. Quòd si tria secum differẽtia sunt: profectò forma citra materiã concipi valebit. Adde etiam quòd ea nominum potestas est, vt primum significent formam, mox compositum; postremò materiã. in primo igitur temporis puncto, quo mens audit & concipit ex nomine formam, non cõpositum, aut materiã, haud negari põt, quin sola forma cõprehendatur à mente, & igitur vt à materia seiuncta. Rursus testatur Arist. è formis naturalib. quasdã separari posse. [c] Sed quid eas cogitatione sola separari profitebimur, cùm etiam reipsa separari queant? Nanque materia manẽs eadem, modò has, modò illas formas accipit. Rursus facit Arist. oĩum formarum subiectũ materiam, siue interuallum expers oĩum qualitatũ, siue ad substantiã, siue ad accidentia referantur. Verùm quid nos certius optamus quàm quòd prius à posteriore nonmodò cogitatione, sed etiã re separari põt. Cùm igitur forma prior sit quàm materia, ab ipsa quoque separabitur. Quapropter docet Arist. rationem [d] qua formę naturales sine materia concipiuntur; easq. verè formas esse asseuerat quę à materia sensili seuocantur. [e] At verò sic distinguitur scientia naturalis à cęteris, quòd sese applicat ad motum, & principia considerat eius substantiæ in qua motus initia continentur, & quodcunque ipsa concipit, respicit materiam, seu positiuè, quia scilicet ortum ex materia ducat, seu priuatiuè, quia per priuationem motus à nobis concipiatur, vel quòd habeant omnino quandã affinatem cum motu, vt si efficiãt motum. Itaque definitiones naturales sine motu & materia non assignantur; ac siquando materiam non comprehendant siue obscurè, seu perspicuè, vanæ perhibentur & imperfectæ. Sed sit hoc huius methodi officium, quia determinetur eo, quòd id quod ab ipsa cõsiderat, semper aspiciat motũ: de mentis vi disseramus: nonnunquã n. mens id segregat à materia, quod tñ natura posuit in materia, quemadmodum apparet in mathematicis. Nam magnitudo est in materia, sine ipsa tamen cogitatur. Iam illud nobis placere audisti mentẽ non immutare rerum essentias: pendet enim à rebus obiectis, & prout ipsę sunt, ita concipiatur

C

Ratio I.

II.

III.

IIII.

[c] 2. Phys. T. 26.

V.

VI.

D

[d] 3. De An.

[e] 7. Met.

quoque necesse est. Si igitur aliquorum essentia cõtinet materiã; neque mens illam à materia separabit: aliter id quod non est, conciperet, & falsitas in termino simplici extaret: est.n.essentia materię adnexa, ea tamen noscitur, vt extra materiã. Et quamuis ad terminos simplices ignoratio pertineat,[a] quia cũ sint indiuidui, vel prorsus attinguntur, vel penitus ignorãtur; in hac notione falsitas inerit, quòd partim res ipsa attingetur, partim ignorabitur: attingetur sanè, dum essẽtia comprehenditur, ignorabitur aũt, quòd essentia cõcipietur aliter àc sit. Sed eius ignoratio quod abstrahere vocatur, in caussa est oĩs erroris: neque.n.ille qui abstrahit, ita separat, quia cogitet rem aliter atq. ipsa sit; sed conseruat essentiam & rei naturam vt se habet, non cogitat de opposito; non accipit ac si hoc sine illo sit, sed quod est in illo, accipiens cõsiderat id quod inest; alterũ, in quo inest, omittit; non enunciat hoc nõ esse in hoc: nam sic simplex cõprehensio non esset, & includeret falsitatem: verùm videt hoc in illo esse, & totũ concipit primùm; partes facit quę necessariò vinculo iunctę sunt, & eas ita iunctas intelligit, sed alterã partem se conuertit, quam & si sine altera considerat; non idcirco sine altera concipit. Considerare.n.est contẽplari naturam, & ꝓcedere à confuso ad distinctũ; concipere est solummodò informari, siue in prima & confusa notitia, seu cùm iã distinctè nouimus, & notionibus distinctis informamur. Ecce nũc tibi dominũ, quis eũ concipiet sine seruo? vna est vtriusq. cõprehensio; dominũ tamen considero nõ considerato seruo, idest naturã domini exploro, nõ serui, quẽ tamen sine seruo non concipio ꝓpter necessariã habitudinẽ quæ inter illos intercedit. alia est vtriusq. essẽtia & ratio, sed adest pendentia mutua; atq. illa quidẽ quæ respiciat essentiam; ꝓpter hanc vnũ sine altero neutiquã concipi põt; sed ꝓpter variam vtriusq. rationem vnum sine altero considerare licet; hoc non illud contemplor, & si non sine illo cognosco. sic abstrahendo non dico mendaciũ, quia simplex apprehendo (huius.n.notio simplex est, cùm de huius domino cogito) vniuersam rei naturã cõcipio; quod ad hoc pertinet, seorsum contemplor, quod scilicet illius est ꝓprium, & in hoc munere sic affectus sum, vt neq. etiam ignorantiæ redargui possim, quòd rem aliter intelligam, àc sit. quin si illorũ essentias seorsum sumã, non quòd existant, sed ratione solas animaduertam, quod vulgò dici solet formaliter; sic obseruabo separatas; vt altera, tametsi manet simul & indissolubiliter; nihilominus de altera negari possit: hac.n.ratione licet dicere hominẽ non esse animal, quod huius ratio non est ratio alterius; quamuis huius ratio sine alterius ratione non cõsistat, & ita licet dicere accidens non esse substantiam, & dominum non esse seruum, quanq̃ accidens est aliquid substantiæ, & dominus serui dominus, quod genus abstractionis, quia negatione exprimi potest, non sine caussa cõplexum vocabimus. Itaque cõmunius est concipere q̃ abstrahere & considerare, siquidem concipere sit rerum formas accipere, vel vt re ipsa per sensus offeruntur, vel vt essentiæ à materia segregatæ & est officium mentis patibilis; considerare & abstrahere est separate conceptas, & pertinet ad eã mentem quę vocatur agens. aut est saltem in actu, neq. conceptæ omnes formæ separantur, vt simitas, sed planè separatas anteà conceptas fuisse necesse est: concipere etiã mentis est rudis, abstrahere fœcundę: concipere pendet ex obiectis; abstrahere descendit à mente; tametsi ꝙ abstrahi queat, inhęret in rei natura. est.n.res mathematica talis, vt ad certã materiam se non applicet & formę ex seipsis habent, vt & inter se & ab aliis rebus seiungentur, sed abstrahendi actus est ex mente & ad obiecta ipsa procedit. cõcipitur totum, resoluitur in partes abstrahendo: conceptui confuso succedit abstractio, eadem conceptui distinctio præcedit. Quoniam verò triplex est abstractio, quemadmodũ docuimus olim, & ea cuius ope concipitur vniuersale confusum, & vbi conceptu cùm sensilis materiæ simulachris ab ipsis absoluitur, vel vt sensilis est, vt mathematici faciunt, vel simpliciter, quod præstat primus philosophus: de postremis agitur in pręsentia, quæ sunt ꝓpria mentis, cũ alioquin illa sit naturæ: etenim ex vi formarũ est, vt hoc modo moueant sensus, illo verò mentẽ, ad obeũdas cęteras abstractiones opera mentis requiritur: quanq̃ nec mens per seipsam sufficit: nam flagitat ministeriũ naturæ: vt mox indicabimus: proinde efficitur, vt quot modis res ipsę distinguantur, totidem abstractio fiat. & prima distinctio in eo quòd sunt: Esse verò duplex est, vel existere, vel id quod indicat essentiã. quod ad primũ pertinet, ea seorsum considerantur quæ subiecto discernuntur, tum itẽ quæ re, vt quorũ diuersa sunt genera, veluti quantũ & quale. Essentia quorũ rõ explicans quid est, nõ est eadẽ, vel simpliciter, vt eorũ quę dialectici disperata vocãt, vel formaliter, vt totũ esse vnius non sit totũ esse alterius, vel ẽt rõne, quia sint indifferentia, vt cõmunia ad vnum. Ex his illa quę sũt natura priora, & abstrahũtur, & cõcipiuntur sine posterioribus: quę vero posteriora abstrahunt sanè, sed concipi nequeunt sine illis. Ergo elementa extra mixturã cogitantur, & sine accidente substantia, & albũ sine musico & cygno, & cygnus sine albedine, vt vbi cũ opposita nigredine cõcipitur, etenim nihil prohibet illi concedi quodcunq. cum eo nõ implicet repugnantiã, veritatẽ logicã vocant. Ita Deus sine cęteris à mente quæ sustineat illũ splendorẽ & cõcipi, & cõsiderari põt, non sic homo sine animali. Nam Deus nulli refert acceptũ, ꝙ sit rationis cõpos, continet animal essẽtiæ partẽ: huic similis est materiæ formęq. rõ, vt mox docebimus. Quibus sic stantibus

[a] 9.Met.

hoc

A hoc etiam maneat firmũ. Cùm aliud ſit concipi ab eo quod eſt conſiderari; vt negamus poſterius ſine priore concipi, ſic damus ſine priore conſiderari. Nec me latet a nonnullis concedi poſterius ſine priore concipi poſſe, in notitia confuſa, noui.n. hominẽ, ignoro tamen ſit'ne animal rationis compos. Cæterùm quia ſunt idem homo & animal rationis compos; mihi videtur is qui hominẽ confuſè nouit, etiam cõfuſè noſſe animal rationis compos. cuius rei ſignũ, quòd ille qui nouit hominẽ confuſè, non audebit negare ipſum animal eſſe: neq. in ea notitia quamuis ſit, concipiet aut enunciabit hominẽ non eſſe animal, quod ſanè facere poſſet, ſi in ea notitia hominis notio ab animalis notione non penderet: idem.n. foret àc ſi per accidens connexa eſſent in quibus non repugnat oppoſitum, veluti de cygno & nigro dictum fuit. quòd ſi nouit mens inferri repugnantiam, vbi animal hominem non eſſe cogitet, iam hominem ſub animalis notione comprehendit. Ex his Philoponi rationes facilè diluuntur. Nam tres illæ primæ confundunt id quod eſt concipere, cum eo quod eſt abſtrahere. Tùm deinde abſtractio illa eorum eſt, vt formaliter accipiuntur, in iis verò nihil obſtat, quominus alterum ſine altero concipi nequeat. At verò locus 2. Phyſ. non magis ſtat à Philopono quàm à nobis, nam variis legitur modis & diuerſas interpretationes admittit. Docet enim ibi Ariſtoteles phyſici munus eſſe ſpectare formam non ſimpliciter; ſed quatenus refertur ad materiam. itaque formæ quæ ad materiam ſeſe applicarunt, vt in illa ſint immerſæ, ſunt phyſicæ conſiderationis. & addit & illæ quæ ſunt χωριστὰ μὲν εἴδει, ἐν ὕλῃ δὲ, quæ verba ſunt valde ambigua. ſiquidem ſuſpicio ſubſit de lectione, an'ne εἴδει, quod eſt ſpecie & forma, ideſt ratione legendum ſit quibus ſignificatur modus ſeparationis. an εἴδη, ideſt ſpecies & formæ quibus ſignificantur formæ, quæ ſeparari poſſunt, ac ſi priorem lectionem recipiamus, duplex interpretatio ſuccurrat. prima quidem, quòd hæc ſit ratio generalis conſiderandi formas apud philoſophum naturalem. quòd illæ ſpectentur quæ ratione quidem ſeparantur; reapſe verò reſident in materia. Sed tunc exoritur difficultas, quid intelligendum ſit, cùm dicitur ſeparari ratione. poſsint'ne formæ naturales ſine materia cogitari: quod tamen ſuperius confutatum fuerat. [a] An potius dictum id ſit, propterea quòd priore lib Phyſ. oſtenſum fuerit materiã & formã ratione differre. Tùm verò nil vetat, quin forma ſine materia concipi non poſsit: quando enim ea notio formalis qua natura quidem alia ſignificatur, non tollitur verò pendentia. & ita nihil faceret locus ille contra nos. An hoc animaduerſum fuerit propter Pythagoram & alios qui rerum naturalium principia fecerint numeros & magnitudines quæ omnia ab illis extra materiam poſita fuerunt. Itaque moneat Ariſtoteles Phyſicen illas formas tractare quæ ratione quidem ſola ſeparantur à materia, re verò reſident in ipſa, non illas quæ ſunt extra materiam. Aut etiam hæc verba ab Ariſtotele adſcripta fuerint, vt doceat itẽ formas mathematicas à naturali perquiri, nõ ſanè vt ratione ſeparantur, ſed quatenus inhærent in materia. Poſſumus & εἴδη, ideſt, formas accipere. & ita videbitur Ariſtoteles deducere phyſicum methodum ad ſubſtãtias verè ſeparabiles quas explorat primus philoſophus, & adnotare quatenus ad phyſicum pertineant, quatenus ſcilicet ſunt in materia: non idcirco, quia ſint formæ materiatę; ſed quòd exercent ſua munera in materia: atq. adeò, vt in materia ſic eſſe dicantur, ſicut dictum eſt de Dei O. M. ſede [b] quam cõſtituit illi Ariſtoteles in dextris cęli, quòd ibi maximè vigeant eius vires. eodem modo dicantur illæ formæ in materia, quòd earum vires ſeſe prodant in materia, quaſi dicat Ariſtoteles etiã ſeparata pertinere ad phyſicum, quatenus tamen materiam reſpiciunt, & iſta interpretatio mihi magis arridet: quoniam ſubiicit Ariſtoteles exemplum formæ cuiuſdam quæ ſeparata eſt à materia quam afficit & immutat, ſolis nimirum quo ſubſtantia ſeparata notatur. Neque.n. immobilis illa & indiuidua tum notuerat. Nam quamuis Deus omnium auctor ab Empedocle prædicetur illis carminibus quibus ex ipſo omnia deriuari teſtatur.

Πάνθ᾽ ὅσα τ᾽ ἦν, ὅσα τ᾽ ἔστιν, ἠδ᾽ ὅσσα γ᾽ ἔσται ὀπίσω
Δένδρεά τε, βεβλάστηκε καὶ ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες
Θῆρες τ᾽ οἰωνοί τε καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς.

D Ariſtoteles ipſe (vt videbimus) ex eo tãquam fine hęc omnia deriuari putat cęlum; aut ſolem, horum omnium reputat auctorem velut efficiens. Sed quocunq. modo hunc locum interpretemur, nihil officit nobis ita credentibus, formę notionẽ à materiæ notione non ſeiungi. Ea verò quæ quinto loco ſubiiciuntur; ſolùm perſuadent rationis ſeparationem quæ non detrahit de notione materię. & materiam potius, quàm formam ſeparari poſſe conuincunt. Ad illud autẽ quod vltimò opponitur. formam naturalẽ à ſenſili materia ſegregari, dum pulſat mentẽ, eamq. verè & proprie formam eſſe, vbi diſiuncta ſit à materia ſenſili. Primùm reſpondemus materiam ſenſilem eſſe vniuerſalem & ſingularem. Porrò ſingularem eſſe forma poſteriorem non modò natura, ſed origine, ſimpliciter enim forma prior eſt, quàm materia, vniuerſalem verè priorem; quippe partem eſſentiæ. Ac verè tùm formam eſſe dicimus, vbi ſecreta fuerit à materia ſingulari; ab altera verò neque re, neque cogitatione ſeiungi, & tùm intelligi poſſe, cùm ſeparata fuerit à ſingulari: ac tùm verè formam eſſe, quòd in ſingulari non ſit forma, ſed compoſitum.

[a] 2. Phyſ. T. 16.

[b] 8. Phyſ. T. 82.

quanquàm reipſa forma ſemper exiſtit in materia ſingulari : ſed hoc mentis officium eſt, ipſam à ſingulari abſtrahere, hoc eſt, ſine ſingulari materia conſiderare, propterea talis forma in mente ponitur ab Ariſtotele. Dico verò ſic conſiderari formam naturalem; atq. moneo, talem conſiderationem adhuc eſſe naturalem, quòd includat materiam ſenſilem, non ignarus etiam ſine materia ſenſili ſpectari poſſe formas naturales alijs duobus modis, qui non ſunt naturales, altero quidē vniuerſali quo forma naturalis generatim conſideratur, & vt principiū ſubſtantiæ ſenſilis vniuersè non huius aut illius, in quo item ſenſilis materia, ſed vniuersè continetur, non vniuersè tanquam genus; ſed vt commune per indifferentiam, & ſub hac notione materiæ ſenſilis, non huius aut illius, vt oſsis & carnis etiam vniuersè ſumptorum: & aſſero conſiderationem hāc eſſe primi philoſophi. altero verò modo conſideratur forma naturalis ſine materia ſenſili, quia ſit quoddā genus formæ, quod interuallum comitatur & materiam poteſtate quantam, quæ cùm ſit prior motu, ab omni motu ſeparari poteſt, & hanc ad mathematicum pertinere profiteor. Itaque modus abſtrahendi de quo ſuprà diſputatum eſt, proprius eſt omnis ſcientiæ : quia ſic oportet progredi, ſi ſcientia paranda ſit, abſtractiones iſtæ, de quibus nuper expoſitum eſt, ſunt primi philoſophi & mathematici, quæ tibi diligenter obſeruandæ ſunt. Sed dicet quiſpiam, ſatis dictum eſſe de ſeparatione formæ, verùm quid dicendum eſt de ſeparatione materiæ? Dicimus ad hoc materiam ita ſeparari à forma, non quia in eius eſſentia forma non concipiatur, ſed cùm materia ſit vel ſingularis, vel infinita. ſingularem à forma ſeparari, quoniam prior eſt origine forma ſingulari,
1. Poſt. & ab illa ſeparari & re & ratione, quia forma illa ſingularis eſt, quod verò eſt ſingulare non poteſt eſſe alicuius eſſentia. nanq. eſſentia per definitionem euoluitur, hæc verò non eſt ſingularis. remaneret autem ſi nón proxima (hæc enim cum forma corrumpitur) at alterius formæ ſubie-
9. Met. ctum. ſimpliciter autem materia non ſeparatur à forma, quod ſimpliciter forma prior eſt quàm materia, & actus ſimpliciter prior eſt quàm poteſtas, & forma & actus in materiæ poteſtatisque definitione ſumuntur.

Quid ſit materia ſenſilis, & quemadmodum in naturali methodo accipienda. Cap. XVIII.

ACCEPIMVS aptè ſic ſe habere formam naturalem, vt nulla ratione neque reipſa, neq. vi mentis ſine materia ſenſili concipi queat. Attamen, vt opinor, à noſtra methodo non abhorrebit, ſi hoc loco ſermonem noſtrum conuertamus ad explicandum vnde noſcatur, quid ipſa ſit, & doceamus etiam qua ratione tractetur : confert enim ad cognoſcendam rationem & viam qua res naturales ſunt definitione euoluendæ. Primùm igitur eam nemo ignorat eſſe materiam ſenſilem quæ iam à qualitatibus cum actiuis, tum patibilibus occupatur, & motui tranſmutationiq. ſubiicitur. nam ſine his nulla vera mutatio videtur effici poſſe. ideò materia ſenſilis ab eiuſmodi qualitatib. & affectionib. non ſegregatur : reipſa quidem perſpicuum eſt, cogitatione verò dubium, ſiquidem materia principium eiuſmodi affectionum optimo iure ponatur : quia verò natura prius à poſteriore ſeuocari queat, non erit culpæ alicuius affinis qui materiam ſenſilem per qualitates ſenſiles, non ſanè definiri, tanquàm hæc eius principia ſint, ſed vt per effecta deſcribi putabit. Præſertim quòd ſi definiretur per accidentia, non poſſemus euitare quin accidens in ſubſtantiæ definitione ſumi poſſet; id verò oppugnat vniuerſa præcepta analytica. Etenim pp illum canonem. Quando alterum de altero prædicatur, vt de ſubiecto; quæcunque de illo prædicantur, etiam de ſubiecto prædicentur oportebit. At verò materia ſenſilis eſt pars ſubſtantiæ naturalis; ergo in eius definitione ſumenda eſt : pone tu nunc accidens principium materiæ ſenſilis. Et principium igitur ſubſtantiæ naturalis. cùm cæteroqui de ſubiecto debeat demonſtrari per ſubiecti principia, & per ſubiectum eiusq. principia definiatur. Neque hic tu élaberis inquiens, eam regulam complecti principia eſſentiæ : materiam verò negans eſſe principium eſſentiæ, ſed exiſtentiæ tantū quæ poſterior eſt eſſentia: proinde nil vetare, quominus accidens in explicatione ſenſilis materiæ ponatur : qn nihilominus efficeretur, vt ſubſtantia fieret ex non ſubſtantia : fieret.n. indiuiduum ex materia ſenſili quæ componeretur ex accidentibus. Sed enim ſi poſteriora ſunt accidentia, ſeparari queunt à materia, vt ſine ipſis exiſtat. Vel igitur erit materia ſenſilis ſine accidentib. & ſic indiuiduum ſubſtantiæ nudum quod nos non approbamus, vel nō erit amplius ſenſilis; verùm degenerabit in aliud materiæ genus. Idcirco ſic de ſenſili materia ſtatuendum puto. Aut.n. ſpectatur, quatenus habet vnde pellat ſenſus, aut vt res huic facultati ſubiecta, vel ſub ratione principij. habet autem, vnde moueat ſenſus, initium duplex; alterum remotum, atque alterum proximum : ac remotum quidem eſt ipſa forma & actus; ex hoc enim accidentia pendent, quibus ineſt proxima facultas excitandi ſenſum. Quatenus igitur materia ſen-
a 1 Phyſ. T. 29. ſilis, non dubium eſt, quin accidens in eius definitione comprehendatur, non ſecus àc albedo in
7. Met. T.6. definitione hominis albi. [a] Vt enim teſtatur Ariſtoteles partes cuiuſque coniuncti in eius definitione ponendæ ſunt. Ex hoc effectum eſſe putant quidā, vt tale materiæ genus motu deſignetur;

ea verò

A [a] ea verò cùm in rerũ naturalium definitione requiratur; sępius item ab Arist. pronuntiatum fit, definitiones naturales sine motu non esse tradendas: siquidem materia sensilis ex motu, tanquam priore sensili constaret. Veruntamen, vt placeat hoc, quòd materia sensilis huiusmodi fit accidentium beneficio; propter allatas rationes haud assentiar motum vt primum quid in rerum naturalium definitionibus esse ponendum; sed vt notam duntaxat eius principij ex quo proximè fluit: Concedam quoq. sicuti natura per motum veluti principium definitur, sic & materiã sensilem, vt principiũ per motum probè definiri; sunt.n. relatiua principium, & id cuius est principium, si ea secundùm formam considéres; non secundùm materiam: tñ in definitione substantię non id quod rei principioq. comitatur accipiendum est; sed rem cui hæc comitatur, per eam habitudinem menti sese offerre quidem fatebor, sed cùm tali habitudine substantiã cõplere negabo, & asseuerabo Philosophum accepisse motum quo materiam per se alioquin ignotã illustraret, vnde initium speculationum suarum desumeret; notis.n. insistant oportet. Proinde materiam illam puto sumi in definitione rerum natura constantium, cui hæc accidunt, idest, illam facultatem, vnde proximè existunt accidentia quæ pellunt sensus. Ideòq. non constituitur per accidentia; neq. per ipsa definitur, neq. item substantia sensilis; sed ex accidente notescit, & ex ipso prius quid accidente significatur. Quare monebat nos Alexander; [b] vbi Arist. assumeret motum, interpretandũ esse materiam sensilem, quasi ex cõsequente significetur materia sensilis quæ nos alioqui latet eo planè modo quo substantia ipsa naturalis nomine corporis exprimitur, quod est primum genus quantitatis, quòd ab hoc consequente nunquam deseratur, mente nostra aut non, aut ægrè admodum ea separante [c] quæ insunt perpetuò, ab illis quib. in sunt, vt hominis formam à carnib. & ossib. quòd in iis semper apparet; idemq. efficeret mens in circulo, quæ forma nulli certę materiæ per se addicta est, si quisq. in ære extaret, neque.n. sine ęre concipi posset. Ac si rem interius scrutari velimus; non sine certa ratione vsurpatur in designanda materia, quippe quòd accidens non sit ens simpliciter, & ab omni substantia suaptè natura segregatum, sed sit propriè substantia sic affecta. cuius affectio cùm moueat sensum; efficitur, vt substantia singularis, aut materia sensilis quæ alioqui sentiri per se non posset, per accidens sentiatur, à quo si cogitatione separaretur, iam non amplius sensilis & singularis esset, sed intelligenda, & vniuersalis, quia tñ neq. per se mouet mẽtem, cùm sit pura potestas, cogimur item materiam intelligendam notare aliquo accidente quod ipsi insideat immobiliter, vt motus. Itaq. ẽr motus quà designat materiam generatim sumptus ingreditur definitiones naturales methodo non tam euolutioni rei consulente quàm captui nostro.

Quoniam verò accidens ita se habet ad substantiam, vt & contraria quandoq. in eadem specie

C reperiantur, [d] vt album, & nigrum in homine, & in eodem indiuiduo nonnunquàm; & mas & fœmina in plerisq. partibus animalis, alia non item, vt æternum, atq. caducum; & hæc quidem per se, illa per accidens: quæ per accidens insunt, materiæ sensili atq. illi quidem singulari adscribuntur, neque.n. posita, vel ablata rerum naturas immutant, sicuti neq. sensilis illa materia; quapropter nec est essentiæ pars, sed existentiæ solùm, quod est aliquid essentiæ superueniens, vt suo loco demonstrabitur. Ex hoc efficitur, vt in indiuiduo sint accidentia sua ipsius propria, tamen nõ idcirco substantiam indiuiduam constituant, sed singularis eiusdem principij, materiæ nimirum signa sint, quib. item sublatis, verùm vt posterioribus, materia quoq. tollatur; velut etiam motu sublato natura, quanquàm vt posteriore, de mundo, aut saltem è conspectu tolleretur. Atq. hactenus de modo quo nobis materia notescit, vt autem sit, ita cogitare oportet omnem substantię mutationem esse circa singulare, quod sanè constat ex materia & forma, in materia verò propter formam etiam insunt accidentia certa; cùmq. mutationi subiiciatur id quod est potẽtia tale per se, per accidens autem id quod est actu, efficitur, vt aut ei quod factum est, accedant quæ sunt propria formę genitę, & si quę etiam quę non repugnantia retinentur ex quorum cumulo fit indiuiduum. itaq. est cum accidentibus quæ pendent ex forma, vel cõgenitę & corruptæ, vel ex

D presente pro potentia materię pręcedẽtis, sunt & alia quibus supponitur quidem forma substantiæ, non sunt tamen ex forma, verùm existũt ex infinitate materiæ, nec amplectuntur vniuersam speciem, quare dicuntur indiuidui veluti gignitur aër ex aquã quæ est aër potestate, remanet in aëre pelluciditas, accedit raritas, leuitas, calor, quę potentia latebant in ea materia: est etiam verbig. quòd extra suum locum detineatur, quod est accidens. ex his omnibus fit non modò aër, sed hic aër. Hęc igitur materia sensilis & indiuidua principium est substantię singularis, eaque cùm habeat adnexa illa accidentia perpetuò cum illis aufertur: & cùm abstractio fiat ab hoc & illo albo & à cęteris consimiliter, sequitur vt etiam fiat abstractio à materia sensili: itaque sicuti abstrahendo singulare degenerat in vniuersum, & abstractione facta non remanet hęc substantia singularis, vt aliqui opinantur, sed vniuersalis duntaxat, & species aut genus: sic non remanet materia singularis, & sensilis, sed efficitur vniuersalis & intelligenda. Cùmq. & hęc accidentia, & materia sensilis vnum reapse existant, factum est, vt Aristoteles in rerum naturalium definitionibus accidens posuisse videatur: cęterùm iis significatur materia sensilis: nam sicut se habent

[a] Land.

[b] 6. Met. T. 2.

[c] 7. Met.

[d] 10. Met. T. vlt.

accidentia ſingularia ad materiam ſenſilem indiuiduam; ſic & facta per abſtractionem vniuerſalia materiam ſenſilem vniuersè ſignificant, quam mox eſſentiæ partem eſſe oſtendemus; & propter modum eſſendi quem abſtrahendo mutat; ex eo ꝙ eſt exiſtentiæ principium, in principium eſſentiæ transformari. Hoc ipſum oſtenſuri nunc exordiamur ab ea materia quæ tranſmutationi ſubiicitur, & illam inueniamus quæ conſtituit methodum naturalem. Neq. verò dubitatur materiam ſenſilem quæ ſubſtãtiæ formam excipit, eſſe ſingularem: quod.n.fit eſt ſingulare; & generatur non homo, ſed Callias & Plato. Veruntamen ſicuti mutationes ſunt ſingularium; ſic de iis nulla methodus eſſe poteſt; quando eſſent incerta & infinita. Quocirca vt ſcientiam generare poſsint; ſingularia ad vniuerſale quoddam referenda ſunt. At verò ſi vniuerſale colligitur ex ſingularibus, imminebit periculum; ne ſeparatum à formis ſenſilibus generationi repugnet, & aliud repræſentet, atque ea ſingularia quæ ſunt obnoxia mutationi: nanque homo ſeparatur ab indiuidui conditionibus. id autem quod eſt huiuſmodi æternum eſt, & cùm ſignificet naturam communem, ſiquid illi tribuatur, conueniet communiter. Attamen generari proprium eſt ſingularium, quatenus ſingularia ſunt. Verumenimuerò philoſophi nos perſuadẽt vniuerſale duplex eſſe: alterum quidem quod repræſentat ipſa ſingularia, ita vt cum illud concipio, ſimul etiã mente comprehendam ſingula in illa natura communi conuenientia, quod ſanè abſtrahitur ab indiuidui conditionibus, ita tamen, vt etiã referat conditiones ſenſiles: verùm quia non magis huius quàm illius indiuidui proprietates refert; propterea dicatur vniuerſale. Alterum vniuerſale eſt quod ſignificat naturam ab indiuidui conditionibus omnino ſeparatam, vt ſi hominẽ ipſum nulla ratione materiæ ſenſilis habita ſpectem. Illud primũ compoſitum eſt ex forma & materia ſenſili: quapropter in eo aliud eſt eſſe ab eſſentia, & hoc in multis eſt, atq. adeò in vniuerſis ſingularibus & quia non ſeparatur à materia ſenſili vniuerſale, phyſicum non iniuria vocabitur: idque definitioni ſubiicitur. Alterum eſt in mente ſola, idemq. cum eſſentia ſua, cuius cùm duæ ſint partes, forma nimirum & materia quæ mente concipitur, ita etiam è binis partibus, quæ binis illis reſpondeant, proportione conflatur, genere videlicet vt materia, differentia verò vt forma. Neq. enim fieri poteſt, vt forma naturalis à materia, ſeu re ſeu cogitatione ſeiungatur. Quocirca reipſa reſidet in materia ſenſili, in mente verò alteram materiam aſſecuta eſt quæ pertinet ad mentem. poſterius hoc genus vniuerſalis, ſi logicum dicamus, non erimus fortaſſe reprehendendi. quia λόγος eſſentiam ꝑ definitionemq. ſignificat, & rationem quæ iam eſt hoc vniuerſale à ſenſili materia ſecretum, & mentis officium per quod vniuerſale hoc ſeparatur à materia ſenſili indiuidua. æternum hoc, quippe extra omnem aleam temporis illud in ſeipſo perpetuum, quia ſemper eſt; ſimpliciter verò nequaquam, quia conſiſtit partibus quæ mutantur aſsiduè, & partes offert quæ continuè variantur. Vtranque genus vniuerſalis ab Ariſtotele monſtratum eſt. Nam de primo illo quod phyſicum dicimus, aliquando verba faciens, hæc ſcripta reliquit. [a] Homo & equus, & illiuſmodi cetera in ipſis ſunt ſingulis & docuit eius nõ eſſe ſubſtantiam, ſed eſſe totum quoddam quod ex vniuerſali materia formaq. conſtet, ſicuti ſingulare conſtat ex materia formaq. ſingulari. Rurſus de altero vniuerſali meminit quod rationem vocat, [b] vt circulus. proinde inquit, eſſe circuli & circulus, & eſſe animæ atque anima idem eſt: atque iterum teſtatus eſt hominem dici bifariam, velut compoſitum, quare non eſt idem hominis eſſe, & hominem eſſe, vel vt animam; itaque idem ſunt eſſe hominis atque hominem. Vbi igitur in methodo naturali verſemur, cùm vniuerſalia non ſeparentur à materia ſenſili ſimpliciter, ſed à ſingulari tantùm, & ſupponãt pro ſingularibus: ideò fit, vt non ſit ſcientia ſingularium: nec ob id quæ de vniuerſali pronunciãtur, abhorreant à ſingularibus. Nec quatenus naturæ quædam communes ſint; illis generari tribuatur, ſed vt referunt ſingularia generatim, de quibus ſigillatim ea prædicari poſſunt. Nec ea materia quæ ſubiicitur methodo naturali, quia ſenſilis, ſit ſingularis. Etenim ſicut eſt ſingularis homo, & communis: ita quoq. eſt materia ſenſilis ſingularis, & materia communis quæ eadem quoq. ſenſilis eſt, hęc methodi, illa mutationis. Neq. ſanè ſenſilis, quia materia communis ſentiatur, ſed quia proximè referat eam quæ pellit ſenſum, & vt ſępe diximus, quia pro illa ſupponit. qua ratione quoq. res ſenſiles ſcientiæ naturali ſubiiciuntur, quas propter vim methodi nihilominus vniuerſales eſſe neceſſe eſt: ſunt.n. potentia ſenſiles, quia cùm applicantur ad conditiones ſenſiles & hæc accidentia, fiunt ſenſiles, & ſunt in habitu, non actu ſenſiles.

a 7. Met. T. 30. apud Alexand.

b 8. Met. T. 5.

E F G H

Quodnam genus materiæ ſumatur in definitionibus naturalibus. *Cap. XIX.*

MATERIAM ſenſilem, atque illam quidem ſingularem didicimus eſſe ſtratum mutationis naturalis, vniuerſalem verò in methodo naturali ſpectari. ſed vtrum'ne omnis materia ſenſilis, quãquam vniuerſalis, in naturali methodo accipitur, & vtrum pars eſt definitionis naturalis, an aliquam aliam vicem in naturali definitione gerit, & vtrùm aliud vltra ſenſilis materiæ genus in naturali definitione accipiendũ eſt? Porrò materiam geminam obſeruamus apud

Ariſtotelem

A Aristotelem quę quoquo pacto licet dissimiliter, definitionẽ respiciat: alterã quidem sensilem, atq. alteram mente cõprehendendam, & eiusmodi, vt sensum pro se non excitet. Hec quidem quæ mente cõprehendi potest, variis modis accipitur. siquidem & materia illa quæ sensilis est, vbi seuocetur à qualitatibus quæ sensum mouent, non amplius sensilis est, sed mente duntaxat concipitur. [a] etiam continuum quod est materia mathematicorũ, vi nostræ mentis à sensibus [a] 7. Met. T. 5.
affectionibus segregatũ est materia quæ cadit in mentem nõ sensilis. Ita & genus in definitione est materia quam mens sola attingit. Conuincunt sanè rationes, & loca Aristotelis materiã sensilem complere definitiones naturales. quandò res sensiles à naturali philosopho tractantur: hæ verò tali materia consistunt, nec ab ea, quà sensiles & naturales, ne cogitatione quidẽ, ne dum re diuelli queunt: aliter in aliud genus transirent, vt mathematicum, aut diuinum; eam nos docuimus esse vniuersalem. Nunc etiam materia sensilis quę vniuersalis est, ita distribuitur ab Aristo- [c] 7. Met.
tele, [b] in eam quæ toto posterior est, atque illam quæ toto prior. eam sanè vocante toto posteriorem quæ à toto secreta non seruatur, sed sine ipsa compositum existere potest, vt digitus, aut manus, [c] quæ tum verè sunt, cum in composito subsistunt, ab eo remota solùm nomen ad sum- [a] 7. Met. T. 30.
mum seruant, naturam amiserunt. [d] At cor, seu cerebrum contrà se habent. etenim ipsa, vt in pri [d] 1. de ort.
B ma fœtus conformatione constat, sine reliquis partibus viuunt; at reliqua sine talium partium genere nequaquam. idcirco toto hæc priora nõ sine optima rõne censentur. Ita in naui sunt quędã partes sensiles, vt asseres, & tigna: sunt ẽt prora, puppis, & carina. sine illis totũ consistit, vt quanuis etiã iugiter commutentur, permaneat tamen nauis, at si proram puppim carinamúe, aut auferas, aut immutes, seu nauem è medio sustuleris, seu speciem euariaueris. Cùm hæc ita sint, certè partes illæ quas toto posteriores esse posuimus, à definitione arcebuntur. explicat enim rei principia definitio, posteriora relinquit ponens illa solùm ob oculos ea ratione, quia posteriorum caussas euoluit. Restat igitur, vt si sensilis materia collocanda sit in definitione, ea sit toto prior, & ab hac, dum singularis est, totũ si fuerit singulare, nullo pacto separatur, & pari ratione, si fuerit vniuersale, non disiungitur ab ea, quatenus vniuersè cõprehenditur. Et quoniã cõmunis est, & vniuersalis optimè cum definitione congruit. etenim materia per se ignota est, cùm sensilis existit. ita enim incerta & infinita est, & obnoxia mutationi; at cùm sit intelligenda per se notescit, definitio verò ex per se notis constituatur oportet; cùm verò vniuersè accipitur, intelligi põt, vt enim verbis Aristotelis vtar. [e] Si ab actu recesserint (sunt enim actu in singularibus) non [e] 7. Met.
sanè patet (sensui) sint necne. Sed vniuersali ratione semper dicuntur, ac cognoscuntur. Quapropter etiam siquis ad materias intelligendas hoc materię genus adiiciat, non abutetur auctoritate Aristotelis.
C Quod verò pertinet ad eã quæ mente compreheadi potest, mente quidem materia prima concipitur, cùm sensus à singulari pulset, & ab ea quæ à qualitate sensili occupatur, à qua materia prima si nõ re, saltem cogitatione disiungitur. Verùm quia sola ipsa non planè secundùm rẽ, sed secundùm rõnem prior est, & in singularibus quæ iam certis potentiis præfinita sunt, prorsus existit. est enim per se extenta nec vniuersitatis capax, cùm sit hoc formæ solius, quòd in definitione contineatur, vt rei principium non opinor, sed vt ratione prius, & ita notius, quia per analogiã in aliis eodem modo se habere nouerit. Secunda illa Mathematicorum ꝓpria est, ideò nihil ad methodum seu definitionem naturalem. Tertia quæ per genus exprimitur, nonmodò naturalis est ꝓpria, sed generatim pertinet ad omneis methodos atque sciẽtias quæ definitione vtuntur. Nam quæcunque definitio propriè statuitur, ea planè constat ex genere & differentiis: genus in definitione materiæ locum sibi vendicat; differentia formæ. Verumeninuerò genus materiæ locum in definitione obtinere non vno modo verũ esse arbitror. Etenim video genus appellari materiam non semper ex eo, quòd denotet id quod est in natura, sicut materia, sed notionem communem, seu formam vniuersalem, quæ alia notione, seu forma minus communi determinari potest, vt cùm dicimus animal bipes. hîc enim notio animalis quæ
D communis est, à bipedis notione coërcetur, & tamen animalis nomine forma significat, animus nimirùm, à bipede verò materia sensilis. Quocirca materiam non re, sed cogitatione duntaxat genus habendum esse puto. Sed enim materiam sensilem, quam vniuersalem accepimus, & toto priorẽ, genere explicari posse credo, vt cùm corpus in definitione pro genere sumitur. Itaq. materia sensilis illa quam in naturali definitione sumendam esse monui, modò genere. aliàs differentia poterit explicari; ex hoc ordine sunt illa bipes, aquatile, volatile & huiusmodi. Proinde speciatim Philosophus 1. de partib. animal: necnon 4 c. 12. 13. volatile dixit esse de essẽtia auis, & *τὸ νδυσικὸν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον*, quæ tametsi in metaphysica definitione collocantur (siquidem genus & differentia diffinitionẽ compleant in oĩ philosophia) tamen in naturali methodo cum habitudine ad materiam sensilem concipiuntur; in cęteris verò ab eiusmodi materiæ notione segregantur. Etenim verisimile est, vt quemadmodũ homo non consideratur à naturali philosopho sine materia sensili, quia supponitur pro substantia sensili, siue, vt rectius loquar, circulus, quia supponit pro figura quę sit in materia sensili, à Mathematico verò, vt sine ipsa: sic ea

quæ

quæ continentur in definitione circuli qui à naturali philosopho spectatur, cum habitudine ad sensilem materiã sumuntur,& contrà quæ in circuli mathematici definitione collocantur, à materia sensili mẽtis ope seducuntur. Peto verò exempla libenter à mathematico, cùm verear rerũ ipsarum definitiones adscribere speciatim primo philosopho; quippe qui putem eũ esse philosophũ quendã vniuersalem, neque formarũ particularium notitiã, nisi generatim aggredi; quoad doceat ex quib. existit definitio, quorũ sit,& cùm varia sint rerũ genera, qui definitionis modus cuique competat. seorsum verò spectare res à materia suapte natura secretas, seu ex priuatione discriminis, siue ex essẽtia tales fuerint quæ definitione nõ euoluunt, cùm sint simplices & actus. Proinde non verè scientia, sed sapientia perhibetur. Etenim si id verè pronunciatur primũ philosophũ separare formas à materia, non potest ipse formas naturales spectare: sunt.n. prorsus inseparabiles à materia; absurda verò est illa mens quæ separare conatur ea quæ separari non possunt,& nisi separaret, efficeretur protinus specialis, quippe Physica. Sic fit vt eisdem generib. ac differentiis vtrunq. diffinitionis genus absoluatur, nec quicq̃ prçter genus ac differẽtias in quaq. perfecta definitione flagitetur: quia scilicet materia sensilis ex genere, aut differentia nõ vtentib. abstractione perspicua fiat,& abstractione facta ĩ definitione mathematica mẽtis ope relinquat.

Compleat'ne materia sensilis definitionem naturalem, vt pars essentiæ, an non. Cap. XX.

CVM demonstratum sit quid & quotuplex sit materia sensilis, & explicatum quod'nam eius materiæ genus accipiatur in methodo & definitione naturali, sequitur vt instituto nostro insistentes, doceamus etiam, an'ne id materiæ genus sit pars essentiæ naturalis. Nam magna est lis inter Latinç philosophię patronos,& veteres,& recẽtes,& vndiq. succurrit quod in vtrãq. partem problematis afferri possit. Nam tametsi oẽs habent pro comperto materiam sensilem à philosopho naturali definiente non esse omittendã, dissẽrunt tamen, an vt formæ vehiculum accipiatur in definitionibus, an vt essẽntiæ pars. Quæstio non facilè extricari potest, nec subuenit, quod demonstratiuè ad alterutram partẽ problematis decernatur,& vtriusq. patronorũ eorundemq. auctoritatas maximę copia suppeditat. Quamobrem nos quid probabilius nobis visurum sit defendemus, & in aliis illa notabimus quæ quoquomodo à decretis nostris abhorrentia censeri possint. Constans atq. perpetuum Aristotelis testimonium nobis occurrit. Naturales definitiones nõ esse sine motu tradendas,[a] hoc est, sine materia sensili. Tùm etiam formas naturaleis à tali materia nunquàm posse diuelli,[b] atq. illis grauiter accusati qui formas naturaleis à materia sensili segregare studerent. Necnon definitiones naturales, vbi sine materia tradantur esse dialecticas, & vanas, seu cõmunes ob eam caussam quæ inferius exponetur. Et certè si rerum natura definitione est exponenda, ea verò est in materia, materia quoq. in illarũ definitione sumenda esse videbitur. Et quod diceret aduersarius, dans quidẽ eam necessariò sumendã esse in definitione naturali, non tamen vt essẽtiæ partẽ & eius rõnis qua quid est explicatur, sed quia non sine ipsa forma existit. argumentabor ego eo constituto. Quicquid non est de ratione formali rei cuiuspiã ab ea posse abrahi, vel re, vel cogitatione: est.n. ratio formalis prima rei notio: quicquid extra hanc est iã non primum, sed posterius & quasi externũ est. Ergo ab illo põt abstractio fieri. vt priuatio luminis in Luna est rõ formalis eclypseos: ideò cùm primò cõcipitur eclypsis, ea priuatio cõcipitur, ita vt etiã si sit ex interuentu terræ, nec sine ipso existat, nihilominus ab eo separari possit: ei rei signũ quia varij varias eius euenti caussas afferebant. Ergo ab opposito. Quod neq. re, neq. cogitatione separatur, idest de illius rõne formali. Sed talis est materia sensilis ex eo genere ad formã naturalem. Ergo talis materies est de rõne formali,& prima notione formę naturalis. Assũptio cõstat ex multis locis in vtraq. philosophia: etenim inter se respiciũt, & absurda mens quæ diuellere conat à materia formam. Est igit materia de rõne formali naturaliũ formarum. Quapropter ex regula Prçd. Quicquid prçdicatur de prçdicato in quid est, ẽt prçdicatur in quid est de subiecto. Sed materia prçdicatur in quid est de forma; forma aũt de cõposito. ergo & materia de cõposito. Deinde materia assignatur physicè ad explicationẽ ipsius quid est, veluti cùm veteres philosophi definiebant per materiã solam. Accedit eòdem q̃ tum scire vnumquodque arbitramur, quando nouimus ex quibus & quot principiis cõstat, sed constat ex materia & forma: ergo debemus scire per materiam & formam. At verò cùm duplex cognitio sit quid est,& quale est; quæro quæ'nam erit cognitio per materiam, neque sanè quale est, est enim maximè substãtia & quid igitur. Extat ẽt dictũ Philosophi,[c] rationem .s. cõpositi dissolui in rõnes cõponẽtiũ. rõ aũt est oratio explicans quid est. Etiã multò planius elocutus est Arist. in calce 4. Meteor. dũ sic ĩquit. Sic.n. scimus vnumquodq. cur,& quid est, si materiã, vel rõnem habeamus: maximè verò cũ ambo [vtrasq. caussas] ortus & interitus,& vnde principiũ mot⁹. Demũ definitiò p formã solã in physicis est vana & imperfecta. Nũc si in definitione quçrit essẽtia sola,& hęc pẽdet ex sola forma. cur ergo vana definitio per solã formam? Fortè dices eã esse definitionẽ logicam, non

[a] 6. Met.
[b] 2. Phys.
[c] 2. Phys.

A non naturalem; meo quidem iudicio non potes, quòd ea complet definitionem naturalem, & facit vt quæ cęteroqui dialectica fuerat, euadat naturalis. Itaque si propter quod vnumquodq. tale est, & illud magis tale, cùm definitio per formam fiat naturalis accessione materiæ; ergo & definitio per materiam magis erit naturalis. Neque id obstat quòd forma sit magis natura quàm materia: est enim magis natura, quoad pertinet ad essentiam, non autem caussa methodi; definitio per materiam contrà methodi magis est, licet sit essentiæ minus. Dices'ne dissolui compositum in rationem materiæ, non quia sit pars essentiæ, sed quia vehiculum sit, & ad id necessarium, vt forma existat? Non licet, opinor; neque enim notat antiquos Aristoteles, quòd per materiam definirent, quia pars essentiæ non esset, sed vehiculum; verùm quòd in illa sola conquiescerent. Neque item verò asseritur materiam adiuuare notitiam formæ, quia per ipsam subsistit: Nanque omnino sequeretur prius in notitia distincta ex posteriore pendere; propterea quòd pertinet hoc ad ὕπαρξιν, non ad οὐσίαν & τὸ τί ἐστι, sed ὕπαρξις est singularis caduca, & posterior; essentia vniuersalis æterna & prior. Itaque potius ὕπαρξις ex essentia cognoscetur, quàm essentia ex ὑπάρξεως. Nam cęteroquin quæ D. Thomas, & sectatores Scoti in medium attulerunt licet apud ipsos valeant admodum, apud nos locum habere non possunt. Nimirum, si materia solùm vehiculi vicem in definitione subiret, etiam substantiam iri definitum ex additamento quē-
B admodum accidens. Etenim sicuti subiectum ponitur in definitione accidentis, velut eius vehiculum; non quia sit pars quiditatis accidentis, vt in simitate nasus; sed quia sit naturale vehiculum simitatis (est enim simitas accidens, ideoq. simplex quædam natura) sic de substantiæ definitione dicendum foret. Deinde quia sequeretur, vt sola forma esset tota, & completa quiditas, & species: ex quo efficeretur vt anima hominis separata esset totus homo. Nec forma cùm materia faceret vnum per se, quia fit vnum per se ex imperfectis solum, non autem ex aliquo perfecto. nunc forma perfectum quid esset. Quin etiam nullum foret discrimen inter res materia concretas, & à materia separatas: in vtrisque enim sola forma esset vniuersa quiditas. Nanque etiam subiectum complet quid est accidentis. Quamobrem si ita se haberet materia ad formam, vt subiectum ad accidens; iam perspicuum foret, quid de hoc problemate decernendum esset; cuius oppositum cùm sumat D. Thomas, id apud nos verum esse nullo modo potest. Neque item concedimus accidens esse naturam simplicem, quippe quę sit in alio, à quo item pendet in eo, quòd sit. Quocirca etiam ab Aristotele exclusum est accidens ab aliis, [a] quorum esse & essentia idem sunt, id quod simplicibus euenire solet. Neque item valet apud nos. Si forma esset tota rei quiditas, animam
C hominis separatam fore vniuersum hominem: quandoquidem non pugnant hæc secum: formā esse totam hominis quiditatem, & eam non esse hominem totum, quia totus homo vltra quiditatem habet quoque materiam sensilem, & toto posteriorem. Propterea dictum sępè est ab Aristotele rationem esse explicationem formæ non compositi: [b] nec composita definitione explicari propter accessionem materiæ: & id necessariò consequi, si definitione explicaretur compositum, vt bis idem repeteretur, non secus atque siquis nasum simum definire vellet; etenim simum per nasum definiendum est, quare si nasum simum definire velis, & nasum in eius definitione sumere cogeris. Neque verò ego id dico, qui compositum sit id cuius definitio quæritur & quid est: sed quòd non est id quod definitione exponitur; illius quidem est quid est & definitio; sed ipsum non est: itaque definitur quòd eius essentia quæritur; non definitur autem, quia partes eius non omnes explicantur definitione. Adde etiam; quia non videtur item absurdum Aristoteli totam quiditatem esse totum hominem qui mente cōprehendendus est: idem quoque testabatur Auerroës. Neque enim quiditas est sine mente; ideò & id explicat primò quod est in mente; & quoniā
D homo ille qui est in mente, compositus est ex materia & forma: non verebor etiam dicere totam formam ex eisdem partibus esse cōpositam: nam materia quę mente concipitur & est toto prior, est pars formæ; & vt Aristotelico verbo vtar; eius formæ, quæ est quiditas. μέρος μὲν οὖν ἐστὶ,
» καὶ τοῦ εἴδους. Pars igitur est formæ; nempe ea materia sine qua forma cogitari non potest, & cùm εἶδος & forma sit vox ambigua qua notatur species, & qualitas, vnde essentia deriuatur; ne labamur in hoc; & speciei partem suspicemur esse solum materiam; seipsum explicat Aristoteles
» dicens, εἶδος δὲ λέγω τὸ τί ἦν εἶναι. idest formam [c] dico quod quid erat esse. Nam quamuis postea T.37. videatur monuisse carnes & ossa non esse formæ partes, sed materiam; tametsi mēte seuocari nequeat ab illis forma, quòd sine illis non existit; memineris iam Aristotelem distinxisse partes in eas quæ sunt priores & posteriores toto, atque asseuerasse eas quæ sunt toto priores, esse partem definitionis, formę ac quiditatis; sed enim carnes & ossa huiusmodi non esse, & ita se habere ad formam vt æs ad circulum, vt si omnes circuli ænei forent: nihilo enim magis esset essentiæ pars: at non ita de corde iudicandum est. Verùm quòd vtraque sunt in mente, materia, non quidem sensilis, sed mente comprehendenda est in eo quod definitur, & definitione. Quapropter neque etiam id verendum est, ne quamuis vniuersa quiditas totā rei essentiam explicet; totum definitū exponat: est enim vt totum exponit, quippe, id quod sola mente cōprehenditur,

& est

Ad I.

[a] 7. Met.

[b] 7. Met. T.34. apud Alexand.

[c] 1. Phys. T.65.

& eſt vt partem ſolam exprimit, vtporè, ſi referatur ad id quod ex materia ſenſili conſtituitur. E
nam de hoc materiæ genere verba facere Ariſtotelem id ſignificat, quòd illud arcet, vt indefinitũ,
ſed illa materia, quæ facta eſt intelligenda, & prior eſt toto, certa eſt & præfinita, perpetuoq. per-
manet in re. Et id etiam confirmant verba Philoſophi T. 59. oſtendentis aliqua in ſua quiditate
continere materiam. Neque verò intelligendam ſolam, quæ genere exprimi ſolet; quandò non
aliqua definitio talem materiam contineret, ſed omnes æqualiter; nec magis eiuſmodi definitio
naturalis eſſet quàm mathematica, vel metaphyſica, cùm omnes in ſuis definitionibus tale mate-
riæ genus vſurpent. Conſimiliq. modo cùm opponitur, formam non coituram cum materia pro-
pter abſolutam formæ perfectionem, non me valde mouet; quia ſua perfectione contenta eſt for-
ma quæ in coniunctione materiæ poſita eſt, aliter forma non eſſet: at illa perfectio repugnat con-
iunctioni quæ collocatur in ea ſubſtantia quæ ſeparari poteſt, & conſiſtere per ſe ipſa, vt compo-
ſitum, atque illud quidem quod eſt ſpecies extrema, & atomos, & ea quæ prorſus ab omni mate-
riæ genere ſecernuntur; & eſt, vt vno verbo dicam, eius perfectio vt vniuerſitatis non extenſiua.
hæc eſt in compoſito, & repudiat coniunctionem, illa non item. Et falſum illud; nullum fore di-
ſcrimen inter formas quæ abhorrent à materia, ac materia concretas; cùm materia concretæ ſolũ
à materia ſenſili mente ſeparentur, non à materia ſimpliciter, & ſuaptè natura materiã perpetuò F
reſpiciant; quæ verò ſunt à materia diſiunctæ nullam habent affinitatem cum materia. Idcircò
in eorum ſententiam venio qui ſtatuunt materiam in definitione naturali, velut eſſentiæ partem
fore ſumendam. Quanquàm non ita arbitror omne materiæ ſenſilis vniuerſalis genus in defini-
ª 2. Phyſ. tione vſurpandum, vt credidit D. Thomas; ª ſed eius tantùm materię ſenſilis, quæ cõpoſito prior
eſſet. vbi relinquatur hoc materiæ genus in methodo naturali, definitionẽ eſſe imperfectam, aut
non naturalem; quia totum nobis non referat quod eſt definitione euoluendum; & neceſſariam
partem rei relinquat; eſt enim tale formæ genus quod addicitur certæ materiæ, non vt mathema-
tica. Quamobrem huc ego rem vniuerſam deducerem. Definitionem ſimpliciter eſſe explicatio-
nem formæ, & eſſentiam ſimpliciter à forma deriuari. Quia verò duplex eſt ratio ſpectandi eſſen-
tias; & eſſentiæ rerum non vniuſmodi; cùm aliæ pendeant ex materia ſenſili, nonnullæ ſint illius
expertes, an re, an cogitatione ſola; earum quę pendent ex materia, nec ab ipſa ne cogitatione qui
dem auelluntur; ſicuti pendent in eo quòd ſunt à materia, explicationem quoque ſine materia
tradi non poſſe, & eam non eſſe definitionem ſimpliciter, ſed definitionem naturalem rei quate-
nus eſt naturalis, eamq. in genere vel differentia contineri: & quidem in methodo naturali, tan-
quam partem eſſentiæ naturalis; in cęteris methodis quæ materiam ſenſilem non ſpectant; ex ne- G
ceſsitate conſecutionis ſolum: cęterùm ſine materia ſenſili definitionem quidem eſſe poſſe, atque
illam in ſuo genere abſolutam, vt in prima philoſophia, & mathematicis; veruntamen non natu-
ralem: nam conſideratio materiæ naturalis eſt propria: & hoc nomine philoſophus naturalis à
cęteris ſeparatur; ex eo enim quòd applicat cęteras cauſſas ad materiam, naturalis appellatur: nec
ſanè quòd ſolam materiam conſideret; quòd eſſet hæc imperfecta conſideratio; ſed quia cum reli-
quis cauſsis ſpeculetur materiam. Ariſtotelem verò puto in libris primę philoſophiæ ſæpè formã
& eſſentiam accepiſſe pro eodem, & formæ ſolius in hoc officio meminiſſe, neglexiſſe materiam
non vna de cauſſa. Cùm enim ſit ſpeculator communis & vniuerſalis & generalem perſonã ſu-
ſtineat, neque addictam cuipiam conſiderationi ſpeciali, cuiuſmodi in phyſicis, aut mathematicis
habetur, ea debet tradere quę generalia ſunt: generale verò cuique ſpeculatori eſt definire per for
mam: materiam nonnulli negligunt; idcirco definitiones & quid eſt ex ſola forma aſsignat. Aut ſi
tibi ſuſpecta eſt hæc ſolutio, quia nimirum logicus, etiam ſit artifex, eodem planè modo commu-
nis, & tamen dicitur per omne cauſſarum genus definire; accipito ipſum conſiderare eſſentiam vt
totum ſecundum formam, non ſecundum materiam & extentum in ſuis partibus: eſt enim non H
in ipſis partibus poſita eſſentiæ ratio, ſed in ipſa vniuerſitate. & ita planè ſe habet in eſſentia, velut
in numeris; etenim ſi octo ſumpſeris & cùm quatuor contuleris exiſtit ratio dupli; atque ita hæc
ratio in octo conſiſtit, vt ſi vnum demas; continuò ratio commutetur, & vbi erat dupli efficiatur
ſuperpartiens quartas: proinde eſſentiæ poſitæ ſunt in certa ratione. Aut etiam quòd non omittat
materiam, ſed tribuat formæ quid eſt, cùm forma abſoluat quiditatem, & ſit potiſsima pars per
quam res eſt, & ibi ſpectans proprietates entis, quatenus eſt, tribuat vniuerſam eſſentiam formæ.
& fortè ob omnes haſce cauſſas ita factitarit. Nec quamuis aliæ methodi materiam omittant; id-
circo degenerant in dialecticen; nec earum definitiones communes vanęq. ſunt, quemadmodum
ſi in methodo naturali traderentur: optimè enim explent ſuum munus, quòd materiæ nõ egeant;
ſed in naturali planè non præſtarent id quod ipſa deſiderat. Proinde quamuis ad rem ipſam quę
ſæpè eſt in materia, fortaſſe parum; at ſatis certè ad methodum. & hoc videtur fuiſſe indicium
Philoſophi 1. de Anim. Quanquàm alicui mirabile videri potuit: cur eam definitionem quæ ma-
teria ſola conſiſteret; naturalem ſanè ſtatueret; ſed imperfectam; & quæ per formam dialecti-
cam; quandò & naturalis ſpectat formam; multoque magis habet eius rationem, quàm materiæ.

Potuit

A Potuit ergo dici eam quidẽ esse naturalem, sed imperfectã, sicuti dictum est de ea quæ posita est in
sola materia. & dialecticus oẽ caussæ genus tractare pôt: nihil. n. est qđ ipse non attingere queat; &
apud illũ non minus ritè disputatũ fuerit de definitione, si interroget, aut respõdeat an accensio san
guinis sit irę definitio, quę cõtinet materiã; quã si quęrat sit'ne eius definitio appetitus vltionis quę
cõstat ex forma. Addo etiã, cũ dialecticus accipiat oẽs caussas; cur ẽt ea quę cõstat ex forma & mate
ria, ponit physica, non dialectica? nã quę cõsiderat vtrasque caussas seorsum; quid absurdi est, si spe
ctet itẽ vtrasque coniunctim? Quantũ pertinet ad primas illas obiectiones, fortè dici posset, Arist. ibi
non distinguere definitiones ex rõne formali scientiarũ, sed è scopo, hoc est ex eo qđ potissimè re-
spicitur in methodo. Quòd igitur in dialectica illa definitio quę per formã traditur, est perfecta; in
physicis imperfecta, & assumptione materię supplẽda; sic definitio per formã dialectico tribuit, ne-
que tollit hoc, quin ẽt dialecticus in suis disputationib. oẽ aliud caussę genus vsurpet: neque itẽ ex
hoc vetabit, quominus philosophus naturalis ẽt definiat per formã, sed illud tantũmodo cõstituet
eã definitionẽ esse imperfectã. est verò perfecta definitio per solã formã in dialectica, ꝙ abundè p̃stat
id qđ à dialectico desiderat: vult. n. nosse quid est, qđ ipse ab omni caussarũ genere seorsum ducit.
Cęterũ opponã & eodẽ modo definitionẽ ex materia apud dialecticũ esse perfectã; ergo & hęc erat
B dialectico tribuenda, velut ea quę ex forma; tantoq. magis, quantò ẽt forma spectat magis à natu-
rali. Posses ad hęc dicere nõ sequi id qđ opponit, cũ materia sola determinetur physica methodus:
itaque & si quoad cognitionẽ forma flagitatur, at hoc noĩe quo naturalis methodus cõstituit, maius
est officiũ materię quã formæ; quapropter definitio ex materia naturali cõmittit, nõ dialectico. sic
efficiet, vt ab vtroque tractet, & dicat esse propria naturalis. Si igit tibi placet Arist. prius obseruasse
illa quæ sunt scopi; pòst ea q̃ sunt ex rõne formali methodi, neque tibi inconstantia videat, vt mihi;
potes hoc modo defendere Arist. Illud vnũ restabit explicandũ, cur definitio per formã cõis & vana
reputetur. Respondebat Zimara [a] quia considerarent caussę rerũ abstractè; neque applicarentur ad [a] Contr. 4.
effectus. At mihi quęrendũ succurrit, cur dialecticę vocent; quasi verò dialecticus & de caussa & de
finitione, & secundũ formã, & secundũ materiã disserere nequeat; neque spectet vtrũ hoc huius sit
caussa & definitio, nec'ne. Dicũt alij formã spectari rõne vniuersali. Cęterũ admodũ ambigua ratio:
siquidẽ si tanquã à materia separata; nõ modo dialectica; verũ ẽt mathematica & eius philosophiæ
q̃ sequitur naturalẽ: si cõis, quia forma nõ accipiat quæ sit propria rei, vt sub attributis cõibus & ea
quoque physici esse pôt, quippe qui formas persequat ab vltimis vsque ad primas; & de proxima
itẽ adhuc dubitari queat, an à materia separata sit physici, an dialectici. Hic ego primũ ne difficul-
C tatẽ subterfugere videar; his obiectionibus resistere conabor: deinde de auctoritate Arist. dicam qđ
sentio. Nosti in primis dialecticen accipi multis modis: nanque dialectica apud Platonẽ idẽ valebat
àc prima philosophia; deinde dialectica ab analytica distincta, & à cęteris facultatibus & scientiis,
quippe ꝙ illæ ex propriis cõcludant, quanquã propria sunt q̃ nõ modo insunt, quatenus ipsum, sed
in alia resolui nequeũt, veluti principia naturalis, aut diuinę: hęc verò ex cõibus & q̃ vident esse ve-
ra; nõ necessariò tñ eiusmodi sunt. Tertiò dialectica cõprehendit analyticen, cui subiecta sunt instru
menta scientiarũ [b] quæ eadẽ solet appellari logicè. Sed cũ analyticè sit methodus q̃ ita se habet ad [b] 1. Rhet.
res, quẽadmodũ vas, vt sextarius ad triticũ, fruges, & legumina; cõis est, & tradit regulas q̃ per vni-
uersos habitus pertineant quib. verũ dicere contingit, [c] & oẽs caussas cõplectitur quas cũ in suis in [c] 6. Eth.
strumentis referat ad prędicationẽ q̃ conuenit formæ, & qua terminat interrogatio quid est; ita ex
oĩbus caussis existimat petere quid est. ideoq. caussæ oẽs logicè dicunt explicare quid est, qđ tñ p̃-
statur in scientiis: nihil. n. habet analyticè proprij, nisi qđ attinet ad fabricã instrumentorũ cognitio
nis. Quia verò singulę vniuersam rei naturã nõ exponunt, cões appellant, & forma p̃cipuè sine ma-
teria, ꝙ sit p̃tereà rõne prior. Ergo dialecticę & cões, i. logicę dicunt definitiones à materia formam
D separãtes, eam. s. quæ est materiata, & considerat in rebus sensilib. vt siquis ambulationẽ sine pedib.
definiret: de talib. n. formis fit sermo: verũ si posteà coniungant cũ materia fiunt absolutè naturales,
& eius sciẽtiæ propriæ. Quòd si dialectica propriè sumatur qui est habitus, seu facultas disserẽdi de
quocũque proposito problemate probabiliter, & seorsũ ex quaque caussa definitio perfecta foret,
atq; cõiunctim: nanq; etsi cõiunctim fit propria methodi naturalis; at modus quo tractat à dialecti
co definitio, redderet eã nõ naturalẽ: siquidẽ ab ipso ꝓblematicè exquirat. Vtrũ animal rõnis cõpos
sit hoĩs definitio, nec'ne. Vnde itẽ tollitur postrema illa obiectio, si dialectica diffinit per oĩa genera
caussarũ separatim, cur nõ & cõiunctim? Atq; hęc ad difficultates propositas, ac siquis sensum vul-
gatũ & cũ assertione exprimat ex illo cõtextu. Quanquã mihi nil videt in eo loco asserere Arist. at-
que vt id perspicuũ fiat, liber proponere verba Philosophi, q̃ sunt hmõi. *Διαφερόντως δ' ἂν ὁρίσαιεν
ὁ φυσικός τε καὶ ὁ διαλεκτικὸς ἕκαστον αὐτῶν.* Differẽter autẽ diffiniuerit. i. diffinire posset & physi
cus & dialecticus vnũquodq; ipsorũ. & irasci & amare qđ vides planè cũ dubitatione prolatũ, quẽ-
admodũ & alia multa q̃ ad inuestigandã animi essentiã ante proposita fuerant. Dubitatio verò talis
est. Cũ sint diuersa definitionũ genera per materiã, per formã, per vtrunque, est'ne definitio per for-
mã dialectici: per materiã verò physici? & hoc exẽplis illustrat. Vt ira quid est, hic. n. s. dialecticus vl
tionis appetitũ, aut aliquid hmõi; ille verò, qui est physicus feruorẽ sanguinis circũ cor, aut calidi:

horũ verò hic quidẽ aſsignat materiã ille verò formã & rationẽ. ſunt.n. idẽ λόγος & εἶδος. ὁ μὲν γὰρ λόγος ὁ δὲ τοῦ πράγματος. hęc.n. ratio.i. definitio, nimirũ appetitus vltionis eſt ratio, hoc eſt, forma ὁ δὲ τοῦ πράγματος, illa verò rei, i. illa definitio feruor ſanguinis qui circũ cor, aut calidi eſt rei qđ eſt cõpoſitum, nã qđ exiſtit actu eſt: atqui nõ forma extra materiã, ſed in materia; hoc verò iã eſt cõpoſitum. oportet.n. eſſe hãc in tali materia, ſi exiſtet, vt in ędificio ratio talis eſſe poterit, ꝙ eſt integumentũ, qđ prohibet noxã quę infertur à ventis, & imbribus & ęſtib. Hic verò. f. definiens dicet lapides, & lateres, & ligna: alter autẽ in his formã horũ gratia. τίς οὖν ὁ φυσικὸς τούτων; Quis igit̃ horũ naturalis? En tibi Ariſt. dubitantẽ, nõ aſſerentẽ dialecticũ definire per formã. Nunquid ille qui circũ materiã, rõnẽ verò ignorãs, an qui per rõnẽ ſolã; an potius qui ex vtriſque? Vbi itẽ videre potes ab Ariſt. nihil eſſe aſſertũ, ꝙ definitio ꝑ materiã ſit naturalis. Rurſus interrogat ἐκείνων δὲ τούτων ἑκάτερος; ideſt, vterq; autẽ illorũ quis erit? i. qui aut per formã ſolã, aut per materiã ſolã definiet; phyſicuſne an dialecticus; an alius quiſpiã pręter hos? quę verba oĩa relata ſunt ab interpretibus ad λόγον, vt ſi ſermonẽ dixeris explicantẽ quid eſt; cũ referẽda ſint ad τὸν ὁρίζοντα. & ſimilitudo generis in cauſſa fuit erroris. Rñdet cõſtituta diſtinctione ſcientiarũ, ꝙ quædã eſt de rebus in materia, quatenus hmõi; alia de reb. q̃ ſunt in materia quidẽ, tñ, non quoad ſunt in materia, tertia quę de ſeparatis à materia: itaq; inquit. An nõ eſt aliquis qui verſetur in materiæ paſsionib. q̃ nõ ſunt ſeparabiles μηδ᾽ ᾗ χωριστά. i. quatenus nõ ſunt ſeparabiles; ſed phyſicus de oĩbus quęcũq; talis ſunt corporis, & hmõi materiæ opera, & paſsiones. quęcunq; verò nõ fuerint eiuſmodi, alius; & de quibuſdã quidẽ artifex, ſi euenerit, i. fortè, vt faber, aut medicus. Nã faber de naturalibus ẽt, non vt naturalia ſunt agit, vt qui de machinis: etenim aliqua de mathematicis aſſumit; & fortè medicus, dũ tractat vulnera circularia, tũc.n. ad geometrã confugit. Reliqua ſunt perſpicua. Ex qua interpretatione, qua nulla cũ verbis Ariſt. cõgruit magis; optimè cernis nihil ab Ariſt. conſtitutũ de definitione dialectica, & hinc oẽs Latinorũ nugas atque dubitationes proſterni, & profligari. Sic igitur conſideratio formarũ in materia ſenſili, quatenus hmõi, vniuerſa eſt phyſica, ex quo definitiones oẽs naturales abſolutæ ex materia conſtabunt, & illa, vbicunq; facta fuerit intelligenda, hoc eſt, à cõditionib. indiuidui ſecreta, quę toto prior erit, formæ pars erit & quiditatis naturalis; ꝙ ab eo forma nequeat, neq; itẽ cogitationis virtute diuelli. ꝑpeà nõ male Lat. 1. de ortu diuiſerunt partes in materiales, atq; formales has, ꝙ formę partes eſſe cenſerẽt, illas ꝙ ſolius materiæ vicẽ ſuſtinerẽt. Et illæ materia à Philoſopho propriè nuncupatę, & cũ docuerit partes eſſe rei quæ definiẽda eſt, & definitionem docere ſanè quid eſt cõpoſitũ ex ea materia in qua actu forma conſiſtit, ſed euolutionẽ eius qđ à tali materia ſecretum eſt qđ eſt idẽ ãc quiditas quæ eſt ex forma; monuit hæc itẽ ſecũ cõgruere partes rei, partes definitionis, rõnis, quiditatis, ac formę: neq; ꝑpeà tñ ſequit̃ has eſſe formas & quid eſt: nã quiditas & forma ſunt indiuidua & tota formaliter, vt dictũ eſt, verũ partes earũ eſſe quę ſunt materia per ſe ipſas. vti partes domus q̃ ſeparatę nõ ſunt domus, ſed partes & materia. Reſtat nunc vt nonnullus antagoniſtarũ rõnes diſſoluamus, ſiquid fallacię cõtinent, q̃ è noſtris dictis ſeorſum ſit indicãda. Occurrit autẽ nobis Auerroẽs inquiẽs, hoĩs quiditatẽ eſſe hominẽ vno modo, nõ hominẽ verò alio modo; eſſe autẽ hominẽ, i. formã hoĩs, non eſſe hominẽ, qui eſt cõgregatus ex materia & forma, quæ itẽ ſunt Ariſt. ipſius dicta; ex quib. apparet ſolã formã eſſe hoĩs quiditatẽ, neutiq̃ verò materiã. Et verò id aſſeueratũ eſt. Sed meminiſſe oportet, duplicẽ nobis hominẽ offerri alterũ vniuerſalẽ collectũ ex hiſce ſingularib. in quo, vel vt rectius dicã, in notione cuius continetur etiã materies in qua ſubſiſtit actu forma quippe carnes, & oſſa, quę toto poſterior eſt; alterũ verò, qui eſt homo mẽtis officio ſeparatus ab hac materia, ſola ea reſeruata, ſine qua forma nõ põt nec eſſe neque cogitari, vt corpus organicũ, qui eſt alius ab hoĩe illo primo, & eſt idẽ, atque eſſentia & quiditas ac forma quę definitione euoluitur: atqui horũ pars eſt ea materia, quę toto prior eſt; ideoq. cõprehenditur à forma, vt quicũque dicit formã etiã ſignificet vnà tale materię genus. Veruntñ definitur ille primus homo, quia primò nobis obiicitur, & nos cupimus noſſe quid eſt: ergo eius eſt definitio, ſed per definitionẽ explicatur alter ille homo qui pars eſt huius: nanque hic ex materia conſtat quę toto poſterior eſt, & infinita, ille verò eſt forma ipſa & quiditas cuius cũ pars ſit materia toto prior, ergo etiã per tale materiæ genus explicat̃. Igitur quiditas nõ eſt homo ille primus, ſed hic poſterior, ille habet quiditatẽ & in eo materia toto poſterior ſumitur quę excluditur quiditate: altera cũ forma, vtpotè pars formę numerat̃. Hęc pars, cũ toto prior ſit, à poſteriore ſeuocari poteſt; itaque ſine forma concipitur; at ſine ipſa forma nullo modo cogitatione cõprehenditur. ex quo efficitur, vt per ſeipſam abſoluat qõnem, ex quo res eſt, q̃ reſoluitur in materiã; vt ſi quęratur ex quo animãs exiſtat, dicam ex corpore difformi, ſed cũ quęritur quid, quod reſoluitur in formã, cũ ſit eius pars, ẽt cũ forma cõcipitur, nec ab eo materię genere ſeparat̃ in ſolutione qõnis. animans.n. i. qđ cõſtat ex aĩo qui eſt actus eiuſmodi corporis. Hinc noto qõnẽ de materia ꝑcedere qõni de forma tpe & origine, tũ ꝙ à forma ſegregat̃, tũ itẽ ꝙ eſt in generatione, cũ forma abſit, & ea præſente motui terminus imponatur: neque tñ ſimpliciter, quòd forma & actus natura poteſtati formęq. pręcedunt. Quæ verò opponit Achillinus, de illa materia dantur quæ poſterior eſt toto: hęc enim non eſt pars quiditatis, ſed pars ſubſtantię compoſitę, & vehiculum quiditatis; de illa quæ toto prior eſt, hęc nos aſſerimus eſſe partem quiditatis & formę, & par-

tem

A tem essentialem non modo compositi, sed illius totius quod mens à conditionibus sensilibus & materia posteriore secernit, quod iam est idem cum essentia. Atque ita interpretor auctoritates omnium eorum qui materiam definitione pellunt, aut ab illis dissentio, si omne materię genus excludunt quiditate. & eam autumo necessariã in exponendis rebus quę materia constant, quatenus huiusmodi & in naturali philosophia potissimè. Ergo physicus adhibet in sua definitione materiam. Quid de fine, & efficiente? An etiam ille, cùm spectet non modò rei naturam, sed exortus & mutationes, ea quæ illorum principia sunt, sunt verò efficiens & finis in eorũ definitione cogetur vsurpare, & in hoc à primo philosopho & mathematico separabitur, qui cùm tractẽt immobilia, negligunt eiusmodi genera caussarũ. Nec quamuis primus philosophus disserat de primo fine & per ipsum aliqua demõstret, ideò tractat principia motus, est.n. finis rei genitę & eorũ quę sũt, quatenus sunt, nõ generationis, qualis ponitur physico: ppea secretus ille à motu, noster recipit motũ.

Cur è Mathematicis nonnulla naturales appellentur. *Cap. XXI.*

HACTENVS visum est quæ sit materia sensilis quam tractat naturalis, & quemadmodũ in eius contemplatione versetur. Nam prẹterquàm quòd ab ea formas segregare nõ põt, B tùm quòd ipsi perpetuò sunt affixæ & illam, veluti sui partem continent quæ sicuti principiũ accidentium sensilium, concipitur ex accidentibus tanquàm iis quæ ad principium, vt inter se respicientia referantur; quantumuis ab omni accidente substantia separetur: caussas item reddit quę à materia sensili petuntur eiusq. vim sedulò perpendit. Horum nihil alij scientes faciũt. Nã primus philosophus materię sensilis rationem non habet, aut ad summũ eam accipit vniuersè, & vt quid cõe per indifferentiã, & ipsa sic generatim sumpta demonstrando vtitur. Mathematicus nihil omnino de substantia sensili cogitat, neque ex materia sensili suas demõstrationes struit: intelligendã materiam ad summũ sibi vendicat, aut siqua ratione sensilem cõtemplatur, eius affectiones solas explorat, caussas ex ea non petit, neque eius obseruat naturam. ita fit, vt solus Astronomus de sensili substantia mentionem faciat; explorat.n. illius accidentia duntaxat, sed ducit initia suarum demonstrationum à Geometria. naturalis autem æternitatis caussas ab eius materiæ genere petit, ab essentia motus, & ab efficiente: naturam explorat astrorum, eiusq. partis quæ χῦμα nuncupatur, est verò pellucida; tùm figuras & motuum numerum decernit ex fine. Cùm res ita sit; nõ videtur reticendũ, cur è mathematicis multę vocentur naturales, Optica, Catoptrica, Mechanica, Harmonica, Nautica, siue alia quęcunque, quæ signorũ ortus, & occasus, & plagarũ posituras explorat. C quòd de his sępius meminere philosophi, & cõis nominis aliquam affinitatẽ cum hac methodo significat. Porrò naturales eas dici verisimile est, vel quòd demonstrando methodum naturalem imitentur, vel quòd aliquid ab ipsa accipiant. & certè, nisi quis aduertat diligentius, poterit Arist. huius auctorẽ sententię proferre, qui nonnunquã dixerit eas methodos tractare res, vt naturales. [a] quo ratio tractandi significatur à qua petitur formula demonstrandi, quòd ea potissimè ad rationẽ subiecti formalem sese accõmodet. Siquid.n. sit quod à duabus methodis explicetur, vt homo à physico, & medico, & illa in homine considerentur quę valeant ad instaurandam bonam valetudinem, est verò hæc ratio, qua homo tractatur à medico; disputationẽ dicemus esse medicam, nõ naturalem. ratione autem tractandi & formula demonstrationis, cũ scientię determinentur: erunt igitur physicæ non mathematicę quę tñ ab Arist. [b] in mathematicis simpliciter reponuntur, & naturales quodammodo habeantur. Idem forte iudiciũ faciendũ est, si has methodos à naturali principia sumere dicamus. quandò principia cum subiecto, atque illo quidem, non vt materia, sed cui forma ratioq. tractandi sit adiecta, congruere oporteat: itaque etiam in hac hypothesi methodus illa non erit mathematica, sed naturalis. Ergo id quod accipient hę methodi à naturali, ad rem ipD sam pertinebit quæ tractatur à physico. Quia verò hęc sunt, aut subiectum, eiusúe partes, aut affectiones. Non videntur mutuari subiectum eo quòd est substantia; mathematicę verò substantiam non contemplantur, aut vna Astronomia, vt dictũ est. Affectiones verò cũ spectentur vt naturales; ea verò tractatio materiam sensilem accipiat; profectò etiã istę methodi tale materię genus admittent: itaque non distinguentur à naturali. Verumenimuerò omnis controuersia tolletur, si hmõi facultatum merita doceamus. Vt autẽ id facilius perspiciatur. duo quidã termini statuantur, hinc Geometria & Arithmetica, illinc naturalis, & eæ quas è mathematicis appellamus naturales, mediũ locum obtineant. Geometria quidẽ & Arithmetica cõsiderant affectiones corporũ naturaliũ, illa quidẽ magnitudinẽ, hęc verò numerum: sed illas ita considerant à sensili materia segregantes cùm subiectum, tùm item affectiones, eas assumentes quę non sunt sensiles. Consideratio physica vniuersa est cum materia sensili. Inter has media sunt Optica, & Catoptrica, quæ sanè lineam mathematicam accipiunt, quippe à corpore separatam, nec quidem absolutè, aut à materia: neque enim plus possunt, immò minus quàm Geometer, neque à corpore simpliciter, quòd cũ ipsa cogitent affectiones naturales quæ neque re, neque mente seuocari possunt à corpore naturali; sed quòd eam considerent, vt nulli certo corpori affixam, quam physicus in aëre, aut aqua vitroúe

[a] 2. Phys. T. 20.

[b] 2. Post.

cogitaret; illi mox addunt accidentia sensilia, quibus ipsa affecta est, lumen, colorem, distantiam, E
vim imaginis, & posituram. Tùm etiam quòd, tametsi lux ipsa speciesque coloris per vniuersum subiectum diffunditur, quod est corpus pellucidum cuius illa sunt actus qui tamen in indiuiduo consistunt; cùm ex toto à quoque puncto pellucidi corporis accipiantur, & ex quolibet interualli medij puncto referant obiectum, vnde emanant, & speciei lucisq. processus directò fiat sic iubente natura quæ compendio consulit; opticus in ea latitudine progressum qui directò fiat descripturus ipsum sub linea recta cogitat & designat, & denique cuiusque speciei progressum ad lineã reuocat, idque optimo iudicio facit, quia directò semper existit in puncto, quasi species directò fluxum puncti efficiat. At hoc est è vestigio linea recta more mathematico procreata. Neque enim lineam conficit imago, sed vndique & indiuiduè totum subiectũ informat; atqui linea cogitatur ab optico qua progressus speciei describatur; idcirco est linea non naturalis, sed mathematica. Sic ergo lineam mathematicam ab optico spectari puto. Neque hic audio nonnullos eruditissimos opticos, eosdemq. amicissimos qui lineam opticam putant esse corpus, vel quia sit affectum corporis qualitatibus vt colore, vel quia nullum indiuiduũ cerni possit, & idem esse censent lineã atque ὄψιν, quem radium vertunt, nos aspectum. cùm aspectus tribus lineis instar coni finiatur, & per centrum lineam admittat vsque ad cuspidem per quam visio ponitur obiri. Radius planè terminis clauditur vt corpus. Itaque propriè de radio, siue aspectu dicunt optici, quod eius media ἐπιπροσθεῖ τοῖς ἄκροις, idest, offuscant extrema; quippe quòd linea quæ per centrum confertur, sit vt ita dicam, magistra visionis, quem tametsi rectum esse confitentur; non idcirco lineam esse autumant, sed processum tantummodò notant. Nec mea quidem sententia voluit Arist. lineã illã esse corpus, quia sit naturalis; tùm quia linea naturalis non est corpus: etenim eadem est linea naturalis & mathematica, atque idem mathematicũ corpus, & naturale, si auscultamus Aristoteli; tùm etiam quia linea illa est mathematica quæ non est corpus. Neque obstat quòd indiuiduũ nõ cernatur, aut non possit esse affectum qualitate naturali: id enim pertinet ad indiuiduum, si per se extiterit, sed in alio, & in eo cuius est terminus, & qualitates habere, & aspici potest. Sic Harmonica numerum à certis corporibus more Arithmetico disiunctum spectat, nõ corporũ simplicium, vt 4. de cęlo, aut fœtuum, vt in libris de ortu animalium aut principiorum, vt 1. Phy. nihilominus ipsi apponit accidentia sensilia sonum. s. grauitatem, acumen, & concentum. Quocirca si rationẽ ipsarum spectes; à Geometra & Arithmetico subiectum sumunt, nam quantũ considerant quod est à materia sensili seiunctũ, accidentia sumunt à physico; & de subiecto mathematico monstrãt accidentia sensilia & naturalia. Neque verò te existimare velim opticę subiectum esse totum hoc quod dicimus lineam coloratam, aut reflexam: sed subiectum est linea, de illa monstratur color: vt dum docet, cur exterior pars arcus sit punicea, media viridis, & intima purpurea. Itaque cùm primas obtineat in scientia subiectum, principia quoque magis conformia subiecto capientur, & methodus ex natura subiecti determinabitur. Proinde simpliciter erit mathematica; naturalis autem aliqua ex parte, cùm rem mathematicam consideret, quatenus est sensilis & naturalis. Ad naturalem reliquæ magis accedunt, Astrologia, Nautica, & Mechanica; quippe quòd aliquas substantias, cœlum. s. aut ventos, aut moles ligneas, ferreasúe tractent sub ea ratione qua mouentur; pręcipueq. Mechanica quæ item principia motuum naturalia & cõtra naturã assignat. Sed quòd etiam caussas accipit à figurarum natura desumptas, optimo iure mathematica perhibetur. Astronomia lineas, plana, corpora, numerosq. spectat: at non, quà sunt mathematica: sed cum motu, lumine, positura, loco, & relatione eorum quorũ sunt, vt lineam à centro Solis, & à centro mundi exeuntem, & numerum partium, & proportionem sphærę ad sphęram. Sed de his vbi struuntur demonstrationes, corpus naturale in quo insunt, nõ recipitur, nec quicquam de corporis natura sumptum ad caussas eorum problematum reddendas vsurpatur; multoq. minus, vt est sub potestate materiæ & à natura terminatum. Sic ventorum processus, vel rectos, vel obliquos Nautica perpendit: & caussas assignat ex apparẽtibus, ex ortus tempore, & ex natura locorũ. neque id quidem quod materia sensilem vllo pacto respiciat: sed quòd ex alto demittantur: ex humili, attollantur, ex amplo, ex angusto, ex recto, ex flexuoso. quapropter lenes & vehementes explicati & conuoluti nascantur. Itaque aliquid obseruant in materia sensili, verùm non docent, vt hęc ab eo genere materiæ pendeant. Quapropter & illæ vtuntur abstractione. Sed cùm ea considerent quæ pendent à materia sensili, & quæ sensilia sunt & naturalia, nihil vetat aliqua principia sumi quæ item accipiat naturalis: vt, si docere optica velit, cur radij visus recta procedant: q scilicet, natura finem suũ breuiore via qua potest, assequatur: sed materiã sensilẽ demonstrando non vsurpabit. eaq. contrahet ad suũ propriũ considerandi modũ qui sanè mathematicus est (abstrahunt. n. à materia sensili) non naturalis. Ideoq. simpliciter sunt è genere mathematicarũ, naturales autẽ quodã modo: quia res mathematicas spectant, quatenus cõiunctæ sunt cũ affectionibus sensilib. Ergo res quas ipsæ considerant à physico petuntur, siue pars sit subiecti, vt in Astronomia; siue affectiones sensiles, vt in cęteris: sed ratio considerandi mathematica est & modus demonstrandi mathematicus,

F, G, H (margin section letters beside the text)

A ticus,& mathematica demonstratio. Propterea,quod dicitur hæc considerari quatenus naturalia, non indicat hoc demonstrandi modum,aut formulam demonstrationis: sed conditionem rei tractandæ,quasi dicamus lineam mathematicam sub modo existendi naturali (est enim reapse colorata) illarum contemplationi subiici; sed tamen modo mathematico tractari. Ex quo efficitur, vt sint subalternæ simpliciter puris mathematicis,quòd in subiecto formali rationeq. considerandi cum ipsis conueniant: physicè verò aliqua ex parte, cùm ab illa rem capiant quam tractare queant. Maius enim quid potest subiectum formale in scientia, ratioq. tractandi quam res ipsa quæ tractatur eique plus est concedendum; non secus àc plus formæ, cui similis est considerandi ratio,quàm materiæ quæ est res ipsa tractata,tribuendum sit.

De potestate eorum communium,quæ dicuntur ad vnum. *Cap.* XXII.

ET hoc item iure optimo numerabitur in nostrę methodi principiis. vt quia naturalis philosophiæ stratum, seu subiectum est substantia naturalis: ea verò non est vniuoca quædam res,sed ad vnum (quippe quòd ambigua scientiæ non accipiant) dum res caducas & ęternas complectitur. motusq. consimiliter qui propria illius est affectio, & hic quoque per eos terminos de-
B claretur qui sunt ad vnum,de illorum vi nonnulla dicamus præsertim, quòd nihil est, quod frequentius occurrat in vniuersa philosophia,& in omnibus methodis quas litteris consignauit Aristoteles; nec quicquam nobis aperiat magis ordinem seriemq. demonstrationum quàm in explicando motu cōseruauit Aristoteles. non verebor etiam dicere vniuersam physiologię totius œconomiam,quàm si probè teneamus quæ sit eorum potestas, & quemadmodum suscipiatur in methodis. Hæc ego communia voco, nomina nonnulli;quia vix audeant (vt puto) notiones appellare. Sed quicquid sint,seu communia,siue nomina,seu notiones: hinc eorum explicationis exordium capiemus. Etenim inter alia quæ generatim significant, duo sunt quæ cùm maximè similia videantur, longo tamen interuallo disiunguntur, vniuocum & id quod vocamus ad vnum. Quamobrem,ne ex similitudine deceptio nascatur,vt fieri solet; illorum vis seorsum declarabitur; ac de vniuoco prius verba fient. Vniuocum ergò significat naturam & rationem communem pluribus in materia conuenientibus. Quapropter optimè dictum est à Boëtho,vniuocum esse vniuersale communicabile pluribus secundum essentiam: pluribus verò quę conueniant in materia. Nam cùm materia & forma,siue ratio secum necessariò congruant; nisi sit eadem materia; profe-
C ctò neque eadem ratio esse poterit. Et quoniam refert nobis vniuocum naturam cōem pluribus, inde est,vt reuera sit,àc si fuerit genus,habeat proprietates,ac differentias per quas,vt totū quoddam in suas species & membra distinguatur. Itaque prędicatur ęqualiter de omnibus indiuiduis in quid est,& in partium definitione sumitur. Quia item notat essentiam suarum partium, prius est natura quàm partes,ob eamq. caussam ab eis, si non re, saltem ratione & cogitatione separari potest. Quanquam neque absurdum habendum est, si re separetur, & aliquando per se subsistat: cùm embryon in vtero primùm sit planta,deinde animal antequàm fiat homo:quāuis de tali cōi verè dici possit,rem absolutam non esse,& aliam requirere perfectionē, & ex eo sunt ordine qui complectitur τ' ἀμιγενῆ, vt Gręci dicunt, [a] quæ sunt viæ ad alia. Sed hoc nihil ad rem. nunc ad ea veniamus quę sunt ad vnum. Horum sanè cōis natura nulla est quę de illis prędicetur in quid est. Cùm enim ens (vt hinc exemplum mihi sumam) ea significet, inter quę ordo quidam intercedit; dum cōiter accipitur,qua ratione continget,vt de substantia prędicetur? erit'ne id substātia quod ordinem accidentis ad substantiam proponat? Minimè profectò,quoniam substantia ab omni accidente potest absolui: licebit'ne separatim concipere ens, quatenus refert notionem solā substan-
D tiæ,vel accidentis? multò minus,quòd accidentis notio sine notione substantiæ non existit. cū sit non ens sanè,sed entis,idcirco non prędicatur ęqualiter,neque per suas differentias in certas species secatur. Propterea monebat Simplicius, [b] idemq. ab Arist. ante admonitus [c] qui nullam differentiam extra genus sumendam esse testabatur: effici,vt cum ea quę sunt ad vnum; specie separentur; id quod est cōe, vt ad vnum non distribuatur in suas partes per differentias aliquas diuidentes,sed per constituentes,aut potius similes constituentibus,quia singulę singulas parteis adæquent,vt esse in subiecto accidens,& non esse substantiam: qui etenim diuidatur per id differentiarum genus quod illis nō est natura prius? Nouit enim quisque qui vel summis digitis attigerit dialecticen,genus ipsum supponi differentiis diuidentibus; easq. genere & re & ratione posteriores esse. per constituentes autem diuiditur quæ reipsa idem sunt cum eo quod cōstituitur ab illis: ac si vllum discrimen intercedit inter differētias & partes cōis,vt ad vnū, ea sit rationis duntaxat, vt patet,cùm distribuitur ens in substantiam & accidēs per id quod est esse in subiecto & nō esse. Nanque idem est esse in subiecto & esse accidens: & ex altera parte nō esse in subiecto,& esse substantiam.solumq. ratione distingui videtur hoc pacto; quia.s.notio tùm cōis ipsius, vt ad vnum, tùm differentiarū simplicior est quàm sit partiū subiectarū,ꝙ mens in primo sui munere totā rem

[a] Alex. 2. de An. c. 9.

[b] 2. de An. T. 9.

[c] 10. Met. T. 14.

quæ est cum modo quo ipsa existit, concipiat; per id quod est esse, aut non esse in subiecto, rei modum comprehendat, & modum hìc à re separet qui idem est cum reipsa, ratione tantum secretus. Commune item ad vnum, quia natura posterius, nec accipitur in definitionibus; nec à suis partibus aut re, aut cogitatione segregatur: verùm partes cogitatione anticipari semper oportet. Cùm verò inter partes vna prima sit, reliquæ pendeant ab illa, à prima sumitur nomen quod cęteris ordine quodam communicatur. Ita fit, vt nomen ad vnum plura quidem significet, sed eiusmodi quæ ordinē inter se habeant. quo item ab vniuoco simul & ab ambiguo separatur. Etenim in eorum partibus ordo nullus existit. atque in vniuocis quidem, quia sunt omnes eius partes natura simul pariter ab eodem principio fluentes; in ambiguis verò, quòd necessariò nullam habēt communionem: ordo verò aliquam communionem conuenientiamq. postulat, vnde prius & posterius extet. quid enim vermi cum eruca, aut gladiolo ferreo cum herba? Veruntamen sic ab ipsis commune ad vnum secernitur, vt vtraque simul imitari videatur, & vtrorūque ingenium participare, & quasi medium quid esse, dum eo quòd rationem cōmunem & eandem non obtinuere partes eius, ambiguorum naturam sapiat: dum verò primi cuiusdam potestas cęteris communicetur, non admodum distet ab vniuoco. adest enim quædam participatio rationis eiusdem in cōmuni ad vnum. Nec quicquam me illa deterrent quæ nonnulli solent obiicere. vel quòd de illis mentionem nō fecerit Aristoteles in Prędicamentis, vbi vniuocorū ambiguorumq. naturas euoluit, vel quòd inter vniuoca & ambigua medium esse nequeat. quoniam hæc tanquam contradicentia se habeant; itaque alterum ex his necessariò semper existat, quicquid voce exprimitur. Illa etenim contradicentia sunt quorum definitiones sunt contradicentes. In his autem sunt huiusmodi. quippe quòd horum ratio sit eadem, illorum verò minimè. Nanque omissa fuisse dicimus, vel more veteribus consueto, vt sæpe in Hippocrate nos admonuit Galenus; quòd ex extremis media quoque intelligi possent, vel quòd rerum ipsarum diligentiorem explicationem requirerent, & quæ vim superaret institutionis quam in eo libro tenuisse Aristotelem perpetuò fatemur. Idcirco in prędicamentis inuoluta silentio fuere, solumq. in prima philosophia primùm tractata. Neque nobis illa ratio vim vllam afferat, qui norimus idem & non idem esse, vel simpliciter, vel summè, ac simpliciter quidem, vbi excluditur, cùm id quod summè est, tùm id quod est aliquo modo. & vbi sine vlla conditione altera pars oppositionis est vera. & sic contradicentia sunt, neque medium habent. summè verò, cùm in extremo sunt: & hìc datur medium quod scilicet, aut idem est, aut non idem, sed non in extremo, verùm partim idem, partim non idem. Nunc vniuoca & ambigua distinguuntur, quòd absolutè illorum ratio est eadem, aut non est. & cum hac conditione absolutè eadem, aut non eadem est ratio. Atqui conditio partibus contradictionis accedens eius minuit vires. Itaque medium recipiuntur cuius neque ratio prorsus eadem sit, neque prorsus non eadem. Quapropter illa item quæ sunt ad vnum, ad vniuoca & ambigua, tanquam media ad extrema quodam ordine referuntur. veniamus ad alia.

De ordine partium communis ad vnum. *Cap. XXIII.*

QVONIAM verò de ordine qui intercedit inter eas partes quæ sunt ad vnum, posset esse dubitatio; quandoquidem ordo significat prius & posterius, atque hæc multis dicuntur modis, & secundum naturam & ad nos; atque itidem quod secundum naturam est, ab omni genere caussę duci potest: haud erit ab re, si viam quandam in hac re explicanda nunc subiecero, necnon breuiter docuero, vt tale communium genus vsurpare liceat in definitionibus; ac postremò demonstrem, vt partes quæ subiiciuntur, sint prædicato priores. Nam quod ad primum attinet, generalem hanc ego credo regulam tradi posse: à primo illo nuncupari posteriora, quod sit notius nobis. Nanque & esse substantia primùm dicitur quæ modis omnibus prior est, ac notior accidente. Item substantia primùm dicitur ea quæ composita est, & natura posterior, & ab ea reliquæ substantiæ simplices & natura priores. Cumque nil prohibeat quominus id quod nobis notius est, sit etiam natura prius & notius; quemadmodum anteà de substantia dictum est; & ab eo quoque, quod ita primum est, rationem peti nominationis assero. Sic à diuerso caussarum genere deriuari tale nominum genus; siquidem & cibus & medicamentum sana dicuntur ab vna sanitate cuius gratia sunt. Ita instrumentum medicum à medico qui ipso vtitur, & quo facit medicinam. Neque vereor item concedere nominationem à materia formaq. deduci. ac de nominatione simpliciter quòd à forma sumatur, anteà longo sermone declaratum est. Sed quòd ea quę sunt ad vnum, sic nominentur, à materia mox indicabimus solum, postea pluribus ostensuri. Nam si accidens est ens, quia pendeat à substantia; posthàc verò docebimus accidens ad substantiam referri, tanquam ad tale genus caussarum; certè etiam nominatio illorum quæ sunt ad vnū, à materia formaq. ducetur. Inualuit item consuetudo, vt siqua species proprio nomine careat, atque altera similis illi nomen habeat, ab hac illa nomen mutuetur, veluti pes scamni à pede animalis.

A malis. Proinde variæ sunt eiusmodi nominum formulæ, & ex iis quædam dicuntur ad vnum, ab vno nónulla, atque ab vno, vt puto, quęcunque ab eo primo, velut originis principio proficiscuntur, cuiusmodi sunt efficiens & materia. Quæ verò gratia cuiuspiam sunt, quoniam ad ipsum diriguntur, ad vnum optimè dici poterunt. Illa item quæ ad alterius similitudinem nuncupantur, ad vnum rectè dici posse crediderim. quòd mens ab hoc quod præsens est, ad illud feratur, vnde similitudo ducta est, cui quoque si proprium caussæ genus assignare libeat, mea quidem sententia licebit statuere formam. tale enim caussæ genus est παϱαδειγμα, & exemplar quod ad formã Peripatetici referunt. Quia tamen ordo ille non à rei natura perpetuò pendet, sed à nobis ipsis. quapropter in eadem re diuersos diuersam similitudinem obseruantes, & analogiam constituentes diuersis item nominibus eandem rem appellasse perspicimus, vtputa, in vite splendorem spectantes gemmam latini dixere: nostri lachrymam; itaque oculum vocarunt, & hi partem montis inferiorem pedem ad animalis similitudinem nominarunt, illi radices ad similitudinem plantæ. Inde quoque analogicè caussa formalis in eiusmodi appellatione accipienda erit. Cæterùm quia communia quæ sunt ad vnum, præseferunt ordinem quendam, vt hęc plenius intelligantur, scire licet. Non omnium ordinem obstare vniuocationi, sed illum qui quoquomodo respiciat essentiã.

B Cùm verò ordo qui respicit essentiam, sit ordo naturæ, atque hic, vel perfectionis quo id quod perfectius est, anteponitur, vel originis quo prius imperfectius esse solet. nulli dubium esse debet, quin vterque ordo & seorsum & simul vniuocationem tollere queat. Etenim vt ad vnum, vel ab vno omnia in medicina respiciunt sanitatem. Hæc finis est & omnium perfectissima in arte medica. materia prius existit, quàm forma & compositum, quæ & imperfectissima. Et substantia prior est accidente & origine & perfectione. Verumenimuerò, cùm ordo qui respicit essentiam geminus esse possit, aut ad id quod participatur, vt animal ab homine & equo, aut ad ea quę participant, vt homo & equus. si hęc animaduertantur, inficiari non possumus, quin adsit ordo perfectionis. In vnoquoque enim genere species vna est quæ reliquorum solet esse mensura. quia verò communibus ęquè participant, vnde vniuocationis ratio ducitur; vniuocationi hic ordo nõ obstat: sed ille planè, si non æquè communi participant. quòd sanè tùm contingit, cum prioris cuiuspiam interuentu, quancunque caussæ rationem subeat, cõmuni participat posterius. exemplig. affirmatio & negatio sunt enunciationes: affirmatio quidem prior, negatio posterior. Attamen ita est enunciatio negatio, quia continet affirmationem, & ad affirmationem ordine quodã necessariò refertur. Ita quoque accidens est ens eò quòd entis. Et quamuis ad vnum sint, nimirum

C ad substantiam naturalem corpus caducum atque cęleste, & in caduci essentia cęleste concipi nõ videatur. in hoc Auerroëm audio, vt antehàc monui, qui essentiam & quid est logicè accipiat quę patet per omne caussarum genus. Hæc enim nostratia pendent à superioribus tanquam à caussis efficientibus. Ita igitur inæqualis participatio communis vniuoci vim minuit, sed inæqualis gradus perfectionis in partibus non minuit. Vnde etiam Aristoteles primas substantias posuit indiuiduas, & inter secundas speciem magis quàm genus; quia penderent superiores ab inferioribus in eo quòd essent, sed species sub eodem genere substantias æquè constituit, licet gradibus perfectionis aliquæ anteirent. Caussa hæc fuit; quia non pendent à se vicissim in eo quòd sint, verùm seorsum existere possunt. Quamobrem sic quoque Aristotelis dictum accipiemus, vbi vult diuisionem generis administrari per illa quæ sint natura simul, non sanè quin ordo perfectionis inter ipsa intercedat: sed quia possit vnaquæque seorsum consistere quæ scilicet sub eodem genere cõtinentur. Ergo ab opposito, si sub eodem communi à se vicissim pendeant in eo quòd sint, quacunque ratione id eueniat, ordo naturæ vniuocationi prorsus obstabit. Quantum verò est de eo quòd arcenda sint hæc communia à definitionibus, nanque illa iubet pellere Aristoteles à defini-

D tionibus quæ sunt extra prædicamentum, [a] & non vniuoca; quispiam facilè ambiget, & de illius præcepti veritate dubitabit, aut accuset Aristotelem inobseruantiæ; quandò sępissimè communia hæc in Aristoteleis definitionibus obseruata reperiuntur. Nam sic natura principium definitur, & motus actus, ac coctio perfectio: principium verò, actus & perfectio sunt ad vnum, & extra quodque prædicamentũ. Sed ita fortasse ratio vtriusq. sedandę controuersię vestigabitur, si monuerimus ea non accipi in definitionibus veluti communia, sed contracta ad certam speciem à qua reapse non distinguantur. Nequis verò suspicetur inanem esse illam definitionem; quia scilicet idem per idem definiri videatur: audiat ea notionem habere simpliciorem, & ob id ratione priorẽ quàm habeat species definita. Sic fieri, vt non eadem sint vtique definitio & definitum, & quòd per prius & notius ea definitio tradatur quæ constat è nominibus ad vnum. Ne verò te cõturbet, quòd diximus notionem communis quod est ad vnum, esse simpliciorem & magis vniuersalem quàm sit notio partium; ne fortè credas à partibus seuocari commune, atque esse aliam notionẽ eius à partium notione diuersam. Dupliciter enim simplicior & communior à nobis ponitur eius notio quod est ad vnum. Primùm, quasi sit indeterminata, vt scilicet dum profertur, tam ad vnũ quàm ad alterum concipiendum mentem ferre possit. Non dico vnum necessariò sine altero.

[a] 1. Post.

veluti cùm dico ens; & substantiam & quantum mihi præsentat: neque tamen quantum sine substantia, sed quòd ex eius nominis potestate vtrunque indefinitè concipio, aut hoc seorsum, aut illud in substantia. Nam possum verbigratia nosse lumen esse, & quanuis ipsum vel sub ratione substantiæ concipiam, vel accidentis illo notitię genere quod est inchoatum & rude: tamen ambigam adhuc, & diligenter exquiram sit'ne accidens, an substantia. Deinde verò quia potest eo nomine significari id quod prius est; at eius notio simplicior est, quàm posterioris; cùm posterioris notio necessariò resoluatur in prius. etenim nomine entis substantia sine accidente concipi potest, & generatim illud quod accipitur in definitione, sic notum est, vt consimilem formam ex analogia significet quæ notuit in alio, veluti si coctionē dixeris esse perfectionem; quod in alio perfectio vocatur, id ex officij iā noti similitudine ponis in coctione. Restat illud vnum ostendēdum, q; partes communis ad vnum sint priores quàm illud commune, contrà quàm res se habeat in vniuocis. Id verò satis monstrauit Alexander ita concludens. [a] Etenim illud est prius à quo non reciprocatur subsistendi sequela. Cùm verò à communi vniuoco ad partes non reciprocetur; reciprocetur autem ab eo quod est commune vt ad vnum. Ergo dicendum est vniuocum prius esse quàm parteis; contrà verò id quod est commune vt ad vnum, esse posterius. Perspicua verò res est in vniuoco. Siquidem si fuerit homo, necessarium sit esse animal; at si fuerit animal; non idcirco extiterit homo. Quapropter hoc alia probatione non eget. Rem verò longè aliter se habere in iis quæ sunt ad vnum, ita probatur. Illud est prius natura quibusdam quo sublato illa tolluntur, & quibus positis illud ponitur. Sed si de medio remoueatur illud quod ab eo nomine primùm significatur, cętera item remouentur, & commune ad vnum tollitur, ac si tum reliquæ partes, tùm commune illud ponatur; continuò primum illud ponitur à quo reliqua nomen adepta fuerint. Et hoc igitur prius erit quàm reliqua: necnon prius, quàm id quod commune est & vniuersale. Sic destructa substantia tolluntur cętera prædicamenta, tollitur item ens: eo posito & reliquis substantia ponitur. Atque hæc quæ narrantur ab Alexandro, valent mea quidem sententia, in omne genus communium ad vnum. Sed Aristoteles priuatim de ente & vno verba faciens vna sanè & illa perpetua ratione ens & vnum genus esse non posse monstrauit: est autem huiusmodi ratio. Si ens & vnum genera forent, à differentiis participari non posint: at verò participantur à differentiis: etenim quæque differentia & vna est & ens. Nec genus igitur esse potest vnum, aut ens. Hac ratione primùm est vsus Aristoteles 3. Met. [b] quam explorans Alexander habuit pro dialectica. quamobrem ad alteram illam suam confugisse est verisimile. Verùm sanè est eam haustam fuisse è fontibus dialecticis; quandò nixus Philosophus illo fundamento quòd differentiæ non participāt genus; indicauit loca, vnde promerentur argumenta ad euertendum genus & definitionem. [c] Verùm & loca noua ratione firmauit; siquidem efficeretur ex eo, si genus de differentia diceretur, quòd toties repeteretur in vna definitione genus, quot differentiæ in definitione sumerentur quas certè multas esse nil prohibet, cùm genus de singulis differentiis prædicetur, atque idem in ea definitione ponatur: etenim si homo est animal, & idem mortale, bipes, & ratione vtens; ratione verò vtens bipes & mortale sunt animalia. Ergo animal & per seipsum & in suis differentiis de homine prædicabitur. Itaque non vnum animal erit homo, sed plura; id verò est absurdum. nō euenit hoc, vbi genus aliquod remotius speciei tribuatur, nanque & si inest in genere proximo, non tamen cum eo sumitur in explicatione speciei, veluti cùm homo sit animal, & animal sit corpus, necnon & homo sit corpus, non idcirco cùm dicimus hominem esse animal corpus; non vnum de homine prædicatur, illud scilicet, quod est in animali, & quod seorsum attribuitur omni: nanque vnico genere contenta est ea prædicatio: neque enim dicitur hominem esse animal corpus, sed seorsum animal & corpus, cùm cęteroqui genus in definitione non sit omittendum. Idcirco nugatio committeretur in definitione, quod est vitium maximum, & sæpius ab Arist. detestatum. Oportebat igitur Alexandrum aliquid dicere ad hanc rationem quæ, vt opinor, ita placuit Arist. vt illam quoque iterum vsurpauerit, [d] nec aliam studuerit in tanta re afferre quæ ad initia primę philosophię constituenda pertineret: nam si ens genus fuisset, non erat expungendum de numero principiorum. Et quanuis accepta fuerit à dialecticis, ita hic ego dicam, quemadmodum dixit aliquando Aristoteles, [e] ea nimirùm quæ fieri non possent apud mathematicos, eadem quoque nō succedere in naturalibus, non autem contrà quæ fieri nequirent apud naturalem, denegari mathematico: quandoquidem mathematica in ablatione sint posita, physica verò in appositione. Sic igitur physica se habent ad dialectica quæ vindicant sua præcepta à qualibet certa materia. Quapropter Alexandri rationem sic accipiemus, vt vniuersa communia complectatur; rationem verò Aristotelis ad ens & vnum speciatim pertinere defendemus. Est igitur substātia prior ente. Ideoq; ens à substantia separari nequit. Non igitur numeratur in iis quæ continentur in priore modo prædicandi per se, neque ponitur in definitione, nec reuera quicquam ponit in suis partibus præter ordinem. Restat igitur, vt sint simplices partes, neque resolui posint in alia priora seipsis. Proinde è prædicamentis summisq. generibus propositiones efficiuntur negantes quę medio vacēt.

[a] Alex. 1. q.

[b] T. 10.

[c] 4. Top. c. 2. 6. Top. c. 2.

[d] 11. Met. c. 1.

[e] 3. de cęlo T. 6.

At verò

A [a] At verò hæc omnia planissimè intelliges ex Aristotele. Is enim ita docuit. [b] Quæcunque verò neque intelligẽdam, neque sensilem materiam habent, statim vnum quiddam esse vnũ quodque est, quemadmodum id ipsum, quod est hoc quiddam, hoc quale, hoc quantum. Quare non inest in definitionibus neque ens, neque vnum. Et ipsum quid erat esse statim vnum quiddam est, quẽadmodum & quod quiddam est. Propterea non alia aliqua caussa vlli istorum, vt vnum sint, nec vt quiddam sint. statim enim vnumquodque quiddam est, & vnum quiddam, non vt in genere in ente & vno, nec tanquam sint separata præter singularia. Aristotelis ipsius verba sunt hæc. Ὅσα δὲ μὴ ἔχει ὕλην μήτε νοητὴν, μήτε αἰσθητὴν εὐθὺς ὅπερ ἕν τι εἶναι ἐστιν ἕκαστον, ὥσπερ καὶ ὅπερ ὄν τι τὸ τόδε, τὸ ποιόν, τὸ ποσόν. διὸ καὶ οὐκ ἔνεστιν ἐν τοῖς ὁρισμοῖς οὔτε τὸ ὄν, οὔτε τὸ ἕν, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι εὐθὺς ἕν τι ἐστὶν ὥσπερ, καὶ ὄν τι. διὸ οὐκ ἐστὶν ἕτερόν τι αἴτιον τοῦ ἓν εἶναι οὐδενὶ τούτων, οὐδὲ τοῦ ὄν τι εἶναι. εὐθὺς γὰρ ἕκαστόν ἐστιν ὄν τι καὶ ἕν τι. οὐχ ὡς ἐν γένει τῷ ὄντι καὶ τῷ ἑνὶ οὐδ᾽ ὡς χωριστῶν ὄντων παρὰ τὰ καθέκαστα. Nam quanuis aliqua mendæ suspicio subsit in codice Greco, & quędam ex his ab interprete Sepulueda omittantur; Alexandri tamen commentarij lectionem nostram perspicuè receperunt. Alia loca mitto [c] quibus tanquàm certissimum assumpsit Aristoteles ens, vnum & similia non indicare naturam quampiam illis omnibus communem & velut adiunctam, quod posteà non placuit Auicennæ: sed vnumquodque per quod est, vt B album, aut homo, per idem esse ens & vnum, nec per vllum alium naturæ gradum, vt per quem homo est animal, aut substantia. Ex quo nascitur, vt si dicamus hominem ens, nihilo plus significemus quàm si hominem tantummodo pronuntiaremus. Et planè quantum est de ente & vno quæ sunt extra genera & transcendentia, perbellè Auicennam reprehendit Auerroës. [d] Si ens & vnum significant aliquid additum rebus, cùm illud item sit ens & vnum. sin; nihil omnino esset; vel est tale seipso, vel per aliquid aliud. Quòd si seipso ens esse fatearis, eodem quoque modo quælibet res poterit esse seipsa, nec per aliud quicquam. Si contrà dixeris: rursus eadem dici possunt. nanque & illa, aut eadem seipsis erunt, aut per aliud. & sic abibimus in infinitũ. Sed sit hoc proprium entis & vnius quæ transcendentia sunt, & omnium maximè communia: cętera tamen idem de reliquis quæ sunt ad vnum, erit iudicandum. Audis igitur Aristotelem tibi naturam cõmunium ad vnum explanantem, ex quibus instar corollarij colligemus. Cùm partes eorum solæ per se sint, non posse primùm illorum definitiones constitui ex genere & differentiis; sed potius ex notionibus quibusdam quæ nobis significent, vt Græci dicunt διαφόρους τινὰς ἰδιότητας, idest C differentes quasdam proprietates, quemadmodùm illæ sunt, non esse in subiecto & esse in subiecto quibus sigillatim accidens & substantia describuntur, & illarum actus potius sensui notiores quàm natura priores. Sequitur etiam, vt communiter definiri nequeant, sed seorsum vnaquęque pars sua ipsius propria definitione sit euoluenda. Neque de illo communi demonstratio colligatur, quatenus ipsum est. Et quanuis ab Aristotele vsurpetur ea vox, quatenus, quæ vniuersitatem significare consueuit: vt cùm dicitur primam philosophiam contemplari ens, quatenus ens: vniuersitas illa potius est collectiua, idest, pertinet ad omnes eius partes quàm ad commune aliquod & abusus quidam est vocis illius, aut si ita dicere placet est vniuersitas rationis non rei. Sed ea fuit Aristoteli consuetudo in tractandis iis quæ sunt ad vnum, vt proprietates de primo demonstrarentur, quemadmodum in ipso præcipuè subsistunt: secundum analogiam verò ad cętera significata transferrentur: nec componens methodus quæ est à communioribus ad minus cõmunia in illis explicandis obseruaretur. Nisi fortè ea sit compositio, qua procedimus ab eorum prima parte ad alias; quandò prima illa simplicior est, cùm sine reliquis esse & cõcipi queat, reliquæ sine illa non item, ob eamq. caussam sint magis compositæ. Nam cęteroqui progressus in hisce notionibus à partibus ad totum in mente & secundum rationem resoluens est. siquidem cõmu-D ne secundum rationem simplicius, & prius sit, quàm partes; at verò natura & reipsa magis compositum, atque posterius. Ita fit, vt progressus à partibus ad totum in hoc rerum genere duplex sit, aut naturæ, aut mentis; atque mentis quidem progressus sit resoluens, naturæ autem sit componens. Sed hæc multò accuratius infra differentur, vbi de methodorum constitutione nonnulla tractare decreuimus. Hæc profectò nobis redolere videntur antiquam illam puramque philosophiam Peripateticam, nec ab vlla adhuc factionum macula contaminatam. Neque enim approbare possumus illorum iudicium qui commune omnium genus analogum statuunt, multoq. minus communissimam, tametsi analogam differentiam, à nulla certa determinataq. virtute deriuatam, quod video recepisse nonnullos, quanuis accuratos & graues scriptores, quorum nomen de industria silentio prætermittimus, ne aut doctissimorum hominum diligentiam infringamus, aut in inuidiæ, maleuolentiæue crimen incidamus: dum eorum lapsibus & sæpissimè dignis venia notatis, tantisq. laboribus in suspicionem falsi vocatis ab eorum lectione veri cupidos absterreamus. Tu interim rationes nostras audito. Primùm enim ea quæ à nobis explicata sunt, planè mõstrant illud commune posterius esse suis partibus, nec quicquàm deponere præter parteis quàm ordinem quendam. Quamobrem tota eius communis ratio ducitur à partibus; idque in ente manifestissimè

[a] 1. Post.
[b] 8. Met. T. vlt.
[c] 4. Met. T. 3. 5. Met. T. 14. 10. Met. T. 8.
[d] 4. Met. T. c. 3.

manifestissimè apparet de quo ipsi potissimum verba faciunt. Nam siquid est quod latissimè pateat, hoc vnum genus est. Etenim substantia per se est, in eaq. accidens collocatur: indeq. ortum commune vtrorumque prædicatum ens. Et sinè si foret prius; quia Deus ab ente continetur, aliquid esset Deo prius quod in cogitationem nullo modo cadere potest, modò sit recta. Si igitur ens est posterius partibus & de illis ordine quodam prædicatur: quicquid in se habet, alij acceptũ referat oportet, & differentias igitur: etenim & ipsæ sunt eius partes. Tùm item differentiæ sunt vel substantiæ, & accidentis, aut communiter, aut seorsum. At quomodocunque substantia & accidens illis generatim supponeretur. atque ita eueniret, vt substantia & accidente posteriores essent, multoq. magis ipso ente. Præterea si generatim pertinerent ad ens, aut ipsum constituerent, aut diuiderent. Quòd si illas constituere fatearis; ex hoc efficeretur, vt aliquid esset ente prius. Itaque non ens ente prius esset. Si eas diuidere concedas. At communissimum quo pacto diuidet? Dices fortasse communissimam differentiam per omne genus entium pertinere, nec ob id impediri diuisionis officium, quemadmodum actus & potestas, vnum & multa, quæ quidem communissima sunt, & omnis genus entium peruagantur; & tamen habent diuidendi facultatem. At primùm te admonebo hæc quidem collectim omne genus continere, non sigillatim, veluti sic actus & potestas pertinent ad substantiam, vt Deus sit actus simpliciter, nullo autem modo potestas, & ita vnus, vt non sit multa, materia contrà sit potestas & indiuiduum sic multa, vt neque illa vnquàm sit actus, neque hoc vnum. Quocirca non erit communissima differentia entis, quatenus ens est, idest, res quæ sub vna simplici notione comprehenditur. Accedit eodem, quòd differentia est ad aliud, & eorum est quæ aliquo pacto conueniunt. Si ad aliud, non igitur vna; si conuenientium, ergo habet aliquid prius cui accedens ipsum distinguat. Nunquid ab ente ipso differet? An si ita differat; erit non ens, & ita non ens, vt non aliquid futura sit, sed omnino nihil. Deinde esto, quòd hæc & huiusmodi omne genus entium peruagentur & collectim & seorsum. Atqui omnia hæc, aut substantiæ sunt, aut radices egerunt in substantiis. Idcirco & in substantia existunt, & ex ipsis existunt, sicut actus accidentis, Ideoq. substantiæ sunt, aut in substantiam resoluuntur. Vnde etiam notio substantiæ præcedit simpliciter, ob eamque rem primùm substantia, & accidens per hæc diuidentur, non autem ens. Quamobrem non erit differentia quæ diuidat ens, nisi quatenus diuidit partes entis. Neque ob id ea differentia quam isti ponunt, à nulla certa determinataque virtute proficiscentem; sed planè à substãtia, vel accidente determinabitur. Postremò quæ ineptia isthæc erit, si præter ens vna ista communis differentia ponatur quæ à nulla certa virtute ducat originem? etenim sic per se existeret, nullo posterior esset. Nam sic ab eo determinari posset. Nam siue quid sit origine, seu natura posterius aliquam ab eo quod prius est, determinationem capiat oportet. & ab eo quidem, quod natura prius est: quòd orta, vt fertur, producentibus attestantur. ab eo verò, quod est prius origine, quia quæ consequuntur antecedentium conditionem imitantur. & vt itidem dici solet, formæ pro meritis materiæ tribuuntur. Et si prima sint indeterminata, quod indeterminatum est, determinato contra philosophorum placita natura præcedet. Tùm etiã si principia indeterminata & ab vsque ordine sunt; nullus ordo inerit; in iis quæ consequentur. Ita nullus ordo in rerum natura, quem tamen essentiam mundi perhibent. Quandoquidem, si ordo, ibi prius. Si prius; ergo vnum. At hic non vnum: genus nimirum analogum, & differentia à nulla certa virtute pendens, ergo neque prius: neque item ordo. Atque hæc quidem me persuadent, vt antiquorum vestigiis hæream potius quàm in eorum sententiam, quanuis sapientissimorum hominum cadam. Ceterùm pertineant hæc ad ens, quibus de illis quæ enti comitantur vnum, multa, necessarium, contingens quæ vel entis affectiones vel modi nuncupantur: nunquid sunt substantiæ quantitates & qualitates, an aliud de illis iudicium facere oportebit? quod enim est huius quantitas qua ratione illud erit cuius est? An ita dicemus hæc etiam ad prædicamenta reduci bifariam, nec quidem simpliciter, quia substantiæ sint, sed vel vt ea quorum sunt affectiones, vt puta vniuersitas substantiarum ad substantiam, cùm sit substantiæ qualitas & ita ex rei natura contingere, vel vt certa figura dictionis exprimuntur, & ita multa numeri & quanti rationẽ continent pendens & independens ad aliquid, & ad hæc simpliciter & in recto referri. Hæc habui, quæ de communibus ad vnum è re nata breuiter exponerem, quæ sanè magno nobis vsui fore spero, cùm propter definitiones Aristotelicas, tùm etiam vt ratio methodi, atque instituti nostri magis appareat.

De methodis compendiaria disputatio. *Cap.* XXIIII.

VSVS frequentissimus apud interpretes Aristotelis huiusmodi vocum, viæ, instrumentorum, methodi, horumq. inter se & cùm ordine affinitas ad sese reuocat, & nos admonet, ne tantam rerum confusionem silentio patiamur inuolui, sed accuratius singula perpendamus, quantum tamen loci consiliję. nostri ratio postulabit, non ignari complura volumina conscripta fuisse

A fuiſſe cùm à philoſophis, tùm etiam medicis de re quæ, tametſi per ſeipſa obſcura eſt, nihilomi-
nus propter alia multa quæ præter inſtitutum inculcata fuerunt, in infinitum propè deducta eſt,
quanquã vbi tantiſper à veritatis via deflexímus, ſæpe euenit, vt longiſsimis circuitionibus opus
ſit, antequàm redeamus in viam,& eò perueniamus quò primùm conſtituimus. Hoc ne nobis eue
niat, placet in primis diſtinguere de ſignificatis huiuſcemodi vocum, quòd videamus item Græcos
qui varietates earum non obſeruarint, inductos aliquando fuiſſe vt errarent. Tùm deinde de ipſa-
rum rerum vſu,& fine verba faciemus. Cęterùm quòd methodus hæc omnia complectitur, à de-
finitione nominis principiò vim huius vocis methodus explorabimus. Primùm igitur via pro ra-
tione tractandi ſcientias ab Hippocrate ſumpta eſt, quàm ὁδὸν ipſe communi voce nominauit.
pro eo quod poſteà μέθοδον, [a] qui Hippocratem ſecuti ſunt, appellarunt, non viam ſimpliciter; [a] Gal. Epi.
ſed μεθ' ὁδῶ, ideſt, cum via; quaſi via quædam pars eſſet, ſiue inſtrumentum rationis illius qua
ſcientiæ tractantur. & re uera multa præterea deſiderantur ad complendam methodum; ex quo
non temere quiſpiam cenſuerit methodum ab iſtis Ariſtotelis interpretibus modò viam docendi,
aliàs viam diſcendi, & denique nomine viæ ſatis præcisè vocatam fuiſſe, cùm quiddam amplius
ſonet; licet ex eo ducat originem quod vim obtinet inſtrumẽti, cuius non magna ratio plerunque
B habeatur ad id cuius eſt inſtrumentum; ne dum vniuerſam eſſentiam rei, cuius inſtrumentum eſt,
obiiciat: vt ſatius fuerit nomen Grecum atque hodie tritiſsimum retinere quàm de vi vocis illius
tot,& tanta detriuiſſe. Quocirca nos etiam methodum perpetuò ponemus, nequid minus ea vo-
ce ſignificetur quàm ipſi ſubiicitur: ac ſi Latinè vocem exprimere velimus, ſic à nobis circunſcribi
poterit, vt à M. Tullio inſtitutio quæ à ratione ſuſcipitur, ſeu ratio docendi: nec patiemur exponi
rationem diſcendi, multoq. minus compendium, aut viam compendiariam; atque illud quidem,
eo quia, licet diſciplina à doctrina, non niſi ratione ſeparetur & habitudine, ſicut aſcenſus, à de-
ſcenſu in eadem ſcala; natura tamen eſt doctrina prior & methodus ex ſcientia conſtat,& notitiã
flagitat in actu [b] quæ in ſolo ſciente poſita eſt: ſcientis verò ſignum, & munus eſt poſſe docere. [b] 1. de par. an.
[c] alterum verò; quia non omnis methodus compendio contenta eſt, neque ad compendium inſti- [c] 1. Met.
tuitur; ſed ea ſola quam definitiuam [d] nuncupauit Galenus. Quòd ſi compendium in ea pona- [d] Gal. art.
tur, quia niſi ſeruaremus ordinem,& viam certam ingrederemur, à propoſito longè deuiaremus, med.
& multis ambagibus ſæpiſsimè vti cogeremur in eo quod paucis verbis atque rationibus expli-
cari poſſet; ab eo methodus eſſet appellata & definita quòd eius eſſet declinatio, quod ex igno-
rantia vitioq. naſceretur, non ex virtute quam ipſa ſingularem præſefert, contra illa præcepta quę
C in habitus definitione tradita ſunt ab Ariſtotele. [e] nanque ex optimo ſemper eſt definiendus ha- [e] 6. Top.
bitus, quòd hoc per ſe reſpiciat, oppoſitum verò eiuſq. depulſionem per accidens. idemq. contin
geret àc ſi medicinam non ex vna ſanitate, ſed ex morbi propulſione conſtitueremus. mitto etiam [f] Rhet.
quòd nos docuerit Ariſtoteles [f] orationis breuitatẽ non eſſe ponendam in laude, ſed vt quiſque
tantum dicat, quantum neceſſe ſit. Omnium peſsimè, ſi via compendiaria dicatur; quippe quòd
duplici vitio laboret ea deſcriptio: quia nimirum compendij vim quæ non eſt neceſſaria, nec non
viam, quæ methodi pars eſt, non vniuerſam eius naturam proponat. Sed hæc ſatis.

Erit igitur methodus non via, ſed ex via conſtans. quare ab explicatione viæ ſermonem noſtrũ
auſpicabimur. Hanc ego quatuor modis accipi comperio apud ſapientiſsimos auctores, etenim
vt anteà dictum eſt, via vocatur quæ alio nomine methodus appellata eſt. itaque vbi de methodo
diſſeremus, eius vis vnà explicabitur. Secundò via dicitur aditus, facultas, & copia aliquid agen-
di,& videtur amplecti generatim inſtrumenta media, vias doctrinæ, & omnia quæ nobis aperiũt
intelligentiam ad aliquid agendum, vel contemplandum. vt cùm cogitamus quæ via nobis tenen
da ſit, ſi amicum, aut principem virum nobis conciliare velimus; & ad hunc à me conciliandum
D valet hoc, ad illum aliud. ſic alius alia via, modo hunc, mox illum ſibi conciliabit. & illud rectè
dictum. Hac non ſucceſsit, alia aggrediamur via. Eodem ſignificato accepta eſt via ab Ariſtotele,
vbi explicans vſum dialecticę methodi teſtabatur eam ſuppeditare viam ad inuenienda principia
cęterarum ſcientiarum; [g] nec de via loquebatur quæ ſignificet progreſſum quendam ordinatum [g] 1. Top.
quo illa ſumuntur ex quibus ſcientia fieri ſolet, vt cęteræ viæ faciunt; ſed quia ſubminiſtraret co-
piam argumentorum & notionum quarundam communium quæ ad illam facultatem ſpectant
quibus in notitiam principiorum facultatum reliquarum quaſi manu duceremur. Tertiò via di-
citur vniuerſa ratio parandi illas orationes quibus ſcientia comparatur, quæ duo capita comple-
ctitur: notitiam ipſius quid eſt, quæ habetur per definitionem: ac notitiam cur eſt aliquid, quæ
habetur per demonſtrationem. Quapropter duæ ſunt viæ potiſsimæ quæ perducunt nos ad co-
gnoſcendum quid eſt, aut cognoſcendum propter quid, definitiua ſ.& demonſtratiua. Sunt &
aliæ viæ, ſed omnes ad has referuntur, veluti miniſtræ, vt pura diuidens quæ inſtituitur in defini-
tionem & ratiocinatrix, quæ ordinatur ad demonſtrationem. ſimili ratione via inductiua, quia
per illam progredimur ad notitiam principiorum demonſtrationis. Quamobrem omnes hæ viæ
vel proximè vel remotè deſinunt in definitionem aut demonſtrationẽ, quibus habitis iam adepti
ſumus

sumus scientiam quam prius optabamus. Hæc verò nos optimo iure vocabimus instrumenta, quod tùm scimus cùm ipsa habemus. [a] Idcirco proprium huius viæ sit hoc esse progressum ad instrumenta quibus scientia paratur, nec differt ab illis, nisi quatenus via differt à termino. Sicut igitur via differt à termino tanquam imperfectum à perfecto: sic igitur via differt ab instrumento sicut à perfecto imperfectum. ideoq. via tertij significati ad instrumenta perbellè referetur, sed planè imperfecta: neque enim scientiam per se faciunt, sed ad faciendum scientiam conducunt assumentes ordine quodam terminos & principia ex quibus tùm definitiones, tùm demonstrationes constantur; & materiam suppeditantes instrumentis, non faciunt verò scientiam, quia non notum faciũt, sed nota accipiunt. quòd si ex acceptis id quod erat prius incognitum, cognoscatur; iam non est hoc viæ, sed argumenti & instrumenti. Veluti via diuidens sumit genus diuidendum per suas differentias, alteram accipit quæ inest in re definienda. Sed & genus & differentia, quæ accipitur, sunt nota; vt quòd homo sit animal, idemq. mortale, bipes, & rationis compos. hęc autẽ copulata iam facta sunt definitio, & tunc explicant quid est. Consimilique modo in syllogistica seorsum propositiones accipiuntur, maior, & minor: harum verò acceptio est sicut notarũ, quod ex earum copulatione fit, est id quo docemur; at tùm nõ est amplius via, sed syllogismus qui iam docet, & notum facit, & est planè instrumentum. Sic via definitiua qua definitionis partes venamur, vtitur notis, & ea componit quæ, vt nota accepta sunt; eorum facta compositione notescit id quod anteà quærebatur, & erat ignotum. vt cùm generis definitio vestigatur ex definitione singularum specierum, aut cùm eruitur ex demostratione. (tot enim ferè sunt modi quibus definitio cõparatur, diuisio, definitio specierum subiectarum & transpositio. ac transumptio terminorum demonstrationis,) nanque accipiuntur vt notæ definitiones specierum, accipitur earum ratio cõmunis, in ea pòst modo definitio generis elucet, sic accipitur ratio nominis, vt nota per se, & caussa, vt clara per demõstrationem; ex his coniunctis iam extitit definitio qua res notescit quæ prius ignota erat, dum mens nostra progrediebatur ordine sumendo, ac proponendo partes illius; neque enim noscebamus quid esset homo, antequàm sciremus esse animal bipes, mortale, ratione vtens cuius signum, quia verè de homine licet dicere, non esse animal bipes. non enim sunt idem formaliter, & vnum ab altero separari potest: neque sciebamus id quod est in semicirculo, esse angulum rectum, priusquàm inducentes cognosceremus in semicirculo esse triangulum; & tamen erat notum in semicirculo triangulum efficere rectum. Non igitur via notum facit, sed tùm notitia fit, vbi via peruenit ad suum finem, & iam constructum est id quod instrumentum vocamus; hoc enim iam notum facit.

Modi autem notum faciẽdi sunt duo præcipui, velut anteà diximus, vnde duo instrumentorũ genera extiterunt: qui item ab Aristotele [b] nonnunquã τρόποι, & modi nuncupantur, aut enim sunt definitio qua explicatur quid est, & substantia cognoscitur, aut demonstratio qua cognoscitur cuiusmodi sit res, sunt & alia instrumenta quæ, vel ad hæc referuntur, vt adminiculantia, vel imitantia, quòd horum virtutem assequi non possint. generatim verò comprehenduntur hisce capitibus; aut enim notum faciunt, quia cogant, aut quia persuadeant, aut quia declarent. cogunt syllogismi; persuadent inductiones, exempla, enthymemata, declarant definitiones, siue sint quid nominis, seu quid rei, quæ persuadent solùm cõmuni voce nominata sunt à Græcis παραμυθίαι, à M. Tullio admonitiones, à barbaris modiculæ innuitiones. hæ verò & instrumenta declarantia ab Auerroë maneries disciplinæ vocantur. Horum omnium potissima demonstratio & definitio: ad demonstrationem & definitionem reliqua diriguntur, vt famulantia, velut inductiones & exẽpla; necnon demõstrationes quòd est. Vbi enim rationem reddere valeamus accidentium, quoad sensui perspicua sunt & κατὰ φαντασίαν, tùm de substantia quoque dicere licebit: similiter orationes dialecticæ; quoniam suaptè natura terminantur definitionibus, aut etiam imitantur; vt quia verum ex definitione & demonstratione consequi nequeamus; eorum auxilio saltem habeamus id quod quam proximè accedit ad verum. sic veræ definitioni famulatur definitio quid nominis, aut ad ipsam refertur; vt eius imago atque rationes tùm rethoricæ, tùm dialecticæ persuadent, vt assequamur demonstrationem, aut ibi valent vbi res quam cognoscere cupimus, non admittat demonstrationem, & hæc via item ab Aristotele vocatur: ἔφοδος [c] enim idem valet ac μέθοδος, qua voce vsus est Aristoteles in Top. Sed quia non docent instrumenta, nisi quatenus procedunt ex notis; ita enim fit in notitia, vt in rerum ortu. Nam sicut potestas non deducitur ad actum, nisi ab eo quod est actu; sic potentia cognitum non fit actu cognitum, nisi proficiscatur ab actu cognito. Quare non modò nihil efficitur, nisi ritè termini coniuncti fuerint; verum etiam nisi sint manifesti; propterea subiicitur quartum viæ significatum, qui est progressus à principiis quæ, cùm actu nota sint, vim habent efficiendi actu notum id quod actu ignotum est, sed potestate notum, de quo mentionem fecit Aristoteles, cùm docuit innatam esse nobis viam, [d] vt progrediamur à notis nobis ad nota natura, in quo non sumptio principiorum, non dispositio, non structura instrumentorũ obseruatur, sed eorum virtus quæ ordine collocantur: nanque ea quæ anteponuntur,

[a] 1. Post.
[b] 1. de An. T. 5.
[c] 1. Top. c. 10. 1. de An.
[d] 1. Phys.

E F G H

A ponuntur, ita se habent ad posteriora, vt eorum auxilio posteriora cognoscantur; quasi posteriora à prioribus illustrantur. Itaque cùm propriè via doctrinæ vocatur cuius initium illud perpetuò debet esse, vt ex eo quis facilius addiscat; neque rei principium necessariò, [a] nisi fortè idem sit natura cognitum & nobis, aut iam per aliud notum nobis notuerit. Hęc verò duplex esse solet, vel à principiis ad ea quę nascuntur ex principiis, vel ad principia, & à notis nobis ad ea quę sunt nota natura, ex quibus vtrisque vna via conflatur qua vniuersa cuiusque rei scientia conficitur. Progressum à notis nobis resolutionem appellare solent; eum qui est à principiis, compositioné: illú qui ex vtroque processu constituitur, appellant regressum siue circulum ἀνάλυσιν, σύνθεσιν & κύκλον quæ quandoq. Platonici suis vocibus expresserunt ἀνάπλυξιν, σύμπλυξιν & ἀνέλιξιν, & mentem autumant imitari cursores in stadio, qui modo à carcere currunt ad calcem, aliàs à calce ad carcerem, nonnunquam etiam gyro illo à carcere ad calcem & à calce ad carcerem. Diuidens communiter & propriè sumitur: etenim procedit à notis nobis & confusis ad nota natura, & distincta, atque hæc planè conuenit cum resolutione, rursus est propriè generis in suas species per oppositas differentias, atque hæc vtilis quidem, immò necessaria, sed parua pars methodi. Quare cùm tantum tribuit Pl. huic methodo (ipse enim aliquid accuratè scripsit de diuisione, tametsi non primus; cùm Pythagoræi de ipsa multò anteà disputassent, sed quia molliter & citra

B artificium de diuisione disseruerunt, eorum ratio non fuerit habita) cum, inquam, tantum tribuit Plato huic methodo, eamq. vocat ἑρμηνικόν, idest, vallum philosophiæ; crediderim ipsum sumere diuisionem communius. Aristotelem verò propriam vim vocis persequentem, vt errandi caussam depelleret, de generis partitione fuisse locutum. Atque ille quidem progressus resolutio vocatur qui est à notis nobis, quia nota nobis, hoc est, quæ proximè apprehenduntur à mente rudi, sunt vel effectus & accidentia, vel composita similia quę si cum caussis & principiis conferantur, sunt magis composita; etenim ad vnius rei constitutionem plures caussæ requiruntur & sensilis materia potissimè, nanque horum quæ sunt in materia sensili, scientiam consequi volumus, & caussas eorum quærimus quibus existentia caussa materiæ sensilis accedit. itaque effectus sunt magis compositi; aliter idem esset caussa, & effectus, & accidentia simpliciter sunt magis composita, quàm substantia compositione formali: quoniam existentia accidentis requirit existentiam substantiæ, terminatur autem notitia complexa & simplici quæ dicitur mens; nam terminatur demonstratione quod est, atque item essentiæ comprehensione, in quam demonstratio nihil potest, vt patet 6. Met. [b] Propterea resolutione perducitur in notitiam Dei Optimi Maximi, [b] T. 2.

C [c] & in animi cognitionem quę est principium: itaque eius cognitio non scientia, sed historia nuncupatur. Quanquam non vniusmodi est via qua nos in animi cognitionem deducimur, quippe ab obiectis ad functiones, ab his ad facultates; hæc planè resoluens quæ à functionibus ad facultates, illam quæ ab obiectis, esse censeo componentem: est enim ab efficiente ad effectum; eoque magis moueor vt ita credam, quòd posthàc processum ex fine resoluentem esse intelligemus; ergo cùm operatio sit finis, ab illa erit processus resoluens, similique modo vbi sit ab efficiente processus, esse componentem, efficientis enim vis est deducere potestates ad actum, & ex materia & forma vnum facere; propterea cùm obiecta efficientis munere fungantur, processus ab obiectis erit componens. Ad hanc vt adminiculantem, vel imitatricem, sicut de dialecticis instrumentis anteà diximus, analogiam referimus, cuius auxilio deduxit nos Aristoteles in notitiam materię primæ: est enim & hæc à notis nobis ad nota natura, nisi quòd valet in iis quæ aliena, non propria specie noscuntur, & per ea quæ resoluendo cognoscimus in alio, probat illa quæ insunt in proposito. propterea νόθος λόγος ab Aristotele nuncupatur qua materia propter summam obscuritatem, Deus propter clarissimum lumē cognoscitur, & ἀναλογία,

[a] 5. Met. c. 1.

[c] Alex. 1. q. 1. Ptol. lib. 1.

D quoniam est collatio duarum habitudinum, materiæ, scilicet, naturalis ad compositum naturale & artificiosæ ad opera artis. Sed speciali quadam vi resolutio est progressus à fine ad ea quæ sunt eius gratia: tamen non est hoc viæ, sed ordinis, vt posteà docebimus: ille verò progressus qui est à principiis, est compositio, cùm superiori sit contrarius. Cæterùm ordo intercedit inter has vias. Nam posteriora, hoc est, effectus & accidentia sunt nobis notiora, quàm caussæ & substantiæ: ideoque resolutio præcedit vsque adeò, vt hic progressus sit nobis à natura datus, vt etiam si velimus, euitari nullo modo queat; attamen tùm scientia completur, vbi caussæ quæ per resolutionem inuentæ fuerunt, quasi facto quodam circulo ad effectus applicantur, ideoque compositio sola facit scientiam: tametsi primus ille progressus methodo satisfaciat. nam quanuis alter etiam qui dicitur regressus, sit necessarius; nihilominus negligitur in methodis: quia satis sit indicasse caussam, ea verò cùm suaptè natura sit perspicua, statim monstret effectum qui nascitur ab ipsa. Verùm quia fit nonnunquam vt effectus sit nobis, & natura ignotus, & caussa ipsa detegatur, non ex effectu proprio, sed ex alia priore caussa, vel ex aliis adnexis & comitantibus effectui, aut caussæ, caussaque perspecta nos in notitiam ducat effectus illius ignoti, & generaliter vbi caussa prius noscatur quàm effectus, vt acci-

dit nonnunquam in physicis, sæpius in mathematicis; secundus etiam progressus adhibendus E
erit. Idemque ordo tenebitur non modo in omni ratiocinatione qua de caussis quæritur, sed
etiam in definitione; siquidem progressus ille primus fit à notis nobis, & resolutio, vt à gene-
re tanquam toto, & noto nobis quod per differentias secatur in suas partes, & semper vt à po-
steriore. genus enim sic consideratum est vt totum quòd aiunt integrale; & est posterius parti-
bus; posterior verò fit compositio in qua cum genere differentiæ copulantur. Habetur itidem
compositio, cùm progredimur à definitione quid nominis ad definitionem quid rei, quia sup-
ponatur definitio quid nominis; at eam ego resolutionem facerem quòd sit, vt à posteriore ad
prius. Cæterùm ex hac compositione existit scientia. est enim ea definitio medium habens
quæ item in demonstratione concluditur per definitionem quid rei. Venit hîc mihi in mentem,
quanquam demonstratio quòd est, dum struitur, est resolutio; nihilominus & resolutionem
quid communius esse; quippe quòd demonstratio sit argumentum & complexo terminetur,
& eo quòd est, resolutio sanè imitetur argumentum; neque rem esse ostendat, sed hoc solum
rem, & simplici terminari possit: nihil enim simplex ostenditur argumento: imitatur autem
progressum tertiæ figuræ, velut inductio; subiectum quod est medium, res naturales; maior
terminus principium motus; minor natura hucusque resolutio procedit; ex hoc est composi- F
tio. Omnino autem semper antecedit resolutio compositioni, & ex compositione erumpit scien-
tia. Vterque tamen progressus in hoc conuenit, vt proficiscatur ex notis nobis. At dices quo-
modo hoc erit, cùm principia sint ignota nobis? An nota nobis latius patent quàm vulgò cre-
datur; quod nota nobis effectus simpliciter accipit, & ex hoc progressu exoriri putat demon-
strationem quod est. Nanque nota nobis & simplicia & complexa esse possunt, & eadem sunt
communia & propria, & ad plures scientias pertinentia, nec non nota nobis, quia sine ratiocina-
tione cognoscantur, & nota nobis quia per aliud nobis notum notuerint, ex hoc genere notorum
compositio constituitur, & progressus ille quem regressum dicimus. cùm cęteroqui demonstratio
quòd res est, proficiscatur ex effectibus illius scientiæ propriis, & ex propriis eius caussæ quæ in-
dagatur. Objicies tamen hîc tu mathemata quæ ex nobis & natura notis effici consueuerunt, & viã
me roges, an'ne ea sit duplex vt in physicis. Nam si principia sunt vtroque modo nota; non vide-
tur requiri primus ille progressus quo principia nota fiant ex notis nobis, sed vnus duntaxat qui
est à principiis, quem compositionem esse fatemur: primus enim ille progressus ad id institutus
est, vt principia quæ nobis ignota sunt, plana fiant: at in mathematicis sunt clarissima. Hîc ego
non negabo esse nonnulla principia scientiarum quæ prorsus demonstrari non possint; quia verò G
sunt communissima, non satisfaciunt quæsitis, quantumuis arctentur, & contrahantur ad certas
affectiones. Etenim cognitio fit ex caussis rei proximis. Itaque etiam hic ex notis nobis ea vesti-
ganda quæ sunt nota natura, quod præstat analysis; postmodo ab iis, tanquam notis, est nobis seu
retrocedendum, siue descendendum. Quapropter vniuersè semper à notis nobis est incohandũ,
& vt à notis nobis progredi conuenit, & natura posterioribus: quoniam, & si sunt prima simpli-
citer; non tamen prima existunt, si cum caussis rerum proximis conferantur quæ quidem caussæ
omnem quæstionem terminant & absoluunt. Ita semper erit progressus ille primus, quanuis sit
à natura notis, analyticus. Vt si super data recta linea triangulum æquilaterem constituere opor-
teat, & planum sit, ex eius definitione constare ipsum ex tribus lineis æqualibus, præterea semi-
diametros circulorum æqualium esse æquales: attamen ex eo concluditur, vt caussa propinquio-
re, quòd vna ex ijs lineis sit semidiameter communis duobus circulis æqualibus, & reliquæ illi
æquales coëant in vnum in intersectione circulorum æqualium, quod ex principiis illis, vel alio
modo nobis notuit. Ita ergo & resolutio præcedit. Cùm verò duo sint genera illorum quæ
sciuntur in mathematicis, problemata, scilicet, & theoremata. de problematis satis constat, cum H
ijs principiis communibus consistant, & insuper in theoremata facile conuertantur; docent verò
mathematici resoluere theoremata, & problemata igitur resolui possunt. Quanquam quid dico
mathematicos id docere, cùm doceat idem quoque Aristoteles? [a] Quamobrem in omni item
ratione mathematica resolutio requiritur. Quia verò tum scimus, cùm ex causa cognoscimus
effectum, & hoc est componere; planum quòd vtraque via sit necessaria, & in via apud omnes
contemplantes resolutio nimirum quæ est à notis nobis & posterioribus non modo effectibus, sed
aliis adnexis, & communibus, siue simul etiam sint nota natura, vt de primis scientiarum princi-
piis dictum est, siue etiam ignota. Quocirca sic defendi poterit nota nobis, vnde ratio nostra
cœpit, esse posteriora natura; Adest & compositio, cum effectus cuius expetitur scientia, & caus-
sa vestigatur, ex ipsa caussa cognoscitur. At verò quòd illa principia communia & indemon-
strabilia sint posteriora caussis proximis, etiam significasse videtur Auerroës, qui ad nota no-
bis, vnde sumendum sit initium philosophiæ naturalis, retulerit illa principia communissi-
ma quæ medio vacant. [b] Cùm ergo illa sint ex notis nobis, & notitia rerum obscurarum
ex eorum resolutione pateat: profectò etiam ab his est resolutio. Quòd si resolutio
fit in

[a] 9. Met. T.20.

[b] 1. Phys. T.c.57. 1. Phys. T.c.3.

A ſit in eà quæ ſunt priora; certè & hęc communia reſoluentur in aliqua priora, & ſic rationē po-
ſteriorum obtinebunt. Indeq. factum fuiſſe puto, quòd idem auctor cauſſas primas in quas re-
ſoluuntur demonſtrationes, diſtinxerit à cōpoſitis, & has eſſe prædicarit, materiam primam, &
vltimā formam. Nanq. paullò inferius docet Auerroës compleri ſcientiam per cauſſas exiſten-
teis in re ꝓpinquas & eſsētialeis ad quas idē nobilis auctor per remotas iubet eſſe procedēdum.
Ergo remotæ ſunt hìc poſteriores. Itaq. interpretor materiam primam, non illam ſanè quæ eſt
omnia potentia, & remotiſsima, ſed primam, ideſt, medio vacantem: hæc verò eſt proxima, cui
quoq. reſpondet vltima forma quas diſtinguit Auerroës à compoſitis, eo quòd reliquæ cauſſæ
remotiores habeant alias cauſſas in quas reſoluantur; hę verò in nullam reſolui poſſunt. Atque
ita accipit Auerroës compoſitionem non materialem, ideſt, coagmētationem plurium cauſſarū
diuerſi generis, ſed cauſſalem, ſeu formalem, ideſt ex prioribus & poſterioribus & deniq. ordine
quodam ſubiectis, & ſubordinatis illi primę cauſſę in eodem genere, hoc eſt proximę qua poſita
è veſtigio ponitur effectus, cuius adeptione conſiſtit vniuerſa notitia quæſtionis. Quòd ſi cauſſę
illæ communes primæ perhibentur, non ſunt primæ omnibus modis, ſed ratione tantùm non re;
nihil autem vetat aliquid eſſe prius ratione, re verò poſterius, vt antè ſignificauimus. Ab hoc vię
ſignificato pendent omnes diſcurſus, ſeu mentis progreſſus qui pertinent ad ſcientias. Nanque
B demonſtratio quod eſt, erit reſolutio: demonſtratio propter quid, compoſitio. conſimiliter de-
finituri prius reſoluimus, deinde componimus. licebit etiam vniuerſè affirmare ad hos progreſ-
ſus referri quæcunque munera διανοίας, vt ſyllogiſmos dialecticos ad reſolutionem, quia diri-
guntur ad principia ſcientiarum, & definitiones. modò tamen in his progreſsibus ratio notioris
& ignotioris habeatur: nam reliqua ſunt viæ tertij ſignificati: Quocirca & hæc via deſinet in
inſtrumenta: atquì non inſtrumentorum fabricam, ſed animum potius, vt ita dicam, ſpectabit,
& accipiet ordine ſolùm, nō docebit; accipiet autem, quatenus in ipſa non neceſsitas aliqua, vel
illatio ſpectatur, ſed cognitio & lumen duntaxat. Ab huiuſmodi viarum vſu methodus eſt no-
minata, ſed cùm ea quoq. vox ſit multiplex; operęprecium fore puto, ſi prius itē de ipſa diſtin-
guatur. Etenim primo loco methodus ab Ariſtotele vocatur ratio parandi inſtrumenta quibus
efficitur ſcientia, quare conuenit cum via tertij ſignificati, [a] de qua ſuprà dictum eſt abundè. [a] 1. De An.
Deinde methodus à Galeno frequenter accipitur pro vniuerſali ratione tractandi aliquid, ſiue
agendi generatim. illudq. ab eodem auctore animaduertitur, in omni arte duo prima capita cō-
prehendi, methodum quę item ab Ariſtotele vocatur ars, & experientiam, atq. illam quidem,
vt habeamus vnam quandam communem viā quæ complectatur omnia particularia ob id, vt ea
C quæ conſimilia ſunt, ad ſuum caput referri valeant, & ſuis locis digeri: alterum verò, vt ſimili-
tudines ac diſsimilitudines obſeruare liceat. & illa in ſingularibus agnoſcere, & ad ſingula ſigil-
latim applicare quæ in methodo generatim cōprehenſa fuerint. Tertiò methodus eſt inſtrumen-
tum quod vel declarat vel fidem facit: vel ad hęc inſtrumenta deducit, quæ item communitèr à
Ptolemęo & Theone dicitur ἔφοδος, nos inſinuationem vertimus. Quartò eſt doctrina recta ra-
tione procedens [b] ad ea quæ cognoſcenda ſunt, & id potiſsimè reſpicere videtur, vt doceatur, [b] 1. de an. T. 45.
quopacto dici poteſt methodus definitiua & demōſtratiua, ſeu ſyllogiſtica in qua definitio, de-
monſtratio, ſyllogiſmuſq. ratione & via docerentur, quam nonnulli ſic acceperunt, [c] vt non vi- [c] Euſtr. 2. Poſt.
derint eiuſmodi tractationes à via, aut ordine quibus traditę ſunt, ac diſpoſitę, fuiſſe nonnunquā
vocatas, & hæc ponitur 1. Phyſ. T. 1. de hac ſermo eſt habendus. Explicandū verò eſt ante alia,
quænam conſtituāt methodum in hoc ſignificato, & quid ipſa ſit. Atqui docet Ariſtoteles eam
è duobus conſtare principiis, altero quod eſt ſcientia rei tractandę; atq. altero quod Ariſtoteles
eruditionem vocat. Agamus de primo. Scientia eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus: hęc
enim recta eſt ratio, quia conſiſtit certis & propriis principiis, atque ita connexis, vt id quod per
demonſtrationem cognoſcitur, aliter ſe habere non poſsit. Quocirca cùm mens noſtra collimet
D in verum, demonſtratione vtens eo certiſsimè potietur. eaq. videtur eſſe pars ꝓpria docentis in
methodo. Sciētia verò tametſi reſpicit ſolam veritatem per ſe, ſi preſsius accipiatur, & ea vel eſt
naturalis, vel mathematica, vel diuina; funditur etiam ad omne genus veritatis, ſiue illa per ſe re
quirat, ſiue actionis aut effectionis gratia quod in ciuilibus facultatibus euenit, & in reliquis ar-
tibus, vbi citrà actionem, aut effectiones rerum naturas ſpectādas ſuſcipimus, vt ex iis quæ opor
tunè conſiderata fuerint, de ſingulis quæ nobis occurrunt, rectū iudicium facere valeamus, & ex
eorum agere pręſcripto, quod item contemplari vocauit Ariſtoteles. [d] Itaque duplex ſolet eſſe [d] 1. Magn. Mor. c. 1.
pars huiuſmodi facultatum; altera quidem quę theorica dici ſolet, atque altera quam vulgò pra
cticen appellant, pars quidem illa, quę theorica dicitur, cōſtituit methodū. Etenim, vt monet nos
Ariſt. [e] inter varias conſiderationeis quę in vna quaque re, naturaq. excutiēda negocium faciūt, [e] 2. ad Eud. c. 1.
& contēplationis egent, alię ad cognoſcendū tantùm pertinent, aliæ verò ad acquiſitionē, & ne-
gocia ſpectāt. Quamobrē ea quę in ſola contēplatione poſita sūt, oportuno tēpore tractare opor
tet: hoc. n. methodi ꝓpriū munus eſt, & hic eius finis, [f] vt ὁδῷ καὶ τάξει, vt verbis Ariſt. vtar, ideſt, [f] 1. de par. anim.

via & facile scientiæ doceri queāt, vnde formatum ab Arist. 1. de arte dicendi τὸ ὁδοποιεῖν, quod est via & rōne persequi. Hinc etiā libri de arte disserendi Methodici nuncupati Rhet. vel φ a methodo in scripti fuerint: sunt. n. analytici, vel φ ibi ratio methodorū contineatur. Igitur scientia, & contēplatio methodo cōuenit: agere & efficere iā non est amplius methodi, sed vsus. Proinde cùm pars illa theorica sit de munere methodi, vnaq. sit cōsiderandi ratio, licet fines diuersi sint, cuiusq. contēplationis, non reputo absurdū, si eædem viæ atq. ordines in artiū & scientiarum doctrina methodoq. tradenda teneantur. Nanq. inuenire, iudicare, notum facere quæ oïa præstat methodus, ad oēm doctrinā communiter pertinēt. Altera pars est eruditio, seu peritia, παιδείαν Aristoteles vocat quæ iam flagitatur in addiscente. De hac, etsi multa præclarè scripta sunt ab Octauiano Ferrario philosopho sapientissimo; nihilominus aliqua huc conferre visum est, vt si quid valeant ad naturā & vim methodi percipiendā, lector iis vtatur. Itaq. παίδευσις & παιδεία significat simplicē & puerilem institutionē qua bonis legibus institutæ reip. solebant informare teneros adhuc animos, cùm ad suā ipsorum, tum corporis virtutē comparandam, quæ plerunq. cōstabat ex quattuor mēbris, litteris, gymnastica, musica, & pictura de quib. 8. Poli. multa disseruit Aristoteles: idē quoq. meminit de altera eruditione quæ anteit quanq. scientiā, siquidem eius auxilio discens in scientiæ mysteria possit introduci: huc. n. spectat παίδευσις. Vnde illa

[a] 2. Elen. abusus est Gorgias [a] non promouens suos auditores vlterius. videtur aūt prima fronte nobis offerre rudē quandā notitiā & imperfectā, & citra caussas; addo etiā non esse illi verū ꝓpositum: oritur aūt ex vsu & experientia vel rerū quæ sunt certi cuiusdā generis, vel sunt infinitæ, nec certo genere cōprehendunt̄: itaq. duplex eruditio ponit̄ ab Aristotele, & de singulis, & de vniuersis. Rudem quoq. & imperfectā notitiā Plato Gorg. citra caussæ veriq. contemplationē tribuit eruditioni, seu peritię, ἐμπειρίαν ille vocat, cùm coquinariā conferens cum arte medica, iubet eam appellare peritiā, quia nullā habeat rationem eorū quę affert; nec doceat qualia sint natura; proptereà nullā caussā reddit, ideòq. artis noïe dignam non putat, nec non ipsam vsu quodā & experientia constare docet, memoriaq. eius quod accidere consuerit. proinde simulachrum artis & scientiæ potius esse q̄ horum quicquam. Ea numeratur in habitibus (vt dictum est) atqui habitus finē habet, cuius gratia comparatur: dirigitur aūt ad iudicium. At verò iudicium aliud est in sciente & docente; atque aliud in addiscente & rudi, & perfectū quidē in sciente & docente, vt de quaque re verè & rectè iudicare queat, & caussam certam assignare sine certo rerū genere, seu de oïbus quod officium esse puto primi philosophi. In addiscēte verò & rudi imperfectum, & vsq. ad terminū quēdam progrediens; nulli sanè viro denegatum. ex quo efficitur, vt omnes

[b] 1. Elen. 1. Rhet. etiā sine vlla disciplina, & accusare, & purgare possint, [b] & ea quę inter sese obiciūt, aut respuere, aut approbare, sed in addiscente, tantum valens ad id, vt principia quæ afferuntur à doctore, fidem apud ipsum inueniant, & vt intelligat modum quo res tractandæ sunt, siue disponendæ, seu confirmandæ. Magnum. n. quid potest auditio & consuetudo. ita vt qui tempus contriuerit in mathematicis quę sunt certissimæ & cōstantissimæ veritatis, is cùm se cōtulerit ad rem medicā, non facilè se persuaderi patiat̄ à verisimilibus quæ ob rerū fragilitatem medicina consectatur.

[c] 2. Met. [c] Variæ sunt. n. rerum cōditiones, neq. oēs eadem præcepta siue leges admittūt, quocirca etiā suus ad quanque modus dispositionis & confirmationis fuit accōmodandus: ad hunc percipiendum apparat eruditio, qui sanè nihil veri continet. Ecquid. n. veri est in illo, φ prius agendū sit de animali, aut planta, φ rationes ad sensum dirigendæ, & φ ex notioribus facienda doctrina? quæ oïa necesse est approbet quicunq. ratione & via discere studeat. Sed cùm regulæ iudicandi tradātur itē ab Analytico; ad idem quoq. iudicium corroborandū & dirigendū valebunt admodū præcepta Analytica. Vt. n. omnis naturæ habilitas arte & disciplina rectior fit & expeditior, ita quoq. vis animi, si regulas agendi attuleris, & tutior, & promptior euadet. Itaq. Analytice docens demonstrationum modos & vsus, animum parat auditoris ad optimè intelligendū ea quę posthàc in methodo sunt exponenda. Ex hoc natū est, vt veteres hac eruditione carentes valde admodū à ratione vera aberrarint δι᾽ ἀπειρίαν, inquit Aristoteles & δι᾽ ἀπαιδευσίαν τῶν ἀναλυτικῶν. &

[d] 2. Met. eos accusauerit, qui simul scientiam modumque sciendi vestigarent, [d] neque Analyticæ clypeo muniti conflictarentur cum scientiis: etenim velut milites inermes, inferiores è pugna discedant necesse est: proinde δεῖ πεπαιδεῦσθαι; hoc est, eruditum esse, quàm in campum docendus ipse descendas. Atque hæc est potissima methodi pars; quandò sic exponitur, vt doceatur: nam sicut efficiens in natura suo fine frustratur, nec formam inducere potest in materiam; nisi probè subacta fuerit, ita omnis opera docentis sine hoc audientis apparatu erit inanis. Neq. est hoc solùm iudicium Aristotelis, sed etiam sapientissimi Galeni qui quodam in loco ait initium prauorum dogmatum illud vnum esse nihil de demonstrationibus prius esse contemplatum; verùm vnà res inquirere & tanquam scientem quid sit demonstratio; tentare demonstrationes afferre. Idem quoque longo sermone scribens ad Hieronem notat eorum arrogantiam sine arte Analytica scientias aggredi volunt; multaque incommoda commemorat in quæ

coguntur

A coguntur incidere qui ea neglecta philosophantur. siquidem nec conueniant in principiis, neq.
nota assumant, neque ignota demonstrent, sed veluti legislatores id quod placet, constituant;
non verum sibi proponant; multas quæstiones declinent, & progressu orationis instar Eurypi
cuiusdam miram inconstantiam præseferant. Ergo ad hanc quam παιδείαν persequimur, Ana-
lytica nonmodò est vtilis, sed planè necessaria. Quapropter eruditio non ex sola experientia,
rerumq. rudi cognitione constabit, vt aliquibus placet; non ex vna arte Analytica, vt quidã cen-
suerunt, non ex notitia quorundã problematum in aliqua facultate, vt voluit Græcus interpres,
& minimè omnium ex habitu primi philosophi, nec sanè cognitio sola rerum: quandoquidé &
eius aliqua pars in vsu demonstrationis sit posita; neq. verò analytica; quia nihil hæc agit de re-
bus, nec non est facultas communis: at eruditio rerum notitiam flagitat, & priuata quædam co-
gnitio potest esse: neque item scientia quorundã theorematum, quòd hæc nullas caussas, neque
veritatem persequitur, sed in sola experientia manet, & de eodem theoremate nihil vetat in vno
esse eruditionem, in altero scientiam: multò minus prima philosophia, tum ab easdem rationes,
quia scilicet caussas negligit, & vero non studet: sapiētia verò est de maximè veris, & de primis
caussis, tum quòd semper statuat vniuersa, cùm in singularibus se exerceat eruditio, sed ex duo-
bus existet habitibus, altero qui est rerum vsus, atq. altero qui est Analyticus. Hic igitur habitus
B in auditore idoneo desideratur, ex quo existat habilitas ad discendum. Sed cùm imperfectum
sit auditoris iudiciũ, docentis verò perfectum, ab hoc illud ad actum atq. perfectionem est dedu
cendum; neq. per ipsas demonstrationes solùm, sed multò prius significando naturam earum
rerum, in quibus doctor sit adprimè versatus qui cùm per caussas & exactè cognouerit; in eo ge
nere rectissimè iudicat (optimè enim iudicat, qui certissimè nouit.) Idcirco ea quę generatim ab
Analytico tractata fuerant, ipse qui optimè callet, ad rerum propositarum naturam perbellè ac-
commodat, & ea posita sunt in his, vt spectemus, quo rationum genere sit res ipsa tractandã, dia-
lecticis'ne an propriis, quibus instrumentis, vt demõstratione, an definitione, an etiam inductio-
ne, sic principia discernuntur; & apparet, vnde principium scientiæ faciendum sit: etenim vult
esse indemonstrabile. [a] proinde hęc omnia τρόποι, [b] vel ἀποδείξεως, vel ἐπιστήμης, idest, modi [a] Gal.
demonstrationis & scientiæ nuncupantur. Hoc vbique obseruatum ab Aristotele cõperimus, & [b] 1. Post.
non vno loco præceptum, quod item animaduersum fuisse videmus ab Auerroë, [c] narrat enim T. 3... c. 8.
tradi præcepta in Analyticis quę per se quidé generalia sint, sed eiusmodi vt ad quasque res pro 2. Met.
illarum natura debeãt applicari. Ideòq. habitus hic eo nomine vim obtinet instrumenti. Verùm 1. de An.
sicut instrumenta se habent, vt cùm per se considerantur; re vera sint alterius gratia & in vsum T. 5.
C doceantur; cùm verò versant in vsu, informentur eius rei natura ad quam sese adiungant, [d] sic [c] in proh.
habitus ille Analyticus est vt instrumentum, & vt ita dicã, minister: at cùm rebus quæ subiiciun mag. com-
tur scientiæ, quodammodo vestitur, in eam scientiam degenerat. vt si vsurpetur in physicis, est ment.
physicus, in mathematicis mathematicus. Posterior ille iudicãdi habitus est Architectonicus qui [d] 1. Rhet.
(nisi fallor) est pręcipuè primi philosophi qui quidé omnes rerum naturas nouit generatim, qua
ratione definiendę sint, & pro merito tractandæ; nec non habet facultatem disponendi, est enim
Architectonis officium disponere. Verùm hic quoq. habitus est vniuersalis, vbi certis rebus ag
glutinatur, iam esse videtur eius qui scientiam illam priuatam possidet. Itaq. hic probè terminos
imponet, & suis regionibus circunscribet, & explicabit quibus argumentis, & quo definitionum
genere vtendum sit. Neque.n. eadem est cõditio ciuilis & naturalis; naturalis & mathematicę,
neque eadem ratio in his, & metaphysicis est obseruanda. Quam παιδείαν Arist. λογογραφίαν
[e] appellant Platonici qua determinat, quis rationũ modus, & qualis esse debeat auditor, quem- [e] Proclus
admodum ab Aristotele factitatum frequentius est, vt 1. Eth. & 1. Met. atq. etiam 1. de par. ani. 2. in Tim.
Quo magis à Platone discessit Aristoteles qui etiam post scientiã ipsam hanc λογογραφίαν de-
terminarit: cùm.n. Timæo docuisset mundum esse genitum; monuit qualis esse deberet dispu-
D tatio de rebus sensilibus non anteà cum ignoraretur vniuersi natura. Huius igitur est officium
reddere auditorē idoneum ad iudicandũ de ordine rerum docendarum, & de modo tractandi,
quatenus possit admittere principia & demõstrationes quę à doctore traduntur, tradere autem,
modum ordinare, & demonstrare scientiæ, cui iam supponitur habitus analyticus: omniumq.
optimè hæc officia pręstabit, vbi Architectonico habitu munita fuerit. Verunenimuerò quanquã
hæc vtraq. alteram methodi partem (vt anteà diximus) absoluunt; ea potior in methodo vide-
tur ordinare; est enim methodus (vt Galeni verbis vtar) μεθ' ὁδοῦ καὶ τάξεως, idest, cum via &
ordine, quapropter opponitur fortuito & habet quidpiam in inquisitione primũ, & secundùm
& tertium, ac reliqua deinceps omnia, quousque ad id peruentum sit quod ab initio proposi-
tum fuerit: quod sanè in illo erudito quem statuimus, esse nequit: sine arte enim, & sine ratio-
ne est experientia, & secundæ cuiusdam fortunæ indigens ad inuentionem eorum quæ vesti-
gantur. Proinde Empirici qui sola experientia nitebantur, hoc saltem certè faciebant, quod in
inuentione, & doctrina nullum ordinem necessarium esse prædicabant. Verùm si recta ratione

quidquam tractari oporteat, via & ordo requiritur, ita vt non hoc post hoc, sed hoc ex hoc du- E
ctum esse videatur, & tale principium doctrinæ constituere, vnde quis facilius addiscere queat;
hoc est vię, illud ordinis: huius enim officium est illa pręponere, vnde cęterorum cognitio pen-
det, hæc vult parere notitiã; via perspicuitatem consectatur; ordo oportunitatem persequitur.
Sic à primis secundùm naturam exordiri iubet philosophus, & ita disponere, vt communia pręcedant minus communibus, nisi fortè partis alicuius tractatio propter insignem perspicuitatem
sit præponenda, quod ab Aristotele in animalibus plantisq. tractãdis & in animalium ipsorum
historia factum est. Nanque animalium doctrina, licèt minus vniuersalis; anteponitur historiæ
plantarum, & in animalium tractatione tanquam norma proponitur homo prę cęteris ad contemplandum; cęteroquin vniuersalia præponuntur. Euitatur enim repetitio communium quæ
nisi prius tractata fuisset, in notitia cuiusq. speciei facienda foret, & omittuntur illa quæ, cùm insint per accidens, aduersantur scientiæ. Nam multa communia speciei per accidens insunt quæ
per se insunt generi: hæc autem omnia ad facilitatem certitudinemq. scientię conferunt; atq. id
præstare tanti momenti semper habitum fuit, vt methodi nonnunquam ex ordine nominentur
determinentur, & distinguantur, vt Analyticę contigisse defendimus. Nanque etsi à primis incipiendum est in quaque doctrina; multis modis prima sunt, & multi sunt scopi in quos cõtendit
ille qui docet, quos vt assequatur, varios quoq. ordines teneat oportet; immò nisi ordinem re- F
bus tractandis adhibeat, idem erit ꝑpemodum, àc si scientiam à fortuna expectet. Huc ergo potissimum methodus aspirat, & in se cõtinet artificium. Proinde quas methodos appellauit Aristoteles, enucleatius vocauit Galenus διδασκαλίας τάξεως ἐχομένας, idest doctrinas quę ordine
insistunt, & iis oppositas dixit Aristoteles διδασκαλίας ἀτέχνους, idest, artis expertes. Porrò propositum quod intuentur ij qui docent, & quò cursum suum dirigere debent, sunt vel inuentio
rerum tractandarum vel inuentarum explanatio, vel compendium ad memoriam: tametsi hoc
postremum non necessarium. Sed.n. cùm ego ordinis initia sumenda esse dico à primis secundùm naturam, illa excludo, quæcunq. ad principiorum notitiam afferuntur: neque enim sunt
prima secundùm naturam, neq. sciẽtiam faciunt: quoniam tunc scimus rem caussas habẽtem,
cùm eius caussas habemus. sunt principia sanè cognitionis, sed non scientiæ pars, & principia
viæ, non ordinis à quibus in secundo & quarto contextu. 1. Phys. sub vniuersalium nomine procedere iubebat Aristoteles, vt ad rerum principia resoluendo veniremus. Iraque, cùm principiorum gratia tractentur ea quæ sunt notiora nobis, cum principiis ipsis numeranda erunt: veluti,
quanuis transmutatio sit principiũ, quo introducimur ad speculationem materię & formę, atq.
omnino naturæ quæ sunt vera principia rerum naturalium; nihilominus ea tractatio de prin- G
cipiis est. quoniam est de natura quę est, verè principiũ, non de transmutatione. Profectò prima
secundùm naturam multa sunt, & finis & efficiens, & forma, & materies; quæ etsi huiusmodi
sunt in natura; per analogiam quoq. ad rerum intelligentiam transferri queunt. verùm scientia
complerur ex principiis internis quæ sunt materies & forma. nam scire arbitramur, vbi nouimus
ex quibus & quot principiis res existat. Attamen, quia nonmodò scientiam vestigamus, sed eorũ
dispositionem quæ tractanda erunt; dispositio verò & directio pendent ex fine potissimum. ab
hoc enim illa pendent quæ se habent ex suppositione, idest, sine quibus cõsequentia non existũt;
tametsi notitia caussarum internarum scientiæ satisfacit; habenda quoq. est ratio finis. At verò
quòd in pluribus forma & finis idem sunt, vtrunq. officiũ forma præstare solet, ordinandi nimirùm; & explicandi. Magna quoque vis est materiæ, siquidem ordo positus sit in consecutione
posteriorum ex prioribus, hęc verò cùm sint, vel originis in quo quidem illa pręponũtur ex quibus consequentia pullulant, vel perfectionis; illius ordinis qui respicit originem caput est materia: efficientis quanuis magna sit auctoritas; quantũ tamen ad ordinẽ spectat, habetur aut seorsum ratio nulla, aut in hæc ipsa principia resoluitur, nanque, vt puto, efficiẽtiæ dispositio resolui-
tur in officium finis & necessitatem materiæ. siquidem à fine dirigatur efficiens, & hoc prius quã H
illud efficiat, quoniam posterius ex priore pullulat, vt ex his per sequelam quandam ordine dispensatis exoriatur illud, quò primò intendebat, & hoc efficit efficiens, quòd sine ipso posterius
existere nequeat; vt purgat, ꝙ ex purgatione humores adęquẽtur; his adæquatis sanitas existit.
Ita coniuncta est efficiẽtiæ conditio cum officio finis & necessitate materiæ: Veruntamen quòd
ex fine pendet per intentionem, ex materia per executionem; cùm sit in intentionis officio pręcipuus finis: huic ordinandi ratio tribuitur; cumq. efficiendo pendeat ex necessitate materiæ,
& materiam adducat ad formam, & in materia motus appareat; contenta mens est speculatione
ordinis qui extat ex materia. Quapropter erit ordo qui ducit ab efficiente ille ipse qui extat ex
materia. Misso igitur efficiente de reliquis agamus. Veniat in mediũ forma, si cum fine concurrit. geminã obtinet habitudinem; primam sanè, quatenus est finis, est verò finis transmutationis:
itaq. respicit parteis materialeis; quę per quosdam gradus ad finem perducuntur; eadem est essentiæ complementum, ideoq. spectat parteis essentiæ, quæ generibus & differentiis explicantur.

Rursus

A Rursus inter formam & materiam duplex intercedit habitudo: prima, qua forma perfectionis noīe materiæ præficitur; secunda, qua materies origine antecedit. Neque tibi id molestiam adferat, quòd materia caput alicuius ordinis in doctrina statuatur, quòd notum esse debeat, illa verò sit ignota: accipitur enim materia quæ cogitatione comprehenditur, & est νοητή. proinde iam nota effecta principium ordinis esse potest. His sanè modis se habent principia naturę quę diriguntur in scientiam: ex quibus effectum est, vt tres ordinum formulæ quibus scientiæ traduntur excogitatæ fuerint quos doctrinæ ordines appellabimus, propterea quòd accommodent res ad scientiam. vnus à notione finis ad ea quibus finis comparatur, quem dicimus analyticum, alter ab eorum notione ex quibus finis existit, qui compositiuus appellatur: ac tertius ab essentia ad essentiæ principia, quem Galenus vocat definitiuum. præter hos alius nullus ab approbatis auctoribus vsurpatus, nec vnquam, vt puto, memoriæ commendatus. Verumeninuerò cùm dico finem, etiam generatim accipi volo id quod scire auemus, & laboramus vt noscamus: ideò propositum, & subiectum, cùm sint fines, caput huius ordinis esse poterunt, quemadmodum constat 1. T. 1. Phys. vbi proposita scientia rerum naturalium illatum est agendum prius esse de principiis. Itaque aliud est ordo à via. quòd (vt dictum est) via terminatur fabrica instrumentorum, & sumit nota, vt ex his instrumenta conflentur, sed ordo nobis suppeditat locum in quo
B res subiecta, principia, partesq. sunt suis instrumentis & rationibus explicanda. Vt primùm de natura disserendū, mox de corporibus, & anteà de simplicibus, posteà de mixtis. sed via definitiua disseritur de natura; adhibebitur demō stratiua ad explicandas affectiones corporum naturalium; hęc res à posteriori notescit; à priori noscetur alia; verùm hæc post illam. Itaq. aliud ordo, aliud via. Quamobrem omnium horum officia paucis verbis cōplecti voluimus hoc modo.

Instrumenta docent; sumit via, collocat ordo.

Hæc aūt omnia quæ prima constituimus, vt nobis nota statuuntur, siue sint ex eorum ordine quę proximè colliguntur à sensu; seu facta sint nota nobis ex aliis quę sint nota nobis. Etenim & materia, quanuis sit ignota per se, cùm facta est intelligēda esse potest nonmodò principium rei, sed cognitionis. At enim cuiusque ordinis vsus ex Aristotele & Galeno facilè expeditur. quandoquidem resolutiuus ad inuentionem faciat, ad notitiam pariendam compositiuus. Definitiuus ad breuitatem & memoriam. Nam primus ille ordo proficiscitur ex fine, à quo omnia suppeditantur quibus est opus ad consequendū id quod optamus, eaq. serie qua semper ex consequente prius accipimus, vt eò demum perueniat quod futurum est principium effectionis, siue executionis, vt in oī actione humana, nisi temeraria sit, euenire solet: sic & proposito fine colli-
C guntur illa quę perducunt ad eum finem: est.n. finis principium vnà rei & sermonis, & (vt ait Proclus) κάλλιστον ὁρμητήριον, idest, gradus optimus ad agendū & cogitandum. Proinde cùm inuentio ceteris actionibus scientiæ præcedat: iure primus omnium ponetur resolutiuus. Cùm verò in altero qui est cōpositiuus, succedat, vt priora & caussa quæ resoluendo inuentæ fuerant; posterioribus & effectis adnectantur. & in hoc posita sit rerum scientia, compositiuus ad scientiam faciet, non eo quod doceat: iam enim est hoc instrumenti, non quòd sumat id quod est viæ, sed quoniam res scibiles in eo sic disponuntur, vt optimè ex ipso vię pateant, & principia ex quibus instrumēta sciendi conflentur. Idcirco cùm ex inuentis cōstituatur, iam posterior ordo habēdus. Quanquam hic ordo supra cæteros vtilis est, vbi productio & effectio proponuntur vt in artibus: neque.n. efficiendo aliter progredi licet. Verùm si incidamus in commune ad vnum, & eius quoq. tractatio ex resolutione & compositione constat: etenim vbi notum fuerit, ita resoluitur, vt ratione prius, & eiusmodi, vt à partibus separari possit, quia sine quaq. cogitari valeat; partes vbi conuenientia constituta fuerit, prima illa mentis appulsione sine hoc communi nequaquam, quia nimirùm essentia sit eadem eius quod est in parte, & partis vt substantiæ & substantiæ entis, vt suo loco disputauimus, quòd si ignotum fuerit, ex partibus tanquam natura prioribus vt cōmune secundùm rationem reperitur, & ad earum notitiam quoquo modo pertinet, vt exposi-
D tum est in disceptatione de cōmuni ad vnum. Sed cùm partes sint, & origine, & natura priores. in vtroque partium notitia flagitatur, & præcipuè primæ illius partis à qua cæterę descendunt. Verùm à prima parte ad alias, & ab his ad vniuersum est ordo compositiuus. Etenim ordo prius elucet in posteriore: neque enim ordo spectatur in pedibus animalis, quia per se notescunt; nec aliud ad sui notitiam flagitant, sed in pedibus scamni quos sine pedibus animalis animo complecti non licet; idcircò in eorū notitiam resoluuntur, & ex eorum cōprehensione pedū scamni cognitio constat; mox ipsius cōmunis ex vtriusq. notitia. Quamobrem vbiq. compositiuus ordo ad scientiam proximè pertinebit, qui cùm maximè appareat in vniuocis, vbi à genere deducimur ad species; videtur esse ratio potissima, cur ibi à cōmunibus exordiamur; in iis quæ sunt ad vnū, non semper; ac nisi commune aliundè cognitum fuerit, vel per superiora in eadem scientia, vel etiam per alia nota nobis, vt enim genera quandoq. ex partibus subiectis, nonnunquam ex inhęrentibus & notis nobis sæpè notescunt, sic & de communibus ad vnum idem est iudicandum.

Definitiuus autem sua breuitate cōducit ad memoriam, quòd essentiam ꝑponit, vt iam consti- E
tutam, & oīa reuocans ad illius principia quę pauca sunt, compendio consulit. Tametsi siquis
interius scrutetur, definitiuum cum resolutiuo numerare poterit: cùm in ipso definitio resolua-
tur in sua principia, & sicuti resolutiuos ad scientiæ complementum flagitat compositiuum: sic
quoque definitiuus efficit scientiam, vbi mens ab initiis definitionis reuertitur ad definitionem,
& ab hac ad definitum quod est cōpositum ex materia sensili. Quapropter hic ordo natura po-
sterior est reliquis. Omnes igitur à priori secundùm naturā progrediuntur. nanque vniuersalia
sunt priora singularibus origine: finis & essentia sunt priora perfectione. Vnde nascitur, vt &
oīs dispositio quæ habetur ex ordine, fit ex prioribus secundùm naturā ad posteriora, & oīs me-
thodus consimiliter, sed vt non omnes ordines ab eo quod est origine prius, incipiunt; sic omnis
scientia vult ex primis origine proficisci. Quamobrem facilè dabitur nobis ordinē doctrinę cum
ordine naturæ congruere. Et quanquam definitiuus naturę ordini minus respondere videatur,
sed esse solùm mentis nostræ progressus; neque enim sic natura progreditur. Esto enim quòd
natura, si domū structura esset, non aliter efficeret quàm ædificator; quippe quòd fine constituto
parietes erigere studeret, vt eos erigere posset, iaceret fundamenta; itaq. resolueret & cōponeret,
nullus tamen est progressus naturæ, qui similis sit ordini definitiuo: respondebimus ordinē do-
ctrinæ cum ordine naturæ cōgruere bifariā, vel quòd sicuti natura semper exorditur à primis, sic F
etiam doctrina, vel quia progressum naturæ imitetur quem ipsa tenet in rebus naturalibus pro-
ducendis, eiusmodi progressum ordo resolutiuus & cōpositiuus imitātur: definitiuus eo solùm
noīe respondet naturæ, ꝙ ex primis exorditur secundùm naturam. A primis igitur secundùm
naturam methodus oīs exorditur, quocunque modo prima sint. Et quanuis aliqua resoluendo
procedat, id quod esse videtur à posteriori tendere ad prius, vt cùm ab effectibus ad caussas, & à
cōpositis ad principia componentia, & à priori & posteriori simul progreditur, vt puta à priore
secūdùm perfectionē, origine tamen posteriore. Nam demum resolutio terminatur parte quæ
materię vicē subit, illa verò ad id quod est actu, tametsi natura prior pfectione, tñ est posterior:
quippe ab actu cognito ad potentia cognita, & à toto ad partes quib. materialiter definitio cō-
flatur. Sic resolutionis rō conseruatur quæ videt̃ ad priora proficisci, & methodus à primis se-
cundùm naturā exorditur. Verumenimuerò, q̄uis tot ordines existāt, & ad varios vsus instituti
sint, neutiq̄ tamen ab eis qui methodū profitentur (sunt verò Aristoteles & Galenus) eodē mo-
do vsurpatos fuisse perspicio. quippe ꝙ Arist. nullā sciētiam ordine definitiuo tradidisse perspi-
ciatur: eoq. solus vsus fuerit Galenus; quin ēt nunquam de tali ordine mentionē fecerit Arist.
Vt verò, ego facilè concedo nullā scientiā ab Arist. fuisse confectā ordine definitiuo; sic nos illo G
vsum fuisse in methodi partibus negare nō patit̃ explicatio demōstrationis & naturę. Illud qui-
dem fateor ab Aristotele, ne verbo quidē significatū fuisse, siue ꝙ sub resolutiuo cōprehenderet,
seu quia maximè distaret à facienda doctrina, cùm incipiat ab essētia rei quę nota est secundùm
naturā & nobis ignota, siue ēt, quia scientiā simpliciter nō absolueret. nā multa requirit tractata,
& explicata fusius quæ per illum ordinem in pauca capita, eademq. breuissima digeruntur, siue
etiam propter omneis caussas. Neque enim absurdum est, vt quod non possunt singula, multa
iuuent, vt poëta dixit. Quòd autem non fuerit de tali ordine mētio facta ante Galenum, dici po-
test, ꝙ vt resoluentis species habita fuerit, illum enim imitatur, dum progreditur ab eo quod pri
mum intenditur, essentia rei nimirum ad eius parteis, sed eo nomine resoluens, quatenus ab eo
quod est vt finis, nēpe definitum. huius.n. noscendi cupiditas nobis incessit, ad illa procedit quæ
eius gratia mens complecti voluit; nam partes illæ quas persequitur, in eius definitione su-
muntur. resolutiuus ꝓpriè illic adhibitus vbi res, aut non dum perspecta, aut non satis commo-
dè fuisset exposita. Quocirca cùm Aristoteles primus, aut solo Anaxagora excepto substantiā
extra materiam cōstituerit, & aliud genus substantię monstrarit quod esset vltra naturam, aliud
quoq. philosophiæ genus proposuit, quod cùm esset nouum, ab eo quoque ordine resolutiuo H
tractandum fuit. Etenim ex natura sapientiæ quæ versatur in notitia principiorum vniuersaliū,
nos per principia cognitionis primū, deinde per essentias materiatas, ad eas quæ separatæ sunt,
& demum vsq. ad primum omnium principium deduxit. Et cùm ethicen primus omnium So-
crates attigisset, neq. satis accuratè tractasset, Aristoteles eam consimili ordine absoluit. Eodēq.
modo disposita est ars syllogistica, si rectè perpendatur, quòd ante Aristotelem à nemine vnquā
scripta fuerit. Naturalis ordine compositiuo tradita; quòd potius scientia rerum à veteribus in-
uentarum quàm inuentio desideraretur; à pluribus enim anteà copiosissimèque tractata fuerat.
Definitiuum autem non ita restringo, quod quidam facit, vt exordiri velim à definitione sciētiæ,
vel artis, quid enim vetat, quominus exordiar à definitione subiecti, vt si à definitione demōstra-
tionis incipiam tractationem? Neque vim inferendi propriam ordinis esse puto: sicuti neq. etiam
viæ. De via manifestum est, vt si diuidens sumatur, de ordine etiam patet, vbi definitiuum acci-
pias: nanque definitionis partes vt rudius notæ constituuntur, & explicantur solùm in sola via
syllogistica

A ſyllogiſtica eſt illatio, poteſt aliquid ineſſe neceſsitatis inter parteis; ſed illatio nequaquam: plus enim patet neceſſarium [a] quàm illatio. neque à definitione ad definitum, neq. à genere & partibus ad definitionem eſt facultas inferendi, ſi vera docent Auerroës & Ariſtoteles: eſt ſanè progreſſus ab vno ad alterum, à priore ad poſterius, & à noto fortaſſe ad ignotũ, quòd ſi hoc illationem vocémus, de nomine non contendam, ſed valdè impropriè ſic appellari monebo. omni aũt ordini, omni viæ, atq. omni inſtrumento cõmunis eſt ille progreſſus: at non in omni inſtrumento ineſt neceſsitas inferendi, vt in exemplo & inductione, ſed vbi extat ſyllogiſmus: in hac enim oratione ſola aliud quid ab acceptis infertur neceſſariò. Ab his igitur ordinibus methodi ſunt appellatæ, quę res ipſas quarum ſcientiam quęrimus, amplectuntur, & eas certis inſtrumentis notas efficiunt, vt autem ea ſtruant, varias adhibent machinas & vias. Erit igitur ampla vis methodi; neque ſolùm via conſtabit, vt iis placuit qui methodum interpręti ſunt viam. Hęc ſiquis accuratius inſpexerit, facilè intelliget cur genus omiſſum fuerit; neq. illę differentiæ conſtitutæ quæ è genere ipſo pullulant, vnde methodi definitio ſtrui poſſet: nã vocis ambiguitas quę diſtribuenda fuit in plureis notioneis; tùm plura illa quæ in vnius methodi conſtitutionẽ cõcurrunt, & reſolutionem flagitant; tum item quòd accidentia cùm ſint, aut illa imitentur (etenim ſunt ex affectionibus entis) ex cauſsis ea primùm dignoſci oportebat, & ex illis eruere definitionem; nó

B patiebantur, vt inde initium facerem. nunc ratio ſuccurret ad hæc oĩa præſtanda quorum initium ab ea diſtinctione repetetur, quòd hæc oĩa rebus analyticis ſimilia ſunt: ſiquidem ſicut illa ſeorſum ſpectari queunt, & vt applicata ad certarum rerum explicationem & applicata degenerant in habitum illum qui per ſe in earũ explicatione verſatur, velut vſurpata in phyſicis iam phyſica ſunt; ſic & ordo, & inſtrumenta, & viæ vel abſolutè concipiuntur, & ita pertinent ad facultatem cõmuniorem, vel in quaque ſcientia ſumuntur, & partes eius ſcientiæ fiunt: abſolutè accepta planè ſunt ex ordine ſecundarum notionũ, & cùm per omne genus pertinere valeant, & ſenſile, & quod in intelligentiã cadit, in trãſcendentibus optimo iure numerantur: eorum nullum neq. genus eſt, neque differentia quæ emanet ex genere: veruntamen quòd nihil eſt in mente noſtra quod imaginem cuiuſdam certæ categoriæ non referat, & ſub determinata dictionis figura non repręſentetur; aimus item & hæc à nobis ita concipi nimirùm ordinẽ & inſtrumenta, vt ea quę reſpiciant inter ſe: ordo enim poſitus eſt in rebus ordinatis, & inſtrumenta ſunt alicuius efficientis & gratia finis: via monſtrat progreſſum ad aliquam formam, ſiue habitum: proinde nuncupabitur ex fine, ac proximo quidem inſtrumento, remoto verò ſcientia. Quapropter eiſdem categoriis veluti ſpatium & termini cõprehendentur. Methodus verò tota cuius hæc ſunt prin-

C cipia ꝓpter eruditionem quæ ponitur in diſcente, & ſcientiam qua debet impertiri, progreſſus erit cum ratione & via à priore ſecundùm naturam ad poſterius, quoad ex illo facilè doceatur. Hæc illorum ꝓpria ſunto, dum abſolutè conſiderantur. Sed iam rebus ipſis adiuncta ſpectẽtur, cùm degenerant in ea quibus aggregantur, & in ſcientiis agnoſcuntur. Equidem varium iudiciũ de ordine, & via, & inſtrumento, & ſcientia & methodo faciendũ puto. Id verò facilè me probaturum confido, ſi prius exponam quemadmodum ſcientia comparetur. Nec verò dubium eſt, quin æmuletur eius adeptio quendam motum quo ex iis quæ nota ſunt natura, ſtudemus cõſequi notitiam rerum quas ignoramus. ea notitia fit per ipſarum ſpecies & notiones, quas ita diſpoſitas eſſe oportet, & ſic cohęrere, vt ille qui ſciturus eſt, fiat ἀμετακίνητος & immutabilis. Porrò notiones cùm ſint ſimulachra rerum quæ ſunt extra animum, perſpicuè numerãtur in iis quæ ſunt ad aliquid [b] eædem, quòd afficiunt animum, vocantur ab Ariſtotele παθήματα & paſsiones. (neque enim nos ita Latini eſſe volumus, vt pro rebus nomina tibi demus, vt illi qui animi ſenſus vertere voluẽrunt) ad quas cùm pertineat genus illud mutationis quæ dicitur alteratio, ſimiliter analogia quadam hæc alteratio dicitur à philoſophis, [c] ſed cùm ſit ſine pernicie ſubſtantiæ ac ſubiecti circum quod fit, atque aliter àc motus ille qui fit in paſsione corporea, &

D primæ ſpeciei, notatur illa conditione ſalutaris. Ergo quatenus ſunt ſigna rerũ, reponuntur in iis quæ ſunt ad aliud. vnde ſciẽtia dicitur eſſe rei quæ ſciri poteſt. eædem cùm ſint animi paſsiones, non ſine cauſſa referuntur ad qualitates: & cùm ex his ſcientia fiat quam ſtabilem eſſe cõtingit, in habituum ordine numerabitur. Itaque ſcientia terminus erit cuiuſdã motionis quæ fit in qualitate. Cùm verò termini in hac categoria bifariam ſpectari poſsint, vt formæ, & vt infixi, vnde conuertuntur in habitus, veluti calor febrilis qui primùm ex affectione producitur, & terminus eſt huius affectionis, eſt forma; hic ſi foueatur & redintegretur, efficitur hecticus, & transformat in habitum: ſic de ſcientia dicendum eſt: contrahitur.n.ex iterata contemplatione, & ſic inhęret, vt non niſi ex maxima perturbatione cõmoueri queat, ex quo efficitur habitus, & cùm prius quaq. vel leui occaſione pelli poſsit, quaſi facta materiæ ꝓpria, & ex toto combibita pertinaciter inſidet, nihil afferens noui, & intentione, non extentione proficiens, ac quodammodo poteſtatem naturalẽ informans, & nihil reſpiciens ipſam cogitantem, qua ex noto ad ignotũ diſcẽdo proficiſcimur: quia non amplius in docentis poteſtate poſita eſt, ſed in arbitrio eius qui didicit.

[a] 1. Prior.

[b] Lib. de Mem.

[c] 2. de an.

At hoc

At hoc ad præsentem cognitionem non attinet; nec inde necessitatis & constantiæ ratio petitur, vnde sciens nequeat permutari, sed ex necessariò notionum nexu, vt quotiescunque se referat ad contemplandum, semper ex hoc illud sequi perspiciat. Id in quadã relatione positum esse videtur. Quamobrem videamus quemadmodum motus pertineat ad relationem. Non pertinet autem motus ad illam per se, sed alio quodã motu fundetur oportet in quo sit agens, quod deducat de potestate ad actum mobile, & dum actum vnius motus contribuit, etiam ad actũ alterius consequentis promoueat. vt dum me impellit, etiam faciat, vt columna dextera euadat, & ego expulsus termino præsente, qui eram nuper à dextris, sim nunc à sinistris. Sim ego potestate scibile, quod actu scibile fit per speciei repurgationẽ, mens mouens impellens sit columna mẽs, quæ potestate est, & vt columna ex mea certa positura facta est dextra; sic mens ex obiecti præsentia facta sit sciens. Hisce sic stantibus sicut in aliis motibus cum per se, tum per accidens erit itẽ vnde & quo fit motus, qui sunt termini, & quod inter vtrosq. terminos interiacet, tanquam spatium per quod fertur, dum è potestate traducendum est ad actum, atque hoc etiam diuiditur in terminos quosdã qui deinceps, & ordinatè accedunt (gradus appellare liceat) & hos omneis cõtinet vna forma quasi composita ex illis, ita vt producens qualitatem nil aliud ꝑpemodum facere videatur, àc colligere gradus omneis in vnũ summum qui reliquos inferioreis cõplectatur; sic in scientia facienda mens est mouens, quę cùm actu sit, disiungendo, & copulando species illustrat, siue in sciente, dum per se contẽplatur, siue in discente, cùm docetur; eæq. illustratę mouent mentem patibilem, & promouent ad actum; atque ita mouere est docere, & ita moueri discere & comparare scientiam. Cùm igitur sit cognitio collocata in habitudine rerũ scibilium, & mentis in potentia quæ sunt veluti fundamenta relationis; ex hoc nascitur, vt in vtroque fundamento progressus quidam cogitari possit, licèt in rebus scibilibus primò (sunt enim actus) in mente posterius; ac, mea quidem sententia, progressus in mẽte qui similis est mutationi positurę διανοίας, & cogitationis nomine notatur; in rebus ipsis, seu potius notionibus appellatur via simpliciter, sicut inter eos terminos in quorum altero columna erat sinistra, in altero autẽ dextra qua scientię partes per successionem comparantur. In his progressibus media sunt rerum formę ac notiones inter quas ordo existit; ex his autem scientia, ceu cumulus quidã conflatur; [a] neque multò secus, àc in formę naturalis productione fieri contingat: nisi quòd gradus in hac materię caussa diuiduntur, & in eo motu cõtinuantur, notiones actu seiunctę sunt, nec accipiunt diuisionem: præterea gradus in forma naturali quò priores, eò plus obtinent potestatis patibilis & imperfectionis; notiones quò priores, eò plus habent actuosę virtutis atq. præstantiæ; quãdò priores illustrant posteriores, siue eæ sint nobis notæ, siue natura, pro sua quamuis cõditione, quòd eę quæ sunt nobis, afferunt lucem iis quæ nobis ignotæ sunt, & eæ quæ sunt notę natura, notas efficiunt eas quæ sunt ignotæ natura. Cęterùm huiusmodi notionum quæ per progressum sese offerunt, & ex quarum collectione existit ille habitus, quam dicimus esse scientiam, dispositio diuersos terminos est consecuta, demonstrationẽ, & definitionem. Quam obrẽ notiones in gignenda scientia sunt principia duobus modis, vt materia, dũ conueniunt in definitionem, vel demonstrationem, & vt efficiens, dum aperiunt & illustrant ea quæ ignorantur, & afficiunt mentẽ quæ potestas est (neque enim absurdum est diuersis modis efficiens & materiam in vno subiecto reperiri, vt audies in lib. de incremento) nec aliud reipsa est demonstratio definitioue, àc scientia; cùm in demonstratione & definitione contineantur illę notiones quas habendo scimus: proinde scimus habentes demonstrationem & definitionem. Quòd sit definitio & demonstratio vocant instrumẽta, & à scientia separantur; aduertas obsecro, in scientia non quid ipse cognoscas attendi, sed quid docere possis. Scire tuum nil est, ait ille, ni scire tuum sciat alter: nanq. vt in cęteris actus actum similem facere studet, sic actu sciens in id institutus est, vt alterum scientem faciat, quod est docere, & id cum pręstare valeat; tum didicisse & scire censetur. [b] & signum scientis esse credit posse docere: atqui doctrina potissimè efficitur oratione, quo factum est, vt dialectici præcepta faciendæ scientiæ tradituri pręcipuam rationem vocum & orationis habuerint. Igitur in demonstratione & definitione duæ sunt partes, altera quæ est signum, nempe vox; atq. altera cuius ea vox est signum, quæ est notio & similitudo rerum quæ sunt extra animum & definitio, quiditas & forma sic se habent, vt reipsa idẽ esse videantur, & ratione seiungentur & per accidẽs. Etenim definitio signum est; quiditas notio & similitudo, forma res. Quà igitur est vox & signũ, sic bene habetur instrumentum; quà verò notiones includit, nihil omnino differt à sciẽtia. Propterea, cùm dicunt philosophi scientiam esse habitum qui demonstratione cõparatur; demonstrationem tanquam signum accipiunt; nam sic est instrumentũ: quanquam multò melius Aristoteles habitum demonstratiuum nuncupauit, [c] quasi demonstratio quæ pertinaciter insedit, sit ipsa scientia. Sed enim scientia, tametsi singularum rerũ esse potest, vt hominis & trianguli, nõ idcirco methodus appellatur, sed vbi multæ rerum cognitiones inter quas sit affinitas, in vnũ collectæ fuerint, & per incrementa hac nunc inuenta, [d] mox alia subiecta, vt ad quandã magnitudinem.

[a] 9. Met. T. 14.
[b] 9. Met. 1. Met.
[c] 6. Eth.
[d] 1. Rhet. 2. Elen. 2. Met.

A tudinem excreuerint theoremata, & aptam dispositionem consecuta fuerint, ea certè methodus est, sic ethica methodus, & politica, & syllogistica, & naturalis, vt sæpius appellauit Aristoteles, in qua subiectum vnum cuius principia, partes, & proprietates per se cõsiderentur; ac siquis aliquid ex his seorsum spectans methodum vocauerit, is certè eo nomine abutetur, & vocem non rei cuius est index, sed imagini assignabit; sicut etiam doctrina abutetur, cùm seorsum hæc ipsa tractabit; quandò sunt certa scientiarum subiecta, & reliqua ad illa referuntur, nec per se tractari solent; aut, si tractantur, subeant vicem subiecti accipientia proprietates & principia. Quapropter cùm dicitur ab Aristotele methodos [a] quarum sunt principia, caussę, & elementa; non idcirco dicitur, quòd aliqua sit in qua non sint principia caussæ & elementa; nulla enim est huiusmodi in qua vel principia propriè non sint, vel metaphoricè, vsque adeò vt etiam Dialectica & Rhetorica (quicquid dicat Philoponus) habeant sua principia finem, quid est, terminos & hypotheses; aliter non esset ordo, & id etiam contineant quod quæsitum sit & sit ratione concludendum, sed ita pronunciatur ab Aristotele, Methodos quarum, vt proprium, ex quo methodum consequentia deducantur; veluti siquis diceret hominis, cuius essentia pendet ex ratione, exploraturis essentiã, de ratione dicendum est: & tamen homo & rationis vsus commeant inter se. Nec quanuis dicat [a] 1. Phys.
B Aristoteles 8. Phys. vtilem esse considerationem motus non modo ad veritatem naturalem, sed πρὸς τὴν μέθοδον τὴν περὶ ἀρχῆς τῆς πρώτης. ad methodũ de primo principio; notat vniuersæ methodi subiectũ, aut vniuersam methodũ, sed methodũ, idest, viam qua peruenimus in notitiã primi principij, quę est analysis exordiens à motu. Ergo ordo est essentia methodi, nõ scientiæ, demonstratio & definitio, vt voces, non sunt pars scientiæ, sed instrumenta; sunt verò partes propter notiones quas ipsæ comprehendunt; & principia sunt, & partes scientię, dum fiunt; scientia verò, cùm confectæ fuerint. Proinde cùm via partes has ex successione contineat; & illa vocum caussa erit instrumenti pars; caussa verò notionum quas ipsa deinceps subministrat, erit pars, siue principium scientiæ. quocirca eiusdem generis erunt cuius totum solet esse, sed per reductionem: neque enim quod est vt pars, & in potentia, per seipsum est in prædicamento, vel generis nuncupatione potitur. Itaque singulorum genus hoc pacto facilè colligetur cognito genere instrumenti & scientię, cuius partes & principia continentur in via. Caue autem ne censeas viam esse affectionem ad scientiam, quia differat à scientia, tanquam sine vllo negotio tolli possit, sed illa est affectio, cùm eadem cognitio nondum penitus insedit: vt eiusdem theorematis cognitio, veluti quòd
C angulus in semicirculo sit rectus, in me & in Philippo Fantonio mathematico insigni eadem est, sed in me est affectio, facileq. mouebitur, in illo immobilis & fixa permanebit. Ex his etiam quæ constituta sunt; illud explicare licebit, cur demonstratio & definitio naturalis, vel mathematica dicatur, via & ordo non item. Nam cùm demonstratio ac definitio sint reipsa scientiæ, nec sine illis se scientia tueatur; prout scientiæ sunt determinati generis & physica & mathematica, sic demonstratio & definitio physica erit, aut mathematica: sed viæ, quòd potentiam præseferunt; ea verò non habet propriam denominationem, & ipsæ consimiliter denominatione carebunt. Ordo scientiæ totus externus, quippe quòd scientia non simpliciter ordinem requirat, vt cùm est vnius theorematis, veluti quòd continuum diuidatur in infinitum. ordo enim in pluribus existit: nec non quòd eadem res variis ordinibus tradi potest, vt de arte medica nos admonuit Galenus: nam quod ipse methodo resoluente scripsit in libro de constitutione artis, idem posteà tractauit in libro artis medicæ ordine methodo definitiua, atque Auicennæ placuit ordo compositiuus. Sed planè ordo est essentia methodi, idest, scientiæ qua docetur; quemadmodum & si militum bonus numerus, dum palantur, & passim vagantur sine duce, idem est, atque dum ordinatè procedunt; ille tamen numerus sine ordine non vocatur exercitus, sed latrones & manus, tùm nominatur
D exercitus, vbi ducem ordine consequantur; sic multa quidem theoremata sine ordine sunt scientia, neutiquã methodus. Itaque methodus per se in ordine consistit, & est ad aliquid, & quãuis appelletur methodus naturalis, aut ciuilis; non idcirco est, vt vereamur ordinem dici ciuilem, vel naturalem; siquidem non ordinis meritò sic dicatur, qui rebus tractandis inest quoquomodo per accidens, sed rerum quas ipsa contemplatur, & eorum nomine quæ cadunt in contemplationem. Sed cùm & sic in ordinem redigatur, vt litterarum monumentis commendetur, & denique doceatur, & addisci queat; ideoq. flagitat in docente doctrinam velut actum, & in addiscente peritiam sicut affectionem; in docente, & addiscente seorsum specimen obtinet habitus affectionis, & generatim qualitatis. comparatè, est habitudo doctoris ad discipulum, vt efficientis ad patiens, vel habitudo specierum, seu notionum ad mentem, quæ potestate est sicuti formæ ad materiam. Et hæc pro ratione instituti nostri sufficiant.

Nonnulla

Nonnulla ad sententias veterum pertinentia notantur, & eorum primum qui ens vnum & immobile posuerunt. Cap. XXV. E

QVANVIS ea quę de veterum sententiis ad nos peruenere, satis ab Aristotele tractata fuerint, & sedulò confutata, vt nihil de illarum falsitate sit dubitandum, & quòd tum illa tempora ferebant, viuentibus atque florentibus earum patronis, hodie illorum dictis explosis & sectis extinctis, nihil necesse videatur ea retractare. Tùm etiam quòd à doctissimis viris hęc omnia cum summa cura ac diligentia conscripta sunt: attamen & in hoc loco parcius quidem versari libitum est, vt siqua mihi succurrant quæ ad explanationem Aristotelicę sententiæ conducant, iis studiosos veri non defraudem. In primis autem omnes ad quatuor fontes referuntur. aut enim ponitur vnum principium, atque id vel mobile, vel immobile. aut etiam plura, atque illa quidem vel finita, vel infinita. De singulis seorsum aliqua dicamus. & cùm de summa rerum agant ij qui ponunt vnum principium idque immobile; summouent enim fundamenta methodi naturalis; cum illis item in primis agamus. Huius sectæ patroni fuere complures, sed de his potissimè videtur meminisse Philosophus. Xenophane, Melisso, Parmenide, Lycophrone, & Zenone. Hos omnes miris modis agitat Aristoteles, & eorum sententias conuellendo & rationum fallacias indicādo. Neque eo nomine solùm, quòd oppugnent euidentia motum, scilicet, & multitudinem quæ sunt affectiones substantiæ naturalis, & quorum caussas in hac methodo exploramus; verumetiā quia methodi rationem tollunt: quippe quòd vim principij subuertant. Itaque frustra scientia quæretur, si nullum extet principium. Vnum enim esse potest, vt si Deus à quo vniuersa pendent, ante illa statuatur quę pendent ab ipso: atqui sine illis erit quidem, non tamen principium. Scientia verò sine principiis non existit: atque adeò, vt qui de scientia cogitat, in eius intelligentiam cōtinuò principia cadant: neque reuocetur in dubium, quin methodi principia ponenda sint. idque ab Aristotele vt perspicuum acceptum fuisse nouimus.[a] Verumenimuerò etsi eorum rationes illò spectant, vt rerum multitudinem motumq. tollant, non omnium tamen vna est communisque reprehensio. Nanque eiusmodi sunt, vel vt absolutè tollant motum, & simul etiam cuncta naturæ fundamenta demoliantur. vel constituta hypothesi motus perperam colligantur. Quòd si naturam funditus euertunt, nulla ratio suppetit physico differendi contra illos. & vniuersa disceptatio primo philosopho, aut dialectico deleganda. est enim non naturalis simpliciter. Neque physicus, si se in suis cancellis continere velit, aut tales opiniones impugnare valet, aut etiam vitia notare. Neque enim illi succurrere potest aliquid notius motu, aut multitudine, quo conuincat aduersarios; iam enim hæc negabunt illi. oportet autem eum qui docendus est, aut de sententia demouendus, in aliquibus principiis conuenire. Neque instantia potest afferri, si vniuersa negentur.[b] Neque item vitia reprehendere licebit, quòd idem sit principium quo verum firmatur, & falsum destruitur. Atqui non consentiunt de principiis; multò igitur minus de iis quæ principia consequuntur. Si verò constituta hypothesi motus falsò deducantur, vt in Zenonis disputatione contingit, aliquid ad ipsas dicere licebit. Quanquam neque omnium rationū quibus Zeno vsus est, eadem est ratio: nanque etiam si disputationis eiusce finem spectes, & ipsa non naturalis est; at inter plures rationes quibus ea continetur, vniuersas tollentes motum & multitudinem, aliqua proponitur quæ syllogismum pseudographon imitatur, & est aliqua ex parte non naturalis: nanque etsi motum euertere conatur; at id efficit assumendo nonnulla principia methodi naturalis, vt substantiam sensilem, spatium, & terminos, aliaq. huiusmodi, & iis abutendo sese implicat absurdis. Proinde vt syllogismus pseudographos, quòd Geometriæ principiis abutitur, à Geometra dissoluendus est, ita aliquam rationem Zenonis à physico dissolui oportebit. Quamobrem disceptatio quæ cum Zenone suscipitur ab Aristotele, quanuis distruat motum, est planè naturalis: sunt & aliquæ rationes Parmenidis eiusdem modi. Sed nunc cum illis agamus qui naturam omnem è medio tollunt. Horum principes fuere Xenophanes, Melissus, & Xenophanis auditor habitus Parmenides.[c] Ac Xenophanes quidem & Melissus paullò imperitiores (plus enim vidit Parmenides) posuere illud vnum infinitum. Vtriusque rationes ab Aristotele recitantur. Melissi ratio cuique perspicua quam potius soriten, seu syllogismum acerualem nuncupaueris quo consequens ad consequens adiungitur,[d] & quodammodo aggregatur. Xenophanis ratio minus trita, & peruulgata. Ponit ipse æternum ens æquale, infinitum, vnum planè, sui simile & immobile. Æternum sanè, quia nihil ex nihilo fieri putat. Nunc igitur siue omnia facta sunt, siue nihil est factum quod sit, ex vtroque sequitur id quod est, esse æternum. Nam si nihil est factum, æternum igitur: sin omnia facta esse dixerimus, ea ex nihilo facta esse oportebit. id verò cū fieri nequeat ordine Naturæ, efficitur, vt nihil omnino factum sit, itaque æternum. Idem quoque maius aut minus esse non potest. Nam si maius sit, aliquo accedente factum erit. At id fieri nequit; siquidem sic fiet ex minore: Sed in minore non est maius. non igitur ex minore fiet maius. ergo ex nihilo: quod sanè fieri non potest. Itaque æternum & infinitum igitur. quandò æternum

F G H

[a] 1. Phys. T.1.

[b] 2. Prior. c. de inst.

[c] 1. Met. c.5.

[d] 1. Phys. T.72.

A principio fineq. caret. Si infinitum, & vnum. Nam si vel etiam duo sint; extrema habeant necesse est, ex quo efficitur illa terminos habere, quod quidem infiniti rationem tollit. Si vnum & simile item. Nam si dissimilia fuerint; iam non erit vnum, sed plura. Idem quoque immobile sit necesse est: propterea quòd ipsum aliquò secedere oporteat: id verò aut plenum erit, aut inane: plenum non capiet. Inane nihil est, nisi inane, idest, quod corpore vacat; at tùm corpore non vacaret. Si moueri non potest, neque igitur affici: si non afficitur, neque dolet, neque ægrotat: ac si dolet & ægrotat, neque dolor nec ægritudo pelli poterunt. Neque item erit mixtio, vel adiectio: non sanè mixtio, quòd inter se simplicia penetrare nequeunt, vt coëant ad mixturam, neque adiectio, cùm id quod adiicitur, extaret in adiectione. Sed hoc non est; itaque in nihilum abiret. Verùm sicut ex nihilo nihil fit naturaliter, sic in nihilum nihil abit naturaliter. Igitur nihil omnino mutatur, nam cæteroqui semper efficietur aliquid ex nihilo fieri, aut abire in nihil. Hæc est, vt puto, ratio Xenophanis, licet difficilè posit exprimi è verbis Aristotelis, quòd mendosa admodũ sint. Parmenidis ratio sic colligitur ex Arist.[a] Quicquid est præter ens, est non ens. nec contradicentia possunt vnà consistere. Ergo non ens erit, idest nihil. Itaque ens vnum. Idem quoque (vt aiunt Græci) addidit aliam rationem qua vnum & indiuiduum esse cõfirmaret, hoc modo. Nam B si diuideretur; ergo bifariam diuidatur, eodemq. pacto ducatur diuisio partium: si hoc continuè fiat, vel supersunt extremæ quædam magnitudines minimæ & numero infinitæ, è quibus existet totum, vel erit inane, & in nihil planè dissoluetur, & ex nihilo igitur existet: non deducetur autẽ ad infinitas illas minimasq. magnitudines: quod enim vndequaque sui simile est, id vndequaque etiam vult esse diuiduum. Quapropter erit inane, & rursus ex nihilo constabit. Et vnum igitur. Hanc rationem, quòd vtitur sectione cuiusque partis in duas; ἐκ διχοτομίας ab Arist. dictã fuisse volunt.[b] At verò cùm hæc ratio, ne verbo quidẽ ab ipso, nec in lib. de plac. neque 1. Phys. aut etiã 1. Met. nam particulam 33. Primi Phys. censeo secus atque ipsi fecerint, exponẽdam, nec vsquã à Platone [c] significetur; accipiatur vt posteriorum philosophorum ratio duntaxat, & ex peruersa verborum interpretatione desumpta. Verumenimuerò multis vitiis scatet argumentatio Xenophanis, quorum magna pars, vt eorum opinio consentit, in ratione Melissi notantur. At verò qñ duo sunt capita reprehensionis Aristotelicæ assumptorum falsitas, & carentia formæ syllogisticæ; cùm assumptorum falsitas patefacta veritate detegatur, & habita scientia perspicua fiat; nos autẽ in primo aditu vestibuloq. naturalis philosophiæ versemur; adde etiam quòd multa ad horum certa notitiam requiruntur; hac parte dimissa alteram aggrediemur quam etiam diligenter per- C secutum fuisse videmus Arist. cum 1. Phys. tùm itẽ in libello separato de veterum placiti. Atque eam quidem partem disputationis ita tractat Arist. vt aliorum cõsensu philosophorum monstret nullam inesse necessitatem in ijs quę à Xenophane illata fuerint. Ac primum illud. Tametsi ex nihilo nihil fit; attamen esse posse ortum & interitum rerum, siue rectum & in infinitum ortus interitusq. principiis suppetentibus, vt apud illos, qui vel infinita posuere principia, seu consimilia, quemadmodum Democritus atomos eiusdem generis infinitas, vel contraria, sicut infinitas contrariorũ species Anaxagoras, & fortè Anaximander, vel etiam apud eos qui vnum posuere principium mobile, & densi rariq. vicissitudine varias rerũ species iugiter oriri & interire voluerunt, siue etiam, vt ij posuere qui circulo quodam facto ortum & interitum ire ac redire crediderunt, quod dixit Empedocles. Neque obstat infinitum ortui rerum: siquidẽ circulus ille Empedocleus etiam ad æternitatem conseruandam multum valet. Neque item ęterno repugnat finitas. quoniã etsi terminis caret durationis; at non ideò caret terminis magnitudinis. Rursus neque infinito multitudinem repugnare sic manifestum est, vt protinus tanquam absurdum sit habendum, propterea quòd non modo Empedocles infinita duo, terram, scilicet, & æthera, vel aëra vtraque infi- D nita posuit, verumetiam Xenophanes ipse concessit. non ita dico, quin infinita duo secũ pugnẽt: sed quòd à quibusdam philosophis & quod plus valet, ab ipso quoque Xenophane, cùm fuerit positum, vt absurdum posteà sit inductum. Non pugnant hæc quoque secum. non esse simile & vnum; neque enim absurdũ est id quod vnũ sit, vt vnus homo partes habere quæ diuersis, immò contrariis qualitatibus affectæ sint. potest etiã fieri, vt quamuis totum sibi simile sit, multa existãt, quia partes habeat similes, neque idcircò vacuo sint interstinctæ, licet raritate densitateq. separentur, atque ita separentur, vt etiam vnum totum maneat siue finitũ, siue infinitum: nec ob id plura sint infinita, quia partes in infinito non necessariò sunt infinitæ. Consimiliq. ratione etiã si vnũ, siue sit vacuum, siue non sit: non necesse est ipsum esse immobile, quòd & in se ipso mutationem aliquid accipere potest: & motus item sine vacuo fieri posse censetur. Nec quominus vnum, infinitumq. & mobile esse secum non pugnent, impediunt, quia nihil à seipso moueatur, aut quòd infinitum non possit moueri, quod ostensum est 3. Phys. nanque hic merita corporis simpliciter expendimus, non sensilis, vt 3. Phy. & motũ, quatenus existit in mobili, spectamus in quo existit, quod & vnum & infinitum esse potest. Hæc modo è tantis tenebris, verum educere potuerimus, aut paullò plura contra Xenophanem dixit Arist. Vnus Zeno restat. nanque contra Parmenidem

[a] 1. Phys. T. 30.

[b] 1. Phys. T. 33.

[c] Parm.

quæ attulerit idem philosophus, vulgò nota sunt: & si quid est, quod de ipso priuatim dici queat, E
ad illa referetur quæ ad eius defensionem posteà dicentur. Zeno igitur, vt anteà significauimus, duplici rationum genere vsus est, altero quidē non naturali simpliciter, atque altero non naturali quoddam ex parte; primum disputandi genus expoluit Arist. in eo libro quo Xenophanē quoq; & vnà Gorgiam confutat; alterum tractat in physicis. Nos hîc primùm disputationis genus attingemus, in quod more dialectico inuchemur, vt item fecit præceptor, dum primo de Natura, & in libro de placitis contra principia naturæ tollentes inuectus est. Sed prius illius argumenta recitemus. Ille cōi principio sumpto, nimirum, nihil ex nihilo fieri posse sic ducit argumētum. Id quod fit, aut fit ex similibus aut ex dissimilib. Atqui nihil horum fieri potest. Non sanè ex similib. Nam si similia fuerint, nulla caussa est cur hoc magis genitum sit quàm gignat. siquidem similiū rerum conditiones similes esse soleant. Neque item ex dissimilib. quod.n. dissimile est, non est id quod gigni oportet. Ergo non ens. At ex non ente nihil gigni potest. Si non gignitur & æternum sit necesse est, & cùm hoc æternum, vt ipse vult, sit Deus. Deus verò omnium optimus, & hoc æternū erit omnium optimū. & vnum igitur. Nam si duo pluresúe sint, iam non omniū erit optimum & prestantissimum. ꝗ vel similes forent, vel dissimiles; ac si fuerint similes, prestantissimū & optimū omnium esse nequeat, plures.n. essent omniū prestantissimi, quod quidē rerū natura non patitur. si verò dissimiles: ij qui cedunt, Dij futuri non sint. Etenim ea est Dei conditio, vt superet, non superetur. quia igitur omnia superat Deus (iam.n. talem notionē de Deo nos anticipauimus, & ea posse quę velit) aut non oīa superabit, si plures Dij sint, nec Deus igitur: aut ij qui superantur, Dij non erunt. Idem quoque quæ vult non poterit: quandò & alij Dij similes idem aut oppositū volent & poterūt. Vnus igitur. Ergo vndiq. sui similis omnibus sensibus. Itaque & globosus. Iam si æternus vnus, & globosus; neque finitus, neque infinitus. Neque sanè finitus eo quòd ad alterum finiretur. sic vno plura essent. Neque infinitus item: quòd infinitum sit non ens. caret.n. principio medio ac fine, quocirca negatione exprimitur. quòd verò est hmōi, non ens est. Nō igitur infinitus Deus. Idem quoque neque mobilis, neque immobilis. siquidē vbi motus, ibi plura. At hoc vnū est, immobile verò ob eandē caussam ob quā infinitū non esse diximus, neque itē esse potest, & cùm quiescere sit, vel non moueri, & nō ens igitur, vel cū etiam id quiescere dicatur quod potest aliqñ moueri; Deus autē non mouetur. Itaque nec quiescit Deus. Vt igitur in vnū oīa Dei attributa colligamus. Hoc quod est quē Deū posuit Zeno. est æternū vnū, simile, globosum, nec finitū, neque infinitū, neque quiescēs, nec immobile. Hæc Zeno profitetur, quæ tñ nullam necessitatē adiunctā habere demonstret Arist. & sigillatim singula percurrat. Sed vt ingenuè fatear, oīa sic perturbata G
sunt, vt responsionū vis difficilè colligatur. conabimur ergo, quoad fieri poterit, quā maximè sensa Arist. exprimere, ac si non succedat accedere ad id quā maximè, vnū hoc experiri, vt saltē argumentorū vitia quoquopacto detegantur. In prima igitur consecutione, fallacia cōsequentis inest: cùm.n. diuisio debeat oīa cōsequentis mēbra cōplecti, primùm fallit accipiens oē id quod fit, fieri aut ex simili, aut ex dissimili. Nam fit id quod fit ex non ente, de quo nec simile, neque dissimile prædicantur, etiā si ex nihilo nihil fiat. Sed esto, sit Deus ingenitus, nunquid ex hoc vnus? quid.n. vetat, quominus plura consimili rōne sint ingenita? An'ne ex eo, ꝗ est oīum præstantissimus? minimè profectò. Nā cū prestantissimū, & id quod Grāmatici superlatiuū vocāt, bifariā sumi possit, vel ad aliud, vel simpliciter, ᵃ neque vnū, neque summū certè esse oportet, id quod summū dicit̃,
ᵃ3. de cęlo si ita dicatur ad alia. neque.n. summū erit, si ad alia dicatur; siquidē illa quibus cū confertur, esse possint infima, quę quāuis id superet quod prestantissimū dicitur; non idcirco sit præstans, ne dū prestantissimū: cur non etiā sic plura erunt affecta consimiliter? Quòd si ita dicitur, quia talis sit eius natura, quod.s. optimè se habeat: quid prohibet, quin multa quoque sint hmōi, vt hæc charta, si cū alijs conferatur, quæ rari sunt, albissima dicetur, qm̄ cæteræ sint minus albæ, nihilominus H
adhuc albior fieri poterit, & multæ hac ipsa sunt albiores? verum si albissimum sit id quod omne punctum tulit albedinis, cur non erunt alia consimilia, & sic plura? Neque illud necessarium. Si vnus fuerit, vt vndiq. sensus habeat, & sui similis sit: quandò etiam, vt totum sentiat, sufficiat, si vna ex parte videat, quemadmodum animal oculis cernens & auribus audiēs totum sentit. Tùm etiam cur necessarium putat id quod sui simile vndiq. est, esse globosum? non'ne cerussa vndique alba est, neque tamen globosa? Quid etiam refert, vt sit principiū, quòd sit globosum? quasi verò omnis caussa debeat esse globosa; eiusq. rōnem cōstituat globus. Porrò si quantū ponitur Deus à Zenone, aut terminos habet, aut caret terminis. Itaque necessariò finitum, aut infinitum est; ita.n. finitum & infinitū definiuntur quòd sit quantū, idque vel terminos habeat, vel ijs careat. At globosum terminos habet, vt centrū & circunferentiā, ergo finitū. Neque illud necessariū, ꝗ ad aliud finiatur: in seipso.n. terminos habere pōt. Neque termini fundātur externo & eo quo illud cuius sunt, terminat, sed eo cuius ipsi sunt. Quòd verò non sit immobile, neq; quiescat; hoc superat oēm tarditatē. quippe ꝗ ex analyticorū ignorantia distinguere nesciant negantē à priuante, & infinita; neq; calleant negantis vsū quę etiā de verè non ente, dicit̃, cū infinitū de ente necessariò prædicet̃,

etenim

A etenim affirmatione significatur. Nam, quod inquiunt infinitũ dici tam de eo quod est, quàm de eo quod non est, non pertinet ad subiectũ enunciationis quod negatione exprimitur, sed ad illud quod ab ipso significatur, & vt dici consueuit, pro quo supponit: tollit enim nõ album albedinẽ. non hominem de quo prædicatur. & id esse aliquid potest. Reliqua, quòd globosum & vnũ sit, atque idem non mobile communiter contra reliquos eiusdem sectæ philosophos anteà peracta sunt. Rationes illas extremas Parmenidis à quibusdã auctoribus Græcis fuisse defensas significat Aristoteles, siquidem ijs implicati manus dederint, & verè concludi concesserint. Itaque Plato quod erat præter ens non ens, idest, nihil esse dicebat, & posterior illa ratio, quæ ἐ διχοτομίας affertur; resoluatur in quasdam magnitudines insectiles à Platone, Xenocrate, & Zenone, vnde efficiatur & ipsum totum in infinitum secari posse bifariam, & nihilominus vnum remanere. Quocirca philosophus eleuat hunc conatum monstrans etiam si detur Parmenidi præter ens esse non ens, & contradicentia simul consistere non posse; nõ idcirco effici, vt nõ ens sit nihil; quandò potest esse nõ ens quodammodo quod est aliquid. Rursus ostendit neque illud sequi. Si nihil est præter ens, omnia fore vnum: nanque ipsi vnum ponunt αὐτὸ τὸ ὄν, idest, ens ipsum; id verò valet idem ac ὅπερ ὄν, idest, verè vnum, alia multa sunt, quę non sunt simpliciter & verè vna, sed quodammodo. Proinde multa sunt ea quę sunt. Verùm quia locus ille salebrosus est, nec (vt mea

B fert opinio) conuenienter tralatus ab interpretibus non grauabor hic item aliquam lucem illi afferre. Gręca verba sunt huiusmodi. [a] Ἀλλὰ τὸ ὅπερ ὄν τι ἔστω μηδενὶ συμβεβηκός, ἀλλὰ καθ' οὗ ἄμφω καὶ ἑκάτερον, καὶ τὸ ἐκ τούτων λεγέσθω. ἐξ ἀδιαιρέτων ἄρα τὸ πᾶν. Ἔνιοι δὲ ἐνέδοσαν τοῖς λόγοις ἀμφοτέροις τῷ μὲν ὅτι πάντα ἕν, εἰ τὸ ὂν ἓν σημαίνει, ὅτι ἐστὶ τὸ μὴ ὄν, τῷ δὲ ἐκ τῆς διχοτομίας ἄτομα ποιήσαντες τὰ μεγέθη. φανερὸν δὲ, καὶ ὅτι οὐκ ἀληθές, ὡς εἰ ἓν σημαίνει τὸ ὄν, καὶ μὴ οἷόν τε ἅμα τὴν ἀντίφασιν εἶναι, οὐκ ἔσται οὐδὲν μὴ ὄν, οὐδὲν γὰρ κωλύει μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ μὴ ὄν τι εἶναι τὸ μὴ ὄν. Sed quod verè est, esto accidens nulli, & de quo ambo, idest, [separatim genus & differentia,] & quod ex his [quę est definitio quæ ex genere & differentia cõflatur. careant enim magnitudine; aliter enim erunt plura non vnum.] ergo omne quod est, erit ex indiuiduis. Hoc planè sequitur ex anteà constitutis, quia scilicet vnum erit simpliciter, & vt verè ens, atque substantia: infertur autem à Gręcis, vt communiter item à Parmenide conclusum. Proinde sequitur. Quidam verò manus dederunt vtrique rationi, huic quidem, quòd omnia vnum, si ens vnum significat, quòd erit non ens, [idest nihil] ei verò quę colligitur ab Arist. ex sectione in duas partes, statuentes indiuiduas magnitudines; propterea sic vertimus vtẽtes disiunctione τῷ δὲ, huic antẽ

C [illi scilicet quam superius attulit ipse Arist.] ἐκ διχοτομίας, idest, ex sectione in duas partes indiuiduas facientes magnitudines, quasi dicant etiam si sit ex indiuiduis; & quantum esse poterit, & nihilominus vnum. Planum igitur quòd neque verum, quòd si vnum significat ens & contradicentia simul consistere nequeunt [quę vtraque ponuntur à Parmenide] non erit nihil non ens. [sed aliquid nihilominus.] Nihil enim prohibet non ens non esse simpliciter non ens, [idest nihil] sed poterit aliquid esse. Hæc sanè professus est Plato. Quanquam ipse fortè ænigmaticè rerum essentias indicauit, cùm quibus impartibilis vnitas iuncta foret, & more consueto, vt liber ille admonet, cui Timęo titulus est in quo multa mysteria velauit notionibus mathematicis, etiam magnitudinibus hisce indiuiduis essentiarum vires occultauit. nõ sic de cæteris audeo dicere. Nunc facilè apparet, quàm irritus & inanis sit eorũ conatus qui veterum sententias dirigere voluerunt: faciunt enim hęc corpora quæ ponunt, vnum. Neque est, quòd quispiam acerbi animi vitio notet Aristotelem, quòd illos impudenter insimulet. Nam simul etiam [b] Hippocratẽ, Platonẽ, Galenũ, & M. Tullium ad quorum manus veterum scripta peruenere, eiusdem criminis accusabit. Neque est, quòd quisquam obiiciat eos è numero physicorum fuisse expunctos, aut quòd aliqñ fateatur Arist. eos de rerũ natura non fuisse locutos, sed de alia substantia; quapropter arbitremur ipsorũ

D verba aliud sonare, ac vulgò existimetur. Nam de substantia sensili disserunt: sed enim illi tales proprietates attribuunt, quæ alij substantiæ, ac sensili cõueniunt, nihilominus illis ignotę, siquidẽ nullam aliam ipsi substantiam nouerint supra sensilem. Nam quẽ Parmenides ipse Deum vocat, non est illa substantia quæ ab omni materiæ concretione libera sit, sed cõtinens ardore lucis orbis qui cingit cęlum, Stephanen appellat. planè verum illud est, ipsum in eo differre à Melisso, quòd ille vnum accipit, quod pertinet ad materiam, ipse verò vnum spectat, quòd est formę: tñ substantiam separatã non attigit. id effecit, vt cùm exquireret principia rerum sensilium, illis attribueret, quod est substantiæ separatæ, sed substantiam separatã ignorauit, verùm vt scientiæ munera tuerentur, inter substantias sensiles posuere nonnullas, vnde scientiæ leges ad ipsam permanarent: attamen illæ conditiones rei sensili nõ inhærent; sed ei, quæ cadit in mentem, & est supra naturã, cuiusmodi ipsi non cognouerunt. Et omniũ primus Arist. substantiã illã supra naturã, quanuis falsis hypothesibus vsus fuerit, nobis indicauit. Neque id mirũ: qñ ex falsis etiã nil prohibeat colligi verum. Quod verò plerique faciunt, vt veritate iam ab Arist. patefacta, velint aliorũ sententias cũ Arist. concordare; iam hoc est operã ludere. velim.n. eos hîc suo marte, nõ Arist. auxilio fretos, ex

[a] 1. Phys. T. 33.

[b] Lib. de nat. hum. Sophista 1. de ele. lib. de nat. D.

antiquorum sententiis veros sensus exprimere. Aperuit ergo veritatem Aristoteles; vsque adeò, E
vt non defuerint, qui illi exprobarint, quòd philosophiam prostituerit. Sed quàm magna Deo gratia sit habenda, si multi fuerint qui sic philosophiam veritatemq. prostituant. Hæc sunt quæ pariter nostra methodus hoc loco posse dici contra veteres. Nam quæ de lineis insectilibus opposuit Parmenides, quod item à natura motus accepit Zeno, suis locis exponentur. Nosse hic enim naturam motus & magnitudinis oportebit; nec nisi physicè mathematiceúe cõfici possunt.

Pauca quędam disseruntur cum ijs qui vnum principium, atque illud quidem mobile esse censent.
Cap. XXVI.

EX ijs qui vnum fecere principium rerum naturalium, quidam ipsum infinitum esse voluerunt, alij contrà finitum. Atque illi quidem infinito generatim vsi sunt qui mundum perpetuum esse existimabant quo rerum generatio suppeteret in infinitum. Heraclitus verò qui mundum totum quandoque conflagraturum censuit, finitum quoque principium posuit. Hoc vnũ quod est mobile, aut ex elementorum numero sumptum est, aut aliud quoddam medium inter elementa, vel aërem & ignem, vel aërem & aquam, à quibus ita differret, quòd vno quidẽ rarius F
esset, altero autem densius. ex elementorũ numero terra, idque optimo iure neglecta à physicis; nanque ipsa omniũ minimè est idonea mutari, quod maximè requiri debet in eo principio quod subiectum rerum naturalium ponere constituimus: neque enim res naturales sine mutatione cõsistunt. Quòd si legimus apud Hesiodum (idem quoque professum aiunt Pherecyden Assyrium) terram fuisse receptam; audiat illos in physicis non reponi, sed Theologis, aut eos non fuisse de natura locutos, vt reliqui. cęteri, si qui sunt qui eam receperint, non recepere solam. Aquam posuit Thales vnus è septem vocatis sapientibus. Ideò dia mater dicitur Tethys, quemadmodum ante illum testatus est Homerus, inquiens, Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν ϗ μητέρα Τηθύν, vel quòd vsui maxime foret. Itaque cecinit Pindarus Ἄριστον μὲν ὕδωρ, idest, optimam esse aquam, vel quòd nihil esset quod non ex aqua constaret. proinde veteres vocasse mortuos ἀλίβαντας, [a] ꝙ omni humore exhausti essent. quin neque ignem sine humore cõsistere, vetusq. fama est à Theologis & Poëtis approbata Oceanum & Thetyn generationis esse parentes. ac si quis notationem vocis huiusce Chaos exquirere velit, facilè inueniet aquam illa significari, quasi ducta sit à voce χύσις quę sonat effusionem. In horum quoque sententiã venit Hippon, & ne singulos enumerẽ; sex reliquos ei consensisse primos ferunt. Aërem professi sunt Anaximenes, & Diogenes Apollo- G
niates. tametsi testatur alicubi Simplicius [b] ipsum posuisse medium inter aërem & ignem, vt opinor, quia perflabilis esset, & omne genus affectionis ocyssimè admitteret, & amitteret, & facillimè diuideretur ac finiretur. N. si fortè, quod dicit Arist. [c] afferat huius caussæ suspicionẽ, nimirũ, quòd cùm aër aqua vetustior esse reputetur, id significetur, ex aëre aquam fieri, contrà non item ea scilicet ratione quòd vbi appareat aër, aquã gigni manifestè noscatur. itaque ex ipso generari: at quemadmodum ex aqua fiat aër, hoc sensu non comprehendi. Quocirca iudicetur aquam ex aëre nasci, non autem aërem ex aqua. proinde principium aër habeatur. Ignem, sed omnium pessimè, statuunt principium rerum Heraclitus & Hippasus: nisi quòd finitum esse volunt infinitum declinante natura. Nam siue talis corporis conditionem respicias, siue caussas explores: nihil minore iudicio dici potuit: etenim corpus illud cum insignes habeat vires, admodum mutationi renititur & vires quibus est præditum, tantum abest, vt illi conueniant, quod principium subiectũ esse volumus, vt potius ad caussam efficientem pertineant. quia scilicet per omnia permeet, omnia gignat, alat, moderetur. Ille omnium optimè, qui medium, vel inter aërem ignemq. locauit, vel inter aërem & aquam, quòd tale corpus nullis qualitatibus affectũ est; itaque cunctas admit- H
tere potest: nullam enim talis corporis qualitatem indicat sensus. Omne verò quod aliquid accepturum est, eo careat oportet. Sed quis hæc professus sit haud perspicuum est. Nanque Arist. interpretes asserunt Anaximandrum: ex Aristotele ipso nihil accepimus, quod valeat ad persuadendum hanc fuisse eius viri sententiam. Imò bis apud Aristotelem [d] obseruo, longè aliam sententiam illi fuisse tributam; nunc quòd cum Thalete conueniat qui posuit aquam; aliàs quòd acceperit aërem: tametsi in hoc posteriore commissus est error, cùm eius loco reponendus sit Anaximenes; alibi atque idem bis video testatum reliquisse Aristotelem ipsum vnum simul & multa fecisse, quòd in vnum contraria coëgerit, & ea ex vno secerni, & in vnum conuenire voluerit, [e] non secus àc ex vniuersitate rerum Anaxagoras, & è sphæro Empedocles. eamque sententiam Anaximeni tributam fuisse lego apud Simplicium [f] auctoritate Nicolai Damasceni commotum. quanquam idem Simplicius alibi auctorem illius sententiæ fecerit Anaximandrum, [g] vbi tale medium posuisse fatetur ingenitum & immortale, & vt vnico verbo exprimam infinitum. siquidem infinitum omnes excepto Heraclito illud vnum esse censeant. omnes autem & Heraclitus item ex eo cuncta fieri densi rariúe interuentu arbitrentur.

cumq.

[a] Plut. lib. an aqua an ignis vtilior.
[b] 1. Phys. T. 6. & 54.
[c] 1. Met. c. 3.
[d] Lib. de plac.
[e] 1. Phys. T. 42. 12. Met. c. 2.
[f] 1. Phys. T. 6.
[g] 3. Phys. T. 30.

A cumq. vniuersi consentiant vnum esse principium tanquam materiam, nec alia principiorum genera ponant non modo finem cuius nullam rationem habent, aut etiam efficiens, de quo admodum pauci meminere, verumetiam de forma. nihil agant, vnum omnia ponebant [a] Heraclitus & Hippon ex quo item facilè credi posit ipsos cùm omnem finem efficiensq. de medio sustulissent; Deos etiam funditus tollere. Nam Deus & primus omnium finis & primum efficiens esse perhibetur. Itaque Hippon ἄθεος, idest sine Deo & impius appellatus est. Si igitur præter vnũ subiectum reliqua principia sustulerunt, planum est, quòd voluerunt materiã ipsam suoptè nutu variis motibus concitari & varios exitus habere. Atque hæc de natura principij vnius quod mobile esset, accepimus à veteribus. Nunc contra ipsos aliqua dicamus. Profectò cùm hoc vnum sit principium quod accipit in seipso contraria, vicem materiæ subit; ea verò per seipsam non mutatur ex vno contrario in alterum, sed præterea desideratur efficiens quod ipsam immutet, & cũ omnis motus sit finis cuiuspiam gratia, & ad certam formam perducatur qua adepta cessat, preter materiam in ijs quę mutantur, alia principia requirantur oportet, efficiens nimirum, forma & finis. Rursus hoc vnum aut elementum est, aut nõ, sed aliquid aut posterius, aut prius elemento. nec quid posterius esse potest: nihil enim magis naturam principij tollit quàm esse posterius. Nanque illa principiorum ratio ponitur quòd non fiant ex alio tanquam eo quod insit, sed alia

B ex ipso. Præterquam quòd & huiusmodi principia ex quibus alia fiant, ipsa verò fiant ex nullo vt eo quod insit, non vnum esse tantummodo apparet, sed plura, atque adeò saltem tria. Neque item elemento prius esse potest, atque illud vnum in genere principiorum, quòd illo in omni mutatione permanente, & vicissim accipiente formas, affectio solum existeret, & mutatio qualitatũ, nulla substantiæ; sic enim aliud principium vltra illud, quod subiectum faciunt ponere conueniret. Non etiam elementum esse valet, quanuis pleriq. vnum quoddam ex ijs quę elementa dicuntur, accipiant: quòd liquidò constet hæc mutari vicissim & oriri & interire, id verò maiorem in modum principiorum conditioni repugnat. Sed illi maximè naturæ processibus aduersantur qui præter id quòd vnum statuunt, etiam infinitum esse volunt. Neque illud nos persuadeat, quòd infinitum poni debeat, vt rerum generatio sit perpetua: nam posteà videbimus etiam si finitum sit id quod est, posito subiecto atque efficiente perpetuò rerum formarum in infinitum sibi posse succedere. Quod verò Thales alijue afferre potuerunt ad suam sententiam corroborandam, vtputa à communione, & crebro vsu cuiuspiam elementi, nihil est. Nanque & omnia simul ad vniuersi perfectionem, & ad mixtorum constitutionem pariter necessaria sunt, & si licet audire nõnullos mathematicos, omnium elementorum aqua minimum esse apparet. Tùm etiam si princi-

C pium est vbique præstò sit oportet. Atqui multa corpora sunt quæ sine humore constant, vt ignis & terra. multoq. magis id admirabile censendum est quo cęlum cuius supra omnem existimationem multò maior est portio, quàm reliquorum elementorum, ignis esse perhibetur quo sanè nihil cogitari potest, quod magis aquæ repugnet. Neque sufficit (vt aliquid dicamus ad ea quæ obiiciunt ij qui aërem statuunt esse principium) quòd aër facillimè subeat omne genus mutationis; aliud enim requiritur ad id, vt principium constituatur. nempe vt maneat, neque dissoluatur in aliud; id verò nõ conuenit aëri, quandò non minus ex aëre aqua, quàm aër ex aqua nascatur, licet id sensus visus assequi non posit: at verò ita esse ratio dictat, neque sensus, si minus assequatur. idcircò reclamat. Vt verò ignis principium esse nequeat & quàm ineptè censeatur esse principium satis antè ostendimus. Medium illud neque monstrat sensus, neque ratio requirit. ergo dimittatur alacriter, si physici esse volumus. Neque enim methodus accipit nõ necessaria, multoq. minus illa quæ nullo pacto neque per se, neque per accidens ad sensum referuntur. Itaque properemus ad alias veterum sententias explorandas.

D

In eos qui infinita posuere principia. *Cap. XXVII.*

NON parua philosophorum pars, & eorum qui in tractandis reliquis rebus physicis ab Aristotele præponuntur; Anaxagoras, scilicet, & Democritus; ad hos etiam libet adiungere Anaximandrum; infinita rerum esse principia censuerunt. Atque Anaxagoras quidẽ & Anaximander sic infinita posuerunt, vt tamen vnum quoddã ex iis omnibus infinitis existeret, quod esset continuum; id verò cum ex innumerabilibus rerum principiis esset constitutum, infinitum quoque ab illis habitum fuisse oportet. Democritus innumera illa principia discreta statuit, siquidem indiuidua. Sed Anaxagoras eas partes vniformes esse dicebat quæ vnà in toto illo & in quaque parte sensili concretæ forent. siquid de Anaximandro licet augurari (nihil enim certi de illius sententia scriptum habemus aut apud Laërtium Diogenem, aut alios Aristotelis interpretes) vel quòd ab æterno segregatio constiterit, cùm ceteroquin Anaxagoras mentem quandam commentus fuerit, non ab æterno segregantẽ, [b] sed ab aliquo principio digerentem, & quæ in ordinẽ adducere cœperit, vel etiam quòd ipsas rerum partes quæ ex vno illo secernerentur per se consi-

[a] 3. Phys. T. 30.

[b] 8. Phys. T. 15.

stentes,& à ceteris iam segregatas in illo inesse posuerit. vtrunque mihi fit verisimile;cur non etiã quia mouentem caussam non adiecerit? si minus,nil eius opinio ab Anaxagora [a] opinione dissaret,quantum monstrant ea quę diligentes expositores de illius dictis in medio ponunt.idque me persuadet,vt ita credam quod ijs potissimum nominibus agitatur Anaxagoras, [b] quasi sint hæc illius propria & peculiaria,cùm cætera notentur communiter sibi cum aliis, qui infinita posuere principia. vnde etiam massa, siue congeries illa [c] quæ ex infinitis principiis constat, tàm apud Anaxagoram,quàm apud Democritum nomine πανσπερμίας insignita sit,quæ speciatim apud Anaxagoram ὁμοιομερέας nomine significatur,quæ sanè vox ob Latini nominis egestatem, Latinè exprimi non potuit. Ipse igitur massam illam ex omnibus contrariorum partibus cõstituit; partes autem vniformes esse voluit,vt carnes,ossa,aurum,æs; neque minus in illa existere substãtias quàm colores, sapores, & cætera id genus. ita verò vniformes eas partes esse censuit, vt simul essent confusæ, neque vna sic ab aliis separata foret, quin alias partes vniformes,atque illas infinitas in seipsa contineret. sed latere eas quę continerentur ob paruitatem, os verò aut carnem vnumquodque appellari, non sanè quin & aliæ consimiles partes eædemq; infinitæ in ipsa existerent, sed ab ea parte quæ dominaretur, & vt Lucretij verbis vtar. E

a 3. Phys. T.30.
b 1. Met.
a 3. Phys. T.27.
3. de cęlo T. 27.

Apparere vnum cuius sint plurima mixta,
Et magis in promptu primaque in fronte locata, F

Has igitur particulas quæ in vniuersa massa in aliis immixtæ latitarent, inde secerni,& in vnũ componi à mente quæ rerum omnium descriptionem modumq. designaret & cõficeret. Ideoq. mens illa,vt dominari posset,immixta erat. Atque item vnum & infinita [d] erant principia quæ locum materiæ sibi vendicarent: proinde hoc nomine prælatus est nonnunquam ijs qui medium voluerunt esse principium; præter illa vnum mouens quod ab ijs qui vnum principium mobile posuissent,omissum fuerat. Cæterùm & materia sola etiam ab Anaxagora posita, quòd nunquam efficiente caussa vteretur in reddenda ratione problematum naturalium, aut rarò admodum, vt poëtæ Tragici machina, siquando nodum fabulæ nesciant explicare. Duobus verò principiis commotus iuit in eam sententiam Anaxagoras. vno illo valde trito. Nihil scilicet ex nihilo fieri,atque altero. Quodlibet ex quolibet gigni. Si nihil esse nõ potest ex quo fiant ea quę fiunt: erant igitur antè. Si ex quolibet quodque fit; ergo & in quolibet quodque inest. Hęc igitur Anaxagorę sententia cuius tria sunt pręcipua capita quòd initium habuerit secretio:quòd quodlibet in quoque insit. quòd secretio fiat opera mentis cuiusdam immixtę.Venio nunc ad Democritum. Ac de ipso quidem multa succurrerent quæ dici possent, quòd plurimum ei tribuerit in physiologia Philosophus. & quod eius sententiæ à Lucretio primùm,deinde à M.Tullio fuerint & illustratæ & elegantissimè explicatæ propter affinitatem quam Epicuri doctrina habuit cum Democritica quam professus est Lucretius, & M.Tullius probabiliter sub Balbi persona defendit, sed summa rerum capita nunc paucis perstringere certum est. Itaque duo sunt apud ipsum prima principia quæ tamen infinitè separari possint, horum alterum plenum dicit, & in entibus numerat; alterum inane quod non ens ipse cõstituit. Porrò plenum in infinitas partes secari vult quæ sanè sint quantæ,non puncta, sed indiuidua quidem nihilominus magnitudines quæ ob id atomi vocentur. certis figuris,sed innumeris pręditæ; has verò ferri per inane quod pateat in immensum, ita vt etiam modos innumerabiles qui ex infinitis istis magnitudinibus existunt, complectatur. Atomi verò per seipsas sunt impatibiles omni qualitate & affectione expertes, præter molem,figuram,& pondus quo deorsum vergunt: nihil esse colores aut sapores;sed propter eorum mutationem quæ atomis attribuit, omnia variari: sic vt ex varia mutatione contingat, vt hoc mihi,aliud tibi eodem tempore videatur, mutationem verò à tribus occasionibus originem ducere quas Abdericè sic expressas fuisse scimus [e] ῥυσμῶν τροπὴν διαθιγὴν communi Græcę linguæ vsu σχῆμα, idest figuram θέσιν, idest posituram, τάξιν, idest, ordinem quibus differentiis atomi distinguerentur infinitis modis. Cæterùm sic suoptè nutu atomos ferri per inane; contingere autem,vt propter varietatem figuræ,ordinem,& posituram ipsarum diuersa gignantur,imo gigni videantur; & ex variatione figuræ variæ substantiarum species existant; situs autẽ & ordinis variatione species accidentis: & cùm duo sint quæ inter sensilia nobis obseruari possint; ea quæ recta feruntur,& quod in orbem voluitur,& mundi partes elementa & cęlum, à natura seu mente quæ apud ipsum idem est, atque animus, [f] effici ea quæ rectos motus habent; mundos verò & cęlum fortuito temereq. agitari, Hæc aut non ab his dissimilia Democritus auctore Aristotele profitetur,quæ nonnullis,neque id sine caussa, molestiam in hac philosophia videntur attulisse. Nimirùm sint'ne atomorum figuræ positæ à Democrito infinitæ. Tùm etiam posuerit'ne caussam aliquam efficientem. Atque hoc quidem dubitari potuit, cùm M.Tullius aliiq. graues auctores locupletissimi testes sint, eam fuisse Democriti sententiam cuncta ex atomis effici nulla cogente natura,sed quodam fortuito concursu.& quod maius est,animum cęlũq. eodem pacto constitutum esse putasse. Idem quoque fertur accipere maluisse necessitate omnia fieri

d 1. Met.
G
e 1. Met. c.4. H
f 2. Phys. T.46.

A fieri quàm ab ijs naturalis motus euellere: & omnia sic fato produci, vt id fatum afferat vim necessitati. quæ cùm superioribus pugnare valdè videntur: tùm quia caussa alia præter naturam ponitur; tùm etiàm quòd necessitas fatumq. recipitur quod vim fortunæ casusque demolitur. Illud autem: quod è Democriti fontibus hausta est Epicuri doctrina; ipse verò Lucretio cõprobante figuras certo numero claudi argumento illo confirmat, quod item generaliter ab Aristotele [a] de oppositorum terminis scimus fuisse conclusum. Nimirum nullibi naturam generando & corrumpendo constituram, neque ad eandem redituram speciem, sed recta in infinitum processuram, nouasq. semper rerum species molituram, quæ omnia sanè sensus iudicio refragantur. Ego verò quanquam difficile arbitror veterum placita assequi coniectura, quòd eorum scriptis defraudati sumus, & ex ijs sententiæ colligendæ qui variis inducti consiliis, neque fortè fideliter eas, sed quod sit in rem suam, solent in medio ponere, tamen aliquam lucem rebus Aristotelicis afferre conabor: ad hoc autem nisi fallor, ea valebunt quæ mox subiiciemus. Etenim vt arbitror naturam ab ipso Democrito caussam omnium motuum existimatam; sic fatum vt etiam monstrabitur accipi ab Aristotele, non aliam caussam fuisse habitam quàm naturam; sic etiam puto necessitatem ab ipso duplicem cognitam; alteram quæ vim afferret, & contrà naturam agitaret; atque alteram quæ illi aduersaretur, quod aliter fieri posset, & illam à Democrito sublatam quæ

B vim afferret, quia nihil posset supra naturam: hanc receptam quæ cum ipsa natura conuenire potest, vt de conuersione cęli censuit Aristoteles: etenim cęlum necessariò mouetur, atqui illa necessitas est ex ipsa natura. Quòd verò fortuitò fieri nonnulla prædicarit Democritus, hoc quod fortuitò dicitur, non tollit naturæ progressum, sed id significare potest, quod æquè valeat ac spontè, & opponatur caussæ cogenti quæ est contra naturam. Sic verò reprehensus fuerit ab Aristotele, quia nihil de fortuna dixerit, ob id notari potuit, quòd cùm vulgus & multi sapientes aliud fortunam à natura facerent, ipse solum de fortuna meminerit, neque docuerit, idem'ne, an aliud sit à natura. Neque obstat quòd Aristoteles innuat ipsum aliquando auctorem rerum fecisse naturam, aut mentem, vt idcirco credamus aliud ab ipso caussæ genus fuisse positum. siquidem indefinitè & incertè loquatur Aristoteles, ac sufficiat, si altera ex illis partibus vera sit, neque possint ea verba pertinere solùm ad Democritum, sed ad alios quoque philosophos. Neque illud verũ, vt video scripsisse nonnullos, naturam, siquid efficit; illicò accipere vim efficientis. est enim modus aliquis faciendi, quod suo loco exponetur, & à nobis aliàs dictum est, formaliter non effectiuè qui conuenit formæ & materiæ, quin etiam priuationi. quapropter aliquando dictum est, aërem, qui est soni subiectum, efficere sonum, & contraria duo agere, quæ sunt forma & priuatio,

C vnum verò pati, quod est subiectum. Neque idcirco etiam si de alia caussa ac natura verba fecit efficiens, aut finem cognouit: aut enim illam non separauit à natura, aut nõ distinctè est elocutus. Iam verò quòd cęlum fortuitò factum sit, si fortuitum sumit, vt opponitur violentiæ, dictum sapienter, sed ille purus error, si fortuna in proprio significatu capiatur, & vt vulgò cõsueuit, ideoq. in tanto viro notatur ab Aristotele, vel quòd falsò enunciarit, vel quòd indistinctè locutus sit: vtraque enim methodi ingenio valde repugnant. Quantum verò est de altera dubitatione. Et si mihi probatur admodum Epicurum aliqua Democritica correxisse: tamen non arbitror hęc secũ pugnare, infinitas figuras & finitas simul. Etenim finitæ sunt primæ illarum differentiæ ad quas vniuersæ referuntur, habens angulos & carens angulis; quo pacto opposita docuit Aristoteles à Democrito cum cæteris physicis acceptæ fuisse, [b] & cùm figurarum species imitentur numeros; vnde item ab illis denominationem capiunt, triangulum, quadrangulum, & reliqua; sicut numerorum primæ differentiæ sunt duæ, par & impar; horum species & partes subiectæ in infinitum augentur, sed cogitatione duntaxat, reapse finitæ sunt, sic de figuris dicere licebit. Huc accedit,

D quòd figurarum quædam primæ sunt, aliæ non primę. ac primas quidem finitas esse compertum est: reliquæ quæ non sunt primæ, possunt esse infinitæ. Cæterùm, si quomodocunque finitæ sint, licet infinitæ cogitatione, rerum ortui & speciei reditui nihil obstat. illam ergo infinitatem quæ numeros imitatur, ab Aristotele Democriticis atomis attributã fuisse dicemus; alteram quæ reipsa est, à Lucretio fuisse oppugnatam, vel breuius & clarius ita dicemus infinitatem secundum materiam à Democrito positam fuisse, illam sublatam è medio quæ foret secundum formam. Proinde repugnantia tolletur inter placita Democriti, tùm item Aristoteles ab offensione Lucretij defendetur. Generatim in hos omnes inuehitur Aristoteles, quòd scientiam naturalem profitentur, in eaq. vestiganda & comparanda omnem operam impẽdunt, principia tamen infinita ponũt quæ per seipsa à mente comprehendi non possunt; ijs autem ignoratis nec quicquam aliud scire concedetur. Seorsum verò notantur Anaxagoras & Democritus. Nihil autem ab Aristotele ipso speciatim dici video contra Anaximandrum. Et quidem contra Anaxagorã hæc aut similia scripsit Aristoteles. Accipit primùm partes quanti, totumque quod ex illis constat (tales enim sunt partes in quas cũ insint, idest, ita, vt separatę per se existere possint, diuiditur totum) sic sibi respõdere, vt prout partes magnæ fuerint, aut paruæ, cõsimiliter futurum sit totũ magnũ aut paruum.

[a] Lib. de sens.

[b] 1. Phys. T.41.

Quare si partes infinitæ sint magnitudinis, id quod necessariò contingeret, si in infinitum è partibus aliæ partes infinitæ secerni possent: aliter nō in quolibet quodque inesset: si partes, inquam, sint infinitæ magnitudinis, & totum quoque infinitum sit, oportet; id verò sensus non ostendit: sed hominem finitæ molis esse cognoscit, formicam non modo finitæ, verum etiam paruæ. Rursus quodlibet quantum bifariam secari, aut in partes æquales, vt in dimidia; rursus hæc in alia dimidia: & sic deinceps. & planum est sectionem in partes æquales esse finitam. Neque enim quantum diuidi potest in plura, quàm duo dimidia, treisúe tertias aut quatuor quartas. ea sola sectio in infinitum duci potest quæ fit in parteis inæquales. At cùm in infinitum in quaque parte secretio suppetat, & infinitæ sint partes necesse est. Tùm verò quia si omnes infinitæ eademq. numeri infiniti; æquales partes infinitæ in aliquo toto inerunt. infinitæ enim cùm sint, altera alteram non superat. itaque sunt æquales. immò pars erit toti æqualis, cùm sic infinita sit pars, quemadmodū totum. & quanuis assiduè secernatur ex aliqua parte, aut toto: nihilominus nil deteretur de toto: infinitum enim semper relinquetur. cùm verò totum sit finitæ magnitudinis, soleat autem id quod est finitæ magnitudinis, ablatione partium finitarum denique consumi perseuerabit adhuc eiusmodi, vt in infinitum diuidi possit. Etiam si cuiusque rei certi sunt fines, quod ad magnitudinem paruitatemq. attinet, aut secretio stabit aliquandò, aut si producetur, ad minimum nunquā deueniemus. Sic minima naturalis rei magnitudo non existet, id verò sensui repugnat. Accedit eodem, quòd ipse non distinguit accidens à substantia: sic enim per se subsistere vult album, vt lignum: proinde nulla est apud ipsum differentia inter generationem & affectionem quæ tamen apparet perspicuè: quandò erubescens homo idem remanet: non idem verò, si cùm cadauere commutetur. Ponit etiam generationem vniusmodi, cùm sit adeò multiplex: quòd opinatur omne id quod gignitur, exoriri facta partium similium secretione ex illa sua congerie & earundem concretione. Atqui non modo generantur res in natura per concretionem & compositionem, sed per resolutionem & secretionem, vt cùm è domo fiunt lapides, & aqua ex luto. & fieri potest, vt non modo quippiam constet ex partibus consimilibus, sed ex dissimilibus item. vt cùm lutum ex terra & aqua existit. Et facit natura apponendo, vt in prima constitutione fœtus; detrahendo, vt cùm gignit ex putri dulcia segregans ab amaris, aut transfigurando, veluti dum producit parteis difformes, easdem quoque componendo producit, vltimo afficiendo vt ignem interuentu caloris. Idem quoque elementa vocata dicit esse composita, & aliàs partes elementis simpliciores statuit. At simplicium motus solent esse simplices, mixtorum mixti. Hìc autem motus mixti, vt ignis, est simplex. Mitto quòd, & si caussam efficientem ponit, rarò illam vsurpat: quoniam hoc illi vitium cum aliis commune est qui efficientem caussam posuerunt. Neque id necesse est, quòd Anaxagoræ negotium facessit. Si nihil ex nihilo, & ex quolibet quodlibet, in quoque insit actu, sed sat est, si vnumquodque ex quo aliquid fit, habeat ad illud potestatem seu proximam, siue remotam. Hæc Aristoteles in Anaxagoram. Cùm Democrito verò pluribus agit Aristoteles. [a] Neque mirum: quando is omnes veteres anteiuit sapientia. & magis propria quæ scientia methodusq. affectant, quàm cæteri persecutus est, pluriumq. problematum caussas naturaliter affert quàm reliqui fecerint ante ipsum. Ipse igitur duo rerum principia faciens plenum & inane. ac plenū ens esse volens, quod ex indiuiduis corporibus existeret quæ sponte deorsum ferrentur, & variis figuris insignita forent, inane verò non ens, non minus rerum caussas statuit inane quod non est quàm plenum quod est. præterea principium accipit quod valde dubiū est. inane nimirum, & de quo multa posteà disputanda sunt, quin potius tale, vt rerum naturę aduersetur. Qui verò aliquid docere instituit (vt optimè scripsit Anaximenes) in primis debet certum aliquod & indubitatum principium ponere. Idem quoque statuat magnitudines insectiles quibus positis mathematica principia quæ sunt omnium certissima, labefactantur. Tùm deinde cū deorsum atomi vergant, nullus erit motus naturalis, nisi deorsum; aut si alij motus fuerint; iam non erunt naturales: itaque necessitas vim naturę superabit, quod ipsius placitis maiorem in modum aduersatur. Atomi item ab ipso ponuntur impatibiles, qualitate omni expertes: vnde igitur in illis initia certorum motuum inerunt? Quomodo item figuris præditæ sunt, si sunt indiuiduę? nam figura spatij terminus est necessariò, hoc verò diuiduum. Quomodo item mouentur, cùm omne id quod mouetur, necessariò diuiduum sit? Nisi fortè & figura & motus indiuiduis absolutè, id est, terminis denegentur: at indiuidua illa Democritica non sunt termini, verùm naturam magnitudinis adhuc conseruant. ideoq. motum figuramq. accipere poterunt. Præterea si ordinis situs & figuræ commutatio rerum substantias non immutant: neque enim librorum meorū substantia variatur, dum ipsos voluo, & diuersis struo modis, neque cera mutatur, dum imprimitur, & meo signo informatur. cur in rerum natura poterunt immutare? aut cur in quoque nostrū positum non erit, vt lubet, variare rerum naturas, quemadmodum ordinem, posituram, figuram peruertere possumus? Quopacto etiam in vnoquoque mixto indissolubiliter atomi continentur, in animali præsertim cuius adeò varij motus existunt? Hæc omnia spectare oportebat qui positionem

[a] 3. de cęlo 1. Met. c. 4.

A positionem suam confirmare & cæteris persuadere voluisset; quorum, quia nullam satis probabilem caussam afferre potest, suis Democriticis relinquetur.

De ijs qui principia plura, sed finita esse censuerunt. *Cap.* *XXVIII.*

PLVRA quidem, sed finita professi sunt, idque cum methodo rerumq. natura cõgruentius, Parmenides Empedocles, Plato, & Pythagoras. Nam sic & scientię nostrę & naturæ progressibus magis consulitur, quòd finitum mente comprehendi potest, & natura nunquam cessat, nisi finem consecuta fuerit, modò non impediatur. Horum ergo sententiæ magis accedunt ad verum, & illa complectuntur quibus vera rerum principia coniectari licet; nam priuationem, materiã, & formam sine controuersia monstrant: accipientes pro comperto contraria ens, & non ens, & subiectum, sed planè non aperiunt; verùm si exactius exquirantur, in illis non modo confusum quiddam continetur, sed multa prętereà desiderantur. Etenim (vt iam de Parmenide loquar) ipse cùm antè vnum accepisset, duo rerum principia statuit, nec quidem reipsa differentia, quemadmodum Auerroës arbitratur; licet vnum faciat ad mentem, duo ad sensum; sed quia subeat B idem principium duas considerationes, quòd vnum esset re vera, sed sensui diuersa viderentur, & ita illi eueniret, ceu collo columbæ; est enim eiusdem perpetuò coloris, tamen ex diuerso situ ad lumen mirandum in modum variatur: statuit ergo duo principia ad sensum; calidum & frigidum, alterum ignem vocans, ac terram alterum; nec non ignem numerat in entibus terram nõ ens existimans: Itaque si vim eius placiti perscrutemur, ente & non ente formam & priuationem nobis indicauit; idem quoque significauit materiam, quòd terra, vt idem voluit, vi patiendi prædita esset, quod materiæ officium esse compertum est. Verùm quòd cauilli quibus impediebatur, vnum esse conuincerent; hæc non sanè sic habere, sed ita videri putauit sensu sic approbante, oppositum verò dictare rationem cui fidendum magis esset. Tria elementa posuit Ion Chius auctore Philopono, sed cùm eius nullam rationem videatur habuisse Philosophus, nihil etiam nos de illo dicemus. Empedocles quatuor vulgò nota corpora simplicia terram, aquam, aërem, & ignẽ constituit, quæ vicem materiæ subirent: licet ignem à cęteris segregaret, quasi vna foret natura, quippe quæ ad illa se haberet vt efficiens, & illis veluti alimento vteretur: nanque ęthera solùm calidum statuit, reliqua elementa frigida, caloris autem efficacitas maxima prædicatur; veruntamen cùm & ipse aliquid pateretur, aliis principiis obtemperans quibus deduceretur ad mixtionẽ C amicitia nimirum contrahente, & dissipante discordia, materiæ cõditionis quoquo pacto expers non esset. Porrò amicitiam in vnum elementa confundendo corrumpere, & cogere in sphærum, discordiam verò secernendo elementa è sphæro generare. neque id quodam ordine constanti, quòd aërem semper dissipet sursum, terram verò deorsum: sed tùm ita fortuito contigisse.[a] sic quoque contingere, vt elementa coëant in mixturam magis, aut minus aptè, & prout aptè contigerit, aut non reliqua extare, & vsui esse, aut interire; semper verò elementorum seruari naturã, vt quicquid existit, nihil aliud sit atque elementa. Hæc verò poëticis vocibus elocutus est, & ambiguis, quo vitio scatet vbique illius oratio.[b]

[a] 2. Phys.

[b] 2. Rhet.

» Ζεὺς ἀργὴς, ἥρητε φερέσβιος, ἠδ᾽ ἀϊδωνεὺς
» Νῆστις θ᾽ ἣ δακρύοις ἐκπικροῖ ὄμμα βρότειον, idest,
» *Iuppiter albus, & alma Iuno, tùm pallidus Orcus*
» *Et Nestis lachrymis oculos quæ complet amaris.*
» *Ionem ignem, Iunonem terram, Orcum aërem,*

Nestin aquam dicens; & hæc ait assiduas versare vices, nec vsquam desinere & æternum esse D hunc rerum ordinem quo sibi in eadem elementorum portione variæ formæ succedant. Vnde etiam ipse de seipso profitetur.

» Ἤδη γάρ ποτ᾽ ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρητε
» Θάμνός τ᾽ οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς. idest,
» *Nanque olim tener ipse fui puer, atque puella*
» *Igneus, & piscis, frutex, & picta volucris.*
» *Ea verò sic fiunt, quòd*
» Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν᾽ εἰς ἓν ἅπαντα:
» Ἄλλοτε δ᾽ αὖ δίχ᾽ ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει, idest,
» *Nonnunquam componit amor simul omnia dulcis.*[c]
» *Nonnunquam discreta iubet discordia ferri.*

[c] Proclus in Tim.

Quanquam & ipse duplicem sphærum quandoq; professus est alterũ sensilem, atque νοητόν, & intelligendum alterum. Nos in scientia rerum sensilium sensilem persequemur. Quantum verò est de sententia Platonis, & de numero principiorum quæ ab ipso posita sunt, & de illorum distinctione quam significat Aristoteles; ab Aristotelis interpretibus dubitatum fuisse video.

Prætereà

Pręterea non facilè est docere quę'nam principia significauerit Aristoteles, dum de numero principiorum à Platone posito verba facit, & monet item à Platone recepta fuisse tria principia. E
Nanque Alexander auctore Simplicio tria illa ab Aristotele notata fuisse narrat materiam, efficiens, & exemplar, siue Ideam. Verùm hæc quæ profitetur Alexander, neque consentiunt cum ijs quæ sibi voluit Aristoteles, neque ad rem faciunt, neque item cum Platonis ipsius placitis cógruunt. Etenim duo ponit ex sententia Platonis magnum, & paruum quibus vna materia significatur. Tùm deinde tria Platoni adscribit Aristoteles quæ sint interna rerum principia, persequitur etiam Alexander externa. Postremò tria tantum ponit iuxta dogma Platonis, & aliqua tùm ex externis, tùm ex internis omittit. cùm perspicuè meminerit Plato de fine, citat ipsius Platonis verba Simplicius è Timæo: & Alexander ea penes omnium regem cuncta sunt & omnia illius caussa. proinde scribit duas principiorum series à Platone fuisse constitutas, alteram præcipuorũ quæ complecterentur finem, efficiẽs, & exemplar; atque alteram caussarum adiuuantium, quarũ species essent forma, materies, & instrumentum. Sed enim neque Simplicius Aristotelis cõsilium videtur esse assecutus; cùm de internis verba faciat, & materiam vt duo ex illis tribus accipiat. Itaque Theophrastus illud quidem sapienter. quòd duo principiorum genera acceperit Plato, vnum quòd generaliter omnem caussæ rationem complectatur, atque alterum quod rerum naturam respiciat, & generatim multò plura sunt principia simpliciter quæ posuit Plato, vt optimè docet Simplicius, hæc enim omnia numerantur in principiis à Platone essentia, idem, diuersum, status, motus, & tempus: at verò rerum naturalium principia duo tantummodo sunt, materia nimirum quæ duitate, & magno paruoq. exprimitur, & efficiens. [a] ibi enim de ipso meminit vbi dicit. operæpretium igitur est effectorem ac patrem vniuersi inuenire ac demõstrare. Quamobrẽ admiratur Alexander, cùm Plato de efficiente & fine verba fecerit, cur Aristoteles nullius harum caussarum mentionem in Platonica opinione fecerit, & eius cõsilij duas caussas enarrat, primam quòd Plato enumerans caussas, hanc vtranque reliquerit, vt erat auctor Aristoteles in lib. de bon. alteram quòd eas excludit numero caussarum ortus & interitus, aut non diligenter exponit. Verùm hoc non satis aptè, cùm de tali principiorum genere nihil ibi tractet Aristoteles. [b] In easdẽ quoque reprehensiones incidit Plutarchus qui tria hæc principia quæ nobis Aristoteles indicauit, mentem esse voluit, ideam & materiam. Itaque duo reipsa, mea quidem sententia, sunt ea principia quæ statuit Plato, materia quam facit συναίτιον, idest, caussam adiuuantem, sed duo nominat magnum, scilicet, & paruum eius infinitatem vocibus illis describens, & vnum quod, vel est idea, vel forma. ac si vestigiis Aristotelis insistamus, ideam esse putabimus, quippe quòd in hac methodo non semel accuset Platonem qui Ideas censuerit esse principia rerum sensilium quę per seipsas extra materiam forent, si vsquam essent. Pythagoras decem contrariorum paria, siue coniugationes omnium principia constituit: seu quòd multum ipse tribueret numeris quorum principem denarium esse crederet, seu quòd hæc ita inter se discreta esse putaret, & quæ inter se resolui non possent, adhuc incertum est. certè quòd numeri collocarentur in principiis, [c] eos persuadebat, quòd reliquis omnibus ęssent priores, quippe qui ab illis separentur. [d] Tùm etiam quòd res imitantur numeros: (nimirum propter gradus quibus essentię seiunguntur) sicut ergo prius esse debet id, vnde sumitur imitatio, quàm id quod imitatur, & exemplar est prius exẽplo; sic etiam res quæ numerantur, & quæ numeros imitantur, sunt posteriores numeris. Hos ipsi substantias non accidentia faciunt quę sint immobiles, [e] neque tamen habeant vim mouendi, & per finitum infinitumq. partiuntur, [f] infinitum non modo sensilibus, sed ijs tribuunt quę in solam mentem cadunt, & infinitum extra mundum vagari volunt. Sed non soli Pythagoræi numeros principia faciunt; Plato item numeratur in illis. Nisi quòd Plato rerum principia statuit numeros mathematicos. Pythagoræi verò, quòd multas eorum affectiones, in corporibus quę sub sensum cadunt, inesse perspicerent; numeros quidem entia posuerunt, sed non seiunctos ab entibus, verùm illorum materiam. Etenim numerorum affectiones in concentu, cęlo, multisq. aliis insunt. Separabant illi numeros à rebus sensilibus quòd si in illis positi forent, cùm cæteroqui nullam habeant firmitatem, eorum scientiam non futuram: vult enim scientia de rebus permanentibus & æternis existere. Tùm etiam quia postulata non sunt de rebus sensilibus, verùm de ijs quæ mens iam conceperit. Sed videant isti qua machina euertant illud argumentum. Si numeri separati sint, quo pacto proprietates eorum in rebus sensilibus insunt. Hoc igitur vnum in rebus ipsis inesse rectè Pythagorei censuerunt: quia verò principium apud illos est numerus, siue vnum, & est substantia, cætera, vt quòd sit bonum, illi vni accidunt. Hoc verò principium, cùm multa caussarum genera sint, quemadmodum sit caussa, aut qua ratione respiciat bonum, ipsis auctoribus incertum est. Cæterùm de numerorum conditionibus & gradibus quia multa à doctissimis viris accuratissimè tradita sunt, neque admodum valent ad physiologię principia quam nunc persequimur, inuenienda, hilari fronte dimittentur, illud adnotabimus solum quod nesciuerunt ipsi distinguere id quod est prius ratione, ab eo quod est natura prius: numeri verò sola ratione,

Margin notes: a Proc. lib. 4. in Tim. — b Alex. 1. Met. T. 46. — c 5. Met. c. 5. — d 8. Met. — e 8. Phys. T. 46. — f 7. Met.

Margin letters: F, G, H

A ratione,non natura ſunt priores,& quòd numeri ſe habeant vt exemplaria falſum eſt; ſunt enim notæ duntaxat quibus naturæ proceſſus indicetur. Sed ſingulorum errores mox adnotemus, vt ijs pulſis certa rerum naturalium principia conſequamur. Et Parmenides ſanè ſenſuum iudicio de rebus ſenſilibus nimium derogat. Idem quoque peccat,dum ea pro principiis habet quorum ingenium eſſentiæ principiorum maximè repugnat. Oportet enim ſemper manere principia,rationemq. illorum in omni mutatione retineri, calidum verò & frigidum non ſunt eiuſmodi, ſiquidem conuerſio non reſoluatur in ea principia. [a] Tùm præterea nullus motus ſine affectione obiretur. Atqui docet Ariſtoteles multos eſſe motus qui non ſunt affectiones,& ab ipſis diſiungi queunt. Iam verò quòd ens vnum ſit, ideoq. cętera non ſint,ſed eſſe videantur; præter id quòd monſtrat Ariſtoteles non neceſſariò conſequi. ſi nil ſit præter ens, quòd ens ſit vnum, addemus etiam nos duo item entia ab eodem Parmenide poſita fuiſſe, id nimirum quod verè eſt,alterum quod eſt calidum (nanque hoc ſiue ignem appellabat ens,frigidum verò ſeu terrã non ens) atque id verè ens ponere cogebatur. Nam, ſi ens ad ſenſum ſic acciperet,quia ſentiretur, & à ſenſu ſic eſſe indicaretur; etiam frigidum,quia ſentitur, ens habendum fuerat, aut negandum ſentiri frigidum,quod ipſe non ens eſſe fatebatur: quod certè multò eſt ineptius. Ergo verè frigidum eſſe ponendum fuit. Itaque non vnum ens ſolum,ſed duo,atque illa quidem non ad ſenſum ſolum-
B modo,ſed reipſa ſtatuenda ſunt ex ſententia Parmenidis. Nunc ad Empedoclem. Ponit ipſe prima quattuor corpora quę cùm prima ſint,& (vt ipſe vult) abſolutè principia,neque in aliud,neque inter ſe commutari poſſunt, neque enim habent in quod reſoluantur. Nunc elementa proprias habent differentias,vt ignis calorem,aqua humorẽ quas ſic affixas vnumquodque elementum habet,vt alteri communicari non poſsint, aliter interiret elementum proprias differentias amittens. Cùm ergo mutatio qualitatum ſit affectio,ea verò fieri nequeat; profectò tolletur item affectio. Tùm etiam motus omnis exiſtit in vno ſubiecto viciſsim contraria ſuſcipiente. Sed non eſt hic commune ſubiectum. Neque igitur affectio. Et illud negare, quin elementa ſecum commutentur,valde importunum eſt; cùm ex aqua fiat aër,& ex aëre aqua,& terra conflagret,& id quod exuſtum eſt,in terram conuertatur. Adde his,quòd cùm opera conciliantis amicitiæ ſphęrus ſit ex elementis, amittuntur eorum differentiæ. Si ergo rurſus è ſphęro litis ſecernentis auxilio facta ſunt elementa;aut ex eo terra facta eſt quod anteà fuit itidem terra,aut ex eo quod prius fuerat ignis. Si poſterius dederit; & elementa inter ſe commutari poterunt. Si terram ex terra fieri velit; certè accipiet id cuius nulla cauſſa queat afferri,temereq. effutiet. Pręterea dubium eſt
C ſint'ne elementa ſphęro priora,an poſteriora: ac quidem elementi naturam oppugnat eſſe poſterius; neque tamen priora ſine vitio ſumi poſſunt. Siquidem verè elementum priusquã natura ſit id ex quo primo aliquid fit,& iñ quod vltimum abit. Sed dici non poteſt ſit'ne ſphęrus elementũ illud primũ primumq. principiũ; qñ & è ſphæro fiunt elementa, & ad extremũ reſoluuntur in ſphęrũ; neq; minus ita fiat,quàm ꝙ ſphęrus in elementa reſoluatur,& producatur ex illis. Dubiũ quoque eſt apud ipſum cuius'nam amicitiæ'ne, an litis ſit gignere & corrumpere. Nã lis è ſphæro producit elementa eadẽ,amicitia corrumpit in ſphærũ. Sed nõ minus à lite ſphęrus corrumpi videtur,& ab amicitia gigni. Rurſus poſtquam lite ſecernente genita ſunt elemẽta,ex ijs mixta fiũt amicitia coniungente,eademq. mixta intereunt & abeunt in elementa diſcordia diſsipante. Ipſe itẽ ordinẽ tollit è rerũ natura. Nihil dico de eo quòd nullum finem naturæ propoſitũ eſſe putat. hoc.n.poſteà videndũ eſt. Omnino non ſatis cõmoda principia ſunt elementa,cùm aliqñ neceſſe ſit illa interire. Quin etiam ſi in nihilũ nihil abit; illud prius erit in quod ipſa diſſoluentur. Sed ne nimis in longum exoreſcat oratio; his ero ſolùm contentus quæ admiratus Empedoclem cecinit Manilius, poſtquàm terræ formam,& ordinatos ſiderum motus propoſuiſſet ad contemplandũ.

D *Nam neque fortuitos ortus ſurgentibus aſtris:*
Nec toties poſſum naſcentem credere mundum,
Soliſue aſsiduos partus, & facta diurna,
Cùm facies eadem ſignis per ſecula conſtet.
Idem Phœbus eat de cęli partibus iiſdem;
Inde ſuos ſinuat flexus per crura pedeſque
Centauri, alterius rurſus aſcendere cęlum
Incipit, Arginamque ratem per apluſtria ſumma
Lunaque per totidem luces mutetur, & orbes,
Et natura vias ſeruet, quas fecerat ipſa:
Nec tyrocinio peccet, circumque feratur.
Aeterna cum luce dies, quòd tempora monſtrat
Nunc his nunc illis eadem regionibus orbis
Semper, & vlterius vadentibus ortus ad ortus,
Occaſumue ortus cęlum, & cum Sole perennet.

[a] Prædic. c. de motu.

Et illud

Et illud perpetuò spectandum in omni constitutione principiorum, ne aliorum ratio supponatur, & ne commutentur. Nam sic primum quoddam subsit necesse est circum quod mutatio fiat. Itaque videant ij qui noua rerum principia posuerunt, quin potius ea quæ longo rerum vsu repudiata sunt, quàm commodè sua placita tueri valeant. Platonis auctoritas multa flagitat quę dicantur. Nanque ipse Ideas introduxit de quibus longa disputatio futura est. interim illa repetantur quæ de altero principio quod mutationi subijcitur, ab eo decreta sunt. Is duo constituit loco materiæ, cùm ad patiendum satis sit vnum. Idem quoque contraria posuit vt subiectum quæ prædicati locum occupare debuerunt. Idem, aut non distinxit à materia priuationem quæ distinguenda erat, aut non cognouit, aut tanquam maleficij caussam neglexit. neque enim meminit de priuatione. Neque priuatio, tanquàm maleficij caussa negligenda fuit, cùm sit caussa appetitus in materia quò excitata properat ad formam. Illud etiam Platoni vitio vertitur, quòd cùm duos ipse numeros statuerit, vnum idearum, atque alterum mathematicum; non posit docere, quemadmodum, nec ex quo constet numerus mathematicus. Medius enim est, inter numerum idearum & numerum qui positus est in rebus sensilibus. Quòd si respondeat ipsum ex magno, & paruo constare, ab eo qui formarum est, planè non discrepabit. Dicet fortè aliud esse magnum & paruum quia magnitudines item censet esse principia, sed tùm plura elementa inducet. Dabit fortasse vtrorumque vnum esse commune principium. Atqui docendum fuit, quemadmodum ex vno multa euadant: ipse verò non alium modum docet, ac quòd numerus ex vno & duernione infinito procreatur. Erit etiam violens magni & parui separatio, cùm ad vnum cuncta suaptè natura vergant. Ita cùm hæc principia rerum naturæ aduersentur, & eius viri sententias euertant, planum est Platonis opinionem de rerum naturalium principijs & elementis esse explodendam. Posset Pythagoreorum placitum sine offensione prætermitti, quòd illorum principia quærunt quæ ab omni motu soluta liberaq. sunt; nos autem mobilia tractamus. præterea quòd nihil certi colligitur ex aliorum scriptis quod ad earum positionum vim percipiendam valeat. & eorum philosophia iampridem obsoleuit; cùm tamen hæc aliquid ad Peripateticæ doctrinæ explanationem faciant nonnulla libare constituimus. Ipsi igitur pręter id quòd sensilibus principia sensilia non adhibeat, accipiunt numeros qui nulla grauitate, aut leuitate sint prædití. aut igitur grauium leuiumq. corporum & omnino sensilium principia non sunt, aut cum eos cęli elementorumq. principia faciunt, aliud cęlum aliaq. elementa, quàm nostra accipiunt. Neque enim fit apud illos quippiam ex non ente, neque igitur ex non graui graue. Nanque nondum perspecta erat vis potestatis & actus (siquidem primus omnium hæc nobis monstrauerit Arist.) [a] ex quo efficitur, vt ex non ente quippiam fieri posit. Et quamuis ab Aristotele conclusum sit cęlum non esse neque graue, neque leue, vnde nil referre videretur, quòd cęlum cōponeretur è numeris qui neque graues, neque leues essent; & terram quoque ipsi ponerent quæ in orbem volueretur; ea verò quæ sic mouentur, neque leuia, neque grauia sunt. Tamen hæc ignota fuerunt antiquitus, & cęlum aut leue, quòd omnibus emineret, habitum est, aut quòd impetus innatus ad motum, seu quietem illis denegari non potuit, cuius auctores esse numeri nequiuerunt, cùm ab omni impetu per se liberi ponerentur. Præterea ponunt numeros esse substantias, & tamen de illorum genere constat esse quæ substantię comitantur & illi solent attribui, quandò cuiuspiam rei numerus est, vt hominum, aut equorum. Insuper erit prius vnum quàm bonum, immò si vnum principium & vt ipsi aiunt, essentia ex eo quòd vnum, bonum quoque sit necesse est. Atqui nō idcirco, quòd vnum est, bonum est: sed ex eo, quòd primum est & æternum, seq. ipso contentum, quòd in se satis præsidij habet, salusque est, & ex eo denique, quòd bene constitutum sit & affectum, hoc verò, quod ita se habet, vnum est. aliter efficeretur, vt vnum à ratione boni segregatum esset principium numeri mathematici. id verò dicere non licet: cùm ex hoc vno mira bonorum coniunctio nascatur quæ in quaque specie perspicitur. Quin etiam si substantia foret atque principium, in aliquod genus caussæ referretur. neque sanè est forma, nam forma rationem complectitur, numeri verò sunt materia rationis, vt tria & sex proportionis materia sunt: proportio verò est habitudo trium ad sex. & cùm forma, finis, efficiensq. conueniant, si non est forma, neque itē efficiens, aut finis esse poterit, sed materia solum. Nec non apud eos incertum est, sit ne vnum caput numerorum, an potius vnū ex numero producatur, & vtroque modo nascuntur absurda. Nam si vnum ex numero ducat originem, cùm ex contrarijs quodammodo pullulet, nimirum ex non vno quorum si vnum bonum est, alterum malum sit oportet: inde effici vt malum cōtineat. aut ergo vnum bonum non erit, aut ex numero non orietur. Neque verò vt ex materia quæ malum sit; quippe quòd vbi quidpiam ex materia fiat quæ imperfecta quędam res est; etiam necesse sit, aliquid aliud perfectum præstò esse à quo producatur. Non possunt item multa fieri ex vno. neque enim permixtione, quia sic plura essent; neque compositione, quoniam si res fuerint, situm eas habere oportebit; in mente verò vna multa & vnum concipientur, nempe plura quæ coëant in vnum. Adhuc ea quæ fiunt ex alio, siue fiant ex contrarijs, siue ex subiecto, necesse est ex aliquo vt super-

[a] 1. Phys.

A vt superstite fiant. Ita quoque numerus producetur. nec principium igitur. Et quod illorum sententię caput est, numerorum vires potestatemq. maximam faciunt. Sed hæc aut non necessaria sunt, aut multò prius rerum numeratarum virtute tribuenda sunt. Neque sapientis iudicio dignum. siqua perfectio conueniat numeris, quatenus numeri sunt, eam ad res ipsas numeratas continuò traducere. Magna quidem vis est senarij, quòd varijs modis resoluitur & cõfiguratur. Num qui sex filios habet idcirco præstantior erit eo qui nullos habet? Hæc non iniuria maiores nostri despexerunt, quòd lubricis admodum fundamentis nil perspicerent. Itaque ea missa faciamus & ex ijs quæ collegimus de placitis antiquorum fructum Aristotelico more metamus. Omnes enim puerorum instar naturalis philosophiæ principia balbutierunt, vnum & contraria ponentes, quæ in eum sensum sic accipienda esse ratio dictat, vt vnum sit contrariorum subiectũ in quaque mutatione permanens, & reliqua duo contraria quæ de illius subiecti possessione certent: horum vnum quod perfectius esset ens vocabant quod formæ respondebat, alterum quod erat imperfectius non ens quod idem valebat, àc priuatio. Sed cùm ex ipsis aliqui sensilia magis obseruarent, nonnulli ratione priora persequerentur; in eo discreparunt, quòd illi principia magis sensilia receperunt, vt calidum & frigidum, siccum & humidum. alij contrà minus sensilia, & B quæ rationi soli cognita forent, vt litem & amicitiam, par & impar, aliaque contrariorum iuga quibus ipsi principij conditiones conuenire magis putarent, aut quæ magis eorum mentis acies, eruditio, siue experientia consecuta essent. Nam calidum & frigidum aliqui fecere principia quæ magis entia credebant, quippe magis sensilia quàm humidum & siccum aut rarum aut densum. alij contrà litem & amicitiam quæ magis à sensu distarent, ideoque priora secundum rationem, quàm par & impar, plenum & vacuum, magnum & paruum. Itaque in eorum constitutione quædam analogia spectabatur, & quanuis sententiæ dissimiles essent: neque simpliciter eadem principia ponerentur; extabat tamen aliqua similitudo, cõuenientia, atque consensus à quo nec tot sapientum auctoritas, nec rerum natura patiebatur philosophũ aberrare, & generale quoddã inuenire quod omnes, cùm perspexissent, aut approbarent, aut tanquam non repugnans, neque ipsi reiicerent. Subiectum scilicet quod posset vtraque contraria vicissim capere, & contraria, vnum ens & formam, atque alterum priuationem quæ omnia forent fons & origo motus naturalis eo modo qui posthàc describetur à nobis. Libet hoc loco parumper digredi, & ex dictis iudicare progressum methodi Aristotelicæ in rerum naturalium principiis euoluendis. Nam cùm ab initio significasset innatam esse nobis viam, vt à notis nobis ad ignota nobis quæ sunt princi-C pia, tenderemus, vt ijs perspectis illa per se notescerent quæ tametsi nobis nota, per se tamen erãt ignota. Nunc cùm ab antiquorum placitis, tanquàm à notis nobis exorsus fuerit Aristoteles, & eorum auxilio principia vestigauerit; ea verò cognita confirment illa nota nobis vnde orsi fuimus, & efficiant illum rationis gyrum quem regressum vocant; quærat quispiam, quemadmodũ id præstet Aristoteles. Etenim veteres principiis contraria tribuebant; ex hoc conclusum prima contraria esse principia. Idem quoque via motus contraria principiorum conditiones esse docuit: vbi regressus? An ita procedemus, sicut iubet Aristoteles in ea ratione qua primum ex eo quòd planetæ non scintillent, coniicitur eos esse vicinos; mox ex eo, quòd propè sint, non scintillare, vbi subiectum planetæ, medium cum prędicato commutatur. Ita cùm veteres suis principiis aëri, aquæ, igni, atomis, & reliquis contraria tribuissent: hoc sumpto Aristoteles ex definitione formali terminorum struxit prosyllogismum in quo medium esset huiusmodi. Non fieri ex aliis, neque alia ex ipsis. Itaque cùm essent eiusmodi prima contraria, efficiebatur, vt ea principia statuenda forent. Ergo contraria prima erunt principia. Quocirca forma, priuatio, & materies (hęc enim cum contrariis hic numeranda est) erunt principia. Cùm igitur ex principiis ad contraria D deducti fuissemus ab antiquis; Aristoteles terminis commutatis ex contrariis à priori principia conclusit. Deinde cùm venatus esset ex motu contraria, tanquam principia, regressum neglexisse videtur: attamen & fieri poterat, quòd contraria forent caussæ motus. Igitur & forma & priuatio & materia caussæ motus habebuntur. Quamobrem hactenus continentur duo progressus. Sed ille tertius quo ex vniuersali progressu colligitur specialis in quaque re pertractanda; nimirum, quòd cùm hæc sint principia substantiæ naturalis & motus, ex ijs quæ in quaque re sunt nota nobis, inuenienda propria ipsius principia quibus cognitis quæque res per seipsam ignota per caussam perspicua fiet, & in hoc posita erit scientia naturalis. At verò ne discedam à proposito quod in hoc primo libro instituimus, vt generatim principia nostræ methodi constituerentur in quibus etiam reponitur motus, & hoc loco de illius notitia disseramus.

Vt motum esse perspicuum sit, & explicatur eius cognitio per accidens. Cap. XXIX.

COMMODVM verò dicendorum exordium inde sumetur, vt ex pręcepto dialectico statuamus an'ne sit motus. hoc enim ex ijs quæ siue prænoscenda, seu quærenda occurrunt,

primum sese offert, & nisi ante alia constituatur, frustra cætera quærentur. Quoniam verò motum esse scire contingit bifariam; primum quidem ex euento & per accidens, vbi scilicet sensu cõstet, atque inductione confirmetur: quo pacto nota statuuntur strata cuiusque methodi, vt inde reliqua de illis, tanquam nobis omnium maximè perspicuis ostendi queant, tale enim est subiectum & stratum, quod statuitur esse in quaque scientia, vt sit manifestissimum, non quidem natura, sed nobis: vsque adeò, vt etiam superet axiomata in eo genere cognitionis; neque enim sine subiecto concipi possunt, & ita vsurpantur, vt ad certum genus contrahenda sint. Deinde verò contingit scire motum esse etiam per se; hoc autem euenit, vbi confecta definitione in ipsius rei caussis rem esse nouimus, velut in interuentu terræ labores Lunæ ea methodo quam Græci vocãt circulum, nostri veror regressum. Sed quoniam necesse est, vt res ipsa per accidens notescat priusquam per definitionem; ita & motum se habere asseueramus, vt de eo, quòd ipse sit aliquid, nulla possit esse dubitatio, nisi planè sensu careamus: nec vllus vnquam fuerit, aut admodum pauci, qui motum expulerint è theatro Naturæ; ac præter eos, qui vnum id quod esset, ponebant, atque illud quidem immobile; Parmenidem, inquam, & Melissum, eorumque sectatorem Zenonem (si Hippocrati, Aristoteli, Galenoq. credere dignum est) quos ob id è numero naturalium philosophorum expunctos fuisse scimus, qui etiam non omnino motum euertebant; sed ab eo quod esset, quod verum appellabant, in eo quod dicebant secundum opinionem principia ponentes affectionis calidum & frigidum; omnes ita compertum habent esse motum, vt illo tanquam sensus ope notissimo, & per inductionem constituto principio nostrę cognitionis in intima scientiarum penetralia nos manuducant. Nullus etiam est animi nostri habitus ad quem quoquo pacto non pertineat motus: nam mitto nunc artẽs illas quas effectrices appellant quæ cùm relinquere debeant post operam aliquod opus, exercentur omnes per motum: practicæ item quæ solum se habent in operam, nil ab actione relinquentes in extranea materia, sunt & ipsæ quidam motus: atque ita denique peruagatur, vt τὸ γίνεσι, idest fieri, quæ species est quędam motionis ab omniũ exilissima arte Analytica receptum fuerit; neque minus fortasse rarò vsurpatur à mathematicis, quanuis immobilia pertractent, dum problematicè res mathematicas expediunt: sic etiam dum ex fluxu puncti lineam statuunt, aut ex conuersione quadranguli cylindrum; proinde, inquit, Aristot. [a] οὐδὲ μαθηματικοὶ πλαστικοὶ τὸ γίνεσι. Quin & ipsæ scientiæ, quarum numerus est in veri perspicientia versari, vel vtuntur motu, vel saltem aliquam ipsius speciem pręseferunt; dum aut via motus principiorum notitiam sibi parant, aut tractant motum, aut separant à motu, aut demum procedentes à noto ad ignotum, quod fit cogitando, aut vero falsum commutantes motum experiuntur; hoc quidem omnibus scientiis commune est. Illud etiam primum, quandò nulli scientię negatus est vsus sensus & fabrica inductionis, cuius stratum est materies ipsa sensilis in qua motus inest, vt ab ea separari non possit, vt neque etiam in illa animi opera quæ rudior est; abstrahi queat à motu, & à proprietatibus quæ sibi sunt affixæ. Proinde omnis inductio est de rebus physicis: & quanquam altior aliquantò est opera mentis illius quæ tractat res mathematicas, atque diuinas, veruntamen origine posterior; flagitat tamen quacunque ratione motum. Quare cùm Geometer ostendere vult angulum externum trianguli æquum esse internis, aut lineam pedalem; describit in abaco notas quæ lineas imitentur; & lineæ imaginem quandam exponit, imago autẽ sensilis est. ita sensum adhibet, & vtitur motu. Tale declarandi genus ἔκθεσις, idest expositio vocata est, non dissimile ab inductione naturali; nisi quòd id quod est hic sensile, accipitur vt nota quædam quæ res ipsa est in physicis. Mathematicæ igitur atque diuina, licet versentur in rebus quæ seiunguntur à motu; tamen eas aliter ferè concipere nequeunt, quàm per motus priuationem. Sic pertentat motus omnes scientias. Sed hæc fortasse plura quàm postulet hic locus. Vnum illud nobis modò constitutum sit; quia tam latè pateat motus, & à nulla re sensili seiungatur; omnium rerum quæ nobis occurrunt, esse notissimum. Quanuis autem natura comparatum sit, vt priuatio sit ignotior habitu, quies autem, si non omnis, at illa quæ secundum naturam est, sit tanquam habitus, eiusq. priuatio motus; quippe quòd ea sit natura prior, ac perfectior, cùm motus omnis dirigatur in quietem, eiusq. gratia sit institutus: attamen illa notior est motu eo genere cognitionis quod est secundum naturam, at nos de notitia motus hic agimus quo ad nos: qua certè motus superat quietem, speciem imprimens efficaciorem sensibus nostris, dum propter natiuam successionem, aut nouas res obiectas, aut antiquas nouis modis assiduè ponit ante oculos. Idcirco motus in ea cognitione quę spectat ad nos, tanquam habitus existimandus est, quies autem vt priuatio. Quapropter motum, non autem quietem scientiæ & artes vsurpare solent. Neque illud obstat, quòd etiã quies sit naturalis; quippe ꝙ natura sit quoque quietis origo non minus q̃ motus: nã magis sic naturalis est motus; quia magis adiuuat methodũ de natura, q̃nquidẽ methodus nõ modo res ex ordine tractat, verumetiã accõmodat addiscentiũ mentes, ob eamq. caussam minus corrũpit methodũ naturalẽ ille quidem qui tollit à substãtia naturali quietem, vt fecit Heraclitus quã is qui tollit motũ, qđ fecerũt Parmenides & Melissus.

[a] Lib. de nat. an.

Eadem

A *Eadem methodo motum naturalem esse demonstratur.* Cap. XXX.

CÆTERVM vt perspicuum est motum esse, ita dubitatum fuit ab antiquis philosophis
esse motum quempiam naturalem; quare etiam, postquam visum est hactenus esse motũ,
eodem exemplo disseramus de motu naturali,eoq. potissimum,quod ipsius caussæ præcipuè no
bis indagandæ sunt; ita enim postulat bene instituta methodus in qua semper exordiendum est
à notioribus nobis: huiusmodi autem est motus naturalis, si cum cæteris conferatur. Et quan-
quam id eadem via constare potest qua monstrauimus esse motum simpliciter: nanque & eui-
dens est aliqua suopte impulsu moueri, siue ad locum, siue etiam ad quantum, aut quale; nan-
que eò pertinaciter vergunt,quò concitantur, nec ab eo sese continere possunt, & ex eiusmodi
progressu perficiuntur,neque violentiam vllam adhibet motor ad id,vt ea propellat, quod qui-
dem naturalem motum, à non naturali seiungit, & id sine aliqua probatione sumpsit sæpissimè
Aristoteles, [a] quasi nobis perspicuum sit: interturbant tamen nos antiqui philosophi Democri- [a] 2. Phys. T:1.
tus & Empedocles qui tametsi motum agnouerunt, & concessere quietem; nihilominus quietis,
& motus quę nos naturalia facimus,talia principia statuerunt quę longissimè distarent à natura,
vnde motus hic naturalis appellatur, vt vim & casum: ideoq. Aristoteles in illos inuehitur, &
B inanem illam opinionem funditus tollit, ac monstrat esse motum naturalem, licet dubium sit de
progressu Aristotelico,quantum pertinet ad huiusmodi theorema nonnullis existimantibus hoc
bis ab Aristotele fuisse tractatum, cum 1. tum etiam 3. de cœlo, atque item à priori, vt aiunt,
& ex caussa fuisse conclusum. Quanuis etiam non mediocrem scrupulum per seipsum inij-
cere debebat,quòd conclusum aliquando fuisset in physica methodo,cùm sit ratio & forma stra-
ti physici; ita vt magnam efficere posset admirationem in Aristotele, ne fortè suum teneret insti-
tutum,nisi diceremus,aut ipsum obliquè concludi, vt ita dicam, quia scilicet diluamus rationes
contra ipsum allatas, aut per redargutionem,licet enim vtroque modo exagitare illos qui prin-
cipia scientiarum oppugnant,& dialecticè disputationem inire, & ad obiecta respondere, modò
ex eiusdem scientiæ principiis originem trahant; aut etiam si ostendatur esse coniunctum, non
autem separatum. verbigratia,quando considero motum naturalem, ipsum bipartitò concipere
possum; simpliciter quidem,& vt separatum,veluti ascensum ignis qui sanè naturalis est,sed non
considero ipsum cum hoc attributo. possum etiam considerare motum illum ipsum, quatenus
est naturalis; ac priore quidem modo dubium non est motum à physico non posse tractari.quid
C enim assumeret quod ipso notius esset? cur etiam non periclitaretur,ne fortè stratum sibi consta-
ret quod sine vlla ambiguitate ponendum est? tanto minus existimandum est motum naturalem
à priori posse monstrari: restat igitur,vt solum coniunctum concludi queat, & ita etiam dicimus
1.Physic.conclusum fuisse, non quidem esse principia separatè, nec materiam, aut formam esse
seorsum,sed totum hoc,materiam & formam esse principia. Sed veniamus ad ipsum Aristotelẽ
qui illo nomine vexat antiquos,quòd varia motionum principia ponant,atque diuersas à natu-
ra caussas reddant motus & quietis quam nos dicimus naturalem: hi quidem aut quietis terræ
motum cœlestem caussam facientes,aut infinitas radices quibus ipsa innitatur, aut reliquorum
corporum auctorem casum & fortunam, vel etiam animum mundi, & omnino caussas præter
naturam & per accidens. Ideò & particulatim & vniuersè huiusmodi sententiæ confutatæ sunt
ab Aristotele. Quoniam verò de hisce causis aliàs agendum est sigillatim, de ipsis generatim
nunc pauca quædam disseramus,& quantum sufficit ad id cognoscendum, quòd sit motus qui-
dam editus à natura. Etenim si est caussa præter naturam, aut per accidens,etiam necesse est ali-
quam esse caussam per se & naturam,præterquam ea sit caussa quæ præter naturam nuncupatur.
ita cùm casus & fortuna sint errores naturæ, etiam naturam præcessisse oportet à qua excidat
D agens id quod agendo peccat: atque hoc tantò credibilius est,quantò etiam res omnes ad id quod
præstabilius est,ab agente certo dirigi,& per seipsas tendere videbuntur.Nam & id quod mouet
per se, bonum appetit quod alij communicet, & quod per se mouetur bonum sibi ipsi cupit:
hoc autem est natura quæ perpetuum ordinem obseruat, nisi quippiam obstet, vel extrinsecum
quod naturæ cursum impediat, vel materia quæ non possit capere tantam perfectionem, quan-
tam ipsa forma, siue agens tribuere posset: ex quo constituitur ab ordine: atque adeò, vt ordo
rerum sit natura ipsa: eaque sit caussa motuum quorundam qui naturales ab ipsa dicantur: ex
quibus concluditur esse motum naturalem, quia sit caussa quædam illius motus quem naturalẽ
vocamus. ea vero caussa vocetur natura. Sed etiam multò ante sic argumentatus fuerat Aristo-
teles auctoribus. quibusdam. Natura est principium & origo motus, & status eius in quo est per
se. Corpora naturalia naturam habent, Ergo habent principium motus per se qui cùm sit à na-
tura; iure optimo erit naturalis: eoq. signo probetur id quod propositum est, quòd vtitur Ari-
stoteles particula quæ notat caussæ redditionem. Vnde ex his atque aliis huiusmodi persuaderi
possit quispiam ab Aristotele conclusum fuisse, motum naturalem esse qui est scopus methodi
naturalis: neque id solùm communiter, verumetiam à priori & ex caussa, postquam ordinis

caussa, & principium motus intrinsecum in mobilibus esse constat quod vocamus naturam. E
Verumenimuerò, si diligentius hæc omnia perspiciamus, aut videbimus coniunctum fuisse conclusum, nimirum motum quendam esse naturalem, ita vt verbum illud, esse, sit apprædicatum, non autem separatum, vt scilicet motus naturalis materiæ subiectæ locum in propositione retineat, & esse sit prædicatum, aut etiam tale orationum genus in dialecticis facile numerabitur. Nam quantum est de primo illo rationum ductu qui petitur è 3. de cœlo, cuius perspicuum esse potest effici coniunctum, non autem separatum. Quod verò pertinet ad posterius argumentum quod legitur in 1. de cœlo, facit; quominus ego credam nihil in illo explicari quod sit natura prius, aut notius quàm id quod effectũ in conclusione fuit. Natura enim à nobis intelligitur ex principio motus, & per motum declaratur, & agnoscitur in iis quæ habent hunc motum per se, quemadmodum suprà diximus. Accedit eodem, quòd Aristoteles adscribit vocem illam (aimus) vt reddere censeatur rationem potius eius, quòd dixerit corpora naturalia esse per se mobilia, quoniam per se mobile idem est quod naturale. Nam quicquid est per se mobile, habet principium motus, & quia naturale habet naturam, hæc verò est principium motus; idcirco per se mobile est naturale. Ac si conferantur hæc secum, per se mobile, & naturale; per se mobile prius est & notius quam naturale: quamobrem accipitur in definitione naturæ, quòd proximè F
significatur à per se mobili principium motus per se quod est ipsa natura. Atque corpora naturalia esse per se mobilia, id quod accipit in eo loco Philosophus, ita notum est, vt vsurpetur, ab eodem ad persuadendam naturę definitionem. Et ita creditum hoc fundamentum in tota physiologia testatur ibi Simplicius, vt tanquam à priore natura, simulq. notiore nobis ea concludantur quæ deinceps à philosopho in illa methodo afferuntur. Nil enim motu notius est, & nil prius quàm ipsius principium. Et quanquam adest particula quæ notat caussam, dicimus eam vsurpari tantum pro caussa illationis, vt alibi frequentius, & ex illa duci quoddam argumentum à casibus & coniugatis, ex quo intelligamus idem esse per se mobile & naturale. Quamobrem, vt multa conferamus in vnum; motus naturalis qui futurus est materia nostræ tractationis, atque idem physicæ methodi subiectum est, quia scilicet rei tractandæ ratio, nullo certè modo demonstrabitur, sed esse comperietur sensu & inductione. Atque ita ex Arist. præcepto statuetur.

Tractatur alterum genus cognitionis quod est per se, & docetur, vt illi motus subijci possit. Cap. XXXI.

DE cognitione illa motus quam per accidens appellamus, satis anteà dictum est. veniendum G
esset nunc ad alteram eius cognitionem quæ per se est, & ex definitione comparatur, vt nihil in hac methodo cui propositus est motus, certius quàm ille teneretur. Sed illud vnum difficultatem nobis affert, quo pacto motus notior ex sua definitione reddatur. Itaque hoc præsenti capite peragetur: Caussa verò quæstionis est, quandoquidem ex iis, quæ sunt nota nobis, quædam, & si perspicua sunt, tamen prætereà per caussas suas, quæ per demonstrationem, aut definitionem explicantur, certius possidentur; velut eclypsis Lunæ quæ quidem sensui constat, & noscitur à nobis; sed tum præclarè cognoscimus esse eclypsin, cùm intelleximus eam ab interuentu terræ proficisci, sed enim longè secus se habent calor & frigus; quandò sunt ita nobis perspicua, vt siquis illis aliquam lucem afferre conetur, nihilo plus agat quàm si facem in Sole accendens, excutere velit tenebras; & vt Quintiliani verbis vtar, tam sit stultum quàm in clarissimum Solem mortale lumen inferre. inter hæc est motus, vt eius definitio nullum in hac cognitione lumen allatura videatur. Vanum'ne ergo est officium definitionis? absit. Propterea distinguendum de illis est quæ nobis nota sunt, bipartitò. aut enim caussas habent, aut ipsis vacant.
Vbi caussa vacent; præter id quòd semper & vbique rem sic se habere experimur, & quod olim H
nuperúe extitit, nunc etiam est; ex quo facile creditur. Ita vnum ex altero aptum nexumq. est, vt altero posito alterum consequi & existere videatur, & vnum in altero, consequens in antecedente quodammodo elucere, aut sese vicissim inferre, vt pater & filius, totum & pars quæ inter se ponunt, & ita cohærent, vt alterum in altero planè cognoscatur: nec vlla oppositi suspicio de tali copulatione nobis incessat. hîc solus sensus plenam præstat cognitionem, quòd sint, nec vlla caussa ratioúe flagitatur, idest, mens nullam aliam machinam requirit, quàm sensum, solaq. inductione contenta est. Talis est notitia fidesque profatorum. Itaque optimè ad hæc adhibetur genus illud inductionis, quod demõstratiuũ dicitur, quod à dialectico præter cætera differt, quia continet ea quę arctissimo essentiæ vinculo connexa & cõstricta sunt. Vbi caussas habeant, ea cõstant ex duplici natura: altera quidem sensili, per quam vel olim fuere, vel nunc existunt, & certo quodam tempore locoúe cõtinentur, atque altera, per quam sunt in vniuersitate rerum, illius sensus iudex est certissimus, vt facultas alia nulla postuletur quę de ipsa iudicium ferre possit, dummodo secundum naturam se habeat & cętera quæ requiruntur ritè sint affecta. Veruntamẽ id nõ satis est ad firmam stabilemq. notitiam propagandam, quia siue ex obseruationum defectu,

seu

A seu quòd res ipsa sit reconditior, & hæsitamus in eo quod appareat, & dubitamus adhuc, an res ita perpetuò se habeat, an potius ex euento. huc non peruenit sensus; sed eget auxilio rationis ita rem euoluentis, vt eius caussas, vel per demonstrationem patefaciat, vel definitione significet, in earum verò significatione scientia quæ constans est & certa cognitio posita est. Verùm fac rem sic vrgere sensum, vt nil tenacius hæreat, quod de calore & frigore confitemur, atque item valet in motu, sensus ostendit hæc esse planè, vt nihil vltra deposcat animus ad id credendum, quod ipse repræsentauit. Sed cùm pars insit in re quę declinat impetum sensuum, opem definitionis implorandum est, cuius beneficio notescat. Quòd si definitio tunc accesserit, non propterea redundat, aut vim sensus obscurat, siue inanem efficit: sed vtrique in suo ipsorum officio manent, neque enim definitio certiores nos reddit, quòd sit res eo modo quo rem esse nobis sensus indicauit, neque magis quàm fecerit sensus: sed illud efficit solùm, vt alter ille modus quo res est simpliciter, qui sub mentem cadit, nec sensui sese obiicit, & ob id ignotus est, planus perspicuusq. reddatur. Et illud est quod ex hypothesi manifestum dicimus esse motum: ita enim manifestus est, vt etiam definitione declarari possit, & confirmari demonstratione. nam sensui quidem perspicuus est, per se verò ignotus. & ea est illius euidentia quæ valeat quidem ad methodum naturalem dirigendam; sed ad plenam rei notitiam non sit satis. quippe quòd tum B exactè noscatur, vbi speciatim per proprium subiectum, per suas caussas, & sub certa conditione percipitur. Ex motu cognoscimus esse naturam, sed cum & motus & natura, quantum est de rudi hac & inchoata notitia quæ per accidens est, satis perspecta sint, accuratam eorum tractationem methodus physica postulat quam his commentariis instituimus. huc igitur mox oratio nostra conuertetur: nam de munere methodi naturalis abundè tractatum esse arbitramur.

FINIS LIBRI PRIMI.

FRANCISCI BONAMICI

PHILOSOPHI FLORENTINI, IN PISANO GYMNASIO PVBLICE PROFITENTIS.

DE MOTV

LIBER SECVNDVS.

DE MATERIA, ET EO QVOD EFFICIT MOTVM.

Diuiditur ens in actum, & potestatem, vt in motus definitione sumitur. Cap. I.

ACTENVS illa constituta sunt quibus ea pars physicæ methodi comprehenditur quæ continet modum sciendi, τρόπον ἐπιστήμης vocat Aristoteles. Nanque eius principia more mathematico posita sunt; dictum quoque est quibus terminis definiatur, qua via, quoúe ordine tractetur; expositum est item quid discriminis, affinitatisúe habeat cum reliquis methodis: & veterum sententiis breuiter confutatis motus auxilio sensus acceptus, ad cuius naturam hic omnia forent exploranda; & eius rerumque naturalium prima principia præmonstrante Aristotele sumpta materia nimirum, forma & priuatio, quæ nos omnia, veluti fundamenta proposuimus quibus vniuersa hæc de motu disceptatio niteretur. E
Quare consequens est, vt mox ad euoluenda motus elementa conuertamur; huius verò instituti ratio posita erit in quatuor partibus. Nam primo loco motus ipse per se spectabitur. Deinde explicabitur quemadmodum pendeat ex suis principiis materia primum & efficiente. ex his, vt aptus sit ex forma & fine. Mox ea quæ de motu generatim disputata fuerant, in suas partes speciesq. digerenda. In quo item præceptorem nostrum conabimur imitari qui in ijs explanandis quæ sunt ad vnum, iubet etiam nos persequi species nec tractationi communis acquiescere, quæ
[a] 1. de An. sic exponentur, [a] vt ordini naturæ quantum licuit, consultum fuisse videatur. Ab ipsius verò motus definitione exordium ducere constituimus. Nam, præterquam quòd motum esse certissimè constabit: cùm intellectum quoque fuerit, quid est illud de quo differendum est; tùm opportunè poterunt expediri difficultates quibus natura motus, eiusq. attributorum implicita est quæ propemodum infinitæ sunt: tùm etiam quia non sine motu vis naturæ probè teneatur, eo luculenter explicato natura ipsa prorsus patefiet, in qua item illa clarissimè apparebunt quę natura constant, quorum notitiam quærimus; hæc enim prima sese nobis offerunt pellentia sensus, & sui cognitionis cupidinem nobis incutiunt quam adepta caussarũ cognitione paramus, caussæ verò sunt ipsa natura. Quòd igitur ea quæ naturam habent, non sine cognitione naturæ consequimur; natura autem motu non perspecto ignoratur: ab eius definitione principium tractationis nostræ capietur. Ita verò definitur motus. Actus eius quod est potestate, quatenus potestate, quę sanè oratione, maiore qua fieri potuit, breuitate natura & essentia motus explanata est. Sed hoc patebit melius, si particulæ quę positæ sunt in ea definitione dilucidentur. Postulant verò antè alia generalem partitionem eorum quę sunt; ea verò fit pluribus modis: etenim quandoque distribuuntur in figuras dictionis, & decem prædicamenta; in vnum & multa, aliaq. generis eiusdem; nec non in potestatem & actum; ea methodo (ni fallor) quod secatur in res, aut accidẽtia, vel modos: & in res quidem, vel secundum naturam, vel quo ad nos nobis notiores sunt figuræ dictionis. Illa entis diuisio, eaq. prior quæ fit in res, quippe quòd accidens & modus accedant rebus & sint & re & cogitatione posteriora: alicuius enim rei modus est; & accidens accidit alicui, sed & earum prima, quæ fit in actum, & potestatem; quando hæc sunt generalia principia F

cuiusque

A cuiusque prædicamenti. hanc nos in præsentia persequemur. Sed quemadmodum ea facienda sit, licet ab Aristotele indicetur, non facile est explicare propter varietatem scripturæ quæ item teste Simplicio perpetuò vexat tertium phys. Videntur enim tres lectiones obseruatæ ab antiquis interpretibus. Prima quidem quæ sic habet. Est aliquid quod est actu solùm (est verò actu quod est nunc id quod est, vt ego qui nunc scribo) alterum quod potestate. hoc verò tale est: quoniam etsi tum non est, erit fortè aliàs, vt quòd ego qui nunc sum niger, aliquando sim canus. Deinde reperito eo quod est, secundam eius distributionem fieri in substantiam, quantum, quale & reliqua; quæ certè, etsi rei naturæ conuenire prima facie videtur, tamen è verbis Græcis exprimi non potest. Siquidem vbi partes alicuius communis inter se confundantur [a] repetitio singularum oppositionum per quas illud commune secatur, à communi facienda est. veluti quoniam ex mortalibus quædam ratione vtuntur, nonnulla sunt rationis expertia; atque ex ratione vtentibus aliqua mortalia sunt, & alia perpetuò viuunt: idcircò non licet ita diuidere animal aut mortale est, aut immortale. rursus mortale aut ratione vtitur, aut caret. Neque etiam sic animal ratione vtitur aut caret. Deinde ratione vtens, aut est mortale, aut immortale: sed bis animal repetere oportet; & bis diuidere per vtranque oppositionem; & bis ab eodem capite singularum oppositionum membra arcessere hoc modo. Animal aut ratione vtitur, aut caret. Iterum idem

[a] 1. de par. an. c. 1.

B animal aut mortale est, aut immortale. aliter generum diuersorum & quorum vnum alteri genus non est species & differentiæ forent eædem contra præcepta dialectica. sic in re nostra factum esset, ideoq. cum rerum natura fortè congruenter; sed tamen, vti dictum est, è verbis Græcis elici non potest ea distributio. Nanque apud interpretes Græcos, Alexandrum, Themistium, & Simplicium sic scriptum comperimus. [Hoc est actu solum, illud potestate & actu] quibus verbis distinguitur primo loco id quod actu solum est, ab eo quod simul est potestate & actu. Deinceps membri posterioris partitio subsequitur in substantiam, quantum, quale, & reliqua genera communissima. Apud Porphyrium verò sic legitur. [Hoc est actu solùm, illud potestate] facta primùm diuisione bimembri, deinde [& actu] quo diuidatur id quod est actu in substantiam, quantum, quale, & quæ sequuntur. In quibusdam verò codicibus parùm differenter ab hac secunda, dimissa illa particula [& actu;] veruntamen, vt eiusdem posterior diuisio facta sit, cuius facta est apud Porphyrium. Cæterùm in primam illam lectionem inuehebatur Porphyrius; quia sic diuideretur solùm in decem cathegorias id quod est actu, aut compositum ex actu & potestate: & tamen non negat Aristoteles id etiam quod est potestate pertinere ad decem prædicamenta.

C Contra Porphyrium Simplicius, quia redundaret ea vox solùm. quandò non modo id quod est actu, disiungitur ab eo quod est vtroque modo, verùm etiam id quod est potestate. Necnon aduersus illam tertiam lectionem facit imparilitas structuræ. Nam secunda diuisio in decem prædicamenta præcipuè redundat in actum, mox in potestatem. Potest quoque Simplicius oppugnari eo quòd illa quę actu solum existunt, non sunt actu propriè, sed actus. Neque quicquã est, quod sit actu solùm beatis mentibus aut ad summum cęlo exceptis, de quibus agendum hoc tẽpore non videbatur: quoniam substantiæ separatæ à materia nondum ex vi nostræ methodi nouerunt, vt pro compertis assumi debeant; aut non sine præfatione loci, aut methodi in qua res illa tractata sit, accipi; & denique non citra hypothesin, quemadmodum semel atque iterum de eodem genere formarum & de actu & potestate factum est 1. Phys. Neque item cęlum. Nanque etsi datur ipsum esse substantiam actu. (nihil enim, opinor, absurdi consequitur; si in genere substantiæ corporeæ statuatur actus) at potestatem habet ad locum. Erit igitur cœlum ex his quæ sunt actu & potestate simul. præterquam quòd dubium adhuc est in hac mathodo, sit'ne æternũ cęlum, an aliquando interiturum, & ex motu & repugnantia probandum. Quamobrem inanis

D demonstratio foret remeans in seipsam; quæ sanè, cùm perturbent & methodum & sententias Aristotelis, veterum viam libenter relinquimus, & aliam quæ multò planior futura sit, ingredi constituimus. Nos igitur Alexandri lectione recepta longè alio pacto, quàm vulgò consuerit, interpretanda existimamus hæc verba. Scire ergo licet ens & actum & potestatem pluribus modis accipi: ob eamq. caussam recipere varias partitiones. Etenim accipitur ens communissimè & ita complectitur essentiam & esse quod Græci dixere τὸ ὑπάρχειν, cuicuimodi illa fuerint, vel in materia, vel à materia separata, vel substantiæ, vel accidentia, omnibus enim hisce analogicè conueniunt esse & essentia. & sic acceptum distribuitur in tot parteis, actum, potestatem & compositum ex actu & potestate; quæ sanè omnia inter se ratione & essentia separãtur. Nanque est actus quidam ab omni potestate secretus, nisi potestatem ambiguè dixeris; cuiusmodi Deus ipse est. Est & ex altera parte potestas ab omni actu disiuncta, nisi actum quendam entitatiuum ipsi tribuamus de quo posteà dissereur. sed nos hìc accipimus eum qui consequitur formam. disiuncta verò sic; non quia sine omni actu simpliciter existat: semper enim est cum altero è contrariis, sed secundum rationem propriam quæ mentis auxilio potest ab omni forma segregari; seu concipi, vt res quædam, quæ sit natura prior, quàm forma. Est & id quod est actu & potestate simul:

hoc autem duplex est; aut enim est actu substantia & corpus, vt nullo modo sit potestate id genus, quemadmodum cęlum, potestate verò aliud prædicamentum, vt puta, esse alicubi, aut est actu & potestate secundum vnumquodque prædicamentum, qualia sunt ea quæ ortui & interitui sunt obnoxia. Accipitur ens secundo loco presius, id quod scilicet ὑπάρχει, idest existit: & hoc semper est ex actu & potestate compositum. Nam re vera potestas & actus elementa sunt eius quod ita est, & ita ens accipi solet in philosophia diuina, & est materia talis philosophiæ, quòd illius ibi principia partes & affectiones explorantur. Neque prætereà nesciendum est. actum item & potestatem dici multipliciter: aut enim tanquam partes habentur eius quod est, aut tanquam modi & differentiæ rerum & eorum quæ sunt. Nanque etsi in Socrate est vtrunque simul ita vt ex actu & potestate compositus sit, atque ita vnum extet ex illis, vt sit vnũ per se; tamen ita compositus ex his est, vt nostra mens, & natura facilè distinguant modum quo res ipsæ sunt; & optimè perspiciatur quo pacto sint in Socrate simul cum actus, tum etiam potestas. est enim homo actu, potestate verò cadauer. & in eodem est vtraque habitudo, nec quidẽ re, aut subiecto distincta; sed ratione & habitudine duntaxat. Quòd si hæc re ipsa distincta concipiantur, veluti cum diuisimus ens communissimè sumptum, sicuti Deus à cęlo, & cęlum à materia prima sunt iam partes entis, non autem modi, in illis enim aliqua eius ratio, quod est esse per se conspicitur: hęc semper id quod sunt, sunt alterius, & vt puto, referuntur ad tempus quo posse dicitur id de quo post liceat dicere est, esse verò actu quod respicit tempus præsens, quatenus præsens. Sed quanquam modi sunt duo primi, tertius ex his compositus, omnis tamen distinctio resoluitur in actum. atque id optimo iure. Nam quæcunque distinctio inest in potestate est gratia actus. Siquidem imperfectum pendeat à perfecto; & in ipsum intendatur. & omnis denominatio vnde cathegoriæ conflatæ sunt, petitur ab actu. His prælibatis confero me nunc ad explicationem loci propositi. Dico verò Aristotelem accipere ens quod amplectitur substantias compositas & sensiles; atque illas quidem caducas, quia sint res notissimæ nobis; ideoq. excludi & excipi substantias exortes materiæ, necnon cęlum, quæ adhuc egent perspicuis demonstrationibus, vt ipsorum essentiæ ab humana mente comprehendantur. Deinde ens non sanè diuidi per parteis, id quod interpretes faciunt, sed per modos & differentias; vsque adeò vt etiamsi nil aliud esset in vniuerso, quàm Socrates, tamen partiri liceret ens, per eosdem modos, & dicere ens aut actu, aut potestate existere: quod quidem esset in prædicamento & esset compositum, quod tamen non succederet, si distinguere velimus ens in parteis quæ per se subsisterent. Rursus illo accepto quod est actu, à quo pendet omnis ratio distinctionis, obiri distributionem in decem prędicamenta, tanquam in ea quę sint ad vnum, non autem vniuoca. Actus autem & potestas erunt eius principia quod ita est, & à cuiusque prædicamenti latere, non secus àc à generum latere suæ cuiusque differentiæ ponentur. Sed hoc interest quòd differentiæ sunt sigillatim cuiusque generis, cùm omne genus, siue supremum, siue sub altero genere contineatur, quatenus genus per oppositas differentias secetur: actus autem & potestas pertinere per se solum ad summa genera videantur; tùm etiam quòd differentiæ sunt natura priores partibus generis; actus verò & potestas, si sumantur vt parteis entis, sunt priores natura partibus prædicamentorum; sed si fuerint modi, sunt natura quidem posteriores, priores autem ratione duntaxat, cùm separari possint, velut in differentia eo modo quem libro superiore tradidimus. Ex quo efficitur, vt vniuocatione, & rationis communione carentia, singula quidem sint cuiusque prædicamenti seorsum, nec eadem sit quanti potestas & substantiæ, nec ob id subeant illa diuisionum pręcepta quæ superius ex 1. de par. allata fuerunt: erant enim propria vniuocorum. Hac ergo ratione, si hic locus explicetur, nulla nos opprimit difficultas, neque in assequenda veritate sententiæ, neque in structura verborum, neque sæpius confugiendum erit ad emendationes cõtextuum, quod aliqui faciũt. Hic mihi in mentem venit diuersa illustrium virorum iudicia de actu accidentis indicare. Cùm enim duplex sit actus in materia nempe substantiæ & accidentis; nanque est actu homo, & actu album, à Bononiensibus disputatum est, sit'ne vnus vtriusque actus, an actus accidentis ab actu substantiæ separatus, Achillino opinante hos actus ad propria prædicamenta referri, vt actu album, ad qualitatem. Buccaferrea verò accidentis actum negligente, quòd ex actu substantiæ & accidentis vnum per se fieret. Atqui non semper è substantia & accidente fit vnum per se, sed non rarò per accidens. Neque item si per se communius accipiatur, idest secundum naturã, quatenus scilicet aptum est existere in alio, fit vnum per se, quandò insunt multa accidentia præter naturã, vt calor in aqua. Præterea facit vnũ per se è duobus actibus. Neque dicere potest, actum substantiæ subire vicem potestatis ad accidens; quia sic accidens esset perfectio substantiæ. Præterquam quòd Aristoteles partitionem in actum & potestatem per singula prędicamenta diducit. Ille verò notandus, quòd actum accidentis ab actu substantiæ separet. Idcircò vniuscuiusque prædicamenti proprius quidam actus est ponendus; veruntamen actus accidentis ab actu substantię disiungendus non est; nam quòd accidens actu sit, ab actu substantia impetrauit: ab illo enim pendet

in eo

A in eo, quòd existat: ceterùm etsi re non disiungitur, alia tamen est vtriusque ratio & essentia, licet accidentis essentia non sit ab essentia substantiæ separata.

Percensentur reliqua motus elementa, & aliqua etiam adscribuntur de ratione qua colligitur definitio motus. Cap. II.

IN motu quoque duo spectantur; primum quidem illud est; nanque motus ipse per se non subsistit, sed est in altero, aut alterius. est enim quiddam quod mouetur, vt Socrates & celũ, & omnino substantia, quòd ab hac nullum aliud genus eorum quæ sunt, abstrahi potest. Sed prætereà dum Socrates mouetur, aliqua forma priuatur quam habet, & accipit aliam qua caret; siquidem talis sit prima notio motus, vnde generaliter exprimi consueuit à Græcis eo nomine quod significat aliud post aliud; μεταβολὼ, ipsi dicunt; quandoquidem potest mutari Socrates, quòd amittat eam formam quam habet ad essentiam pertinentem, & transeat in cadauer, aut vt amittat nigredinem, & fiat albus. Ad quod igitur prædicamentum eæ formæ referuntur secundum quas ipse mutabitur, in illo quoque prędicamento collocabitur motus. Ita vt in qua- B libet mutatione præstò sint duo subiecta, primum quod est substantia siue composita, siue etiam simplex; hac enim omnia fundantur; siue proximè, siue remotè; & hoc est subiectum quod appellatur, vt quod, & propriè transmutatur; alterum videlicet prædicamentum cuius formæ sibi vicissim in substantia succedunt, quod dicitur. καθ᾽ ὅ, idest, per quod & secundum quod: non enim est id quod mutari dicimus, verbigratia qualitas; sed ipsa substantia mutatur secundum qualitatem. Alterum autem, quod secundo loco animaduertendum est, in eo quod mouetur, quod diximus esse substantiam. nam præsefert in motu rationem mobilis, quod item patibile nominatur. At verò cùm mobile, tùm patibile significant aliquid à quo moueantur & patiantur. Ideò quoque in ipso motu notio continetur habitudinis, quòd fiat motus ab hoc quod habet vim mouendi, in hoc quod est mobile. Ex quo efficitur, vt non sine habitudine tradenda sit definitio motus. Verumenimuerò, sicuti res variæ sunt secundum quas fit motus quarum genus commune nullum est; sic & variæ sunt species motus quarum commune genus, hoc est, prædicatum vniuocum afferri non potest: ob id expectanda est definitio motus, tanquam eius quod sit ad vnum, quemadmodum etiam sunt ad vnum & non vniuoca illa secundum quæ fit motus. Nil enim est quod prædicetur vniuocè de pluribus prædicamentis: vtpotè, quòd vbi quippiam C vel primum voce exprimitur, seu mente concipitur, aut per se substans, aut in per se substante positum repræsentetur, quæ sanè tota natura discrepant. Sed de his olim dictum est satis. Ad definitionem redeo. In illa verò mihi sese offert quiddam summa animaduersione dignum, tametsi in omnium accidentium definitionem communiter pertinere potest. Nam cùm omnium accidentium definitio plena & omnibus partibus absoluta ex demonstratione exprimatur, videndũ est etiam, quemadmodum ex ea colligi possit definitio motus. In primis autem non videtur id in controuersiam reuocari posse, quin in accidentis essentia definitione euoluenda demonstrationem definitioni præcurrere oporteat; quia notius sit accidens, vt in subiecto qua ratione demonstrationi subiicitur, quàm vbi quid per se consistens & sub imagine substantiæ concipitur, quod in definitione faciendum est. hîc enim quadam segregatione opus est, dum albedo definienda concipitur quam, vt hoc album, sensus obiecit. Ita igitur cùm motus habeatur vt accidẽs, quia sit in eo quod mouetur, & moueri de subiecto quod est corpus naturale, seu substantia naturalis per caussas & principia propria concludi queat, idem iudicium de motu faciendum videtur. Sed num hic progressus ab Aristotele neglectus est? haud profectò, & eo loco modoque D vsurpatus est, vt ex illo quod demonstratio reprę̨sentat, id intelligendum sit quod per definitionẽ explicatur. Nam 3. Phys. T. 7. ita confirmauit Aristoteles esse motum, id quod definitio ipsa proponit, quia quod mouetur, ita se habeat: hoc verò aliud certè non est, quàm ex demonstratione colligere definitionem, vt ex eo quod notius sit. Quamobrem primo loco statuetur subiectum de quo moueri prędicatur; accipio verò nunc substantiam mobilem, quæ sensilis est & per se existit & partibilis, indiuiduam omitto & eam quæ quomodocunque est in alio. quo pacto etiam fecit Aristoteles 6. Phys. & quod est moueri, tanquam actum sumo, vt & hic motus peractu sumptus est, in quo maximè differt ab eo mobili quod est ratio subiecti physici. Nam mobile quod significat facultatem, demonstrari non potest, cùm ex illo & mobili fiat vnum per se & incomplexum, & facultas, vt alio loco docebimus, non differat à substantia; & idem valeat mobile àc naturale quod est habens naturam quæ est caussa motus. Et cùm mobile significet potestatem quæ suaptè natura respicit opposita; hic verò est quies, ita vt quod simpliciter & quatenus ipsum de substantia mobili demonstrari conueniat, sit coniunctum, moueri nimirum & quiescere: accipio moueri seorsum, tanquàm notius nobis non nescius demonstrationem non minus respicere nota nobis quàm nota natura, ex cuius absentia, & proximè ex absentia caussarum motus,

notescet

notescet esse quietem, & colligi facillimè poterit quid sit etiam quies. Nanque etsi vnum est oppositorum generale principium, & hic vtriusque, cum motus, tum item quietis ipsa natura; non eodem modo affecta motum facit & quietem. Nec dubito moueri, vt actum posse demonstrari, quamuis sit notissimus. quia notus sit per accidens, non per se, id quod studet efficere demonstratio. Neque illud me tenet, quòd aliquam legerim facultatem, non actum in demonstratione concludi, quoniam actus interrumpatur, sola facultas æterna sit, æternorum verò sit scientia; quandò noui vniuersale prædicatum ex inductione colligi, hæc autem repræsentat actum, non habilitatem, & vbi ex singularibus vniuersale colligitur, nihil aliud effici, quàm quod erat hoc aliquid, dempto pronomine quod est nota indiuidui, pronunciari & concipi simpliciter, vt hic homo & homo, & hoc album & album. sic moueri hoc & moueri simpliciter se habere. eaq. vbi sine indiuidui notis sumantur; quia nec certo loco, nec certo tempore concludantur, esse perpetua: quatenus enim talia sunt, dicebat Aristoteles, idest vniuersalia, [a] sic obnoxia reddi scientiæ. Nanque vniuersitas est qualitas quædam, vt apparet ex capite de substantia, nimirum habilitas ad id, vt in pluribus insit. & æternum illud est quod tempore non circunscribitur, quatenus huiusmodi, vt te docuit Aristoteles in extremo 4. Phys. Quòd autem dicitur mobile idem valere àc naturale, idest, quod in seipso habet principia motus non demonstrabitur, sed stabit à principiis. Illud igitur sit huius demonstrationis stratum, quod facultatem continet & rationem formalem nostri subiecti; de illo prædicetur moueri cuius caussas indagare volumus & definitione complecti quæ sola positura differat à demonstratione. Et illud inquiratur. Cur talis substantia mouetur, neque sanè omni genere motus; quia non fortuitò, neque etiam violento; sunt enim vtrique motus per accidens; ea verò respuit methodus; non animali; quia proprius esset cuiusdam partis, nec vniuersas substantias mobiles amplecteretur, neque inesset, quatenus ipsum; non item artificioso; tractamus enim scientiam qua rerum naturæ explorantur, non quoad subiiciuntur nostræ voluntati: sed quoad mouetur ex natura sua, quod eius proprium est; quippe quòd pertineat ad vniuersas substantias naturales, cuius absentia quies est: idemq. non modo vniuersas substantias naturales peruagatur, verùm in nullum aliud substantiæ, corporisúe genus pertinet. Nam quicquid tali motu agitur, id aut est substantia naturalis, aut constat è substantia naturali, vt animal & scamnum. Nec quicquam est quod in seipso naturam contineat, quin protinus moueatur, aut quiescat, & certas quietis motusq. sui caussas habeat. Proinde & per se, & quatenus ipsum, inest motus in eo genere substantiæ. Cur mouetur, inquam, talis substantia? An quòd, cùm sit in potentia ad aliquam formam (est verò in potentia, quòd cùm sit id quod mouetur, seu quod moueri potest motu naturali, certo quodam genere præfinitum, atque cõclusum, habet etiam certam potestatem ad certas formas quæ scilicet in eo genere sint oppositæ) exerceat eam potestatem quam habet ad talem formam. Quocirca subiectum duas partes amplectetur, vnam generalem, qua moueri quidem potest; sed remotam admodum & propè infinitam; alteram specialem, per quam sub certo genere comprehenditur quod, cùm primo illi subiecto accedat, & quasi informet ipsum, ac determinet; non subiectum simpliciter, & vt quod sed secundũ quod appellatur. mox caussa succedit quæ primùm excipit prædicatum, & sui præsentia ponit in subiecto quod inquit Aristoteles [b] esse caussam huius huic. Quocirca sic omnis ratio construi poterit. Omnis substantia naturalis exercet eam potestatem quam habet ad certam formã quæ sub certo genere continetur. At omne id quod exercet eam potestatem (exercere autem significatur ea voce τὸ ἐνεργεῖν, idest agere & fungi & esse in officio) ad certam formam, mouetur. Omnis igitur substantia naturalis mouetur. nec quidem ita mouetur, vt nunc moueatur, sed sine vlla præfinitione loci, aut temporis; hoc autem omni substantię naturali conuenit, idque perpetuò. Verùm quamuis omnis substantia naturalis de potestate traducatur, aut traduci possit ad actum, ob eamque rem moueatur; non tamen hæc ratio continet absolutam caussam motus; ideoq. & eius absoluta caussa petenda est, iubente Aristotele, ex aliis rationibus. Itaque hîc ego illud addendum præterea puto, efficiens, quod cùm sit actu, vim habeat traducendi de potestate ad actum substantiam naturalem quam ponimus esse potestate finem quę est consecutio & adeptio illius actus ad quem est potestate; hic enim terminus est continuati motus & non impediti qui, cùm præstò est, nihil vltrà agit efficiens; neque naturalis substantia mouetur. Sed illò cùm venerit quo tendebat, omnino quiescit. Idcircò tum substantia mouetur, cum ab efficiente traducitur de sua natiua potestate ad illum actum quo potestas ipsa dirigitur. Hæc verò omnia sensu & inductione perspicua sunt, vt nihil, aut ad summam admonitio quędam ad ea persuadenda requiratur; nec vllum genus instrumenti quod afferat vim menti nostræ, desideretur ad confirmationem huiusmodi propositionum, vt etiam patet ex Aristoteleo contextu. Etenim certum esse genus secundum quod fit motus, idest, commutatio formarum oppositarum 1. Phys. ab Aristotele sola inductione confirmatum est. Moueri quoque, nil aliud esse, quàm sic agere, & exercere facultatem quam habet in eo genere, nullius alterius instrumenti, quàm inductionis auxilio

[a] 1. Post. T.23.

[b] 2. Post.

Physicorum

A Physicorum 3. constitutum. Ea quoque naturali philosopho partim sic comperta sunt, vt palàm accipiat, ac sibi gratis dari velit, partim constituta, scilicet, Efficiens actu esse & actu continere, seu nobiliore modo effectum, aut formam, eamq. cæteris communicare, illud actu efficiendo, vt sit quod esse potest: finisq. cuiusdam gratia efficiens omne efficere, motumq. omnem naturalem gratia cuiuspiam finis esse. Vnde nascitur, vt si nullum rationis cogentis genus adhibeatur confirmationi talium propositionum, aut etiam si ex ante ostensis efficiantur; eæque caussas vniuersas motus amplectantur, prorsus medio vacent; quia nimirum notæ sint nobis eædemq. natura priores, & sint aptæ demonstrationi quam in præsentia venamur; tametsi propter motuũ varietatem in suas parteis hæc demonstratio resoluenda est, & cuique seorsum aptanda. Nos autem nihilominus præsenti progressu contenti simus. nam quicquid reliquum est, ex iis supplebitur quæ mox in explicanda motus definitione subiungemus. Hac igitur demonstratione posita definitionem motus facta conuersione colligamus. Hic verò meminisse oportet Aristotelici præcepti: docuit enim ipse extremo analytico. Sicubi demonstratio transumatur in definitionem, sic esse progrediendum, vt quod veluti denominatiuum & inhærens alij demonstratum fuit, id in abstractum, vt aiunt, & quod quasi per se substet, transformetur. Nam primò respicit essentiã & substantiam. Iam verò de affectione prænosci oportet, quid est illud quod per nomen significatur, hoc est, naturam illam determinatam quæ tali nomine exprimitur quæ plerunque genere, aut quodam illi simili, & denique generali quodam notari solet; veruntamen ita contractum, vt per se & primùm insit, siue contrahatur à propriis generis sui differentiis, siue etiam à subiecto ad quod applicatur; vt dum albedinem sub ratione coloris, qui visum queat dissipare, concipimus, & tonitruum, quòd sit sonus, qui fit in nube, & eclypsin, quia sit priuatio luminis in luna. Fieri quoque potest, vt sub aliis notionibus atque illis quidem rudioribus affectio comprehendatur, vt motus, quia sit μεταβολή, idest, aliud post aliud. Neque vereor, vt hoc loco mihi opponas, aut in hac notione repetitionem esse, dum idem subiectum in prima affectionis ipsius notione concipitur, idemq. de subiecto seorsum posteà concluditur vt simum, si depresśionem narium significat, & posteà de naribus demonstratur, erit simum narium in naribus & ita bis in naribus. Vel quòd præteneatur quidem, quid affectio significet, non tamen, an sit: quia verò esse affectionem idem est atque inesse, hoc autem est esse in subiecto; si in illa priore prænotione concipiatur subiectum, fore, vt de affectione prænoscatur item quòd sit: itaque id habeatur in prænotione quod vult nobis largiri demonstratio. Vel etiam quòd notio quæ ex sola definitione cõparatur, cùm contineat subiectum, sit complexa, non simplex. Ad illud enim primùm sic respondebo. Cùm affectio determinatur subiecto, non vniusmodi esse determinationem, nec vniusmodi esse subiectum quo determinatur. Vt enim à subiecto exordiar, potest concipi id quod est, continere duos rectos in æquicrure, triangulo, & figura; & dum adhuc in notitia rudi versamur, qualis est ante demonstrationem & definitionem, vt in illorum singulis seorsum inhærens, vt tametsi inest in triangulo, quatenus ipsum est, suspicari possimus hoc esse solius æquicruris, si nõdum alia triangula spectauerimus: aut omnis etiam figuræ, nisi caussam nouerimus illius affectionis esse suam ipsius trianguli propriam; quod tum cognoscitur, vbi demonstratio præcessit. Sic affectio determinatur subiecto, vel cui conuenit primùm, vel etiam eo, cui quomodocunque conuenit. Interdum etiam determinatur affectio subiecto, idest, subiecti cõditionibus, exempli g. sunt omnes hi soni, dum nubes intus agitatur, dum frendit leo, mintrat mus, dum etiam tibia modulatè canit, & fidiculæ numerosè sonant, æra concutiuntur. Finge tu nunc illum qui in cauerna natus & educatus, nihil vnquàm præter vbera matris attigerit, & lac solum degustauerit, nec quicquam præter tenebras aspexerit, in assiduo silentio versatus sit, odoriferiúe nihil vllo vnquã tempore sit expertus; primum verò tinnitum æris concussi exaudierit è specu, mox tibiæ strepitum, aut alium quempiam sonum, neque æs, aut tibiam nouerit, neque vllum aliud sonorum; diuersas quidem soni differentias exaudiet quę subiecti cuiusque naturam referunt, vt æris canorum, stridulum muris, horrendum leonis. Sunt hæc quidem illorum propria, vt nullius alius propria queant esse, & à conditionibus subiecti contrahuntur, atque vt contracta & specificata noscuntur; non tamen vt proprium eius, verumq. subiectum certò teneatur; nisi postquam res ipsa demonstratione patefacta fuerit. Quamobrem crepitus ille nubis, quod tonitru dicimus, etiam non vt in nube comprehendi potest, vt ij faciunt qui cęlo sereno Iouem tonare putant; attamen ita sentitur, vt à cęteris sonis internoscatur, & vt sui similis semper existat, quia subiecti sui naturam referat. Itaque subiectum in eius prænotione concipitur non actu, sed potestate, atque ad illud monstrandum ratio caussaq. non rarò flagitatur. Verùm fac subiectum in ea pręnotione contineri; sic continetur, vt in tota prænotione, velut hoc resonans & hoc album quod adhuc distingui potest in parteis quarum vna sit subiectum & altera prædicatum, quibus cogitatione secretis & in vnum posteà conuenientibus enunciatio fiat. Siquidem enunciatio producatur è terminis, vbi iam dissolutio præcesserit; tum subiectum non continetur, aut potestate sola, quod

[a] 2. Phys. T. 1.

B, C, D (marginal section letters)

quod in compositionẽ postmodò exprimitur. itaque non repetitur; sed quod virtute contine- E
batur, patefit,& quod continebat, euoluitur in parteis quæ continebantur: & ibi continuò na-
scitur ratio prædicati & subiecti, veluti simitas est depresio narium, & simum significat nares
depressas: antequàm demonstratio fiat, depresio non extra nares, sed sine naribus concipitur,
vt cauitas; non dico sine substantia prorsus, eiusmodi tamen, vt non generatim depresio, sed
vt subiecti conditiones referens, vt puta carnis, vt dictum est, eaque ponitur in naribus ab enunciante & demonstrante. & quamuis non sine substantia comprehendatur, non est compositio quæ multiplicet res, idest, terminos enunciationis, sicuti neque multiplicantur res, si dicamus hominem album esse substantiam albam, verùm adhuc est vnum prędicatum & vnum subiectum. Sicut ergo simum, quod est affectio narium, vbi sic concipitur, vt depresio, non affert repetitionem, quia nares abstrahuntur in illa notione, sed determinationem prædicati; sic quamuis prænotio comprehendat subiectum, non idcirco nascitur in demonstratione repetitio, quia nõ illud necessariò comprehenditur, cui primò inest: & esto quòd comprehendatur, vt confusè comprehenditur & in definitione distinguitur. Denique dicemus non omnem subiecti comprehensionem esse vt prædicati in subiecto & enunciationem continere; sed tum esse vt prædicatum in subiecto, postquàm totum quod ab accidẽtis nomine significatur, in suas parteis diuisum fuerit, & vt aliud in alio cogitatum; siquidem enunciatio sit non naturæ opus, sed mentis, & quod vnũ F
fecit quomodocunque natura, mens, cùm antè secreuerit, posteà copularit, enunciat. Proinde non efficitur quicquam. Subiectum comprehenditur. Ergo notitia complexa. Nanque addere oportet. Comprehenditur subiectum, vt quomodocunque diuersum ab eo cum quo comprehẽditur. Cumque actu subiectum in affectionis prænotione comprehendatur, dabimus ante demonstrationem posse cognosci, quòd est, vt in eo demonstrationum genere quæ caussam tantũmodo continent. Et si etiam placeat affectionem esse ignotam, sit, nec'ne, & omnem demonstrationem quæ continet caussam, docere quoque, vt res sit, alio modo accipe notum esse, sit'ne affectio pòst, atque antè demonstrationem, vt quòd in hoc ita sit, vt non in alio, quod propter hęc principia & cęteris modis quibus res esse distinctè cognosci potest. Sed cùm segregatio prædicati à subiecto subiecti conditiones quoquopacto referat, inde effici puto, vt in demonstratione depresio narium, aut sonus in nube non accipiatur veluti genus, sed vt proprium, & quod adhuc cum subiecto conuerti posit. quanquam posteà, cùm definitio ex demonstratione conuersa deducitur; si tanquam genus accipiatur, nihil repugno. Nam definitio debet omnes definiri parteis euoluere & proponere: sed propter orationis continuitatem & connexionem generis & dif- G
ferentiarum quæ in eadem & continuata oratione subiunguntur, vna affectio atque illa quidem propria notatur. Hæc oratio quæ notionem complet affectionis, & in ipsa definitione non prętermittitur, in demonstratione variis modis vsurpari solet. vel enim relinquitur, vt nota, vel pro nomine sumitur, & subit locum conclusionis, vt apparet in eclypsi: nihil enim est aliud eclypsis quàm priuatio luminis. Obseruaui quoque in mathematicis eam, sicuti medium in demonstratione collocari: quia tamen solam existentiam, seu naturam confusè rei demonstrabilis indicat, esse videtur eius ingenij, vt ex aliis caussis concludi debeat, neque esse medium primum; sed quod resolui queat vlterius in alias caussas longè priores. In mathematicis fortè, quia rationem formalem plerunque consectantur, sufficere pro medio poterit. In motu demonstrando, cuius rei gratia longius prolocuti sumus; ratio formalis pro medio videtur accepta, quæ profectò in alias multò priores caussas resoluitur, efficiens nimirùm & finem. Assumuntur etiam non rarò pro genere ea quæ sunt ad vnum, vt in definitione naturæ principium, in coctionis definitione perfectio, sic & hoc loco in definitione motus actus accipietur, vt genus quod est commune ad vnum, adiicietur subiectum, atque illud quidem duplex, quod & per quod: mox reliquæ caussę H
inserentur efficiens, scilicet, & finis. Itaque cùm in hac definitione quæ est: Actus eius quod est in potentia, quatenus in potentia; genus, aut simile generi comprehendatur, & subiectum quod duplex est, cui, vt dici solet, denominatiuè inhæret prædicatum, & alterum subiectum, per quod contrahitur in certum genus, nec aliud quicquam exprimatur; planum est, hanc non esse suis partibus absolutam definitionem motus, & ex reliquis caussis esse complendam. Nisi quis eas caussas prætermissas esse putet, vel vt superiore libro expressas. ibi enim didicimus quod'nam sit efficientis munus, idque semper intueri finem, vel etiam quòd in illo termino potentiæ significentur vnà finis & efficiens, sicut in vno eorum quæ sunt ad aliquid, alterum quoque comprehendi solet. terminus enim potestatis actus est, & potestas ad actum promouetur ab actu. nihil enim moror. nihilq. sat est, si definitio peruulgata motus habeatur solùm, vt ratio formalis ipsius, & vt conclusio quæ cęterarum caussarum adiunctione supplenda sit, si rei essentiam exactè ponere debeat ante oculos. Quacunque de caussa talia caussarum genera suppressa sint, ea certè subintelligere oportet. Sed prætereà, cùm motus sit commune ad vnum, id quod modò explicatum est generatim, ad singula prædicamenta transferendum est secundum quæ fit motus, sicut etiam

potestas

A potestas & actus quę sunt principia motus, singulorum propria sunt, nihil habentia in rerum natura quod ipsorum vniuersitati respondeat, quemadmodum libro priore copiosius ostendimus.

Latiore quadam specie definitio motus explanatur. Cap. III.

CVM igitur motus sit affectio quædam quæ latè patet, & complura prædicamenta peruagatur quibus nihil commune vniuocum est, neque ipse item communi vniuoco subiicitur. Ergo sicut ille qui cogniturus est ens, substantiam, quantum & quale noscat oportet; sic ei qui cogniturus est motum, necesse est norit species eius; & communem illius notionem quæ tamen vniuoca non est, resoluat in proprias singulorum motuum definitiones. Et quanquam motus naturalis qui est nostri instituti species & modi plures sunt; est enim motus secundum substantiã, quantum, quale, & locum, & qui ad locum est, vel in orbem fit, vel est rectus; atque hic simplex, aut mixtus. cùm ille qui est ad locum sit prior & notior omnibus aliis, & simplex composito: is qui ad locum est & simplex in hac methodo præponetur. Quia verò est vel motus in orbem, qui conuersio propriè vocatur, vel recta fit; quanuis cõuersio prior sit absolutè cęteris motibus, quòd dubium, idest, & longo sermone demonstrandũ, maximeq. distat à nobis in hac methodo in qua B potissimum consulitur ordini doctrinę, & pręcipitur, vt à notis nobis institutio petatur; de motu recto, atque illo quidẽ simplici pręcepta dabuntur, & theoremata concludentur; eiusmodi tñ, vt ex analogia ad alias parteis & modos transferri possint. Atque hũc credimus (siquid veri à nobis cõstitutũ fuit de persequẽda vi & natura illorũ quę sunt ad vnũ) ab Arist. fuisse propositũ; eiusq; caussas & initia vestigata, & definitiones Aristotelicas quę plures sunt, huic pcipuè fuisse aptatas; tametsi multa generalia nobis occurrunt quę ipsi conuersioni cęterisq. rerũ caducarũ motibus tũ per locum, tùm etiam per cętera prædicamenta cõiter accidant, ex quibus facile quispiã suspicari posit non hunc motum primò, sed aliũ quendã generaliorem fuisse propositũ. In hoc verò explicando hunc ordinẽ tenere instituimus: vt in primis illa perpenderemus quæ ad constituendã ipsius essentiã generaliter pertinerẽt: deinde quę ipsi inhęrerent cõiter: inde nos ad ea cõferremus quę vniuscuiusque propria forent, siue essentiã seorsum, seu proprias affectiones respicerent. Sed his positis ad definitionẽ ipsam cominus accedamus. Tribus autẽ modis explicatũ fuisse motũ ab Arist. cõperimus, primo illo quidẽ qui scriptus est anteà, qui motũ cõtinet generatim; altero verò quo singulę eius definitionis partes sigillatim afferuntur, & quo quæque motus species seorsum explicatur: ac tertio qui talis est. Actus potestate actiui & patibilis, quatenus tale: quanquã & C hanc postremã rationẽ, nõ modo vniuersè, sed etiã speciatim sumi posse monet Philosophus. Diuersa verò interpretũ iudicia de his obseruamus: singula persequi nimis putidũ esset: sed tñ illa afferre quę viri omniũ opinione peritissimi tulerint, nõ inutile, inter quæ illud omnino repudiandum quod Lyncontensis ætate sua philosophorũ princeps habitus pronunciauit: quippe cõem eã definitionẽ esse conclusionẽ, speciales verò principia & propositiones: vtpotè deceptus ijs verbis quæ scribuntur ab Arist. dũ cõsimili ratione tractauit animi definitionẽ: [a] dicebat. n. cõem eius definitionẽ è singulis definitionibus singularũ partiũ colligi. Nec meminit iste vir definitionẽ nõ posse ratiocinatione cõprehendi, ac si fortè dictũ fuisset ab Arist. συλλογίζεσθαι, [b] i. colligi definitionẽ, sic accipiendã fuisse vocẽ illã, vt valeat idẽ, atque elicere & exprimere definitionẽ è syllogismo, aut coniungere, & in vnũ redigere parteis definitionis quę prius dispersę fuerãt, aut in partibus subiectis, propositionibusúe latebant. Aut etiã definitionẽ docere ꝙ est, & talẽ esse definitionẽ animi cõem; Aristotelẽ de definitione in potẽtia locutũ esse quę est demonstratio in actu, in qua definitio in potentia cõprehenditur, vel vt mediũ, vel vt tota ratio positione differẽs, vel vt cõclusio; continet autẽ conclusio informationẽ rei, & primã eius notionẽ, nec est principiũ. Quare dat esse D solũ, quia demonstrat id quod habetur in conclusione: huic igitur similis definitio cõis, speciales autẽ se habent vt mediũ. Quamobrẽ longè aptius Auerroës, adiiciebat conditionẽ quasi. quia. s. ratiocinationis progressum imitaretur: neque tñ esset ratiocinatio. Distinguunt de iis & alij sic, ꝙ prima definitio sit primi philosophi, qm̃ continet ens, actũ, & potestatẽ qui sunt termini primi philosophi: secunda verò magis huius methodi propria, cùm constet ex mouente & mobili qui sunt termini naturales: tertia verò separetur à cęteris, quia sit apertior, & nos in motus initia magis insinuet. At verò, meo quidẽ iudicio, differentiæ quæ à methodorũ ingenio petuntur, inanes cino sunt: nec satis cõgruũt cũ decretis Aristotelicis. Nanq; etsi ens, actus & potestas sint termini primi philosophi; at vbi cõtrahantur, nec amplius vniuersè & latè accipiantur, proprij reddunt alterius methodi. Sic est quidam actus & potentia naturalis, quę poterit esse methodi naturalis. & sic fit, vt multa controuersiæ de rerũ natura in hac ipsa methodo exitũ ex actu & potestate inueniant. Mitto ꝙ illi termini, aut cõiter accipiuntur, aut vt iam coiẽrint in definitionẽ. ꝙ si cõiter accipiantur, quid vsus afferunt in contẽplatione ista? si iam coiẽre in definitionẽ, sunt partes motus, & idẽ ac motus. sunt. n. idem definitio ac definitum; solũ in eo differunt, ꝙ in definito essentia continetur implicitè, quę euoluitur in definitione. Nunc si definitio motus est ex terminis primæ philosophię; ergo & tota definitio, & definitũ igitur. solent tñ illi cauere, ne faciant cõsiderationẽ

[a] 2. de An.

[b] 2. Post.

motus esse primi philosophi. Nec minus ea definitio, quæ cōstat ex actuoso & patibili est primi philosophi, quā naturalis. Signo illud est, ꝙ actuosam & patibilē potestatē nobis exposuit Arist. cum 1. tum etiā 9. Met. Placeret mihi, si poneremus primā definitionē, notiorē sanè nobis, sed natura obscuriorē; atque Arist. proficisci gradatim ab ignotioribus ad notiora natura, vt demum in illa tertia quę reliquis est illustrior, resoluat essentiā motus in oīa sua principia propter habitudinem quę est inter efficiens & subiectū motus quæ significatur ab actu & potestate. Sed venio iam ad primam. Hæc autē eadē methodo collecta quā docuit Arist. in Analyticis, [a] vtpotè diuidente, sic resoluetur à nobis. Cùm. n. in iis quę sunt, duo principia spectentur & quasi elementa potestas & actus, siue seorsum, siue iuncta simul. quod iam est actu, non est motus: hæc. n. quæ sunt actu permanent cōseruantia suū actū, quicunque ille fuerit, seu fixus & stabilis, velut ædificij, seu fluxus & labilis, sicut certaminis & diei. Nanque & dies, quatenus est, actu est. & eius est quippiam omnino inuariabile secundū quod est id quod est, nec transmutatur in aliud. Neque nos ij sumus qui cū Heraclito nil prorsus manere credamus, neque aliū hominē esse fatemur qui nunc ea memoriæ mandat quę quondā lucubrauit. Et quanuis materia fluat assiduè, & secundū ipsam res è materia constantes; at permanet forma, & per illā ea quæ habent formā. Motus itē non est potestate, tùm quia quę talia sunt, non sunt quatenus hmōi; ideò, si potestate motus esset, esse quidem posset, nec dū tñ esset. tùm etiam quia quod est potestate, talē habet potestatē quæ semper est cōiuncta cum actu in cōpositis & mobilibus de quibus agitur nunc: quo fit, vt etiam quod tale est, permanere posit nulli dum mutationi obnoxiū; veluti ego nunc vxorē habere possum, nec tñ duco; permaneo certè in quodam statu qui illi contrarius est quē assequi cupio. Sed motus erit actus alicuius potestatis. Qm̄ verò forma est quæ est actus materiæ quæ est potentia, non ob id talis actus est motus. fieri. n. potest, vt pręsens sit forma in materia: tùm verò cessauit motus. verū motus est actus alicuius potestatis, i. eius quod est potestate, quatenus hmōi, i. motus est qñ conseruatur adhuc in re mobili potestas, sed ea exercetur: exercetur verò tum, cum tendit ad actum: neque. n. eo tēpore potestate solū est, non actu; neque actu solum, sed progreditur à potestate ad actum. Ille igitur progressus à potestate ad actū in mobili est ipse motus. & si cū illo actu conferatur quē forma affert; hic imperfectus est, nec dum terminatus, ille terminatus & perfectus. Cū verò potestas & actus sint ad vnum de quibus ex suis partibus reddimur certiores, non explicat satis rē ipsam quā volumus, hęc definitio: atque est descriptio potius & natura posterior. Idcircò si de actu & potestate distinguatur per singula pręḍicamēta in quibus obseruatur motus, exacta, quantum rei fluxilis natura tolerat, motus definitio cōparabitur. Ideò, cùm sit in substantia potestas & actus: motus item qui est generatio: hæc autē sit generabilis rei; actus igitur generabilis, quatenus generabile est, erit generatio. & in qualitate similiter affectio erit actus rei quæ pōt affici, quatenus talis. sic dicemus de reliquis; ita vt quemadmodum actus & potestas & ens quę sunt prima elementa motus, pro portione reperiuntur in substantia, quanto, quali, & vbi (sola. n. hæc motui propriè dicto subiacent) sic vniuscuiusque partis eius definitio cōpleatur adiecta illa particula quæ propria est eius prædicamenti, secundū quod sit motus, quæ particula notat certum progressum in eo prædicamento. Nam generari propriè est mutari secundū substantiam, & affici est mutari secundum qualitatē, & ferri est migrare de loco ad locum, vnde motus secundū substantiam, generatio dictus est, secundū quale affectio, ad locum verò latio. Neque verò in illa definitione cōi D. Thomam audiendū puto qui sumens ex vetere tralatione ens in potentia credidit illud ens esse prædicatum omniū cōmunissimum, & in ea definitione cōmunissimè accipi; quamobrē omnia cōplecti quæ cuicunque transmutationi, seu veræ, seu metaphoricæ subiicerentur; vnde etiam negauit substantiā mobilem esse materiam nostrę methodi; statuit autē ens mobile quod esset quiddam cōmunius: neque vidit hìc vocē illam, quę Grecè est ὄντος accipi non tanquam πρᾶγμα (sic verò dialectici nuncupant omne id qđ in enunciatione significat, reliquas eius parteis appellantes modū, aut copulā) sed locum copulæ obtinere. Et quanuis à definitione copula pellatur, non omnis omnino excluditur, sed ea tantū quę orationē quid est explicantē, cū re definienda coniungit. Neque etiā laudo Philoponum qui in eum sensum accepit hanc definitionē, quòd motus permaneat, nec interrumpatur à quiete, illucusque dū perseuerat potestas in mobili; ne fateri cogatur mobile tēpore motui præcedere, si fortè intelligeretur id quod est in potentia, tum esse, qñ nondū subiit motū. Sed quoniā hęc posteà tractanda sunt vberius: his cōtenti quæ sunt exposita, nos cōuertamus ad accuratā propositę definitionis interpretationē. Hęc verò, vt quadrare posit in oēm speciē motus, quęcunque illa sit, facilè vt puto, constabit, si cū potestas & actus sint termini cōmunes, multasq. notiones pręseferant, à nobis anteà diligēter aperiantur.

[a] 2. Post.

Exponuntur termini in definitione motus accepti actus, scilicet, & potestas. Cap. IIII.

EXORDIAMVR autem ab actu; hic verò apud Grecos duplex nomen obtinuit; quandoquidem modo ἐνέργειαν aliàs ἐντελέχειαν ab ipsis vocatum obseruamus. Quamuis autem

A autem posſint idē vtræque voces: quia tamen hanc poſteriorē vſurpat Ariſtoteles in definitione motus; de ipſa nunc aliqua dicamus aliò reiectis iis quæ ad alterius explicationē quoquo pacto pertineant. In ea tractanda laborauit M. Tullius, dum ſupra captum ſuum philoſophari voluit, & plura cōſcripſere maiores noſtri qui politiores litteras cum philoſophica muſa coniunxerūt; ita vt ſi vnquam ad rem attineret dictum illud, Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat. nunc mirum in modum congruere videatur cum ingenio M. Tullij, & eorum qui pro ipſo dicebant. Etenim ille nobis aliquando, ſic animi definitionem expreſsit, vt pro eo quod à nobis dicitur actus, & à Græcis entelechia, deceptus à ſimilitudine vocis promentiarit, endelechian, & verterit perennem motionem, talis enim eſt vis ἐνδελεχείας. Vnde tritum illud

Πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ, ideſt,
Aſſiduo cotem diffringit guttula caſu.

Quam ex Ariſtotelis ſententia conſtare putauit è quinta quadam eſſentia ab omni mortali cōcretione ſecreta. Vbi cùm in eius vocis importuna explicatione peccaſſe comperitur, tùm quòd ſuam illam explicationem, ex Ariſtotelis decreto tribuerit animo. Nanque vt entelechia ſit perennis motio, & ab Ariſtotele tanquam noua vox in hoc ſignificatu accepta, quod aſſerebat M.
B Tullius facilè demonſtrant loca quędam Ariſt. hic ſcilicet noſter, atque alter, quem habemus primo de ortu; propterea quòd hîc patet quàm abſurdum ſit, motum eſſe perennem motionem: quippe quòd, aut eo nomine ſignificetur æternum, hoc verò ſolum conuerſioni contigit, aut non interruptum; qua ratione motus non continebit auctionem; quandò illa eſt inter cęteros motus interrupta, neque parteis omneis habet cōtinuatas. Ibi verò ſeparauit cauſſas in vniuocas & entelechias. videtur autem id nomē fuiſſe tranſumptum ad indicandum genus illud cauſſarū quod prǣſtantiore modo continet effecta, neque formaliter, vt dici ſolet, quemadmodū pleręq. cauſſę, ſed virtute tantum; quia ſcilicet aliquid prǣſtare poſsint, cuius tamen appellationem non habēt: licet conſiderata ratione formali ſeorſum, tùm effectuū, tùm etiā cauſſarum omnes ſint vniuocę. Quapropter & Ariſt. omne genus cauſſarum ſub vniuoco complexus eſt. [a] Auerroës expreſſa vi græci nominis appellauit perfectionem. [b] ita profeſſus eſt motum eſſe cauſſam caloris, quamuis non ſit calidus, quia ſit perfectio calidi, quaſi verò perfectiore, & eminentiore quodammodo cōtineat calorem, quàm ipſe ſit, poſtquam erupit è ſinu ſuarum cauſſarum. quid ergo ſibi vellet hęc diſtributio cauſſarum in eas quæ ſunt vniuocę, & alias quæ ſunt perennes motiones? certè nihil. eoq. maximè quòd forma, per quam res ipſa eſt, tali nomine inſignitur, cuius præſentiæ certè nil
C repugnat magis quàm motio. Habitibus enim (inquit Ariſt. 1. de Gen.) præſentibus in materia ceſſat omnis motus. Peccatur item à M. Tullio quia reputet animam ab Ariſt. poſitam fuiſſe perennem motionem, quando perſpicuum eſt, ipſum, cùm entelechiam norit, eſſe primam quæ eſt vt habitus: vel ſecundam quæ eſt vt actus & functio, ne dum ſtatuerit animam eſſe perennē motionem, ſed voluerit planè eam eſſe actum illum primum qui per ſe otioſus eſſe poteſt. Nec nouā aut inauditam eſſe talem vocem ſatis perſuadeat nobis eius vſus apud Ariſt. frequentiſsimus, & præſertim in definitionibus quæ ſolum recipiunt, aut plurimum voces vſitatas, & illuſtres, & ab Ariſt. quidem reſtitutam potius quàm innouatam cum Simplicio fatebor, quanuis in ſchola ſua tritam, & iam vſu approbatam. præſertim quòd eius conſuetudo ſolet eſſe, cum voces innouat admonere lectorem conſimilibus vocibus dico, & dicimus. ſicut enim in omni arte, cuius vſus vulgaris cōmuniſq. non ſit, multa nominum nouitas eſſe ſolet, vt in primis cōſtituenda ſint earū rerum vocabula quę in quaque arte tractantur, & non modo Dialectici & Phyſici, ſed etiā Geometræ, Muſici, & Grammatici verbis vtuntur vulgo ignotis, & ſuo quodam more loquuntur, ſic & dicendi facultas quę popularis eſt, verba priuata vſurpat, vt ſua, eodemque modo alij omnes
D opifices, qui abhorrent ab omni politiore elegantia, res in quibus ſunt, nominibus notant nouis, quę ignorentur ab aliis, ſibi ſint vſitata tantummodo: nō aliter in hanc vocem eueniſſe credendū eſt. Itaque teſtatur Sextus Empiricus ἐντελέχειαν, & οὐδὲν μᾶλλον, eſſe ſcientia vocabula. Attigit hanc diſputationem quoque Budęus cuius dicta vberrimè receſer, & doctè examinat Vicomercatus, vt nihil amplius deſiderari poſsit. Quanquam & illud ego noto ob viri auctoritatem, etiam ab eo tertij erroris inſimulatum fuiſſe M. Tullium quia ſtatuerit in diſciplina Peripatetica, animum è quinta quadam eſſentia conſtitutum quæ ab elementis diſcreta ſit, tanquā nullibi reperiatur. Nos autem id optimè ex Ariſt. expreſſum dicimus, vbi è calore illo, non quidem igneo, conflatum eſſe teſtatur animum ipſum, ſed ex eiuſmodi qui proportione ſtellarum elemento reſpondeat. Ergo cùm Simplicio dicemus entelechiam ita nuncupatā, quod ἐντέλειον ἔχει, ideſt, vnum perfectum continet. vel quòd ἔχει τὸ ἐντελές, ideſt, habet perfectionem. aut quia quęq. res per actum conſecuta fuerit quòd vna ſit, atque illa quidem perfecta, aut continuatio perfectionis, ideſt, habitus ſecundum perfectionē ſeu poſſeſsio finis. Quicquid ſit, iudicio noſtro notat aliquid cuius ipſa ſit, non quidem vt pendeat ab illo, ſed alicuius, quod cōtrà pendeat ab ipſa: ita vt habitudo hæc ſit potius ſecundū nos, quàm ſecundū naturā; ſiquidē natura, vt dictū eſt, ordinat imperfectū ad perfectū, & vult imperfectū à perfecto pendere tanquā ſine ipſo nō ſit, id qđ

[a] 1. Met.
[b] 1. Meteo.

Diſcep. de immor. an.

bene se habet, qd' genus caussę, vt posteà dicemus, habet duas cōditiones, primā quidem, vt non pendeat ab alio, alterā verò vt alia pendeant ab ipso. Idcircò Deus, cùm sit eiusmodi simpliciter, & omniū rerū prima, & summa est, & simpliciter entelechia, quæ quidē secundū naturā excepta est ab omni habitudine, licet à nobis propter captū nostrū opinor, cum aliqua habitudine cōprehendat. Nā summas illas essentias, nō quidē per se ipsas (non. n. id humano ingenio licet, aut ęgrè) sed in inferioribus, & obnoxiis sensui concipimus; ac siquid est quod vndequaque perfectum, & absolutum numeris omnibus humana capiat mens, id notat nomine τοῦ εἴδους, quod significat speciem, cui sanè propter sensilis materiæ coniunctionem accidit, vt per se subsistat, & simul perspicua nobis sit. Distribuitur autem entelechia in primam ac secundam: & primam sanè quæ est vt habitus qui quidem in viuente quid significantius est, quàm in animo carentibus; exprimit enim τὸ κύριον, & imperium quoddam in corpus, cuiusmodi non est in animo carentibus, secundam verò quæ dicitur energia sic nuncupata ἀπὸ τοῦ ἔργου, quod est officium, quia per ipsam in officio sit res, quam item ego non verebor in agendo solùm constituere, verumetiam in patiendo. Quocirca sensum & mentem energian appellatam fuisse puto, quicquid de hac re decernant Græci interpretes, quæ propriè significat pręsentiam actuosi in patibili. Quanquam quid ego id asseuerare verear, cùm idem ore suo pronunciet Aristoteles? [a] præter ea quę de sensitrice facultate testatus est, quam in perpessionis genere absolutè collocarat, & posteà videre & audire vocauit ἐνεργεῖν. hæc addidit etiam, vt nihil expressius eloqui potuerit. Πρῶτον μὲν οὖν ὡς τοῦ αὐτοῦ ὄντος τοῦ πάσχειν καὶ τοῦ κινεῖσθαι, καὶ τοῦ ἐνεργεῖν, & quæ sequuntur, idest. Primum quidem tanquam idem sit pati & moueri & agere vel operari. Ergo etiam entelechia, & energia simpliciter actuosi præsentiam in patibili significat, & communiter amplectitur omnem gradum, quo res ipsæ sunt, quicunque ille sit, quo licet dicere hoc esse nunc, siue ad id sit instituta aliqua certa potestas, quemadmodum in rebus natura constantibus, siue nullus ad eam sit ordo, velut in artificiosis. Hæc rursus aut est imperfecta, & cum successione quadam, & significatione diuersorum temporum, vt substructio nauis, ædificatio, in qua pars aliqua fit, nec dum facta est. Idcircò non licet dicere, ædificat simul, & ędificauit; aut perfecta, & tota simul, vt nullis temporis differentiis interstinguatur, veluti visio, nanque in hoc officio & videre & vidisse sunt simul; neque ei quod est vidisse antecessit id quod est videre, quemadmodum ei, quod est ædificatum esse, præcessit ædificari. Ex altera parte potestas est principium agendi, aut patiendi quam à substantia re ipsa non differre posthàc ostendemus, vel habitudo scilicet ad functionem, quæ item duplex est, aut remota & indeterminata ad opposita, quę quidem ab Auerroë nomine possibilitatis exprimitur, aut est proxima, & iam determinata ad alteram partem contradictionis, quę propriè potentia dicebatur ab Auerroë, significat autem absentiam quidem actus, sed notat tamen eū ipsum impendere, quæ item duplex est, vel essentialis, hoc est, instituta in actum quæ est forma: vel accidentaria, idest instituta in actum, qui est functio. Quanquam potestas etiam sumitur pro illo subiecto in quo est ordo ad actum, seu pro illo in quo potest recipi actus, quod item bipartito se habet: etenim id in quo potest recipi actus, aut habet ordinem ad ipsum actum, quemadmodum in naturalibus, aut eo caret, velut in artificiosis. Ex quo etiam duplex actus erui potest, alter qui quidē perficiat potentiam ad seipsum directam qui conuenit rebus naturalibus, atque alter qui perficit sanè aliquam potestatem, sed illam quidem non ad seipsum directam, & quasi per accidens: id quod vsuuenit in iis quæ fiunt ab arte. vnde etiam progressus à tali potentia ad eū actum expressus est nomine indicante motionē, velut actionis, factionis, & generationis. Quocirca, siquis velit omnes motiones cum à natura factas, tum etiam nō naturales sub hac definitione comprehendi, cogetur item assumere actum & potentiam in communissimo significato. Ea verò quæ in definitione motus accipitur, non est vt subiectum sed vt habitudo ad actum & absentia quædam actus qui tamen impendeat, siue essentialis sit, seu accidentarius. An'ne verò actus ille primus sit, an secundus, an item potestas proxima aut remota, si distinctio quędam adhibeatur, facilè dignosci poterit. Etenim si respiciamus id à quo proficiscitur motus, negari nequit eum esse actum secundū: oportet enim id quod mouetur, ab eo moueri quod est non modo actu per suam certam formā, sed eiusmodi etiam, vt secundum illam agat: at potestas in mobili cùm sit ad formam & habitū, prorsus erit prima, sed cùm exerceatur ad vlteriorem actum perfectioremq́. procedens; erit motus actus ille in mobili qui respondet primę potentię, sed imperfectus: quia porrò talis actus, vbi perfectus fuerit, iam extinctus est motus, & quies ei successit. Quamobrem motus est actus primus imperfectus eius quod est in potentia prima, ad actum perfectum. Ex quo potest defendi Alexander ab impetu Simplicij, nostręq́. ętatis scriptorum, quia definiuerit motum primam mutationem eius quod est in potentia, quatenus tale: si modò mutationē cōmuniter accipiamus, & vt tria significat, primò quidem motum qui pręsefert successionē quandam cū continuatione cōiunctam, deinde successionē sine continuatione, & eiusmodi quæ subitò fiat, veluti cū vltimum non esse rei quę corrumpebatur, cōmutatur cum primo esse rei quę genita est, postremò transitū de potestate secunda ad actum secundum, & ex otio ad negotium, quæ quidem per se temporis puncto

[a] 3. Phys. T. 19.

A puncto existit; per accidens autem cum tempore iuncta est; quemadmodum posteà dicemus. Ideò fit vt idem per idem non omnino definiatur, sed tanquam primum, quod est in iis quę sunt ad vnum (talis est enim motus in genere mutationis) per quoddam quod sit ratione prius, veluti dictum est suprà, cùm de communi ad vnum longo progressu disceptauimus: ac si mente concipiamus actum illum imperfectum qui præstò est ei quod mouetur, semper esse coniunctum cũ quodam nouo gradu formæ succedentis quæ sanè cum motu successiuè affertur, vbi forma sit diuidua, quomodo ponitur forma accidentis, & est eiusdem prædicamenti, vel consequitur mutationem, quæ fit in substantia, cùm efficiens exhibendo formam tribuit item consequentia formam; sic erit mutatio prima; cùm sit è potentia essentiali ad actum primum qui est acquisitio formæ, vel in prędicamentis accidentis habitu & actu concepto, vel in substantia. Cùm verò forma sit in substantiis indiuidua, in accidente verò per partes inducatur; ac præceptum in iis quæ sunt ad vnum, seruare oporteat, vt in primis de primo iudicium faciamus; quandò motus ad locum primus est omnium, & in eo forma partitur; actus propriè sumetur, idest, accessio formę: cùm verò in mutatione substantiæ forma subito existat, ille processus in potentia ponetur quæ sanè actui proportione respondebit, neque tamen erit actus, quanquam de his posthàc satis. Neque verò in Alexandrea definitione mendum latère puto, vt scilicet pro mutatione legendum sit
B actus. Cur enim conferat operam suam Simplicius in Alexandri reprehensionem, si insit suspicio de menda? Sed hæc iam nimis multa.

Plura de certo motus genere disseruntur cum Aristotelis interpretibus. Cap. V.

AT verò quantum est de genere motus, adeò varia dicuntur à Peripateticis, vt non sit facile veritatem è tanta rerum varietate seligere. Nam legimus Plotinum existimasse motum efficere vnum quoddam prædicamentum ab iis decem quæ cunctis sunt perspicua diuersum, nec animaduertisse prædicamẽtum à duobus tanquam initiis efformari, à certo quodam modo quo res sunt, & certa quadam figura dictionis qua per vocem exprimatur. Itaque postquam nulla est certa figura dictionis quæ sit eius propria, nec vllus modus quo res ipsæ sunt quo distinguatur à cęteris; quoniam habet modum actionis, aut affectionis, seu passionis quę omnia certum habent genus, ad quod referantur, siue qualitatem, seu maius inter se respicientia. Planum igitur, quòd nullum aliud genus suprà decem illa notissima ponendum est, aut hoc nomine saltem quòd ad
C illud pertineat motus. Et planè cùm partes motus ordinem inter se habeant qui quidem vniuocationis ingenio repugnat, ea verò desideretur in quolibet prædicamento, quis audeat affirmare motum per sese esse prædicamentum? Alexandrum verò parum sibi constantem reperimus (solet autem auctoritas inconstantia leuari) cum modò, quantum coniicere est ex iis quę tribuunt ipsi Philoponus & Simplicius, credat motum genere vacare, atque ad vnum esse prorsus, aliàs ipsum referat ad ea quæ sub eandem rationem cadunt, & se vicissim respiciunt. Genere, quidem exclusit ob eam scilicet, rationem quã nuper attigimus, & anteà latissimè expressimus: quia nimirum pertinet ad plura prædicamenta. Et quamuis obseruetur Aristoteles referre motum aut ad quantum, aut ad ea quæ sunt ad aliquid; nihil dicat obstare, quominus habeat in se alias rationes propter quas sit vniuocus, & sub certo genere, ac prædicamento contineatur; non secus atque plures Alexandri qui, quamuis ambigui sint, omnes tamen vniuocè homines & animalia sunt. Necnon idem iudicium de definito faciendum est & partibus eius. Sed partes in eius definitione positæ non sunt vniuocæ, actus videlicet & potestas. sunt enim ex earum rerum genere quæ philosophi transcendentia nuncupant, Gręci ἐπαναβεβηκότα. Quamobrem neque
D definitio potest esse vniuoca: nec ob id definitum qui est motus. Idem quoque grauissimus auctor motum ad ea quæ sunt ad aliquid, retulisse perspicitur; quanquam id non proximè, verùm intercedente qualitate. Existimabat enim motum ita esse qualitatem, quia foret affectio. At cũ qualitas sit aut permanens, aut in successione posita; atque iterũ, vel sit iam absoluta ab efficiente, quam Gręci καθ᾽ ἕξιν vocant, vel ab eo pendens, quæ κατὰ σχέσιν appellatur, motũ ex eo genere qualitatis esse, quod est cum aliqua successione, & ab alio pendens: proinde ad ea referendum quæ sunt ad aliquid. Neque enim, inquit, absurdum est quoddam genus qualitatis esse ad aliud. Nanque & Aristoteles ipse mentionem facit de qualitatibus illis quæ constant ex hac duplici ratione; vtpotè quæ spectentur vt formæ & habitus subiecti cuiuspiam, & vt referunt aliud. [a] eius generis sunt lumen, & omnes imagines rerum sensilium. Nanque lumen est habitus quidam perspicui, idemq. simus est imago lucis, & echo est aeris affectus & imago soni. ita & calor inest in ferro candente per affectionem, & pendet adhuc ab efficiente. Signo illud est, quòd si ferrum arceatur ab igni, pristinam frigiditatem recuperat. & planius quasdam tales esse docuit Aristoteles [b] dispositionem, rectius affectionem dixeris, & habitum. nam sunt de primo genere qualitatis, eædemque sunt ad aliud. Neque item est præter opinionem, quòd nomine

[a] Lib. de Mem.

[b] Præd.

qualitatis significetur quiddam in quo sit successio: quandò passio & dispositio quæ re vera nondum absolutæ res sunt, qualitates quodammodo appellentur. & quoniam, sicut ea quæ generatur, est substantia, nec quidem simpliciter; verùm fiens: sic etiam id per quod fit quantum & quale, quantitas est & qualitas, non sanè absoluta & facta, sed imperfecta, & quæ fiat. Attamen, etsi omnia ab Alexandro cum aliqua ratione dicta sunt, nihilominus acerrimos oppugnatores habuerunt, & qui his commoti quæ subscribemus, ab Alexandro defecerint, iure ne an iniuria posteà videbimus. Opponitur primum. Si motus esset ad aliquid, haberet alterum compar sibi respondens, id verò esset aut mouens, aut mobile. Sed neutrum ex his esse potest, multoq. minus ex vtrisque coniunctum. Nullo igitur pacto videtur motus esse ad aliquid. Veritas connexi perspicitur ex his quæ docet Aristoteles de habitudine motus. Assumptum verò sic approbamus; siquidem habitudo motus ad mobile sit tanquam accidentis ad substantiam; atqui ea non est vera habitudo: aliter omnia accidentia forent ad aliquid, & esset vnum commune genus, & vniuocum omnium accidentium, nempe esse ad aliquid. Neque item motus est ad aliud propter ipsum mouens, quia sic se habet vt effectus ad caussam. neque item hæc est vera habitudo. nam si minus: sic omnia referrentur ad Deum qui est omnium caussa: ideoq. essent in eorũ prædicamento quæ sese vicissim respiciunt, non minus substantiæ, quàm accidentia. Deinde, si motum habitudo absolueret; cùm ea pariter ad patiens agensq. pertineat; efficeret vt motus ex æquo agens patiensq. respiceret. At non ita est tùm quia per subiectum existit, & perspicuũ est, tùm quòd ab agente separatur, & sæpissimè latet agens. Tùm etiam poterit instare quispiam. Si motus est ad aliquid beneficio qualitatis, aut ita refertur ad illud prædicamentum, quantum præsefert specialem rationem motus, aut ob aliam quampiam rationem. Si secundum dederit, vt ipse dare cogitur, si sibi constare voluerit; ergo, dicet quispiam, erit aliud prædicamentũ, ad quod pertinebit motus, quatenus præsefert specialem illam rationem qua est motus. Perspicuum verò est id consequi, propterea quòd verisimile est aliquod esse genus ad quod pertineat, quatenus ipse motus est. Cæterùm valeant hęc, quantum possunt, nobis enim facilis patebit exitus ad hęc omnia è nostris decretis, ad eadem quoque facilè respondere posset Alexander. Sed quoniam inuenêre fidem apud nõnullos, & ob eam caussam repudiata est aliquando eius sententia, visum est illa in medio ponere. Quanquam mihi obstare Alexandri sententiæ videbatur, quòd si per qualitatem referretur motus ad ea quæ sunt ad aliquid; necesse erat exponere, quod nam genus esset qualitatis. neque enim pariter omnia esse poterant; quandò aliqua sunt quibus cum motu nulla affinitas intercedit, vt docebimus de primo, secundo, & quarto genere qualitatis; sed pertinet solum motus ad tertiam eius speciem. quòd si hanc acceperis, etiam motus, aut erit ipsamet passio: & sic motus, cùm fiat secundum passionem; fiet quoque motus secundum motum, idq. non minus erit absurdum, quàm si motum moueri ponatur; aut cum motus in eo genere sit alteratio, vt aiunt, omnis motus erit alteratio. Conferamus igitur nos ad ea quæ illi profecti sunt qui Alexandro successerunt. Philoponus ergo quem Auicennam imitatum esse video, motum quidem vniuocum esse concessit, tamen prædicamento exclusit: cùm ea crederet in prædicamento contineri quæ absoluta perfectaq. forent: motus autem quid imperfectum esset. Sed mirum, mea quidem sententia, quædam esse vniuoca, quæ tamen nõ sint in prędicamento, & Aristoteles, vt visum est suprà, quà de communi ad vnum, ea quæ sunt extra prædicamenta etiam ab vniuocatione reiiciebat, ac si vniuoca sunt, in materia conueniunt; ob rationem communem quam habent, si conueniunt in materia, & in genere igitur. Ergo & in prædicamento. Nam quòd vniuoca sint in materia, sic concluditur. Vniuoca sunt multa. In separatis non est multitudo. ergo neque separata sunt vniuoca. Tùm sic construo rationem. separata non sunt vniuoca. ab opposita igitur. Vniuoca non sunt separata. Et accepimus entium partitionem in parteis, hæc verò sunt decem prædicamenta, aut principia, aut affectiones entium, atque hæc, vel singulorum prædicamentorum, vt punctum & vnitas quanti, vel plurium, sicuti contingens & necessarium, ac si fuerint singulorum, quid prohibet illa esse vniuoca? quòd si fuerint plurium, necessariò se habent ad vnum, sicut illa ad quę referuntur. Sic enim contraria prima ad substantiam solam pertinere docebat Aristoteles, quòd ea quæ ad alia prædicamenta referrentur, prima non essent, sicuti neque etiam prima essent reliqua prædicamenta, sed vna substantia. Motus igitur, cùm plura prædicamenta peruagetur, vniuocum quid esse non potest. Præterquam quòd omnino falsum est imperfecta arceri à prædicamento. Nam quid aliud obsecro sunt dispositio & affectio, quàm imperfectæ quædam qualitates? & tamen in genere qualitatis ab Aristotele collocantur? Potuit illud rectè dici ea generis illius appellationem non imperrasse, neque enim passio qualitas est, aut dispositio: quandò à qualitate quales appellantur, à dispositione verò & passione quales nominari non possumus: sed hæc de prędicamento expungere, magna nimium petitio videtur. Quid? non'ne potestas est sua quoque in singulis prædicamentis? Post hos igitur Auerroës & D. Thomas hunc nodum aliter dissoluens conati sunt, vtpotè, adhibita distinctione motus in formam fluentem.

Ratio I.

II.

III.

E

F

G

H

A fluentem & fluxum formæ, dicentes, si motus accipiatur vt forma fluens, id esse quod hic asseuerat Aristoteles: nam sic motus est forma imperfecta, dum acquiritur, differens, scilicet, à forma perfecta, quòd plus minusúe ad illam accedat: sed ea tamen à fluxu non absoluitur, nec fixa est, aut permanens; itaque verbali significari solet veluti calefactio, cùm cęteroquin habitus & forma nomine significentur, vt calor atque caliditas; & quoniam ex actu potentiaq. constat, hæc verò ordine quodam pertinent ad plura prædicamenta; ita etiam motus erit ad totidem, eadéq. prædicamenta referendus, ob eamq. rem non erit vniuocus, hoc verò pacto considerari ipsum & definiri volunt 3. Phys. in qua sanè re non sunt discordes ipsi & Alexander. Quòd si motus, vt fluxus formę spectetur (quid autem id sibi velit, mox explanabimus) tum inquiunt esse per se genus, & ad vnum certum genus ab Aristotele referri, vel ad ea quæ sunt ad aliquid, vel etiam ad passionem & qualitatem; tametsi testatur Auerroës ipsum referri ad passionem secundum formam, hoc est, secundum figuram dictionis. Verùm lustranti mihi varia loca Aristotelis, subuenit, motum nonnunquam reuocari ad quantum, aliàs haberi passionem. & cùm sit passio re vera, veluti posteà dicetur, discedo libenter ab Auerroë asserente ipsum esse passionem ex figura dictionis, referri verò motum ad quantum per accidens testatur ipsemet Aristoteles. [a] Non possum verò non admirari nonnullos qui putant viam in formam, quatenus est huiusmodi, ab actu B illo potentiæ distingui qui describitur ab Aristotele & in definitione motus vsurpatur; sicut & alios qui putant motum esse in quanto, quali, cęterisq. generibus vt in subiecto. cùm actus & potestas sint elementa prędicamentorum, è quibus non est probabile quicquam constitui, quod in eo prædicamento sit accidens, sed potius pars. Nam motus re vera est forma illa imperfecta quę scilicet est cum fluxu. Quanquàm non negauerim motum qui est secundum aliquod accidens, inesse vt accidens, in substantia, imitatur enim illud prædicamentum, secundum quod est. Neque tamen verebimur, licet actus & potestas sint elementa, ne fortè motus qui est actus quidam, sit & ipse elementum, actus enim & potestas simpliciter sunt elementa: at motus actus quidam est, & potentiam continet, non simpliciter, sed quodammodo. Propterea motus non est principium, veluti neque illa quæ ex actu & potentia constant.

[a] 5. Met.

Thomistarum de natura motus sententia recitatur. *Cap. VI.*

C QVONIAM verò quidam ex iunioribus fauent partibus D. Thomę, eiusque sententiam, quia communem reputant, summa diligentia explanant: nos eorum dicta colligamus in pauca, atque pro virili nostra diiudicemus. Ita igitur ipsi rationem formalem motus inuestigaturi more consueto primùm partiuntur ipsum in formam fluentem & fluxum formæ: atque rectè, ni fallor, licet vtraque re sint eadem, ratione tamen distinguunt, formam fluentem in illo genere collocantes in quo est forma quæ per motum comparatur: sicut enim forma ipsa est qualitas, vt albedo, sic potestas & via in hanc formam qualitas sit, necesse est ad idem prędicamentum actu & potestate pertinentibus. Est autem forma hæc fluens, forma imperfecta quæ tendit in suam perfectionem: sed in hac animaduertitur quidam fluxus & extensio qui est progressus ille formæ ab imperfecto ad perfectum; se habet autem ad formam fluentem, quemadmodum forma ad materiam. est verò fluxus hic medium & via per quam forma subiecto accedit, atque materiæ. & hæc, inquiunt, est ipsa ratio motus in qua diuisio inest quoquo pacto: puto verò tacitè id significari; quia diuisio sit propria affectio quanti: quapropter etiam motus referatur ad quātum, tanquam ad suum genus. Sed enim, ratio diuisionis in motu, cùm sit multiplex, vt ea quæ dicuntur, melius intelligi queant, exponendum est de partibus diuisionis quæ pertinent ad motum, vt eam modò pertractemus quam D. Thomas accommodat ad institutum. Inquiunt rationē D diuisionis peti primum à subiecto; cùm verò ipsum sit duplex, vel id de quo prædicatur moueri vt Socrates, vel id secundum quod fit motus, atque hoc distribuatur in quatuor pręcipua genera, substantiam, quantum, quale & vbi; est in Socrate primùm ea ratione diuisio, quia cum ex materia constet, quantum per se est: ex quo sępe efficitur, vt non ex toto, sed ex parte moueatur. verbigratia, primùm oritur cor, mox cerebrum, posteà lingua, sic afficitur aqua primùm ex ea parte qua tangitur ab igni; vnde exortum est duplex mutationum genus: alterum quod fit per partes successiuè: atque alterum quod fit omni ex parte simul velut aquæ congelatio & concretio lactis, quæ sanè diuisio respicit quantum per se. Præterea sic diuidi potest quælibet forma: quoniam varios gradus ac terminos assequi potest. sic dum fit Socrates est primum planta, deinde animal, vltimo loco homo & in incremento primùm quantitas angustis terminis clauditur, exinde contrahit ampliores. Et hæc diuisio perspicitur in ipso quali: proinde notatur illis nominibus, quibus significantur termini qualitatis, nimirùm gradibus. Potissimè verò diuisionis ratio perspicitur in ipso vbi; quandò prædicamentum hoc cōtinet locum qui per se quantus est, & latio materialiter accepta, siue vt forma fluens, est quidam locus, seu potius vbi quoddam

imperfectum quod non absoluitur à quanto. Denique talis diuidendi ratio per vniuersa illa genera pertinet secundum quæ fit propriè motus. itaque est quiddam commune ad vnum, & per suas parteis ad singula pro ratione accommodatur. Sic sua diuisionis est ratio secundum formã in quanto, quali, & vbi, neque ab hac diuidendi formula abhorret ipsa substantia. Tertiò sumitur, vt aiunt, diuisio à mora in qua fit motus, quæ planè ortum ducit à certa proportione quæ inter agens & patiens intercedit ex quo motus celer, aut tardus appellari solet. credo autem eam propriè tempus esse, aut saltem ab illo non abstrahi. Postremò diuisio in motu est successiua contractio diuersorum graduum, siue partium, vt solent aliqui dicere, formæ quæ certè tempus non est, vt ipsi volunt, atque à tempore separatur, cùm tempus habeat rationem rei perfectæ, itaque certam constituit speciem in prædicamento quantitatis: atqui illa contractio cum successione partium formę imperfectę rei rationem habet, neque propriam vllam per se speciem facit. Modi enim rerum, partes, & viæ ad formas speciem non efformant, cùm ab eo constituantur cuius sunt viæ, partes, & modi; in quibus successio ista numeranda est. Nam species ipsa forma completur; habet enim certam denominationem quæ est vniuersa ex forma; sed potestas, modus, via, & pars possunt aliquid esse formæ, neutiquam tamen formæ. His stantibus ea decernuntur ab ipsis. In primis rationem illam diuisionis quæ priore loco exposita est, non esse motui familiarem, quia proficiscitur à subiecto, & est per accidens. Neque item secundam eo quòd etiã hæc datur extra motum quem nunc definire instituimus: nam datur in generatione substantiæ quam sub motu qui tractatur in præsentia, cõtineri negant. Negant quoque illam tertiam, quia nihil est aliud omnino quàm tempus; hoc autem non constituit motum, sed comitatur, cùm sit numerus eius, aut affectio, speciesq. per se ipsam à motu separata. Neque enim illi obstat, quominus sit quędam species absoluta, quia sit affectio, quemadmodum obstabat, si modus, aut pars, aut via fuisset. Ob id, cùm ad præstandum motum plura requirantur, & ex his interna aliqua, nonnulla externa. in externis tempus collocatur. Sed vltimam prorsus pertinere dicunt ad motum quæ, scilicet, est partitio per gradus & parteis formæ. Ab his transeunt ad ea quæ cõsequuntur ex his, quorum primum ad propositam quæstionem pertinet. Cùm enim quæritur genus motus; quantum hîc accipiendum est; quoniam motus ita consideratus, vt contractio successiua diuersorum graduum continet rationem diuisionis quæ per se spectat ad quantum, at cùm quędam res imperfecta sit, nec speciem propterea constituat. ex hoc effici, vt expungatur aliquando è genere quanti; veruntamen ad quantum refertur. nam cęteroquin entis ea diuisio, de qua 3. Phys. exponitur, est communis rebus perfectis & imperfectis. Verumenimuerò, quod spectat ad reliqua fluxus iste communiter accipitur, & tam pertinet ad eum qui fit cum successione, quàm ad eum qui vestigio temporis obitur quem propriè mutationem vocari dicunt. Nanque & generatio motus est communiter & fluxus: cùm in ea quoque sit ratio generalis motus & fluxus, nempe ratio medij, subiectum actu, & aliqua repugnantia, siue renitentia, quæ quidẽ omnia ad efficiendum motum concurrant necesse est, licet non compleant ipsum, nec specificè constituant: sed præterea successionis differentia flagitetur per quam propriè motus à mutatione propriè dicta separatur. Habes igitur omnem D. Thomæ sententiam, quantum licuit, breuiter expositam.

Confutatur sententia Thomistarum, & seligitur ille motus qui proponitur ad definiendum. Cap. VII.

ITA defenditur à nonnullis D. Thomæ sententia. Sed eorum pace dicere nunc mihi liceat; multas certè repugnantias inculcat quæ nobis sunt ob auctoritatem patronorum mox indicandę. In primis. n. distinguitur secunda ratio diuisionis ab vltima: cùm vtraque ratio proponat latitudinem formæ quæ per motum comparatur. nisi fortè secunda illa abstrahatur à successione, & in ea solum habeatur ratio terminorum omni consideratione viæ successionisq. seclusa. Sed neque ipsi docent; nec facilè apparet, vt ea partitio posterior à successione separetur; cùm, si quilibet terminus seorsum concipiatur, rationẽ subeat vnius rei cuiusdã perfectę, & eiusmodi, vt speciei vim obtineat. Sic & planta, & animal, & homo sunt absolutæ substantiæ, & vnum per se singula. Quòd si conferantur hi gradus, vt continent rationem quandam exuperantiæ, & cõparationis, perfectioris, scilicet, & imperfectioris; adhuc vt termini sumuntur & inter se distincti proinde nullus hîc locus diuisioni relinquitur. Si verò in iis actus & potestas obseruentur, & quatenus id quod est imperfectius à perfectiore potest informari, & cùm sit in potentia, deduci ad actum per quandam continuationem, aut non fuit hoc sine aliqua præfatione ponendum; aut à nobis hactenus concedendum non est qui successionem quoque in substantiæ mutatione volumus esse. Deinde referunt secundam speciem diuisionis ad varia prædicamenta, quartam verò solum ad quantum, in eaq. collocant vniuersam essentiam motus; cùm tamen idem reipsa

fit modus

A sit modus vtriusque diuisionis; nempe secundum latitudinem formæ. Prætèrquàm quòd efficeretur, vt motus esset in primo modo dicẽdi per se quantus: veruntamen ab Aristotele censetur quantus esse per accidens. Neque id sufficit quod aiunt, motum arceri à quanto, quia sit res quędam imperfecta. Tùm quia motus quidam naturalis est perfectio rei mobilis, vt in cęlo conuersio cuius item vita & immortalitas existimatur. [a] At verò, si audiant motum esse rem quandam imperfectam, quia quisque sit progressus ad formam, & conuersionem hoc quoque modo imperfectam esse profiteantur; ideoq. non esse propriè quantum. opponam ego nihil id prohibere, quominus sit absolutè quantum. Nam quicquid habet imperfectionis, non ex quantitate, proficiscitur, sed ex aliis prædicamentis secundum quę fit motus. Nam, siquid habet imperfectionis in genere quantitatis, idest, aut solius incrementi qui est motus secundum quantum, non motus communiter, aut quòd in successione positus est, nec permanet: attamen nouimus successiuum esse differentiam quanti, & successiua vt quanti species haberi, & simpliciter quanta nuncupari. Quamobrem imperfectum quid erit ad cętera prædicamenta, vt generatio substantia imperfecta, itidem audio, imperfecta quantitas, & alteratio qualitas imperfecta, & latio vbi imperfectũ: sed quòd motus simpliciter sit quantitas imperfecta, nequaquam. Accedit eodem, quòd in omni
B motu semper est aliquid quod factum est; [b] quapropter eius merito quod factum est, saltem in accidentibus nominationem simpliciter à suo prædicamento accipiet, vt quanuis sit calidum in quinto gradu, & adhuc promoueri possit, calidum dicetur. & id multo magis in quantitate eueniet, quò quantitas in infinitum minui potest propria ratione conseruata. Nam quicquid ponitur vltra certos terminos, tollit quidem rationem substantiæ vt carnis & ossis, sed non rationem quantitatis. Tertiò distinguunt motum communiter in successiuum & momentaneum, & dum reddunt rationem, cur etiam momentaneus dicatur motus, afferunt omnes caussas quibus introducitur tempus. Vnde enim obsecrò tempus aliunde quàm à resistentia, & ab actu subiecti quod habet formam oppositam? & vnde'nam ratio & distinctio motus propriè dicti ex illorum placitis, quam ex tempore? & tamen illi faciunt subiectum momentaneæ mutationis, & resistentiam, atque item fluxum illi tribuunt, quæ sunt omnia caussa temporis. Adde etiam quòd in generatione subiectum in actu, aut ponendum non est; cùm fiat ea mutatio ex eo quod est in potentia & non est per se, & propterea distinguatur ab aliis mutationibus, aut, si in actu est, cur non fit in tempore propter oppositionem formarum? Quin etiam non temere danda est illa distinctio inter motum & mutationem, quòd mutatio sit momentanea, motus verò fiat in tempore: siquidẽ
C alia magis propria [c] succurrat, videlicet, quia mutatio fit inter terminos priuatiuè oppositos. Iterum vbi concedunt mutationem vniuersè habere subiectum in actu & resistentiam, quid de illuminatione dicendum est, & generatim de illis mutationibus quæ afferunt perfectionem? ibi enim adest sola priuatio sine contrario & sine vlla prorsus resistentia, quorum beneficio temporis puncto fiunt. Nam, quòd istiusmodi transmutationes in tempore breuissimo, & quod sensum fugiat, obeantur, ægrè concesserim. Prętereà quomodo cogitatur fluxus sine priori & posteriori? si enim simul fit mutatio tota, in eo quòd simul fit, vt si vndequaque fiat veluti conglaciatio, si etiam quòd forma subitò accedat; ea sanè fluxus non est. Si minus: ergo ibi prius & posterius. Quanquam illuminatio & reliquę mutationes, id genus, vel Aristotele auctore, sunt habitudines quædam agentis & formæ ad subiectum in quibus hoc post hoc solum adest, & nullus omnino fluxus. Mitto nunc, quòd tempus speciem per se faciat, quia sit res quædam perfecta, nec via, pars, aut modus. cùm sic definiatur. Numerus motus secundum prius & posterius, in qua descriptione liquet tempus esse alicuius, neque rem absolutam, & simpliciter, sed cũ aliquo modo, quòd si id quod speciem facturum est, absolutum sit, oportet; profectò tempus per se speciem
D non efficiet. Insuper nihil dicunt de actione, perpessione, & habitudine cum quibus iuncta motus essentia videtur. Sed certè illud vnum lapsus omnis in caussa fuit, quòd eos latuit potestas eorum communium quæ sunt ad vnum. Proinde scire licet. Motum primò, siue mutationem voces, Phys. 3. definiri quæ tamen speciatim sumitur. non sanè, vt significet hoc post hoc, quæ subita esse potest: sed transitum & progressum ab vno termino ad alterum qui in iis quæ per se mouentur, in tempore fit, vt infrà etiam pluribus ostendemus: & cùm è mutationibus quædam per se sint, nonnullæ per accidens quæ solent consequi motum per se, & sunt potius habitudines quàm motus, velut illumina & visio; addimus etiam ab hac definitione seiungi mutationes per accidens. Atqui mutationum per se primum locum sibi vendicat motus qui est ad locum; etiam hunc præceteris definitum fuisse dicimus. in hoc autem primùm potissimeq. inest vniuersa ratio successionis, in reliquis verò cum ordine quodam: sicut etiam ordinatè in illis inest ratio diuisionis, in eo quidem qui est ad locum, primo, & deinceps in aliis. Ob id exponendum erit de ratione diuisionis, quę inest in eo motu, si diligenter assequi velimus, vt ea pertineat ad alios motus. Tùm deinde, quoniam per se est actus quidam imperfectus, & adhuc ab efficiente pendens, & in subiecto quodam exercetur: si velimus etiam ritè explicare genus ipsius motus, expediendum item est, vt

[a] 2. de cœlo.

[b] 6. Phys. 9. Met. T.14.

[c] 5. Phys. T.40.

est,vt attinet ad actionem & perpeſsionem & exinde ad habitudinem. ſiquidem actio & affectio inter ſeſe comitentur,& vtræque motum reſpiciant. Nanque,vt motus eſt ab efficiente in quodā ſubiecto,rationem actionis & perpeſsionis includit. Quibus oſtenſis, perſpicuum quoque fiet, vt varijs modis ipſa notio motus ad diuerſa prædicamenta referatur ſeruato etiam in ſingulis ordine,& vt aiunt,analogia quam dicimus intercedere inter ſpecies,ſeu parteis ipſius. verbigratia, quod ad diuiſionem pertinet; vt in alteratione eſt diuiſio beneficio ſubiecti, gradus & temporis; ineſt pendentia; ab actu quali exercetur in eo quod eſt potentia quale; & demum notat certam agentis habitudinem ad patiens.ita dicendum de reliquis mutationibus ad ſubſtantiam,quantum & vbi. Animaduerte verò me non accipere actionem & perpeſsionem, vt duo genera & prædicamenta,quæ diſtinguantur à cęteris; ſed ipſa numero in iis quæ ſunt ad aliquid. Verùm hîc non ab re fuerit, ſi doceamus, quemadmodum actio & perpeſsio prædicamentum faciant, & eadem in iis quæ ſunt ad aliquid, reponantur. Ad horum notitiam nonnulla rudimenta præponenda ſunt. Primùm enim accipere oportet vnde ratio prædicamenti ducatur. Et planè duas partes continet prædicamentum,alteram quæ reſpicit modum quo res ipſæ ſunt, atque alteram quæ figuram locutionis ſpectat. Porrò modus ipſius eſſe generalis omnium duplex eſt,aut non in ſubiecto,quod eſt ſubſtantiæ proprium,aut in ſubiecto,quomodo ſunt aliquid ſubiecti,quæ eſt ſubſtantia,commune verò eſt nouem generibus ob totidem modos ſubſtantiæ quibus accidentia determinantur. Sic ergo & obtinent quòd ſint ſuo quæque proprio modo, & hoc modo,vt ſcilicet, aliquid ſubſtantiæ voces exprimuntur. Itaque ſingula prædicamenta conſtituuntur ex modo, quo ſubiectum reſpiciunt, aut quia notetur ipſum ſubiectum, vt fit in ſubſtantia,aut quod ineſt in ſubiecto,vt euenit in accidente. Propterea ſic de actione & paſsione dicetur: cùm ſint aliquid ſubſtantiæ, prout ſubiectum,& eiuſmodi, & ſic voce ſignificentur, actionem & paſsionem eſſe prædicamenta duo inter nouem quæ ſunt accidentis, quibus ſubſtantiæ fluxus, aut eorum quæ ſunt in ſubſtantia notetur. Et generaliter quidem omne accidens habet ſe ad ſubſtantiam, vt ad aliquid. quo fit, vt actio quoque & paſsio non ſuperent in hoc alia prædicamenta, quod genus relationis cum in accidentis eſſentia contineatur, ſitque tranſcendens & internum,non tranſit ad prædicamentum eorum quæ ſunt ad aliquid, niſi propter figuram dictionis. Cæterùm actio & paſsio ſuas ipſarum proprias habitudines habent quibus à cęteris generibus ſeparantur. Nanque actio eſt vt ab hoc,paſsio vt in hoc,quæ ſanè habitudines,cùm quoquomodo reſpiciant externa, iure optimo numerantur in iis quæ ſunt ad aliquid. Nam quanuis paſsio vt ad ſubiectum in quo eſt,internam habeat habitudinem; at aliam externam habet adnexam, nempe vt dum adhuc ab alio pendet,& eſt in hoc,vt ab alio. quaſi ſi illud formæ quod ineſt in ſubiecto ſolùm cogitatione comprehendas,& cum fluxu conſideres,iam rationem propriam tenebis,quà eſt paſsio, & cùm ſic includat internam relationem,ab externa ſegregetur,format prędicamentum quoddam à reliquis ſeparatum,eo tamen modo. nam cũ actio in agente ſit agere, & paſsio in patiente ſit pati; efficitur vt prædicamenta conſtituantur agere & pati; quæ manifeſtè repudiant relationē: neque enim abſurdum eſt,cuius primitiuum ſit ad aliquid, denominatiuum non eſſe, vt quanuis accubitus,ſtatio,& ſeſsio ſint ad aliquid; neutiquam tamen ſedere,ſtare,& accumbere. [a] Si ab alio pendentiam addas,quod externum ſit: iam feceris ipſam de illorũ genere quæ inter ſe reſpiciũt. Et actio,ſi vt in illo ineſt à quo eſt,internam habet habitudinem,cùm ſit illius actus,ita efficit proprium prędicamentum; ſi verò vt ab hoc in illud,iam accipit habitudinem externam,& in aliud prædicamentum transfertur. Sic ſeſsio,accubitus,ſtatus, diſpoſitio, habitus, etiam ſi videantur eſſe ſubiectorum, & ob id dubitari poſſet eas eſſe habitudines internas; nec propterea verè in iis quæ inter ſeſe reſpiciunt, collocari; ſic ſubiectum reſpiciunt, vt habitudinem quoque ad externum includant,vt accubitus,relationem corporis ad locum. habitus,vt ſcientia,ad obiectum. & calor qui eſt habitus,aut diſpoſitio differt ab eo qui eſt paſsio,vel patibilis qualitas, quòd hic eſt natiuus,vt in igni; ille aduentitius & externus. [b] Nam quòd ad ſubiectum ſeſsio, ſtatio, & accubitus non referuntur; ex illo apparet, quòd referrentur ad ſedens: itaque contrà ſedens eſſet ad aliquid & ſedere,& ſtare,& accumbere,quod eſt falſum. Propterea cum Cap. de Qual. Ariſt. in iis quæ ſunt ad aliquid, numerat habitus,diſciplinas,& huiuſmodi, non refert illa ad ſubiectũ habens,ſed ad obiectum quod externum eſt. Ita igitur ob has geminas relationes externam vnã, & internam alteram,actio & paſsio ad varia genera referuntur. & dum ſeſe in interna habitudine continent,conſtituunt prædicamentum ſeparatum,dum externam accipiunt, ad aliquid ſunt. Redeo nunc ad inſtitutum. Dicebamus autem diuiſionem eſſe in motu analogicè, & ordine quodam,& ſic de cęteris attributis intelligendum eſt, & præcipuè natura ſpectanda eſt ſubiecti illius ſecundum quod fit motus: etenim primas in motu obtinet, non ſecus àc ſubiectum quod dialectici nuncupant inhæſionis, in eius definitione,quod ineſt inſtar accidentis. Quid verò ſit gradus,& quemadmodum inſit in formis, ſuo loco dicetur,intereà ſufficiat, quòd ex his quę dicta ſunt,perſpicuum eſt mutationem eſſe vocem multiplicem,neque definiri cõmuniter, neque

eandem

[a] Cap. de rel.

[b] Cap. de Qual.

E F G H

A eandem proponi 3.Phys. ad definiendũ,atque accipi posteà tùm 5.Phys. tùm etiam 2.de Anima. Nanque motus directò spectat solùm quattuor prędicaměta,sic etiam mutatio per se dicta,quòd in his solis per se transitus est ex eo quod non est, ad id quod est, ex quo mutatio constituitur & è potentia in actum,& à contrario in contrarium,vnde sumitur propria ratio motus. Per se verò talem esse motum, transitum scilicet illum qui est in quattuor generibus sæpius indicatis,ex illo coniecturam facere licet; quoniam motus qui fiunt secundum illa, ab aliis omnibus singuli absoluuntur; mutationes autem quæ fiunt in reliquis sex prędicamentis,semper alicui ex his motibus comitantur,velut illuminatio motui Solis. Itaque tametsi in singulis prædicamentis actus & potestas continentur, nihilominus illa etiam analogicè dicuntur. Ex hoc efficitur,vt non sint in illis principia mutationis per se. Sic ergo mutatio quæ fit secundum alia prædicamenta, quia non est per se; non est loci præsentis.

Declaratur subiectum motus, & in sua membra secatur; multa etiam de agente adijciuntur. *Cap.* VIII.

B MOTVS, vt dictum est, ex successione & fluxu constituitur; sed tum etiam postulat subiectum quod est potestate, & per motum deduci debet ad actum: at quod actu faciendũ est,necessariò faciendum est ab alio quod sit actu. Postulat igitur ordo rerum,vt nos ad hæc explicanda conuertamus: sic enim succedet, vt motus ex ea parte notescat qua cũ habitudine iunctus est. ac primùm de subiecto nonnulla dicamus. Hoc potestate vti nunc accipiamus; & quoniam motus est in solis quattuor prędicaměntis; ea certè potestas quæ pertinet ad illa genera, subiectum motus efficiet quæ, tametsi funditus inhæret materiæ primæ, cùm ea sit quantum, quale & vbi potestate; tamen quia neque materia, neque accidentia separantur ab actu substantia; est quidem ipsa actu substantia quæ tempore eodem potestate existit ratione diuersa; ita vt quatenus potestate substantia est, per se & proximè sit substantiæ subiectum, remotè verò & per formam substantiæ sit potestate reliqua prædicamenta. Illud igitur subiectum, quod verè denominabitur à motu,& moueri dicetur; erit ipsa substantia composita. Sed quoniam potentia materiæ ad substantiam est generationis initium, quæ propriè mutatio nuncupatur; potentia verò materiæ ad alia prædicamenta in ipsa inest per formam substantiæ, & ad ea verè est motus: ideò materia per se primum erit & proximum principium mutationis; substantia verò composita

C principium motus. Subiectum hoc capax est contradicentium; quæ,cùm in contraria resoluantur, erit item subiectum compos contrariorum quæ primùm reperiuntur in substantia, deinde in cæteris prædicamentis analogicè. Nam secundum formam,hoc est,si formam spectes oppositionis & rationem primam per quam vnum contrarium ab altero sub eodem genere distat,idest, nihil alterius formam participans, contraria, vt optimè norunt dialectici, in contradicentia resoluuntur; si verò materiam atque subiectum, ea contraria planè sunt. siquidem termini mutationum per se qui sunt esse & non esse, formis contrariis fundentur. Propterea non satis æquè inuehitur Alexander in eos, [a] qui putant contraria magis pugnare, quàm habitum & priuationẽ; & quamuis oppositum testaretur aliquando Aristoteles, [b] opinantes ita ab eo decretum auditoris exercendi caussa dicent nec ab aduersariis aptè constitutum magis pugnare contraria; quòd de oppositionis modo fuerat ab vtrisque distinguendum. Quicquid sit,eorum subiectum intrinsecus,& vt verbo Peripatetico vtar, οἰκοθεν ad suam perfectionem contendit quam ex adeptione actus & formæ consequitur remanens in re facta, & altero è contrariis deposito per innatum formæ appetitum à quo vrgetur assiduè. Cùm igitur materia subiiciatur motui per potentiam

[a] 5. Met.
[b] 5. Seq. lib. περὶ ἑρμη.

D quam habet; hæc autem exoriatur ab oppositione (nanque ea est natura contrariorum, vt sint actu quidem contraria, potestate autem similia) oppositio verò in quolibet genere sit vna quædam definita; hinc efficitur,vt ratio contrariorum in his generibus caussa sit acceptionis nouarũ formarum, & omnino mutationis & motus. Proinde genus ad quod pertinent hæc contraria, cum sit prima ratio,& proxima suscipiendi nouas formas,appellatur item subiectum.quare etiã dicitur subiectum secundum quod fit mutatio, καθ' ὅ Græci dicunt: non autem subiectum generationis,aut mutationis, sic substantia mouetur & mutatur: quantitas neque mouetur, neque mutatur,sed substantia secundum quantum, & hoc semper est vniuocum, licet alioquin illud primum subiectum materia nimirum sit ad vnum. Hactenus de subiecto: nunc transeamus ad agens. Possem hic multa dicere de habitudine accidentis & affectionis ad suas caussas agentem,scilicet,& finem eamq. docere ad accidentis constitutionem pertinere,cùm sint caussæ illius huic,idest,subiecto in quo cùm inhæreat,est accidens ipsum: ideoq. etiã in eius definitione caussas has esse recipiendas è quibus ipsum quid est logicè colligatur. Sed his reiectis ad analyticos alia subiungentur quæ speciatim dici possint de habitudine motus ad illas caussas,& ex illis eius essentiæ partem suppleri,& potissimè de habitudine ad agens. Nam de fine quidẽ ratio generalis

est cum.

eſt cum ceteris accidentibus quorum eſt aliquis finis. Igitur nunc de agente diſſeramus. Hoc autem, ex altera parte, quatenus agens, ſemper eſt actu, ſiue vniuoco, ſiue etiam tanquã entelechia: cùm verò oppoſitio contrariorum includat actum & poteſtatem; oppoſitio quoque inerit in agente, vel propriè, vel etiam entelechia. Omnino verò includet formam. nanque etſi agens ipſum eſt cõpoſitum, & neceſſariò ſubſtantia ſingularis, vel vt quanta, vel vt qualis: attamen agendi ratio forma eſt quæ in his quæ per ſe agunt, opponitur formę patientis. Et quoniam in vniuocis actus cum potentia ad oppoſitum coniunctus eſt; ſequitur, vt dum agunt vniuoca, etiam repatiantur. Ita fit vt coniunctio poteſtatis & actus in contrariis ſint vera cauſſa mutuę perpeſsionis quæ, cùm ſint diffuſa per totum ſubiectũ, efficiant vt hæc inter ſe ex toto agant & patiantur, non ſecundum parteis diuerſas, aut ſecundum varias qualitates; quod ignari quidam rerum Ariſtotelicarum profitentur; cetera verò ad facilitatem, difficultatemúe agendi, aut patiendi faciũt, tanquam certę materiæ affectiones, vtputa, raritas & paruitas partium; denſitas & magnitudo. Nam rara patiuntur facilius, denſa promptius agunt, magna & denſa reſiſtunt magis, parua & rara contrà cedunt alacrius. Non me latet, hæc omnia requirere tractationem ampliſsimam, & quæ pluribus poſthàc conficietur. ſed, cùm Ariſtoteles etiam hęc eadem attingat in elemẽtis motus & agentis ac patientis euoluendis, operæpretium facere mihi viſum quoque eſt, ſi quædam breuiter de ipſis exponerem. Sed veniamus ad alia. Sicut autem patiens ad quattuor genera refertur, ita quoque & agens: ſic, quod eſt actu ſubſtantia, facit actu ſubſtantiam: & quod eſt actu quantum, facit actu quantum, conſimilique modo de quali dicendum eſt, de eo verò quod facit actu vbi, longum erit poſteà certamen ineundum. Quanquam in his agentibus etiam aliquod diſcrimen intercedit. Nam quod facit actu ſubſtantiam, eſt ſeparatum ab eo quod fit, nihil enim ſeipſum generat quod facit actu quantum, ita ipſum facit, quoniam cum eo coniungitur, quod facit actu, quale, primò facit primas qualitates, per has verò efficit ſecũdas: vnde eſt media quędam hęc ratio agentis inter id quod eſt per ſe, & quod eſt per accidens. Etenim quod erat per ſe, habebat in ſeipſo formam rei faciendę: quod autem efficit per accidens, poterat eam neque actu, neque virtute poſsidere: hoc quod efficit actu quale, producit primas qualitateis vt vniuocum, ſecundas verò tanquam entelechia. licet ſi aurificis ſtatera perpendantur productiones ſecundarum qualitatum, arcebuntur à vero motu, quia miſturam primarum conſequuntur. Agens etiã
a 1.de An. T.67. hoc ita operatur, & incertum ſubiectum: quoniam eſt illius perfectio. [a] Non eſt autem quærendum, cur hoc perficiatur; illud perficiat: ſiquidem hęc ſit vtriuſque natura; nec cauſſam habet, ſicuti, neque vlla eſt cauſſa ob quã ſit animus, neque cauſſa ob quam principia ipſa ſunt principia, quæſtioq́. hæc ſolum pertinet ad ea quæ ex principiis. Qaemadmodum verò forma incutiatur materię, dicetur poſteà. Dicamus interim, ex habitudine agentis ad patiens conſtare motũ ipſum, eſt enim ipſa forma dum fit, quocirca pendet adhuc ab agente, incutitur autem patienti. ſic motus eſt verè paſsio ab hoc quod eſt agens in hoc quod eſt patiens: Sed quamuis in hoc dicatur, non ita dicitur, quia ſit tanquam accidens in ſubiecto ſimpliciter; verùm ſpectare oportet formã & ſubiectum à quo primum ipſa excipitur, nam ſi materia fuerit; quæcunque forma perfectio illius eſt; ſed ſi capiamus ſubſtantiam compoſitam, mutatio quidẽ quæ fit ſecundum ſubſtantiam, pertinet ad prædicamentum ſubſtantiæ; quando per ipſam pars aliqua ſubſtantiæ cõparatur, reliquæ verò mutationes optime referentur in accidens. Attamen quælibet mutatio, ſi conſideretur vt paſsio, hoc charactere dictionis exprimitur, quia ſit in hoc quod ſanè aliud eſt, quàm eſſe in ſubiecto, neque tamen obſtat, quominus ſit in ſubiecto, tanquam accidens. Actio quoque pari gradu accidens erit & ſubſtantia. quanuis hoc dicendi ſchemate ſignificetur, quoniam ab hoc. ita enim deſcribitur per habitudinem ad agens; hoc autem ideſt, à quo: cùm inde incipiat motus per communicationem formæ, quam habet agens in ſeipſo. Nanque eſt in agente ipſo velut actus quidam ſecundus, & vt agentis perfectio. Quòd ſi ſubſtantiæ perfectio eſt actio, perfectio verò ſubſtantiæ nil aliud eſſe poteſt quàm ſubſtantia. planum, quòd actio quoque ſubſtantiæ, quatenus ſubſtantia eſt, erit eadem & ſubſtantia. Quòd ſi te offendat actionem conſtituere quæ ſit perfectio ſubſtantiæ, cùm eius perfectio poſita ſolùm in eo videatur quòd ſit, & in poſſeſsione ſuę formæ; ſit hoc ſubſtantiæ ſimpliciter & à motu abſtractæ quam ſpectat primus philoſophus; transferatur illud ad ſubſtantiam naturalem quæ eſt noſtræ methodi quæ cũ motu determinetur, in ea producere motum & aliud efficere quale ipſa eſt, opus eſt præſtantiſsimum. Quocirca ſolùm merito figuræ dictionis eorum nomen retinebit quæ inter ſe reſpiciunt. Sed his omiſsis de quibus poſteà copioſius diſſerendum eſt. illud eſto nobis firmum & ratum vtranque habitudinem admouens, ſcilicet, & mobile, ad motus eſſentiam quoquomodo pertinere.

Quemadmodum

A *Quemadmodum se habeat motus ad efficiens & materiã; vbi verum genus motus assignatur. Cap. IX.*

EX his quę narrata sunt hactenus, propemodũ essentia motus inuenta est. verùm ad ipsam penitus absoluendam non erit importunũ, si & id in pręsentia consideremus, cùm motus sit quidẽ ab agente, sed in patiente, quod verò est ab agente sit actio, quod autẽ in patiẽte sit affectio, siue passio, quemadmodũ actio & affectio se habeant, cum ad agens & patiens, tum etiã ad motũ: explorato.n. generis ipsius ingenio, facilius adipiscemur essentiã partiũ subiectarũ. Porrò Latinis nostris ea vox actio fuit caussa deceptionis; quippe qui existimarint oẽ qđ ea voce cõprehenditur, ab aliquo pẽdere, tanquã ab efficiente principio: sed quod ipsi verterũt actionẽ, apud Gręcos variis nominib. significatur; interdũ noĩe secũdę entelechię, nonnunquã energię, 3. Phys. nomine factionis exprimit aliqñ praxeos huic opposita perpessio est, quã [a] proprio noĩe πάθησιν appellari video, cũ cęteroqui πόιημα & πάθος sint fines, illud quidẽ τῆς ποιήσεως, hoc autẽ τῆς παθήσεως, & hęc aliquid factũ, & quod iam sit exprimunt, illæ verò progressum & viã. Sed vt variæ sunt earũ vocũ notiones apud Gręcos, ita sequitur, vt apud nos actio vox ambigua reddat. Nanq; & noĩe entelechię & energię non solũ id qđ pendet vt ab efficiente significatur, sed id qđ proficiscitur vt à forma. nõ esse aũt eundẽ vtriusq; efficiendi modũ intelliget posteà. Quin etiã entelechia & energia referunt ab Arist. ad sensum & mentẽ quę vtraq; ponit ipse in eo, qđ est paticũ efficere sit rerũ obiectarũ q̃ sui formã

B facultatib. sentienti & intelligenti incutiunt; siue vt efficientia, siue vt fines alias dicet. Omnino verò duo illa noĩa accõmodant ad eas functiones q̃ momẽto tpis obeunt quas Latini actiones immanẽtes appellare solent, quia nõ transeant ab vno subiecto ad alterũ, qđ sane ipsis hactenus cõcedat. Nanq; illud prorsus existimo falsum qđ accipiunt, etiã si tale genus actionis in eodẽ subiecto maneat; in eo duo reperire principia: alterũ a quo producatur, tanq̃ ab efficiẽte, atq; alterũ in quo efficiat, tanquã in subiecto. nos.n. infrà sumus ostensuri eã esse proprietatẽ q̃ consequit formã, quatenus forma est. Nã ꝙ nulla det eiusmodi actio intrinseca nõ facilè cõcesserim. verũ hęc posteà, sed nos hic factionẽ habemus, ea verò πόιησις est q̃ propriè permanat ab efficiente, & inducitur in patiens, cũ sit re ipsa eadẽ cũ passione, solũ ab ea rõne distincta non aliter atq; ascensus & descensus in eadẽ scala; sunt.n. eędẽ vtreq. cũ forma quę proficiscit ab efficiente in materiã: ideò sicut materia, cũ sit sola ptãs, nõ deducitur in actũ, nisi per actũ & ab actu; nec efficiens efficit nisi subijciat id qđ est ptãte, quatenus hmõi, sic forma hęc in actu est in efficiente, potestate autẽ in materia. verùm efficiẽs agere nõ dicit, neq; pati subiectũ, neq; illa actio, aut passio nuncupari debet, nisi dũ transmittit ab efficiente, & patienti cõicatur: antequã.n. cõicetur materię est actus primus solus vt caliditas in igni, qñ nõ habeat,

C qđ cõburat. actus aũt primus nil est aliud, forma ipsa, siue substantię, siue accidẽtis, nihil refert. Et qm̃ cõicatur pp contrariũ, qđ inest in materia, per quosdã gradus, nec tota simul, & in tpe aliquo ob id talis actio reapse motus est. Cęterùm, cũ alij cõicetur, & ab alio recipiat, dũ adhuc ab efficiẽte transfundit, degenerat in passionẽ. Ob hęc igitur motus simul est actio quidẽ, vt ab agente & mouẽte; passio verò, vt in eo qđ patit & mouetur. est autẽ passio non simpliciter; modò fuerit secundũ naturã, cũ per motũ semper aliquid perficiatur, sed qm̃ hęc perfectio nõ põt aduenire, nisi abijciatur anterior forma. Cùm ergo actio sit ab agente, eademq. sit in patiente, vtranque verò cõpleat rationẽ motus efficit, vt motus sit in eorũ genere q̃ sub eandẽ rationẽ cadunt: continet.n. duas habitudines, siue, vt isti dicunt, respectus: quanuis etiã existimẽ eas nõ esse simplices, verũ vtrasque cõpositas: qñ quidẽ habitudo ad agẽs absoluit per formã: agit.n. hoc per hanc formã: & actio est huius formę progressus ab hoc, ita & habitudo ad patiẽs: ꝓpea ꝙ illius actus est secundũ aliquod ꝑdicamentũ. sed cũ ea solũ efficiat prædicamentũ separatũ quę est ad agens; etenim ea quę est ad patiẽs interna est, neq; affert rationẽ habitudinis; idcircò tanq̃ actio rationẽ afferet eorũ quę sunt ad aliquid; vt passio nõ distinguetur à re quę per motũ cõparatur. Ab his quę demonstrata sunt, patet naturã motus nõ esse

D simplicẽ quandã essentiã, sed è variis constare primordiis & elementis, secũ sanè subiecto cõiunctis rõne verò separatis. Quapropter ad diuersa prędicamẽta refertur, licet nõ ad oĩa illa pertineat ęqualiter: verùm ad quędã obliquè, ad alia verò in recto. Nanq; si consideret secundũ materiã: quia cõtinetur in eo prędicamento, cuius est ea ipsa forma qua terminat, est sanè in eodẽ ꝑdicamento, verum tamen vt aliquid eius nimirũ actus quidã imperfectus, & vt dici solet, via, nõ vt genus, aut species quę in prędicamento collocantur in recto. cũ etiã cõsideret secundũ formã, atque vt fluxus quidã, etiã fluxus ille duo notat, & profectũ in ea forma, & aliquã eius partitionẽ: si partitio spectetur, ꝑsefert certè speciẽ quanti: nihilominus affirmare nõ ausim, ipsum esse quantũ; sed caussam partitionis aduertendã esse puto quã dicimus esse subiectũ, siue quatenus quantũ, vt spatiũ in motu qui est ad locũ, siue etiã pp naturã materię, quã per gradus quosdã audiemus esse partibilẽ, quib. contingit vt nũc remota sit, propinquior alias, & demũ proxima & vltima. Proinde vniuersa partitionis atq; inde quantitatis ratio proficiscit à subiecto, & est per accidẽs. Altera autẽ ratio fluxus à forma fluente, meo quidẽ iudicio, nõ discrepat, nisi sola rõne, neq; aliter, atq; albedo quę est in homine, ab hoĩe ipso albo distinguatur: ideoq. etiã si motus, vt fluxus cogitet, haud inficiabor & ita esse cõe ad vnũ; vnde probabile est etiã inter fluxus talẽ esse ordinẽ, qualis est inter formas fluẽtes, ꝙ si fluxus ipsius rationẽ spectes quo videt extẽtio quędã significari; profectò etiã est ad vnũ, quia pręfert vel gradus

[a] 3. Phys. T: 19.

perfectionis,vel partes quantitatis. Hanc naturā quia ſit ab alio,& in ſubiecto quodā, habitudo co- E
mitatur. Quare non videt̃ hoc,qđ eſt eſſe ad aliquid,motus eſſentiā primā conſtituere,eam,ſ.quæ in
internis principiis ex quib.motus exiſtit,poſita eſt,ſed eā quæ logicè petit̃ ab omnib.cauſsis. Nā cū
ab agente etiā,vt à cauſſa pēdeat,& hanc reſpiciat,eiuſq. cognitio proficiſcat̃ ex cauſsis;fit itē,vt ꝙ
ſit ad aliquid,eius eſſentiā cōpleat. Accipio verò nō temere habitudinē ad agens; omitto illā quę ad
patiens: qn̄ illa quā habet ad ſubiectū, interna eſt & tranſcendens, ſibi cōis analogicè cū oī forma:
ineſt.n.vel vt in ſubiecto,in ſubſtantia cōpoſita,vel vt ſubſtantiæ pars; & ad idē prędicamētū perti-
net,vnde interna principia ducit. Ita igitur nō vna rōne motus ad ea ſpectabit q̄ inter ſe reſpiciunt,
ſed vt ab alio,referet̃ ad ea quæ ſunt ad aliquid; erit in ſubiecto vt forma; neq; tñ, tametſi ab hoc,
vt actio formaliter & in recto ſed paſsio nuncupabitur,quę tñ inferat prędicamentū relationis,nō
vt in hoc,ſed vt ab hoc. Sic igit̃ motus in recto erit ad aliquid,vt paſsio,ſ.quæ ſecundū figurā dictio
nis erit ad aliquid,ob internā habitudinē quā obtinet ad ſubiectū; reipſa ad aliquid,vt actio,ſed pp
hāc relationē & alia adnexa,& in iis quę ſunt ad aliquid,& in aliis p̄dicamentis obliquè collocabit̃.
idcircò ratio formalis eius erit ad aliquid; cętera cōplebunt alias rationes: vt albefactio paſsio eius,
qđ albeſcit,ſecundū albedinē,ſ.& ab albefaciēte. Quapropter ſi vniuerſam ipſius naturā aſſequi ve
limus,& vniuerſas eius cauſſas explicare; etiā omnib.hiſce modis eſt explicandus. Ex hoc nō nullo F
cōſilio veteres ab Ariſt.laudati,ꝙ infinitū qd motū eſſe aſſeueraſſent: neque.n.erat vnū certū genus
eorū,quippe ꝙ ad diuerſa p̄dicamēta pertineret,ſecundū quæ fit,q̄ ſunt quattuor;ad actionē & paſ
ſionē referret̃ q̄ ſunt ad aliquid. Porrò actio & paſsio reipſa vnū ſunt; neq; ſanè ꝙ eadē ſit vtriuſq;
materia ſiue termini.qn̄ actio agēte fundat̃,paſsio verò patiente,ſed ſubiecto,hoc eſt,natura & hy-
poſtaſi; quia ſit vna eadēq. natura & hypoſtaſis,q̄ diuerſas iſtas habitudines admittat. Neq; obſtāt
illa q̄ nobis opponunt̃ eo noīe,ꝙ motus referat̃ ad aliquid, q̄ itē in Alexandri ſnīam obiecta fuere.
Primū,ſ.quia ſic haberet id qđ ſibi viciſsim rn̄deret,atqui nullūhabet,etenim eſſet id mouens,aut
mobile: mouēs autē nō eſt eò ꝙ illa eſt habitudo effectus ad cauſſā q̄ quidē eſt valdè impropriè,qn̄
ſic oīa q̄ ſunt in vniuerſo,referunt̃ ad D.O.M.vtpotè, ſui ipſorū cauſsā : neq; itē poſſet id eſſe mo-
bile,qm̄ hæc eſſet habitudo accidētis ad ſubſtantiā à qua itidē veræ habitudinis,i.p̄dicamenti eſſen-
tia ſegregat̃. Rurſus ſi motus ab habitudine cōpleret̃,cū ea ſit ad agēs & patiēs ſimul; pfectò vtriuſ-
que eorū q̄ referunt̃ ad ipſum,par eſſet ad eundē rō,q̄ tñ eiuſmodi nō eſt : nanq; à ſubiecto prima
eius ratio petit̃, ab efficiēte nō itē: elucet.n.motus immobili,& id perſpicuū ſemper eſt. At nihil ad
mouēs pertinere primo aſpectu videt̃,& mouēs ſępiſsimè latet. Hęc atq; alia hmōi ſolent opponi,
q̄ tñ,niſi fallimur,ſine vllo negotio dilui poſſunt. Nā concedimus habere motū id qđ ſibi viciſsim G
rn̄deat,idq. duplex eſſe & mouens & mobile,licet habitudo ad mobile longè alia ſit, ac admouēs
& ad mobile interna,admouēs aūt externa,& q̄ mutet p̄dicamentū. Neq; vllius roboris eſſe id opi-
namur qđ opponit̃,oīa,ſ.relatū iri ad Deū: damus.n.hoc,nec abſurdi quicq̄ inde cōſequit̃. Quis.n.
neget ea q̄ cās habent,referri ad cām,& ad D.O.M.veluti cām primā ? Neq; illud impedit ꝙ ſubſtā-
tia ſit res abſoluta; neque.n.ſubſtantia res ita eſt abſoluta,quin pendeat ex nullo , ſed quia p ſe ſub
ſiſtit,cui nō repugnat aliud habere cauſſæ genus,nō internū,ſed à quo gubernet̃. Neq; illud per ſe
exiſtere ſic eſt,vt oē genus relationis excludat; nā materię beneficio talis eſt : ꝙ.n. exiſtat ſubſtātia
cōpoſita materię acceptū refert,& ita per ſe eſt: qm̄ per ſe ὑπάρχει, i.ſubſiſtit : atq; ēt forma ſemp
aliud requirit quo imitat̃,vel efficiēs,vel materiā.ideoq. ſemper aliud in eo qđ eſt ſubſiſtere, intue-
[a] 2. Phyſ. ri videt̃. Accedit eodē,ꝙ Ariſt. [a] cās & cās habentia ſtatuit inter ea,q̄ reſpiciūt aliud, qn̄ ſunt actu;
motus aūt q dā actus eſt,ſpeciēq. obtinet effectus. Motus etiā reſpicit mobile, eiuſq. rō duplex eſt,
vel quoad ſubiectū qđ dicit̃ ſecundū qđ,& ita eſt illius pfectio, vel quoad ſubiectū qđ dicit̃ tranſ-
mutari,& ita ineſt tanq̄ forma ſiue ſubſtantiæ, ſiue accidentis,ideò quoq; falsū, ꝙ inſit in ſubiecto
quēadmodū accidēs. Quanq̄ & id abſolutè negari poterat accidens ſubſtantiā nō reſpicere,cū ſub- H
ſtantia ſubiectū ſit, & accidēs eius habitus; pręterq̄ ꝙ accidētiū habitudo ad ſubſtantiā,eſt tranſcē-
dens & interna,nec,niſi ex figura dictionis in eo p̄dicamento cōtinet̃. Ex hoc ſoluit̃ obiectio ſecūda
inficiando,ſ.connexū: quia motus aliter ſe habet ad efficiens,ac patiens; ſit.n.in hoc & contrahit̃ in
ſubiecto in quo manet ea forma qua terminat̃.ob id ſubiectū illi familiare & internū eſt, & in eius
definitione capit̃; efficiēs verò nequaq̄, niſi definitio logicè capiat̃ q ex ſingulis cauſſarū generib.
cōſtitui pt. Cū poſtremò q̄ritur,referatur'ne motus ad ea q̄ ſunt ad aliquid,vt motus eſt, an pp aliā
quandā rationē? ac ſi pp aliā dixerim.ergo,inquis, erit aliud p̄dicamentū in quo continebit̃ motus,
pp illā rationē,quatenus,ſ.eſt motus. Hic dubito primū de neceſsitate cōſecutionis : nā retorqueo
argm̄ q̄rens in primis Alexandri,qui ſunt ambigui, referunturúe ad ſubſtantiā quatenus Alexādri,
an pp aliam rationē? rn̄debis,ſcio, pp aliā rationē. Ergo'ne ſequet̃ Alexandros,quatenus Alexādri
ſunt,fore in quadam p̄dicamento per ſe? erit ſanè alia illorū notio; nec ppeà quæ per ſe reijciat̃ in
aliqđ genus. Atqui oppones,qđ dicit̃ quatenus ſignificare rationē cōem . Verū hoc quidē eſt nō tñ
idcirco notio ratioq. illa erit vniuoca,ſed ēt quatenus pertinere pōt ad ea quę ſunt ad vnū. ex quo
efficit̃,vt cū ea vox & vniuocū amplectat̃ & id qđ eſt ad vnū,cōmittat̃ in argtō cauillus ex figura di
ctionis,dū id qđ eſt in eo qđ eſt ad vnū,accipimus ſicut vniuocū,quale eſſe debet,ſi ad p̄dicamentū
reuocari

A reuocari debeat. At si nonhabet prædicamentū ad qđ referatur, nō igitur omnia cōtinebuntur in pdicamentis, neq; notiones oēs in summa rerum genera redigentur. An non ita intelligendū est quidq. ad pdicamenta reduci per quanque notionē, sed per eam q̄ sit vniuoca & eiusdē rationis. Propterea quæ sunt ad vnū; addo itē ambigua, referunt ad pdicamenta: nanque etsi non vt cōia referuntur; at quia partes eorum primæ sunt vnius rationis; pp illas in certo genere collocantur. Itaque referri ad pdicamenta quæque dicemus, vel vt cōia, vel per suas partes: illud vniuocorū est propriū; hoc ad ea pertinet quæ sunt ad vnū, & cōplectitur itē ambigua. Admonebo etiam te esse in aliquo pdicamento non vnica ratione contingere; vel enim formaliter, vbi, scilicet, recto nomine prædicatio profertur; vel etiam (vtar hîc voce trita) reductiuè, vbi alio quouis modo pdicatio pronunciatur. Non est verò absurdō, vt eadē res in diuersis generib. atque etiam in eodē prædicamento formaliter sit & reductiuè, vt tēpus, quod formaliter est numerus; attamen quia numerus continui; in quantitate continua reponitur. Sic ego de motu dico: ipse.n. formaliter est ad aliquid; quoniam passio, vel actio suo quæque modo, vt suprà constituimus; reductiuè qualitatē; quòd est quidam modus qualitatis. Ergo ad argumentū. Si refertur ad aliquid per qualitatē; restat ratio per quā est motus; aut hæc est alia à superiore, aut non? alia certè. Ergo est aliud prędicamentum ad quod refertur, quatenus est motus. Hoc sanè non necessariū est: nanque & in B nullū prædicamentū referri continget, & in idem prædicamentū sub alia ratione. Propria rōne igitur, atque formali refertur ad ea quæ sunt ad aliquid, per qualitatē verò reductiuè solùm: neque.n. qualitas est eius ratio formalis; qñ nec motus est qualitas, nec qualitas est ad aliquid, sed reducit, vt demū est, ad aliquid obliquè per qualitatē. Hac ergo ratione defendimus Alexandrū.

Explicatur habitudo actionis ad agens. & quædam corollaria cum nonnullarum dubitationum solutionibus apponuntur. Cap. X.

PRAESTAT etiam maximè ad naturam agentis cognoscendam illud quod suprà per transennam monstrauimus introspicere; nimirum, vt se habeat actio ad agens. Postquam enim visum est eam quæ actio fuerat vt ab agente, fieri passionē in patiente, & ex positū actionē ab agē tenuncupari, quoniam ab ipso permanat ad aliud: esse autem varijs modis acceptā modò corruptionē, alias perfectionē eius quod patitur, restabat prætereà considerandū, an eadem attributa cōuenirent actioni, quà refertur ad agens. nam & de hoc aliquod discrimen inter philosophos, tùm Græcos, tùm Latinos extitisse constat, eosq. præsertim, qui philosophiam Aristotelicam cū sacra Theologia cōiungere conantur. Neq; verò sępe fęlicius q̄ ineptus ille pictor qui varia diuersorū C animalium membra corrogans efficiat, —*vt turpiter atrum*
Desinat in piscem mulier formosa supernè.

— Putant enim nonnulli actionem esse perfectionem agentis ipsius; alij solum ipsius patientis, gratia cuius agens agit. Etenim cur agit ignis in stipulam, nisi, vt ex eo quod est potestate, efficiat id qđ est actu? hoc autē qđ est transferri de potestate ad actū, illius est perfectio qđ est potestate. id verò patiens est. Rursus credidit Simplicius in agente, dū proficiscitur à potestate in actū, esse motum, q̄ si motus est, ille verò cū interitu formæ præcedētis, vtique nōerit perfectio simpliciter. Theologi quoque, licet id verū sit, quia tñ de mente Arist. iudiciū fertur in hoc loco, asseuerant ēt eā nō esse qñque perfectionē agentis: alioqui daretur aut aliquid perfectissimo perfectius, aut Deus aliqñ nō esset perfectissimus, nam si consideret anteq̄ crearit mundū & aut inter creandū, aut posteaquā creauit. constat sanè eam esse mutationem quandam. si igitur creatio creantis esset perfectio, aliquid creando creanti perfectionis accederet. nō erat igitur ante creationē oībus numeris absoluta, atq; perfecta diuina substantia, quod dictu nefas est, aut si perfecta fuerat, vt certè dici debet, perfectissimo posset aliquid reperiri perfectius, id quod natura non tolerat. idē quoq; D locū habebit, vbi quācunque rem innouet. semper.n.è caussa in potentia in actu cām transformabitur. Ne igitur, aut ea ponamus quę fieri non possunt, aut numen diuinum aliqua ex parte maculemus, concesso opus est, non oēm actionem agentis esse perfectionem. Cęterùm, qm̄ progressus ab omni potestate ad suū actū est perfectio quędam, inde fit, vt in quolibet agēte perfectio sit ipsa actio; cum.n. gemina sit potestas: prima quidem quę est ad actum primum, hic verò est forma, ac secunda quę dirigitur ad actū secundum qui est ipsa functio, ergo & hæc agentis perfectio sit necesse est. Quanquā nihil obstat eam quę perfectio est agentis, alijs cōsociari, quo fit, vt sit vnà perfectio duorum, atque agentis primùm tanquam secundus actus: qñquidem ipsi substernitur actu substantia quod est agens & forma quę est ipsa agendi ratio: ac patientis, tanquam actus primus: proptereà quòd forma quędā est in patiente producēda. Neque verum arbitror, nisi per accidēs admodum & valdè remotè, actionē esse motum in agente, quia non procedit cum interitu formę præcedentis, sed si fortè, cùm sit mutatio impedimenti; motus & corruptio status antecedentis erit in impedimento per se, ex euento in accidens redundabit. Sed hęc posteà copiosius. Verumenimuerò distinxerim ego libentissimè de natura actionis pro duplici ratione potestatis actuosæ ex qua pendet, aut enim est ratione vtens, aut ratione carens, ea quæ ratione

vtitur, est sanè per accidens obnoxia mutationi; ideò planum est eam è potestate transferri ad actum atque ita planè perfici, at vbi ratione carent, adhuc spectandam esse puto rationem quam obtinet ad agens in primis cuius dicitur esse perfectio quam sanè re ipsa non distinguendam puto ab operantis rei forma, siue essentia, eandemq. existimo vnam esse cum ipsa, esse impartibilem. nihil in se habentem quod præseferat plus & minus: deinde verò erga patiens, quo distinguitur à forma agentis, atque habet aliquid partibilis, & plus & minus, & hoc posteriore modo actionem 3. Phys. sumi asseuerarem. Intrinsecus ergo in potestatibus quæ ratione non vtuntur, nihil accedit perfectionis. Itaque cessant obiectiones nuper allatæ, siquidem Peripateticè statuamus illas potestates quæ ab aduersario sumptæ sunt, ratione carere, tum sanè imperfecta forent aliquando, siquo modo variarentur intrinsecus. Hæc quæ nos vsque adhuc exposuimus, præbent nobis ansam diluendi complures obiectiones quæ contra actionis passionisq. naturam afferri solent, & instar corollarij nonnulla decernendi prætereà de ipso motu. Nam si obieceris; cuius potestas, eiusdem quoque fore actum; potestatem verò efficientis esse. Tùm prætereà, quoniam illo fundatur actio cuius participat conditiones; sed agentis, non autem patientis, conditiones participat: nimirùm, quia tametsi duo ligna comburuntur ab vno igni, vna cẽsetur actio, non duæ. Postremò, esse agens est per actionem tanquam per formam, sicut esse album est per albedinem. Quare sicut albedo inest in homine albo, sic inest actio in agente. Nam quod ad primum attinet ita respondebo potestatem efficientis totum internam non esse, sed intueri extrinsecum; quare completur per habitudinem ad extrinsecum; quod autem in ipso est efficiente formam esse vel essentiam per quam agit aliquam formam communicando vel vniuocè, vel sicut entelechia à qua, vna cùm sit, vna simpliciter actio proficiscitur. quòd si multiplicetur; id pati ex priuilegio materiæ quæ per se partibilis est, aut quòd eius continuatio ab impediente interpellетur. Ita fit vt ab vna facultate plures actiones proficisci queant; nam simpliciter ab vno, quatenus vnum est; non nisi vnum deriuari solet: non tamen inde concludi actionem fore in agente. Et licet actionis ratio compleat rationem agentis: non sequi tamen, vt eam cõpleat quatenus est in ipso: sed quatenus est ab ipso, nam sic definitur efficiens: Vnde, siue à quo. Nec me mouet id quod video valde perturbare quosdam sectatoreis D. Thomæ: quia si non distinguerentur actio & passio formaliter, vt aiunt, non essent duo prædicamenta. Nam cùm actio & passio considerentur, vt in eo cui primò inhęrent, & vt pendent ab externo, vt pendent sanè ab externo, sic non distinguuntur, sed duæ sunt ex eodem genere habitudineis; verùm vt in eo cui primò inhærent, distinguuntur: eo verò modo diximus illa efficere duo prædicamenta. Sunt igitur habitudines duæ ex eodem prædicamento, non duo prædicamenta, veluti suprà dictum est: & in hoc æmuli Scoti melius qui eas formaliter habitudineis faciunt. Neque obstat illud. Habitudo non est motus: actio & passio sunt motus; quoniam si motus est habitudo, vt antè docuimus; necesse est item aliqua habitudo sit motus; est autem habitudo, quà passio ab hoc; proptereà & passio, quanuis sit motus, est habitudo: nec quicquam necessariò potest effici; cùm maior sit particularis in secunda figura. Quanquam solæ habitudines non sunt idoneæ complere essentiam motus; sed prætereà fluxus quidam flagitatur & progressus ab eo quod est potestate ad actum. Ex his identidem efficitur; quòd tametsi motus est entelechia, nihilominus ea est non actio propriè, sed passio, non secus atque energia sensus & mentis quę auctore Aristotele se habet in pati: nam cùm per subiectum propriè definiatur, & ab eo constituatur intrinsecus, per efficiens verò minimè; atque in subiecto sit veluti passio, sit autem actus eiusdem subiecti; actus igitur in motu tanquam passio necesse est habeatur. Quamobrem nescio quid induxerit Alexandrum, vt collocare voluerit motum in tertia specie qualitatis, dum conatus est defendere motum esse passionem. nam passio de genere qualitatis est terminus alterationis (communiter enim complectitur omnem formam) ita solum nuncupata, quòd parùm infixa subiecto non exhibeat illi nomen qualitatis, motus autem à termino distinguatur; quinetiam cętera quoque prædicamenta peruagetur vltra qualitatem, neque item illi conueniat ea figura dictionis: inest enim, vt dictum est, in subiecto, non vt πάθος, sed vt πεῖσις: hæc verò multò maximè distant; siquidẽ πάθος sit forma & terminus; πεῖσις verò actus imperfectus, & via ad πάθος. Neque verò me ab hoc placito sophismata nonnullorum deterrent qui certè cum illa obijciunt, magis nos auctoritate sua commouent, quàm veritate disputationis, scilicet, quia motus indifferenter se habere videatur ad actionem & passionem; non igitur passio magis, quàm actio repu- tandus est: idem enim motus passio nuncupatur, quatenus respicit patiens, & ita ipsum respicit eo, quòd patiens patitur per motum: sic cùm agens agat per motum; motus ipse respicit agens: idcirco si actio vocatur, quia respicit agens; motus itẽ erit actio cõsimiliter. Tùm etiã, quia sequeretur, vt actio identidem foret passio quædam; est enim actio quæ motus est; atqui motus omnis est passio, ergo etiam actio quędam est passio. & tñ actio & passio sunt pędicamenta diuersa; aut nisi pędicamẽta dicere libeat; genera saltẽ inter se distincta sub eodẽ pędicamẽto. Nã facile ex

his

A his expediri possumus. cùm enim vtrunque respiciat motus,& actionem,& passionem,interius tamen ob antedictam caussam respicit passionem,quàm actionem: idcircò rectius passio quàm actio nuncupatur. Præterea quanuis actio & passio sint idem subiecto,ratione tamen,& essentia distinguuntur. ob eam igitur caussam de se mutuo non prędicantur in recto: non secus certè quàm materia & forma, quantitas itidem & qualitas; quæ quanuis eadem subiecto sint, non licet tamen dicere materiam esse formam,aut quantitatem esse qualitatem, sic etiam dicere non licet ascensum esse descensum. Vtrum'ne verò motus vniuocè vel ambiguè sit actio & passio. si vniuoca est ratio eius quod est esse ab hoc ex quo cōstituitur actio,& eius quod est esse in hoc, vnde passio existit: nil etiam prohibebit, quominus hæc vtraque sit motus vniuocè. Sed quoniam,ab aliquo moueri contingit dupliciter,neque mouentium vna ratio communis est; ita neque patientium eadem esse potest: proinde neque actionis & passionis,si verus est canon ille dialecticus. quando vnum è relatis ambiguum est,compar identidem ambiguum sit oportet. [a] Sed id à quo fit motus, est vel finis, vel efficiens, & vtraque communi vocabulo mouere dicuntur: quanuis mouendi ratio non sit eadem, & speciatim moueat finis,vt cuius gratia: efficiens verò, vt vnde initium motus. Ergo & id in quo fit motus, est duplex: & quod mouetur illius gratia, B & quod mouetur ab illo. Magna verò intercedit inter vtranque mouendi formulam differentia; vt si terra moueatur à generante,vel à proiiciente,aut etiam à loco: quæ tamē vberius posthàc explicabitur. Quòd si quæras hîc: an'ne vtraque actio comprehensa fuerit in definitione motus, id certè fateri oportet. Nam resoluitur motus vsque in primum mouens, quod etiam mouere conceditur tanquam finis; nec tamen Aristoteles aliud de talibus motus initiis vsquam decreuit, atque id quod longè prius 3. Phys. statuisset. Moneo tamen notius nobis esse principium illud quod mouet tanquam efficiens, quàm id quod mouet tanquam finis. Idcircò seruata regula quæ cōuenit in tradenda doctrina rerū quæ sunt ad vnum; in definitione motus existimo cōcipi in primis efficiens,sed includi secundò quoque finem qui primus est auctor motus.

[a] 1. Top.

De termino ad quem paucula quædam, & quemadmodum se habeat ad motum. Cap. XI.

QVÆ narrata sunt hactenus tria nobis conflare significant definitionem formalem motus, actum oppositum;qui relinquendus est inter mouendum,quē describimus vel priuatione, C vel nomine termini à quo,cum quo iuncta est potestas ad actum;atque actum illum qui producendus est, qui item forma, siue habitus est: & quoniam, vbi illò peruentum est, cessat motus tanquam fine adepto,vocatur terminus ad quem. Præterea quia contrarius actus qui motu permutatur,est in certo genere,ob eamq. rem motus sub certo genere continetur, desideratur item subiectum quod compleat motum. Cùm verò subiectum sit id quod dicimus secundum quod, veluti quantum incremento,sit & substantia composita à qua non separantur accidentia, sit etiā materia prima: nituntur autem materia potestates omnes: sed in substantia composita proximè insunt accidentia,quia formam substantiæ consequuntur. Profectò cùm dicimus subiectum cōplere definitionem motus, necessariò quoque intelligemus in eo comprehendi materiam. eius enim est actus,pręcipuè cùm ex motu perficiatur materia tendens ad formam,& ipsam sibi comparans: ita quoque subiectum illud quod est prædicamētum: nam continet vtrosque terminos, siue quibus non consistit essentia motus. Necnon substantia composita comprehenditur in definitione motus. Verùm,quòd actu substantia substernitur accidenti per consecutionem & ex necessitate suppositionis; quia, scilicet, accidens puram materiam informare nequit, sed in ipsa formam substantiæ desiderat;in ea quoque per consecutionem comprehenditur. Ideò non pri- D mò motus essentiam à substantia composita perfici contenderim; sed à materia, veruntamen existere in substantia composita; vnde ipsa moueri dicatur. Quoniam verò illò peruenimus,vt de motu & terminis eius mentio fieret,non ab re fuerit, si nodum quendem Latinorum interpretū paucis dissoluamus. Quæsitum est enim ab ipsis: vtrùm motus ab eo termino,nec'ne distinguatur,& quemadmodum. Nam quidam opinati sunt,hæc inter se reipsa differre,cùm sint vtraque diuersis modis: quòd sunt in diuersis temporis punctis. dum enim fit motus,forma non est; accedente forma motus extinguitur: & quòd motus in successione positus est,forma autem permanet; motus diuiduus,indiuidua forma,motus velox & tardus; horum nihil forma: motus in mobili; locus qui est terminus extra mobile. Præterea sequeretur, vt idem foret terminus, àc via quæ est ad ipsum. Quanquam hæc sententia diuiditur,nonnullis existimantibus motum esse rē quandam à termino absolutam: quibusdam verò eum rem quidem à termino diuersam,sed habitudinem afferre. Ex altera parte aliis opinantibus idem re prorsus esse àc formam. Tùm quòd testetur Aristoteles [b] motum nihil esse præter res ad quas est motus; tùm quoque asseueret motum esse mixtum ex potestate & actu, & esse actum quendam imperfectum; præterea, motum perfici ex ea quæ in illo est quies; ex quibus si ritè explicari debeant, subintelligere oportet mo-

[b] 3. Phys. T.4.

tum à termino non disiungi. Et rationes adduntur. Si calefactio differat à calore; cùm vtraque producantur, quæritur, quemadmodum calefactio producatur, aut enim per se, id verò fieri nequit; nihil enim seipsum producit, aut ex seipso producitur, aut per alium motum. Neque etiã sic. tùm, quòd motus in infinitum repetendi forent; tùm etiam quòd per calefactionem produceretur. siquidem ignis actio sit calefactio. Et duæ calefactiones igitur. Et duo quoque calores; quandò calefactio quæque est productio caloris & singulæ singulorum. Idque clarius de latione concluditur. Nam latio, aut per lationem produceretur, aut per alium motum. Neque sanè producitur per lationem: quandoquidem & in lationibus daretur processus in infinitum, & latio produceret quæ tamen non numeratur in agentibus. Neque item producitur per alium motum; quia ceteris posterior esset, quibus tamen prior esse demonstratur. [a] Differret item à calefactione calor vel specie, vel numero: nec quidem numero; cùm accidentia solo numero differentia in eodem subiecto non consistant, hic verò sit idem vtriusque subiectum. Neque item specie; quippe quòd eadem ad numerum sint vtriusque principia & ignis & forma & subiectũ. Adde quòd eadem est ratio potestatis actuosæ ad calefactionem, sicuti caloris in igni ad calorem qui est in eo quod calefit. Ergo à permutata proportione, eadem est ratio potestatis actuosæ ad calorem, qui est in igni; & calefactionis ad calorem in re patibili. Sed eadem est potestas actuosa & calor. Nec igitur in re patibili calefactio differet à calore. Eadem verò sunt potestas agendi & calor in igni, vt ex vtriusque definitione constat, vtraque enim sunt principia per quæ ignis calefacit. Tùm etiam quia si non eadem fuerint, & reipsa distinguantur; concipiamus ea segregata; poterit & non poterit ignis calefacere. posito enim alterutro actio consequetur; siquidem vtraque principia sint ad agendum idonea. non poterit item agere, quia sic aut sine potestate actuosa aget, aut sine calore. Hæc quidem illi prædicant. Verùm ego nunquam probare possem, quòd motus sit absoluta quædam res à forma, quia semper in ipso motu est aliquod factũ quod est pars formæ (de generatione substantiæ nihil in presentia loquor, nam dubitatur adhuc, an eius partes sint forma, quin potius an habeat partes) & actus ille qui constituit motum in accidente, est acquisitio formæ quæ fit paullatim, cùm sit diuidua. Neque crediderim motum in quanque rationem cadat, ex eorum genere simpliciter esse quę se respiciunt: nam quanuis respiciat agens & patiens, & ad quendam finem dirigatur, neque id motui conuenit absolutè, siquidẽ nullus sit finis motus eius qui est præter naturam, & aliqua sit natura motus extra habitudinẽ vt forma fluens, aut ipse fluxus. Non igitur motus à forma reipsa separatur, neque simpliciter est ad aliquid. Neque illud placet, quòd motus idem sit penitus àc forma & terminus. Tantum enim abest, vt id sit verum, vt omnium absurdissimum sit habendum. propterea quòd eadem res calida esset, dum incalesceret, itaque eam moueri non oporteret, quòd esset id iam ad quod & vult, & peruenire conatur. Hoc loco à viris doctissimis occurritur hunc in modum. Cùm dicitur, idem esse motum & terminum ad quem, quæ est forma, accipi idem re, nõ autem ratione. Præterea formam considerari dupliciter vel vt terminum vniuersi motus, vel vt id quod per totum motum acquiritur. ac formam quidem vt terminum motus vniuersi, idem esse negant, cum motu, sed eam quę in toto motu comparatur, idem re esse cum motu fatentur. Veruntamen hęc non sunt satis ad explicandam quæstionem. vtar hic ego eductione per tria. Propterea quòd nihil de generatione dicitur in qua forma est præcipuè, atque illa quidem verè terminus. Secundò accipitur forma non propriè, vt eam consueuit vsurpare Aristoteles: itaque nihil docetur de forma propriè dicta: neque dubitationes de ipsa factæ explicantur. etenim quid de hac forma dicendum? Nanque illa est forma apud Aristotelem [b] quę est vltimum motus continuati, & non interrupti. ipsi verò accipiunt formam in toto motu extentam. Tertiò permutant quæstionem, quia quæritur de termino motus. ipsi verò decernunt de forma quæ non est terminus talis motus. Insuper si terminus in toto motu accipiatur, vt in accidente fieri posse videtur, quòd ibi sit calidum in primo & secundo gradu; aut accipitur actu terminus, & finitus, & sic non est motus, vel ipsi finis re vera imponatur propter obicem quendam, vel mens aliquem in motu terminum figat: nanque ita cogitatur, àc si quies adsit, aut est potestate terminus, & vt in linea punctũ vniẽs. ideoq. est ambiguè terminus. Etsi verum est id quod docuit Aristoteles: nihil genitum esse, quin antè gigneretur; & antequam sit primus gradus: nescio videre, quomodo ibi sit terminus & forma, nihilominus adest mutatio. Rem igitur vlterius diducendam esse puto, si ad stateram reuocanda sit. Ac primùm, ne nos decipiat ambiguum, explicandum quid sibi velit in præsentia re ac ratione distingui. neque enim consimiliter ab omni philosophorum secta capi solent. Etenim res nonnunquam pro subiecto singulari, & vt aiunt, supposito sumitur. ex quo calor & scabrities meæ manus vnum & idem re sunt, capillorum oculorumq. nigrities re diuersa. Res item significat essentiam. propterea quantum, & si est in subiecta substantia, res est à substãtia diuersa. Consimiliq. modo ratio est ipsamet essentia: quocirca forma & materia; necnon priuatio & materia ratione & essentia seiunguntur: sed forma & priuatio reipsa separantur. Nam bis materia numeratur

[a] 8. Phys.

[b] 2. Phys. T. 23.

E F G H

A numeratur modò cum priuatione, mox cum forma. Interdum ratio idem est atque habitudo, velut ascensus & descensus per eandem scalam. Sed quomodocunque differant, nihilominus opposita attributa admittunt. Vnde efficitur, vt attributorũ varietas non indicet necessariò rei ipsius differentiam: verumetiam solo rationis discrimine contenta est. Specta obsecro materiam & priuationem, hæc ortus & interitus expers: altera interit. & materia per formam præsentem esse, per adnexam priuationem vult non esse. Proinde sedulò attendendum est quopacto motus & forma distinguantur. Neque enim est omnium ratio consimilis. Deinde meminisse oportet duarum illarum partium quæ motum absoluunt; fluxus nimirùm formæ, & formæ fluentis. quorum alterum nempe fluxus est, vt forma, forma autem fluens, vt materia fluxus est actus ipse, forma fluens res quæ subiacet actui, quasi fluxus sit, vt albedo, forma autem velut album, & sicut albedine albi forma notatur, album verò est subiectum, sic de fluxu & forma fluente cogitandum est. Cæterùm forma fluens ambiguè dicitur, non minus quàm manus, lapidea vocetur. implicant enim hæc ex adiecto repugnantiam. Nec quicquã formę magis quã fluxus aduersatur. Quamobrem aliud indicium de fluente, ac de propriè dicta faciendum esse censemus. Etenim forma fluens idem est cum motu, atque idem reipsa, si motus accipiatur secundum ma-
B teriam. vt idem est album & homo in quo est albedo: differũt essentia, si motus accipiatur secundum formam, velut albedo & subiectum. neque enim est eadem vtriusque definitio. Quantum pertinet ad terminos de quibus quæstio proposita est. Hîc ego terminum non extremum voco solum, sed id quo natura vergit, & quod per se expetendum est; is verò virtute continet omnes gradus perfectionis qui succesiuè per motum materiæ communicati fuerunt; quæ gradus, seu genita vocantur ab Aristotele, & vt puto, ab Hippocrate [a] τόνοι. scribit enim ἢν δὲ μὴ τύχῃ τῆς ἁρμονίας, μηδὲ ξύμφωνα τὰ βαρέα τοῖσιν ὀξέσι γένηται ἢ ἀξυμφωνίην: ἢν δὲ ἡ γένεσις ἢ τὸ δεῖ παντὸς ἐν ᾧ ἀπὸ γενομένου πᾶς ὁ τόνος μάταιος, οὐ γὰρ ἂν προσεικάσειεν, ἀλλ' ἀμείβει ἐκ τοῦ μέζονος ἐς μεῖον πρὸ μοίρης, & in formis diuiduis, quales sunt accidentium, habentur pro formis, vnde item denominant subiectum. in substantia sunt quidem partes, sed non formę. Animal enim non est homo, quia non sunt diuiduæ. Sed hæc posteà longo sermone peragentur. Continent ergo termini virtute gradus omnes perfectionis: neque ita se habent sicut in linea puncta qui sunt termini extentionis solùm, non autem naturæ profectus. Itaque termini, si cum ipso fluxu conferantur, simul constare non possunt; sed actus termini est interitus fluxus. At verò si
C motum secundum materiam spectes quam formam fluentem esse dicimus: adhuc res vlterius diuidenda est. Nanque, forma fluens aut accipitur, vt actu fluit, aut accipitur vt potestatem habet ad fluxum. Si ipsam actu accipias, idem àc de fluxu decernendum est; si verò illam potestatem habere cogites ad fluxum idem reipsa sunt, terminus & forma fluens, discrepantes ratione duntaxat. ratione, inquam, & habitudine, & essentia. Nanque ex habitudine essentia nascitur. Etenim, quod dicitur forma fluens monstrat eam perfectionem diuiduam, atque dispersam quæ in termino tota & indiuiduè continetur. Neque aliter euenit àc si quattuor vnitates dispersas primùm, mox in numero quaternario collectas animo complectaris. eæ sanè dispersæ nil aliud sunt quàm vnitates, eædem mox collectæ fiunt numerus. Nec tamen aliud vnitatibus illis accedit, dum coëunt & fiunt numerus, quàm habitudo quædam noua, dum colliguntur. Sic ratio totius vt totum est, ex partibus exoritur. At verò ab illa habitudine, numeri totiusque essentia proficiscitur. Itaque forma dicitur totum & terminus; [b] terminus sanè, quia materiæ motusq. infinitatem compescit, nec diluere patitur, certis interuallis, cohibens, & virtutum gradibus coërcens: nullos tamen extinguens; sed vniuersos nobiliore modo complectens. Eadem quoque
D terminus est motus, vt ipse quædam res est continua, verùm non est ratio par illius termini qui spectat ad quantitatem simpliciter & ad motum ipsum. quandò terminus ille figitur in quanto. quoniam sic est à materia sensili secretum. Sed in motu, quia non potest à materia sensili seuocari, accedit materiæ & in ipsa inhæret. est enim forma, vt diximus. Sequitur ergo vt terminus ad quem idem reipsa sit cum motu, quatenus accipitur eius pars materialis, vt potestate respicit fluxum: ratione & essentia differens. Proinde argumenta, quibus conuincitur aliud esse terminũ à motu; aut de cęteris rationibus quas subit motus conclusa fuerunt, & rectè habent: nihil autẽ ad motum ita consideratum, vt nos antè monuimus: aut ratione sola differre monstrant motum ita consideratum à termino & forma. Quocirca nihil etiam contra nos efficiunt. Verùm quia nonnulla opponuntur quibus impulsus, vel etiam suspicari posis, neque idem esse terminum cũ forma fluente, vti nos paullò ante decreuimus: vel etiam, quòd motus alio pacto consideratus, ac nos ipsi fecerimus; idem re sit cum forma, præstat, vt ad ea nonnulla dicamus. Nanque oppositorum solutiones sæpe solent esse demonstrationes eorum, quæ proposita fuerunt. Atque illud primum non iniuria dubitationem affert, quòd motus omnibus modis à termino, qui locus est, differre videatur, cùm sit res externa & ab eo seiuncta, quod mouetur. An ij qui ita opponunt, non distinguunt locum qui quantitas est, ab ipso vbi & quidem locus, vt quantitas, externa quę-

[a] Lib. de diæta.

[b] 2. Phys. T. 31.

dam res est, sed ea nihil ad motum. Motus est in prædicamento ipsius vbi in quo potestas est quæ nititur mobili, non secus atque aliorum prædicamentorum potestates in quibus est motus. In illo igitur prædicamento processus est & profectus quod mobili inhæret intrinsecus. Quare & eodem modo de hoc motus genere decernendum est, ac de superioribus. Ad illa me conuerto nunc, quibus formam fluentem idem esse cum motu probatur. Hæc quoniam accipiunt formam actu, non virtute, vt nos accepimus, nos ad sese reuocant. Itaque iura methodi requirunt, vt nos ea taciti non prætereamus. Obiicitur in primis auctoritas Aristotelis, qui videatur aliquando asseuerare motum esse in rebus ad quas est motus. ergo non differt, inquiunt, à formis: ad has enim motus est. At non id dicit Aristoteles, sed motum non esse præter res, res autem ipse vocat prædicamenta, vt doceat definitionem motus communem non satis esse, quia sit commune ad vnum & natura posterius suis partibus: ideoq. etiam parteis motus esse euoluédas ad id, vt planissimè accipiatur. Rursus quòd motus sit actus, quòd ex potestate & actu, omnis autem actus sit à forma. Ergo & in motu forma. Nosti actum in motu esse actionem & munus. Sed fac esse actum, quòd ex tali principio constet. Respondeo actum esse imperfectum, illum verò non necessariò flagitare formam, vt apparet in generatione quæ est actus rei generabilis; nihilominus forma nõ adest. & multo magis si actum illum in generatione putes ad præuias affectiones attinere; multo enim minus ibi est forma. At omnis actus est à forma, verum fateor. Sed moneo actum esse à forma analogicè, & ordine quodam, vel quòd sit ipse actus, vt forma & potissimè separata: vel quòd sit actu, vt composita; vel capax actus, vt potestas & materia; vel eius absentia, vt priuatio, vel quòd sit processus ad actum & formam. & talis est motus. Quòd opponitur motum perfici non corrumpi, ex quiete, in qua inest forma. Et hoc fateor, si ita motum accipias, vt nos anteà significauimus, pro forma fluente, vt potestate respicit fluxum. Nam cęteroqui motus formaliter corrumpitur. & tum dicere verum est, non esse motum qui antè fuerat, & rem non moueri quæ anteà mouebatur. Venio nunc ad rationes quibus suam sententiam confirmare student. Ac prima quidem ad actionis cuiusque primordia explicanda nos excitat. Itaque scire conuenit, Agens, vbi patiens obiiciatur, nec quicquam obstet, suaptè natura patiens immutare primùm afficiendo, tùm deinde exhibendo formam quam actu, seu virtute possidet. Hic prima actio est impedimenti remotio quæ fit per motum; secunda est habitudo agentis ad patiens, & vtriusque præsentia quæ est ἐνέργεια ex qua calor est in subiecto. Quare calefacit ignis per calorem quẽ in seipso habet; nec productio calefactionis est per calefactionem, sed ex præsentia calefacientis, vnde extat primùm calefactio; quasi cogites calefaciens actum suum exercere circumcirca per terminos quosdam quos efficacitatis sphæra Latini circumscribunt, sicuti Sol cuius omnis extremitas radiis à medio paribus attingitur, & quemadmodum hîc illustratur ille qui subit hoc spatium, siue moueatur ipse, seu Sol conuertatur; sic efficacitatis sphæram subit illud quod est calefaciendum. Proinde neque progressus est in motibus in infinitum, nec quicquam ex seipso producitur; nec calefactio pendet ex altera calefactione. Neque illa verè opponuntur, quæ ducuntur ex his. Eodem quoque modo de latione dicendum est. At dices, lationem ex alio motu non produci, quia sit omnium prima. An non omnis prima est, sed conuersio quæ est æterna. & in his quæ intereunt, nihil obstat quominus alius motus sit primus; etenim dans formam dat motum; ideoq. generatio motui præcedit. & esto quòd latio sit prima simpliciter, non est prima in singulis. Itaque in argumento inest fallacia secundum figuram dictionis. Cùm dicitur calorem & calefactionem nec numero, neque specie differre, dicam diuisionem non esse necessariam: siquidem alia distinguantur essentia, vt forma & materia; nonnulla, vt aiunt, connotato, vt priuatio & materia, quædam habitudine, vt priuatio & forma, & alia fortè aliis modis. Prætereà si dicam ego hæc numero differre, quid erit absurdi? sic enim dicam, velut de forma & priuatione non multò ante dictum est, illa esse duo; quod bis materia numeratur, semel cum priuatione, iterum cum forma; sic dum calefit & postquam incaluit, est materia numero diuersa: nam, dum calefit, priuata est, quia, dum fit res, nondum est: sed si fuerit actu subiectum, dum calefit, & posteà calefactum est, idem certè est ad numerum; verùm non est idem subiectum duorum accidentium, quòd ex aduentu caloris non est calefactio; sed iam res excalfacta est. Postremò accipitur, eandem esse proportionem potestatis actuosę ad calefactionem, quæ est caloris in igne ad calorem in ligno productum. Detur id. Assumitur eandem esse potestatem actuosam & calorem in igni. Quanquam ratio proportionum in quanto simpliciter verum assequatur rerum natura sæpe ob infinitatem materiæ variata; nihilominus ne morosi videamur in ea re, quæ neque etiã physicè data negotium exhibere potest; negamus idem, nisi subiecto, esse potestatem actuosam & calorem: nam potestas aut est, vt opinor, substantia; calor est accidens, aut est ad aliquid. semper enim respicit aliud, quatenus aliud; calor autem passio & de genere qualitatis. Demum potestas actuosa est agendi principium; calor est instrumentum: accipio verò calorem in actu secundo, aliud fortè de caliditate quæ est in actu primo dicturus, cui tamen fateor potestate afferre

habitudinem

A habitudinem ad aliud: nam caliditas est habitus in habente. Verùm quòd caliditas ita se habens, quemadmodum nunc ponimus; non inuenit ascensum communem; assumemus calorem, vt ipsi volunt, qui est in cathegoria qualitatis & in ligno potissimè; his addit actum calefactio, sed potestati vt principio, calori autem vt instrumento. Non igitur eadem proportio potestatis & caloris ad calefactionem, multoq. minus potestatis ad calefactionem, & caloris in agente ad calorem in patiente, quòd calefactio præfert motum; calor in vtroque est veluti forma. Vbi igitur idem vtraque esse probas ex vtriusque definitione primùm; quia, scilicet, vtraque principia sunt per quæ ignis agit. longè falleris opinione. Sunt enim principia quidem, sed non eodem planè modo: quandò potestas est principium primum, calor est instrumentum. Itaque illa definitio calori & potestati conuenit analogicè. Confirmas etiam, quia posset agere ignis & non agere simul, cùm alterum ab altero disiungi queat, quia sunt re diuersa. Ad hoc ita dico. sicut enim nō valet. Si diuersa sunt manus & calamus, per vtraque verò scribitur & vtraque sunt principia. Ergò simul scribetur & non scribetur. Etenim hæc separari possunt. Dum igitur calamus non adest, non scribitur, quia calamus est principium per quod scribitur. scribitur tamen, quia manus adest quæ item est principium per quod scribitur, non valet, inquam, eo quòd non sunt eodem modo principia, & falsò assumitur altero deficiente scribi, cùm ab vtroque scriptio, licet nō

B eodem ordine pendeat: sic in hypothesi nostra non sequitur, ignem per alterum solum esse calefacturum. quia, scilicet non sunt eodem modo principia: neque alterutrius sine alterutro vllū est munus. Non igitur idem sunt motus, vt forma fluens & terminus motus, quod probare cōstitueras. Contrarium prorsus iudicium de termino à quo faciendum est: quippe quòd motus semper cogitetur ad formam: terminus autem à quo in motu deleatur, & quanuis interitu fiat profectus in priuatione quæ in illo motu est terminus ad quem, veruntamen est non ens cuius nulla re vera sunt attributa. Idem iudicium de vtroque termino ferendum est, licet ratione cōuersa, de vtriusque successione in materia. quòd dum terminus ad quem particulatim accedit, hîc particulatim abit. siquidem vtrique eodem modo partitio conueniat propter potestatem & materiam, & indiuidui ratio beneficio formæ. Nec si vnus ex his indiuiduus est, alter diuiduus esse potest: sed vterque aut indiuiduus est, aut diuiduus. & hoc quidem modo in accidentibus quorum formæ diuidi possunt: altero in substantiis, quòd illarum formæ diuidi nequeant. Nam si minus, efficeretur illud, vt materia quandoque sine forma subsisteret, quod enim est indiuiduū puncto temporis interiret: quòd si alterum per aliquod spatium temporis absolueretur, totum

C illud temporis, quod interponeretur inter formam corruptam & nouam, esset vacuum forma. Consimiliq. modo, si alterum puncto temporis accederet, oppositum verò temporis interuallo deleretur, vsque ad extremum forma priore conseruata, duæ formæ oppositæ in eadem materia simul existerent. Nunc verò aut vsque ad vltimum salua permanet forma, quemadmodum in substantiis, aut paullatim, quòd fit in accidentibus, amittitur vetus & noua succedit: vt demum extremum non esse veteris, & primum esse nouæ in idem temporis punctum recidant.

Disputatur an successio pertineat ad omnem speciem motus, ac problema proponitur. Vtrum generatio puncto temporis obeatur nec'ne. Cap. XII.

SED quanuis in primordijs motus non numeretur quantum; nihilominus eius notio quantū ad motum pertinere significat, & continuitatem quandam prę se gerit, dum non simpliciter indicat formam, sed cum aliquo fluxu. Idcirco & propter motum de infinito, qui est modus quidam continui, tractatum est à philosopho naturali, & multa pręclara theoremata demōstrata

D de motu quæ respiciant continuitatem quæ inest in motu, atque illam quidem cum successione & tempore, non permanentem, vt in magnitudine. Præstat igitur ad accuratam motus explicationem perquirere, an successio & continuitas omnem motus speciem peruagentur, & complectantur, atque id docere quam affinitatem habeat continuitas cum ipso motu: quandò etiam maximę lites de his omnibus inter optimos philosophos extiterunt. Duo verò sunt totius huiusce disputationis capita quorum alterum pertinet ad explicandas caussas & species continuationis, alterum verò ad exponendum. Vtrùm omnis species motus in tempore fiat nec'ne: hoc in primis transigetur; de altero meliore loco disputabitur. Nam de ortu simplici, idest, substantiæ dubitatum est, atque à cōpluribus creditum ipsum tempore excludi. & quanuis Auerroes [a] cuius auctoritas iure meritoq. maximi facienda est, inquiat, non cessare partes spermatis fieri partes hominis, donec humana forma perfecta sit: ex quibus colligere liceat ortum obiri in tempore; tamen aliquas machinas excogitarunt quibus eum temporis puncto fieri defenderent, & alia eius auctoris dicta, quibus oppositum apertissimè testari visus est, conseruarent. illudq. potissimum asseueratum formas bipartitò distribui secundum subiectum, scilicet, & secundum gradū, ac primo quidem modo cùm partes subiecti subinde mutantur, & cùm prius oritur cor, posteà producitur

[a] 1. Phys. T.c.62.

producitur epar, aut aqua fluminis conglaciatur prius ab extremis, mox in medio, & prius in superficie, quàm in fundo, cũ alioqui tota simul conglaciari posit, quod genus mutationis ἀθρόον ab Aristotele nuncupatum est: altero autem modo vbi in eodem subiecto pars aliqua formæ cõtrahatur, vt in eodem esse prius vnus albedinis gradus, mox alter vsque ad summum. qua stante partitione duo hæc defenduntur, primum quòd partitio secundum gradus habet tempus adnexum, sed ea non existit nisi in accidente: propterea sola accidentis forma tempori subiicitur, & mutatio quæ fit secundum accidens. Alterum verò quòd mutatio secundum parteis subiecti nõ necessario fit in tempore, vt quanuis in diuersis instantibus inter quæ cadat medium tempus generatio diuersarum partium absoluatur; non idcirco generatio fiat in tempore: nam forma substantiæ est per se indiuidua; quare accedit instanti, cùm verò ex pluribus instantibus nõ fiat tempus; sequitur, vt tota forma substantiæ existat in instanti, & proinde temporis puncto substantię generatio perficiatur. Quanquam non caruit ea factio rationibus efficacissimis quas, ne ab illis sine caussa discedere videamur, anteà recitare constituamus. Eæ verò sunt huiusmodi. Nam mutationem, inquiunt, inter contradicentia fieri puncto temporis. Ortum verò esse mutationem inter contradicentia. Ex quo effici etiam, vt ortus fiat vestigio temporis. Vtrunque verò pernecessarium esse constat. Nisi enim primùm illud sit, inter contradicentia medium interueniat necesse est; quandò foret tempus quo res neque esse, neque non esse dici posset. Alterum verò etsi dubitatum est, & à nobis paulò pòst discutietur; attamen satis corroboratur auctoritate & iudicio Aristotelis, [a] vbi concludit ortum & interitum non esse motum, sed mutationem. Accedit eadẽ ratio quæ sic se habet. Cuiusque motus terminum aduenire in instanti. Verùm si substantiarum ortum animaduertas, eum esse alterationis terminum perspicies. Vnde sequitur ipsum quoque puncto temporis iri absolutum: calefit enim prius lignum; postquam verò calefactum fuerit, cõburitur & est ignis. ac docuit Alexander [b] alterationem, si non admodum procedat, efficere quale, quòd si promoueatur vlterius, terminari substantia. Quare si processus est alterationis ad substantiam, nec sine alteratione substantia producitur, planum quòd ortus est terminus alterationis. Præterea, cùm explicaret Aristoteles quid esset inter, docebat quidem in motu esse inter, non autem in ortu & interitu, idque non sine summa ratione, quandoquidem motus sit inter cõtraria quorum est aliquod medium, sed ortus & interitus sunt inter contradicentia quæ medio vacant. Ob id verisimile est ortum sine tempore fieri. Postremò illa mutatio fit in tempore quæ terminatur forma quæ accipit plus & minus. Atqui ortus tali forma non terminatur: ex eo enim quòd forma plus & minus accipit, cùm id gradatim fiat, gradibus autem singulis diuersæ formæ respondeant quæ tempore contrahuntur; est in caussa quoque cur eiusmodi formæ tempore accedant. Formam verò substantiæ neque intendi, neque remitti libentissimè concedam, quicquid Auerrois asseclæ de hac re decernant, & palàm de elementorum formis pronuncient: itaque etiã dicere coguntur successionem non esse de consequentibus motum, [c] quòd posita successione non sit motus, & contra posito motu non sit successio; siquidem ortus substantiæ sit mutatio; ea verò propter elementorum formas tempore absoluatur, auctio verò, cùm sit adnexa ortui qui fit subitò, fiat item subitò; nihilominus sit motus. Quanquam nos, vt illud constantissimè defendimus, ita hoc approbare non possumus. Multa item alia solent afferri quibus pars ista problematis confirmetur. Sed hæc apud me pondus habent. Ex altera tamen parte suppetunt & loca Aristotelis, & argumenta, quibus oppositum defendere tutò posse videamur. Ipse enim testatur in primis [d] omnem motum in tempore fieri, vbi etiam manifestò perspicitur ortum contineri. Nam velox & tardum sunt differentiæ motus, quatenus respicit tempus. Sed hæc pertinent per vniuersos motus cum alterationem, tum item ortum de quo etiam speciatim verba facta sunt; vnde exorta est illa ortuum differentia, quòd quidam sunt veloces, alij tardi, complures fatales. Ex quo illud efficitur, vt ortum quoque tempore metiamur. Hæc eadem Philosophus asserit innumeris aliis locis. Neque desunt alia multa quæ ex ipsomet Aristotele deprompta [e] possint afferri in eandem sententiam quæ breuitatis studio prætermittere constitueram. Nanque omniũ harum argumentationum exitum contrariæ factionis patroni vnica distinctione se inuenisse putant, quam mox explicabimus. Verùm quia nos interpellat Scaliger loco quodam accepto è 6. Phys. [f] existimaui non inutile fore, si illius recitatione experiar quantum ipse pro hac problematis parte præstiterit. Hęc sunt verba Aristotelis. *φανερὸν οὖν ὅτι καὶ τὸ γεγονὸς ἀνάγκη γίνεσθαι πρότερον, καὶ τὸ γενόμενον γεγονέναι, ὅσα διαιρετὰ καὶ συνεχῆ. οὐ μέντοι ἀεὶ ὃ γίνεται, ἀλλ' ἐνίοτε ἄλλο, οἷον τῶν ἐκείνου τι, ὥσπερ τῆς οἰκίας τὸ θεμέλιον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ φθειρομένου. εὐθὺς γὰρ ἐνυπάρχει τῷ γινομένῳ καὶ φθειρομένῳ ἄπειρόν τι, συνεχεῖ γε ὄντι. καὶ οὐκ ἔστιν οὔτε γίνεσθαι μὴ γεγονός τι, οὔτε γεγονέναι μὴ γινόμενόν τι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ φθείρεσθαι καὶ τοῦ ἐφθάρθαι: ἀεὶ γὰρ ἔστιν τοῦ μὲν φθείρεσθαι τὸ ἐφθάρθαι πρότερον, τοῦ δ' ἐφθάρθαι τὸ φθείρεσθαι. φανερὸν οὖν ὅτι καὶ τὸ γεγονὸς ἀνάγκη γίνεσθαι πρότερον, καὶ τὸ γινόμενον γεγονέναι. πᾶν γὰρ μέγεθος καὶ πᾶς χρόνος ἀεὶ διαιρετά. ὥστ' ἐν ᾧ ἂν ᾖ, οὐκ ἂν εἴη ὡς πρώτῳ.*

Planum

a 5. Phys. T. 8.

b Simp. 1. de cęlo.

c Suessanus.

d 4. Phys. T. 130.

e Phys. T. 96. 119. 7. Phys. T. 32.

f T. 59.

E F G H

A Planum igitur, quòd etiam. Noto illud, *etiam*, quia cæteræ species mutationis enumeratæ iam fuerant, ea sola restabat quæ ad substantiam pertinebat id quod genitum est, prius generetur necesse est, & id quod gignitur, genitum sit, quæcunque diuidua sunt & continua. Nam prius ostenderat Aristoteles id esse proprium mutationum quæ in continuo fiunt, è quarum numero alterationem expunxerat, vtpotè, quæ ex euento diuidua foret; vt intelligas hîc agi de mutatione substantiæ per se, quæ propter extentionem materiæ per se quoque magnitudo est, non tamen semper id quod fit. i. id quo tendit ipse ortus, sed aliud aliquando: vt ex iis quæ sunt aliquid ipsius vt pars aliqua quam item factum vocare consueuit Aristoteles, [a] vt ædificij fundamentum. Similiter autem in eo quod corrumpitur & in eo quod corruptum est, nam protinus inest in eo quod generatur & corrumpitur infinitum quid, cùm sit continuum. Neque licet, neque generari, nisi id quod genitum est, neque genitum esse, nisi id quod generatur. Similiter autem & in eo quod est corrumpi, & in eo quod est corruptum esse: semper enim erit corruptum esse prius eo quod est corrumpi; eo verò, quod est corruptum esse, corrumpi. Planum igitur quòd etiam quod genitum est, prius generetur necesse est. & id quod generatur, esse genitum. Omnis enim magnitudo, & omne tempus diuidua sunt. Quamobrem in quo fuerit, nō erit, vt in primo, idest, vt in indiuiduo. At dic mihi Scaliger, si omnes inimici te nobiscum sentire cogerēt, quo, nisi hoc

B loco vterentur? Sed mitto id nunc: mitto etiam alium tuum locum ex 8. Phys. [b] vbi nil huiusmodi reperitur. Verùm mox [c] Aristoteles confert omnem motum in ortum & interitum, vt facta quadam communi notione mutationum omnium (communis etenim mutatio est generatio vel simpliciter, vel quodammodo) doceat quietem ad omne genus mutationis pertinere. Sed redeo ad distinctionem. Inquiunt igitur duo primum significari nomine isto generationis, aut id quod exprimitur τῷ γίνεσθαι, idest, fieri, hoc autem est quod notat fluxum & tempus; aut etiā id quod exponitur τῷ γενέσθαι, idest, factum esse, quod præfert terminum & formam ipsam, quæ iam aduenit, hoc sanè vltimo significato sumptam generationem puncto temporis obiri dicunt: at tempore absolui alteram illam. Verumenimuerò hanc aiunt non esse simplicem mutationem; simplicem verò esse illam solam quæ subitò existit; quia, scilicet, hæc sola sit substantiæ transmutatio, alteram verò coniunctam esse dicunt, cum quibusdam affectionibus quas præuias nostri προδρόμους verò διαθέσεις vocant Græci interpretes cū ceteroque παρασκευάς, idest, apparatus Aristoteles. Ita fieri, vt mutatio substantiæ quæ propriè ortus est, subita sit; quicquid habet temporis, id obtineat beneficio præuiæ affectionis, cuius ipsa est affinis. Ergo & in hunc

C sensum accipiunt verba philosophi: vt illa intelligatur esse in tempore quæ cum præuia affectione coniuncta est, & quoquo pacto complectitur mutationem quæ respiciat qualitatem: eam verò quæ est mutatio substantiæ solius, quia terminus est affectionis, puncto fieri temporis. Hęc distinctio nunc nobis ponderanda proponitur, cùm propter assertorum auctoritatem, tùm etiam quòd satisfacere videtur obiectionibus nostris. In eam igitur aliqua succurrunt quæ putemus afferri posse ex intima quidem philosophia deprompta, atque adeò consentientia cum verbis Aristotelicis, vt nisi vis afferatur eius dictis, sine aliqua saltem animaduersione prætereunda non sint. Nam mitto illud quod nam iudicium fuisset Aristotelis, loco illo quem nuper plenum recitauimus, vbi singulas mutationes commemorat, de generatione substantię mentionem facit, eam seorsum considerat, de eo quod generatur & genitum est, loquitur, & de hac ipsa re demonstrationem in medio ponit, rem planè incertam, immo ambiguo inuolutam relinquere: qui istis auctoribus etiam polyonyma detrectet? quod negotium fuisset rem hoc modo expedire, extremū generationis indiuiduum est, quod præcedit est alteratio, siquidem iam ostensum fuisset, in alteratione tempus esse in omni alteratione ei quod est alteratum esse, præcessisse alterari, & omni

D illi quod est alterari, præiuisse id quod est alteratum esse. nec quicquam in quodam primo alterari, aut alteratum fuisse? Mitto hæc, inquām: ad illa venio, vt doceam in generatione notionem temporis inesse, eamq. sub motus definitione comprehendi quam habes 3. Phys. Omnes sanè fatentur in omni motu & mutatione notionem fluxus inesse, non omnes verò cum fluxu cogitant tempus, sed geminum fluxum excogitarunt, alterum in successione positum, atque alterum subitum, vt proximè sit hoc ex hoc. & quà subitus est, ad ortum substantiæ pertinere. Igitur mihi videtur id quod dicitur: actum eius quod est in potentia, quatenus in potentia (erat autem hæc definitio motus) significare non modo hoc ex hoc, sed successionem in qua tempus insumatur. neque enim est actus simpliciter qui significatur à motu; neque illius quod est potestate solùm, & actus cum potestate cōiunctus, sed actus quidam imperfectus, neque totus simul quo res quæ potestatem habet, non transmutata est, sed transmutatur per eam quam habet potestatem: vnde verbali significatur, & verbo temporis præsentis exprimitur quo res instans indicatur, & cui præteritum & factū esse non conueniat. est enim motus calefactio, non calor: & qui mouetur, calefit; non calefactus est. & ea quibus accidit vt simul fiant & sint, vbi, scilicet, tota mutatio fit simul; non motus, sed ἐνέργειαι vocantur, [d] vt illuminatio & auditio, quæ generationes impropriè dicuntur.

[a] 2. Post.

[b] T. 24.

[c] T. 25.

[d] 9. Met. c. 6.

[a] 1. de cęlo dicuntur. [a] atqui generatio non est energia, sed motus. Nec de generatione idem dicere licet, ac de illuminatione & visione, quòd sicut illuminatur pellucidum, & illuminatum est, & videt oculus, & vidit: ita quoque substantia fiat & facta sit. Neque enim ratio par est vtriusque mutationis: propterea quòd non licet ante vltimum punctum temporis quo illuminatus est aër, dicere aërem illustrari; nihil enim actus, seu luminis ab aëre contrahitur ante illud punctum; aut si fortè, per accidens, ex lucidi corporis appropinquatione. Quocirca dicitur lucescere, quemadmodum ex eius discessu aduesperascere, quæ profectò significant motum & successionem in aëre per accidens, per se verò in corpore lucido, ex cuius præsentia & absentia quæ cum tempore fit, lucescit & aduesperascit. At per se substantia generatur, & cùm generatur, nondum est, & è semine fit animal, nec dum factum est, & plantam produci dicimus & animal in vtero generari, neque esse tum plantam, aut animal. neque illi vocem vllam attribuimus quæ mutationem generis alterius indicet. quis enim alterari semen in vtero dicat? quis alterari ranam dum E

—eodem corpore sæpe

Altera pars viuit; rudis est pars altera tellus?

Neque perfectionem suam generatio ad alterius motum assequitur. Ob eamq. rem demonstrauit Aristoteles [b] non esse idem punctum, quo res fit, & quo facta est, non autem quo res alteratur, & quo facta est, vt ostendere debebat, si id quod vltimo antecedit, ad qualitatem, non ad substantiam pertineret, & caussam eius successionis à natura substantiæ petiit quæ propter materiam est diuidua, non autem à natura qualitatis. Erat autem necessarium, vt cui primò diuisionis caussa competeret, illi etiam primò tempus adscriberetur. Cùm ergo diuisionis caussa prius substantiæ quam qualitati tribuatur; planum quòd tempus item mutationi substantiæ & ortui, priusquam alterationi concedendum. Ad substantiam verò priusquam ad qualitatem pertinere diuisionem patet, quia substantia intrinsecus extensa est propter materiam in qua est dimensio. Neque eadem est ratio in eo quod illuminatur, & eo quod generatur; nam, quod illuminatur, vniuersam potestatem è vestigio amittit, quòd hęc nititur sola priuatione; sed potestas ad formã substantiæ actu contrario fundatur. Idcircò requiritur expulsio formæ veteris, & apparatus quidam habilitatis, quam quis neget ad substantiam pertinere? aliter sit ac siquis nauigandi disciplinam quærat, & eat ad philosophos. Hęc verò tempore comparatur. Sic ratio par non est vtriusque mutationis. Dices fortasse sub motu contineri ortum non per se, sed cum affectione coniunctum. Propterea Simplicium aliquando statuisse, [c] ortum temporis puncto fieri, & tempus insumi in motibus præuiarum affectionum. Sic quoque demonstrationem ab Aristotele constitutã esse de ortu cum affectione coniuncto. Quàm id falsum habendum sit, & ea quæ nuper conscripsimus, & quæ mox subiiciemus, facillimè ostendent. Nam primùm ipse motus, necnon eius definitio sunt communia ad vnum. At iam dictum est eorum attributa peti à partibus. Quare quẽadmodum motus est actus mobilis generatim sumpti, sic motus ad locum est actus mobilis ad locum, vt tale est speciatim: & augmentatio actus augescentis, quatenus huiusmodi, consimiliter alteratio & affectio. Ita ergo & generatio, actus generabilis, quatenus generabile est. Ergo & seorsum actus ille imperfectus pertinebit ad generationem, & successio igitur eandem per se comitabitur. Tùm prętereà quoniam Aristoteles sæpissimè nugaretur. [d] Nam frequentissimè, cùm docet motum esse in tempore, postquam de alteratione meminisset & ortu, eorum rationẽ semper habet separatim, & singulas mutationes recenset seorsum. Et profectò si ortus esset in tempore propter affectiones & alterationem, sat habuisset, si alterationem solam commemorasset; aut saltem nos monuisset propter ambiguitatem generationis, quam'nam generationem ibi acciperet. Quin aliquando, cùm demonstraret [e] tempus aliquid esse motus, admonuit nos, ne caperemus motum à mutatione seiunctum. intelligo verò mutationem illam, de qua iam dictũ fuit quæ comprehenditur sub definitione motus, & ab energia separatur. Talis igitur mutatio, quatenus huiusmodi, est in tempore. Ergo ex analytico præcepto omnis talis mutatio. Talis autem est generatio substantiæ. Ita etiam docens omnem motum esse diuiduum, meminit de ortu & interitu, [f] in eisq. partem quandam fieri testatus est, quandam verò esse factam. Prętereà conclusit. Si puncto temporis aliquid fieret, genitum esset absque eo, quòd gigneretur: fieret item simul & factum esset, vt planè perspicias, non eandem esse rationem ortus & illuminationis. Ex quo, si in alio puncto fit res, in alio facta est, & inter duo puncta tempus intercedit; generatio quoque fiet in tempore. Etiam paullò post [g] apertissimè testatur de omni mutatione, eam in tempore fieri, sub qua necesse est item comprehendi generationem, nisi dicamus eam esse ex ordine perficientium, quod non opinor, cùm obeatur cum destructione oppositi. Talis autem ratio sic commouit Simplicium, vt parùm sibi constitisse videatur. Nam cùm olim ipse dixisset, tempus, scilicet, quod in generatione ponitur, ad pręuias affectiones attinere, is demum [h] generationem tempore absolui docuerit, & quanuis ἀθρόα mutatio dicatur, τὸ ἀθρόον ἢ κατὰ τὸ ἄχρονον, idest, quod confertim est, non quòd è vestigio fiat; verùm quòd vniuersè & omni ex parte foret, idem ipse

[b] 6. Phys. F

[c] 5. Phys. T. 9. G

[d] 7. Phys. T. 34.

[e] 4. Phys. H

[f] 6. Phys. T. 41. 43.

[g] 6. Phys. T. 50.

[h] 8. Phys. Digr. T. 12. 13.

A ipse auctor asseueraret. Simul etiam docet Aristoteles [a] id quod gignitur, ita affectum esse, quemadmodum ea quæ ceteris motibus aguntur, vt partim, s. sit in termino à quo, partim in termino ad quem. neque enim in termino à quo solùm: quia secundum substantiam quiesceret, non autem gigneretur: nec itidem in termino ad quem: nanque iam genitum esset; non in neutro; quia simul esset & non esset; esset quidem, quatenus in termino à quo non foret qui quidem est in generatione priuatio, nec re vera est: non esset autem, quandò non foret in termino ad quem qui certè est aliquid. Idem quoque iudicium, conuersa terminorum ratione de interitu fieri posset, vt intelligenti patet. Quamobrem vnum illud restat, vt partim sit in termino à quo, partim in termino ad quem; atque ita diuiduum erit id quod gignitur, quatenus huiusmodi, & idcirco tempori obnoxium. Postremò intercedit auctoritas Aristotelis aientis, [b] formam esse finem generationis. At finis ab eo cuius est finis, ita distinguitur vt indiuiduum à diuiduo. Fac ergo tu generationem puncto temporis obiri; idem foret, àc forma: idemq. eueniret àc si fingeremus lineam idem esse àc punctum. Sic ergo forma non separaretur à generatione: quare neq; eius esset finis. præterquamquod debuisset dicere Aristoteles formam esse finem affectionis, non autem generationis. Vbi tu potes obseruare, vt te hoc obiter moneam: generationem apud Aristotelem non esse motum cum affectione coniunctum: quia si forma eius finis esset, à forma circumscripta esset adhuc generatio; ac tertium foret significatum generationis, quod est ipsa affe-
B ctio. Nam finis ab eo cuius est finis, saltem ratione separatur. Sic verò generatio non foret actus generabilis, quatenus generabile, sed eius quod affici posset, quatenus huiusmodi.

[a] 6. Phys.
[b] 5. Met. T. 5. 6. Phys.

Expenduntur dicta sectatorum Auerrois de successione quæ sit in substantia. Cap. XIII.

VRGENT hæc acrius sectatores Auerrois. Nam sic mutationis species non erunt quattuor, verùm tres solummodò, siquidem acquisitio formæ sit affectio, quæ quidem est motus ad quale; in substantia verò per se nihil aliud esset, quàm mutatum esse, nec motus etiam communiter acceptus attingeret substantiam, & malè Aristoteles 3. Phys. in definiendo motu sub eo quoque generationem comprehendisset, esset enim sic motus per accidens, quippe quæ ex alio motu existeret, & ab Aristotele prætermitteretur, quemadmodum prætermittuntur omnes aliæ mutationes quæ sunt per accidens, vt ad ea quæ sunt ad aliquid. Prætereà, quoniam Auerroës non
C semel predicat in eadem categoria viam esse ad terminum ad quem, & terminum ipsum; ab eoq. solùm differre motum; quia terminus significet perfectionem, via verò sit res imperfecta. Sed si mutatio ad substantiam fuerit affectio: cùm hæc sit ad quale, fiet, vt motus, eiusq. terminus ad diuersa prædicamenta referantur. Conabatur Ludouicus Buccaferrea, vir ætate sua clarissimus, & cuius adeò celebris fama fuit, vt eius scripta hoc tempore à plerisque vsurpêtur; euertere huiusmodi argumentum ea ratione. Cùm enim, inquit ipse, forma substantiæ puncto temporis accedat, reipsa terminus à mutatione non separatur: ob eamq. rem generatio non fit in tempore, quandò propter illud quod inest in forma indiuiduum, nil aliud sit, quàm res ipsa genita cum primùm est: postquam. s. de illa verè pronuntiari potest, esse, & quoniam anteà non erat, exempli caussa ignis, pòst verò est. Verumenimuero hæc mutatio materia fundatur, vel quòd materies in generatione mutetur, licet non secundum substantiam, at quoniam terminatur substantia: nos mutationem accipimus, tanquam diuersam ab ipsa re quæ facta est: vel etiam, quoniam ante hoc temporis punctum non erat, post ipsum est. Certè dum mutatur materia, sic mutatur; quoniam afficitur & alteratur: hic autem motus ille est, eaq. mutatio, quæ reipsa distin-
D guitur à forma. At quia talem accidentium mutationem consequitur esse aliud secundum substantiam, licet in instanti sit aliud; idcirco vos materiam cogitatione cumplectimur antequam sit illud ad quod fuerat transitura, quasi verò fingamus actum generabilè in eo quod propriè alteratur, sine concepto: & decipiamur; quoniam id quod obseruamus esse factum, sicut in aliis mutationibus, & categoriis fiebat prius, ita quoq. fieri credamus in ortu & substantia; vel etiam quia quod in vno est temporis puncto re, solumq. ratione distincto, nos mente distinguimus, quasi sint puncta diuersa: & ita fingimus progressum naturæ à priore ad posterius qui quidem naturæ non est, sed vnius mentis quæ distinguit. Atq. hæc est germana eius viri sententia, qua constituta sit, respondetur ad obiectionem. Cùm enim opponitur. Non eiusdem predicamenti fore viam & terminum: inficiatur ipse; est enim, inquit, & via ad substantiam in prædicamento substantiæ: & illa est, quæ sola mente concipitur à suo termino distincta. Falsoq. illud assumptum. Affectionem, siue alterationem esse viam in substantiam, siquidem in materia potestas & progressus duplex sit, & secundum qualitatem cuius beneficio materia sit qualis, & terminatur quali, & secundum substantiam; atque ille qui est secundum substantiam, comitatur alteri, qui est secundum quale: verumtamen ab eo differt; quoniam re ipsa progressus in substan-

tia terminus est alterius qui est secundum qualitatem. Nemo re vera, ni prorsus fallor, hanc rem in eam sententiam subtilius expressit. Attamen hæc illum ita iuuent, veluti prouerbio fertur. Vt lippum pictę tabulæ, fomenta podagram. Nam mitto hæc non esse ex Auerrois sententia pronunciata; quippe qui elementorum formas intendi & remitti professus sit: quamobrem fieri non potest, quin eorum generatio tempore absoluatur. Verùm siquis opinionem Auerrois defendere nolit; audiat quo pacto aduersentur hæc Aristoteli, eiusq. firma decreta oppugnent. In primis si successio generationi substantiæ conueniret beneficio qualitatis adnexæ: certè caussa successionis in generatione à qualitatis ingenio petenda foret: aliter esset caussa per accidens, & à demonstratione abhorrens. Sed caussa successionis ab Aristotele assignatur quæ ducitur à substantia, nempe diuisio quæ per se inest in substantia, quoniam est per se quanta, & extenta est & partibilis propter materiam, quemadmodum superiore capite scripsimus: Ergo successio non à qualitate arcessenda est, sed à substantia. Præterea docemur [a] in permanentibus vltimum non esse rei quæ corrumpebatur, reperiri: atqui significat hoc ordinem & habitudinem ad aliud non esse quod medium sit inter esse simpliciter & non esse simpliciter, nec vltimum sit, & videre est Aristotelem in ea demonstratione rationem habere instantium, & formas ipsas ex instantibus iudicare, eaq. diuersa cõstituere quibus, scilicet, res ipsa fit, & quibus facta est. Adde etiam quòd Aristoteles eundem progressum obseruari docet in alteratione & ortu, quòd si in affectione instantia quibus fit res, & quibus est facta, non sunt eadem; in ortu quoque diuersa sint instantia necesse est. Nunquid eò confugient, vt hæc diuisio sit subiecti, & secundum parteis quantas? Non licet profectò; ibi enim ostenditur, cur non sit primum mutatum esse, & cur id quod est nunc, antefiebat, & nihil est factum, quin prius fieret, & nihil fieri quin habuerit partem factam, & quòd omnis generatio perpetuò constat ex eo quod fit, & eo quod factum est, & agitur perspicuè non de partibus quantitatis subiecti, sed partibus, & continuatione motus, quatenus est forma fluens. Præterea concluderetur oppositum eius quod vult Aristoteles: vult enim ibi ostendere in generatione non dari primum genitum: at in re & subiecto datur primum genitum quod est minimum, & in animali præcipuè, vt pluribus explicatum est ab Auerroë 7. Phys. cùm quæritur, vtrùm omne quod per se moueatur, à seipso primò moueatur. Et 8. Phys. concluditur primum in re. Quare patet Aristotelem non agere de partibus quanti, sed ortus. Addo etiam decretum Aristotelis ex 9. Met. T. 14. vbi docet in ortu esse quasdam parteis factas, quæ remanent in re genita, ex quibus tota substantia consistit. Si igitur reipsa dicet ratione diuersa sunt genita quæ antea gignebantur; ergo & quæ gignebantur erunt substantiæ partes: aliter è non substantiis substantia fieret; neque tergiuersari licet, nanq; eius verba generatim comprehendunt quencunq. motum per se, & confirmantur iis quæ constituta fuerant in libris de motu, in quibus ea planè decernuntur quę dicuntur & dicentur à nobis. Ex quo dicendum non est hæc à sola mente, non autem à natura distingui, quod item multò prius expositum fuerat, cùm sit conclusum, ortus quoque non esse primum aliquid, sed vltimum, [b] eo enim pacto, non eadem re sunt generatio & genitum esse; sed ipsa quoq; tendit ad formam quæ est à se ipsa distincta. Venit item mihi illud in mentem, quod valeat ad eandem thesin conuellendam. Si priuatio principium est, dum fit res, non autem postquàm facta est. Ergo aliud instans, quo fit res & quo facta est, vt cuiq. perspicuum esse potest. Si id ita est. Igitur in tempore generatio. Neque potes effugere laqueum, quia prius illud instans ad pręuias affectiones referatur, cùm priuatio principium sit substantiæ primò, tum deinde accidentis, vt docuit nos Aristoteles. [c] Itaque pertinet illa mutatio ad substantiam ipsam, non ad qualitates. Neque item videtur instantiam tollere quòd sit quidem principium priuatio, dum fit res, quod tamen fieri solùm ratione, non tempore segregetur ab eo quod factum est. Dicam enim hîc, vt dixit aliquando Aristoteles ex Simonide orationem hanc similem illius esse quam serui pronunciant; nam propter mendacia, quæ ab initio dixere, [d] longam ipsos orationem contexere oportet. Si enim sola ratione segregatur fieri in quo est priuatio à facto esse in quo est forma: ergo etiam simul & in eodem puncto temporis erunt priuatio & forma, idemq. erit simul & non erit; quam difficultatem vt tolleret Aristoteles, coactus fuit ponere vltimum non esse in quo priuatio prorsus extingueretur. Itaque est aliud punctum, & reipsa separatum quo priuatio principium est rei, dum fit, atque illud quo facta res est. Postremò sequeretur, non in eodem prædicamento futurum esse actum & potestatem, cuius actus esset ipsa mutatio. Nam posteà docebimus in generatione processum esse à prima potestate ad vltimam cum qua forma existit. Nunc cùm in indiuiduo sit res, erit in prædicamento substantiæ potestas vltima solum; vbi ergo præcedentes? Ita igitur patet vt tempus quoque pertineat ad ortum, & quemadmodum generatio simpliciter sit obnoxia tempori. Neque illud omittendum, quòd vbi adest discrimen instantium in mutatione necessariò requiritur tempus, ne fortè dicamus, cùm diuersæ partes in diuersis fiant instantibus, & ex iis non fiat tempus, etiam earum ortum totum instanti absolui, siquidem tollant hæc iudicium Aristotelis

[a] 8. Phys.

[b] 6. Phys.

[c] 1. Phys. T. 56.

[d] 14. Met. c. 4.

8. Phys.

A 8.Phys. toto illo loco quo probatur inter duos motus oppositos, quicunque illi sint, intercedere quietem, sicut planè instantia diuersa, ergo & tempus. Huic etiam opinioni, vt iam grauissimorum philosophorum auctoritate res agatur; subscripsisse constat Theophrastum, Alexandrum [a] qui omnem progressum in speciem perfectam generationem esse statuerit, & post ipsos Simplicium, à quibus etiam tantum persuasus est Calaber, [b] vt existimauerit formam quoque substantię tempore contrahi generationis progressum, sic exponens. Nam primùm generans afficiebat materiam secundum qualitatem, neque enim voluit à cæteris ipse discedere qui omnes de pręuiis affectionibus vno ore mentionem faciunt; atque vt primum huiusmodi affectio habitans absoluta esset, incipere antiquam formam corrumpi, nouamq. simul produci. ita vt toto illo tempore quod consequitur finem eius affectionis, sit interitus formæ veteris, generatio verò succedentis. Quoniam verò substantiæ formis aliquid est contrarium; inde effici vt introductio formę generãdæ momento fieri non posset. siquidẽ resistentia cõtrariis inhæreat, resistentiæ verò successio comitetur. Secundum parteis igitur substantiæ forma introducitur, atque ita fit omnis transmutatio omnisque generatio in quodam tempore perficitur. Voluit hic vir, vt videtur nimium gratificari Auerroi apud quẽ formæ elementorum diuiduæ sunt, & plus minusq. accipiũt, At mihi neque sensus, neque ratio rem ita esse dictant. Dum enim ipse putat absolui affectio-

B nem priusquam generatio cœperit, sequitur vt ipse velit, qualitatis ortum ortui substantiæ præcedere, affectionis.n.absolutio terminus est; terminus autem est ipsa qualitas. Atqui cùm sensus, tum ratio, tum etiam Aristoteles hoc falsum esse persuadent, siquidem ignis tum simpliciter calidus sit, vbi genitus & perfectus fuerit. nam tum maximè calefacit; & operatur secundum naturam quæ est ipsa forma. Præterea sicuti accidens, vt sit, substantiam flagitat, nam sequitur ipsam, sic & forma accidentis substantiæ formam consequitur. Vt enim se habet accidens ad substantiam: sic quoq; accidentis forma ad formam substantiæ se habeat necesse est, sunt etenim vtraque per suam formam. Sed accidens est per substantiam, aut ex substantia pendet. Et formæ igitur accidentis forma substantię supponitur. Insuper docet Aristoteles perfectam esse qualitatem, vt primum res est, anteà verò summè calidum non esse. Propterea confirmabat [c] esse tunc elementum in suo loco simpliciter, cùm iam genitum foret, vt simul tempore ad summum; sed natura non simul & substantia completa sit, & accidentia quæ consequuntur substantiam: nullo autem modo accidens substantiæ præcedat. Deinde facit hic auctor formam substantiæ diuiduam, de elementorum formis separatim posteà dicetur, nũc de forma generaliter agemus.

C Nil autem magis Aristoteli displicere videtur, quàm quòd forma sit diuidua. Nam si forma diuidua, vnde vnitatis ratio petetur in naturalibus? Accipit item Aristoteles formam esse finem generationis: at ratio finis, quatenus ipse finis est, est esse indiuiduum. Nec quisquam huic sententiæ refragabitur qui Aristotelicas rationes aduertat 6. Phys. scriptas. [d] Adde quòd si forma diuidua foret, aut à generatione ipsa non separaretur; aut genita diuidi possent. In quocunque enim motu duo sunt & quod generatur quod à motu sola ratione distinguitur, vt suprà visum est, & quod genitum est. At forma non est id quod generatur, hoc enim quatenus generatur, tendit ad formam, neque est forma. Ergo forma respondet ei quod genitum est. Id verò est indiuiduum, & idcirco vltimum non esse & primum esse rei ponuntur à philosopho, [e] quæ sunt indiuidua necessariò ne, aut cõtraria simul existãt, aut materia sit olim omni forma priuata. Huc accedit quòd legimus apud eundem auctorem, [f] materiam vltimam idem esse cum forma, sed cùm forma præsente in vltima materia res iam sit, non autem amplius fiat, forma prorsus indiuidua sit oportet. Esse verò tum rem; cum forma sit in vltima materia, monstrant ea quæ de

D potestate vltima & forma 9. primæ philosophię libro decreuit Aristoteles. Idem quoq; formam indiuiduam non semel esse testatur, [g] quod interim accipias velim de forma quatenus forma est, & pręcipuè de forma substantiæ. Itaque propter formam quæque res non sanè fieri, sed esse dicitur.

[a] 5. Met. c. de nat.
[b] Q. de incremento.
[c] 8. Phys. T. 32. 4. de Cęlo
[d] T. 24.
[e] 8. Phys.
[f] 8. Met. T. vlt.
[g] 5. Met. T. 5. 7 ... T. 28.

Ex propria sententia demonstratur successionem pertinere ad ortum. Cap. XIIII.

TEMPVS est nunc, vt adscribamus quæ sit animi nostri sententia, de eo quòd successio in ortu quoque insit. Hæc verò nonnullarum vocum explanationem postulat nimirum μεταβολῆς.i.mutationis, κινήσεως, hoc est motus, γενέσεως, siue generationis, neque enim singularum vniusmodi vsus est, & earum varietas miram perplexitatem parere potest. Exordiamur à multitudine: hęc primùm communissimè sumitur: etenim significat ἄνο μετ᾽ ἄνο.i. vnum post aliud, siue id è vestigio sit, siue etiam cum tempore, quæ propriè est μεταβασις, & transitus. Ea verò est vel inter contraria, vel contradicentia, vel opposita. Proinde partes eius tres enumerantur ex non subiecto in subiectum, quæ est generatio, è non subiecto in subiectum, quæ est illi opposita corruptio, & è subiecto in subiectum qui propriè motus appellatur, & est inter contra-

ria,& de talibus moueri & quiescere dicitur, ex non subiecto in non subiectum mutatio nulla, E vt docet Aristoteles 11. primæ phil. T. 10. quòd in his nulla neque contrarietas, neque contradictio, neq; oppositio, propriissimè verò mutatio ponitur in contradicentibus. Motus etiam communissimè accipitur, vt processus scilicet ab imperfecto ad perfectum, qui esse solet in quattuor primis categoriis substantia, quanto, quali, & ipso vbi; ac sub ea amplitudine definitur 3. Phys. propriissimè autem motus est ex subiecto in subiectũ,& illi opponitur quies. sic etiam *γένεσϊς*, .i. generatio videtur esse vox multiplex, & modo significat quiddam factũ, aliàs quiddam fiens. Nam mos est Græcę linguæ vti consimilibus nominum formulis quæ grammatici verbalia nuncupant, quibus actus & potestas significentur,& quod factum est & fiens, vt *σιώθετον*, quod actu cõpositum est, & quod est potestate & *σῆψις* est putredo alio nomine *σαπρότης*, & putrefactio idest via in putredinem,& *κρᾶσϊς* temperatio, atque temperies; & *ενωσϊς* vnitio atque vnio, siue concordatio & concordia: similiter etiam *γένεσϊς*,& *μεταβολή* generatio,& quod genitum est; transmutatio & quod transmutatum est, ita enim deficientibus vocibus quę indicent actum iam perfectum, quemadmodum concordia, temperies,& putredo, liceat nobis perspicuitatis gratia generationem cõpletam exprimere, noui enim optimè genitum & transmutatum rem ipsam propriè notare quę iam facta sit; sed quia transfertur etiam ad significandum mutationis suę terminum, genitum quidem generationis, transmutatum verò transmutationis; existimaui posse F me abuti vocibus eiusmodi ad declarandum id quod in presentia quærimus Secundò generatio sumitur pro illo progressu qui est à substantia imperfecta ad substantiam perfectam, vt cùm è semine fit homo,& in hac notione comprehenditur sub definitione motus primi significati, & qui explicatus est 3. Phys. Postremò generatio est transitus ex non subiecto in subiectum & à non esse simpliciter ad esse simpliciter, idest, mutatio, inter id quod nullo modo consecutum est denominationem finis, neque perdidit adhuc nomen & definitionem, quam habebat, & illud quod aliam denominationem & definitionem sibi comparauit. veluti cùm fit homo è semine est illuc vsque semen, quousq; homo absolutus est,& cùm primùm absolutus est homo, non est amplius semen, sed transformatum est in hominem, & appellatur homo,& definitur vt homo, & hęc est mutatio propriè; quoniam hæc sunt contradicentia, tametsi & hæc distribuitur in eam quæ simpliciter est,& quæ aliquo modo vt cùm ex non albo fit album. Quare siquando dixerit Aristoteles *τὸ κατὰ δύναμιν* non moueri, vt 11. primæ philosophiæ, vel intelligi id quod opponitur ei quod est simpliciter,& propter aliquem actum; talis verò est materies, vel motus acceptus est in tertio significato, & presius quàm sumptus fuerit 3. Phys. Quanquam etiam alia latebra dete- G gitur ex ipsis ipsiusmet Aristotelis verbis siquidem motus sit ex subiecto in subiectum, eo quòd in generatione item sit aliquid quod est ex parte termini à quo & eius quod ille vocat *τὸ γινόμενον*, idest fiens: neque enim est per se non ens, & quamuis in eo sit priuatio, etiam priuatio significatur affirmatione,& est quoquomodo positiuum; ideoq. de illo motus iure prędicabitur; similiq. modo accipere licet ea quæ dicuntur ab eodem de corruptione, quod ratione qua est id in quod est facta corruptio, erit in subiectum, & verò de illo poterit dici motus. Quicquid sit tamen non inficias iuerim, transmutationem quatenus significat hoc post hoc, & solam formarum successionem excluso & circunscripto progressu ab vna forma ad alteram, qui spectatur in materia, esse sine tempore; veruntamen 3. Phys. nullam eius haberi rationem, vt contrà eam quę notat progressum, puncto temporis obiri nego; quam item definiri placet 3. Phys. sic *γένεσϊν*, si formarum successionem solam significet, & id quod genito respondet, subitam esse non negauerim; & vt obitur inter contradicentia, eam tamen conniueri, dum traderetur definitio motus, Quòd si *γένεσϊς* progressum notet ab vna forma ad alteram, & ab imperfecta substantia ad perfectam, veluti à semine ad hominem; dum scilicet forma quæ posteà labefactatur in progressu H & ad extremum deletur, salua integraq. erat, ad eam tendit in quam posteà desinit; eam quidem sub motus definitione comprehendi, & aliquo modo se habere dicimus ad tempus. De hoc ergo nunc disputatur, & postremum hoc significatum in controuersiam venit. Id Latini dicunt ex duobus constare primordiis, affectione, seu præuia dispositione, atque introductione formæ quæ pertinet ad substantiam. Neque id sine firmo & graui testimonio (locum enim ego indicabo, licet illos latêre videatur) quòd Aristoteles ipse [a] tum generandi officium deleget efficienti, vbi iam fuerit præparata materia,& ab ea pulsum sit omne impedimentum. atqui re ita se habente succedit id è vestigio. Igitur etiam res ipsa subitò generabitur: cetera quæ antecedunt ad apparatum materię referentur: aut si rectius dicere velimus; non generabitur res, sed genita erit, De hac ipsa re nunc quoque nos agamus hinc sumpto exordio. Nam motus atque omnino mutatio præsefert imperfectionem quandam quę suopte impulsu dirigitur,& tendit ad perfectioné. Iam enim accipio naturam & potestatem quæ est ad opposita, semper dirigi per se ad perfectius; ad imperfectius verò non dirigi, aut non per se, sed ex euentu. Quòd siquis percunctetur, vnde nam talis imperfectio ducatur in substantia, repetam hîc ego breuiter, tria esse generationis initia,

[a] 9. Met. Cc. 5.7.

A tia, materiam priuationem & formam. Ex his formam esse bonum, diuinum, per se expetendum, finem scilicet, & perfectionem; esse verò perfectionem materiæ quæ per se imperfecta est, potestas, nec quicquam est propter adnexam priuationem. Si igitur perfici debeat, necesse est priuatio pereat, & adueniat forma cuius præsentia iam materia perfecta est, & generatio completa. Cęterùm hoc vnicuique cõpertum; neque id quæritur nunc; sed illud quæritur, antequam adsit forma noua, aut vetus absit (quandò iam statuitur indiuidua) quemadmodum materia perficiatur, & qui sit eius motus; an'ne dispositio & affectio, idest, motus secundum qualitatem, an motus secundum substantiam. Hìc verò idem accipias velim motum ac mutationem. Deinde quoniam termini transmutationis in substantia sunt ens & non ens, explicandum quoque est, an'ne inter hæc aliquod medium interponatur cuius beneficio transitus ille qui est inter hos duos terminos oppositos fiat puncto temporis: an contrà potius aliquod temporis spatium ad ipsum perficiendum requiratur, in hoc enim magnam vim ponunt, vt video, Latini. & mehercle hic est totius caussæ status & cardo nostræ questionis. Quantum igitur ad primum spectat; audiuimus antè Latinos omnes totum illud quod antecedit præsentiæ formæ, præuiam esse velle affectionem, eamque in qualitatis categoria collocare. Potuit etiam exhibere suspicionem huius animi Alexander qui tametsi decernit primas qualitates esse formas B quę compleant essentias elementorum, asserit tamen, nisi generatio perficiatur, factam fuisse solùm alterationem. Alia non addam de formis elementorum; quippe quòd alibi ad exitum perducta fuerint; ne longior in eo ponenda sit oratio quod alterius gratia quæritur, quàm in illo propter quod hoc quæritur; sed vt Latinorum iudicium veritatis ergò confirmem, hunc quoque locum placuit indicare. Veniamus ad nostra. Vt autem nostra fert opinio, quam item ab Alexandri sententia diuersam non esse credimus; præuia quoque affectio ad prędicamentum substantiæ releganda est: quin postquam hæc commentati fuissemus, & coniectura ducti sic decreuissemus, incidimus in 3. Questionum [a] quo loco pręuias affectiones generationis partem conspicuè constituit Alexander. Nec non in secundum de Anima, vbi eandem quoque sententiam adscripsit illi Simplicius. verùm neque ipsemet eiusmodi sententiæ auctor, neque Simplicius modum scripsere quo præuia istæ affectiones sint pars generationis: talem nos exprimimus ex natura generationis, quam dicimus esse actum generabilis, quoad est generabile. Generabile autem est subiectum, id verò non ens, non ens autem per accidens propter priuationem, scilicet, per se ens, hoc est, materia, quæ est in potentia substantia. C Veruntamen quoniam priuatio non est in materia seorsum, sed semper est affixa certæ formæ, quam statuamus in præsentia contrariam; ideò geminum est subiectum & stratum generationis, compositum proximè, primò verò materia, vt ex terra fit ignis, & omnis affectio ad ignem proximè terra fundatur, remotè verò materia, sed præcipuè. Sedenim materia quæ generationi subiicitur, est singularis: sunt enim mutationes singularium: in hac est signata potestas, propterquam apta est accipere hanc formam, non aliam; quia potestas semper opposito nititur; ideò vbi adsit oppositum, semper est habilitas ad alterum, veluti terra, quoniam frigida, calefieri potest, & fieri ignis: sic ex vino, non ex aqua fit acetum. Propterea per generationem tollitur hęc potestas, & cum ipsa perimitur materia proxima terræ & vini, altera succedit, vt ignis & aceti. Sic ergo opinamur præuias affectioneis pertinere ad mutationem materiæ sensilis, quatenus est materia, & potestate substantia; eiusque esse actum illum generabilis, quatenus generabile. Ex quo effectum est, vt Aristoteles, cùm vellet describere mutationem substantiæ simplicem, [b] de qua nunc agimus (nam reliquæ mutationes substantiæ nimirùm per transfigurationem, appositionẽ, subtractionem, & compositionem, ac resolutionem, non erant simplicis substantiæ mutationes, D neque primæ) sic dicebat. Quædam verò alteratione (simpliciter gignuntur) vt quæ vertuntur secundum materiam. sub alterationis nomine cõprehendens generationem, & materię conuersione notans, eam mutationem fieri circum materiam quæ est non ens, quippe solùm potestate id quod est: ea verò proprium est generationis substantiæq. subiectum; siquidem ea quæ non fiunt simpliciter, habeant subiectum in actu. Quare, quemadmodum, materies est substantia, & actus materiæ perfectus est substantia, sic quoque actus materię imperfectus, & eius actus, quatenus est materia substantiæ substantia sit, aut ad ipsam reducatur oportet. huiusmodi autem est affectio præuia: constat enim è potestate & actu substantiæ. Nanque etsi videtur fieri mutatio secundum qualitatem, ea mutatio substantiam nihilominus attingit. Id vt eueniat attende. Primùm scire conuenit dum de præuiis affectionibus agimus, haberi sermonem de qualitatibus actuosis, quas idcirco nuncupamus actuosas, quòd sint actus quidam per quos inter se res naturaleis quæ materia sensili constant, afficiunt, quòd erumpant ex primis rerum formis, quas primas qualitates esse generatim defendit Alexander, cùm ex his elementa proximè, mox ea quæ sunt ex elementis existant, quæ item si sunt primæ qualitates in actu (vt opinor) apparet actiones esse primarum formarum. Sed enim cùm actus iste secundus à primo separetur

[a] Q. I.

[b] 1. Phys. T. 63.

tur & materiæ posſit infigi nulla forma, eius'ue parte concepta in materia & ſubiecto patibili; hinc efficitur, vt alteratio præcedat: attamen quòd hic eſt actus formæ agentis, habet etiam vim immutandi materiæ poteſtatem ad formam: talis enim eſt conditio formę quæ poteſtas cum per quoſdam gradus promoueatur ad formam, in cauſſa eſt cur generatio tempore abſoluatur: nihil enim eſt aliud generatio, quàm materiæ prouectio ad formam ſecũdum poteſtatem quam habet ad ſubſtantiam: proinde cum, & hæc promotio paullatim fiat, vt mox apparebit; iam manifeſtè tempus apparet in mutatione ſubſtantiæ. Atq; hæc quidem ſi defendimus Alexandrum. Quòd ſi eius aduerſariis item gratificari velimus; pro eo quòd iſtæ ſint primę corporum formæ, ponamus earum actus explicari per primas qualitates quę ſint aſſeclæ formarum; quare primùm afficient inferendo paſsionem, mox materiæ poteſtatem labefacient, & excuſſa priuatione formã exhibebunt. Cùm etiam ipſa materia quæ ſubiecta eſt generationi ſubſtantiæ, ſenſilis ſit, (gignitur.n.hoc ex hoc, non autẽ vniuerſale) in ea verò ſic inhęrent accidentia ſenſilia, vt, aut ipſam conſtituant, aut ſaltem indicent poteſtatem materiæ particularem quę pertinet ad ſubſtantiam, quemadmodum nos affatim libro ſuperiore docuimus: efficitur quoque neceſſariò, vt ea tranſmutatio materiæ pertentet ipſam ſubſtantiam, nec ſe contineat intra cancellos accidentis; licet ad accidens ſolùm pertinere videatur materia latente ſub accidentibus. Accedit eodem quòd fit mutatio ſubſtantiæ pulſa priuatione. Cùm igitur & priuatio ſit ſubſtantiæ principium, ideoq. ſubſtantia; fit mutatio ſecundum principia ſubſtantiæ, non modo alteratio. Quod item ex eo confirmatur; quoniam docuit Ariſtoteles [a] aliud eſſe materiam quæ eſt ſub priuatione, atque illã quæ ſub forma. Verumenimuero quod priuatio ſemper actu contrario fundatur qui ſuipſius appetens eſt, reſiſtit quantum poteſt; ideoq. etiam tempus ponitur in hac mutatione. At hic quærat continuò quiſpiam, ſi forma eſt indiuidua, punctoq. temporis accedit materiæ & in extremo generationis, vbi primùm res eſſe, quod eſt à forma, dici verè poteſt: quemadmodum generatio ſit actus in eo quod gignitur, & profectus in ſubſtantia, & quo pacto ſit magis ſubſtantia dum promouetur ad formam, ſi nihil acquirit de forma. Nam ſicuti fit albius in proceſſu id quod dealbatur; ſic magis ſubſtantia fiat neceſſe eſt id quod gignitur, dum ſecundum ſubſtantiam mutatur. Verùm non videtur fieri poſſe magis ſubſtantia, quod ſubſtantia non accipit plus & minus; & quòd forma eſt indiuidua & mutationis extremum. Exitum huiuſce quæſtionis dicimus ex documentis Ariſtotelis. [b] Ipſe enim materiam, & eſſe duplex eſſe docuit. alterum in re ipſa quod eſt ſenſile, & cum accidentibus iunctum: alterum ab accidentibus ſeparatũ, quod eſt in mente ſolùm: ſic etiam materiam eſſe ſenſilem, aut intelligendam. Propterea quemadmodum ſe habet eſſe ad eſſe, ſic materia ad materiam. Nam ſicut eſſe eſt intelligendum; ita & materia: ſicut eſſe eſt ſenſile, ſic quoq; materia. Igitur ſecundum permutatam proportionem: ita ſe habet materia ſenſilis ad eſſe ſenſile, ſicut materia intelligenda ad eſſe intelligendum. Sed materia intelligenda eſt pars eſſentiæ & formę quę eſt in mente. Ergo & materia ſenſilis eſt pars illius eſſe, quod eſt ſenſile, & formæ quæ eſt in materia ſenſili. Illud eſſe, quod mente conſtat, & materia quæ illi reſpondet, extra omnem altam mutationis conſtituta ſunt. Hæc, quæ ſenſui ſubiacent obnoxia ſunt mutationi. Ad hæc generatio pertinet. Sed cùm forma ſit per ſe terminus: ob eamque cauſſam indiuidua. nec ſubiectum generationis verum ſit ſubſtantia in actu; ſed in potentia tantum, quod eſt materia; neceſſariò ſequitur, vt mutatio ſubſtantiæ ſola materia fundetur. Ergo & ſi mutatio eſt profectus quidam in ſubſtantia, certè profectus ille fiet in materia. Quemadmodum verò fiat ille profectus docuit Ariſtoteles & confirmauit Auerroës. Expreſsit enim ſic Ariſtoteles [c] ordinem materiæ ad ſubſtantiam, quòd ipſa primùm remota eſſet, poſteà propinqua; atque adeò vltima quæ idem eſſet cum forma. Idem quoque teſtatus eſt Auerroes. [d] Ex quo efficitur, vt actus ille quo materia è poteſtate ſubſtantia fit actu ſubſtãtia, non ſit profectus in adeptione formę, ſed in acquiſitione & proceſſu partium formæ, quos gradus appellare liceat, propter quem peruenit ad vltimam poteſtatem & vltimam materiam, qua terminatur omnis poteſtas quæ eſt eadem protinus cum actu & forma, & res ipſa iam genita. A qua poteſtate habet etiam ſubſtantia, quòd ſit diuidua, & quod plus minus'ue accipiat. Quocirca dum aliquandò diſputaret Ariſtoteles; vtrum plus & minus eſſent in ſubſtantia nec'ne, denegauit illa omnino ſubſtantiæ quæ eſt vt forma, conceſsit verò materiæ. Ob materiam igitur, cuius varij ſunt gradus, variæq. poteſtates, quod fit & corrũpitur, miris variatur modis, & magis minus'ue perfectum eſt, quouſque eò deducatur, vt aut ſit ſimpliciter, quod eſt vbi primùm extitit forma quæ terminus eſt, & finis ortus; aut ſimpliciter non ſit, quod eſt vbi primùm abiit forma per quam res eſt, qui terminus eſt, ne dicam finis ipſius interitus. Neque tamen, aut tempore acceſsit, aut abiit forma, ſed tempore, aut poteſtatem contraxit, vt ſit in interitu, aut amiſit materia, vt euenit in ortu meritoq; materiæ compoſitum. Nam dum materia promouetur ad vltimam poteſtatem, ipſum actum formamq. attingit, & exiſtit tunc id quod gignebatur, quia nil de poteſtate relinquitur in illa. dum eadem ad primam poteſtatem reuertitur fit interitus; vt primùm in

prima

[a] 1. Phyſ.
[b] 7. Met.
[c] 8. Met. T. 9. Met. c. 7.
[d] Tr. 4. Met.
[e] 7. Met. T. 10.

A prima potestate constituta est, interitus absolutus est, quia materia simpliciter est potestate nihil actu : sed tendere ad actum, qui est idem cum vltima potestate, aut redire ad potestatem primã, tempore absoluitur, & hoc est generari, aut interire : & ex hoc generationem & interitum tempus dimetitur. esse & non esse sunt indiuidua : quamobrem & indiuidua est mensura illorum. Cęterùm in materia semper est potentia, deque ea quoquo pacto dici potest non esse, quousque ad illam extremam potestatem nõ peruenerit quæ idem dicitur esse cum forma, & quo facto res ipsa genita est. Verum enimuero, tametsi, dum fit res, non adest forma, nisi in extremo, tamen, dum aboletur, extat semper donec omneis perfectionis gradus materia deposuerit. Ecce dum moritur homo, fit, nec dum est cadauer. est tamen homo semper vsque ad extremum. Caussa (nisi fallor) est natura formæ, quæ per se ipsam totius habet rationem & in seipsa vna est & indiuidua; quicquid habet partitionis id materiæ priuilegio consecuta est. Cùm ergo sit totum in se, nisi ad extremum peruenerit totum non est, neque forma, est enim homo, non animal, aut rationis compos : sed hoc totum animal rationis compos. Quia verò est totum in materia partibiliter. hinc fit, vt etiam superstes sit eius ratio in quaque parte. Nam si nauem accipias, eamq. totam comburere iussus sis, nunquam totam nauem combusseris, si qua pars eius adhuc sit superstes; quasi etiam totius ratio in extrema eius parte resideat. Iube construi totam; tota non B erit constructa, nisi extrema quoque tessella fuerit imposita. Ego tum tota destructa erit, cùm nihil ex ea supersit, quod destruendum sit. Transfer hęc nunc ad rem nostram; nisi quòd id quod erat in naui pars quanta : hîc est pars essentiæ; idem profectò iudicium ferre poteris. Ita ratio dispar est totius secundum formam & secundum materiam. Quare cùm in generatione sit progressus ad formam; in interitu ad materiam : totius ratio variatur, & quod est totum in generatione non est, nisi partes omnes in vnum coierint, quod est secundum formam; quod verò totum est in corruptione, vsque ad vltimam partem conseruatur, quia totum est secundum materiam, ea verò parte sublata res amplius non est, sed sola materies, & pura vtique potestas. Ita totius illius ratio in ortu & interitu seruatur à natura quæ cum suo processu congruit.

Aliqua de formæ partibus adduntur, & quorundam sapientum dicta cum superioribus conciliantur. Cap. XV.

C NON erit importunum, si rem à compluribus inauditam, & quę alioquin in paradoxis & ad mirabilibus ab iis numerari possit qui parùm anxiè naturalium rerum latebras peragrant, pluribus hoc loco exponam, eoq. pręcipuè quod spero etiam fructum maximum allaturam esse orationem nostram ad illa cognoscenda quæ physiologiæ recessus habent, motus explicationem respicientia quæ sæpe in 6. & 8. Phys. tractando occurrunt, de motuum terminis & primo & vltimo instanti. Primum ex his illud erit, vnde partes istæ distinguantur. Alterum sit'ne eadem ipsarum ratio in substantia & accidente. Tertium, quemadmodum se habeant ad motum & mutationem. Porrò in substantiis duplex esse caussa videtur, prout etiam duplex est substantiæ sensilis ordo. Nam quædam est simplex vt corpora illa quæ sunt elementa aliorum; alia sunt mixta, & ex his nonnulla quæ multas virtutes, seu formas requirunt, vt existant. Sunt enim formarum gradus in his ita vt posteriores in materia desiderent alias, tanquam illius apparatum quòd sine ipsis aut non sint, aut frustra. hæ verò quæ supponuntur, communiores esse solent. Nam quod officium obsecrò fuerit facultatis ratione vtentis sine sentiente? cùm omnis nostra appetitio atque cognitio ortum ducat à sensu. quomodo etiam vtraq. se sine alente tuebuntur? quandò fluxæ sunt, & nisi quotidie restaurentur, ad corporis fluxum concidant. Ergo siue vt sint D posteriores & minus communes, siue vt operentur, alia principia flagitant, neque materia nuda contentæ sunt. Propter has igitur facultateis quę requiruntur, antequam ad vltimam atque absolutissimam formam natura perueniat, varias item contingit esse huiusce formæ parteis. In simplicibus autem corporibus aut iis omnino quorum vna forma, atque illa quidem simplex esse censetur, propter formarum earumq. partium repugnantiam. Cùm enim parteis sint propter formas, & pendeant ab ipsis, earum quoque naturam participant. Hinc pulsio potestatis, & actus oppositi introductio, dum quia potestas comitatur actũ oppositũ, vt potestas ad calorem frigore opposito fundatur, actu labefactato simul & ipsa languescit, actuiq. opposito præbet ingressum. Nam quantum inerat de potestate, tantumdem intrudit de actu efficiens, & quod potestate precedebat, in actũ conuertit auxilio qualitatum sensilium : quapropter iis attributum tempus; quod in generatione rerum ponitur, cùm tamen redundet in substantiam & materiam, atque potentiam quæ propter repugnantiam sunt partibiles, neque è vestigio contrahi possunt : partibilitatem verò tempus consequitur. Has ego materiæ partes non ero fortè accusandus si graduum nomine significẽ. Namque etsi gradus ad qualitates propriè accommodetur; attamen ad substantias quoque transferri consueuit à philosophis, vnde animantium gradus dici solent, in quibus

ordo ille formarum, seu facultatum manifestissimè perspicitur, nec iniuria partes appellantur, quòd in iis natura non manet, nisi impedita fuerit; sed vsq; ad summum progreditur non in infinitum, vt nonnunquam putauit ille Cardanus. nihil enim magis naturæ instituto repugnat; sed vsque ad terminum quendam qui per seipsum existit, & speciem faciunt, vbi sensiliter à cęteris separentur, hoc est, vt differentia constet, & ab aliis absoluta permanere possint, licet species illa sit imperfecta, quia nouis superuenientibus differentiis, seu facultatibus, & formis informari valet, & illi conuenit nominatio actus & ipsius esse; sedenim suiipsius proprius, vt quamuis fundamenta non sint domus, ea tamen & fundamenta sint & vocentur. Sed hoc contingit in substantiis, in accidentibus autem non modò esse, & nomen actus illis conuenit, sed etiam nomen actus illius perfecti quo progressus naturæ finitur. Etenim calidum vt duo, consimiliter calidum nuncupatur, atque illud quod est vt octo. Caussam si poscas, non aliam esse censuerim quàm quòd accidens actui substantiæ comitatur, & est per substantiam. Nunc substantia per se separari potest, siue parteis æstimes quantitatis, seu parteis essentię quę genere exprimuntur. itaque proprio sunt actu præditę, licet non omnibus numeris absoluto, atque perfecto. Cùm igitur ab actu denominatio sumatur; efficitur item vt partes ex actu suo cuiusque proprio propriam denominationem obtinuerint: partes accidentis, cùm actu proprio careant, neque separabiles sint, denominationem petunt à toto: nanque hoc, etsi tale est, quòd substantia talis est actu, per se tamen est finis talis mutationis, ideoq. denominat mutationem & parteis, non igitur adest caussa diuersæ denominationis. Neque verò sic dico, quòd per se diuidua sit forma accidentis: id enim iam 6. Phys.[a] confutatum fuerat ab Aristotele, sed est diuiduum ex euento accidens ipsum. solaq. substantia per se diuidi potest, quia constat ex materia tanquàm parte, cui per se & primò modis omnibus conuenit ratio diuisionis. Quapropter ab eo genere accidentium peti denominatio debet quæ consequuntur rei naturam, & ex habitu existunt ab iis quæ insunt κατὰ πάθος, denominatio nulla accipitur. Et cùm id ex rerum natura sit, vt finis ipse obseruetur, atque ille quidem non terminus, sed quod optimi rationem præsefert; audebo quoque affirmare denominationem potissimè sumi, gradibusq. notari ab illis accidentibus quo natura contendit, vt si album futurum sit primus sit atque posterior gradus albedinis, & sic deinceps. quanquam alij gradus accidentis oppositi illos consequuntur: quòd tendunt ad interitum, quo natura neutiquam aspirat. Hoc igitur esto discrimen inter substantiæ partes & accidentis. Sed quemadmodum se habeant ad motum & mutationem, quod tertio loco propositum fuerat, mox explanandum est. Quoniam mutatio vox est ambigua, cùm & subitò existat & nonnunquam motum adæquet, consimiliq. modo generatio; propter rerum differentiam quæ vocibus hisce notantur, de illarum quoque terminis diuersa iudicia facienda sunt. Nam si mutatio fuerit à motu seiuncta, res ipsa puncto temporis existit, neque terminus, aut à mutatione cuius terminus est, aut à re ipsa, quæ mutatione facta existit, vllo modo distinguitur, aut ad summum ratione, quoad ratio mutationis terminos oppositos respicere videtur: res ipsa iam oppositum excludit, exempli caussa illuminatio & in meridie spectatur, & in diluculo, eadem forma pellit oculos & mentem in vtroque tempore, eodem puncto temporis est illuminatio & aër illuminatus: sed in diluculo cogitatur transitus de tenebris ad lucem: in meridie verò sola præsentia luminis. Ita fit vt res ipsa, quamuis eadem sit cum termino mutationis, neque reapse distinguatur à mutatione, tanquam ab illis diuersa concipiatur à nobis. De mutatione illa, quæ itidem est motus, aliud dicendum est; quippe quòd diuersa sint momenta temporis quibus res ipsa producitur, & quibus producta est, & partes mutationis varię quæ in ipso progressu productæ fuerunt. Mitto nunc vltimum cuiusque mutationis quæ est forma quæ idem est reipsa cum re producta, & finis est generationis: vsque adeò vt tum res esse dicatur, vbi primum impositus est finis, & forma existit. de hoc enim termino controuersia non est: quandò fatentur omnes, hunc terminum per se consideratum esse indiuiduum. Nam siue forma diuidua sit, vt aliqui opinantur, siue indiuidua, extremum semper est vel formę vel affectionis prçuiæ, vel, vt nos ipsi dicimus, generationis. Vnde etiam factum bene esse dicimus, si nō exprimatur aliquo nomine, quo generatio comprehendatur, sed munus formæ solius, quod est esse proinde hoc non consueuit dici genitum, vt alij termini qui ipsi in generatione pręcedunt, aut corruptum quod extremum est corruptionis, sed vltimum esse & non esse vocantur quę priuationi formæue respondent. Quæ præcedunt, genita, aut corrupta, vtpote in ipsa generatione, aut interitu, rectè dicuntur, & sic ab Aristotele vocata quæ si ad solam qualitatem spectarent, nec quicquam de substantia tangerent, alterata dici debuissent. Hæc item non vniusmodi sunt, cùm & potestate & actu sint: atque actu quidem separabili vel per se, vbi natura conseruatur, vel per accidens, vbi intercedat impediens illa sanè potestate, quæ sunt ita in generatione, vt cum ipsa coniuncta perpetuò sint, non secus àc puncta quæ insunt in linea, non vt termini, sed vt copulantia. Et in his verum est id quod fertur non esse generari, nisi sit quippiam genitum, nec esse genitum, nisi quid generetur, & quod genitum est, anteà gigni, & quod gignebatur, etiā esse

[a] T. 58.

A esse genitum. Nihil enim aliud hęc sibi volunt, quàm continuationem in qua etiã termini vbiq; figi possunt, non aliter àc puncta quæ in qualibet parte lineæ consistunt; vbique enim designari queunt: nec vlla pars est lineæ, quin ibi puncta existant, nec puncta sine linea constare valent. attamen non est necesse, vt talia genita per se reapse subsistant vniuersa, sed aliqua sunt quæ nos suprà gradus appellauimus in quibus natura quietem quandã efficit: alia non nisi in cogitatione posita sunt; aut fortè si quando ibi quietem natura faciat, ea est præter naturam, & ex impedimento. Veruntamen ita necessaria est eiusmodi genitorum præsentia, vt sine illis omnis continuitatis ratio tollatur. Ex quo tametsi nihil haberent in natura quod à mutatione separatũ ipsis responderet; nihilominus in constitutione ortus & interitus, quatenus continuum quid sunt, ea sunt pernecessaria. Ideoq. illorum maxima ratio habetur 6. Phys. vbi res & productionem continui summa diligentia persequitur Aristoteles. At verò omnia, siue ea in quibus natura nihil afflicta, si rerum ordine postulanti quiescit, siue interpellata, virtute continentur in vltimo quod dicimus esse formam, & verè terminum ad quem, & sunt analogicè termini ad quos, natura illò tendente & appetente, si non per se, saltem per alíud. Itaque cùm sint partes termini ad quem, eo modo quem superius exposuimus; etiam in ipso motu id quod mouetur, est partim in termino à quo, partim in termino ad quem; neque tamen terminus ad quem quæ est forma, diuidi

B potest: quoniam est in ea parte termini ad quem quæ continetur ipsa virtute, & à toto illo formali seiuncta est vt materia; nihilominus & vbi separatæ sunt istiusmodi partes, quæcunque sit caussa separationis ipsarum, & vbi ad actum deductæ fuerint; etiam sunt indiuiduæ eodem ferè modo puncta: sunt enim sic accepta termini generationis, veluti rei continuæ, ac si fuerint ex secundo genere terminorum, eisdem attributis ornantur quibus & terminus ad quem, vltimus & principalis, quoniam eandem analogicè rationem habent ad præcedentia quam terminus ad quem simpliciter. Hęc verò, quę hactenus exposuimus, illò pertinent, vt cognosceretur præuiam affectionem esse mutationem substantiæ & materiæ secundum potestatem quam habet ad substantiam, non autem secundum qualitatem; nisi forte qualitas sit instrumentum substantiæ; veruntamen etiam in ortu fieri progressum in substantia, dum substantia qualitatibus vtitur ad producendam substantiam. quo reuersi dicta Alexandri, & Aristotelis expendamus quibus oppositum constituere videntur; & Alexander quidem inquiens eam transmutationem esse affectionẽ, & alterationem quæ non promouetur vsque ad substantiam: Aristoteles verò tradens officium generandi efficienti ad extremum, vbi nihil extet repugnantię. Nanque in eum sensum Alexan-

C dri verba accipiemus, quod ea sit mutatio secundum accidens priuatiuè, quia. s. non finiatur substantia: quòd etiamsi illa transmutatio gratia substantię fiat, nihilo tamen secius, quia præcedit actio qualitatis, vt instrumenti, propinquius. n. agens est instrumentũ, actio verò fiat in tempore, ante cesset actio, quàm materia secundum substantiã fuerit immutata, & tunc ratio finis non habetur: id spectatur solum, quod factum est: est verò qualitas, quanquã neque qualitas simpliciter, sed affectio quę tantummodo est initium qualitatis, & imperfecta qualitas. Itaque illa est mutatio secundum qualitatem, & alteratio, non generatio; aut etiam quod materia certè mutetur secundum vtranque potestatem, qualis. s. & substantię: ea tamen mutatio, antequàm generatio completa sit, ab euidentiore, non autem à pręcipuo nuncupata fuerit. Nam, cùm agens quod facit esse actu id quod est potestate, qualitatibus vtatur vt instrumentis, simul afficit & immutat secundum substantiam. Sed, quia substantiæ transmutatio adhuc forma vetere permanente non apparet, apparet autem mutatio secundum qualitatem; licet secundò fiat: sic dicitur afficere, & alterare, non generare, & mutatio illa affectio, siue alteratio, non autem generatio nominatur. Iam verò quòd ex natura vltimæ potestatis, & efficacitatis ipsius agentis monstrat Aristo

D teles id quod fit temporis puncto fieri, si rudius accipiatur; possit quidem eum perturbare qui nobiscum sentiat: verùm si sedulò verba perpẽdat Aristotelis, nihil omnino verebitur. siquidem, non de eo quod est fieri tractet ibi philosophus; sed de eo quod est esse; hoc autem in temporis puncto subitoq. contingit. est enim res è vestigio; sed hoc est generationis extremum, & facit tunc esse rem ipsum efficiens, quod est vltimum ortus: at quicquid præcessit antequam ad vltimam potestatem materia deducta foret, id omne est pars generationis, & tempore conficitur, partem verò dico, vt dicebat Alexander. tum quòd nihil obstet, siquando continuatio illius interpelletur; tùm etiam quia tota generatio complectitur vtrosque terminos à quo & ad quem. itaque priusquam terminus imponatur, tota non est generatio, sed pars.

Vt inter id quod est & quod non est medium sit: & dubitationes aliquę diluuntur.
Cap. XVI.

HOC primo spatio decurso ad secundam disputationis nostræ partem descendamus in qua nobis ostendendum est, quemadmodum inter ens & non ens, qui sunt termini generatio-nis,

nis, sit medium. Verumenimuero ens est forma, non ens priuatio: quia verò generatio & interitus non sunt formæ priuationisq. per se; sed vt in composito insunt, ac compositum verè gignitur & interit: nos ens & non ens, inter quæ sit'ne medium quæritur, compositum accipimus, dum modò ex materia priuationeq. constat, mox ex materia & forma & inter ipsa medium esse monstrare constituimus. Hæc quidem, tametsi simpliciter, accipimus: at simpliciter ens & non ens ambigua sunt: quòd simpliciter esse dicitur illud, quomodocunque se habeat, quod eandem retinet rationem atq; nominationem: quo pacto etiam nigrum aliquid nuncupatur, quousque habet in se aliquem gradum nigredinis, & quousque album prorsus non est. Nam quanuis affectum sit, nigredinis ratio tamen vsque ad extremum conseruatur. Deinde simpliciter idem est, ac primò & summè, quod tum est, cum res adhuc nullum acceperit detrimentum; vt nigrum simpliciter quod obtinuit summam perfectionem, nihil oppositum participans à quo labesactetur, quod tum demum est, cùm potestas cum præsente forma operatur, vnaq. est operatio communis formæ & materiæ secundum naturam, vt cùm ignis qui extra suum locum absolutus est, sursum fertur. Vbi potestas & forma contra operentur, id non est esse simpliciter, vt si à contrario quod internam potestatem afficiat & immutet, deorsum moueatur & ex igni terra fiat. E Nanque vbi vnà potestas & actus ad operandum conueniant, nec quicquam de interna potestate tangat efficiens, iam res ipsa simpliciter est, & motus ille prorsus violens & contra naturam F aut dum terra sursum proiicitur. Primo sanè modo, cùm etiam nigrum dici possit ad extremum vsque gradum qui reuera primus est quo absolutè album dicitur, & vltimus à quo non amplius est nigrum; inter esse & non esse medium non intercedit, ita factum est, vt vltimum non esse rei quæ corrumpebatur, sit primum esse rei quæ genita erat; aliter esset aliquod tempus quo neque esse, neque non esse de quapiam re prędicari posset, & cùm hoc pacto ens & non ens in contradictione sumantur, quia medio vacant, efficiunt item, vt contradictio medio vacet. Sed si simpliciter, idest, absolutè & summè ens & nō ens accipiantur, vt summè album & summè nigrum, medium intercipitur, quod non est neque absolutè album, neq; absolutè.i.summè nigrum: ideoq. & affirmatione & negatione simul exprimi potest. Nanque & album & nigrum dici potest eodem tēpore, & neque album neque nigrum, quia sit quidem album eò quòd retineat adhuc rationē albedinis, non album, quia non sit summè album: & album simul & nigrum. Itaque ens & non ens hìc contradicentia non sunt. Nanque vt dialectici dicere solent, conditio terminis adiuncta distrahit de vi contradictionis. Quando igitur è nigro fit album natura nigri immutatur, neque nigrum remanet saluum, sed afficitur & dissoluitur actui & formæ potestate & materia G paullatim concedente: nec dum est album materia nondum ad vltimam deducta potestatem, neque impedimētis omnibus è medio sublatis quibus omnibus confectis iā res ipsa subitò existit. Propterea dum res ita immutatur, partim est in termino à quo, partim in termino ad quem, atq; ita conseruatur, quousque generatio perducta sit ad extremum. Proinde etiam testatur apertissimè philosophus inter generationis terminos esse mediam generationem [a] quod item omni transmutationi commune est, tam ei quæ fit secundum substantiā, quàm ei quæ fit secundum reliqua prædicamenta, de accidentium mutatione non dubitatur. Sed specta obsecro item substantiam domus ædificatur: non est domus ante vltimæ tegulæ impositionem, quia non potest fungi officio domus, & vtensilia ab imbribus æstuq. tueri, sed oportet prius iacere fundamenta, extruere parieteis; dum hæc conduntur, fit domus. eodem pacto producitur cor, posteà cerebrū, homo non est, sed dum hæc fiunt, fit etiā homo, nec vnquàm quicquam esse dici potest, quousq; non possit ex forma operari. [b] Primùm illud entis & non entis significatum pertinet item ad mutationem quæ distinguitur à motu, quæ videlicet præfert terminum mutationis in altera notione sumptæ quæ non separatur à motu, & quam tempore absolui docuimus. hæc autem subita est, & H eadem atque mutatum esse re, vt supra audisti, non differens à via, quemadmodum credidit Buccaferrea, mentis nostræ opera, quia tale genus mutationum est per accidens, & alios motus consequitur, vnde à via reipsa quoque separatur: verum, quia vox latina rem nobis ante oculos ponit nomine transmutationis quę est verbale quo significatur progressus, cùm apud Græcos nil huiusmodi notet, & ab his omnibus mente seuocari queat; etenim ambiguum est nomen, & diuersos terminos alterum post alterum significat, siue illi subitò, siue aliquo tēpore sibi succedant. Ad hanc cùm generatio referatur, est.n. mutatio; & ipsa quoque eandem transmutationis analogiam participauit, & ambiguè sumpta est pro generationis extremo, & pro vniuerso progressu, atque illo quidem modo puncto temporis existit, altero autem significat tempus. In illo ergo sensu, verum est id quod Latini profitentur. verùm de hoc bis inter nos non extabat. Sed illud quærebatur, vtrùm generatio alterius significati pertineret ad substantiam, ex quo item productio substantiæ tempore absolueretur: alterationem illi esse dicebant in qua poneretur tempus, & ad substantiam pertinere negabant. Itaque non nisi impropriè, & per aliud transmutatio substantiæ tempori subiaceret. Nos defendimus generationem esse substantiæ mutationem per se,

&

[a] 8. Phys. T. 69.

[b] 5 lib. de Gen. an.

A & tempori per se esse obnoxiam, & ex his quæ posita sunt exitum patere dicimus ad ea quę contra hanc sententiam ipsi dixere. Nam cùm opponunt: Mutationem inter contradicentia temporis puncto fieri: Generationem verò esse inter cōtradicentia mutationem: ambiguo rationem laborare dicimus, & in assumptione latere errorem. Etenim mutatio & generatio primi significati fit inter contradicentia: at nos alterum accipimus quam ipsi referebant in alterationem, & hanc esse inter contradicentia negamus. Quod etiam afferunt ad assumptionis illius approbationem, fallax item est, & eodem vitio laborat. Accipiuntur.n. esse & non esse vt contradicentia, quod sanè verum est in iis quæ sunt primi significati: sed ea quæ sunt alterius significati, negamus esse contradicentia, & inter esse & non esse primi significati mutationem sine tempore fieri concedimus, inter ea quæ sunt posterioris significati, veram generationē fieri dicimus, eamq. in tempore absolui volumus, quia non opponuntur sicuti contradicentia, & inter illa medium intercedit, quod est esse & non esse absolutè, & partim esse, partim non esse. Illi ex eo quòd generatio sit inter ens & nō ens simpliciter, quod falsum est, efficiunt eā esse subitam, quod itē est falsum. Quocirca assumptiones vtræque cum syllogismi, tùm etiam prosyllogismi falsa sunt, & miror id plerosque latere scriptores; quandò talē quoque fallaciam notet Aristoteles [a] apertissimè, vt nihil præterea possit, atque in omni alteratione & generatione seorsum idem euenire monstret. [a] 6. Phys. T.83.

B Adde item Philosophi locum à Scaligero citatum è 2. primę philosophiæ lib. 7. quem cùm interpretatus sit ille vir, quòd sic pronunciauerit Aristoteles ita coactus ab vsu communi loquendi, & quasi quadam festiuitate ductus, nobis deridiculo certè fuit, cùm is in locis propriis 6. f. & 7. Phys. vbi res ad veritatis accurationisq. libellam perpenditur, eadem quoque professus fuerit. Quod autem opponebatur ex 5. Phys. vel Aristotelis ipsius testimonio negantis inter generationis terminos esse medium: idcirco non esse [inter] in illa, quemadmodum in aliis motibus è medio tollitur duobus modis; Vel quòd accipiantur ortus & interitus in illo significato quæ est mutatio de esse ad non esse simpliciter, inter quæ non intercedit medium, sed sunt idem re nō esse rei quę corrumpebatur, & esse rei quæ fiebat; itaque nihil aduersus id quòd vniuersa generatio mediū habeat, & tempore absoluatur: neq; illa est inter contradicentia: cùm extrema item de quodam subiecto simul negari valeant, vt dum fit homo; neque est absolutè semen, neq; absolutè homo. Itaque hoc modo contingit, vt [inter] sit quoque in substantiis: ita.n. definitur, in quod prius aptum natura est peruenire id quod mutatur secundum naturam continuè mutationem patiens; quod scilicet dicitur secundum materiam, non secundum formā; & id constat ex dictis esse quo-

C que in generatione: si ibi est & fieri & factum esse; & id quod factum est, prius fieret oportebat. Quapropter vbi concessum est [inter] ab Aristotele contrariis, cōtradicentibus verò negatum; contradicentia propriè sumpta fuisse videntur qui sunt termini mutationum inter quos nihil est omnino; contraria latius, vt etiam sæpè 1. phys. cuius rei signū, quòd etiam inter terminos mutationis accidentium nihil est, vt inter album & non album. Proinde perspicere licet ibi differentiam non esse positam inter generationem & alterationem, sed inter verè contradicentia, & alia opposita, in quibus obseruatur aliqua mutatio per se. Vel etiam quòd non valet id. Non est [inter]. Ergo neque medium, neque tempus: quandò [inter] vt aliqui accipiunt, significat interuentum eorum quæ sunt eiusdem rationis. At dum fit album, etiam in aliquo gradu album est, & nominatur album: dum fit homo, potest quidem esse animal, aut planta, & dum fit domus possunt esse fundamenta; non est autē homo, aut domus, nisi postquā generatio cōpleta fuerit. Ex hoc efficitur, vt medium sanè esse possit in generatione: verùm quia non est eiusdē rationis, ibi non fit inter. Hæc nos anteà declarauimus ex 6. Phys. Vnde non est, quòd de his dubitare oporteat. Non igitur tollit dictum Aristotelis medium simpliciter ex generatione, sed medium

D eiusdem rationis. At quodcunque illud sit, siue eiusdem rationis, velut in cęteris motibus, siue alterius, vt in ortu; dicimus ex omni medij ratione effici tempus; modo sit secundum materiam, vt significat illa vox [inter]. Et profectò altero ex his modis cogunt nos dicere ea quæ longo sermone posteà decreta fuerunt 6. Phys. quanquam mihi magis satisfacit solutio prior. Ex eiusdem quoque principiis euertitur obiectio posterior quę sic concludebatur. Cuiusque mutationis terminum tēporis puncto existere. Propterea cùm generatio sit terminus alterationis; ergo etiam sequebatur, vt ipsa item puncto temporis absolueretur. Nam dicimus, etsi vera est argumenti propositio, falsam nihilominus esse assumptionem, quam quoque multiplicem esse monemus. Cùm generatio generatim talis esse sumatur: at id solùm verè pronuncietur, de generatione primi significati, neque id forte per se, sed per accidens. siquidem sit finis generationis illius quæ est mutatio secundùm substantiam per se, eius verò quæ fit secundum qualitatem per accidens: atque huius est ex consecutione quadam, &, vt ita dicam, organicè, per modum: s. instrumenti, illius verò primò & præcipuè. Quanquam neque hoc, si rectè perpendatur quòd sit finis alterationis, arcet tēpus à generatione, quandoquidem terminus esse possit bifariā vel progressus, vel virtutis: ac terminus quidem progressus extremum est, veluti lineę punctum,

quo

quo cum ventum fuerit, non existit amplius motus: virtutis autem; quia per illud vt instrumentum actio fiat, vt siquis cogitet hominem baculo pellere lapidem per interuallum vnius stadij, in hoc motu duo sunt ordines, alter qui pertinet ad spatium qui duobus terminis concluditur, carcere & calce, alter est inter caussas, à prima quod est impellens, ad vltimam & proximam qui est baculus. Igitur motio lapidis est continua, ea tamen efficitur proximè à baculo, & est terminus impulsionis quæ fit à primo mouente, & planè instrumentum est vltimum mouens, & agit in virtute primi mouentis: itaque eius actio est terminus cęterarum actionum: non idcirco tempus excludit. Sic ego fatebor, generationem esse terminum alterationis, non sanè, si capiamus progressum, sed virtutis; ipsi verò non aduersatur necessariò tempus. Verùm quòd gratis accipiunt generationem esse terminum alterationis; age & hoc obiter adnotemus. vbi.n. locorum talem esse ortum legerunt apud Aristotelem? vnde id colligitur? Planè formam esse finem alterationis ex eo concludere licet, quòd ostensum sit dari in successione vltimum esse, quod est ipsa forma quæ superest qua terminatur omnis motus, hanc verò formam quid prohibet, quominus suspicemur esse magis è prædicamento substantiæ, quàm è reliquis? etenim albefactio desinit in albedinem & latio in certum vbi. Quin si veri sunt canones dialectici, planum, quòd cùm per accidens & per modum instrumenti motus secundum qualitatem substantia finiatur, per se verò qualitate, intelligenda erit forma prædicamenti illius quod per se spectat motus. Quod.n. per accidens est, in methodis negligi solet. Et quanuis Aristoteles aliquando substantiæ generationem nomine alterationis exprimet; attamen, aut dicendum est, id accepisse Aristotelem quod est, vt instrumentum generationis propter euidētiam, aut quoniam inualuērat opinio apud veteres philosophos præter materiam nullam esse substantiam, appellabant.n. ipsi quicquid præter materiam foret, & formas, ac differentias, quanuis ad substantiam pertinerent, πάθη.i. passiones, quòd ea sola maneret, cętera variarentur. Ad passiones autem generatio non est, sed alteratio, philosophum appellasse viam ad substantiam, nomine alterationis antiquis gratificantem, vt in ratione visionis alijsq. nonnullis fecisse perspicitur, Nam quòd alteratio sit generatione euidentior, manifestum est: cùm fiat mutatio qualitatis, & adhuc substantia conseruetur, & quòd sic se habeat via ad accidens ad viam ad substantiam, sicut accidens ad substantiam: accidens autem nobis notius est, quàm substantia simpliciter; etiam via ad accidens nobis notior sit necesse est, quàm via ad substantiam. Demum sic dicimus, generationem esse terminum alterationis, quòd vbi alteratio finitur, ibi incipiat generatio, inest.n. calor prius in ligno per affectionem, post mutat materiæ potestatem, & eò solùm pertinere hoc dictum, vt contiguam successionem generationis ostendat, non vt indiuiduam quandam naturam significet.

Examinatur vis illius pronunciati: Mutationem quę fit in tempore, terminari forma quæ plus & minus accipiat, & Simplicij dictum perpenditur. Cap. XVII.

POTERAT apud aduersarios illud multum. Mutationem quæ tempore absoluitur, terminari forma quę plus minus'ue susciperet, quod sanè cùm abhorreat à substantia, sequitur ipsam necessariò fieri puncto temporis. Opinor autem hanc rationem pluribus scatere vitiis. Quæro enim, ecquis sit illius propositionis sensus. Num'ne ita est accipienda, vt tali forma terminari, strati locum sibi vendicarit & antecedentis, an consequentis & attributi? Si primum dederint; quis non videt asyllogiston esse rationem, cùm assumptio in prima figura sit negans? assumere.n. illos huiusmodi enunciationem oportet. Generationem non terminari forma quæ intendatur & remittatur, quòd si locum attributi ipsi assignent. Mutationem tempori obnoxiā terminari forma quę intendatur & remittatur, & struant argumentum in secunda figura: at nos eam, veluti falsam inficiamur, & vniuersalem esse negamus. Iam.n. à nobis ostensum est, duo esse initia, vnde plus & minus in mutatione sumatur, neque solùm ex permixtione formarum contrariarum, verùm etiam ex natura materiæ quæ gradatim à non ente procedit ad ens, & à prima remotaq. potestate ad vltimam & proximam quæ non nisi temporis interuallo succedunt. Itaque non reciprocantur hæc, vt oporteret si argumentatio ritè concludenda esset. Tempore fieri & terminari forma quę intendatur & remittatur, quandò omne id quidem quod tali forma continetur, tempore producitur, sed etiam tempore absoluitur, quicquid per materiæ transmutationem per se generatur, licet tali formarum genere non terminetur. Plus ergo patet tempore fieri, quàm terminari forma in qua plus & minus insit. Non me latet, Simplicium aliter de substantiæ diuisione sensisse, & eam quam nos secundum potestatē & gradus esse volumus, accidenti soli tribuisse. Nam, inquit, duplicem inesse diuisionem in quoque motu, alteram quidem secundum subiectum cuius meritò pars vna prius mutatur; altera posterius; atq; alterum secundum gradus, vbi materia paullatim de potestate transfertur ad actum, sicuti dictū est, atque hanc quidem quę est secundum gradus, solam tempori subijci, cęterùm eam in solo accidente inesse,

illam

A illam verò quæ secundum subiectum existit, esse planè substantiæ & accidenti communem, non
dico in omni transmutatione necessariã: aliter nulla foret athroa illa mutatio, sed pertinere pos-
se partitionẽ secundum subiectum ad omne genus mutationis, nanque & pars vicina prius inca-
lescit quàm remota, & prius producitur cerebrum, quàm oculus. ad omne igitur mutationis ge-
nus eam partitionè pertinere dicit. verùm non necessariò cum tempore coniunctã esse, vt opinor,
quia forma accidentis, cùm diuidua sit, successiuè quoque perducatur: forma autem substantiæ
cùm sit indiuidua, puncto temporis existat. Neque illud obstare, quominus subitò substantia
producatur; quia variæ partes diuersis temporis punctis extiterint. quod, cùm singulæ tempo-
ris puncto, quod indiuiduum est, absoluantur; ex indiuiduis non fiat diuiduum, quod est tem-
pus. Hæc ipse Simplicius, non debemus committere tamen, quin etiam hunc locum taciti præ-
tereamus, cùm propter decreta Simplicij, tùm etiam propter eorum concordiam quæ nos in hac
disceptatione constituimus. Atqui tu ò Simplici, (ad te enim me prius conuertã, qui putas pri-
mas qualitateis esse elementorũ formas, easdemq. per se esse accidẽtia) quomodo potes ponere
diuersum generationis modũ in qualitate atque substantia? per idem.n.principium per quod
tu vis ignem esse calidum, tu fateris item esse ignem. Sed sit hoc contra te; rem ipsam simplici-
tre exquiramus. Non'ne est etiam forma in quanto, quali, & vbi quæ ad extremum existit, &
B est terminus suæ quoque mutationis? Non'ne itidem ibi mutata esse reperiuntur quæ puncto tẽ
poris existunt, vt in substantia, dum generatur, vt ex his quoque quod fit, indiuiduũ esse debeat?
Dices forte non extare discrimen hisce nominibus inter generationem & reliquos motus: sed id-
circò quòd in quolibet mutato esse accidentis forma reperitur etiam, antequam mutatio cõpleta
sit, non sic in substantia, neque.n.homo esse dicitur, nisi ad extremum. Verum hoc nihil est, quia
consimiliter, dicam ego mutata esse quę in alteratione, puta tu, designantur, esse indiuidua, ex in-
indiuiduis autem, non nisi indiuiduum effici. Præterea doceas oportet, quemadmodum in gene
tione substantię sint & generari & genitum esse, eaq. non modò naturæ instanti separata, verùm
etiam extensiuè disiuncta. Voco autem naturę instans, vbi nulla ratio temporis habeatur, vt in
homine & risus compote. etenim instans vnum est, quo vtraque existunt: attamen homo est na
tura prior: similiq. modo vltimum non esse rei quæ corrumpebatur, & primùm esse illius quæ
genita est, in eodem instanti sunt; nihilominus primùm esse est natura posterius, vbi adest exten-
tio, termini disiuncti sũt, adeò, vt inter ipsa tempus interponatur. hoc igitur modo prius est gigni
quàm genitum esse & genitum esse quàm gigni, non natura sola distincta, sed extentionis inter-
C uentu, cui comitatur necessariò tempus. Propterea dictum Simplicij ex ea parte approbamus
qua facta esse temporis puncto fieri asseuerat: etsi in vnum omnia cogantur, cùm indiuidua sint,
neque diuiduum quid efficere, neque tempori subiacere. Sed tempus, si non in iis quæ facta vo
camus, poni placet: at ab ipsa factione segregandum non esse defendimus; atq; asserimus in par
tium quoque productione ante vltimum illud in quo ponimus formã, esse profectum secũdùm
potentiam partibilitatemq. materiæ, quæ tempus necessariò consequitur. Neque secus in earum
generatione contingere, quàm in generatione totius, nisi quòd vbi genitum fuerit totum, omnis
materiæ progressus absolutus est; partibus productis, nisi extrema fuerit, adhuc materia promo-
ueri cupit vlterius. Itaque etiam si sigillatim pars quæque spectetur, eius sanè cõplementum est
subitum, sed generatio tempori subiicitur, & omnis antecedens mutatio materiam tentat solam,
& forma terminatur ad extremum. Quamobrem optimè Auerroës, dũ inquit nõ cessare partes
spermatis fieri partes hominis, si verba illius sine vlla cauillatione accipiantur. Nanque docet in
ea generatione subiecti partitionem intercedere, & singularum partium propriam esse generatio
nem, non sanè subitam, sed, in qua sit fluxus cum extentione, & idcircò tempus. Porrò partes
D cùm sint multis modis, & essentiæ quæ definitione exponuntur, & subiecti, atque illæ quidem,
vel eiusdem rationis omnes, vt in simplicibus; vel rationis diuersę, vt in difformibus, & organicis,
non videtur omnium esse idem faciendum iudicium, quòd in iis quæ sunt eiusdem rationis casus
ordinem ponit: prout.n.agenti viciniores sunt, aut quoquomodo magis eius virtute participãt,
prius immutantur. in iis verò, quę diuersas habẽt rationes, illa quæ postremò producitur reliquas
perfectione superat, nisi ab ipsis originem ducat. Ecce caput & oculos hęc omnium vltimò per-
ficiuntur, & perfectissima sunt, tamen, si cum corde conferantur, & si post ipsum gignuntur, non
sunt perfectiora, quia cor est *ἡγεμονικὸν*, & obtinet principatum, & ab ipso cętera deriuantur.
In iis quæ per definitionem exponuntur ordo duplex obseruatur: alter in mente, atque naturæ
alter. Et in mente quidem illa vltimum locum iure obsidet, quæcunque orationem, quid est ex-
plicantẽ, cùm definito reciprocã facit: in natura cui cętere seruiunt, & quasi famulantur, quemad
modũ in homine ratio. Quamobrẽ cùm cęteræ vel sint quidam apparatus, vel vt instrumẽta sine
quib⁹ oẽ eius officiũ sit intermortuũ, & hãc vltimò aduenire ꝓbabile est. Ergo vt ad pauca redeã.
Nec diuiduntur formę per se, nec tẽpus in ortu tribuendũ est formę, nec ab ipsa generatione tẽpus
arcẽdũ, sed hęc omnia materiæ, potestati, & earũ processui in actũ & formã sũt planè adscribẽda.

E

Quemadmodum mutatio se habeat ad motum. Cap. XVIII.

AT verò quoniam ea est communis sententia Peripateticorum omnium, generationem esse propriè mutationem, motum verò communiter. His autem aliqua opponi solent; operæpretium futurum puto, & ad percipiendam vim motus, quod hoc tempore indagamus, mirificè conducturum, si hic separatim doceamus, quid interfit, quidúe conueniat motui cum mutatione, quamuis generatio numeretur in mutationibus propriè, communiter autem in motibus speculemur sit'ne etiam generatio motus propriè, vt quibusdam placuisse video: ita vt cum propriè tùm communiter habenda sit motus. Nanque in primis illud in dubium reuocari potuit, Verùm in natura sit aliqua mutatio propriè dicta quæ, scilicet, à motu separetur; an'ne semper omnis mutatio cum motu coniuncta sit, atque illa quidem per se; nam generatio simpliciter eiusmodi esse videtur, & prima mutatio elementi, cùm ex otio transit in negocium, postquam fuerit genitum. Verumenimuero quantum pertinet ad elementi mutationem, quia posteà multa, atque illa quidem magna de ipsa sunt ineunda certamina; placet interim hac quæstione dimissa mutationem rursus distribui, ideoq. variè de ipsa iudicandum. Nanque hæc est terminus motus, velut illuminatio terminus lationis, quæ tametsi sequitur motum, tamen non fit paullatim, sed in quolibet puncto temporis est tota simul, non habens parteis quę pro ratione perfectioris & imperfectioris secum discrepent, ita etiam generatio quam dicere consueuerunt esse terminū alterationis. etenim tunc est, & inuariabiliter vsque ad interitum homo conseruatur. Est etiam mutatio quæ quendam habet materiæ progressum ab imperfecto ad perfectum, & hæc iterum distribuitur; nanque aliqua sequitur planè motum: quia, tametsi fieri solet inter terminos priuatiuè oppositos: at quoniam priuatio talium formarum contrario fundatur, inter contraria verò intercipitur motus: idcircò semper est cum motu coniuncta: veluti, cùm ex nigro fit albū, fit simul ex non albo: quatenus ex nigro motus est, quatenus ex non albo mutatio. Sed quia etiam dum fit motus ex nigro, fit item ex non albo; cum motu quoque fit mutatio quæ cum motu ipso extenditur, & diuiditur, aut in se retinet notionem motus qui est processus ab imperfecto ad perfectum, talem nos antè docuimus esse generationem. Itaque si absolutè accipiamus motui adnexam esse, id necessariò verum est: sed quoniam ratio motus completur ex illo partibili processu imperfecti ad perfectū; ex hoc efficitur, vt mutatio quæ caret tali processu, sit merè per accidens, & excludatur ea definitione quę traditur 3. Phys. & à nob. anteà constituta quę verò talem processum habet, sit mutatio per se, & sub nostra definitione cōprehendatur, nec re vera distinguatur à motu, nisi ratione duntaxat quam paullò ante indicauimus, quòd motus habeat terminos positiuos, mutatio verò priuationem contineat. Quocirca sic res concludetur. Mutationem esse propriè, vel communiter, atque item motum. Ac mutationem communiter, quia complectitur eam, quæ est per accidens; nec est actus eius, quod est potentia, latius patere quàm motum communiter. Mutationem per se, quæ est processus ab imperfecto ad perfectum, esse motum cōmuniter acceptum. i. simpliciter acceptum, quia conueniat ipsi prima notio ratioq. motus quam docet Aristoteles [a] esse progressum ab imperfecto ad perfectum, quapropter neque illis mutationibus nomen κινήσεως accommodatur, nedum ipsius notio, aut ratio. Si motum propriè sumas, hic à mutatione distinguitur, quòd motus habet terminos qui affirmatione exprimuntur: mutatio verò terminum alterum qui negatione indicatur; affirmatione autem dico, quòd ibi negationis nota [non] actu non adhibetur, vt si nudum sumpseris. Quamobrem, cum ea mutatio quæ per se dicitur, contineat progressum ab imperfecto ad perfectum, & hæc item propriè fluxus erit, neque tempus excludet, & talem nos ortum esse defendimus. Nam transitus primus elementi geniti ex otio ad negocium in mutationibus per accidens posteà reponetur. Attamen hîc est, quòd Iuniorum philosophiam beneuolè tamen exploremus, tùm assignare conantium caussam, propterquam generatio quoq; sit motus; tùm etiam, cur generatio fiat inter contradicentia. Dicunt verò generationem conferri cum duobus cum materia. s. & cum composito. quòd si cum composito comparetur; eum certè non esse motum: non. n. fertur compositum moueri, sed fieri. Idem quoque conueniet corruptioni, siquidem corrumpi, non moueri dicatur compositum. At, si cum materia conferatur vtraque mutatio, eas esse propriè motus: quandoquidē motus est actus imperfectus è potestate ad actum perfectum. Atqui materia progreditur è potestate ad talem actum, & in illa igitur est motus. Sedenim hęc sententia requirere videtur nouum discrimen inter motum & mutationē: nimirùm quòd motus sit progressus ab imperfecto ad perfectum, mutatio verò minimè, atq; ita non erit communis etiam mutationi definitio motus: pręterquàm quòd ostendimus antè non esse parem rationem mutationis per se & mutationis per accidens. Dicunt etiam ipsi meritò materiæ rationem motus in generatione contineri, quia sit in ea progressus ab imperfecto ad perfectum. sed quia non ita procedit compositum in eo esse mutationem. Sed dum non cessant par-

F G H

[a] 9. Met.

tes

A tes spermatis fieri partes hominis, non'ne sunt composita? non'ne perficiuntur ex ea mutatione? Rursus tribuunt motũ materiæ, quasi verò materia moueatur. At rationem reddit Aristoteles, [a] cur materia sit expers motus: quod.n.non est, inquit, non moueri, nõ esse intelligens actu. Ergo materia quę nõ est actu, non mouebitur. Num fortè dicent motũ spectare materiã, non quòd illã denominet, sed quòd inhæreat; multò magis ipsi mutatio tribuẽda erit, quò materia prius inhęret generatio quæ est mutatio, quàm cęteri qui sunt verè motus: est.n.materia potestate prius substãtia, quàm quãtũ, aut quale. Et quanuis ij qui partẽ oppositã tueri volũt, trahere conẽtur Aristotelis verba ad significandũ cõpositũ, quod sanè non est. etenim homo non est qui dicitur fieri: at subiectũ generationis quod tum quæritur ab Aristotele, cõpositum nõ est, sed illud est quod fit, i. erit postea per materiæ transmutationem. Præterquàmquòd materia est compositum potentia; quare potentia homo hominisq. materia non differunt. Ex quo ipsa est, quę verè mutatur. Ergo eadem attributa vtique conuenient. Quod si dixerint semen ex quo fit planta, subiectum esse generationis, cùm sit actu; quid prohibebit, quominus de illo prædicari possit, moueri? quod enim cùm sit actu, mutatur, quatenus actu est, propriè moueri dicitur, vel ipso Aristotele teste. Sed neque id quod est actu, subiectum potest esse generationis, cùm ex eo quod est actu, per accidens fiat id quod fit. Accedamus nunc ad alterum caput. Illud profectò negari non potest, quin

B inter contradicentia sit generatio, cùm cęteroquin alij motus sint inter contraria. Caussam ergo talis differentię reddituri, sic aiunt. Quoniam hoc interest accidentis formæ cum forma substantiæ, quia repugnantiam illa habeat, verùmetiam illam quidem certam, vt album cum atro & mediis. Si autem quæras quid sit certa ista repugnantia, respondent eam esse sine cuius aliquo termino non reperitur subiectum, coloris.n.subiectum semper est cum aliqua specie coloris, contrà verò forma substantiæ vacat opposito, ac si quo pacto illud obtinet (neque.n.abhorret omnino substantia ab attributo communi repugnantiæ propter oppositionem qua inter formam intercedit & priuationem) ea incerta est, & latè peruagatur, atque extra certum genus diffunditur. Nanque eadem materia non modo capit elementorum formas, sed etiam mixtorum omniũ, & è mixto fit elementum quodlibet, fit etiam mixtum, vt quasi cum Anaxagora cogi videamur asseuerare quodlibet ex quocunque fieri: dũmodo id proximè non fiat. neque enim ex sese mutuò substantiæ gignuntur, vt etsi acetum ex vino, non tamen vicissim ex aceto vinum producatur. Nos quantum est de oppositione formarum substantiæ mox agemus. Sed quod attinet ad infinitatẽ illam quam in substantiis ponunt, certè nil absurdius in vniuersa philosophia Peripatetica.

C Quam sæpe.n.clamauit Aristoteles [b] non quodlibet ex quoque fieri, sed definitum ex definito, nec acetum ex aqua, sed ex vino fieri, & cadauer ex animali, atque id tam simplicibus quàm cõpositis esse commune? Quòd si quando ex oppositis fieri non videantur, præsertim in generatione substantiæ, id ex eo proficisci, quòd latent nomina quibus oppositæ formæ exprimuntur. quanquam generationis formulæ non vniusmodi sunt, non.n.eodem modo fit aqua ex aëre, & aër ex aqua [c] verùm aliqua fiunt per compositionem veluti domus, & omnia mixta ex elementis, alia per resolutionem, vt contrà lateres ex domo, & elementa ex mixtis, nonnulla per subtractionem, velut ex marmore statuæ, & cùm ex putri materia natura producit, dulcia segregans ab amaris, illa quidem recipiens, hæc verò respuens, aut per figuræ permutationem, veluti exære figura Mercurij, & vbi ex vniformibus partes difformes & organicę conformentur. Nam sic etiam generantur. etenim partes substantiæ, quomodocunque substantia capiatur, non possunt esse, nisi substantiæ. quædam adiectione materiæ, vt, cùm ex luto signum fingitur, & in vtero primùm viuens constituitur, prius.n.quàm actu viuat, hoc est, muneribus animi fungatur, ad certã quandam magnitudinem ab externo mouente deducatur oportet, [d] alia per materiæ transmutationẽ,

D quemadmodum chalybs ex ferro, & ignis ex oleo. Omninò verò semper aduersatur composito incompositum; inepto aptum, & inconsonanti consonans, eaq. sic inter se mutantur, vt consonans ex inconsonanti, nec ex alio quoque fieri posset: neque ex inconsonanti simpliciter, sed, si vox consona fiat, ex altera voce absona fiat necesse est. Sic inter substantiæ formas non modò certa seruatur oppositio; verùmetiam certum subiectum, propterea certis affectionibus vtitur natura qua certam afferat formam, certæ verò affectiones certa priuatione, certa priuatio certa forma fundatur quam nos perhibemus esse contrariam, tametsi quælibet oppositio suũ certum genus habet & suum subiectum, ad quod per se categoriæ caussa referatur. Quoniam ergo non solùm materia requiritur quæ præcedat in ortu substantiæ, sed prætereà varij sunt modi generationis & per compositionem & per resolutionem; inde est vt inter formas substantiæ certus non videatur esse regressus. Veruntamen obseruanti diligenter in ortu singularum certa oppositio perspicietur. Cùm enim acetum è vino fiat per putredinem & resolutionem, facta resolutione rursus ex aceto vinum fieri non poterit: sed opus erit, vt intercedant tot mutationes, quousque sit aliud mixtum in quo elementa tot ad numerum & ita affecta sint, vnde vinum exoriatur. Attamen acetum vino opponitur, vt incompositum composito, & cadauer animali. animal contrà

[a] 5. Phys. T. 9.

[b] 1. Phys.

[c] 1. Phys. T. 63.

[d] lib. d mo tu an.

trà cadaueri,& vinum aceto, vt composita. Ita fit,vt falsum penitus existimare debeamus inter substantiæ formas oppositionem certam non existere,cuicuimodi illa sit. Non igitur illa est vera caussa,cur generatio sit inter contradicentia,quia substantia certa careat oppositione. Si igitur quòd sit inter contradicentia separat mutationem à motu: planum quòd non ex illo mutatio à motu distinguenda erit, quod incertã, latēq. patentem oppositionem includat. Simplicius

a 5. Phys. T.9. [a] attulit item alias differentias inter motum & mutationem quæ nescio satis'ne consentiant cum dogmatis Aristotelis. Primùm quidem, inquit, dum è semine fit homo, semen non remanet; dum verò ex nigro fit album,remanet album, homo.s.qui actu existit. Deinde verò quia nulla est mutatio quæ non contineat aliquid actuosi atque patibilis. ἐνεργητικὸν ipse vocat & παθητικόν. Sed cùm in efficacitate & perpesione sint plus & minus; vbi plus sit perpesionis quàm efficacitatis, id nomine transmutationis appellari, vbi verò contrà plus efficacitatis, illi nomen fuisse motum. Itaque latio motus, generatio verò transmutatio dicta est,quòd plus patitur in generatione materia quàm corpus,dum secundùm locum mouetur. Etenim generatio nũquam sine substantiæ cuiusdam pernicie ministratur,sæpissimè motus. Tertiò,quòd in iis qui verè motus appellantur; hi verò sunt latio, alteratio, & incrementum, est aliquod semper quod factum est,& mutatum esse dicitur: at in mutatione, huiusmodi verò est generatio,nil tale reperitur; in hac.n.quod mutatur, posteà factum non est. quippe quòd mutetur semen,non tamen id quod factum est,sit posteà semen. Nam vt iam aliquid de prima differentia dicam,accidentis substantiæq. mutationis ratio non videtur esse dissimilis: quippe quòd ex non albo in album sit mutatio,ex nigro in album motus, & tamen quemadmodum remanet nigrum,sic remanet nõ album quia.s.remanet subiectum nigri & non albi quod est actu. idem.n.homo est qui è nigro & non albo factus est albus. Quantum verò est de secunda,actuosum illud quod motui tribuitur, ambiguum esse videtur; idcirco etiam ad tantum philosophum defendendum singula eius vocis significata recensenda sunt,vt id quod ad rem facere videatur,neq; satis ab ipso expressum fuerit, seligamus. Nam dici solet actuosum, id à quo permanat aliqua forma ad aliud; præterea quòd est de præsentia formæ secũdùm partes,seu gradus in eo quod est potestate,quatenus huiusmodi. Verùm neutro modo sumptum actuosum constituit differentiam inter motum & mutationem; propterea quòd actuosum primi significati,non innititur mobili, sed motore, in eo manens indiuiduè, & proinde extraneum est, si ad motum referas. Quin etiam quòd mutatio sit cum perpesione,non est id ita eius proprium,quin sibi sit cum motu commune. Neque etiam id perpetuò verum in omni mutatione,quandoquidem si fuerit interna functio,hæc certè mutatio nõ est perpesio, sed perfectio, vt videre, neque mutatio simpliciter.i.solus progressus, & ab omni actu seiunctus: cùm simul visio fiat & visum sit. immo tantum abest,vt in tali mutatione contineatur ratio perpesionis,vt actionis nomine vocetur. dicitur.n.ἐνέργεια, & omnis denique mutatio, quæ est de potestate secunda ad actũ secundùm sine vllo perpesionis genere fieri videtur. Quocirca non ex perpesione mutatio constituitur. Verùm quia de hoc genere mutationis in præsentia nihil agimus,cùm sit per accidens, vt posteà dicetur, transeamus ad alterum significatum ἐνεργείας quod est aliquid actus esse præsens in materia,dum fit motus. Certè si talem ἐνέργειαν ipse repellat ab ortu,mihi videtur aduersus Aristoteli assumẽri in motu generatim sub quo item generatio continetur, inesse rationem actus, & in hoc planè significato acceptum videtur actuosum in definitione motus,cùm dicitur esse actus eius quod est potestate,quatenus huiusmodi;quinimmo asserit Aristoteles,generationem esse actum generabilis,& fortè plus quàm motus sit actus mobilis, vt alterabilis alteratio, quanto potior est actus substantiæ quàm accidentis. Quòd,si pressius acceperit Simplicius,quia.s.in motu semper aliquid factum sit,in mutatione, ea verò est generatio, nequaquam: profectò,vel immemor,vel negligens fuerit, quippe qui, aut non meminerit etiam ab Aristotele litterarum monumentis fuisse cõmendatum, in ortu quoque aliquod factũ semper extare,vt in ædificio fundamenta,& in animalis productione cor,aut epar, aut,si id minus placebat,hoc in interpretatione illius loci monere debuerat, & docere, quemadmodum factum in generatione subsisteret quod ab actu & alterato in alteratione & auctione discreparet. Si factum id accipit quod à motus fine denominatur,vt semen & hominem,nam semen fit planta,& homo fit albus,& illud factum non remanet,sed interit: homo remanet factus albus, & ibi solùm restat materia quæ potestas est: hìc etiam superest actu homo,audiuimus nuper etiam in mutatione remanere actu subiectum. Quare non erit id mutationis generatim, sed ortus ipsius speciat impeculiare & proprium. Itaque non erit hoc reddere rationem,cur generatio vocetur mutatio,quod est nomen commune multis aliis mutationibus, sed differentiam propriam generationis ipsius afferre. Quapropter negari non potest, quin energia cõmuniter ad motum mutationemq. pertineat. Forte eam differentiam voluit notari Simplicius quam item

b 8. Phys. ab Aristotele [b] animaduersam fuisse scimus, quia mutatio sit cum aliqua labe & detrimento substantiæ, motus verò nihil deterat de substantia. Atque ita quidem profitetur vera Simplicius, sed

A sed quę in hac methodo adhuc ignota sint, neq; fortasse ex motus, mutationisúe ratione ducta, neque nomine ipso manifesta, & aliunde petita, ac penitus aliena ab vtriusque notione, qualia requiruntur, dum in explicanda motus definitione versamur. Cur enim motui non accidat, si eius intimam rationem perspicias, vt sit in eo corpore, quod est perpetuum? Proinde notio illa mutationis quæ contradicentia comprehendit, valde arridet & in ortu maximam vim habet, quippe qui sit mutatio inter contradicentia ens & non ens, nec obseruetur inter formas contrarias, quia requirat subiectum quod est potestate & non ens, & cùm sit productio substantiæ cui nil præcedere monstret prima nostræ mentis informatio ab alio genere, & prędicamento nascés, iure optimo, vt inter contradicentia mutatio ponatur. Quod verò dicitur in generatione substantiæ nil esse factum, si id intelligatur, quia non superfit id quod fiebat, cum actu esset: verùm sanè est, sed generationis proprium, vt diximus, non mutationis. Si factum vt gradus, seu pars, id negare simpliciter errorem puto, præsertim, si in tempore & successiuè generatio fiat, idemq. euenire nos docet Aristoteles in generatione & aliis motibus. Sed ita licebit eam tueri sententiam, quòd in aliis motibus facta esse formæ tribuuntur, in generatione verò materiæ, & ea quæ facta sunt, non fruuntur eius appellatione, quo tendit natura, sed aliud nomen obtinent (neque enim corde producto protinus homo est) contrà verò in accidentibus; itaque mouent philosophos ad negandum in generatione aliquid esse quod genitum sit. Illud autem prorsus habeo falsum quod professus est Calaber qui contraria ponens in substantia, plus & minus, etiam motum substantiæ tribuerit. Nanque oppositio neque inter substantias compositas intercedit, neque ita inter formas, vt intendantur & remittantur, quia maneant in indiuiduo: eas verò intendi & remitti oportebat, si motus erat in substantia futurus, Nam sic fieri potuisset, vt aliquid actu præcederet eius quod fieret, vt in accidente.

B

De oppositione formarum quæ essentiam complent, quæ cęteri senserint.
Cap. XIX.

ACCEDO nunc ad illud caput quo nobis de oppositione formarum substantiæ disputandum est. Sed quoniam substantia simplex est, vel composita, nequid desideretur in hac nostra disceptatione de substantia, generatim quæstio proponetur à nobis. Præsefert verò mirandum aliquid in substantia ponere contrariorum repugnantium. Primùm quoniam falsa illa omnia forent quæ professus est Aristoteles Prędic. negans substantiæ quicquam esse contrariũ. Deinde illud acrius, si in substantia forent contraria, ex eo futurum, vt motus sit in substantia, non autem mutatio. Coniunctum verò approbant Aristotelis sententiæ concludentis in substantia non esse motum, quòd in ea nulla sit oppositio, ex quo licet nobis ita concludere. Aut.n. caussa cum effectu remeat, & reciprocatur, aut non. Non est autem verisimile Aristotelem vbi caussam cuiuspiam rei, non quidem per transennam, sed ex proposito monstret, non propriã, neque primam afferre: tunc enim scientia non esset, neque demonstratio ex caussa, sed rem tantum conuenire doceret. Si igitur propria & prima caussa, commeat ergo cum effectu. In his autem quæ cõmeant, si negatio caussa negationis est, affirmatio item caussa erit affirmationis, & vtroq. modo progredi licebit, cùm ab effectu ad caussam, tùm contrà à caussa ad effectum & aiendo & inficiendo. Sic si vbi oppositio non est, nec ibi est motus: ac contra: cùm ibi sit oppositio, erit necessariò motus. Vrget & id quoque. vbi sunt contraria, ibi intentio & remissio, nam plus & minus, vel Aristotelis testimonio, [a] sunt ex mixtura contrariorum. Si ergo in substantia foret repugnantia, vtique etiam esset in ea plus & minus. ab hac verò conditione immunem esse substantiam docuit Aristoteles. Hæc obiiciunt aduersarij contra ponentes in eo prædicamento repugnantiam. At ex altera parte nos hæc mouebant. Primùm quod Flaminius Nobilius eximius philosophus olim collega meus, ac perpetuò amicissimus non sine caussa magnifecit. Is autem omnium primus è nostris in hanc sententiam scripsit. Instrumenta semper dirigi à formis quarum sunt instrumenta; ideoq. pro portione eisdem potiri premiis & muneribus quibus formę primò potiuntur. Cùm ergo formarum instrumenta contraria sint, sequitur etiam, vt oppositio insit in formis. esse verò instrumenta formarum calorem & frigus quę sunt contraria, liquet ex iis quæ disputat Aristoteles aduersus Democritum. [b] Munire etiam licet auctoritatem illius effati. nimirùm quòd ordine quodam oppositio primò sit in substantia, deinde in consequentibus substantiam. Nam primo Phys. [c] postquam conclusisset Aristoteles numerum principiorum ex eorundem oppositione, eumq. ternarium statuisset: quoniam in vno quoque genere prima quædam est oppositio: genera verò sint decem, non modò tria, sed multò plura ipsa fore consequens esset: ob id inquit Aristoteles sufficere tria tantùm principia quæ ordine quodammodò sunt principia substantiæ, aliàs reliquorum prędicamentorum: eadem enim est materia quæ primùm est potestate substantia, deinde quantũ, tertiò quale, & quæ sequuntur deinceps. sic forma

C

D

a 5. Phys. T. 10.

b 2. de ge.

c T. 56.

ma eſt in primis principium ſubſtantiæ, deinde conſequuntur eam quantum, quale & reliqua. E
Ita quoque contraria primò inſunt in ſubſtantia, deinde in quanto, & quali. Nouimus item con-
[a] 5. Met. traria in ſubſtantiis ab Alexandro [a] diſtingui ſic, vt quædam formalia dicerentur, quia ſint diffe-
rentiæ formæ ſolius, inter quæ non interuenit mutatio, cuiuſmodi ſunt rationis cõpos & expers.
alia verò actiua, atque horum quidem veriſimile eſt inſtrumenta eſſe qualitates, & cętera con-
traria quibus actio vt inſtrumentis attribui ſolet. Quapropter argumentum illud primum, me
maximè mouit. Quoniam verò oppoſitio exiſtimatur accipi communiter pro omni oppoſitio-
ne quam in quattuor mẽbra ſecari nouit vnuſquiſque, ac proprie pro ea quæ eſt inter oppoſita,
quæ ſignificantur affirmatione, in principiis autem repugnantiam fertur ineſſe communiter, cùm
re vera principia ſint oppoſita priuatiuè. & ita Simplicius 1. de cęlo pronunciauit: quanquam
& ipſe non raro oppoſitionem illam poſitiuam eſſe voluerit. Ab hac interpretatione me abdu-
cit quidam locus apud Ariſtotelem quo inueſtigans principia motus inquit, ea eſſe contraria,
[b] 3. Phyſ. [b] quoniam in vnoquoque contrario duo inſunt, poteſtas quidem ad alterum, & actus proprius;
quapropter inter ſe afficiunt, dum vnum propter actum conuertit alterum in ſui naturã, & pro-
pter poteſtatem tranſit in naturam alterius. Si ergo oppoſitio hæc eſt coniuncta cum actu, igi-
tur affirmatione ſignificatur, & eſt poſitiua. quòd ſi pendet ab oppoſitione ſubſtantiæ, vtique &
eam in ſubſtantia poſitiuam eſſe probabile eſt, ne dixerim neceſſarium: aliter, à cauſſa priuante F
proficiſceretur per ſe effectus poſitiuus. per ſe enim à ſubſtantia proficiſcitur, quodcunq. ab ipſa
accidenti communicatur, vt patet intuenti ordinem quem habet accidens ad ſubſtantiam. Sed
quoniam in philoſophia Peripatetica, qua quid Ariſtoteles ſenſerit, exquiritur: magnum pon-
dus eſt Ariſtotelicorum decretorum; vide obſecro, quę ipſe litteris conſignauerit, & memorię tra-
[c] 10. Met. diderit, [c] vbi non tantùm concludit in ſubſtantiis eſſe huiuſmodi oppoſitionem, ſed planè oſten-
à T. 15. vſ- dit oppoſitionis ſpeciem eſſe poſitiuã, vbi inquit de differentiis agens quibus animal in ſuas ſpe-
que ad 25. cies diſtribuitur, futurum eſſe, vt per ſe hoc quidem tale quid animal ſit, hoc verò tale quid, vt
hoc quidem, equus, hoc verò homo, hanc verò oppoſitionem mox teſtatur eſſe contrariorum,
fatuum verò dicere id per quod equus eſt, aut homo, ſolam eſſe priuationem. Ergo oppoſitio
poſitiua adſcribenda ſubſtantiæ differentiis. Quo magis inducor, vt ita credam, quòd & viri ſa-
pientiſsimi noſtræ ætatis, cùm partem problematis oppoſitam defendant, nihilominus illud ſal-
tem dare coguntur in formis eſſe priuationem non ſimpliciter, ſed cum quodam actu coniunctã,
aut contrariorum repugnantiam metaphyſicam. At nos eam contrariorum repugnantiam con-
ſtituimus quæ cum exuperatione & imminutione coniuncta eſt, vt reliqua omnia contraria. G
Quin etiam, ſi per differentias formæ rerum monſtrantur, differentiæ verò priuatiuè non oppo-
nuntur: etenim ſunt natura ſimul, oppoſita verò priuatiuè nequaquam. non igitur formæ pri-
uatiuè opponentur, vt videatur prorſus is qui aliter opinatur, à germana præceptoris noſtri
ſententia diſcedere. Verùm ſpecta obſecro argumentum quod ſtruxit Ariſtoteles 1. de cœlo.
[d] T. 20. [d] vbi ex oppoſitione contrariorum cęlo negauit contrarium. Contrariorum, inquit, motus con-
trarij ſunt. Ergo quorum motui nihil opponitur, neque illa erunt contraria. Nunc (niſi me
animus fallit) qui neget non eſſe idem iudicium de motu & ſubſtantia faciendum, pręterquàm
quòd euertet progreſſum Ariſtotelis in eodem libro approbatum, de motibus & corporibus, is
etiam hiſce anguſtiis concludetur, ne fortè pondus ablaturus ſit eiuſmodi rationi, dabit enim oc-
caſionem aduerſario negandi coniunctum eius argumenti. cur enim ſequitur, ſi contrariæ ſub-
ſtantiæ, motus quoque contrarij ſunt, aut motui nihil eſt contrarium. ergo neque ſubſtantiæ, niſi
[e] T. 56. quia contrariorum ratio tota radices agit in ſubſtantia, vt etiam 1. phyſ. [e] oſtenſum eſt? Sic
ergo ex oppoſitione motuũ oppoſitio ſubſtantiæ concluditur, quę tamen à priori pendet à ſub-
ſtantia: nam functiones & motus conditionem ſubſtantiæ conſequuntur. Atque ita perpetuus H
eſt iſtæ ſubſtantiæ nexus & accidentium, ſeu functionum, ac ſubſtantiæ quidem vt principij, fun-
ctionis verò vt ſigni, vt etiam de animi eſſentia ferri iudicium voluërit Ariſtoteles ab operationi-
bus propriis. Accedit eodem Alexandri confirmatio cuius ego negligentiam magis admiror,
quàm cęterorum obſcuram diligentiam, vbi differentias ſpecificas habere docet ἐναντίωσιν, &
[f] 2. de an. ἀντίθεσιν κατὰ τὸν λόγον [f] i. aduerſitatem repugnantiam ſecundum rationem. Poſtremò vtor
t. 23. illatione quę ducitur ex partibus oppoſitorum. Non opponuntur priuatiuè, non vt ad aliquid,
non vt contradicentia, igitur vt contraria. Cęterùm ſi contraria, maximè diſtant, quæ'nam igi-
tur hæc maxima diſtantia contrariorum, præſertim quòd in ſubſtantia fit mutatio ſecundum
contradictionem? An vt partium quę ſic habent inter ſe, vt vtraque ſit in actu ſimpliciter, &
alterius abſolutam priuationem contineat, vnde habent poteſtatem remotiſsimam, nec alterius
actũ quicquam participant. Hæc autem controuerſia Latinis philoſophis qui pleraque exactio-
re ſtatera ponderare ſolent, viſa eſt ita difficilis, vt lis adhuc ferè ſub iudice ſit, vt ille ait. Nam
quidam communem Latinorum opinionẽ mordicus retinentes, ne ponant in ſubſtantia cõtraria,
& ſubinde motum, vel plus & minus, ad ea quæ nos obiicimus, ita reſpondent, ac primùm ad id
quod

A quod ab oppositione instrumentorum acceptum est, formas aut propriè sumi, sunt verò sic acceptæ caussæ, propter quas quidque est, aut tanquam efficientia, vnde.s.initium fiat motus. Hoc stante sic aiunt. Ab oppositione instrumentorum significari oppositionem in formis, nec quidem simpliciter, verùm vt sunt caussę efficientes. Et certè res hæc magnam præsefert similitudinem veri: nam reapse instrumenta ad fines & efficientia referuntur, non ad formas, quasi verò forma, efficiens, & finis idem specie non sint, nec solo numero, vel ratione distinguantur. Igitur si efficientia repugnant, formæ item repugnent necesse est. Nec dicere licet efficiens addere materiam formæ (est enim suppositum quod efficit) quia propter materiã non inest in forma repugnantia formaliter, sed effectiuè, volo dicere, pugnã sanè esse inter formas quæ sunt in materia, siquidem, vbi sint extra materiam, contrariæ quoque species, vt albi & nigri, in medio subsistant, sed intrinsecus habent formæ, quòd in materia pugnent, & vt verè dicamus, ἀσυςασίαν. Eius rei signa quòd efficiens formæ definitur, & quòd composito propter materiam, cui contrarium nihil est, oppositio denegetur. Quare si verè contraria sunt efficientia, multò prius item inerit oppositio in formis. Ita argumentum nostrum firmum & irrefragabile est. Iste Calaber dedit manus ei rationi, sed quid peccauerit paullò antè significauimus. Græci, qui elementa cõponunt ex materia prima & primis qualitatibus inter quas intercedit manifestè repugnantia; audacter B eam substantiæ tribuunt. Huius opinionis auctorem habemus in primis Alexandrum, hunc secuta est sine contentione tota Græcorum schola. Auerroës inconstans in hac quæstione reperitur: nam [a] 1. Phys. in Alexandri vestigiis hærens in substantia ponit tale genus oppositionis: huic quoque subscripsit Albertus. Idem posteà machinis omnibus euertere visus est hoc decretum, [b] vt illud ex eius verbis expromamus ipsum aliquando animum ad hanc partem problematis inclinasse. Hæc sunt quæ vltrò citroq. Peripateticè disputari posse videbantur.

[a] T.c.49.
[b] 5.Phys. T.c.10.

De oppositione differentiarum, & vtrum oppositio inter differentias efficiat oppositionem inter formas. Cap. XX.

ZIMARA non semel attigit hanc quæstionem, siue illam sæpius obiecerit, vt sua constantia nobis eam magis persuaderet, siue vt aliquorum doctrinam obiter arguere vellet, & ad illud argumentum quod ab instrumentorum oppositione ductum est, ita dicebat, non necessariũ esse, vt contraria ex contrariis formis extarent, sed sufficere si diuersæ fuerint. Prętereà monebat C etiam si differentiæ contrariæ forent, non sequi nihilominus formas esse contrarias; verùm & eas esse diuersas illò fortè respiciens, quòd cùm formæ constent ex materia quæ cadit in mentem, cui nihil est contrarium, quòd nihil sit formæ contrarium tanquam toti. Veruntamen si diuersę sunt, cur hoc ex hoc fit, & hoc cum illo mutatur, nec quodlibet abit in quodlibet, aut generatur ex quolibet? Certè nil aliud respondebit, àc communionem materiæ. Ergo, inquam, sunt diuersæ formæ in aliquo: igitur & contrariæ. Et talis.n.est contrariorum ratio. Necnon forma per se est vltimus terminus, itaque est simplex: de eius oppositione igitur erat dicendum. Tertiò concedit differentias esse contrarias: at sunt substantiæ. Et substantiæ igitur aliquid erit contrarium. Apud nos plurimum valet Aristotelis auctoritas, præsertim si ratione confirmari possit, is certè in substantia, seu potius inter substantias oppositionem, atq; illam quidem positiuam constituit, & quanquam censuit oppositum in prædicamentis, hanc controuersiam tollunt Alexander, atq; Simplicius allata distinctione substantiarum: etenim ipsæ sunt simplices, aut compositæ, oppositionem planè fatentes esse inter substantias simplices, huiusmodi verò sunt formæ: nam materia nulli est contraria; at compositę carent contrario. Ergo de materia & de composito dicta D Aristotelis accipienda, vbicunque talis oppositio de substantia tollatur. Quocirca in prædicamentis non de substantia simpliciter existimabimus ea verba pronunciata, verùm de composita tantùm de qua defendimus constanter verba fieri in eo libro, nihil autem de simplici, neque id iniuria: cùm.n.liber ille sit εἰσαγωγικός, atque etiam Auerrois testimonio ruditer exquirat notiones prędicamentorum, & potius figuram dictionis, quàm elementa ipsorum, siquidem hæc pleniorem rerum intelligentiam flagitarent, ideò mentio facta est ibi de substantia composita, quemadmodum de ipsa quoque tùm 4. Met. tùm etiam sub initium 7. meminisse legitur Aristoteles: nanque ibi ipsius elementa primùm vestigare cœpit. Quòd si contra dubitaueris, quemadmodum etiam fecit Alexander hoc modo. Si partes sunt contrariæ, ergo & totum, quod conflatur è contrariis, erit alteri toti contrariũ, etiam notat in hoc argumento fallaciã summus ille vir. Neque enim, inquit, valet argumentum à partibus ad totum, nisi partes vniuersę sint vniusmodi, veluti si vnum foret è nigro & amaro, contrarium foret alteri, quod constaret ex albo & dulci. Nam constat totum è diuerso genere partium. Cùm igitur earum aliquæ materiæ vim obtineant, aliæ formæ in substantia: materia verò nulli contraria sit; quin, neq; omnes formæ partes; propterea quòd eius partes sunt differentię, singulas aũt differentias vnius speciei singulis alterius

differentiis esse contrarias non necesse est. Si ergo partes contrarium non omnes habeat, neque item ea quæ conflatur ex ipsis erunt necessariò contraria. Neque sanè necessarium est argumentum a partibus ad totum, vt etiam si fuerint omnes consimiles, addo etiam, vniusmodi; non idcirco idem iudicium de toto fieri posit, vt de motu cęli totius & partium, quemadmodum suo loco significabitur. Et caussa varietatis hæc est: quoniam totum aliquid formæ præsefert vltra partes, quæ cùm distincta sit à natura partium, diuersorum quoque attributorum est caussa in toto. propter hanc ergo differentiam formæ, seu rationis formalis in eo argumento latet fallacia secundum figuram dictionis, quam si specificare velis, ita dices. Nam totum significat quale aliquid, partes autem hoc solum. Et planè sic rectè dubitatio tollitur. Cùm ceteroquin illud quod etiam alibi studens euertere consimilem obiectionem, docebat Alexander Themistio teste, cùm elementum constet è pluribus differentiis, calore, frigore, pellucido: ex his nonnullas esse contrarias, aliàs verò minimè. Igitur quando ex his tùm contrariis, tùm non contrariis componatur elementum, totum toti non erit contrarium haud satisfaciat obiectioni, nisi etiam materia cùm differentiarum cumulo comprehendatur. Quid enim prohibet omnes oppositas differentias in duabus partibus collocare, præsertim si ex cuiuslibet differentiæ complexione genus fieri constituimus, quod rectè aduertenti secundum Post. Anal. dicere necesse est, vt ex lucido & opaco ceteris oppositionibus seuocatis: cur enim hęc contraria non erunt? Sic non euitabit oppositionem substantia composita. Noui hîc ego reclamare D. Thomam & Ioannem Iandunum [a] alioquin hostem, seu potius irrisorem D. Thomę, cum ipso consentientẽ in hoc: hunc quidem quia non patitur persuaderi, si differentiæ quę pertinent ad essentiam, sint contrarię; quin etiam contraria debeant esse composita, illum verò quia putat sufficere solam oppositionem formarũ ad id, vt in substantia sit motus. Sed de hoc infrà. Confirmabat alter ille sententiam suam duabus argumentationibus. Prima quidem, quia differentiæ significant totum cumulum eorum quæ dicuntur in quid, è quo species est constituta, vt puta ratione compos, hoc totum quod est homo: nam differentia semper notat complementum generis, ita vt etiam docuerit Aristoteles differentiam sine genere non posse concipi. [b] Igitur qui dicit rationis compos, etiam necessariò vnà significat animal, ex quo & ratione compote fit vnum per se, sic vnum, vt etiam contrarium sit experti rationis. Altera verò, quoniam differentiæ contrariæ sese vicissim respiciunt: quare, si vnum compositum cum sua differentia concipitur, etiam compar eius (est verò id quod habet alteram differentiam contrariam) sub contraria notione concipietur. Sic erit vtriusque speciei notio contraria: ob eamq. rem species ipsæ erunt ponendæ contrariæ. Ceterùm vt tota aberrat via Iandunus ille? Neque enim discernit ipse, differentiis supponi quidem genus, seu materiam, & ideò totam esse, non sanè, vt dici solet, secundùm materiam: verùm secundùm formã, & totum virtute & formaliter non extensiuè, & ὑλικῶς, quòd, vt dictum est, ipsæ speciem complent: quare, si id spectes quod menti obiiciunt differentię, significat tantum, vt partes, cuius etiã rei signum est, quoniam differentiæ solę non pronunciantur, neque seorsum, quasi per se non sufficiant ad speciem offerendam. Neque obstat, quia totum sit vnum per se, ideoq. velut vnum impetrarit, vt ab vno termino significetur, & ita ab vna differentia. Nanque etsi vnum est, non est simpliciter & omnibus modis vnum, sed vt compositum, quod quidem est vnum re & subiecto, rationibus tamen constans diuersis. Dictum etenim fuit ab Aristotele, cum fiens, tum etiam id quod fit, esse compositum. [c] nam dissoluitur eius ratio in rationem suorum principiorum. Et quanuis vnum sit, & vt vnum ab vno significetur, non est officium differentiæ, vt illud, velut vnum significet, sed nomini solius. Quare manet distincta notio differentiarum, earumq. seorsum propria notio est, vt partis in toto. Confirmari item potest id quod dicimus, quandoquidem ipsæ differentiæ, vel accipiuntur vt mente seuocatæ à genere & materia, atque ita significant vt formæ, vel etiam denominatiuè: sic autem degenerant in genus, aut speciem subalternam. Vnde constat tum non esse illarum simplicem notionem, quia continent aliquid vt materiam (sunt enim denominatiua) tùm etiam, quia genus aut per se spectatur, aut vt speciei pars, atque vt genus quidem, eius est vna notio per se plena, atque perfecta licet confusa. Proinde vbi differentia sustineat rationem generis, quatenus genus, vnam notionem obtinebit, quòd sint pars accipiatur, siue vt genus, siue vt differentia concepta sit: planũ quòd tum significat alteram speciei partem, non omnes simul. Itaque differentiæ, quatenus huiusmodi, multò magis significant alteram speciei partem, non omnes, vt ipse dicebat. His ita constitutis iam me conuerto ad diluendos cauillos qui contrà allati fuerunt. Ac primùm ex proximè præcedentibus patet quid dicendum sit ad Iandunum, atque ad illam propositionem quam ipse accipiebat. Differentias significare totum cumulum eorum ex quibus constat species. hoc enim aimus esse falsum, si intelligatur simpliciter: nanq; ita significant totum, quia significant id quod continet quidem omnes alias partes, & id quod est totum secundum formam: at non sufficit hoc ad id, vt significent vnam notionem totius speciei, vel definitionis simpliciter, quia species & definitio habent

alias

[a] 1. de Cęlo Q. 18.

[b] Top.

[c] 1. Phys. T. 64.

A alias parteis, vltra differentiam à differentia re & ratione segregatas. Itaque differentia partem in toto significat. Et significat id differentia quod est totum, quia complet totum, non quia sit res adæquata cum natura totius quod in diuersis partibus manet. Ex his & secundam quoque rationem infirmare licebit. Nam concedimus sanè differentias, vt contrarias esse ad aliquid. contrarium enim contrario contrarium est. Sed hîc duo sunt obseruanda. Primum quòd sese vicissim respiciunt secundum formam, non autem secundum materiam, ideoq. quamuis differentia, vt opposita referatur ad alteram oppositam: nihilominus vt talis differentia comparem nullo pacto significat non secus atque albũ, quod tanquam contrarium respicit nigrum, verùm si ab ipso contrarij notionem auoces, non amplius refertur ad nigrum. Quapropter ad argumentum respondere oportet negando id quod obiicit aduersarius. Deinde etiam si concedemus differentias secundùm materiam sumptas inter se respicere & alteram speciem proximè inferre, veluti contrariam; non propterea tamen sequi dicimus, vt monstrent oppositionem inter species totas, sed inter seipsas solùm. Sic dicemus substantiam substantiæ contrariam esse, non simpliciter, si composita fuerit, sed secundùm differentias. Quare factum esse, vt Aristoteles [a] de elementorum oppositionibus agens illud adiecerit. Quemadmodum contingit substantiam substantiæ contrariam esse: quasi non neget oppositionem contrariorum esse in substantiis, neget B id solùm substantiam alteri substantiæ simpliciter esse contrariam, sed ita dici, quia sit prædita formis contrariis.

[a] 2. de ge.

Quemadmodum in substantia sunt contraria. Cap. XXI.

AVDIVIMVS antè in substantia inesse oppositionem, neque de priuantium genere duntaxat, verùmetiam positiuam. Proximum his est, vt doceamus quemadmodum oppositio ponenda sit inter substantias: cumq. ea petatur à formis explicemus, vt forma formæ possit esse contraria, & rem anteà vix attactam vberius exponamus. Porrò contrariorum illa sunt partes, quòd actu sint aliquid, quòd actu vnum sint, potestate reliquum, & ob id in contrario priuatio sit alterius, quòd affirmatione significentur: postremò quòd habeant commune subiectum, de cuius possessione secum pugnent. At verò non est facilè explicare, quemadmodum sit actu contrarium. Nam, cùm ea quæ oriuntur & intereunt, sint vel simplicia, vel mixta, eaq. vel animata, vel inanima: de oppositione quidem simplicium, quamuis facilè videretur posse decerni, C quandò illa euidens esset, si primæ elemẽtorum qualitates, vt fert communis opinio Græcorum, sunt elementorum formæ: paullò minus, si in iis oppositio ponatur à quibus qualitates contrariæ nascuntur, vt leuitatis ponderisq. principia; caloris item & frigoris; nam per hæc, vel vt consequentia, vel vt instrumenta, formarum oppositio declarari videtur. Verumenimuerò quia dubium esse potest ex placitis Aristotelis, quemadmodum prima contraria quæ sunt calidum & frigidum inter se opponantur, an ne vt contraria prorsus, an potius vt habitus & priuatio, perdifficilis quæstio redditur, siquidem si priuatiuè opponantur, siue sint ipsæ elementorum formæ, siue illarum instrumenta & consequentia, formæ non quidem positiuè, vt volumus, sed priuatiuè necesse est opponantur. Sed planè in mixtis difficillima res est decernere oppositionem inter formas. Equidem quid de caloris & frigoris oppositione sentiam, tum docebo, cum ad alterationis principia venero: eaq. positiuè opponi ostendam, consiliumq. Aristotelis aperiam, cur 1. Meteor. frigus priuatiuè opponi voluerit. Verùm siquis hypothesi nostræ reclamet, hoc erit instituti præsentis, vt illa afferantur quibus positis ea conditio generationis quæ est in tempore fieri, conseruetur; seu positiuè, seu priuatiuè opponantur. Nam, si hæc secum non pugnare ostendamus, multò libentius in sententia nostra permanebimus. Etenim tempus omne in mutatione D nascitur à resistentia, atqui nulla resistentia in pura potestate collocari valet, tota. n. per se vergit ad actum, ex eo perficitur; per se autem perfectioni suæ non repugnare vnum est de naturę principiis: in pura autem potestate pura priuatio consistit; nam quod esse potest, quatenus potest, est non ens. Itaque per deductionem per tria, vel plura; Vbi pura priuatio, nulla resistentia. In materia prima in qua sunt prima contraria, pura existit priuatio, si frigus opponitur calori priuatiuè. Igitur existet primorum contrariorum productio sine resistentia: quare non in tempore. Exemplo sit nobis aëris pelluciditas in tenebris, quę cùm agenti & illustranti non resistat; lumen accipit in instanti. Neque mihi videtur esse satis ad conseruandum tempus in generatione, si dicamus actum in contrario requiri simpliciter, hoc est, si non eum qui per se opponatur, at alium quempiam, putatu, quia sit frigidum cum humido coniunctum. Nam verisimile primùm est, vt si priuatiuè opponuntur calor & frigus, illa itidem quæ ex calido & frigido nascuntur, eodem modo opponi. Si igitur humidum est actus; aridum illi oppositum erit priuatio. Finge ergo idem simul esse aridum & frigidum; hîc certè nullus actus extabit in quo oppositionis positiuæ ratio ponenda sit, nec vllum principium, vnde resistentia nascatur. Tùm etiam quia vel

vel mutatio fieret in eo quod est actu, & sic esset ea forma accidentis: etenim permanet humor E interdum, veluti cùm ex aqua fit aër; aut, si perfectius est id quod accedit, subiectum rationem potentiæ subit, vt aliàs ostendemus. Itaque ab illo occasio nulla resistentię dabitur. Verùm, sicut adagio fertur. γόνυ κνήμης. Ideò nos hoc loco id quod perpetuò defensuri sumus, in medio ponemus; deinde siquid in terra succurret quod pro illis probabiliter dici posit, exercitationis ergò non grauabimur afferre. Illis igitur acceptis quæ firma rataq. sint in nostra methodo, frigus esse aliquid positiuum, itaque & à forma proficisci, si non est ipsum forma quæ actu sit, nec priuatio tantum, & priuationem in materia sola sine quopiam actu præcedente qui verè sit forma, non extare, eumq. esse caussam moræ quæ in ortu substantiæ ponitur, & his approbatis, quę de oppositione formarum constituimus, agamus nunc de oppositione, quæ mixtorũ species consequitur, & in iis item consimilem rationem seruari monstremus. Duo porrò sunt, quæ speciem in prædicamento substantiæ constituunt, genus & differentia, siue genus appellemus illud primùm, quod per differentias secatur, siue vniuersum cumulum eorum communiũ quę vltimę differentiæ præcedũt, cuius accessu tota speciei natura & essentia declaratur, & redditur ratio ipsius quid est, æqualis speciei quam specie latiorem seorsum acceptam facere non est absurdum, cùm sit satis, si cum reliquis efficiat totam rationem cum specie commeantem: necnon, nihil omnino refert, sit'ne hæc, aut illa differentia, quandò, nisi se ad reliquas habuerit secũdùm continuationẽ, F vt Aristoteles inquit,[a] sed æqualiter certũ genus plures oppositorum differentiæ respiciant, nil refert, inquam, vtra præponatur. Verbi gratia, cùm ex eodem fonte non ducant originem rationis compos vel impos, & bipes, rei signum dabo, quòd bipes & cum rationis cõpote & impote congruit ea apud mathematicos æqualitatis & inæqualitatis proportio, rationalis & irrationalis; siquidem hæc inter se non pugnant proportio inæqualitatis & proportiones irrationalis & irrationalis. Nil igitur incommodi afferet. Vtrum præposueris an bipes an compos rationis: similiter irrationale, an inæqualis proportionem. Sed his omissis quæ fortasse nimium distant à proposito, satis esto nunc duo conflare quanq. speciem, genus. s. ac differentiam, ac genus quidem, quòd veluti materia, saltem in ipsa oratione quid est explicante sumatur, secus. n. quandoque se habet, si rem spectes quæ per definitionis parteis exponitur, vt de animali & bipede constat, quandoquidem animal significat formam, bipes autem materiam. Quapropter sicut materia est in potentia ad opposita, sic genus se habet ad differentias. Itaque & sensus & ratio monstrant oppositionem pertinere ad differentias. Atqui differentiæ positiuo & priuatiuo distingui videntur: quandò animal rationis compos est & impos; item corpus aut sensu præditum, aut vacans. G Quare incesit dubitatio, cõstituantur'ne animata ex differentia priuante, cùm sint substantię perfectissimę. Tùm etiam, quia neget Aristoteles,[b] vllius rei differentias esse priuationes. Et illud magis admirabile, quòd cùm sint differentię contrariæ, tamen species ex illis constitutæ inter se non commutentur. Ad has dubitationes tollendas meminisse oportet, in formis duplicem gradum reperiri, alterum quo à summo ad imum tenditur quem secundum altitudinem vocãt, quo minus communia magis id quod est participant, quàm illa quæ latius patent, vt homo, quàm animal & animal, quàm corpus: atque alterũ qui in iis obseruatur quæ sunt ordinis eiusdẽ. i. sub eodẽ cõmuni quem secundùm latitudinẽ dicimus: hic verò intercedit inter eiusdem generis species, siue inter parteis cõmunis ad vnum. in quo nihil repugnat vnam speciem altera perfectiorem esse atque præstantiorem. Quod verò ad primum illum gradum spectat. Ea quæ communiora sunt, videntur habere rationem materiæ, quippe quòd accessu nouarum, minusq. communium formarum generatio compleatur. prius. n. viuit homo vitam plantæ, deinde vitam animalis, demum fit homo. Ergo illa omnia quæ materiæ tribui solent, in illis inesse communibus est verisimile, conditiones, inquam, quę consequuntur illa, & habilitatẽ propter quam sunt idonea recipere formam perfectiorem. H Nanq. aliud est rationis impos quod est in animali, dum primis sensus rudimentis in vtero pollet, atque aliud quod est in equo: in vtero enim ad alium perfectionis gradum peruenire potest, in equo verò nequaquam. Proinde in vtero rationis impos notat priuationem cum habilitate ad aliam formam, in equo verò potius erit ad aliud, sed priuans; quasi significetur eius speciei status in qua nõ sit gradus rationis per id quod perfectius est, & natura prius, & sit ex eo genere illorum quæ sunt ad aliquid, quod excludit compar, vt solus & huiusmodi. Sed quanuis vtraque priuationem significent, tamen aliquid ponunt; in communioribus quidem formam cõmuniorem quæ suapte natura ad maiorẽ gradum euehi posit: ideò fundantur istæ priuationes actu: in iis etiam quæ specie differunt, cùm idem genus participent, præter naturam communem quæ item continetur in ea specie, sunt oppositæ formæ quæ in earum materia radices egerunt, exempli gratia, certa elementorum miscella. Ecce. n. ex vino fit acetum, quòd in illa temperie inest habilitas ad id, vt fiat acetum, in melle non item. ex melle ob eandem caussam fit bilis, non acetum. & cùm embryon ab initio multo calore sit præditum, non sentit quidem, multò minus cogitat: dum copiam caloris amittit (intelligo verò substantiã calidam.)

[a] 7. Met.

[b] 1. de par. an. cap. 4.

A calidam) & sensu pollet, & accipit rationem. Quemadmodum igitur embryon in prima sui constitutione imperfectum est atque priuatum, habet tamen & contrarias qualitates in quibus inest priuatio illarum quibus aduersantur,& habilitas, propterquam commutantur cum oppositis; & si qualitates substantiã consequuntur, simplices quidem naturam corporum simpliciũ, mixtæ verò corporum quæ ex eorum mixtura conflata sunt,& ipsa item principia,vnde nascuntur oppositæ qualitates quæ secum priuationem habilitatemq. afferunt, & priuationem & habilitatem afferre decet & oppositionem positiuam in substantia quomodocunque ponere. Hæc nunc siquis aduertat diligentius, non eodem modo statuere poterit differentias priuatiuè oppositas,neque omnes erunt contrariç. Quandoquidem,si contraria sunt actu,eademq. potestatem habent ad alterum: cùm in iis quæ sunt ampliora, sit aliquis actus,atque itidem habilitas ad vlteriorem formam, in iis autem quæ sunt sub eodem communi habilitas nulla, patet rationis impos,quod est in animali,aut embryo,contrarium esse rationis compoti quod est in homine, non autem rationis impos, quod est in equo. Propterea fiet homo ex embryo & animali, ex equo verò non fiet. Atque hoc illud est,quod Aristoteles [a] ipse primùm,deinde Alexander admonuerunt,esse duplex genus contrariorum,vnum quod secundùm formam appellaretur, atque alterum quod secundùm materiam, & id quod secundum formam esset, cum alio non commutari. [a] 10. Met.

B Neque id (mea quidem sententia) temerè: quandò à forma est esse, non occasio mutationis. Cùm verò mutationis occasio pendeat à materia, cõtraria quæ inter se commutantur,secundùm materiam optimè dicuntur. Proinde etiam duplex genus obseruo apud philosophos,alterum quid complectitur rerum formas vt essentiæ principia, quod substantiam vocant, quamobrem cùm primus philosophus essentias rerum teneat, quoad sunt, non quoad motui subseruiuntur, substantiam facit genus generalissimum, physicus autem quia considerat principia motus, accipiens differentias ex materia format genus physicum,quod appellat corpus sensile 2. de An. cap. de tactu. Itaque & in substantia positiua oppositio spectatur, quamuis terminis priuantibus indicetur: tametsi nouimus Aristotelem [b] appellasse terminos positiuos eos quicunque affirmatione significarentur: hoc est,de quibus esse prædicaretur, vt nudum & iniustum. eo quòd à nõ iusto & non vestito differrent, quia supponeretur illis habilitas, qua negantia non includunt. Sed simus adhuc religiosiores, & resoluamus vlterius naturã priuationis, & illi subiiciamus actũ & cui certa priuatio est affixa, merito cuius vnum cum altero commutari potest, ex quo non tantùm logicè positiuũ ipsum faciemus, vt ij faciunt, qui solùm obseruant quæ affirmatiuè prędicentur; sed naturaliter, quia suberit actus quo priuatio fundatur, siue cõmunis vt in genere, siue specialis,vt in illis quę,cùm per se sint,proximè tamen mutantur in aliud,vt vinum & acetũ. [b] 5. Phys. 10. Met.

C Habet sanè embryon ab ortus initio vim alenté, & hæc quidem existit ex certa materia, sed quæ non repugnet formæ futuræ, quapropter vtrunque principium posteriora forma superueniente retinetur. Est in vino materies,quæ habilis reddi queat parua intercedente mutatione ad aceti formam suscipiendam,sed quia cùm materies,tùm forma vini repugnant, neutrum principium, in aceti generatione conseruabitur. Itaque mutatio in his necesse est in vlteriorem materiam resoluatur, in materiam,inquam,quæ vtrique speciei communis sit,propinqua.n.cum forma continuò labitur. [c] Neque illud obstabit,cùm ex animali fiet homo,quòd remaneat animal,ne fortè vereamur ex opposito fieri id quod fit,tanquam non permanente, quandoquidem & in hoc formæ numeros imitantur. Nam sicut vnius additione ex duitate fit ternio,& ex pari impar,remanent tamen & duo & par: sic de animali & rationis compote dicemus. Remanent enim illa secundum materiam, corrũpuntur verò secundum formam, quia.s.duitatis parisq. ratio non conseruatur. sic animalis ratio, non restat; neque enim homo est animal absolutè, sed addit aliquid animali. [c] 9. Met.

D Quamobrem,vbi dicitur quodque fieri ex opposito,tanquam non remanente,& quicquid ex hoc principio deriuatur, ampliabimus, quia non remaneat vel secundùm materiam, vel secundùm formam. Neque hæc pugnant conseruari materialiter & interire formaliter, sicuti neque pugnant illa esse actu, non esse virtute, esse actu, non esse in habitu,pugnarent sanè si ad idem simul essent & non essent, vt habitu solum, aut solum materialiter. Itaque illud quod affirmat Aristoteles, priuationem nullius esse differentiam,non sine conditione accipimus. Aut enim priuationem sumpsit, quæ negatione exprimeretur, aut priuationem solam ab actu illo secretam,cui ipsa infixa est,neque eo modo, vt statum speciei declaret ex notatione oppositi quod perfectius est. Hoc igitur modo constat, vt in substantia sint contraria propter quæ fit mutatio quæ positiuè opponuntur, & sunt secundum materiam, quæ nobis omnium dubitationum fonteis patefacient ad quarum explicationem iam deueniendum est.

Singulæ

Singulæ dubitationes tolluntur de oppositione substantiarum. Cap. XXII.

HAEC quę ponimus in substantia contraria, prohibent, quò minus generatio substantię puncto temporis absoluatur. At verò si sunt termini positiui ex quibus volumus constitui motum, nec sanè communiter (iam enim generatio non separatur à motu communiter) sed à motu propriè, ecquid est caussæ, cur in substantia sit mutatio, non motus? Caussam reddidit Themistio Auerroës, licet apud Themistium mihi non successerit obseruare talem locum. In motu & mutatione terminos esse duplices positiuos nimirùm & priuantes. Ita è semine fit animal, & ex non animali, atque item ex nigro fit album, & ex non albo. Sed quanquàm in omni mutatione inest vtraque terminorum ratio, longè dispar est in mutatione substantiæ, atque in ea quæ fit secundùm accidens. Siquidem in substantiæ mutatione, termini proximi sint priuantes, positiui autem remoti. Nam mutatio substantiæ fit è non substantia: propterea nihil habet ante se: aliter accidens à substantia separari posset. Quicquid enim est vel est substantia, vel accidens. At id ex quo substantia fit, substantia esse nequit, nisi potestate & per accidens, ne fateri cogamur eã esse antequàm fiat, neque itẽ accidens, quandò supponitur illi actu substãtia quę tum nulla existit: generatur.n. Inde sequitur generationem esse mutationem totius in totum. At verò accidentis mutatio fit circum actu substantiam, ob eamq. caussam eius termini proximi sunt positiui, eaq. mutatio totius non est. Ergo siquis introspiciat eius argumenti formam, falsò assumptum fuisse videbit. Oppositionem contrariorum esse caussam primam motus, quippe quòd etiã præter id requiratur contraria terminos esse proximos transmutationis, qui cùm in substantia non sint: etiam faciunt, quò minus in substantia sit motus. Sed quoniam vrgebit quempiam auctoritas Aristotelis in substantia positiuam oppositionem esse negantis. Prętereà quoniam omnes illæ rationes quibus ipse motum à mutatione seiungit, tanquam inter se commeantia motũ accipiunt, atque contraria. Nam si ibi non est motus, quia nec oppositio, cùm sit in aliis mutationibus oppositio, erit igitur & motus. Postremò omne id quod fit, fit ex eo quod non est, quatenus non est, quod autem habet hanc conditionem, *quatenus*, id etiam est primò. Ergo in omni transmutatione ens & non ens erunt termini primi & proximi. Sic non discrepabunt alij motus à mutatione substantiæ. Ad eum locum Aristotelis, duo dicere licet. Primùm ipsum inquirere terminos proximos motus & mutationis, qui in substantia sunt esse & non esse. Nos verò tametsi collocauimus in substantia contraria, nõ idcirco dicimus ea terminos esse proximos transmutationis, sed remotos. Atqui à proximis terminis prima transmutationis ratio constituitur. Possumus etiam dicere, Aristotelem ibi monstrare subiectum formale transmutationis, hoc verò est in generatione tota substantia, neque sufficere oppositionem formarũ, ad id, vt mutatio substantiæ fiat inter contraria, quia cùm fiat secundùm totam substantiam, substantia tota toti substantiæ contraria non est, cùm ceteroquin accidentis mutatio proximè fiat secundùm formas solas inter quas est oppositio. siquidem accidentis compositio subiectum includat, quod est substantia, hæc verò in tali mutatione conseruatur, nanq; homo fit albus, neque consimile est subiectum in generatione, & ceteris motibus cum reliqui omnes substantiam actu requirant circum quam mutatio fiat. Et certè posterior hæc solutio valdè implet animum meum, quia redditur vera caussa, cur in accidentibus mutatio proximè fiat inter contraria, minimè verò in substantia. Sic fit vt oppositio nihilominus sit in substantia, non propterea tamen ea sit prima ratio trasmutationis substantiæ, à qua motus ipsius appellatio ducebatur. Et quanquam enitetur aduersarius ostendere oppositionem & motum esse reciproca, tamen neque id necessariò consequitur, neque postulas demonstrationis Aristotelicę progressus. quoniam Aristoteles argumentatur supposita ratione motus. Si oppositio necessariò quæritur in constituendo motu, aut si motus est, ibi quoque contraria reperiuntur, quæ.s. sint prima ratio motus, itaque efficitur vbi contraria non sint, quę sint prima ratio motus, neque ibi fore motum. Quod verò additur. Inter accidentia quoque progressum esse ab eo quod est ad id quod non est: fateor equidem, & tunc aio progressum illum constituere mutationem. Cùm verò instes: eos esse terminos proximos, quòd ex eo quod non est, quatenus non est, illa mutatio fiat: Respondeo, vel ibi non distinxisse Aristotelem mutationem à motu, sed vtranque communiter accepisse, & concepisse motum sub ratione formali transmutationis, vel intelligi vocem illã analogicè primum de substantia, deinde de accidentibus, nanque & in ipsis est progressus ab ente ad non ens. Ita vt ea vox, *quatenus* analogicè capiatur, non secundùm omneis illas conditioneis quæ 1. Post. descriptæ sunt: nimirùm quòd omni per se & necessario, necnon æqualiter conueniat aliquod attributum, sed hoc loco quòd vniuersè insit: siquidem in omni transmutatione sit ea terminorũ oppositio. Postremum quoque tollitur hæc machina. Cùm enim accipiatur, vbi sunt contraria, ibi esse intentionem & remissionẽ. Negamus. Cùm approbes. Omne plus & minus, inquiẽs, fieri ex mistura cõtrariorũ.

Dicimus

A Dicimus eam propositionem non esse veram simpliciter, sed id requiri, vt.s.intentio & remissio fiat eadem forma permanente, quod solum euenit accidenti. Accidit enim albedinem esse & in sexto & in octauo gradu, cùm sit diuidua. At in eadem substantia & in eo quod est esse magis & minus non est, quia manent in indiuiduo, & aliquo vel minimo dempto variantur, non secus àc numeri quibus si apponas aut demas vnitatem, continuò species eius immutatur. Dicimus igitur Aristotelem 5. Phys. loqui de illa intentione & remissione, quæ fit in eadem specie, hæc.n. sola fit ex admixtione contrarij. Postulant etiam plus & minus, si ex contrariorum temperatione nascuntur, vt fiant circum idem subiectum. Ita rarius & densius in cęlo sunt, sed in diuersis partibus, ideoq. ex contrariis non existunt. Præterea notatum est ex Alexandro quem quoque Simplicius est secutus, esse aliud genus intentionis & remissionis quod est ex humilitate naturę, quemadmodum in iis quæ sunt ad vnum, vbi rei natura numeris sibi quidem conuenientibus absoluta est, nihilominus vniuersam amplitudinem primi participati non complectitur. quemadmodum quantum quod est in suo genere perfectum, non tamen in eorum genere quæ sunt: nā declinat tantisper à perfectione substantiæ. Hìc item & plus & minus ex contrariorū admixtione non fiunt, & hoc accommodatur ad substantiam. Quapropter substantia magis minusue dicitur, vt sensilis, magis quàm vniuersalis, & species magis quàm genus. Ob eamq. rem dicebat B Alexander, etiamsi qualitates vtræque summæ non sint in pluribus elementis, ex contrariorū tamen admixtione tales non esse. Motus autem ibi est, vbi magis & minus sunt ex mixtura contrarij, & vbi talis mixtura plus & minus facit, ibi est motus: non aūt vbi plus & minus, ibi mixtura contrariorum & motus. De illa igitur intentione cùm verba faciat Aristoteles quæ nascitur ex miscella contrariorum, & vbi non varietur essentia, planū quòd illud plus & minus non pertinet ad substantiam, neque ex eo motus affinis est substantiæ. Quamobrem ad formam argumenti. Vbi contraria, ibi magis & minus. In substantia contraria. Ergo plus & minus. Propositio falsa est, probatio quoque fallax. Omne plus & minus ex admixtione contrariorum. Neque enim est vniuersè vera, cùm plus & minus sint diuersi ordinis, & tum ita fiunt, vbi eadem forma conseruetur, & circum idem subiectum, nec fit inæqualis participatio naturæ cuiusdam, quæ omnia secus se habent in substantia. Sed hæc satis.

De naturæ progressu vbi potestas cum actu commutatur. Cap. XXIII.

C QVAE nos anteà constituimus, illò pertinuerunt, vt intelligeretur in substantiæ generatione tempus insumi propter repugnantiam quæ ex diuersis formis existit, & varios formarum gradus qui inter se subiiciuntur quorum beneficio materia sic proficit in actu, vt paullatim amittat potestatem quam habebat ad formam succedentem, donec omnis extincta fuerit, & conuersa in actum accessu formæ, quo facto generatio completa est. contrarius cursus à materia tenetur, vbi tendat ad interitum. nanque ab actu remigrat sensim ad potestatem. Sed cùm vtrobique priuatio sit comes potestatis, nil aliud sibi volet extingui aut recuperari potestatem, quàm aut deleri priuationem, aut iterum poni. Cùm verò hæc omnia fundetur contrariis, nil erit aliud ortus & interitus, quàm extinctio & recuperatio formæ contrariæ. Ex quo efficitur, vt alterius ortus pari gradu cum interitu contrarij ad extremū vsque procedat. Quamobrem materiæ processus, siquādo contrario motu prius moueatur, quàm agatur à forma, nil aliud erit oīno, quàm concitari ad contrarium, neque fit materiam versus progredi, vt actus non sit superstes, cuius rei faciem verba primo adspectu afferunt. Neque enim potestas ab actu vnquàm reapse segregari potest. eaq. caussa est vicissitudinis contrariorum in eadem materia. Hic est igitur perpetuus D materiæ cursus ad formam & à forma, atque ille quidem prorsus secundùm naturam, qui est ad formam. Nanque ex illa est esse: id verò omnium optatissimum, & quò diuturnius, eò quoq. optatius, modo natura sustineat. Sed si calidum & frigidum formæ sunt, vt nos arbitramur, & ad calidum & ad frigidum cursus erit naturalis. Num igitur natura pari gradu respicit contraria? nequaquam nisi habilitatem &, vt sic dixerim, captum ipsius obserues, vtrorunq. enim pariter capax est: verùm non pari ratione ab vtroque perficitur, quod vnum potissimè spectat ipsa natura. Proinde ea non hic tibi seruandus in progressu naturæ proponitur, vt in præstantissimum natura contendat. Cùm igitur actus qui positiuè opponuntur ab Aristotele veteribusq. philosophis vno omnium consensu distribuantur in perfectos & imperfectos, plus & minus; & perfecti quidē vt entia reputentur, imperfecti verò vt priuatione. quemadmodum esse est à forma, non esse verò à materia, sic alterum ex oppositis quod perfectius est, formæ tribuetur imperfectius autem proprium materiæ censebitur. Itaque tum fuerit verè tendere ad formam, sicuti ad perfectius è contrariis natura concitetur, vbi ad oppositū natura propendeat, hoc erit tendere ad materiam. Neque id vniuersi constitutionem speculantibus erit creditu difficile. Vnum est enim primū (id verò nunc, quia cum cōmuni hominum sensu congruit, pro cōperto habeatur)

à quo permanant vniuersa bona,his quidem illustrius,illis autem obscurius,quod summè expetendum est, ideoq. huc omnia sese conuertunt. Ex eo proxime forma & actus existit, & quo vicinior, eò perfectior: cętera quasi non habeant,ab illo impetrant: Et quò magis igitur ad perfectius aspirant,eò magis naturæ ordinem retinebunt: ordo autem maximè secundum naturā est. Pone ergo tu duo principia in natura ab vno illo primo pendentia quæ longissimo interuallo disiuncta sunt, materiam.s.& formam. Habent vtręque propria consequentia, siue adnexa quibus cum maximè congruunt, & optimè consistunt, seq. ipsa tuentur,vt locum, temperiem, cęteraq. huiusmodi complura. Habent & id vt vtræque sui ipsarum salutem expetant,& hoc.n. cuique natiuum & insitum est. renituntur certè & licet ea victoria maximè secundùm naturam sit,& simpliciter, qua superior abit forma,tamen quòd neque omnino præter naturā est victoria materiæ: quoniam formæ salus est etiam communiter salus materiæ,sed materiæ salus suaipsius propria est, etiam quòd tendat natura à contrario perfecto ad imperfectum, est quoquo modo secundum naturam. Hinc oritur in ipsa transmutatione resistentia & ob eam rem successio & tempus. Nam cùm ab initio quæque mutatio cum interitu obeatur, eum declinante natura, quantum potest, quoad licet, suapte natura reclamant: itaque cùm sese expedire possunt ex vsu capione formæ, in suum cuiusque proprium, ac pristinum statum libentissimè reuertuntur. Et talis est hic cursus, qualem descripsit nobis aliquando sapientissimus ille vates grauissimo carmine, & elegantissimo simili confirmauit,

-Sic omnia fatis
In peius ruere & retrò sublapsa referri
Non aliter quam qui aduerso vix flumine lembum.
Remigiis subigit: si bracchia fortè remisit;
Atque illum in pręceps prono rapit alueus amne.

Sed cùm aliunde bonum existat,plus retrahit infinitas & cōtumacia materiæ, quàm promoueat efficacitas formæ, Nam,quemadmodum puluis qui attollitur à vento,demum delabitur in terram,vnde sublatus est: sic res à materia deductæ in formam, ad extremum in materiam ex qua constitutę fuere,dissoluuntur. Quamobrem omnia orta occidant,& aucta consenescunt.Itaque in materiam, hoc est in statum imperfectiorem quem alterum oppositum affert ad extremum remigrant. Atque hic quidem est verus & fixus naturæ progressus, hunc eundem alia, quo ad possunt, imitantur. Nanque euenit sæpe,vt cum iam materia cessit in dominium formæ, & adhuc viget eius imperium, forma item afficiatur,& eadem quoque ab hoste afflicta vim affligentis excutiat,& quod illi aduentitium est & externum, deponat, propereq. morem antiquum recuperet eundem cursum tenens ac materia. quanquàm obtinet materia demum,vt,quantumuis potior natura laboret,deterior tamen temporis successu dominetur. Pete exemplum à vapore qui propter materiam frigidus est,calidus verò propter formam. Finge tu nunc vaporem affici à frigore,quia calorem tantisper imbibit, frigus quasi externum est. proinde,nisi superet frigus, ipsum respuit,& rursus incalescit,quasi in formam suam connitens. Sed cùm frigus illi natiuum sit pro natura materiæ, tandem exuit calorem,& paruo negocio conuertitur in imbrem. Ita fit, vt obtinentibus materiæ conditionibus,& patibilibus principiis intereat compositum,materia resurgat,& singula demum resoluantur,elementa perfectiora in imperfectiora,velut in materiam, per interitum simplicem, mixta verò per putredinem & resolutionem quę cęteroquin à generante conditiones formę consecuta fuerant,veluti vapor qui à generante leuitatem impetrauit,cùm tamen propter materiam grauis existat. Quamobrem facilè videre potes,quemadmodum alterum è contrariis quod est imperfectius cum materia congruat; eiusque sit ita affine,atque adeò præpotens, vt materiam vendicet à seruitute formæ;magis enim illi natiuum est, quàm id quod est perfectius. siquidem perfectius,cum propinquius pendeat à primo quod separatum est, magis disiunctum,atque alienum videtur. quapropter etiam minus potest ad extremum, insito & natiuo perpetuò superante. Hæc igitur est radix vniuersæ pugnæ in natura,& omnis successionis cùm in formis, tùm etiam in tempore, siue in accidentium productione, siue etiam in ortu substantiæ.

Pro iis qui prima contraria in natura priuatiuè opponi defendunt. Cap. XXIV.

NON desunt,vt diximus,aliqui qui prima contraria non quidem positiuè,sed priuatiuè opponi credant,siue forma & priuatio prima rerum principia ponantur, seu speciatim calor & frigus in primorum corporum mutatione Aristotelis auctoritate commoti qui prima rerum omnium generalia principia formā statuat & priuationem & 1.Meteor. frigus ex absentia luminis exoriri doceat, ex quo prima corpora vel constituantur, vel saltem forma describatur, quæ verè pręesset elemento quòd sit. Verùm quia nos priuationem & formam,non re,sed secundum

rationem

A rationem & mentem priora esse censemus,& quæ in alia longè priora secundum naturam & specialia resolui possint : sunt enim de genere communium ad vnum : de primis oppositis in natura secundum rem verba faciamus, ea verò sunt opposita prima in elementis, aut calor & frigus, aut eiusmodi principia,ex quibus hæc tanquam propria nascantur,& illud nunc agamus,quemadmodum ab eo genere oppositionis successio proficisci queat. Nam difficile videtur ob multa incommoda quæ hoc placitum consequuntur, de quibus mox est dicendum. Et nobis quidem,qui redire ad materiam,non simpliciter accipimus,ita redire ad potestatem,vt funditùs omnis actus amittatur, sed redire ad potestatem,quia solùm præsens intereat, & remaneat pura potestas quæ fundatur opposito, vt in absoluta siccitate potestas absoluta ad humorem, accidit, vt dum dicitur redigi res ad materiam,sit,cùm materia contrarium imperfectius accipit, quod suæ ipsius naturæ conuenit,& cùm sit vtrobique processus ab actu & ad actum, sed nunc quidem ab imperfecto ad perfectum,mox à perfecto ad imperfectum, & pugnam & partes in materia, atq; inde tempus ponere succedit. Verùm fac modò tu puram priuationem, vnde hæc in generatione substantię ? aut igitur nullum in ea tempus,aut non sola priuatio primam oppositionẽ constituit in natura. Proinde ita illis fingenda est in materia nuda facultas, qua se omni forma spoliatam esse contendat, dum statum suum proprium affectat,& faciendum est, vt quod nos contrariorum beneficio tribuimus, soli materiæ per seipsam tribuatur, & propensioni materiæ quæ ex toto formæ aduersatur, danda est vniuersa repugnantia quæ in interitu & ortu perspicitur. Hoc sic decernendum illis est. Nos sanè qui materiæ solùm potestatis ingenium concedimus,potestas autem est non ens, id verò quod non est,quatenus non est,non appetitur, sed actus appetitur, appetit potestas, vt colligitur ex Aristotele [a] probabilius esse putamus, si actus item adiungatur ad materiã in quacunque mutatione, ad quem eius appetitu ducta quandoque recurrat. Verùm fac ita esse prima opposita, pone appetitum in materia ad esse sui proprium status priuationem propriam esse materiæ. hæc tibi diluẽnda sunt. Nam priuatio cuiuspiam rei forma ponatur necesse est, vt terræ frigus. Itaque cùm frigus & ariditas materiam consequantur, & hæc terram efficiant. Ergo terra est ipsamet materia. Præterea si vnum ex his materiæ proprium constituitur, quo pacto dicitur materia esse vtraque potestate ? Tum etiam quemadmodum corrupto isto quod materiæ proprium est,materia conseruabitur. Vltimò, si pugna inter materiam & formam est caussa resistentiæ & successionis, cur etiam in mutationibus quæ perficiunt, cum priuatio propria sit materiæ, habitus autem formæ, vt tenebrę & lumen ; ibi quoque resistentia non erit,neque tempus ? hoc autem eò pertinet,vt intelligamus,si priuatiuè opponuntur formæ naturales, cur materiæ puncto temporis non adueniant,sed tempore producantur, si illa placent quę suprà de substantiarum successione disputauimus. Hæc si cum superiore quęstione consentire debeant, postulant, vt actum distinguamus & latius patere doceamus, quàm vulgò censeatur. Nanque actus eius esse dicitur,quod per se consistere potest; neque ita,quia sit quicquam alterius, in quo differt à potestate & priuatione : quandò id quod hæ sunt, semper actum respiciunt. aut,si fortè actus ille respicit aliud, hoc contingit secundum formam, vt cùm dicitur album nigro esse contrarium,vt si dicatur actus alicuius potestatis. Funditur item actus ad priuationem,vt si prædicetur actus de tenebris : significat.n.præsentiam rei cuiuspiam, quæcunque illa sit,ita vt dici verè possit. hoc esse nunc,siue ens,seu non ens, qui sanè actus nihil addit subiecto,nisi id solùm quod notat vnà. quamobrem per se & formaliter nihil est,sed explicatur vt absentiæ formæ tantummodò. Vt igitur priuatio est actus ex actu & esse : sic quoque ex priuatione erit esse & priuatio forma in iis quorum esse certa priuatione terminatur, cuiusmodi nunc ponitur terra. Quòd si actum quempiam priuationi subiici velis,vt nos anteà decreuimus,cuius status certa perfectioris formæ significatione notetur,accipe cõmunem illam corporis formam, cùm terminos ex toto consecuta sit,aut mox cõsecutura,in quo corporis natura consistit. Neque te deterreat,quominus ita decernas, quia tantum absit, vt corpus sit natura priùs quam elementum,& calor & frigus, vt sit etiã natura posterius,quòd omne esse sit à primo, & esse eorum quæ intra ambitum cęli continentur, sit à cęlo per calorem & frigus, itaque & hæc priora natura : quandoquidem multa sunt quæ scrupulum hunc ex animo tibi euellere queant. Primùm,quia calor & frigus nonmodò vim habent constituendi, sed etiam sunt instrumenta cęli quibus alias virtutes elargitur. Deinde, etiam si sint instrumenta, non sunt vniuersalia medioq. vacantia, sed adhuc pendent ab aliis principiis longè prioribus & cõmunioribus quę sunt lumen & motus, quorum beneficio vis diuina per vniuersum diffunditur,cuius inopia pro suo cuiusque captu nil patitur laborare natura illi bonitatem essentiamq. contribuens. In his igitur nil prohibet esse alias vires,omni caloris frigorisúe opera circunscripta,vt puta rationem corporis, lucidi,pellucidi,quandò priusquam sit calor ex lumine & motu necesse sit præstò esse quod moueatur & accipiat lumen. Tertiò,quia tametsi calor frigusq.constituunt, non id simpliciter faciunt, sed præfinitos terminos requirunt, quid igitur vetat,quo minus, antequàm ad eos gradus deducta sint,

(margin letters B, C, D at corresponding positions)

[a] 1. Phys. T. 81.

afferant item formas imperfectiores? instrumenta enim sunt, quibus agere aliquid etiam vltra proprias vires non disconuenit. Ergo cùm sint instrumenta, non semper agant, vt constituentia, non sint prima & vniuersalia, nec semper sit absoluta, non necessariò id efficitur, quod opponebatur, nempe, vt natura præcedant formæ corporis, siquis eam defendere velit. Hac posita liquet, quemadmodum materia separetur à terra, est enim terra actu quippiam, cùm materia sit omnia potestate. Sed adinuemus etiam caussam quantũ possumus, ac formã corporis hic reiiciamus. Ita ergo terram fingamus, vt quanuis actu sit, & materiæ conditioneis acceperit, & denique nihil reapse distet à materia; tamen, quia mens nostra in ea priuationem cęterarum formarum intueatur, ex huiusmodi generali priuatione certum quendam actum eius substantię propriũ concipiat quo separetur à cęteris, & ita portionem illam materiæ conspiciens quæ grauissima est, frigidissima, itemq. aridissima, per taleis differentias hoc aliquid constituat, quod terram vocamus, neq; respiciat, sit'ne ea res alterius formæ subiectũ, aut aliud quid esse posit, sed illud solum, quòd aliquid existat à cęteris corporibus separatum, ac sensilibus quibusdam differentiis præditum, siue illæ differentiæ per se sentiantur, seu per accidens, siuè positiuè, seu priuatiuè. At materiæ notio non ex eiusmodi attributis excipitur, sed ex eo, quòd respiciat aliam formam, & habeat adnexam potentiam alterius oppositi, & subiecti locũ teneat, quod cùm aliena forma vestiatur, non sit hoc aliquid per se. Quamobrem, cùm illud ex quo terra constabat, cum alio commutari cernatur, retineri verò materiæ potestas & ratio subiecti in omni mutatione: ex hoc efficitur, vt terra corrumpatur, nec sit amplius idem indiuiduum, quod anteà fuerat, materia superstes sit. Nam, quod de virtute illa prædicatur quæ vsque ad terræ centrum delabitur, verè sanè dictum videri posit, sed minus appositè: quandò ita affici terram, est eius statum in meliorem mutare, non veterem retinere. Præterea definire terram per illa contraria, per quæ definitur, non esset explicare eius essentiam, sed partem atque illam præcipuam prætermittere, nam sic solum differentiæ caperentur quæ originem trahunt à materia quæ à superiore principio deriuantur, & formam respiciunt, quæ potissima pars est essentiæ, negligerentur. Etenim siccitas & frigus materiæ sunt, vsque adeò, vt cum ipsa perpetuò consistant, vt etiam dum factus est ignis, eadem in materia, vel etiam Aristotele ipso auctore conseruentur: ac, si non actu retineantur, propterea quòd à contrario vincuntur; attamen custodiatur habitus, & actus ipse temporis processu redeat. Ideoque (vt veniam ad secundum) materia dicitur habere potestatem ad vtraque contraria. Nec ob id adest repugnantia, quandò duo quidem actus repugnent, vnius verò habitus & alterius actus haudquaquam: veluti quòd impurus leno in quapiam fœmina sit temperans. Non obstat etiam illud, quòd vnum è contrariis sit eius propriũ, quia materies habet affinitatem cum forma, neque solùm suamipsius propriam salutem expetit, sed in præstantius quoq; principium tendit secundum naturam duplici propensione pollens, altera quidem quæ instituitur ad aliud, nempè ad formam, atque altera, cuius beneficio relabitur in proprium statum. Cùm igitur aliqua ex parte labefactetur ipsius ingenium nouæ formæ præsentia, quasi propriam naturã exuit. Ob eam rem apparet in materia potestas ad illam, & quoniam ipsa cõstat ex priuatione formæ præsentis quam expetit, vt seipsam naturæ ordine tueatur; ideò potestatem habet ad alterum è contrariis, quod inest ipsi ex propria naturâ, reliquerat autem, dum transmutaretur in melius. Neque tamen, quanuis illi foret naturale, quicquam propterea detrimenti substantia ceperat: virtus enim ipsa remansit, & quod immutatum est, ab ea ratione & essentia distinguebatur, nimirum vt actus & habitus, vt in subiecto mouens & potestate ad aliud, nihilominus, quia secundũ naturam insederat, ad ipsum sponte reuertebatur, & quandocunque à potiore principio superata non esset. Atque ita tollitur tertia difficultas. Cęterùm hoc accidit in primis materiæ transmutationibus & primas illas formas attingit, quæ sunt elementorũ. nanque in cęteris adest semper actus quidam vltimus & perfectus quibus priuatio certa, & perinde certa propensio comitatur & habilitas quæ proxima est caussa mutationis, & cum actu illo cui adnexa est, amittitur. Inde est, vt commutatio inter primas elemẽtorum formas intercedat, quia.s. materies habilitatẽ ad vtrasque conseruet, inter cęteras autem minimè, siquidem vnà cum actu pereat habilitas. Sed hisce transmutationibus atque perficiẽtibus (id quod quarto loco dubitabatur) hoc interest, quòd aliud est illud materiæ genus, & formæ renititur, & retro, quantum potest, refertur. At conditiones subiecti circum quod fit transmutatio perficiens, nihil omnino repugnant formę, neque ipsam quasi retrahunt ad antiquum ingenium & forma ipsa semper ab externo pendet, nec insinuatur in materiam, & quodammodo imbibitur, & quemadmodum nos in corrumpẽtibus ipsis perspicimus: nam, dum pendent adhuc ab efficiente, nec factæ sunt naturales, vt passiones, facilè abolentur, sic hæ, multoq. minus insitæ sint, & absunt in instanti. In corrumpentibus contrà materia formæ reluctatur, dum tueri seipsam studet, hoc autem formam deferendo contingit, & intrinsecùs ad id properat, quæ alioqui formam ab externo quasi victa consequitur, tametsi propter potentiæ mutationem imbibita est & insedit intrinsecùs. Et quia plus valet internum, &

simul

A simul extrinseco renititur,& tandem exuit formam. Hinc illa successio & mora in productione substantiæ. Ex his collige nunc duplex genus priuationum: nam ponunt quædam materiã solam,atque illam quidem,licet per se maneat,tamen aliquid extrinsecus appetentem,vt eo per se finiatur, perficiatur, & in eo quiescat, nisi fuerit impedita. Priuationes aliæ sunt, aut certi quidam actus,aut ipsos certè consequuntur, & ad eos materia quasi recurrit, vt tum secundùm naturam se habere videatur, quando illos recuperarit, nec vlterius ipsa sponte sua procedit,reliquis proprius eius appetitus non terminatur,sed flagitat assiduè quippiam, à quo suscitetur, & potiore oblato quasi distrahatur à sua natura. Ab illis denuò circulus exoritur qui completur ex duobus progressibus primo quidem qui est ad formam, altero verò qui est ad materiam. Sic in elementis per varios naturæ cursus & organorum constitutione est progressus ad animal, & per eorundem dissolutiones est reditus ab animali ad elementa: rursus per consimiles,& quodammodo rediuiuas motiones ab elementis reditur ad animal. Quòd si rursus opponas, quonam habilitas ista fundetur,an materia simpliciter, an etiam actu illo materiæ à quo ipsam informari diximus, vnde prima illa corpora extiterunt. nam si materia fundatur, ergo materia per se formata erit, non autem informis. Etenim esto quòd habilitas ad omne rerum genus materiæ concedatur, hæc non est huiusmodi,sed ad perfectiores formas, & certa igitur; atqui certa non
B nisi ex actu certo erumpet, si verò actu qui sit à materia diuersus, sequetur plures formas oppositas vnà manere posse, nec formam præcedentem accessu nouæ collapsuram. Dicimus enim pro his materia sola fundari, quia sint materiæ conditiones, sed formas esse, non sanè materiæ, verùm terræ. Et cùm materiæ vis sit duplex, vna quæ suiipsius salutem respicit; altera qua nititur in formam præstantiorem: per id quod familiare & internum est,terra quidem est,per habilitatem,ad externum est materia: sic efficitur, vt materia per se sit informis, atque idonea suscipere alias formas per quas cętera corpora cõstituuntur,neque remaneat forma vetus,quòd actus ille extinguatur per quem est terra,& quo contenta erat priusquam ab agente opposito mutaretur,neque enim amplius aliis formis superuenientibus est terra, sed planè materia, Nanque solùm superstes est habilitas (iam enim sic *ἐπιτηδειότητα* verto) quæ est natura & essentia materiæ, neque repugnat formæ futurę,quandò etiam ea præsente conseruantur materiæ vires,quatenus est materia. Ita igitur actus ille per quem est terra,non manet: manet autem habilitas materiæ quæ fit nouum hoc aliquid propter actum extrinsecus accedentem, etsi ita accipiatur actus & principium per quod est aliquid, separatũ ab aliis corporibus cum habilitate ad alias formas,
C etiam priuatio semper cum actu consistit. Proinde sic accipiemus, vbi dicitur priuationem actu fundari, vel quòd alia forma subiiciatur, vel aliquid ipsi respondens, vnde existat hoc aliquid, quomodocunque se habeat. Itaque hoc modo propositas difficultates euertere licebit,si defendere libeat frigus esse priuationem. quod non planè videtur abhorrere ab Aristotele,si ea quæ de sublimium rerum primordiis scripsit, diligentius tractes, & quod fortè natura non præstat, si mente velis rerum naturalium mutationes in extrema vsque elementa resoluere. Quamobrem etiam atque etiam te hæc diligenter obseruare iubeo.

Quodnam propriè generetur & quid alij censuerint. *Cap. XXV.*

AT verò cùm generatio sit substantię: substantia verò triplex,materia videlicet forma,& cõpositum, quo pacto se habet ad omnem substantiæ partem ipsa generatio? Porrò quanuis hæc quæstio videatur eius esse loci quo de generatione singillatim verba facturi sumus: quia tamen potest complecti generatim quancunque transmutationem, quandò è tribus eisdem analogicè principiis quælibet mutatio constat, idcirco etiam visum nobis est rem hanc inter commu
D nia theoremata motus pertractare. Cęterùm rationes & loca quædam Aristotelica persuadent à generatione quomodocunque denominari omnem substantiæ partem:nam de materia & composito satis apertum est ex Aristotele cùm alterum appellet *τὸ γινόμενον*.i.fiens;alterum verò *ὃ γίνεται*.i.quod fit primo illo nomine significans illud quod aliter nuncupamus terminũ à quo, quod sanè alteram naturam assumit per transmutationem,& in se cõtinet priuationem (ita enim semper nos priuationem referimus ad partem termini à quo, natura oprante res esse quod assequitur per generationem) hoc autem est materia, aut quod rationem materiæ continet, atque materia quidem in generatione substantię: quoniam huius solius subiectum est potentia duntaxat: aliarum verò mutationum ipsa substantia composita, quoniam accidentia non separantur à substantia quæ sit actu, & omnino quodcunque nomine subiecti exprimitur, cuius hę solent esse conditiones,vt transmutetur recipiens nouã formam, propterea semper in potentia, & quia nulli oppositum in omni transmutatione sit superstes. Quanquam verò etiam mutatio substantiæ composito fundari videtur, siquidem ignis est,qui conuertitur in aërem, at nosce id non esse per sę primò; verùm,quia continet in se materiam quæ primum est transmutationis subiectum,

& formã quæ, cùm sit altera pars oppositionis, est ratio per quam materia sic mutatur, vt non aliter mutari possit. Itaque non remanet tota substantia. Secus in accidente. Quocirca substantia composita subiectum est accidentis. Verum neque aliter substantia composita subiectum est, quàm vt accipiens. neque enim perficitur accessu noui accidentis; quinimo per subiectum eiusmodi perficitur accidens. Nisi quòd etiam hoc subiectum è materia constat quæ per se potentia est hoc aliquid, hoc quantum, & hoc quale: item potentiam ad accidens ad substantiam compositam transferamus. Quod autem fit compositum, in quod euadit illud quod anteà mutabatur. Verumenimuerò hæc omnia melius intelligentur posthàc, sufficiat autem nunc, quòd materiam & compositum attingit τὸ γίνεσθαι. i. fieri. Quod item τὸ γίνεσθαι & fieri pertineat ad formam, ratio confirmat: quoniam generatio videtur eorum esse quæ contrahunt esse, cum antea non essent, huiusmodi autem est forma. Atqui & incontrariam partem dubitari solet. Tùm quia materia est ingenita, tùm etiam quoniam vbi est compositum, ibi terminus est generationis. At terminus generationis non generatur; ergo neque compositum. Accedit eodem, quod fieri & factum esse sunt distincta: verùm de composito dicitur factum esse, itaque non fit. Hæc sanè controuersia varios exitus inuenit apud philosophos, concedentibus quibusdam formam generari primò, eaq. genita fieri compositum. nonnullis item distinguentibus de modo quo generatio conueniat materiæ, formæ, & composito, ac dicentibus id quod generatur, aut generari tanquam subiectum transmutationis, aut veluti terminum eius, ac priore modo concedũt generari materiam. posteriore verò formam & compositum. Ne sit verò idem modus quo generatur forma, & compositum, rursus hunc generationis modum partiuntur, dicentes compositum generari, vt quod, formam verò, vt quo; illud quidem, vtpote cuius gratia fit omnis generatio. generatur. n. id quod generatur, vt sit compositum; hæc autem, quia generatio per ipsam fiat. nisi. n. accedat materiæ forma, non fiat compositum. Calaber autem adscripsit vniuersam rationem generationis ipsi materiæ. Neque defuerunt qui dicerent esse aliquem actum materiæ proprium qui per generationem pararetur. Certè si generari propriè duo postulat: primum, [a] vt sit post generationem, deinde vt requirat aliquid sui, quod præcedat: hoc autem est materies & forma: neque. n. fiunt hæc, cùm materia sit auctore Philosopho, ingenita & incorrupta; forma verò simpliciter antecedat in efficiente, [b] quoniã neque forma, neque materia sunt hisce conditionibus prædita, fit, vt propriè non generentur, sed si fortè, communiter. Neque id mihi prorsus arridet: generari materiã, quis enim vendicat semen fieri? sed fit forma in hac materia. Proinde dicitur semen fieri hominem: addito semper eo quod remanet post generationem, hoc verò cùm sit compositum, propriè fieri dicitur compositum. Et sanè vtraque conditio conuenit illi, quæ illorum est quæ propriè fiunt. præcedente quodam, quod sit eius pars, nimirum materia & remanente ipso post generationem & forma quæ posita erat in sinu efficientis. Nanque id absurdissimum, esse actum quendam materiæ proprium qui per generationem contrahatur: quo enim pacto potest esse, si extra ipsam est, & separari potest, cùm accedat extrinsecus veluti posteà dicimus? quòd si proprius est, quia conueniens: quoniam scilicet ad illum habeat propensionem, profectò videtur eiusmodi esse forma: ducitur enim illius appetitu, & ipsa informatur. quo fit, vt eò redeat quæstio, vnde ortum initio duxit. Sed illud mihi suspectum, vtrum'ne verus finis generationis, habendum sit compositum. an potius forma, nanque ea qua testatur Aristoteles, mihi persuadent in formam intendere primò naturam, cùm enim caussam redderet, [c] ob quam vis generandi sibi simile viuentibus attributa sit, mõstrat naturam consuluisse speciei conseruandę: quandò animatum sit proptrr animum. Quamobrem, siquidem vera est ea propositio, propter quod vnumquodque tale est, etiam id fore magis tale animus ipse multomagis erit, quàm animatum. Vnde etiam legimus Aristotelem alentis animi officia numerantem, sibi similis propagationem maximè naturale posuisse; nouimus autem propagationem ad speciei salutem fuisse institutam. nanque alens facultas ipsa per se est indiuidui conseruatrix: quare si esset indiuiduum σκοπιμώτατον naturæ τέλος, alens, non gignens esset vix maximè naturalis Quin etiam ipsa natura videtur per se & primò spectare formam, cùm ipsa accedente continuò cesset à motu, vt quasi materiam illi substrauerit, quoniam aliter existere non possit, atque id iure optimo: nanque, vt sępe dictum est, imperfectius ordinatur ad perfectius, & generatio compositi se habet veluti consequens, cùm existat, tum quando forma extitit, & imposita est in materia. Ex quo etiam laudo Zimaram qui inuehitur in Scotum existimantem ad indiuiduum naturam primùm intendere, cùm alioquin ipsum ob speciem requiratur & species propter formam, quam quoque Themistij sententiam esse comperimus.

[a] 7. Met.

[b] 12. Met.

[c] 1. de ge. an. cap. 1.

E F G H

Sit'ne

A

Sit'ne forma composito perfectior. *Cap. XXVI.*

NON poterat hoc mente concipere doctor ille subtilissimus, quia credidisset vniuersalem formam contrahi ad indiuiduum per aliquam essentiam indiuidui cuiusque propriam, & quę communiores formas veluti materiam terminaret. Neque vidit etiam effici ex hoc, vt indiuidua secum essentia differrent. ac si materiam sensilem quacunque ratione seuocaremus ab indiuiduo, fore vt natura redderetur vniuersalis. quod etiam latuit Zimaram, qui naturam singularem, sine materia consistere posse censuerit, Neque enim aliud est è singulari efficere vniuersale, quàm à materia sensili segregare formas, & eas spectare sine materia: quanquam omneis huius sententiæ patronos hoc erroris sui condemnat, quòd cùm reddere conantur rationem, cur forma quæ per se vniuersalis est, indiuidua fiat, ad efficiens signatum, vt aiunt, & ad signatam materiã confugiunt, atque id necessario. neque.n.forma, quæ aut per se vniuersalis est, aut potius ab vniuersitate & singularitate separatur, intus habet, vnde possit esse singularis. Sed hoc misso quod est alterius loci, cùm Aristoetlis, & vnà sapientissimorũ hominum sententia fuerit formam esse primum finem generationis & indiuiduum existere & per formam & propter formam, quasi natu-
B ra in formam contendens materiam ipsi substrauerit & ex earum coniunctione produxerit indiuiduum, & vt pendens à suo fine principali. Vnde etiam formam omnium rerum nostratium perfectissimam esse docuerint. nunc illud agamus, vt hoc alioqui rebus tractandis non inutile declaremus. Nam poterat aduersarios inducere ad ita credendum. Primùm (summa enim capita hîc attingam) quia compositum esset vt totum. atqui totum perfectione partibus antecedit, nihil etenim illi deest, deest verò partibus. Tùm quia per se generatur compositum, forma autem per accidens, vt etiã generatur sic est, quare item per se est compositum. Tùm item, quia plureis includit perfectioneis, cùm præterea contineat perfectionem materię. quandò etiam materia participat illud bonum quod ab ipsius datore permanat ad vniuersa, & ideò in numero bonorum & τῶν νοητῶν.i. intelligendorum videtur esse & ipsa reponenda; loquimur autem nunc de substantiæ principiis, & de illo composito quod directò refertur ad substantiæ prędicamentũ. Cęterùm qui ita dicunt, ignorare videntur Aristotelem, docuisse nonnunquam parteis quasdam esse toto priores, [a] ideoq. in definitione totius accipi, contrà posteriores nonnullas & à definitione totius expungi, potiusquàm per totũ definiri, cùmq. edissereret, quæ'nã partes illę forent quæ [a] 7. Met. T. 37.
C ad totius essentiam pertinerent, formæ partes esse constituit, quæ contrà se haberent, materię partes esse monstrauit. signo id est, aliquam materiam per se partem essentiæ non attingere. Si igitur hę partes in definitione non assumuntur, non dant esse: si non dant esse, cùm perfectio comitetur essentiæ, multò minus perfectionem communicabunt. quinimmo ratio dictat, cùm compositum ex eiusmodi principio constet, ab illo participasse, quicquid habet imperfectionis. sicut etiã censeo pulchritudinem formæ ex materiæ societate contaminari. verùm hoc necessitati naturæ est adscribendum. nam forma sine materia non existit, quapropter hoc malum accipere cogimur, vt eo bono fruamur, ideoq. forma per ipsam composito perfectior est. Sed cùm semper existat in materia, nulla est formæ perfectio quæ non sit in composito. verumenimuerò cùm emanet à forma & in toto sit ex huius primi participatione, iure optimo perfectio priore loco formæ tribuetur. Proinde non sequitur absolutè. Totum est. ergo perfectius partibus. Secundò assero totum spectari dupliciter, aut secundum materiam, idest, quatenus existit in suis partibus, aut secundùm formam, idest, quia sit consummatio partium. Cùm enim fiat omnis huiusmodi compositio ex potestate, & actu, nec vnum ab altero diuelli, & sine socio consistere possit, in toto est
D vtriusque partis absolutio. si secundùm materiam spectetur nihil omnino ad perfectionem, in ea enim ratione nulla caussa perfectionis attenditur, si secundùm formam: adest perfectio quidem, sed cùm omnis à forma deriuetur, non erit sanè propria compositi, sed illius principij, à quo communicatur. ideò nascetur a forma. Quapropter formæ adscribitur esse continens: neque id, vt vas, aut aliquod interuallum, sed quia terminet infinitatem materiæ, & faciat, vt sit id quod est, & quia tum hoc perfectum dicatur, vbi præsens fuerit tale principium. Ergo prius totum erit ea ratione forma, posteà totum id quod ex forma constat. Quare etiam forma primò perfectior, mox perfectius totum. ac si perfectum quæ vox est ambigua, Gręcè liceat interpretari, toti adscribam τὸ τελειωθὲν sub figura patiendi, quia perfectionem assèquatur ab alio: τέλειον appellabo formam, quæ per se ipsam perfecta sit, & ἐντελέχειαν, vt alibi diximus, quia τὸ τέλειον ἔχῃ. Neque illud obstabit, quòd compositum generetur per se, forma verò per accidens, nam si per se accipiam, quia id à natura intẽdatur, dicam per se tribuendum esse formę, potiusquàm cõposito. Veruntamen si subiectum spectabo, cui conueniat id quod generari dicimus, hoc est, aliquid sui fi igitare, & ab eo, quod non est, adesse deduci, id contrà composito adscribam. forma enim est, non fit, neque est diuidua, sicut compositum, ab illo primo ducam perfectionis originem, ab hoc

postremò non item; ac si velim imitari Aristotelem, generatationem formæ tribuam δι᾽αὑτὸ .i. propter se (hoc verò opponitur ei; quod est alterius gratia) compositum verò καθ᾽ αὑτὸ .i. per se (opponitur autem ei, quod est κατ᾽ ἄλλο) quia forma sit ipsa, cuius gratia reliqua propter formam, aut ex forma: compositum habeat in seipso caussas generationis. Neque me torquebit quòd in toto existat materia cui per se aliquis perfectionis gradus conueniat, quem pendenter participet compositum. Nam quamuis ipsa sit aliquid per se, & reponatur in numero bonorum & intelligendorum, vidi etiam Aristotelē, ipsam in eorum numero collocare, non quia sit, est enim, vt ipse inquit, non ens, sed quia possit esse. cùm verò hoc respiciat formam, planè quòd sit, & bona, formæ acceptum referat oportet. Quòd siquando compositum magis substantia ponitur, hoc non aliundè proficiscitur, ac quòd hominum fama id pro substantia recepit, quod maximè existebat; eius principia, quia reconditiora forent, obseruare noluit; & peritioribus consideranda reliquit. cùm verò vnus hominum talis esse debeat, qualis vulgò tenetur, eadem via philosophi quoque insistentes compositum & indiuiduum maximè substantiam esse approbarunt. Aliqui opinantur compositum esse finem cui, quapropter opponitur ipsum esse perfectius; videtur.n. hæc species finis alteri præstare quæ est cuius gratia, itaque respondetur non omnem finem cui perfectiorem esse, siquidem homo finis cui ponatur ad omnia, neque tamen homo est omni natura præstantior. Atqui homo non simpliciter est finis cui, sed quodammodo, [a] ideò nego libentius compositum ad generationem esse finem cui, sed ex coniunctione formæ cum materia, veluti consequens, existere. Illud equidem, cui in forma duplicem gradum spectari posse, vnum. s. cum iam producta est, & ab efficiente materiæ contributa, & sic propter materiæ societatem in mouendo mouetur. Alter est, quo est actus quidam, & in mouendo non mouetur, vt cùm subit rationem finis. hîc est functio, vt ab immobili, & ideò sine societate materiæ, quare vt rei separatæ eo modo, quo formam materiam concretam separari contingit. At quantò præstantius est hoc munus, quàm formæ, vt est in materia, sic à materia separata videbitur esse pfectior. Et, nisi fallor, hęc ratio cum progressu naturę maximè consentit, siquidem id quod inest, aut inest præcipuè, aut ordine quodam & secundò. Quòd si secundò, & propter aliud. & alij multo prius inerit, & per illud cęteris inhęrebit. At cùm duo rerum principia sint in vniuerso longo interuallo disiuncta, potestas, & actus, materia, & forma. quid aliud concludere licebit quàm quòd ab actu perfectio, à potestate imperfectio communicabitur? Ac si ex permixtione vis oppositorū summa refringitur; ex secretione restituatur, & intendatur: quid aliud existimabimus quàm quòd ex materiæ participatione formæ perfectio labefactetur, ex eiusdem secretione pristinas conditioneis recuperet? Hęc sanè non tam vera, sed magis Peripatetica videntur. Quibus addamus & hoc Peripateticum duplicem esse materiam vel intelligendam, vel sensilem, ac cùm materiæ tribuitur imperfectio sensilem accipi, siquidem intelligenda sit formæ pars, quæ & ipsa aliquid confert ad perfectionem.

[a] 6. Eth, c. 7.

Auctoris decretum in medio ponitur de eo quod propriè generetur. Cap. XXVII.

HACTENVS ea recitata quæ locum dubitationi dedisse videntur, nunc illa afferenda sunt quæ verè nos docuit magister optimus. Sed certè multiplex in hac disceptatione nos angit: de hoc autem ex pręcepto distinguendum est ante alia. Generationem igitur esse vocem ambiguam docet nos Aristoteles. [b] nanque & ea generari dicuntur, quæcunque, cùm anteà non essent, posteà sunt, quocunque modo sint, siue nulla affectione præcedente vt lumen, siue per affectionem materiæ, & per turbatione facta circum id quod dicitur permutari, & omninò, cùm id quod fieri dicitur, requirit aliquid quod præcedat, cùm eius pars sit, hoc est materia, quæ cùm sit potentia, per accessum formæ fit actu & forma quæ in efficiente extabat. Vt autem generatio communiter, & propriè dicitur, ita etiam corruptio: nanque & corrumpitur aliquid communiter, cùm olim existens postea non est per transmutationem in alio factum, sicut fulgetra, & propriè, quando per sui perturbationem desinit esse, relinquens aliquid sui, materiam nimirum. Quapropter ea definita est, id ex quo primo tanquam remanēte fit aliquid, & in quod vltimum resoluitur. Accedit & tertium generationis significatum, quod colligimus ex his quæ leguntur 1. Phys. nanq; & alio modo conuenit ei quod transmutatur in aliud, atque illi, in quod transmutatur, cùm & fiat albū, & homo fiat albus. hoc autem id est quod fiēs proprie dicimus appellari. Ita quoque corrumpi poterit dici quod mutatur ad non esse, & sic corrumpitur musicum & corrumpitur homo musicus. licet si scrutemur subtilius, non quidem actui corruptio tribuatur, verùm priuationi. quanquam nullum tribuitur nomen quod propriè significet actum hunc, quemadmodum in generatione: opinor vtrunque factum ob id, quòd cum denominationes ab actu soleant sumi & natura (vt sæpe iam diximus) contendat in formam, & per illam in id collimet, vt res sit, & propter illam generationem persequatur, ex eo quòd & manifestior est actus qui per

[b] 1. de Cęlo.

generationem

A generationem cōparatur, & magis secundum naturam. quòd nomina talem actum respicientia, magis recepta fuerint, etsi quomodo dicitur ὁ φθάρεθαι, est id quod præcessit, cùm terminetur non ente quod insensile & ignotum est, & eo quod est actu, fundetur quod sensile est & perspicuum. Ex quibus constat compositum esse quod verè generatur, siue fiat homo albus, siue etiā homo simpliciter. hoc autem compositum est verè; cùm ex materia constet, & forma quæ per se sunt. Nam illud quod dicitur fiens (est enim illud quod subiecto & priuatione consistit) aut est compositum per accidens, si præsentem formam respicias, aut si, vt est per se compositum; huiusmodi solum est secundum rationem, non autem secundum rem, nihil in materia ponente priuatione ex qua constat præter alicuius formæ notam, hoc est, habitudinem ad formam absentem. Ergo id propriè generabitur, in quod euadit illud quod transmutabatur, quod item aliquo pacto finis erit transmutationis, propterea quòd eo constituto cessabit omnis naturæ motus. Dicimus autem aliquo pacto, non simpliciter, quia primus naturæ finis est forma, in idem enim recidunt forma & finis in natura. Sed quoniam compositum notius est nobis, siquidem sensile; tùm præterea quoniam accessu formæ cōpositum est è vestigio, & facta coniunctione formę cum materia protinus exilit, tanquam finis habetur ipsum compositum. ita vtrunque & compositum, & forma gignentur: quoniam eò tendit natura, vt compositum sit proximè, præcipuè verò

B forma. Non tam forma generabitur propriè, sed communiter; quoniam assequitur, quòd sit, cùm anteà non esset, & per materiæ, non autem sui ipsius transmutationem. nihil enim sui supponitur formæ in materia, quod sit forma, dico verò in materia, nanque præcedit & ipsa simpliciter, verùm in efficiente, nec ex nihilo prorsus est. Quamobrem non simpliciter fieri prædicatur, sed fieri in materia. at hæc infrà. Neque propriè materia generabitur; cùm ipsa ingenita sit, aliter esset antequàm gigneretur; generari autem dicetur, quia transit in aliud, nempè, in compositum, in id enim transit, quod ipsa est in potentia, verùm est in potentia hoc aliquid, hoc quātum & hoc quale, fit autem actu aliquid illorum aduentu formæ: quocirca, neque illi conueniet id nomen γίνεσθαι .i. fieri, vt dicatur materiam fieri, licet ipsa sit fiens. nisi fortè fieri de omnibus his materia, inquam, & forma tanquam de subiecto, quod est primum excipiens, prædicetur & αἰτιωδῶς .i. causaliter, non ἀδικῶς .i. formaliter. nanque & de tali subiecto prædicationem fieri non negaut Aristoteles. [a] Attamen si vera est ea conditio illorū quæ verè generantur, vt aliquid sui præcedat, & formæ pars est materia quę præcedit: ergo etiam forma verè generabitur. An ita accipienda est pars in eo quod generatur, quòd sit pars totius secundum materiam, quia sit pars a 7. Met. T.23.

C totius, vt compositi, & è variis naturis constituti. Sed materia non est pars formæ, vt compositi, verùm vt pars totius secundùm formam accepti, quo pacto forma est totum. At pars quæ in vera generatione præcedit, est pars totius secundùm materiam. Præterea non est idem materiæ genus, adde etiam formæ cuius materia pars est, & de qua nunc agimus: nanque & forma est essentia & materia quæ cadit in mentem quæ est pars eius: at hìc forma propriè sumitur quæ est terminus generationis & materia sensilis. Viso nunc quemadmodum fieri pertineat ad hæc omnia, primùm ad compositum in suo proprio significato, deinde ad oppositum & subiectum; quia sit fiens, postremò ad formam, propterea quòd ipsa adipiscatur, quòd sit, cùm anteà non esset, & facilè est colligere, quod iudicium faciendum sit de corruptione, & soluere rationes oppositum concludentes. Nam sicuti verè generatur compositum, sic etiam verè corrumpitur. At verò cùm primus naturæ scopus ille sit, vt res existat, & quæque facultas, licet duo opposita respiciat; cùm ex iis alterum melius sit, alterum deterius (habent enim se vt plus & minus) semper expetat melius per se, deterius verò vel declinet, vel expetat ex euentu; propterea natura, nec nō materia sint principia, quòd res sit & non sit, & per formam quidem, quòd sit, per priuationem,

D quòd non sit, & hoc per interitum succedat, illud per ortum. Ergo & natura, & materia spectant per se generationem & esse; per accidens his opposita interitum & non esse, non tribuitur interitus ei quod est, eum non appetente natura, sed ei quod non est, vt eo destructo res existat. Itaque cùm cōpositum sit duplex, & antequàm res sit, ex materia & priuatione, [b] & postquàm res facta est ex materia & forma, per se dicitur interire compositum ex materia, scilicet, & priuatione, cùm in eo priuatio corrumpatur, ac si illud per se corrumpitur; priuatio non per se, ea ratione priuationi tribuitur interitus; quòd, cùm prius adesset priuatio; posteà non existat. Igitur alia ratione terminos interitus exprimemus, atq; ortus. hic non est τὸ γινόμενον & ὃ γίνεται, τὸ γινόμενον .i. fiens & id quod fit .i. in quod euadit τὸ γινόμενον. hic vt terminus, ad quem, alter vt à quo. Sed erit quidem in interitu τὸ φθειρόμενον vt terminus à quo. sed ὃ φθείρεται, nullum; quandò ex interitu nihil extat per se, sed ex hoc erit ὃ γίνεται .i. quod fit, qui terminus est generationis per se, interitus autem per accidens: nanque priuationi forma succedit. Huiusmodi terminorum vim non rectè Latini perceperunt, & cum eos parum considerasset Philoponus miram varietatem coniecit in sententias Aristotelis, aliter accipiens [c] τὸ γινόμενον ὃ γίνεται. T. 64. ac prius accepisset T. 58. Verba sunt Aristotelis. ὥστε δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τὸ γινόμενον ἅπαν

b 1. Phys. Tt.64.65. T.82.

c 1. Phys. T.64. T.58.

ἅπαν ἀεὶ σύνθετόν, καὶ ἔστι μέντοι τὸ γινόμενον, ἔστι δέ τι ὃ τοῦτο γίνεται, καὶ τοῦτο διττόν ἢ γὰρ τὸ ὑποκείμενον ἢ τὸ ἀντικείμενον. Quare patet ex dictis, quòd omne fiens semper est compositum, & est sanè fiens & est aliquid quod hoc (scilicet fiens) fit & hoc (idest fiens) duplex, aut enim subiectum, aut oppositum. est autem oppositum, vt mox docet Aristoteles, ipsa priuatio. Vides igitur, vt optimè secum congruant dicta Aristotelis. Obiectionis autem ex dictis ita diluuntur, cùm enim dicitur: Materiam esse ingenitam intelligitur de generatione propriè dicta, & de prædicatione formali, non de generatione communiter, cùm successiuè capit formas oppositas, nec de predicatione caussali. Deinde cùm opponitur, vbi compositum est, ibi terminum esse generationis, terminus autem non generatur. inest in argumento fallacia à secundùm quid ad simpliciter: assumitur enim compositum esse iam, & terminum generationis, ac quod est non generari, quod sanè verum est, postquàm est, & inde simpliciter efficitur nullo pacto generari, quod falsum est: nanque tum generatur, quando non est, & compositum & terminus ita generantur, licet etiam dicere, in argumento contineri fallaciam per accidens, siquidem eodem instanti sit terminus & compositum, terminus autem sit forma quæ non generatur. Ita quoque cùm argumentantur: fieri & factum esse distingui, compositum verò esse factum; & concludunt simpliciter ipsum non fieri, decipiuntur in hoc; nam compositum, & factum est, & fit interdum, & tunc est, cùm factũ est, nec amplius generatur, generatur verò tùm, dum non est, & cùm materia promouetur ad formam. Sed opinor, hos fallit ea vox, compositum, quæ videtur significare actum qui sanè tunc est, cùm generatio completa est: neque vident dici compositum quod propriè significat actum, ob penuriam nominis potestatem significantis: quare felicius apud Grecos ambiguo exprimitur σύνθετον, quod transumi potest ad significandum potestatem & actum.

Quo pacto formę producantur, & variæ philosophorum sententię recensentur. Cap. XXVIII.

VERVMENIMVERO quæ nos antè accepimus, ansam prebent nobis valde dubitandi, quemadmodum formæ producantur: negatum enim est, eas aliquid requirere quod eorum pars sit, quod sanè aliquibus fieri non posse visum est nescientibus ea dempta conditione docere, quemadmodum formę prodeant in actum, quin aliquid absurdi consequatur. Ergo non nulli formæ aliquid tanquam partem supponi, sic persuadere conati sunt. Primùm quidem quòd esset formę creatio, idest, ex nihilo productio quam explodi scimus ex vniuersa Peripateticorum schola. Deinde quoniam productio formæ non esset naturalis: cùm enim quod naturale est, debeat habere principium intrinsecum suæ motionis, hoc autem aut sit materia, aut ipsamet forma, materia verò extrinseca sit, quippequæ separetur à forma. Ergo formam aliquo pacto requiri necesse est. Demonstratur item 6. Phys. in omni generatione esse aliquid facti, idemq. confirmatur 9. Met. [a] vt credas etiam formæ partem præcedere antequàm generatio cõpleatur. Adde & auctoritatem Aristotelis, [b] qui testatur à natura fieri in quoruncunque materia est aliqua pars formę quæ sic mouet materiam, sicut mouetur ab extrinseco. Alij in materia ponunt rationem quandam quam seminalem vocant, per quam redditur idoneam ad recipiendam hanc formam, aut illam, sicut in vtero fœminæ adest materia in qua vis inest seminis propterquam est in potentia ad recipiendam formam equi, aut leonis, sed quod dictum est sæpius ex 8. Met. [c] me auertit ab illa prima sententia: nam si foret forma patibilis, & materia vltima non esset idem cum forma. Ab hac verò me distrahit quòd vis seminis est duplex, actuosa, aut patibilis, actuosa quidem obtinet instar formæ, patibilis autem eadem est cum ipsamet materia, quare etiam, aut aliquid formæ præcedere in materia fatebuntur, quod tamen inficiantur; aut nulla est hæc ratio seminalis in materia. Nec obstant ea quę opposita fuerunt: nam cum obiicitur formam iri creatum. Respondeo sufficere, si præcesserit materia in qua inest forma, tanquam in potentia patibili, & si actu præcedat in efficiente. Præterea, cùm inquiunt, fore violentam, non autem naturalem formæ productionem, assero ad seruandã rationem motus naturalis sufficere, si adsit principium patibile: nam motus naturalis, non quidem à mouente definitur, sed à propensione principij patibilis: hoc autem suo loco planius intelligetur. Nos item pluribus anteà docuimus, illa genita partem quidem esse formæ, verùm non formam, sed materiam. Quod verò attinet ad auctoritatem acceptam de 7. Met. aimus formam ibi non accipi essentiam, aut essentiæ partem, sed vim ab efficiente impressã, qua mouetur æquè ac si præsens esset efficiens: non secus atque eueniat in iis quæ sponte agitantur siue accidens sit & instrumentum efficientis, siue etiam rei pars aut consequens formam. Sed hæc quidem satis ad obiecta; verùm ad inuenienda ortus principia non satis, quòd videtur hęc quæstio reuocare in controuẽrsi originem formarum de qua & antiqui, & iuniores cùm Græci, tùm Latini multa, atque illa quidẽ egregia pronunciauerũt; ideò nos itẽ non grauabimur, hæc eadẽ pro necessitate loci subscribere. Hæc ergo de origine formarum

Marginal notes: [a] T. 13. [b] 7. Met. T. 31. [c] T. vlt.

A rum scripta legimus. Aliqui enim putarunt formas esse tanquam idearum imagines, velut Platonici: quapropter eas dixerunt esse necessarias ob multas caussas quidem, sed quia nos hîc de ortus initiis agimus, eas tractabimus, quantum pertinet ad propositum. Igitur illi ideas requiri voluerunt ad id, vt generatio rerum absolueretur. caussę quæ illos mouerunt ad ponendas ideas, hæ fuerunt: eorũ similitudo quæ numero differunt, quæ extare non posse videbantur, nisi quoddam principium separatum commune foret, vnde ipsius imagines pluribus, non secus àc ab eodem annulo pluribus ceræ frustulis, imago Magniducis imprimeretur. Quin etiam siquid ab arte faciendum sit, exemplar in artificis mente pręcedere oportet à quo forma scamni, sanitatisúe in materia producatur. Hæc sententia variis de caussis variisq. locis explosa fuit ab ipso Aristotele, & quantum est de re nostra (nam de cęteris suo loco dicetur) absurdum sanè & fabulosum videtur, quòd natura in ideas intuens corporearum rerum formas effingere soleat. Neque necesse est, vt commune sit principium similitudinis quæ inter multa extat: quandò vnumquodq; singulare sit actu, & habeat in se principium, id verò forma, quod suapte natura communicari queat. ita enim fit id quod est potestate, ab eo quod est actu, singulare à singulari, quia vel consimilem formam in materia deponat, vel ex eius potestate exprimat, & quasi extundat. Neque aliter efficit ipsa natura quàm faciat artifex: quippe qui in mente rei faciendæ formam habeat, B quam per manus & alia instrumenta poliendo materiam, ipsi imponit. Sicut ergo ex forma quę inest in mente artificis (hoc enim differt à forma naturali, quòd est actu cognita) fit scamni forma in ligno; sic ex hominis forma quæ posita est in materia Sophronisci, Socratis forma producitur, sine vllo idearum interuentu. Cùm igitur neque sensui tale principium subiiciatur, neque ratio conuincat, aut ideas esse negabimus, aut saltem ad rerum generationem non necessarias esse fatebimur. Itaque transeamus ad alia. Anaxagoras omnia in omnibus latitare dicens per secretionem similium partium quidque oriri professus est, quod item ab Aristotele 1. Phys. sublatum è medio fuisse scimus. Auicennas datorem quendam formarum excogitauit quem ipse ponebat mentem decimę classis, appellabat autem sua lingua Cholcodeam, in quo etiam parum à Themistio, & Ioanne Grammatico discedere perspicitur. isti enim omnes vno ore prædicarunt ex vniuersæ δημιουργίας (sic enim opificis primi officiũ vocant) formas emanare, & ab vno quodam primo opifice proficisci, quod etiam acceptum est alicubi à Pomponatio, qui item, cum cęteroqui vir esset exquisitissimi iudicij, & Peripateticus celeberrimus, existimauit insuper se concludere posse propositum suum Aristotelis auctoritate ab exemplo nimirùm imperatoris & exer C citus, [a] nosti omnia. propterea quoque adiiciebat Ideas ea ratione posse defendi in Schola Peripatetica. Consilium nostrum non est nunc confutandi formas, & ideas in mente diuina: quando id erit negotij sublimioris, de quo aliàs; præsertim cùm etiam in hac nostra methodo simus disserturi; quemadmodum vniuersa proficiscantur à primo motore, atque declaraturi longè aliũ esse sensum exempli illius, atque ordinem illum qui ab Aristoteles constitutus est, quàm vulgò soleat accipi. Sed planè absurdum mihi videtur Aristotelem, qui monstrarit nullam esse necessitatem Idearum, nec ad scientiam faciendam, neque ad rerum procreationem, & de illis cum honoris præfatione locutus sit, demum 12. Met. vbi tantis elogiis ornat, & amplificat diuinam maiestatē vniuersum mundanæ prouidentiæ pondus Ideis attribuisse, quæ'nam etenim inconstantia foret tanti philosophi? Pręterea videmus Aristotelem sæpissimè testari: Omne quod fit ab vniuoco fieri, & in pluribus à simili, & id quod est potestate, fieri actu ab eo quod est actu. Ex quo item effectum est, vt cùm Plato quoque ideas cum singularibus non ὁμωνύμως. i. non ambiguas, sed eiusdem rationis esse vellet, & tamen æternas, cum indiuidua cęteroquin interirent; confutatus fuerit, quandò æternum specie distat à mortali. [b] Tùm etiã, quòd ab eo quod à materia secre D tum esset, materia concretum fieri posse non appareret: eius enim quatenus huiusmodi, functiones esse citra materiam. Quocirca saltem in pluribus fit id quod fit, non à Cholcodea, non ab ipso D. O. M. sed ab his nostratibus quæ sunt actu. Non negat tamen ab illo omnia, seu proximè, seu remote proficisci, sed complures ex his formis ab eo sine auxilio caussarum posteriorum permanare prorsus inficiatur Aristoteles. At hoc non dubitatur nunc: illud dubitatur, quemadmodũ agentia apud nos efficiant sibi similia, & res eò denique processit, vt melioris notæ philosophi ad Auerroëm accederent qui pluribus locis testatur actionẽ agentis, nil aliud esse quàm extrahere rem de potestate ad actum: id quod Zimara inter Auerrois sectatores non ignobilis, saltem à plerisque tritus, & in plerisque receptus, & post ipsum Fernelius libro de abditis rerum caussis sic declararunt. quòd esset facere compositum in actu existentiæ, id quod erat in potentia subiectiua, vt aiunt, & patibili: quia scilicet agens ita immutet materiam quæ est in potentia, vt eam sic afficiat, quòd ex illa educatur, eliciatur, exprimatur, & erumpat quodammodo forma, & per consecutionem ipsum compositum. hoc autem si originis ordinem intueatis simpliciter. Nosti enim Scotum voluisse quoque compositum perfectionis ordine anteire. Maiore cum diligentia rem hanc Fernelius explicauerat hoc modo. pręparari materiam ad formam recipiendam,

[a] 12. Me

[b] 10. Met. T. 26.

dam, hanc verò præparationem fieri assiduo affectionum incremento, vsque dum ad summam perfectionem euasissent: tum enim ad formam quoque substantiæ prouentum esset. Etenim perfectionem illam forma necessariò consequitur, nec vnquàm posteà deserit. Attamen illud mihi difficultatem affert, quoniã sic agens, non quidem per se faceret, sed afficeret solùm, & sic actus non ab actu, neque simile à simili per se produceretur. Nam, quod obiiciebat Scaliger, minus placet: existimabat enim si eductio esset eiusmodi apparatus; fore, vt forma esset diuidua: est enim talis apparatus motus quidam: fit ergo particulatim. nil enim valet hoc ex nostra sententia, qui diuisionem illam non quidem formæ, sed materiæ tribuimus. Sed quoniam apud illum fortasse ratio valebit, qui non ita sentiet, quemadmodum nos, hæc item subscribamus, apparatum illum esse præuiam affectionem, & mutationem secundùm qualitatem. Nunc cętera spectemus quibus Fernelium vrget idem. Scaliger concludens in præparatione illa non posse inesse perfectionem: nam perfectio post illam est, quippe forma: ipsa enim sola ἐντελέχεια est, non autem summum illud accidentium incrementum. Hæc quidem ille. sed perfectionem dixisse videtur in suo genere Fernelius, & noluisse significare τελεότητα quę facta res est, sed τελέωσιν quæ est via. Addit illud melius Scaliger formam non comitari illi perfectioni, sed eius quoque perfectionem esse, & sic antecedere quemadmodum satelliti principem, verùm fac comitari esse idem àc mox ab illa summa accidentium perfectione extare falsum id Aristotelis quidem sententia. Nam generans dat prius formam, dein consequentia formam, & ignis prius genitus est, pòst manet in loco superiore. Pręterquamquòd mox audiemus, quæ nam sit Aristotelis ipsius germana sententia à quà longè, meo quidem iudicio, absunt ij qui cum Auerroë philosophantur, ad quam nos iam accingentes id accipimus.

Qui sit animi nostri sensus de productione formarum. *Cap. XXIX.*

PRIMVM ergo statuamus materiam ipsam esse in potentia compositum, quemadmodum materia ligni est potestate scamnum; quare sæpe dictum est ab Aristotele, ipsam esse potestate hoc aliquid, aut hoc quantum, & propemodum substantiam, [a] neque vt vulgò accipitur, potestate ad formam. Cęterùm sicuti materia est compositum in potentia, ita compositum est in actu ex præsentia formæ; vt primùm enim adest forma, compositum est actu, quod est in puncto temporis & indiuiduè, sicut etiam ipsa forma est indiuidua. Ex quo colligo, ipsum compositum esse in potentia patibili materiæ, quia cùm sit in potentia, efficitur in actu per transmutationem materiæ factam ab eo quod est actu, & deductionem potentiæ in actum. Forma verò non est in materia; quoniam, si foret in ea, actu iam esset, non autem fieret, vt cùm in ea est actu, iam res est, non amplius fit, nisi fortè intelligamus, eam esse in potentia patibili materiæ, quoniam materia potest per transmutationem coniungi cum illa forma, aut quia vis agentis impressa fuerit materiæ propter quam materia sponte moueatur ad formam, aut etiam conseruetur in aliquo instrumento, veluti de semine dicunt. Sed habet quòd sit actu forma in efficiente, siue illud specie, seu virtute simile fuerit. Quapropter non sufficit sola potentia materiæ ad efficiendum compositum, sed opus est præsentia efficientis; quod, cùm sit actu, facit, vt materia sit actu, & hoc sit. Sed quoniam hoc non videtur dubitari, verùm illud requiritur, quemadmodum efficiens faciat, vt materia sit actu. Confugiamus ad Aristotelem id sæpe nobis aperientem & confirmantem. nanque ita dicit primum, [b] quia efficiens dat formã materiæ, facit enim materiam quale ipsum est, aut actu, aut virtute perficiendo materiam, & reducendo in actum, cùm anteà foret in potentia id quod pręstat prius afficiendo, hoc est, exhibendo potentiam accipiendi materiæ, tum dando formam quæ ad numerum est eadem cum sua, sed præsente materia numero separatur propter sensilis materiæ differentiam, quam alibi principium indiuidui docuimus esse. Inde dictum aliquando est efficiens & formam specie conuenire, numero autem differre: nam forma, cùm per se ipsa eadẽ sit secreta à materia, additione materiæ fit diuersa, & quę secundùm essentiã erat eadẽ in efficiẽte, indita postea materię fit alia. Et nequid scrupuli supersit in animis nostris; Aristoteles omnem rem nobis illustrissimo exemplo ponit ante oculos, accepto nimirùm ab arte, ita vt natura efficiat producendo, quemadmodum facit ars. etenim artifex habet in mente formam domus, eam verò tradit lapidibus, & alij materiæ, ex qua fit domus, mouendo instrumenta, vt manum, & per manum serram, scalpellum & dolabram, atque sic poliendo materiam, incudit formam. sic & efficiens ipsum circum materiam operatur eodem modo. Nam quanuis dubitari possit, an idem sit agens afficiens materiam προοδοποιοῦν vocat Aristoteles Problematis, & inducens formã: quia dans formã est substantia, afficiens aũt est quale: at si non proximè, saltẽ remotè, & præcipuè idem est agens vtrunque efficiens. Ita fit, vt ex hoc fiat cõpositum tãquam ex materia, forma verò non fit ex materia, sed in materia. Neque ob id sequitur, ideas introduci: cùm id neque mentis opera fiat, sed naturæ instinctu, neque sint formę illę quæ induuntur materię

in ipso

[a] 1. Phys. Te. 69. 79.

[b] 1. de gen. an. cap. 20. 2. de gen. an. cap. 1.

A in ipso Deo; nisi fortè, vt in caussa, formaliter verò nequaquam, sed in singulis efficientibus. Præstat autem ad maiorem lucem Aristotelis ipsius verba subscribere; nam sic fiet, vt proponatur locus quem ab omnib. omissum video: tùm ét ex interpretatione nostra lapsus quidam Theodori corrigatur. Primùm igitur 1. de ortu Ani. leguntur hæc apud Arist. *Ἀλλ' ἄμφω εἰς τὸ θῆλυ συμβάλλονται τὸ παρ' αὐτῶν γινόμενον, διὰ τὸ ἐν τῷ θήλει εἶναι τὴν ὕλην, ἐξ ἧς ἐστὶ τὸ δημιουργούμενον. καὶ εὐθὺς τὴν μὲν ἀθρόον ὑπάρχειν ἀναγκαῖον, ἐξ ἧς συνίσταται τὸ κύημα τὸ πρῶτον, τὴν δὲ ἐγγίνεσθαι ἀεὶ τῆς ὕλης, ὅπερ δύναται τὸ κυόμενον. ὥστε ἀνάγκη ἐν τῷ θήλει ὑπάρχειν τὸν τόκον. καὶ γὰρ πρὸς τῷ ξύλῳ ὁ τέκτων, καὶ πρὸς τῷ πηλῷ ὁ κεραμεὺς. καὶ ὅλως πᾶσιν. ἡ ἐργασία καὶ ἡ κίνησις ἐσχάτη πρὸς τῇ ὕλῃ. οἷον ἡ οἰκοδόμησις ἐν τοῖς οἰκοδομουμένοις. λάβοι δ' ἄν τις ἐκ τούτων καὶ τὸ ἄρρεν πῶς συμβάλλεται εἰς τὴν γένεσιν. οὐδὲ γὰρ τὸ ἄρρεν ἅπαν προΐεται σπέρμα, ὅσα τε προΐεται τῶν ἀρρένων οὐθὲν μόριον τοῦτ' ἐστὶ τοῦ γιγνομένου κυήματος: ὥσπερ οὐδ' ἀπὸ τέκτονος πρὸς τὴν τῶν ξύλων ὕλην. οὔτ' ἀπέρχεται οὐδὲν, οὔτε μόριον οὐδὲν ἐστὶν ἐν τῷ γιγνομένῳ τῆς τεκτονικῆς, ἀλλ' ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος τὸ ἀπ' ἐκείνου ἐγγίνεται διὰ τῆς κινήσεως ἐν τῇ ὕλῃ. καὶ ἡ μὲν ψυχὴ ἐν ᾗ τὸ εἶδος καὶ ἡ ἐπιστήμη κινοῦσι τὰς χεῖρας, ἤτοι μόριον ἕτερον ποιάν τινα κίνησιν, ἑτέραν μὲν, ἀφ' ὧν τὸ γιγνόμενον ἕτερον. τὴν αὐτὴν δὲ, ἀφ' ὧν τὸ αὐτὸ αἱ δὲ χεῖρες καὶ τὰ ὄργανα τὴν ὕλην.*
B *Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ φύσις ἡ ἐν τῷ ἄρρενι τῶν σπέρμα προϊεμένων χρῆται τῷ σπέρματι ὡς ὀργάνῳ, καὶ ἔχοντι κίνησιν ἐνεργείᾳ, ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ τέχνην γινομένοις τὰ ὄργανα κινεῖται. ἐν ἐκείνοις γάρ πως ἡ κίνησις τῆς τέχνης.* & quæ sequuntur horum interpretatio talis. Sed ambo in fęminam conferunt, quod ab ipsis efficitur: propterea φ in fęmina sit materia, ex qua existit id quod efficitur. & statim hanc quidem totam simul adesse necesse est ex qua constituitur conceptus ille primus; eius verò partem semper accedere, siquid pōt conceptus. quare necesse est in fęmina partum contineri. etenim ligno faber adest & limo figulus. & generatim omnib. operatio & motus extremus materiæ, vt edificatio in iis quæ edificantur. Accipiat aūt aliquis & quemadmodum mas cōferat ad generationem, neque.n. mas omnis proiicit semen, & quicunq. è marib. proiiciunt, nulla pars.i. conceptus, qui producitur. quemadmodum neq. à fabro ad lignorum materiam, neq. segregatur quippiam, neq. pars vlla fabrilis inest in eo quod fit; sed forma & species quæ ab illo ingeneratur per motum in materia & anima in qua species est, & scientia mouent manus, aut alteram partem certo quodam motu; diuerso quidem, quorum quod fit, alterum est. eodem verò à quib. idem, manus aūt & instrumenta materiam. Similiter aūt & natura, quę est in mare eorum qui proiiciunt, vtitur semine, vt instrumento, & habente motum actu, quemadmodum in iis quæ fiunt, secundùm artem organa mouentur,
C in illis.n. quodammodo motus artis. Hæc ipse Aristoteles in quib. licentiosius euagatus Theodorus id quod apud Aristotelem *ὅπερ δύναται τὸ κυόμενον.* ipse conuertit. quia nutriatur & crescat. & respexit materiam, cùm rñ de efficiente caussa mentionem faciat Arist. id.n. in philosophia Peripatetica perspicuum est [a] & ab Hyppocrate [b] longe antea monstratum primas auctioneis & affectioneis primas ab alio fieri, nēpe à generante, deinceps ab ipsomet viuente quod augetur, vt ét ex eo loco liquebit, quem mox allaturi sumus, & ab omnib. receptum est animans ab inanimo separari, φ hoc principiis motus internis careat, illud habeat. Siquid igit' pōt fętus post primam constitutionem, vt certè pōt, sequitur, vt materiam quæ influit, commodè & trahere ad sese, & immutare possit. Sic igitur & membrorum constitutio fit à virtute quæ in corde inest, & animalis partes augentur ab influente materia. Sed audi ét hæc quæ ipse item adscripsit lib. 2. quibus & hæc quæ nuper apposuimus ad eius loci interpretationem, confirmabuntur magis, & ea q̄ proposuimus ab initio, magis elucebunt. Vbi.n. docet. Vtrum'ne partes oēs à corde producantur, an ab alia quadam virtute: id accipit, quod nobis indicare possit, vnde'nam forma permanet ad id quod viuit sanè, sed nondū absolutum est. ex quo concludit parteis reliquas à corde minimè procreari. sic scribens. *λόγος δὲ τούτου, ὅτι ὑπὸ τοῦ ἐντελεχείᾳ ὄντος, τὸ δυνάμει ὂν γίνεται, ἐν
D τοῖς φύσει ἢ τέχνῃ γινομένοις. ὥστε δέοι τὸ εἶδος καὶ τὴν μορφὴν ἐν ἐκείνῳ εἶναι, οἷον ἐν τῇ καρδίᾳ τὸ τοῦ ἥπατος. καὶ ἄλλως δὲ ἄτοπος, καὶ πλασματίας λόγος.* quæ sic exponuntur. Ratio verò huius, quod ab eo quod est actu, id quod est potestate fit in iis quæ natura vel arte fiunt. quapp speciem & formam in illo inesse oporteret, vt in corde, epatis, cùm cæteroquin absurdus sermo & figmenti similis sit. Hìc igitur habes tu formam esse in efficiente quæ subiecto tradenda sit, & perpetuò poni ab Arist. similitudinem inter naturam & artem. quantum pertinet ad hoc officium. Idem quoq. post paullò rursus eodem exemplo rem illustrat, & confirmat sententiam nostram, inquiens. *ὥσπερ δὲ τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης γινόμενα γίνεται διὰ τῶν ὀργάνων, ἔστι δὲ ἀληθέστερον εἰπεῖν διὰ τῆς κινήσεως αὐτῶν, αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ ἐνέργεια τῆς τέχνης. ἡ δὲ μορφὴ τῶν γινομένων ἐν ἄλλῳ οὕτως,* & alia multa, quæ in eundem sensum ab Arist. perpetuò scribuntur, quorum hic est sensus. Quemadmodum verò ea quæ fiunt ab arte, fiunt per organa: verius aūt dixerimus per eorum motus, hæc verò est artis ipsius operatio. ars verò forma eorum quæ fiunt in alio. Sic. Vides hìc tu Arist. ponere artem formam eorum quæ fiunt in alio, idest, in subiecto,

[a] Lib. de motu an.
[b] De natura fœtus.

quasi sit ab efficiente & subiecto cudatur, vt nihil oīno, neq. certius neq. constantius in hac disciplina occurrat. Neq. verò confugies hîc tu ad ea, ꝙ Arist. hæc ex aliorum sñia profiteatur, aut ꝙ in his libris res crassiusculè scribantur. profitetur.n. se caussas rerum exquisitissimè tradere, quinetiam sic disposuisse suam philosophiam, vt quæ anteà tradita fuissent vniuersè, apparerentur ad ea quæ sigillatim in iis extremis physiologiæ libris explicantur.[a] At qui hanc Aristotelis fuisse firmam & perpetuam sñiam non hisce libris solùm, sed vbiq. eius libros ab initiis vtriusq. philosophiæ cum diuinæ tum naturalis percurrenti facillimè constabit: nanq. ipse primum de efficiente sic loquitur [b] εἶδος δ' ἀεὶ οἴσεται. i. formam semper afferet. posteà inquit. In hoc.n. hanc formam facit. atq. alibi de eodem efficiente disserens ait. Caussa sit formæ in materia [c] αἴτιον ἦ τοῦ εἴδους ἐν τῇ ὕλῃ. Quin apud Græcos nihil reperitur constantius, vt hæc dicere non sit nouā opinionem comminisci, sed ex optimis auctoribus eruere veterem & approbatam, quandoquidem Alexander [d] explicans eandem rem vtitur eodem exemplo ad ipsam persuadendā quo anteà fuerat vsus Arist. & inter alia verba hæc scribit, εἶδος δὲ τὸ ὑπὸ τοῦ τεχνίτου γινόμενον ἐν αὐτῷ. i. formam quæ fit ab artifice in subiecto. Themistius item sic exprimit. ἐνθεῖναι τὸ εἶδος. i. imponere formā; & Proclus lib. 3. in Timæū hęc scripsit, πᾶς γὰρ δημιουργὸς ἀγαθὸς κρατεῖ τῆς ὕλης καὶ τὸ εἶδος ἐπιτίθησι, ὃ βούλεται τοῖς ὑποκειμένοις, καὶ πολλῷ πλέον ὁ ὅλος δημιουργός, ὃς καὶ αὐτὴν ὑφίστησι τὴν ὑποκειμένην ὕλην, καὶ τ' ἄλλοι. i. oīs aūt opifex bonus imperat materiæ, & imponit formam quam vult, subiectis, quantò ergo magis opifex vniuersalis qui ēt materiam ipsam cōstituit: atq. extundere seu excudere formam ex materia potius artifici, quàm naturali efficienti, conueniens esse dicit, veluti cùm subtrahendo efficit sculptor; vt, si hoc item de artifice concedatur, vt formā inferat in materiam, multò magis id de naturali dandum sit. Nihil tritius apud Ioannem Grammaticum.[e] Simplicius ēt perspicuè idem asserit.[f] Dicebat item Auerroës dare formā, & efficiens ita describebat. Dans formam, idemq. testabatur. Dans formam, dare quoq. consequentia. Quāobrem patet, vt falsa sit vulgaris illa propositio. Formas educi è sinu materiæ: inducuntur.n. non educuntur: quanquam inducuntur secundùm potestatem materiæ quæ discrepat à forma artis; in earum.n. materia nulla potestas ordinata antecedit. Vnde à nobis aliquādo dictum est, formas naturales ex necessitate sequi materiæ. Etiam Platonici præstantissimi talem sñiam tribuunt Aristoteli. Etenim Syrianus 3. p. Phil. ea scripsit. Exemplari ipsarum artium toti dico creationi specificę distinctionis minime dare manū Arist. & si quō naturam imitata ars hoc solùm pacto faceret, nisi multò prius hoc modo natura ipsa operaretur. Idemq. adscribit. (eius ergo verba recenseo) & mihi quidem dicere vr ideam separatam ab omni materia non dari, sed quoquō separatam: nam sicut forma artis est in anima & in artifice, non aūt separata, sic in efficiente est forma, non aūt separata à materia, aut efficiēte. Verumenimuerò quid dicendum; vbi, aut agens, anteq̃ inducatur, corruptum sit, aut ēt per aliquod spatium à materia separatum? Ad id rñdebat Arist. [g] virtutem agentis per affectiones præuias coicari materiæ, & in illis contineri. sic ēt in medio & spatio. Nec ppterea sequitur id quod suspicaretur quispiam, si ibi esset forma, medium ēt esse tale, quale futurū est id, quo intendit efficiens: qm formæ dantur pro materiæ meritis: sicut.n. torpor à torpedine incussus non afficit rete, sed si fortè alio mō, vt frigefaciendo: afficit aūt manū, sic de formis istis asseuerandū est. Neq. mirū est, talē virtutē in præuiis affectionib. contineri, qñ non sunt illæ qualitates simpliciter, sed instrumenta ēt formarū. Sicut ergo instrumenta possunt moueri, & mouere ēt cessante illo quod primò mouit; ita quoq. de præuiis affectionib. est dicendū. Sed hæc itē copiosius infrà. Vtrum'ne verò oē agens speciale quod est actu, possit dare suam formam, v.g. sicut ignis facit ignim, sic equus equum, & hō hoiem, alia quæstio est. Sed rñ Arist. eius mentis fuisse vr, vt vsq. ad alentem formam perueniant agentia specialia,[h] nec quicq̃ suprà possint. at ad sentientem, multoq. magis ad mentem requiri vim cęlestem, & agens non vniuocum, neq. in materia conueniens, specialia verò agentia esse instrumenta, atq. adeò vt cęlum quod est agens vniuersale, æqualiter ad oīa concurrens in productione hmōi formarum, sit ēt agens speciale, licèt virtute, non aūt actu, &, vt dici consueuit, formaliter. Non ergo equus facit equum, aut hō hoiem, sed sol & equus, sol & hō. Ex his liquet multò magis q̃tum ab Arist. sñia discesserint Themistius, Ioannes Grammaticus, Auicenna, qui in oībus aliq̃ à substantiis separatis efficiens speciale posuerunt, sicut ēt ij qui putant cęlum esse solùm agens vniuersale, est.n. in aiæ cognitricis productione, aut fortè in iis quæ gignuntur ex putri, agens speciale, in productione verò cæterarū formarū vniuersale. Posses hic fortasse dubitare curiosius, si formæ ita traduntur materiæ ab efficiente, vt non educant ex eius sinu, sed inducant in ipsam: ergo extrinsecus ipsę accedunt. verùm si hoc ita est, q̃ differentia erit inter mentē & alias formas, cū ipsæ itē accedant extrinsecùs? præterea quo pacto mentē solā extrinsecùs accedere testat philosophus, si aliæ quoq. formæ sunt hmōi, aut si ea sola talis est, quo pacto defendemus ēt alias extrinsecùs aduenire. An ita accedūt extrinsecùs, quia sunt formaliter in efficiente, atq. ita, vt in materia nihil habeant quod pcedat, nisi solā potestatem, at aīa cognoscens, præter id ꝙ in materia non præcessit, hoc ēt obtinuit, vt necessariò fiat

ab agente

E F G H

a Lib. de motu an.
b 1. Phys. T. 18.
c 5. Met. T. 17. 18.
d 1. De An. c. 2.
e 1. Phys.
f Digr. 3. de An.
1. Phys. T. 35. 36.
1. de Gen. in Theoria T. 82.
2. Phys. T. 16.
g 1. de Gener. an. c. 20.
h 2. De gen. ani. c. 4.

A ab agente non vniuoco separato, hoc est, alterius omninò naturæ ab hisce nobis familiaribus, & quasi sola; non quòd sola ab extrinseco, sed quòd ab extrinseco solùm & æquiuoco, quod in materia cum his nostratibus non conuenit: nullo autem pacto ab vniuoco. cętera ab vniuoco & eandem materiam participante fieri queunt vel in specie consimili, vel in genere, vt calidum à calido; siccum à sicco; & siccum & calidum ab vtroque simul, nec alio planè modo, ac fuerit acceptum 12. Met. vbi quod ab vniuoco fit, vt plurimum fit in natura; intrinsecùs fieri testatus est Aristoteles, itaque vbi non ab vniuoco, id etiam ab externo fieri optimè dicatur. Idem quoque iudicium de accidentium formis ferendum esse ratio persuadet. Nanque, vt sæpe dictum est dans formam dat consequentia formam. sic etiam terminos imponens materiæ, de distantia & potentia quanto facit actu quantum. Nisi fiat ab aliquo principio, quod in efficientis externi virtute operetur. Sed planè virtus formæ datrix externa est, & ab externo forma, tanquam extra materiam sit, exhibetur materiæ. Mox ab his etiam decerni poterit de theoremate illo quo vestigatur, sit'ne idem agens quod afficit materiam, & posteà formam in lucit. Nanque etsi homo vt instrumentum, non vt efficiens habendus est. Sol autem generationem absoluit. Tùm etiam Sect. 2. Probl. 11. docet Aristoteles non esse eundem calorem qui afficit, atque efficit sudorem. Præterea quoniam afficere qualis est, generare autem substantiæ, tamen de agente vniuoco asserimus, idem esse agens & afficiens, & de eo, quod quanuis differat secundùm plus & minus, specie tamen idem B sit & de principe non instrumento.

De terminis mutationum cum ab initio, tum à fine quęstio proponitur ex sententia Latinorum. Cap. XXX.

EX his quæ constituta sunt, satis, vt puto, perspicuum est successionem cuique motui siue mutationi quæ per se est, communiter inesse: sed cùm inueniendæ sint causæ successionis, eęque requirant, atque accipiant vnitatem motus, vnitas verò vniuersa ducatur à terminis, neque item illud aut alienum fuerit à natura motus, aut ab ordine nostræ tractationis, vt speculemur quemadmodum se habeant ipsius termini: nam præterquàm quòd motus recti omnes sunt finiti, accedit etiam illud, quòd & initium & finem habent non perpetuę mutationes. hoc verò nihil erit aliud, quàm quærere quemadmodum incipiat, ac desinat motus. Et quoniam ea quæ oriuntur & intereunt, aut habent, quòd sint per motum, aut cum motu, sicut infra narrabimus, etiam eò perducetur sermo noster, vt de illorum exordio atque exitu verba faciamus: nam & vtrunque C in elementis physicis ab Aristotele tractatum esse nouimus. Hîc verò nobis erit in duo membra distribuenda tractatio nostra, quorum primo enarrabimus, quid communiter sentiat Peripateticorum Schola Themistij inter Gręcos, & omniū ferè Latinorum. altero verò edisseremus quodnam germanum & expressum Aristotelis decretum esse credamus. Ad hæc autem omnia intelligenda præstabit, opinor, si prius afferamus in mediū eorum species & parteis quæ sub hoc theoremate comprehenduntur, vt certi possit, quemadmodum ad singulas accommodandi sint sui ipsarum termini. Scire ergo licet ea quæ non sunt æterna, verùm à certo tempore duxerunt originem, impetrare quòd sint, non sine motu. hîc verò accipe tu motum, vt communiter etiam potest dici mutatio, aut enim sunt motus ipse, aut aliquid motus. Cæterùm etsi non sine motu omnia fiunt, attamen quædam fiunt cum motu, nonnulla per motum duntaxat. dico autem ea fieri cum motu, quæcunque particulatim prodeunt in hanc lucem, vt calidum quod per varios gradus ad summum ascendit, & denique ea quæ per se intenduntur & remittuntur: in his enim vniuersis spectatur motus per quem paullatim, & in tempore suam perfectionem assequuntur: per motum verò fieri illa quæ consequuntur motum, hoc est, continent motum, & sunt tanquam termini motus: ita vt non fiant per parteis, nec in tempore, vt illuminatio quæ sequitur D motum solis. Deinde quæ fiunt, aut fiunt cum expulsione contrarij, idest, circum subiectum quod actu sit; aut sine contrarij expulsione, vbi scilicet subiectum sit in sola potestate, velut aër ad lumen antequam fuerit illustratus. At verò ex his quæ nobis olim constituta fuerunt, hoc vnum sese obiicit animaduertendum, quòd posterior hæc partitio nobis obseruanda est, & attribuenda, non quemadmodum consueuere Latini, iis quæ consequuntur motum, sed iis quæ fiunt non sine motu. cùm enim conclusierimus in substantia esse repugnantiam, præterea illam in tempore fieri, & particulatim, quod appellamus cum motu, quæ verò contrariò carent fieri puncto temporis; restat, vt omnia quæ fiunt in vestigio, careant contrario, & hæc sola fiant per motum. Sic ergo generalis erit diuisio eorum quæ fiunt non sine motu. Neque erit inutilis breuis eorum repetitio quæ posuimus olim, videlicet, parteis rei quæ mutatur, esse dupliceis; aut enim sunt quantæ, quod non solùm euenit accidentibus, verùm etiam substantiis, vt animali cuius diuersę partes etiam diuersis temporibus fiunt, siue partes seorsum fiant, & ex illarum procreatione deinde consurgat totum, siue totum fiat simul, dum partes singulæ producuntur, eæ verò fiant di-

[a] 1. de caussis plantarum c. 13.

uersis instantibus, quòd ex his quædam tardius absoluantur, nonnullæ velocius, quemadmodum Theophrastus aliquando testatus est, [a] aut sunt solùm secundùm gradus, velut in iis alterationibus quas ἀϑρόως fieri docuimus, habent enim & illæ plus & minus, sed tamen æquè fiunt per omneis parteis. At verò si ea vera sunt quæ prius statuta fuere de eo quòd in substantia sit plus & minus; hoc etiam membrum ad substantias aliquo pacto pertinebit, quicquid cęteri dicant: nisi quòd gradus in accidentibus eodem nomine significatur, quo forma: in substantiis non item, vt ante sępius audisti. Deinde cùm principium & finem habeant ea quę mox generantur, nec sunt æterna, vtraque aut spectari possunt ad tempus, aut ad mobile, aut ad terminos motus: nam sicut motus est finitus, ita & mobile, & tempus in quo certus sit motus, finita sint necesse est, cùm alioqui nulla sit intermissio temporis. Ergo illo accepto, quòd mutatum esse, sit terminus motus, hoc autem per se terminum significat mutationis, quod ei mutatio semper antecedat, hęc statuuntur. Considerantur modi quibus res esse incipiunt, aut desinunt, de his ea pronunciabat Aristoteles: Omne mutatum esse, esse quidem indiuiduum, sed cùm consideretur mutatum esse aut versus finem motus, aut versus eiusdem principium: versus finem sanè dari primum mutatum esse, versus autem principium non dari primum. Ratio verò huius euenti talis reddebatur; quia mutatio non est infinita, ergo desinit in mutatum esse. hoc verò cùm sit indiuiduum, efficit, vt sit primùm, si enim esset diuiduum alia posset ante se habere; sic non foret primum. Versus autem principium, cùm semper mutatum esse requirat mutationem præcedentem, cuius sit terminus, primum esse non potest. At de sensu theorematis Aristotelici dubitatum est à Themistio & cęteris accipiente Themistio in diuersis significatis, primum mutatum esse finem versus, & versus initium. Cùm enim inquit primum esse motus, duo significet, primam partem motus, vt puto, motum, qui antecedit primo gradui qualitatis, qui est prima pars qualitatis sensilis, vt diesis in sono, & vltimum, qui est gradus summus, veluti cùm in proximè præcedente sensili spatio perfecta non erat qualitas, in proximè subsequente perfecta est, possit etiam spectari finis motus, eiusque principium pro puncto quo esse incipit, ita vt in proximè præcedente instanti nō esset, & quo desiit, vt in proximè subsequente non amplius sit; si de prima motus parte, aut vltima loquamur; nec primum, neque vltimum dari potest: est enim motus per se diuiduus in infinitum: ergo nec primum habet, neque postremum: sed tamen habet primum instans, quo cępit esse, & vltimum quo desiit. Ita ergo cùm Aristoteles ipse neget primùm dari in motu: de prima parte motus, hoc accipiendum esse ducit; cùm verò fateatur vltimum dari motus, intelligi vult de vltimo puncto. Sed tamen in eo Themistium hallucinatum esse constat, quòd etiam postremum id de quo verba facit Aristoteles, etsi respondet postremo temporis puncto, nihilominus est terminus intrinsecus motus, & id quod de forma quæ per motum acquisita fuit, digito, vt aiunt, demonstrari potest. Ideò interpretatione Themistij dimissa, sic celebriores Latini rem edisserere videntur, generatim quidem dicentes mutatum esse, quod est in motu, sicuti punctum in linea, non se habere tanquam punctum, nec si cum tempore, nec si cum motu conferatur, neque etiam si accipiatur vt terminus intrinsecus motus. Sigillatim verò modum quo res incipit, aut desinit esse geminum aut intrinsecum, aut extrinsecum, ac quo res quidem incipit esse extrinsecum ita notari, vltimum non esse, intrinsecum verò primum esse, primum sanè, quoniam res in hoc instanti non est, sed proximè ab hoc erit, vbi confertur res cum termino, qui ipsi externus est; quia nondum est res, & hic respicit futurum. Secundùm verò cùm res est nunc, sed ante hoc instans non fuerat, & res cum termino comparatur qui illi intrinsecus est, tunc enim res est & refertur ad præteritum. Alterum autem quo res esse desinit, intrinsecum quidem appellari vltimum esse, extrinsecum verò primum non esse, illud sanè, quoniam ante hoc de re prædicabatur esse, nunc verò prædicatur non esse: hoc autem, quia nunc de illo dicitur non esse cùm antea diceretur esse: intrinsecum illud; quoniam & id notas rem quæ adhuc sit; extrinsecum hoc, quia non est res: notatur illud per futurum, hoc per præteritum. & omnino extrinsecus modus illa perhibetur, quo priuatio comprehenditur, vtpote ab ipsius rei natura longissimè remota. Cùm tot, atque adeò varij sint modi quibus res esse aut non esse contingit, sigillatim ita decernunt. De motu atque iis quæ fiunt cum motu, quantum ad parteis attinet, in quibus successio spectatur, siue eæ sint graduales, vt aiunt, siue quantę, non dari vltimum esse, sed vltimum non esse ab initio, & primum non esse, in fine verò primum esse: primi illius hanc caussam reddunt, quòd diuiduus est motus in parteis semper diuiduas, ergo neque ab initio, neque in fine sumi potest aliqua pars, quin ea secari possit in infinitum: tales enim sunt continuorum partes. At de iis quæ per motum non fiunt, ita distinguunt, si contrario careant, quemadmodum illuminationes, habent hæc primum esse ab initio, & vltimum esse à fine: si contrarium habeant; est primum esse, dum incipiunt, & primum non esse, cùm desinunt. prius enim non erant, posteà sunt, & cùm essent anteà, post hoc instans amplius non existunt. Attamen, & isti philosophi videntur aberrare à doctrina Peripatetica; proptereà quòd accipiunt partes motus,

A tus, easq. conferunt inter se, cùm Aristoteles eius terminos assumat. Deinde oppugnant placitum Aristotelis qui vltimum non esse rerum desitioni, hi verò ortui adscribunt. Prætereà primum esse substantiis, atque omnino permanentibus, cùm ipsi tribuant id motui, atque iis quæ fiunt cum motu, quatenus complectuntur motum. Mitto nunc, quòd substantiam non cum motu generari autumant, id quod fuit nobis anteà confutatum. Ita ergo regulæ istæ Latinorum à sententia philosophi valde admodum distant.

Quæ sit germana Philosophi sententia de terminis mutationum. Cap. XXXI.

ARBITROR equidem Aristotelem omnem rem paucioribus, atque illis quidem arctioribus regulis comprehendisse. primum enim distribuit res in successiuas, atque permanenteis, in eas scilicet quæ sunt per parteis, quin potius per terminos suos, & eas quarum omnes partes sunt simul. Nam in vnoquoque quod spectatur sub ratione quanti, est aliquod indiuiduum quod quidem in extremis est actu, inter extrema verò potestate, atque in extremis habet vnam rationem duntaxat, vel initij, vel finis, intra extrema duplicem rationem obtinet, finis quidem, si partem præcedentem respicias, initij verò, si subsequentem. id propterea partes continuorum B inter se connectuntur & continuantur: ita punctum in linea, linea in superficie, superficies in solido; instans quod nos momentum, siue punctum dicimus, in tempore, mutatum esse in motu talem vim habent: & hæc sola sunt in iis quę successiua existunt, partibus antecedentibus iam aboletis, subsequentibus verò non dum existentibus: talia verò sunt, motus & tempus, sed cùm tempus æternum sit, neque cęperit, neque desinere posit in Schola Peripatetica, terminos non habet, nisi potestate. quòd si termini illius aliquando assignantur, non sunt eius simpliciter, sed vt applicatur ad res in tempore existēteis, quarum est initium & finis. ita quoque de conuersione qui motus perpetuus est, dicere oportet: nullus enim terminus est in ea, quin sit simul finis & initiū, ac termini puncto in aliqua cęli sede notato sola cogitatione capiuntur. Restat igitur alter motus qui perpetuus non est. Constat hic è duobus terminis inter sese distinctis termino à quo, & termino ad quem in cuius vtriusque parte est, dum est actu motus. verùm quia terminus à quo reuera locum priuationis obtinet, terminus autem ad quem formæ & finis, & omnino rei quæ fit; ei verò, quod est, & fini, & formæ denominatio rerum tribuitur potiusquàm priuationi, & ei, quod non est. Tùm prætereà quoniam interitus per se non expetitur à natura, sed ortus; eius C autem gratia paratur interitus: etiam fit, vt generationi ipsi potiusquàm interitui motus conditiones tribuantur: hæc verò tendit ad formam. Accedit eodem, quòd termini illi sunt in rebus sensilibus qui indicari possunt, si igitur noterur terminus à quo simpliciter, non dum est motus. quidquid succedit tribuendum termino ad quem; at postquam aliquid accessit de termino ad quem, iam motus est, non autem terminus: quippequòd eius partes sunt motus; id enim sibi vult, esse diuiduum in infinitum. Ergo ab inito non datur primum mutatum esse: at cùm terminetur motus forma, eaq. adueniente cesset, hęc autem verè est: ideò datur vltimum motus, quod est ipsa forma, qua omnes motus proprio iure terminantur. Hoc ergo loco aduerte tu diligenter, vt ab aliis auctoribus discedamus. Etenim ipsi secernunt motum à termino ad quem, & de motu sine termino ad quem iudicium ferunt id cuius est essentia, ab essentia sua separantes: nos motum cum termino accipimus, eaq. ratione de illius terminis decernimus. Illi sumunt de motu non esse; nos, quia motus forma terminatur à qua est omne esse, describimus ipsum per esse. Tertio illi eodem modo de motu statuunt, & de iis quæ cum motu parantur: nos hæc de motu simpliciter, ab Aristotele decreta fuisse credimus. Illi motui binos terminos D priores, binosq. posteriores adscribunt; nos tantum duos: alterum à principio qui negatione significatur, alterum à fine qui notatur affirmatione. Ii demum etiam volunt notari terminos, cùm secundùm extentionem & quantitatem, tùm etiam secundùm gradum: at nos solùm terminos ab Aristotele descriptos esse dicimus qui respiciunt gradum & ordinem perfectionis; quandò illud incertum est, nec perpetuum in omni mutatione, neque etiam in eadem specie mutationis: nam potest lac totum concrescere, potest etiam affici particulatim: at gradus & ordo perfectionis in natura certus & perpetuus est. Nunc ad reliqua transeamus quæ permanentia nominantur. Hæc cùm fiant vel per generationem, vel sine generatione, & indiuiduè: de postremis hisce solum id habemus ex Aristotele, quòd simul fiunt & sunt; simul intereunt & interierunt, & prætereà nihil. Sed ea fortasse quæ subiicientur, attinentia ad alteram partem permanentium cum iis quæ de successiuis statuimus, præbebunt occasionē, nisi fallor, etiam enucleandi proprietateis illorum, si quæ sunt. Inde verò res omnis intelligetur, si ante exposuerimus, quemadmodum se habeat motus per quem, seu cum quo ipsa producuntur, hic obitur inter contraria, atq; inter priuationem & formam: modò à priuatione tendens ad formam, modò contra à forma ad priuationem: & dum tendit à priuatione ad formam habens rationem generationis, siue sim-

pliciter vt in substantia, siue secundùm quid, vt in accidentibus, dum contrà tendit à forma ad priuationem, habens rationem corruptionis quæ itidem distribuitur in eam quæ simpliciter est, & quæ secundùm quid; qui motus ita inter se connexi sunt, vt vnus sine altero præstari non possit. quo factum est, vt re vera ortus vnius sit alterius oppositi interitus, & vnus sit re ipsa terminus, licet ratione distinguatur, quo terminatur corruptio rei quæ corrumpitur, & quo terminatur generatio rei quæ fit; atque adeò vt eo vsque sit res quæ corrumpebatur, donec absoluta est altera quæ prodibat in lucem: nec esse possit res quæ fiebat, nisi iam corrupta sit altera quæ interibat. aliter manere contraria simul possent: aut aliquod esse tempus, quo materia deserta esset ab omni forma; neque res esset, neque non esset; quæ certè natura non patitur. Ergo sequitur, vt idem sit vltimum non esse rei quæ corrumpebatur, & primum esse rei quæ fiebat; nam tunc de re quæ corrumpebatur, verè asseri non potest non esse, & de ea quæ fiebat, quòd est, cùm anteà liceret solum dicere, hæc corrumpitur, illa verò fit. dicitur autem vltimum non esse, quoniam cùm corrumperetur, tendebat ad non esse; vbi verò res est quæ fiebat, tùm extremum non est, neque datur primum non esse in corruptione; quoniã ea quoque motus est, qui in alios motus diuidi potest. ac primum esse rei quæ fiebat: quia tum primum est, cùm res illa quæ corrumpebatur, amplius non est; quod & dum fit album, & dum fit homo, licet asserere. nam sic vltimum non esse seminis est primum esse hominis, & vltimum non esse nigri est primum esse albi. F Neque obstat quòd album etiam, antequàm ad vltimum gradum peruenerit, album nuncupatur; homo non item. quia in generatione albi sumi potest aliqua pars sensilis quæ tum est id, quod natura aut assequi vult, aut producere potest: ideoq. obtinet rationem albi terminati, & formæ, & idcirco etiam quando procedit vlterius albi generatio, fit aliud albũ, quasi sit alia eius forma, & è nõ nigro, vbi vltimum non esse talis nigri est primum esse talis albi; verbigratia, cùm ex albo vt duo fit transitus ad album vt quattuor; sed ita fit ex albo, vt duo, tanquam si esset nigrum vt sex, & huius est vltimum non esse quod est primum esse albi vt quattuor. Ita facimus idem iudicium de permanentibus, quæ cum motu fiunt siue substantiæ sint, siue accidentia. & cum aliqua ratio motus siue successionis ad ortum substantiæ pertineat: quòd eodem modo termini in substantia & accidente constituendi sint. Sic ergo discedimus ab iis qui aliam rationem terminorum substantiæ tribuunt, atque aliam accidenti: præsertim cùm Aristoteles hæc quasi intereà nihil intersit, non distinxerit. Iam verò quod restat de iis quę tùm fiunt, tùm etiam momento temporis intereunt, cùm fiant simul & sint, cùm etiam corrumpantur simul & non sint; patet ab intrinseca ratione terminos sumi non posse, nulla enim differentia est inter partem G quæ fit, & eam quæ facta est. igitur per temporis terminos solummodò notabuntur. Quamobrem aut erit primum illorum esse, quia scilicet erit primum punctum ante quod non licebat dicere hoc est, & post quod licet dicere, hoc est. Aut etiam cùm istæ mutationes pendeant ex aliis motibus, ideò ex eorum terminis indicari, vt cùm sit primum esse quo Sol est in hoc puncto, vnde illuminat horizõtem nostrum, etiam vt est primum esse solis in hoc puncto, sic etiam sit primum esse illuminationis, & ab opposito cum vltimò non est suprà horizontem, tunc etiam sit vltimum non esse terminationis in eo: propterea vel terminum desitionis ego notarem negatione sic, non dari vltimum non esse: quoniam non desinit per corruptionem, sed ad extremum vsque permanet seruans eundem tenorem, nec dicere licet vltimum esse, quia nõ terminatur forma, vel etiam extrinsecùs ipsi concederem terminos pro ratione terminorum quos assecuta est illa res cuius motum talis mutatio sequitur, quod ita eueniet non si terminos motus acceperis, quoad est motus, sed si ipsum vbi consideres quod per motum comparatur: existit enim illuminatio per motum quidem, sed non cum motu, & cum ipso vbi tantummodò. quare vt est eius primum esse & vltimum non esse, sic est primum esse & vltimum non esse illuminationis. Vbi etiam nota differentiam inter nos & Latinos auctores; cùm ipsi velint accidentia incipere per vltimum non esse; H & hæc quæ subitò fiunt vltimum esse obtinere.

Dubitationes aliquæ diluuntur contra nostra decreta de terminis mutationum. Cap. XXXII.

QVONIAM verò certa nota rectę determinationis esse solet, si per ea quæ posita sunt, diluantur dubitationes quæ in proposito contingunt, non erit ab re nunc aliqua contra hęc afferre, & experiri vtrum'ne ea quæ constituimus, aliquid controuersiæ præseferant. Cùm igitur constitutum sit in motu primum non dari; hæc videri poterant persuadere oppositum: nanque potest assignari primum tempus in quo fit vniuersus motus, vt puta, hora: cum ergo hora vtrinque terminos habeat; motus etiam necesse est habeat terminos. Rursus videntur secum cõgruere motus & spatium per quod fit motus: atqui spatium terminos habet, & motus igitur. Tertiò finitum est cuius sunt termini cùm ab initio, tùm ab exitu. Sed quilibet motus non æternus

A nus est finitus: habet igitur vtrinque terminos. Præterea si non detur primum in motu; cùm
partem formæ ponat motus; isque sit diuiduus in infinitum; sequetur, vt danda sit minor mi-
nima qualitate. Est aliud etiam quod nos interturbet ob ea quæ de materiæ & priuationis inte
ritu dicenda sunt: decernendum est enim propter Aristotelis monita 1. Phys. materiam corrum
pi per accidens, priuationem verò per se; aut, si malis compositum ex materia & priuatione per
se corrumpi; nihilominus ita corrumpitur, quod in eo corrumpitur priuatio; propterea consi-
militer dubitari continget. Quo igitur pacto dabimus vltimum non esse in interitum? Nam si
vltimum esse est eius quod antea fuerit; post verò non est amplius priuatio, quia non erat ens,
non videtur terminari non esse. Aut igitur priuatio est ens, aut non est dandum vltimum non
esse, aut malè ab Aristotele constitutum est priuationem per se corrumpi. An, vt hinc exordiar,
huic malo remedium sic adhibebimus, si dixerimus Aristotelem id obseruasse quod sensum mo
net, & quod plerosque tentat, nimirùm compositum quod per se sensile est (nam priuatio sola
mente comprehenditur, cùm priuatio nihil per se sit, sed merito, subiecti in quo est, & formę cu
ius ipsa est absentia, eodemq. modo compositum ex materia & priuatione) & quod manifestè
conspicitur, ex eo quod est, in aliud conuerti, nec retinere suam naturam, priuationem verò ne-
glexisse, quia nobis perspicua non sit. Attamen siquis velit Aristotelicum præceptum [a] vsque in
B elementa dissoluere; statuet priuationem esse illam quæ per se interit, & aduentu nouæ formæ non amplius est, eiq. adscribet esse quo suum ipsius proprium est, & ex nouæ formæ præsentia [a] 7. Phys. T. 82.
prorsus delebitur, idemq. iudicium de composito ex materia & priuatione faciet. Nec incom-
modi quicquam inde resurget: sed cùm & ipsa cum antecedente forma permaneat, & quia non
amplius extet, vbi noua forma succedit; sic verè esse & non esse tribuentur composito ex mate-
ria & forma, quod non conseruatur; priuationi verò & composito ex ipsa, quod suum ipsorum
proprium est. Ad reliqua atque alia consimilia sic respondetur. Primò solet notari ratio dispar
lineę ac motus, puncti & mutati esse: nam lineæ potest aliquod initium designari, ante quod nul
la sit alia linea; sic ante punctum non est punctus: sed nulla pars motus assignari potest, ante
quam non sit motus; semper enim diuidi potest in alios motus; sic mutatum esse semper habet
ante se alia mutata esse propter inconstantiam, puto, eius rei; neque enim manet id quod moue-
tur, in eodem statu plus quam per vnicum instans; ob id datur primus punctus in linea; & in
motu non potest dari primum mutatum esse. Idem quoque de tempore dicendum foret, cùm
per se consideratur: nam fortè si spectatur quatenus applicatur ad rem quæ est in tempore, di-
C cendum sit aliter, quia tunc dicitur esse aliquod primum tempus atque aliquod primum nunc
ante quod motus non erat, & aliquod nunc cui nullum aliud præcedat. Sed isti perperam hæc
tempori per se sumpto adscribunt, mihiq. solutio hæc pluribus vitiis obnoxia videtur. Etenim
id inest primùm quod ab Aristotele notatum est contra Zenonem: nanque hæc videtur esse so-
lutio ad hominem & rationem, non autem ad rem. Impeditur enim processus rationis indi-
cata dissimilitudine puncti, & mutati esse. Sed tamen adhuc dubitatio seruat robur: propterea
quòd è non motu fit motus; ergo fuit factus aliquando motus, si non simpliciter; at hic atque
ille: & fuit aliquando tempus, quo licebat dicere, nunc non est motus, posteà motus est. Quid
igitur de tali principio dicendum est? aut enim diuiduum est, aut indiuiduum; ac si diuiduum
fuerit, mutationis termini esse poterunt diuisi. iam enim accipio tanquam perspicuum esse cu-
iusque mutationis terminos indiuiduos, & in puncto temporis ex non hoc esse hoc; licet fieri
possit, vt non subitò quidem, sed tempore ex non hoc fiat hoc, & quod mutatio est, cùm è non
motu fit motus, neque idcirco sequi motus esse aliquem motum, quia non est motus, seu muta-
tio illa motus [b] tanquam subiecti, sed tanquam termini solùm; cùm ceteroquin ea quæ conclu- [b] 5. Phys.
D serat Aristoteles; motum non esse motus, tanquam de subiecto sint accipienda. non igitur diui-
duum est tale principium, quòd si fuerit indiuiduum, iam erit primum motus, quod ab Ari-
stotele negatum est. Neque sufficit, si mutatum esse dicas requirere motum; quia tametsi ea
ratione, quà mutatum est, requirit motum, at non, quà primum, de quo nunc quęrimus. quo-
niam, inquam ego. esto; non sit hoc mutatum esse: at nil vetat, quominus sit primum & fallax
est ea ratio, quòd motus principio careat, linea verò minimè: quandò motus sic diuidi possit in
alios motus, non magis quàm linea diuidi potest in alias lineas, atque omnia reliqua continua.
Mitto eos nunc qui ponunt in tempore terminos secundum rem, & per se, cùm tamen sint secun
dùm cogitationem, & ad ea quæ fiunt in tempore, aut eius puncto, quanquam de hac ipsa re in
extremo voluminis agendum est diligentius. Neque potes dicere hoc fore primum, sed tamen
non motus, hoc est, esse quidem terminum motus, non autem partem eoquòd neque mutatum
esse est pars motus, neque omnino diuidui, id quod est indiuiduum. Præterquamquòd aduer-
sus hoc valet Aristotelica ratio. Primum non est motus; quoniam ipse diuidi potest in alios mo
tus. In re quam alij conniuent, dicam id quod mihi diutius cogitanti venit in mentem. Pri-
mùm igitur distinguamus de motu: ipse autem accipitur, vt significat successionem & fluxum,

atque, vt aiunt, formaliter, aut processum certæ formæ, atque, vt dici solet, materialiter. nos agimus nunc de motu, quatenus est fluxus, infra de altero eius significato disputaturi. In illa ergo mutatione, in qua è non motu dicitur fieri vel esse motus, est quod iam diuiduum est & sicut instanti tempus adnexum est, non alterum instans; instans enim non est continuum, neque contiguum, neque consequens; sed tempus adnectitur: sic vbi motus est, ei quod est non esse motum consequens esse motum, & sicut instans, vnde cœpit tempus, reipsa finis est, ob eamq. caussam tribuitur præterito. hoc enim extitit: non autem futuro, licet sit eius initium; quia non dum extat hoc, & quia post illud id quod est, est tempus & diuiduum, sic quod est indiuiduum ab initio motus, illi tribuitur quod motui præcessit; nam quod consequitur, omne diuiduum est, & motus. quo fit, vt sit prima quidem pars motus, sed non primum tanquam indiuiduum, siue appelletur hoc mutatum esse, siue primum esse simpliciter, nihil refert. Quare ad dubitationem propositam facilè respondeo. Est primum tempus in quo fit motus. fateor. sunt & termini temporis. concedo. ergo & termini motus, & id tibi do. Tu adiungis. Termini temporis sunt indiuidui, ergo & termini motus, initium scilicet & finis. Iam inest fallacia in argumento, quoniam termini, vnde incipit tempus, sunt præteriti re ipsa, non autem eius quod incipit. Sed omne id quod est, eius quod incipit, est tempus & diuiduum; ita quoque de motu dicendum est. Nam primum quod est indiuiduum est alterius formæ, cuius est primum non esse, quare nihil huius motus, quod consequitur sic habet; nam fit motus in tempore & primum motus in primo tempore, quia etiam primum motus est motus. In qua re successiua distinguuntur à permanentibus, quoniam hæc habent, quòd sint simul & indiuiduè, ideò in quolibet instanti, postquàm existunt, illis tribui potest illud esse quod est indiuiduum, & quatenus tale non obnoxium tempori. Ideò tollitur secunda dubitatio, qua confertur motus cum spatio, quoniam spatium permanens est. Nec verò negatur motum habere terminos; sed id negatur, quòd pręter vltimum motus primum sit ipsius motus: sed est eius quod præcessit. pręterquamquòd finitus motus accipitur ibi vel ad tẽpus, vel ad spatium; quorũ illud primũ ab initio habet instans, quod est re ipsa ipsius pręteriti: spatiũ aũt, quia permanens, per se terminatũ est; quare communicat terminationem motui, quæ tamen eius diuisioni non obstat. Id autem quod spatio tribuimus in latione, potest item cęteris motibus, proportione conuenire: nam quod in iis est res ipsa, & id quod obtinet materialis; quia progressus est à potentia, quæ per se infinita est, terminari autem potest forma & actu; ad actum ipsum & formam, quæ per se terminata est, omnis etiã terminationis in illis intrinsecè caussa est.

Explicantur accidentis termini, & docetur vt in illorum quoque productione non sit primum esse. *Cap. XXXIII.*

CAETERVM quod attinet ad tertiam illam difficultatem: quoniam desiderat eius dilutio notitiam terminorum accidentis, & de hoc ipso est quod nostro marte dicamus, atque eru ditissimus vir Franciscus Toletus eam tractationem pollicetur, neque tamen præstat 8. Physicorum, operęprecium me facturum puto, si nonnulla nunc afferam, vnde etiam certior dubitationum exitus habeatur. Itaque negant Latini quidam terminos accidentium ob eam præcipuè rationem; nam si minimus calor in rerum natura posset esse; profectò motus subito obiretur: at omnis motus est in tempore, idcircò minimum caloris esse nequit; idem de cęteris accidentibus iudicium faciendum est. Coniunctum approbatur, facta terminorum expositione, more mathematico sit primus caloris gradus, ponamus cum tempore contrahi. cùm sic contrahatur, successiuè & particulatim: non erit igitur primum, neque minimum; hoc autem aduersatur nostrę positioni: quòd si primum est, quemadmodum accipimus, non contrahetur particulatim: temporis igitur puncto fiet: atqui gradus est iam aliquid actu, & qualitas, igitur qualitas puncto tẽporis accedet. & ob id, aut qualitas sine affectione, aut affectio sine tempore obiri poterit; quod sanè euertit omnia quæ in libris physicorum ordine admirabili demonstrata sunt. quare sequitur, vt non sit minimum in accidentibus. Sed meo quidem iudicio fallax est hoc argumentum eo quòd primus gradus qualitatis duo notare potest, aut id quod dicitur primum affectum esse, hoc verò non dari supra demonstratum est abundè: aut primum esse qualitatis sensilis, quod est sicuti forma: atque hoc iterum consideratur dupliciter, vel vt terminus solùm sine via ad hunc terminum, vel simul cum ipsa via: quòd si vt terminus solùm accipiatur, est in non tempore: neque de eo verè prædicatur fieri, sed esse, sicut de cęteris indiuiduis. quòd si cum sua via sumatur; beneficio viæ tempore comparatur: ideò nulla est necessitas eius argumenti. Nam quando instant quærentes de primo gradu coloris, vtrùm tempore contrahatur, nec'ne. Tempore nos aimus. Cùm vrgent rursus, Ergo non primum: quoniam comparatur particulatim, dicimus etiam, si ita comparetur, non propterea tolli, quin sit primum: neque ob id sequi vt detur minus minimo: quoniam antequàm peruenerit ad eum terminum, quo primo sensilis est, calor fit, &

non

A non dum est qualitas: tum verò est qualitas, vbi iam sensilis facta est: & quando non est sensilis non est qualitas, nisi potestate, & quemadmodum pars dieseos non est sonus, quia non auditur, sic, quæ non cadunt in sensus, non sunt qualitates; ea enim fuit Aristotelis firma sententia, atque à communi hominum sensu ducta, cui refragari difficile admodum est, id quod sensile non est, qualitatem esse non posse, quod item ab ipso pluribus rationibus munitum ac disputatum contra Platonicos fuit, [a] qualitates naturales ex indiuiduis primordiis componentes, quæ item cum ipsi formarum, quæ ad essentiam pertinerent, elementa ponerent, eas nos, quà de ortu substantiarum disseremus, exponere instituimus. Quare si hæc vera sunt, vt certè in physicis est confitendum; non pugnabunt hæc secum, esse scilicet primam qualitatem, & contrahi particulatim. Quòd si roges, quid ergo sunt istæ partes? ad quod'nam prædicamentum referuntur? Certò etiam & ipsæ qualitates erunt analogicè: quoniam qualitatis initia: sed videbuntur imitati partem illam substantiæ proportione quam in ortu ante extremam formam produci dictum est; eas enim materiæ partem faciebamus. sic aimus eas qualitatis parteis per se notare solùm materiam: à qualitate significari præterea formam, ac potius appellandas esse affectioneis quàm qualitateis: & demum qualitates in potentia. sic ergo, gradus vt præseferunt ordinem ad perfectionem, notant materiam, vt verò certum obtinuere terminum, iam sunt qualitates. Ita cùm adiungis, si primùm; ergo non producetur particulatim: hoc verò nego, & reliqua quæ manant ex hoc. Neque hìc est quòd quæras, vt istæ qualitates potentia consistant, ne fortè dubites materiam aliquandò separatam offendi ab omni actu: manent enim tunc, cum actu opposito, quemadmodum explicabimus, quà de intentione formarum. Hæc non admodum animaduertens Zimara negauit minimum in qualitatibus habentibus contrarium; neque vidit eas quæ non habent contrarium, idem habere summum & minimum, quia non intenduntur, neque remittuntur: deceptus autem esse videtur in eo, quòd ignorauit parteis, quæ sunt infra primam qualitatem sensilem, non esse qualitates. Hinc patet fallacia quartæ illius dubitationis quæ tertio ab hoc capite proposita est. Neque enim necesse est dari minus minimo in qualitate, etiamsi prima qualitas per motum producatur, & per parteis in infinitum diuiduas, cùm id quod est infra primam qualitatem, non sit qualitas, nisi potentia, & notet materiam cuius proprium est diuidi in infinitum.

[a] 3. de Cælo, libro de sens.

Ostenditur vtrosque terminos constare essentiam motus; magis tamen terminum ad quem. Cap. XXXIV.

C POTVIT & id quoque dubitari non modò ob ea quæ nunc tanquam firma & certa constituta sunt, sed propter illa item quæ nos olim accepimus. Nam sæpe posita sunt à nobis tria motus elementa, terminus à quo, terminus ad quem, & subiectum. An'ne vera sit prorsus ea positio, videlicet, terminum à quo esse partem quampiam motus. Neque enim defuere qui secus existimare potuisse videantur (nanque etsi ad hoc problema nihil priuatim dicunt; ea tamen decernunt ex quibus hæc consequuntur) terminum à quo ad motus essentiam nullo modo pertinere: sed alterum illi oppositum duntaxat in essentia motus esse recipiendum. Rationes autem quibus vtuntur, huiusmodi sunt. Motus nil est aliud, quàm actus eius quod potestate, quatenus huiusmodi. hoc verò nil aliud sibi vult, quàm processum in actum perfectum. Ergo solum significat viam in terminum ad quem. Confirmatur autem ex eo, quòd etiam motus incipit à termino ad quem, velut albefactio à primo gradu albedinis: & reipsa est profectus in albedine, extrinsecus autem processus in nigredine, aboletur enim. Accedit eodem auctoritas Aristotelis qui motuum repugnantiam iudicandam esse censeat ex aduersitate terminorum ad quos, non autem terminorum à quibus, quasi nullam rationem termini à quo habendam esse censuerit Aristoteles. Itaque etiam motus veritatem à termino ad quem duntaxat arbitrantur esse petendam. Sic igitur etsi non sine termino à quo constat motus, at illi inest veluti comes, non vt principium & essentia motus. Hoc equidem placitum arctè tenuisse accurateq. defendisse grauissimos viros accepimus, ex quo etiam nata sunt illa, nimirum id potestatis quod in motus definitione comprehenderetur, ad terminum ad quem referri oportere. Nam cùm id sine controuersia detur à Peripateticis terminum ad quem in motu principem locum obtinere, & potestas in definitione motus sibi vendicet primas. Ergo necesse est potestas & terminus ad quem reapse conueniant. Potissimam verò partem definitionis esse potestatem in motu sic approbant. Talis enim definitio motus assignata est. Actus eius quod sit potestate, quatenus est potestate. In qua sanè oratione actus locum generis occupauit, potestas verò differentiæ. Atqui differentia, quoniam est sicuti forma, magis attingit essentiam rei quàm genus, quod est sicuti materia. Tùm deinde quia motus acceptum refert, quòd vnus sit, & à cæteris separatus, termino ad quem; ad hunc verò est in potentia. Igitur potestate motus ipse determinatur; quippe qui in eiusmodi potestate

ſtite conſiſtat. Tertiò quoniam res quæ mouentur, non mouentur ſanè merito formæ quam aſſecutæ iam ſunt, in illa enim conquieſcunt: ergo mouentur propter formam quam nondum habent, ſed planè poſſunt habere. Propterea motus potiſsimè fit ob poteſtatem. Poſtremò ponatur aqua quæ ad ignem calefiat & ferueat, ac dum feruet, calefaciat aliud: certè non calefit, & calefacit propter idem principium; verùm propter actum calefacit quem iam adepta erat, calefit autem merito caloris illius quem nondum habet, ſed ad quem eſt in potentia. Hæc nobis perpendenda non ocioſè, vt iis ventilatis, & probè diſcuſsis experiamur an'ne germanam præceptoris noſtri ſententiam aſſequi valeamus. Quod vt rite peragatur, docebimus in primis non modò terminum ad quem, verùm etiam terminum à quo, conſtare eſſentiam motus, tametſi terminus ad quem ſibi primos honores in motu aſſumit: quanquam ego neminem obſeruo qui id neget. Præterea ſedulò diſquiremus an'ne poteſtas priorem locum occupet in motu; itidemque an'ne potius terminum ad quem reſpiciat quàm terminum à quo, vt illi dicere coguntur, quorum rationes anteà recitauimus. Nunc audiamus ea quæ mihi perſuadent terminum à quo pertinere ad eſſentiam motus. In primis quòd cauſſa prima propter quam ineſt aliquid cuipiam, demum eſt eſſentia: ſed eſſe diuiduum ineſt in motu, per id primum quod eſt partim eſſe in termino à quo, partim in termino ad quem: ergo terminus vterque eſt eſſentia motus. In ſubiecto enim eiuſmodi naturam contineri neceſſe eſt, vnde propenſio fluat ex qua attributi eiuſmodi reddatur particeps quod ineſt per ſe. Ita enim ea decernebat Ariſtoteles ineſſe per ſe, & demonſtrationi ſubiici quæ cognata eſſent, & ex ſubiecti principiis ortum ducerent. Sed eſſe diuiduum, hoc eſt, habere partium productionem & terminos poteſtate, quanuis communi quadam ratione ſit ingenitum quantitati, propria tamen ratione, qua motus eſt, hoc eſt, qua eſt imperfectum quid, & in eo poſitum quod eſt fieri, eſt vtriuſque termini participem eſſe; ex quo etiam 6. Phyſ. ab Ariſtotele demonſtratur, vt in hoc eodem volumine ſcriptum eſt, omne id quod mouetur, eſſe diuiduum. Vt certè ſi quatenus mouetur, quippiam eſt diuiduum, credi oporteat, motui per ſe eſſe diuiduum, ita ineſſe, vt illi primò inſit, & per motum ei quod mouetur. ac ſiquis eius rationis ſummam in primos ſuos terminos diſſoluere ſtudeat, ita poterit fabricare demonſtrationem. Motui ineſſe vtriuſque termini eſſe particeps, vtriuſque termini participi ineſſe eſſe diuiduum. At corpori ineſt motus, ergo & vtrunque terminum participare, & eſſe diuiduum. Itaque terminus à quo, & terminus ad quem ſunt de eſſentia motus. Deinde quę continentur in definitione motus, ſunt eius eſſentia. Terminus autem à quo continetur in ea definitione. igitur etiam pertinet ad eſſentiam motus. Aſſumptio ſic approbatur. Quod eſt potentia, continetur in definitione motus; terminus à quo eſt id quod eſt in potentia, aut per quod ineſt poteſtas in ſubiecto motus, ergo continetur in ea definitione. Approbatur autem huius proſyllogiſmi aſſumptio rurſus alio proſyllogiſmo, ſic. Contraria ſunt ea quæ ſunt in potentia. Terminus à quo contrarius eſt termino ad quem: ergo terminus à quo eſt potentia. Præterea, dum enumerarent Ariſtoteles [a] & Auerroës ea quæ conueniunt ad conſtituendum motum, docent ea eſſe quinque: terminos duos à quo & ad quem; ſubiectum, tempus, & efficiens, tempus autem & efficiens extrinſeca eſſe mouent; reſtat igitur terminos vtroſque ineſſe intrinſecus in motu. Neque obſtat quòd etiam terminus ad quem ſit contrarius, & ideò etiam ille vim potentiæ retineat; quoniam & ipſe eſt potentia; non tamen operatur ſecundùm potentiam quam habet, ſed ſecundùm actum; quòd ſi ſecundùm ſuam potentiam operaretur, vtique iam obtineret potentiæ rationem, & locum termini à quo, & eſſet motus ſuperiori contrarius. Præterà niſi terminus à quo eſſet de eſſentia motus, idem eſſet motus ab albo ad fuſcum, atque à nigro ad fuſcum: neque enim differunt quo ad terminum ad quem, ſed ſolùm quo ad terminum à quo. Adde item quòd Ariſtoteles diffinit aſcenſum per terminum à quo, dicens ipſum eſſe à centro. [b] Accedit eòdem, quòd conuerſio vtroſque terminos complectitur, cùm ſic definiatur, quòd ſit circum centrum, & à centro ad centrum. [c] Igitur in definitione motus vterique termini comprehenduntur. Vtrum'ne verò magis terminus à quo quàm terminus ad quem, dubium non eſt terminum ad quem, eo quod terminus à quo notat imperfectionem, eius autem perfectio eſt terminus ad quem. Ille, vti dictum eſt, notat priuationem & potentiam, hic verò actum & formã. Sicut ergo imperfectum perfecto, & priuatio atque potentia actu & forma determinantur ſecundùm naturam; ſic & terminus à quo determinabitur termino ad quem, & ex conſequenti motus ex termino ad quem potiſsimè conſtituetur. Ex quibus etiam ſumi poterit occaſio diluendi cæteras quæſtioneis. ſiquidem contrarium quod item occupat locum priuationis, eſt potẽtiæ fundamentum, vt etiam nos optimè docuit Alexander, [d] quòd aut dandum eſt, poteſtatem non obtinere primas in definitione motus; aut ſi primas obtinuerit, terminum à quo termino ad quem eſſe præponendum. Quia verò vtrique termini in motu perpetuò requirantur, quorum alter eſt vt actus, alter autem veluti poteſtas: inde efficitur etiam, vt poteſtas cum actu perpetuò copulata reperiatur in motu. Falsò verò illud acceptum eſſe conſtat (vt iam veniam ad exitum argu-

a 5. Phyſ. T. c. 3. 7.

b 1. de cœl.

c 8. Phyſ.

d Quæſt.

A argumentorum quibus hæc pars problematis nitebatur)cùm dicitur,motũ esse actum eius quod est potestate, notare solùm terminum ad quem , & viam ad illum . nanque etiam notatur cuius est talis progressus,& vnde est; hoc autem est id quod est potentia , quod transit de potentia ad actum , atq. ipsum cum potestate commutat : nec potest comprehendi fluxus ille qui constituit motum sine amissione termini à quo,& acquisitione termini ad quem,licèt secundùm naturam sit prior acquisitio termini ad quem quàm amissio termini à quo,amittitur enim hic,vt alter pa retur ; terminus à quo prius origine amittitur , quia nisi hic amittatur , non posit alter induci . Cùm adiiciunt , quòd etiam motus incipit à termino ad quem ; at non seiungitur , inquam , hic terminus ab eo quem dicimus à quo : nam si cogitatione motũ seuoces , extabit terminus à quo & denominabit subiectum,& quanquam dices hoc fieri album, tamen quod fit album, dices esse nigrum . Prætereà dealbatur nigrum,quatenus nigrum,nec re,nec cogitatione separatur ille terminus à motu. Cùm verò confirmant propositum,ꝙ Arist. constituit repugnantiam in motibus,ex repugnantia quæ intercedit inter terminos ad quos. Videant obsecro,etsi contraria constant, ex actu & potestate , eam potissimè produci ex actu : atqui actus obseruatur præcipuè in terminis ad quos , ergo ab ipsis est petenda repugnantia : nam terminus à quo , quatenus talis, indicat potentiam: hæc verò per se non est obnoxia repugnantiæ. Nam contraria flagitant ter-
B minos (sunt enim quæ sub eodem genere maximè distant) omnis verò terminus existit ex actu; potestas autem per se infinita est . Quapropter repugnantia motus , non à repugnantia duorum terminorum à quibus accipitur , nec à terminis à quo & ad quem ; sed à duobus qui sunt ad quem non tam inde concluditur fore terminum à quo alienum à motu . Sed quid inquiunt ipsi,Aristotelem in constituenda repugnantia non comprehendisse terminum à quo,cùm id manifestò falsum appareat ex iis quæ 5.Phys.scripta fuerunt ? Ideò,si quandò de hoc non meminit, ita dicendum ; quoniam ob ea quæ diximus , primæ repugnantiæ radix à termino ad quem petenda sit . Cæterùm,vt diximus,hoc aliqui excogitarunt, vt defenderent vnum esse motum à nigro ad album,licet nigrum tolleretur & succederet album ; proptereà terminum à quo de essentia motus exploderunt : at nos vnum re hunc motum fore suo loco demonstrabimus ; licèt terminus à quo comprehendatur in essentia motus qui ob allatam caussam ab vno fine denominatur,hic verò est actus,qui tenet locum termini ad quem . Transeo nunc ad dissoluendas eorum rationeis qui primas parteis in motu tribuunt ipsi potestati. Cùm igitur opponunt motum significari magis ex potentia , quàm ex actu ; quandò potentia in eius definitione vim obtinet differentiæ ; differentia verò essentiam rei magis attingit . Hîc siquis id neget , & docet in definitio-
C ne quandoq. magis indicari formam ex genere quam ex differentia ; profectò facinus capitale non erit: vt,si dicatur animal bipes : etenim magis elucet forma in animali, quàm in bipede : ac siquando differentia reputetur esse perpetuò potior pars definitionis; videatur respici potius materia definitionis,quàm eius forma,atque, vt ita dixerim,anima,quæ est essentia rei definiendæ ; ea verò est oratio & potius essentiæ terminus;quàm perfectio substantiæ:quandoquidem in oratione id quod vltimò accessit,qualecunque sit,eam absoluere potuit , atque illud idem soleat in ædificio perficiendo contingere : nam sicuti perfectum dici non potest , si etiam minima quædã regula desit ; nihilominus ea non superat alias parteis ædificij perfectione , sic aliqua differentia potest complere definitionem eam contrahendo ad definitum solùm,quanuis à cæteris perfectione superetur . Ita falsum est differentiam magis attingere essentiam rei . Adiiciamus & illud , quòd planè concluderetur argumentum,si potestas secundùm naturam,vel quo ad nos abstrahi posset ab actu. nunc cùm potestas ab actu neque re neq. mente seuocari possit, efficitur,vt actus, tanquam prior,in potestatis definitione comprehendatur. Cùm secundo loco opponitur . Motum referre acceptum quòd sit vnus,& à reliquis secretus,termino ad quem; ad hunc verò esse in potentia;ob id determinari potentia, nescio mehercle,cùm propter ante dictam caussam,quia
D .f.potentia sine actu non consistit, tum etiam ob formam argumenti , necessariò'ne id concludatur. Nanque esto,vt potentia sit essentia motus , si finitur termino ad quem, hic verò vna significet terminum à quo,necesse est item terminus à quo in potestatis essentia ponatur. Tũ prætereà quia potestas(quod à nobis aliàs ostensum est) necessariò constat è duobus;fine qui est terminus ad quem, quo ipsa contendit, & subiecto,quo innitatur, qui dum moueri incipit, est terminus à quo,proptereà non excluditur ex his terminus à quo , vt ex eorum dictis efficitur . Ad tertium quoque dicimus ipsum eodem vitio laborare,quandoquidem, etsi propter adnexam potentiam fit motus ; at non exercetur ea potentia,nisi tendendo ad actum, quod facit commutando terminum à quo cum termino ad quem . Quartum quoque accipit potentiam per se & potius operam suam conferre ad motum,cùm accipit calefieri, quod est moueri , ita fieri merito caloris illius quem non dum habet,& ad quem est in potentia, neque animaduertitur in eo caussam motus & processum potentiæ per calorem explicari, qui est terminus ad quem qui non extat in illa portione materię , sed in subiecto ipso nil est aliud,ac priuatio & oppositum & frigus quod erat

in calefactione

in calefactione terminus à quo. Quapropter in definitione motus & terminus à quo continetur,& primæ necessariò tribuendæ sunt actui,non potestati: quanquam reipsa motus ex potestate & actu conflatur, cùm sit actus imperfectus. Itaque si potestas est in opposito, hoc verò in motu degenerat in terminum à quo, planum quoque est potestatem niti termino à quo, & terminum à quo partem esse motus. E

De eo quòd motus sit vnus, & caussis continuationis eius. *Cap. XXXV.*

QVONIAM verò motum fluxu definiuimus quem tempore item obiri docuimus in omni mutatione per se, est verò fluxus succesio quædam seu partium formæ, seu materiæ in mobili,succesio verò et continuatio,nō erit,opinor, alienū ab instituto nostro,si ea nunc transigamus quæ ad continuationē motus pertinēt; & ob id potissimè quòd de cōuersione tractaturis maximè admodū expediat huiusmodi cognitio. Verumenimuerò continuitas vnius est motus, ideò nos ante alia cōstituemus ex Aristotele qui sit vnus motus,quemadmodū vnus,& quęnam ipsius conditiones. Vnus ergo motus est multis modis. Etenim motus vnus genere dicitur, hic verò est ad vnum prædicamentum,vt puta,quantum,quale;quo fit,vt oēs affectiones & alterationes sint vnus genere motus,quòd omnes sunt secundùm quale: quanuis oppositi sint motus,vt ortus & interitus,auctio & decrementum: etiam,quia sunt secundùm idem prædicamentum, omnes vnus genere motus existunt, vt contrà genere seiugātur affectiones & generationes quæ sunt ad diuersa prædicamenta,substantiam & quale: prout verò genus est vel summum,vel subalternum;sic accidit etiam motum esse eundem, aut diuersum vel genere summo, vel subalterno: sic generatio plantæ & lapidis est vnus motus genere summo, generatio complurium lapidum est vnus genere subalterno. Dicitur etiam vnus specie infima (nam superior species non differt à genere subalterno,nec motus ad illam à motu qui est ad genus subalternum) qui est secundùm eandem speciem infimam, vt nigrefactiones omnes & omnes calefactiones propter nigredinem & caliditatem quæ vna species existunt. (ita enim nunc exempli caussa statuamus alibi de hoc ipso disserturi, propter Simplicium qui putauit accidentia in philosophia naturali pro subiecti ratione distinguēda) sic in hoc significatu non iidem motus qui fiunt secundùm diuersas species. proinde calefactio & nigrefactio sunt vnus genere motus, specie verò non vnus. Præterea vnus est motus simpliciter qui est singularis, vt hæc calefactio. Vnus etiam motus ille est qui perfectus est, & tendit in vltimum terminum. imperfectus item & interruptus vnus esse potest; sed tamen si cum superiore conferatur; minus est vnus, nam præcipua caussa propter quam est vnus, petitur à forma à qua longius distat interruptus, quàm perfectus & absolutus. Est & vnus motus qui est regularis,& vniformis, irregularis vnus est item, sed superiore minus vnus. intelligo verò regularem eum qui vno modo se habet in omnibus suis partibus tùm quo ad tempus, tùm quo ad spatium: huic autem oppositum irregularem. quanuis in conuersione, quam maximè regularem testatur esse philosophus,inde sit petenda regularitas; quòd omnes cęli partes eodem tempore,& æquali angulos æqualeis efficiunt in spatio per quod cęlū mouetur. Cæterùm in motibus illis primis qui sunt vnus genere siue summo, siue subalterno, & vnus specie,vnitas termini ad quem potissimè attendenda est,vt sicut per terminum ad quem habet pręcipuè quòd sit,assequatur etiam quòd sit vnus; hanc verò consectatur vnitas termini à quo, vt si ex albo viride fiat,& idem ex nigro,non sit futurus motus vnus. quanquam aliud obseruandum est in motu qui est ad locum, nanque ad eius vnitatem specificam non sufficit vnitas terminorū, vt in cæteris motibus, sed vnitas spatij præterea desideratur: neque enim fuerit idem specie motus,si circulo feratur quippiam ad punctum leonis,ac si ex centro mundi rectà ad eundem punctum tendere cogitetur. In eo verò qui propriè vnus est, hic autem est indiuiduus, nonmodò vnitas terminorum desideratur,verùmetiam temporis & mobilis: aliquod ex his si deficiat,non patitur esse vnum ad numerum motum, vt si mobile diuersum fuerit. Quanquam ad tollendas aliquas difficultateis aliud iudicium de vno mobili faciendū esse puto quàm fieri soleat. Credo enim non omnem speciē motus,esse vnius indiuidui,quatenus est sub vna specie infima, & specialissima; sed etiam,quatenus est sub aliquo genere; verbigratia,canis qui deorsum fertur, non ita fertur, quatenus est canis simpliciter, sed quatenus est mixtum in quo terra dominatur. Ideò quoq. si inter mouendum pereat canis,tamen seruari posse eundem ad numerum motum. Quamobrem latius accipiemus hìc,vnum ad numerum mobile, quia scilicet sit vnum suppositum,appello autem suppositum omne aggregatum ex omnibus rationibus, quibus constituitur vna eademq. sensilis materiæ portio, à qua primùm petitur vnitas numeralis, quòd grecè non malè dixeris τὸ ὑποςάν,hec autem consistit quidem diuersis rationibus. nanque in Socrate inest ratio hominis, animalis, & corporis quæ omnia prædicantur in quid de Socrate. & hæc omnia F G H

possunt

A possunt à Socrate separari, sic ergo mouetur, vt homo, vt animal, vt corpus. Ita in eodem supposito manet destructa ratione Socratis ratio animalis, aut corporis, & hoc animal, & hoc corpus. quæ cùm sint vnum ad numerum, etiam vnum ad numerum motum moueri possunt, nisi forte speciem specialissimam effeceris per priuationem humanæ formę. Sed certè suppositum ipsum per superioreis formas actu consistit à quibus, potiusquàm à priuatione motum definiri probabilius mihi videtur. Tempus quoque vnum, idest, non interruptum esse oportet. ita vt si Socrates sanetur nunc, idemq. cesset, & per aliquod temporis interuallum benè valeat, sed intercedente noua ægritudine rursus sanetur; non amplius eadem sanitas habenda sit, nisi fortè secundùm habitũ: nil enim prohibet quominus ab vno eodemq. habitu varij proficiscantur actus: nec eadem est habenda ratio sanitatis quæ conseruatur, atque eius quæ, cùm intermissa est, reuertitur: illa quidem vna ad numerum est; posterior hæc non item. At verò cùm motus vnitatem quęramus, vt initia continuationis in ipso indagemus. Scire licet continuum motum, eundem esse, atque vnum ad numerum, ita vt inter se perpetuò comitentur: etenim siquis est ad numerum vnus, eundem oportet esse continuum, & contrà si continuus, idem quoque ad numerum vnus sit necesse est. quòd si hæc ferè mutuò consequuntur: patet easdem fore vtriusque conditioneis. Verumenimuerò inquies tu. Hactenus continui motus proprietates enarratæ sunt. Sed quæ'nam

B est continuationis caussa formalis? Eam nunc dicimus esse caussam, quòd motus est diuiduus in parteis quę sunt actu, quę tamen communi termino copulantur, de quo dictum est suprà, quòd in motu est mutatum esse. hoc autem se habet sicuti punctum in linea, neque est actu: aliter dubitationes Zenonis haberent aliquod pondus, tollentis motum ob infinitatem quæ inesset in partibus motus, si illa forent actu, sed existunt potentia tantùm: inde non cessat motus, verùm continuatur & procedit vlterius. Sed prætereà siquis originem eius continuitatis exquirat interius, illi aduertendum est hæc conficere motum, subiectum, ac terminos, quæ omnia in sese continent rationem diuisionis; nam subiectum per se quantum est, idcirco diuiduum: & cùm ipsi forma secundùm parteis communicetur: fit, vt in forma diuisio insit, sed ea potissima diuisionis ratio quæ ducitur à potestate subiecti secundùm quam modò magis, modò minus abest à forma, & termino ad quem, & magis aut minus habet de termino à quo, quæ manifestissimè conspicitur in latione, siue quia subiectum ipsius quatenus tale sit per se quantum, seu quia plenum, siue ob aliam quamlibet caussam, quæ posthàc non sine sudore exquirenda est. attamen analogicè inest in cęteribus generibus secundùm quæ fit motus. Quanquam in motu generatim continui-

C tas est successiua, nec successiua tantùm, sed cum aliquo profectu; cùm pendeat ab actu potentiæ, quatenus potentia est quę quidem non separatur à repugnantia, & fluxu, & assidua comparatione termini ad quem. Quapropter etiam potest hoc problema in caussam superiorem dissolui, resistentiam nimirum intrinsecam quæ; quoniam proficiscitur ab actu rei proprio secundùm quem operatur, & à propria natura quæ alienis actibus ab initio repugnat, & donec illi facti sint proprij mobilis, est caussa continuatę successionis in motu. Sic grauitas terræ resistit impellenti terram ipsam trahens semper deorsum, & contra vim impellentis. adest etiam extrinseca resistentia quæ item est successionis & continuitatis caussa in motu, sed nos de caussa continuationis intrinseca nunc agimus. Verùm quoniam ea potissimum elucet in motu qui fit ad locum, & ab eo transfertur ad cęteros, etiam munus nostrum esse videtur, & eius caussas accuratius hoc loco perquiramus.

Exquiruntur hoc loco continuationis initia diligentius. Cap. XXXVI.

D HOC certè à Gręcis multis verbis agitatum, à nostris etiam tractatum, parùm feliciter fortasse confectum est. Disseritur enim primò vtrùm in motu ad locum continuitas a magnitudine & spatio, an a subiecto mobili petenda sit. Atque illud secundò quæritur vtrùm ea sit extrinseca, & alia à motu; an intrinseca & familiaris. Postremò vtrum'ne per se, an per accidens. Non probarit in primis quispiam motum non esse per se continuum eo quòd a quo negatur genus ab eo item speciem negari oporteat. Sed a motu negatur genus continui, non enim est per se quantum: ac sicuti si non esset per se corpus, neque item esset per se animal; sic, si non quantum per se, neque etiam continuum. Quapropter video magnam partem Peripateticorum asseuerare continuitatem sanè reperiri in motu, sed ipsi extrinsecus, & per accidens inhęrere; sicut etiam quantitas illi extrinseca est, & per accidens. Quòd siquis prætereà postulet sibi dari, vndènam petenda sit prima ratio continuitatis, etiam illi varia protulere vel mobile ipsum, inter quos Zimara ex Alexandro præsertim ob id, quòd omnes aliæ differentiæ motus a subiecto sumuntur, vtputa mobilis simplicis motus simplex, mixti verò mixtus. Pretereà docebat Alexander, continuitatem motus a mobilis continuitate proficisci. A magnitudine alij super qua fit motus. Nonnulli ab his omnibus, atque item quia tempus vnum sit, vt in pulsatione lyræ sonus est con-

tinuus, tamen post neten sæpe pulsare contingit hypaten quæ maximo interuallo disiunctę sũt. E
Prætereà fingamus à cęlo ad terram vsque saxum dimitti, corpora sanè quę occupant hoc spatiũ; continua non sunt, sed contigua: tamen motus ille continuus est. Postremò fingatur vnum esse corpus ex vniuersa mole corporum naturalium, atque hoc moueri continuè; fiet quidem motus continuus, spatium verò continuum non erit, non enim vacuũ, non aliquis locus, non distantia; quoniam præter ipsum mobile nihil est aliud, vnde originem ducat motus: vacuum verò & distantia non dantur. Ambigua sanè quæstio, & quæ sine innumeris ferè distinctionibus atque capitibus explicari non posit. Nanque per se multiplex est, cùm id quod opponitur ei quod est per aliud, &, vt dici consueuit, secundò: tum idquod opponitur ei quod est per accidens quod est infinitum, & planè ordine vacans. illud primum significat non modo non inesse perpetuò, & cum aliqua habitudine ad essentiam, sed vt excludatur omne aliud a quo pendere posit, neque vlla sit caussa propter quam subiectum quæstionis eiusmodi sit, aut saltem nullum subiectum medium quod sit communius: alterum verò contentum est eo, vt alter terminus ad alterum sic se habeat, vt quòd sine ipso neque esse, neq; etiam cogitari posit. vtrum'ne verò id alterius ope consequatur an sua, nil refert. Prætereà continui plures sunt gradus, vt in ipso summam omnium analogiam perspicere queas: est enim omnium summum atque supremum; hoc autem postulat omneis illas conditioneis quæ descriptæ sunt 8. Phys. in quo vnus est motus, vnum mobile, F
spatium vnum, & tempus vnum; est & continuum secundi ordinis, vt in quo nil temporis intermittitur. nam temporis continuitas in omni genere continui motus omnino desideratur. Est & continuum, quod præsefert in sui notione imaginem extentionis, seu productionis, siue ordinis secundùm parteis quę in tempore collocantur; continua etiam appellantur ea quorum motus est vnus. Latè etiam patet continuum, vt mobile item cum mouente siue in materia sit, siue etiam expers materię, continuum dici posit, quia scilicet inter ipsa nil intercedat. Est etiam continuum
[a] [illegible] com. 47. idem atque perenne continuum quoque quod deinceps. [a] Rursus caussæ continuationis multę sunt, & materia de qua superiore capite dictum est, & efficiens a quo pendet motus & spatium, & in suo genere vnumquodque continuationem facit in motu. His stantibus, vt planè fateor, motum non esse continuũ per se in eo significato quod opponitur ei quod est per aliud; ita contrà assero motum per se continuum in secundo significato quod opponitur ei quod est per accidens, vt etiam non nego ipsum esse quantum per se in eodem significato. Iam enim perspicuum est, motum abstrahi non posse à notione succesionis, vbi dicitur ipsum esse actum eius quod est potentia, quatenus huiusmodi, & in eo monstratur esse actus ille imperfectus qui vsque ad finem G
motus superet in officio: nam sic semper significatur progressus ad vltimum actum, & in eo consistit essentia motus à quo itidem temporis essentiam duci docebimus aliàs. Ex hoc etiam facilè patet solutio primi illius argumenti quod ex ipsiusmet Aristotelis verbis trahebat originem. Aimus enim Aristotelem negare motum esse per se quantum in primo significato, non autem simpliciter; ideoq. etiam cum hac conditione primò negari ab illo, non tamen absolutè. Quod autẽ ad reliqua pertinet, atque ad id, vtrum'ne continuitas à magnitudine petenda est, an à subiecto; quia motus species multæ sunt, neque item ratio diuisionis in vnaquaque par fuerit. Atque vna quidem interna planè, sed non necessaria neque generatim, neque speciatim, quæ ducitur à diuisione mobilis in parteis quantas; quandò magnitudo mobilis nihil ad motũ conferre videatur, cùm etiam quælibet magnitudo temporis puncto quodlibet magnum interuallum in vacuo conficere posit, & alteratio quædam detur ἀθρόα. Quod attinet ad lationem speciatim; ea prorsus euidens, spatij. s. continuitas quod succesiuè comparatur, vbi plenum fuerit, subiecti verò diuisio non primò, sed vt caussa sine qua non; aliter vbique idem efficeret. Illa caussa generalis quæ ex materiæ gradibus existit & in latione oritur à spatio, cùm spatium naturalem sit in latione, quemadmodum gradus in qualitate ad quos alteratio procedit. idcirco rationem obtinet prędicamenti: est enim quoddam vbi, ac præsefert vim actus & potestatis ex quibus constat motus, H
vt etiam in hoc prioreis parteis habeat spatium: ob eamq. caussam neglecta ratio quæ petitur à subiecto, tanquam nimis aliena à motu; in cęteris mutationibus sufficit id quod intrinsecum est, seu pars materiæ, seu partium mobilis extentio, quæ omnia referuntur ad materiam. Ita vt si cum his alię continuationis caussæ conferantur, profectò negari non posit ab iis pendere continuitatem, tamen non tanquam à materia, neque vt à caussa principe, sed vt in alio genere caussę, atque vt ab extrinseco. Quòd si ab Aristotele, quemadmodum opponit Zimara; multa tribuuntur motui quæ ducuntur à natura subiecti, materiæ partibus, & quantitate seuocata, aut ideò factum est, quia per notius nobis exponantur eæ conditiones, hoc verò est subiectum, quia verbigratia, corpus simplex est nobis notius; verùm quòd naturam simplicem habet, ideò motus illius est simplex. Quare assumuntur subiecta, vt referant nobis principia motus, non quia sint caussæ, nisi remotæ admodum, & demonstrabiles, ad quarum etiam consumationem, spatium prætereà requiratur. Quanquam significatum illud vltimum continui, hoc est perennis, petitur

tur

A tur ab æternitate cum mobilis, tum etiam mouentis, de quo disputatum est 8. Phys. & 2. de ortu & interitu. Neque tempus facit, vt caussa, continuationem in motu, sed vt nota quædam, eiusque mensura quemadmodum intelligetur posteà.

Dubitata dissoluuntur contra rationem continuitatis in motu, & afferuntur corollaria quędam ex dixtis. Cap. XXXVII.

OPPOSITA item non obstant. Nanque in pulsu lyrę duplex est subiectum, chordę ipsę quę pulsantur, & aër qui excipit pulsum & sonum: intermittitur sanè de chordis, sed aëris partes sunt continentes, vnde emanat sonus, atque ille quidem continuus: quæ tamen continuitas, licet exactissima non sit, nihilominus in eius generis ambitu reperitur. Inde etiam facilè diluitur instantia secunda. Nam tertia sumit quiddam, quod fieri non potest, motum, inquam, esse vnius totius continui in quo nulla sit distinctio partium, neque intra, neque extra: cùm tamen sine partiũ difformitate, atque aliquo quiescente & spatio siue intra mobile, siue extra, nullus motus obiri posit. Verùm quoniam aliqua de continuitate illa dicta sunt quæ à natura spatij deducuntur, non inutile fortasse fuerit pauca quędam ad ipsum pertinentia nunc adiungere. B Quoniam non iniuria mirabitur quispiam, cur tam diuersa ratio sit illius quod pertransitur in latione & alteratione: nanque in latione nil refert vtrum spatium constet è contiguis corporibus nec'ne. in alteratione verò vnum oportet esse subiectum; & si enim per ignem & aërem fit motus, nil ipsum prohibet esse vnum, atque continuum motum. Audio quosdam ita respondere, spatium extrinsecum esse motui, neque idem esse lationem & spatium super quo fit latio, neque aliud esse lationem quàm habitudinem mobilis ad spatium. in alteratione verò idem esse qualitatem, & id per quod fit alteratio. Cęterùm nos ostendemus posthàc, spatium naturale esse intrinsecum motui ad locum: quoniam sit, quoddam vbi imperfectum, & rationem esse parem in alteratione & latione, quod attinet ad processum & acquisitionem termini ad quem & formæ. Verùm arbitror ipsos esse deceptos, quòd duxerint spatium à materia corporum per quæ mobile feratur; cùm spatium sit terminus eorum corporum per accidens, per se verò, vt describit distantiam inter centrum & circunferentiam mundi, quæ est vna mathematicè, hoc est, per se, licet variis subiectis fundetur, & terminos obtineat in diuersis corporibus, non minus quàm vna sit linea à centro ad extremum cęlum non interrupta, licet corpora sint plura: sunt enim simul; quo fit, C vt vnum spatium per illa etiam corpora diuersa conseruetur. Si pręterea successio motui per se, & essentialiter inest: ergo & necessariò; quòd si successio non seiungitur à continuitate, planum quòd etiam continuitas necessariò consequitur motum. Sed vide obsecrò ne labaris imprudens in fallaciam: quandò etiam non necesse est, motum vnum esse continuum: sed multi reperiuntur item interpellati, motus quidem ad locum, vt quando Florentiam proficiscor, & in diuersorio pernocto. De alteratione & auctione non dubium, de ortu item suspicio esse potest. neque enim continuatus est, iudicio nostro, superiorum elementorum ortus, in æstate illa magna quam memorat Aristoteles, aut inferiorum, in magna hyeme. procedit ad certum quendam natura gradum, & ibi ab afflicta ab opposito tantisper otiatur.

Nec res hunc tenerę possent perferre laborem;
Si non tanta quies iret: frigusq; caloremq;
Inter, & exciperet cęli indulgentia terras.

At nosce, cùm definitur motus, accipi vt fluxum, non habita ratione formæ fluentis. hæc enim interpellari quandoq; potest, fluxus autem quoad permanet, est continuus. præterea vnum motũ necessariò definiri, quia primus definitur; hic verò necessariò continuus. & si reipsa vnus pri- D mus est, qui in orbem fit, qui monstratur esse continuus, nec interpellatus: at etiam ei motui qui primus est, quatenus primus & vnus scilicet, continuitas est attribuenda: ita tamen, vt quamuis ea necessariò motum vnum comitetur; at non necessariò genus hoc continuitatis sit de essentia motus, cuius rei signum illud est, quia probatur continuitas ab Aristotele de primo motu, & ex illis principiis quæ non modò nobis priora sunt, verùm etiam natura, vt spatium & termini. Hæc atque alia huiusmodi satis significant nobis ordinem quendã reperiri inter hos motus, & ea præcipuè quæ de continuitatis caussis allata sunt, id persuadent. potissimè enim quæcunque caussa illa fuerit, euidens euadit in motu qui fit ad locum, ex quo demõstrationem illam Aristotelicam ad huiusmodi rem spectantem de latione ipsa primo loco constituram esse credo; de reliquis verò secundò: quemadmodum indicauimus olim fieri in demonstrandis proprietatibus eorũ quæ sunt ad vnum, & inde subiectum diuiduum iudicatum, quòd per se tale est in motu qui est ad locum, licèt non primò; in cęteris autem etsi quantum, per accidens, at non necessariò, quatenus eiusmodi est caussa successionis in motu, sed propter materiæ latitudinẽ, vnde fit, vt omnis mutatio per se etiam si fiat ἀθρόως, in tempore tamen absoluatur. Quare quòd tempus vnum sit,

aut eius cõtinuatio nos vt à signo manuducit in notitiam vnius motus ad numerum potiusquàm E
sit eius caussa: cùm ipsa suam ducat originem à natura subiecti quod propter potentiæ participationem diuidi potest. sed attende sedulò hæc quæ sequuntur.

Recitantur Græcorum & Arabum opiniones de Aristotelica demonstratione sexti Phys. Cap. XXXIIX.

ADMONET nos hic locus, vt à nobis nuper indicata demonstratio sedulò pertractetur; tum quòd ab antiquorum expositione discedimus in eius statuẽdo sensus, tum etiam quòd ex eo quoque melius perspicietur caussa continuationis, seu diuisionis in motu. Ita igitur argumentabatur Aristoteles conclusurus: Omne quod mouetur, esse diuiduum. Quicquid mouetur est partim in termino à quo partim in termino ad quem. Quod est huiusmodi diuidi potest. Ex quibus efficitur, omne quod mouetur, esse diuiduum. Quæsitum est hîc ab Auerroë; an hæc demonstratio complectatur omne genus mutabilium, cum eorum quæ per se, tum etiam eorum quæ per accidens, hoc est, eorum quæ tempore mutantur, & eorum quæ subitò existunt: quocunque enim dato consequi absurdum. nimirum, si non de omni mobili fiat sermo, demonstrationem vniuersalem non futuram, quod vitium est maximum in scientiis. Preterquàmquòd F omne mobile, cuicuimodi sit, cum per se, tum per accidens, videtur esse diuiduum. Si verò mutationeis omneis ea demonstratio cõplectatur; assumptionem eius argumentationis esse falsam, vtpote, quòd ea quæ temporis puncto fiunt, non sint partim in termino à quo, partim in termino ad quem. Rursus & id mihi difficultatem affert, quòd neque item necessariò de mobili ad locum vera esse videtur hęc ratio: propterea quòd si terminus à quo & ad quem in loco respiciunt tantummodò spatium, quid prohibet etiam indiuiduum esse id quod mouetur? sic neque erit hæc demõstratio communis item omni mobili ad locum, eò quòd etiam indiuiduum, si in quadã spatij parte fuerit, cùm id spatij quod inter ipsos terminos intercedit, vtriusque termini sit particeps; erit partim in termino à quo, partim in termino ad quem: propterea non erit illud verum. Quicquid est partim in hoc, partim in illo termino diuidi posse. Quòd si existimemus id quod dicimus esse partim in hoc, partim in illo, intrinsecùs inhærere mobili, & ex eius oriri potestate, sicut in nigro est esse potestate album, atque operari ex potestate quam habet ad albedinem; nec minus quicquid est in vtroque ex parte, poterit esse indiuiduum. quid enim vetet, quo minus eiusmodi natura potestatem habeat ad alterum ex illis terminis, quantũ est beneficio caussæ quę G continetur in hac demonstratione? si igitur fieri possit, vt talis potestas in indiuiduo maneat, etiã non obstabit indiuiduo, quòd sit per parteis in vtroque termino, quòd si indiuiduo necessariò talis potestas inest: at id in hac ipsa demonstratione non comprehenditur, aut saltem, cùm duplex diuisio sit in mobili, secundùm quantum. s. gradusq. formarum, quòd illa etiam diuisionis ratio quæ accipitur in ea demonstratione, respiciat formam, non quantitatem. quòd certè abhorret à consilio Philosophi & interpretationibus omnium Peripateticorum. Hæc mouere philosophos ad varia de hac ipsa re scribenda, atque adeò, vt quattuor apud Auerroëm de hac demonstratione sententiæ legantur. Prima quidem quam tribuit Alexandro qui ita se expediebat è prima illa dubitatione (nam secunda hæc, siquid valet, à nemine quẽ ego viderim, excitata est) negans aliquam mutationem in tempore fieri; verùm omnes tempore absolui; & quanuis temporis puncto perfici viderentur; nihilominus eas esse in tempore quod, cùm fugeret sensum, pro instanti haberetur. Sed cùm anteà nos ostenderemus, aliquas esse mutationeis quę sint habitudines, & fiant circum subiectum quod contrario caret; solumq. comitem habeant priuationem, cuiusmodi sunt illuminatio, cogitatio, sensus, & alia consimilia, facilè confutari posse censemus H Alexandrum. Themistius autem, etiam si fateatur omne quod mutatur, siue in tempore, siue in eius puncto mutetur, esse diuiduum; tamen ad id quod tempore mutatur, statuit attinere demonstrationem; alteram verò mobilium speciem fuisse neglectam, quòd ex notitia termini perspicuum foret tale genus mobilium posse diuidi: nanque eiusmodi est id quod fit ἀθρόως. At quod ita fit, intelligitur, quòd vnà omni ex parte mutatur. Cùm ergo partium notionem includat, sequitur vt in eo manifestè diuisio deprehendatur. Auerroës inuehitur in Themistium, tùm quòd falsum id est, quod fit in temporis puncto, diuidui notionem præseferre; quin potius indiuiduum prima eius informatio præsentat. siquidem, sicut se habeat diuisio ad tempus, ita ad non tempus, non sanè id quod est diuiduum se habeat, sed contrà id quod diuidi non potest. Tùm prætereà diuisionis ratio differret ab ea quam posuit Aristoteles; & ita cõmitteretur ea fallacia qua non caussa accipitur vt caussa, eò quòd ratio diuisionis in ea demonstratione ponitur esse, quòd habeat vtrosque terminos à quo & ad quem ex parte: cęterùm hęc caussa non esset: quoniam talis proprietas nõ inest in eo quod in non tempore mutatur. tale enim simul fit & est. Adde etiam, quòd intelligentia est de genere illarum mutationum quæ omnem rationem partitionis

A tionis excludunt: quandò nulla sese offerat pars in corpore nostro, cui facultas intelligendi tribuatur, neque functio corporis habeatur, sed incorporei. Verùm de Auerroë valeat eius ratio quantum potest. Nam si quæreretur de his quæ tempore mouentur cęteris neglectis, vt censuit Themistius, vtique caussa certa reddita & contracta fuisset, eorumq. propria quæ tempore mouerentur. Omnino videtur commutasse Themistius mutationem ἄχρονον.i.temporis exortem cùm ea quæ fit ἀθρόως.i.omni ex parte simul, vbi ἄχρονον arcetur ab hac demõstratione, ἀθρόον verò minimè: quando ipsa neque tempus, neque diuisionem quoquo pacto repudiat. Hęc Auerrois beneficio accepimus à Græcis. Ab Arabibus hæc. Ab Auempace primùm. Nam distinguit ipse de diuisione mobilis secundùm quantum.s.graduśq. formarum, atque ad id trahit Aristotelicam demonstrationem, vt agatur de diuisione per gradus: quandò communiter omnia motuum genera complectitur; vt, propter diuisionem quæ fit per gradus; omne quod mouetur, partim sit in termino à quo, partim in termino ad quem. Ex quo efficitur, vt hæc demonstratio reddatur communis, nimirum pertinens ad omne motuum genus. Ita vrget hominem Auerroës, quia demonstraretur id quod est per accidens in mobili; cùm tamen ea quæ sunt per accidens, à demonstratione funditùs abigenda sint. Quòd enim fit propter diuisionem formalem, (vt eam nunc ita vocem) subiectum ipsum diuiduum per accidens est, per se verò diuiditur secundùm quantum. Ergo secundùm quantum accipienda est hoc loco diuisio. Et valeat etiam
B hæc ratio quantum potest. Nanque interior est mobili, quatenus mobile est, diuisio secundùm formam, quàm secundùm quantum. Signo illud est, quòd in definitione motus quæ est ratio rei mobilis, quatenus huiusmodi, comprehenditur ea diuisio quæ per actum potestatemq. describitur. hæc autem perfectionis ordinem formæq. partitionem spectat: ideò magis per se respicit motum, quàm diuisio secundùm quantum. Quare id potius eius expositionem labefactare videtur, quod dicitur è verbis contextus cum præcedentibus, tum etiam consequentibus. Nam perspicuè cernitur Aristotelem de quanti diuisione verba facere, & ea quæ sequuntur, requirunt talem diuisionem, vt rectè hîc opponit D. Thomas. Ipse igitur Auerroës quartam expositionem subiecit quæ partitione quadam nititur. Mutationes.s.esse vel per se, vel per accidens; eas verò quæ sunt per accidens, consequi alias mutationeis quæ sunt per se, atque has quæ per se sunt in tempore fieri, quæ verò per accidens, sine tempore: illas esse partim in termino à quo, partim in termino ad quem, istas autem esse terminos solùm. Verùm, quia posteriores sine illis esse non possunt, inde item effici, vt eæ quoque consimiliter, & quasi per consecutionem sint in vtrisque
C terminis. Ob eam igitur caussam hoc attributum ad omneis mutationeis attinere; ad eas quidem quæ per se sunt, primò & per se; ad illas verò quæ non sunt per se, spectare item per accidens, quia.s.illud etiã quod nõ per se mouetur, per se moueri põt, & ita per se est in vtrisque terminis, quia põt esse, si nõ eo genere mutationis quę est p accidẽs, & alio mutationis genere quæ est p se. Cùm verò ea quæ per accidens insunt, à demonstratione repudientur, ex hoc assumptum fuisse attributum quod pertineat ad ea quæ per se mouentur. Hîc video contra Auerroëm sic disputari. Primùm quidem. Nanque aut loquitur Auerroës de diuisione secundùm formam, aut secundùm quantum: si primum ipse dederit; suo ipsum sibi gladio iugulabo. est enim, inquam ego, diuisio per accidens, quam à demonstratione reiicere oportet. Quare aut obiectio contra Auempace nulla est, aut siquid roboris habet, contra ipsum retorqueri debet. Quòd si concesserit alterum: ergo assumptio demonstrationis Aristotelicæ falsa erit: quoniam id quod affici potest, quatenus huiusmodi, non habet vnam partem in termino à quo, alteram verò in termino ad quem, cùm possit esse affectio per vniuersas parteis simul; nec quod afficitur, oporteat affici vt quantum.i.vt diuiditur in parteis quantas. Hoc loco è re nata illud admonebo. è mutationibus
D per accidens aliquas esse verè, vt in secundis qualitatibus aliquas metaphoricè, quę autem metaphoricè sunt, vt de intelligentia dictum est, nullam quanti notionem includere, quòd si verè sint, negari non posse, quin omne id quod ita mutatur, sit necessariò quantum. Omne enim quod ita mutatur, est quale. Omne autem quale est etiam quantum, vt suprà docuimus. Itaque si in mutatione quæ fit per accidens, etiam continetur mutatio metaphoricè, facilè confutatur Auerroës, si verò sola mutatio retinetur quæ verè, non metaphoricè dicitur, non video quo pacto dictum Auerrois confutetur. Nam, cùm dicit Auerroës eam demonstrationem de illis esse quæ sunt per se; ad illas autem mutationeis quę non sunt per se, verè tamen, non metaphoricè, non pertinere, nisi per accidens, & hæc à demonstratione nostra repelli: quid habet ponderis allata obiectio? Nam pro Auerroë dicam ego hîc intelligi diuisionem quanti solius, quòd hæc sola per se sit. Et quòd obiicis id quod affici potest, quod per se tale non est, vt habeat vnam partem in termino à quo, alteram in termino ad quem: immo dicam ego fortuitò euenire, vt affectio procedat ἀθρόως: cùm cęteroqui successiuè fieri soleat, atque frequentius particulatim, quàm vniuersè communicetur. Nam frequentius est agens à patiente distare, neque ipsum circumire, neque posse in omneis parteis æqualiter. quantum enim non attingit ex toto, naturale

autem est, plus in vicinius posse quàm in remotius. Ita illud quod frequentius fiet, erit ex natura magis, & magis per se, quàm id quod rarius accidet. Quod si demonstratio de illo existit quod per se est, erit sanè de eo quod frequentius, mutatio verò quæ vniuerse fit & ἀθρόως, cùm sit rarior, tanquam fit per accidens, omittetur. Proinde si mutationes metaphoricè dictas excludamus: nullam ego rationem satis efficacem comperio aduersus Aueroëm. Quamobrem de probabilitate sententiæ restat vt agamus in posterum. E

Quæ Latini de demonstratione 6. Phys. dixerint, & quid de illa Peripateticè statui conueniat. Caput IXL.

AD hæc D. Thomas posita consueta partitione motus, quemadmodum fecerat Auempace, secundum quantum. s. & quale, respondet, agi sanè in hac demonstratione de diuisione motus secundum quantum; eam tamen pertinere quodammodo ad omnes alios motus: nanque & generabile diuidi posse, & partim esse sub termino à quo, partim sub termino ad quem; nimirùm, antequam genitum sit, sub priuatione, sed interim habere aliquid formæ, vtpote id quod per præuias affectioneis exhibetur, & quod in qualitate mutatur, secundùm quantum diuiditur: quandò vna pars quæ primum affecta fuit, proximam sibi deinceps afficit. Pugnant hæc secum, F nisi fallimur. Tùm quia diuisio generabilis non erit, vt ipse vult, secundùm quantum, sed secundùm quale; quippe merito præuiarum affectionum, aut nisi remotè admodum & per accidens. (Neque enim volunt ipsas attingere substantiam, veluti nos, sed intra cancellos accidentium se continere) quatenus. s. quali accidit esse quantum. esset sanè diuisio secundùm quantum, vbi vna pars genita primùm fuisset, mox altera gigneretur. at quoniam totum non nunquam simul fit, vt puto, in minimis & vniformibus, quænam erit huiusmodi generabiliũ partitio? certè nulla. Deinde excluditur hac responsione ἀθρόα illa mutatio, quòd ipse censeat in omni affectione partem à parte affici, neque tamen id perpetuò fiat necesse est. Præterquàm quòd licet quærere de prima illa parte: an'ne particulatim afficiatur, & certè non videtur, ne fortè minimo minus in natura consequatur. Valent verò hæc saltem aduersus Latinos, licet aliquem exitum ex nostris decretis reperire posſint. Quòd si vniuersè mutetur, ergo non conuenit illi diuisio secundùm subiectum, quam ipse adhibet, sed secundùm formam, quam ipse negat. Mitto nunc obiectionem illam, quia falsò fuerit assumptum à D. Thoma, neque diuisionem generabilis esse secũdùm formam; ita vt duplici nomine sit arguendus; tùm quia, cùm statuit in hac demonstratione tra- G ctari diuisionem secundùm quantum, is tamen diuidat generabile secundùm quale; tùm etiam quia diuisionem generabilis secundùm quale, hoc est, secundùm formam administrari posse negauerit. Etenim quod in hac diuisione sumitur, est apparatus: apparatus autem, vt ipse censet, non est pars generationis, sed affectionis; cùm sit mutatio ad qualitatem per se, non ad substantiã, & cùm id respiciat substantiam per accidens, etiam illa quæ per accidens insunt, in sua demonstratione recipiat. Proinde Ludouicus Buccaferrea, & Toletus de hac re probabilius decreuerunt, dicentes hanc demonstrationem pertinere duntaxat ad motum qui est ad locum, sicut omnia illa quę in libro de motu. (sic enim passim citatur 6. Phys. liber ab Aristotele, quia motus simpliciter ibi animaduersus fuerit) constituuntur, quod verisimile est propter analogiam motus esse factum cuius merito efficitur, vt proprietates quæ sunt primi illius quod est ad vnum; primò de reliquis verò quodam ordine demonstrẽtur, & ita sumi diuisionem secundùm quantum quæ quidem manifesta est in eo quod de loco mouetur, in reliquis verò mobilibus per accidens, aut secundò, quatenus. s. id consequitur, vt ea quæ mutantur per cętera prædicamenta, ad locũ quoque moueantur. Nanque nullam hîc rationem haberi ego item puto de mutatione metaphori- H cè dicta. Sic fit vt attributum & caussa quæ sumitur in hac demonstratione, genus omne mobilium complectatur. Sed pace mihi liceat vestra dicere viri præstantissimi, longè mihi videmini discedere à pręceptis analyticis, etenim inculcatis in hanc demonstrationẽ ea quæ sunt per accidens, videlicet, diuisionem quæ reliquis mobilibus conuenit per accidens. Esto enim quòd analogicè conueniat aliquod attributum, conuenit sanè per se, quamuis non primò ideoq. demonstrationi quoquo pacto subiicitur; at hoc per accidens conuenit, itaq; prorsus indemonstrabile. Posteà nimium tribueris in hac demonstratione subiecto quod statuitur solùm, & eo constituto reliqua, aut assumuntur, aut de illo concluduntur, à quibus omnis demonstrationum varietas ducitur. Nam prout prædicatum fuerit, talis quoque ratio demonstratioq. sit necesse est: ita vt, ab eo demonstratio, vt sic dixerim, informetur & determinetur. Idcirco, si vniuocum, siue ad vnum fuerit prædicatum, pari etiam conditione prædita erit demonstratio: sic quoque pro ratione medij constituitur. nam, si necessarium fuerit, erit etiam demonstratio talis, etsi per accidens, & probabile, idem quoque iudicium de argumentatione illa facere oportebit. At subiectum nil aliud pręstat, quàm vt sustineat affectioneis & habeat in se ipso certam caussam, ob quam insint in illo:

in illo: nunc ratio diuisionis inest in reliquis mobilibus propter subiectum, quia.s. moueri ad lo-
A cum inest in iis quæ cęteris motibus aguntur: nec in illo caussam habet quæ sit eius prædicati propria; quinimmo neque per se. Dicemus igitur probabilius diuisionem inesse in omni mobili per se, nanque huius conditiones in illa demonstratione exquiruntur: idcirco illuminationes, & reliquæ mutationes huiusmodi, multoq. minus sentire & cogitare nihil ad eam pertinebunt. ita excluditur mutatio loci in elemento quod genitum est. Argumento illud est, quòd in vacuo fieri posset in non tempore: in iis autem non inficiabor, vt mouentur per accidens, easdem participare conditioneis. Ob id, quia ad per se mobilia referuntur. Sed statuimus analogiam pro ratione diuisionis, nam hæc duplex est, vt sæpe diximus. quanquàm diuisio secundùm quantum videtur esse prima radix omnium aliarum diuisionum, vsque adeò, vt quod subit quomodocunque rationem diuisionis, etiam rationem quanti in se contineat, & primò inesse in eo appareat quod per se de loco mouetur, sed si rectè animaduertas, ea diuisio secundum quale item est, siquidem illa diuisio quæ inest secũdùm formam, ea est quæ in ipso est quanta, locus enim & spatium naturale & ipsum vbi per se quanta sunt. in cęteris ferè motibus ratio diuisionis secundum quale, longè admodum distat ab ea quæ est secundùm quantum, cùm sit secundùm latitudinem potestatis non extentionem materiæ, tametsi de his vberius infrà. Quapropter multò melius iudi-
B co seruari id quod per se est, & analogiam in motibus, si diuisio secundùm formam in hac demõstratione sumatur. Nanque eodem modo & prædicatum & ratio prædicati communis erit. Neque hîc caussa quærenda erit propter quam diuisio quæ in cęteris mobilibus inest, ad hanc demonstrationem referatur; quoniam exoritur ex initiis, mobilis, quatenus est huiusmodi. tale.n. est, vt posit diuidi secundùm formam quæ in motu qui est ad locum, per se constat è quanto. Ita erit vniuersalis demonstratio cunctis mobilibus, & erit eorum quæ per se insunt, licet analogicè illis cõueniat, quam tamen hoc medio nõ cõpleri censuerim, sed id præthereà postulare quod Aristoteles in fine 6. effecit: nempè indiuiduum non posse moueri, quia nequeat esse partim in termino à quo, partim in termino ad quem, id autem propriis rationibus peragetur. Ea verò quę docuimus, quà de ortu quæsitum est, vtrùm puncto temporis obeatur, an tempus requirat, ostendunt, vt partim sit id quod gignitur in termino à quo, partim in termino ad quem. Non esse.n. & esse simpliciter sunt termini, & quod fit partim est, partim non est, quod omne est de prędicamento substantiæ, & à nobis relatum est ad materiam quæ per gradus quæ genita & facta vocamus, ad vltimum vsque motus euehitur: in iis verò quidam actus analogicè inest, ex participa-
C tione termini ad quem; itaque imperfectus: ob id nec quidem vniuoca sunt; attamen aliquid sunt eius, quod futurum est, & tunc erit simpliciter, vbi generatio fuerit absoluta. quorum merito, vt vides, etiam id quod gignitur, sub hac demonstratione comprehenditur; cùm & ipsum quoque partim sit in termino à quo, partim in termino ad quem. Neque idcirco forma substantiæ diuidua ponenda erit, & nihilominus in puncto temporis existet. Quæ verò de elementorum latione docebimus, ostendent acquisitionem loci & spatij secundùm naturam esse insitam in elemento & potentiam substantiæ consequi, quando per se mouetur, quod tum est, dum gignitur. Hæc si ita sint, perspicuum quoque fit exemplum quod attulit Aristoteles à fusco acceptum optimè respondere: siquidem diuisio secundùm formam quæ inest in qualitate à nostra demonstratione continetur. Patet etiam, quid dicendum sit ad quæstionem ab Auerroë inductam: An'ne demonstratio præsens omne genus motuum complectatur. Nam dicimus eam illa comprehendere, quæ per se mutantur: neque necessarium esse illam ad omne mobile pertinere; tùm quòd ea quæ per accidens arcentur à methodis; tùm quòd in iis quæ sunt ad vnum, ratio primi accipitur. Neque item propterea sequitur assumptionem fore mendacem ex eo, quia reliqua mobilia
D non sint capacia diuisionis: quòd illis etiam diuisio conuenit analogicè. Nec medium huiusce rationis pertinet ad indiuiduum; cùm ipsum sanè in puncto esse posit, non autem in spatio: nam punctum spatij pars non est, neque terminatum, sed terminus, siue actu existat, siue potentia; neque item capax esse valet alterius mutationis, quia non est vlli diuisioni obnoxium, non modò secundùm quantum; verumetiam secundùm quale, & secundùm formam. quare neque item participat formam per productionem, sed eius merito in quo est, & existit, & mutat locum. Itaque omni ratione potestatis ipsi repugnãte non est primùm in loco & spatio per se, sed neque etiam vllius prædicamenti notionem nobis per sese offert. Neque enim punctum est quantum, sed aliquid quanti, nec etiam quale. Omnibus igitur modis per se & ab omni caussa mutationis abhorret indiuiduum, quia nulli diuisioni, neque secundùm subiectum, neque secundùm formam obnoxium est. Itaque efficitur, vt id quod motui subiicitur, sit necessariò corpus.

E

Nonnulla de indiuiduo terminisque tractantur quę lucem afferunt demonstrationi sexti Phys. Cap. XL.

EA quæ præsens demonstratio continet, multa sanè de indiuiduo terminisq. attingunt quę nisi tractentur diligentius, complureis scrupulos in animis nostris relinquere possint, qui nos non iniuria male habeant, neque motus ingenium plenè assequi permittant. Siquidem potestas ad omnem mutationem indiuiduo denegata sit, & quæ'nam huius euenti caussa? Tùm deinde multæ sunt indiuiduorum species, & enim termini sunt in prædicamento quantitatis, sunt etiam formę quæ sunt essentię termini. Sunt quoque indiuiduę substantiæ separatæ. Num'ne omnis indiuidui species hac demonstratione excluditur? Tertiò cùm terminus ad quem ita se habeat ad motum, vt id quod mouetur, sit in eo termino quadam ex parte quæritur, sit'ne diuiduus, & quemadmodum diuidatur, siquidem formam substantiæ ponamus in indiuiduo; nihilominus illam tempore concludi velimus; quòd sine aliqua partitionis ratione concipi nequit. Sed certè primi illius euenti caussa ducitur omnis à materia. Hæc enim per se potestas est, & in seipsa continet omnem occasionem transmutationis; quandoquidem potestas respicit actum, & illam assequi vult, &, vt ita dicam, transformari in illum. Itaque quod primò mutatur, aut est materia, F vt in generatione substantiæ, aut ita mutatur, quatenus constat è materia, quemadmodum fit in accidente. hoc verò est ipsa substantia composita. Nunc materia per se ipsam est interuallum, si nos audies; aut saltem habet intrinsecùs illam quantitatem quam interminatam vocant. Proinde quod per se mutatur, est necessariò per se quantum. Igitur ab opposito. Quod per se quantum non est, non potest per se mutari. Tale verò est indiuiduum. Neque enim constat ex materia in qua potestas omnis existit quæ radix est omnis transmutationis per se. est fortè aliquid materiæ, vt terminus, aut forma, sed non constant ex materia: quamobrem neque multatur materiæ priuilegiis nisi per accidens; caret enim potentia & habilitate, ac si quo pacto motui subiicitur, non id assecutus est ex eo quòd sit potestate per se, sed ex eo ad quod adiunctum est, quod per se mouetur, vt etiam, si fuerit prorsus à materia segregatum, nullo modo sit obnoxium motui, neque per se, neque per accidens. Sed vtrum'ne omne indiuidui genus ex huiusce demonstrationis in motu prohibeatur, an certa solū indiuidui species, & quæ'nam, propter ἀκρίβειαν methodi considerandum quoque censeo. Nam mitto illud quòd non sit absoluta demonstratio, sed perspicuitatis ergô requirat, vt ostendatur indiuiduū non posse moueri, quod suis ipsius G propriis rationibus conficietur: quantum tamen patitur generalitas, & amplitudo caussæ quæ assumitur in illa; ad omne indiuidui genus pertinere potest. quodcunque enim illud sit eo priuatur, vt sit partim in termino à quo, partim in termino ad quem. Sed enim illa prius spectari puto quæ mouentur per accidens, & ex iis illud quod respicit quantum. siquidem, etsi forma etiā per se immobilis est, ea tamen accipiatur, vt terminus ad quem. cuius prima notio sit, esse finem, perfectionem, extremum motus, itaque certum ac firmum. Si igitur eius notio talis est, cur ea demonstrationi committenda est? idem enim de illo dicetur qui huius rei demonstrationem expetat, ac de eo qui sibi demonstrari velit esse motum, aut esse naturam: nihil enim notius succurret quo propositum conficere liceat. alterum indiuiduorum genus, quod à materia separatum est, ignoratur an sit: & ea postulat quæ longo sermone disputata sunt 8. Phys quibus peractis, tum denique constabit id quod mouetur esse necessariò corpus, & omne indiuidui genus abhorrere à motu. Quia verò id quod acceptum est in ea demonstratione. Quod mouetur, esse partim in termino à quo, partim in termino ad quem, potuit afferre suspicionem de diuisione formæ, vt melius omnia teneantur, vtile quoque duximus de diuisione formarum aliquantò copio- H sius agere. Generalis illa diuisio perhibetur secundùm subiectum & secundùm gradus, seu formæ parteis. Attamen & vtraque variis modis existit, & non est vniusmodi in omni genere motus. Nam videmus eam quæ pro subiecti ratione administratur, ita accipi, vel quòd vna pars priusquàm altera mutetur: vel quòd forma cum subiecto simul extendatur. sic enim fit, vt quacunque sensili parte ex toto deserta consimilis planè forma cum ea segregetur. Non dissimili ratione quod per gradus secatur, aut ita secatur, vt ratio conseruetur eadem in toto & partibus, quod contingere diximus accidenti, aut etiam pars totius rationem non conseruat, id quod substantiæ proprium est. Tùm etiam quædam mutationes vtrique partitioni subiacent; aliæ vnam tantum accipiunt, aut si vtranque non idem est vtriusque processus. Rursus aliquæ eas admittunt necessariò; in nonnullis nulla necessitas obseruatur. Singulas nunc exploremus, & quid commune secum, quidúe proprium habeant edisseramus. Porrò partitio secundùm gradus, cùm sit essentia motus: est enim actus ille potestatis, quatenus huiusmodi, pertinet ad omne genus mutationis per se, atque id per se & necessariò. sed, vt sæpe diximus, hoc accidente substantiaq. interest, quòd accidentis gradus eiusdem sunt rationis cum termino ad quem; in substantia

verò

A vero nequaquam. In latione & incremento communiter vtraque diuisio perspicitur, eademq. necessariò: atque ita vt par sit vtriusque processus; cùm enim fiant secundùm quantum per se vel proximè, vt incrementū, vel remotè, vt latio quæ per se fit secundùm vbi, sed vbi continet spatium, quod est magnitudo; conuenit illis cōmuniter diuisio secundùm subiectum, sed quia processus qui fit secūdùm subiectum, est etiam ad formam ad quam motus ille dirigitur: ex eo fit, vt processus secundùm subiecti diuisionem & formā versus, in quo posita est partitio secundùm gradum, sit vnus & idem re, solumq. ratione distinguatur. Generatio verò & alteratio diuisionem secundùm quantum accipiunt: verùm non necessariò, neque forte eodem modo, propterea quòd alteratio detur ἀθρόως & vniuersè, & quòd prius vna pars, quàm altera mutetur in substātia, non minimis inesse videtur & organicis. nàm, si minima fuerint vniformia, nullus ordo partium ibi posse cogitari videtur, ex toto enim producitur minimum vniforme, vbi fuerit à reliquo consimili segregatum, ne forte minimo minus existat, sed hoc ab alteratione generatio differt, quòd alteratio definit in formam quæ semper cum subiecto diuiditur: at generatio potest terminari forma, quę tametsi per parteis producitur, nō extenditur cum subiecto, qualem nos animū, aut omnem, aut aliquam esse credimus. Hæc quæ ad diuisionem attinent, ita se habent; non tamen omnes in 6. Phys. tractantur. quòd enim forma sit extenta, & cum subiecto partibilis, aut in
B diuidua, & vt dici consueuit, in toto tota, hoc nihil ad motum. Diuisio quoque quæ parteis subiecti respicit, haud in omnibus obseruari potest; siquidem, semper in eadem sententia permanemus, in methodis, vbi tractantur ea quæ sunt per se, & quæ sunt ad vnum, generalia ab vno primo duci analogicè, quæ tamen per se sint. Cùm igitur prius sit minimum, quàm id quod constat ex minimis; cùm prius sit vniforme quam difforme, horum quoque attributa prius spectanda esse duco. Cùm item diuisio secundùm parteis subiecti non ad omneis motus necessariò referatur; etiam neque hanc diuisionem communiter in ea demonstratione concipi credo. Sed quia diuisio secundùm gradus ad vniuersos motus attinet generatim, eaq. perficit essentiam motus; hanc ego defendo in præsente demonstratione contineri. Quia verò prima omnium est latio; illam quoque primò concipi affirmo, quæ cùm conueniat cum diuisione secundùm subiectum, illā explicari dico ex iis quæ lationi insunt ex diuisione quę fit secundùm subiectū, pręcipuè tamen attinere ad gradus, vnde item analogia translata est ad cęteros motus. At verò cùm viderimus in productione substantiæ duplicem esse ordinem partium, alterum quo prius gignitur planta, deinde animal, atq; alterum quo gignitur cor, aut epar. & in productione qualitatis diuisionem
C ex subiecto etiam inesse docuerimus, quo pars vicinior prius afficitur; sit'ne alter ordo, quo prius sit color, dein albedo? & esto quòd sit cur de altero hoc non meminerit Aristoteles in productione accidentis, quemadmodum in productione substantiæ? Equidem rationem coloris ibi conseruari credo, vbi ponuntur media quæ vocant transitus & materiæ, quę sanè ad certam aliquam formam referri non possunt, sunt enim propemodum infinita; media verò formæ paruo quodam numero coërcentur. Non meminisse autem de illis puto philosophos, quòd ille ordo non spectet accidens, quatenus accidens est, hoc est, quatenus est in alio; sed quatenus substantiam participat, habens in seipso vt sit, & quoddam quod quid est, quod generibus & differentiis explicatur, licet omnia sint imperfecta sine notione substantiæ. Quoniam igitur eo nomine par est cursus accidentis & substantiæ: postquàm nouimus esse illum ordinem in productione substantiæ, consimiliter etiam patet idem iudicium de productione accidentis esse faciendum. Constat etiam, vt in forma sit indiuidui notio, licet de accidentis natura dubitandum esse videatur; hæc enim per parteis accedit quæ tamen sunt eiusdem rationis. Itaque semper id retinendum formam esse indiuiduam per se quod est secundùm rationem, atque id communiter accidere omni
D formæ; eius enim ratio vbique eadem. Nanque aut non adest, vt in generatione substantiæ, aut si adest, vt fit in accidente, eiusdem est rationis. Non ergo forma diuiditur, neque diuisio fit secundùm formam, sed planè respicit materiam illa diuisio. seruatur enim species eadem. propterea fertur, plus & minus non variare speciem, siquidem species à forma, non à materia constituatur, ea verò permanet eadem. Atque hæc est planè nostra sententia de sensu demonstrationis 6. Physicorum.

Complura de indiuidui motu generatim speciatimq; vestigantur. Cap. XLI.

QVANVIS autem ex iis quæ constituta sunt, & hactenus demonstrata, satis perspicuum sit indiuiduum non subiici motui: cùm tamen ipse quoque Aristoteles in calce libri 6. seorsum de indiuiduo tractet, & communiter quidem, si motionum species aduerteris lib. 6. sigillatim verò 1. de ortu. Nam tametsi de latione speciatim verba fiunt; quia transfertur item ea demonstratio propter analogiam ad cęteras mutationeis; idem est prorsus àc si generalis ea demonstratio sit, & quanuis multa dicantur à Latinis cum de indiuidui motu communiter, tum

etiam de pondere rationum illarum quibus vtitur Aristoteles ad opinionem suam corroborandam; nostri muneris esse videtur, hoc ipso loco rem hanc explorare diligentius. Cùm igitur indiuiduum sit multiplex, vel forma, vel id, quod terminus est corporis, vt punctum, vel illud etiã quod ab omni quantitate segregatum est (iam enim hoc tanquam datum accipio, quod tamen 8. Phys. non sine summo labore inuentum est) missa forma cuius inter primas notiones est esse terminum & indiuiduum, misso etiam quòd sit indiuiduum terminus quanti, siquidem termini corporum in ipso corpore sensili sensui sese offerant: solùm illud proponatur ad inquirendum, motu'ne aliquo agantur, aut omnino permutentur. Quia verò motus, seu mutatio duplex est, vna quidem quæ affert interitum, atque altera quæ perficit; de postrema hac aliàs dicetur, atq; vbi de ingenio beatarum mentium disceptabitur. de illa nunc agamus quæ adnexa est successioni formarum. Illa sanè quæ Peripatetici afferunt, mea quidem sententia, plurimum valent quibus per se moueri non posse probetur indiuiduum, vt etiam cum ea conditione per se, recipiantur ab illis auctoribus qui alteram problematis partem defendere conantur, & cùm valeant illa ad motum ab eo indiuiduo tollendum qui est terminus corporis, à maiori quoque motum ab illo separabunt, quod cum corpore nullam affinitatem habebit. Præterea verò, quæ supra demonstrata sunt, [a] addebat hæc Aristoteles. Cùm motus sine tempore non consistat: profectò indiuiduum item quodam tempore mouebitur, accipe tempus quoddam certum. in eo, vel iam terminum ad quem occupauit, vel adhuc manet in termino à quo, vel parteis habet in vtroque termino. Postremùm dici non potest, sic enim foret diuiduum. ex illis nihil est, quòd tum quiesceret, imò quieuisset, non moueretur. Neque enim tibi dicere licet, moueri indiuiduum, quia sit in quodam indiuiduo, atque itidem in aliquo temporis puncto. iam enim continua componere ex indiuiduis reclamante natura, præterquamquòd pro eo quod est, moueri, reponeres id quod est esse mutatum. Tùm secundò. Omne id quod mouetur, ita mouetur, quia attingit & permetitur spatium per quod mouetur, & transit prius per æquale, aut minus. Per minus sanè transire non poterit; nihil enim eo minus, ergo saltem per æquale. At verò id etiam indiuiduum sit necesse est. Quare in idem recidemus, vt continuum ex indiuiduis conflatum sit. Postremò motus omnis est in tempore. Omne verò tempus diuidi potest. Pone ergo tu moueri indiuiduum, & ab vno in alterum indiuiduum se conferre. motus hic certè in quodam tempore absoluetur, atque illo quidem diuiduo. Sed erit ipse indiuiduus, & ob eam caussam omnium minimus, quòd in vno solo puncto fiet, at tempus adhuc diuidi poterit. Itaque tempus & motus, eorumq. partes sibi pro portione non respondebunt, quod sanè absurdum est. Atque hæc quidem Aristoteles. Sed illud etiam generatim confirmabat idem placitum, & omni generi indiuidui conueniebat. Nanque id quod mouetur, traducitur de potestate ad actum, actus autem & potestas secum congruant necesse est. Atqui actus ille qui est vbi, diuiduus est (intellige secundum materiam) ergo rei diuiduæ. Sicut etiam non mouetur ad locum indiuiduum; non potest item affici, quando affectiones naturales etiam diuidi debent. Si autem id quod non afficitur, gigni quoque non potest; profectò neque gignetur indiuiduum: nisi gignatur, neque item augescet: itaque nulli mutationi erit obnoxium. Quid contra hæc pro parte opposita problematis à sensu petitum, naturaliterq. approbatum sit, nihil equidem reperio: verùm Aristotelis argumenta sic dilui; quia. s. illud efficiant, per se quidem motum indiuiduo non conuenire, sed aliarum appendicum priuilegio non tolli, quominus indiuiduum moueatur, vt puta, spatium. Ad hęc addunt non esse absurdum, si in indiuiduo collocetur potestas ad vbi quæ ab actu secum congruente perficiatur. At nos, quantum attinet ad illas appendices, quà de mutatione quę per vacuum fit, differemus, ostendemus neque interuallum spatij, neque mobili ipsius afferre caussam motus. Quamobrem nulla caussa est, cur approbemus in naturali philosophia talem solutionem. Idcirco sic Peripateticè concludendum puto. Omne id quod moueri oportet, resistentia quadam impediri necessariò quæ aut externa sit, aut interna. rebus verò simplicissimis, atque indiuiduis internam resistentiam tribuere, quæ non sit sine partium varietate, aut saltem sine participatione materiæ, à Peripatetica disciplina valde abhorrere puto; externam verò qua ratione dabimus, cùm inter contraria procedat & corpora? Ex his autem illud primum à nobis supra affatim explicatum est; alterum verò faciiè patebit lustranti 4. Phys. Nam sicuti corpus per vacuum non mouetur, sed solummodò mutatur, sic & incorporeum per corpus non mouebitur sanè, sed mutabitur. Vt enim plenum se habet ad vacuum; sic corpus ad incorporeum. ergo ex commutata proportione, vt corpus ad vacuum; sic incorporeum ad plenum. Sed corpus in vacuo non mouetur, sed tantummodò mutatur, sic incorporeum in pleno non mouebitur, sed mutabitur. Quod si denique non moueri, sed mutari velis hoc substantiæ genus, nunquam certè apud Aristotelem cõperi, aut apud alium Peripateticum obseruare potui, mutationem aliquam sine præcedente motu constare, vt idem ab Auerroë didicimus suprà, quà sententiam eius de demonstrationis Aristotelicę sensu discussimus. Itaque tale substantiarum genus liberum

[a] 6. Met. T. 87.

A liberum ab omni motu cum per se, tum per accidens, eo solum excepto, quod ab intelligendo & appetendo nasci potest & esse necessarium, si qua sit mens infra primam. Neque probabile est, id quod supra naturam est, ex eo perfici quod est secundùm naturam: multoq. minus credibile est ex eo perfici quod est præter naturam, & adhuc multò minus, quòd sit illi supra naturam hic motus: cùm alioquin aliæ species indiuidui quæ manent in corpore, tametsi nullo modo per se mouentur; at ad motum corporis & per accidens ipsa locum mutare, sic perspicuum est, vt non sit dubitandum. Quanquam illud dubitatum, an'ne qualitatem mutare possit. Verùm quia seorsum de alteratione disputabimus, ad illum locum tota hæc disceptatio reseruabitur. Patet igitur indiuiduum, per se nulli prorsus motui subiici. Sed enim cùm eiusmodi substantiarum motus compertus sit apud homineis pios; sic ego de hac re disputabo. Equidem vt ignotum fuisse arbitror Aristoteli genus aliquod esse illius substantiæ quam numerat in rebus honestis præter menteis beatas quæ mouent cęlum; ita eum sic sensus iudicium approbaturum fuisse puto, vt sicubi diuino beneficio sese tale substantiæ genus obtulisset, & pro constanti habiturum, & caussas illius motus, aliorumq. attributorum pro viribus allaturum. Sed cùm substantia separata necessariò mobilis futura sit, vel per se, vel per accidens; etiam puto illa displicitura fuisse quę longo progressu peracta fuerunt 8. Physicorum.

B

Ea declarantur ex quibus vnus ad speciem motus constituitur. Cap. XLII.

SVNT igitur duo primi termini quorum è communi participatione motus existit; atque illi quidem si motum tempori subiiciunt, eumq; partibilem faciunt, non modò specie, verùm etiam re seiungantur oportet ab initio motus. Et in omnibus quidem motibus (vnam conuersionem excipio, neque enim ita euidens hoc est) re & specie distinguntur: aliter puncto temporis existeret omnis mutatio, quemadmodum in mutationibus metaphoricè dictis accepimus in quibus idem re sunt mutari & mutatum esse, & in extremo interitu, vbi vltimũ non esse & primum esse re idem sunt, cùm sola ratione separentur. Nanque in mutationibus perficientibus solum rationis discrimen intercedit quo per mutationem quæ est verbale, prioris status ratio simul habetur; quasi notetur anteà non sic extitisse; permutatum esse quod est participium, designatur conditio præsens. ita in vltimo non esse & primo, esse res eadem est, ratio diuersa, quòd vltimum non esse refertur ad præcedentia; primum verò esse ad ea quæ sequuntur. In conuersione verò videbitur idem fortasse punctum in circunferentia designatum, vicem vtriusque termini subire docente Aristotele caussam perpetui motus in cęlo inter alias esse, quòd idem punctum sit finis & initium motus, & vnà terminus à quo & terminus ad quem. Sed re vera etiam ea principia reapse distincta sint necesse est. Nanque etsi simpliciter nullum est in circunferentia punctũ quod non sit initium & finis; at non sunt finis eiusdem motus, seu partis motus simpliciter: neque ad idem spatium: ad idem verò spatium & ad eandem partem motus, etiam terminos tantisper distare necesse est. Ergo duo termini re disiuncti in omni motu requiruntur, atque illi primi & perfecti. Nanque etiam non primos & imperfectos, cuiusmodi sunt in quoque continuo, contingit esse infinitos, ex quorum participatione non modò motus existit, sed ille quidem continuus & vnus; latio primùm, mox analogicè reliqui motus. Cùm verò continuum sit vnum, & planè ad numerum; id verò & vnum specie simul & genere esse oportet: ignorato verò genere species & partes ignorantur; præstat item, vt de singulis vnius modis aliqua perquiramus. Occasionem verò dubitandi de motu qui specie vnus est, præbuit decretum Aristotelis, quòd ipse ex eo quòd terminus ad quem vnus esset, vnum ad speciem motum esse constituit, vna est enim dealbatio, siue à nigro, siue à fusco ad album natura præcedat. Multa verò obstare videntur; tum, quòd ad eundem terminum in omni propemodum specie motus à diuersis, atque adeò oppositis terminis accedere contingit, vbi vnus non est ad speciem motus, sed planè diuersus, vt cum ab extremis natura procedit ad medium in alteratione, item ad loca elementorum mediorum, tum etiam ad mediam quantitatem. Quapropter à nigro ad fuscum & ab albo quoque erit idem ad speciem motus. Sic cum progressus à nigro sit dealbatio, ab albo verò denigratio; erit idem motus dealbatio & denigratio, quòd si id absurdum est: ergo etiam necesse est motus illi specie distinguantur. Similiter cùm à minore quanto ad maius sit incrementum, contrà decrementum à maiore ad minus, quoniam ad diuersa eadem quantitas maior esse potest & minor, ad eandem quantitatem erit auctio & diminutio; pariq. pacto descensus & ascensus, siquidem aër in suum locum è centro terræ, & è summo igni moueatur. Nec non idem ad speciem foret motus violens & naturalis; cùm ad aëris locum è terra lapis ascendit, idemq. eò de superiore loco descendit, aut etiam lapis à centro, & ignis simul ascendunt; & ad centrum lapis ex natura sua mouetur ad quod ignis contra naturam descenderet. Etiam media, quanuis diuersa forent, variam quoque speciem motus non efficerent: nam & ita sequeretur, vt fuscatio

C

D

& viridatio

& viridatio forent idem; vt siquid à nigro ad album modò per fuscum, aliàs per viride transiret. E
Item si ab A ad B. proficeretur idem corpus modò super circulo, mox super recta; cùm sit idem terminus B in vtroque motu, eadem species motus quoque fuerit. Efficeretur etiam, vt non esset descensus à sphęra ignis ad centrum, si moueretur ad aquam, cùm deberet alioqui moueri ad centrum: neque enim idem esset terminus ad quem lapis ferretur. Hæc auctores plerique decernunt. Primùm distinguitur de terminis ad quos; etenim, aut sunt imperfecti, quos etiam si natura assequatur, non tamen ibi quiescit, sed vult prætereà progredi. Ex hoc efficitur motus quidam imperfectus quem videtur indicasse Philosophus, dum describeret finem, [a] quòd esset extremum eorum motuum qui continui forent, aut termini perfecti sunt, quò.s. natura contendit, neque adepta progreditur vlterius, ibi manens secundùm naturam, vt cùm ex aëre descēdit lapis; si fingatur in aqua parumper quiescere, licet eò tendat, ille terminus imperfectus est: centrum verò est terminus perfectus. siquidem in aqua nolit lapis omnino quiescere, sed nisi prohibeatur, vsque ad centrum feretur, ibique etiam suopte impulsu permanebit, vt inde diuelli non nisi magno cum labore patiatur. Secundò medium, inquiunt, in omni motu duplex est, aut formale, aut materiale: formale id appellant quod est spatij forma quod est vel rectum, vel in orbem ductum, aut, siquid ex his est compositum, vt spira; alterum quod est ex partibus eiusdem spatij, vt quicquid intra duo puncta comprehenditur in linea recta, aut in circunferentia. Ergo F
vt Aristotelis dicta concilient; constituunt in ea thesi, nimirum quòd vnus ad speciem motus eo determinetur, quòd vnus ad speciem sit terminus ad quem; accipiendum esse terminum ad quē vltimum, & ab eo denominationē esse faciendam: medium verò statuunt formale tātummodò. Volunt & alij mobile idem esse: quanquam mobile accipiunt non indiuiduū ipsum, vt aërem, aut aquam, sed quod habet in seipso principium talis motus, vt graue, aut leue. proinde spectandum esse, sit'ne motus secundùm, aut contra naturam. Ex his se tollere putant dubitationes propositas. Nam sic non est eadem species motus quæ in orbem fit & rectà vtrobique ab A ad B, cùm differant media ratione formali. quanuis non vereatur asserere quidam auctor hos motus inter se specie non differre, illud spectans, (nisi fallor) ne ex hoc nascatur corpora quæ sic mouentur, specie distingui, ac succedat ex tali ratione cęlum esse corpus æternum. Sed sit hoc verissimū, contineamus nos intra cancellos philosophiæ Peripateticę quæ decernit, hos motus specie differre. Rursus nihil obstat, quominus eadem sit species motus, quandò graue mouetur ad aquæ planitiem & ad centrum; quia planities aquę non est terminus ad quem vltimus & perfectus. Neque idem est motus aëris & terræ ad centrum; cùm illi sit contrà naturam; huic verò ex natura. Sic enim fit, vt non sit mobile idem. Sed enim illa solutio non est approbanda quæ G
non euertit funditùs omnes dubitationes, multoq. minus à nobis, qui vnum Aristotelem hîc defendere cupimus; ipse verò, vbi disserit. [b] Vtrùm motui qui fit in orbem, quippiam contrarium sit an'non; accipit eundem esse motum, si fiat super circulo, aut super recta; quandò fiat ad idem punctum. Quare conati sunt alij nouis quibusdam distinctionibus adiectis propositas difficultates depellere, vtpote, Terminorum rationem esse diligenter obseruandam. Etenim non esse eandem rationem loci aëris ad ignem & terram; quippe quòd sit vt infrà ad ignim, ad terram verò vt suprà: neque eandem esse rationem cubiti & decem cubiti ad tricubitum, cùm illo sit maior, hoc autem minor. Tùm etiam motus secum differre vel modo, vel specie. Nanq; albefactio specie distinguitur à nigrefactione; sed velox à tardo solum differt modo & per accidens: neque enim sunt differentiæ constituentes, aut diuidentes, siquidē ad omneis species motus pertineant. Ita naturale & contra naturam non esse species, sed modos, cùm peruagentur omnem speciem motus: nullus enim motus est qui non sit naturalis, aut violens. His omnibus receptis aliqua subscripsit eruditissimus Toletus, quæ (nisi me animus fallit) neque dubitatione H
carent, neque sunt prorsus à repugnantia libera. Nempe rationem habendam esse solùm termini ad quem, in constituendo vno ad speciem motum, termini à quo nullam; tanquam alienus esset ab essentia & vnitate motus, quia per accidens solùm ad vnitatem specificam pertineret: mobileq. excludendum; quasi nihil referret cuius'nam foret naturæ: mox rationem termini ad quem positam esse in habitudine ad terminum à quo. Nam primùm illa secum pugnant, quòd terminus à quo reiiciatur ab vnitate specifica motus, & quòd terminus ad quem consistat in habitudine termini à quo; nam si mutuò se respiciunt hi termini, in illa habitudine consistet vtriq; vtrorumque essentia. Ergo quicquid ex altero constituitur, etiam quodammodò constituatur ex compare necesse est: aliter sequeretur, aliquid ab essentia sua posse separari. Ita enim est in huiusmodi consequentibus, quemadmodum monebat Aristoteles. Quicquid ad vnius essentiam pertineret, facere item ad eorum essentiam quæ pendent ab illo essentialiter. Deinde ab eodem fonte peritur, quòd vnus sit motus, & specie differat. Sed quî distingui potest ascensus & descensus, nisi constituta notitia terminorum suprà & infrà, & ex vtrisque simul acceptis, vnde.s. & quo, aut saltem subintellectis? Nanque, etsi grauitas & descensus eo terminantur quod est tendere

[a] 1. Phys. T. 23.

[b] 1. de cęlo.

A est tendere ad centrum; subintelligere quoque oportet, à quo, est verò locus superior & circunferentia. Ac si ascensum & descensum ad suum locum in aëre significare voluero; liquidò constat descensum illò esse loco superiore, ab inferiore verò esse ascensum. alia prætereo, de quibus olim, dum terminum à quo etiam motus essentiam complere docui. Si ergo terminus à quo necessariò requiritur, quo determinantur ascensus, atque descensus, & per ipsum vnum motum esse oportebit, & à cęteris specie distingui. Postremò qui separat à mobili consequentia motum, is profectò periclitatur, ne physicas rationeis abstrahat à subiecto; deinde ne posit ex differentiis motuum simplicium, corporum simplicium numerum inuenire, si vnus ad speciem motus non flagitaret vnam speciem subiecti. Multoq. magis id nobis concedent, opinor, qui certorum accidentium non per accidens certum quoque subiectum ponunt. Nam cùm motus sit forma, sed illa quidem imperfecta; sicut forma perfecta certum subiectum postulat, & certam habilitatem requirit; sic & motus qui est actus eius habilitatis, desiderabit certum subiectum. Dices fortè pro ipsis de essentia quidem motus esse, quòd certum habeat subiectum, sed de eo quòd ad speciē sit vnus, haud quaquam. quasi verò non sit eadem origo essentię & attributorum. Sed missa hęc faciamus. quid de graui & leui simpliciter, vbi vna terminorū ratio, & de graui & leui quodāmodo, vbi duę rationes? qūo vnus motus in illis, in his verò duplex, nisi rō mobilis habeatur?

B Idcirco si motus specie diuersos assequi velimus, altius aliquantò speciei constituendæ ratio repetenda est. Etenim species nonnunquam ab aliquo principio ducitur quod simpliciter in natura non est necessarium, sed tamen inest perpetuò in illo quod speciei subiicitur, vt.s. ex eo mens nostra sese applicet ad eam rem concipiendam, vt sublimium species, quæ nihil ordinatum habent in natura, cometes, inquam, & ignes in sublimi, quorum species à figuris petuntur, vt criniti, barbati, caudati vocentur, & illi capræ, stellę discurrentes, vrcei, trabes, & denique illæ species habeantur ad quæ significanda nomen proprium excogitatum est. Secundò species etiam ab aduentitio quodam & extrinsecus adiuncto sumitur, sine quo sanè materia conseruaretur, sed tamen sine illo non faceret officium, quod facit cum adiuncto, vbi.s. substantia maneant, sed officium sine adiuncto non faciat. talis ordinis sunt sanguis & spiritus, quibus si calorem adimas, substantia, quæ est materia, & mixtum conseruatur, sed munus eorum nullum existit sine calore; calor ille aliunde influit; nihilominus, quia vim fungendi officio materiæ præbet, ex eo ratio speciei sumitur. Tertiò species verè ex internis principiis ducitur quibus nihil extrinsecus accedat, sed ipsa per sese sufficiant ad omne munus naturale præstandum, & in seipsis habeant omne sui

C præsidium. tales sunt species perfectæ quæ ordinem necessarium in natura consecutæ sunt; sine quibus vniuersum mancum & imperfectum foret. Et species motus etiam non vniusmodi sunt, quandò aliquæ, neque sunt omninò necessariæ, & id habent solùm, quòd ex quodam accessorio mens nostra certum quid concipiat. Inde saltatio & ambulatio distinguuntur: etiam si super eodem spatio fiant: neque enim saltatio, aut rotatio necessaria: sed certa conditione actio illa terminatur, cui proprium nomen impositum est, & ita species effecta. Sic si ab eodem ad idem punctum rectā aut circulo mobile reuertatur, diuersa species & motus, & ille progressus est, alter verò conuersio. Sed vt vides, externum hoc est, neque certum ordinem habet, necessitatemúe in natura. Ex hoc si species motus distinguantur, nihil est incommodi: verum, non hoc solum speciem motus hoc modo variabit, sed quodcunque aliud præsentia cuius ipsa res immutabitur, vt siquis celeri saltationi pyrrhichij, tardę verò spondęi nomen assignauerit, variam speciem saltationis effecerit; & tamen velox & tardum in motu sunt accidentia, non ob aliud nisi quam motum certa illa conditione restrinxit, & illi nomen dedit. Hoc igitur modo multiplicantur species motus; neque illę solum caussæ quas interpretes credunt speciem immutabunt; sed si po-

D pulo placebit, innumeræ fingi poterunt, vt etiam certa tortio fusi à quaque muliercula facta speciem innouatura sit, veluti, si digitis contractis fiat. Cęterùm hæc speciei ratio mittatur: eam attēdamus quæ à natura instituta est, & sine qua labefactari posit ordo vniuersi, quæ item ab internis principiis solummodò pendet, & in se ipsa, vt sic dicam, omnem spem reponit sui. Quæ igitur ad vnum ad speciem motum constituendum afferri solent, ex duobus ordinibus accipiuntur; aut enim complent essentiam motus, aut ea consequuntur. Nos de vtroque ordine differemus; primùm verò de iis, vnde motus essentia deriuatur. Igitur ea quę motum constituunt, tria sunt (vt optimè nosti) vterque terminus & subiectum. Verùm, sicut ex iis existit motus, ita quoque assecutus est quòd sit vnus. Eadem enim principia sunt ex quibus & res existit, atque item est vna. Horum verò primæ sunt partes termini ad quem, vltimi & perfecti; cùm hic præcipuè sit vnus, & forma, & finis quibus omnia præfiniuntur. Secundæ dantur termino à quo; cùm vtrique termini inter se respiciant; vt, neque etiam cogitatione alter ab altero diuelli posit. Atque hic vnus est primus & adæquatus; nempe contrarius. Nam quanuis sit contrarius termino ad quem, nec è duobus contrariis vna species existere posse videatur. At est contrarius, vt album nigro: vt terminus à quo præsefert habitudinem ad terminum ad quem. Neque enim

album, aut nigrum sunt termini motus simpliciter, sed tunc termini euadunt, cùm alter qui est ad alterum potentia, exercet illam potentiam quam habet; id quod per motum efficitur, & quia sunt eo tempore imperfecta contraria, possunt vnà consistere: ita essentia motus ex vtrisque existit, non quidem vt formis, sed vt terminis, atque illis quidem vt potestatem habent adnexam. Neque enim simpliciter est processus ad terminum ad quem, sed secundùm potentiam quæ nititur termino à quo. Constituit ergo motum terminus à quo, licet non præcipuè, & est contrarius. Itaque vna est dealbatio ex nigro & rufo; & vna denigratio ex albo & viridi: quandò ex rufo album fit, vt ex nigro & nigrum ex viridi, quatenus est album. in mediis enim extrema continentur, & ita docuit Aristoteles, omnem mutationem in contraria resolui. Requiritur terriò subiectum, quod sanè vnum esse debet, neque tamen indiuiduum, neque ad speciem, sed secundùm rationem. Propterea duo motus in aëre descensus & ascensus, quia ratio duplex, nimirùm grauis & leuis: vnus in iis quæ simpliciter talia sunt, quorum vna est ratio. Hæc certè si eadem ad speciem sint, vnum ad speciem motum verè efficiunt. De reliquis mox agemus. E

Sit'ne aliquod ex iis quæ motum consequuntur, vnde varietur species motus.
Caput XLIII.

DVO prætereà numerari solent ex consequentibus motum quibus eius speciem immutari dicunt. Quòd idem medium non sit formaliter. Quòd motus sit naturalis, aut contra naturam. Sed enim multa faciunt, quominus eamus in aliorum sententiam. Mihi enim videntur omnino aut nullã speciei varietatẽ creare, aut in superioreis caussas posse dissolui. Atque vt primùm à primis exordiamur secundùm naturam. Non'ne euertitur omnis ratio specificę distinctionis, si ex consequentibus eam duci velimus? Sic enim non erunt eadem principia per quę res est, per quæ vna est, & per quæ separatur à reliquis. quod sanè nec Analytico placet, neque primo philosopho. Nam posterius est in hac hypothesi, vnde occasionem capiunt distinctionis. Deinde cùm in quoque motu & mutatione per se fit aliquod medium cui quoquo modo geniti nomen, aut facti conuenire potest, vbi solùm potentia sint, nec aliquis naturæ status appareat; quia media sunt secundùm materiam, nullam speciei varietatem vel ipsis auctoribus afferunt, vbi sistat aliquandò natura, sunt planè media secundùm formam. Sed, si generationem substantiæ spectes; idem sanè naturæ progressus est perpetuò. quare neque vlla existit occasio, cur species immutetur, eundem semper cursum natura tenente, atque id consequente quod cupit, nisi intercedat aliquis obex. Nam sicùt substantia propius accedit ad primum ens quàm reliqua entia, sic plus retinet ordinis, vna magis est minusque variabilis. Proinde, si natura vult producere hominem, non potest; nisi animal prius efficiat & plantam. Hæc certa & rata sunt: in singulorum productione generatio ponitur à nobis in qua spectatur progressus, vbi genita potestate sunt; nulla actus formæq. ratio tunc habetur; nec distinctionis igitur. Quapropter ad accidens spectabit ea varietas. Num'ne existet in mutatione secundùm quantum? Minimè verò, quòd etiam certa sint media quibus ad conuenientem magnitudinem substantia deducitur quæ nullo modo variari queunt: vt sicuti decas ex nouem repetitionibus vnius constat, & prius quatuor quàm quinque, & hæc quàm sex numerentur oportet, sic palmus ex tot digitorum repetitionibus, & tot palmorum cubitus extabit, & primum secundò secundùm tertio constantissimè præcedat necesse est. Restat igitur, vt ea differentiæ caussa pertineat ad lationem & alteratioñe, & planè sic ponitur ab auctoribus. Nanque & à B. ad A. rectà & per orbem peruenire licet, & à nigro ad album mòdò per fuscum, per viride aliàs. Sed eo minus, obsecro, accedamus ad rem, & accipiamus singulas species qualitatum quæ motui subiacent. Non'ne dabis alterationem inter primas esse per se, calorem. f. & frigus, inter ceteras verò per consecutionem? certè. Atqui medio secundùm formam manifestò vacant. Aut enim medium è pluribus compositum est, sic non est ex eodem ordine, neque conueniens, quia mixtum in generatione simplici procederet, aut si species alię sũt; profectò plures quàm quattuor primę qualitates, & plura quàm quattuor corpora simplicia sint, necesse erit: si illa verè docuit Aristoteles quæ legimus 2. de ortu. Verùm quis profitebitur, speciem esse quandam tepidi separatam, cùm nihil in ea natura mouetur, sed protinus deponat, vel pristinum statum recuperans, vel vlterius prouecta? Sed tangat item mutatio de qua nunc agimus, secundas qualitateis: si inter eas semper est processus, vt ab opposito; certè nullum erit medium quod differat secundùm formam; quia semper eadem ratio seruabitur vsque ad extremum. Proinde, siue ex nigro fiat album per fuscum, seu per viride, semper erit albatio, quia semper erit nigrum, quousque album primò extiterit; eiusque ratio in toto illo progressu in quo positus est motus, perpetuò permanebit. Vna latio superest, in qua item docebimus aut nullum medij rationem esse habendam, aut eam esse resoluendam in terminos. Etenim fingamus aliquod corpus ex hoc loco attolli ad ignim modò rectà, aliàs orbem designando:

A do: dices'ne tu hoc motus specie differre, cum differant per accidens? est enim vtrobique ascensus, quòd est à centro ad circunferentiam; accidit autem, vt id quod suopte nixu ferretur, inde aliqua vi allata declinet; attamen à termino à quo qui est infrà, ad terminum ad quem qui est suprà nihilominus euehatur. At ex his ascensus existit; cętera sunt per accidens: itaque speciem variare nequeunt. Fortè respondebis, eum motum esse compositum; ob eamq. caussam specie differre cum simplici. Sed enim resoluetur hæc quoque caussa in terminos rectæ lationis: & accidens erit, quòd orbem describat; inde enim discriminis caussæ petuntur. Eodem modo continget, vt manentibus eisdem terminis in latione & conuersione idē sit ad speciem motus, quemadmodum alicubi assumpsit Aristoteles.[a] Ego verò, tametsi arbitror ipsum spatia sola omni corporū propensione circunscripta considerasse, nullamq. rationem illius medij quod est secundùm formam, habuisse; & terminos non vt motus sed vt quantitatis assumpsisse; siue per seipsam spectauerit magnitudinem, seu quòd in cęlo nulla sit differentia terminorum; cùm omne punctum in circunferentia sit initium motus & finis; proinde nulla ratione specificę distinctionis intercedente confidenter accepisse eos motus, vbi sint ad terminos eosdem, non differre: tamen opinor etiam, vbi & animaduertatur propensio, & accipiantur termini motus, extare item speciei discrimen. Itaque qui de his permixtim & sine distinctione decernunt, vt mea fert opinio, dissentiunt ab Aristotele. De altero illo puncto nostrę quæstionis est item quòd consideremus, tùm ponant'ne discrimen specificum inter motus per seipsa naturale & contra naturam; tùm etiam sint'ne specificę differentiæ, vel potius modi. Ac de primo quidem, si in motu tractando seruari debet illa analogia de qua sępius egimus; & in motu naturali ad locum propensio subiecto fundatur, & quod nos subiectum facimus, habet illam habilitatem ad motum secundùm quam operans moueri dicitur. At hoc est moueri secundùm naturam. Propterea naturale in motu nascitur à propensione subiecti, quinimmo significat ipsam subiecti propensionem. Quòd si hoc adfert aliquam differentiam specificam motui, non est illa extrinsecùs, sed insita in motu. Quamobrem nos omneis specificas differentias motus à principiis internis duci defendemus, quippe duobus terminis & subiecto. Quantum verò est de eo, quòd naturale & non naturale sint differentiæ per se an per accidens, seu potius modi; non sine aliqua conditione decerni meo quidem iudicio potest. Primùm quidem naturale & non naturale, cùm pertineant ad diuersa rerum genera, substantiam, quantum, quale, & vbi, quemadmodum motus; non possunt esse genera, vel differentię simpliciter: hæc enim vniuoca esse oportet. at naturale & nō naturale sunt communia ad vnum: itaque non genera, vel differentiæ, sed opposita in vniuersitate entis habenda sunt, vt vnum & multa, idem & diuersum, contingens & necessarium. Verùm sicuti motus speciatim sumitur, & ita vniuocus redditur; sic naturale seorsum secundùm singulas rationeis accipiatur: adhuc motum spectare oportet: aut enim accipitur motus simpliciter & formaliter; aut cum subiecto confertur. Neque verò sic accipi volo quod dixi; quasi motus à subiecto segregetur: id enim neque mens ipsa potest vllo modo præstare; sed à subiecti conditionibus, quòd ipsius notio non applicet sese ad vllam certam cōditionem subiecti, vel quòd ipsi insideat cùm aliqua cōditione, vel quòd in eo reperiat habilitatē, vel quòd omninò pendeat ab externo. Si motum simpliciter spectes, profectò neque ad illius essentiam variandam quicquam facient naturale & non naturale; quippe quòd à centro ad circunferentiam sit semper ascensus, siue is ex natura fuerit, siue contra naturam. Veruntamen si motum cum subiecto conferas, assero has esse differentias per se. Quapropter non semel distinguit Aristoteles de corporibus simplicibus, quòd vno hoc, alterum motu opposito secundùm naturam moueatur; aut quòd eodem motu vnum ex natura moueatur, alterum verò contra naturam. Quamuis autem Philosophus assignauerit regulas dignoscendi specificas differentias à modis & accidentibus, quòd modi peruagari possint vniuersas species,[b] differentiæ verò nequaquam; similiter quòd opposita accidentium in eodem subiecto reperiri possint, vt in Socrate album & nigrum, quorum nihil ab ingenio naturalis & non naturalis abhorrere videatur; quandò pertinet ad omne motuum genus, siue sit latio, siue incrementum, & in eorum quaque specie inest, vt idem motus & naturalis & non naturalis habeatur. hęc quidem sic se habent ad motū simpliciter consideratum, &, vt aiunt, formaliter: at habita ratione subiecti differentiæ ponuntur. Quoniam verò possis hìc obiicere irritum esse Philosophi præceptum, nam semper dicere licebit ea per se non esse differentias, sed modos & accidentia; differentias autem esse ad subiectum: quapropter nil obstiturum, quominus ob diuersas habitudineis idem sit differentia simul & modus, vt velox & tardum, ad motum simpliciter vt modus, vel accidens, ad subiectum verò vt differentia. Tum deinde vbi respiciant motum simpliciter, non esse modos, sed differentias nihilominus, aut species: quia quod per se est, essentia distinguatur ab eo quod est per accidens: aliter vna foret species; vna igitur ratio & caussa vna. Sic id quod est per accidens, & hoc modo nō necessarium, degeneraret in id quod est per se, & necessarium contra Peripateticorum placita. Quamobrem cùm id quod est secun-

[a] 1. de cęlo

[b] 5. Phys.

dùm naturam, sit per se; per accidens verò id quod est præter naturam; non ergo vt modi & accidentia se habebunt ad motum, quomodocunque spectentur, sed vt differentiæ. Propterea vanum erit nostræ distinctionis officium; siquidem ad primum dicere liceat non esse parem rationem velocis & tardi & aliorum, quos modos appellamus, quoniam hæc inesse queunt in omnibus motibus vel diuersi, vel eidem sint & ad speciem & ad numerum. Nanque idem eiusdem aquæ descensus in principio tardus est, in fine velox; sed secundùm & præter naturam in eodem ad numerum nullo modo esse queunt. Si igitur ex his substantia mutatur; necesse item est, hæc eadem pertineant ad substantiam: nam seu tardè, seu velociter aqua descendat, motus ille semper est naturalis, nec vnquam præter naturam. Consimiliq. modo velox & tardum insunt in corpore cęlesti; id tamen assiduè secundùm naturam conuertitur. Ad secundùm verò respondebimus, quod per se & per accidens est, cõtingens & necessarium sumi bifariam, vel vt modum sine re, vel rem ipsam cum modo. Nunc quòd modi propter varias habitudineis immutentur, absurdum non est: eadem enim attributa vni per se insunt, & de illo demonstrari possunt; in altero insunt per accidens, & abhorrent à demonstratione. Verùm si reipsa spectetur, ea certè non potest immutari: quandò semper eadem est essentia & natura. Quare cùm dicitur contingens in necessarium mutari non potest, hoc de re ipsa accipiendum est, non de modo: modi autem sunt hi, si motum formaliter aduertas. His ita positis facile est è medio tollere difficultateis ab initio quæstionis obiectas. Nam prima argumentorum series accipit vnam esse rationem subiecti, vel termini, cùm tamen sit duplex; vnde etiã capax est duorum motuum, siue, vt subiectum vt quod, siue vt secundùm quod & vt terminus: vt enim ibi duplex est ratio, sic quoque vim retinet duorum terminorum. Secunda verò series in eo peccat, quòd id quod idem est ad motum simpliciter acceptum, idem præterea seruari putat, vbi quodammodo ponatur; nempè cum habitudine ad subiectum. Tertia complectitur media quæ materialiter sumpta non differunt à termino opposito. Nam quomodocunque per medium fiat transitus, fit vt inter opposita. Neque fuscatio dicitur, cùm is non sit terminus vltimus, vnde motus specificantur & denominantur. In quarta verò committitur hoc, quòd accipiuntur veluti differentia per se, quæ per accidens separantur; & cùm habitudine ad subiectum, quæ simpliciter ab Aristotele fuere pronunciata. Vltima quoque fallit in eo, quòd vltimos terminos non assumit.

Explanantur ea ex quibus vnus ad numerum motus existit. Cap. XLIV.

HIS ea succedunt ex quibus vnus numero motus constituitur; id quod anteà dictum est idẽ esse re cum continuitate ipsius. Esse autem vnum numero motum dupliciter euenit, vno quidem modo intrinsecus, quod illi commune est cum aliis accidẽtibus. petitur verò ab eo, quòd vnum sit numero subiectum; atque altero extrinsecus; & hic iterum duplex, vnus qui generatim pertinet ad omnia continua cuius beneficio continui partes, cùm inter se iunguntur, efficiunt vnum totum continuum; id dici solet effectiuè. alter qui suipsius est proprius, de quo nos aliis dimissis in præsenti capite disseremus: nanque hic ille est qui motus continuationem producit. Continua quoq. sunt multis aliis modis. Hìc nobis de hac continuatione speciatim dicendũ est. Porrò multa desiderat continuatio motus, primùm sanè vt idem sit ad speciem: nam si motus specie separentur; contigui certè esse queunt, non tamen continui; veluti si dum me parumper exercui, cęperim calefieri; non rectè calefactio continuata cum exercitatione, sed ipsi proxima & contigua dicetur. Tum quòd vnus numero sit terminus ad quem; siquidem si eadem stupa continuo tempore rarefieret, deinde combureretur, non diceretur idcirco motus continuus. Deinde ne quid temporis intermittatur, quamuis aliquid rei possit intermitti: quandoquidem & ambulatio, & saltatio continuæ sunt; licet non semper terra tangatur super qua fiunt eiusmodi motus, ac fidicen continuè sonuit; tametsi à prima ad vltimam chordam cęteris intermissis pulsando procedit. Nam subiectum motus, vt in saltando animal, & in pulsando manus, aut aër nunquã cessat in sono. Dubitari potuit, vtrum'ne continuitas spatij requiratur: nanque ab Aristotele prætermissa est, & exempla allata persuadent nullam eius esse necessitatem. Neque verò semper ea continua sunt per quæ fit motus, vt siquid ex igni per aërem & aquam ruat in terram. Mihi tamen oppositum videtur; propterea quòd si motus continuatur; id etiam continuum sit oportet secundùm quod fit motus: nil est enim aliud motus àc forma fluens; hæc verò spatium est in latione, quod quemadmodum inter centrum & circunferentiam mundi continuum sit, suprà expositum est. Neque terra verum est spatium, super quo saltatio fiat, sed ea linea, quam saltans in toto suo motu describit. Eodem planè modo de proiectorum motu dicendum, quoad aliena vi concitantur: nanque aëris partes eodem non sunt noua iugiter veteri succedente, tamen eadem est linea super qua fertur. Nec omissam fuisse hanc conditionem ab Aristotele putamus,

A tamus,sed eam in vnitate termini ad quem contineri profitemur: ipse enim est veluti forma, &
cętera continet tanquam materiam. Quare efficitur, vt si motus interpelletur, non sit vnus ter-
minus ad quem, sed totidem quot interpellationes extiterint, & proinde totidem motus quot
termini actu intercesserint. hic locus est in latione, siue ipsum vbi, eiusque materies est spatium.
Quapropter non intermisionem spatij, sed rei notauit præceptor, quę communiter inesse potest
in omni genere motus: nam verbigratia cibus continuè coquitur, licet aliqua eius pars cruda re-
maneat. Res autem ipsum suppositum est motus; spatium, vel illi proportione respondens est
pars subiecti, secundùm quòd fit motus. Mobile quoque vnum esse debet. Nam neque vnus,
neque continuus est ille motus quem, postquàm ego quieuero, facit famulus meus. Hoc autem
mobile, vt vnum esse debeat, anteà dictum est, atque vnum vt indiuiduum: si τὸ ὑποςάν.i.sup-
positum respicias, quod actu existit eo modo quem non multò prius indicauimus: quemadmo-
dum verò esse posit, tum cognosces, cum de formarum multitudine disceptabitur. Sic non nu-
mero, vel specie diuersum esse dicemus canis viui primùm, deinde mortui descensum. Non ne-
cesse verò est vt mouens sit vnum. Nam si, velut in ludo quodam Athenis fieri solebat, fax de
manu tradatur in manum; nil profectò vetat, quin continuè moueatur. quòd enim descensus il-
B le quo canis agitur eiusque cadauer, sit continuus, ex eo probatur, quòd motus ille finiretur vl-
timo non esse; cùm tamen desinat in vltimum esse, siue sit secundùm, seu præter naturam: ne-
que enim forma aliqua potest asignari qua motus ille terminetur: etenim nullum punctũ tem-
poris est in quo non sit motus: aut ergo continui sunt duo diuersi motus, aut contigui: nec con-
tigui sanè, quia prioris est aliquis terminus, vt sanationis cui succedit ambulatio: quocirca con-
tinuos esse dicendum est. si graue suppositum facimus in descensu, remanet idem: ergo & idem
motus. si fingas animal, aut tale animal esse suppositum, specie variata multò magis apparere de-
bebit variatio motus quæ sese ostendit in ea vicissitudine, altero quidem aliqua euidente forma
finito; eoq. magis, quo motus & quies sunt magis euidentia, quàm sint formæ quæ subiacent, &
ea quæ specie distinguuntur, multò item magis numero separantur, vt hic homo ab hoc equo,
quàm ab homine alio. Sed enim quanuis hæc omnino vera esse credamus; attamen nonnullis
dubitationibus implicata sunt. siquidem & eos motus qui specie differunt, continuari posse cen-
seas, neque conditionem temporis adhibitam necessariò fuisse inter motus oppositos: illud qui-
dem; quia si fingamus lapidem magna vi atque conatu impelli vsque ad medium mundi, & ni-
hil obstet; impetus ille continuabitur, & lapidem feret vltra centrum. Atqui ad centrum vsque
C descensus est, indè verò ascensus. Sic duo motus oppositi poterunt esse continui: hoc verò, quòd
si sursum quippiam moueatur, siue ex natura, seu contrà, & ruens maximus lapis ipsum repel-
lat; non videbuntur intermitti motus illi qui tamen contrarij sunt. Apparebunt etiam conti-
nuæ pulsio pilę & repulsio facta à pariete quę nihilominus opponuntur. Quòd si continuatio
postulat vnum tempus, certè etiam caussa temporis motus diuersi pro continuis haberi poterũt:
etenim tempus vnũ est quod nunquã intermittitur exoriens ex motu cęlesti, qui perennis existit.
At verò tempus est numerus motus, vnius quidem primò, qui est cęlestis, aliorum verò secundò:
nanque aliqua parte motus cęlestis eos meriti contingit. Si ergo vnum fuerit eius punctum in
quo conueniant finis motus antecedentis, & initiũ subsequentis; certè tamet diuersi sunt hi mo-
tus, attamen erunt continui. Hæc dubitantur quæ nos à capite repetentes controuersum dici-
mus esse, vtrùm lapis impetu magno pulsus vltra centrum feratur, an ibi protinus maneat: ne-
que enim video quid prohibeat, quin si vis impellentis in lapide conseruetur; etiam moueatur
vltra centrum. Vt ita credam facit, quòd siquid maiore quadam vi retrahatur ad statum natu-
ralem, sæpe etiã illum transilibit, vt si quis inflexus fuerit ad trahendum funem & funis ille fran-
D gatur; non modò redit ad pristinum statum, sed etiam retrò labitur. Ad id verò quod opponi-
tur, fore vt motus contrarij sint continui, quidam per accidens id fieri posse concedunt. Tolera-
ri potest hoc: sed non expediunt, sit'ne vnus ille motus, & quomodo continuentur per accidẽs,
& adsit'ne motus aliquis per se ad quem motus isti per accidens referantur. Itaque arbitror
vnum esse per se motum ad centrum & à centro qui fit ex toto violentus. Nanque non vnius-
modi est motus lapidis ad centrum, quando impellitur, & cùm sponte labitur: hic quidem natu-
ralis est, alter ille perturbatus, nec simpliciter naturalis. Si ergo totum id violentiæ quod affer-
tur, & vim naturæ superat, obseruabitur; vnus est planè motus, atque continuus, neque partes
inter se contrarias habet. Quòd igitur in eo sint duæ partes oppositę, descensus & ascensus, il-
li inest per accidens; cùm sit vnus motus. At verò sicut est quæstio ex hypothesi, ita solutio
quæstioni respondet. Nam fingere oportet tantã vim quæ superet eius statum naturalem quem
in centro assecutum est illud mobile, quam tamen eò debiliorem esse credideris, quo magis à mo
bili distat, dum est in suo loco, & quo difficilius est è loco proprio dimouere, quàm ex alieno pro
pellere. Et profectò videtur hæc vis externa non afficere, sed adiuuare naturam, quòd facit vt
celerius fine suo potiatur, quàm per seipsa faceret. Si ergo adiuuet, non immutabit eius statum

naturalem. Quare item est, quòd minus persuadear, si sponte ceciderit etiam ex longinquo interuallo, quòd terra præteritura sit centrum. Nam, mea quidem sententia, repugnat ordini naturæ vltra centrum agi. si.n. mouetur suapte natura, vt suum locum finemq. assequatur, eo verò præsente cessat omnis naturæ conatus, illo adepto ipsam quiescere puto, vt opinor etiam, si fuerit vniuersa terra extra proprium locum, siue alicubi tota simul, seu dispersa per varias mundi plagas, in centro finem mouendi facturam; illò enim tota suopte impulsu maximopere contendit, & cùm ibi sint omnes eius partes, tanquàm lapides in fornicibus concameratis inter se vrgentes, & sibi viam præcludentes ad lapsum, sibi quoque immobilitatem necessariò molientur. Neque verò incrementum velocitatis arguit exuperantiã mouentis ad mobile, quo longius ferri possit, quàm natura patiatur, vt fit in eo qui est contra naturã, sed illa velocitas est via ad quietẽ. Quamobrem quo velocius aliquid fertur secundùm naturã, eo quoque est quieti vicinius; quasi properãte natura, vt locũ nanciscantur in quo demum quiescat, vt impiger ille auriga qui equis acriter instat, vt superet anterioreis, & citius ad calcem perueniat, ibique consistat. Et quanuis in reditu ad statum naturalem idem quoque Aristoteles exemplo aquæ concalefactæ [a] docuerit excedi statu naturali, & equus qui celerrimè cursum arripuit, quanuis ad metam peruenerit, se tamen continere non potest, nec non pendens plumbum à perpendiculo dimotum non statim reuertitur ad ipsum, sed cùm per aliquod interuallum transgressum fuerit, toties vltrò citroque agitatur, vt iugiter impetu remisso spatioq. contracto demum redeat ad perpendiculum. similiq. modo fracti funis experientia doceat retro partes eius cum impetu maximo referri, non est id naturæ solius, sed accidens, atque illud quidem alienum à vi motus: accidit enim aquæ, vt ex vi caloris partes tepidiores exhalent. Nec est ratio par in iis quæ mouentur à natura, atque ab anima: naturæ enim propẽsio simplex est; duplici impetu pollet animal, dum cursu concitatur, altero quidem qui est ab animo, atque altero qui ipsius est naturę, & in motu animalis ab animo frequentissimè superatur. Cùm igitur eo tempore pręualeat corporis impetus, animal prolabitur non animo, sed corpore propellente, & in ea regione prolabitur, & eo versus, vbi & quo pro impetu corporis adhuc agi possit. Non ferè differenter itq. reditq. plumbum à perpendiculo & ad perpendiculum, siue ille impetus à suspendente, siue ab aëre qui omnium facillimè quoquo versus agitur, impertitus fuerit; nanq. motus ille non est ex natura simpliciter, nec ad loca prorsus contra naturam. Et cum vis vtrinque trahentium sit in extremis efficacior, quippe prope mouentia fiunt extrema, quemadmodum dicit Arist. ὑπομόχλιον, latinè pręssio, ideò maximè sustinent in medio, quòd magis distat, decrescit impetus, ideò minus sustinet. ergo in medio frangitur funis, cùm medio virtutes ab extremis vtrinque communicatę quodammodo terminentur. Cùm igitur inde versus sua principia recurrere incipiant, ibi extrema fultura priuata, quo magis vim faciunt in contrarium tota in anterius incumbentia, cùm se sustinere nequeant ad posterius, necesse est delabantur. Quod obiicitur de lapide, non videtur absurdum nonnullis, motus illos oppositos esse continuos. Veruntamen apud me plurimum potest, quod demonstrauit Aristoteles inter motus oppositos intercedere quietem: siquidem continuatio motus inde nascatur, quòd in spatio punctum est vnum secundùm materiam & potestate & copulans, non disiungens & actu; sic rationem habet vnius; quamobrem vnico instanti absoluitur: etenim sibi vicissim respondent spatium, & tempus, & vtriusque puncta pro portione) at si actu punctum effeceris; iam non habet vnius rationem, sed duorum initij.s.& finis quæ sunt inter se distincta. Ergo duo temporis puncta cum ipsis conueniunt, in quæ cum incidat tempus, in toto illo tempore negabimus esse motum. Non me latet Aristotelicam rationem à nonnullis haberi probabilem ob id potissimè. Nam statuamus aliquid calefieri, & à calido vt sex, ad frigidum vt octo peruenire, ita vt in primo mutato esse caloris vt sex, quod fuit primum non esse calefactionis, incipiat agere frigidum vt octo per vltimum non esse, tunc gradus ille caloris non durabit nisi per instans, putatu, nunc est & proximè ante hoc non fuit, quoniam inducitur in fine motus. similiter nunc est, & proximè ab hoc non erit, quia proximè post hoc erit motus frigefactionis, cùm incipiat per vltimum non esse. Erit igitur idem instans primum non esse vnius motus præcedentis, & vltimũ non esse consequentis, & erit primum esse illius formę inductæ in fine motus prioris, & vltimum esse eiusdem ad posterius. Nanque & idem vitium præsefert hæc obiectio àc superior. Etenim vbi primum factus est sextus caloris gradus, & frigidum vt octo incipiat agere, duo quoque puncta notabis actu, finem caloris & initium frigoris, inter quæ dico quietem interuenire, licet illa fortasse lateat sensum. Hoc igitur erat confutandum. Ita difficile est, Aristotelica decreta rationibus oppugnare. Illud autem quod de repulsione pilæ obiicitur, fidem non inuenit apud eos qui spectant applicari pilam ad parietem & in pariete sordes, in alterutro, vel in vtrisque formam obicis imprimi, planitiem in pila; in pariete verò cauitatẽ, quæ sine tempore effici nequeũt. Neque id obstat, quòd vnus motus esse videatur eo quòd vnum sit mouens, aut si mouens primũ cessaret, quòd non efficeretur motus posterior; neque enim parietem mouere, cùm maneat; naturale

[a] 1. Met.

A tinale autem mouens, vt moueat, moueri oporteat. nanque & paries mouet in virtute primi pellentis, & quanuis esset actus primi pellentis qui interrumpitur, non idcirco cessat impetus & habilitas. Neque ille est vnus motus simpliciter, quemadmodum fuerat ille quo vltra centrum lapis agebatur: quandò nullum in eo motu punctum actu existit quo motus oppositi interpellentur, sed in repercussione iteratus est ille motus, & ibi alius est finis primi motus ab initio posterioris. Neque dictum nostrum illa oppugnat experientia quæ patitur à Caxo grauissimo, quod cum magno impetu ruat in præceps, inueniens lapidem contrà iactum, è vestigio repellat. Dicimus enim prius quàm lapis descendat, aërem præuenire qui impediat motum. Nam quòd aër præueniat testis est Aristoteles qui docet, cur strepitus quidam terræmotui præcedant. Atque hæc satis. Sed quoniam ratio experientiis in hac methodo postponenda est, & nos aspicimus in aquis, tametsi ex aëre demittitur impetu proprio lignum, quod suapte natura manet in earũ superficie, totum mergi, & per aliquod spatium in aquas descendere totum, nec alia desunt, quę contra hoc decretum afferri queant, aliqua nihilominus ad hæc ipsa dici posse censeo: primusq. aliud indicium de centro aliisq. locis esse faciendum; nanque ea quę sunt grauia suapte natura; licet non sint eiusmodi simpliciter; est etiam, quòd quatenus appetant centrum; propterea vis accedens impetum quendam illi exhibeat centrum versus; cùm aliquid præter propria loca re- B stet illis expetendum, sed cùm nihil vltra centrum restet expetendum, vltra ferri naturam, est meo quidem iudicio cursum naturæ violare, & efficere, vt nihil sit in natura firmum, quo collimet. Concludemus igitur ad efficiendum motum continuum necesse esse, vt ille vnus sit specie simul & numero, vel ille sit vnius naturæ conatus, vel intercedat violentia quæ continuet motus oppositos, vt si tanta foret quæ lapidem vltra centrum promouere posset, punctis adhuc suam potestatem retinentibus, vt dictum est.

Assignantur ea quę ad motuum repugnantiam spectant generatim. Cap. XLV.

QVONIAM verò posset dubitare quispiam, quínam motus inter se opponantur, vt sciamus illos in quos incidit media quies, & ea percipiamus quæ docet Aristoteles in illa quęstione quæ disputatur, sit'ne quispiam motus conuersioni contrarius; non erit ab re si de oppositione motuum generatim disceptemus. Et sanè primum illud animaduersioné populat, quia nihil prohibet diuersos motus non interpellari quiete, quos anteà contiguos appellauimus: C nanque hi tempore non interrupto fiunt, siue vnum sit mobile, seu plura, id solum habentes, vt eos non eadem temporis parte metiamur; veruntamen nulla pars tẽporis extat in qua non obseruetur motus. At hi qui opponuntur, omnino quiete interpellantur, nec sunt vllo modo contigui, tantum abest, vt continuentur; cùm ipsa continuatio præter contactum postulet etiã, quòd termini sint copulantes, & in potentia. Primùm igitur generalis regula traditur de contrariis, quòd ea sint quæ sub eodem genere posita maximè distant. itaque & motus contrarij sub eodem genere continentur. Non igitur alterationi ortus opponitur, sed alteri mutationi quæ fit secundùm substantiam: accipitur autem oppositio à terminis, quoniam actus ille est qui determinat: at actus in motu spectatur in terminis: oppositio verò aut est positiua, cùm s. motus opponitur motui, aut priuans, cùm opponitur quieti. Sed priuante aliò reiecta, dicemus primùm de positiua. à qua sanè oppositione arcetur ea quæ est in ortu & interitu. quippe quarum termini priuatiuè opponantur. Ea verò hac facta partitione deprehendetur. Ita enim contingit motum motui contrarium esse, aut quia terminus à quo vnius sit terminus ad quem alterius, vt sunt motus ab albedine & motus in albedinem; aut, quia termini à quibus vtriusque contrarij sint; quem- D admodum motus ab albo & nigro, aut quia terminus à quo vnius sit oppositus termino ad quẽ alterius: erunt verò tales motus ab albedine, & motus in nigrediné, aut postremò quorũ vtrique termini sint oppositi: quales sunt motus ab albedine in nigredinem & motus à nigredine in albedinem. Verumenimuerò id vniuersè constat, à terminis à quibus repugnantiam non esse sumendam, aut saltem non ab ipsis solis: quia probabilius est in iis obseruari repugnantiam quæ perstant magis: perstant verò magis termini ad quos, cùm accedant, quàm termini à quibus quos deleri oportet. Nam si minus, sequeretur, vt, quominus existunt, contrarij magis essent persuadente hoc nobis regula dialectica quæ sumitur à comparatis. Tùm etiam quòd repugnantia magis eo determinanda videtur, à quo sumitur nomen & definitio; huiusmodi verò est terminus ad quem. Nam repugnare & immutare quæ sunt propria contrariorum proficiscuntur ab actu qui primum per nomen significatur, & exponitur definitione, nisi forte notius sit, quod admodum rarò euenit, id à quo progrediuntur, veluti de medicatione dictum est & de ascensu. [a] Ob id igitur, non ij motus quorum vnus est terminus à quo & terminus ad quem; neque illi qui à contrariis terminis, nec ij quorum vnius terminus à quo est oppositus termino ad quem alterius: eoq. maximè quòd vnus & idem motus esse poterit, ab ægritudine nimirum in sanitatem.

[a] 5. Phys. 1. de celo.

tem, sed aut hi qui sunt ad terminos contrarios seorsum, aut qui sunt simul à terminis contrariis ad terminos contrarios. Quoniam verò constitutum est vtrosque terminos absoluere essentiam motus, & omnis motus est, ex contrario in contrarium; si termini ad quos cõtrarij fuerint, erunt quoque contrarij termini à quibus. Illi ergo sunt habendi contrarij qui sunt ex contrariis terminis in contrarios. Cùm verò motus communiter acceptus etiam complectatur mutationem, hæc autem separetur à motu, quòd in eius termini priuatiuè opponuntur, iudicium quoque de oppositis mutationibus analogicè faciendum erit. Itaque illæ erunt oppositæ mutationes quarum vna sit à termino priuante ad positiuum, altera à positiuo ad priuantem illi oppositũ, vt ea quæ est ex non albo in album, illi quæ est ex albo in non album. Nanque & in his vtriusque termini rationem habendam esse docuit Aristoteles. Quoniam, si alter è terminis positiuus solùm obseruaretur solùm; posset aliquando ignorari sit'ne oppositus motus, an mutatio. ex albo enim non minus suspicaremur nigrum fieri posse quàm non album, & album consimiliter æquè concipere ex nigro factum esse, atque ex non albo. Vt igitur oppositus motus ab opposita mutatione distinguatur, vtrosque terminos à quo & ad quem exponere oportet. Euenit etiam in quoque motu, vt non fiat tantummodò progressus inter eos terminos qui positiuè opponuntur, verùm item inter oppositos priuatiuè. quamobrem scire licet in his motibus & mutationibus quæ se consequuntur, nullam intercedere oppositionem; propterea quòd idem est motus à nigro ad album, & ex non albo ad album, atque ex altera parte ex nigro ad album, & ad non nigrum. Quanquam maximè dubitatum est à Latinis philosophis de re non difficile, ne dixerim ludicra, & quæsitum differant'ne vllo modo motus ex contrario & motus in contrarium qui simul fiunt circum idem subiectum, & quæ sit ea differentia, vt cùm ex nigro tenditur ad album sit'ne vnus motus ex nigro & alius ad album, & denique sit'ne vnus motus abiectio termini à quo & acquisitio termini ad quem. eadem quæstio proponi posset, de motu & mutatione quæ consequitur motum, vt idem'ne sit motus ex nigro ad album & ex non albo ad album, quandoquidem si motus vnus est, vbi termini sint eidem; hîc autem varij sunt. Et motus igitur varij. Tum etiam cùm sint duo accidentia quæ constituunt terminos motus, & vnius sit amissio, alterius autem comparatio, & demum diuersi vtriusque processus, motus item diuersos creent necesse est. At verò & omni motui tribuitur hoc, vt sit ex vno termino in oppositum, atque item, quòd sit ex gemina parte constitutus altera quæ comparatur, atque altera quæ abiicitur, [a] itaque & vis corrumpendi cuique motui conceditur. Inde quoque efficitur, vt denominatio magis sumatur à termino ad quem. nam terminus à quo deletur. Sed quantumuis hæc monstrent vnum esse motum, non idcirco quæstionem absoluunt; quandò restet adhuc dubitatio, quemadmodum ille sit vnus motus. Esto enim quòd sint hæc vnum propter subiectum; at non absurdum aliqui arbitrantur eos quoque re secum differre, alij ratione tantùm, & ambiguo se inuoluunt; quod à nobis aliàs expositum est, cùm re differre, & ratione propriè, & communiter accipi possint. Nam re differre est & subiecto, & essentia segregari, & ratione est essentia & habitudine discrepare. Nanque alia est differentia priuationis & materiæ, atque alia materiæ & formæ, quamuis in vno subiecto consistant. Cùm enim priuatio nihil ponat in materia, nisi habitudinem ad formam; ratione tantùm, non essentia distinguetur, forma verò, cùm sit aliquid, præter differentiam habitudinis in materia, afferet item essentiæ distinctionem, quam à nonnullis rei distinctionem quoq; dici non me fugit. Ita igitur eos motus essentia differre dicit Aristoteles, [b] de huius appellatione differentiæ non cõtendo; rationem ego vocabo; tu rem nomines per me licet. Itaque ego motus illos ratione & essentia diuersos esse non negabo, & si placet, etiam re: solumq́; dederim eosdem esse subiecto. Neque obstat, quòd ea quæ re diuersa sunt, non possint efficere vnum ad speciem; quandoquidem & ea quæ differunt essentia, vnum ad speciem faciant: quum nulla sit species quæ non constet ex essentia differentibus, cùm ex materia formaq. componatur quæ essentia separantur. Aut, quòd sic forent duo motus, à contrario & in contrarium, quia duo sint accidentia, quorum vnum interit, alterum producitur. nanque & si duo sunt accidentia, at vt formæ duo sunt, & per se consistentia: in motu verò vnum ex ipsis sit re, vel subiecto; duo verò ratione, vel essentia: atque aliud est spectare ipsa omni motus ratione circunscripta, & dum motui subiacent. Non est item illud timendum; ne si intendatur album, & nigrum remittatur, isti sint motus oppositi, quia terminentur à formis contrarijs. Nam quod intenditur, fit album, quod amittit de nigro, non fit quidem nigrum, neque est nigrum, sed non nigrum; quod manet vnà cum albo, re quidem vnum existens, ratione verò, aut essentia duo. Neque sufficit, quòd in minus nigrum desinat: quia minus nigrum in ea mutatione rationẽ habet non nigri & magis albi. Et quod attinet ad mutationem quæ motui est adnexa, non impedit illud, quòd si forent duo motus, quomodocunque separati, essent à contrario in contrariũ, cùm tamen inter contradicentia sit mutatio. Sequeretur enim id, si motus acciperetur speciatim. Nam tum motus est è contrario in contrarium: at si generatim motus sumatur, nil vtique prohibet esse duos motus quorum

Margin letters: E, F, G, H

[a] 5. Phys. Tt. 7. 49. 54. 4. Phys. Tt. 117. 128. 5. Phys. Tt. 4. 48.

[b] 5. Phys. T. 47.

A rum alter sit propriè,& è contrario in contrarium,atque alter communiter,inter ens & non ens. Omnino verò motus omnis requirit mutationem,idem subiecto cum ipsa existēs,ratione autem, hoc est, essentia discrepans; atque id communiter acceptis motu & mutatione, siue pro fluxu, siue etiam forma fluente, nihil penitus repugnantibus terminis motus & mutationis fluxui formæúe fluenti & vtranque habitudinem, vt sunt motus, communiter accipientibus. Vt autem mutatio comitetur motui,& necessariò consequatur, vtputa, amissio nigredinis,& albedinis acquisitio cognoscetur, vbi de intentione formarum tractabimus. Neque item hic obstat id quod ab aliquibus affertur; vbi est vnus terminus, ibi fore vnum motum; at in amissione nigredinis, acquisitione verò albedinis, vnus est terminus. Nanque vnus, inquam, subiecto quidem est, essentia verò distinctus: vnus vt terminus antiquæ formæ; alter verò vt terminus acquisitionis nouæ. Nec quemadmodum ipsi censent,acquisitio albedinis habet contrariam deperditionem nigredinis, sed hæc manent simul: illi opposita est albedinis deperditio. Neque motibus contrariis agitatur id quod simul amittit nigredinem,& contrahit albedinem: cùm hęc maneant simul,vt diximus,sed illud quod amittit & contrahit albedinem. neque item nigredo, vt ipsi dicunt,est terminus in deperditione nigredinis, sed non nigredo. Non etiam vnus motus est aggregatum per accidens, si conflerur itidem ex mutatione: quoniam sicuti contradictio sequitur B repugnantiam, neque ob id repugnantia,aut contraria sunt vnum per accidens; ita neque mutatio quæ motui inhęret,efficit vnum per accidens, sed efficiat sanè, quid sequitur inde absurdi? Et certè sic se habet omnis motus,vt constet semper ex interitu & ortus,quandò item efficiens alterum pellet è contrariis, vt alterum inducat quod est ipsius forma; ita vt expulsio contrarij sit per accidens,formę verò inductio per se,quæ tamen mutationes non subitæ sunt, neque vtræque nec alterutra, sed pari gradu procedunt, abiectio termini à quo, & acquisitio termini ad quem, siue ea sit mutatio, siue motus.

De oppositione motuum sigillatim,& quemadmodum ortus & interitus opponantur. Cap. XLVI.

SED postquàm de oppositione motuum generatim disseruimus,proximum his est,vt specialius de ipsa verba faciamus, & reliqua conficiamus quæ spectant ad oppositionem quietis. At verò cùm mutatio sola sit in substantia, nec vlla ratione motus; tametsi in ea contrariorum oppositio ponitur: planū, quòd oppositionis ratio in motibus ad tria prædicamenta pertinebit. C Sic erit albefactio nigrefactioni contraria, descensus ascensui, decrementum quoque incremento opponetur. Sed enim,quia motus aut per seipsum consideratur simpliciter, aut habetur ratio subiecti, suppetit etiam duplex via considerandi oppositionem in motu,aut per seipsum seorsum, aut eius subiecto cogitatione comprehenso. Porrò si motus abstrahatur à consideratione subiecti, ac eius termini simpliciter accipiantur, sic statuendum erit de oppositione motuum. Vt cùm contraria sint,vel genera diuersa, vel diuersorum generum, vel etiam generis eiusdem, motus contrarij sint inter species eiusdem generis. Quapropter ascensui descensus,& albefactio nigrefactioni ponentur esse contraria; siue hæc accidant eidem subiecto,seu diuersis (nihil enim vetat,quominus ita insint,cùm sint cōtraria secundùm materiam & per accidens, non secundùm formam & per se) neutro.n.modo fiet,vt magis quàm specie distinguantur. Verùm si subiectum mente concipias, apparet in omnibus eius partibus id quod secundùm naturam, hoc est, plurimum semperúe fiat, appellatur autem secundùm fatum, & quod item eueniat præter naturam & fatum,ac violentia quadam,& rarò. Quamobrem alia motus oppositio spectabitur, cùm is qui secundùm naturam est, opponi videatur ei qui est præter naturam. Veruntamen & natu- D ralem naturali opponi contingit,& vtrosque pręter naturam secum esse contrarios. Quandoquidem in naturalibus ij sunt oppositi qui sunt ad oppositos terminos. Vbi vnus sit naturalis, alter verò præter naturam; nil obstat, quominus etiam sint ad eosdem terminos. Etenim contrarius est ascensus ignis descensui terræ, quorū vterque est secundùm naturā, & ignis ascensus suiipsius descensui,necnon ascensui terræ, quorum alter est naturalis, alter verò contra naturam;quanuis eidem termini existant, atque item descensus ignis ascensus terræ, qui nihilominus sunt præter naturam. Tametsi,vbi sunt vtrique motus naturales,aut præter naturam,id pertinet ad diuersa subiecta: vbi verò alter secundùm naturam,alter autem contra fuerit,hoc necessariò fit in eodem subiecto. Idem quoque de reliquis motibus est dicendum. Pone motus oppositos in qualitate, calefactionem & frigefactionem. Ergo cui calefactio secundùm naturam cōuenit,illi erit opposita refrigeratio præter naturam: itemq. refrigeratio quæ conuenit huic secundùm naturā, erit opposita calefactioni quæ conuenit alteri secundùm naturā, & refrigeratio quę inest in hoc pręter naturā,opponetur calefactioni quæ inest præter naturā in altero. Cęterùm sit'ne ratio par ortus & interitus haud facile est iudicare,siue eos simpliciter,seu ad subiectum applicatos obserues. Nam quod ad ipsam mutationem spectat simpliciter, eorum non est oppositio positiua;

siquidem

siquidem oppositio motuum determinetur oppositione positiua terminorum: at ipsorum termini priuatiuè opponuntur, ens.s.& non ens. Si subiecta respexeris, difficile admodum sit statuere, quemadmodum se habeat in illis id quod est secundùm & præter naturam: tum etiam consimiliter'ne procedant atque in latione & alteratione. Verùm vt à primo exordiar. In substantia videmus ab Aristotele statui repugnantiam secundùm & præter naturam ex velocitate & tarditate quæ sunt accidentia, [a] si qua sit ocyor generatio, aut corruptio quàm ferat natura, vt cùm animal iugulatur, aut anticipat messis. Quod attinet ad substantiam quæ actu existit: dubium esse potest, sit'ne aliqua substãtia præter naturam simpliciter, quòd nulla forma præter naturam esse videatur, præterea sit'ne vllus interitus secundùm naturam: quandò natura rem esse appetit, non autem non esse. Nos hìc rem omnem paucis perstringemus, quæ posthàc vbertimè tractabitur. Id igitur quod est secundùm & præter naturã, aut simpliciter est, aut aliqua ex parte. Secundùm naturam simpliciter, in quo affecta est, cum forma, tum materia ex naturæ ipsius ordine, quod est plurimum ita fieri. Et præter naturam simpliciter, siquid materia dominante indefinitum exoriatur, & raro, quod monstrum vocatur in eo quod est monstrũ. siquidem & aliquid in ipso ex natura inesse nil vetet. Ex parte verò ortus secundùm naturam, vbi quippiam dominante materia definitum nascatur. [b] Idem quoque ortus est præter naturam non simpliciter, cùm sit præter naturam formæ. Nam quicquam præter naturam materiæ solius esse non existimo, cùm forma succedat pro merito materiæ. Si ergo materia sit affecta præter naturam, eodem quoque modo affecta sit forma necesse est, vt contrà etiam, nihil esse secundùm naturam formæ solius. Nam siquid non est secundùm naturam materiæ, neque est secundùm naturam formę. Ergo ab opposito siquid est secundùm naturam formę, necesse item est, vt sit secundùm naturam materiæ, ob eandem.s.caussam, quia forma consequitur materiam. Interitus quia deperit forma, nunquam potest esse secundùm naturam simpliciter, sed planè secundùm naturam materiæ, quemadmodum resolutio naturalis quæ fit per putrefactionem. At verò quendam esse pręter naturam simpliciter, nil certè prohibet, veluti 4.Meteor.docuimus esse conflagrationem: neque .n.ille est cursus materiæ naturalis. Cùm igitur ita se habeant secundùm & præter naturam in substantiis, ea generatim decernemus: Generationem generationi opponi & corruptioni, & quidem generationi positiuè, si vnà sit secundùm naturam, altera præter naturam, vel suiipsius, vel alterius. Interitus interitui non opponitur, quemadmodum neque opponitur non ens non enti, sed illo nomine opponi non inconuenit, quatenus sunt secundùm & præter naturam. Sic corruptio secundùm naturam opponetur ei quæ est pręter naturã, siue sit alterius, siue etiã suiipsius. Sed, si ortum cum interitu conferamus, ita de illorum repugnantia statuendum esse puto. Cui simpliciter sit ortus secundùm naturam, illi interitum esse præter naturam formæ, cui sit ortus secundùm materiam interitum ad idem esse præter naturam, & hæc opponi. Et cui sit ortus præter naturã, illi interitum esse secundùm vtranque naturam, & oppositum, vt apparet in monstro. Ex quibus etiam instar corrolarij cognosci potest haud esse consimilem in ortu & cęteris motibus, siquidẽ oppositio ortus & interitus: & secum communiter & inter se seorsum ad idem subiectum se habeant secundùm & præter naturam. Sed in accidentibus, vbi motus vtrique sint naturales, respiciunt diuersa subiecta: quòd si vnus ex natura fuerit, alter verò præter naturam, pertinet ad idem subiectum. Eius rei caussam hanc esse censebo, quòd in aliis motibus supponitur actu substantia, cuius formam certa accidentia consequuntur. Itaque oppositum secundùm naturam non inest. In substantia, quia forma mutatur, & actus indefinitus est, materia nunquam non respiciente contraria, motus oppositi in eodem subiecto possunt esse secundùm naturam, vt generatio secundùm formam, corruptio secundùm materiam. Sic ergo de oppositione motuum communiter & priuatim constitutum sit.

[a] 5. Phys.

[b] 2. de Gene. an. c. 4.

Edisseruntur aliqua de oppositione motus & quietis. Cap. XLVII.

SVPEREST nunc quies de cuius oppositione pauca succurrunt quę priuatim dici possint: sed tamen aliqua de illius ingenio dicenda sunt, cùm & ipsa compleat aliquam partem methodi naturalis. Quies apud nos duplici voci respondere debet apud Aristotelem τῇ ἠρεμίᾳ καὶ τῇ ἠρεμήσει quarum altera statum significat, altera fluxum. Porrò quies quæ statum significat, re ipsa est idem cum forma, solùm ratione discrepat, dum forma tantum id notat quod præsens est, quies etiam notat vnà motum præcedentem, atque adeò, vt sicut priuatio formæ successuræ notionem affert, hæc motus afferat notionẽ, sed eius qui præcesserit, & cùm forma & quies idem re sint, eisdem quoque attributis subiaceant necesse est. Proinde sicut forma nobis vniuersam rem totam simul præsentat, & pertinet analogicè forma ad plura prædicamenta, atque etiam est finis & consummatio motus, omneis eius parteis in se continens, vt totũ secundùm formam: sic quies illum fluxum, qui existit in motu, consummat & finit, ac partes continet eius fluxus, vt totum

tum

A tum secundùm formam analogicè. Itaque, tantum abest, vt quies motui repugnet, vt motus ex ea compleatur. Credo etiam, sicut forma, si consideretur simpliciter, & non vt in materia, & essentiæ, non existentiæ principiũ, tempori non subiicitur: sic quietem cùm motus consummationem præseferat; motus autem præcipuè mensura sit tempus: tempore nullo modo concludi, nisi fortè cum quo ad nos includat notionem motus, illi quoque animus noster attribuat tempus, est enim quies natura solùm prior, nobis autem posterior. At verò quies alterius significati, non differt à motu, nisi quòd tota vergit ad terminum ad quem. Sicut ergo motum metitur tempus, sic etiam metitur hanc quietẽ, & sicut motus rei partes nobis successiuè proponit: sic quies obiicit successiuè parteis termini ad quem. Hæc cùm fluxu conuenit, superior est finis huius fluxus. At verò vt motus communiter & propriè sumitur: sic etiam quies secundi significati generatim & speciatim sumi potest, ac sicut propriè motus est secundùm locum: ita & proprie quies eius motus finem designabit. Et cùm quies aut sit finis motus, aut eius finem respiciat; negari non potest, quin ipsa sit motu perfectior. Quanquam de quiete distinctum fuisse lego apud philosophos & magni quidem nominis qui generaliter non accipiunt hoc theorema, sed putant id in animo carentibus duntaxat euenire, in animatis autem (melius erat à non animalibus animalia separare) secus se habere, quia motus est perfectior, quòd eorum natura perficiatur ex opere,
B & inuigilia. Sed eos planè latet Aristotelica distiuctio. [a] Neque enim ea quies est in animali, sed impotentia vigilandi. Generatim verò quies est perfectior motu, si fuerit secundùm naturam. Cuncta.n. ea gratia mouentur, vt quiescãt & motus item in animali, neque vertor hominem sub ea regula complecti. est propter alicuius indigentiam, quo adepto desistit à motu. mouetur animal, vt noxium declinet, vtile assequatur, eo declinato quod nocet; illo comparato quod confert, animal manet, & agit homo, vt demum in Dei contemplatione requiescat, & cęlum moueatur, vt maneat; sed in quo manet secundùm naturam & ex quo mouetur, idem sunt: propterea continuè voluitur. Quantum verò attinet ad oppositionem quietis, & ea generaliter statuenda sunt quæ de motibus: oppositionem eodem genere restringi, & quietem considerari simpliciter & ad subiectum, ac simpliciter quidem quietem opponi motui, tanquã priuationem, non secundùm rationem, sed ad sensum: quia motus est notior; ideoq. methodus naturalis in motu magis, quàm in quiete consistit, sed planè quies item est aliqua pars methodi naturalis: est verò priuatio, quia supponitur illi habilitas ad motum, quam si tollas; iam illa quies non est, sed immobilitas & ἀκινησία. Quanquam habilitas illa dupliciter se habet etiam iudicio præstantium phi
C losophorum: nanque & in illo ponitur de quo verè moueri prędicatur, & eadem ac diuersa ratione, & quidem eadem in partibus quas à toto, quod actu nonnunquam mouetur, separari contingit; diuersa, vt si ex toto maneat, ex parte moueatur, vt corporum vniuersitates & cęlum. Quòd si quietem cum quiete conferas, quia sunt vtræque priuationes, ne vtiquam opponentur: etenim quæque oppositio vel vtriusque oppositi, vel alterius duntaxat actũ flagitat: quare non opponuntur per se, aut ad summũ, quatenus illis formæ contrarię supponuntur, vt quies in albo & nigro: tametsi eo tempore sunt ipsęmet formæ. Verùm si spectes vt se habent ad subiectum, & motus & quies aduersantur. Nam quæ secundùm naturam est, illi opponitur quæ est præter naturam, & quies secundùm naturam motui præter naturam. quies item quæ est in termino à quo, opponitur motui, non illa quæ est in termino ad quem, siue naturalis, seu violens, quòd terminus à quo corrumpitur, dum fit motus; ad eam itur, quę est in termino ad quem, & in ea perficitur motus, tanquam eadem re sit cum termino ad quem. Ex quibus etiam nascitur, vt cùm fit motus inter contraria, & vtraque diuersis rationibus vicem subeant terminorũ à quibus quie
D tes quę sunt in terminis oppositis, etiam secum pugnent. Sed iam de motus & quietis oppositione satis. De subiecto igitur & efficiente motum, deque his quæ seorsum hæc principia consequuntur, tot generatim dixisse sufficiat. Ad formam igitur & finem quæ reliquæ sunt de caussis motus, nos proximè conuertamus.

[a] Lib. de Son.

Finis Libri Secundi.

FRAN-

FRANCISCI BONAMICI
PHILOSOPHI FLORENTINI, IN PISANO GYMNASIO PVBLICE PROFITENTIS.

DE MOTV
LIBER TERTIVS.

VT A FORMA PER SE PROFICISCATVR MOTVS.

Naturæ significata, & incohata quędam hypotyposis affertur. *Cap. I.*

HACTENVS ea persecuti sumus quæ spectant ad efficiens,& materiam motus. sequitur nunc,vt videamus,quemadmodum motus à forma permánet,nam & ipsam motus esse principium quoddam apud naturaleis philosophos qui ab Aristotele profecti sunt, dubitationem habet nullam:sed quemadmodũ ipsa sit eius initiũ,haud facile est expedire, neq; vnum de hac re sentiunt oẽs ; oportunum tamen, quòd aperiet nobis aditũ ad explicandas obscurissimas quęstiones quę ad motus rerum naturalium pertinent. Cęterùm quandò exitus ipsarum à definitione naturæ peti consueuit , eam in varios sensus interprete quoque distrahente ; nos inde sumemus initium consequentis disputationis. Quoniam verò multiplex est ea vox,natura, nobis erit ex præcepto dialectico ante alia de ipsa distinguendum. Natura igitur generatim essentia cuiusque rei perhibetur [a] in eoq. sensu natura sæpius à veteribus philosophis vsurpata,[b] deinde id omne quod quocunq. modo in seipso suas habet motioneis,vel vt caussa, vel vt subiectum,atque illas quidem ordinatas : itaque separatur ab eis quæ contingenter fiunt, siue à nobis,vt per voluntatem,& per artem,siue à caussis externis, vt fortuna & casu ; ita etiam animas,& quæ motu vacant, vt Deus & mathematica naturæ nomen adepta sunt, sic & natura diuina, & natura quantitatis dici solet ; nos pressius accipiamus initia motus ; primùm verò natura significat materiam & subiectum transmutationis,tum id per quod res ipsa est,quę nomine proprio forma nuncupatur , nec non viã ad ipsam formam quæ item alio nomine generatio dicitur,sola intercedente vocis quantitate, nanque in hoc significato φύσις habet primã productã. Naturam etiam analogicè dicitur efficiens. postremo res ipsa quæ habet formã, non secus atque dici consueuit ars id quod ab arte cõfectum fuerit, & in hoc significatu frequentem ipsius vsum comperimus : nam 5. Met. c. de natura ab ipsomet Aristotele affertur ita docente,metaphoricè omnem omnino substantiã naturam propter hanc dici ; quoniam & natura est aliqua substantia & longè prius à Platone libris de legibus, à Proclo itidẽ in Timęo similiter, quemadmodum ars ab Eustratio 10.Eth.pro re artificiosa; quanuis iuxta notioneis cõmuneis ars & res artificiosa separentur : quamobrem nulla mendę suspicio inest in T. 11. 2. phys. vbi naturam appellauit id quod est secundùm naturam,& quanuis Aristoteles (vt obiter id declarem) paullò infra testatus fuerit cõpositum non esse naturam,sed à natura; quod sanè talem scrupulum iniecit Auerroi, vt coactus fuerit immutare lectionem,& id quod in recto pronunciatum fuerat , acceperit in sexto casu, & Vicomercatus hęserit in hac salebra qui repugnantiam quidem viderit,neque tamen extricarit : videtur ibi contigisse id quod frequenter euenit in nominibus ad vnum . habent enim plura significata,atque illa quidem vulgò recepta ; sed tamen vnum primùm à quo reliqua negari possunt. Ita factum est vt 1.Phys.T.8.Philosophus veterum quæstiones de eo,quòd vnum esset ens & immobile,de natura non esse dixerit,T.autem 10.quęstiones illas de natura esse prædicauerit. Ideò,cùm inquit Aristoteles naturam etiam esse compositum,accipit peruulgatam eius

[a] 1. de an. [b] Gal. lib. de nat. hu.

vocis

A vocis notionem: verùm quia non erat ea propria & princeps significatio; ab Aristotele repudia
ta fuerit in conclusione, haud secus atque id quod est, ab eo quod est, contra Parmenidē aliquan
do separatum fuerit concessum non esse etiam id quod est propter analogiam eorum quæ sunt.
Sed redeo ad rem. quia natura multiplex est, de ea quę propriè natura dicitur, instituendus est ser
mo: hęc verò complectitur materiam & formam. Quare nos vtriusque communem definitionē
hoc loco tractare constituimus, vt traditis cōmunibus earum attributis formam ipsam explicare
sigillatim liceat, & indicare quo'nam officio fungatur in motu, quod nos in hoc libro potissimū
quęrimus. Eam igitur ita definiebat Aristoteles. Initium quoddam τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν.
idest, mouendi & quiescendi illius in quo est primò, per se, & non per accidens. At verò offi-
cium nostrum erit nunc, vt id quod breuiter ab Aristotele pro munere diffinitionis est factum
(breuem etenim illā esse oportet; nam breuitas ad perspicuitatem quę animus diffinitionis est,
vt ita dicam, valde conducit) planius reddamus, tùm rudiore quadam specie percurrendo vim
singularum partium quæ in illa sunt positæ, tum deinde ad tenue elimata ratione veritatem di-
ctorum explorando: ex illo enim primo congressu fiet, vt quod maximè postulatur in definitio-
ne, pręstemus, quòd sic res definienda ab aliis omnibus separabitur: deinde quoniam eadem so-
lent esse principia constitutionis, quæ sunt etiam caussæ distinctionis; postquàm constituta fue-
B rit natura, sedulò tractanti, se ipsam patefaciet primùm, deinde monstrabit exitum in omneis
quæstioneis quarum gratia nos hîc cum cęteris philosophis laboramus. Itaque nosse licet, hanc
esse generalem partitionem omnium rerum auctore Syriano 3. primæ philos. siue existant in
natura, siue subiiciantur methodis, siue etiam cadant in mentem; omne id quod est, aut esse
principium, aut ex principio; numeratur autem natura in iis quæ sunt principia; quapropter
ab aliis distinguitur quæ sunt ex principiis. Porrò principium multiplex; aut enim ex quo
primùm mouetur quippiam, vt principium itineris, & quod dici consueuit magnitudinis. idest,
quod in quanto primum exoritur, vt in animali cor, aut aliquo pacto mutari cœpit, aut do-
ctrinæ principium, vnde scilicet, quis addiscit facilius: aut temporis, quando nimirum mo-
ueri cœpimus; aut rei principium quod est idem ac caussa talis autem principij conditiones
hę sunt, vt non fiat ex quoquam, sed alia fiant ex ipso, vel quia sit pars quæ pertineat ad
eius essentiam quod est ex ipso, vel quia sit fundamentum functionis in aliquo. Id natura
prius est & notius, nobis autem ignotius & posterius: ita natura principium est, nec quod-
libet principij genus, neque principium simpliciter. fortè, quia vox ista ad vnum est, neque
C ex toto de singulis partibus prædicatur, quemadmodum prædicantur vniuocę. nanque & ho-
mo hac ratione est animal simpliciter, quà verò species & subiectum, non item: quoniam
est pars quædam animalis; sic cùm sint alia principia præter naturam, & magnitudinis & tem-
poris; natura est principium quoddam, & est, vti diximus, principium rei. Cùm verò prin-
cipium & caussa generatim sit duplex; nam quædam est extra rem cuius est caussa, quemad-
modum pater extra filium, & faber extra scamnum: tametsi hoc proprium est naturalium,
cum efficientium, tum etiam finium, vt sint eiusdem rationis cum eo quod efficitur, quo
item differunt ab artificiosis; quippe quòd ex homine fiat homo, non è scamno scamnum:
alia principia rem ipsam componunt, quorum quoque duplex existet ratio. Nam sunt ali-
qua operis potius, quàm rei principia, veluti mens celi pars, non quia celum per se consti-
tuat, sed quòd efficiat primum mobile, sunt alia partes rei, quemadmodum phialæ vitrum.
Generatim verò in natura sunt principia generationis, vel quòd res genitæ sint, vel quòd geni-
tę suis fungantur officiis, ac generationis quidem tria principia numerantur, priuatio, forma,
& materia; rei duo tantum materia & forma; eadem sunt principia functionum. Ita prin-
D cipium & caussa est natura, [a] vt non modò sit officij principium, sed vt compleat rem, [a] 12. Met.
& sit caussa quòd sit, eique sit internum, quandò est principium in ipso, prout ipsum est, [b] 11. Met.
[b] est enim materia principium illud ex quo, cùm insit, fit id quod fit, & forma per quam res T. 13.
ipsa est. Verumenimuerò quoniam sic materia & forma sunt principia substantiæ simplici-
ter; huiusmodi autem speculatio transibit methodi nostræ limiteis, & pertinet ad primum
philosophum; nobis enim hîc ea substantia proponitur in qua principia sint motus & quie-
tis; profectò nos ita principia considerabimus, quatenus efficiunt motum & quietem in tali
substantia: neque enim absolutè vnquam spectari possunt in methodis, sed cum habitudi-
ne ad ea quorum sunt principia: cùm verò quatenus substantię principia, & effectus commu-
nissimi quod est esse, non attineant ad physicum, sed quatenus substantię mobilis, & quo-
ad in ipsa efficiunt motum; inde est, vt exploranda sint à nobis tanquam principia motus &
quietis. Huc accedit quòd principia cùm sint ignota natura & euolui debeant per nota nobis
ea verò sunt motus & quies; etiam consultum esse dicimus perspicuitati definitionis, dum
natura explicatur per motum & quietem. Neque item methodi ingenio repugnabit, si
proponatur aliquid ad definiendum sub ea ratione qua perfectissimum est; tum verò est perfe-

 ctissimum,

ctissimum, cùm ei nihil desit, vt sua munera obeat: rerum verò naturalium munera sunt motus, per quem aguntur, vt suum locum adipiscantur, vt in eo maneant, quæ est summa illorum perfectio, quies autem vel quia tendant ad quietem & finem motus qui proprius est eorum locus, vel in eo maneant, postquàm illum adepta fuerint. Erunt ergo principia motus & quietis, siue quòd efficiant motũ & quietẽ, sicut is qui saxum impellit, & sedat, sustineant, vbi moueatur, siue quòd propter ipsa moueatur habens, velut ille, qui cùm sit aptus ad philosophiam, habere dicitur aliquod principium ad philosophiam: ita enim dicitur, non quia vim habeat alium efficiendi philosophum, sed quoniam ipse philosophus fieri posit; incertum adhuc est, & differetur posteà diligentisimè: nam de hoc magnæ lites extant, & hinc dubitationis omnis quæ ad motum grauium leuiumq. pertinet, initium ducitur, quamobrem nos onus scribendi suscepimus de caussis motus naturalis. Quoniam verò motus & status etiam generalius sumitur, & vt complectitur animi motus & eas species quas salutares vocat Aristoteles, & à Platone, etiam tribuitur rebus diuinis. quantum ad Platonem pertinet, planum quòd hoc accipitur, quoad est affectio substantię sensilis, salutares motùs hìc item comprehendi voluit D. Thomas. illud mihi magis probatur, Aristotelem in hac definitione sumere motus quos dicit afferre interitum, qui sunt corporis, quatenus corpus; & cùm ex hisce motibus quidam per se sint, alij per accidens, ac per se quidem in quattuor prædicamentis, substantia, quanto, quali, & ipso vbi, dimissis iis qui sunt per accidens, tum quia methodi negligunt ea quæ sunt per accidens, tum etiam quia demonstrationes ab Aristotele institutæ respiciunt hoc motuum genus, vt apparet 6. Phys. tum item quia in definitionibus accipiuntur voces in proprio significatu, hic autem est motus per se, altero etiam sumi hoc genus motuum in explicatione naturæ. Quies autem est immobilitas quædam, sed non omnis. illa. n. est cui supponitur habilitas ad motum, quę item cùm re sit idem cum termino à quo, vel ad quem; non erit absurdum, si transferamus quietem ad omnem statum vniuersè in termino à quo, vel ad quem, motum significantes statum qui terminos vtrosque participat. Immobilitas patet latius, & aliqua repugnat habilitati ad motum, atque adeò vt nullam habeat affinitatem cum ipso, vt in mathematicis, & generatim in omnibus separatis à materia: proinde generalius est quàm vt explicari posit à philosopho naturali. Nam ceteroquin illius quæ motus quoquo pacto affinis est, qualis in centro & polis, cùm non abhorreat à natura, habenda est ratio naturali philosopho. Pertinent hæc, vt dictum est, ad quattuor prædicamenta, & omnis eorum species potest esse secundùm naturam. Quare etiam natura est principium motus qui distribuitur in quattuor genera. Nanque & gignitur, & alteratur, & augetur quippiam secundùm naturam, quemadmodum constat 5. Phys. & corrumpitur item secundùm naturam, vt cùm ex senio moritur animal, & mixtum putrescit. Et quies etiam spectat ad substantiam, veluti apparet ex iis quæ decreta sunt. 8. Phys. cùm docetur naturam non gignere, vt statim corrumpat. Quare status est item in substantia. Neque quòd ortus, interitus, & alteratio fiant ab alio (nihil enim gignit, alteratúe seipsum, neque item corrumpit, nisi per accidens) tollit, quominus sit motus naturalis; siquidem sit saltem naturalis merito materiæ. Ex his profectò satis constat neque Deum, neque nautam esse naturas, illum quidem quòd separatus est à mobili, nautam verò quia motus nauis est ex arte, non naturalis. Sed cùm quęque particula definitionis, aut saltem vniuersa definitio separent rem definiendam à qualibet alia re, ac tum suo officio probè definitio functa sit, nec quicquam plus habeat, neque minus, si omnes rei parteis nobis ponat ante oculos, & disiungat à ceteris, cùm etiam sint alia principia quæ cùm sint in re ipsa, moueant, vt grauitas & leuitas, etiam præuiæ affectiones; quandò tantum conceditur ipso vbi, quantum de forma, aut affectionibus præuiis, adde etiam priuationem, sit item aliud mouens internum, velut animus, & medicus prætereà curet seipsum, idque valde simile naturæ habitum fuerit, vt in numismatis veteres naturam exprimerent homine saucio qui sibi ipse mederetur, adiectæ videntur illæ fuisse conditioneis, *primò & per se*. Veruntamen cùm variis modis eæ partes quæ in hac definitione continentur, accommodatæ fuerint ab interpretibus ad significandam aliquam naturæ distinctionem reliquis principiis internis mouentibus, conabimur etiam nos hęc discrimina cum ipsis perpendere, & paucis admonere quid in eorum explicatione desideremus. Exordiamur autem ab illa particula *primò*. Coniungit Auerroës eas voces *primò & per se*, quoniam per se sit quid communius, quàm primò, quemadmodum acceptum est in Analyticis; vnde animal inest in homine per se, non tamen primò; animal rationis compos & per se & primò; idcirco putat ipse eam vocem *primò* fuisse adiectam ad distinguendum id quod per se, neq; videt vocem quæ debet distinguere, in oratione postponi, non autem præponi, ne nugatio propter repetitionem committatur, quæ animaduersa est ab Aristotele cùm lib. περὶ ἑρμην. tùm etiam 7. primę philos. in ipsa definitione. Neque item prorsus approbare possum ea quæ statuit Simplicius, vtpotè primò & per se nonnunquã separari: quandoquidem nauta primò quidem inest in naui, tamen per accidens, & separari potest à naui; rursus albedinem inquit primò inesse in superficie, neutiquam

A quam tamen per se,& habere treis angulos æqualeis duobus rectis inesse per se in æquilatere,nō autem primò : nanque oportebat ipsum distinguere de eo quod inest primò, cùm sit duplex. Etenim primò & quatenus ipsum aliquando est idem, hoc verò est id quod habet certam caussam, atque rationem ob quam hæreat in subiecto. Est etiam primò id quod non per aliud, & propriè significat absentiam caussarum quæ sunt instrumenta,siue illę ordinem inter se habeant, siue ordine careant: nanque eas ita inter se habere testatur experientia; quandò & manu ego moueo saxum,& si libuerit,etiam pede:cęlum per lumen & motum calefacit necessariò terram. Quòd si *primò* in hunc sensum accepit; iam id præsefert maximam controuersiam,cùm per grauitatem & leuitatem motus naturales præstari videantur: si verò primò idem est, ac quatenus ipsum; non videtur aliquid esse primò, quin idem sit per se, cùm id quod est per accidens, nullum ordinem habeat ad id in quo inest: at qui dicit inesse sic primò, ordinem imponit. Videtur autem ipse hæc sine distinctione pronunciasse, quæ maximè distingui oportebat. Mitto nunc quòd exempla falsò sumpta fuerint, tum quòd in superficie sit albedo per accidens,cum ea quæ per se insunt in aliquo, [a] vel insint in eo cuius sit aliquid primùm excipiens, vt vita in animali, vel in eo quod primum excipiat,vt vita in animo, sic albedo se habet ad corpus, vt vita ad animal, ad superficiem verò, vt vita ad animum: quo fit, vt modus hic eius quod est inherere in aliquo, non sit per accidens, vt existimauit Simplicius, neq; sit quintus quidā modus eius quod est per se, quemadmodum censuit Themistius, sed pars secundi qui descriptus est 1. Post. Nam si secundus est, cùm prædicatū definitur per subiectum; vtrumque verò genus subiecti accipiendum esse in accidentis definitione docuit Aristoteles, [b] planum quòd & hic modus qui continet subiectum quod vulgò dicitur inhesionis, ad secundùm referendus est. Tùm etiam quòd habere treis angulos æquos duobus rectis insit in æquilatere per se,cùm insit per accidens. Nam si ea sunt secūdo modo in subiectis, per quę definiuntur; nō definitur aūt habere treis angulos sic dispositos per æquilatus: ergo neq; erit in eo per se. Non definiri aūt per aliud ex eo liquet; quoniam definitum abstrahi nequit à sua definitione,neque reipsa,neque etiam mente: at sine æquilatere tres angulos habere non solùm concipitur,verùm etiā constat,vt in æquicrure & scaleno. Neque satis placet quod aiebat Themistius separans ea quæ insunt primò, vel quia sic insint, vt separari queant, veluti nauta in naui, vel vt hæreant perpetuò, quemadmodum animus in corpore,ex illis primis fieri non solet vnum per se, salua semper vtriusque essentia,sed ad summam vnum caussa operationis; ex his postremis etiam fit vnum per se obtinente subiecto quòd sit ex C sua forma. Proinde si viuens dissoluatur,alens perit; nauta etiam manet extra nauim. Ea verò quæ separari non possunt,per se insunt. Ita igitur naturam esse vult ex iis quæ primò quidem insunt,sed perpetuò. Cęterùm ex animo & corpore fit vnum per se, & animus aliquis à materia non separatur; quo igitur differet à natura? Quinetiam neque euitatur quin hoc modo quod primò inest,sit per se,ideoq. præponenda conditio per se,ne incideremus in nugationem. Accedit eodem quòd materia non erit natura,cùm separari possit à composito,quæ tamen hactenus habetur magis natura,quàm forma. Illud item quod admonuit Philoponus *primò* esse idem ac citra socias caussas, itaque excludi appetitum, per quem mouetur corpus ab animo,non satis est rectum, quòd etiam quidam appetitus est naturalis. Præterquamquòd vtitur natura mediis grauitate & leuitate nimirùm. Budeus quæstione de mouente & moto qui vult, formam mouere materiam,& illā cùm moueat,hanc cùm moueatur,efficere motum in cōposito, sic accepit naturę definitionem,vt esset principium motus eius in quo inest primò, & eam vocem *primò* nō cum principio motus,sed cum verbo, *est*, iunxit. At verò neque ita distinguitur ab animo natura,quòd animus est quoque principium motus & quietis eius in quo inest primò, per se, & non D per accidens. Dices fortè animum non inesse primò,quia sit in aliqua parte corporis,vt puta in corde. An sic definitio manca,& adhuc aliqua distinctione supplenda. Omnino ij qui defensuri sunt,naturam esse principium patibile motus; hanc expositionem repudiare debent. Illud item generaliter approbatum, per se & non per accidens idem valere, quasi Aristoteles vsus sit multis vocibus idem significantibus ad maiorem propositi declarationem. Verùmenimuerò nos etiam ex singulis hisce periculis & essentiam naturæ colligi, & naturam ab omni alio principio motus separari demonstrabimus,& præter illa quæ superius attulimus,hęc subiiciemus, quibus ea patefiant quæ pollicemur. Omnis autem controuersia,quod pertinet ad præsens institutum, eò spectabit,vt intelligantur ea quæ sunt *primò per se & non per accidens*. Scire igitur licet *primò* duas habere conditioneis,primam quòd medio vacet,medio autem vacare potest multis modis, vt logicè quidem medio subiecto,vel media caussa. Præterea cùm caussa prima possit esse bifariā vel proxima,quæ.s.tangit effectum, vel præcipua quæ non resoluitur in aliam superiorem caussam, siue, vt dicebat Syrianus prima per assignationem, vel naturā, etiam primò tot modis accipi potest. Altera conditio est,quòd adęquatum sit attributum ei cui tribuitur,adæquantur verò hæc,cùm comprehendit attributum omnes eius partes cui tribuitur, nec aliud quicquam; partes

[a] 5. Met.

[b] 6. Top.

autem sunt vel subiectæ, vt indiuidua speciei, vel etiam quantitatis, quo etiam pacto accipitur *primò* 7. & 8. Phys. cùm quæritur, an aliquid moueat seipsum primò. Deinde *per se* quoque variis modis accipitur. primò caussa ordinata, ex qua pendet affectus, cui opponitur caussa infinita, & fortuita; quemadmodum accipitur in quarto modo, hoc dicimus non per accidens, secundò per se dicitur id quod absolutum est, vt per se consistat, nec ex vllo alio pendeat, vel simpliciter, quemadmodū Deus, vel in suo ordine, qua ratione differt ab iis quæ Medici vocant κατὰ σχέσιν, Aristoteles in aliquibus κατὰ πάθος, & est 5. Met. proprium τῶν κεχωρισμένων. i. separatorum quales sunt substantiæ compositæ & essentiæ beatę. Sicut autem dicitur primò esse quod per se consistit, vt prima substantia, sic per analogiam dici potest de habitibus, & de caussis quæ non pendent ex alio genere caussarum, vel simpliciter, vel quodammodo. Dico igitur Naturam esse principium motus & quietis primò, quia sit caussa medio vacans, si non merito contactus, at quia nulla sit ea prior in genere principiorum internorum, eademq. adæquata, quoniam extenditur per omneis subiecti parteis, cum subiecto diuidua, & secundùm virtutem, & secundùm essentiam: nanque & lapis totus est per suam formā, & quælibet pars eius est lapis: atqui animus inest per essentiam non in toto, sed in certa corporis parte, nec cum singulis partibus diuiditur. ergo quòd insit primò distinguitur ab animo: distinguitur etiam à Deo, qui etsi copulatur cum cęlo magis indiuiduè, quàm forma cum materia; nihilominus inest in certa cęli parte, vt in dextera, ad alias virtutem solam diffundens. *Per se* etiam quia neque est instrumentum, neque inest κατὰ σχέσιν, sed est absoluta caussa inter internas: sic segregatur à grauitate & leuitate quæ sunt instrumenta, necnon à præuiis affectionibus quæ pendent ab efficiente. Non per accidens autem, quia non est caussa fortuita, qualis est medicus, dum curat seipsum. Atque ita non excluditur operę motus naturalis appetitus, aut instrumentum, aut affectio præuia, quoniam caussa non accipitur, vt contactu proxima, sed vt præcipua. Ex quo efficitur vt cùm id quod est primò sub eo significato, sit ex alio quodam ordine, atque id quod est per se, neque se habeant secundùm seriem veluti pedestre & bipes, more consueto Aristoteli nullus ordo inter eas differentias obseruari debeat. Noli verò tu exemplum caussæ per accidens sic accipere, quemadmodum solent rudiores interpretes, si fingatur. s. medicus sibi ipsi restituere sanitatem, & ita distinguatur à natura, quia seipsum per accidens (curet nam quòd per accidens hæc coniungantur, satis apparet, quoniā sæpissimè secernuntur, neque. n. medicus semper ægrotat, aut æger semper est medicus) quasi si per se medicus seipsum curaret, non discreparet à natura, vnde colligatur naturā efficere motum, veluti medicus efficit sanitatem. Nam sic natura pertineret ad solam formam, quandò ea sola agendi principium ponitur, & verisimile erat Aristotelem magis significare nobis principium quod plurimum foret in vsu; erat aūt id materia: nam latebat adhuc, esset'ne forma substantia, & natura, atqui materia est principium patiendi. Quare dicemus hoc exemplum id valere duntaxat, vt intelligatur illud item acquiri, quòd hoc principiū internum sit per se. quod in medico certè non est, neque. n. ex seipso mouetur ad salutem, sed quòd euenit forte fortuna, vt ægrotet medicus, & si rite exemplum hoc sumpturi simus, accipiendum id quod per se est ab ægro, quod autem per accidens à medico, hoc est, non quòd medico accidat esse ægrum, quod illi putant qui per hoc exemplū significari putant agendi principium in natura, sed quòd ægro accidat esse medicū, per quod nos dicimus indicari patiendi facultatem quæ per se & secundùm naturā inest in ægro, quòd Aristoteles respiciat semper id quod mouetur, & in eo principiū sumat per quod mouetur. Nam quòd sanetur inest in ægro per se, quod. n. tendit ad sanitatem per se ægrum sic oportet: nunc quòd medicus ita moueatur est per accidens; quia. n. ægrotat ita mouetur. Idem quoque multò ante significauerat nobis Aristoteles,[a] dum exponeret, quemadmodum fieret ex ente & non ente omne id quod fit: etenim fiebat ex ente, quatenus non est, vt homo sanus ex homine, quatenus æger. Idemq. confirmauit alibi,[b] vt planè confirmet expositionem nostrā in definitione naturę. æger. n. ille est, non medicus, qui in seipso principia sanitatis habeat per se, neque principium sanitatis in medico est ex natura, sed ex arte & ordo rerum flagitat, vt id quod est per accidens, referatur ad aliud quod sit per se, non autem contrà. ideò medicum sanari referetur ad ægrotum qui per se sanatur: non autem ægrotum sanari ad medicum, quia medicus per se sanet, & illud est ex natura, hoc vniuersum accidens, & ex alio principio sumit originem. Non igitur est per accidens ægro, quòd sanetur, sed medico: neque naturale medico, quòd sanet, verùm quòd sanetur, sanatur autem, quatenus æger est, non autem quatenus medicus. Quòd autem ea verba sic interpretari oporteat, consequentia persuadent: additur. n. nullum eorum quæ fiunt, habere in seipsis principium effectionis, sed semper extra se, intra verò per accidens. Itaque efficiens per se separatum esse ab eo quod mouetur. Proinde si non separatum, neque omnino efficiens erit per se, sed per accidens. Ergo si natura est principium per se, non potest esse agens internum; nec igitur vt medicus, sed vt æger. Quapropter alio modo principium atque agens. Quanquam animi natura nobis exhibere potest aliquod negocium, quippe quòd

[a] 1. Phys. T. 74.
[b] 4. de cęlo.

A quòd & animus est forma, forma autem natura. Ergo & animus natura, nihilominus est principium mouens internum. Aut igitur animus non est in aliqua prima parte, quemadmodum constituit Aristoteles, aut forma & natura per consequentiã non erit in toto primò, eademq. poterit esse principium motus internum. An ea vis est omnis efficientis corporei, vt moueat, quatenus est actu, & per formam quam habet det rei formã, quę non habet: sed in eo quod mouetur, requiritur etiã certa ratio per quam moueatur, vti de ęgro dictura fuit: coger.n. sit oportet qui sanandus est, & cùm in animo carentibus sit forma extenta cum subiecto, quod infrà declarabitur, vnam certè rationem obtinet, nẽpe rationem per quam mouetur habens illam, sed in corpore animato, cùm subiecto & secundùm præsentiã secreta sit à toto, secundùm virtutem toti communicetur, & partes reliquæ in animante potiantur ea forma per adnexionem; efficitur vt quoad præsentiam, cùm separata sit à partibus quas mouet, vim subeat efficientis, quoad informat ipsas; & totum per virtutem ab illa prima parte infusam, per quam est animal, habeat rationem formæ, & ita efficiat motum in animali, quia moueatur per ipsam: sic.n. mouetur, quatenus est animal, quare & per animum mouetur & ab animo. Verùm ab animo vt ab efficiente & per pręsentiam separato: per animum, quoniam mouetur quatenus animal, tanquam per formam quæ virtute per totum diffunditur. Quare etiam cùm animus eo modo informet singulas parteis, &
B sit ratio perquam mouetur animal; fit vt forma sit in animali principium motus primò atque etiam natura, & quia separatus est per præsentiam à toto moueat vt efficiens, neque primò, neq; vt forma. Ex quibus sequitur, vt neque natura sit principium internum quod efficiat motum, neque quin animus sit & natura & forma, quanuis vt internum principium moueat. Ex his item apparet distinctio inter naturam & animum, cùm animus geminam vim obtineat in animante, naturæ autem ratio sit vnica, nimirùm principium per quod corpora mouentur.

An plena sit naturæ definitio, nec'ne perquiritur. Cap. II.

EXPEDITI ponderatione verborum transeamus nunc ad secundam disputationis nostræ partem qua nobis essentia naturæ est pertractanda subtilius. In quo quidem munere quanuis multa sint ea quæ de naturæ definitione dubitantur; illa tamen seligere enitemur quæ pertineant ad inueniendas causas motus naturalis. In primis verò duo sunt quę ponderis alicuius in hac definitioue aduertenda sese obiiciant: Primùm quidem id quod à Philopono animaduer-
C sum est in ipsa: quòd imperfecta sit, & manca: quippe quæ, non omnia prędicata contineat quæ necessariò ad ipsam planè constituendam requirantur. Alterum verò quòd satis perspicua non sit: id quod Aristoteli nostro obiecit Arabum princeps. Nam si eiusmodi sunt ea quæ auctores isti grauissimi opponunt, vt probari possint; ex his quæ tradit Aristoteles, principium motus non satis exploratum fuerit, nec certa notitia suppeteet caussarum motus naturalis quas inquirendas in hoc libro suscepimus. Hęc quidem nos vrgent in præsentia, trahuntq. ad sui ipsarum explicationem alia forsan adiecturos, si præceptoris operam desiderare videantur. Ad hosce igitur nodos extricandos ordine procedamus. Itaque Philoponus in nostram definitionem sic inuectus est. quòd ex posterioribus conficeretur, nempe ex motu & quiete quæ sunt effecta naturæ: idcirco aliam ipse definitionem assignare conatus est, aut potius Aristotelicam ineptè supplere iam enarratis partibus alias nouas adiiciens, sic vitam & facultatem, per corpora penetrãtem, eorumq. efformatricem, atque gubernatricem, principium motus, & status, & cętera, quæ in Aristotelica definitione consequuntur. At verò & ipse toties peccat, quot verba pronunciat, & canones analyticos labefactans, & contra se ipsum decernens, nec quàm sibi constanter conuenienterq. dicat, laborans. Contra se ipsum primò: quoniam vult prædicata, quæ sumpta sunt in de-
D finitione nostra, esse posteriora & effecta, & tamen idem ipse genus idem attributorum, quinimò ipsamet prædicata in sua definitione postmodum vsurpauit. Quare etiam eodem vitio laborat eius definitio, seu potius oratio; ne cassum quiddam, & inani vocis sono decoratum dicam. Tum etiam quòd vita quam ipse suæ definitioni adhibuit, est opus quoddam, quod cùm motũ conferebatur ab Aristotele. [a] Ita ipse facit, quemadmodum is qui ignim igni apponit, Aristotelicis alia multa adiungens, vt ipse putat, à definitione abhorrentia. Deinde contra regulas analyticas; eoq. in sua definitione repetit idem frustra; nanque esse facultatem efformatricem, per corpora penetrantem, & gubernatricem: nil est aliud profectò, quàm esse principium motus & status eius in quo inest primò, dum sic accipiatur, quemadmodũ nos exposuimus; aut aliud certè caussę genus est à natura illa quam nunc indagamus, vt ea vis de qua dissertum est 2. de ortu anim. quæ facit, vt fœcunda sint semina, quam medici formatricem vocant. Peccat tertiò contra philosophiam eò quòd vita proficiscitur ab anima quæ item ipsa distinguitur à natura. Huc accedit, quòd natura est principium motus, vita verò, vt ipse docet 5. primæ philos. est accidens animæ. Quin etiam natura principium est absolutè, quamobrem in serie decem generum nihil

[a] 8. Phys. T. 1. 2. de cęlo T. 17.

habet seipsa prius. falsò ergo tanquam priora assumuntur ea prędicata ad illius essentiam explicandam. Et certè mirum ni summæ negligentiæ, ne dixerim inscitiæ, iure sit accusandus Aristoteles, qui non semel naturã definiens & physicè & metaphysicè, ne per transennam quidem huiusmodi prædicata significauerit. Ideò magis ad veritatem accedunt ij qui dicunt naturam, non nisi per effecta definiri posse, siquidem ipsa sit principiũ: nec quicquam in suo genere seipsa prius habeat, vt id quod tanquã absurdum opposuit Philoponus, pro necessario sit habendum. Sed neque hi prorsus quæstioni satisfaciunt multas ob caussas: tum quia non distinguunt de consideratione principij quæ duplex esse potest, vel secundùm formã, vel secundùm materiam: cùm tamen in vtriusque definitione magnum discrimen intercedat. & si secundùm materiam spectetur, nullo pacto queat fortasse definiri. nihil enim ipso prius est, per quod definiri possit. tum prætereà, quia consideratio principiorum ad eam methodum pertinet in qua sunt principia: ergo quatenus huiusmodi, non poterunt vberius in alia pertractari. sic etiã ibi optimè explicabuntur; ita vt ibidem eorum essentia patefiat. Quare nescio quidem vtrum'ne notitia ab effectis, cùm incerta sit, & rudis, satisfacere possit. Ob eam igitur caussam censeo notitiam principiorum à duabus partibus esse conflatam: alterã quidem quę formalis est, quia tractatur vt principium; alterã verò quæ est materialis, quia sumitur vt id cui tribuitur esse principium. ita & natura constat è gemina ratione, ac primã quidem prorsus aimus in habitudine positam esse: siquidem principij ratio manet in eo, quòd sit alicuius, vel aliquorum. tolle hæc; iam ipsius principij naturam sustuleris, [a] alteram verò penitus absolutam esse dicimus, quandò etiam, omne prius secundùm naturam à posteriore seiungi potest. sed tamen eiusmodi cognitionem neque definitioni, neque demonstrationi, neque omnino cuipiam methodo obnoxiam esse puto, & esto quòd sit methodi; communior illa futura sit, quàm naturalis: sed de his anteà multa. Quanquam anceps sum, an'ne absoluta illa consideratio ad materiam formamq. pertineat ex eo, quod sit hæc habitudo ad id quod fit ex ipsis; quod, cùm sit veluti posterius, aliquo modo possint ab eo mente seuocari, sed tamen id in hac methodo præstari non posse constantissimè defendo, qui item in Aristotelico progressu obseruem, illas etiam substantias quæ ab omni materia liberæ sunt, cum habitudine ista tractari. Nam Deus 8. Phys. spectatur vt motor, & 12. Met. vt amabile, & mente concipiendum. At motor respicit mobile, amabile verò & id quod intelligitur amans & intelligens. ac siquid de illius operatione propria subiũgitur & intelligẽtia mentiũ beatarum; id oẽ translatũ sit à nobis ad ipsas, vt in nobis ipsis illorũ functionẽ contẽplemur. Proinde propter nos ipsos quibus ignota est natura principiorũ, necesse ẽ illa ex effectis euoluere, & nõ purè secũdùm materiã, sed cum habitudine ipsa spectare. Sic fit, vt propter humanum captum cum habitudine principiorum diffinitio tradatur. Sed quoniam, illa habitudo terminatur posterioribus, sic accidit, vt definitio principiorum per posteriora sit assignanda; at non quà posteriora sunt & effecta: sed quà referuntur ad principia, quæ sub hac ratione videntur esse simul natura, saltem accepta secundùm formam. Quo fit, vt in ipsis principiorum vis eluceat optimè. nam talis est eorum facultas quæ sese vicissim respiciunt, quę non modò inter se perpetuò comitantur, sed vnum est alterius essentia, vtrunque vtriusque. Nec quisquam sic fatuus erit, opinor, qui seruum domino accidere putet. ita forma per compositum definitur, neque ob id ea est definitio tanquam accidentis, & vt fertur, per additamentum, atque hanc definiendi formulam, in scriptis Aristotelicis obseruamus esse frequentissimam, non vtique exactam fateor, sed eiusmodi tamen, vt vi naturæ satisfaciat, & ingenio methodi, captuiq. nostro consulat. Neque verò est, quòd integram & absolutam, rerum omnium definitionem expectes, sed qualem ipsarum natura patitur, nam sicuti res vniusmodi non sunt, ita neque definitiones omnium pares sunt requirendæ, vt exacta definitio, non simpliciter, sed pro ratione cuiusque rei definiendæ constituenda sit: tunc enim satis exacta reputabitur, si rem ponet nobis ante oculos, quemadmodum ipsa tolerabit. Itaque, cùm res sint aut absolutè, sicuti substantiæ compositæ, & vltimæ species in eo prædicamento, aut ex aliquo aptæ, veluti ea quæ sunt in subiecto, aut etiam principia. hæc verò aut secundùm materiam accipiantur, aut secundùm formam: ac secundùm materiam methodum subterfugiant, aut saltem hanc nostram: secundùm formã verò notionem contineant habitudinis, fit vt triplex definitionum genus reperiatur. primum quidem per genus & differentias, quod illius est speciei quæ continetur in genere substantiæ. secundùm per id quod est extra rei definiendæ genus, nimirùm per substãtiam: est verò accidentium, idcirco κατὰ πρόσθεσιν, hoc est, per additamentum vocatur. tertium genus est, cùm sese mutuo definiunt, ea verò sunt quæ sese vicissim respiciunt, ad quæ referimus ipsa principia, quæ quidem si formaliter accipiantur, tametsi per posteriora definiuntur; attamen eorum definitio constat tanquam ex iis quæ sint natura simul. cùm cęteroquin ea quæ pendent ex principiis materialiter sumpta, sint natura posteriora, sed cùm formaliter accipiantur, quatenus huiusmodi, sunt certè ratione, & natura simul; ideò principia per illa per quàm optimè definiuntur. Non me latet etiam numerari quartum genus definitionis, quod

[a] 1. Phys. T. 8.

per

A per posteriora traditur, hoc verò, proprio nomine ὑπογραφὴ, idest, descriptio nuncupatur, sed vtrum'ne accommodetur id definitionum genus ad explicanda ipsa principia, an ea potius quæ manant ex principiis, non facile constituerim: quandò, quatenus sese respicientia vicissim ita explicantur, vt nil amplius ad eorum perspicuitatem desideretur: at nomen descriptionis, vim quandã imperfectionis præsefert, vt non explicata adamussim descriptione res, sed potius adumbrata videatur. ob eam igitur caussam, ad ea transferrem hanc definiendi formulam quæ aliam habent definitionem per quam optimè explicari possint. Omnino ea quæ per genus & differentias traditur; huiusmodi verò solius speciei specialissimę est in prædicamento substantiæ, est absolutissima; reliquę, tantùm pro ratione rei quæ definitur, non autem iuxta definitionum gradus exquisitæ sunt. nam definitio prima videtur esse rei quæ per se subsistit, huiusmodi autem species est vltima substantiæ; hæc enim sola terminos habet non aliunde petitos, qui per differentias vltimas explicantur. initia cognoscuntur in iis quorum initia sunt, in quibus etiam ob simplicitatem suã cognoscuntur simul quòd & quid sint, quæ tamen oratio, etsi nobis aperit naturam principij, non tamen in optimo definitionum genere collocatur. Nam certè si nobis id liceret, præstantior ea cognitio foret, qua principia ab omni habitudine absoluta perciperentur: at quo ad nos, nil certius equidem suppetit: ideò & pro rei natura exponenda, & pro ratione
B nostri, si non omnibus numeris est perfecta; at vt necessariò talis esse debeat, nec alia possit afferri. Quamobrem, tantùm abest, vt ea iure notari possit, vt in hoc genere optima sit habenda.

Aduersus Auicennam, quòd certa sit naturæ definitio posita 2. Phys. Cap. III.

CERTA'NE verò sit explicatio naturæ quæ ab Aristotele 2. Phys. allata est, an'ne alibi, siue in naturali methodo, siue in alia plenior habeatur, animaduersum est ab Auerroë nanque statuit hanc definitionem exactissimam esse, ita vt nusquam locorum alia maior eius explicatio reperiatur. In quo notare visus est Auicennam qui naturam ignotam esse putarit, & latêre; tum, quòd sit, tum etiam quid sit: eamq. esse concludi à primo philosopho. physicum verò illius notitiam ab eo quasi inferiorem & subalternum à superiore & subalternante desumere; de quo itẽ aliqua ab Auerroë dicta sunt. Quamobrem duo sunt quæ ab Auerroë notantur ex Auicenna; alterum quidem, quòd definitio naturæ non colligatur è 2. phys. atque alterum, quòd neque etiã
C nobis notum sit esse naturam. Verumenimuerò antequàm ad statum caussæ veniamus, dissensio inter Arabũ proceres indicanda est; cùm deinde discrepantia inter loca quædam ipsius Auerrois. nanque tribuit ipse Auicennæ, quòd de naturæ definitione disputauerit, an in hoc ipso loco notuerit, cùm de naturæ definitione nihil omninò habeamus apud Auicennam, quemadmodum constat primo suæ Met. sed, de eo solùm, quòd sit natura, contra Aristotelẽ disseruerit, atque riserit Aristotelem alios illudentẽ, quia naturam esse demonstrare conentur, cùm ipsa neque per se nota sit, neque item principij vim obtineat in philosophia naturali. Inter loca autem Auerrois est repugnantia atque varietas: quoniam 2. Phys. propter definitionem, citat Auicennam. Quinto verò Met. propter alteram quæstionem qua, quòd natura sit, exploratur. Vnde Ludouicus Buccaferrea [a] accipiebat ea verba quæ 2. Phys. scripta sunt, non tanquã ad naturæ definitionem pertinerent, sed ad alteram illam propositionem qua naturam esse assereretur: ideoq. c. 3, vbi legitur: *& ista definitio naturæ*: corrigebat ipse *propositio*. Veruntamen, quid sit de Auicennæ sententia non satis constat: sed Auerroëm de definitione naturæ verba facere, & contra Auicennam de illa disserere, satis indicant ea quæ ibi subsequuntur. Aggrediamur ergo hanc ipsam quæstionem cum qua etiam altera absoluetur, cùm rationes quibus Auicenna visus est ad pro-
D bandum, quòd esset natura, ad alteram quæstionem ab Auerroë tralatæ fuerint. Putauit igitur ipse, si credimus Auerroi: naturæ definitionem in 2. lib. allatam, non esse satis perspicuam, ac certiorem postulare explicationem quæ aliis locis habeatur. Conatus autem est probare propositum Auerroë teste tribus argumentis. Primò quidem si perspicuus foret, naturam esse principium motus, quæ illius est definitio, perspicuum quoque foret, corpora natura constantia obtinere motorem. non est autem id perspicuum, quandò etiam demonstrabitur 8. Phys. Ergo neque perspicuum est, naturã esse principiũ motus. Deinde, quęritur de corporibus simplicibus, vtrùm habeant motorem nec'ne, & deinceps, vtrùm habeant principium motus an non, & tamen ea naturam habere manifestum est, nec ab vllo dubitatur: ita vt facilè intelligas, quia natura & principium motus eisdem attributis non potiantur, eadem omnino non esse. Tertiò philosophus docet, elementa habere grauitatem & leuitatem: & quoniam hæc sunt principia motus, docet simul ea principium motus habere, nec tamen quòd in illis sit natura dubitandum est. Colligit demum corollarium è conclusis. Si natura quò ad vtranque quæstionem, & quòd & quid sit, demonstrationi subiiciatur, eã nullo pacto constituendã esse principiũ sciẽtię naturalis. Oppositum decreuit Auerroës, & cùm duę quæstiones de re quapiam simplici possint excitari,

[a] T. c. 3.

quòd, & quid ipsa sit; primã de natura proponendam non esse cum Aristotele testatur. alteram E
satis expeditam putat 2. Phys. vt nihil eius solutione certius esse possit, ac siquis obiiciat, etiam primùm philosophum de natura disputare, neque item ab eius munere alienam esse talem contemplationem, eò quòd primus philosophus disserere potest de principiis omnium scientiarum, respondet ibidem ad primam obiectionem, eam speculationem in illa methodo magis esse communem, quàm in naturali. Ad alteram dubitationem vtrobique, quòd siquis neget esse naturam; aut eius definitionem; tum negantis gratia, non quidem simpliciter, primus philosophus suscipiet onus disputandi contra ipsum. Quare non erit ea demonstratio simpliciter, sed quemadmodum aiunt dialectici, redargutio, atque id optimè, quandoquidem omne, quod per se perspicuum est, vbique tale est, ideoq. indemonstrabile, neque primò etiam philosopho suppetet alia via qua demonstret esse naturam, & quid ipsa sit, quàm ea qua institit philosophus naturalis. Quo fit, vt cùm hæc eadem prestiterit philosophus naturalis; vsurpetur à primo philosopho. frustra etenim ipse aggrediatur id quod alibi perfectum fuerit. patuit autem, esse naturã inductione facta in rebus naturalibus, atq; ita, vt nihil prætereà ad quæstionem de natura absoluendam requiratur: aliter incideremus in eorum errorem, qui notati sunt ab Aristotele, quòd ob imperitiam analyticorum planissima demonstrare tentarent, & ea separare nescirent quę sine demon- F
stratione accipienda forent, ab iis quæ per demonstrationem cognoscerentur. neque enim aliter ipsis euenire, vel etiam Aristotele auctore, atque iis qui solem per lychnum ostendere conarentur. ita enim sunt euidentia, cùm primùm menti sese offerunt, vt per se ipsa & cognoscantur, & certissima fides illis habeatur: quin ita sunt in aperto, vt in ipsis cętera quæ sunt ex ipsis, tanquã simulachrum in tabella depictum, adspiciamus. Idcirco mens nostra frequentissimè cogitur vti gyro illo rationis quem circulum Græci, Latini autem regressum vocant. Nec fieri potest, vt ad omnia demonstratio queat afferri, quemadmodum censuit perperam Anaxarchus. Idcirco iubet philosophus, si certamen sit nobis ineundum cum huiusmodi viris, quia nihil succurrit apertius quod afferamus ad concludendum propositum, vt redargutione vtamur, cui facillimè redduntur obnoxij, modò aliquid dicant. Mitto quòd quicunque rerum naturalium scientiam aggreditur, iam animo concepit esse naturã, à qua res naturales appellentur, nec quicquam propemodum notius, vt antiquiores philosophantes omnia naturam esse, ac prætereà nihil autumarint. Ita ergo naturam esse manifestum est, vt in hoc argumentis confirmando nulla methodi vllius diligentia requiratur. Quòd autem ex caussis demonstrari possit ne vlla quidem suspicio G
nos tentare debet, iam enim præiudicium de ipsa, tanquam de principio, factum est, cui nulla talis demonstratio potest adhiberi: ita igitur vacat omni demonstrationis genere, solaq. inductione contenta est. Non me latet ab Abumazar & Auerroë disputatum. Q. log. 14. demonstrari ne possit esse naturã, quæ simplex est quæstio, sit'ne natura, & vt mea fert sententia, ab vtroque auctore cõstitutum est posse concludi: quanquam in eo dissentirent, quòd existimauit Abumazar definitionem ipsam, quà definitio sit, posse concludi, in hoc rectius Auerroës, quòd ex argumento exprimatur solùm. Sic verò strui syllogismum his acceptis quòd naturæ ipsius nomen significet manifestè principium quo res mouentur, atq; item principium, quo res sunt, tum effici propositum hoc pacto. Corpora habent principium quo mouentur. Ergo corporibus inest principium quo mouentur, id verò est natura. Quapropter est natura. Atque ita recepit hoc genus demonstrationis Auerroës, vt testaretur, si medium esset notum quòd esset, idemq. vt caussa; prædicatum verò ignotum, quòd id optimè succedere posset. At verò nec simplicium quia simplicia sunt, syllogismum, nedum demonstrationem strui posse arbitror, vt rectè nos docuit Aristoteles, [a] aut ad summũ hypothetico quodam confici in quo ratio necessitatis appareat duntaxat. Quanquam neque etiam si ita demonstraretur esse naturam, vt ipsi dicunt, quęsitum H
simplex esse reor. ostenditur enim tale principium non esse simpliciter, sed in corporibus quibusdam, quod idem valet àc si dicamus esse corpora quædam quæ principium motus intra se habent, & ob id naturalia vocantur, in quo sanè accipitur, Naturam esse principium motus illius, & reliqua in illis insunt quę nuper exposuimus.

[a] 6. Met. T. 2.

Aliqua aduersus ea quę decreta sunt, de naturæ declaratione dubitantur. *Cap. IV.*

QVONIAM verò constitutum est anteà naturã à priori non posse demonstrari, quia principium est, nec quicquam habet quod sit natura prius, non videtur id prorsus esse vacuum difficultate manentibus etiam intra Peripateticę philosophiæ cancellos; nanque & ipsa prius aliquid est, & ab ipsomet Aristotele nonnunquam vsurpatur. etenim ex eo quòd est vnũ primum, sine quo reliqua non bene disponuntur, etiam cętera quodam ordine ab ipso pendere, & propter ipsum esse concluditur: in his verò cęlum & natura numerantur. ab hoc enim principio quod Deus est, [b] *πᾶσα ἤρτηται ἡ φύσις καὶ ὁ οὐρανός.* Tum secundò, quoniam dicimus geminam esse cognitionem

[b] 12. Met.

A cognitionem eius quod est, cùm per accidens, hęc autem est per sensum; tum per se, quæ iam per caussam, & definitionem comparatur. Itaque si definitio naturæ tradita est, qua quid ipsa sit exponitur, altera item quæstio continuò videtur absolui: sic per eius definitionem cognoscetur esse naturam, quòd si progressus à caussa demonstratiuus est; etiam ad probandum, quòd natura sit, demonstratio suppeditare videtur. Ad primam sanè quæstionem logicè fortasse respondere liceat: siquidem progressus ex caussis est duplex, aut demonstratiuus, aut logicus: ille quidem primus eam habet vim, vt omnia complectatur quę pertineant ad cognoscendum, cur res ipsa sit per se, & quoniam demonstratio demum resoluitur in definitionem, etiã ipsa subministrat prædicata quæ pertineant ad quid est, veruntamen ea solius est accidentis, nec vllo pacto substãtiam attingit, quemadmodum significauit nobis optimè Alexander. alter autem ille progressus ab Aristotele [a] nuncupatus est syllogismus logicus ipsius quid est, quo docebat vnã caussam ostendi posse per aliam, qui quidem ita vocatus esse videtur, quia proficiscatur ex veris sanè, sed communibus, si non, quia plura contineant: at quia cum tota rei substantia non adęquentur: at hic etiam quoquo pacto pertinere videtur ad substantiam, quare dicet fortasse quispiam: quæstionẽ illam, quòd natura sit, vtique à demõstratione abhorrere, eum verò qui ab Aristotele fuerit vsurpatus, esse logicum syllogismum. B At verò quoniam approbo in hoc Alexandrum ex ipsomet Aristotele restantẽ ad quęstioneis simpliceis nullum prorsus adhiberi syllogismum, & id negandum puto, quòd ad concludendum quòd natura sit, logicus syllogismus fuerit vsurpatus, atque id etiam, quòd caussæ syllogismo logico concludantur: sed caussam è gemina ratione constare censeo, altera quidem quæ res ipsa sit, quæ vim habeat, vt sic dixerim, efficiendi; altera verò quæ contineat attributum, cuius sit notio, vel communis ipsius caussæ, vel cuiusque generis propria. in hoc autem progressu non inferri id quod pertineat ad substantiam, sed caussæ attributum, vt puta, si concludamus, quia sit ensis, fore necessario ferrum; non ex eo concludatur, ferrum esse simpliciter, sed ipsum esse caussam quampiam ensis, vel ex quo fiat ensis, & eius denique materia, & semper cum habitudine ad id cuius est caussa. Idcirco nobis alia ratio dissoluendi nodum hunc excogitanda est. Puto verò altero ex his modis euerti posse difficultatem, vel quòd, neque in physica nostra, neque vlla methodo omnino natura, quia sit absolutè principium, vllo pacto demonstrationi subiicienda sit, vel quòd ostendatur de illa modus quo fungitur officio suo qui duplex est, vel vt constituit substantiam compositi, vel vt præstat in eo propria munera, idque in C physica & prima philosophia confici. Nam quanuis prior ipsa sit cùm efficiens caussa, tum finis: at non huiusmodi sunt absolutè, neque vt substantia. Nam secundùm substantiam idem sunt finis, efficiens, & natura, si fuerint in materia, quòd si quatenus admodũ efficiendi pertinet, id est, fungendi officio caussæ generatim, illę sint priores: iam non spectat id amplius ad ostensionem substantiæ, sed attributi; & est quæstio cõplexa, non simplex. si verò fuerint illæ caussæ ab omni materia secretæ, sunt planè natura priores: attamen neque aliter eas tractari puto, quàm in physicis, vt dant esse cõposito, & sunt caussę, cur officio suo fungantur. Solùm magis vniuersalis erit consideratio primi philosophi. Nam verebitur fortasse quispiam primum philosophũ, quia spectet id quod est, quatenus est, etiã demonstrare posse naturam esse. Sed neque id attentasse puto primũ philosophum; verùm ostendisse quæstionem cõplexam, quæ contineret habitudinem ipsius naturæ ad caussam primam. sic igitur nullo pacto naturam esse demonstrabitur, neque id à primo philosopho requiritur, sed & ipse semper caussas spectat ad compositum, itaq; notitia quòd sint in cõpositum potissimè expetit, & retundat, quemadmodũ ipse quoque naturę interpres Aristoteles 3. Eth. nos admonuit c. 3. Secundam verò quæstionem confirmauit Simplicius, & existimauit ea quę de huiusmodi quęstione notata fuerint ab Aristotele, non absolutè, sed D contractè fore accipienda. quasi dictum sit. postquàm naturæ definitio tradita est, ita notescit in ea, quòd sit natura, vt frustra rationes ad alterã quæstionem afferantur. Sed mihi cumulatè non satisfacit hæc expositio, quòd reddens Aristoteles rationẽ, cur hoc demonstrandum non sit, non ita dicit, quia planè ex sua definitione noscatur, sed quòd sit per se notum, quemadmodum alia multa, quibus ad aliorum ostensionem vtimur. Quò fit, vt credam naturam satis notuisse nobis ante illam definitionẽ, neque alio auxilio indiguisse, vt nosceretur, quòd esset. Itaque mihi non videtur eadem esse ratio notitię in iis quę caussas habent, & in caussis ipsis. Nam quæ caussas habent, aliquid sunt pręter caussas, aliquid adiicientia suis caussis, & essentiæ propriæ, nimirùm conditiones materiæ sensilis & singularis. quapropter in illis aliud est esse quod sensui sese offert, atq; id quod fluit ab essentia. Quamobrem geminę cognitioni obnoxia sunt effecta, alteri quidem quę per sensum est, atque alteri quę per causã; at caussas sic esse cognoscitur, vt eodem modo cognoscantur per sensum esse, sicut per definitionem, quia sic cognoscuntur in effectis, quòd sunt, & per effecta quoque definiuntur. At effecta cognoscuntur quòd sunt in materia sensili, & definiuntur per formã. Itaque nõ est idem esse quod per sensum cognoscitur, & per definitionẽ, Sic ea definitio quæ tribuitur caussis solùm exponit & euoluit essentiã: nihil autem ad id quòd

[a] 6. Met. T. 2.

sint

sint, conducit; quia per eadem absoluitur vtraque cognitio. Nanque in rebus naturalibus nouimus esse principium quoddam, seu propensionem ad motũ, vnde naturalia dicantur. & hanc perspicimus esse naturæ definitionẽ, nec igitur quòd natura sit, ex eius definitione colligitur, sed ex rebus natura cõstantibus eã esse primùm, mox quid illa sit. Nos item priore libro demonstrauimus, ita quædam esse perspicua sensui, vt prorsus superflua sit omnis industria methodi in his declarandis ea ex parte, quòd existant; & tantum abesse, vt illorum confirmatio requiratur, vt ex illis potius demonstrationes construantur. Sic de natura dicendum est. Ob eamq. caussam non irridendus Aristoteles qui statuerit eum qui talem demonstrationẽ colligat, non secus facere àc cęcum ab ortu, qui velit iudiciũ ferre de coloribus, vt.n. hic solum proferet voces, earum vi nõ percepta, carens sensu, & ob id phantasia colorum (neque.n. credendum est cęcum ab ortu, quod quidã ait, illorum habere notitiam, neque ẽt per doctrinam, quoniam sine phantasia doctrina non fit, hæc aũt non sine sensu) sic qui naturã demonstrare tentabit, nihil intelliget non discernẽs id quod est per se notũ, & indemonstrabile ab eo quod per se ignotum est, & demonstrari potest, nihil.n. in medio afferre poterit quod sit ea magis perspicuum. ideò nihilo magis intelliget esse naturã, & solùm nomina pronunciabit, & inanes vocis sonos effutiet. At quid ad Auicennam qui tribus argumẽtis, de quibus suprà meminimus, ex Auerroë, naturã demonstrare conatus est? Ad eas rationeis; etiam si in altera quæstione vsurpatę fuerint ab Auerroë, quia tamen idem solutionis modus ad vtranque accõmodari potest; cum Auerroë sic respondebimus. Cùm enim obiiceretur; in philosophia naturali quæri an sit principium motus, non latẽre autem esse naturam, cum in corporibus naturalibus generatim, tum in simplicibus grauitatem & leuitatem, atque hæc inesse concludi: dicebat ipse, non absolutè quæri an habeant principium motus nec'ne: accipi enim; sed illud quęri, quemadmodum se habeat hoc principium in rebus natura constantibus, vtrùm scilicet in qualibet earum parte sit principium duplex, id quod mouet, atq; id quod mouetur, an mouens principium à mobili reipsa separatum sit. Atque item vtrùm motus ex se, ab vno principio duntaxat obeatur, nempe materia, an etiam requiratur aliud principium quod eò perducat materiã, quò vergit suapte natura; & an eiusmodi principium sit grauitas ac leuitas. Ergo demum concludit, ex 2. Phys. abundè nos scire quòd sit, & quid sit in natura, ita enim arbitror exponendum id quod ipse inquit. *Hic* quod tamen in eum sensum accipiendum est, vt intelligamus in definitione naturæ omnia virtute contineri, quæ faciunt ad constituendam naturam. Nam multa posteà ab Aristotele fuerant afferenda per quæ natura magis aperiretur, vt puta, ea omnia quæ de motu traduntur. siquidem eo ignorato contingat etiam ignorari naturam. Neque id rarò fit apud eos præsertim, qui methodo definitiua vtuntur. Nam postquàm fuerit allata definitio, multa subiiciuntur quæ faciunt ad optimè tenendam præpositam definitionem. Nisi *Hic* ipse velit, in methodo naturali, nanque Auicenna transferebat ad primam philosophiam eiusmodi quæstioneis.

E F G

Vtrùm definitio naturæ conueniat aliis quę non sunt natura, an eius propria sit. Cap. V.

POSSIT etiam suspicari quispiam, naturæ definitionem pertinere quoque ad motuum non naturalium caussas, quandò & animalem motum complecti videtur: quoniam à principio intrinseco excitatur, atque sedatur. & tamen perspicuum est eum fieri ab animo, qui distat admodum à natura. Tùm prætereà quia reperitur quoddam genus artium quas practicas vocant, quòd artificium solummodò inter agendũ spectetur, neque post actionem quicquã relinquatur. Ob id sedulò aduertendum, an'ne ipsius naturæ definitio cum ea quæ definitur natura, commeet & reciprocetur, neque enim & id à principiis naturalis motus indagandis alienum fuerit. Quantum ergo de primo est, scio controuersiam exortam esse inter philosophos. Vtrùm animus sit natura nec'ne, & esse multos qui animum naturam non esse opinentur. Sed si forma est natura, animus autem est forma: ergo etiam idem natura sit, necesse est. Qui defendunt alteram partem problematis, fateri cogũtur non oẽm formã esse naturã, verùm in quattuor aut quinque parteis eam distribui. nam formæ dicuntur etiam substantiæ separatæ: sunt & aliæ formæ quemadmodum omne genus animorum, tum prætereà formæ quæ sunt natura, est & forma mathematica, quæ vim habet explicandi solum quid est. vltimò est forma analytica, quæ est idem àc caussa. Cęterùm si forma est natura, quia per ipsam est id quod est: nanque talem rationem reddidit Aristoteles, vbi formã cum materia comparabat, in eo quòd sunt naturæ, & animus item est huiusmodi, etiam non excludi puto animum appellatione naturæ. Quin etiam Aristoteles, inter substantiis naturalibus, animalia numerauit & plantas.[a] Tum deinde, quoniam Aristoteles distinguebat motum animalis in eum qui totius est, & eum qui partium: atque eum qui totius est, naturalem esse dicebat: eum verò, qui partium, non naturalem. quoniam sic inter se aptæ sunt partes, & nexæ, vt talis differentia motus emanet, quæ conueniat illi substantiæ, tametsi partium aliquę

H

[a] 2. Phys. T. 1. 5. Met. c. de Natura

A aliquę præter naturam agitantur,cùm in eo motu graues attolli, leues autem sæpißimè deprimi contingat. Proinde motus animalis est ab animo etiam tanquam naturam. Ad hoc forsitan dici posset: cęlum quoque numerari in substãtiis naturalibus,neque tamen formæ beneficio, sed materiæ, quia non dubitatur à Peripateticis, formam cęli non esse naturam. Sic ergo dicet aliquis, animal fore substantiã naturalem propter materiam,non autem propter formam. At verò cùm distinguatur natura à cęteris principiis,ex certa quadam ratione efficiendi motum: hęc verò animo communiter inesse queat: non video, cur animus non sit omnino natura. ita enim animus est ratio, per quam mouetur animal,sicuti forma in elementis,siue sit,vt id à quo, siue vt id per quod mouetur,aut elementum,aut etiã animal, aut simul vtroque modo, posthac intelligetur. hîc enim refert nihil, vtromodo efficiat motum, quòd mouendi facultas fortasse præstantius in animo reperiatur. Nanque vt 2.de Animo conclusum est,quo aliquid agimus est duplex,primò aut non primò, quò verò primo idest forma, talis autem est animus. Ita & quo mouentur corpora naturalia duplex est primo & non primo:hoc materiæ quidem est,illud formæ quæ sunt naturæ; communis igitur ratio animi & naturæ. Idcirco probabilius existimo defendi posse animum etiam in naturis esse reponendum; tametsi ea non est natura simpliciter, ob rationeis varias quibus efficit motũ, & functoneis in animali.nam ea vis est naturæ, vt ad patteis æquè pertineat atque ad totum: efficiat motum vniformẽ, & in toto similem, actusq́. sui radiceis agat in re mobili. contra: animus sit forma totius,motus animi difformis,non idem in omnibus animalis partibus,cùm ex iis aliquę secundùm naturã,aliæ præter naturam moueantur, & motus omnis ab alio,nempe per contiguitatẽ obeatur, & ab vna prima parte per instrumenta quędam communicetur. quamobrem appellatur hic organicus. Sed cùm etiam is motus sit habentis talem formã,quatenus huiusmodi; non solum ab ea forma, verùm etiam secundùm eam formã, quod sanè propriũ est illius formę quæ verè natura putatur,id quod infra certius explicabitur: ea differentia inter animum & naturam simpliciter intercedet,quòd animus simul erit forma, & efficiens in animali: forma autem,quę est natura,vnam duntaxat obtinebit rationem in illo in quo est,non autem efficiet motum. Quoniam verò ibi adest intrinseca instrumentorum ratio:eaq́. si inter se ordinata fuerint; sic habent, vt posterius sit tanquam finis prioris, seu potius actio posterioris sit finis alterius actionis,vti dictum est ex 2.de ortu anim.etiam in eodem ad numerum animali, rationẽ finis animus præsefert,qui cęteroquin in pura natura necessariò extrinsecùs est. Attamen vti dictum est suprà: cùm accipitur animal,pro vt mouetur per animũ tali certo motu; C ea est natura, illiq́. optimè conueniet definitio nostra. Quatenus igitur animus est principium, secundùm quod,eatenus est in animali primò.Nam quod opponunt aliqui eum agere per instrumenta,hoc pertinet ad ipsum,quà mouet vt efficiens:instrumenta.n.per se ad efficientia referuntur,& ita erit natura principium primò & adęquatè etiam in animante: vel adęquatione pręsentiæ,quãdo diuiditur cum subiecto,vel adęquatione essentiæ,cùm.s.ex aliqua prima parte dat esse subiecto toti,vt nulla sit pars compositi,quę non consecuta fuerit,quòd sit ab illo principio,licet cum ipsa principium non diuidatur: qualem docebimus esse animũ,saltem in viuentibus perfectioribus. Cur autem non amplectatur artem saltandi varia scribuntur ab auctoribus. nanque ita dicebat Auerroës,artem illam esse caussam quidem actionis,non aũt eius rei quæ acta fuerit, quod sanè in eum sensum arbitror accipiendum, vt posita differẽtia quarundam artium quę est; quòd ex actione tantùm constet,[a] nil ab actione relinquat. quod Græci, πράττειν vocant,vel aliquid efficiat quod ab actione sit superstes,quod iidem dixere ποιεῖν,statuat differentiam inter arteis & naturam, inter eas quidem quæ opus ab actione relinquunt,hoc,quod agunt in materia, quæ subiecto differt,nulla in ipso posita propensione, inter alios autem, quia naturæ motus aliqua forma terminetur, quæ sit permanens. At mihi hæc differentia non videtur sufficere tum quia non omnis motus naturalis terminatur aliquo, quod posteà factum sit,vt patet in motu cęlesti,qui energia perennis est. Tum etiam, quia licet opus nullum restet ex saltatione; at neque id continetur in definitione naturæ,nec propterea tolleretur,quin & ars illa foret principiũ motus intrinsecum,primò & per se. Non desunt ergo,qui dicant ita de arte saltandi,quemadmodum solet dici de locutione,quòd sicuti ipsa partim naturalis est,partim à voluntate & arte; vox enim naturalis est,complexio vocum ex instituto,sic motus factus ab arte saltandi, tanquam motus sit naturalis: ab arte verò,quod ita,aut aliter fiat. Sed considera tu saltationis initium: quo pacto posit esse naturale,præsertim secundùm formam,cùm plerunq; non saltet animal, & magno conatu in saltando opus sit,qui mirum in modum naturæ aduersetur. Proinde alio modo se habet saltandi facultas in iis quę rectã procedunt,velut homines,& in his,quę saltando solum mutant locum,ideò in illis erit præter naturam id quod in his est secundùm naturam. Ergo motum illum organicum & ab animo esse duco,nulloq́. pacto fieri ab interno principio,cuiusmodi nos statuimus esse naturam. Dubitatum quoque est de postrema definitionis huiusce particula, quo pacto natura sit principium motus & quietis; cùm in quibusdam,aut nulla quies esse posit,

[a] Magn. Mer.c.34.

aut nullus motus,& tamen ea naturalia reputantur; manet centrum, manent poli, terra nunquã mutat locum; cęlum & astra rotantur assiduè. Ob hanc igitur caussam dicebat Themistius, eas voceis diuisim, non autem coniunctim accipiendas esse, quasi verò in quibusdã natura esset principium motus, in aliis aũt quietis. Alios etiam dicere nouimus; illam definitionem cõplecti principia rerum caducarũ, quæ solæ sunt vtrique affectioni obnoxiæ. Verùm præterquàm quòd nõ satisfacit huiusmodi dubitationi Themistius, quãdò multa possunt opponi, de quibus neutrum ex his verè & propriè prædicetur, & ad omne corporum genus pertineat vtrunque coniunctim; non video certè caussam satis validã quę me persuadeat, res æternas, modò corporeę fuerint, ab hac definitione repudiandas esse; tum quod ea natura quæ descripta est. 2. Phys. accipitur etiã in 8. vbi Aristoteles initia, & materiã æternorum, & quidem eorum sententia, pertractauit, tum etiam quòd nihil est, quod repugnet naturæ cęlestis corporis in prioribus Phys. libris. præter vnum locum, [a] quo testatur Aristoteles initia rerum earum quæ oriuntur & intereunt. ibi se explorasse, nanque ita locum explicare conuenit, vel quòd id persecutus fuerit Aristoteles in hac methodo, quod vbique consectatur, vt à notioribus ordiatur, quemadmodum quoque in animantium tractatione factitauit. Itaque cùm caduca & nostratia cęlestibus essent notiora, de his theoremata construxerit, quæ post modo transferrentur ad cęlestia. Vel quòd ortus & interitus etiam pertinet ad corpus cęleste, si nõ is qui simpliciter; at ille qui est quodammodo, & tanquam commune quoddam, quod motus oẽs amplectatur, quemadmodũ ipse quoque Aristoteles accepit 8. Phys. & vberius explicauit 1. de ortu & interitu. Etiam potestas quæ est ad vbi, & omnia alia attributa materiæ, quamuis analogicè, accommodantur ad cęlum. Accipe igitur, naturam esse principium motus & quietis, in ipsis substantiis corporeis, vel ex toto, vel ex parte, & per eas; tanquã in rerum naturalium genere primas, definitam existima naturam. in his enim propriè motus est & quies; nec vllũ est corpus naturale, quod ab vtroque exẽptum sit, nam de cęlo sigillatim quies prædicari potest, quatenus eadem est re cum terminis à quo, & ad quem. aut quemadmodum dicebat Alexander, [b] quia non mutet locum ex toto. Placet etiam nonnullis in cęlo ponere quietem, quia permaneat semper in eodem motu; siquidem status eiusdem conseruatio quies esse videatur. Neque item nonnullarum rerum naturæ credimus aduersari immobilitatem: latè enim patet hoc nomen; & ea complectitur, quæ nullo modo respiciunt motum, neq; actu neque habilitate, neq. per se, neque per accidẽs, & hoc modo Deus est immobilis, & mathematica, quatenus huiusmodi sunt, vel ea quæ nullo quidẽ modo mouentur, sed sine illis nequit esse motus, vt centrum & poli, vel ea quæ quoquomodo motui subiiciuntur, siue quòd per accidens moueantur, vt accidentia, seu quòd alia quapiam ratione subeant motum per se, quale nos dicimus esse cęlũ; cùm totum perpetuò maneat, partes eius continuè conuertantur. pressius immobilitas, est coniuncta cum habilitate ad motũ per se, [c] & hæc propriè dicitur quies, quæ tum est naturalis, cum res est in termino ad quem motus ille contendebat. Mihi sanè magis arridet, quòd sit in eo quies, quo ad est in termino ad quem ex natura: posthęc si quies etiam afferat aliquod genus immobilitatis illud scilicet, quod est in iis quæ quomodocunque respiciant motum; siue quòd sine illis non existat motus, seu quòd per accidens agitentur, siue etiam alio modo per se participent motum; aliud immobilitatis genus physicæ methodo denegabo. Sed hæc hactenus.

[a] 1. Phys. T. 68.
[b] 6. Met. T. 2.
[c] 3. Phys. T. 16.

Alia quædam de naturæ significatis, & essentia subscribuntur. Cap. VI.

NATVRAM esse materiam, & præter ipsam, formam esse naturam, eandemq. potissimè accepimus, quæ complectitur animum, & variis modis accepta finis est & efficiens, ita vt ab ipsa, aut per ipsam singula quæque effecta quæ naturalia nuncupamus, ortum planè ducant, & ad ipsam dirigantur, eiq. seruiant omnes motiones, quippe quę terminentur forma. & ipsi materia substernatur, vt existat. Itaque non iniuria notabantur veteres ab Aristotele, quia principium hoc negligerent & vniuersa ferè materiæ casuiue tribuerent. Nanque ex hac illa existunt, quæ sunt secundùm naturam, per hanc ea quæ habent naturam, & huius gratia reliqua natura. quocirca magis esse formã quoque prędicabimus quàm materiam. Nam propter quod vnumquodque tale est, illud item magis tale sit necesse est, & quamuis aliquando decreuerit summus præceptor existere contraria propter subiectum, ex quo persuaderi possumus magis esse materiam, ibi respexit τὸ ἄνευ... ὑπάρχειν. quod est existere, & esse sensile, quod forma debet materiæ sensili, cùm cęteroqui per se intelligenda sit. id verò quod est esse simpliciter, quod est esse actu & essentiã participare, contrà vniuersum materia, & quod habet naturam, formę acceptum referent. Hæc igitur natura primò & simpliciter, mox materia, cùm cętera manent ex his ab his efficiens; inde compositum ex his; postremò generatio. Atque has vocis huiusce notioneis enumeratas ab Aristotele quandoque fuisse cõperimus. in qua sanè enumeratione finem pretermissum quispiam admiretur, qui tamen est omniũ princeps, & cuius beneficio forma natura magis est, quàm

A quàm materia. Tibi fortè videri posset finem haberi pro natura, quia sit idem reipsa finis & forma, efficiens verò minimè: quoniam efficiens nō est forma ipsa simpliciter, sed cōpositum quod agit per formam. Cùm igitur à forma distinguatur; ob eam caussam tertium naturæ significatum fuisse constitutum. Tamen & Aristoteles ipse formam, finem, & efficientem caussam, non re, sed numero separauit. Proinde aut finem naturæ significatis exclusit, eò quòd cęteræ naturę non absoluuntur à motu, dum operantur, veluti caussæ: à motu verò naturæ essentia definiri videtur: at finis ita operatur, quia manet immobilis, & non per instrumēta, aut corpus efficit quicquam, sed vt optimè docuit Proclus [a] operatur secundùm substantiam propriam. nam sic agit id quòd otiosè agit. At non otiosè agit nisi finis, cùm huic soli insit agere, vt immobile. Aut si tibi caussa prior magis probatur, efficiens aut cōmuniter accipe vt id à quo nascitur aliquis motus, quocunque pacto contingat, aut pressius, vt id in quo posita est actio. sic efficiens verè est cōpositum, formam verò communiter efficere prędicamus. Ita ergo, quamuis efficiens habeatur forma, quia communiter efficiens accipitur, & alia ratio est efficiendi in eo quod verè efficit nomen naturæ efficienti illi impositum est, quod est cōpositum, & propter accessum materiæ longè aliud est à forma. Admiretur etiam facilè Aristotelis obseruator & aliud naturæ significatū silentio obrutum. nimirum vbi dicitur Deum & naturam nil vnquam efficere frustra. Ita etiam

B cùm pronunciatur. Ab hoc principio cęlum & naturam vniuersam pendere. obseruauimus item eruditissimos viros dum interpretarentur eum locum, quo τὸ τῶν ὀργάνων αὐτοδίδακτον, [b] idest, ingenitam instrumentorum disciplinam, qua imperium animi exequuntur, expressit Aristoteles hisce verbis: Fit hoc post hoc in animalibus propter naturam. Tum quia vnumquodq; eorum quæ ita constant, comparatum natura est, vt proprium efficiat opus, vt nihil oporteat in vnoquoque animum esse, sed cùm sit in quodam corporis principio, alia viuant quidē, eo quòd naturali ortui insita sint, faciant autem proprium opus propter naturam. ipsos facultatem quandam ab Aristotele intelligi putasse, quæ rei informatę superueniret, eademq. actui superueniens esset accidens. idcirco eorum quidem sententia, natura item sub nouo significato cōplectitur accidens. sub eadem quoque notione capi naturā putant, vbi dicitur, quædam nota esse natura, & sapere & scire natura experi. quia scilicet viribus animi separatim à corpore cognoscantur, & intelligantur. Nos, qui facultates primordia functionum, & illarum primordia ab ipsomet Aristotele [c] in materiam formamq. dissolui perspeximus, concedere non valemus facultates, vt actionum principia sunt, esse accidentia. Esto enim quòd facultati perpetuò non sit affixum opera-

C ri. esto etiam quòd quatenus operationem respicit, sit accidens: at vt principium: forma est, seu materia, quarum altera vim habet agendi, altera verò patiendi. Et quanquam operandi facultas accipitur, vt actui superueniens, ob eamq. caussam ponitur accidens, in eo cōmissum fuisse putamus errorem, quia naturis seiunctum fuerit, id quod habitudine sola segregatur. Idem enim est principium, quo res est, & existens operatur, sed aliud est, non sanè temporis instans, nisi quid vetet, nec alia natura quæ rem constituat & operetur, sed aliud instans naturæ, quo res ipsa est, & cùm sit, operatur. Itaque censeo figura dictionis ipsos fuisse deceptos, dum rationis discrimen in rei discrimen commutant, vt vides. Nihil ago nunc, easdem'ne vires animus ipse subministret, quas inanimis natura largitur, an aliud principium inanimato superstes sit, quod muneribus naturę fungatur. satis enim id mihi nunc sit, si hæc ab iis principiis nasci doceam, quæ vim materiæ formæq. obtineant. Propterea naturam ab Aristotele neque 1. de cęlo, aut lib. de motu animal. neque 12. Met. aliter acceptam fuisse credimus quàm pro materia & forma. quanquā illud insuper obseruandum moneo. Naturam dici formam materiamq. seorsum, sed vtranque præterea simul, nō quia cōpositum sit, sed quòd vtræque pro rata parte cōmune tueantur officiū.

D Sic ergo materiæ formæq. conditioneis taleis esse dicimus, vt res ex eis constātes ad Dei O. M. nutum totæ se fingant, & accommodent, eiusq. numini pareant. ideoq. & nihil efficiant; efficiant verò, idest, præstent, quòd in se est, nec laborem frustra suspiciunt, & nisi tacito quodam summi motoris admonitu, qui non scriptus, sed natus est, quem nos qui in principis summi potestate sumus, non didicimus, accepimus, legimus, verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus; ad quam non nati, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, vt si princeps ille nos non respiciat; nil planè inter nos & mortua cadauera, nil inter nos, & ea quæ non sunt, intersit. Proinde diuinitus ille.

,, *Quicquid in orbe vides paret mihi florida tellus*
,, *Cùm volo, spissatis arescit languida succis:*
,, *Cùm volo, fundit aquas scopulis, atque horrida saxa*
,, *Niliades iaculantur aquas: mihi pontus inerteis*
,, *Submittit fluctus; Zephyriq. recentia ponunt*
,, *Ante meos sua flabra pedes: mihi flumina parent:*
,, *Hircanaq; tygres, iussi, & seruire Leones.*

[a] in Tim.

[b] Lib. de motu an.

[c] 9. Met.

Eandem quoque naturam qua caro est, aut os, aut spiritus: est verò duplex, & materia,& forma,quę in vnum conspirarunt: caussam esse dicimus,cur animi imperio pareant,quòd enim sic natura sua, idest, ex sua materia suaq. forma constat spiritus, hos aut illos motus excipit,& admittit, sic dicendum de reliquis. Nullum ergo nouum naturæ significatum præter Aristotelica inculcandum est. Cęterùm quòd à forma ducitur omnis essentia, siue quòd aut res ipsa per se sit essentia & forma,veluti de substantiis à materia secretis omnes autumant, vel quòd ex materia formaq. conflata sit, vel quòd intueatur formã,vt de materia & potestate suo loco dicemus; idcirco etiã id quod rei cuique quatenus est,attribuitur, idem quoque natura inesse prædicatur. Itaque sub hoc sensu natura nobis inesse cognitionis appetitum litteris consignasse dicimus Aristotelem,& principia scientiarum,hoc est,axiomata,& pronũciata cognita esse natura scripsisse. ita enim verto vocem illam τῇ φύσει non naturæ, sed suapte natura; tametsi articulus ille non aliquid absolutum,sed ab alio excipiens indicare videatur. cui quoque testimonium Hyppocratis accedit,qui de caussis ea pronunciauerit [a] αὐτόματοι καὶ οὐκ αὐτόματοι. i. effectus ἡμῖν μὲν αὐτόματοι αἰτίῃ δ' οὐκ αὐτόματοι. αἰτίῃ δ' ἂν τὰ μὲν δῆλα, τὰ δ' ἄδηλα. καὶ τὰ μὲν δυνατά, τὰ δ' ἀδύνατα.

[a] Lib. de alim.

» idest, casu & non casu & nobis quidem casu, caussæ verò non casu: caussæ rursus hæc quidem » perspicua,illa verò obscura,& hæc quidẽ in eius potestate illa verò minimè. Nanque etiam me» mini me legisse, apud Aristotelem vocem illam τῇ φύσει [b] absolutè item sumi, cùm monet, vbi eadem vox significet actum & facultatem, vt hæc seiungantur, facultati conditionem addẽdam τῇ φύσει.i.suapte natura. Nam quid esset hoc esse disciplinæ capax naturæ? Quantum verò ad Hyppocratis testimonium pertinet,ne tanto viro cuius sapientiam iure optimo vniuersa antiquitas suspexit,& admirata est; patrocinium desit,quantum in nobis est; vereor ne vetus consuetudo fuerit etiam tribuere cuipiam rei formaliter. quod conueniat ipsi αἰτιωδῶς,& tanquam caussæ, quam consuetudinem ibi vsurpauerit Hyppocrates: etenim hanc loquendi formulã in more positã fuisse spectate licet apud Aristotelem,qui ita quandoq. scripserit. De parte autem animi,qua & cognoscit,animus sapit,& formę tribuerit vt subiecto,quod est ipsius compositi.Neq; enim hîc dicere potes illud officium animo tributum fuisse,quia sit animi solius, nec vllum corporis munus in eo munere flagitetur. Nam si de mentis officio sic dicere libeat,at opponam ego ea quæ de sentiente professus est idem Aristoteles non multò antè, cùm dixit: Quoniam autem duabus differentiis diffiniunt maximè animum,motu secundùm locum,& ipso intelligere, & sapere, velut sentire quoddam esse. in vtrisque enim sic animus discernit & cognoscit aliquid eorum quæ sunt; quæ certè non formaliter insunt in animo, sed vt in caussa. nihil enim absurdius est quàm dicere animum sentire, neque minus àc si eum texere, aut nere fateamur. Hoc igitur modo Hyppocrates etiam defendi poterit, sed posterioribus istis naturæ notionibus dimissis, de potissimis in præsentia disseramus.

[b] 5. Top.

Venamur differentiam inter materiam & formam in eo, quòd sunt naturę. *Cap. VII.*

NATVRAM igitur quæ ab Aristotele definita est,licet apud veteres haberetur sola materia,quia tamen pluribus argumentis ab eodem philosopho demonstratum est,etiam complecti formam,atque adeò vt de forma dicatur prius,quàm de materia. Ita & nos cum Aristotele statuentes geminam esse (nihil est.n.in hoc theoremate quod secus ab aliis philosophis, qui ab Aristotele sunt, acceptum sit) illud nunc discutere instituimus,quemadmodu secum differat vtraque natura,& qua ratione motus initium ab vtroque principio proficiscatur,& quæ'nam reperiatur communis proprietas,si non vniuoca,saltem analogica, propter quam vtræque naturæ vocentur. In primis verò cum materia,tum forma spectantur tanquã caussæ constituentes compositum,aut veluti principia functionum in illo quod iam constitutum est. hæ verò sunt, vel in eo ipso quod extitit ex illis, vel ab ipso in aliud. Vtraque autem ratione sumptas materiam & formam dici naturã ab Aristotele compertum est. Nam & id ex quo fit substantia & compositũ, est eius natura: sic natura plumbi est aqua: atque ita commune fuit & tritum hoc naturæ significatum,vt nil aliud quàm id ex quo substantia fit,existimaretur esse natura: cętera omnia illius affectiones haberentur. Sed illud etiam per quod est aliquid esse naturam,& denominationes & generationes ab ea præfinitæ, multaq. alia quæ breuitatis caussa nunc omitto, significant,& efficiens quoque natura perhibetur,qđ est principium in alio,quatenus aliud. At verò & postquàm ex his conflatum est cõpositum, cùm in ipsum mutatio per se cadat, & ob eam ipsam rationem habeatur pro naturali [c] etiam in seipso caussam habeat sui motus oportet, itaque & hæc ex quibus constitit substantia naturalis,& quorum beneficio consecuta est,vt moueatur,meritò naturę dicuntur. Hinc factum est,vt natura statueretur initium motus & quietis eius in quo est,& reliqua quę in ea definitione sunt posita. Quanuis autem prius substantia sit,quàm functiones eius, & vtroque nomine natura dicatur; noli mirari,cur altera nuncupationis eius ratione pętermissa, motus

[c] 1.de cęl.

A fa,motus folius principium,non autem fubftantiæ conftituerit Ariftoteles. Nanque & quòd efficiant hæc principia fubftantiã compofitam,non eft cauffa duntaxat,quòd res fit naturalis,verùm etiam,quòd fit abfolutè,& præfeferens rationem quandã vniuerfalem,excedat extra limites philofophiæ naturalis. At,quòd fint principia motus in illa,folùm facit,quòd fit naturalis & contrahit ad methodum de natura. Tum etiam,quia maximè res eft,vbicunque operetur & eo munere fungatur,quod ipfi eft ex natura. Tum poftremò,quoniam ipfa natura per motum optimè declaratur,& per eundem agnofcitur res naturalis: fic.n.efficit rem naturalem,quia fic transmutari pofsit. Hæc, quæ hactenus à nobis pofita funt, facilè dabuntur,opinor,illa quæ fubiicienda funt,non inuenere confenfum. Nam, quia fic creditũ eft,fieri motum in rebus naturalibus,quoniam forma moueret materiã,atque inde motus efficeretur in toto; conftituére materiam quidẽ effe principium motus patibile,quòd ea.f.exceptura in feipfa formã, transmutaretur ad illam: formam verò,quia materiam transmutaret,effe principium,quod haberet vim efficiẽdi motum. Sic naturam,cùm de materia communiter & forma diceretur,nõ habere communem rationem, nifi quatenus ab vtroque principio permanat motus ad fubftãtiam naturalem, fed effe naturam fpeciatim,vel actuofum principium motus; effe verò talem formam,vel etiam patibile,atque id

B effe materiam. Quocirca cùm prius natura fit actuofum principium quàm patibile,prius quoque naturam dici de forma, quàm de materia. Quin tam abfurdum iis vifum eft formam effe principium patibile motus quàm quod abfurdifsimum. Neque verò deficiebant rationes & loca quibus facilè conniuentibus eam problematis partem perfuaderent. Etenim,vt à naturæ definitione fumatur exordium, fic ipfa definitur,quòd fit principium motus & quietis, quia.f.efficiat motum,feu quietem in eo in quo eft. Sed dare motum & quietem, fiue efficere eft munus actuofæ virtutis, non autem patibilis. Sequitur ergo,naturam effe principium actuofum, non patibile motus & quietis. Prætereà quoniam ad patiendum fufficit vnum; [a] hoc autem eft fine dubio materia. Tertiò vis agendi fequitur actum, vis aũt patiendi poteftatem. Sed actus eft formę,poteftas verò materiæ. Itaque forma eft agere, materiæ verò pati. Accedit eodem quòd nil moueretur fecundùm naturam,nifi forma effet actuofum principium motus; eo quòd moueretur ab alio: at moueri ab alio eft vi moueri, non autem fecundùm naturam. His addo auctoritatem Ariftotelis,qui nonnunquam Deum & naturam nil agere fruftrà pronunciat: necnon tres hafce cauffas conuenire,formam,efficientem,& finem.ac fatis apertè idem 2.Phyf.artis exemplo illuftrat. [b] Illi.n.inquit,fimilis effet natura,fi ars efficiendi fcamnũ effet in ligno,& eius itẽ exem-

C plo qui fibi ipfi medetur, in quo duplex effet fanè principium: alterum quidem vt materia; alterum verò vt efficiens. Dicebat quoque Ariftoteles [c] formæ proprium effe efficere, atque item enunciauit apertius,naturam effe principium efficiendi motum, [d] non in alio, fed in ipfo,prout ipfum eft. Adiiciunt infuper ea quæ de aqua tepida dici folent,quæ per fe ipfam mouetur ad frigus,& denique illa omnia quæ de elementorum motu confueuerunt opponi. Quin etiam rationem Ariftotelis afferunt, qua probatur effe item mentem quandam actuofam; eo quòd vbi fit principium patiens ibi quoque defideretur agens. In natura igitur,cùm materia fit,quæ eft principium patibile, neceffe eft adeffe formam quæ fit principium agens. Poftremò omne quod fe per fe mouet,ex duplici conftare principio,actuofo nimirùm,& patibili. Naturalia verò omnia fe per fe mouere. Quamobrem Philoponus inter Gręcos, Auerroes, & eius fectatores, apertifsimè verò Ludouicus Buccaferrea quem fecuti funt complures ex iis, quibus fuo marte philofophari nimis induftrium ac laboriofum videri potuit, & quibus fi ille quemadmodum hirundo Gabriæ, quod cornici dederat auferret, nudi, ficut illa reftarent: afferuerunt naturam ita dici de forma,tanquam de principio agendi, & de ipfa ob id prius dici, quàm de materia. In hac parte

D hæc funt. Verùm,fi ex altera ftatuamus nunc vulgatam illam differentiam inter animata & inanima,quòd illa mouẽtur ex feipfis; inanima verò ab alio; cognofcemus ea quæ mouentur ab animo,principium fui motus intra fe habere,quippe animum qui in omni vipére per incrementum mouet ad omneis loci differentias; in fentientibus vniuerfis per fyftolen & diaftolen eius partis, quæ animum primò participat; in perfectis per loci mutationem, quæ verò fola natura mouentur, tale principium extra fe habere. ac fi differentiam fpectabimus animi & naturæ, quantum pertinet ad modum & initia motus; apparebit animum fic mouere, quia motum excitet in animali mouendo corpus. Quòd fi natura differt ab animo; cùm ergo moueat animus mouens intra corpus: natura, aut non intra corpus mouebit, atque ita non erit internum principium motus,aut non diftinguetur ab animo, aut non mouebit omnino. Prætereà fi quis obferuet definitionem efficientis, quæ eft huiufmodi. Vis transmutandi aliud, prout aliud eft, eft verò aliud, quemadmodum poftea dicemus, quod non modò effentia, fed fubiecto quoque diuerfum eft. Tum etiam quòd natura dicitur in primis de forma,de efficiente verò metaphoricè, & quòd efficientis poteftas ab ingenio materiæ,& formæ longè diftat,quandò hæc funt per fe principia in eo ipfo,in quo funt,illud verò extrinfecus.Item quòd efficiens & forma in numero non conueniũt,

[a] 1.Phyf. T.56.

[b] T.86.

[c] 1.de ortu.

[d] 9.Met. T.13.

[a] 2. Phys. T. 3. sed in specie duntaxat. Siquis obseruet etiam verba Philosophi, [a] quibus persuadere conatus est; E
naturam esse principium motus in eo in quo est per se, & non per accidens; is profectò multò se-
cus sentire cogetur. Nam cùm duo sint principiorum genera quæ in omni affectione requirun-
tur, efficiens & patiens: efficiens aut extrà est, vt in ædificio faber, aut intrà, vt cùm medicus se-
ipsum curat, vbi verò sit intrà fit per accidens, & nonnunquam separabile; hoc non est natura.
Ex hoc igitur ita argumentor: Vbi est intrà, est per accidens. Ergo ab opposito consequentis, q͠d
efficiens non est per accidens, est extrà, idest efficiens per se est subiecto separatum. Atqui natu-
ra non est subiecto separata, nec igitur efficiens per se. Rursus efficiens quod est intrà est per ac
cidens; natura aũt non est principium per accidens. ergo neque efficiens. Nullo igitur modo na-
tura est efficiens in eo in quo est. Quoniam verò actuosum propriè dicitur, quod scilicet habens
in se actum, ipsum ei quod est in potentia, communicat, & in rebus natura constantibus per mo-
tum: dicitur item actuosum impropriè id ex quo aliquid pullulat, sicuti splendor à sole, & rubi
go à ferro, atque à laterna proiectio luminis, quod etiam metaphoricum appellari solet. itaque
[b] 4. Phys. rarum & densum φορᾶς ποιητικὰ [b] nuncupantur, & molle & durũ πάθος καὶ ἀπαθείας quę ab
eodem Aristotele corporum materia statuuntur. si cui formam hoc pacto efficiens nominare
libeat, id non recuso nunc, neque id in præsentia vestigo, sic concedens, voce sumpta cõmunius,
oẽis caussas efficientis metaphoricę nomine posse nuncupari, & communius item eandem chara
cterem ad oẽis accommodari posse. Quapropter affirmabat Aristoteles, omne caussarum genus
[c] 5. Met. c. 1. per id explicari, quod est; vnde [c] (hic verò character est efficientis) aut fiunt, aut sunt, aut cogno
scuntur ea quorum caussæ sunt. Sic etiã de omni caussa prædicari solet, quòd ab illa aliquid fiat,
latius ea nota sumpta quæ veri efficiẽtis est propria, quod. s. in seipso formam aut vim eius, quod
illi tradit, quod est in potẽtia, & effectui natura & tempore antecedit. Eodem quoque modo fieri
ex aliquo contingit vt ex materia, veluti lignum ex scamno, vel vt termino, vt ex atro candidum,
[d] 2. Phys. T. 13. vel etiam vt efficiẽte, sicut ex homine homo, [d] Consimiliq. ratione τὸ ἀπὸ, quod est propriè ab,
vsurpatum ad significandum quodcunq. principium motus internum, sicut in calce 2. Phys. vbi
docens ea quæ sunt, natum sic interpretatur, quęcunque ab aliquo principio quod intra se habẽt
continuè procedunt in aliquem finem, ab vnoquoque verò non idẽ vnicuiq. finis, neq. fortuitus.
Ita cùm dicitur, aliquid à forma fieri, aut à forma facere, interpretatur Alexander accepta illa no
ta impropriè, atque idem est àc si Latinè *prę* dicamus. talis. n. vis est τῷ ὑπὸ apud Graios. Neque
sic fusè acceptum efficiens alienum erit à materia. Consimiliter, etsi ea vox κατὰ nota est for-
[e] 2. de an. T. 37. mæ, iudicabitur transumpta fuisse ad significandũ efficiens, cùm dicitur; [e] Alterationem & incre- G
mentum esse per animum, nam vis altrix manifestò immutat alimentum. Quamobrem adhuc
de potestate formæ differendũ erit speciatim, & inanis erit ea quæstio, dicatur'ne de duplici prin-
cipio natura, actuoso. s. & patibili, sed de vtrisque, materia nimirum & forma, tanquam actuoso
principio prædicari poterit. Ergo de vera efficientia nunc agitur, & quæritur an efficiendi ratio
conueniat formæ, & an ipsi efficiendi vis sola conueniat exclusa ratione patiendi. Aiunt illi: nos
inficiamur. Atque id est, de quo mox ineundum est certamen. Nam postulant hæc omnia maio
rem animaduersionem, quàm ea sit, quam hucusque contulimus: sed, in ea quidem sententia,
nihil vtilius. hîc enim vera elementa naturæ exquiruntur, sine quibus irritus fuerit omnis labor,
& conatus philosophi naturalis.

Quemadmodum pati pertinet ad formam in mutatione secundùm substantiam. Cap. VIII.

NATVRA principium quidem est omnis mutationis, & eius primum quæ fit secundùm
substantiam, quia prius esse rem oporteat, quàm vllo alio munere fungatur. Tametsi verò
nos libro separato de generationis primordiis agemus: tamen, quòd ad explicationem naturæ, H
& ad eius quæstionis intelligentiam quæ proposita est, conferet nosse, vt pati respiciat formam
in mutatione substantiæ; propterea nos hinc exordium faciemus institutæ disputationis. Vt verò
hæc controuersia dirimatur, aliquas hypotheses, veluti caussæ nostræ firmamenta statuemus, qui
bus vniuersa res luce clarior euadat. Ac primùm tantisper dicemus de vi vocis illius patibile, &
vtrum vniusmodi perpetuò sit eius ratio nec'ne: tùm, an, & quemadmodum in naturæ definitio
ne accipiendum sit. Patibile ergo dicitur, quia vim habeat patiendi, cui opponitur actuosum,
quia vim habeat agendi. Pati verò illa propriè dicuntur, quæ cùm aliquid potentia sint, ad illius
actum transmutantur. Notat autem pati duo, cumprimis rationem excipientis & subiecti: quo
niam potentia, seu potius id quod est potentia vertitur in actum, per actus acceptionem: deinde
affert notionem detrimenti, quòd actio, & alteratio fiant inter contraria, quorum ingenium est,
vt sese mutuò tollant. Nam, si debet aliquid ex perpessione comparari, alterum quod prius ade-
rat, intereat necesse est. Cùmq. omnis affectio radices agat in potentia. hæc verò materia fun-
detur: primùm omniũ, quod patietur, erit ipsa materia, quę tum primò patietur, dum secundùm
substantiam

A substantiam transmutatur: dein, vbi transmutetur interuentu substantiæ secundùm alia prædicamenta, prius secundùm quantum, mox secundùm quale, & vbi. Quare secundo loco patietur substantia composita. Neque ipsa materia per se sola patietur, sed, quia certis quibusdam mutationibus afficitur, aliquid etiam requiretur, quod efficiat, vt materia, hoc, non aũt alio motu, vt ad quantum, & quale moueatur: id verò est prędicamentum illud secundùm quod fit mutatio, aut eius quædam species. Quamobrem & hoc etiam dicitur subiectum, non sanè simpliciter, sed secundùm quod: ex quo item illi ratio patibilis quoquo modo conueniet. Hoc subiectum secundùm quod formã nobis necessariò monstrabit, secundùm quam fit motus. Ideò quoque per hanc rationem forma rei propensionẽ aliquam afferet ad patiendum, & cùm idem pręterea contingat in mutationẽ substantiæ, forma item substantiæ quæ natura vocatur, habebit tale momentum. Cęterùm, non quia patiatur, est huiusmodi, sed quia patiatur compositum & materia per illam. Hoc patiendi principium duplex agnouit inter Gręcos Alexander, quorum alterum, nempe materiam, nuncupabat ἐξ οὗ. i. ex quo; alterum verò καθ' ὅ. i. secundùm quod: & inter Latinos D. Thomas, ita nobis ea significans, vt quod, vt quo, altero materiã exprimens & subiectũ, altero verò certum prędicamentũ, vnde sumitur genus quodque mutationum, & lõgè prius principium & rationẽ, secundùm quam hoc, non alio motu agitur id quod mouetur. Sed, si de
B fonte licet haurire, cur riuuli consectandi? cùm & animum, sicuti formã substantiæ, & scientiam veluti formã qualitatis docuerit Aristoteles [a] esse principia vt quibus in suo quodq. genere suo munere fungeretur, & quo animus sentiret & animal, cùm tamen sensus ibi, tanquam perpessio fuerit acceptus. Cùm verò prædicamento, non quidem materia, sed forma determinentur, motus item forma finiatur, vt albedine albefactio; quod aũt mouetur ad albedinem, certa forma præditum sit oportet, quippe contraria, & in subiecti quoque partẽ veniet illa forma quæ cõtinetur in eo prędicamento secundùm quod fit motus, & cuius vna alteri forma succedit. Verùm aliis quoque modis à forma motus, & transmutatio proficiscuntur, siquidem res ipsa tum moueatur, cùm primùm gignitur, tum etiam cùm genita fuerit: ac, dum ipsa gignitur, item duplex ad eam transmutationis habitudo spectari potest, vel eius quæ est ad substantiam, vel eius etiam quę est ad vbi: neque ad hoc solùm, verùm etiam ad illa accidentia quæ formæ comitari solent. Certè dum res ipsa fit, & dum secundùm substantiã mutatur, eadem sanè generatim caussa motus est, sed non semper vt natura, nisi latius sumpta voce naturæ. ita.n. producit motũ, vt certum subiectum quod est in actu, permutetur facta successione formæ circum eandem materiam quæ per-
C manet. Nam materia nusquàm ab vniuersis formis seiuncta reperitur. Hoc igitur ita mutatur, quia veterem formã deponit, nouamq. resumit, & è potestate substantia, quod illi contigit per materiã, fit actu substantia, quod beneficio formæ consequitur. Iam hìc est forma noua quam assequi materia cupit, ob id mouet, tanquam appetendum, & vt finis & quæ, postquam accesserit, tum demum est forma, nec amplius caussa motus, sed terminus, habitibus.n. materiæ prẽsentibus cessat omnis motus. [b] Id verò quod gignitur, cùm sit in potentia, atq. ad actum deduci debeat, à simili quoque actu ad actum necesse est perducatur, & denique à forma. sed tunc etiam non quatenus forma, & natura primi significati efficit motum, verùm vt efficiens, & vtroque modo ad summũ mouet, quatenus est extra id quod mutatur. At natura primi significati præstat motũ, vt in illo est quod mouetur. Restat igitur, vt vel forma vetus efficiat motum, quatenus forma & natura, vel etiam noua forma, quatenus per parteis inducitur. Quòd, si forma noua nõ inducitur particulatim, sed in extremo mutationis, vestigio temporis accedit: superest ergo, vt forma vetus sit caussa motus, quatenus forma & natura. Si quis igitur rectè perspiciat rationẽ motus & mutationis, eam ipse cognoscet esse principium transmutationis internum, sic, quia sit ratio, cur ma-
D teria transmutetur. Cùm.n. duo sint principia motus, materia nimirùm & forma, illa quidem per se indefinita est, neq. per se magis ad hãc, quàm ad aliam omnino diuersam formã procliuis est: ex quo non mutaretur ignis in terram, nisi tali forma fuisset affectus, sed in aliud quodlibet mutaretur, aut prorsus immutabilis maneret. Itaque requiritur in eo quod patitur, quædam certa forma qua motus eius determinetur. Quamobrem certa illa forma est caussa transmutationis eius substantiæ. Atque hæc fuit communis opinio Gręcorum omnium vno excepto Philopono, qui neque etiam in hoc, vt in aliis multis, à magno præceptore discedere veritus est, aut humanã fidem cum præstantiore confundere. Nam, quòd ea fuerit Aristotelis germana sententia, monstrant illa quę non semel leguntur in physicis. Primùm quidem, [c] vbi docet in rerum natura tale discrimen reperiri (id.n. explicat ab initio variis exemplis, cum ab efficiente, tum etiã ab alio caussarum genere sumptis, deinde accõmodat ad rem suam) quædam.n. per se sunt, quædam verò per accidens, & dum hæc exemplis illustrat, illud affert inter alia, si quis albescat, hoc faciet, vel per se, vel per accidens: per accidens sanè, si fuerit medicus; per se autem, si fuerit niger. Ergo esse nigrum est caussa, ratioq. formalis dealbationis, hoc verò est forma quæ in transmutatione abiicienda est. Tum etiam, quia 2. Phys. [d] ex eo quòd res naturales afficiuntur ex interno

[a] 2. de An.
[b] 1. de ortu.
[c] 1. Phys. T. 74.
[d] T. 1.

principio, nihil aliud colligitur, quàm quòd natura sit principium patibile motus. Etenim fieri nequit alteratio ab interno efficiente: multò minus ortus & interitus, quæ tamen plurimũ fiunt secundùm naturam. Præterea, [a] dum ipse naturam separat à medico curante seipsum, inquit, medicum, seu medicinã non esse internum principium mutationis illius per se, sed per accidens; siquidem accidat ægroto, quo per se fundatur motus ad sanitatem, habere scientiam medicinæ. Argumento illud est: quoniam hæc à seipsis diuelli possunt, ægrum esse & medicum. & quantumuis sit medicus, nisi fuerit æger, nunquàm sanabitur: contrà verò, quanuis non sit, medicus, modò ægrotet, sanare poterit, & in ipso principiũ erit ad salutem. Ad hęc, cùm enarraret, quemadmodum forma item priuationem cõplectatur, subiicit Aristoteles, [b] quia generatio non videtur respicere tantùm priuationem, verùm etiam inter cõtraria succedere, ideò quoque aduertendum esse diligentius, an'ne priuatio solùm sit oppositum, an etiã vltra priuationem contrariũ requiratur, tametsi id quod præsentis instituti non erat, aliò reiectum est ab Aristotele. Sed cùm de loco quo tractatur id theorema, sit exorta controuersia, nonnullis asserentibus, id 1. de ortu perquiri, quòd ibi deterior substantia pro priuatione, & non ente fuerit accepta: quibusdam verò 5. Phys. quia fortè ex varietate terminorum differẽtia inter motum & mutationem indagetur. Equidem arbitror illam quæstionem proponi semel 8. Phys. cùm docuit omnẽ mutationem terminari ipso esse, & alterum 1. de ortu, cùm ex non ente simpliciter nihil fieri constituit, aut in nihil abire, sed ex tali ente produci, & cum tali non ente commutari. proinde vnius interitum alterius esse productionem. Necnon tertio loco 10. Met. vbi ea quæ narrat Aristoteles, ad hanc rem maximè faciunt. Etenim ibi monstratur priuationem non esse simpliciter non ens, sed habilitatẽ afferre subiecto: quare differre à negatione, quòd hæc nihil, illa aliquid ponat: illa medio vacet, hæc habeat medium, de quo non prædicentur opposita, sed obtinere vim negationis in subiecto, quod natum aptum sit. Propterea dicendũ inter omneis formas naturaleis quæ secum proximè mutantur, esse oppositionẽ quam certa priuatio consequatur: quare hoc in hoc mutatur & non in aliud, vt vinum in acetum, non autem lapis, quæ certè habilitas insidere soli materiæ nequit. Itaque docente id Alexãdro, priuatio proximè potestate fundatur: etenim ipsa per se caret actu, potestas verò nititur in contrario. Quapropter gradus isti intercedunt inter ea quæ solent comitari materiæ, & conducere aliquid ad transmutationem, materia quæ est subiectum simpliciter, contrariũ quod est forma, potestas: hæc verò illa est quam signatam ponimus, cùm cęteroquin vniuersalis aliena sit ab omni forma, & incogitatione sit posita potius, quàm in natura rerum, atque vltimo loco priuatio quæ est principium proximum. Sed specta obsecro Aristotelis ipsius argumentum, ex quo tibi vniuersa res optimè pandatur. Est verò huiusmodi aduersus Empedoclem, [c] qui elementa è sphæro iussu discordiæ fieri volebat. Dum fit transitus, inquit ipse, ab elementis in sphærum amicitia conciliante, elementorũ qualitates amittuntur: cùm rursus è sphæro producendæ sunt, quæritur an'ne materia illa quæ ab ignis forma fuerat olim occupata, in ignem rursus, aut in aliud quippiam reuertatur. Quòd si commutationem fieri dixeris, non igitur ortus & interitus erunt congregatio & segregatio corporũ, sed mutatio substãtiæ. si idem ignis redeat. At hoc certè sine vlla ratione dicitur, & fieri nequit. Nam, cùm materia qualitateis amiserit, ratio nulla est, quia caret omni forma, cur suis magis quàm alienis qualitatibus ornetur. Ex hoc ergo liquet, vt caussa, cur materia certis qualitatibus ac mutationibus sit obnoxia, certa sit qualitas & forma. Neque est quòd suspiceris Aristotelem ibi de solis qualitatibus agere duntaxat, non de formis, cùm illa principia consideret per quæ mutatio substantiæ contingit. Eadem sententia recepta est à Simplicio simul & Auerroë, [d] cùm vtrique contra Philoponum differentes docent transmutationem radiceis agere in eo subiecto quod corrũpitur: illud.n. esse, quod trãsmutatur. Sic ægrum sanatur; & aqua fit aër; & ascensus secundùm naturam aqua, non aëre nititur. Neque abhorret id quoque à communi hominum sensu. Neque.n. materia prima proximum transmutationis initium ponitur, sed planè secunda, quæ iam quibusdam formis affecta est. nec quantum fit è non quanto, nec animal è non ente, aut è pura potestate fit substantia: sed hoc quantum ex hoc non quanto, quod est item aliud quantum & animal è non tali animali, & hæc substantia ex hac alia substantia. Proinde forma, quatenus substantiæ primordium confert ad materiæ processum, & aliquam patiendi rationem præ se gerit.

[a] T.3.
[b] T.16.
[c] 1. de ortu c.1.
[d] 8. Phys.

Vt pati pertineat ad eandem formam in motu qui est ad locum. Cap. IX.

AT verò quod pertinet ad modum, quo forma est caussa eorum quæ comitantur substantiæ, attingit obscuram illam, atque perplexam dubitationẽ de motu elementorum, de quo postea multa; propterea nunc sit satis ea delibasse. Cùm verò motus sit duplex, vel secundùm, vel contra naturam, eo dimisso qui præter naturã est, nanque hic est omnino ab externo, nec vllam caussam internã reperit in eo quod mouetur; de illo qui est secundùm naturam, mox agamus.

Id quod

A Id quod de motu nunc dicimus, cōmodè item ad reliquas mutationeis quæ ſubſtantiā inhęrent; transferre licebit: nanque & illæ inſunt, aut ſecundùm, aut præter naturam, & cętera propemodū attributa nanciſcūtur quæ ſunt in motu, de quibus poſtea diſputandū eſt. Sed nunc de motu. Is igitur qui ſecundùm naturam eſt, aut eſt, dum res generatur, aut poſtquàm genita eſt. Nam ſimul, dum generatur ignis, etiā petit locum ſuperiorem: & dum abſolutus eſt, adeptus eſt ſuum locum: accidit item, vt extra ſuum locum fiat ignis & abſoluatur, ac vi detentus, donec impedimentū depulſum fuerit, ibi maneat, vbi genitus eſt; obice ſublato moueatur. Cęterùm ab eodem principio motus vterque deriuatur, à forma nimirum: licet non eadem ſit eius ratio in vtroque motu. quandoquidem, aut accipiendū eſt in elemento quod gignitur, motum ab ea forma proficiſci, quæ eſt generantis ipſius, quia ſit eius officiū dare formam ſimul, & ea quæ formam conſequuntur, aut vt ab iis pullulet affectionibus quæ fiunt propriæ rei quæ gignitur; eas verò nos in potentiā ſuperiore libro retulimus, & nuper in materia contrarieq. collocauimus. alter verò motus formā abſolutè conſequitur: iam.n. cum ſit genitum, ab agente, atque virtutibus eius abſolutū eſt, vt poſteà docebimus. Sed hic tum ſcrupulus exoritur, quemadmodū motus ille conſequatur formā, & qui ſit proprius modus quo forma efficiat motū, diſtinctus à modis quibus cęteræ cauſſæ ſuos producunt effectus, aut etiam conueniunt ad motum ipſum propagandum. Perſpi-
B cuum ſanè eſt materiā dupliciter effectus ſuos producere, vel quia fiat aliquid ex ipſa tanquàm ſubiecto, vel etiam quòd aliqua proprietas ipſam neceſſariò ſequatur. Etenim phiala fit ex vitro tanquam materia; ex eodem vitro naſcitur pelluciditas, & enſis ex ferro vt materia conſtituitur: ſed rubigo materiæ priuilegio ferrum affligit & conficit. Efficiens verò, cùm actu ſit & tempore antecedat, [a] atque à ſeipſo formam transfundat in aliud. Finis autem, quia pulcherrima res eſt & maximè expetenda, vt ſui appetitum incutiat mouenti, vt ſimile producat, & materiæ, vt ad ſeipſo potiendum propendeat. Verùm forma, quoniam eius merito ineſt affectio in compoſito, quandò.ſ. hanc formā habens id etiam habeat quod eſt cum forma illa coniūctum, quaſi ſit ratio per quam hoc ineſt in compoſito. Nam motus naturalis eſt ſicut actus quidam ſecundus mobilis, quà mobile eſt. Sicut igitur actus ſecundus emanat ex primo quod eſt forma: ſic motus naſcitur ex forma rei quæ mouetur. Neque verò tu repugnantia cenſebis ea quæ nos olim conſtituimus, motum eſſe proceſſum de potentia eſſentiali ad actum primum. hîc verò accipiamus ipſum eſſe actum quendam ſecundùm. nanque ibi ſpectabamus motum habita ratione poteſtatis quæ ineſt in ſubiecto ad eam formā quam conſequi ſtudet.ſ. ad terminum ad quem tendebat quæ eſt ipſa
C forma de genere illo ſecundùm quod fit motus: hîc nulla ratio poteſtatis & perfectionis eius habetur, ſed ſubiecti, ſeu principij in quo ineſt motus, vt in eo quod mouetur, in quo cùm ſibi formā ſupponat, iam non eſt proceſſus de potentia eſſentialis, ſed vt conſequens eſſentiā; propterea velut actus quidā ſecundus. At verò functio ſecundùm formam duplex habet ſubiectum, [b] alterum quidem quod appellat Ariſtoteles primùm excipiens, hoc verò eſt ipſa forma, nanque illi primum tribuitur functio; verùm ipſa per ſe non operatur: operatur autem per ſe indiuiduum, idcirco adeſt ſecundùm ſubiectū quod ab ipſa functione nomen accepit, & cuius eſt aliquid primùm excipiens, vnde conuenit illi planè nomen functionis, ſed per aliud, mirum ni per formā. Sic in motu dicebat ineſſe [c] calorem philoſophus, & vitā eſſe in animo; cùm tamen calefieret animal, & calidū vocaretur, & viueret animal, quanuis calefieret per motum, & per animā viueret. Quapropter hunc efficiēdi modum, [d] ab Ariſtotele & Alexandro dictū fuiſſe καθ᾽ ὅ.i. per quod, ſeu ſecundùm quod, non ſemel obſeruauimus. Nam character ille cōmunis eſt omnibus cauſsis τὸ διά.i. propter quod ſpeciatim cōplectitur τὸ ὑφ᾽ ὅ.i. à quo, hic verò propriè notat efficiens: pręterea τὸ ἐξ ὅ.i. ex quo: qua voce materia ſignificatur, quanuis ea nota quoque ſoleant interna
D principia ſignificari, ac tali voce formam, nec verò ſeorſum, ſed vnà cum materia expoſitā fuiſſe meminerim, vt, cùm dicitur à Porphyrio res ex gemino principio cōſtare materia videlicet & forma. Et cùm duplex ſit cauſſæ modus in materia, quemadmodū anteà diximus, obſeruo etiā modum poſteriorem, ſic ab Ariſtotele expreſſum ἀπό. Nanque ita loquitur, [e] ἠχὼ δὲ γίνεται ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἑνὸς γενομένου.i. Echo verò fit ab aëre, qui vnus factus eſt: aër autem ſoni materia ſine controuerſia ponitur, nec vt id ex quo, ſed quòd ipſum conſequatur. Neque.n. ſubſtantia poteſt accidentis eſſe materia, tanquam potentia, qua principium ex quo verè proprieq. determinatur. Vnde etiam τὸ ποιεῖν.i. facere metaphoricè materiæ tributum [f] eſt, dū inquit Ariſtoteles ὁ ποιῶν ἀκούειν.i. qui facit audire. Præterea comprehendit τὸ οὗ ἕνεκα.i. cuius gratia qui finis eſt, & τὸ καθ᾽ ὅ, quod iam formæ ipſius eſt proprium. Quocirca ſecundùm naturam aſcenſus in aëre ineſſe dicitur, & mixta moueri ſecundùm elementū illud quod dominatur, quòd ſecum afferat certam propenſionē in mixto ex qua naſcitur motus ipſi reſpondens, & vita ineſt ſecundùm animū, atque is modus ab Alexandro ſæpiſsimè receptus eſt. Quanquam & in iis quæ materiæ comitantur, vſurpari poteſt iſte character, opinor, quòd eo notetur imago quædā formę, dum id ſignificatur quod naſcitur ex ipſo, nec trāsfunditur ad aliud, & explicatur ratio formalis, per quā ineſt

[a] 12. Met. T. 17.
[b] 5. Met. T. 22.
[c] 7. Met. T. 23.
[d] Q. 8. 1. de An. c. 5.
[e] 2. de An. T. 80.
[f] 2. de An. T. 81.

attributum propositum. Quapropter inter materiam & formã inuersa quædam similitudo intercedit. Nam sicuti formam sequitur quippiã, & inest in composito secundùm formam, sic quia materiã consequatur, secundùm materiam inesse dici pot. Quo fit, vt idem character ad vtrunque caussæ genus accommodetur. Contrà etiam, quia materia subiectum est, eò quòd illi tribuitur quippiã, sic cùm aliquid formę tribuatur, ipsa quoque degenerat in subiectum. Cùm ergo forma hîc subiecti vice fungatur cuius est pati; cùm etiam forma sit ratio, & per quod mouetur compositum; necesse quoq. est, vt caussa sit affectionis, seu passionis; ideoq. principium patibile, non sanè, vt patiatur, quia sit obnoxia transmutationi, velut materia (quod video decepisse quosdam Latinos) sed quia sit ratio passionis, & id per quod indiuiduũ patitur, cùm talem actũ per ipsam fuerit consecutum: nam patitur etiã per materiã, sed longè alio pacto, quia. s. de potentia transferatur ad actum per suiipsius transmutationem. Ita vt, cùm duo spectentur in eo quod mouetur, quippe ratio potentiæ certo quodã actu pręfinitę, & ipsa potentia; hæc profectò in ipso proficiscatur à materia, potentiæ verò determinatio nascatur à forma. Ex quo efficitur, vt duo motionis initia, atque illa quidẽ interna reperiantur in substantia naturali, materia. s. & forma per quæ motum adipiscetur hoc pacto; quoniam per illa mouebitur: non certè quia moueatur ab his; nam sic ab efficiente mouetur, aut ad summũ à fine, sed quoniã caussa sint & ratio, per quam substantia cõposita moueatur, eorũ beneficio cõsecuta, quòd excipiat motum, & quòd certa ratione id faciat. Ob eam igitur rem; quia caussæ sunt, quòd substantia moueatur; dicentur optimè patibilia principia. Non ergo quia motũ efficiant, hoc est moueant: id. n. iam ipsius efficientis est munus, quod animali excepto, manet extra mobile, sed de illo nũc non agitur; verùm, quia per ipsũ moueatur, extra verò sit id quod mouet, quod neque mouet materiã deformem, & rudem, aut omninò quodlibet, sed hoc quod certa forma prẽditum est, cuius functio talis est motus qui comitatur eiusmodi formæ. Cur autem ita sint materia & forma caussa motus, explicare non licet. neque. n. videtur hoc habere caussam per se, sed esse illarum essentia. Neque id mirum, quandò etiam aliàs sæpè contingit, vt quædã talia sint quæ caussa vacent, & ipsa sint aliorũ caussæ, & per se neutiquam demonstrari possint. Quamuis non me lateat Philoponum reddere voluisse causã; cur materia motui subiiciatur, & asseruerit eam esse distantiã, ex quo efficiatur, vt tota simul eadem forma non possit esse affecta; ex eo verò sequatur, quòd ex parte & per successionem accipiat: id verò nil aliud planè est, quàm motus. Neq. vidit ipse tolli genus illud mutationis quod vndique simul fieri diximus. Nec non quòd aduersabatur Aristoteli, licet id ipse de industria sæpe commiserit. Negabat. n. magnus præceptor in vacuo motum, quamuis esset distantia. Quòd si distantia caussa est motus in materia, negari non poterit, quin motus in vacuo fiat. Itaque, cùm sit ibi distantia, nec motus in vacuo fieri queat (saltem ex decreto Aristotelis cuius nunc vestigiis hæremus) motus ergo non proficiscitur à distantia. Talis enim est natura primarum caussarũ, vt iis positis, aut sublatis simul etiam primò ponantur, aut tollantur effectus. Sed hæc posteà pluribus. Quamuis autem ea quæ 6. Phys. constituta sunt, videantur eam caussam attingere quæ petitur à distantia: memineris Aristotelem à motu secundùm locum per analogiã de reliquis ferre indiciũ, in eo verò distantia non est caussa motus simpliciter, quà. s. est distantia, sed quà distantia est quodammodò materia ipsius vbi. cumq. distantia in cęteris motibus reperiatur & plurimùm mutationes per parteis subiecti fiant, Aristotelẽ propter notitiã eius euenti id quod diuisioni materiæ conuenit secundùm potentiarũ gradus, adscripsisse partitioni subiecti. quod tamen neque necessarium, neque caussa vera motus existit. Ex his elucet nunc opimè vis eius definitionis. Principium motus & quietis, seu principium quòd moueatur & quiescat. Verùm cùm de motu sermonem prius habuerimus, eandem quoque rationem accommodare licebit ad quietem. nanq. & ipsa mobilis est perfectio, quatenus tale: multoq. magis quàm motus. Idem. n. est quies naturalis, atque esse in suo proprio, & naturali loco. Quòd si esse in suo loco est eius perfectio quod mouetur; ita erit etiam quies naturalis. Quamobrem sicut per formam motus inest in elemento, & esse in suo loco est ex consequentibus formã; sic se habebit etiam quies, ea sola intercedente differentia, quòd cùm proficiscatur vtrunque à materia simul & forma, motus pendeat magis à materia, quia verò contra sit magis apta ex forma. Nam motus continet in seipso rationem potestatis quæ vniuersa petitur à materia; quies autem rationem actus qui descendit à forma.

Diluuntur rationes quæ ad alteram partem problematis de vi forma solent afferri. Cap. X.

AB his transeo nunc ad opposita diluẽnda inter quæ primò nobis occurrit ponderatio illarũ vocum ἀρχὴν τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν. ex quibus illi, cùm talem sẽsum expresserint, quòd natura dicatur, ita principiũ motus & quietis, quia motũ & quietem in aliquo efficiat; apparet satis quantũ hallucinati fuerint. Nã præterquàmquòd à veritate discedunt; id qđ partim cõstitit suprà, partim posthàc intelligetur: habent itẽ cõtra se Aristotelis ipsius [a] auctoritatẽ qui in sensũ à nobis

[a] 8. Phys. T. 27.

A à nobis allatum & accepit,& interpretatus est eiusmodi verba & expresè docuit, [a] vim illā eius esse definitionis,quòd natura esset patiendi, non aūt efficiendi principium, nec modò in latione, verùm etiam in aliis motibus secundùm naturam. Quinetiam interpretatio nostra cum rerum natura & artificio dialectico mirificè cōgruit,& cum ipsa quidē natura,quia cùm motus duobus principiis innitatur,mouente ac mobili;pręcipuè tamen est in mobili,non aūt in mouente. Quare etiam si per motum notescere debuit natura, probabilius fuit, ne magis necessarium dixerim, definire ipsam per motū,quatenus respicit mobile, potius quàm vt intuetur mouens: cùm dialectico verò artificio: propterea quòd exponitur natura per illud cuius est principiū proximū more primum consueto quo Aristoteles initia rerum explicare solitus est;neque.n. per alia principia declarari possunt: propinquius autē sibi ipsi quodque est, quàm alij: at iam,quà forma est, suū idest,esse rationem motus: sic.n.intrinsecum est rei quę mouetur,vt efficiens aūt,quòd alij,quatenus aliud,inest ea vis multò remotius. Illud verò prorsus ridiculum,quòd eæ voces accipiendę sint sub potestate agendi,& illud κινεῖσθαι idem valere,ac κινεῖν, tanquàm sit verbū cōmune: nanque illi respondere oportet alterā vocem ἠρεμεῖν,i.quiescendi. ita.n.se habet natura ad quietem,quemadmodū ad motum. Quamobrem,sicut ponitur ita principium,quia faciat motum; consimili ratione principium debet esse quietis, vt faciat quietem. hoc verò falsum est, cùm eius B vis sit patiendi,ac si vox alteri par accipienda foret,ea esset ἠρεμίζειν. Mitto nunc, ne more grammaticorū in vi verborum nimis insistere videar: quod tamen vtinā in Aristotelęo contextu obseruaretur; nam sic innumerę ineptiæ de Aristotelica philosophia pellerentur. Sed ne videar hîc excurrere velut equus in planitie,mitto, quòd cōmunium verborum vsus non admodū frequēs est, vt toties ab Aristotele in ipsa definitione quæ cęteroqui per seipsam voceis vsitatas postulat, & abhorret ab insuetis,& in definitione naturæ,quæ adeò princeps est in hac methodo, & vnde lumen per vniuersam naturę contemplationē effunditur,repeti debuerit,præsertim propria suppetente: illud moneo duntaxat,si cōmunis est ea definitio,& vnà materiā formamq. complectitur: si voces illæ sub agendi figura capiendæ sunt: efficietur inde, vt etiā materiam sit principiū mouendi & quiescendi,quia motū faciat & quietē,quòd planè & ab Aristotelis instituto,& à sensu cōmuni abhorret, ita vt nulla controuersia de verborū vi restet,ac siquis velit alteram partem tueri problematis,is certè non ab iis verbis defensionis suæ caussam, sed ab aliis machinis, atque argumentis petere cogatur. Quod item ab Aristotele dictum est. Vnum sat esse ad patiendum, nihil vtique officit. Etenim pro subiecta sententia verba interpretari oportet. tum verò Aristo-C teles de principiorum numero disserebat, & ex oppositione innumerat tertium quod erat subiectū,erat aūt capax contrariorum, de hoc subiecto quod excipit vtraque contraria, & verè patitur aliam naturā excipiēs, & propemodū suam ipsius deponēs,cùm loqueretur ibi philosophus, aiebat vnū ad patiendū sufficere: forma verò solùm est ratio patiēdi,non aūt patitur, vt dictū est. Propterea,quanuis forma ponatur esse principiū patibile,non idcirco facit,vt duo sint principia necessaria ad patiendum. Nec sub ea voce continetur forma,quia sit idonea pati,& extrinsecùs aliam assumere naturam. Et quanuis instare possis,Aristotelem à ratione patiēdi formā 1.Phys. lib. excludere, atque illi omnino tribuere facultatem agendi: nanque numerans duo contraria & subiectū,admonet antiquos cum Platone dissentire: siquidem ipse duo quidem pati posuerit, vnum aūt agere; illi contrà,quos imitatus est Aristoteles,duo sanè agere,vnum verò pati:agere oppidò,aut pro eo sumpsit, quod est terminare mutationē, aut descripsit contraria per id quod sibi certè conuenit; verùm non ea ratione qua sunt naturæ. Neque.n.id in hac methodo dum constiterat,quòd hæc principia forent naturæ, verùm in 2.Phys. initio declarari oportuit. Nam perspicuum est,formā item vi præditam esse agendi,licet non in eo in quo est: at natura accipi-D tur,vt in eo in quo est. Et planius illud, quòd transmutatio non attribuitur illis vt efficientibus sed vt formaliter immutantibus, quòd illorum præsentia.s.efficiat aliud eo prorsus modo quo efficiendi facultate insigniuit Aristoteles principia mathematica. [b] quòd iis immutatis ea quoque quæ pendent ex illis immutarentur. Quàm verò falsum illud sit; Id quod mouetur ab alio non moueri secundùm naturā; ex his quę posteà subiicientur,admodum facilè constabit: nam multa posthàc nobis de hac ipsa re dicenda sunt,& loca Aristotelis apertissima proponenda,vt nihil in eius disciplina constantius esse videatur. Intereà tamen accipiamus naturalem motū sola mobilis propensione contentum esse: id quod etiā nobis haud inuiti dabunt,opinor,aduersarij nostri: quandò etiam cęlestem motum naturalem esse fatentur sufficiente ad id patibili principio duntaxat. Sed plura posthàc,nunc ad alia properemus. Quod opponitur,Deum & naturam nil agere frustrà. Sic natura,non vt forma,sed generatim sumpta est, & facere cōmunius est, quàm illud significatum de quo nunc agitur; propterea quòd ex eo notatur solùm progressus ipsius effectus à sua caussa, in quocunque genere illa sit. Etenim neque Deum propriè facere censuisse dicemus Aristotelem,sed veluti finem solùm. Obseruo.n.apud Aristotelem, agendi facultatem in eo quod separatum est,eam poni quę conueniat fini. [c] tametsi de hoc etiam plura sunt alio loco dicenda.

[a] 4.de cęlo.
[b] 8.Phys.
[c] 1.de ortu.

co dicenda. nobis.n.hîc ea tantum indicasse sufficiat, vnde oppositorum fallaciæ detegantur. E
Neque obstant item characteres quibus efficientes caussæ describi solent, qui cum Deo, tum naturæ tribuantur ab Aristotele: siquidem iis philosophi persæpè abutantur, quemadmodum nos anteà quoquo modo significauimus. Iam verò, quod obiicitur; Agere proprium esse formæ. hoc ita proprium esse accipiendum est, non sanè quòd ipsi nullo modo conueniat ratio patiendi, aut quòd ipsi agendi ratio cõueniat, quatenus est forma, quãdò eadem forma plureis subit rationeis & efficientis & finis. verùm, quia per id à materia segregetur, quoniam ipsa solum patitur, agit aũt propriè nunquam, forma verò semper agere potest, & omnis forma naturalis. attamen non id efficit, quatenus est natura propriè sumpta & forma, sed tum degenerat in efficiens, quòd natura non est, aut non præcipuè, veluti constitit, cùm significata naturæ suprà recensuimus, quod item in eã partem accipiendũ est nõ vt verè forma efficiat: nam verè & per se actio indiuiduorũ est, sed quoniã agant indiuidua per formã, neque tamen in seipsa, sed in alia subiecto differentia. Illud etiam quod contrà dicitur: Naturam habere vim mouendi illud in quo est: postulat item vt communius interpretemur, quia scilicet producat motũ, quomodocunq. id faciat, siue vt efficiens, siue vt forma. addo etiã quòd vim habeat immutandi formaliter, & quòd sit quacunque ratione principium motus; nam cõplectitur item ea descriptio materiã, cui vis omnis agendi denegatur. Et vtraque materia. s. & forma sunt principia quæ vim habent exhibendi motus illi in F
quo sunt, efficiens verò, quatenus huiusmodi, externum esse cognoscemus aliàs. ac forma quidem, quia sit ratio, propter quam materia certis motibus agitari posit, quæ cęteroqui per se infinita est, præq. appetitus infinitate, ad oẽis formas excipiendas æquè propensa, incerta quò ferretur, otiosa torperet. Ad locum verò 2. Phys. respondemus, Aristotelem eiusmodi exemplis significasse nobis, quemadmodũ finis in natura existit; ita quoque dari efficiens, atque innuisse (neque.n. demonstratur esse efficiens, cùm sit caussa manifestißima per se in natura, sed persuadetur solùm: sicuti neque demonstratur esse finis: sed id solum, quòd natura agat propter finem) hæc simul inesse in natura, per illa quidem exẽpla, vt non esse parem prorsus rationẽ credamus eorũ quæ in exemplis accepta fuerunt, atq. in natura: quandoquidem in iis acceptũ est indiuiduum idem ad numerũ, quod tamen idem ad speciem solùm est in natura, quemadmodũ paullò ante fuerat ab ipsomet philosopho explicatum. Sed ego ineptus, qui cùm habeam Aristotelem vindicẽ huiusce difficultatis eum mihi patronũ non parem. Ipse.n. docuit [a] ita dici naturã principiũ intrinsecum eo, q; homo hominẽ generat, nec alterius rõnis est faciens ab eo, qđ fit. Non igitur in eodẽ ad numerũ est principiũ faciens & patiens in natura. De reditu verò aquæ ad pristinã statũ, G
& de motu elementorũ postea: nanq. in vtraq. trãsmutatione cõsimilis est ipsius naturę progressus; ab eodem.n. principio refrigeratur aqua, à quo elementum extra propriũ locum vi manens, vbi dimissum fuerit, ad statũ naturalẽ se conuertit. Insuper id quod Aristotelico more cõficitur. Vbi principium patiens ibi quoque fore agens, pertinet quidem ad principia quæ ponuntur esse naturæ, non tamen ea rõne qua sunt naturæ proprij significat, quòd in præsentia quærimus. Nec ab Aristotele affertur in eum sensum, vt mens ipsa agens immutet alteram mentẽ quæ cõsistit in potentia, sicut ferunt naturam quæ est forma, afficere materiam. Proinde actio mentis illius à plerisque philosophis erga phantasmata ponitur quæ tanquàm extrinsecùs respicit, & sic agit in aliud, quatenus aliud, nõ in illud ipsum in quo existit. Itaque nõ esset idem cuius mentis actuosæ & formæ. Transtulit item Alexander in ea hypothesi nomen agentis ad Deum quod est prorsus mouens separatum, neque vel ipso auctore mouet, nisi vt finis. Ideò peccat ea ratio multis modis fallens ambiguo dum accipit agere quod est mouere, cùm tamen actio communiter accipiatur; tum deinde tribuens formę, simpliciter id quod ipsi conuenit, quatenus est efficiens, atq. assumens formam agere in id in quo est, quemadmodum agit in aliud. Apparet etiam postremi H
argumenti assumptionẽ esse falsam; cùm accipitur, quòd tanquam cõmuniter insit in oĩ corpore naturali, quod animãtis ipsius est propriũ, nempè ea se per se mouere. mouentur.n. ab alio, quatenus natura constant. Hisce visis & sedulò perspectis iam liquere arbitror, vt non admirabile habendum sit, neque contra omniũ opinionẽ, neque pugnare secum id quod aiunt: Naturam prius prædicari de forma, quàm de materia, & quod nos ipsi profitemur. Naturam significare prius patibile quàm actuosum principium. Nisi velint, Naturam significare prius principium cui accidit esse actuosum. hoc.n. penitus est verum, sed non id reuocatur in controuersiam: ceterùm cuiusmodi nam sit illud principiũ per se, quod præcipuè naturã vocamus, cui accidit esse actuosum. Et in eam sententiam venisse dicimus omneis Græcos Aristotelis interpretes pręter vnum Philoponũ, quos etiam è Latinis scriptoribus nobilißimos quosque secutos fuisse scimus, in qua re cęcutientes nonnulli, neque Simplicij, & Theodori mentem assecuti, & falsò illos insimularunt, & frustra in ipsos inuecti sunt: nempè, quia naturam ipsi dixissent, de principio patibili prędicari, quia materia foret huiusmodi, formã excludi categoria naturę, & hoc paralogismo commisso in quo euidens est fallacia cõsequentis, quæ ex hypothesi falsa duxit originem, multa verba inania prorsus

a 12. Met. T. 13.

A prorsus effuderunt. Ac siquid in Simplicium notari potuit, illud sit, quòd primum naturæ significatum voluerit esse efficiens, quod non primũ fecit Aristoteles accepta natura communissimè, nõ vt est principium internum. Quanquàm etiam pro Simplicio dici posset, eoq. nomine cum Aristotele conciliaretur, quòd id quod in vi vocis obseruauit Aristoteles, animaduerterit Simplicius in ingenio rei per vocem expressæ, hoc est, quòd Aristoteles acceperit id cui naturæ nomen prius conueniat, & hoc dixerit esse formam. Simplicius, non sumpserit, quod esset primum naturæ significatum, sed primum eorũ quæ significantur nomine naturæ. Vt, siquis dicat substantiã prius dici de cõposita, & tu asseras Deum esse primam substantiam, ille respicit id quod principaliter ab eo nomine notatur: tu eam quę substantiarum omnium prima est. Efficiens verò potius esse principium quàm formam, si caussę rationem respexeris, non est, quòd dubitemus; quandò vim habet producendi formam, & propter actum quem habet, natura præcedit, & tempore: cùm alioqui forma lateat in potestate materiæ, & vnà cum effectu existat.

Affertur demonstratio 7. Physicorum qua probatur nil à seipso moueri primò. Cap. XI.

B SI natura, vt dixit Aristoteles, est principium vnde patitur illud in quo est, planum quoque est ea quæ secundùm naturam mouentur, ab alio moueri: nec vllum satis efficax argumentum occurrere potest quo conuincamur, preterquàm in motu animalis simpliciter, id quod mouetur, ab interno principio moueri, nisi, quatenus à natura, res naturales ad hunc, aut illum motum, certam propensionem assequuntur. hoc verò, si quo pacto efficit motum, nõ id simpliciter facit, sed metaphoricè. Quanquàm & in animali ipso, si res sedulò perpendatur; & id quod mouet, aliud est ab eo quod mouetur. Sedenim motus animalis speculatione ad alium reiecta locum, de principiis motus in natura nũc agamus. & postquàm à nobis constitutũ est naturam propriè sumptã non efficere motũ, nisi metaphoricè, & aliud desiderare principiũ quod extrinsecùs verè motum efficiat in substantia naturali; cùm de cõditionibus veri motoris multa dicenda subueniant, eaq. apprimè necessaria ad id, vt sciamus, quemadmodũ producatur motus à forma, pondusq. maximum habeat in tractatione principiorũ motus, ob eamq. caussam ab Aristotele cum 7. tum etiã 8. Phys. excitata fuerit quæstio, præstat nunc (potest fieri vt fallar) vt ante alia transigatur. Sed cùm ea ratio contineat duas parteis: alteram, qua concluditur ad vnum primum mouens simpliciter in genere corporum esse veniendũ: atque alterã, qua efficitur, nihil à seipso moueri primò;
C nos hanc partem, vtpote, quæ magis faciat in rem præsentem, nunc tractare instituimus, alteram tantum attingemus, & quãtum nosse necesse sit ad eorum intelligentiam quæ mox cõsequentur. Porrò quod mouet, cùm extra sit, id aut est efficiens propriè, cuius vim & naturã libro superiore generatim tractauimus, aut etiam est ipse finis, qui omniũ, sicut prestantissima caussa perhibetur, sic etiam prima, vt neque item ipsum efficiens, nisi constituto fine moueat: finis autem reliquas omneis caussas impellat ad agendum. Tametsi nos finem, non sic primã caussam facimus, quin ipsi formam simpliciter anteponamus, haud ignari solam formã quæ nomine τὸ εἶδος exprimitur, esse posse absolutam, finẽ verò continere semper habitudinẽ quam cętera ad ipsum habeant, & optimè scientes finem esse per se ipsum prius actum & essentiã, sed animaduersa functione rerum naturaliũ, eiusque principiis & caussis exploratis, in quæ functiones motusq. resoluuntur; cùm in munere fungendo pendeant reliquæ omnes à fine, fini principatum damus. Itaque ex iis quæ cum superiore capite, tum pręsenti dicta sunt, corollarium addamus. Si essentiam ipsam per se spectemus, omnibus modis formam esse proferendam: si quatenus officio caussæ funguntur, finẽ primas ferre parteis, proximè ab eo esse efficiens. Sed hoc obiter indicato redeo ad institutũ.
D Talis igitur est ordo caussarum. Ex quo etiam multa in quæstionem cadere oportet; primùm, an'ne omnis motus in extrinseca principia resoluatur. Deinde vtrùm in omni motu necessarium sit efficiens nec'ne, quod eò spectabit, vt intelligamus, vtrum'ne finis ipsę sine opera efficientis possit creare motum. Mox reliqua quæ illuc pertinent, vt noscamus quæ'nam sit ratio finis, & quemadmodum motus ab eiusmodi caussa nascatur. In primis igitur ostendendũ est in omni motu naturali requiri mouens externum. Res autem ea methodo peragetur, vt generatim prius concludatur omne quod mouetur ab alio moueri, quod à mobili separatum sit. Ita verò propositi demonstratio conficietur. Nam primùm structura demonstrationis explorabitur; deinde eius vsus; tertiò genus. Omne igitur quod mouetur (vt rem cominus aggrediamur) aut per se mouetur, aut per accidens, aut per partem, qui quidẽ vnus est modus ex iis qui sunt per accidẽs. Rursus id quod per se mouetur, aut per se mouetur primò, quia. s. totum à seipso toto moueatur aut quia pars vna moueat alteram. Omisso eo quod est per accidens & per partem: nam quod est huiusmodi, incertum est, neque scientiæ subiicitur, aut momentũ non habet, neque in rerum natura, neq. simul in methodo naturali: ita quæritur. Vtrùm aliquid à seipso moueatur primò, & in seipso motum efficiat, an non. Cùm verò moueat æquè finis & efficiens; non queritur de fine,

fine,sed de efficiente tantummodo. Quoniam autem efficiens est corporeũ,quemadmodum ani E
mal quod frondem cõmouet, aut incorporeum & indiuiduum, velut animus,non de animo : ꝙ
perspicuum sit eam ab illo differre quod mouetur,sed de efficiente corporeo nunc agitur. At verò
id aut longè,aut propè queat esse, & cum mobili coniunctum : de vtroque generatim dilleritur,
quòd etiam remotum cum mobili quoquo modo copulatur. Quamobrem hic erit sensus huius
primæ quæstionis. An sit aliquod efficiens corporeum quod in seipso faciat motum propriè &
præcipuè,non aũt metaphoricè,atque illum quidem naturalem secundùm locum, per se, & non
per accidens. Præterea quæritur de mobili simpliciter,seuocato nimirùm ab omni certa forma,
atq. pro parte negãte cõcluditur. Nil ita moueri,quin ab alio moueatur. Neq. id solùm inductio
significat quæ nobis ponit ante oculos lapidem ab homine pelli, trahi fruges à bobus,& denique
vbi sũt inanima quę motũ obitura sint,pręstò sẽper esse qđ moueat,sicut in viuẽtibus etiã:quippe
animus. Quòd siquis huic inductioni nõ cõcedat,cùm mouẽs interdũ lateat,atq. suspicetur totũ
à se moueri,ita vt nulla sit eius pars quæ moueat, quin moueatur eadẽ ratione motus : is non se-
cus decipietur,atque ille qui,cùm sit aliquod totum,cuius duæ sint partes, vna quidem,quę mo
ueat,altera verò quæ moueatur. quæ autem mouet, moueatur ad motũ eius quod per se moue-
tur: ob id existimet totum à seipso moueri; neque.n.mouetur à seipso tunc, verùm, quia partes
vtræq. moueantur,apparet moueri totum. Sedenim,cùm inductio non satisfaciat:quandò non F
suppeditat nobis mouens à mobili disiunctum in omnibus quæ mouẽtur, ideò quoque oportet
hoc theorema validiore ratione munire. Ea verò mihi videtur hoc pacto construi posse. Nam
primùm sumpta illius proprietate quod per se totum primò mouetur,ab opposito consequentis
(appellant verò Græci tale genus argumentationis τὴν σὺν ἀντιθέσει ἀντιστροφὴν) licebit cõ-
plecti prosyllogismum ad propositionem institutæ demonstrationis, hoc pacto. Quicquid per
se primò mouetur,ad alterius quietem non cessat. Ergo quicquid ad alterius quietem cessat,non
mouetur per se primò à seipso. Verùm omne totum alterius quiete posita cessat : igitur à seipso
primò non mouetur. Ita vt talis sit structura nostræ demonstrationis ad cuius probationum cę-
tera afferuntur. Nullum quod ex alterius quiete cessat,mouetur primò à seipso. Omne totum ex
alterius, nempe partis quiete cessat : non igitur primò à seipso mouetur. Siquis autem desideret
confirmationem propositionis, ita concludetur ab eius proprietate quod primò cietur à seipso.
Quicquid à seipso mouetur primò,id profectò ex alterius quiete non manebit,sed perpetuò cie-
bitur habens in seipso radiceis omneis motus,vtpote principiũ cum efficiendi,tum etiã excipien-
di motum. Ergo ab opposito,si ex alterius quiete manserit,id prorsus à seipso primò non moue G
bitur. Assumptionis autem probatio flagitat eam hypothesin,de qua plura superiore libro dicta
sunt,videlicet. Omne,quod mouetur posse diuidi secundùm quantum. Fingamus igitur ipsum
in duas parteis esse dissectum, vt A C. totum in parte A B. B C. eiusque partem vnam quiescere
statuamus (quod.n.fieri põt,si factum esse ponatur,falsum sanè secum afferre poterit,neutiquàm
tamen eiusmodi,quia fieri valeat) Tum quæro an moueatur totum nec'ne. Ita verò nunc totũ
sumo syncategorematicè, vt aiunt, spectando singulas parteis non secundùm formã.i.vt totum
partiũ ratione posthabita : siquidem nouerim & motum appellari totius,vbi moueatur etiã qua
dam parte quiescente,vt cùm progredimur,vel etiam cùm vas aqua plenum mutat locum aqua
suum ipsius conseruante : verùm sic totum in pręsentia non accipio, certè non mouetur totum,
cùm maneat aliqua pars : nanque omnibus partibus consistit illud genus totius.Ergo si qua desit,
iam non amplius ita totum est. Quòd si respondeas ex alterius quiete cessare, etiam fiet, vt non
moueatur à seipso primò,sed ab aliqua sui parte. Talis.n.est conditio caussæ primæ,vt si ea pri
mò sublata tollatur effectus,eadem quoq. posita primò ponatur. Itaque si parte quiescente pri-
mò quiescit totum,ad eius item motũ mouebitur primò.Parte igitur quomodocunque se haben H
te,vel moueatur,vel etiã maneat,necessariò sequi totum per se primò non moueri à seipso,sed ab
alio. Quanuis id non abeat in immensum : aliter efficeretur,vt in tempore finito fieret motus in-
finitus : nec sibi temporis motusq. partes pro portione responderent,contrà quàm à physicis om
nibus constitutum fuerit. Sed hoc erit alterius loci. Nunc satis sit,si nouerimus nihil à seipso pri
mò moueri. Quòd si qua mouentur à seipsis,vt certè mouentur;iam ea primò non mouebuntur,
sed necesse erit in duas parteis præcipuas diuidantur,quarũ altera per se moueat, altera verò per
se moueatur. Atque adeò vt exploranti diligentius vniuersum cursum 7. & 8. Phys. ita dirigi
posse videatur. Vt postquàm nil seipsum mouet primò, verùm mouetur ab alio,neq.id in infini-
tum progredi potest in corporibus, ad vnum primum mouens perueniendum sit.quod, cùm sit
corpus,ab alio corpore non moueatur, atque id 7. Phys.absoluatur ab Aristotele. Sed cùm &
ipsum sit corpus,neq. aliud agitare possit,quin & ipsum protinus moueatur : nil autem à seipso
primò moueri queat,vt nuper demonstratũ est,ostendatur id ita moueri,quoniam constet è dua-
bus partibus:altera quidẽ quę moueatur per se:atq. altera quę per se moueat,quemadmodũ ani
mal qđ per se mouetur,è duab. partib.cõstat;corpore quidẽ qđ mouetur;animo verò qui mouet.

At verò,

A At verò, quia dubium esse poterat, quemadmodum pars mouens & mobilis se haberet; quando formæ quæ sunt principia motus, se habent ad materiam dupliciter, aut.n.sunt cum materia diuiduæ & extentæ per totum, cuiusmodi sunt elementorum formæ; aut essentiā solam communicant ex quadam parte præcipua reliquis, vt fertur esse animus. Rursus id quod per se mouetur, aut animatum est, aut inanimum, sed progreditur Aristoteles, vt doceat nullā formam quæ cum materia producitur & extenditur, eiusmodi esse, vt possit mouere materiā cum qua producitur. Quia verò inanima talem habent formam; efficitur, vt nullum inanimū diuidi possit in partem per se mouentem, & partem per se mobilem; proinde nullū inanimum possit mouere seipsum. Est igitur animatum id quod per se mouetur eo modo quo potest, quia non primò, & hoc ita se habere compertum est, vt partem mouentem à mobili, non modò ratione, verùm etiam subiecto disiunctam habeat. Verumenimuerò quia quod per se mouetur, aliquando conflatur è principiis quæ contrarium habent, & idcircò dissolui possunt: hæc idonea perpetuæ successionis initia statui nequeunt. Proinde æterna erunt id quod mouetur, & id quod mouet: etiam ita constare concludetur illud primum mouens corporeum quod per se mouetur, vt componatur ex mouente quod non sit tanquam principium illius internum, neque vt materia, neque vt talis forma quæ pendeat ab ipsa, sed immateriatum principiū, & ab omni transmutatione prorsus abiunctū.

B Quapropter illi tribuendam esse longè aliam rationem producēdi motum, atque ea quæ propria sit mouentiū quę corpus habent, siue sint ipsa corpora, siue etiam corporea, quoniā sunt corporis actus, & extra corpus ipsum omnino nihil. quæ sanè 8. Phys. colligentur. Hunc igitur ego ductū indico demonstrationū quibus nos Aristoteles euexit ad primum motorem. Ita vt facilè nunc primo ingressu appareat, quod ab interpretibus eorum librorum, & dubitatum est, & malè decretum de differentia, seu potius apparente repetitione demonstrationis illius, qua efficitur. Omne quod mouetur, ab alio moueri, & à Ludouico Buccaferrea præsertim qui vtranque tanquam sit eadem, per idem medium concludere conatus sit, cùm sint valdè diuersæ. Nam ea quæ Phys. 7. proponitur, assumit corpora tantū, ea verò quæ 8. libro affertur, vsque ad partem per se mouentem peruenit, quæcunque illa sit, generatim verò est, non vnà extenta cum subiecto, sed ab ipso re segregata & qualis est animus. Vnde primum mobile sic ex seipso mouebitur, vt animatum, quo puncto tanti momenti prætermisso mira perturbatio, quinimo à rectè institutæ methodi ratione defectio in Aristotelicum idemq. acroamaticum volumen, & in quo summa philosophiæ peripateticæ consistit, inculcatur. Sed ad demonstrationem redeo, & ad ea quæ ab Aristotele

C fuerunt assumpta.

Dubia contra demonstrationem Aristotelicam 7. Phys. ex Auerroë potissimè proponuntur. Caput XII.

SED quoniam demonstratio proposita à Galeno quem Græci sapientissimum appellare non verentur, agitata plurimum est in iis libris quos sanè multos de vna demonstratione conscripsit, & ab Auerroë pro Aristotele nostro dictum est contra Galenum; neque item de hoc tacuit Auicenna, consentiuntúe omnes qui in hoc loco versantur, de via qua defendendus sit Aristoteles: instat nunc, vt, quod nos quasi compendiò significauimus, id copiosè peragamus. Veniat ergo in medium primò sententia magni Auerrois. Ipse digreditur, & contra Galenum & contra Auicennam: quandò de propositionis illius veritate fuit anceps Galenus. Omne.s.quod per se mouetur, ex alterius quiete non manere: neque.n.sibi persuadere potuit, cùm partes totius essentiā compleant in suo quæque genere, siue, vt quanti, quarum ea vis est, vt sibi quęque vendicet lo-

D cum ab alterius partis, atq. eius item in quo est, loco secretū, & à toto amputata, atque ab altera parte distracta subsistere queat: siue essentiæ, quarum est ea conditio, vt quæ vicem materiæ subit, à toto & parte separari valeat quę obtinet vim formæ, extra totū esse non possit; veruntamen oēs inter se & cum toto occupant eundem locum simpliciter. cùm, inquā, totius sibi respondentis essentiam pars quæque compleat, & vna tamen ex iis quiescente per alias moueatur totum, non potuit sibi persuadere Galenus, quin, etiam si pars vna quiescat, totum præterea moueri possit. Rursus inter Aristotelis dicta repugnantia notabatur, eo quòd statuitur moueri totum A B C. & secundùm omnes suas parteis; mox accipitur ipsum secari bifariam in A B. B C. & harum alterā manere. At quî fieri potest, vt, dum totum mouetur, A B. quiescat; aut, dum A B. quiescit, totum moueatur? Neque ineptè planè dubitauit Galenus (vt interim istud adiiciam) nam si qua lex est, qua non liceat accipere quippiā, quod fieri non possit, ea certè est, quandò id quod assumitur antecedenti repugnat. Licet.n.fingere hominē, qui vtraque manu orientem atque occidentē cęli plagam teneat; licet ponere terram esse in orbe Lunę, atque inibi hominē qui caussas exploret eclipseos & alia multa quæ vim naturæ superant; at si extra cęlum sit nihil, quòd omnia complectatur; non licet accipere hominē extra cęlum missile torquere, aut etiā porrigere manum:

proptereaquòd hæc secum afferunt maximā repugnantiam, extra cęlum nihil esse, & ipsum omnia cōplecti, & manum vltra ipsum protendi: quandò iam extra esset aliquid, eodemq. tempore non esset. Sic etiam secum hæc pugnant: quia sequeretur, moueri totū, & non moueri simul. Adiiciebat etiā Simplicius petitionem principij cōmitti; cùm in eo quod per se primò mouetur, partem manere sumatur. Ad illa respondere conabatur Auerroës, & ad primùm dicebat argumentum Galeni in ambigui fallacia peccare: cùm.n. duplex sit id quod est per se, vel quod opponitur ei quod est per accidens, vel id quod est primò, ac quatenus ipsum: opponitur autem ei quod est per aliud, vt puta, per partem, aut speciē, aut genus, atque omnino per partē, seu quanti, siue essentiæ, siue etiā, vt aiunt, subiectiuam. Aristoteles accipit illud per se quod opponitur ei quod est per aliud. & hoc modo concludit non posse quippiam à se moueri per se: quoniam ad quietem partis ipsum quoque manere potest. Galenus alterum significatum accipiens eius quod est per se, non reputat absurdum quippiā moueri per se cuius aliqua pars quiescat. In eo quidem quod non mouetur per accidens, absurdū non est; in eo verò quod non mouetur per aliud, planè fieri nequit. Inquit secundò, in omni re naturali primùm esse, quod factum est, quod dicitur minimū: verbigratia, minimum ignis, vel aquæ in quo minore non conseruatur ignis aut aquæ natura, in illo aūt primò permanet. Hoc minimum, quia per se consistit, ab aliis partibus separari potest, idē quoque solet esse caussa motus in reliquis partibus. Ergo etiam hoc quiescente, totum quiescat necesse est. Quamobrem demonstratio philosophi non ad omne partium genus cōmuniter pertinebit, sed ad eam solùm quæ primi illius minimi rationem habet. Idcirco sic existimauit ipse Aristotelicam rationē esse conficiendam. Omne quod ex alterius quiete manet, ab altero mouetur. Sed oē quòd mouetur, ex alterius quiete manet. Ergo omne quod mouetur, ab altero mouetur. quarum sanè propositionū altera est necessaria, refertur verò assumptio in eorum numerū, non quæ fieri possunt: sic.n. contingens conclusio nasceretur, [a] sed accipitur vt insit, ex quo efficitur conclusio de eo, quòd insit. libet.n. mihi semper doctorum hominū verba in meliorem partem accipere. Nos, vt magis Aristoteli consuleremus, Negantem demonstrationem construximus. Nā sic fit vt inferatur conclusio necessarię. Quòd si cęlum obiecerit; quod, cùm sit diuiduum, nullā tamen habet partem quæ quiescat, ipse respondet, in cęlo duas esse rationeis, alteram cōmunem qua corpus est, atque alteram quà est tale corpus. quà igitur est cęlum, ei reipsa diuisio repugnat, atque item quòd eius aliqua pars quiescat, sed quà corpus est, nihil hæc illi aduersantur. Itaque ratio cùm constituta sit de corpore simpliciter, non de tali corpore, nihil inculcat eorum quæ fieri nequeunt. Veruntamen hæc dicta nullo modo implent animū meum; vt potius illis primis ego concedā libentius, quàm hisce postremis. Primùm quidem quia sequetur his stantibus idem; si sumpserimus minimū quod primò cietur, atque aliam quamlibet partē: quacunque.n. cessante tollitur motus totius per se primò: præsertim, si totum sumatur, vt quantum; quandò id æquè manet in omnibus suis partibus. Tùm deinde quòd non de huiusmodi parte; sed de parte simpliciter in Aristotelica demonstratione mentio facta est. Præterea quòd de quolibet toto, & vniuersè demonstratio constructa est: at ex Auerrois sententia solùm esset de iis quæ minimum habent quod sit principium motus; hæc autem non nisi animalia sunt, siue id sit cerebrum, quemadmodū voluit Plato; siue cor, aut quod illi proportione respondet, quod Peripatetici defendunt: quò etiam redditur falsius id quod Auerroës ipse adiecit: quippe demonstrationē hanc omnia tam animata, quàm inanima cōplecti: quandoquidem aut non oīa comprehendit, aut si etiā per vniuersa pertinet, nō spectabit certè ad illud minimū, quod primò per se mouetur, & est caussa motus in cęteris partibus. Quinimo de omni minimo per se poterit excitari quæstio: moueatur'ne per se primò. neque ex vi demonstrationis huiusce cognoscetur, moueat'ne se per se primò, nec'ne. Neque.n. diuidi potest in eas parteis quarum vna sit per se consistens, & initium motus: aut.n. illud minimum non esset, aut minus minimo daretur. Sic nihil prohibebit, quominus ex seipso primò moueatur, aut prorsus immobile manebit, quia non habens partem quæ sit principium motus, non quiescet ex quiete partis. Itaque aut semper, aut nunquam omnino mouebitur. ac si pendet ex illo motus totius, etiā idem iudicium de totius motu faciendū erit. Neque verò minimum quod est principium motus, hic formā intelligi puto, quia sit indiuidua: siquidem de tali principio motus non prius agi putem quàm 8. Phys. vbi quæritur, inanimáne moueātur à seipsis. Quæ cùm sint, patet assumptionē illius argumēti ab Auerroë positā esse falsā.

[a] 1. Pr. c. 11.

Expenduntur reliqua dicta Auerrois, & id pręcipuè quod attinet ad diuisionem corporis cęlestis. Caput XIII.

ADVERSVS autem illud quod dictum est ad obiectionem à corpore cęlesti desumptam, & vniuersè & sigillatim à philosophis est disputatum. Primum quidem illud quod totius Auerrois sententię basis est, ac fundamentum. quòd.s. quicquam speciei repugnet, quod à genere toleretur.

A toleretur. Siquidem ea quæ de genere dicuntur, quatenus est genus, siue in quid, siue in quale, eadem quoque de omni illius specie prædicentur: nam corpus, quod de animali dicitur, etiam de homine prædicatur: & sensu preditũ, aut progrediens de animali simul & de homine dicũtur. Deinde quia sequitur propositio quæ esse non possit, cùm prædicatum speciei repugnat, licet nõ repugnet generi, veluti rationis compos animali non repugnat, neque tamen esse potest ea propositio, equus est rationis compos. Cùm ergo sit animal in equo, nec animali repugnet esse rationis compos; idem erit equus rationis impos, & quia sit animal, rationis compos. Consimiliter, cùm cęlum sit corpus, & hoc possit esse diuiduum: necessariò quoque cęlum erit diuiduum. Hęc Auicennæ ratio fuit. Sigillatim verò, quod pertinet ad rem nostrã, quoniã sequetur non fore necessarium id quod in Aristotelica ratione colligitur: cùm illud efficitur. Omne quod mouetur, ab alio moueri. nil.n. prohibebit, quominus à se moueatur. Nam, si ob eam rem fieri nequit, quoniam ex quiete partis manere possit, & iam cęlum ex partis quiete non manet. Ergo sequitur, vt à se moueri possit. Ita.n. collegimus hanc rationem in Auerroëm, eam videntes alio pacto cogi à nonnullis; in qua certè, si diligenter aduertas, nulla necessitas apparet. At verò facilè sese expediret Auerroës ex illo primo; quòd in iis quæ sunt ad vnum, veritatem habet illiusmodi canon, vt enti non repugnat non esse in subiecto, quod tamen accidenti repugnat. Cùm igitur cęlum

B & ea quæ ambitu cęli continentur, sint ad vnum, non est absurdum, si id quod sequitur totum, partibus aduersetur. Eaq. ratione factum est, vt id quod est diuidi, & habere primum quod mouetur, insit in corpore simpliciter, huic tamen corpori repugnet. Præterea quòd ex Auicenna opponitur, satis infirmum est. Nam tametsi ea proposito non potest esse, equus est rationis compos; contracta est illa natura cõmunis ad equum, nec est amplius animal simpliciter, sed tale animal quod necessariò non est rationis compos. Verùm si animal ipsum vniuersale spectes, siue secundùm rem, seu rationem separatum; hoc illi non aduersabitur, neque minus erit ad hoc animal per se propensum, quàm ad oppositum ea ratione qua est animal. Nam sicut ea ratione qua est animal, potest esse equus, & non esse, neque.n. esse equum est illius essentia, sic & rationis compos & impos esse potest, & ratione quidem, & potestate simul vtrunque; re verò in diuersis partibus. Sic de corpore & cęlo dicemus, nam corpus à cęlo ratione separatum aliud est, & alia sustinet attributa, neque propterea sequitur, vt cęlum sit diuiduum simul, & indiuiduum. Quin vbi etiam accipiatur ratio sola: de eodem repugnantia, quatenus idem est animo anticipari non inconuenit, vnde ipse etiam Aristoteles cęlum quiescere fingit, [a] vt ex eius quiete motus initia [a] 2. de cęl.

C vestiget, & elementa orta quæ tamen æterna esse probauerit. [b] Illud quod à nobis oppositum est, [b] 1. Met. efficax esse arbitramur: nanque efficietur id necessariò, aut demonstrationem illam futuram non esse vniuersalem, aut nil vetare, quominus saltem cęlũ ipsum per se moueatur. Ita non suppeditabit nobis hæc demonstratio viã, qua possit inueniri primùm mouens quod sit ab omni materia liberum: iam.n. ipsum cęlum erit quod per se primùm mouebitur, habens in se prima sui motus initia, nec aliunde accersita. Quanquam neque planè talis ratio satisfecisse videtur Auerroi: proinde posteriorem excogitauit, quam à philosophis iunioribus approbatum esse perspicio: appellant verò de extremo conditionali sic. Omne quod mouetur, cuius si pars aliqua quiescit, totum quiescit, ab alio mouetur. Omne quod mouetur est huiusmodi. Itaque omne quod mouetur, ab alio mouetur. Incidunt hi viri in Scyllã Charybdin euitare cupientes. Nam, quis est eius propositionis sensus? profectò, quòd illud ab alio mouetur quod habet partem, ex cuius quiete manet totum. Verùm ego hîc oppono. Aut hoc adiectum arctat subiectũ propositionis, aut non. quòd si primùm dederis: ergo medium in prima figura minus amplum erit, qui subiectum; si verò placeat secundùm, aut erit vera propositio sine conditione, videlicet: Omne quod mouetur, ex

D partis quiete manet, & sic nulla vis erit eius conditionis, aut, si non simpliciter fuerit vera, poterit esse quippiam quod moueatur non quiescens ad quietem partis; id autem per seipsum poterit moueri primò. Et sic Aristotelis demonstratio non attinget scopum suum, neque.n. necessariò resoluetur in primum motorem quo contendit. Ex eo quòd nihil seipsum mouet primò, occasio datur inueniendi motorem à quo primum mobile moueatur: siquidem in infinitum non fit processus in mouentibus. Nec certè negari potest, quin nihil olere dialecticæ videatur hæc ratio, siquidem, aut nullũ sit adiectæ conditionis officium, si non arctat, aut si arctat, quin demonstratio non sit vniuersalis, & id planè sub dubio relinquat quod potissimè vestigatur. hoc in ea liquidò apparet, quod accipitur secundùm quid, inferri simpliciter. Sic fit, vt eiusmodi rationum progressus inductus ab Auerroë mihi probari non possit. Quòd autem opponitur in hypothesi repugnantiam cõtineri, neque.n. fieri posse, vt si totũ moueatur, pars eius aliqua maneat, aut etiã committi principij petitionem, dum statuitur partem in toto manere, quod est idem àc si totum non per se primò ponatur moueri, quod sanè posteà concludendum est, sic respondetur. Ac primùm quod pertinet ad illam hypothesin generatim, ac speciatim aliqua subueniunt quæ non debeant prætermitti. Nanque illud quod audio placere nonnullis, hypothesin quæ continet id quod fieri

nequit,admittendam non esse, quòd ex ea semper consimilia consequantur. Vno enim dato absurdo, complura consequuntur; non satis verè pronunciatur. quòd si ex eo quod fieri nequit;aliquid item quod nequeat fieri, nascitur;non idcirco redundat in id quod proponitur ad concludendum: potest.n.id oriri ex altera parte ratiocinationis quæ fieri posſit. Secundò accipitur ad destruendũ, vt fit in eo genere demonstrationis quod ab ipso Auerroë nominatur ex fine destructio. Præthereà si consequens cum antecedente cohęreat, & ex ipso per se consequatur, vt si dederis hominẽ volare,quod fieri nequit,etiam sequitur ipsum habere alas, quia veritas hypotheticę non in veritate enunciationis, sed in consecutionis necessitate consistit. Vnde etiam vbi assumptum est id quod fieri nequit, si alterum simile efficiatur, quod cum antecedente necessariò coniunctum sit, hypothesis id assecuta est quod optauit. In his id quod fieri nequit,non admittendum; si ex ipso redundet quod fieri nequit,in consequens,quod ex eo dignoscitur,quoniam cęteris hypothesibus sublatis,illæ verò conseruata semper hæreat absurdum consequenti, vt si ponatur animal oẽ esse rationis impos,& Socratem esse equum,quorum neutrum fieri potest; efficitur Socratẽ esse rationis impotem,quod item esse non potest. Sed ex eo nascitur,quòd ponitur animal oẽ esse rationis impos. Ex quo fit,vt siue ponamus Socratem esse equum,siue hominem, nihilominus efficiatur ipsum esse rationis impotẽ,quod fieri nequit. Neque dandum illud quod continet repugnantiam,siue quòd vna hypothesis cum altera pugnet,quomodo superius indicauimus,vel quòd eadem habeat in se ipsa contradicentia, vt quòd cęlum ad medium moueatur; cùm illud habeat intra se: motus.n.est ad aliud. Nisi fortè vnum se habeat vt consequens, alterũ vt antecedens. Nam sic procedit argumẽtum ab apposito consequentis ad oppositũ antecedẽtis. Postremò genus illud eius quod fieri nõ pôt,repudiatur,si quod ex eo quod fieri potest,infertur, quasi fieri non posſit,nascatur tamen ex adnexo,quod fieri nequeat, vt siquis velit probare motum esse in vacuo, quia si non esset motus, ergo mobile distantiam transiret in instanti. Sed hoc esse non potest,fit ergo motus in vacuo. Nanque id non ex eo quòd ibi non sit motus, efficitur; sed ex adnexo vacuo,qđ caussa est illius incommodi. Nunc ad rem. Accipitur vnum, quod est partem manere in toto quod mouetur primò à seipso,quod continet repugnantiam:quapropter admittendum non esset. Hìc profectò non nego contineri repugnantiã, sed esto quòd contineatur,nil esse absurdi, cùm ratio consequentis & antecedentis intercedat. Nanque ea vis est talis hypotheseos,vt in argumentũ resolui debeat. Si moueretur per se primò non quiesceret ad quietem partis,sed quiescit ad quietem partis. ergo non mouetur à se primò. Quiescere verò ad quietem partis,vt sensu perspectum accipitur,ex quo probatur id quod obscurũ est,nempe non moueri à seipso primò. Neque verò puto te absurdum, & repugnans arbitrari, quòd moueatur, & interim quiescat pars, quia non necesse est id supponi, & habet fallaciam quam vocant in sensu composito & diuiso,quòd id quod mouetur,quiescit ex quiete partis quidem; sed non dum mouetur;vt primùm enim manet pars,totum quiescit quod anteà mouebatur. Non credo etiam petitionem principij committi. Nanque pars à toto saltem ratione seiungitur, & in parte quàm in toto res est euidentior: ex quibus tollitur petitio principij, vt optimè notant philosophi in argumento à definitione ad definitum.

Quę reliqui pro Aristotele dicant de demonstratione 7. Phys. Cap. XIIII.

EA verò quæ dixerunt ij qui Auerroëm subsecuti sunt, haud firma satis videntur, ne tamen videamur,vt inquit Aristoteles, homines tanti nominis indicta caussa condemnare: nec, si taciti præterierimus, sine caussa eos non secuti putemur; instituimus hoc capite seorsum afferre quæ ipsi pro Aristotele dixerint. Omnibus enim nouum quid videbatur necessitas eius consecutionis. Quiescit ex quiete partis: ergo mouetur ab alio. præsertim cùm totum non modò per se primò queat moueri, sed etiã per partem. quando.s.pars adhuc in toto mouetur: fortè etiam, quia manet pars, & totum mouetur nihilominus. Ob hæc Albertus, D. Thomas, Iandunus ita vim huiusce demonstrationis accipiebant. Omne totum in motu pendet à partibus suis quæ cõplent quantum,& vt dicunt,integrantibus ex quo efficitur,vt,si quædã pars eius quiescat,ipsum non amplius moueatur. Igitur quiescit ad quietem partis: propterea mouetur,non à seipso primò,sed à parte per se. Neque volunt eam propositionem intelligi simpliciter, videlicet, quòd totum quiescat ad quietẽ partis,sed priuatiuè sumunt quiescere.i.non moueri,quia non amplius totum materialiter sumptũ mouetur,sed moueri quidem potest: at non totum,vbi etiam quælibet pars accipitur,nullo inter eas aut discrimine, aut ordine constituto, quasi dicatur, quælibet pars illa sit; si maneat quæ manere potest, non mouetur amplius totum primò. Sed (nisi me animus fallir) si talis est eorum sententia,qualem nos audiuimus, aut leue theorema proponitur ab Aristotele,aut non satis præstat ipse quod vult. Nam,si absolutè intelligendum sit: Omne totum in motu pendêre ab omnibus suis partibus & ineptum & falsum est. quoniam, si loquamur de

toto

A toto materialiter ſumpto, iam patet, quia dempta parte quadã non ſeruatur amplius totum, ideò neque totum moueri poteſt, idq. adeò perſpicuũ erat, vt demonſtrationis non indigeret. Falſum verò, quoniam etiam contingit nonnunquam parteis non moueri, quanuis totum moueatur, vt in progreſſu, qui motus totius animalis eſt; manus, aut pes locum non mutant. Quare manent quidem per ſe partes; immò ſi mouentur, per accidens aguntur, quia.ſ. totum mouetur. Adde quòd Ariſtoteles in iis quæ viuunt, nõ obſcurum eſſe dicit, quòd habeant intra ſe principium ſui motus, & ob id quòd à ſeipſis moueantur, ſed in non viuentibus obſcurũ eſt, & propter hæc hanc ipſam demonſtrationem aggreditur, atque vt vniuersè concludat motum in duo principia inter ſe diſtincta diſſolui, alterum quod vim habeat effectricem, alterum verò patibilem. atqui conſpicuum eſt, totum materialiter ſine motu partium exhiberi non poſſe. Poſtremò quæro, ecquis vſus futurus ſit huiuſce demonſtrationis, poſtquã nouerimus totum materialiter acceptum pendere à partibus quanti? Cum.n. hæc demonſtratio dirigatur ad ea quæ de motore primo ſunt diſputanda, quem cognoſcemus à mobili ipſo diſtinctum, non ratione ſolùm, verùm etiam re; quónam pacto pertinet illuc, noſſe totum materialiter à partibus ſuis, vt quantũ eſt, pendere in motum, immò ſi pendet ab ipſis, neceſſe non erit excogitare aliud mouens externum: quandò ipſę parteis per ſe ſufficiant ad motum ſuo toti cõmunicandum. Nanque illud nullius omninò ponderis eſſe puto apud D. Thomam, qđ obiiciebat Ludouicus Buccaferrea, quòd ita manifeſtũ eſſet, B Omne id quod per ſe mouetur, diuidi in duas parteis quarum altera per ſe moueretur, altera verò per ſe moueret, vt de hoc non fuerit ab Ariſtotele quęrendum: proptereàquòd hoc ipſum eſt, quod in hoc libro veſtigatur, præſertim quòd etiam D. Thomas autumat formã eſſe principium patibile eius in quo eſt. Diuo Thomæ ſucceſsit AEgidius, & talem demonſtrationis noſtræ ſenſũ, atque probationem protulit in medium. Siquidem accipiat nihil eſſe poſſe cauſſam principem ſui motus, quæ.ſ. per ſe & primò conueniat; ita vt quodcunque mouetur, ſemper habeat motorẽ à mobili ſeparatum, ſiue re, ſiue ratione nihil in præſentia referat. Hoc verò theorema ſic probare inſtituit. Primùm enim, quia ſi totum foret cauſſa princeps ſui motus, eſſet ſanè indiuiduũ; nã conuerteretur, vt aiunt, ſupra ſeipſum, & pars ad partem quamlibet aptaretur. Deinde verò, quoniam id quod ineſt in aliquo primò, non poteſt ab eo ſeiungi, tametſi ab omnibus aliis ſegregatur. At poteſt totum moueri per ſe primò. Ergo etiam ſi partes quieſcant, adhuc mouebitur. Cùm verò, hoc fieri non poſsit; ſequitur, vt nihil ſe primò queat mouere. Sed concluſionis ſenſus admittatur, licet eum à quibuſdam non recipi videamus. At quid de probationibus iſtis? C quantũ, bone Deus, diſtant ab Ariſtotelicis? Neque.n. Ariſtoteles, de inuiduo, neque de eo quod quatenus ipſum ineſt, quicquam hic pronunciauit. Mitto etiam, quòd ea quæ diſputata ſunt cõtra D. Thomã, valent item aduerſus illum ipſum Aegidium, niſi adſcribat & alia quibus noſtrũ problema contrahatur. Prætereo quoque prudens robur eius probationum. Nanque vndénam conſtitit vſque adhuc id quod ſeipſum moueret, eſſe indiuiduum? aut etiam indiuiduum mouere ſeipſum? Quin nihil à demonſtratis abhorrere conſtat magis, oportet.n. id quod mouetur eſſe partim in termino à quo, partim in termino ad quem: itaque eſſe diuiduum. At ſi quo in loco minus valet hoc, valet in ipſo Deo in quo idem eſt mẽs, intelligẽtia, & id quod intelligitur. ſiquidem mẽs noſtra, licet indiuidua, ſeipſam non moueat, cùm obiectũ quoque requirat, à quo mouetur, 3. verò de Anima conſtabit, quæ ſeipſas intelligunt ſubſtantias eſſe ſine materia. Sic aũt mira perturbatio methodorum, & phyſicę, & primæ philoſophiæ coniunctim, & phyſicę ſeorſum conſequetur. Adde & vitium in ſecunda probatione: quandoquidẽ ipſe totum diſtinguit à ſuis partibus, atqui totum ſic acceptum idem eſt atque ſuæ partes omnes. Ob eam igitur cauſſam Scotus eodem ſenſu theorematis noſtri recepto. Nihil ſeipſum mouere primò, cùm videret D quippiam ſe primò poſſe mouere dupliciter, vel quia pars vna alteram afficeret, vel quòd ſecundùm parteis omneis vnà moueretur, expreſsit ſenſum illius in hoc ſecundo modo, atque id fieri non poſſe voluit ab Ariſtotele probari: ita vt, & ſi priore illo modo multa moueri poſsint, ne dicam omnia corpora; at ſic moueri, vt ſecundùm parteis omneis ſimul ſeipſum moueat, fieri non poſsit: aliter in euidentem repugnantiã incideremus, fore.n. vt quieſcente parte aliqua, quieſceret etiam totum: veluti concluſum eſt ab ipſomet Ariſtotele. Rurſus cùm ſe mouere inſit in mobili primò & per ſe: ergo etiam, ſi quieſcerent partes, adhuc moueretur totum: quamobrem moueri ſimul, & non moueri poſſet, quod cùm fieri nequeat; fieri item nequit, vt idem ſeipſum moueat primò. Cęterùm & eodem vitio laborat hæc ratio, quo item Aegidiana laborabat; dum ipſe diſtinguit totum, vt quantum à partibus ſimul acceptis, nec de altero totius ſignificato, aut motu qui fit per aliquã partem, aut abſolutè, aut collatè hîc mentio facta eſt. Reprehendebat omnes hos cõmuniter Ludouicus Buccaferrea duplici nomine. Tùm quòd omnes efficerent demonſtrationem Ariſtotelicam negantem quæ tamen eſſet aiens: dicebant.n. id concludi, nihil à ſeipſo moueri primò; cùm tamen Ariſtoteles id colligere, & proponere contendat. Omne id qđ mouetur, ab alio moueri. Tùm etiam quòd demonſtratio, ſi conſtrueretur hoc modo, non coge-

retur vniuersè: nanque non tantum de eo concludi potest, à se non moueri primò cuius motus pendet à partibus; verùm etiam de illo cuius motus ab alio quocunque proficiscitur: nil est.n.à quocunque moueatur, quod à se primò cieri posit. Ita cõmittitur error secundus in vniuersali ex huius viri sententia: si ratiocinatio colligatur, vt iam dictum est, de eo quod mouet seipsum. Hæc ille, obiiciebat, tantumq. tribuebat hisce suis argumentationibus, vt aliis omnibus repudiatis, afferret ipse diuersam interpretationẽ quam tamen auctoritate Simplicij profiteretur. ea verò sic habet, vt de mobili à se primò verba fiant, non quidẽ, quia totum materialiter sumptum moueat seipsum, sed quia diuidatur in duas parteis quarum altera sit mouens, altera aũt mobilis: rationes verò sic construantur. Omne diuiduum mouetur ab alio. Omne quod mouetur est diuiduum. Ergo omne quod mouetur, ab alio mouetur. Constitit assumptio 6. Phys. Propositio verò euidentiã ex eo consequitur, quia siquid à seipso moueretur, idem foret actu simul, & potestate. Sequitur igitur, vt omne quod mouetur, è duplici natura constet, altera quidem quæ moueat, atq. altera quæ moueatur. Attamen & hæc interpretatio peruersa, & omnium pessima habenda est. Nam cùm Aristoteles iis omissis quæ manifestum motorem habent qui distinguitur à mobili, de illis tantum verba faciat, in quibus id obscurum est; ipse assumit rationem quæ cõmuniter ad omnia pertinet quæ mouentur: quandò neq. illa etiam possint habere idẽ subiectum, quod actu, & potestate simul esse posit. Prætereo quoque, quòd Aristotelem faciat redundantem qui iterum repetat eandem demonstrationem, aut mutilum, quia medium prætermittat quod cum sua demonstratione congruit, & quantum est merito sui prorsus ignotum: necnon, quòd ex diuisione mobilis ea duplex natura probetur, quia diuisio secundùm quantum nos illò minimè perducit, sed diuisio secundùm parteis quæ complent essentiã, vt ipsi arbitrãtur: quoniã tale mobile assumunt, quod in eiusmodi parteis diuidatur; atqui de tali diuisione nondum mentio facta est. Et apertè significauit nobis Aristoteles se verba facere de diuisione secundùm quantum, vbi accepit esse contigua, vel continua mouentia cum mobilibus. Neque dum certè perspicuum erat in ea methodo tale mouentium genus. Quoniam autem in eodem sensu sumitur ea propositio ab aliis eiusdem sectę viris; hîc itidem non grauabimur illa proferre quibus liquidò cõstet Aristotelem hoc loco parteis quanti constituere. Etenim statuitur eiusmodi pars moueri & quiescere, atque inter mouendũ agitari, quod ab indiuidui natura maximè abhorret: eoq. maximè, si moueatur primò. Neque.n. hoc tali parti denegatur, quantũ est ex eorum vi quæ assumpta fuerunt. Præterea, nisi pars illa quæ primò mouet, esset quanta, non efficeretur motum infinitum fieri in tempore finito, vbi deinceps moueantur prima mouentia, quòd ex indiuiduo maius, vt nosti, non fiat. Itaque ob eam caussam partes quanti in illa demonstratione continentur.

[a] 8. Phys. Neque tibi molestiam pariat, quia Philosophus [a] item incorporeis ἅπτεσθαι.i.tãgere, aut συνεχῆ.i.continua tribuerit. hæc.n. de illis metaphoricè prædicantur, siue ad vnum. Quapropter credendum fuit hæc de talibus propriè fuisse proposita, nec aliter in ea methodo fieri potuisse, quia nondum cognitum foret esse tale mouentium genus, sed posteà longo demonstrationum tractu conficiendum fuerit. Ita id in quo seipsi tantum extulerunt, siue magno negocio collapsum est. Veruntamen hæc ex consequentibus melius cognoscentur.

Demonstratio 7. Phys. in sua primordia resoluitur, & aliorum argumenta diluũntur. Cap. XV.

RELIQVVM est nunc, vt aliorum sententiis confutatis, iudicium nostrum breuiter in medio afferamus, & cętera persequamur quæ sunt huius negocij. Nanque & doctoris illius eximij rationes diluẽndę sunt, & de nostrę demonstrationis genere quærendum est. Cùm igitur à nobis dictum sit Aristotelis rationem eò pertinere, vt intelligamus nil seipsum mouere primò, hoc est, vt quatenus mouetur, etiã seipsum moueat, & nil esse sibi caussam propriam, &, vt aiunt, adæquatam sui motus Aristotelis consilium exponendum est, & illò demonstratio dirigenda quò contendit. Hoc autem fuerat optimo iure vestigandum. propterea quòd cùm oẽ quod est per accidens, siue per aliud, ad id referri videatur quod est per se & primò; propter quod etiam cęteris attribuitur: cùm inter ea quæ mouentur, illa sint, quæ mouentur ab alio; necesse item erat, vt aliquid esset quod à seipso moueretur. At id quod à seipso moueri potest, dupliciter se habere nostra cogitatio cõprehendit, vel quia moueatur à seipso primò, vel etiam quia constat è duab. partibus quarum altera à sibi contigua proximè moueatur. Quoniam ergo dubium esse potuit, vtrùm quippiam à seipso moueretur primò, nec'ne: illud ab Aristotele ante alia quæsitũ est, atq. conclusum, nullo modo fieri posse, vt quicquam à seipso moueretur primò, sed si moueatur, necesse sit illud ab alio moueri, quod tamen non procedat in infinitũ, atque adeò vt ad aliquid perueniendum sit quod moueatur quidẽ, sed non moueatur ab alio. Verùm, quia nil potest à seipso moueri primò, sic moueatur; quoniã distinguitur in duas parteis, quarũ vna per se mouet, altera verò per se mouetur. Itaque tale erit principium mouens, nec quidem simpliciter, verùm id quod

in mouendo

A in mouendo mouetur, quod.s.est mobile primum. atque hoc corporeũ est,& diuiduum,& vsq. ad hanc metam demonstrationem septimi peruenire profitemur. Cęterùm, cùm id resoluatur in aliud mouens, cuiusmodi hoc sit, perquiri dicimus in 8. Nanque oportebit hoc mouens esse indiuiduum, quod item erit duplex, vel immobile per se, solumq. per accidens mobile, vel immobile vtroque modo, huiusmodi autem erit id quod verè primum mouens est. At siquis intimè rerum naturã contempletur, optimè perspiciet, tale mouens esse inanimali: quapropter ab Aristotele dictum est, [a] ab animo incipere oẽm motum: quandoquidẽ illud solum est quod à seipso planè mouetur; cùm in eo propter partium difformitatẽ pars mouens à mobili separata sit; inanima verò distinguantur ab eo, quia cùm moueantur ab alio (nihil.n.seipsum mouet primò, vt hæc demonstratio docet) externum aliquid poscant; licet id fortasse lateat à quo mouentur. [b] Inanimato.n.est & primum corporeum, vnde alia mouentur, tum intra animal, tum extra, quod aut cor est, aut illi pro portione respondet; est & id eiusmodi, vt per se moueatur, hoc est, manentibus aliis; alia verò non moueantur sine ipso, siue, dum ipsum mouetur, & per contactum, siue per virtutem ab eo transfusam. Nam fieri potest nonnunquã, vt motu partis illius deficiente, aut etiam cùm ablata fuerit, [c] aliquandiu reliquæ partes moueantur. Quo fit, vt tum Galenus, tum Auerroës in eo lapsi sint; ille, dum insultat Aristoteli: hic, dum Galeno repugnat: ille dicens
B cor non esse principiũ motus, eo quòd animal quoddam ambulat sine corde; hic dum ironicè opponit se arietẽ sine capite vidisse currentem. Nanque hic aliquid accipit, quod nullo modo fieri possit. Etenim animalia perfectiora non sustinent tantam noxã, & quanuis adhuc viuerent moueri non possent; ex ceruice.n.vincula pendent, actu distincta, quibus vniuersæ partes corporis colligantur, sustinentur, & afferunt robur, quo maximè opus est in motu, quibus dissolutis, ne dum robur habeat, quale requiritur in motu, sed protinus concidat necesse est, ille non animaduertit virtutem à principe membro cõmunicatam diutius posse conseruari. quamobrem etiam didicimus caput marinæ testudini abscissum nõ continuò mori, [d] sed & videre, & si ante oculos ei manus obuersetur, illos claudere, & paullò etiam propius, si manũ admoueas, mordere. Atque hoc primum mouens corporeũ in corpus & animam distribuitur: quandò animus est mouens, cor autem mobile. Sed enim quia talis forma quoquomodo pendet à materia, contingit, vt moueatur ad motum eius in quo est, & per accidens; idcirco animus non est primùm mouens simpliciter, neque ob id cor est mobile penitus primum. Itaque rerum ordo nos eò deducit, vt aliquid tale simpliciter inueniamus quod sit prorsus immobile cum per se, tum etiam per accidens: hoc
C autem erit id à quo cęlum proximè mouetur. Quare cęlum erit illud animal quod verè primùm erit, & primùm mobile, & cùm sit primùm, vnde reliqua corpora mouentur, id quod per se mouetur, idcircò diuiditur in partem per se mouentem, & partem per se mobilem, atque illam quæ per se mouet, eiusmodi, vt sit omnino, & omnibus modis immobilis; hæc verò vt talis esse possit, ab omni materiæ concretione libera ponenda est, & vt per indiuiduã speciem cum reipsa mobili copuletur, & ita moueat, non quia mobili det quendam impulsum, quemadmodũ ille qui agitat, & voluit rotã, aut pilam: sed quia cùm sit præsens ipsi mobili, suiipsius imitandi cupidinem incutiat, siue ea sit naturalis, siue animalis, siue vtroque modo, dicetur alio loco. Sic facilè apparet, vt hæc demonstratio non resoluatur in primum mobile, & primum mouens simpliciter, sed egeat alterius quæ subuectitur 8.Phys.& vt hæc sine illa prorsus sit mutilata & mãca: à primo.n.quod mouetur inter corpora, in quoq. motu reperiuntur primum mobile simpliciter, & primùm mouens. quem nexum rerũ, quia parum, aut nihil obseruarunt eorum voluminũ interpretes, imperfectũ progressum physicę auditionis effecisse mihi videntur. Persequitur ergo Aristoteles 7.Phys. corpora ipsa naturalia solùm, nec procedit vlterius, vt etiã in animante in quo peculiari quodam
D beneficio partes ita connexæ sunt, vt vna possit absolutè moueri, & vbi moueatur, alias cõcitare, cùm cęteroqui continua sint, quorum motus est vnus, & ea pars prima, vnde omnis motus in animali deducitur in partẽ adhuc per se mobilem; atque alteram, quæ per se moueat, partiatur; nil prætereà spectet demonstratio præsens præter id, vt ex partibus corporis, & integrantibus cõstet, de quibus communiter, vt corpora sunt, & vt ex partibus integrantibus componuntur, ostẽdatur à seipsa non posse moueri primò, sic vt totũ à seipso toto moueatur, sed ab aliquo moueri necessarium sit, siue ab externo, siue interno principio, nihil refert. Nanque in animante, si ad id deuenire oporteat, vnde motus exoritur, planum quòd erit vna quędã pars à qua toti corpori motus impertiatur. Quare non à seipso primùm mouebitur animans. In cęteris corporibus quę continua sunt, etiam motus nascatur ab alio necesse est, quòd à toto mobili secretum sit, siue vt pars integrans à reliquo corpore (tametsi id in animali solo contingere dicimus) siue extra mobile existat, quod erit generatim de inanimis posteà peragendum. Nam, si rectè inspicias id quod infertur ab Aristotele in cõplexione sui syllogismi, nil aliud habetur, quàm ꝙ non moueatur à seipso primò: huic verò non repugnat, vel à parte, vel ab alio quopiam moueri. Satis enim est, vt sit loco disclusum id quod mouet, ab eo quod mouetur. quòd sic à seipso primò non mouebitur.

[a] Lib de motu an. c.5.
[b] 8. Phys. T.27.
[c] Lib. de respirat.
[d] Ælian.

Quia verò perspicuum foret, vt ipse item philosophus affirmat, ab alio moueri animans, de inanimo dubium, & id solùm patet, ab aliquo moueri, vel idem à seipso, vel ab aliquo separato moueatur, adhuc incertum est. Nam totum & partes vnico motu agitantur. Hoc igitur demonstrandum fuit, & in his conclusum à seipsa moueri non posse, quia parte vna quiescente totum non moueatur, atque illud totum quod ex omnibus partibus cõstat, vnde nascitur motus, siue sit vnũ continuum simpliciter, siue vnum factum ex mouente & mobili, vt ex manu & calamo: itaque non habere in seipso caussam motus absolutã & adæquatam, sed quæ aliunde peti debeat, siue intra, siue extra, discutietur posteà. Quapropter neq. etiam illò peruenit demonstratio 7. Phys. vt inferatur à seipso moueri, sed non primò. & quiddam generalius est non moueri à seipso primò, quàm moueri à seipso, sed non primò; sicut etiam generalius est, non esse hominem album, quàm esse hominem non album. Nanque esse hominem non album ad aliud nihil quàm ad hominem pertinere potest, sed equus non est albus homo, & lignum consimiliter, & non ens etiam nõ est homo albus, & à seipso moueri animantia sola cõplectitur; hęc.n. sola mouentur à seipsis, sed non primò: alterum continet itẽ inanima: non.n. mouentur à seipsis primò, non licet autem dicere, aut saltem non indicat id demonstratio pręsens, hæc moueri à seipsa non primò: quandò neque à seipsis omnino mouentur, vt posteà declarabimus, sed illò solum peruenit, quòd quodcunque corpus quod mouetur, ab alio mouetur, & si non fuerit per se & primò mobile, quòd mouetur ab aliquo per se & primò mobili. de mobili per se & primò non agitur. Nec quòd ex quiete partis quiescat, arguit idcirco totum à parte moueri, ad cuius quietem cessat, quòd omnis pars est eiusmodi, vt ea quiescente totum non moueatur, si continuũ fuerit, & non organicũ; addo etiã animal, si vt continuum quid animo concipiatur, non vt diuersis partibus aggregatum: quacunque.n. parte vel infima & à motus initiis maximè longinqua manente, vt pede, non rectè dicitur moueri totum in hoc significato, nec tamen à pede mouetur animal. sic quiescit totum continuum qualibet parte feriante seorsum, neque tamen ex hoc sequitur, vt ab ea parte moueatur. Ideò nil aliud hæc demonstratio conuincit, nisi quòd non moueatur à seipso primò totum à quocunq. alio moueatur, & cum multis modis possit aliquid moueri, vel accipiendo formam, vel obice repulso, generatim comprehendit omnẽ mouendi rationem, & valet in iis in quibus est dubium, vnde motus nascatur; quãdo partes omnes vnà mouentur: etenim suspicari possemus tunc à seipso moueri totum primò; quies igitur in parte facta monstrat in eo prima motus principia non inesse: ita vt, etiã si perspicuum sit totũ non moueri parte manente, illud adhuc ignoretur, an'ne ipsum secum ipsum sit caussa sui motus adæquata: quies igitur partis quæ toti communicatur, hoc monstrat: neque id solum quòd totum non moueatur, quia, ratio totius posita sit in suis partibus vniuersis, tum verò non vniuersæ moueatur, quia maneat aliqua, vnde totius ratio corrumpitur; verùm etiam, quia manente illa reliquæ item manent, vt si ensis capulum fortiter manu teneas, ensis totus loco moueri non põt, & ita fit in omnibus continuis. Et hoc pacto demonstratio conseruatur vniuersalis, à principiis manifestis repetitur, & cętera admittit quæ de motus initiis in sequentibus ab Aristotele longo sermone peracta fuerunt. Hæc planè animum sedare possunt. Attamen & illud tibi proponere constitui, cuius initia si probaueris, tibi fortè succurrat, quò facilius defendatur Aristoteles. Etenim, si motum ipsum totum consideres, quò fit ab efficiente corporeo, quod primum obiicitur vt perspicuum in nostra methodo, & in iis potissimè quæ sunt actu: cùm simul & eodem motu moueatur quo mouet, vt docuit Aristoteles, [a] vbi confutauit eos qui dicebant esse corpus, & corpori organico iam formato si peruenire: vnus erit motus qui tanquam in subiecto, continebitur in parte mouente, & mobili simul, isq. totius erit cuius duæ sunt partes adeò diuersę. Hoc igitur totum, cùm eodem motu moueatur, quòd partes omnes vno eodemq. motu aguntur; non tamen seipsum mouebit primò, sed ab alio mouebitur, quia manente parte quæ mouebat, totum non mouebitur, immò quiescet totum, & pars à parte mouebitur, sed eiusmodi quæ sit corpus, & à certa parte quæ sit principium. Nec ab hac nostra coniectura abhorrent illa quæ subiecit Aristoteles, vtpote quòd mouens cum mobili coniunctum sit, & quòd mouens naturale in mouendo moueatur. Et hoc etiam modo demonstratio vniuersè concludetur, & caussa motus assignabitur, & res dubia cognoscetur. Cùm hæc ita sint, exploremus nunc quid ponderis habeant contra nos obiectiones Ludouici Buccaferreæ. Cùm inprimis ipse opponebat demonstrationem nostram fore negantem, cùm ipsa sit aiens. Quæ'nam obsecrò, necessitas, vt demonstrationes omnes aientes futurę sint? At perfectissima est aiens, esto nos hîc non in eo perfectionis gradu demonstrationem postulamus; satis est nobis si plenam fidem faciat eius qđ quærimus. At Aristoteles aientem conclusionem colligit, nimirùm. Id quod mouetur, ab alio moueri. Quid si dixero esse quidem hoc consequens, non proximam demonstrationis nostrę conclusionem. Quòd si hæc commeare volueris: Non moueri à seipso primò, & ab alio moueri; resolue igitur & in aientem hanc nostram, si tibi placeat aiens; solumq. memineris in aiẽte cõclusionem fore necessariã materiæ merito, cùm formæ beneficio sit de [illegible]

[a] 1. de An.

Quod

A Quòd obiicit demonstrationem peccare in regulis vniuersalis: nam communius esset prędicatū, quàm medium,& medium, quàm subiectum: quippe non moueri primùm à seipso, quàm animatum, & continuum. Quæro.n.primo loco, de quónam solet afferri demonstratio? certè de re obscura. Nam quæ manifesta sunt,initia demonstrationis euadunt,non aūt demonstrantur. At in iis quæ mouentur ab alio manifestè,quid concludere oportebat ea non moueri à seipsis primò? quis est adeò corpore & pectore obeso,vt exigat eorum demonstrationē quæ mouentur ab alio perspicuè,vt in his quæ violenter aguntur,an à seipsis primò concitentur? nec verò quęritur de animalibus,licet idem attributum vtrisque conueniat, quòd in his dubium non est, quanuis extra se motorem non habeant, moueantur'ne primò à seipsis; apparet.n.pars mouens ab aliis segregata:sed pertinet hoc ad inanima,cùm videamus ea moueri quidem, sed lateat mouens: & hæc monstrat Aristoteles à tali quoque principio moueri quod à re mobili disiunctum sit,neque ratione tantum,sed etiam loco,multoq. magis,quàm in animantibus,ibi.n.mouens intra est,hæc prorsus ab externo mouentur,accipiendo perpetuò corpora,nihil hîc agendo de principiis ad essentiam pertinentibus,tametsi in alia principia resolui queunt animantium motus in animum.s. aut quod illi proportione respondeat,vt in cęlo, quibus tamen inest generatim, vt ita moueant,
B quatenus à re mobili segregata,seu loco,seu subiecto. Neque.n.principium illud mouens in cęlo pertinet ad constitutionem mobilis, vt forma simpliciter, sicut animus ad constitutionem viuentis. Verùm,quia loco non distinguitur eo quòd est incorporeum, sic distingui subiecto nunc intelligimus; non sanè quòd positiuè, sed quòd priuatiuè distinguatur. Quoquomodo se habeāt hęc; contractum est illud prædicatum ob eam caussam quam nuper exposuimus, ex quo subiecti factum est proprium, quod est inanimum, licet animal etiam communiter complectatur.

Exploratur genus demonstrationis 7.Phys. *Caput XVI.*

CONSEQVENS est nunc,vt illud item perpendamus,cuius'nam generis sit allata demōstratio,an'ne à signo,quemadmodum censuit Auerroës, an etiam à caussa, veluti decreuit Themistius. Adsunt,n.qui Themistio faueant Auerrois auctoritate posthabita. Sunt qui conentur vtrunque defendere. Audiamus igitur ea quæ singuli dicunt,vt quid potius sit,sumere valeamus. Themistius,quem vir acerrimi iudicij, & Latinorū omnium sine controuersia princeps D.Thomas est consecutus,eam demonstrationem esse duxit ex causis,atque illam quidem eius-
C modi,vt vim habeat ostendendi. Auerroës contrà (hunc verò sequuntur Aegidius atq. Burleus) eam statuit à signo. Adiecit etiam magnus ille philosophus,eam ex illo genere esse, quæ colligeret id quod fieri non potest. Caussam illi accipiebant,quia motus totius penderet à motu partiū. In eos inuehebantur Aegidius, & Burleus hoc modo. Quoniam demonstratio quæ struitur ex causis,caussam æqualem effectui debet assumere. atqui demonstratio nostra nō est huiusmodi; siquidem illud conclusum sit. Omne quod mouetur,ab alio moueri. At medium illud etiam reperitur in iis quæ mouētur à seipsis: etenim & hæc manent ex quiete partis. ideò cōclusionis oppositum cum eodem antecedente consistit. Medium igitur multò amplius quàm ipsa cōclusio. Potuit hæc ratio tantum Apud Ludouicum Buccaferream,vt ipsi cedens, tametsi demōstrationē censuit esse ex caussa,mediū illi tribuerit, quia nihil esse possit actu simul,& potestate propterea neque mouens simul,& mobile. Verùm quòd eiusmodi progressum quondam reiecimus,eo dimisso nūc de altera secta dicamus. Video verò taleis rationeis ab interpretibus excogitatas quib. duci poterit Auerroës ad credendum hanc demonstrationē esse à signo, vel quia resoluatur in argumentum quo deducimur ad id quod fieri nequit: censet aūt ipse tale genus demonstrationis
D esse generatim à signo,vel quòd ex prędicatis quibusdam conflata sit quę primò non insunt.nam motus de toto concluditur: is verò prius inest in parte,vt in subiecto: vel vt alij dixerunt, quia non progrediatur ex causis, quoniam partis quies non est caussa,cur totum à seipso primo non moueatur. Si mihi licet nunc dicere quod sentio. Non placent ea quæ ex Auerroë dicūtur: nam multa committi video quæ à regulis dialecticis absunt. Primum, quòd putant ab eo nominandā esse demonstrationem ex eo genere quod deducat ad id quod fieri nō potest, quoniam eius prosyllogismi sint eiusmodi. quid.n.prohibet propositioneis categoricas,per tale rationū genus demonstrari, quæ tamen conficiant syllogismum categoricum, non autem colligentem id quod fieri nequit? ab eo quod fieri nequit, quod in cōplexione colligitur, demonstratio talis appellatur. at hęc in prosyllogismo continet id quod fieri nequit,vel illo auctore. Præterea quòd dicitur aliquam demōstrationem esse à signo,quia terminetur eo quod non potest esse, quid habet hoc necessitatis? Sed,vt res hæc euidentior fiat,pauca quędam de fide demonstrationis illius existimo subiicienda. Compertum ergo est illud,hanc demonstrationem in ea principia tendere, quæ sunt iis opposita,è quibus conflatur demonstratio vera: at principia verò demonstrationis, ita nobis perspicua creditaq. esse debent,vt ex eorum lumine & fide reliqua noscamus,& credamus

mus quæ proficiſcuntur ab ipſis, tum etiam quòd iis oppoſita è quibus fit ſyllogiſmus contrariæ deceptionis, falſa ſint. Quare, quòd hoc fieri non poſſe cognoſcamus, in quod nos ea demonſtratio deducit, id totum aſſecuti ſumus eius beneficio quod nouimus eſſe verum & neceſſarium; non ſecus àc cùm percipimus obliquum beneficio recti. Ita ſit, vt hęc demonſtratio fidem impetret à principiis rectę demonſtrationis. Quamobrem ſi ex illis exiſtit demonſtratio per cauſſam; ergo & ea quæ ducit ad id quod fieri nequit, ex cauſsis eſſe poterit. Poſſum ad hoc confirmandum vti Ariſtotelis auctoritate [a] qui idem eſſe ſcripſit vti recta demonſtratione, atque illa quæ ducit ad id quod fieri non pôt: quaſi contingat eadem eſſe demonſtrationis vtriuſq. principia. Verumenimuerò, num'ne omnis demõſtratio ducens ad id qđ fieri nequit, ex cauſſa conſtruatur? Minimè verò, tum quia finiri poteſt oppoſito cuiuſdã conſequentis: tum etiam quia non ſemper proficiſcitur ab oppoſito concluſionis ad oppoſitum principij cuiuſdam, ſed perpetuò tendit ad oppoſitum eius quod nobis notius eſt, vt fidem faciat maiorem. Cùm ergo eueniat in quibuſdam, vt principia, licet nota natura, nobis tamen ignota ſint, & concluſiones, quanuis ignotæ natura, nihilominus perſpicuè nobis, ſiquando principia nobis obſcura fuerint, concluſio verò manifeſta; tum nos ab oppoſito principij progredimur ad oppoſitum concluſionis. Sic fides eius demonſtrationis innititur illius enunciationis euidentia quæ fuerat demonſtrationis rectæ concluſio. Propterea ſequitur, vt cùm concluſio ſit natura poſterior, ea demonſtratio ſit à ſigno, quę ducit ad id quod fieri nequit. Efficitur ergo, vt cum à ſigno, tum à cauſſa demonſtrationem eiuſmodi eſſe contingat. Proinde monebo fautores Auerrois, ne tanquam generale accipiant id quod ſigillatim, & indefinitè nonnunquam ab ipſo pronunciatum fuerit, vt perſpicuè cernitur 1. de cęlo, cùm meminit de genere demonſtrationũ quibus confirmauerat Ariſtoteles vnũ eſſe mũdum. Rurſus quod inquiunt aliquam demonſtrationem à ſigno nuncupari, quia fiat è pręndicatis quæ primò non inſint ſubiecto: niſi accedat diſtinctio; prorſus eſt Analyticen ignorare. Nouit.n.is etiã qui illam vel primis, vt dicitur, labiis deguſtarit, prędicatum de ſubiecto, etiam ſi mediam habeat cauſſam, modò careat medio, tanquàm ſubiecto, idoneum eſſe, & accõmodatum ad ipſam demonſtrationẽ; immò tale fore neceſſariò, vt demonſtrationi reddatur obnoxium: neque aliud vllum poſſe demonſtrari ſimpliciter. Igitur addere oportebat tum eſſe demonſtrationẽ à ſigno, cùm prędicatum primò non ineſt, quoniam ſubiectũ aliquod intercedat qđ à cauſſa ſeparatũ ſit, aut oſtendere partem cui primò tribuitur, eſſe ſubiectum, & nullo modo cauſſam. Nanq. etiam illa demonſtratio quæ cauſſas remotioreis accipit, cùm habeat medium ſubiectum (inter reſpirãs enim & animal exiſtit habens pulmonem) in ſignorũ genere numeratur. Quanquam, ſi rem diligentius expendere velimus, non eã, quod ipſi faciunt, demonſtrationem à ſigno nuncupabimus, ſed nomen ſigni tollemus; addemus τὸ ὅτι.i. quòd eſt. Nam cùm medium in argumento ſe habere poſſit, vel vt ſubiectum; veluti cùm mobile per animal, aut cùm diſciplinæ capax per rationis compos oſtenditur, vel vt accidẽs cùm ex effectu cauſſa colligitur, vt planctas eſſe propè, quia non ſcintillent, aut etiam velut anteà diximus, quòd paries non reſpiret, quia non ſit animal. hæc duo ſola argumentorum genera demonſtrationem eius quod eſt, Ariſtoteles ipſe vocauit, à ſignis excluſit, quòd cauſſas quomodocunque (vt arbitror) attingerent, quæ cauſſas non includerent, demonſtrationis nomine dignatus non eſt, ſed, aut τεκμήρια.i. certas notas appellauit, vbi comitantia perpetua forent, aut vbi minus certa, σημεῖα.i. ſigna perhibuit: quaſi cùm demonſtratione differant, quandò id quod in ipſa continetur, eiuſmodi eſſe debeat, vt aut cauſſa ſit, aut in eã proximè reſolui poſsit. Quam porrò ridiculum illud quod Aegidius & Burleus nimis acres Diui Thomæ inſectatores obiecerunt. Sępe.n. iſti derelicto veritatis ſcopo concertant, qui quidẽ vnus philoſopho debet eſſe propoſitus, hic intuendus, huc eius curſus dirigi debet. Sed quantùm, bone Deus, inde nos ambitio torquet? Inquiunt ipſi eam non eſſe demonſtrationem ex cauſſa, quoniam valet etiã in iis quæ mouentur à ſeipſis. At non vident id concludi non moueri à ſeipſo primò, quod item cõplectitur ea quę per ſe ipſa mouentur, nanq. etſi mouentur à ſeipſis, non tamen primò mouentur. Tametſi nos contendimus Ariſtotelem ea, tanquam id quod inquiritur, nobis in illis perſpectum foret, omiſiſſe. Neque pugnant illa, à ſeipſo & ab alio moueri, quod ipſi opinantur. Sed hęc in alios ſatis dicta ſint. Verùm quid de hoc genere demonſtrationis? Equidem, quòd bifariam parteis expoſitio noſtra ſumpſit vel vt in toto, quatenus eſt quantũ, vel vt ſubiectum motus vniuerſi; puto ſi partes priore modo concipiantur, eſſe diſtinguendum de quiete partium, aut.n. parte vna quieſcente, cętere mouentur, aut etiã vnà cunctæ quieſcunt: ſi reliquæ moueantur, quoniã ratio formalis totius poſita eſt in partibus vniuerſis, quia non vniuerſę mouentur ex vnius quiete, dico demonſtrationem eſſe ſimpliciter, cuius medium contineat cauſſam materialem, ſecundùm analogiã, prout materia toti generis illius conueniet, quòd ſi parteis reliquas cùm illa manere cogitemus; illam habebo demonſtrationem quòd eſt ex eo genere, quod continet cauſſam remotã, & quę in aliam priorem cauſſam reſolui queat, vt puta continuitatem. quapropter & illi conueniet concluſio negans, qualis infertur in tali ſpecie demonſtrationis.

[a] 5. Top. c. 3.

Ac verò

A At verò si alterum genus partiũ acceperis,erit demonstratio simpliciter,habens pro medio caussam efficientem ; quippe efficientis priuationẽ quæ refertur ad efficiens. nam quòd manet pars quæ vim habet faciendi motum ; manent etiam reliquæ & totum. Eadem.n.facultas est quæ iuxta varias habitudineis efficit motum & quietem,vt idem nauta præsentia saluat nauem,absentia verò perdit. Et sicut eadem natura principium est patibile motus & quietis ; sic efficiens ipsi respondens vtrunque respicit. Itaque si quies aliunde est, ergo & motus.

Quæritur de veritate hypotheseon ad hanc ipsam demonstrationem 7. pertinentium. Cap. XVII.

ACCEPERAT ad efficiendam hanc demonstrationem complura Philosophus, cùm vt ostenderet, Nihil à seipso moueri primò;tum etiam,vt doceret ad primum quoddam mobile ascendẽdum esse,de quibus dubitari poterat, & quemadmodum verè pronunciata fuissent, & quomodo valerent in re nostra : tametsi aliqua primùm mouens respicere videbantur de quo dicemus alio loco,quia tamen hæc ipsa demonstratio magni momenti est in caussis motus inanimorum percensendis, & harum hypotheseon vsus est maximus in iis quæ deinceps tractabũtur; decreuimus è re nata,vim & veritatem illarum , quantum licebit,paucis edisserere. Concluserat ergo Aristoteles. Parte quomodocunque se habente,vel maneat,vel à se,vel ab alio concitetur,effici necessariò,vt totum per se primò nunquàm à seipso , sed ab alio moueretur. Veruntamen ab alio moueri non tendere in infinitum ; aliter effici,vt in tempore finito motus fieret infinitus : nec æqualitas inter parteis motus & temporis intercederet. Quæri primùm solet quæ sit vis huius assumpti : quemadmodum.q.ex hoc consequantur ea quæ infert Aristoteles,& vt verũ sit id quod assumitur : Acceptum quoque est efficiens simul esse cùm mobili; id quod etiã maximè dubitatur,hæc item nos explicare non grauabimur,ei demonstrationi,quoad poterimus,aliquid auxilij laturi. Verùm,quantum ad primum pertinet. Statuamus id quod ita mouet , veluti supradictum est,sic mouere, vt etiam moueatur. Nam manus mea calamum ciere non põt, nisi & ipsa locum ante alia mutet chartam ab initio ad extremum vsque lineæ peruagando. Quo fit, vt mouens,& mobile moueantur quidẽ suis ipsorum propriis motibus,qui sunt partes vnius totius motus,vt continui,& tanquam mobilis vnius ex totidem partibus constantis, quot sunt corpora quæ eodem motu concitantur , inter eosdem ad numerum terminos, sine vlla temporis intermissione,sed tempus ipsum est finitum. Hæc verò,quia fieri possunt, quanuis non perpetuò fiant, nobis tamen in præsentia concedantur. Eosdem quoque motus finitos esse oportet, quandoquidem certis finibus continentur. At cùm hi motus sint infinitorum mobilium; erunt item in numero infinito. Sed tempus est finitum. Motus igitur infinitus in tempore finito fieri poterit. Summa verò motuũ infinita necesse est inde consurgat ; siquidem mouentia, quia corpora sunt,simul esse opus est & mobilia tangere,aut continuari cum ipsis. Potest.n.& hoc fingi ; cùm singula à certa materia secernamus. Quare cùm sint infinita, locum infinitum occupabunt,per quem motum infinitum agi necesse est. Verùm hoc etiã difficultatem afferre posset ; propterea quòd, & si vbi moueatur vnum post aliud motibus diuersis ; quoniam in partibus temporis sub sequentibus contingit moueri diuersa mobilia,fit, vt tempus infinitum in eo motu ponatur, nec in eo quod finitum sit,valeat absolui. At si fiant isti motus omnium partium infiniti simul,quid obsecro est absurdi ? Sicut.n.dum mouetur Socrates,ego quoque moueri possum : & esto,quòd sint homines infiniti,oẽs vnà temporis eodem puncto cieri non est inconueniens; sic & ipse nunc dicam de mobilibus Aristotelicis. Præterea,cùm ea quę continuanda sunt,vnius speciei sint oportet, quo pacto accipit Aristoteles, nisi illud complectatur quod fieri nequit,hæc quæ sunt omnino speciei diuersæ,continuari posse ? idem.n.est,àc si fingeremus hominem esse,eundẽ tamen rationis non esse capacem. Neque.n.in quoquam statui possunt ea quæ illius rationem tollunt. Insuper quia dubitatum quoq. fuit ab Aristotele,cùm hęc mobilia sint diuersa,diuersiq. illorum motus ad id,vt nascatur illud absurdum. vtrùm motus æquales statuendi sint, nec'ne. quonammodo motuum æqualitas accipienda sit. Illud ẽt dubitatur,quæ'nam sit necessitas,vt mouens & mobile sint simul : intelligo aũt mouens vt efficiens : nam de fine controuersia non est,eũ quoq. mouere posse,quanuis aliquo interuallo disiunctum,quia sæpe videtur in omni propemodũ genere transmutationis reperiri mouens, tanquam efficiens , quod afficiat illa etiã quæ longius distant : sic.n.torpedo per rete piscatoris manum stupefacit,& magnes trahit ferrum spatio quodã intercedente,vt id solùm qđ efficit quantum,necessariò proximum requiratur. quandò etiã ignis per mediam phialam gignitur,& aqua per medium vitrũ,vt apparet in speculis vitreis; hyems.n. externo frigore irrumpente aër internus qui contiguus est,in aquam facillimè cogitur. In omnibus ergo mutationibus præter vnum incrementum efficiens etiam potest esse remotũ : non nego tamen,quin remotũ nihil obeat sine proximo;sed id solùm,ꝙ in motibus efficiens semper sit proximum,quemadmodũ videtur demonstratio nostra flagitare. Video,quod ad primum attinet,

ex eo

ex eo nonnullos absurdum deducere, quia.s.in Aristotelica hypothesi contineatur vnum quod sit continuum infinitum; at hoc moueri non potest. Cęterùm duo me de hac sententia mouent. E
[a] 3. Phys. Primum quidē, q̄a nō existimauit absurdū aliq̄n Aristoteles infinitū posse moueri, [a] quia, tametsi locū mutare nequit; at in seipso moueri nil prohibet. Verùm esto, sit ratio illa ad hominē, nanque simpliciter mot⁹ ab īfinito reiectus est. 3. Phys. cùm cōclusū sit infinitū nō posse moueri siplicuer, q̄ñ nec t̄pe finito, nec infinito mouetur. quid igitur oportebat, Arist. in aliud absurdū detrudere renitentem, quia.s.tempore finito moueretur? Satis.n.fuerat ipsum docere motum non ītī. Itaq. obserua, an, cùm motus tempore finito cernatur absolui (à sensu.n.peterem huius absurdi principium) atque hic sit tanquam vnius continui, cuius tamen partes in infinitū alia moueatur ex alia; quòd motus isti statuuntur ordinati, sicut item ordo existit in mobilibus atque mouentibus cōmunicati nimirùm à priore secundo, ab hoc tertio, & sic deinceps in infinitū, & cùm vnusquisque motus postulet aliquod tempus, quia sint partes infinitę motus actu, desiderent etiam partes temporis actu infinitas; quo fiat, vt absurdum sit, cùm partes istæ motus desiderent totidem temporis partes; absoluantur tempore finito. Sic nos successioni partium motus absurdum tribui putamus. Nec vrget obiectio, quandoquidem multos etiā rerum propè infinitarum motus obiri simul absurdum non est, nisi motus ordinati fuerint, sicut Socratis, & mei, & tui, quòd si fuerint ordinati, quemadmodum illi qui ab Aristotele accipiuntur; absurdum illud necesse est consequatur. Mihi subuenit hoc loco ex dictis reddere rationem, ecquid est, cur vbi milites ordinati procedunt, si interualla omnium par sit obseruandum, posteriores gradum accelerare cogantur. id autem ex eo proficisci videtur, quòd aliud est instans quo primus & secundus ordo moueri incipiunt: at inter instantia cadit tempus. Ergo pro multitudine ordinum instantia multiplicātur, & tempus quod illis includitur. hoc ergo tempore ὑστερίζουσιν, & posteriores veniunt ordines subsequentes. Ad secundam verò dubitationem respondebat D. Thomas inquiens, in prioribus physiologiæ libris Aristotelem seuocare corpora & motus à certis rerum formis, & quasi more mathematico motum spectare. Ita cùm simpliciter quantum relinquatur, non hoc, aut illud; non repugnare naturæ, quòd diuersa quanta continuentur. Sed contra D. Thomam disserebat Iandunus inquiens, eam potestatem, quia non promoueatur ad actum, non esse admittendam. Neque.n.rerum natura patitur è rebus specie diuersis, cuiusmodi ponitur à Peripateticis corpus cęleste, & cętera elementa vnum fieri corpus. Quamobrem ipse diluebat aliter obiectionē propositam; primò quidem dicens hæc continuari posse, quia sint eiusdem generis, atq. naturæ, deinde statuens propositionem Aristotelis non esse cathegoricam, sed hypotheticam. Veruntamen in vtraque solutione, iudicio nostro, decipitur: in prima sanè, quoniam falsum est apud Aristotelis sectatoreis vniuersa corpora esse generis eiusdem, cùm cęlum à proximis corporibus etiā plus quam genere distingui putetur, & ex altera materia constet atque nostrata. Præterea quoniam etiam ignis & terra, licet sint eiusdem generis, secum iungi non possunt. Neque.n.corpora sic ea possunt fieri vnum; nisi fortè specie illa continuationis, quæ respicit motum qua.s. illa continua dicuntur, quæ vnico motu, licet differant specie, concitantur. Adde quòd etiam hic in eodem spatio temporis vnà moueri contingeret; ex quo efficeretur, vt nil prohiberet, quominus infinitus motus absolueretur tempore finito, quod certè demonstrationem Aristotelis euertit. Quin etiam falsum est eam propositionē esse hypotheticam, quanuis etiam Simplicius idem approbarit, eiusmodi forsan est, quæ contineat id quod fieri pōt, his hypothesis est: attamen ab Aristotele, tanquam categorica vsurpatur, & talis, vt accipiatur de inesse. Non igitur admodum apta Ianduni solutio, ni prorsus fallor. Neque D. Thomam cogit illa ratio, vt interim pro illo & pro veritate, prout officium nostrum est, aliquid dicamus: siquidem potestas non vniusmodi sit; neque omnis ad actum dirigatur; verùm ea solum, quæ vocatur naturalis, sed altera quædam est, quæ est secundùm rationem, & cogitatione solùm admittitur, ob eamq. caussam logica nuncupatur: est verò non repugnantia terminorū, vt, quanuis res ipsa nunquam futura sit, quia tamen definitiones subiecti & prædicati inter sese nō oppugnant, eiusmodi propositio ac si vera sit, assumatur. Ne fortè verò sibi suspecta sit hæc definitio potestatum; animaduerte quæso ipsummet Aristotelem hæc eadem & explicantem & concludentem. [b] Habet.n.ipse pro vero, proprium esse recti tangere sphæram in puncto; nihilominus id nunquam esse futurum priuilegio materiæ sensilis, à qua neque rectum, neque sphæra seiungi possunt, & id etiā tanquam verum: sed quid verum dico? tanquam necessarium Geometra demonstrat, quod tamen erit nunquam. Sic igitur & D. Thomas consimilem potestatem vsurpat, à qua item non abhorret Ianduni solutio, dum assumitur ea quæ sunt generis eiusdem continuari posse nulla habita ratione formarum quæ secundùm naturam à materia simpliciter diuelli non possunt. Quamobrem ipse quoque non vidit, vt fieri solet, id manticę, quod in tergo gerebat. Sed enim vereor, ne illud etiam iure possit obiici D. Thomæ, quòd si ita continua corpora fingantur, vnus omnium motus etiā tempore vel modico esse queat. quandò vna continui parte motu, cęterę eodem tempore commouentur. Quapropter

F (margin letter)
G (margin letter)
H (margin letter)
[b] 1. de An. (margin note)

etiam

A etiam tu continuũ sic accipe cõmunius,& totum non vt simpliciter continuum, quod mouetur, sed vt singulę partes conseruent proprium motum,& continui sint motus, vt potius contigui dicendi sint, sed planè ordinati. De tertio disputauit Auerroës,atque ita accepit Aristotelicam dubitationem : siue æqualis sit motus,siue inęqualis : hoc est,siue motus B sit æqualis motui A,siue minor. Nam fieri nequit,vt motus mobilis sit minor motu ipsius motoris. Quantas hìc tu Scaliger optimè Tragœdias excitares,qui plus agens agendo posse volueris, quàm patiens patiendo possit ? & è medio sustuleris illud æquilibrium potestatis agentis & patientis , ex quo status naturæ conseruatur ? Sed cùm id sine distinctione dandum non sit,de industria non vsurpauimus : eo quòd aut vtraque principia potestate,vel actu statuuntur : ac,si potestate sumantur,secum necessariò congruunt in natura,sicut ea quæ sunt ad aliquid. Quòd si actu spectentur : est prætereà distinguendum. Nam vel simpliciter actio concipitur.i.quousque ipsa suapte natura promouetur,& nisi illò perueniat, nascitur ab impedimento; aliter actioni non imponitur finis, & tum profectò tantum materia patitur,quantũ mouet efficiens, si minus, non posset vnquàm filius patri similis procreari semper labefacta succedentis rei natura,vel actio consideratur ab initio, quo tempore id quod est subiectũ formæ futuræ,nondum subiectum est,neque affectum ad formam producendã,sed adhuc qualitates contrariæ dominantur,& tum solum plus põt agens quàm pa-
B tiens,quòd agens immutare debet,ac nisi immutaret, ageret planè frustrà. Quapropter hac via relicta nostram ingrediamur. Nam quærerem hìc ego ex Auerroë libentissimè,quid hæc sibi velint,in motu mobilis maius & æquale,aut.n.maius intelligitur efficacitate,aut velocitate,aut diuturnitate,neque sanè prima illa accipi queunt,quòd in caussa vis & efficacitas sit potior quàm in effectu. Nam propter quod vnumquodq. tale est & illud magis tale , & qui magis à mouente recedit,eo quoque imbecillior esse solet, nisi interueniat aliquid extrinsecus,quapropter nonnulla magis ea quæ distant,afficiunt quàm propinqua. Quamobrem quoque ventus Auster die tertia vehementior est,& apud nos efficacior, quàm vnde fuit primò concitatus , & à tergo phialæ radius solis exurit,qui à fronte ne vix quidem commouebat. Quod si hoc sibi voluërit eum motum esse maiorẽ,aut æqualem ex duratione ; at neque id necessarium est, cùm, si conferatur motus hypeccaumatis cùm motu cęlesti,corrumpitur ille quidem singulis eius partibus immutatis ; hic verò æternus est. At verò quoniam motus à mouente imprimitur , vt remaneat in mobili, postquàm mouens ipsum quieuerit,vt calor ignis restat in ferro, dum abest , aut simul item contingit ipsum deficere,vt lumen ad solis occasum, aut non durare motũ propter interitum mobi-
C lis,veluti nos ante hypeccaumatis exemplo declarauimus : quocunque pacto eueniat,mouet nos Aristoteles non officere suæ demonstrationi. Illud non contemnendum, quemadmodum mouens,qđ est efficiens, sit vnà cum mobili; quasi verò nullum sit efficiens remotũ, nec vlla vis ab efficiente mobili imprimatur,quæ itẽ in absentia mouentis idem valeat àc si fuerit præsens.Itaq. hæc legimus apud nonnullos auctoreis in efficientia duo considerari posse; vim motricem,atque subiecta,neque obstare actioni,si media sint aliqua subiecta; satisq. fore,si vis,quæ communicatur ab efficiente, medio vacet. Atenim dilutio non planè mihi probatur ; propterea quòd nulla differentia poterit assignari inter finẽ & efficiens, interualli beneficio , quæ tamen ab Aristotele constituitur. Nanque & ipse dicam vbi vis finis cõmunicatur distantibus ea quoque per media quidem subiecta traditur , non aũt per aliam mediam virtutem. Simplicius accipiebat dictum Aristotelis in eũ sensum, vt non intelligeretur oẽ efficiens vniuersè, sed proximum. Neque id satis placet : quandò Aristoteles admodũ concisus esset,qui tale efficiens à fine separauit, cũ etiã eo nomine ab efficiente remoto non seiungeretur. Posset quispiam suspicari vim illam esse formã & speciem quæ traditur ab efficiente,non aũt à fine (nam tale discrimen ab Auerroë quoque
D ponitur præter alia nonnulla inter energian finis & efficientis) hoc est,quòd efficiens moueat,vt dicitur, materialiter : finis verò nequaquam.quòd ea species quæ est in actuosa potestate efficientis,iungitur cum materia, in qua patibilẽ inuenit potestatem. Sed hanc explicationem ægrè põt Auerrois sectator approbare,siquidem etiam forma & species finis cum appetente coniungatur, & fiat magis vnũ ex iis quæ formaliter coniunguntur,quàm iis quæ vinculo materiæ copulãtur. Hoc profectò nũc mihi venit in mentẽ, quo dictum Aristotelis arbitror posse defendi, quòd ipse duntaxat caussæ modum respiciat. Dupliciter verò contingit finem mouere , vt caussam remotam ; efficiens verò vt proximam. Primùm.n.finis per seipsum motum non facit : semper.n.requirit auxilium efficientis; nec sine illius opera quicquam molitur : efficiens, & si non impellitur ex seipso ; sed excitatur à fine : at hoc est antequàm moueat,sed per seipsum de potestate traducit ad actum afficiendo,& ponendo formã in materia. Deinde finis põt agere in longinquum etiam si non agat in proximum sicut finis. non dico.nota. finem sic afficere id quod longè distat, quin etiam proxima afficiat necessariò. Hoc.n.commune est omni generi caussæ mouentis,nihil afficere posse lõginquum,quin idem afficiat proximum,vel actu,vel virtute, vel eodem actionis genere,vel diuerso : tum pro merito materiæ,tum etiã pro rõne roboris, & cęterarũ περιστασεων,

atque conditionum de quibus sigillatim aliàs differetur. Sed quòd potest non afficere medium & proximum, vt finis. imago enim puellæ afficit aërem & animum meum, sed non mouet aërem vt finis quæ meipsum sic mouet. Ac in proximum agit vt efficiens, quod in remotum facit, vt finis. At efficiens quod mouet id quod distat, etiam mouet proximum ratione efficientis pariter vtrobique conseruata. Proinde non male Auicenna qui caussam efficientem vnà cum effectu semper esse voluerit, si id significauit, quod nos hactenus exposuimus. E

Proponitur quæstio de motu inanimorum. Cap. XVIII.

HAEC quę nos hactenus peregimus, ita communia sunt, vt quodlibet actionis naturalis genus complectantur: naturalem autem illam voco quę rerum est materia constantiũ, prout sunt huiusmodi. neque.n. me latet in separatis à materia, aut saltem in mente suprema non dissolui energian in rem mobilem atq. mouentem; cùm idem omnino sint intelligens & id quod intelligitur; huiusmodi aũt illa est quæ 3. Phys. descripta fuit, & ita per definitionem explanata, Actus eius quod est potestate, quatenus huiusmodi; cõplectitur aũt lationem, affectionem, motum secundùm quantum, & transmutationẽ secundùm substantiam. Sed quoniam rectè habita partitio perspicuã totam efficiet orationẽ; ea verò duas continet parteis, vt exponatur breuiter de rebus iis de quibus dicturi sumus, atque vt pateat, quid cum cęteris conueniat, & quid in controuersia relinquatur; primam aggressuri mentẽ aduertamus; cùm varia sint ea quæ mouentur motu naturali, cum viuentia & animata, tum etiã inanima, licet in eo generatim conuenerint, vt ab alio moueantur: eorum tamen ratio dispar esse cõperitur: cùm eo pacto inter alia distinguantur ab inanimis animata, quòd inanima mouẽs habeant extra, animata verò intra: ita vt cõposita videantur ex vtroque principio mouente nimirùm & mobili. Rursus cùm animatum non sit vniuocũ, nanq. & cęlum tanquam animatum in Aristotelica doctrina, licet analogicè, constituamus oportet; ex animati partibus vniuoca, tanquam nobis familiaria magis anteponentur, quę cùm ex principiis inanimis constent; nec quicquam vetet, quominus eisdẽ motibus afficiantur quibus itẽ afficiuntur inanima, [a] sermonem nostrum ab inanimis auspicabimur. Cumq. inanima sint vel simplicia, vel mista è simplicibus, hæc aũt mouentur ad motum simplicium, nos igitur ordinẽ naturæ consequentes in primis de simpliciũ motu tractabimus. Si igitur natura principiũ est patibile motus; ergo illud videtur posse concludi. Omne quod mouetur, ab alio moueri, atq. illo quidẽ à re mobili distincto. Nam quanuis animata principium motus habeant intra se, illud item cõstat esse distinctum à re mobili; est etenim animus qui diuersus quidẽ apparet à corpore, vt nemo ipsum huiusmodi vim habere neget: quandò illo exhalãte fatiscat corpus, & immobile remanens in puluerem collabatur, qui itidem in quendã corporis animati locum, tanquam in arcẽ se recepit, atque idem partibus corporis, ceu satellitibus vtens motus animale administrat. At quoniam multa dicuntur à philosophis sigillatim ad inanimorum, atque omnino simplicium motus attinentia, cùm propter rem ipsam, tum etiam ob grauitatem, atque auctoritatem scriptorũ; pluribus hanc rẽ tractare non grauabimur, existimantes magnã veritatis naturalis partem in ipsa contineri. itaque nos hinc ducamus exordium. Porrò dupliciter euenit, vt moueatur elementum, vel vbi generetur, queadmodũ si generandus sit aër, aut ignis, vapor, & exhalatio quæ futura sunt aër & ignis, concalefacta tolluntur, & quò calefiunt magis, eò quoque properãt magis in locum superiorem; quo cùm peruenere, iam sunt aër & ignis. Accidit interdum, vt inanimum sit genitum: attamen in eo loco, vbi præter naturã manet, ob aliquod impedimentũ detineatur, ibiq. requiescat, donec ab impediente vetetur, quominus in locum suum perueniat, tum verò cùm primùm fuerit sublatũ impediens, è vestigio moueatur, veluti laquear, quanuis magni sit ponderis, tandiu tamen suspensum manet, quandiu sustinetur à columnis; si columnas demoliamur, tum ruit in præceps. Sicuti verò duæ sunt occasiones quibus elementum, aut inanimum denique mouetur; sic etiam & duplex esse mouens oportet, generans nimirùm, & tollens impedimentũ, & duos omnino diuersos modos quibus agitatur: singuli nũc perpendendi. Primumq. cùm generari prius oporteat inanimũ, & ob id antecedat ille motus qui fit, dum ipsum gignitur: nam si is non fiat, per accidens est, quoniã impeditur. etiam de illo motu qui fit à generante, nos in primis agemus. Quæritur autem de motus huiusce caussa. cùm verò ad vnum idemq. effectũ præstandum, multę caussæ conuenire soleant, tum eiusdem generis proximę, & remotæ: tum etiam diuersorum quæ sunt quattuor, materia, finis, efficiens, & forma: de materia pauca succurrunt quæ sigillatim tractanda sint: satisq. superque sunt ea quæ de ipsa generatim libro superiore scripta sunt. etenim dictum est, ipsam motus esse subiectum, quia per ipsius mutationem efficiatur actu id quod est potestate; quanuis eiusmodi potestas non perueniat ad omnẽ actum, nisi intercedat actus substantiæ; eadem quoq. transferamus ad mobile secundùm locum; nanque & eadẽ materia caussa existet, vt id quod est potestate vbi, efficiatur actu per interuẽtum substãtiæ. F G H

a 7. Phys.

Quapropter

A Quapropter, siue dum gignitur elementum, siue etiā vbi genitum est, moueatur: profectò requiritur forma substantiæ, aut eius incohatio quædam siue affectio præuia, quæ cum per se sit potestas materiæ, nihilominus actu nititur substantiæ quæ cum alia commutatur. Ex quo sequitur vt id quod propriè mouetur, sit iam actu substantia. de fine dictū est alio loco, cùm generatim, tum etiā speciatim. Quanquam verò de efficiente complura priore libro fuerunt exposita, quia tamē adhuc multa supersunt quæ sigillatim faciant ad intelligentiā motus elementorum; ac multa dicantur quæ sunt orta potius ab errore interpretū, quàm ab ipsa rei natura, quia munus efficientis cum munere formæ confundant, quę sanè sunt institutę huius tractationis affinia, de ipso nunc, & forma speciatim disseremus, atq. docebimus, q̃uo proficiscatur motus ab ipsis: quicquid sit illa forma, seu grauitas, & leuitas, siue quattuor illę primæ qualitates, siue alia quædam forma latens: nihil in præsentia refert. sufficiat. n. si huiusmodi quippiam statuatur quod consequatur ipse motus; quæratur aūt vtrum'ne in illo motu degeneret in efficiens, an potius suam naturam retineat. & omnino de efficiente motū elementi nunc, vt gignitur aliàs, postquàm genitū fuerit. Hoc verò est huiusmodi, vt possit appellari mouens propriè, quia motus ab illo, quatenus eiusmodi, proficiscatur; cuius hę conditiones sunt anteà positæ, vt de potestate traducat ad actum, atque perfectionem suā, quam habet actu, seu virtute cōmunicet rei quæ mouetur: hæc verò tra

B ductio nunc est loci transmutatio. Ceterùm, quia caussæ sunt, vel per se, vel per accidens, idq. bifariam, vel quia secundæ, vel etiā quia sint infinitæ. postremis hisce dimissis quæ nullum habent vsum in scientiis, de reliquorū ordinū caussis disseremus: ac primùm de illa quæ per se est, quæ item est primò, cuius illud ingenium est, vt ipsa posita protinus erumpat effectus, nisi intercedat obstaculum; eademq. sublata prorsus intereat; in qua etiam notatur vltimum propter quid rei quæ proposita est ad indagandum. Nanque aliquam talem caussam, siue simplicem, siue complexam esse certum est in natura: quapdoquidem & principia per se mobilium ab Aristotele vestigantur, & id quod primò mouet, & quæritur, & inuenitur ab Aristotele. Si etiam caussæ similes obtinent differentias cum effectis; siquando hæc per se sint, etiam caussas oportet eorū esse per se: hæ verò aut secundæ sunt, aut primæ, quòd si primæ, iam habemus, quod volumus: si secundę; iam necesse est primas adesse quas hę consequantur. Quanquā effectum aliquod esse per se non vno modo contingit: vel. n. tale est quia sit perpetuum, veluti quies terræ totius, vel quia certas habeat caussas, è quibus oriatur vniuersè solùm obtinēs æternitatem, sicuti Lunæ defectus, huiusmodi fortasse est elementorū motus. sed hoc nihil quantum spectat ad rationem, atq. pro-

C cessum caussarum. Verùm expositione confecta, veniamus ad alteram partem nostræ propositionis. Nemini sanè dubium est, inter caussas quę motū hunc efficiant, in eo genere caussę quod quærimus, esse generans ipsum, quod item persuaderi potuit à sensu; cùm aquam à Sole excalfactam in aërem verti & ἀεροῦσθαι cernamus, & lentiusculè prius attolli, dein inualescente colore, sublimius euolare. prętereà à communi natura generantis: nam siue affectiones illæ solùm habeantur, & accidentia quæ præcedunt ipsi rei quæ generatur, siue pars aliqua substantiæ, quemadmodum à nobis anteà positum est, siue elementi forma quæ, vt fert opinio nonnullorū, suscipit plus & minus; dum immutat paullatim substantiā, illi quoq. incutit actus aliorum prædicamentorum qui substantiæ rei quæ gignenda est, comitantur: nanque dum generatur aër ex aqua, simul fit aqua leuior & subtilior, & qualitates aduersæ inducuntur, quæ cum aqua manere non possunt; sed cum aëre consistunt, quò cùm peruenére, iam non est aqua, sed aër, eadem est ratio de motu. Veruntamenuerò quia materia subiacet hîc nondum absoluta forma: neque re completa, eaq. à generante traducitur ad actum substantiæ, tale efficiens necessario transmutat elementum secundùm potestatem illam quam Aristoteles vocat primam, Auerroës autem essentia-

D lem. Hæc propemodum placent omnibus Peripateticis.

Alexandri sententia recitatur de modo quo generans mouet. *Caput XIX.*

SED de actu illo quem proximè generans imprimit in materia Græcorum placita, atque sententias omnino diuersas obseruo. Quandoquidem Alexander statuit esse in suo loco, esse formam elementi, atq. illā quidem, quæ pertineat ad substantiam, quippe perfectionem eius quod mouetur secundùm locum: quasi non differat talis forma ab ipso vbi: quare generans facit è potentia vbi, actu vbi, faciendo videlicet, ex potentia leui actu leue, & faciendo hæc, facit terram, aut ignem. Ergo & generatio & motus elementi idem sunt ex Alexandri sententia. Neque hoc alienum existimauit ab Aristotelis doctrina dicentis: Id quod generat ignem aut terram, illud esse quod facit actu graue aut leue. Quò fit, vt generans per se moueat elementum, vsq. adeò, vt per se & primò id faciat; quoniam ita mouet, quatenus generat. Ergo non ambigitur apud Alexandrum in quonam gradu moueat forma, neque dubitatur, quidem sit'ne in ea vis efficientis, oppositum. n. in hac ratione defenditur, cùm eadem sit forma, & locus, & processus ad formā

per affectioneis præuias,seu materiam,& motus ad locum. Atqui si ita sit; nescio mehercle videre,quemadmodũ ea defendantur quę de motus initiis ab Aristotele sæpius constituta fuerunt. Nam dictum est ab ipso non infrequenter in materia potestatem esse ad quattuor prędicamenta potissimum;substantiam,quantũ,quale,& vbi.Dein,quattuor esse primas species motuum ortũ in substantia,incrementũ in quanto,affectionem in quali,& lationem in ipso vbi. Nec non,quattuor esse subiecta secundùm quæ per se fieret oĩs transmutatio naturalis. At sic, neq.potentia ad substantiã à potestate ad vbi distingueretur,neq. plures q̃ tres essent species motuũ naturalium. Sufficeret item vnicũ subiectum secundùm qđ mutatio fieret,substantia nimirũ, & vbi, & quod peius est,latio esset species quędã motus in substantia,ac moueri ad locum,esset generari:quę certè oĩa prorsus abhorrent à vero.Neq. verò verba illius philosophi sic interpretanda opinor;quia generans efficiat actu graue aut leue, & ita dum efficit, moueat; quasi actu leue & actu graue sint formæ solùm,quę constituant essentiã in prędicamento ipsius vbi.esset.n.admodum trũca & præcisa opinio quæ contineret quidẽ caussam per accidens,& remotã : relinqueret aũt eam quæ per se esset & proxima. Nam generans quatenus est hũi,est actu substantia,ab actu verò substãtia primùm substãtia proficiscitur,leue aũt & graue aut sunt accidentia quæ, cùm substantiã consequantur,à generante secundò fiunt, & per accidens. Nam quòd ea sint accidentia,nobis antiquorũ sensus cõmunis persuadet qui graue & leue conflabant è quibusdam primordiis,tum etiã ꝙ Aristoteles eas originem ducere voluit à primis qualitatibus,quòd si forent formæ,nec aliquid prius ipsis inesset in subiecto,neq. ex aliis primordiis effici possent,aut si nõ sunt, esse tamen ipse fateri cogitur,qui ea statuat principia ipsius vbi,multoq. minus est verisimile generans accipi ab Alexandro quod habeat actũ eius prędicamenti secundùm qđ mouet; quandoquidem nulla efficacitas illi prædicamento solet attribui. Mitto nunc obiectionem Simplicianã, quia scilicet elementa possunt etiã esse in actu extra loca propria, & esse perfecta. Non igitur esse in loco proprio est ipsorum perfectio. valet.n.id quantum põt,ad euertendam ipsius opinionem, quemadmodũ aliàs ostendemus.Interim videtur in illud vitium lapsus esse Alexander,vt id de quo summa controuersia est,parum expediat,& quasi transactum sit,relinquat. Nam contra illum primò faciebant verba philosophi, quã de caussis motricibus differens in thesi nostra. Actus autem,
» inquiebar, ipsius leuis est alicubi esse,& rursum : prohibetur autem,cùm in contrario loco est,&
» hoc similiter se habet in quanto & quali. *ἐνέργεια δὲ τοῦ κούφου τὸ που εἶναι καὶ ἄνω κωλύεται δ' ὅταν ἐν ἐναντίῳ τόπῳ ᾖ. καὶ τοῦθ' ὁμοίως ἔχει, καὶ ἐπὶ τοῦ ποσοῦ καὶ ἐπὶ τοῦ ποιοῦ.* è quibus colligi põt id esse mouens,quod è potentia vbi faciat actu vbi ; hoc verò non generans, quia facit actu substantiã è potestate substãtia,sed aliud quid,quod habeat actum eius prędicamenti. Huc accedit, quòd Aristoteles ibi distinguit transmutationẽ substantię in igni ab ea quę ad locum. Nam monstrat primùm illã esse,vbi è potẽtia calido fiat actu calidũ,& è terra demum quæ actu frigida est. deinde verò subiungit. similiter se id habere ad graue & leue : quasi sit hæc altera potestas à su-
» periore. Quòd si potestas ipsa diuersa est, etiam agens diuersum sit oportet. vnicuique.n.potestati suus cuiusque actus ad amussim respondet. Nec sufficit,si dicamus experientia nosci: moueri sursum id quod,cùm sit terra,conuertitur in ignim : ac nisi moueatur,id obici esse adscribendum : quare motus ille eorũ generationi sic videtur affixus,vt nisi sit quod impediat,ab ea nunquam diuellatur; tum cesset denique, cùm iam elementũ in sedem suã peruenerit, in qua simul absoluta,& consummata generatio est,& motui finis impositus ; hæc aũt non modò leuis ipsius, sed substantiæ perfectio:in qua talis est propensio,sine controuersia est habenda. Concedam.n. facillimè & actu substantiã faciens,& faciens actu vbi esse connexa, atq. subiecto eadẽ esse dabo, sed ratione discrepare, quod itẽ ab Aristotele paullò antè fuerat illis verbis animaduersum : erit
[a] 8. Phys. eadem & quantum & quale, sed alterum accidit alteri, & non secundùm se inest [a] *ἐν γὰρ ἂν τὸ αὐτὸ καὶ ποσὸν καὶ ποιὸν, ἀλλὰ θατέρῳ θάτερον συμβέβηκε, καὶ οὐ καθ' αὑτὸ ὑπάρχει.* & ea quæ sequuntur. Verumenimuerò quemadmodum actu quãtum,& quale,& vbi consequuntur actu substantiam ; aliter eueniret accidentia separari posse à substantia;sic etiam ordo rerum postulat potestates ordinatas in materia,vt respondeant ordini suorũ actuum; ita quoq. illa quæ materiã è potestate traducunt ad actus,eadem serie sibi respondeant necesse est,aut potestates,& actus se se reciprocè non respicient,quæ tamen vniuersa Peripateticorũ schola sine controuersia recipere solet. Diluitur aũt illa ratio accepta ab auctoritate hoc modo. Nanq. etsi vnum est primũ,quod reliqua oĩa virtute continens,& aliorũ actus in se habẽs, ex omni potestate ad oẽm actum simul traducere materiã potest ; at principia proxima diuersarum illiusmodi trãsmutationum diuersa sunt ; cùm.n.Socrates sit substantia,sit corpus,sit animal, sit etiã risus compos ; efficit Platonem, substantiã corpus,animal,& risus compotem. Sed tamen,quemadmodum hic homo primùm operatur ; etenim ab eo primò pendet oĩs actio,cùm sit singulare absolutum,&,quoniam sub certa est specie,continet alia oĩa quæ speciem consequuntur,siue in quid,siue in quale prædicentur; ita quoque, quod est actu substãtia,cùm cęterorum actus amplectatur ordine quodã, oẽs è ma-

teria

A teria depromit. Verùm ſicut à Socrate proximè fit hîc homo, ab animali quod eſt in Socrate, animal quod eſt in Platone, & demũ vniuocum ab vniuoco. ſic ab eo quod generat elementum qđ eſt ſubſtantia, fit ignis; ab eodem, quia continet leuitatẽ, fit actu leue; re vera tamen id quod oĩa facit, eſt actu ſubſtantia. Quia ergo prohibet Ariſtotelem eo in loco de proximo agente verba feciſſe nec diſtinctis poteſtatibus, atq. actibus proximis ſuos motus ſingulis attribuiſſe? Atque hæc in Alexandrum poſthac exploraturi diligentius, vtrum'ne philoſophus eruditiſsimus aliqua ratione defendi poſsit, an ſit omnino relinquendus.

Themiſtij, Simpliciiq. ſententia perpenditur ad amuſſim quemadmodum motus à generante fiat. *Caput XX.*

EXISTIMAVIT ergo Alexander, quemadmodum prima fronte monſtrant illius verba, proprium locum quẽ ſibi per motũ parat, elementum eſſe ipſam elementi formam. Themiſtius aũt eum verò conſequutum fuiſſe videmus Simplicium, addo ẽt Auerroëm; licet aliam & ipſe viam ingreſſus fuerit (atque illi) aſſeruit generans efficere duo ſecum, ſi non ſubiecto, ac certè differentia rõne, primum quidẽ ipſum elementũ, quatenus eſt ſubſtantia, dando formã de prędicamento ſubſtantiæ propter quam eſt corpus ſimplex, & talis ſubſtantia, prima. ſ. inter eas de qui B bus dici pôt hoc aliquid, & quibus per ſe ſubſiſtere contingit; prima aũt origine inter caducas: nam ſi non fuerit elementum, nec. ẽt alia caduca poterunt eſſe, quicquid. n. obnoxium interitui eſt, vel elementum eſt, vel ex elemento. intelligo verò nunc elementa, quæ ſic vulgò vocant.

Αἰθέρα τε αἰγλήεντα, κὴ ἠέρα, καὶ χυτὸν ὕδωρ.

Καὶ χθόνα παμμήτορα. Terra parens, anima, vnda fluens, & lucidus æther.

elementum propriè materiã eſſe non ignorans. Sed quoniam mixta proximè reſoluuntur in ea prima corpora, & ex eiſdem proximè fieri videntur, ob eã cauſſam & illa elementa dici conſueuerunt. quia verò formam proprij loci conſequatur adeptio, hæc aũt motus ipſe eſt, ita moueat generans. Inde fieri, vt quemadmodum ſe habuerit res quæ mouetur ad formam; ſic quoque ſe habeat ad motum, ſeu potius ad locum: nanq. vbi res adhuc imperfecta ſit, erit in loco nimirum imperfecto, & operabitur (ſic. n. verto nunc ἐνεργεῖν) mouendo, & locum ſibi parando. quem obſideat ſecundùm naturã, nihilominus in eo non dum erit. cùm verò perfecta fuerit, etiã adepta erit locum ſuũ in quo ſecundùm naturã manebit: tunc. n. pręſens erit habitus in materia quo prę- C ſente quies conſequi ſolet. Ex quo duplicem formã præſtat generans; alteram ſanè de qua ſuperiore libro dictũ eſt, per quam res ipſa ſimpliciter eſt in natura rerũ, & in prędicamento ſubſtãtię, atq. eam de qua nunc diſſerimus, quæ iam non amplius ad elementi conſtitutionẽ pertinet, ſed ad eſſe ſecundùm quid, & ad prædicamentum ipſius vbi, quod cùm formę conueniat, quoniam ibi conſeruetur, erit non ſanè elementi forma, quemadmodũ defendere ſtuduit Alexander, ſed conſequens, & functio quæ tum perfectè obibitur in quiete, imperfectè verò per motum: quaſi in tali eſſe loco ſit perfectio formæ quæ pertinet ad ſubſtantiã, ſicuti ſentire ipſius animalis. Quapropter ita licebit dicere de generãte elementum, atq. mouente, ſicuti de producente animal, atq. efficiente ſentiens. Nam quod efficit ſentiens, ita efficit, quoniã producit animal, & dum producit ipſum, quemadmodũ animal, ſic ſentiẽs adhuc perfectũ non eſt, tum verò perfectum eſt, cùm abſolutum iam animal fuit; ſic id quod efficit motũ in elemento, ſiue dat ei locum (idem. n. hæc ſunt) producit prius elementũ, & prout euexerit ipſum ad hunc vel illum perfectionis gradum, ſic etiã parat illi locum minus aut magis ſecundùm naturam: ita vt, vbi demum abſoluerit ipſũ, id aſſecutum quoq. ſit locum eiuſmodi qui ſibi propriè ſit conueniens & naturalis. Quamobrem D vt colligam hanc ſententiam in pauca quæ à nullo propemodum negentur. Generans duo facit, primùm producit elementũ, & quoniam locus ſequitur elementi formã; dum producit ipſum, ſimul itẽ mouet ad ſuum locũ, hoc eſt, ad locum ſibi naturalem: poſtquàm produxit, facit quietem in ſuo loco quę re ipſa nil eſt aliud profectò, quàm forma de prædicamento ipſius vbi. Ita fit, vt generans moueat quidem elementũ, ſed non primò; quoniam ipſum mouet interuentu formę: nil etiã repugno, ſi materiã, quemadmodum nos ipſi defendimus, aut affectioneis prœuias aſſeuerare malis, vbi elementorum formas intentioni & remiſsioni ſubiicere verearis. Hæc ad ſummam eſt eorum ſententia cuius ad intelligentiã nos item nonnulla ſubſcribere non pigebit. Nam quia locus iſte paratur, dum fit graue, aut leue, non aũt poſteaquàm fuerit genitum; neceſſe item eſt ita moueat generans, quia traducat elementum è potentia prima ad actũ primum quæ eſt ipſa forma, ſecundo loco, non ſanè, quòd gradus quidam originis intercedat. (ſimul. n. fit elementũ, & mouetur, & ſimul eſt factũ, & eſt in ſuo loco) ſed naturę: ſecundo, inquã, loco trãsferat ipſum ad actum ſecundum, hoc eſt, accidentis, qui duplex item eſt, imperfectus: hic verò motus eſt ſecundùm naturã, & re ipſa locus imperfectus, atq. alter omnino perfectus qui eſt ipſa quies ſecũdùm naturam, quæ reapſe locus eſt in quo manet ſecundùm naturam. Quanquam verò motus

elementi naturam consequitur; quòd ita fit, vt tantus sit motus, & tanta fit adeptio loci, quantum est id quod iam est actus siue potestatis, vt nos aimus, ad substantiam spectantis in elemento, eo tamen quem diximus anteà, modo conseruato, vt iam supponi videatur habitus in omni motu naturali; nihilominus, quia non dum est elementum, sed fit adhuc; neque dum est graue aut leue, sed etiam fit hoc, & antequàm fit leue, semper est graue, & contrà, ob eam scilicet caussam quam superiore libro expressimus, vbi prima fundamenta transmutationis enarrauimus; sequitur, vt in elemento, dum fit; insit illa potentia quæ fundatur actu contrario, quę quidem remota est; & quoniam prius respicit formam, quæ constituit essentiam, deinde formam accidentis, neque ad hanc peruenire potest, nisi per substantiæ transmutationem, à Latinis essentialis appellatur, nec aliena quidem à natura; quandò per eam priuatio corrumpatur, quæ comes est formæ oppositæ, eaq. forma paretur, ad quam elementi materia per certam priuationẽ ordinata est. Hæc hactenus, vt puto, aut parum ab his aliena sentiunt auctores citati, & eiusmodi profectò quę momenti nihil afferant ad ea constituenda quę sequentur: nanque ex his adhuc superest locus decernendi de caussa proxima motus elementorum: neque quicquam aduersantur hæc iis quæ aut Auerroës, aut nos profitemur cum Græcis, & suppetit item occasio disserendi de officio medij in hoc motu in vtriusque sectę sententiam: neque enim Alexandrum ipsum in illam trahere prætereà verebor. E F

Complura de actu primo differuntur, & proponuntur aliqua de eo quod est. Cap. XXI.

QVONIAM verò postulat id explicationem actus secundi; hinc sumpto exordio rem omnem exponemus. Actus omnis aut primus, aut secundus est. primum esse formam quæ in ordine suo graduq. primùm materiæ accedit, nemo est qui dubitet. in vnoquoque enim prędicamento forma quædam est sua cuiusque propria, è cuius præsentia deducitur ad actum illa potestas quæ est elementũ eius prædicamenti: nam potentia substantiæ è præsentia formæ constituentis essentiã fit actu substantia; potentia quantum è præsentia suæ ipsius formæ fit actu quantùm. & sic de cęteris proportione dicendum est, quanquam primò fit actu substantia, deinde actu quantùm, si non origine & tempore, saltem natura. hanc subinde consequuntur omnia quę propria sunt eiusdem prædicamenti. Actus hic, quia firmus, atque inuariabilis est, quousq. maneat res; prætereà, quoniam habilitas quædam est ad aliquid facile agendum; non iniuria nuncupatur habitus: & licet habitus sit qualitas de primo genere, tamen in omni prædicamento quiddam huiusmodi cùm sit, non secus atque virtus & vitium in quali; mihi verisimile fit eum vocari secundùm figuram dictionis habitum & qualitatem potius quàm, quòd reipsa sit qualitas, ac potius actum dici, quia per ipsum in suo quoque genere traducatur res ab eo quod non est, ad id quod est, & ex eo quod erat potestate tantum, vt sit, & obtineat aliquem gradum perfectionis in suo prædicamento, cùm inductus sit pro materiæ potestate, quemadmodum libro superiore narrauimus. Proinde cùm formæ pro ratione sui prædicamenti diuiduæ sint, aut fugiant diuisionem; consimiles quoque sint actus eorum necesse est. Cumque hic potestatem ad id quod est, perficiat, cui nihil hoc vno actu excepto, aut inesse per se, aut antecedere potest: (quid enim insint ei, quod non est, quatenus est huiusmodi?) actus atque ille quidem primus appellatur; vt non ob vnam caussam tale nomen adeptum fuisse perspicias; sed tum, quia per ipsum res primò fit, tum etiam quia sine ipso nulla sint eius rei munera: quoniam in genere substantiæ primum hominem esse oportet, deinde humanitus agere; sic primùm esse leue, deinde aut moueri sursum, aut ibi manere. Quamobrem & hæc munera videntur exprimi eodem sanè nomine cum ipsa forma; cùm res tum verè sit, cùm fungitur officio suo, nec otiosa languet in natura, sed conditione quæ significet ordinem: dicitur enim actus, verùm secundus. Ideò quoniam aliquid proficit actus ille primus, dum erumpit in actionem, & id præstat quod anteà poterat, & ad quod institutus fuerat; etiam potentia nuncupatur: quia tamen ea non est ad formam: hæc enim soli materiæ inest; secunda erit, cùm illa sit prima. At verò & de vtriusque natura non desunt quæ probabiliter quæri possint; ac multa illa quidem & præclara; nec satis, vt mea fert opinio, peruulgata, cùm seorsum de singulis, tum etiam de vtroque coniunctim. Atque vt exordiamur à primo; cùm primus actus sit principium quoddam simplex, id autem ex iis præceptis quæ nos anteà constituimus, non sine habitudine existere cognosciue posit; ita quoque explanabitur à nobis. Habitudo autem duplex in principiis spectabatur, altera quidem quam ad se inuicem præferunt, vt materia & forma, atque altera qua posteriora respiciunt, veluti compositum & accidentia. Proptereà sub vtraque habitudine primus actus erit considerandus. Porrò clarior habitudo illa quæ intercedit inter principium & id quod principio posterius est. notiora enim plerunque nobis G H

esse

A esse solent ea quæ posteriora sunt natura. de hac igitur habitudine disseremus in primis, de altera posthàc tractabimus, vbi de relatione materiæ & formæ inter se verba faciemus, eo contenti nunc, quòd actus primus sit illius substantiæ perfectio quæ potestas est, & subiectum. Quia verò habitudo primi actus ad posteriora duplex obseruatur, altera sanè ad actū secundùm, atq. altera ad id quod ex copula primi actus cùm pote ate, & subiecto primùm exoritur, de posteriore hac habitudine ante alia disseremus, ita monente natura; quæ iussit actus secundos esse singularium, quæ iam ex actu primo & potestate constituta sunt. Sed enim primus actus nil est aliud reapse, quàm forma ipsa cuiusque prædicamenti, atque actus quidem simpliciter, eo quia vox illa vim quandā perfectionis indicet: etenim ἐντελέχεια propriè vocatur, primus autem, quia perfectio illa sit eius genuina, & propria, nec aliunde parta, sed οἴκοθεν, in cęteris autem ex illius participatione insit, vt enim verbo Aristotelis vtar, primum priore loco significat vnum, tum deinceps ordinem ad ea quæ sequuntur. ideò actus atque ille quidem primus, quòd ab ea primum res sensiles impetrauerint, quòd sint: deinde, quòd suum quæque munus obire possint. Cęterùm de munere posteà. nunc primùm illud exquiramus quid actus primus sit, vnde vnaquæque res est assecuta quòd sit. In huius explicatione desideratur notio, & natura illius, quod esse dicitur, qua perspecta nobis succedet exquisitè nosse quid sit actus ille primus de quo B sermo institutus est, sed planè conturbatio vocum quibus notio eius quod est, cum à Gręcis, tum à Latinis nostris exprimitur, miram difficultatem affert; quapropter à nominis explicatione mihi video nunc exordiendum. Aristoteles igitur huiusçemodi vocibus illa omnia quibus esse quoquo modo includeretur exposuit. τὸ ὂν quasi dicas ens, τὸ εἶναι esse, atque id vel εἶναι τούτου, ἢ τούτῳ. vt primo de cęlo τὸ εἶναι οὐρανῷ. esse huius, vel huiç vel εἶναι τουτὸ, idest esse hoc, tum etiam εἶναι ἔν τινι esse in aliquo. præterea τὸ τί ἦν εἶναι, idest quod quid erat esse inter hæc etiam οὐσία, quę substantia dicitur, nec non essentia, prout accipitur absolutè. sic enim substantia existit, aut cùm relatione, & ita dicitur essentia, nanque illud tritius existimatur, vocari substantiam, quæ separabilis est; eam verò, quæ tribuitur alteri nempe composito ex materia sensili cuius esse dicitur; essentiam. esse quoque altera voce exprimitur, τῷ ὑπάρχειν. sed mea quidem sententia vox τὸ ὑπάρχειν rarò admodum vsurpata est ab Aristotele ad significandum aliquid absolutum; sed id quod aliud respicit, vt accidens, aut formam indeque ducta, ἐνυπάρχειν, quo notantur ea prædicata, quæ accipiuntur in definitione subiectorum, & ἐνυπάρχεσθαι, qua voce exprimuntur ea prędicata quæ accipiunt C in sui definitione subiectum; indeque ductum προϋπάρχειν, quod item ab Aristotele attributum est quod est in alio, vt cognitioni. Omnis enim doctrina, inquit, & disciplina ἐκ προϋπαρχέσης γίνεται γνώσεως. At verò posteriores Gręci frequentius vsi sunt ea voce ὑπάρχειν, in absolutis notandis; vnde etiam deriuarunt ὑπάρξιν, & id significare voluisse videntur, quod Latini nostri subsistere subsistentiamq. dixerunt, vt ab essentia quam οὐσίαν vocant, separare posset. Addiderunt & Theologi ὑποστῆναι, & ὑπόστασιν, vt puto, conuenienter cùm alteris illis ὑπάρχειν, & ὑπαρξιν. Latini demum ens, esse essentiam, existere, seu subsistere existentiam in medio attulerunt. esse hoc, huius vel huic, substantiam item, & quod quid erat esse, seu quiditatem. In eo cùm Aristotele concordes, quòd ens & esse eiusdem notionis indices essent, non secus atq. conualescere & conualescentem esse, in vsu vocis substantiæ non admodum variantes, similiq. modo accipientes esse hoc pro re sensili, & composita ex potestate & actu, materia & forma; verùm esse huius vel esse huic, quod alio nomine essentiā appellasse perspicio, sic ēt quiditatem; nescio hercle, satis'ne cum Aristotele congruenter expresserint. etenim apud eos quorum magnā hodie auctoritatem esse, atq. id optimo iure perspicio, essentia, quidi- D tas & existentia siue subsistentia. sic distinguuntur, quòd existentia sit actus rei sensilis, quatenus extra caussas suas agentem nimirùm, atq. materiā existit; quiditatem idem ac formā; essentiam verò caussas omneis quæ rem ipsam cōplent, & quę definitione explicantur; neque.n. omnia illa quæ in definitione accipiuntur sunt quid est, sed etiam materia ponitur in definitione quæ quidē non est pars, sed vehiculum quiditatis. Nos quidem de hoc posteriore capite statuendum esset, primo lib. docuimus. interim verò hæc attigisse sufficiat, vt vocum significata distinguantur. Atqui cominus ad ipsam rem venientes, quandò à notioribus nobis incohandum est; notius autem est illud esse, quod τὸ εἶναι, vel ὑπάρχειν subsistere scilicet, vel existere posteriores Græci dixerunt, & esse hoc Aristoteles; existentiam nostri conficto quodā abstracto, cui nihil in rerum natura respondeat: id.n. solùm exponitur sensui, nec extat, inquam, materia sine forma & actu, neque forma sine potestate & materia. ab eius explicatione nunc ordiamur, & à primis pro rerum natura sumpto exordio explanemus quid sit. At.n. idest quærere caussas quibus attribuitur, vt aūt diximus, tribuitur cōpositis & singularibus: hæc enim verè sunt, & primò sunt ea notione, quæ nostræ mēti primùm offertur (esse.n. sensile prius à nob. concipitur) ex quo cęteris deinceps adscribitur. Caussa cur hęc sint duplex est, externa quidē, & interna; nihil i presētia de externa.

Interna rursus est duplex, vna prima & præcipua: altera verò alterius ordinis. prima quidem forma est: nanq. ante formæ aduentum res esse quidem pôt; non est tamen, nisi forma accesserit. sed neq. forma esse potest nisi illi materia supponatur. Ideò materia quoq. ad id vt res sit, concurrat necesse est. Hæc indubitata. sed præter ipsa cruciat interpretes Aristotelis, quid sit formaliter hoc, qđ esse appellamus, hoc est, quo potissimum natura ipsius esse determinatur; sit'ne res an modus, an aliud quippiã diuersũ ab his. Rem ego voco, quæ cùm voce exprimitur, sedat mẽtẽ per se, hoc est, per se significatur, & ad certũ prędicamentum adiungitur, & nomine, & verbo exprimitur, atq. id est accidens, aut substantia: modum verò qui rei conditionem notat προσδιορισμὸν siue τρόπον Greci dicunt, & in rem ipsam intenditur idcirco vox qua pronunciatur, non significat simpliciter, neq. mentem per se sistit, sed vnà significat solùm, & eget alicuius adminiculo quod eam substineat, vt mens eo concepto quiescat, nec quicquam vltra requirat. Præterea quemadmodum ab essentia distinguatur. Atqui de primo comperimus esse, & modum, & rem fuisse habitũ: atque idem à quibusdam substantiã, ab aliis accidens fuisse positum. Occasio dubitationis huiusce ab Alexandro & Auerroë traxit originem, quòd ab illis quæstio sit'ne res, modò ad quæstionem generis, aliàs ad accidentis quæstionem referretur. at quæstio generis est quęstio non acccidentis, sed substantiæ, & eorum quæ prædicantur in quid est. Igitur etiam esse idem est àc genus & essentia, non accidens. Potuit huius sententiæ patronos hoc mouere quod ab Aristotele pronunciatũ est sub initium 2. Post. quia scilicet, dum quęrimus an sit, caussas percunctamur, ob quas est, at caussæ eius quod est, quatenus est, in essentia tãquam partes eius cõnentur. Ergo esse idem est atq. ipsum quid est. Ex alia parte Alexander, atq. Auerroës & ibidem àc pluribus aliis in locis referunt quæstionem sit'ne res ad quæstionem de accidente, licet de ratione referendi secum dissentiant. Nam communiter id concluditur; quoniam essentia separatur ab esse, vel auctore Aristotele,[a] qui item prædicat esse nulli esse substantiam. Neque iuuat id quod essentia non separetur ab esse simpliciter; cùm in ea notione retineatur notio quòd est, nempe illud esse, quod mente comprehendi potest, quod definitione.s.explicatur, vt anteà declarauimus; siquidem hæc notio ipsius esse natura posterior est, & ab ea prima notione deriuatur eius quod est esse, sensile nimirùm, & in materia; etenim res ẽt per se foret, quanuis non intelligeretur à nobis, speciatim verò, quòd, vt inquit Alexander: Omnis quæstio aut est simpliciter, aut est cum significatione modi quo inest. At si est quæstio simpliciter, est quæstio accidentis. Ea verò est quęstio simpliciter. an sit Centaurus & Deus. Ergo hæc est quæstio accidentis. Auerroës autem monet,[b] vbi quæritur, an res sit, nihil aliud quęri, quàm illud, an'ne sit verum, an scilicet ei quod habemus in animo, quicquam in rerum natura respondeat. hæc verò est quæstio accidentis. Hæc nos ante hæc tempora decreta fuisse comperimus.

[a] 2. Post.

[b] 5. Top. cap. de accidente. 1. Post. T. c. 33. 5. Met. T. c. 14. Lib. de str. disp. 8. fol. 1. dub.

In superiores sententias differitur, & ostenditur esse ab essentia, & accidente differre. Caput. XXII.

NVNC diligenter exquirere oportet, an'ne hęc cum Peripateticorum dogmatis congruant: ac primùm videamus sit'ne vllo pacto esse cuiuspiam genus & essentia. Quanuis autem hoc Zimara contra Achillinum satis pro sententia confecerit; ea nos tamen breuiter instituimus deliberare, vt tum ea quę ipse litteris cõmendauit, tum item illa quę tractabuntur à nobis, aliquã inde lucem assequantur. Itaque præter eã quæ superiore capite ex Alexandro & Auerroë sunt allata, solent ẽt hæc opponi. Etenim duæ diuersę hypotheses sunt, esse vnitatẽ, & quid est vnitas, sine quarum altera nullos progressus nostra mẽs facit in Arithmetica. Tum etiam, quia si idem sit esse, quod essentia; esse verò singularium est, essentia verò vniuersalis. Ergo quicquid singulari tribui solet, idem quoq. tribuendum foret vniuersali: sic homo per se curaretur à medico per se, cùm tamẽ Socrates æger ab Hyppocrate medico per se curetur. Quin ẽt quæstio, sit'ne res, syllogismo hypothetico terminari pôt. nulla aũt quæstio de re, quid sit, potest syllogismo terminari. Non ergo quæstio de re an'ne sit, est essentiæ quæstio. erit igitur accidentis, neque n. quicquam inter essentiã & accidens intercedit. At cùm profiteretur Auerroës aliquando quæstionẽ, sit'ne res, esse quęstionem generis Zimara quæstionẽ distinguendam esse ratus est. Nam fieri pôt, inquit, vt dum quęrimus an sit res, id animo anticipemus, respondeat'ne aliquid in rerum natura ei quod iam mente concepimus, atq. eã statuit esse quæstionẽ accidentis, licet etiã quærere de re, an sit actu quæ est prædicatio substantiæ: nanq. esse actu reducitur ad prædicamentum substantiæ; hanc verò inquit esse quæstionem generis. Ita aũt ordinatas esse has quæstiones, vt hæc natura quidẽ sit altera prior, nihilominus posterior nob. illa nob. prior, nam posterior. Nam mens quæstionẽ generis non aggreditur, nisi rem verã esse præoccupauerit. appellat aũt hanc veritatẽ propositionis. Quòd si eidem obiicias, Esse non prædicari per accidens. Tum etiam quod est nõ esse genus. ad vtranq. obiectionem ita respondet monens primùm accidens non consueta significatione

A catione accipi, quod est in subiecto, sed quod non est neque pars essentiæ, neque principium. Deinde tametsi genus ab Auerroë nuncupatum est, non esse genus vniuocum, sed genus ad vnũ: propterea quòd hoc esse rei substantiam significat, sed quia diuersis modis id præstat, vniuocum esse non potest: significat.n. modò substantiam simpliciter, aliàs substantiã quantam, substãtiam qualem. Si etiam opponas Alexandrum referentem eiusmodi quæstionem ad accidens, respondet cum Auerroë, quæstionem ab Alexandro constitutam non esse demonstratiuam, sed dialecticam. Atqui hanc esse accidentis, sed demonstratiua generis est, vt diximus: ita.n. dialectica quæstio distinguitur à demonstratiua; cùm dialectica sit de his quæ mens nostra rebus attribuit, veluti sunt accidere cuipiam, esse genus, & definitionẽ illius, & denique de secundis, vt aiunt, intentionibus: quæstio verò demonstratiua de rebus, vt sunt extra animum; ea verò non põt esse de eo quod est actu. siquidem cum demonstrationes, tum etiã definitiones ab illo significato eius quod est, mentis ope segregentur. Ergo esse quod demonstratiuæ quæstioni subiicitur, est essentia & substantia, non accidens. Sic defenditur in vtranque partem, quæstionem sit'ne res, esse accidentis simul, atque substantiæ. Equidem etsi non receptam fuisse video sententiam hanc, quia tamen nec à quoquam confutatam esse obseruo, nec ad rationeis pro hac parte quicquam dictũ esse comperio; non ab re item fuerit, nisi fallor, hæc omnia diligentius explorare. Mihi verò
B plura succurrunt quæ contrà afferri queant. Neque.n. probare possunt. quòd quæstio illa quæ primo loco tractanda proponitur, eò tendat, vt cognoscamus, an sit verum. Nam verum esse est modus eius quod est. Atqui modo semper supponitur eius notio cuius est modus. Deinde non possum intelligere, quod sibi velit illud, veritatem quæ primæ quæstioni subiicitur, esse veritatẽ propositionis; nisi quòd eius veritas in cõplexione posita sit; opinor, quia statuatur in ea verum hoc esse. Verùm si ita constituit; omninò quæstio dialectica de eo quòd sit; modo definietur, & tamen Aristoteles simpliciter concludi docet, an hoc sit. Deinde resolueretur illa quæstio in aliã priorem, an, scilicet, hoc sit: aut igitur prima quæstio dialectica non esset ea qua queritur sit'ne aliquid, si ita formetur, vt Zimarę placuit, contra illa quæ decreuit Aristoteles in Topicis; aut si prima est inter dialecticas: in aliam resoluetur quę erit Analytica necessariò (alterutram enim esse oportet) an hoc, scilicet, sit simpliciter: & tamen apparet in eodem ordine collocatas fuisse taleis quęstioneis an sit simpliciter, & an sit verum, in Topicis ab Aristotele. Nam si foret alia quæstio, aut esset generis, aut definitionis, aut proprij, aut plures essent, quàm quinque problematũ dialecticorum fontes ab Aristotele assignati, neque.n. genus, aut definitio põt esse verũ;
C significat.n. id quod in alio, & est transcendens, neque proprium, quòd ita non esset quęstio prior generis quęstione, sed posterior. concluditur ergo de simplici inhærentia prędicati. Si velit nunc Zimara quęstioneis has esse complexas, & ideò cõtinere veritatẽ propositionis, idest, cõplexam, quæ falsò opponitur, cùm ceteroqui veritas simplex opponatur ignorantiæ; vt facile dabimus, sic eum dicemus, in sua oratione dissentire, & contra ea quę ante dixerit, dicere. Illud etiã quod adiecit, id quod est dici tanquam genus, & significare substantiam, quia prædicetur vt ad vnum, non satis sibi constare puto. quandoquidem si cõmune prędicetur vt ad vnum, est posterius suis partibus, nec cuiquam põt esse substantia. si vera sunt ea quæ de communi ad vnum libro priore decreuimus. quinimmò cùm ab eo de quo prædicatur, reipsa nihil differat (hoc.n. mox aperietur) & est substantia, & est homo, & est equus. quocirca quærere an equus sit, est quærere de actu equi primo, qui nullã notionem cõmunem pręsefert. quare non prędicatur vt genus. Potuit illum persuadere fortasse dictum Aristotelis 2. Post. vbi quæstionem sit'ne res, Aristoteles caussæ quęstionem statuit, & docuit ex cognitione ipsius quid est, nos etiã rem esse cognoscere, quasi verò eadem sit vtriusque rei quæstio. Sed in eo deceptus est, quòd est quæstio sit'ne res, veluti
D obiecti, quod cùm sensile sit, & nob. notum, mentẽ nostrã ad cognitionis suæ cupidinem inflammauit. caussa aũt quæritur, vt medium, quo quęstio dissoluenda sit. quæ quidem terminus est resolutionis; sed non scientię, illucusque.n. mens nostra dissoluendo progreditur. sed non terminatur eius progressus, si discere velit. quandò nos caussas rerum inquirimus, vt cognitas, effectibus applicemus, & vt per resolutionem caussas inuentas, cum effectis iterum componamus, sed terminatur nihilominus inquisitio medio; quia caussa cognita, in illa quoque perspicuus euadit effectus. atque id ex consequenti, quasi, sic progrediatur nostra mens, vt medicus, qui optimę fœminę colorem viuidum restituturus purget corpus à malis succis, nec quicquã amplius efficiat: nam purgato corpore color ex consecutione reparatur. At caussis aliquid addit ipsum compositum, siue effectus & esse, nempe sensilem materiã, quę caussę locum in scientia nõ obtinuit, sed obiecti: sic est quęstio, si est quęstio ipsius quid est. Neque tamen idem est esse & quid est. Et quoniã suę caussę firmamentum maximũ opinabatur, quòd in ea quęstione non quęreretur de eo qđ est esse actu: nanq. ab hac notione separantur definitiones, atque demonstrationes; etiam in hoc peccauit, nisi fallor; quia, siquando pronunciauit hoc Aristoteles, vt fecisse videtur, 7. Met. de singulari & indiuiduo verba fecit, actum vniuersalem non reiiciens, quatenus in philosophia naturali

turali supponit pro singularibus, vt olim demonstratũ est. Neque hoc absurdum est, vbi id quod est actu, pro obiecto sumatur. ceterùm quatenus media, demonstratio, & definitio separantur ab eo quod est in actu; sic hominis est definitio, & homo est obiectum quod sciri debet, id per quod scitur, est animal rõnis compos quod ab eo quod est esse in actu, segregatur. & de Luna queritur sit'ne obnoxia deliquioni, & deliquionis caussa queritur quæ sensui se se offert; at non quatenus cùm indiuidui conditionibus repræsentatur, verùm vt ab his conditionibus libera & expedita degenerat in vniuersale quod nihilo setius supponit, vt dictum est, pro singularibus. Nunquam enim ego persuadebor, vt aliqui ferunt, facultatem lumine carendi esse id cuius scientia quæritur: qui optimè videam, cùm mens nostra ab singularibus abstrahit, vniuersale non facere transitũ ab actu ad potestatem, sed ab hoc actu ad actum simpliciter, vt quiuis sanę mentis facilè cognoscere potest. Proinde quæstio sit'ne res, neque apud dialecticum, neq. apud analyticum, seu demonstratiuũ erit vllo modo quæstio substantiæ, siue essentiæ, vt ipsi voluerunt. Discrimen itẽ quod adscripsit inter dialecticas quæstioneis, & demõstratiuas, seu rectius analyticas, non admodum certum esse arbitror. Etenim non modò licet dialectico tractare secundas notioneis. verùm etiam primas; propterea quòd de quocunque problemate proposito probabiliter disputare põt. Si etiam dialectica vtilis est ad exercitationeis, colloquia, & ad eas quæ secundùm philosophiam sunt, disciplinas, & ad singularũ principia potissime; planum quòd etiã de rebus ipsis agi dialecticè licebit. Prætereà docuit aliquando Aristoteles ab omnibus prædicatis, preterquàm ab accidente fieri conuersionem, vt si proprium hominis est esse disciplinæ capax; sequitur ergo hominẽ esse disciplinę capacem. similiter si hominis definitio est animal mortale bipes. ergo homo est animal mortale bipes; hæc verò prædicatio propria est accidentis, ab illis.n. sic ipso auctore eorum prædicatio conuertitur ad prędicationẽ accidentis. Itaque non minus hæc quàm illa erit prædicatio dialectica. Atque vbi Aristoteles statuit differentiam inter quæstioneis analyticas & dialecticas, etiam in definitionibus ipsis proponendis 6. & 7. Top. proponẽdi formulam indicauit. Nam si ita quæratur, quid est homo, est analytica propositio; si verò an animal bipes sit hominis definitio, hæc est dialectica, quoniam ad hanc respondere licet alterutram partem contradictionis, ibi non licet. Proinde si, quòd accidentis quæstio proponatur hoc modo; quia quatenus verum hoc sit; non recludit viã ad difficultateis è medio tollendas, planum est, aliud iudiciũ de eo prædicato esse faciendũ. patet et non rectè accidens habitum fuisse id quod est esse in actu. F

Queritur an esse sit modus quidam; cętera afferuntur quę sunt huius disceptationis. G
Caput XXIII.

VENIAMVS ad eos nunc, qui putant esse reponendum esse in modis, non autem in reb. vt superiores philosophi; atq. esse quidem modum quo res extra nihilum existunt, vel extra suas caussas, efficientem scilicet in qua sunt, vt in potestate agendi, & materiam in qua sunt, vt in potestate patiendi. Verùm, quia non omnium caussæ sunt, sed est quędam caussa, atq. illa quidem prima de qua mente concipi non potest, esse extra caussas, eam conditionem restringunt tribuentes illud reb. genitis, aut ad summum ab alio pendentib. in prima talem notionem ponunt eius quod est esse; quatenus.s. sunt extra oẽ genus effectus. Hîc ego propter auctoritatem doctorũ quos semper admiratus sum, veniã facilè pro veritate impetrabo, siquid cõtrà dixerim. Tu interim quæcunq. hæc futura sunt, quæso in bonã partem accipias. Cùm verò hæc gratis sumant, neq. rationem afferãt, cur ita decreuerint, nos ad positionis huiusce perscrutationem proximè conferemus. Ille igitur qui talẽ notionem entis proponit, inferre videtur quandam habitudinem eius, quod est, ad suas caussas. quare nulla ipsius esse notio põt esse absoluta. & tamen nouimus eorum quæ sunt, nonnulla esse & concipi vt absoluta, quædam verò cùm habitudine. H
Neque tu mihi hîc opponas, substantiarum simpliciũ esse absolutã notione solùm; at non a nob. ita concipi, sed cum habitudine perpetuò. Nanq. satis esset, si illius ratio posset esse absoluta suapte natura. Tum item, quia licet etiã nob. absolutè substantiam noscere. si ea prior est accidente notitia, natura, & tempore. erit.n. aliquod instans, vel naturæ, vel temporis quo substantia per se ipsam, quantum.s. è principiis internis existit, vt sensui sese offert, menti nostræ præsentetur; atq. illa erit absoluta cognitio. Prætereà illorum notio quæ inter se respiciunt; antecederet notioni substantiæ; sic prius nosceretur attributum, quàm fundamentum: & tamen prius noscimus esse Socratẽ, deinde filios'ne habeat, aut discipulos. Necnon prima notio eius quod est, incohata est, atq. confusa, eademq. simplex & vna. atqui cùm ea habitudine, neq. simplex, neque vna mihi videtur. Ergo neq. illa erit eius notio prima. Neq. item est ad meũ sensum, atq. ad illud syncerum & subtile iudiciũ, quòd respondeas illam pendentiã facere aliquam notionem complexam, vt cùm accidens concretũ concipitur, aut cùm alterius esse dicitur id quod respicit alterum, velut si dicam Francisci famulus; quæ tamen citra enũciationẽ consistat, ideoq. etiã simplex habeatur;

quia

A quia non erit illa prima informatio, notioq. entis quæ eſt cum pendentia, ſed poſterior; nos aũt quęrimus hîc de prima. prius enim noſcitur homo & cęlum; deinde noſcitur habeat'ne cauſsã efficientem, aut finem: addo item materiam, & nonnunquam id quod eſt, eſſe cognoſcitur, latet autem habeat'ne illa cauſſarum genera, & eſt demonſtrabile, non perſpicuum. Præterea notio iſta non eſſet prior quo ad nos, nanq. illi efficientis notio præcederet; &, quod multò peius eſt, materiæ & poteſtatis de quib. eſſe anguſtiore menſura prędicatur. Quòd ſi fatearis ea cognoſci, vt ſunt; ideò nihil antecedere notitiæ illius quod eſt. Tum quæro quæ'nam ſit iſta notio. Si, vt ſunt extra ſuas cauſſas, & de illarũ notione ſecundo loco percunctabor. Sic quęſtio progredietur in immenſum. Quòd ſi quempiã alium modũ excogitaueris: ergo erit aliqua notio eius quod eſt multò ſimplicior & prior, quàm illius quod notiſsimũ nob. conſtituimus. Accedit eodem, ꝙ, cùm ita dicitur eſſe, ſignificatur ſubſtantiã eſſe extra ſuas cauſſas: hæc.n. accidenti prępomitur omnibus modis. Ergo non erit prima notio ſubſtantiæ confuſa, ſed tum reſoluta erit in alia principia, cui natura perpetuò reclamat, quę nobis ingenuit viã qua à confuſis ad diſtincta progrederemur. Adde etiam, ꝙ modo ſupponitur aliqua notio prior, eius.ſ. quę eſt rei cuius eſt modus. Nũc quæro, quæ ſit rei notio, an'ne vt eſt? Tum aut hic eſt modus, & ſic in infinitũ quæſtio procedet, aut alia quidẽ erit notio eius, & nobis prior, quàm eius quod eſt, & quàm illa quę à nobis prima

B poſita eſt. Sed eſto, ſit modus formæ, quia.ſ. illud eſſe obiiciat nobis formã non ſimpliciter, ſed vt in materia: quid, ſi cõferatur cùm reipſa cui tribuitur eſſe? erit'ne modus eius an aliud quippiã? profectò parùm ſe explicare videntur huius ſententiæ patroni. Sed videamus obſecro quod ipſi de ſubſtantiæ ſeparatæ cognitione decreuerint. Vt volunt, ex eo cognoſcitur, ꝙ ſit extra omne genus effecti. Eſt'ne hæc prima rudiſq. illius notitia quod eſt? Minimè profectò, quoniã tales ſubſtantiæ ſunt nobis ignotæ, neq. monſtrat vllo modo ſenſus, ꝙ ſint. Eſt'ne fortaſſe diſtincta? Neq. hoc etiam: quia quicquid ſit de veritate, nulla eſt alia via à Peripateticis vſurpata qua ſubſtãtiæ ſeparatæ notitiam adipiſci valeamus, quàm motus. Sed notio primi motus ducit nos in primum principiũ, propter relationem mobilis ad mouens: eſſentiã ſimpliciter relinquit methodus mẽti perfectæ quam adeptã vocant. Atqui foret alia via qua manuduceremur in eius ſubſtantię cognitionẽ, quàm motus, ſi quà extra omnẽ effectum conciperetùr. Præterquamquòd illa notio reſoluitur in aliã notionem quæ nobis & natura prior eſt, nempe in notionem primi: quõ factum eſt, vt ex notione primorũ contrariorum Ariſtoteles inferret ea non fieri ex aliis, neque ex ſeſe viciſſim, ſed alia ex ipſis. Ideò quoq. antequàm noſcamus eſſe ſubſtantiã ſeparatam, habuimus eius

C notitiã: addo item, atq. illam cõplexam, nimirum, quòd ille qui conuenit cęlum, ſit primus motor. Et planè quanuis conceptio rei ſimplicis ſit primùm mentis officium, ea res eſt compoſita & materiata, quæ confuſè noteſcit. abhorrent ab eiuſmodi officio ſeparata, proptereaquòd eorum notitia diſtincta eſt, atq. illa ẽt flagitat tertium munus quod eſt ratiocinari: hoc verò eſt ex effectu, & poſteriorib. ex quo ſaltem ſyllogiſmo hypothetico inferimus: vt puta, Si eſt primus motus, eſt item primus motor. Si primus motor; ergo & Deus. Cùm verò ſit ſuapte natura motus facta reſolutione, tum per ſe ipſum ſe menti noſtræ præſentat, vt nil clarius offerri poſsit; atque adeò vt in eius aſpectu hebeſcat & cęcutiat: quia verò idem ibi eſt eſſe & eſſe huius, vnà cum eſſentia, item eſſe cognoſcitur. Quamobrem, cùm quęritur, an ſit Deus in methodo, quæritur an ſit prima quædam cauſſa, ſeu principiũ primum motus cum habitudine, vt ſæpe dictum eſt. Inde interueniente mentis officio, ſubſtantia ipſa ſeparata ſimul cum eſſentia ſua percipitur. Ergo non ita cognoſcitur eſſe; quia ſit extra oẽm effectum, ſed per ſeipſam & abſolutè ea reſolutione præcedente quam paullò ante ſignificauimus. Quanuis autem in quæſtione ſit'ne res, cauſſa proponatur ad inquirendũ in methodo; patet quid ſibi velit eiuſmodi quæſtio. eſt.n. cauſſa, ob quam

D res eſt, ab eo differens, quod eſſe dicitur. eſt etiam quæſtio cauſſæ an ſit, quæ eſt eadẽ cum eo qđ eſt. vt cùm quæritur de cauſſa ſimpliciter, ſit'ne (quanquam id de obſcuris quæritur, vt ſupra docuimus, cùm meminimus, quemadmodum hæc quæſtio pertineret ad naturam) vt, ſi quęramus an ſit animus, eſt cauſſæ quæſtio; quia idẽ eſt animo eſſe & eſſe animum, qui ſub ratione cauſſæ cõprehenditur & veſtigatur. Itaque cauſſę quæſtio generalior eſt, quàm vt accipitur ab interpretibus 2. Poſt. an ſit cauſſa, & vt terminus, an etiam illud ſit ſimpliciter, cui cauſſam eſſe contingit. Ex his ergò concluditur eſſe ſubſtantiã ſeparatam propter vim methodi quæ captui noſtro conſulit, non eodẽ modo cognoſci ac tribui tali ſubſtantiæ quo cęteris reb. materia conſtantib. tribui cognoſciq. ſolet. Ita modum non eſſe credimus id quod eſt, aut eſſe, quod noſtra ætate nonnulli cenſuerunt. Proinde ponamus in medio nunc, quámne vocis propoſitæ notionem primam eſſe opinemur, & explicemus itẽ ad quod'nam caput referendũ ſit eſſe, ſubſtantiam'ne, an accidẽs. quod à veteribus philoſophis & ab iis qui nob. anteceſſerunt, longiſsimis diſputationibus confectum eſt. Sed antè nũnulla aſſumemus quæ nob. aditum ad hæc percipienda recludant. Primùm verò diſtinguendũ de ſignificatis huius vocis ens, vnde eſſe deriuatur. Ea ſic ab Ariſtotele diſtributa legimus, [a] quantum ad rem noſtrã ſpectat. Etenim entia & eſſe dicuntur, quæcunque ſigni- [a] 5. Met. T. 14.

ficant

ficant figurę dictionis (ita.n.verto verba illa ὅσαπερ σημαίνει τὰ σχήματα τῆς λέξεως. caussam nostri consilij postmodò afferemus) hoc est, decem categoriæ dicuntur entia & esse. Tum secundò ens significat id quod verum est, quando.s.iis quæ sunt in mente, aliquid in rerum natura respondet, siue id simplex sit, siue in complexione ponatur. Postremò esse bifariam dicitur actu.s. & esse posse. Atque hæc ipsius entis & esse significata perhibentur. Nunc caussa reddenda est propterquam sic conuertimus ea verba quæ ad primum significatum pertinent. Etenim didicimus, voceis esse doctrinæ instrumenta quib. ignari in ipsam rerũ naturam introducerentur: nam rerũ formas quoquo pacto significant. Nunc siquis optimè vocũ capita exploret, certissimè quoque cognoscet esse decẽ rerum formulas quib. explicantur ea, quæ vocib. exprimi possunt, prout etiã decem sunt modi quib. res ipsa natura fabricauit. vnde etiam ea quæ sunt, hoc modo exposuit Prędicamentis Aristoteles. Idem quoque 5. Met. illa subiecit, ex quib. interpretatio nostra
» confirmari posit. subdit.n. Quoties.n.dicuntur (figuræ dictionis) toties ipsum esse significat.
» Tum etiam mox. Cùm ergo eorum quæ prædicantur (sunt verò ea quæ vocibus exprimuntur) quædã ipsum quid est significant & reliqua. horum cuique idẽ ipsum esse significat. Ex quo efficitur, vt substantia sit ens, & quæ seq. quæ à figuris dictionis significantur. Ergo tot modis esse dicitur, quot sunt prędicamenta. Hîc credo te animaduertere primum significatũ eius quod est; cùm per figuras dictionis, ac prædicamenta sit distributũ, nihil aliud offerre nob. quàm prædicamenta ipsa, nec in aliam quampiã notionem cõmunem posse dissolui. Nam quicquid aut voce exprimitur, aut in mentẽ cadit, fieri non põt, quin idem sit vnũ è decẽ prædicamentis; nec aliquid ab ipsis aut re, aut mente separari potest. Proinde nulla notio cõmunis est omnib. prædicamẽtis; sed ordo solùm prædicamentorum cõmuni illo significatur, quod esse generatim dicitur. Idcirco ad vnũ ponitur ens, nõ vniuocum. Sed cùm hæc nos partim libro priore tractauerimus, atq. itẽ ab aliis complurib. philosophis accipi valeant; non est ꝙ hoc loco plurib. exponantur. Satis illud esto, notionẽ eius quod est, resolui in aliquid prius secundùm naturã, nimirùm in decem genera rerum, decemq. categorias. Quocirca simplicius quid natura à singulis prędicamẽtis, quàm ab entis voce proponitur. Et siquo pacto simplicius & prius est, est ratione duntaxat, vt aliàs admonuimus. Verumenimuerò cùm esse sit duplex, actu videlicet, & potestate: id aũt, quod potestate est, necessariò referatur ad actum. ex eo.n. potestatẽ habere dicitur, quia põt esse id quod est actu. Igitur illud esse quod prædicamenta ipsa notant, est esse actu. esse verò actu est, vbi forma adest materiæ. Cùm verò cęteris antecedat actu substantia; substãtiam ergo primùm reprę̨sentat. Hoc igitur esse est id quod nos concipimus in quæstione sit'ne res, & quod apud nostros existentiæ nomine designatur, quo res ipsa in actu significatur, ab ipsa re solummodò rõne separatum; cętera nihil addens ei de quo dicitur. Vnde quæstio sit'ne res in simplicib. ab Aristotele numeratur; ita se habens ad quid est, siue essentiam, vt quid natura posterius; attamen notum nob. vt ab hoc per casum quendã reliquorum notiones explicentur, generatim quidem omniũ prædicamentorum, quatenus actu existunt, præcipuè verò substantiæ: quandò reliqua vel sunt eius partes, vel proprietates, & conditiones, aut principia, ex quorũ varietate mens nostra fabricata est cõmunem quandã notionem ad vnum, cum qua nihil à cęteris separatum reipsa cõueniret; sed pro singulis eius partib. quodã tamen ordine supponeret. Quamobrem, si rem probè aduertas, esse ipsũ, quod primùm menti nostræ, seu per sensũ, siue in munere illo primo mentis occurrit, quod est incohatum, imperfectũ atq. confusum, non est cõmune quoddam separatum; sed quod actu existit: id verò est, ipsamet substantia sensilis quæ constat ex materia sensili, cuius beneficio per accidẽtia sensilia pellit sensus primùm, tum mentẽ ipsam rudẽ, & quasi abacum omni litura purgatã, siue ea communia sint, seu propria, siue vt seorsum, siue vt in cumulo quodam, σωρὸν Græci vocant, qui nonnunquam cum indiuiduo; interdum verò cũ specie, aut etiam genere conuenire posit, & producere quãdoque notionẽ vniuersalis cuiusdam indefiniti, quod nos primò cognitũ esse, quandò alibi demonstrauimus, nunc pro demonstrato sumimus, ea vi qua substantia, quanuis cõposita, quia per se sensilis non est, per accidentia quæ proximè pulsant sensus, ipsa sensilis efficitur, & qua per ingenitã habitudinem & vinculum quo ipsi adstringuntur, accidẽtia, referunt nob. subiectum, in quo existunt, cõpositum prius, posteà partem eius, vel principium, atque id vel vt eiusmodi, in quo simpliciter insit, vel vt caussam, præcipuè verò propria, ac simpliciter quidẽ solo interprete sensu, vt caussam verò interueniente mentis officio, [a] quæ illo cognito, ꝙ hoc primo posito ponatur illud accidens, eo verò sublato de medio tollatur, eam colligit esse caussam. Quapropter vulgò probatum. Accidentia magnam partẽ conferre ad inueniendum quid est. Neq. verò illa contra nos sunt quæ testabatur non semel Aristoteles. [b] Accidentia resolui in substantiã compositam. Neque.n. ibi caussam inhærentiæ volebat intelligi, sed denominationem spectabat. Nanque materia non dicitur alba, sed homo: vel esse considerabat accidentis non principia singula: semper autem ipsi forma substantiæ supponitur quæ, cùm præsens est, iam est compositum. Sed nimium fortasse diuerti in iis quę antehàc item attigimus.

Redeo

[a] 1. Post.

[b] 9 Met. Cc. 4. & 7.

A Redeo igitur ad esse. Cùm hoc sit compositum ipsum (idem.n.est homo, & ens homo) sicut cópositum resoluitur in duo genera principiorũ, internum.s.quod materiam formamq. complectitur ex quarũ coniunctione nascitur; quas itẽ essentiæ partes olim constituimus, & externum, quia caussas habuit antecedẽtes, efficientẽ & finem: ita quoq. & hæc notio ipsius esse in vtrũque principiorũ genus resolui põt, sed hęc posterius cõcipiuntur à nob. neq. primã ipsius esse notionẽ pariunt, veluti suprà longo sermone demonstrauimus. At verò cùm duplex sit materia sensilis & singularis, atq. ea quæ mente concipi põt, hæc quidem essentiæ pars est: illa facit esse. Nam tum verò actu substantia existit, & tum est substantia, cùm forma ipsa materiam sensilem sibi assumpsit. Quocirca quemadmodum materia sensilis formę substernitur, & aliquid accedit formę ex cõiunctione materiæ, sic esse est aliquid, qđ superuenit formæ & essentiæ. Verùm, quia coniunctio formę, & materiæ sensilis, seu potius hæc cõiuncta sunt ipsum cõpositũ, [a] sic esse in cõposito est ipsum cõpositum. Idcirco esse in cõposito non est vt aduenient ipsi, neq. vt accidens, neq. vt modus. Et sicut esse actu (rem nunc accipio, nõ modũ, vt significaui tibi aliàs actũ & potestatem sumi à philosophis) nullius est modus, sed est ipsummet qđ est actu, sic etiã esse est id quod est, sola rõne disiunctũ, veluti diximus de notione cõmunis ad vnum. Ideoq. essentia separatur ab esse, cùm esse sit ea posterius: nec esse substãtia cuiusquam est, vt optimè dictũ est 2. Post. quia caussas habet, quæ complent essentiã & quid est. Sed.n. hîc fortasse dices. Neq. id quod est esse actu, primam esse notionẽ eius quod est. Videtur.n. antecedere id quod est esse simpliciter. Nam sequitur hoc. Est in actu, ergo est. Neq. valet contrà. Est. ergo in actu, cũ esse possit. Tum quęro, quę sit huius dicti notio; aut.n. alia notio ab eius notione quod est esse in actu, aut eadem cum illa. Si dixeris aliam: efficietur ergo aliquam notionẽ eius quod est, esse multò priorem, quàm ea sit quæ est esse in actu, si fatearis eundem, quòd idem sit esse àc esse actu: valebit igitur. est: ergo in actu. Satis hîc esset, si diceremus, illa esse ad vnum quorũ prima parte sublata cęteræ quoq. tollerentur. Nam, si non est actus, neq. item potestas, neq. oĩno ipsum ens aut esse, & quòd illud esse in quod resolutio fit, vniuersè acceptum sit, & tunc aliquid rõne sanè diuersum significet, & ratione prius, sed reipsa attè posterius, verùm illa addere volumus, etiam quòd esse actu & esse simpliciter ita se habent, vt idẽ sint; nanque hoc est esse, quod primũ mouit mentẽ nostram. Quare nihil in ea resolutione notatur, quod alienum sit ab eo quod est esse actu, & ita nob. cognitũ est. Ideò quanuis ens actu resoluatur in esse quod sit ab illo diuersum; non tamen sequitur, vt eius notio sit prior, quàm eius quod est actu. Prius.n. nosse oportuit alia quæ actu non sunt, quæ tamen sine actu non cognoscuntur, & inter ea ponere conuenientiam, mox inferre simpliciter. est actu. ergo est. Itaq. negatur id consequi, quod in prima parte dilemmatis opponebatur.

[a] 10. Met. T. 25.

Examinatur, quemadmodum esse ab essentia separetur, & aliorum sententiis confutatis nostra pronunciatur. *Caput XXV.*

CVM viderimus esse id prima fronte significare, quod est esse actu; id aũt docuerimus vnà significare cum forma & quiditate materiam sensilẽ: nob. aditus fortasse patebit ad solutionẽ celebris illius quęstionis, quemadmodũ esse differat ab essentia, de qua, tametsi multa in diuersas parteis à philosophis ac theologis potissimè dicũtur, atq. ita vt operam perdere credatur philosophus naturalis, qui manus inserat in hanc, quasi alienam messem. Nos tamen, vt nostra consentiant, nõnulla in medio afferre decreuimus. Itaq. D. Thomas cõstituit esse hoc, quod cõposito tribuimus, re differre ab essẽtia in omnib. iis quæ sũt infra Deũ, ac solùm in ipso Deo idẽ prorsus esse qđ dicimus esse hoc, & esse huius. Etenim citra Deũ vniuersa per id primũ quod est, obtinuisse ꝙ sint. quare esse tẽporariũ est, & singulare, essẽtia vniuersalis & æterna. Ergo aduenit esse hoc ipsi essentiæ Nõ igitur idẽ esse & essentia, sed est cõpositio quędam. Cùm verò oĩs cõpositio requirat actũ & potestatẽ; ita se habet essẽtia ad ipsũ esse illo auctore, vt essentia vicẽ subeat potestatis; esse verò sit actus. Ideò sic descriptum est esse à D. Thoma, vltimũ cõplementum, & vltima actualitas ab agente primo reb. impressa. Eam verò esse rei differentiã, non rõnis ita persuadebat. Tum ꝙ Aristoteles sępè docuerit essentiã ab eo quod est separari, & indeterminatè se habere ad esse, & nõ esse. Tum ẽt ꝙ aliqua essẽtia potest esse. Ergo essentia differt ab esse: si minus idem esset in potentia ad seipsum. Pręterea si idẽ forent esse & essentia, proinde sicut essẽtia est illimitata, & infinita; sic ẽt esse foret illimitatũ, & infinitum. quod certè falsissimum est. Huc accedit, ꝙ essẽtia caret caussa efficiente, esse non item. Est.n. locus cõmunis. Quorum caussæ non sunt eadẽ; neq. eadem effecta. Ergo ẽt re differunt esse & essentia. Totidem ferè sunt quæ ex decretis D. Thomę repetita ab huius sentẽtiæ patronis afferuntur. Quæ sanè non admodũ congruentia cum Peripateticorũ dictis arbitror. Nam ꝙ nihil præter Deũ sit æternũ, quãuis impiũ; tñ ab Aristotele pertinacissimè defensũ fuisse nouimus. Neq. negare, possum⁹ Peripateticè, qn in reb. materia liberis idẽ sit posse & esse, atq. itẽ operari: neq. ẽt dare ꝙ in earũ essẽtia cõpositio sit q̃ cõstituat intrinsec⁹, sed ea solũ q̃ formalẽ vocãt, q̃ extrinsecus ẽ, & fit, vbi ex mẽre ĩ actu, & mẽre in potẽtia fit vnum.

Neque item probare possumus essentiã se habere vt potestatẽ ad esse, qui legamus non rarò apud Aristotelẽ potentiã ad esse fundari, nõ essentia, sed materia: hæc.n. sola est potestate substantia, & efficientis ope ad actu substantiã traducitur. &, cùm sit res imperfecta, accipiens formam quæ est suaipsius & propria perfectio, fit actu substantia, & actu est, & est terminus generationis, si non primus & absolutus, at secũdus & ex alio pendens. Quamobrem hîc ego quoq. subiiciã id quod obiicit Parmenidi & Melisso Aristoteles, cùm parum firma reputetur apud Peripateticos hæc positio, non posse, nisi infirmis & lubricis niti fundamentis. Adde etiã, quia nulla ratio succurrit qua se expedire possit ex his obiectionibus. Etenim hæc existentia, cùm sit quædã res, aut est substantia, aut accidens. Nanq. hæc diuisio cõplectitur oĩa: nihil aũt esse põt ex his. triplex.n. substãtiæ genus est, materia.s. forma, & cõpositum, quorũ nullum est existentia. Neque item accidens, eo quòd nullum subuenit prædicamentum quò referri queat. Tum prætereà, quia ponitur in essentia potestas: at potestas in perfectius contẽdit: non igitur in accidens. Si actum dixeris esse, neque primus est hic, quoniã non est forma, neq. secundus, quia secundus aut est forma simpliciter, aut aliquo modo, hoc est, operans, vt posteà videbimus. Quinetiam ruinã sibi moliuntur. Nam dum accipiunt essentiã esse potentiam, aduersantur Aristotelicę partitioni qui potestatem materiæ tribuit, actũ formæ, cui solet addici essentia. Atq. hæc quidem Aristoteles 2. de Anima. Illud quoq. notandum, quòd sibi quasi suo iure sumunt ex essentia & esse fieri compositionem, vbi simul etiam dant è duob. in actu fieri posse vnum per se. essentia.n. actus est, quin potius maximè actus, cui quidẽ principio multũ tribuunt huius sententiæ defensores. Atque hęc quidem contra D. Thomã disseruntur. Ex quibus item contraria sententia confirmari videbitur. Sed siquis etiã pro hac parte firmamentũ desideret, illud satis idoneũ ac firmum esse censebitur quod à generatione sumptum est. Nimirùm, si existentia re differret ab essentia, duo forent termini per se primi generationis ipsius. Id verò fieri nequit. Nanq. vnitas numeralis cuiuslibet motus pendet ex vnitate numerali termini ad quem. Coniunctum probatur. siquidem terminus generationis sit forma, sit etiã terminus generationis ipsum esse, vt patet ex definitione generationis; est.n. mutatio ex non ente in ens. Si ergo hæc re differunt, duo sunt termini generationis re distincti, vt accepimus. Dabit quispiã duos esse terminos, primũ.s. ac secundum. Tum quærã ego, quis ex ipsis primus sit, formáne an esse. Non sanè ipsũ esse; quoniã est effectus formalis ipsius formæ: ergo posterius formę. Est.n. res per formã, neq. esse dicitur res, nisi cùm formã consecuta fuerit. [a] Neq. etiam forma, quia, cùm forma separetur ab esse, posset quidẽ absoluta esse generatio, tametsi non succederet esse: neq. minus quàm cũ calefactio sẽper habeat adnexã rarefactionẽ, atque inducta caliditate, raritas nõ esset inducta; nihilominus foret absoluta calefactio. Sic aliquid esset genitũ quod nondũ esset. Proptereà contrà nonnulli opinari sũt, esse ab essentia reipsa non differre, sed ad summũ sola rõne discrepare. Veruntamen, vt liberè dicam qđ ego sentio, videtur vtraq. sententia nonnihil ambigui pręseferre, atq. id puto propter ambiguitatẽ distinctionis illius, quod inquiũt re & ratione distare. Nam re differre, vt aliàs adnotauimus, est nõ esse idẽ subiecto, est ẽt essẽtia discrepare; hoc est, aliam habere rationẽ ab eo cum quo, aut in quo est: sic re differt albedo niuis ab albedine cygni, & numerus ẽt à reipsa numerata. ibi quidem, quia diuersa subiecta; hîc quòd essentia & ratio diuersa. Ratione aũt, quia vel essentia & notio alia, vt fundamenti, & habitudinis, vel ẽt quòd mens ipsa separet, quę reapse cõiuncta sunt, vt albedinẽ ab homine albo; vbi quidẽ nihil est absurdi, si id quod ita separatur, rõne prius existit, natura verò posterius. Quocirca, siquis id negare audebit, cum rõne differre dixerit esse ab essẽtia, quia non sit alia notio ei⁹ quod est esse & essẽtiæ, nec rei quicquam vltra essẽtiam accedere, & multò magis vltra formam; is ab Aristotele planè discedere existimabitur. esse.n. est ipsius cõpositi primò in rebus materiatis (nanq. in cęteris idẽ est esse & essentia, ꝙ sola ipsorum forma extat, eaq. omnibus numeris & partibus absoluta) vnde sine materia sensili nõ datur, siue ea sit prima caussa, cur sit compositum, & singulare, siue secunda & aliqua forma, aut natura indiuidua, nihil refert; illud satis est, si nobis cõcedatur materiam sensilẽ necessariò supponi in constitutione cõpositi & singularis, & eius esse partẽ quæ constituat. Siue ergo materia sensilis, quia põt hoc esse, fiat hoc accessione formæ, seu forma quæ est in efficiẽte, vel suapte natura singularis, vel cõmunis & vniuersalis, vt arbitror, assumat materiã sensilẽ; aliquid extrinsecùs vtriq. accedat oportet, vel materiæ, dũ accipit formã, vel formæ, dum sibi materiam sumit, ex quib. ipsum esse consequatur. Neque.n. illos audio qui nihil accedere putant in generatione, cùm credãt agens nihil exhibere & præstare, nisi solam perfectionẽ, quia.s. promoueat solùm id qđ est potestate ad actũ: dat.n. formã quam habet in seipso formaliter, materię quę solũmodò illã habere põt. Neq. alio pacto credo, ꝓpositionẽ illã esse verã. Agens nihil exhibere, nisi solã perfectionẽ; nisi, quatenus dat formã quę, vt aliàs accepisti, ꝑfectio reputatur, atq. ita describitur. Et quantũ ꝑtinet ad esse, quia.s. exhibita forma nihil aliud faciat: qñ quidẽ ex ꝑsentia formę ĩ materia statĩ cõsequit', vt sit cõpositũ. Proinde cũ aliud sit materia sẽsilis à forma & essẽtia; prętereà separẽtur hæc à materia sẽsili, aliud quoq. est esse cõpositi ab essentia.

[a] 2. Phys.

Quia

A Quia verò posses obiicere separationem formę, seu essentiæ à materia sensili nō esse, nisi rationis opus, quia cum forma, tum essentia semper in materia sensili consistant; audi nunc quæ me moueant ad credendum hęc quoq. reipsa separari. Primùm quidem essentia ponitur in forma, atq. materia, & ea quidē quæ solùm mente comprehendi posit: sed cum forma, tum materia quæ in mentem cadit, quanuis sint in materia sensili, nec vsq extent ab ea secreta; at suapte natura nō magis hac quàm illa materia sensili terminantur,[a] sed generatim quæcunq. conditiones offerentur, eas accipient, modò secum congruant & tolerari posint. eius res signum, q idem agens per eandem formam complures effectus consimiles gignere potest. Ergo etiam natura separantur. Prętereà docens Aristoteles, vt compositum ex duob. primordiis conflatum sit, inquit, rationem compositi in componentium rationes dissolui.[b] Ergo rationes principiorum natura priores. nō ita dices dissolui rationem compositi, in rationem eius quod est; sed contrà rationem eius quod est, in rationem prædicamentorum. Idcirco nos monebat Aristoteles,[c] eorū quorum rationes separarētur, geminā esse naturam, quorundam sanè quorum substantia prior esset, ea verò sunt, quorum substantia esse excellit, aliorum verò minimè, quorum s. substantia sine illo non consisteret. Sed ea natura sine his determinatis esse pōt, nec habet esse, quòd sit in alio. Quamobrem non ratione sola, sed etiam natura secernuntur. Neq. spectatur quòd actu nunquam separentur,

[a] 7. Met. T. 28.

[b] 1. Phys.

[c] 13. Met. c. 3.

B sed quòd illorum esse non sit in alio positum. Nanq. etiam substantia nusquàm extat sine accidente, nihilo secius esse substantiæ diuersum est ab esse accidentis, & eo quoque natura prius. Ideòq. sicut accidens & substantia re disiunguntur, quanuis actu non separentur, sic quoque de forma & essentia dicendū est, si cum composito & materia sensili conferantur. Atqui dices, esse nihil addit, est. n. transcendens, & ad vnum. Vide obsecro quantum decipiaris, & impliceris fallacia secundùm figuram dictionis. Non'ne est esse accidentis? non'ne substantiæ? Nunquid fateberis esse acciddentis nihil addere alteri esse? nunquam te ita ineptum credam: illud & verò faberis esse accidentis nihil addere accidenti, sic quoq. esse dicitur & de cōposito & de essentia: non est idem esse vtriusque. Si igitur esse quod dicitur de composito, cum composito conferatur, vtiq. nihil addet. sed si esse, quod de cōposito prædicatur, cùm esse essentiæ & formæ comparetur; dicam & constantissimè defendā esse illud & ipsi essentiæ aliquid addere, & posterius natura, & re, idest, essentia discrepans, non secus àc discrepet essentia caussæ ab ipso effecto, siquando seorsum cōsideretur, tametsi non existit extra effectū, vt lignum, siquis aduertat, ex quo factū est scamnū; inerit in scamno vt pars, & quia prius extitit lignū, quàm ex eo fieret scamnū, reipsa scamnum à ligno segregabit, cùm posteà fabricatum fuerit scamnū, atq. eius forma ab artifice se

C parata, & in materia posita, & ipsum à cōposito sola ratione differre profitebitur, eo tamē modo quo posterius à priore, & id quod est ad vnū, à suis partibus separari didicisti: ac si ita re differre acciperent D. Thomæ sectatores, neq. nominum potestatē perturbarent, eos approbarem, si secus, non possem non dissentire. Nec aliud quicquam rationes eorum conuincunt. Neque hanc sententiā demoliuntur ea quæ opponūt aduersarij. siquidem vbi dicitur, duos fore terminos generationis, id inficiemur. Nam terminus est esse, quod est esse actu. Cùm verò opponunt, formam esse eiusmodi terminū, ideòq. cùm forma separetur ab esse, poterit esse quidem generatio, neq. tamen erit res. Specta, amabo te, hìc quàm parùm sibi constet ille qui ita opponit. Etenim de essentia differit; ipse verò accipit formā quæ est pars essentiæ, differēs ab essētia, veluti pars à toto. Sed hoc misso animaduerte quæso quo vitio laboret hoc argumentum: nam fallit recipiens simpliciter id quod verum est cum aliqua cōditione: sic. n. terminus est forma, non per se nuda, sed vt est in materia, atq. illa quidē sensili. Proinde ēt cessat illa dubitatio. Tametsi forma est ipsum quid est, forma aūt gignitur, quid est verò est æternum: quandò forma generatur propter materiam sensilem, dum. s. ab agente collocatur in materia apparata: in hac. n. prima inest origo transmutationis substantiæ, quid est aūt, ab hoc materiæ genere segregatur. Forma verò in materia nil est aliud àc cōpositum, & esse compositi proprium, vt quanuis esse formæ & esse materiæ

D seorsum sit vniuscuiusq. proprium, & suo cuiusq. proprio & peculiari modo, & esse formæ sit perfectio, materia verò sensilis imperfectū, atque potestas: at forma in materia sensili, tum illud in actu sunt, quod est compositum propter vtriusq. naturæ virtutem, vt suo loco declarabitur. Firmum sanè foret argumentū. si forma per se poneretur finis generationis: hæc. n. terminus alter esset, & à composito separatus. Et illa quæstio vana, sit'ne accidens, an substantia: est. n. esse, quemadmodū id quod ipsi supponitur reipsa, mente verò cōmune quoddam ad vnum, atq. illud natura posterius, idcirco reipsa pōt esse compositum. veruntamen ita se habeat ad cōpositū, atqui si cū essentia, & quiditate conferatur, est oīno posterius & origine & perfectione: siquidem ex illa existat, & similiter ex illius boni participatione suā prestantiam consequatur. Neq. ita se habere ad essentiam immutat prędicamentum eius cui tribuitur, esse. n. totidem modis est, quot sunt figurę dictionis: nec quicquam vetat prius & posterius esse, caussaúe & effectum, quo minus omnia sint ex eodē prędicamento, & vniuoca nonnunquàm, quo magis naturę simi-

litudine adstringuntur. Quanquam & id verè prædicamentum constituit, quod est actu & ens sensile, eius principiũ essentia & materia, potestas & actus. Esse igitur à composito sola ratione disiungitur; atq. illud est esse actu quod tum contingit, cùm forma ab agente imprimitur materiæ sensili: quapropter etiã forma dicitur actus primus; quo dirigitur illa species potestatis quæ vocatur essentialis, quia. s. respiciat formã quæ est potissima pars essentiæ, & vnde est ipsum compositum. Nam forma per se actus est, & sine hac actus vtiq. nullus; vt etiam præuiæ illæ affectiones, licèt formæ futuræ ministrent, cum actu tamen antecedente consistant, siue efficiente, siue ẽt subiecto innitantur. Etenim tum primùm res est, vbi forma cùm materia copulatur, vnde materia quæ potestate fuerat, illud assequitur, vt actu existat, & accessione formæ fiat compositum. E

Dubitationes aliquæ tolluntur ad ea pertinentes quę de esse & essentia dicta sunt, & aliæ proponuntur ad actus vtriusque naturam spectantes. Cap. XXVI.

VERVMENIMVERO Theophilus quem semper honoris caussa nomino, contra hæc in suis commentariis de Anima disputabat, inquiens nullo modo fieri posse, vt esse additamentum foret essentiæ, quandoquidẽ præter ens, quod in decẽ prædicamenta secatur, & ens verum, & vt puto, reale ad eius differentiã quod rationis appellant, quia sit opus mentis humanæ; F
numerandum quoq. esset tertium ens substantiæ superadditũ, quod tamen nusquàm factitatum fuisse cõperimus, neq. ab Aristotele solùm; sed ab iis omnib. qui distributioni Aristotelicæ acquiescere noluerunt. Tum deinde si esse essentiæ superinduceretur; de eo quærendũ foret, cuius beneficio sit: nam si per se; ergo non per esse additum: si per aliud; etiam de hoc ipso quæretur, atq. ita quæstio perduci poterit in infinitum. Respondemus. n. ad primum, in decẽ prædicamenta distribui tale genus entis, qđ addit essentiæ materiã sensilẽ, & hoc esse verè propriéq. substãtiã cuius alia principia sint quæ sint, vt fertur, analogicè substantiæ. Quare vr̃ esse lapsus in eo, ꝙ hoc substantiæ superaddatur; cùm superaddatur essentiæ, & ipsum propriè sit substantia. Ad secun-
a 5. Met. T. 22. dùm verò distinguimus illam vocem per se: quandò inter alia significata hoc habet, [a] ꝙ actu continet intra se principia ex quibus existit. sic homo per se est, & animal rationis compos, cui non repugnat esse per aliud; quippe per caussam quæ tamen non sit extra ipsum. Dicimus igitur hoc esse ita existere per se & per aliud; nempe per essentiam & materiam sensilem, vt caussas, atq. principia, sed hæc omnia intra se habere. Neq. ideò necesse est, vt si per aliud sit illi non conueniat esse per se; aut quòd resoluatur in alia quæ habeant esse; Verùm sat est, si ea in quæ resoluitur; habeant esse per se quidem, sed aptum sibi & conueniens, quod est esse principij, vnde existit illud esse quod essentiæ superinduci defendimus. Eodem modo responderemus ei qui item G
de composito quæreret, sit'ne per se, an per aliud: & quæstionem deduceret in infinitum: est. n. per se & per aliud, quod tamen habet esse, non existentiæ quod quærimus, sed essentiæ, & id sufficit. Id cùm sit in materia, est planè singulare; ideóq. singulare verè est. ab hoc mẽs abstrahit speciẽ vniuersalem quæ primum est mentis obiectũ, cuius. s. principia caussæq. vestigentur, & de qua demonstrentur affectiones. Ex eo verò quòd esse sic ratione separatur à reb. de quib. dicitur; etiã sequitur (vt hoc veluti corollarium addamus) vt prędicari possit, atq. item, vt medium inter esse & id, de quo prędicatur, intercedat, essentia nimirùm & caussa. Indeq. etiam nascitur, vt, cùm reipsa non discrepet ab eo de quo dicitur, remaneat nihilominus quæstio simplex. Quòd siquando Alexander, aut alius quisquam retulit quæstionem, sit'ne res ad accidens; meminerit multiplex esse significatum eius vocis; id. s. quod citra subiecti interitum abesse contingit, & id deniq. quod accedit ei quod est actu; dicitur itẽ accidens ἐνδεχόμενον & contingens, vt homini ambulare. Dicitur & tertiò id quod non cõprehenditur in notione formali rei cuiuspiã, quemadmodum non accipitur quodcunq. posterius in notione prioris, sic animali accidit homo vltimò accidens illud appellari solet quod sine vlla limitatione prędicatur, velut apud dialecticos in Top. H
& hoc modo quæstio, an sit res, est quęstio accidentis, quasi accidere valeat idem, atq. inhęrere: admodum. n. patet ea vox συμβαίνειν, vt etiam ad ea transumatur quæ necessariò consequũtur. Sed de his hactenus. Redeo nunc in viam. Nam multa certè sunt ea quæ de actus vtriusq. natura dicenda succurrunt. Primùm quidem q̃tũ ad illorũ ordinem spectat; tantum. n. abest, vt actus ille quem secundum vocamus, ab actu primo proficiscatur, & ex ipso habitu pullulet, vt si habitum contrahere velimus; anteà cogamur agere, & prout benè maléue egerimus; inde bonus malusúe habitus oriatur. Hinc cytharam pulsando cytharœdi efficimur, & benè pulsando boni; mali aũt malè, atq. ex hoc deducta cõmunis illa propositio è frequentatis actib. habitum comparari, eoq. nomine expressus est, quod firmitatẽ significaret quæ ex antecedente actione nasceretur. Habere. n. possidere est, & vti posse, nõ summis digitis attingere, vel superficie tenus infectum esse, & ex habitu talem reddi, vt facilè munus suum ipsius proprium exercere, & tueri valeat; ac sicut in habituum moraliũ comparatione monebat Philosophus; tantũ abest, vt ille qui iam sibi cõtraxerit

habitum;

A habitum; suo munere fungendo fatigetur, vt potius inde maximã voluptatem capiat. Neq. verò militi fortissimo graue, asperumúe videtur durum bellũ gerere, & pericula grauissima subire. Eodem modo de habitu qui ab eo quod actu existit per actionẽ materię imprimitur, iudicare debemus. Neque.n.natura delassatur, dum ex habitu quippiã agit, vt etiam moueret in infinitum, nisi materia quæ suopte impulsu nititur in contrarium, processu tẽporis obstaret. Quamobrem, si materia non sit eiusmodi, vt à contrariis affligatur (talem in cęlo Peripatetici esse putant) nulla sit suspicio defatigationis; ideoq. motus in infinitũ duci pôt. idemque facerent elemẽta, si per infinitum interuallum à proprio loco distarent, modò permanere possent, & nisi caussa corrumpens, materia.s.cùm cõtrariis intercederet, in eodẽ loco sine vllo labore perpetuò conquiescerẽt. Vnde etiã non defuere qui dicerent ignim in propria sphæra conseruari sempiternum, quos tamen increpat Aristoteles ostendens ibi quoq. caussam adesse interitus, materiam.s.& contraria. [a] Habitus hic latè patet, vt omne.s.prędicamentũ amplectatur: atq. ita pertinere videatur ad oẽ genus formæ, siue essentiã compleat, siue afferat accidens: [b] omnes.n.per gradus quosdam accedunt materiæ, & actũ quendam, si perfici debeant, in materia requirunt. Tum deinde actus iste secundus sit'ne accidens, an substantia. Nam quanuis iã transierit in rem iudicatam actũ secundum esse accidens; nos tamen consideratos facere debebat iudicium Aristotelis qui actum secun

B dum ad substantiã referre videbatur. eius.n.sunt verba [c] diuidentis substantiã in actum, potestatẽ & cõpositum. rursus actũ in primum atq. secundum. Nam sic fateri cogimur ex analyticis. Etenim partes vnius generis continentur ab eisdem quæ in quid est de genere prædicantur. Contrà verò videatur actus secundus esse accidens, eius inspecta definitione: siquidem accidentis natura illiusmodi sit, vt possit adesse & abesse citra subiecti interitum: at manet homo, manet geometra, quanuis ille ferietur dormiens; hic non describat figuras, ac dictum, tametsi quispiam nouit nullã mulam esse prægnantem, vbi quędam mula tumido ventre occurrat, posse nos suspicari illã vtero gerere, ꝙ habemus tantũ illius propositionis vniuersæ notitiã, nec tamen eam mula tumida occurente exercemus: sic nouimus triangulum, qui est in semicirculo esse rectãgulum: vtrum'ne verò triangulus ille quem in sinu occultũ in semicirculo Socrates habet, huiusmodi sit, nec'ne ignoramus, & possidemus quidem notitiam: non aũt agimus ex illa; non aliter atq. opulentissimus auarus qui numos in arca contẽplatur, & nescit vti paratis. Id propterea possessio ab vsu, quemadmodũ ab actu habitus, communi consuetudine separantur. Multa item alia ad hanc ipsam rẽ pertinentia scimus afferri quæ tamen potius è variis interpretũ collecta sententiis oppo

C nuntur, quàm validis rationib. muniantur, vti mos eorũ est qui in præceptorum verba iurarunt. Quamobrem hilari fronte dimittentur, iis tantummodò receptis quæ ex vno ipso Aristotele depromuntur, aut rõne quadã probabili confirmantur. Illud etiam necesse est in controuersiam reuocare: Vtrum'ne oĩs energia requirat habitum, an sine ipso subsistat. Neque id dico, quin aliqua videatur ex habitu non oriri, cùm supra apparuerit aliquã habitui posse antecedere; veruntamen ex eius frequentatione nascitur habitus, sed hîc quæritur an'ne actio sine actu sic subsistat, vt neq. ex illo pendeat, neq. ipse terminetur. quis.n. habitus ille sit, vnde oritur motus violentus, & quis habitus ex eius frequentatione nascitur? vt, si sexcenties in aërem proieceris saxum, nunquam nihilominus sursũ ex natura sua feratur. & tamen habendus est actus. nam, quod vi pellitur, actu mouetur; nec vlla affectio violento motui præit, ea prorsus accedit extrinsecùs, vt nulla penitus suspicio sit, actum quempiã accedere motui violẽto, qui mobilis ipsius suus propriusq. censeri possit. Neque verò minus inest motus in mobili, tanquàm in subiecto, si vi concitetur, quàm si secundùm naturam moueatur. ac siqua pars habitus, aut actus in tali mobili statuatur, periculum certè imminet, ac pro eo ꝙ motus ille violẽtus est, euadat naturalis, quemadmodum

D ibi constat, vbi efficiens tantisper immorando progressũ fuerit, & qualitateis suas insignius, atque tenacius imprimere cęperit. Illud item disquisitione dignum est, è quonam genere sit illa potestas quæ cum habitu conuenit, & secunda nuncupatur: magna.n.incessit dubitatio, vtrum ne in patibilium genere numeranda sit, an in actuosis potius reponenda; an'ne etiam eadẽ forma, atq. idem habitus vtranq. rationẽ subire possit. Postremò quærendum restat, cùm actus ille primus transfertur in secundùm, an id sibi contingat aliqua antecunte suiipsius mutatione quæ.s.in ipso radices agat, nec aliunde pendeat, tanquàm à subiecto, sicut fieri solet in his quæ secundùm habitudinem transmutantur an non. His omnib. vt spero, perspectis, nil profectò superesit, quod ad posterioris actus intelligentiam desiderari possit, multumq. fructus ad ea non modò constituẽda quæ nos inquirimus de elemẽtorũ motu, sed ad vniuersam quoq. philosophiã colligetur.

[a] Lib. de vit. long.
[b] 1. de ortu.
[c] 2. de an.

Vtrùm omnis actus secundus exoriatur ex primo, nec'ne. *Cap. XXVII.*

PRIMAM verò dubitationem omnes quos ego viderim, actuum adhibita distinctione, sic profligare consueuerunt. Neque.n.inquiunt, omnes vniusmodi sunt; verùm imperfectus ali-

quis, alius aũt perfectus: ille quidem imperfectus antecedit habitui; sequitur habitum ille alter; eamq. distinctionem, tanquàm ex Aristotele, & quidem verè deprompram, in medio ponunt. E

[a] 2.Eth. [a] Docet.n. ipse aliud esse agere secũdùm Grãmaticen & Grammaticè; hęc quidem actio perfecta est quæ oritur ex Grammatica; illa imperfecta quæ actionẽ ex habitu solùm imitatur, ac temere fieri potuit. Propterea dubitatio proposita indicata ambigui fallacia tollitur. Nam cùm obiiceretur habitũ ex actu cõparari; quamobrem non antecedere: damus quidem habitum ex actu parari qui fuerit imperfectus, at nos de altero actu inficiamur qui perfectus est. Quare oportebat etiam in ipsa conclusione cõprehendere talem actũ, & hunc item ꝙ habitui præiret ostendere.

[b] 9. Met. T. 14. Hoc cõmuniter asseri perspicuum est. Attamen inuectus est [b] Aristoteles in eos qui ita sentirent, ac monstrauit omnẽ actum ex habitu proficisci, siue ille perfectus esset, siue imperfectus, ea ratione commotus. Quoniam oẽ id quod fit aliquid, fit ex aliquo, & ab aliquo, quod specie idem sit, actus ab habitu, & disciplina à scientia. Quia verò posset obiicere quispiam, ædificare aliquẽ prius, quàm sit ædificator, ex quo cõsequatur id, habitum non omni actui supponi. Adde item, quia dicere posset ab alieno actu, siue habitu produci talem actũ, sicut à præceptoris doctrina fit in discipulo eruditio & disciplina: atq. ita fieri actũ ab eo quod est actu, & denique illud quod tu nunc ais actum quendam imperfectum qui non existat ex habitu; docet ibi Philosophus non hunc tantum supponi qui alienus est; sed internum etiam à quo actus singuli proficiscantur. Ita F enim inquit, de his habitib. idem faciendũ esse iudiciũ, atq. de cęteris motibus, ac de illis formis, quæ per transmutationem comparantur. sunt,n. potestate in singulis partibus, vnde in quolibet puncto motus est aliquid quod mutatũ esse nũcupatur, & est actu, tanquam pars formæ, aut gradus. Qua de re, sicut è mutatis esse, quæ sunt in singulis partib. motus, tanquàm ab actu fit forma; sic è singulis actib. primis, inquam, non secundis, tanquàm sint vt partes habitus, fit habitus vniuersus. Itaq. non ab actu imperfecto, tanquàm huiusmodi fit habitus, sed tãquàm ex habitu, & ex ea parte habitus quæ contracta iam fuerit, existit actus secundus qui illi parti pro portione respondeat. Ac si planius eloqui velim, quemadmodũ se habent gradus in qualitate, sic etiã se habent actus in actione, vnde habitus cõparatur. Etenim gradus aliquid formæ significant, è quibus tanquàm remanentibus forma tota cõficitur illorũ virtutem cõplectens, non secus àc ternio duitatẽ, & trigonum contineat tetragonus. Quapropter siquis id quod est habitus, in suæ constitutionis initia resoluere cupiat, is cogitet necesse est actum quendã primum qui cęteros antecedẽtes virtute complectatur. Sic negat Aristoteles id quod acceptum est, nempe habitũ fieri ex actu solo. Ergo ex habitu fit actus. Sed cùm etiã valeat actus ad habitum producendum: semper.n. ha G bitus contrahit aliquid incrementi, per assiduas actioneis, vt docuit Aristoteles 2. & 3. Eth. efficitur vt habitus ex habitu constet, perfectus nimirùm ex imperfecto. Verumenimverò, cùm ipse

[c] 2.Eth. item Aristoteles de duab. differentiis habitus verba fecerit, atque vnum quendã actui necessariò præire docuerit, nec vllo modo fieri ex actu, cuiusmodi sensus est. [c] Neque.n. ex eo quòd sentierimus, sensum habemus, sed contrà, sensũ habemus, vt sentiamus: est etiam alter habitus, qui ex assuetudine cõparatur; quanquàm proposita fuit dubitatio de postrema hac habitus specie; tamẽ eius philosophi dicta nob. prębẽt occasionẽ, vt de illo altero genere habitus idẽ feramus iudiciũ; fiunt.n. à natura per motũ, in quo sunt ipsa mutata esse quę sunt veluti gradus & formarũ partes. Quocirca ceu suprà dictũ fuit, ex iis vniuersa forma conflatur. Hinc sentiens facultas, quia per generationẽ accedit, gradus quosdam requirit, tanquàm suiipsius partes, vt puta, temperiem facultatemq. alentẽ è quibus componatur. Quo fit, vt, cùm Aristoteles has parteis in eadem specie collocarit, ea necessariò consequantur. Primùm quidem, ꝙ ad eandem referantur habitus atque actus: sic verò & passio, & patibilis qualitas, & omnino effectio, & habitus eadẽ specie continentur; quandò inter hæc oĩa proportio consimilis intercedit. Est & illud alterum quod nos superiore libro professi sumus, vt verum vndequaq. secum consentire perspicias, ꝙ affectiones prępięq H pertineant itẽ ad substantiã, non aũt ad qualitatem: siquidem substantiã ex substantia fieri oporteat & ex plurib. tanquàm gradibus partibusq. cõponi, quæ sint termini interni fluxus illius qui substãtia perfecta ad extremũ finitur, quemadmodum sunt actuum habituumq. partes. Necnon efficitur illud, vt cùm duas actuũ formulas proposuerit nob. Aristoteles: primã quidẽ eius qui antecedit habitui, atq. alteram eius qui consequitur habitum; aliudq. esse docuerit agere grammaticè, atq. secundùm Grammaticen: nihil tamen obstet, quominus habitus actioni cuiq. supponatur: neq.n. secundùm Grãmaticen actus appellatur, ꝙ habitum oĩno excludat; verùm quia solùm respuat illum, seu rectius dixerim, non admittat qui perfectus est, atq. hunc non habitui simpliciter antecedere dicendũ est, sed habitui perfecto duntaxat. Habitum igitur oĩ actui præcedere dicemus; itaq. efficiens primùm imprimit habitũ, mox actum, & iure quidem. prius.n. potentia præeat necesse est, pòst actus subsequatur quę omniũ princeps est in prędicamento substãtiæ, sed huic non absimilis ea quæ est ex natura, vt in colore & sapore, habent.n. & illi aliquã propriã functionem, quatenus hũi, licet substantię non sint. Quòd siquis violentam actionẽ, & pręter na-

turam

A turam opponat, vt calorē in ferro, audiat etſi in ferro, quatenus ſubſtantia nullus habitus antece-
dit: at antecedit ſimpliciter vt in ſubiecto, quod iam incaluërit: etenim & calefiens calefiebat, &
calefactum eſt. Ideò triplex exiſtit ratio actuum ad habitus vt ad ſubſtantiam, vt ad naturam, &
ad eſſentiā propriam, vt ad ſubiectum ſimpliciter. Cęterùm, ne cui dubitationem faciat id quod
aſſumpſit Ariſtoteles, nēpe formam è multis mutatis eſſe conſtare, ne forte, quia motus ex his nō
conſletur, ſuſpicemur indē ex eiſdem formā conflari non poſſe, attendat non eſſe parem vtriuſq.
rationem, diuiduus eſt motus, indiuidua forma; quia diuiduus ille non componitur ex indiui-
duis, huic quoniā indiuidua: nihil aduerſatur, quominus è multis indiuiduis fiat, nec ob id ipſa
diuidi queat, quia conſtet è multis indiuiduis; nanq. ex indiuiduis, quantumuis infinita ſint, nil
aliud certè, niſi indiuiduum effici poteſt. Quanquam & in forma ipſa, licet ſit vna ſimpliciter, &
& habeat vim cogendi materiā in vnum, eſt quodammodò multitudo materiæ poteſtatiſq. priui
legio quæ continentur in illa: omnes.n. illi gradus qui vltimo antecedunt, ad materiam pertinēt,
& poteſtatem. Ita fit, vt quod eſt vnū in re quæ producta eſt, formæ acceptū referri debet, quòd
è multis partib. conſtet; ipſi materiæ quæ ſanè partes in vna denū forma coëunt omnes. Neque
itē excitet ſuſpicionē falſitatis, quia ſit aliqua pars habitus in oī actu, cùm ea pars obtineat inſtar
B mutati eſſe, nullū aūt einſmodi primum detur in motu: quare ponenda neceſſariò ſit aliqua pri-
ma pars quæ non fiat ex habitu: quis.n. habitus ante primum eſſe pōt excogitari? Quę circa ne-
que vllus actus. Nanque in omni motu sēper eſt id quod fit, & quod factum eſt; hoc verò fieri
antè oportuit. Non igitur prima pars habitus, & tamen actus exiſtere pōt. Quamobrem neque
item actio prima ex habitu. Credat quiſpiam, neq. ita credens meritò accuſari poſsit, Ariſtotelé
in ſua dubitatione ſtatuere, iā rem moueri cœpiſſe: me tamen vrget ſcrupulus quidā, antequàm
motus penitus incipiat, quodnam iudicium de prima illius parte faciendum ſit. Proinde melius
illi pronunciant. Tametſi in gradu primùm non eſt, vnde pars habitus contrahi poſsit: at in alio
gradu quippiā eſt huiuſmodi, vtputa cognitio ſenſus ex qua primùm diſciplina efficitur quæ ra-
tione vtitur, quemadmodū item explicauit Simplicius, [a] & in primo ſubſtantiæ gradu, non ſanè [a] 8. Phyſ.
qualitas ab agente incuſſa quæ ſit tanquam inſtrumentū formæ quam habet efficiens, ꝙ hęc pars T. 44.
ſubſtantiæ non eſt, quē volumus eſſe habitum pręcedentē, ſed gradus qui in vnaquaq. parte to-
tius illius motus cogitatione figi ac deſignari pōt, aut aliquid huiuſmodi. Sic aliquid formę in oī
actu ſecundo quam hic conſequitur, eſt ponendum. At verò ordo ille qui à Simplicio deſcri-
ptus eſt, in immenſum'ne procedit, an olim reperiet exitum? Primùm certè negabis: ſi alterum
C dederis, ego de primo illo percunctabor iterū, vnde. & quemadmodum producatur: ita quęſtio
ni ſatiſfacere non poteris. Ac ſi neget Simplicius præuias illas affectioneis eſſe qualitateis, & ad
ſubſtantiā pertinere defendat, vt nos etiā ſuperiore libro concluſimus, & obiiciat rurſus auctori-
tatē Ariſtotelis 9. Met. ita reſpondebit, vt arbitror. Idcirco etiam in generatione genita eſſe con-
ſtituti quæ partim re partim cogitatione ſola ſeparari queant. ac re quidem quorū iam officia de
prehendi poſſunt, quemadmodū in qualitate gradus, & quæ vel proceſſum naturæ claudant, vt
ſpecies vltimæ, vel ita ſeparentur, quòd formas contrarias indifferenter reſpiciant, veluti genera
formas, & differentias oppoſitas. reliqua genita imperfecta protius, & ſola cogitatione potius,
quàm re ſeparantur, ab illis formæ ſumuntur, ac genera ſpecieſq. procreantur; in his poſtremis
nulla ratio formę ſuccedentis habetur, nec generis ſpecieiúe diſtinctio percipitur: & in his vetus
nomen, & priſtina ratio conſeruatur; ſemper.n. eſt planta, donec viuit ſine ſenſu, vbi primùm
ſenſerit, animal eſt. Idcircò Ariſtoteles 6. Phyſ. [b] huiuſcemodi genitis infinitatē tribuebat: nihilo [b] T. 59.
ſecius ex his omnib. formā conſtare fatendum eſt. Si incidat controuerſia de prima, dicam ha-
ctenus illud eſſe quo ſenſiliter immutata eſt materiæ poteſtas; ſimpliciter.n. non datur. Hæc nos
D in præuiis affectionib. contineri prędicamus quæ ſic ſe habere dicimus in eo quòd fit, veluti gra-
dus in qualitate, & in motu momenta; vnde proportione ſubſtantiæ functiones plus minuſúe
perfectæ prodeant. ꝙ ſi fortè nulla adhuc extet, veluti ſiqua pars ante dieſin in voce ponatur quæ
ſenſu pollere nequeat id materia tantum, non ſimpliciter ſubſtantia, neque actus haberi debet in
natura. Proinde neq. vlla functio ab ipſo expectanda. Atq. ita defendimus actum ſecundum
ſemper exoriri à primo, vt etiā id fiat in motibus qui à generante proficiſcuntur, quod item ali-
qua ex parte prius cum Grecis explicatum eſt, & poſthàc vberius exponetur. Illa fortaſſe diffe-
rentia nobis erit in actib. primis aduertenda, ꝙ forma quæ ſubſtantiam prima conſtituit, ſiue ſit
elementi forma, ſeu communis illa corporis, nihil actus in ſubiecto flagitat, ex quo conſtituatur
intrinſecus (externus.n. totus eſt, ſiquis adeſt) ſed materia ſola contenta eſt: at actus qui ad cęte
ra prædicamenta referuntur, actum prætereà ſubſtantiæ poſtulāt, etſi ſecundùm naturam fuerit,
ex habitu quodam ſubſtantiæ pullulant, eiuſq. partem in eodem ſubiecto perpetuò deſiderant;
dum.n. fit res, & antequàm aliquo actu potiatur, neſcio videre niſi purā materiam, atque, vt ait
Ariſtoteles, id quod non eſt ſimpliciter; verùm accidenti ſemper forma ſubſtantię in materia ſup
ponitur, vel cui præter naturam inſideat, vel cuius naturam conſequatur. Hæc, vt opinor in me-

dium afferri possunt quibus Aristotelis decretum 9. primæ philosophiæ tum generale reddatur; E
tum item à calumniis aduersarij purgetur, quod etiam pluribus à nobis tractandum fuerat, quia
locus ille non à multis obseruatus esset.

Vtrùm actus secundus substantia sit, an accidens. Cap. XXVIII.

VENIO nunc ad alteram dubitationem. Ego verò fui semper huius opinionis, quod omnis
habitus esset propter actum. Me verò cum ratio, tum multa dicta sapientissimorum hominum
mouent ad ita sentiendum. Nam frustra esse dicitur ea forma quæ torpet otio: ob eamq.
a 1.de ge. rem Philosophus manum lapideam ambiguè manum esse testabatur officio definiens, [a] & eum
b 1. Top. paralogismum, qui peccat in forma, [b] syllogismi appellatione non dignatur, quia syllogisticam
necessitatem non præseferat quæ iam virtus est & munus syllogismi, & poëta ille sapientissimè.

Hector erat, tum cùm bello certabat, & idem
Tractus ab Æmonio non erat Hector equo. Atque alter ille
-Iacet sine nomine corpus.

c 1.q.Prob. d 1.Phys. Hos Alexander [c] & Auerroës [d] imitati, substantiam quæ suo munere fungi non posset, ambiguè F
substantiam appellarunt, vt etiã hominem qui rudis esset, ambiguè hominẽ esse scripserint imita
ti Platonem qui item in lib. de Rep. vitiosum hominem dixerit esse non hominem. Itaq. Aristippus,
cùm ex eo quidã percunctaretur quid boni eruditio filio suo foret allatura: si nil aliud,
hoc certè, inquit, quod in theatro lapis in lapide nõ sedebit. & M. Tullius qui, mihi quidẽ, ait, qui ni
hil agit, esse omnino non videtur. Preterea, dum vult nobis Aristoteles indicare summã perfectionẽ
substantiarũ immortalium, sic dicit; quoniã sunt semper in actu. Video consimiliter habitum ab
Aristotele nomine potestatis insigniri: cęterùm potestas, si cum eo conferatur, quod ipsa spectat,
imperfectior est habenda, vt non minus quàm actus & forma potentiæ perfectio sint, atq. materiæ
sit actus secundus perfectio primi, atq. omnino promotio ipsius habitus. Hic verò speculans,
e 2.de An. T. 58. actu cùm sit, & propriè sciens hoc A. inquit Aristoteles, [e] & operari dictum est esse ἐπίδοσιν in »
habitum ac σωτηρίαν, incrementum scilicet, & salutem. Quòd si accidens substantia perfectius »
esse non põt: etenim substantia prior est accidente natura & cognitione, si id verum est, quod
Auerroës, atq. oẽs qui se in illo tenent, quodq. item nos arbitramur, secundum actum nimirùm
esse substantiam operantẽ; planum quoq. est actum secundum cum sit perfectior habitu, esse itẽ
substantiam. Poterat etiam nos Aristotelica partitio persuadere 2. de An. cùm secta substantia G
fuisset in actũ, potestatem, atq. compositum: deinde actus in primum atq. secundum: siquidem
quod de superiore prædicatur, etiã fundatur ad inferius: nisi etiã huic partitioni refragari posset
aduersarius indicans eam esse non vt vniuoci, sed vt illius, quod est ad vnum, sicut etiam partitio
principij in Analyt. in axioma, & positionem, ac positionis in petitionem & definitionem,
quod in his absurdum non est, vt dicebat Auerroës, quod de communi prædicatur nonnunquam
parti repugnare. Idcirco alia quoq. adiungere oportebat, quibus approbaretur actum secundum
esse substantiam, & ex his indicare partitionem illam esse substantiæ. Quamobrem etiã
constantissimè assèuero naturæ ordinẽ, hic verò est ab imperfecto ad perfectũ, vbi ad functionem
ab habitu proficiscimur, optimè conseruari. Testabatur etiã Proclus lib. 1. in Tim. omnem actũ,
seu præcedentem habitui, siue subsequentem afferre perfectionem. Quæ item vniuersa multò
prius Aristoteles ipse pronunciauerat, vt si vera non sint; animũ tamen tanti præceptoris aliquan
f 1. Mag. Mor. c. 18. do tentauerint. Is. n. cùm ostendisset, [f] quemadmodum se haberet virtus ad finem, & an dirigeretur
ad finem ipsum, an ad ea potius quæ sunt gratia finis, quib. s. ipse cõparatur, & cùm statuisset
finem esse potius spectandũ, quàm ea quę sunt ad finẽ; licet eiusdem facultatis officium foret H
vtraq. respicere, quia finis anteponendus est, vt pote melior; cùm posset exoriri dubitatio, propter
actionem quæ iam posita fuerat anteà præstantior habitu: quandò actio videatur ex iis esse
quæ sunt ad finem; docet nihilominus actionẽ meliorem esse virtute, quod sic habitus perfectio declaretur,
nõ dissimiliter ab iis quæ alibi ex 9. Met. dicta fuerunt à nob. Idem quoq. testatur, actio
g 2. ad Eud. c. 12. nem esse magis eligendam, quàm virtutem. ergo melior actio. [g] Et hæc sunt ipsius Aristotelis ver
h 1. Mag. Mor. c. 3. ba, quorũ & habitus est, & vsus, quod melior sit vsus, & magis expetendus habitu: nanque vsus & »
actio finis est; habitus aũt est vsus gratia. [h] Me quoq. maximè mouẽt illa quæ scripta sunt lib. 5.
de ortu anim. c. 1. vbi docemur non esse animal antequàm actu sentiat; ideoq. priorem esse vigiliã
somno; ex quo patet per operationẽ esse id quod est. Proinde sic profligare consueui dubitationem
quandã quæ 2. de An. cruciabat interpretes eius loci, vnde etiam occasio sumpta de hac
ipsa re disputandi: fuit aũt huiusmodi. Si habitus & scientia sunt origine priora; qua rõne verum
illud erit quod ab omnib. probari consueuit, nimirùm generatione priora esse quoque imperfectiora;
nanque habitus vt animus, si cum functione conferatur, est perfectior: etenim ille
substantia est, functio verò accidens: atqui substantia prior est omnibus modis accidente.

Quod

A Quod item ex eo confirmatur, quòd animus videtur esse finis ipsius naturę: nam per hunc habe-
mus, ꝙ diuini simus, atq. perpetui, vt vnicuiq. secundùm propriã suam naturã obtingere potuit:
animum verò cętera consequuntur. Idcircò pleriq. dixere, cõmunem illam propositionẽ absolu-
tè veram non esse, sed ea limitatione restringendam: vbi. s. inter prius & posterius nexus sequelę
non intercedat, hoc est, vt posterius ex prioris actu non pendeat, nam si minus, fieri posse, vt po-
sterius sit imperfectius: exẽplo nob. sit accidens quod, tametsi materiam informat, ex substãtia
pendet; & formã quę substantiam faciat, in materia requirit: ea tamen est imperfectius, consimi-
liq. modo cęterę partes humani corporis oriuntur post ipsum cor; nihilominus principatum in
corpore nostro tenet cor; reliqua membra illi soli famulantur, atq. hæc non ob aliud, nisi quòd
accidens actu substantiæ terminatur, reliqua aũt mẽbra procreantur ex corde, liceat. n. hoc loco
mihi rem maximè controuersam ex Peripateticorũ sententia nunc recipere tanquàm veram, idẽ
quoq. in hac hypothesi dicturo, si persuadeat à Galeno cerebrum, aut epar esse parteis pręstan-
tioreis, vt etiam fecit idem Philosophus 7. Met. Itaq. cùm actus oriatur ex habitu; licet sit poste-
rior, non est idcirco perfectior. Neq. n. concederem ipse functioneis ad habitũ se habere, quemad
modũ accidentia quę inhęrent in substantia, neq. pendêre ex ipso habitu, tanquàm illi ministrã-
tia, veluti reliqua mẽbra cordi. Nam valde ego absum ab illis, qui ita veram existimant proposi-
B tionẽ illam cõmunem qua statuitur, illa esse imperfectiora, quæ prius generantur, vt etiam acci-
dentia ipsa ꝙ accedant substantię, perfectione substantiam superare credant. Quin contrà acci-
dens consequitur oẽm perfectionẽ per substantiam, cùm sit ab ipsa substantia, propter ipsam sub
stantiam, atq. ipsius instrumentũ: ac si quõ perfectius accidens habendum sit, tale est, si cum ma-
teria cõferatur, cùm quodlibet accidens etiam sit eius actus; quandò illa nõ est potentia tantum
substantia, sed quantum, quale deniq. oĩa prædicamenta. verùm eo tempore illa tanquam acci-
dentia non amplius habentur, sed, vt formæ, quanquam neq. re, neque ratione excludunt ipsam
substantiam compositam. Nos. n. aliter dicere consueuimus; neq. alienum à placitis Aristotelis
existimamus actũ sicuti origine posterior est habitu, sic quoq. ipsum perfectione superare: neq.
damus talẽ proportionem inter actum & habitum, qualis est inter accidens & substantiam: quã-
dò actus secundus se habeat ad habitũ, vt actus ad potestatẽ; accidens verò ad substantiam, velu-
ti consequens simpliciter, vt, quanuis absit; nihil detrimenti substantia capiat. Sed enim actu se-
cundo sublato forma remanet imperfecta. Neq. ratio qua nituntur aduersarij, multum apud me
valet; quia primùm animus expetatur, quoniam per illũ habemus perpetuitatem, atq. diuinita-
tem, quod primùm requiritur à natura: siquidem formæ soleant optari cum primis à natura ge
C nerante omnibus numeris absolutæ; sunt verò tum perfectæ, cùm sua officia faciunt. Prætereà di
uinum hoc esse & perpetuum non per animã solam præstat ipsa natura; verùm quia sit animus
semper in actu, cum primò, quod est esse; tum secundò, quod est ἐνέργεια, officium. s. atque fun-
ctio, vsque adeò, vt, si forma finis generationis est posita, finis tamen simpliciter, propter quem
est etiam ipsa forma, sine dubio functio poni debeat id quod etiam significauit nob. Aristoteles
iis verbis. Vnumquodque est, quod habet officium, gratia officij; sic Dei officium est, quod est
immortalitas, ἕκαστον, inquit, [a] ἐστὶ; ὧν ἔργον ἐστὶν, ἕνεκα τοῦ ἔργου, θεοῦ δ᾽ ἐνέργεια ἀθανασία. [a] 2. de cęl. T. 17.
est autem immortalitas vita in actu secundo. Necnon vbi humanam beatitudinem in functio-
ne perfecta collocauit. [b] Ita quoque professus est idem philosophus hæc pronuncians, [c] καὶ ὅτι [b] 1. Eth. c. 7.
ἅπαν ἐπ᾽ ἀρχὴν βαδίζει τὸ γινόμενον καὶ τέλος. ἀρχὴ γὰρ τὸ οὗ ἕνεκα, τοῦ τέλους δὲ ἕνεκα ἡ γε- [c] 9. Met.
νέσις, τέλος δὲ ἡ ἐνέργεια, καὶ τούτου χάριν ἡ δύναμις λαμβάνεται, & rel. Et ꝙ omne qđ fit, ad ini T. 15. 16.
tium vadit & finem: initium. n. id, cuius gratia, finis aũt gratia generatio, finis aũt actio, & huius
gratia facultas accipitur. Mox similiter de cęteris, & quorum motio finis. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν
ἄλλων, καὶ ὧν κίνησίς τέλος. διὸ ὥσπερ οἱ διδάσκοντες ἐνεργοῦντα ἐπιδείξαντες οἴονται τὸ τέλος
ἀποδεδωκέναι, καὶ ἡ φύσις ὁμοίως. i. Quare quemadmodũ docentes, cũ discipulũ ostenderint
operantem, putant imposuisse finem, similiter etiam natura. Deinde paucis interpositis verbis,
quib. exemplo quodã res oĩs aperiatur, adscribit. Opus. n. finis; operatio verò opus: vnde nomẽ
D operatio dicitur ab opere, & tendit ad perfectionẽ, confert. s. ad consũmationem. τὸ γὰρ ἔργον
τέλος ἡ δὲ ἐνέργεια τὸ ἔργον. διὸ καὶ τοὔνομα λέγεται ἐνέργεια κατὰ τὸ ἔργον, καὶ συντείνει πρὸς
ἐντελέχειαν. quia tum perfecta res est, cùm operatur. Quanquam accidit, actionem esse dupli-
cem, vel quæ terminetur alio, & hæc ad opus ipsum verè dirigatur, vel etiam cõtrà, quæ. s. in ipso
maneat in quo producitur; si fuerit huiusmodi, simul erit idem opus & operatio. Græcè melius
ἔργον καὶ ἐνέργεια; nanq. allusio nominum conseruatur: quoniam quod hîc dicimus opus, re-
ctius officium vocaretur; vbi iam allusio tollitur, & erit absoluta perfectissimaq. functio, cuius-
modi speculatio primùm est, deinde praxis, quib. solis inter mortalia præditus est, homo, altera
quidem quæ suiipsius est propria, atq. altera quæ sibi etiam cum diis est communis. Neque verò
negocium tibi facessat, ꝙ virtus ipsa per se nomen honestũ sit, & præseferat dignitatem, quasi in
ea sit τὸ ἀρχικὸν, & τὸ κύριον imperium. s. & principatus, & ꝙ ab illa actio nascatur in alio, qua-
propter

propter & forma virtus, seu potestas agendi nuncupatur, & aliqua dictum à virtute moueri, ex quo iudices virtutem esse actione prętantiorē: oportet.n.te animaduertere in ea virtute duplicē esse rationē: alterā quidem qua respicit patiens, & id quod esse pōt, & tum rationē continet actus: alteram verò ad id, ꝙ cùm agere posſit, ex se orietur, & ipsa etiam de potestate traducatur ad actum, nam cognosces seipsam agentē seipsa non agente esse perfectiorē: cum actione itaq. virtus in præsentia cōparatur, eiq. actio præfertur. Id verò quod nos affirmamus, ab Aristotele sumimus qui 15.T.1.de An. potestatē à fine & efficiente separauit. Neque item tibi obstent Aristotelis dicta de 3. Eth.c.7. qui functionis finem testatus fuerit esse habitū, & idcirco honestum prædicarit: etenim finis duplex, & productionis & cui quæ est operatio: vtrique aūt conuenit suus honos, itaq. & habitus laudantur, & actionib. adhibentur encomia. dicitur habitus vt finis productionis: at actio finis est cui, atq. præstantior. Ex his igitur liquet, vt actio ad habitum sese habeat, quod habitus actione perficitur, & quanuis actionis à substantia non abhorret, quod item ꝙ vis planius tum fiet, cùm aduersariorū rationes explorabimus: id quod mox est pręstandum. E

Tollitur è medio celebris illa ratio qua ab accidentis natura probatur, actum secundum esse accidens. Cap. XXIX. F

OPPONEBATVR autem ab aduersariis actionem esse accidens ob id potiſsimè, quòd ea foret accidentis ratio, quia citra subiecti ipsius interitum adesset & abesset: functionem verò saluo habitu frequentiſsimè ire, & redire. & ex vnico habitu plures actiones existere.

Vt quanuis tacet Hermogenes, cantor tamen, atq.
Optimus est modulator, vt Alphenus vafer omni
Abiecto instrumento artis, clausaq. taberna; *Sutor erat.*

Ad hoc aūt argumentum rñdemus eius animaduersa propositione: neq.n.vř præseferre necesſitatem, qñ & exemplo monstrare licet oppositū. Accipe formā, hæc à materia separari pōt, & tñ materia superstes est: materia quoq. reipsa multò magis ab ea pōt cogitatione seiungi, quis tñ formā tanq̄ accidens in materia ponet? vt q̄uis aliqñ non veritus fuerit Alexander[a] asserere, formā inhærere in materia, tanq̄ accidens, idem posteà sibi non constiterit, & demū decreuerit eam tanq̄ accidens non se habere, eiusq. rei talem rationē protulerit, ꝙ altera conditio deesset q̄ postularetur ab accidente, nimirùm, ꝙ eius pars non esset, in quo inerat: at forma pars est compositi. Verùm, meo quidem iudicio, valebat hoc ad ostendendum formā non esse accidens in cōposito, non aūt in materia, cùm accidens non dicatur esse pars eius in quo inest; at tanq̄ pars inest forma in composito, non in materia. Multò melius dixisset Alexander, si formā cū materia proxima contulisset: qñ nonnunq̄ docuerit Arist. interempta forma tolli quoq. materiā proximā. At verò nil obstat hoc progressui nostræ rationis eo ꝙ manet ēt forma in materia remota, & ab ea citra noxā forma seiungi pōt; semper.n. remanet primum ex quo fit id quod fit, non ob id tñ illi, vt accidens inesse censendum est. Quamobrem satius esse reor, si notata natura accidentis ipsum ita proficisci dicamus ab eo cui accidit, vt ab illo perficiatur, nōn aūt afferat aliquam perfectionem: atqui forma sic aduenit materiæ, vt ipsam perficiat: ob eamq. rem non videtur in accidentib. esse reponenda. Quapropter in eū sensum accipiendā esse puto illam propositionē. Id esse accidens, cùm separatur ab eo in quo est, quādo non sit eius perfectio. Proinde cū functio sit perfectio formæ, licèt ab ea separetur, accidens esse non est existimandum. Neq. mouent admodū verba Themistij quæ sunt huiusmodi. ὁ ὀφθαλμὸς ὅταν ἤδη γένηται ὀφθαλμὸς ἐνέργειαν ἔχει τὴν ὅρασιν· αὕτη δὲ ἡ ἐνέργεια τῆς μορφῆς οὐδὲν διαφέρει. τοῦτο γάρ ἐστιν ὀφθαλμῷ εἶναι τὸ ὁρᾶν κατ' ἐνέργειαν &c. i. oculus, quādo iam factus fuerit oculus, actum habet visionem, hæc verò functio à forma nihil differt: hoc.n. est oculo esse videre actu sic, vt credam essentiam habitus esse functionē. atq. ita vt quicunq. functionem dicit, idem substantiam quoq. operantem nob. exprimat quod Themistius item, vel ēt approbantis Auerrois testimonio quandoq. professus est.[b] Diuiditur.n. forma ab istis philosophis in quiescentem & operantē. Ac siquis interiùs vim formæ scrutari velit, videbit illi potius accidens esse, quando cesset ab opere, quàm si foret in officio: semper.n. & per se foret in officio, nisi impediretur. ibi non operat', vbi prohibetur: hoc aūt, quod impedit, est per accidens, & accidens est ipsum impedimentum. Neque deest locus apud Aristotelem qui nos in ea sententia confirmet. ipse.n. quemadmodum suprà pro Alexandro citauimus, [c] formā grauium leuiumq. dixit esse, cùm possint operari secundùm naturā: non ea quidem potentia, quæ seiungitur ab actu: verùm ea quæ ambiguè potestas est, hęc aūt cum actu copulatur. est verò tunc, cùm elementa sunt in proprio loco cui quoque alter accedit in calce 4. Meteor. ait enim Quæ possunt obire suum ipsorum munus, verè vnumquodq. sunt velut oculus, si cernit. Atque vt mirum in ea re Græcè philosophiæ consensum perspicias, audi Alexandrum, cui si Auerroëm adiunxeris, vt interim illi gratificemur; nemo sit, qui illis anteponi debeat: qui vt rationē nō redderent,

[a] 1. Q.
[b] 2. de an.
[c] 4. de cel.

G H

A derent, auctoritate tamen hos minutos philosophos vincerent, ait verò [a] transitū è potestate secūdum esse generationem, quòd si generatio est substantiæ; profectò secundus actus in substantiis optimo iure collocabitur. Cęterùm hanc opinionem excogitatā fuisse comperio temporibus nostris, atq. oī conatu disputatum in id quòd functio sit accidens à forma ipsa diuersum. Quis.n. adeò stupidus sit, qui incisionē, vigiliam, speculationem dixerit esse formam? Deinde motus dicitur actus esse motoris; hic aūt non est forma operans, sed operatio duntaxat. Rursus forma, antequàm operetur, dicitur esse in potentia ad operandū, & in potentia ad actum secundum. Si igitur forma est in potentia ad actum secundum; planum est profectò quòd actus secundus, solùm opus erit habendum. Pręterea coniunctum ex actu primo, & secundo est in actu, non aūt actus, & forma operans, non perfectio, sed prædita perfectione. Quin etiā sine operatione compositū & forma conseruatur: ergo vtriq. est accidens. Necnon animus nutriens semper agit: ergo semper est actus secundus: atqui, si secundus; ergo non primus. Tum etiam secundus, si esset idem atq. forma, non esset secundus à primo diuersus, idemq. ob eandē rationem primus esset, & secūdus. Addo etiā loca Alexandri, Simplicij, & Ioannis Grāmatici operationem nō semel à substantia separantium. Illud item mihi obiectum fuisse memini. Motum oēm determinari termino ad quem; sed animę functio terminatur accidente, vtputa incrementū quantitate, visio colore,

B & mens forma quæ intelligi pōt, quorū nihil est substantia, ac si substantia fuerit, vt essentia quæ intelligi pōt, at non est hūi in mente, quippe quæ aut habitudo quædā sit, aut non sine habitudine consistat. & sic planè accidens esse functionem oportet, cùm ex accidente constituatur. Vt.n. verè testatur Aristoteles [b] ex accidente substantia conflari nequit. Et illud item poterit afferre difficultatē, quòd forma sit potestas, vt principiū functionis: at qui principium melius esse solet, neq. oīs potestas notat imperfectionem, sed patibilis tantùm, forma verò est principium agendi. Attamen nil est quod nos à nostra positione dimoueat. Nam dicimus; etiāsi cogitatione functio possit à forma seiungi; natura tamen non separari. neq. concedimus, eam se habere, vt accidens ad substantiā, quòd accidens addit aliquid extrinsecum ei cui accidit, hoc est, extra suæ formæ essentiam, vt albedo parieti. At nil huiusmodi addit functio formæ, multoq. minus, quàm priuatio functionis: quoniā hæc indicat impedimentū à caussa extranea; eamq. differentiā functionis & cessationis, non quidē secundùm rem in forma collocamus; sed, vt dici solet, beneficio connotati & eius quod vnà indicatur, quia.s. diuersus modus quo sit res, in habitu & forma ex fun-

C ctione & otio significetur, quæ sanè varietas vniuersa, non à rei quidē natura, sed ab externo proficiscatur. Nam cum oē impedimentum materiæ priuilegio redundet in formā; in materiæ verò forma nil aliud sit àc cōpositum; ocium hoc & ferię primum pertinent ad cōpositum; secundò ad formā, cùm cęteroquin agere contrà se habeat; etenim est ex ipsa forma primùm, deinde respicit cōpositum: quare etiā propter materiæ societatē functio se habet vt accidēs ad cōpositum. Propterea cùm functiones animi diuidantur in eas quę sunt ex animo in corpus; & alias, quæ sūt ex corpore in animum; quæ sunt ex corpore actui repugnant, & ipsum vel ex parte, vel ex toto corrūpunt, vt somnus & mors. Itaq. ipsi composito extrinsecùs & aliunde adheret agere. Quoniam igitur ex duplici natura constat cōpositum, & continet quodammodò repugnantiam; inde efficitur, vt in eo sit potissimè cessatio, & operari velut accidens habeatur, quod intrinsecùs idem est atq. ipsa forma, nec vt accidēs ad formam se habeat, ꝙ non agere ex impedimento nascatur. Proinde illa oīa quib. ostēditur functionē esse aliquid à forma seiunctum; separationē ope mentis administratam fuisse significant. Atq. hinc prima obiectio tollitur. Neq. concedimus motum, quatenus respicit motorē, ab eius forma reipsa seiungi: est.n. eius natura, vt qualitatem, seu formam incutiat mobili, quam quidem in se totum simul habet, successiuè aūt tribuit propter con-

D trariū, quod in mobili materiaq. præcedit. Quod item opponebatur tertio loco formam anteq̄ operetur, esse in potentia ad operandum, & in potentia ad actū secundum, sic dilui potest. Nam forma tunc imperfecta est, & est potentia quæ per actū secundum perficienda est. Nec ob id assero, formā esse in potentia ad operationē, tanquàm aliquid à se discretum, quemadmodū foret accidens, sed per accidens in potentia ad agendum; nimirùm ob vnū impedimentum. Neq. id quod dicitur eam aliquando nō agere, & tum adhuc formæ naturam conseruare, varietatē monstrat inter functionē & formam; non, quasi omnib. modis idem sint, sed indicat solùm carentiam perfectionis quæ per se adest oī impedimento remoto, quam sanè varietatem non rei, sed connotati posuimus. Quanquam ad id ꝙ sit accidens, quia & forma & cōpositū sine operatione conseruantur, & responderi pōt ea non conseruari; quippe ꝙ illorū natura labefactatur: etenim vbi vacent ab officio, tunc imperfecta sunt. Et conuenit ēt dicere, actū secundum non eodem modo se habere ad formā & compositum; itaq. accidit cōposito, quoniā aliunde est, nec verò quia sit accidens simpliciter, sed ꝙ nō ex tota sua natura: at cùm formæ intrinsecùs insideat; ipsi non accidit, idem ac forma existens, sicut oīa, quæ sunt in iis in quibus esse & essentia sunt idē, essentialia sūt, nec ab essentia ipsa separantur, sed non agere est accidens. Erat & illa breuior fortasse via ad per-

ueniendum

[a] 3. Q. 2.

[b] 1. Phys.

uenienduum quo volumus, quàm tenuit Aristoteles lib. de somno, qui nullum tẽpus concedit formæ quo sit in potestate ad functionẽ, sed rem esse tum decernit, cùm functio apparet. Atenim si locus sit, est præter naturam. Sic igitur operatio est forma in actu. Nec est quoddam coniunctũ, veluti cõpositum è diuersis essentiis. Quòd siquandò dicitur esse actu, non aũt actus, reuera tamẽ est actus, & eius vocis abusus, sicuti quando nonnunquàm ab Aristotele dictum est, materiã esse δυνάμει. i. potestate; cùm tamen ipsa sit verè δύναμις & potestas, illo, vt opinor, cõprehenso, cuius est functio, quandò est ipsum cõpositum, vt siquis semen diceret hominis esse materiã, atq. illud hominẽ esse potentia, non aũt potentiã hominis: respiceret. n. non materiã simpliciter, sed quatenus est cum priuatione hominis, aut cõtraria forma coniuncta; planius aũt, vt inquit Aristoteles, tametsi homo simpliciter & eius essentia sunt idem, nihilominus habita rõne materiæ sensilis ex qua homo existit, dicitur hominis essentia. [a] Quod item opponebatur, animam alentem nõ fore sub actus primi definitione, dicimus ita fore nimirùm, si accessione secundi primus interiret: at seruatur actus primus etiam succedente secundo. Neq. id mirum tibi videatur, si rationem ordinis illius animaduertas: etenim prope idem, atq. in numeris in hac re cõtingit: nam cum è duitate fit ternio; remanet in ternione duitas, eius aũt ratio perit: sic primus actus in secundo remanet secundùm materiam, ratio verò qua exprimitur ille ordo, prorsus abolerur. Ita de genere differentiaq. dicendum: est. n. quid vnum definitio per se, nec per se genus, aut differẽtia per se, sed tamen & genus & differentia conseruantur in definitione, dicas tu, secundùm materiã conseruatur vtriusq. propria rõne consopita, & in tertiam transeunte quæ est definitio. Neq. nos mouēt auctoritates obiectæ, qui nouerimus, illum esse eiusmodi scriptorũ sensum quem nos ipsi profitemur. Neq. nos etiã lateat Philoponus aliquando asserens motũ cęlestẽ complere eius corporis essentiã, qui fortasse viderit functionẽ corporis cęlestis ab ipsomet Aristotele habitã fuisse conuersionem in 2. libb. 7. de cęlo, vt prorsus eorũ dicta, vel hoc iubente nostro præceptore, in meliorem partẽ accipienda esse credamus; ac si id non expresserint; ita voluisse dicere ostẽdamus, talem. n. proportionẽ primorum Aristotelis interpretũ sententiæ apud nos habent, qualem veterũ opiniones apud ipsum. Vt vltimum euertatur, aliqua prænotanda sunt quæ cum rerũ natura concordent, & pariter cum positione nostra consentiant: siquidẽ nostrũ consilium sit, quoad possumus, ex ipsius naturę fundamentis exprimere veritatẽ quæ tametsi paucis verbis cõtinetur: at propter ἀπειρίαν interpretum, vt Aristotelica voce vtamur, ne dissensionẽ vocemus; multis ambagibus est inuoluta, quocirca etiã, vt euolueretur, multis itẽ verbis opus fuit. Igitur cùm ab illis accipitur, oẽm motum determinari termino ad quẽ; siquis non repugnet, non video primum, quomodo cõficiatur propositũ: quandò animi functiones in motib. numerari nõ soleant. Ac nos initio nostræ methodi significauimus motũ qui tractatur in physicis, esse verè motũ, non metaphoricè, cuiusmodi sunt animi functiones, & oĩs functio formæ generatim. Quapropter etiam illa pronunciata pertinent ad veros motus, nihil attinent ad motus metaphoricos. Verùm siquis paulò pertinacior illud etiã contendat in motib. metaphoricis analogiã quandam retineri, ex quo efficiatur, vt in suo quoq. genere sint termini & subiectũ, atq. ideò videri termino ad quem hanc item speciẽ motus esse determinandã, audiat & hoc à nob. Motus initium nõ esse vniusmodi: etenim duplex est habitudo motus, vna quidẽ ad illud à quo est, altera ad illud in quo. Fatebor igitur terminos motus pertinere ad subiectũ, quippe quòd in eo fiant mutationes ex vno termino in alterũ illi contrariũ, nihil ad illud principium, à quo. Sed ita se habent motus isti ad formã, vt à quo. Igitur in forma nulla ratio determinationis à termino ad quem petenda est. Nam, sicuti qui albefacit non afficitur, nec albus euadit, sic neq. forma quę est in officio, à quoquam afficitur, aut immutata quicquam extrinsecùs assumit. Specta obiecto animũ alentem, ipse quidẽ facit quantum: quantitas verò nõ animo accedit, sed corpori & cõposito: & hæc sunt illa quæ augentur. ergo quantitas est accidens corpori, non animo & formæ. Nec vnquàm obseruare potuisti apud Aristotelem, terminum ad quẽ determinare motum, quia sit in mouente, sed in mobili duntaxat. Tibi fortasse succurret animus sentiens, aut intelligẽs quorũ munus in patiendo collocamus. ex quo efficiatur etiam vt illorũ officia, quia posita sint in patiẽdo, à termino ad quẽ nuncupanda, itidemq. definienda sint. Neque id obstat, quòd ille sit motus quidem metaphoricus. Ita vt sicut aër à lucido metaphoricè afficitur, nihilominus ea est mutatio qualitatis, & accidens. sic ẽt animi mutatio ab accidentis forma definiat in accidens, & proinde sit accidens. Atqui hîc quoque animaduertendũ censeo genus mutationũ metaphoricarum vnius non esse rationis: siquidem & si oẽ genus formarũ aduentitiarum efficit mutationẽ metaphoricam: at sensiliter aliqua mutatio fit, & habet pro subiecto materiam sensilẽ, quã sensilis est, in qua existit potẽtia naturalis, & habilitas ad formam sensilem accipiendam, ex quo mutatur pro naturali potentia sensiliter accipiẽs formam. Quare etiam termino ad quẽ determinari debet. Alterum genus est, vbi forma quidẽ excipitur, sed sine materia sensili, nec sensiliter. Quocirca non est vera acceptio, neq. eiusmodi, vt aliquod prædicamentũ afferat, sicuti terminum, vnde sit sumenda determinatio. Nam tametsi accipiens

[a] 7. Met.

A accipiens animus colorem, colorari dicitur, attamen ea non eſt denominatio, niſi ſecundùm for
mam quæ potius eſt ſpecies & intentio, vt aiunt, quàm res. neq. enim ita conſiſtit in natura. Pro
pterea non variat ſubiecti naturam & habilitatem ad prædicamentum. Neq. verò ſpecies illa
verè color eſt, ſed imago, neque in vllo prædicamento propriè, ſed ſolùm ſecundùm figuram di-
ctionis, neq. realiter participatur, vt dici ſolet, ſed formaliter tantùm, & potius in habitudine qua
dam eſt poſita, quàm in ſubiecto. Ex hoc etiam nodus ille difficilis expeditur in quem Latini in-
ciderunt. Nam cùm determinaret Ariſtoteles animi facultates obiectis, & videretur gignens
quæ pars eſt alentis, indiuiduum reſpicere, quod eſt ſubſtantia, cæteræ ſenſilia aut ea quæ mente
concipi poſſent, quæ ſunt accidentia pro ratione termini & obiecti, potuiſſet quiſpiam ſuſpicari
gignentem eſſe ſentiente, aut intelligente perfectiorem, quem ſcopulum vt euitarent quidam, ita
reſpondebant. Accidens ſpectari poſſe bifariam, vel vt in materia, vel vt à materia ſecretum, &
dant quidem accidens in materia ſuperari à ſubſtantia; verùm ſi ſeuocetur à materia, ſuperare
planè perfectione ſubſtantiam. Cùm igitur vt à materia ſegregatum informet facultatem ſen-
tientem & intelligentem, ſubſtantia verò in materia ſit alentis obiectum, imperfectius inquiunt
fore alentis obiectum quàm ſentientis & intelligentis. Proinde ſentiens & intelligens erunt alen
te perfectiores. Sic etiam cùm ſpecies rei cuiuſpiam concipi queat, vel quatenus eſt, ſiue in ſub-
B iecto, vt accidens, ſeu per ſe, vt ſubſtantia: poſsit etiam mente comprehendi, quia referat aliquid,
tanquàm eius imago; quatenus habet vim referendi aliud, exiſtimant eſſe perfectius. Itaque per-
fectius eſt verbi gratia lignum, vbi mente conceptum fuerit, quàm quod à natura conſtitutum.
Ego tamen nunquam induci poſſum, vt credam, quin ſubſtantia natura, tempore, & cognitione
prior ſit accidente. Quare cùm ſpecies (vt iſti volunt) ſit accidens, vbi cum ſubſtantia confer-
tur; nunquàm fatebor eſſe perfectiorem. Neq. libenter concedam imaginem eo perfectiorem
eſſe, cuius eſt imago, qui imaginem in aliud tendere videam, & ad aliud referri, tanquàm ad cauſ
ſam, neque illam quidem generis omnis, ſed formalem aut finalem, hoc eſt, perfectiſsimam.
Neq. credam ſola imagine mentem noſtram eſſe contentam, ſed vt per ipſam rerum eſſentias aſ
ſequatur, & vt cum eſſentiis quæ ſunt extra mentem, copuletur. Id enim quod verè eſt, cogni-
trici facultati ſubiicitur, neq. aliter prorſus àc pulchra fœmina, quæ, vt comatur, imaginem ſuam
in ſpeculo reſpicit, neq. ſecus admouet manus, ac ſpeculum moueat, & ita mouet manus, vt ima
ginem in primis expolire videatur; re vera tamen vt ſignum eſt imago illa quę apparet in ſpecu-
lo: neq. propter ſe obſeruatur, ſed velut index eorum quæ in ſua ipſius facie prętare oportet. Ne
que mentem ſolis rerum imaginibus acquieſcere puto; cęteroqui fruſtra de Dea matre queſtus
C fuiſſet Aeneas, qui *Vbi matrem*

Agnouit, tali fugientem eſt voce ſecutus,
Quid natum toties crudelis tu quoq. falſis
Ludis imaginibus? cur dextrę iungere dextram
Non datur, ac veras audire & reddere voceis?

Nec mentem imagines perſequi cenſeo, neque, ſi ita faceret, aliter ipſi eueniret àc ſtolido illi ca-
nito qui carne relicta ſpeciem eius in aqua venatus eſt, & ita deluderetur, vt Orpheus, qui Eury-
dices vmbram ab inferis acceſſiuerit; magnus enim foret conatus, ſed premium certè nullum.
At, inquies, ſpecies eſt magis à materia ſegregata, ergo & perfectior, & hic negabo id ſequi com
motus exemplo rerum mathematicarum quæ, cùm ſuaptè natura minus concretę ſint, quàm na-
turales; non idcirco naturalibus præferuntur, ſolumq. dabo, quòd materia minus vtitur, eſſe per
fectius, vbi fuerit abſolutum, & per ſe conſiſtens. Sic mens cęteras animi facultateis ſuperat, &
ſi quod eſt aliud incorporeę ſubſtantię genus. At verò imago pendet ex alio, & ſine ſubiecto nō
exiſtit, vt etiam in memoria, [a] vbi reſidet ad tempus diuturnum, veluti vehiculum ſpiritus & [a] Lib. de mem.
humores aſſumat, quibus item ſic languidè infigitur, vt vel leui de cauſſa deleatur. Si ergo ſpe-
D cies eſt per quod, rei verò eſſentia eſt quò primùm noſtræ mentis acies intenditur; profectò res
erunt omni imagine perfectiores, ſicut id, ex quo aliquid pendet, eo quòd ex ipſo, niſi pendeat
per modum ſuppoſitionis, quemadmodum forma pendet ex materia, quod ſanè in hypotheſi
noſtra non accidit. At ſpecies perficit mentem, non obiectum cuius eſt ſpecies. Dico, eam non
perficere mentem, vt per ſe, ſed in eius virtute, cuius eſt ſpecies: immò id cuius eſt ſpecies, men-
tem perficit per ſpeciem: ſiquidem hoc ſolo, & potiſsimo omnis noſtræ mētis intentio termine-
tur. Idcirco quod extrinſecus eſt, mentem per ſe perficit, atq. id forma & actus, ſiue vt ſubſtan
tia, ſiue vt accidens. Sed cùm ſubſtantia ſimpliciter ſit perfectior accidente, credam ego liben-
tiſsimè, quia non comparantur hæc eidem ſubiecto, nec indiuiduum quod gignitur, ipſi gignen-
ti, neque forma rei quæ cognoſcitur, affert animo mutationem aliquam poteſtatis internā, vt fit
in ortu rerum naturalium, & motiones terminantur extrinſecùs, neque per realem, vt aiunt,
tranſmutationem formæ accedunt, iudicium de perfectione non eſſe petendum à terminis mu-
tationum. Quòd ſi rurſus obiicias operationem quę ſit eiuſdem rationis cum habitu, vt cùm

ex eius repetitione contrahitur habitus, ideòq. in accidentium ordine reponas: etenim scientia & fortitudo sunt habitus, qualitates, & accidētia: dicā primùm, vbi species accipiātur sine materia, idem esse facultatem, speciem obiectam & functionē: deinde facultates animi esse in ea potētia quæ non desideret aliam mutationem, atq. affectionē, sed possit accipere formam, cùm primùm fuerit præsens: itaque, vt in materia tunc est incursus & appulsus intrinsecus ad formā, & in omni potentia generatim ad actum suum ipsius proprium, vbi impedimenta sublata fuerint, sic in mente ad formā comprehendendam. Sicut ergo incursus iste & appulsus ad formam & actum est, non accidens, sed natura potestatis & materiæ, sic & in mente contingit: hoc differt à materia sensili, quòd hæc formam accipit extensiuè; mens indiuiduè & ex obiecti sola pñtia: forma inest in efficiente, & ab ipso segregatur, species rei cognoscendæ residet in phantasia, vel in re, cuius est simulachrū: hæc est habitus in hoc, vt lux in sole; habitus obiectorum est in phantasia, hîc accidens, in mente essentia, quapropter & perfectio. Quamuis autem virtus extrinsecùs pendere videatur; attamen & ratio virtutis est ex animo eligente & determinante. Nunc electio & determinatio sunt functiones animi propriæ, sicut ædificatoris ædificatio, & quemadmodum ædificatio ab ædificatoris essentia quatenus huiusmodi non disiungitur, nisi connotato, quamuis vtatur externis, vt dictum est; sic neq. operari secundùm virtutem, & sciētiam differt ab animi essentia. Et planè obiecta sunt, vt quo; virtus aūt & scientia secundùm quod operationes istæ exercentur; formæ est horum omnium vsus, qui solo connotato à forma vtente separatur, dum vtens animaduertitur, non id quo vtitur: quicquid autem adest perturbationis & motionis sensilis in illo munere obeundo, ministris illius muneris, & instrumentis est concedendum; quæ, cùm corporea sint, sensiliter affici possunt, vtputa, fortitudo contrahitur ex eo, q. sic assuescit moueri sanguis & spiritus in periculis. Quod obiectum est ad extremum sic diluitur. Non omnem principij rationem ponere præstantiam in forma, quia non omnis ratio principij sit in forma, tanquàm agendi, siquidem ad id quod subiecto separatum sit, rationem subeat efficientis, eoq. nomine sit præstantior, & ad functionem propriam quæ sola ipsa forma fundatur: habet vim modumq. materiæ, qui caussæ modus est omnium minimè perfectus: nanque in ipsa inest, vt in subiecto, quod functio perficiat, qui caussæ modus est materiæ proprius.

Exponitur vtrùm energia præter naturam proficiscatur ex habitu, an illi nonnunquam antecedat: simul etiam disseritur sit'ne duplex habitus, externus s. & internus. Cap. XXX.

SEQVITVR vt exponamùs nunc, vtrùm oīs energia, tametsi præter naturam, proficiscatur à forma; & erūpat ex habitu, an habitui simpliciter antecedat. Hîc tamen aduertere in primis oportet, actum esse duplicē: alterum quidē qui transfertur ab agente ad patiens, & in patiēte recipitur, ita se habentē ad agens vt à quo, ad patiens verò, vt in quo; quemadmodum aliàs de motu dictū est, solent verò appellare actū hunc nostri transeuntem; alterum verò qui manet in eo quod agit, nec ab ipso transfertur ad aliud, quod sit necessariò diuersum ab agente, dici nouimus immanentem, primi exēplum est calefactio quæ ab igni proficiscitur ad materiam, secundi verò imaginatio, speculatio, & si qua sunt hisce consimilia quæ dialecticorū vulgus affectioneis internas appellare consueuit. Quantum sanè pertinet ad posteriorem actuum speciē, nemo est qui ambigere possit, ipsos in eo in quo sunt, idonea nactos fuisse principia, vnde emanēt. quare tamen actus penitus naturales, atq. ex habitu pullulare fatear, & libens; licèt dubitem, quæ'nam sint eius interna principia, & quemadmodū affecta. Præterà, vtnam'ne quicquam requiratur extrinsecùs ad eos excitandos, an'ne sola interna rei principia sufficiant. Atqui illud de altero actu dubitatur, neq. fortè sine aliqua distinctione potest expediri, quandò cernitur miles qui iactat lapidem nulla permutatione facta circum rei substantiam. Quocirca si lapidem sexcenties in sublime proiiciat, recidet semper, nec vnquam ascendendi contrahet facultatem. Ex altera parte si ignis vrat ligna, fumum suscitat & extollit: ita vt sic moueatur secundùm naturam, & opposito motu contra naturam. Certè cùm item ipsa motio sit actus mouentis, quamuis vt ab ipso, non autem vt in ipso; tali ratione à vi mouentis emanare secundùm suam ipsius naturam credere oportet, quicquid enim fit, à simili fit, quod est secundùm speciem, actu, seu virtute, quod per motum passo communicat eam formam quam possidet. Quare proiiciens sursum mouet lapidem, quia virtutem habet eius loci; sed, quia non infigitur in subiecto; inde est, vt primi mouentis quod extrinsecùs est, vel præsentia, vel saltem robore, [a] semper indigeat: quare tantum extollitur, quantum vires eius sustinere possūt; iis languescentibus redit statim in suum locum. Quapropter actus ille solùm comitatur habitui mouentis, nil ad id pertinens quod mouetur. At ignis qui excitat fumum ipsum mouet secundùm naturam, quia tribuit illi iam quippiam formæ secundum quam ipse conscendit; ex quo motus hic à gemino habitu proficiscitur: illo scilicet qui est in mouente, atque altero qui iam à materia fumi contractus est.

[a] 2. de cœl. T. 28.

Itaq.

A Itaq. latio distincta est ab Aristotele, [a] q aliqua sine alteratione fieret, atque alia cum alteratione intelligente alterationẽ, mutationẽ potẽtię de prædicamento substantiæ; nam q potentia quę solùm est ipsius vbi, mutetur, planè liquet, cùm modò sit in leuium loco quod ante in medio mundi quiescebat; de qua mutatione cum idẽ iudiciũ fiat, quod nuper à nob. expositum est, nẽpè quòd aliquid mutari esse, & habitus illi præcedat, vniuersè cõcludere licebit. Omnem actum ex habitu emanare; non tamen vnumquenq. actum in eo quod mouetur, ab eius ipsius habitu proficisci, quippe nõ necessariò ab habitu qui sit de prędicamento substantiæ. At verò quoniam inde cœpit oratio nostra, vt actus in duo membra partiremur, in immanenteis videlicet, & trãseunteis: neq. nos latet, viros eruditissimos eã distinctionẽ non approbasse quę tamẽ trita & peruulgata esset: age videamus, an'ne ratione oppositæ valeant nos de hac firma sententia deiicere. Primùm, n. opponitur Aristotelem, ne verbũ quidem vsquam fecisse locorum de tali genere affectionum. Deinde, q inanis esset ea distinctio, quandoquidem nullus est actus, cui vel non supponatur in subiecto recipiendi ratio vel is ab externa caussa non excitetur: quare aut oẽs intrinseci pariter habendi erunt, aut contrà oẽs externi. Quòd nisi reperiant in subiecto certam recipiendi rõnem, fore vtrīq., vt demonstrationis assumptio medio vacatura non sit: quid.n. nexus intercedit inter extrinsecum mediũ, atq. subiectum? Attamen nos & necessariam distinctionẽ probeq. allatam

B fuisse credimus, & ab Aristotele quoque nõ prætermissam. Iam.n. nob. apparet motus lapidis à proiiciente, apparet & nulla antecedente affectione materiæ cõcussio quæ fit à vento, nulloque præeunte mobilis ipsius impulsu, quemadmodũ paullò ante dictum est, neq. id dubitatur. Risus imaginatio, speculatio sunt affectiones internæ. Ex actionib. item nonnullæ sunt quæ relinquunt opus, vbi absolutæ fuerint, aliæ rursus opere non definiuntur; priores extrinsecæ sunt, intrinsecæ posteriores. Quòd aũt significarit eas Aristoteles, satis liquet, vbi discrimen attulit inter ποίησιν i. factionem & πρᾶξιν, hoc est actionem. Præterea, vbi collocauit humanam beatitudinẽ in eo subiecto, vnde ab externis casib. labefactari nõ posset, [b] & in vita quæ quidem in actione poneretur. Illud etiam Peripateticum, Dei O.M. functionem ab extrinseco non pendêre, cùm in ipso tria hæc idem sint omnib. modis, obiectũ, facultas & actus, neq. illius functio respiciat aliud vllo pacto, sed in ipso versetur. Idcircò falsum illud arbitror quod aduersarij sibi sumunt: Aristotelem ne verbo quidem tenus, tale actuũ, siue affectionũ genus indicasse. Falsum quoq. illud, q ea distinctio vana sit, immò necessaria maximè, & à rerũ natura deducta. Neq. par est omnium ratio: siquidem ex his nonnullæ sint tanq̃ πάθη i. affectiones quæ nõdum separatæ sunt ab agen-

C te, nec sunt in facto esse, verùm in fieri, vt solet dici: quædam sunt in facto esse, & permanentes; neque ob id intrinsecæ, aut extrinsecæ dicuntur, quia nõ pendeant quodammodo ab externo, sed q ab ipso nõ pendeant, quia fiant; veluti calor in ferro qui pendet ab igni, quod si tollas ab igni, protinus amittit calorem: id verò contingit, siquando nascantur ex habitu, qui sit de prædicamento substantię: nanq. & visio pendet ab obiecto, tamen ab Aristotele numeratur in iis quarũ idem est opus & actio. [c] Neq. item necesse est, vt diximus, omnem actũ desiderare impulsum, siue habitũ substantiæ in subiecto; cùm possit aliquis actus inesse præter naturam. Testimonio sunt Aristotelis verba dicentis. Quoruncunq. igitur aliud quiddam præter vsum est, id quod fit, horũ actus in eo quod fit, est, vt ædificatio in eo quod ædificatur, & contextio in eo quod contexitur: similiter & de aliis, & omnino motus in moto. Quorum verò non est aliud opus pręter actionem, in ipsismet actio est, vt visus in vidente, & speculatio in speculante, & vita in anima: quare & beatitudo etiam; vita.n. & ipsa quædam est. Et sunt hæc natura & his postremis vniuersis habitus supponitur, vt speculanti doctrina, sentienti sensus, & animus viuenti: in illis est planè aliquid facti de suo prædicamento, quod pręfefert vim habitus; verùm, q habitus ad sum-

D mum non fuerit productus, neq.n. dum mutata est ipsa substantia, aut nõ ex toto; à seipso verò promoueri non possit; flagitat pręsentiam generãtis, itaq. ab ipso operante subiecto segregatur, & in alio est actio, in alio verò actus ille qui est motionis extremũ, quod & ποίημα & πάθος ab Aristotele [d] diuersa ratione, sed vt idẽ re tamen appellatur. Quid obsecro apertius afferri potuit, vnde talis functionum distinctio perspiceretur? quid item clarius quàm q ex eo, quia non pendeat ab externo, dum fit; nuncupetur actus internus? quando non obstat visio quæ nihilominus pendet ab obiecto, q non pendet ab ipso, quia fiat, simul.n. visio fit, eademq. facta est, neque.n. requirit agens, à quo deducendũ sit patiens de potẽtia essentiali ad actũ; cùm habitus totus actioni supponatur. Ita ergo dicemus. Vbi supponitur habitus, actio non pendet ab externo in eo q fiat, sed fit & facta est, & cùm oriatur ex habitu; ideò iure optimo censetur interna. Hoc nomine eclipsis, licet ex alio pendeat, erit interna affectio, & motus hypeccaumatis in orbe erit externa. quoniam priuatio luminis & simul fit, & facta est, sicut illuminatio, & in eo corpore est habilitas ad lumen & tenebras, atque illa quidem vniuersa, non ex parte; ad has quidem ex propria natura; ad illud verò quoniam respicit naturã pręstantiorem, non aliter àc de appetitu cum animalis, tum etiam materiæ dici consuerit, qui secũdùm propriam naturã propendent ad malum,

[a] Lib. de mot. an. in fine.

[b] 1. Eth. Cc.7. & 8.

[c] 9. Met. T. 16.

[d] 3. Phys.

& non ens; attamen accipiunt etiam bonum, quia simul præstantiori facultati ministrant. Nam certè duæ sunt affectiones quę simpliciter internę sint, vna quidē in naturalibus, altera in separatis à materia, & inter affectioneis mortaliū quies vna contenta est habitu cui manet adfixa, ex altero ordine solus Deus ex alio nullo pendet, reliqua oīa quoquomodo resoluuntur in externa. Quamobrem ex his perspicuè liquet aliquam functionē esse internam, cùm sint hę duæ sine controuersia simpliciter internæ. Itaq. nihil actioni internæ repugnat esse ab externo, modo non fiat per parteis, & habitus de prædicamento substantiæ præcedat, tum externa erit, si per parteis fiat, nec habitus. Quòd siquis obiiciat in agente coloris actum à quo pellucidum moueri oportet, & extrinsecùs absolui defendat; vnde non esse illum in colore proprium & insitū, addo etiam non conuenire cum forma, quia per seipsum non habeat vim mouendi, sed lumen requiratur à quo deduci queat ad actū, neque fortè solùm præparet illi medium, sed vires addat ex potentia visili faciens actu visile, & ex eo ꝙ possit mouere pellucidū, vt ipsum moueat; dicam hîc ego primùm ea quæ dicta sunt, pertinere ad illa quæ sunt in agente, vt subiecto, & ita se habere actum coloris, quatenus in ipso est, quemadmodū nos ante constituimus; in oppositione verò sumi actum, non vt in ipso, sed vt ab ipso ad aliud: deinde agēs & patiens accipi cum iis omnib. adnexis quæ in oī munere fungendo desiderantur, & lumen referā ad aliquod adnexum, sine quo color, & si talem haber vim ingenitam, nihilominus actū suum exercere non pōt, seu cum agente, siue cum patiente concurrat, aliud erit differendi tempus. His stantib. ad opposita respondemus. Nam primùm negatur Aristotelem neq. meminisse, neq. nouisse duplex affectionū genus. Ad 2. verò, quoniam fides eius argumenti assumptionis probatione fundatur, quia. s. demonstrationis assūptio non sit medio caritura. Dicimus satis esse nonnunquàm, si propositio medio vacet, neque in omnibus vtranq. propositionē sine medio quæri. Certè si reperiatur assumptio quæ medio vacet; vtique scientia certissima fuerit, quia tamen in omnib. non est idē perspicuitatis gradus, sat habebimus, si caussā quæ cōprehenditur in propositione, sit medio vacans, vt, siquis ita concludat. Quod rapitur à cęlo, mouetur in gyrum. Hypeccauma rapitur à cęlo, & ea quæ seq. Et tamen illa eius eueti caussa certissima est, neq. propterea talis est natura hypeccaumatis, nisi naturam pro quauis potestate sumpseris, qua ratione quicquid inest in aliquo, in illo inest, quia quomodocunq. pōt inesse. Quod certè si detur huiusmodi fore, qualecunq. sit, & ex hoc ipso omnis affectio reputetur interna; nihil moror. Sed si rem exquisitè tractare placet, huiusmodi actionum genus extrinsecum est habendum.

Explicatur quemadmodum facultas omnis actum respiciat cui subiicitur. Cap. XXXI.

NVNC videndum esset è quónam genere caussæ sit illa potestas quæ respicit actum cui supponitur, vt potestas diuidendi in continuo quod posteà diuiditur, & contemplandi in homine qui contēplatur, & vrendi in igni qui aliquando cōburet. Neque. n. eodem pacto est potestas in igni, si referas ad lignum, & si referas ad ipsummet ignim: siquidem ad lignū sit actuosa: at non fortè sic ad ignim habenda est. Veruntamen hoc antequàm à nob. tractetur illud flagitare posset, vt intelligatur. An'ne oīs potestas ad actum necessariò perducenda sit; quod item plurimum conferet ad ea cognoscenda quæ de potestate simpliciter ab Aristotele, cęterisq. philosophis, & in cōmuni diuisione, & in animi functionib. passim recepta fuisse nouimus, itaq. cum his sermonibus qui vniuersales sunt, perbellè conueniet. Nam, tametsi ab Aristotele tanquàm vsu & experientia cōprobata sumuntur, vt pro cōpertis & indemonstrabilibus haberi debeant; non paucis tamen difficultatib. opprimuntur. Primùm quidē generatim. An'ne facultas oīs ad actū perducatur, ita vt ab actu suo consummetur. Tum deinde sit'ne actus eiusdem cuius itē potestas esse accipitur, quemadmodum aliquando accepit Aristoteles [a] probaturus somnū esse affectionem coniuncti, non animi, aut corporis seorsum. Nam de primo posset facile dubitare quispiam, sit'ne, vt fertur, ex iis quæ docet Aristoteles. [b] Fieri. n. posse inquit, vt hæc vestis incidatur, quę tamen non incidetur, verùm prius conteretur. Nec non vbi ponit differētiam inter fore & futurum esse. [c] Nam futurum esse, ἐσόμενον ipse vocat, dicitur de iis quæ futurum respicientia tempus in actū aliquandò sunt prodituta. Fore autem, quod est μέλλον de iis quæ spectāt sanè tempus futurum, sed non necessariò prorumpent in actum. Rursus non desunt actus qui potestatibus repugnent. siquidem corpus album possit esse nigrum, tamen album nunq̄ potest fieri nigrum, sic homo pōt fieri cadauer: neq. tamen vnquàm pōt esse cadauer: esset. n. in adiecto repugnantia. Tertiò potestates, aut sunt actuosæ, aut patibiles. Accipio potestateis patibileis. obiicere aūt licet nonnullas ex his quę nunquam perueniunt ad actus, vt puta diuisionē in continuo; nunquàm. n. continuum erit in infinitum actu diuisum. Præterea cęlum, cùm sit corpus, est diuiduum; non tamen patitur se diuidi. Item sentiendi facultas in toto existit, & ex toto est huiusmodi, vt per se videat si illi obiectum visile offeratur: tamen in manu non videt. Ab actuosis autem sumo instantiam

[a] Lib. de somno.

[b] Lib. περὶ ἑρμ.

[c] 2. de ortu. Lib. de diuin.

stantiam

A stantiam contra secundã partem huius theorematis qua demonstrandum suscepimus actum nõ esse eiusdem cuius est potestas. Nanq. actus actuosæ potestatis est in patiente, non aũt in agente: velut ignis põt conuertere aquam in se alterum ignẽ producendo suam formam & suũ actum. Quare actus ignis non erit in igni, sed in aqua: propterea non erit in eodem subiecto in quo est potestas. Auerroës [a] de primo capite loquens ponebat differentias quasdam inter potentiam & possibilitatem, inter alias verò illa erat, possibilitatẽ non necessariò referri ad actum, sicuti potentiam quæ nisi prodeat in actũ, siue in indiuiduo, siue in specie, frustra sit. Nam in vino est possibilitas, vt fiat acetum, neq. tamen potentia: quocirca prohiberi põt, ne fiat acetum. Quamobrẽ responderet eas quæ non erumpunt in actum, non esse potentias, sed possibilitates. Aristotelem verò loqui de potentiis. Potest fieri vt verborum locuples sit Arabum lingua, & varietate vocis ambiguitatem tollat. Sed in hoc Grecia verborum inops est. nanq. oẽ id quod aliquomodo posse includit, siue vt indeterminatum, siue etiam, vt remotè, aut proximè, aut q̃ potestatem includat agendi (virtutem Latinè diceres) aut patiendi, nomine communi δυνάμεως explicatum fuisse scimus. Veruntamen etiam possibilitas ista Auerrois videtur cum aliqua potestatis specie conuenire quæ item actu terminetur. idem. n. valet, atq. id quod ἀοριστον. i. infinitatem, & ἐνδεχόμενον. i. contingens, seu potestatem remotam vocat Aristoteles, vt vestis quæ potest incidi & non incidi, eamq. incidi, aut non incidi contingit. quam etiam posthàc in actum redigi dicemus. Simplicius, [b] dum explicaret, quemadmodum animus esset actus primus, asserebat omnem facultatẽ, vbi feriaretur, esse frustra. Vnde etiam, scriptor ille autumabat animum semper esse in actu secundo: quocirca propositio nostra apud illum effati locũ obtineret. Attamen in somnis, quia vacat animus (saltem sensitrice ita se habente. nam de mente, quid sentiendũ sit, nihil experientia monstrat, quod à physico sumi queat) dicere eam esse frustra, non admodum conuenit. Nam sic in dimidio temporis animus frustra esset. sic ẽt quòd alentis officiũ est augere, quando non auget, eam asseuerare frustra esse, periculosum est. Nos igitur, postquàm his non successit, alia aggrediamur via. Non licet aũt dirimere controuersiã, nisi anteà de actu & potestate distinguamus per suos modos qui sanè plures sũt, facilè tñ ad hæc capita referentur. Scire igitur licet oẽm potẽtiã, aut esse certo quodã actu determinatã, aut indefinitam, & spectare opposita: determinatã verò esse, vel necessariã, vel plurimùm euenire, quæ verò indefinitè & vtrumlibet, raróq́ue fiũt, per accidẽs sũt quæ potius cõtingentis nomine notantur. Secundò monemus actũ & potestatẽ inter se respicere: qr̃ item assequi eadẽ attributa pro portione: vt, si actus perfectus fuerit, & potestas

C quoq. perfecta erit, si actus imperfectus; imperfecta quoq. potestas futura sit. Actum verò perfectũ vocat Aristoteles [c] rei quę ex oĩ parte simul cõsistit, vt hominis, equi, ędificij; imperfectum rei quę in successione posita est, vt motus, diei, & ludi, quorum partes vnà consistere nequeunt. imperfectus itẽ est indeterminatus, vt, qui contradicentib. implicatur & repugnãtia concluditur. Sic ergo potestas quæ respicit hũi actum qui imperfectus est, imperfecta est habenda: ea verò q̃ dirigitur ad actũ illum integrum & permanẽtem, perfecta perhibetur. Hæc potentia rursus, aut est absoluta, quemadmodũ in reb. necessariis, in quib. manet sẽper cum actu coniuncta: quapropter dici solet in iis idẽ esse posse cum eo qd est, eã Gandauensis in potẽtiis essentialib. reposuit, & secundã vocauit, non q̃ esset ad formã, nec q̃ esse in officio sit essẽtiale: nã posse. i. accidens: quãdò per seipsã res sẽper est in officio, nisi impediatur, sed q̃ pẽdet ex essẽtiæ principiis, aut igitur ẽ absoluta potestas, aut aliquib. restricta conditionib. vt puta, quia consequatur actũ suũ per certa instrumẽta, velut facultas vidẽdi per oculos, aut color mouẽdi perspicuum per lumen, aut per certum modum, vt in cęlo est diuisio, non quòd pars à parte subiecto separetur, sed priuilegio motus, quòd velocius hæc pars altera moueatur, aut per designationem, vt aiunt, consimiliq. ratione, si qua facultas sit fons & origo plurium actuum, vt valens nutriendi, sibiq. simile pro-

D pagandi, atque hæc officia certis & statis temporibus exerat, id quod in actibus quorum hi sunt ministri, illi verò architectones & auctores, certa illa tempora desiderantur, si facultas in actum deducenda sit. Cùm item sit eadem proportio potestatis ad actum quæ est materiæ ad formam; potestatem materiæ tribui placet, actum verò formæ, vt cùm ensis ex ferro fieri, & non fieri queat; non accipiam sic potentiam, vt eam in ense sim collocaturus, sed hoc attributum in ferro ponam, quòd ex illo ensis fieri, aut non fieri possit: nec tum ego, cùm materia prior origine sit, atque communior, eodem quoque pacto potestatem se habere ad actum. Quapropter, vt in materia infinitas, & necessitas suppositionis ab Aristotele ponitur, sic etiam de potestatis natura dicimus. Atque hoc illud est quod mea quidem sententia, nobis illa sua possibilitate significauit Auerroës. Hæc item continet primam & secundam, de quibus in hoc libro passim verba fiunt, cui respondent actus primus & secundus: & eam quæ est ad agendum, & patiendum, & quę est ad agendum, actu determino, quę est actio vt ab illo, & transmutatio alterius, quatenus alterum est, vt subiecti, non forma quam agens inducit, dum agit: est enim illa species & finis; nec ea quam habet agens: quinimmo ea est agentis ipsius ratio.

[a] Lib. de Beat. An.

[b] 2. de an.

[c] 3. Phys.

Propterea corruit illa potestas obiectiua Scoti, sed via per quam materię potestas euehitur ad formam; tota & indiuidua manet in eo à quo est: per successionem & extentionem producitur in materia. Proinde efficacitas gemina potestate fundatur, altera interna quæ est forma ipsius efficientis, atq. altera externa quę nititur ipsa materia. consimiliter etiā in materia potentia duplex, vna qua patitur ab efficiente, altera ad cōpositum, quę est ad esse: tametsi idem reapse sunt, quòd formam patiendo accipit, & fit compositum. In fine & efficiente est τὸ ἐνέργητικόν, & τὸ θεραπικόν. quanq. quod in fine est ἡγεμονικὸν in efficiente est ὑπηρετικόν. finis imperat absolutè, efficiens agit gratia finis: ex his existit habitudo inter efficiens & finē, nulla rōne verę potestatis inclusa, & potestas ambignè dicetur, nimirùm ἐντελέχεια, quemadmodum lib. 3. de Cęlo T. 28. & quanq. finis mouet, id aūt quod mouetur, habet per rationem potestatis, quoniā motus est metaphoricus: sit & illa in efficiente potestas metaphorica de qua nil agitur hoc loco. Postremò potestas omnis, aut ad vniuersale, aut indiuiduum pertinet; vt animalis est generare, vel Socratis. His ita constitutis aimus, oēs potentias naturæ cursu referri ad actus, sed si addantur huiusmodi leges, vt ad illos perducantur, quos ipsæ respiciunt, qui secum pro portione cōgruant, eo modo, atque iis impositis conditionibus quib. sunt in potentia; nempè potentia perfecta ad actū perfectū, & quæ simpliciter ad actū simpliciter, & contracta, & limitata ad consimilē actū promoueatur, vt si per hoc instrumentum, illo pręsente perueniat ad actū: aut si in cęlo potestas est diuidendi per designationem, actus itē ex designatione pendeat. Adiicimus aūt in indiuiduo non esse absurdum, si potentia frustretur, absurdum verò esse si frustretur in vniuersali. Verumenimuerò cùm vniuersale sit genus, aut species; non veritus est Pomponatius concedere, etiam fieri posse, vt potentia frustretur in specie; ac satis esse, si non frustretur in genere solùm, idq. exemplo confirmat; quandò homo pōt appetere immortalitatem, quam tn̄ non adipiscitur, & mulus appetit generationem sibi similem, tamen plurimùm non consequitur, & talpa oculos habet, neq. tamen videt. Atqui ægrè admodum Pomponatio crederem, quia species præsegerit, vt illi opinantur, necessitatem naturalē: non ergo videtur vniuersa posse frustrari. Neq. obstant exempla, tum ꝙ appetitus in homine nō semper rectus est, neq. naturalis; rectus aūt is solus est qui à rōne gubernatur, non rectū verò frustrari nō est inconueniens: at rectus non frustratur; hic est, vt immortalitatem nō in indiuiduo, sed in specie cōsequatur, & ipse sic fiat immortalis, ꝙ imitetur D. O. M. qui immortalis est, contemplando: tunc.n. à corpore & indiuiduis, atq. caducis naturis quodam modo separatur, nisi putes Aristotelem aut vnam cōmunem omniū mentem posuisse, vt censuit Arabs, aut veritatem catholicā Aristoteli notam fuisse fatearis. Quod item de muli appetitu adscripsit, & de facultate cernendi quæ frustra videtur esse in talpa: dicimus illa item nō esse naturalia, nec à perfectione, sed à vitio proficisci: sunt.n. mulus & talpa in natura πηρώματα, nec species perfectæ; at nos ea capimus quæ secundùm naturā se habent, & agimus de facultatibus quæ cursum naturæ tenent. Neq. verò dico has species esse oblęsas, & imperfectas secundùm esse, & contrà naturā affectas (nihil.n. tale pōt esse perpetuum) sed ad animal ipsū, quia non sunt capaces illius perfectionis quàm natura tolerat animalis, aut etiā, ꝙ imperfectio duo respicit, materiā .s. & formam, species ex essentiæ perfectione solet æstimari, eaq. adest, quæ posita est in certa ratione partium formæ, quod est in corpore vitiū id redundat in principia materiæ ex qua speciei deprauatio non existit. At, inquit, oculos habent. frustra igitur. Respondeo oculos esse ambignè, neq. huic muneri destinatos à natura, sed esse notas quasdam, quæ oriuntur ex necessitate materię, vt in viro mammę; harum si munus est nullū, non ideò frustra sunt, sed si cui officio delegatæ forent, neq. pręstarent, tum sanè frustra datę fuissent. Propterea credo tutius defendi, speciei potestatem nō posse frustrari. Eodemq. modo cùm ab vna potestate multa manent officia, præsertim si fuerint ordinata; nō arbitror frustra ponendā esse potestatem quę non fungatur vniuersis; verùm id sufficere, si modò hoc, mox alio fungatur. Neq. alētem imperfectam esse puto, nisi gignat, sed sat est, si nutriat, aut augeat, & sentiens, si nunc videat, audiat aliàs. Itaq. ad obiectiones sic respondemus, primumq. ad eas quas accepimus è lib. περὶ ἑρμ. & lib. de Diuin. dicimus cum actum, tum quoq. potestatē esse indefinitā, & potestatem illam referri ad actū, qui contradictione continetur, & hęc est potentia contingentiū: respicit.n. actus oppositos, vnde sicut hæc vestis incidi, aut non incidi pōt; sic etiā incidetur, aut non: & habet hic actus veritatem quæ in coniunctione posita est, separatim verò incidi, aut non, nō necesse est. Ideòq. nos monuit Aristoteles in contingentib. non esse determinatā affirmationē, vel negationem seorsum, sed coniunctim. Similis est non potestatis in habitibus animi & materia, quantum est de eo, ꝙ hunc vel oppositū actum respiciant simpliciter, & quoad euentū: verùm si ordo naturæ spectetur, non vniusmodi rō notatur, alterum.n. ex oppositis ex natura, & per se respiciunt, alterum præter naturam & per accidens, ac materia quidem esse per se respicit, non esse per accidens, & medicina salutem per se expetit, per accidens in ægritudine versatur. Et, vt monstrabat Aristoteles, [a] tametsi potestates opposita simul respiciant, actū tamē successiuè accipiūt, nec alteruter vnq. fallit, & ille potissimè

in quem

[a] 7. Met.

[a] 2. de an.

A in quem primùm potestas instituitur. Ad tollendam alteram dubitationem statuamus antè actũ & potestatem repugnare formaliter; etenim actus est ens, potentia non ens: itaq. actu adueniente potẽtia corrũpitur, quam tamen nihil prohibet, quominus secundùm materiã conseruetur, ex quo fit vnum per se è potestate & actu. Quòd si actus in eo dicitur esse, in quo sit potentia, non sic intelligitur, quia sint vnà potestas & actus; verùm ꝙ actui potestas antecesserit, ita nigrum est potestate album, non ꝙ album sit simul & nigrũ: neque.n. contraria constant, sed quoniam albo nigrum præiuit, & nigrũ ratio fuit, per quam subiectũ nigri conuerteretur in album, & deniq. nigrum non accipitur pro eo quod denominat, sed pro eo quod denominatur, quod est subiectũ: neq. albo succedente nigrum seruatur, cùm sit illud ex quo tanquam non remanẽte fit album. Fallaciæ genus, vt mea fert opinio, est secundùm figuram dictionis, & caussa est, quoniam commutatur id quod notat, quod est nigrũ, in id quod notatur quod est subiectũ cuius nota concretũ est, & παρώνυμον. Non me latet, dialecticos hoc fallaciæ genus ita expressisse, ꝙ esset fallacia, cũ acciperetur in sensu cõposito id quod falsum est, & verum in sensu diuiso. est.n. falsa hæc enunciatio, album põt esse nigrum in sensu cõposito; quoniam accipit totum subiectũ, corpus nigrum de quo enunciatur esse posse album; cùm tamen sit vera in sensu diuiso, de corpore.s. quod erat subiectum albi. Facilius dici potuit, enunciationem accipere subiectũ mutationis, vt totũ secun-

B dùm materiã, quod tamen est pars. [a] Denique fallacia est ex figura dictionis. Vbi tertio loco opponitur potestas diuidendi in cõtinuo & cęlo: dicimus eam esse in cõtinuo, non perfectam, sed imperfectam, & actum respicere imperfectum qui positus est in diuidendo, nõ in esse diuisum. De diuisione aũt cęli dictum est eã non esse simpliciter, sed quodã modo limitari vt ꝙ sit per motum & per designationem. Sic & animus vbiq. potestatem habet videndi, cum hac conditione, si ibi adsit idoneum instrumentũ: ideòq. non videt in manu: ac si oculus in manu poneretur, vtiq. manu &t prospiceret. Neque ob id frustra est videndi facultas in manu; licet ibi videre posset, si adesset instrumentũ, quia non est nata apta videre per manum, sed per oculum. Tum sanè frustra esset, si deberet videre per oculũ, non autem videret. Ad tollendam verò dubitationem contra secundum caput quæstionis, scire oportet, magnũ discrimen intercedere inter actum agentis, & actum patientis: nanq. actus in patiente, & in potestate patibili est vt patientis affectus: in agente verò & potestate actuosa nõ est vt in subiecto, sed vt ab eo: de qua re, cùm superiore libro complura dicta fuerint, non est ꝙ hîc inutiliter repetantur. Sed dicimus ad argumentum; cùm opponitur actum agentis esse in potentia patibili, non aũt actuosa, eam esse in potentia patibili,

C vt in subiecto, sed tamen esse quoq. in actuosa potestate, nõ quidem vt in subiecto, sed vt à quo. Et hoc item sufficere ad id constituendum, ꝙ actus eiusdem sit, cuius est potestas: est.n. eiusdem eo modo quo est potestas. est autem potestas, vt à quo, non autem, vt in quo. Sic conseruatur vniuersitas eius pronunciati. Potestatem omnem actu terminari. Ex eodem fonte dimanat illud etiã quod ab Aristotele sæpius vsurpatum est, tum 6. Phys. [b] tum item 8. [c] tum etiam 1. de Cęlo. [d] Naturam non aggredi id quod se consecutum non sperat. quod, tametsi in principiis à nob. repositum est, sufficiente ad eius veritatem patefaciendã ipso vsu: cęterùm ꝙ à Latinis philosophis agitatum, postulat itẽ aliquam animaduersionem. Nam præter alios Iandunus [e] sic argumentatur. Vbi sit ordo inter aliqua, si posterius fieri nequeat; non idcirco fieri non posse antecedens. Ergo põt aliquid aggredi natura quod non sit successurum. Probatur antecedens. quoniam animal homini antecedit: si tamen illud animal factum fuerit equus, ipsi prorsus hominis natura repugnat. Homo igitur cœpit, non tamen est factus. Confirmatur, quia prius põt esse sine posteriore, sed fieri prius est, quam factum esse. Ergo potest aliquid fieri, & posteà non esse factum. Adde quoque Aristotelis testimonium de 2. Post. Attamen, si seruentur conditiones de quib. su-

D prà, vera est generatim hæc propositio. Illa verò quæ Iandunus obiecit, ita dissoluuntur. Nanq. ad primũ negatur antecedens. ad probationem respondemus. Animal, aut absolutè capi, aut cum aliqua determinatione, vbi verò accipiatur absolutè, non esse posse magis hominem, q̃ equum, vbi verò determinatum fuerit, nõ esse posse, nisi illud quo determinatum est. Quamobrem in argumento subest fallacia à simpliciter ad secundùm quid. Etenim cũ accipitur animal, quod põt esse homo, intelligitur animal, quod est sine determinatione. Cùm verò accipitur animal, quod fit equus, iam est determinatũ equi forma: hoc aũt non potest fieri homo, sicut &t fieri nequit, vt equus sit homo. Et hæc est germana solutio propositi argumenti, ad quod dissoluendum multa blaterauit Iandunus. Euertitur item confirmatio ex his quæ docet Aristoteles. Nam, quod habet rationem finis, postq̃ perfectum fuerit; absolutè habet rationem principij. ideòq. antecedit in natura iis quæ fiunt, & suapte natura expetitur, eoq. plurimum natura potitur, si minus, id fortuitum est, & pertinet ad singulare: singularem verò potentiã actu suo frustrari non e. absurdũ. Quod verò Simplicius accepit, effici, vt sit frustra facultas, nisi obeat munus suum. hoc ego profectò nunquàm homini darem, nisi cum aliqua lege, vel vniuersè, vel ꝙ simpliciter officio suo nõ fungeretur: at in dormiente & in eo, quod laborat ἀτροφίᾳ, cessat quidem munus cuiuspiam

[a] 1. Phys. T. 64.

[b] T. 92.
[c] T. 75.
[d] Cap. de infinito.
[e] 1. de cęl.

facultatis : attamen non idcirco frustra adesse concedam, quia neq. semper, nec in omnibus officiis sit immunis, aut non se habeat secundùm naturam. E

E quónam genere caussæ sit illa potestas quę respicit actum. Cap. XXXII.

ACTVS secundus ab actu primo proficiscitur; eumq. imitatur ad amussim : nisi quid obstet. nam si fuerit ille imperfectus, hic quoque imperfectus erit, & perfectissimi idem erit quoque perfectissimus. Sic cùm imperfectum sit elementum, functio imperfecta est, vtpote motus, atq. ille quidem gradui perfectionis rei quæ mouetur, optimè respondens, vt non minus pij scriptores, quàm Aristoteles ex functionib. de habitus & substantiæ perfectione iudiciū moneât esse faciendum. Nam studiosus ex officio studiosè facto dignoscitur, & arbor ex suauitate copiaq. fructuum æstimatur, neque.n. spinæ vuas, aut tribuli ficus producunt. Itaq. quo perfectior fuerit actus primus; ita etiam motus prouehit elementum ad locū naturali suoq. ipsius proprio viciniorem : vsque adeò, vt cùm primùm extiterit elementum, locum suū sit assecutum; motusq. cum quiete cómutetur, illo. s. adepto quo mobilis natura tendebat. Sed, vt oriatur actus iste secundus à primo, hoc est, quæ'nam ratio sit qua nascitur in elemento motus à forma, an'ne vt efficientis, quod video plerosq. putare, an potius in alio genere; nunc pro virib. expediendum est, F quod si prosperè successerit, iam erit in promptu quod de caussis motus elementi dicamus. Profectò si secundus actus est finis, is aūt refertur ad agens, vt ab ipso comparetur, vltimo excepto qui non pendet ex aliquo genere caussæ, vt existat, sed vt seipsum præstet, eoq. solùm potiatur agens : ita.n. propter nos existit Deus, ꝙ nos non sine illo : significat aūt secundus actū primum : etiam ex actu primo, tanquàm ex efficiente pendêre censebitur. Insuper duo principia prestare videntur, actionem, seu functionē quæ est actus secundus : alterum quidem, quod patitur; hoc verò aut est materia, aut illi pro portione respondet : alterum verò quod agit, atque hoc est habitus, aut forma : quapropter ab habitu quoque & forma tanq̃ efficiente manáre concludetur. Huc item illa spectant quæ nos attulimus olim, dum quęreremus an forma sit agendi principiū. Propter hæc aliaq. huiusmodi, inualuit opinio, vt actus iste secundus haberet in eo in quo sese explicat, initium duplex: alterū quod est forma: atq. alterum, quod est subiectum. ab illo primo tanquàm agente deriuáretur, ab hoc altero vt patiente. ideoq. reddita caussā est actione in internatum : siquidem assecutæ sint in eo quod operatur, vniuersa principia, quippe agens & patiēs. Quapropter cópositum sine vllius extrinseci opera fungitur suo munere, quemadmodū animal G quod cùm habeat principiū quod efficit motum; est verò animus, & principiū quod mouetur; hoc verò est corpus, per se mouetur. Additur & illud, quòd actiones & perpessiones sunt compositi; animal.n est id quod propriè mouetur, & idem quod propriè mouet, vt non simpliciter moueat forma, neq. item materia simpliciter moueatur, & horū caussā talem habet rationem. Nanq. vt de forma dicamus aliquid nos etiam pro illis. Forma quæ mouet, vt immobilis [a] non mouet vt efficiens, sed vt finis : itaq. si motum est vt efficiens, iam mobilis sit oportet : at hoc sine societate materię non põt esse; quod verò pertinet ad materiam, cùm ipsa sit, pura potestas, motui non subiicitur : actu.n. sit necesse est id quod mouetur. sed vtraq. sunt principia sanè motus, illa quidē, vt quo compositum moueat : altera verò vt quo moueatur. Itaq. cietur materia, quatenus informata est, atq. forma, non vt separata, verùm in certa materia. Sic oēm expediri functionem, vt in hoc motu nil prohibeat, quinimmo necessariū sit, agere sic id quod mouetur, quia seipsum moueat per formā, & quia moueatur à seipso per materiam. Nam compositum est id quod verè agit & patitur, illa sunt, per quę ipsum agens hæc præstat. Audiuimus antea, quemadmodum efficiens obeat suum munus in alieno subiecto. Nunc explicandum est an'ne in suo H ipsius subiecto possit eadem officia præstare. Quòd efficiens sit in alio principium motus; natura quę est forma & materia, sit in eo in quo est, ex naturæ explicatione monstrauimus. Aristoteles etiam potestaté motricem à natura separauit eodem nomine 3. de Cęlo.[b] Quamobrem ego concluderem, ipsum efficientis vim habere non posse propriè in eo in quo est, sed fortè metaphoricè : hoc aūt nihil ad nostram disputationē, qui de verè efficiēte motum inanimi verba facimus, & modum explorare volumus quo forma est principium motus. Sed quantum pertinet ad rem nostrā, quandò functionum caussæ vestigantur ipsa re iam constituta; videtur forma duob. modis esse caussa functionum; primùm quidē intrinsecùs, vbi nil aliud respicit, quàm id in quo est : deinde verò extrinsecùs, vbi spectat alienū, & subiecto separatum. dum vergit ad alienum, sic conformat verè efficiens, siquidem sit ratio per quam agit subiectū, & immutat externum, semper ipsum afficiendo & immutando per formā quam habet. In re verò ipsa, cuius est forma videtur eam facere subiectum Aristoteles, cuius hæc verba sunt. [c] Subiicitur autem, siue subiectum id est, in quo cętera dicuntur, ipsum verè in alio iam non dicitur. Id aūt, quod primum subiicitur, essentia videtur esse maximè, qualis quodammodò materia dicitur : alio verò modo forma;

tertium

[a] 2. de ge.

[b] T. 28.

[c] 5. Met. C. de eo quod & sim quod.

A tertium id quod ex his constat,& speciatim, dum prodit in actum, docet Aristoteles eam se ha-
bere ad actionem, sicut subiectum, vita.n.inquit, [a] in animo primùm est,deinde in homine per [a] 5. Met. C. de eo quod est sm̃ quod.
animum. Quare,nisi fallor,functio se habet ad formam,sicuti consequens ex necessitate ad an-
tecedens,& quemadmodum accidentia quæ existunt ex necessitate materiæ,ad materiam. Iam
enim hîc functionem,q̃ ab extrinseco reprimi põt, & in compositum redundat, accidens imitari
accipio. Nam,quantum de reipsa est, cùm functio nil aliud sit,q̃ forma ipsa in actu,quemadmo
dum forma per se est perfectio subiecti,sic non tanq̃ efficiens immutabit subiectum,nec quicquã
patietur ipsum ex accessu functionis propter contrarium,quemadmodum fit in cęteris motibus
qui per se sunt: verùm perficietur, veluti perficiebatur ex forma: vereq. tum perficietur, quia
tum verè est forma, cùm est in actu secundo, & sicuti non patitur à forma quam assequitur; sic
neq. patitur à functione. Proinde functio,non actionis,siue passionis notionẽ præsefert,sed en-
telechiæ, atq. illius quidem perfectissimæ. Audi verò tu in hunc sensum hæc proloquentem Phi
losophum, [b] qui de habitu verba faciens,illum esse denique docet dispositionem & affectionem [b] 7. Phys. T. 17.
quandam subiecti ad id quod præstantissimũ est, & optimum. hoc verò est, quod præsens con-
seruat naturã, absens verò corrumpit: est aũt functio quæ inest per habitum,non ab habitu,tan-
quàm efficiente,sed disponente,i.reddente eiusmodi cõpositum,vt nisi quid obstet, se habeat se-
B cundùm naturã,& quasi non producente,sed secũ afferente functionem. Sedenim,quia forma,
priusquàm absoluta sit,pendet ab efficiente,& ex illius,hoc est generantis sinu erumpit; necnon
põt impediri ab officio, proptereà postulat primo loco præsentiã generãtis,deinde aliquid quod
pellat impedimentũ: nanq. absoluta forma,nec impedita,iam esset in actu secundo & planè per-
fectissimo. Ob hęc ad actum huiusmodi præstandum extrinseco efficiente semper est opus, do-
nec ipse fuerit omnib. numeris absolutus, tum verò cessant cũcta officia externorum efficientiũ.
Atq. id vniuersè verum est in quanto,quali,& vbi:sed,cùm Aristoteles ex eo quod accidit in ipso
vbi,iudiciũ de reliquis ferat,quemadmodũ id pertineat ad vbi,diligentius exponendum est. Inte
rim illud colligamus. Actum secundum,cùm sit forma ipsa per se non impedita,esse perfectionẽ
per essentiã,& per communicationem perficere vniuersam materiã per modum formę primùm,
deinceps perficere cõpositum,quòd illi exhibeat esse perfectũ quod est existere; constat autem ex
cumulo omniũ attributorum quæ insunt secundùm naturã,seu formæ,seu materiæ; diffundun-
tur aũt per decem prędicamenta,quorum quidem quę sunt formæ,ea sunt verè secundi actus ex
forma.f.tanquam actu primo,non sanè παθητικῶς, & patibiliter, velut ex efficiente, sed εἰδικῶς
C & ἐνεργητικῶς, & formaliter & actuosè insunt in forma,cum ipsa scilicet,& per eius præsentiã,
velut actus atq. ille quidẽ per se expeditus, ex euento imminutus,ablatus,deprauatus: proinde
& hisce modis accidens. Cùm verò hæc oĩa nascantur ex materia, materiæ profectò priuilegio;
quapropter & in composito sunt accidentia. Quæ verò materiæ sunt adnexa,cùm sint materiæ
sensilis & indiuiduæ,ea planè sunt accidentia; possunt.n.sine macula essentiæ de specie tolli, illa
multò magis quæ neutri, neque formæ,neq. materiæ sunt affixa,sed fortuita prorsus, infinita,&
externa. Sicut ergo dare esse intrinsecùs non est munus efficientis,sed formę; sic dare esse per-
fectũ intrinsecùs est eiusdem formæ officiũ,non aũt efficientis in specie,cui,si fuerit indiuiduum,
materiæ quoq. facultas accedit. Et sicuti perficitur vniuersum subiectũ à forma, sic totum non
aliud excipiens,quàm formã, est in officio nihil patiens. Neq. verò necesse est energiam istam in
subiecto quod est coniunctum; esse absolutam, sed nihil prohibet, quominus se habeat in pati,
quemadmodũ visus in oculo: neutrum tñ existit in materia nascens à forma,vt efficiente;neque
requirit in coniuncto duplicem habitudinem inter agentẽ partem & patientem; cùm sit energia
totius,non minus quàm texere, aut nere, per formã tamen, q̃ scilicet in materia sine forma nõn
D existit; etenim & quæ insunt per formã vel ex ea primùm existunt,vel cùm pendeant ex materia
non sunt actu, nisi aliqua forma præcedat in ipsa. Nec proptereà functio resoluitur in actionẽ
& passionem internã,sed intrinsecùs est energia quæ tota simul est per se, extrinsecùs aũt pendet
ab agente, vel dum nõ est absoluta forma,vel etiam siquid acciderit formæ; quamobrem imper-
fecta,hoc est,ociosa reddatur,inducta in materiã efficientis interuentu,quemadmodũ forma in-
ducitur, & quemadmodũ forma toti dat esse; sic functio totũ facit esse perfectum. Hæc è phi-
losophorum placitis accepta, quinimmo ex ipso Aristotele decerpta planè ille intelliget,qui Ari
stotelis locũ Simpliciiq. lustrarit, [c] à quo non dissentiunt nec Auerroës,neq. Themistius. & cùm [c] 7. Phys. T. 17.
ad ea confirmanda valeant,quę anteà decreta sunt de functionis essẽtia,subscribere libuit locum
ipsum,vt saltem excellentiũ doctorum auctoritas moueat aduersarios,ne rem tanti ponderis in-
consideratam relinquant. Ibi.n.Aristoteles functionem contulerat cum partibus constituentibus
totũ, sine quibus totum non existit. queritur eius rei caussa à Simplicib.quandò partes substan-
tiæ sunt, sed hoc videtur consequi naturã,& esse secundùm naturam: itaq. accidens. monet ipse
non eodem pacto se habere functiones & habitus, sed habere vim perficiendi & corrumpendi.
vsque adeò vt carens habitu secundùm naturã sit ambiguum: quapropter hæc non sunt acciden
tia

" tia reputanda. Verba sunt eius in fine interpretationis. Rectè igitur Aristoteles cum partibus E
" domus, perfectionẽ quę est ex habitu, tanquàm sit pars potissima, contulit. neque.n.accidens est
" re vera habitus & virtus. interimit.n.subiectum secedens, quemadmodũ neq. animus accidens corpori animato. Hæc Simplicius, quibus nos aliqua tanquàm corollaria subiungemus. Ac primùm, quòd cùm sint essentiæ re vera, sunt accidentia secundùm figuram dictionis, & ita habentur, quòd imitantur accidentia, quia scilicet extrinsecùs accedere videantur composito, cum partis alterius, nempe materiæ priuilegio, functione careat, & si rem exẽplo valde perspicuo velis illustrare. solem accipe, cui corpus opacũ opponas; ipse non illustrat, habet tamen illustrãdi actũ, vt nihil ipsi accedat, cùm illustret, nisi illius pręsentia, quod illustrari põt perspicuo lumẽ accedit. Quapropter non est eodem modo lux in sole & in corpore perspicuo. Finge tu nunc ex pellucido & sole fieri, vnum, erit hoc totum actu pellucidum. in quo lumen erit in sole idem cum essentia lucidi, in pellucido verò vt accidens & aliunde accedens. Sic de functione dicendum est. Sed hoc distat aliquandò functio ꝙ habet idonea principia nonnunq̃ in eodem subiecto; ideoq. nulla efficientis ratio tunc habetur: vbi.s.est compositum, vt ex forma & materia: quandoque pendet ex externo, vt apparet in illuminatione, ideoque efficientis præsentia præter formam requiritur: forma se tenet in parte principij patientis, est enim ratio per quam materia, seu compositum sic afficitur: nanque oculus accipit colorem, vt animatus; & aër, vt pellucidus. Sicut ergo imitatur accidens ipsa functio, si cum cõposito conferatur, eodem quoq. modo dicitur esse, F
non sanè natura, sed secundùm naturã, & ita etiam demonstrationi redditur obnoxia habens certã caussam propter quam insit. Itaq. ẽt illud aduertendum puto. Cùm demonstratio dicitur accidentium, non accidentia solùm reipsa cõprehendi, sed illa item quæ per modum insunt accidentis, quomodocunque velut accidentia concipiantur à nob. Sicut etiam hæc quę sola dictionis figura, vel secundùm rationẽ, hoc est, ꝙ ita concipiantur, accidentia sunt, & demonstrationi subiiciuntur, sic quoq. talia possunt esse, quæ definiuntur per subiectum, & ad secundum modũ ipsius per se referuntur. Sed neque illud in hac re prætereundum videtur, ꝙ si quies est finis motus ad locum & elementi perfectio, formam esse non posse caussam quę efficiat motum. Eodem.n.modo principiũ est natura motus & quietis. & imperfecta quidem motus, dum pendet adhuc à generante, aut impedita est: quietis autem, vbi fuerit absoluta. Nunc natura non est caussa efficiẽs quietem: eo ꝙ quies est finis: at fine comparato efficientis officium cessat. Non igitur motus est à natura, tanquàm ab efficiente caussa, sed vt ea quæ sit, vt de materia dicitur, ex suppositione. G

Quędam dubitationes è medio tolluntur ad functionum naturam spectantes. *Cap. XXXIII.*

ENERGIAE sunt, vel vniformium, vel difformium: horum quidem organicę sunt quæ.s. actiones spectant, quib. aut animalis partes inter se agitant, aut ẽt aliud ab animali diuersũ extrinsecùs cient: illorum potius sunt perpensiones. Ergo dicet aliquis, actiones etiam spectantur in ipsis: idcirco item efficiendi ratio quæ à nob. ab eodem indiuiduo repulsa est. Rursus, si reliquorum sunt perpessiones, atq. illa quidem sunt materia: ergo propriç functiones à materia quoq. proficiscuntur, & ita functio non erit forma operans, quod iis aduersatur quæ nos antè decreuimus. Tollitur sanè prior illa dubitatio, quia cùm sint partes organicę & difformes è multis aliis constitutæ, ita etiã animal totum è pluribus instrumẽtis coagmentatum, vna ex illis alteram ciere põt: itaq. cùm cõmoueat alteram à se diuersam, inibi rationẽ efficientis & patientis esse damus, tendit neruus tenditur os, vertit musculus vertitur membrum, calefacit caro calefit venter, neq. seipsam caro calefacit. Neque tum est vnum simpliciter indiuiduum, quod simul agat & patiatur ad idem, quemadmodũ in omnino continuis eueniret. Altera verò species functionis ponitur in cõposito per materiã, nihilominus, ꝙ illa materia non est pura potestas, sed actu quodam H
prædita, quicunq. ille sit, idem iudicium de illa faciendũ est, atq. de ea quæ consequitur formam: nanq. eius materiæ quæ sola potestas est sine forma, nulla est vtiq. functio. Neque tamen est ea functio secundùm formã, vt tamen sit ab eius ipsius forma, quod mouetur. Nam solùm hoc accidit animato, quod à suaipsius forma concitatur & à seipso, quia solùm diuiditur in partem per se mouentẽ, & partem per se mobilẽ, & in motu totius, quo animatum, quatenus animatum mouetur: siquid sit aliud, habet in seipso solam habilitatẽ, actum aliunde expectans, vt pura, pars mollis facilè laxatur; at laxans externum est. Laxatur ergo, quà mollis est, & sic habet initiũ in seipsa patiendi, & oneri est non sibi, sed alij. Verumeninuero neq. illud aspernandum est, vt motus sit energia formæ: quandò energia tota simul esse videtur: motus aũt ponitur in successione. Præterea quænam pendentia sit functionis ab externo, dum est imperfecta, vt inde colligi queat id quod superiore capite acceptum sanè est, neutiquam verò explicatum. Cęterùm, quod attinet ad primum. Finge tibi spatium, quod inter mouendum mobile permetiri debet: hoc est diuiduum in semper diuidua, quia continuũ. partes eius aliquo termino imposito finiri non inconuenit:

A uenit: in earum fine signare licèt aliquod, vbi q̃uis imperfectũ, in quo quieuerit id quod mouet, & aliquod motũ esse, sicut in generatione factum, quod sanè vbi nolim, te inane spatiũ nudumq. sumere, & citra oẽm differentiã sensilem: sed, vt in vniuerso vires certas obtinuit, ex participatione boni illius quod cęlum cõicat iis quæ rectà mouentur pro viciniæ distantiæúe ratione, veluti dictum est 1. de cælo. Sume deinde mobile, quod intereà gignitur. in eius itẽ motu duo considerare poteris, & aliquẽ perfectionis gradũ, qui per mutata esse significatur, & cõtinuationẽ. Hæc duo contra se habent. Nanq. illa indicãt terminum & diuisionem extantẽ: hæc infinitatis affinia sunt. Terminus est ex forma, infinitas aũt & continuatio partiũ ex materia. Ergo in quolibet spatij saltem sensilis puncto certus est & locus qui certam perfectionẽ mobilis notat in qua cùm sit, pro illius formæ, perfectione graduq. operatur, qui iam adest: quia verò constat ex materia quæ diuidi põt in infinitum, & diuiduè gradus illos perfectionis accepit: hinc exoriri cõtinuationẽ dicemus, & motũ. Quanq̃ hîc te meminisse volo eorũ quæ de gradib. formæ & partib. eius olim cõstituimus. referuntur. n. ad materiam, quia forma nondũ absoluta est. Ergo cùm esse in loco sit energia propriè, non aũt moueri, fit ex hoc, vt, licet moueatur elementum, habeat item energiã suam totã simul, q̃uis imperfectam. i. indiuiduam, & vt aiunt, in facto esse, non in fieri, veruntñ eiusmodi, vt vlterius promoueri queat. Hæc ex Arist. colliges ita dicente. κὴ ἐνεργήσει ἐυθὺς, ἐὰν τι μὴ κω-
B λύσῃ ἐνέργεια δὲ τοῦ κούφου τὸ ποῦ εἶναι κὴ ἄνω. Et operabitur statim, nisi quid prohibeat; actus aũt leuis, [non quidem moueri sursum] sed ipsum vbi & locus superior. Ob id verendum non est, ne esse in loco sit externa passio mobilis (nisi vi fuerit) quia. s. ab efficiente pendêre videatur, dum fit: nec quin illi habitus quisq̃ supponatur: neque. n. diuiduè pendet & proximè; sed indiuiduè & p formã seu partem eius. Quantũ verò est de posteriore dubitatione; accipiam id in primis, ita moueri coniunctum, ꝙ habeat certam formam: itaq. forma est ratio, cur subiectũ moueatur, ꝙ hoc fit ex eius ipsius natura. Sequitur ergo ea forma posita necessariò locus ipsi conueniens, & hoc modo caussa interna est, & ita caussa, vt forma actũ secum ipsa apportans, id quod alij nulli caussæ conceditur, quatenus est caussa. siquidem materia per seipsam accipiat: efficiens & finis alij tribuant à seipsis. Id verò sic esse monstrant Aristotelis verba quæ sunt huiusmodi. Siquis è no-
» bis quærat, cur grauia leuiaq. diuersis ac certis motibus concitentur; caussa est ὅτι πέφυκέν ποι
» κὴ τοῦτο ἐστὶ τὸ κούφῳ κὴ βαρεῖ εἶναι. i. ꝙ nata apta sunt ad id, ꝙ alicubi sint, & hoc est leui & graui esse, vt formã videas scripsisse caussam esse, cur grauia moueantur, & leuia: ex quo conclusit in fine contextus; naturã esse principium; nec quidem agendi & mouendi, sed patiendi, quã quoq. sententiam repetiit idem auctor 4. de Cęlo. [a] ꝙ si moueret vt efficiens ipsa forma; nec modo sui [a] T. 26.
C ipsius proprio, non cohæreret consequens cum antecedente quæ sic habent. Mouetur elemẽtum, quia forma est caussa motus. Ergo natura principiũ patiendi, & antecedens latius pateret quàm consequens, ꝙ forma quæ est natura, moueret, vt agens. Itaque non simpliciter natura talis esset; immò nec id ex antecedente probè inferretur, quia forma non esset principium patiendi, nec alia caussa motus interna recitata fuerat ab Aristotele, quomodo valebat igitur: Naturam esse caussam motus, atque illam quidem patiendi, non agendi? His ita positis ad Alexandrum redeo, vt, si quo pacto mihi succedat, tantum philosophum quem primum habemus, qui in hanc sententiam scripserit, ab omni calumnia purgem. Ipse igitur vbi dixit, generans illud esse, quod facit è potestate vbi actu vbi, faciendo. s. è potentia leui actu leue, accepit formam, non vt actum primum, sed vt secundum, & cùm in eo quod gignitur, sit potestas quæ nascitur à materia, quæ per gradus quosdã promouetur ad formam, forma aũt inanimi perfecta fit esse in suo loco: potestas verò quæ est in materia ad eã perfectionem, fit grauitas, aut leuitas; eam promotionẽ quæ est ad formã perfectam, significare voluit, cùm statuit generans quod facit ignem & terrã, facere actu leue, aut graue, per grauitatem. n. & leuitatem tanq̃ materiæ affectiones in suo loco inanima collocãtur. & vt secundùm naturam se habet forma, natura autem ipsius est esse in officio, sic vtrunq.
D actum iungere constituit: ideóq. actum substantiæ, qui sine functione imperfectus est, cum actu ipsius vbi quæ est eius substantiæ perfectio, copulauit: cùm verò aut alibi ipse, aut alij nonnunquam potestatem ad vbi à substantiæ potestate segregarunt, animaduertisse videntur ordinem & nexum qui ob caussas antedictas inter actum primum & secundum, & potestateis cum illis congruenteis, intercedit; sunt verò caussæ per accidens, & quæ solam separationem rationis afferant, quemadmodũ diximus, cùm de secundi actus essẽtia loqueremur, & eius quod actu eo tempore consistit, qualecunq. illud sit, q̃ rei naturæ rationẽ habuerunt. Sic quoq. dum Alexandro opponit Simplicius elementa et esse in actu extra sua loca; perspicuũ est ipsum substantiæ simpliciter habuisse rationem & actus primi, non aũt substantiæ perfectæ, actusq. secundi, quo pacto ipsam accepisse dicimus Alexandrum. Argumenta verò quæ nuper obiecta fuerunt, parum afferunt impedimenti. Nam, quod opponebatur, actum secundum esse finem, hunc verò significare agẽs, planè concedimus, sed ꝙ agens hoc sit primus actus, id verò negamus; sat. n. est, si significet agens simpliciter; id verò priusquàm sit absoluta substantia, generans est; vbi absoluta quidem fuerit,

sed

sed impedita, tollens impedimentum. Quod item obiiciebatur secundo loco, falsum est. Nanque id quod agit, efficiens est, quod.s. habet similem formã, aut arcens impediens: id verò, quod patitur, est mobile, quod habet in se duo principia per quę mouetur, materiam nimirùm & formã; non autem formam, vt mouentem, materiam verò, vt motam; de quo pluribus verbis nihil est opus, cùm anteà fuerit explanatum. Superest igitur, vt habitus sit principium, non sanè mouẽs, sed per quod mobile ipsum, qđ ex habitu cõstat & materia cõcitetur. Nũc ad reliqua pergamus. E

Varietas actionum vnde ducatur. Cap. XXXIIII.

OMNIS igitur actio requirit formã, licèt non tanq̃ efficiens, veluti conclusum est ante. Verùm, quia forma multiplex, & ab vna, q̃uis non primò (siquidem ab vna caussa, quatenus vna est, non nisi res vna proximè proficiscatur) multas itẽ actioneis pullulare cõspicimus; ad eũ, qui actus secundi naturã exploret, pertinere quoq. arbitror aliqua ex ipsa re de hac functionum varietate disserere. Quorum ẽt vsus in hoc volumine frequentissimus futurus sit. Formas.n. rerũ esse multipliceis, si non ex hac methodo constitit adhuc; at accipiatur in præsentia, vel vt posteà demonstrandũ, vel vt sensu cõpertum. Etenim illa prima est distributio formarũ in materia concretas, & à materia separatas; separatarũ quoq. diuisio procedit vlterius: etenim vel sunt separatæ simpliciter, cuiusmodi illæ sunt quę in prima philosophia tractantur, aut quodammodo, quales sunt mathematicæ: inter eas ẽt quæ quodammodò separari queunt, animũ humanũ ex Aristotelis snĩa collocabo, cùm sit in corpore, neq. tñ eius officium corpore administretur. Materia concretæ quoq. sunt multiplices: nanq. aut animus est, aut inanimorum forma, & vniformium formæ sunt, atq. difformium; rursus substantiarum & accidentium: nam neq. accidentib. formæ deesse, nec ipsæ, quęcunq. sint, functionib. esse videntur immunes: etenim calor heterogenea secernit, homogenea verò cogit; & color segregat, aut congregat instrumentum visus: euehit leuitas, deprimit grauitas; earum verò functiones intellige modo sui ipsarũ proprio. ꝙ per illas substantiæ fungantur, atq. hę, vel immanentes, vt fertur, vel transeuntes. Et formarum itidẽ nonnullæ sunt formæ totius, vt animus,[a] ꝙ ex vna tantũ parte, tanq̃ solio in quo resideat instar regis, tribuit toti corpori, ꝙ sit, non per ęqualẽ præsentiæ suæ participationẽ in partib. sed per indiuiduã essentiæ cõicationem, à coniunctione partium quæ ad eã primam aptæ sunt, in qua animus residet, exortam. sunt ẽt formæ partium, vt in aĩo carentibus. Actionem quoq. vnam, aut non, multis modis esse cõtingit. nanq. vna simpliciter est, quam formaliter vnã vocabimus quæ.s. in alias quæ seorsum manere queant, resolui nõ põt, aut vna ad speciem, vel numerum, q. speciei vnius, vel indiuidui sit, nisi ab impediente interrumpatur, & vbi deniq. cõtinuetur: nam propter obicẽ vna ad numerũ eiusdẽ singularis actio non est. hæc verò aut è famulantib. &, vt vulgò fertur, è subordinatis constat, aut ꝙ vna ex illis se habeat sicuti consequens; quorum aũt & quemadmodum sit, ex his intelligetur. Cùm igitur substantiæ separatæ simplices sint; vnam tantum actionem formaliter ipsas habere facilè quispiam credat. At verò cùm ego perspiciam inter substantias separatas (modò sint plures) intercedere ordinem; solam Dei ipsius O.M. functionem ita simplicem esse Peripateticè decernerem: nempè quia sola prorsus oĩ potestate vacet: cęterarũ functioneis non omnino statuerẽ simpliceis; quãdò aliqua potestas in ipsis, siue, vt melius dixerim, substantiæ quædã humilitas & declinatio cognoscitur. Proinde Deus ipse, vt volunt optimi Peripatetici, id vnũ agit, vt seipsum æterno tempore, sua pulchritudine captus, cõtẽpletur: reliquæ aũt substantię pręter seipsas etiam Deum, & fortè superiores oẽs speculentur, quinimmo seipsas sine ipsius Dei speculatione (ni fallor) satis concipere nequeunt: nam speciem quandam priuationis & potestatis in entis vniuersitate obtinent, si cum Deo conferantur, potestas aũt & priuatio per actum habitumq. suũ necessariò noscenda est. Ita quidem vna illarum actio, sed non penitus simplex; siquidem habeant obiectum intelligentiæ suę, non in seipsis, sed exterius, à quo functio sua cuiusq. propria compleatur. Vna igitur functio, vna, scilicet, vnius intelligentiæ substantię, neutiquam verò simplex, quia nimirùm intelligentia sui, ab alterius rei sublimioris intelligentię perficitur, & consummatur, & vna, vt arbitror, intrinsecùs quę tamen varietur extrinsecùs; quippe ex varietate obiecti: non multiplicetur aũt propter habitudinẽ quę spectatur inter potestatẽ & actum; sicuti neque multiplicatur intelligentia potestatis, siquando concipiatur per actum. Non equidem illud aio potestatis & actus eandem esse notionem; varia.n. certissimè est, sed cùm in actu potestas agnoscatur, vnam esse ipsius intelligentiã: propterea ꝙ cognoscitur ex habitudine, qua respicit actum; qua si noris hunc illam quoq. noris: sic eorum quę inter se respiciunt vna cognitio. Sic de priuationis notitia dicendum foret. Nanq. & ipsa per habitum concipitur, & definitur. Vna certè, sed minus simplex, quàm cognitio habitus: sic itidem vna est in substantiis inferioribus energia, Compositionem formalem hanc ad eius differentiam quam rei, vel realem vocant, appellare licebit. Verùm quòd etiam substantię separatę mouent orbes;

ab his

[a] 4 Met. t. 43.

A ab his & alia functio quæ sit transiens, proficisci putabitur. Cęterùm, si mouent vt finis, actio nulla hęc erit, nisi metaphoricè, quia solùm in eo cōsistet quod mouetur, eiusq. functio tātum, quatenus mouetur, quę reliqua sua principia cōsecuta sit extra finem. Ita.n. differt in mouendo finis ab efficiente, q finis monēdo manet immobilis, nec illi functio tribuitur, sed immobilitas & honestas; eius aūt gratia mouet id quod appetit. In efficiente collocat actio, quia non sine materiæ transmutatione quippiā facit, quæ, cùm sit potētia res sensilis, requirit caussā transmutantē: cùm cęteroqui finis ēt sine transmutatione materiæ possit agere, vt in mentib. beatis & cęlo quorum status est sēper vniusmodi, nec è potestate trāsmutatur in actum. Cùm igitur nos ea vt finē mouere defendamus, vnā sanè ipsarū functionē, atq. illā quidem immanentē cogimur asseuerare. De mathematicis illud iudiciū puto faciendū functiones ibi esse quæ naturā quantitatis intrinsecè cōsequuntur, hoc est, eo modo pullulāt ex forma, sicuti functionē ex habitu proficisci suprà cōmemorauimus, & oīno sine vlla vera permutatione, & ad summū metaphorica: nec eiusmodi tamen, vt tanq̄ à fine descendat. siquidē & tale caussæ genus repellatur à mathematicis, & illud oē generatim quod habet, vt inquit ipse Aristoteles, τὸ κύριον, & pręcipuū quę sunt apud Arist. finis & efficiens. Nanq. ēt Plato, vt docet Proclus [a] in principiis pręcipuis numerauit exemplar. Quamobrē formę mathematicę in actuosis principiis neutiq̄ numerantur: acriterq. Pythagoras

B & Plato reprehensi, quorū alter numeros, alter verò solida rerū naturaliū, motionumq. primordia fecerint. Sed nil repugnat tamē illis, opinor, functionū varietas; quid.n. prohibeat, quominus illę quāti species habeāt plureis ꝓprietateis, vt triāgulū habere treis angulos ęquales duobus rectis & habere angulū externū duob. angulis sibi oppositis æqualem? Mitto nunc humanā mentē quæ cùm seuocet formas à materia sensili, nec tamē obeat sine phātasia suū munus, ancipitē quādā naturā, quasi animal amphibiū consecuta fuisse videbitur: ideòq. esse varia, multisq. modis suū pręstare officium. Generatim verò varietas oīs ad hęc capita refert, aut.n. per se est, aut per accidēs, & aut in indiuiduo, aut ēt in specie. per accidens verò indeterminatū accipio. Et ea quæ est in indiuiduo, & in hoc significato per accidens, idē sunt. quę oīa priuilegio materiæ cōtingūt, quod.n. est à forma sui sēper simile est: infinitas est ex materia singulari. Itaq. q vna vnius functio nō sit, vel ex impedimēto īterrupta, vel ex accidēte, id oē tali materiæ acceptū referri debet. Etenim vbi interrūpitur, necessariò quoq. multiplicatur. Quod.n. semel defecit, idē ad numerum renouari, & quasi in vitā ex morte reuocari nō putant Peripatetici. [b] Sic ex adnexis & accidētib. actio variatur, vt ꝓ modo efficientis, pro rōne subiecti, pro varietate instrumenti. Saxū cadit & ferit, ignis cerā colliquat, & fictile cogit: idemq. in principio, lentusq. cogit, ad extremum, atq. acrior aliquat.

C Calor extra animal vrit, in animali coquit, hîc elixat, ibi torret. Et sol cum hoīe hominē gignit, cum equo equū producit. Si verò fuerint actiones speciei quę sunt eædē per se. Cùm in specie plures sint caussæ, materia nimirùm & forma, ac materia quidē vel simplex, vt in corpore simplici, vel cōposita, vt in mixtis: sit & id quod habet rōnem formæ, pręthereà, sint è formis quędā cōmunes & generales, alię specificę, & cōmuniū virtutes, siue ipsęmet sint superstites, & ex actionib. aliquę cōnexę sint, vt vna ex altera erūpat: efficitur vt actiones, vel multę sint, q singulę è singulis caussis emanēt, vel ordinatæ, quemadmodū ministra & princeps, vel ex consecutione eædemq. pro rōne caussarū, vnde ducunt, aut simplices, aut cōpositæ quæ itē caussę sūt, vt internæ, vel ēt partim internæ, partim externę. Atq. illæ quidē, quas ordinatas dicimus, ita se habēt, vt posteriores sine ipsis nō existāt, aut q non possint in actū sine ipsis prorumpere. Rursus ordinatæ sūt, vt ex illis ortū ducentes, aut q illis vtant. si ortum ducāt ex illis, ab iis proficiscūtur, vt à forma: si vtantur, habēt rōnem finis, eæq. auctore Arist. in extremo 1. de part. An. ita cōditę, vt vna sit cuiusq. speciei prima quæ cōplectatur omneis, velut eius vnius gratia sint, itaq. & vnū primum eius instrumentum, quod est totū, vt animi corpus. Exempla omnium in prōptu sunt: nanq. ex forma inest acumen in ferro; rubigo ex materia. In homine ratio, sensus, & sui conseruatio. Rationi parent omnes, sed alia via, paret & seruit sensus, alia nutritio. sine nutriente nulla

D extat hominis actio: cùm intereat homo. sed vtitur sentiente, quia tametsi existit homo, non potest vti ratione, nisi sentiens antecesserit. Calefacit ignis aquam, idem calefaciendo rarefacit, & cùm humidum calor depascatur, simul aridum reddit. hoc ex natura materiæ consequitur: interna caussa varietatis est in difformibus, externa etiam accidens esse potest, vt cùm in mixtis præter qualitateis quæ insident in mixto caussa materiæ, adsunt etiā affectiones à caussa non naturali incussæ, ex quarum varia cōpositione variæ quoq. actiones, atq. adeò admirabiles extant in mixtis. alter ille ordo pertinet ad finem, cuius gratia priores institutæ sunt, ex cuius item vicinia suam quæq. perfectionem consequitur, [c] atque præstantiam, vt inde cuiusq. famulantis ad vnum eundemq. finem, nobilitas actionis indicari possit, simpliciter autem ab imitatione Dei O.M. quam id quod præstat magis, etiam cęteris perfectius habendū est. Ita perfectiores mentes quàm cęlum, & cęlum quàm nos; nos magis quàm bruta: superant hæc plātas, plantæ mixta inanima; ab his elementa vincūntur, vltimum locum obtinent ea quæ cadunt ab actu, materia,

[a] in Tim. lib. 2.

[b] 5. Phys.

[c] 3. de Ani.

primùm, deinde priuationes, quòd materia per se aliquid est: priuatio per se non est. est verò aut subiecti beneficio in quo est; aut merito illius formæ quam ipsa significat. Et, si ea quæ sunt origine posteriora, solent esse perfectiora, sunt verò talia, nisi eueniat, vt posterius ex priore existat, velut epar ex corde; consimile quoq. iudicium faciemus de functionibus. Itaq. si in homine loquela omnium tardissimè absoluitur, nisi prodigium fuerit, quod de Crœsi filio testantur historiæ, quem, cùm infans ageret in cunis, vocem rupisse ferunt; eam quoque perfectissimum naturæ opus esse censebimus. Vnde & illud in optatis. Sapere & fari vt possit quæ sentiat. Quamobrem Pindarus eum qui talis sit, ne optaturū quidem se Deum esse testatum reliquit hisce versiculis. E

Ὑγιέντα δ᾽ ἔτις ὄλβον ἄρδει. Ἐξαρκέων κτεάτεσσι.
Καὶ εὐλογίαν προστιθεὶς Μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι.

Hoc illud est, quo præstamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendò sensa possumus. Idcirco iurè mirabimur eum, vt quo vno homines maximè bestiis pręstent, in hoc hominibus ipsis antecellat. Videtur etiam, vt id obiter hoc loco recenseam; risus in his muneribus esse reponendus: quandò item in Zoroastro risus immaturus ab vtero, sapientiæ signum à veteribus fuerit habitus: quasi natura virum illum sapientissimum futurum, citius quàm reliquos homines ad summum perduxerit. Tametsi ea varietas actionum vndecunque nascatur, in homine solo maxima esse perspicitur: quandò summa illius actio, vt existat, & exerceatur; multis egeat aliis actionibus atque instrumentis; ratio & intelligentia nimirum quæ tum domū perfecta est, cùm cæteris per loquelā cōmunicatur, atq. illius pars vna potissima quę posita est in contemplatione, & ea quidem perfecta substantiæ separatæ, quòd ad hanc vnam reliquæ omnes instituuntur, ab illa vna tanquàm ab vltimo fine directæ, ob eamq. rem varios consecutæ gradus, variisq. organis vsæ sunt. Cæteræ, hac vna excepta, aut non eò præstantiæ prouectę sunt, aut minore negocio bonum illud summum assequuntur. Neq. verò arbitror multitudinem functionum simpliciter arguere perfectionē, vt de corpore cęlesti patet, in quo motus vnus existit, & vna simplex intelligentia, quod tamen homini anteponit Aristoteles. [a] Sed de formis naturalibus hîc agamus, illud opinantes in cęlo substantiam non existere per formam, verùm esse actu per se, & in ęo ponētes actum, quia materia. i. subiectum motus sit actu, ac formam in eo latius accepta notione collocantes quàm vsu communi sumi consueuerit, cuius quinque proprietates afferri solent. Prima quidem quòd producitur ab agente naturali per actioneis corporeas, & per affectioneis materiæ quæ circum ipsam fiunt: ex quo distinguitur ab artis forma & ab iis quæ ex consecutione gignuntur, qualia sunt accidentia. atq. item ab iis quæ, cùm æterna sint, ex alio pendent, vt à Sole lux. Altera verò producitur in materia, atque ita, vt cum ipsa copuletur intrinsecè; ob id etiam per totum deducta sit in animo carentibus, in perfectis ex parte constituat totum, quo, præterquàm quòd ab artis forma separatur; ab iis etiam disiungitur quæ assistunt, & dicuntur formæ per associationem, vel appropriationem, quales habentur beatæ mentes in cęlo: quapropter in materia quoque ponuntur: nec tamen sunt formæ materiatæ: apparet enim earum operatio in materia, sic etiam rei sensilis, vel intelligendæ species à naturali forma segregatur. Tertia, sicut exoritur in materia, vel ponitur in ipsa; ita quoque indissolubiliter inhæret, vsque adeò vt earum dissolutio sit formæ interitus. ita differt à formis separatis quæ per se consistunt nullo modo pendentes ex materia, & cùm sint partes, à partibus quanti segregatur quæ permanent extra totum. Quarta, quemadmodum est in materia, sic quoque eius officia cum materia communia sunt: par enim progressus est functionis & essentiæ. Mentes item beatæ habent officium aliquod à materia separatum: de nostra dubitatur à Peripateticis. Aliquæ præterea sunt mathematicarum functiones quæ sunt sine materia; vt, quòd sphæra tangat planum in puncto. Itaque in naturali functio non formæ, sed aut forma, aut ex forma; neque materiæ simpliciter, sed in materia, & demum eius quod ex materia formaq. conflatur. Postrema, sicut est in materia, & operatur in materia; sic etiam per materiam definitur. itaque à mathematica forma separatur, quæ, tametsi est in materia, & cum ipsa operatur, siquidem sit terminus corporis naturalis, attamen non definitur per materiam. Alia igitur est natura cœlestis; veruntamen, vt eius functio sit naturalis, atque illa quidem simplex, nempe conuersio, quicquid vltra agit, vt appetere, vel Dei mouentis habere notionem, id est supra naturam; nec intra cancellos physicè methodi continetur. Verumenimuerò cùm imperfectorum perfectorumque animo intersit, quòd illorum vnus sit potestate & actu, horum vnus quidem actu, sed potestate plures. Vtrum'ne plures sint horum actiones, quorum animi plures esse possunt, quàm eorum, quibus est animus vnus? plures sanè illis assignare coguntur, qui plureis animas brutas, easque numero differentes in vno corpore permanere putant. Sed certè si eas è diuerso ordine accipiunt; animali perfecto, atque imperfecto nihil intererit, multoque plures erunt in animali perfecto, quàm in imperfecto, quo item plures animi gradus insunt in perfecto, & iidem quoque adsunt, atque in imperfecto: si subiecto differentes, hoc item ab Aristotele non

F

G

H

[a] 2. Phys. 6. Eth. c. 7.

A non approbatur, in vnica prima sede vniuersas facultates animi collocante. At plures eos esse fatetur Aristoteles; planè, sed potestate tale esse vult animum vnum in vno indiuiduo ratus. Itaq. plures operationes, quòd plures esse queant; actu tamen vna est, quæ est vnius animantis actu cuius partes ex vna prima pendeant in illo toto, per se ipsas operentur, vbi à toto seiunctæ fuerint. Nam ramus in toto ex eiusdem radicibus alitur; à toto asplantatus, aut auulsus alitur per seipsum. His igitur, aut totidem ferè modis actiones variari contingit.

Vtrùm primus actus erumpat in secundum per sui mutationem, an non. Cap. XXXV.

VERVM antequàm ad alia transeamus, ea dubitatio tollenda. Ecquid caussæ sit, vt ab vna eademq. forma plures, atque illę quidem sæpe contrariæ nascantur actiones; in vno verò subiecto passiones contrariæ nequeant inesse? An quæ existunt indiuiduè, siue actiones, seu passiones sint, & quæ virtute, non actu contraria sunt; ea multa inesse in subiecto non est inconueniens; quæ diuiduè recipiuntur, hæc actu vnà non consistunt: nanq. dum certo quodam actu materies informatur, ex toto accipiens, alteri opposito locum dare non potest. Hinc in medio contrariorum colorum formæ, & contrariorũ sensilium species in sensu communi, quòd sine materia suscipiantur; in lapide color albus, & niger haud quaquam. Superest nunc illud inquirendum de primo secundoq. actu, an'ne primus aliqua in se ipso accepta mutatione traducatur ad secundum. Quoniam verò primus actus, atq. secundus in composito consistunt, neq. deducitur primus ad secundum, nisi in composito: quo fit, vt compositum ex actu primo ad secundum promoueri iure optimo dicatur, id quod quæritur de transitione primi in secundum transferatur cõmodius ad subiectum quod est coniunctum è materia seu potentia prima, & actu primo quæ est forma & habitus. Vbi inter Græcos auctores Philoponum atq. Simplicium interponendum erit omnino iudicium nostrũ, quandoquidem hi contrarias sententias professi sunt, existimante Simplicio mutationem, quin potius verum motum in subiecto fieri. Philopono verò contrà, nulla prorsus mutatione opus esse; quas diuersas sententias ob diuersas caussas, ad quas ipsi sese adiunxere, defendisse credimus. Alter enim, vt mundum prorsus ingenitum cum Aristotele tueretur, is autem sic argumentabatur. Si mundus habuisset initium, fore, vt primus motor, dum anteà nihil egisset, posteà verò mundum fabricatus esset, esset mutatus: ideoq. mutationem ortui mundi necessariò antecessuram, vt fidem illi argumento adhiberet: efficiens propriè cùm ex actu primo

C transferretur in secundum, necessariò motum iri testatus est. Philoponus autem, qui tota mente (vti par erat) pietatem amplexatus, & mundi creationi patrocinatus est, defendere voluit: etiam si Deus è primo in secundum actum transiret, non ob id aliquam in ipsum cadere mutationem: ob eamq. caussam prosterni rationẽ Aristotelicam. Probabat aũt institutum suum simili quodã Simplicius: nanq. ædificator qui est actu primo, in secundum procedit, vbi ædificat actu, atqui ædificare est hoc, aut illo modo iuxta canones artis agitari. Ergo per argumentum à casibus & coniugatis, processus ab actu primo in secundum, est omnino motus. Negauit in eo mutationẽ inesse Philoponus; eamq. solùm interuenire, cùm è potentia prima transeat subiectum ad actum primum. Nam quod, inquit ipse, mouetur ab aliquo, mouetur ab eo quod est tale, quale potestate est id quod mouetur. hîc nihil est actu tale, à quo primum mouens in actũ secundum deducatur, aut ẽt ædificator, vt in exẽplo persistamus. Neque.n.est alius ædificator, à quo hic, qui ædificat, è potestate traducatur ad actũ, sicuti prius, quàm fieret ædificator: nanq. eo tẽpore antecessisse alium ædificatorem actu oportuit, à quo ædificator hic fieret, sed per se ipsum ex ædificatore transit ad ædificandum. Quia verò nihil immutat se ipsum, ne sit potestate simul & actu, neque deprehendatur in repugnantia: restat ergo, vt id quod è secunda potentia transit ad actum secun-

D dum, sit prorsus immutabile. Neutra tamen ex his sententiis valde mihi arridet, si Peripateticè sim acturus. Nanq. asseuerare ædificatorẽ, quatenus ædificat, moueri, certè est in eo quod mouet, quatenus mouet, ponere motũ, ac facere idẽ secũdum idẽ mouere simul àc moueri. ita forẽ simul actu & potestate, & in repugnantia, quod penitus ab Aristotele explosum fuisse scimus. Nam sic aditus intercluderetur philosophis ad inueniendum quendã primum motorẽ qui esset prorsus immobilis. Cùm.n. vtraq. vis sese tolleret in eodẽ subiecto, quid vetabit, quominus mouens, quatenus tale, moueatur? itaq. cęlũ per seipsum sufficiet, nec alio motore opus erit. Idcirco in iis quę separata sũt à materia, philosophi volũt, fũctioneis esse perpetuas, & easdẽ prorsus cum operãte substãtia. Nã si minus mouerentur per accidẽs, & non essent substantiæ simplices, sed ex materia cõcretę. Nisi.n. functiones perpetuę forẽt, aliqua mutatio, vel p se, vel p accidẽs desideraretur, dũ ex ocio trãsirent in negociũ, ac si functiones eædẽ cũ substãtia nõ essẽt, eiusmodi nõ essẽt per aliquod adiunctũ: ita nõ essẽt simplices. Neq. ẽt id equidẽ sẽtio, quod professus est Philoponus ex sẽtẽria Peripateticorũ, quãuis Aristoteles eã suspicionẽ purgauerit, dũ passionẽ depulit ab eo, qui ædificat: quippe quòd vbi sit primus actus, neq. impediatur, semper operabitur, non operatur autem, quoniã adest impedimentum. tollendum igitur est impedimentum: idq. si sustuleris, iam quod anteà

quiescebat operabitur. Itaque mutatio est in eo quod traducitur ex actu primo in secundum, cùm anteà non operaretur, operetur verò posteà. Proinde mediam quandam rationem ineundam esse censeo, vt mutatio quidem antecedat, siquando id quod est solùm in actu primo, transire debeat ad secundum. Verumenimuerò mutatio ad aliquod subiectum pertinere potest variis modis, vel quia fundetur eo, quod mutatur, antecedente affectione quadam in ipso: vel quia mutatio quæ in alio facta est, illo terminetur. Rursus illa prior ita distinguitur vel quòd primò terminetur affectio subiecti certa forma, vel quòd eiusmodi affectionem extrinsecùs alia quędam consequatur. Exempla singularum hæc sunto. Caliditas est ex eo genere formarum, secundùm quas trāsmutatur subiectum, fiens calidum, eademq. per se terminat motum, quia calefactio nil est aliud, quàm via in caliditatem. Sed etiam secundùm nigredinem transmutatur Aethiops, verùm non per se quidem, sed quia calefit nimis, adeò vt ex illa perpesione quæ profecta est à primis qualitatibus, hoc secundum affectionis genus exoriatur, neque enim simpliciter denigratur subiectum, neque terminatur nigredine primò illi innata facultas, sed quia calefit, denigratur, & denigratum est, quoniam incaluit, atque affectum quidem est anteà subiectum, non propriè per nigredinem, sed per caliditatem. Quod autem è sinistra mihi fiat immobilis illa columna, dextera; nulla perpesio præiuit in columna, sed motus meus secundùm locum situ quodam terminatus est. idq. omnino per accidens. non enim situs est lationis terminus, sed locus & vbi. Ita mutatio secundùm situm non requirit aliquam affectionem quæ prægressa fuerit in columna; veruntamen & hæc mutatio non sine motu quopiam facta est. Quibus positis aimus. Vbi transeat id quod est in actu primo, ad actum secundum, eam certè mutationem esse: attamen nil prohibet ipsam esse è tertiò hoc genere mutationum quæ non fit sine motu quidem, tamen ille motus per se non terminatur mutatione quæ fundetur eo quod est actu primo, nec cū affectione secundùm id quo mutatio illa terminatur. Cęterùm quoniam ex actibus secundis, quemadmodum sæpe dictum est, quidam sunt immanentes, alij transeuntes; nil, opinor, vetat, quominus, qui aliquem exerceat è transeuntibus, quoniam egent transmutatione materiæ quæ mouenda est, cùm etiam ipsi corporei sint, & organici, mouens autem corporeum & organicum moueatur inter mouendum, etiam ipse moueri possit. At non id quidem ad id contingit, quòd fungitur actu secundo, sed ob antedictam caussam, ad illud scilicet, ex quo actus ille secundus erumpit, & in quod explicatur. Idcirco dicimus in argumento Simplicij fallaciam secundùm accidēs inesse: tribuit enim per se ædificatori, cùm ædificat, id quod ei per accidens conuenit, & quatenus respicit materiam, vel quam ædificando ipse transmutat, vel eam qua actio ipsa fundatur. Nec meus hic sermo est, sed Aristotelis ipsius ita loquentis 2. de An. διὸ δ' καλῶς ἔχει λέγειν τι φρονοῦν, ὅταν φρονῇ ἀλλοιοῦσθαι, ὥστε τὸν οἰκοδόμον, ὅταν οἰκοδομῇ. i. "Quapropter non rectè se habet dicere cogitans, vbi "cogitet affici, sicuti neque ædificans, vbi ædificet. Ad Philoponum verò sic responderet Peripateticus. Cùm primùm opponit. Quod mouetur ab aliquo mouetur ab eo quod est actu tale, quale potestate est id quod mutatur, nil autem eiusmodi est in proposito. Diximus enim anteà, talem conditionē esse illorum quæ per se efficiunt; at quod hîc deducit ex actu primo in secundum, mutat per accidēs. Itaque eodem vitio Philoponi ratio laborat quo Simplicianam laborare docuimus. Cùm adscribitur posteà, Nihil immutat seipsum: ergo sine vlla mutatione transit ex actu primo in secundum, adest etiam in hoc fallacia secundùm consequens; quoniam id ex eo sequitur, quòd sine perpesione facta circum seipsum transmutetur; non tamen, quòd absolutè sine transmutatione quæ cùm fiat in alio, desinat ad ipsum: & id cum antecedente consistit, quòd non mutet seipsum, & quòd ab alio mutari debeat si transire ipsum oportet ab actu primo ad secundum, non autem necessariò sequitur, vt sit prorsus immobile, quemadmodum ipse concludere conatus est. Sed iam satis multa de actu primo & secundo. Redeamus ergo nunc ad rem, & quæ constituta sunt, ad propositum accommodemus.

Vt motus à generante permanet ad id quod gignitur, auctoris sententia. Cap. XXXVI.

EX his ergo fortasse licebit aliqua constituere conuenienter Græcorum placitis, de motu elementi qui fit à generante. Primùm enim generans, quatenus huiusmodi, transfert rem quę generatur ordine naturæ prius è potentia prima quam dicunt essentialem, ad actum primum qui est ipsa forma de prędicamento substantiæ, atq. id omnino per se facit, & proximè. quoniam eius natura talis est, [a] vt siquis huius rei caussam adhuc requirat, nescio equidem, quid futurum sit apud illum ita perspicuum in philosophia, quin ipsi demonstrationem adhibendam esse putet. Et cùm ea sit functio substantiæ elementi, quatenus huiusmodi, vt sit graue aut leue; re quidem ipsa eadem cum substantia: quandoquidem potestatem substantiæ significant ad suam perfectionem, quia verò non perueniunt ad actum, nisi per motum; ideò tempore quidem simul, sed natura posterius motum producit in ipsis id quod generat: quare secundò mouet. Deinde

[a] 2. de an. T. 68.

A Deinde cùm forma tum ſit abſoluta, quãdo muneribus ſuis fungitur, & ex illis quidem, eo quod perfectiſsimum eſt, & maximè ſecundùm naturam: ita per ſe generans, efficit, vt eam quoque perfectionem elargiatur, niſi quid obſtet. Sed quoniam ea perfectio ſumma eſt, cùm iam obtinuere locũ proprium, & id primò quidem efficit ſecundùm naturã, origine verò poſterius; huc enim ſpectant omneis mutationeis antecedenteis: fit, vt motus à generante ſecundò propter duplicem ordinem efficiatur: primum quidem, quia mouet, poſtquàm priore ſcilicet naturæ momento ſubſtantiam produxit, vbi motus ſe habet ſicuti conſequens; alterum verò, ordine videlicet perfectionis: quoniam ipſe dirigitur ad quietẽ, & ea terminatur, quæ eſt vltimus efficientis ipſius finis. Iterum generans ordine naturæ prius habitum producit, ordine verò perfectionis ipſum actũ ſecundum. Non enim ob aliud habitum inducit, niſi vt functio conſequatur, ſine qua res non ſe habet ſecundum naturam. At quia ſecundus requirit primum non impeditum, & ab eo propter impedimentũ aliquando ſeiungitur, vt cùm vapor qui interdiù ſublatus à calore Solis, nocturno frigori occurrens in roris pruinæúe ſpeciem delabitur, generans habitũ prius conſtituit, tum deinde actum, ideò quoq. habitus origine antecedit. Prætereà quoniam ſecundus actus impediri poteſt, propter materiã & oppoſitionem. ſæpe.n.fit, vt id quòd genitum eſt, exire non poſsit actũ ſecundum, ſed vi detinetur, quemadmodum ignis in terræ cauitatibus; B generans ipſum neceſſariò facit habitum, functionẽ verò non neceſſariò. Verùm quia natura illius eſt deducere rem in actum ſecundum: vbi id nõ pręſtet, hoc eſt illi pręter naturam. Porrò actus iſte ſecundus aut eſt imperfectus, aut perfectus. quando perfectus eſt, omnis agentis actio ceſſat; tum operatur agens, cùm ſecundus imperfectus adhuc eſt. Quare generans ita ſpectat elementi quietẽ quę eſt eſſe in ſuo loco, vt primùm eius eſſe terminet oẽm ſuam actionem, quod eſt vltimum eſſe motus: vniuerſum verò motum efficiat. Poſtremò generans ita mouet elementum, vt muret ipſum ſecundùm formã, moueat autem ſecundùm materiam. Nanq. gradus, ſeu partes formæ ſignificant terminos qui ſunt à forma, licet imperfectos: hi verò puncto temporis accedunt: atqui in puncto non fit motus. Motus continuationem deſiderat, hæc autem proficiſcitur à materia. Idcirco generans propriè mouet elementum propter materiã non ſanè, quia materia moueatur, ſed quia ſit cauſſa motus, vt ſubiectum, & vt poteſtas quæ ſuapte natura diuidua ſit; ob id non ita pullulat ex materia motus, quòd ipſa motum intendat, ſed quia neceſsitatem ipſius inſequatur. Cùm enim in materia ſit contrarium, ideò forma per ſucceſsionẽ inducitur. Ex quo etiam illud tanquam corollarium afferri poteſt. quòd cùm in elemento, dum gignitur, adſit in- C trinſeca ręſiſtentia: ſi hęc per ſe motus eſt cauſſa, quòd etiã in vacuo poterit elementum moueri, dum gignitur. Planum quoque eſt, quantum ſpectat ad motum illum qui fit à generante; eum non modò ab initio fieri, verùm etiam quouſq. peruenerit elementũ in ſuum locum, vbi ſecundùm naturã quieſcit, quòd ſi id non efficiat generans, eſt ob affectionem non naturalem, & per accidens. Inanis igitur illa diſtinctio eſt, in motu qui fit à generante, illorum qui dicunt elementa in principio quidem ab alio moueri, in proceſſu verò à ſua forma. Neque verò eſt quòd obiiciant aliquando perire ipſum generans, antequàm abſoluat rem quæ mouetur, quòd virtus generantis impreſſa eſt in materia, eaq. promouet mobile, cum ad ſuam formam, tum etiam ad ſuum vbi: ſicut item teſtatur Ariſtoteles [a] de vi ſeminis à patre ſecreta, & tamen adhuc ſeruantis efficacitatem, per quam prouehit embryon ad conſummationem. Quapropter etiam ſi videantur aliqua per ſe & ſpontè gigni; nihilominus exiſtimandum eſt abeſſe quidem mouens, ſed virtutem eius adhuc eſſe ſuperſtitem, idque generale eſt cum in iis quæ ſecundùm naturam mouentur, tum etiam in iis quę alienis motibus aguntur, & cùm in animatis, tum etiam in animo carentibus. Cęterùm operęprecium hîc eſt Ariſtotelis ſententiam iis ipſis verbis quibus eſt ſcri- D pta 2. de animalium ortu depromere. quę ſunt huiuſmodi. Ἐνδέχεται δὲ τόδε κινῆσαι, τόδε δὲ τόδε, καὶ εἶναι οἷον τὰ αὐτόματα τῶν θαυμάτων. ἔχοντα γάρ πως ὑπάρχει δύναμιν τὰ μόρια ἠρεμοῦντα, ὧν τὸ πρῶτον ὅταν τι κινήσῃ τῶν ἔξωθεν, εὐθὺς τὸ ἐχόμενον γίνεται ἐνεργείᾳ. ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς αὐτομάτοις, τρόπον μέν τινα ἐκεῖνο κινεῖ, οὐχ ἁπτόμενον νῦν οὐδενός, ἁψάμενον μέντοι. ὁμοίως δὲ καὶ ἀφ' οὗ τὸ σπέρμα, ἢ τὸ ποιῆσαν τὸ σπέρμα, ἁψάμενον μέν τινος, οὐχ ἁπτόμενον δὲ ἔτι. τρόπον δέ τινα ἡ ἐνοῦσα κίνησις ὥσπερ ἡ οἰκοδόμησις τὴν οἰκίαν. ὅτι μὲν οὖν ἔστι τι ὃ ποιεῖ, οὐχ οὕτως δὲ ὡς τόδε τι, οὐδ' ἐνυπάρχει ὡς τετελεσμένον τὸ πρῶτον, δῆλον. & cętera, quæ ibi ſequuntur, his, quæ iam poſita ſunt, adamuſsim reſpondentia, quorum ſenſus hic eſt.
„ Fieri aũt poteſt, vt hoc ab hoc moueatur, & hoc ab hoc, ſitq. proinde quaſi admirabilia illa ſpon-
„ tina: partes enim habent vim modo quodam etiã cùm quieſcunt; quarum primam vbi extrin-
„ ſecùs aliquid mouerit, ſtatim proxima actu efficitur, vt igitur in ſpontinis illis quodãmodo illud
„ mouet, quod nihil nunc tangit, ſed, anteà tetigit; ſic id à quo ſemen effecit, mouet, cùm aliquid
„ tetigerit. quãquam nõ adhuc tãgit, & motus qui ineſt, quodam efficit modo, vt ædificatio ædes.
„ Igitur eſſe aliquid, quod efficiat, ſed non ita, vt hoc quicquam, nec perfectum ineſſe primũ agẽs,
„ apertum iam eſt. Pergamus vlterius poſtquàm ob imperitiam nonnullorum hominũ in re cla-

[a] 3. de ortu an.

rissima diutius immorãdum est. Idem quoque pronunciauit hęc verba. ὅσα δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ὥσπερ ἐκεῖ γίνεται. idest, vt in artificiosis, hoc est, admirabilibus illis spontinis. ὅσων ἡ ὕλη δύναται καὶ ὑφ᾽ αὑτῆς κινεῖσθαι ταύτην τὴν κίνησιν ἣν τὸ σπέρμα κινεῖ. Quæcunque verò quorum materia potest & à seipsa moueri eo motu quo semen mouet, & casu, sicut ibi fiunt. Pręterea quęstionibus mechanicis quęrit. cur quippiam non secundùm peculiarem sibi fertur lationem, impulsore alioqui non consequente. respondet autem, quoniam primum id efficit, vt alterum impellat, illudque rursus, vt alterum: cessat autem quando non potest amplius facere primum impellens id quod fertur, vt impellat, & quando ipsius lati grauitas nutu suo declinat magis, quàm impellentis in ante sit potentia. Idem quoque docuit corde à testudine auulso vires animi per spiritus esse superstites. Verùm quid ego immoror hîc diutius, cùm hoc sit manifestè negare motum proiectorum, cuius item caussa ex eo ducta est ab Aristotele, quòd vis à mouente primo contiguis partibus, per successionem communicetur? hæc enim apud ipsum leguntur. Et si facit, quemadmodum lapis, veluti, si mouet id quod mouit, necesse sanè est, hoc quidem dicere, quod primum mouens facit, vt posit mouere, aut aër hic, aut aqua, aut aliud quid huiusmodi, quod natum est mouere & moueri, sed non cessat simul mouere, sed moueri quidem simul, cùm mouens cessauerit moueri, mouens autem adhuc est, quapropter mouetur quid alij contiguum & in hoc eadem ratio est, hæc Aristoteles. erat autem exorta dubitatio an'ne perpetuò motor vnà cùm mobili coniunctus sit, & in mouendo moueatur: quare etiam docet Aristoteles, vt primo motore cessante à motu quæ coniuncta sunt, adhuc moueri posint, quia verò & versio à nobis correcta est aliquantulum, & verba Græca fauent nobis; addam quoque verba ipsiusmet Aristotelis. Inquit igitur. καὶ ἐποίει ὥσπερ ἡ λίθος, οἷον τε κινεῖν, ὃ ἐκίνησεν. ἀνάγκη δὴ τοῦτο μὲν λέγειν. ὅτι τὸ πρῶτον κινῆσαν ποιεῖ οἷον τε κινεῖν, ἢ τὸν ἀέρα τοῦτον ἢ τὸ ὕδωρ, ἢ ἄλλ᾽ ὅτι τοιοῦτον, ὃ πέφυκε κινεῖν καὶ κινεῖσθαι ἀλλ᾽ οὐχ ἅμα παύεται κινοῦν καὶ κινούμενον. ἀλλὰ κινούμενον μὲν ἅμα. ὅταν δὲ ὁ κινῶν παύσηται κινοῦν δ᾽ ἔτι ἐστίν. διὸ κινεῖ τι ἄλλο ἐχόμενον. καὶ ἐπὶ τούτου ὁ αὐτὸς λόγος. idest, & si facit, quemadmodum magnes, vt id quod ipse mouit mouere posit. Necesse sanè est, hoc dicere, quòd id quod primũ mouit, facit vt mouere posit, aut aërem hunc, aut aquã aut horum aliud quippiam, quod natum aptum est mouere & moueri, sed non vnà cessat mouere, & moueri: at vnà quidem mouetur. Sed quando mouens cesset in motu, adhuc ipsum mouens est, idcirco mouet aliquod aliud contiguum & in hoc eadem ratio. Sed etiam clarius lib. 4. de Cęlo. ὥσπερ γὰρ ἐναφάψασα (δύναμις) παραδίδωσιν ἑκατέρῳ. διὸ καὶ οὐ παρακολουθοῦντος τοῦ κινήσαντος φέρεται τὸ βίᾳ κινηθέν. εἰ γὰρ μὴ τοιοῦτον τὸ σῶμα ὑπῆρχεν, οὐκ ἂν ἦν ἡ βίᾳ κίνησις. καὶ τἆλλα: hoc est, quemadmodum enim attingens, scilicet facultas, alteri impartitur. idcirco neque subsequente eo, quod mouit, fertur id quod vi mouetur. nisi enim corpus huiusmodi quippiam subsisteret. nullus certè foret motus violentus. quid plura? nullus illustrior locus in tota philosophia naturali, quàm quòd mouens aliquod primum per media moueat, & cùm quieuerit, motus adhuc consequatur. Neque enim vbi habitus calorem copiotius conceperint à sole, noctu manent, sed superius aguntur: aliter annui nunquam concrescerent, sed singulis noctibus illi qui sublati sunt, delaberentur. Vides saxo in aquam proiecto ac imum iam attingente partes aquæ deinceps in gyrum agi, & adhuc verti rotam figulinam, figulo quiescente; calorem ignis in aqua & ferro longius ab igni seruari. ita etiam concitatum nauigium, cùm remiges impetum primum fecerunt, retinet tamen aliquem motum, & cursum suum intermisso impetu, pulsuque remorum. idque opus in natura sic frequens est, vt motus etiam animatorum attingat. Vnde enim vox obsecro, postquam restitit clamans, per aliquod temporis interuallum exauditur? Vnde somniorum caussa ab Aristotele reddita est? vnde phantasmatum vis in absentia sensilium? [a] An non sic definitum phantasma. Motus factus in primo sensorio quiescente primo mouente, quod est obiectum, quod non est amplius præsens? piget sanè me cętera adscribere quæ passim in philosophia medicinaque mihi succurrunt. Nam quis negare audebit etiam seminis facultatem per multos annos conseruari diutius, vt patet in notis incestis in seruis alijsque animalibus quæ ad nepotes vsque propagantur, auorumq. similitudinibus, & non minus in effigie quàm moribus animi? Non'ne monent etiam spectandos arietes asinosque admissarios, ne forte illi sub lingua nigricantes maculas habeant, hi si discolores pilos habeant in palpebris, ne ab illis agni nigri, ab his autem pulli discolores oriantur? ita potest vis seminis & generantis in vniuersis rebus. Idque adeò perpetuum, vt per animi nostri motus pertineat. Etenim qui excanduit, tametsi abest obiectum, furit adhuc. Et in oratione perpetua cùm scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum scriptorum similitudine, & vi concitata. Ex his igitur liquet vim adhuc primi, atque perfecti efficientis in materia superesse; ob eamque caussam à seipsis atque sponte moueri. quin potius ita videri, quia non appareat motor. quoniã instrumentum & medium ab altero semper aguntur.

[a] 2. de An. T. 138.

Quocirca

A Quocirca rectè notatus fuerit Auicenna, si vnquam opinatus sit efficientem caussam simul esse debere cum effectu, quia sit perpetuò præsens; siquidem virtus etiam in eius absentia conseruari posit, sed auctoritas viri sapientissimi me dissuadet à faciendo tale præiudicium. Siquis autem curiosius quærat, quæ'nam vis ea sit quæ remanet, atque idem efficit in elemento àc generans: quid obstiterit, eam esse dicere, quæ per radios solis & astrorum reliquorum ambienti communicatur, & halitibus imprimitur, vnde calida elementa gignuntur, & noctu etiam in absentia solis euehuntur, eiusque priuationem ex absentia radiorum, vnde frigida propagantur? & generatim id asseuerare, eam similem esse præuiarum affectionum quæ in rerum generatione flagitantur, vbi enim nondum materię potestatem ad substantiam tentarunt, accidentia perhibentur, vbi id potentiæ genus immutant, iam aliquid substantiæ sunt. Quare liquidò constat quantopere allucinentur ij qui ita argumentantur. Effectus in actu proficiscitur à caussa in actu, non autem virtute: motus in actu est: generans non est. ergo motus elementi non proficiscitur ab eo, dum generatur, decipiunt enim nos ambigua voce virtutis, est enim ea quæ potestas est ordinata ad actum, & est virtus, idest, illa vis, & qualitas impressa ab efficiente materię, de qua dictum est nuper. ab illa sanè quę contendit ad actum, nil proficiscitur quod actu sit, ab hac aliquid proficisci nil vetat. hę verò virtutes in argumento

B commutantur. has autem virtutes ab Aristotele vocari planum est: si illa obserues, quæ 3. de cęlo [a] scripta sunt, id enim valet quoque δύναμις apud Gręcos. [a] T. 28.

Virtus'ne generantis perpetuò conseruetur in rei genitę muneribus pręstandis. Cap. XXXVII.

NOLIM te tamen sic agentis virtuti tribuere, vt credas etiam vires eius in re genita perpetuò conseruari. ita vt quandocunque moueatur elementum, postquàm genitum est, id semper acceptum referat ei quod genuit, quod video decreuisse nonnullos. quanuis in opinionis suæ corroborationem afferant aliquas rationeis, accipientes, vbi quædam se necessariò consequantur, vt alterum ex altero pendeat in eo, quòd sit, quod communicat prius, communicare etiam posterius. At forma & motus formæ conueniens ita se habent, vt vnum ex altero pendeat in eo, quòd est motus, ex forma nimirum. Ergo quod dat formam, dat etiam

C motum. Generans verò dat formam, & motum igitur. Deinde inquiunt, duplex esse mouens, aut generans, aut quod pellit impedimentum. sed quod pellit impedimentum, mouet per accidens; generans verò per se. quod mouet per accidens, non potest esse caussa motus per se. Non igitur pellens id quod obstat. Generans igitur. Accipiunt item grauitatem & leuitatem esse instrumenta generantium. Quocirca cùm instrumenta semper ab alio moueantur & ab eo potissimum cuius instrumenta sunt, & grauitas & leuitas sunt instrumenta generantis; ergo vbique grauitas & leuitas in virtute generantis efficient motum. Spectemus nunc sit'ne id rationi consentaneum quod proposuimus. Etenim de vero efficiente nobis agendum est, quòd ab Aristotele distribuitur inter alios modos, in id quod agere potest, aut quod iam agit ac docet id quod agere potest, effectui prægredi, quod verò iam agit, vnà esse cum effectu. Quin verò vnà esse cum effectu potest euenire dupliciter, vel quòd ipsum efficiens actu existat, vel etiam quòd superstes sit eius vis & potestas. Video illius sententiæ patronos ad hoc membrum facilè descensuros; quapropter ad hoc nos in præsentia conuertamus. Quomodocunque igitur siue actu, siue potestate sit efficiens, concurrit ad se-

D cundùm officium, quid est motus, per primum, quæ est forma. Ergo, inquam ego, aut operatur item efficiens aliquid erga formam, aut forma prætermissa solùm concurrit ad motum: primum sanè videtur absurdum. quandò forma iam est, eaque absoluta, nisi quid vetet, vbi verò præsens fuerit in materia, cessat omnis motus, & proinde omnis actio generantis. nil igitur agit in formam, sed in motum. At si secundùm dederis. igitur posset in secundum, & efficeret secundum sine primo. Quapropter ipsum non produceret, vt à primo deriuaretur. Itaque dicere oportebit id quod genuit mouere, non quia gignat dum mouet, sed quòd moueat id quod anteà genuit. Sed tunc illud occurret, nam cum motus sit functio naturalis, & functio formæ est enim & ipsa principium motus & quietis eius in quo est, per se; eaque adest, & ideò genitum est elementum, non amplius à generante mouebitur, quoad generat, verùm quatenus amouet impedimentum, vel tertium aliquod mouentium genus est inueniendum, hoc si doceant, magnam gratiam illis habebimus, si docere non possunt, vtique erit amouens impediens, sic vnum idemque mouens & gignens & arcens impedimentum, idemque mouebit per accedens, quod tamen ipsi, tanquàm scopulum declinant. Pręterea eodem modo se habebit efficiens ad cęteras functioneis sicut ad motum.

Nulla igitur erit indiuidui functio propria,sed omnis à generante nascetur. Ita ergo mouebit generans in virtute alterius generantis, & hic in patris virtute generabit: eademque ratione virtus aui concurret ad propagandũ nepotem. quis igitur modus resolutionis,nisi fictitius & optatus? quòd si nullus: ergo in infinitũ series efficientium resoluetur,quod ab Aristotele passim refutatũ fuisse scimus. Erit etiam falsum illud pronunciatum, eadem esse principia per quæ res est, & per quæ suo munere fungitur,aut quod hoc priuilegiũ est naturæ quæ motum huius dependentiæ condemnauerit,non aũt cęteras functioneis? Adhibebis glossema pronunciato. Eadem scilicet esse principia functionũ,& essentiæ non præcipua quidem,sed vt instrumenta. Quis tam audax erit,opinor,qui formã ponat efficientis instrumentũ, non finem antequàm producta sit, aut postquàm producta est,similẽ neget esse producenti, eiusdemq. cum ipso virtutis? neque.n.minus homo est Socrates filius,quàm fuerit pater Sophroniscus. & quod potuit Sophroniscus, poterit etiã Socrates,vbi fuerit adultus. Quamobrem, quod tu generanti concedis, multò melius ipsi formæ tribuere valebis,& ab ea,siquid inerit per se motus in genito; cõmodius existet,quàm à generante. Illud quidem bene se habet,ab elementi forma,quod gignitur, nullo modo posse effici motũ & deductionem ad proprium locum, quia non dum est absoluta, sed adhuc ab alio pendet,& nisi generans instaret, facilè collaberetur. Et quanuis, siquis est motus naturalis, ille fit,dum gignitur elementũ; non tamen ita motus à generante producitur, quin formã sibi proponat exprimendã,ex qua motus ipse postmodò consequatur. Sed, illud, proficisci motum à generante,postquàm elementũ iam absolutum fuerit,& nisi progressus eius impediatur,verè fit,& eodem tẽporis puncto positum sit in suo loco,nec moueatur alioqui nisi per accidens, vt suo loco dicemus,est illa quidẽ nimis impudens postulatio. Esset præterea magis intentum efficiens & magis assiduum in consequente,quàm in principali pręstando,quod satis probabile non est,cùm tamen secundùm sit ex primo. Iam verò quod concluditur. Quod communicat prius etiam cõmunicare consequens; dabo sanè:sed hîc distinguam de motu,& docebo illũ à generante effici qui fit,dum elementũ generatur,alterum verò qui fit in elemento genito,non esse eiusdem rationis, & ex alio principio pendêre, non ex generante, & ex forma propria multò principalius quàm ex generante. Quod item adiiciunt,motum illum nõ posse fieri ab arcente obicem,quia mouet per accidens: at motus elemẽti geniti est naturalis & per se. hoc item posteà dissoluetur, vbi docebimus esse per se motũ,non quatenus ἐνέργεια quædam, sed vt functio tota simul quæ iam est absolutæ formę propria, qua,cùm elementum sit subiectum motus,esse vult in suo loco, quod sanè per suã formam assequitur, addam etiã motum hunc esse per accidens, itaq. & à mouente per accidens effici posse concedã,neq. absurdum reputabo,quod isti opponunt. Grauitas item & leuitas sunt instrumenta generantis (si etiam libet id dare nunc) dum fit elementum: postquàm genitum fuerit; dicam ego,eas esse instrumenta formæ eiusdem elementi,non aũt generantis. quid contrà hoc afferri possit quod me de sententia moueat,non video profectò. Reliquum est igitur, vt generantis etiam virtus in absentia mouere possit, non tamen, vt sit caussa perpetua motus in elemento.

Vtrùm generans aliquo modo moueat proximè, nec'ne. Cap. XXXVIII.

VERVMENIMVERO quo plus id considero quod affirmare video quosdam:eo quoq. magis admiror tantum stuporẽ corripuisse mentes eorum, vt dum existimant generans nõ posse mouere,quoniam absit, ideoq. formam mouere præcipuè,non videant hæc secũ pugnare; formã non mouere,nisi moueatur ab alio,& ita defendere elementa ab alio moueri, quia forma moueatur ab alio. Nam si cesset generans vt si absit, si intereat, aut absolutè mouebitur elementum à seipso,aut,si à seipso moueri non põt; virtutẽ generantis adhuc superesse oporteat, à qua forma adhuc excitetur. Neque.n.sat est remouere impediens,quia nil obstat,si ponatur elementum hactenus nõ esse perfectum,vt constat in annuis vaporibus,ex quibus fiunt pluuiæ,niues,& grandines,qui interdiũ tolluntur à sole,nihilominus noctu non delabuntur, sicuti vapores illi è quibus fiunt rores & pruinæ. Sic sese vicissim mendacia tollunt, idemq. frequentissimè euenit, quod stulto illi adolescẽti contigit,qui cùm sępe sapientum sermoneis insulsissimè interpellaret, grauiter ab amico admonitus,vt eũ respiceret,& seruaret,vt illo innuente taceret, siquid imprudenter ex ore excidisset. Cùm hic igitur aliquandò temere pronunciasset,esse conclaue quoddã longitudinis trecentorum cubitorum. tum ab amico nutu correctus,& interim ab alio de latitudine interrogatus, è vestigio trium cubitorum respondit,ita reputans se priorem errorem altero, qui multo grauior erat,emendaturum. Sed properemus vlterius. Si generans producit motum dando formã,& facit motum,vt ex eo grauia leuiaq. perficiantur adepta suum locum,in quo maneant secundùm naturam; manifestum est,motum à generante descendere semper aliqua caussa intercedente,quo ad naturam quidem ipsa forma,quo ad perfectionem verò naturali functione, atque

A atque illa quidem perfecta: nanque hæc extremus est finis eorum quæ gignuntur. Quare non iniuria quispiam existimarit, generans non proximè sanè mouere, sed remotè. Ceterùm hic duo nobis sedulò tractanda sese obiiciunt. Primùm quidem generalis ordo quem in effectu prestando tenent caussę. Deinde specialis series, atque nexus qui spectatur in iis actibus qui perficiunt vnum idemq. subiectum, hoc est, subiectũ omnium actionum quæ ratione discrepantes, de materia conueniunt. Scire igitur licet, caussas ad agendũ multifariam posse concurrere, vel quantum spectat ad ordinẽ quem habent varia inter se caussarum genera, finis, efficiens, forma, & materia, vel etiã, quod pertinet ad ordinem caussę cuiuslibet separatim in suo cuiusque genere. Rursus varia inter se caussarum genera considerantur aut simpliciter, aut in indiuiduo; eademq. vel inter se collata, vel relata ad effectus, atque ad eos quidem aut dum fit res, aut postquàm facta est. Et profectò simpliciter id quod habet rationẽ actus, antecedit ei quod vi potestatis est preditum. Nam quod est potestate, semper in actũ suum ab eo quod est actu, deducitur. Contrà se res habet in indiuiduo, nanq. potestas actui prægreditur: quandò id fit actu quod erat anteà potestate. Antequam sit res, est finis ipse quem appetunt consequi, cum efficiens, tum materia, efficiens quidem, vt alterum faciat, quale ipsum est, quod propter appetitũ perpetuitatis, insitum est in omnibus rebus natura constantibus. Indeq.

B
Omne adeò genus in terris hominumq. ferarumq.,
Et genus æquoreum, pecudes pictęq. volures
In furias ignemq. ruunt: amor omnibus idem,

etenim sic fit, vt quod indiuiduum cùm sit, perpetuum esse nequit; perpetuum specie reddatur: id autem faciat communicando materiæ suam bonitatẽ, hoc est, suam formam, vt altera simili in ipsa producta, suum expleat desiderium. Ita fit, vt forma in altero sit eius finis, à quo moueatur primo, eo scilicet modo qui finis ipsius est proprius. Neque.n. patimur ab auctore Theogonię persuaderi rerum scilicet, omniũ ortum ex materia & priuatione, nullo actu præeunte, fuisse ductum. qui nobis hæc inuoluerit symbolo illo, quòd ab initio Nox, Erebusq. fuerint, & Tartarus, cùm neq. terra adhuc, neque aër, neq. cęlum fuisset conditum. Sed noctem ex vasto Erebi gremio amorẽ ante alia progenuisse, qui Chao commistus nocturno coitu apud inferos, omne mortaliũ immortaliumq genus, cum corporeorũ, tum etiam à corpore solutorum in lucem ediderit. Quamobrem non immeritò ab Aristophane fuit in Theatro scommatis agitatus: ille.n. sub auiũ persona genealogiam cęli, rerumq. omniũ sic recitat. nam, cùm eius carmina totam illius poëtæ sententiam puram putamq. complectantur, omittere nolui, quin subscriberem. Nam, quod
C Hesiodus ipse grauius agens indicauit potius, quàm exprimeret; hic ludens singula sic distinxit, vt quasi ante oculos ponere nobis voluerit ad iocum.

Χάος ἦν καὶ νὺξ, ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ Τάρταρος εὐρύς.
Γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν, ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις,
Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος ὠόν.
Ἐξ οὗ περιτελλομέναις, ὥραις, ἔβλαστεν ἔρως ὁ θεινός.
Στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν, εἰκὼς ἀνεμώδεσι δίναις.
Οὗτος δὲ χάει πτερόεντι μιγεὶς νυχίῳ κατὰ Τάρταρον εὐρύν
Ἐνεόττευσε γένος ἡμέτερον, καὶ πρῶτον ἀνήγαγεν ἐς φῶς.
Πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων, πρὶν ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα.
Συμμιγνυμένων δ' ἑτέρων ἑτέροις γένετ' οὐρανὸς ὠκεανός τε,
Καὶ γῆ, πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἄφθιτον.

Hæc Hesiodus, seu physicè, seu Theologicè professus sit, incertum est. Igitur vt ad rem redeam
D forma & actus omni potestati atque priuationi simpliciter antecedunt, cuius appetitu ducta materia per priuationẽ contendat in actum & formã quæ quidem in alio longè prius existant, & in eo in quo sunt, rationẽ boni atque appetendi retineant, de qua re multa aliàs. Materia verò, vt per accessum formæ consummationẽ assequatur. Vltima forma est quæ finis erat antequàm esset res, sed est posteà terminus omnis transmutationis, cùm ea præsente cesset oĩs motus. Vbi adest cum materia, simul dat esse indiuiduo, caussa functionũ est, cùm sit actu functio, nisi adsit impedimentum. Hæc sunt formæ ipsius officia, quatenus forma est. Tum deinde vim præstat ipsi cõposito, vt efficiat alterũ sibi simile, & eo pacto degenerat in efficiens, vbi adsint tres illę conditiones quæ 2. de An. descriptæ sunt, vt sit perfectũ, naturaliter affectum, neq. mutilatum. Hic est ordo naturæ inter caussas. Sed ordo item originis in ipsis agnoscitur, qui talis est? nanq. primum est finis, à quo excitetur efficiens ad agendũ, hoc fini proximè succedit: ab efficiente est forma, pòst ipsam materia: siquidem, si forma talis est futura, certã supponi materiã efficiẽti necesse sit. Non.n. ex quauis materia fit quælibet forma, Sic fit, vt finis sit omniũ caussa prima, & remota: ob eamq. rem prorsus indemonstrabilis, in vtroq. ordine, & naturæ & originis. Nanq. etsi finis ex efficiente demonstratur 2. Analyt. Posteriorum & 2. Phys. tum non est vt caussa, sed vltimũ,

quod efficitur,& actionis oīs extremum. Vltima,& quæ per alias omneis demonstrari posſit,eſt E
materia ordine naturę; ordine uē originis forma vltima exiſtit: quoniam ipſa certam materiam conſequitur. Hinc quærenti cur talis ſit forma producta,reſpondere licet;quoniam talis ſit antegreſſa materia, talē neceſſariò formā eſſe conſecutam. Quærenti itidem cur talis ſumpta fuerit materia,non ineptè reſpondebitur,quoniā forma talis erat futura. Omnia verò ab efficiente cōparata ſunt huiuſmodi, vt aſſequeretur finē, quo adepto ceſſat protinus oīs actio naturæ, atque item oīs noſtra quæſtio. Quamobrem ex ſe inuicem materies & forma demonſtrantur. Sed in vno eodēque genere cauſſæ ordo quoq. intercedit, cùm ex iis quædam primę ſint & longinquę; poſteriores nonnullæ & propinquiores. Vult.n.efficiens aſſequi finem, vt puta proficiſci Florentiam: idē quoq. vult conducere equum,& parare pecuniā,priuſque pecunias parat, deinde conducit equū,poſtremò Florentiam pergit. Ideò finis hic extremus eſt,qui proximè huic antecedit eſt ſecundus; ille quem primus exſequitur,tertius atq. propinquiſſimus. Cęterùm ſicuti duplex ordo eſt inter hæc,primus quidem qui dici ſolet intentionis,alter qui nuncupatur effectionis; ſic quoq. contrà ſe habent hi fines,nam re vera primus ille eſt, qui intentione fuit primus, vltimus aūt, & tanquam ab alio pendens ille qui fuit effectione prior; quoniam propter alterum illum reliqua omnia fiunt. Ita fit vt cęteri per eum demonſtrari poſſint,qui fuit intentione primus,hic omnino indemonſtrabilis. Efficiens item primum mouet baculum,baculo mouet lapidem,lapis hominē ferit: lapis eſt proximū & vltimum efficiens vulnus; ille qui mouit lapidem,primum ſanè,ſed longinquum. Sunt & materiæ gradus aqua vitri, phiale vitrum,aqua materia prima,atque remota,vitrū proxima & poſtrema. Prætereà formarum animal prima,& longinqua,proxima & vltima ratio. At verò in omni genere cauſſæ & ordo mentis,ex quo diſciplina paratur, & ordo rei ſpectari poteſt. Quoad mentem illa prima & princeps, omniumque proxima, vltra quam non licet amplius quærere propter quid. [a] Secundùm rem verò longè aliter diſponi video finem & efficiens,atque materiam & formam: cùm illę ſint primę & potiſſimę rei cauſſæ forma & materia quę ſunt vltimæ reipſa,proximeq. attingunt effectum: his.n. habitis ſolùm mens ipſa ſedatur,& naturæ progreſſui finis imponitur. Efficientium verò finiumq. illa ſunt prima quę & præcipuè pręſtant effectum,& quęſtionibus eius generis optimè ſatisfaciunt,quæ longinqua ſūt: hæc.n.à nullo pendent, ab illis aūt reliqua, cùm ab eorū virtutibus agantur, vt baculus à manu. Quapropter in prouerbiū quoq. ceſſit de inferioribus ironicè dictum: Malleum ſcilicet, ſapientiorem eſſe manubrio. Ex hac ordinum partitione multa Ariſtotelis loca conciliantur,quibus cū proximas appellat vltimas cauſſas, tum aliquando remotas, & modò his,aliàs illis in efficiendo tribuit principatum. Vel.n.quoad nos ſpectantur,vel quoad naturam,vel modò ſeries internarum cauſſarū materiæ nimirùm & formæ, vel externarum modo,finis.ſ.& efficientis animaduertitur. Ab his ſatis perſpici pōt cauſſam mediū habere,aut ét ipſo carere poſſe bifariā,vel in ſuo genere,vel ét in alio.Hęc quę de cauſſarum ſerie generatim dicta ſūt,nunc ad effecta accōmodētur.

[a] 1. Poſt, in fine.

F (margin, beside "hominē ferit" line)

G (margin, beside "tribuit principatum" line)

Aliqua de cauſſarum & effectuum nexu adſcribuntur, & aliqua loca Ariſtotelis illuſtrantur. *Cap. XXXIX.*

MOX de cauſſarum & effectuum ſerie nonnulla ſubiungamus: nam præterquàm quòd ad vniuerſam diſceptationem de motu conducunt; occaſionem quoq. ſuppeditabunt explicandi nōnulla Ariſtotelis dicta ſubobſcura quæ ſanè multi conniuent, pauci qui illa obſeruarūt, & Græci,& Latini de illorum ſenſu digladiantur. Nos maioris perſpicuitatis gratia diſputationē noſtram ſic partiemur, etenim primo loco de naturæ ordine verba faciemus; proximè ab hoc docebimus,quemadmodū aptentur ad ſcientias & rationeis noſtras. Quod pertinet ad primum; H
ex eo,ꝙ cauſſarum quædam effectui non modò naturæ (eſt.n.id omnium commune [b]) ſed tempore antecedunt, nimirùm finis,efficiens, & materia remota: nā proxima & vltima eſt vnà cum forma: materia proxima & forma ſunt vnà cum effectu,& ex his finis & efficiens externę,internę verò quęcunque materies & forma: de his ad effecta varia neceſſe eſt iudicia fiant. ſiquidem externæ primùm non rei,ſed generationis cauſſę ponētur [c] (mitto nunc finem cui qui non eſt generationis cauſſa, ſed rei genitæ) itaq. re genita & conſtituta vacat omne earum officiū, ſuccedunt illis vltima materies & forma ex quib. res ipſa protinus exiſtit. Sed etiam materia cōmuniter ſpectat generationē,quòd efficiens agendo commoueat materiā, & afficiendo apparet ad formā capiendam, quod ſine affectione materiæ neutiquam ſuccederet: forma è veſtigio ex eā affectione exiſtit,ea pręſente res eſt,& materia quæ,dum erat in potentia,mouebatur,actu aſſumpto fit actu res illa quæ gignebatur: erat aūt illa,ad quam erat in potentia,antequàm exiſtat re vera forma non eſt, ſed finis. itaq. forma ſola cauſſa ſolùm erit ꝙ ſit res: idcirco ita definitur propter quam res eſt. Verùm,etſi cauſſæ ad effecta quomodocunq. ordinantur; nihilominus in operando actum illarum variis item modis exerceri puto, quandò proximè finis moueat efficiens quę

[b] 12. Met, T. 17.

[c] 7. Met. T. 47. ex Alex.

eſt altera

A est altera caussa efficiens materiã, & cum illa materiæ perfectionem actu, seu virtute contineant,
quę est finis in generatione; re verò ipsa forma, & efficiens affert formã, & ex materia forma exi-
stit, & hęc perficit materiã: ex hoc caussarum vinculo efficitur compositum. Ergo primò caus-
sę inter se mouent, proximè ex ipsa forma extat cõpositum, & quęcunq. illi conueniunt secun-
dùm naturam quę item etsi possunt esse ex natura materię, quia tamen insunt in cõposito, quod
est actu; est verò actu per formam; meritò iureq. optimo hęc item, quę nascuntur à materia;
ex forma quoquomodo extare dicentur, ex fine & efficiente nequaquam: tametsi ꝙ ex efficien-
te non existant effectus, ab aliis Auerrois [a] auctoritate confirmatũ fuisse comperio: veruntamen [a] Destr. 1. Sol. d. 10.
ꝙ aliter acceptum à viris sapientissimis, & aliquid insuper additum, quod supradictis aduerset;
mihi videtur sedulò tractandum. Hæc ex Auerroë citantur. Effectum sequi caussam in genere
caussæ formalis & finalis, non efficientis. Ea verò simpliciter accepta neutiquam cum rerum natu
ra consentiunt, quandò & aliquis effectus sequitur materiã, vt anteà monui, & idem iudicium de
fine & efficiente videtur esse faciendum: nam quemadmodum efficiens agit aliud à se; ideòque
in alio ponit effectũ, siue formam, & quæ consequuntur illã, sic etiam finis. Neq. id obstat, ꝙ effi-
ciens in potentia sumatur, non in actu, quod. n. actu est, simul est etiam cum effectu; nam, dum
agens operatur, præstò quoq. necesse est sit patiens, quod accipiat: quoniam verisimile non est
B in eadẽ sententia caussas accipi variis, adeòq. oppositis modis. nunc si hoc efficienti in potentia
tribuendum est; reliquæ item caussæ, si potentia fuerint; ab affectibus separatæ erunt: ac si effi-
ciens actu simul erit cum effectu, & aliæ quoq. caussæ, si actu sumantur, cum effectibus existent,
nec minus id efficienti, quàm fini conueniet. Itaq. effectum interpretor, quod factum est, nec fit
amplius: hoc verò non pendet ex efficiente, vt. n. verbis Auerrois vtar: inuentio est cum inuẽto-
re. i. res, dum fit, pendet ex efficiente, & facta cessat efficiẽs, & quoniã transmutat aliud, quatenus
aliud est, quod factum est, item erit in alio. Quia verò suspicari posses, easdẽ esse conditioneis effi
cientis & finis, cùm vtræq. sint caussæ externæ, dico finẽ adhuc eo nomine distingui, ab efficien-
te, ꝙ etsi, dum agit vt finis; externus est; at cum eo coniungitur, & fit vnũ numero, cui paratur,
& à quo antè segregatus fuerat, & cùm prius esset finis; idẽ posteà degenerauit in formã; ob hãc
ergo caussam fini contigit, habere aliquid à seipso formaliter pendens. Cùm verò materia nihil ac
cipiat, nisi formata; de materia nullã mentionem factam fuisse censeo. Concludamus igitur, effe-
ctus omneis absolutos generatim sibi supponere formã primo, siue præcipuè, siue proximè; dein-
de materiã, & cõpositum, & externarum effectum, & opus esse motũ in materia; primã verò caus-
sarum functionẽ inter ipsasmet caussas exerceri. Venio nunc ad modum demonstrationis, quo. s.
C caussæ sunt demonstrando suis effectis applicandæ. In hac facultate longè aliter progredi nos iu-
bet Aristoteles, ac fieri soleat in scientiis contẽplantibus [b] ἐπὶ τῆς φυσικῆς, καὶ τῶν θεωρητικῶν [b] De part. an. c. 1.
ἐπιστημῶν, vbi in primis illud admirationẽ facere posset, ꝙ seiunxerit naturalem ab habitu con-
templante, cùm manifestè in contemplantibus ab ipsomet Aristotele numerata fuerit. Propterea
Græcus interpres noluit poni discrimen inter physicen & alias scientias, sed subaudiendum *& in
rebus artefactis*, vt ponatur discrimen inter physicen & reliquas scientias contemplanteis ex vna
parte, & ex altera arteis. Verùm ipse seipse refellit, dum exemplum affert ab arte desumptum, in
quo eundẽ progressum teneri significat, atq. in naturali; idemq. opponitur Aristoteli, qui 2. Phys.
eisdẽ exemplis ab arte petitis quib. item fuerat vsus Ephesius, progressum confirmat in physicis
Immò abutitur exemplis artium, dum exẽplo quodã confirmat, altero oppugnat eiusmodi pro-
gressum. Necnon in artib. indicat geminum inesse progressum, qui tñ est idem. Deinde & illud dif
ficile, quid contemplantium nomine velit notare Aristoteles. Nanq. alij reliquas duas contemplã
teis præter naturalem significari putant, mathematicas. s. & primã philosophiã. excludunt alij pri
mam philosophiam, & aliquã physicè partem sub contemplantium nomine latêre censent, eam
sanè quæ corpus æternum contemplatur, quã item ab aliis tractationib. in Phys. 2. segregauit phi
losophus, primã verò philosophiã repudiant, ꝙ in ea non sit progressus ab vno antecedente ne-
D cessariò ad alterũ consequens, & ab hoc subinde ad aliud propter simplicitatẽ rerum quæ sunt li
beræ à materia, in quibus nec quicquam prius, neq. posterius est, quem tamen progressum in cõ
templantibus ponit Aristoteles. Equidem etsi scio de hac eadem re disputantem Aristotelem, &
in eo loco, quem in hoc Capite indicauit de μαθημάτων solum fecisse mẽtionem, & tali nomine
exprimi sciẽtias quantitatis; attamen & sub illis ẽt contineri generatim scientias omneis facilè da-
bo. Et quod Physices eam partem hîc comprehendi aiunt, quã tractat corpus cęleste; tantisper ẽt
tenitar, qui credam eiusmodi tractationem physicam non esse, sed Astronomiam. Neque illud
approbabo, ꝙ necessariorum consecutione careat prima philosophia, qui eam 12. Met. obserua-
uerim, & didicerim ex Deo naturam esse aptam & cælum, vnde ea propagantur quæ sunt apud
nos, Neq. accipiam substantias separatas esse subiectum in ea scientia, verùm principia, seriemq.
illam in iis ego ponam quæ pendent ex eiusmodi principiis. Hæc alternanti mihi potior senten-
tia videtur physicen à cæteris scientiis & habitibus cõtemplantibus ea ratione differre, ꝙ cõtineat
duo

duo genera rerũ, alterum earum quę perpetuæ sunt, siue q̃ sint opinione Aristotelis immortales, vt cęlum, siue etiã rerum essentiæ (sunt.n.& rerum essentiæ materiatę & naturales) quæ definitione explicantur, & his insunt sua ipsarum propria attributa quæ item sunt æterna simpliciter, & effecta æterna, vt species & quæ insunt in specie, quà species est: alterum verò rerum caducarũ quæ ortui & interitui subiacent quæ sanè sunt singulares; attamen in illis animus noster vniuersale fabricatur accipiens simpliciter, & absq. circunscriptione tẽporis id quod certis statisq. periodis effici solet, & de eo ratiocinans, quod supponit pro singularibus struit rationeis vniuersaleis, inferioris quidẽ ordinis, at nihilominus vniuersales, quia tamen supponunt pro singularibus, eorum attributa simpliciter assumit planè, sed quæ singularium vires exprimant, vt fieri, & menses, & annos constitutionis, & partus: itaq. & ordinem successionis & sequelę inter caussas & effectus speculatur, quæ omnia, sicuti supradictũ est, certis definiuntur temporibus, à certo verò tempore mentis ope abstrahuntur. Reliquę scientię res illas contemplantur, quę sunt prorsus immobiles, ideò demonstrationeis accipiunt æternas simpliciter, nec vlli conditioni temporis addictas: eodemq. modo physicę, dum tractat æterna. Proinde arbitror ego partẽ physicæ quæ versatur in tractatione rerũ quæ sunt obnoxiæ tempori, secretã fuisse à contẽplantibus non sanè, quin & ea contemplatio sit: quicquid.n. tractatur gratia veritatis, non vsus, est cõtemplatio, sed quòd contemplatio sit functio quæ suapte natura motum repudiat, &, vt ita dicam, factionem.

a 10. Eth. 7. Phys. 1. de An. [a]Hoc igitur nomine è contemplãtiũ numero expunctam fuisse physicen opinamur. Et ad ita credendũ me inducit, q̃ alibi distinguit Aristoteles[b] ea quæ natura fiunt, à mathematicis, seu sint mathematica, siue genus cẽ contemplationis, & necessariũ, aliter se habere docet in τοῖς φυσικοῖς.i.

b 2. Phys. in rebus naturalibus atque in mathematis, vbi videtur potius habuisse rationem rerũ tractandarũ, quàm scientiæ, q̃ si hę motui subiiciantur, ex rebus igitur quæ tractantur, non ex habitu & fine è contemplantium ordine dicimus eiectam fuisse scientiã naturalem. Ex huiusmodi effectuum caussarumq. consecutione varietas demonstrandi nascitur, siquidẽ in contemplantib. & æternis simpliciter ex eo q̃ res est simpliciter, etiam id futurũ colligere possumus, & ex hoc futuro aliud consequens inferre, & ἐς ἀΐδιον συνάγεσθαι.i. in perpetuũ connectere, vt si triangulus æquilatus est super data linea, & ad datum punctũ datę rectæ lineæ æqualem rectã lineam ponere licebit, & ex hoc duabus datis rectis lineis inæqualibus de maiore æqualem minori rectã lineã detrahere. At contra succedet in physicis, & iis quæ subiacent mutationi: quandò si hoc est, quod est generationis extremũ, & aliquid antecesserit huiusmodi oportuerit; non contrà, si hoc existit nunc, q̃ consequens necessariò fit; sæpe.n. accidunt impedimenta, quibus prohibetur, quominus etsi hoc est aptum natum producere aliud, & ex illo hoc effici, suo tamen fine frustretur. Igitur ita G procedemus in physicis, à posteriore construendo, destruendo verò à prioribus eodẽ modo, quo procederemus in arte (idem.n. est in efficiendo naturæ progressus & artis) Si domus est, & fundamenta igitur, & contrà si non sunt fundamenta, nec domus. Aliter in contemplantibus, hîc.n. si sunt hypotheses; ergo & conclusio: ac contrà si non conclusio, nec igitur hypotheses, vt si sunt quinque & quinque, & decem igitur. Verùm si decem, non necessariò quinq. & quinque; cùm esse queant tria & septem. At si non sunt decem, nec quicquam ex illis esse poterit, & in his est necessitas simpliciter. in physicis est ex hypothesi, vt etiã, vbi infertur ex consequente præcedens, non aliter àc ex hypothesi necessariũ possit effici: neque.n. ossa ex quibus animal, constat facta fuere necessariò, sicuti neq. fundamenta ex quib. extitit ædificium. Neque tamen in physicis eæ quæ mutantur, oĩa sunt huiusmodi; quandoquidem illa quæ mutantur, aut rectà procedunt, aut in orbẽ, & ex his aliqua redeunt eadem ad speciẽ, nonnulla ad numerum elementorum. reditus est anniuersarius, sed eadem redeunt ad speciẽ solùm; ortus & occasus syderum nobis eadem sydera referunt. Quod suprà docuimus, eorum est propriũ quæ rectà procedũt, de aliis alia ratio, & planè nonmodò ex consequente prius infertur, sed consequens ex priori, si pluuia, & nebulæ,

c 1. de Ge. & si nebulæ, etiam pluuia: proptereà reciprocatur, [c] vel eadem ad numerum, vel ad speciem. H In illis certa ratio ex priore ad posterius, & ex hoc ad idem: in his vniuersè res se habet consimiliter; at cùm singula producantur, de specie fiet idẽ iudiciũ, de singulis non item, propterea q̃ & in singulorum productione poterit esse præstò impedimentum, neq. valebit si nubes hæc fuerit, ergo & pluuia. verùm si pluuia, & nubes igitur: ac si non nubes, neque pluuia, sicut sequebatur in iis quorum generatio rectà procedebat. Veruntamen, etsi varietas est rationum, atq. naturæ in his & concludendis & producendis, extat tamen inter eas similitudo, q̃ vtroque modo procedimus vt à principio, & primo secundùm naturã; nanq. vbi argumentamur ab extremo, id & in natura, & in ratiocinatione vim principij sustinet: habet.n. rationem finis, is verò in ratione quæ concluditur de rebus agendis, est principiũ speculationis & est λόγος, seu ratio, siue species quæ in mente agentis, aut alio quodãmodo per naturam inest in agente sine materia. eademque in arte præcipua pars est essentiæ; in natura sæpissimè conuenit cum ipsa forma, ideoq. accipitur in oratione explicante quid est; quapropter optimo iure λόγος, & principium nuncupatur.

Itaq.

A Itaque adhuc ea physicè tractans ius scientiæ tuetur, argumentans ex primis, & fortè multò magis, quàm contingat in aliis demonstrationibus in quibus alia caussarum genera vsurpantur, & quantò prior est natura finis, quàm reliquę caussę, nisi quòd minus necessitatis agnoscitur in hoc progressu, quàm in iis in quibus essentiæ ipsę rerum in contemplationem cadunt; ita enim longo interuallo superatur à cęteris, & à seipsa, cùm accipiat necessarium, non simpliciter, sed ex hypothesi, quanquam id rerum ipsarum conditioni potius, quàm menti tribuendum est, cùm cęteroqui quod intelligendum est, quoad huiusmodi, vniuersale existat, atque perpetuum. Talis igitur est ordo caussarum ad effectus, & hic in demonstrando physicæ progressus. Verùm nos hæc omnia nunc ad rem nostram commodè transferamus.

Specialis ordo nexusq. caussarum quantùm ad functioneis in eodem subiecto prestandas attinet, enarratur. Cap. XXXX.

PROXIMVM ab his est, vt ordinem illum quem suprà generatim tractauimus, indicemus in proposito, ac doceamus, vt ex sese aptæ nexæq. caussæ sint, si debeant in subiecto præstare functionem, sigillatim verò cùm motus & quies sint perfectissimæ functiones corporum naturaliũ, quatenus huiusmodi; de motus & quietis secundùm naturam primordiis in præsentia disseremus. B His ergo sic stantib. si forma opus est efficienti ad motum elementi præstandum, manifestũ est generans mouere per medium. Verùm si motus à forma proficiscitur, non sanè tanquàm ab efficiente, sed in genere propagandi effectum sibi proprio: profectò generans, vt efficiens, erit primum medioq. vacabit. Si pars vtraq. problematis adhibita distinctione defendetur. Ergo in suo genere mouet efficiens primò, atq. etiam per se. Quare, si differentia similis in caussa facit similem differentiam in effectu, mouetur item per se, & primò elementum ab eo quod gignit. Quòd se per se, & secundùm naturam igitur. Nam si præter naturam, ergo per accidens, huiusmodi verò connexio, siue sequela eius, quod est per se & secundùm naturam, ita necessaria visa est Auerroi, [a] vt eam non modò in rebus, verùm etiam in enunciationibus & prędicatis inesse testatus sit, atque asseruerit, si propositiones in demonstratione futuræ sunt per se, effici vt etiã sint secũdùm naturã. Et planè aliter esse nõ põt. quandò id quod est pręter naturã, nulla rõne, aut via perpetuũ reddi põt: at id quod per se est, vult esse perpetuum. Quapropter secundùm naturam fuerit; nõ, si moueatur ab interno principio tm̃, velut ab efficiẽte; verùm, si ẽt ab externo modo sint in eo materia & forma, secũdùm quos agat. At mouetur hîc elementũ quoq. sm̃ formã, cùm motus sit actus ei⁹ formę quę imprimitur in elemẽto. C Quanq̃ & de eo, si rẽ oẽm elimare velis ad tenue, sic distinguẽdũ fuerat, ꝙ secũdùm formã sit elemẽto esse in hoc loco aut illo loco, qui ꝑ rõne formę sit illi sm̃ naturã; moueri aũt propter materiã; cùm termini motus à forma oriantur; cõtinuatio verò & extentio à materia, vt, si è terra primùm fiat aër, dein ignis, esse in aëris loco ab eiusmodi corporis forma deriuatur. Nã cęteri termini, aëre iã facto, pręter naturã existunt, & ab impediẽte nascũtur, tale nihil attẽtante natura, & ea tm̃ rõne proficiscũtur ab actu, quatenus impediẽs est aliquid actu, & actu est id quod impeditur. Est.n. efficiẽs & ponẽs & priuans. Nanque faber efficit scamnũ, & ego molior aliquid, dũ ipsum cõburo, sed tñ efficio nihil, quia facio non scamnũ. Vsq. adeò, vt aliud sit, facere nihil, & nõ facere: hoc.n. efficiẽtis ociũ, & absentiã simpliciter notat; illud ponit efficiẽs, sed priuãs, atq. id aliunde accedit, ꝙ si aër nõdũ contraxerit formã, neque fuerit ab efficiẽte absolutus: iã illud est quidẽ ex formę participatione, sed cũ forma sit extremũ, id materię ꝓximè adscribendũ est. Quanuis aũt dũ fit elementũ, forma opposita persistat; quamobrẽ id qđ prius erat, ita moueri posse cẽseat pręternaturã, vt cũ è terra fit ignis, si respicias terrã, ascẽdit pręter naturam. At memineris motũ denominari sẽper à termino ad quẽ, & in oĩ D trãsmutatione spectari, nõ id quod interit, sed id quod generatur: nanq. eò materia tẽdit, & nouæ formę præsẽtia suũ explet appetitũ. Quapropter nulla habetur ei⁹ rõ quod interit, sed simpliciter ei⁹ quod gignit, cuius & forma propria est quę producitur, & motus ꝓprius. Contrà si fuerit motus pręter naturã: cùm.n. motus ille internã affectionẽ minimè cõsequatur, nec ex habitu pullulet (nullus.n. eiusmodi lapidi cõparatur, vbi proiicitur) significatur nomine indicãte naturã quę antecedebat. ita cùm terra sursũ natura propria nõ labefacta ciet, terraq. persistit, nec trãsit in aliud, tametsi prouehitur in sublime, mot⁹ est pręter naturã, & est terrę. Ob id igitur in elemẽto potestas illa reperitur quam philosophorũ vsus obtinuit, vt diceretur essentialis (etenim essentiã attingit) atq. illa quidem naturalis ad suum vbi, cùm gignitur. Attamen & si ea quæ constituta sunt hactenus, si fundamẽtis nostris insistamus, nulli sunt obnoxia difficultati, quia tñ in hanc sentẽtiã paucos admodũ scripsisse perspicimus, & multi oppositũ professi sũt, quibus ea quæ dubitari possũt cõtra nos, loco sine cõfirmationis, erit quoq. diligentię nr̃ę admonere lectorẽ, quẽadmodũ ea quę cõstituta sunt, ad dubitata valeãt accõmodari. Cùm.n. dictũ sit, generãs efficere motũ in elemẽto per formã; prętereà motũ esse actũ quendã, eumq. sm̃; illũ verò perfectionẽ esse formę: periculũ certè imminet, ne accidens naturam substantię transeat, aut eius perfectio petatur ab accidente.

[a] Ep. log.

Neque enim dubium cuiq̃ esse debet, motũ & ipsum vbi, saltẽ in caducis, (Nam Philoponus opinatus est cõuersionẽ esse corporis cęlestis essentiam) esse accidẽs. Vt hæc cõtrouersia ritè dirimatur, hæc meo quidẽ iudicio, sunt anteponẽda. Primùm omnium. Id in quo cẽs ciũm produũtur actus, & quorũ potestates absoluũtur, esse cõpositũ; itaq. & mot⁹ est actus cõpositi & naturalis, propriusq. locus eiusdem. Vt verò cõstat cõpositum è duabus naturis: forma.s. quę est actus per se & per essentiã; & materia quæ per seipsam est potestas: sic per materiã esse põt, à forma impetrauit, ꝙ actu existat. Porrò forma per se vna est in vno cõposito, iungẽs & terminans cẽm extentionẽ & infinitatẽ materię; materia cõtrà multas habet parteis, siue vt quanti, siue, vt aiũt, potestatis & graduũ in quib⁹ vniuersa forma cõsistit. Ergo, cùm forma per se vna sit, ea verò parte omnes materiæ terminẽtur, inde est, vt cẽs actuũ varietas s͞m plus & minus perfectũ & imperfectũ à materia nãscatur, & idcirco extet in cõposito. Nõ verebor ẽt dicere accidẽtis rationẽ existere ex ipsa materia, vt tum.s. accidẽs habeatur, vbi ponitur in materia: nam si separetur (id quod præstat cogitatio dũtaxat) forma à materia sẽili, neq. profectò vlla accidẽtis rõ relinquetur, sed ipsa essẽtia nuda quę solùm pertinet ad substãtiam. Actus horũ omniũ per se ipsum distinctus est, afferẽs aliã rõnem, & diuersũ modũ quo res ipsa sit, & quo vocib⁹ exprimatur, ipsi cõposito, nihilominus & est ex ipsa substantia, & in ipsa substantia collocatus, vt annulus ille in cathena, qui tametsi habet actũ, quo existit, ab altero annulo disiunctum; t͞n habet actũ suum in altero ex quo pendet, itaq. statuitur cõsequens, & accidens appellatur. eorum generalis partitio decẽ capitibus comprehenditur ex quibus decẽ prædicamenta deducta sunt. Quòd si ex actu ipso queq. res suam perfectionẽ consequitur; necesse item est, in composito, si futurum fuerit perfectum; extent actus singulorum pręidcamentorũ, atq. illi quidem secundùm naturam. In omnibus autem positum est illud esse, quod ὑπάρχειν, & existere nuncupamus. Sed cùm actus ille omnium princeps sit, quo per se est: hic verò est actus substantiæ: propterea quòd sit simpliciter, actui substãtiæ tribuitur. ceteris actibus adscribitur, ꝙ sit quodammodò: nihilominus & ex his habet, quòd simpliciter sit.i. omnibus partibus absolutũ & ꝙ ita sit, pendet ex cẽbus prædicamẽtis; quibus prout natura flagitat, adeptis, bene se res habet, & est maximè secundùm naturam. Nã sicuti substãtię primus ille actus est natura prior, ꝙ natura prius est esse per se, & ĩ seipsõ, q̃ respicere aliud, & ex alio pẽdere, & sĩpliciter esse, quàm quodãmodò: sic ẽt prior est perfectione: quamobrẽ reliqui actus illi vni famulantur: ideoq. instrumẽta substãtię perhibẽtur. Vt igitur aliquo instrumẽto priuatus artifex non rectè facit officiũ suum, sic quoq. siquis actus in cõposito desideretur, nõ poterit suo munere perfectè fungi substantia. Consistit ergo perfectio cõpositi in eo. ꝙ habeat singula quę sibi debent secundùm naturam, & hęc quamuis posteriora; sunt complemẽta nihilominus, nõ vt afferẽtia, sed vt indicantia perfectionẽ, & habitum bene se habentem, vt faciei rubor in puella, & voluptas, de qua 2. Ethic. [a] quę capitur ex actionibus secundùm virtutem. Cùm vero prima substantię ratio petat à fine quę est functio; siquando cesset officium; tum quoq. substantia detrimentum patitur, & quoniam substantię rõ prima non permanet; ambigue substãtia vocatur. Neq. t͞n esse & essẽtia diuidua sũt, aut plus minusue accipiunt, ꝙ rõnem totius habẽt secundùm formam, quod in indiuiduo positum est, vt libro superiore docuimus. Ab his prima origo interitus, quæ itẽ mutatione formę, & dissolutione compositi definitur. Omnes isti actus, qui substantiam consequunt, & accidẽtia nuncupant, vt analogiam ab actu substantię ducunt; sic ẽt accipiũt distributionem in primum, & secundum, & quamuis cum primus, tum secundus sint accidentia substantię, non tamen secundus accidit primo, sed est eius perfectio; parq. momentum habet ad primum, atq. operatio substantię ad formam eiusdem: neque enim ei quod album fieri potest: accidit si fiat album, quatenus habet intra se eiusmodi potestatem: siquidẽ hoc fit eius natura: [b] quanq̃ hoc magis apparet in iis quæ feruntur, quòd proximè ad substãtiam horum materia fit: quando latio absolutorum est, & generatione vltima motuum: propterea primus erit hic motus, & secundùm substantiam. Nolim tamen hîc te obliuisci, accidentium duplex esse ingeniũ: nonnulla enim sunt secundum alia cõtra naturã; illa verò nos hoc loco accipere quę sunt secundùm naturam, ꝙ ita plurimum se habeant, in paucis euariata, quorum ratio in methodo haberi non debeat. Hæc ipsa quæ nos fusius explicauimus, Alexandrum [c] quoque multò anteà placuisse łętor: etenim cum pluribus ipse docuisset actum secundum non esse accidens, sed perfectionem formę, & habitus duplici forma reperta, altera quæ substantiam complet, atq. altera quę perficit accidens, vt in homine intelligentia, & artificium singulorum habituum propriam decreuit esse functionem, sed eam quę mentis est, esse hominis vt homo est, quippe quòd hæc sit eius forma; actum verò artificij, esse quidem artificis perfectionem non hominis; accidit.n. homini esse artificem, nec attingit substantiam. Actus igitur secundus cùm sit primi cuiusdam actus, quamuis sit ex accidente; affert item perfectionem, neque verò quia sit perfectio substantiæ simpliciter, sed quatenus in ea sunt explicatæ formæ omnes ex illius genio quæ pertinet ad essentiam, & secum cęteras in materia ponit. Itaque & in substantiam perfectio non proximè redundabit, sed

[a] 2.c.3.
[b] 4.de cel. T. 24.
[c] 3.q 2.

A sed in actus accidentiū,qui in ea cōuenerūt:ab eius forma propria perfectio nascetur,erūt cętera ex cōsecutione,& quatenus attinet ad substātię perfectionē,eā participabūt quę ipsius est ꝓpria; nam cùm forma substantiæ ipsis vtatur ad sui tutelam,cum indiuidui caussa, tum etiam speciei, sunt instrumenta substantiæ: atqui instrumentorum conditiones ab iis accipiūtur, quorum ipsa sunt instrumenta,nec aliter àc seruus ordinis eiusdē,qui priuato seruiat, aut regi: erit.n.qui seruit regi,tanto pręstantior,quanto res excellit priuatum. Proinde perfecta planè erit ea substantia,in qua sunt omnes illi actus,quos affert secum forma; ex quo dicuntur inesse secundùm naturā simpliciter, ꝙ nihil deerit, quod ad seipsam pertinere possit: attamen, vt non inde perfectionē,velut ex caussa capiat,sed quoad hæc oīa suiipsius gratia sunt,quibus si deficiat,suis munerib. optimè fungi nequeat; habens,optimè fungatur: est.n.idem rex sine satellitibus, & idem doctor sine libris,sed melius cum illis agitur,si hæc adsint,neque idcirco regi satelles affert aliquid perfectionis,aut libri doctori: quinimmò res contrà procedit, sed quòd non sine illis officia sua perbellè faciunt, sunt hę caussæ seruiētes,& alterius gratia,perfectionē ab altero accipiētes,nō exhibētes:officia sūt formæ,in quib. oīs perfectio prorsus est posita. Nō valet igitur: hæc substātia, cùm habeat oēs oīum prędicamētorū actus,est perfecta,vel ēt sine his est imperfecta:quapropter & actus hi sunt eius perfectiones,quia sunt gratia substātiæ: valeret sanè,si per seipsos forent,neç ordinarētur ad aliud: nūc ipsa substantia per se pfecta est,& hęc in suiipsius gratiā flagitat,& impfectio ex horū absentia redit ad substantiā nō primò,sed quia sineillis ipsa nō præstat quod pōt.
B

Quęritur sit'ne forma vetus, an noua principium patibile motus. Cap. XLI.

HIC verò est,quòd tantisper immoremur,ne velut Aegyptij canes è Nilo bibunt,& fugiūt; nos quoq. rem tanti momenti tetigisse solùm,non explanasse,nec è nodis expedisse videamur. Nam quia decretum fuit anteà non nouā sanè formam,sed veterem esse caussam patibilem motus,& nuper constituimus leuitatē quæ genita fuerit,esse caussam, cur ignis in superiore loco quiescat,& repugnantię falsiq. suspicionem creare possint. Quapropter antequàm vlterius progrediamur,hæc oīa componi oportere censuimus,vt tutius iter quod restat,conficere valeamus. Etenim,si forma noua extremum est vniuersi motus, eaq. completa,iam quies adest. Non igitur noua forma caussa motus erit,sed quietis. Rursus, si natura communiter est principium, veluti potestas quædā,vnde existit quies & motus: vetus aūt quiete naturali posita iā deleta est,tunc.n. res genita est & forma vetus extincta. Non igitur natura cōmuniter est principiū,sicut potestas quędā,quo res naturales moueantur,& maneant. Nanq. esto,vt facultas sit agens: at hæc nō nisi
C vno determinatur,vbi non fuerit libera. Quapropter aut motus vnius,aut vnius quietis erit initium: si fuerit potestas patibilis, ea respicit æquè opposita. Sed neutra ex his opposita respicit. hanc.n.nouam sequitur quies: veteri adnexus est motus. Huc accedit,ꝙ forma vetus nullo modo caussa motus esse pōt. Quęritur.n.caussa motus naturalis. Atqui motus naturalis ex illo existit,ꝙ est ad naturā,quam formā nouam esse dicimus; non à natura quæ est forma vetus,& ab ea quæ finis est,res naturalis appellari consueuit. Insuper motus est actus,siue functio. Cęterum oī functioni supponitur habitus: his verò est forma noua,non aūt vetus,vnde pronunciatum est ab Aristotele & Auerroë,dans formā dare ēt locum. Postremò functio est conseruatio formæ, ꝙ si forma vetus est caussa functionis,vtique non erit eius cōseruatio,sed interitus; immò erit caussa functionis quæ inerit sibi præter naturā: quocirca ipsa sibi molietur interitum: illa altera caussa nō erit,cui secundùm naturā cōueniet: id verò absurdissimū est. Hìc video facilè ex his scopulis emergere posse qui sententiā Auerrois consectetur. Nam,si elementorū forma diuidua ponatur, erit principiū motus,anteq̄ sit absoluta,cùm posteà consummata fuerit,eadē erit initium quietis.
D Nos aūt qui nullam prorsus formā dimidi credimus,neq. item reliqua quę ex hoc placito fluunt, approbare possumus. Sed quantum pertinet ad hoc ipsū caput,ij qui ita opinantur,parum,mea quidē sententia,decretū Aristotelis obseruarunt. Dum.n.caussas mot⁹ explicaret Aristoteles,cùm in octo physicis,tum in libris de cœlo, tum ēt in iis quos de animo motuque animalium scripsit; perpetuò professus est, se explicasse naturā quæ non speciatim elementorum motus caussa foret, sed inanimorum omniū generatim & de inanimis omnib. ea pronunciauit, in seipsis habere principiū per quod moueantur & quiescant,& motus in primas species distribuit animantiū,& inanimorū: mox inanimorū motus in simplices & cōpositos partiuntur. Attamen quantum spectat ad id,vt habeant in seipsis initia motus, quapropter naturalia sunt, pari sanè gradu procedunt. Si igitur ex eo forma est caussa motus,quia diuidatur,& modò imperfecta sit, in progressu perfectio paretur,in extremo iam peruenerit ad summum, &, dum imperfecta est, efficiat motum; absoluta verò sit caussa quietis: equidem puto, aut mixtorum formas intendi & remitti,aut caussam motus, & quietis in omnibus animo carentibus non esse communem. illud eorū placitis obstat; hoc iudiciū Aristotelis enertit. Accedit eodem,ꝙ illi quod iā de leui genitū est,tribuit Aristoteles, quòd faciat esse in certo loco. esse autem in loco potius est affine quietis, quàm motus.

Igitur huic nos tāquam firmiori parieti adhęrentes illud recipiemus, ꝙ generatim de caussis motus in omnibus inanimis ad differentiā principiorum motus in animante decretū sit. naturam esse principiū patibile motus & quietis, & sigillatim docebimus, quemadmodū vtraq. forma, vetus & noua se habeant & ad motū, & ad quietem. Hoc vnū tale est, vt ei nemo refragari queat, formā simpliciter esse caussam quietis. Nanq. hæc est functio perfecta rei naturalis quæ formam consequitur, vt vmbra corpus, ad quam sic se habere quietē dicimus, vt ex ipsa pendeat sicuti cō sequens, qui modus producendi materiam, patibileq. principium imitatur, proinde etsi quies est *ἐνέργεια* & functio, est vt functio quæ perpessionē imitatur, non actionē, eoq. maximè, ꝙ eius est à quo est, nec alij cōmunicatur, & potius habet illud *ἐνεργείας*, ꝙ indiuiduo consistit, & tota simul, vt terminans infinitatē & extentionem motus. Verùm ꝙ motus est res multò magis varia, multoq. plura habet capita, de ipso etiā multò plura dicenda sunt, & quāquam motus ob duplicē caussam fit in elemento, dum gignitur, & postquam genitū est, sed postquam genitum est, per accidens, & ex impedimento mouetur: per se, dum gignitur. Quantum attinet ad motum, qui est elementi geniti: eadem ratio, atque illa quæ de quiete allata fuit. etenim per se est *ἐνέργεια*, & functio, per accidens est extentio & motus. Quod verò spectat ad motū, qui fit per se, repetendū est in oī motu duo respici oportere terminū & viam. terminū qui per se indiuiduus est; viam quæ habet extentionem. Terminus aūt aut est perfectus, qui continet omnem motū, aut imperfectus, qui est idē àc mutatum vel genitū esse, quanquam omnes cōmuni nomine habitus quandoq. exprimuntur, [a] hi verò cùm participent vltimū & absolutū terminū, & quādam actus imaginem pręseferant; re vera partes formæ sunt, & in materiā rectius referuntur: etenim forma est vniuersæ mutationis extremum. His profectò respondent pro portione gradus officij sui; sed non partes motus; verùm termini & mutata esse quæ potius cū quiete congruunt, & functio quę posita est in indiuiduo, licet imperfecta. Quamobrē, quia non sunt, forma, sed pars formæ, & materiæ vicem sustinent, siquis caussā illam motus formæ, non adscribat, non poterit iure accusari. Sed, si formę velit assignare caussā motus, quòd à forma, cuius sunt partes, acceperint aliqua rationē actus, idem erit iudiciū de motus caussa faciendū, quod suprà fecimus de forma noua. erit.n. motus, seu potius eius terminus energia, & ex illo sic pēdebit, vt energian ex forma pēdêre docuimus. & ita se habebit ad eā motus, vt ad caussā eius quod non est quidem motus; sed sine quo non existit motus. itaq. secundò non proximè motus ex forma noua pendebit. At verò quia materia per veterē formā, vtpote contrariā est in potentia, certā in se priuationē continens, quapropter ēt motu quodā determinato cietur, forma vetus erit prima caussa motus: prima inquàm, si cum forma noua cōferatur. sic.n. habet in se ipsa propter eiusmodi potestatem extentionem, & repugnantiæ radices, vnde successio nascitur in motu. Nanq. fundamentū est potestatis, cuius ingeniū est, vt semper actū respiciat: itaq. & actu terminatur, & ab actu promouetur ad actū, & actu nititur. actus aūt quo nititur, est forma vetus. His ita constitutis veniamus ad obiectioneis. Ad primā verò sic dicendū putamus. Formam nouā caussam esse motus hisce legibus acceptis, ꝙ sit caussa quatenus termini illi imperfecti, siue genita esse, & habitus vltimo prægrediètes actum participāt, qui totus in forma absoluta continetur, & quoad sine terminis illis imperfectis non extat motus. Neque verò motus caussā puto statuendā esse formā nouam, ꝙ illa terminetur omnis motus: nam tum reputanda non est natura; quippe quæ moueat, vt finis, & vt caussa externa. Sed hîc quoq. est, ꝙ consideremus, quemadmodum forma noua sit caussa motus: quoniam item hic modus qui descriptus est, non caret suspicione. Siquidem natura sic explicetur. Principium motus eius in quo est primò. quandò neque primò, neq. vt in eo in quo est, noua forma sit caussa motus. Nam quod ante formā absolutam existit, ab efficiente videtur existere, & ab alio pendêre ita, nisi vrgeretur ab efficiente, fortè deperiret. Præterea si caussa est motus, per genita esse, quæ non sunt motus, sed aliquid motus: ergo natura nō est principium motus primò. Verùm ad hæc ita dicendū est, esse quidē ex alio, vt ab alio partes formæ iam factas, sicut & formā ipsam, neque hoc est esse naturā: cęterùm ita ab alio esse, vt ex alio sint, hoc est, per materię transmutationē, & secundùm materię potestatē, & quatenus actus ille, seu gradus perfectionis est factus materię pro prius, sic est natura, & motus ex illo cuiuimodi fit, est naturalis, in eo differens à non naturali, ꝙ in hoc nihil immutatur de potestate materię. Quapropter latet in argumento vitiū, dum assumitur ita pendêre parteis illas formę, quasi non hęreant materiæ, & simpliciter sumitur id quod verū est adhibita conditione, nimirùm vt ex alio per materiæ mutationem. Quantū verò est de eo, quòd forma non videatur esse principium motus primò, cum sit mutati esse & functionis quę nō sūt partes motus. Ambiguitas partium nos decipere posset. Etenim partes in motu, vel sunt materię, & magnitudinis, vel sunt constitutionis & essentię: fateor planè mutata esse, & actum, vel energian, nō esse parteis magnitudinis in motu, quòd tales partes in continuo continuus quoque sint necesse est, sed sunt prorsus ex eo genere partium quæ constituunt. Ita igitur forma noua facit motum, quia facit partem constituentem motum. At natura est principium motus primò,

Certè,

Margin: E; F; [a] 9. Met.; G; H

A Certè, si naturam assumas generatim & indistinctè quæ materiam formamq. cõplectitur. Ex illa fit motus primò, & adæquatè, quoniã forma est caussa eius partis quæ terminus est, & esse mutatum; materia verò successionis & extentionis. sed sigillatim vnaquæq. est primò. i. citra mediũ, caussa motus suo quæq. more: sic caussa motus, quòd præstet aliquid, vnde constituatur motus. Neq. singulæ naturæ seorsum sufficiunt ad propagandũ motum simpliciter. Veruntamen cùm vtræq. naturæ concurrant in officio suo faciendo, & ex vtriusq. præsentia partes omnes existant quæ constituunt motum: idcirco natura simpliciter dicitur esse principiũ motus primò coniunctim, non seorsum, quod quidẽ respexisse videtur philosophus in ea definitione, quia nob. notior esset vniuersus motus, partes aũt quæ ipsum constituerent, ignotæ & adhuc plurib. explicandæ. Secunda dubitatio sic tollitur. Nanq. iam constitit, vt forma simpliciter sit caussa quietis, seu vetus, seu noua: est. n. caussa quietis illius quæ sibi conueniens est, vt forma terræ, q terra maneat in inferiore loco, cui, si accesserit ignis forma, ex hac sequitur, vt locus superior illi conueniat. Motus est ex illis, vbi intercedat materiæ permutatio. Atq. ita variis modis habentes motum faciunt & quietem, & quies sanè veteri adhęret, quatenus integra est; motus, vbi afficitur materia per potestatem quam in seipsa retinet ad oppositum. Quapropter & natura tum materia, tum etiam forma sunt facultates patibiles & opposita respiciunt. Neque verò quòd audieris formam veterẽ per potestatem quam habet ad oppositũ efficere motũ, vereri debes, quominus & hoc pa

B cto natura sit principiũ motus primò: siquidem potestas sit ratio principij, non instrumentum, aut aliquid extrinsecùs, quod in ipsa natura quippiã ponat. Ad obiectionem igitur; liquet accipi naturã, non omnib. modis consideratã, neq. simpliciter, quemadmodum in Aristotelica definitione posita est. Ad tertiã sic respondemus. Naturalem denominari à natura, q sit ad naturam, non ex natura, duplicẽ habere sensum. Primùm, qui motus, qui sunt naturales, sicuti forma terminantur, ita quoq. denominẽtur ab ipsa, vt albefactio ab albedine, & à caliditate calefactio, & hoc pacto dicuntur ab eo ad quod sunt, atq. alterum, q motus dicatur naturalis hoc ipso nomine, id verò non est eò, q sit ad naturam, neque. n. est motus naturalis, quia sit in naturã simpliciter, sed quia cõsequitur naturã, & est ex natura, quòd est huius naturę proprius. Itaq. peccat argumentũ secundum non causã vt caussam illi tribuens quæ tribuere non oportuit, illa separans quæ tribuenda fuerant. Diluitur aũt quarta obiectio, q habitus ab Aristotele tam absolutus, quam imperfectus ille vocatur, quatenus actum summũ, & habitũ perfectum participat, qui etiam forma dici solet, vt cùm dicitur: Dans formam dare appendices, accipitur. n. forma imperfecta quę est ambiguè forma, nec forma simpliciter, sed cum adiecto quod affert repugnantiã, vt si dicas manũ

C lapideam: sic, cùm dicitur forma fluens, & forma imperfecta, & hęc motui supponitur qui item est functio imperfecta. Dicimus verò ad vltimum: Motum esse salutẽ, quia functio secundùm naturam, non esse sumendũ simpliciter, immo motus affert interitum.[a] sed spectandas esse caussas, vnde deriuatur, & quantum est de caussis internis de quibus nunc ipsum verba facimus, eæ subeũt rationẽ potestatis, aut actus. Est igitur motus eius interitus, quo fundatur ratio potestatis. Nanq. in motu seu primò, vt fit in quaq. specie motus per se ipsam considerata, seu secundò, vt fit in motu elemẽti, qui sequitur substãtiæ mutationem, sẽper amittitur de termino à quo cui potestas innititur, & de actu illi opposito cõparatur: nanq. in albefactione amittitur, nigrũ primò, quo nititur potestas ad albedinẽ: in motu ad locũ, amittitur forma vetus, qua fundatur potestas ad formã oppositã, & functiones quæ illam consequũtur. Est aũt functio cõseruatio caussę illius quæ rationẽ habet actus, siue ĩperfecti, o, dũ res gignitur, & est mot°, siue perfecti, postq̃ res genita est vt est quies. Nã tũ bene se habet, cùm est in officio. Nolim tñ te obliuisci motũ esse salutẽ ei[a] ea ex parte qua cõtinet aliquid facti, & ἐνέργειαν, qua rõne pendet à forma noua, aut eius aliqua

D parte, vt suprà cõstitutũ est. Atq. hactenus à nobis explicata sunt vtriusq. naturæ officia: restat nũc, vt aliorũ sententias recensentes indicemus, q̃ longè dissentiant ab iis quæ iã decreta fuerunt.

[a] 4. Phys.

Recitantur opiniones quorundam credentium motum inanimi obiri ab interno principio. C. XLII.

QVOD elementa dum fiunt, quoniã imperfecta sũt, egeant externi motoris sine quo illorũ forma nõ possit in actionẽ erumpere, gratis quicunq. cõcesserit. Sed quòd oĩs motus, postquam illa perfecta fuerint, ab extrinseco mouẽte nascatur, ardua nimirùm petitio videatur. Nam sicuti perfectũ ob id ita dicitur, quia nihil ei desit, tum quod ad substantiã pertinet, tum ẽt quoad oĩa illa munera obeunda ad quę institutũ est à natura: sic elementa, cùm perfecta sũt; existimandũ est, oĩa quę sibi naturaliter insunt, absq. externo auxilio præstare posse, natura sibi cuncta liberalissimè subministrante. Hæc videtur aliquando fuisse professus ipse Aristoteles qui apertissimè testatus sit, elemẽta moueri suapte natura cõuincunt id rationes efficacissimę, clamat sensus. Quapropter q secus sẽserit, plũbus prsus in physiologia cẽsẽdus sit. Et quãuis aliquod extrĩsecus eorũ mot° adiuuare cõstet, est illud totũ occasio quidẽ mouendi, non aũt principiũ motus: non secus atq. si eques, vbi dimittat habenas equo, ipsũ mouere dicatur, cùm tñ per seipsũ cõcitetur.

Etenim, nisi quid impediat processum elementi, dũ gignitur, simul tẽpore, licèt natura posterius, elementũ genitum est, & in suo loco: quòd si per vim è loco suo pellatur, aut dum gignitur, etiam vetetur, quominus in suũ feratur locũ, donec genitũ sit; manet elementũ, sed quoniam extra suũ locum est præter naturã, cupit adipisci statum naturalem. non põt, quoniam impeditur: tolle impedimentum, iã ipsum per sese promptè se conferet ad suũ locum, & è potestate quam habebat, in actũ suũ ex seipso deducetur: ea verò potestas est secũda quæ iam dirigitur ad actũ secũdum. Nam postquam genitum est, habitum contraxit, & est in actu primo. Assensisse quoque videtur Alexander [a] eidem placito, cùm comparat habitum efficiendi facultati, nanq. id pronunciatum ab ipso est cum Aristotele, nisi quòd, non alterius est motrix, sed eius, à quo habetur, vt credi possit, formã habere vim mouendi, cùm ipsa sit habitus, id in quo est. Attestatur item his ratio. Quoniam id per se operatur, quod habet in seipso functionis suæ primordia: atqui elementa sunt huiusmodi: constant.n.eo tempore ex materia & forma, quarum alterius officiũ est pati, alterius verò efficere. Cęterùm hæc sunt duo sufficientia principia composito suæ cuiusque functionis. Ergo per se operantur quęcunque è talibus principiis constituta sunt. quòd siquo egeant alio, id oẽ est accidẽs. Confirmatur insuper: qm̃ id dicitur per se moueri quod cõstat è duabus partibus, altera nimirùm quę moueat, atq. altera quę moueatur: atq. ita vt quod ex hisce partibus cõstatũ est, per se quoq. cõcitetur: elementa verò è duabus hisce partibus cõstituta sunt, materia videlicet & forma. Planum ergo est, quòd ipsa per se mouentur. Præterea functiones sunt indiuiduorũ; ergo totum se mouet. Postremò simplex motus corporis simplicis: ergo elementa simplici motu aguntur, ob eamq. caussam suo ipsorũ proprio. Mouent igitur se per se. Nec parum difficultatis hæc mihi faciunt. Primùm, quia, si requireretur aliquod extrinsecum mouens, formæ naturales carerent propriis functionibus. Neque est, quòd confugiamus ad ipsum remouens prohibẽs, aut medium quæ faciant, vt operentur secundùm modũ sibi conuenientem, quoniam vtrunque eorũ per se est indifferens, & grauia mouet deorsum, leuia verò sursum. Rursus probari non posset numerus corporum simpliciũ ex numero motuũ, nisi proprius esset cuiusque corporis motus, & à sua forma. Et quod omniũ maximum est: quoniam si mouetur elementum iam genitũ ab alio, mouetur quidẽ à remouente prohibens, sed ipsum sibi remouet prohibens, vt quando præ pondere lapis frangit funẽ cui fuerat appensus. Ergo à seipso mouetur, & à seipso maximè, quoniam is est ordo inter mouẽtia per modum efficientis, vt id quod prius mouit, sit etiã potius. Nam quòd moueatur à seipso patet: quoniã fractio tentionẽ sequitur, ea verò est motus ad locũ. Ergo quod tendit, loco mouet; at quod ita mouit, etiam in mouendo mouetur. Necesse igitur est, vt moueatur lapis tendens primũ funem, deinde fractio consequatur. Mitto nunc eos qui caussam omnem motus attribuunt loco: propterea quòd ipse mouet, vt finis. at nos hìc conficientes caussas vestigamus quæ scilicet elementũ à primo actu ad secundum proximè traducant. Quòd si obiicias in oĩ motu mobile responsare mouenti. At materię suę formę non resistit. Ergo materia non mouetur à forma quam in se habet, etiã suppetit quod ad hoc dici possit. Materiam quidẽ simpliciter acceptam non moueri, est.n. per se potestas quæ moueri non potest: sed, quatenus est sub tali forma: sic.n.ab actu solùm ratione, non autem reipsa secreta est, ideoq. capax est motus, non quidẽ, vt ipsa simpliciter moueatur, sed quatenus informata est; quapropter & per ipsã mouetur cõpositum. Mouetur autem non per se primò à seipso, quia nil tale datur in natura: ne sit in eodẽ subiecto repugnantia, eodemq. tempore maneãt simul actus & potestas, ad idem: ob eamq. caussam sit & non sit eodẽ temporis puncto: fieri.n.id nullo modo põt, sed per se quidem, non aũt primò: quoniã pars vna mouet, altera aũt mouetur. Verùm quia pars illa quæ mouet, mouetur etiã ad motum eius quam ipsa mouit. Idcirco in toto nulla pars est quæ non moueatur quidẽ; non tamen vnaqueq. per se mouetur, sed vna per se, altera autẽ per accidens. Pręterea quoniã pars quæ per se mouetur, non mouet; ideò totũ se mouet, & totum à se mouetur, sed se mouet forma, à se verò mouetur materia. Veruntamen neq. forma mouet, neq. materia mouetur sine auxilio mouentis extrinseci. Quo fit, vt non à se ipso simpliciter inanimum moueri dicatur, sed ab alio; hoc aũt non vnicum est, sed geminum: nanq. primum id est quod aufert impedimentum, atq. alterum, ipsum medium per quod fertur. Hæc ad summam est præstantissimorum Auerroistarum sententia à nobis quàm breuissimè collecta. & ea, quibus id quod intendunt, confirmant, & id quod contrà dicitur, refellunt.

[a] 5. Met. C. de potentia.

Opinio Burlei, atque argumenta ex Aristotele contrà positiones Auerroistarum recitantur. Caput XLIII.

ALII nonnulli fatentur quidem elementum diuidi in duas parteis, alteram sanè quæ per se moueat, atq. illi respondentem alteram quæ per se moueatur, sed in eo discrepant à superioribus, quòd dum elementa gignuntur agitentur à sua forma; postquàm verò genita fuerint, non

A non amplius ab ea concitentur: verùm à virtutibus suis, grauitate scilicet & leuitate quæ fatentur ipsi referri ad accidens, nihilominus nil esse, quod veret, quominus sint principia secundę huiusce motionis quę fit, postquàm absolutũ est elementum. Neque illis desunt rationes probabiles quibus persuadeantur. Nanque illud pro potissima caussa est habendum quo posito ponitur primò, & quo sublato, primò item tollitur effectus. Sed positis atque sublatis ab elemento grauitate, ac leuitate ponitur aut tollitur primò motus naturalis. Ergo hæc naturalis motus initia sunt habenda. Probat assumptionem huius argumenti Burleus hoc pacto. Quoniam in mixto superstites sunt grauitas & leuitas, aboleris elementorũ formis (hoc aũt, quòd à plerisque probatur, in præsentia concedamus) & tamen ea mouentur adhuc secũdùm naturam. Deinde quod est principiũ per se quietis, etiam est principiũ, vt res eò moueatur, vbi manet, sed grauitas & leuitas sunt principia quietis. Igitur etiam sunt principia motus. Illud.n.est quietis initium per quod resistit auellenti rem è proprio loco. Sed terra per grauitatem resistit, [a] Ergo grauitas est principium per quod terra quiescit. Tum ab eodẽ modo proficiscitur motus à quo nascitur velocitas. Sed velocitas à grauitate leuitateq. proficiscitur. Quamobrem ab iisdem caussis in elemento motum inesse fatendum est. Assumptio probatur. quandò his auctis augetur item velocitas, vt quasi per eius loci conuersionem. Sicuti se habet simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maximè ad maximè, & contrà sicut maximè ad maximè, sic etiam magis ad magis, & simpliciter ad

B simpliciter, maxima grauitas maximę velocitatis caussa, maior maioris, ergo & grauitas simpliciter velocitatis simpliciter caussa ponenda est. Propositio verò videtur ex eo consequi fidem. Nam quod dat consequentia, dat etiã antecedentia: velocitas aũt est quædam res quę consequitur motum. Nec aliena sunt ab hac sententia verba ipsius philosophi. Nam dixit aliquando, quod iam leue est operari secundùm leuitatem. At quid aliud sibi volunt hæc, quàm moueri ad suum locum, aut in suo loco manere? Itaque cùm leue sit per leuitatem operetur, planum est, leuitatem esse caussam motus elemento in suum ipsius locum, & quietis in eo. Quin etiam idem Aristoteles accipit, corpora grauia à grauitatibus suis agitari. Postremò, cùm dissereret Aristoteles de caussa rotunditatis terræ, cõcludebat partẽ superiorem grauitatem inferiorem opprimere, atque ita centrũ versus agere. Obseruo hæc etiã à iunioribus adiungi. Neque.n.manet, inquiũt, extrinsecum aliquod principiũ, dum ruit lapis: quamobrem aliquod interius oportet esse à quo agitetur, aut igitur id est forma, aut accidens, vt grauitas. Atqui forma non est, quòd in animo carentibus forma vim efficiendi non habeat, grauitas igitur. Eam verò sic concitare dicunt elementum, quasi sit virtus elemento impressa, veluti vis indita sagittę ab ipso proiiciente, sed grauitas

C à generante imprimitur, idcirco vis sagittæ impressa præter naturã inest, grauitas aũt est naturalis: ita vt se habeat tanquam virtus in semine quæ possit afficere, atq. mouere materiam fœtus. Hæc ea sunt quæ in Auerrois secta, quę profitetur, elementa moueri à se ipsis; auctores non ignobiles inuenere, vt contineant ea quæ secundùm naturã mouentur, caussam nimirùm quę motum efficiat, siue ea perfecta, siue imperfecta ponatur. Contrà quos illa solent afferri quæ de hac ipsa re disserens Aristoteles apertè conclusit. Primùm. Quod diuiditur in partem per sę mouẽtem, & partem per se motã, ex se tãtummodò mouetur. Animans solùm in eas parteis diuiditur. Ergo animans solùm ex se mouetur, vsque adeò, vt cognitio & motus qui à suis ipsius initiis administratur, animal ab iis quæ non sunt animalia, secreuerint. Deinde quod se mouet etiam se sistere potest. At inanima seipsa non sistunt. Vbi.n.è manu proiicientis, aut omnino è potestate prohibentis elapsa fuerint, nunquam cessant: nisi cùm in sua loca peruenerint, ni fortè, & iterũ præsto sit quod impediat. Nanq. eundem esse fontem quietis & motus, cùm sint opposita, seu potius inter se ordinem habentia, censendum est. Id verò perspicuè comperitur inesse in animali, quandò

D ipsum & è suo loco per se mouetur, & vbi vult, etiam manet: inanima, cùm in suo loco existunt, inde non nisi vi diuelluntur: eodemq. non nisi dimissa reuertuntur, & id prętereà quod mouet, sedat & sistit, vt ego, qui moueo calamum, ipsum quoq. sisto. Vt igitur animal aliud mouet & sistit, sic etiã si mouet seipsum, se quoq. sistere potest: ac nisi id fiat, vt, si rueret præceps, ille quidẽ motus ab animali non est, verùm secundùm naturã corporis, per q̃ mouetur ab alio, ideò quoque opus habet, vt ab alio sistatur. Tum tertiò quoniam ea quæ per se mouentur à seipsis, mouentur ad plureis loci differentias, & pluribus motibus. Perspicuum.n.est, animalia esse huiusmodi quæ tu cernis oẽs corporis parteis quoq. versus agitare, & ad omneis loci differẽtias cieri posse. Quapropter etiam existimauit Plotinus, animũ habere vim mouendi corpus in orbem animi cęlestis officia ad nostrates animos transferens imprudenter. eademq. plureis habẽt motus, tum in toto, tum etiã in partibus: cùm modò rectà progredi, aliàs ascendere, nonnunquam descendere soleant, & attollendo, & deprimendo, tendendo item, ac flectendo, trahendoq. & pellendo partes corporis, varias illis tribuere motioneis. Adde etiam plantas: nanq. & illarum motus à seipsis obeuntur, dum.n.augentur, in omnẽ loci differentiam sese porrigunt. Postremò quod per se mouetur, diuidi oportet in partem actu per se mouentẽ, & in partem per se motam. At inanima nihil

[a] Lib. de motu an.

hil habent huiusmodi. Propositio verò probatur ab Aristotele. Quoniam quod per se mouetur, habet in se initia cum efficiendi, tum etiã excipiendi motum. At hęc, si debent sese afficere, hoc est, si vnum acturũ sit, alterũ verò passurum, separata sint oportet, neq. ratione solùm, aut potestate, sed reipsa & actu. Inanima verò formas habent prorsus, cum materia connexas, ideoque indissolubiles, & eiusmodi quæ neq. in officiis, neq. reipsa diuelli queant à materia. Non possunt igitur constare inanima è parte mouente, & è parte mota. Quamobrem id consequi necesse est, vt non à seipsis, sed ab alio necessariò moueantur secundùm naturam. Hoc igitur Aristoteli placuit, quod multò ante Platoni item placuerat, [a] nam distinxit aliquando animata ab inanimis, quòd hæc extra se initium sui motus haberent; illa verò intra. ὧ γὰρ ἔξωθεν, inquit, τὸ κινεῖσθαι ἄψυχον, ᾧ δὲ ἔνδοθεν αὐτῷ ἐξ ἑαυτοῦ ἔμψυχον.

[a] Phœdr. 10. l. de leg.

Communiter ij confutantur qui putant inanima quoquo pacto continere in seipsis caussam quę faciat motum. Caput XLIIII.

HAEC ex ipso Aristotele deprompta rem vniuersam abditissimis tenebris immersere: nanq. & ad defendendas superioreis sententias illa excogitari oportuit, quę nescio equidem, an satis firma sint. Audiamus igitur eos, vt ipsis communiter reprehensis, posteà sigillatim in singulas sententias disputare possimus. Conuenit ergo inter omneis huiusce sectæ viros; sunt verò qui se Auerroëm tueri profitentur. Nanq. ab ipso primùm occasio disputationis huiusce exorta fuisse videtur. Neque.n. meminere Philoponi qui contra omneis Atticos idem de elementorũ motu decreuit. Nanq. apud illos hæc res dubitationẽ non inuénit. Conuenit, inquam, inter ipsos. Inanimum in partem per se mouentẽ, atq. in partẽ per se motam diuidi, siue pars ipsa mouens sit forma, vt video plerosque putare, siue accidens, vt grauitas & leuitas, id quod obseruo primùm in Burleo. Quanquam iudicio meo præstat opinio illa prior ob eas caussas quæ infrà exponentur. Deinde rationeis Aristotelicas in eã partem accipi, vt non simpliciter, verùm cum aliqua lege cõcludantur. At verò priusquàm leges istas audiamus in primis Aristotelis ipsius sententias, & progressum diligenter exploremus. Ita igitur nos persuadet eiusmodi rationum ductus. Nam cùm id quod per se mouetur, sit duplex; aut quod à se mouetur, quia scilicet habeat in seipso principia sui motus quæ sunt pars mouens, & pars mobilis, aut quod mouetur nõ ex aliqua parte magnitudinis, sed ex toto: primùm diuidit Aristoteles ea quæ mouentur, vt ex toto, non ex aliqua magnitudinis parte moueãtur, inquiens, aliqua moueri à seipsis, ab alio nonnulla, seu vi, seu natura, nihil hîc vetat. Rursus rediens ad illa quæ per se, idest, non ex parte mouentur, ea distribuit oppositione secunda, quia nonnulla secundùm naturã moueantur, alia vi quadam agitentur, & contrà naturam. Quæ sanè partitio si pro Aristotelis ipsius admonitione spectetur, prohibere debet, quominus arbitremur hæc esse reciproca, suapte natura moueri, & agi ab interno principio, atq. ex alia parte violenter, & ab alio cõcitari. quòd cùm sæpius idẽ genus repetitur, indicat, mẽbra primæ diuisionis cum mẽbris alterius permisceri, atq. confundi. [b] Illud planè verum, id quod contra naturã mouetur, ab alio prorsus moueri, atq. illud, quod à seipso mouetur, suapte natura cieri: quanquam id ex toto, non aũt singulis ex partibus eueniat. Ac si in alium sensum accipiatur ea distributio, prçter id quòd mira inconcinnitas inseretur in contextum, si inanis, eiusdem partitionis iteratio fiat; item Aristotelis inconstantiã significare poterit, qui quidẽ præcepta dederit quæ prorsus inutilia sint, aut ea non seruauerit quæ ipse dederit, & primus suę legis vincula fregerit. Et certè si cõmeant illa, non sic diuidundum fuerat, vt ipse fecit; satis.n. fuisset, si ita dictum foret. Quæ per se mouentur, aut à seipsis, aut ab alio mouentur. Ea verò quæ à seipsis aguntur, suapte natura, quę aũt ab alio violenter: fuisset.n. suapte natura moueri non eius proprium quod per se mouetur, nec item ab alio moueri, sed illud eorũ quę mouentur à seipsis; hoc autem illorum quę mouentur ab alio. Præterea si staret ita diuisio, non præstaret nobis Aristoteles id quod expeteret, aut certè longiore via perficeret, frustraq. tota theatra sępius cõmouisset clamás, methodos esse naturæ imitatrices, quare nihil ab eis redundans esse expectandum. Nanq. in primum mouens 8. Phys. vniuersus Aristotelis sermo contendebat, & ab his quæ sunt inanima quæ voluit ab alio moueri, resoluit eã demonstrationẽ inanimata, quorum more primum mobile mouetetur, ea verò sunt quæ à seipsis quidẽ mouentur, sed tamen pars mouens adhuc mobilis est; cùm satis fuisset, si ab iis quæ natura mouentur, proximè ad primũ mouens peruenisset, quòd in eis foret vtraq. pars. Sed ipse ab iis quæ mouentur ab alio, hæc aũt credimus esse inanima ad illa venit primùm quæ putamus esse animalia. ex quorum motu de primo mobili iudiciũ ferri posset. Accedit eodẽ, quòd moueri à se, & ab alio non minus inter se disiuncta erunt, quàm suapte natura moueri, & contrà naturam. Igitur etiam proprietates eius quod à seipso mouetur, ab iis erunt alienę quæ mouentur ab alio, illius aũt proprietas quod à seipso mouetur, inter alias hæc est, diuidi in partem mobilẽ, ac mouentem. Quapropter id quod in eas parteis non secabitur, ab alio

[b] 1. de par. an. 7. Met.

A alio planè mouebitur, & præter naturā, sed cùm inanima nō diuidantur in eiusmodi parteis, nunquam secundùm naturā moueri poterunt: aliter falsa illa oīa forent, & admodū lubrica quæ postea de inanimis assumpsisset, & nouis rationibus confirmare conatus esset in eo proposito manens, & q̄ ab alio moueantur, & quòd in tales parteis nū secentur, aut si defendisset oppositum; illa profectò quę tantis machinis erexerat, aliquando demolitus esset. Sed quid tāto conatu opus est in re perspicua? perge obsecro, videbis Aristotelem paullo post ita scripsisse. καὶ τῶν ὑπ' ἄλλου κινουμένων τὰ μὲν φύσει κινεῖται, τὰ δὲ παρὰ φύσιν. idest ex iis quæ mouentur ab alio, quędam suapte natura mouentur, nonnulla contra naturā, & mox τῶν γὰρ ὑπ' ἄλλου κινουμένων. τὰ μὲν παρὰ φύσιν ἐθήκαμεν κινεῖσθαι, τὰ δὲ λείπεται ἀντιθεῖναι ὅτι φύσει. hoc est. Ex iis enim quæ mouentur ab alio, hæc quidē posuimus præter naturā moueri, illa verò reliquum est, vt opponamus, quia natura, vt tibi de partitionis illius veritate ne minima quidē suspicio in animo rę stare queat. Præterea q̄ absolutè inanimū in duas illas parteis secari nequeat, illa mōstrant quæ mox Aristoteles ipse adscripsit ad verbum. Videtur. n. inquit, vt in nauibus & in iis quæ non natura constāt, siue artificiosa sint, seu quæ ipse spontina vocat, sic & in animalibus esse diuisum id quod mouet, & id quod mouetur. & sic totum mouere seipsum. Eius verba sunt ista. Ἔοικε γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς πλοίοις καὶ μὴ φύσει συνισταμένοις, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ζώοις εἶναι διῃρημένον τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον. καὶ οὕτως τὸ πᾶν αὐτὸ ἑαυτὸ κινεῖν.

B Atque equidem cùm manifestè perspiciamus esse aliquod primum in animali quod cęteris quiescentibus agitetur, cętera verò illius primi officio vacante esse immobilia, nec in animo carentibus esse quicquam huiusmodi, rectè constitutū est, inanimante solo separatū esse id quod mouet, ab eo quod mouetur, non modò ratione ipsa, verùmetiam re: atq. hoc id esse quod à se ipso moueri possit. Maximè aūt (adscribit) dubitatur, reliquū postremę diuisionis mēbrum, vnde. s. motus naturales grauium leuiumq. suscitentur. Hoc verò non ob aliud quàm quòd in illis pars mobilis à mouente disiuncta non appareat quæ prima caussa est, cur à seipso quippiā agitari contingat, quæ cum inanimante solo reperiatur, facit, vt à seipso moueri propriū sit animantis. Quin potius si rem maiore diligentia perpendamus, ab Aristotele demōstratio videatur allata quæ nascatur ab initiis, & nobis simul, & natura prioribus. Etenim hæc accipit Aristoteles pro reciprocis animatum esse, moueri à seipso, & diuidi in partē mouentem, ac mobilem. Itaq. sic confici poterit argumentum. Subiectum animatum. A seipso moueri, attributum. Caussa, diuidi in vtranq. partem. Ergo quicquid diuiditur in parteis mobilē ac mouētem, id à seipso mouetur. Animatum in vtranq. partem secatur. Et mouetur igitur à seipso.

C Diuidi aūt in vtranq. partem, & nobismetipsis clarum est, & in cęteris animantibus, vt id probare non expediat. Eam verò caussam esse ex illo constat. Neque enim quicquam reperiri pōt quod à seipso primò moueatur. Quare aut ab externo moueri oportebit, aut in vtranq. partē necessariò diuidetur. sed nos de illo agimus quod à seipso mouetur, non autē ab externo. Accedit etiā quòd id quod per se mouet, & quod per se mouetur, actu esse debet. Ob id mutatur materia solùm, non aūt mouetur, quia sit potentia. Sic in animali portione respondet, siue animus qui ibi residet: est etiā corpus organicum quod itē est actu. Proinde monuit Aristoteles animalia nō esse simpliciter vnū, sed vnum, q̄ ab vno, & quodammodò per adiunctionem: cùm ab illo primò quod est cor, partes aliæ pendēre perspiciātur, & originē planè ducere. Conuerte modò te ad inanimū, quid in illo distinctū apparet? quid est in eo quod moueat, cum sit actu à re mobili separatum? num'ne forma, quæ cùm materia ipsa diuiditur? Immò si illa cōmeant, qualia accipiuntur ab Aristotele, profectò nec inanimū in duas illas parteis diuidi poterit, nec à se ipso cieri, aliter non esset id quod est à se moueri, & ex vtraq. parte constare ζωτικὸν & vitale, vt ipse posteà testatus est. Atq. hic ita videtur esse sensus Aristotelis, vt super hisce fun-

D damentis extructæ sint omnes illę rationes quæ in 8. lib. consequuntur, ne in vniuersa physiologia dicamus. Sed, amabo te, animaduerte progressum Aristotelis. Ipse dubitat de caussis motus in animo carentibus, sint'ne externæ, aut internæ, internas non esse probat, quandò id vitale sit, & animati peculiare, docet ea moueri suapte natura; addit naturā non esse principium, quod efficiat eiuscemodi motum; monstrant quod'nam sit illud mouens, quod agitet illa pro sua natura, id verò ponit generans, aut obicē remouens. Ergo motus inanimi non fit à forma, tanquam mouente, nec illud verū, si moueatur ab externo, vi quoq. motum iri, præterq. naturam. Quid aūt repugnantius, quàm si motus naturalis inanimi ab interno efficiente produceretur, hæc concludere, & ita perorare quemadmodū eo loco factum est? His ita constitutis nunc veniamus ad leges. Hîc video nonnullos oīa hæc loca sic interpretari, quòd Aristoteles ab alio moueri, non autem à seipsis inanima testatus sit, non quin ipsa principiū vtrunq. motus obtineant: habent. n. inquiunt: quoniam habent materiā quæ mouetur, & formam quæ mouet, sed quia forma inanimorū absolutè nō mouet, quemadmodū animus; hæc. n. per se ipsum in animali præstat motum, nec alterius eget auxilij, forma elemēti nō per se deducit elementū ad actū, sed ab alio extrinseco opem ad mouendū implorat, idcirco elementū non à seipso, verùm ab alio moueri prædicatur.

Ad id

Ad id verò quod de potestate & actu adiecimus, etiam dicunt, verum esse id quod opponitur, si materia, vt potestate est, accipiatur, & forma, vt extra materiam, idest, vt secreta ratione, & essentia ab ipsa materia, sed & materia cum forma capitur, & forma in materia, atque vtræq. sũt actu, ob id etiam vna mouet, altera aũt mouetur. Quantum ad primum spectat, soleo certè mirari progressum Aristotelis, vbicunq. de motu elementorũ faciat mentionẽ, qui nusquam de motu illo qui in elemento ab interno principio ministratur, neque meminerit, nisi vt de patibili principio, neque monuerit illa à seipsis imperfectè tamen moueri: ob eamq. caussam ab extrinseco. Quinimmo rationeis attulerit quibus apertissimè cõstituere videatur, ea, non nisi ab alio concitari, præsertim quòd ab alio moueri hoc pacto, non facit differentiam inter motũ animatorum, atq. animo carentiũ quę tamen futura erat, eademq. perspicua, vt ab Aristotele vsurpetur in libro de anima ad inuenienda principia, per quę constituitur animal. Nanque etsi cùm anteà quiesceret animal, posteà mouetur; ac nihil ipsum extrinsecùs agitare constet: tamen id falsum est. Siquis.n. rem diligentius obseruet, conspiciet semper aliquid eorũ quæ congenita sunt, moueri in animali: huius aũt motus, ipsum animal caussa non est, sed cõtinens fortsitan.[a] Proinde necesse & multos excitari motus in corpore animalis à continente, secundùm quos per se ipsum non mouetur, & præter continens, ẽt adest alimentum. Nam dum coquitur, dormit, dum verò disgregatur, excitatur, & mouet seipsum, cùm primùm motũ fuerit ab externo. Externum.n. alimentum eo tempore habendũ est, quia non dum in partẽ viuentis transierit. Tum præterea quia motus ille à specie obiecta plerunq. nascitur, vt cùm à strepitu animal excitatur. Quare neque semper animalia mouentur à seipsis, neq. item à seipsa simpliciter, sed egent quoq. mouentis externi, ad obeũdum suum ipsorum motum. Et tamen à seipsis animalia moueri dicitur, neq. moueri ab alio, quanuis egeant externi. Non igitur ẽt quia mouerentur inanima ab extrinseco concurrente, debuisset Aristotelẽ cõmouere ad statuendum ipsa moueri ab alio, quandò item animalia, quanuis ab externo moueantur, à seipsa moueri dicuntur, aut, si id prohibet, quominus à seipsa dicantur, quia scilicet ab extrinseco agitentur, pari quoque ratione in re consimili dicendũ fuit, animal ab alio, non aũt à seipso moueri. Quanquam video, te hoc loco respondere posse, & causã huiusce varietatis afferre; quoniã animal, etiam si ab externo moueatur, quia tamen cõtinet illud externum intra se, à seipso moueri prædicetur. at cùm externum illud quod mouet inanimũ, sit prorsus ab ipso disiunctũ; idcirco: efficitur vt inanimũ ab externo moueri dicatur. Verùm neque hoc mea quidẽ sententia placere põt. Siquidem non modò moueatur animal, atq. id secundùm naturam ab eo quod est intra, sed ẽt ab externo, vt continente, strepitu, & omnino rerũ sensilium formis. Quòd aũt motus hic sit naturalis, pręter Aristotelis testimoniũ qui docet non tantùm, hoc motus esse naturales, sed à motu animalis alienos, & illis conuenire, quatenus corpora quędã naturalia. (duplex.n. primordium motus inest in motu animalis,[b] alterũ quod est natura simpliciter, atq. alterũ, quod est animus) suppetit etiã ratio, qua nos id confirmare valeamus; etenim omne illud agens, & omnis ille motus quæ tendunt in finẽ, atq. opus naturale, sunt naturalia, & fine determinantur qui est secundùm naturam. Sed oĩa hæc agentia, omnes hi motus ad finẽ, atq. opus naturale tendunt. Ergo naturalia sunt. Est.n. naturale opus, & naturæ finis augeri, vigilare, & sentire. Formas aũt rerum sensilium efficere motũ declarauit Aristoteles[c] aliquando, ne fortè illò confugias, eas mouere solùm, vt finem. Tametsi quid in hoc tecum pugno qui sentias formas etiã à materia secretas non modò mouere, vt finem, sed etiam vt efficiens? tanto magis igitur eas quę sunt in materia sensili propter societatẽ qualitatũ quibus agendi vis attributa est. Rursus ita dicere non esset repetere caussas ab essentia, verùm ab accidente. properteà φ caussam sui motus intra se continere est ex euento, quia nimirùm animatũ habeat organa, & sit veluti partium cumulus, non aũt sicuti quoddã continuum. cùm cęteroqui mouens ibi à mobili actu perpetuò disiunctum sit, & ab ipso per se concitetur: non est aũt verisimile Aristotelem accipere differentias animantium ab inanimis ab ea caussa quæ contineat aliquod accidens. Nam si te illò referre libeat, φ vnus sit animalis motus quo differt à cęteris animo carentibus, nimirùm progressus, eoq. solo dixeris animatum à seipso moueri, & cum reliquis motibus agatur, ab aliis quoq. rebus natura cõstantibus non discrepare: iam mecũ sentire cogeris; cùm ibi motus ab externo fiat animo tantùm præstante parteis idoneas ita moueri, mouens aũt ab illis oĩno separatum sit: aliter animus posset alios motus efficere, quàm progressum, atq. id Aristotele reclamante, hic.n. solus est organicus, cuius auctor est animus solus. Quamobrem motus naturalis ab eo principio fiet, quod externum sit, & à re mobili reipsa secretum. iam.n. intrà contineri mouens illud quod externum ponimus, nõ rei naturalis, quatenus huĩ proprium est, sed animalis primò: quoniam eius primò sunt variæ partes, & instrumenta, quod etiam te ita sentire spero, siquando animi definitionem attendisti. Neq. verò te putare velim, sicubi motus animantis ab interno principio fieri dicatur, vniuersa externa ab eius motibus excludi. cùm finis requiratur qui planè externus esse censetur. Neque.n. facit hoc, quominus à seipso moueri dicamus animatum. prima fundamenta motus

obseruantes

[a] 8. Phys. T. 51.

[b] 7. Phys. 21. Met.

[c] Lib. de motu an.

A obſeruantes quę ſunt efficiens à quo motus cómunicatur,& materia quæ motui ſubiicitur. Hoc,
puto,pluribus arridebit. Sed aliud interim ſubſcribam quod firmius eſſe arbitror, ſpeciem quæ
mouet vt finis, mouere primùm, vt ſuprà monui, tanquam efficiens,vel quòd ipſa efficiat, vel ꝙ
vtatur efficiente: verùm quia mouet corpus animantis,non quà animatũ eſt,ſed vt naturale,non
recipitur vt efficiens inter principia quæ moueãt animatum,quatenus huiuſmodi, vt finem verò
mouere ſpeciẽ conſtat,poſtquam animo ſpecies accepta fuerit. At tum ſpecies vnum fit cum ani
mo,& vnũ magis,vt aiunt, q̃ ex forma & materia fiat, quandò idem fit ſecundùm formam cum
ipſo animo. Proinde non numeratur in mouentibus externis,id ſolùm habens externi, quòd eſt
ſpecies rei quæ extra animũ eſt,cuius adeptione motus quidem terminatur, ſed cùm rationẽ ap-
petendi nõ habeat, niſi cùm tetigit animum ſpecies eius; idcirco internum motus principiũ cum
ea ratione conſtituit. In motibus animo carentiũ reſpondet huic principio locus. Nanq. in natu
ra locus propter participationẽ virtutis quæ cęlitùs deſcendit,habet vim afficiendi, &,tum (niſi
fallor) cum generante numeratur. Quia verò præfert habitum qui futurus ſit perfectio corpo-
ris ibi ſecundùm naturam exiſtentis, ita mouet,vt finis,& quidẽ vt à ſpecie refertur, externus,vt
materiæ præſentatus,ab ipſa non diſiunctus eo.ſ.modo quem nos ἀδιχῶς, alij per intentionem
dicerent,de qua re poſteà copioſius. Sed hęc in præſentia mittamus,cùm hoc loco efficiens cauſ
B ſa motus duntaxat inquiratur. Nil etiam dicimus,vbi generante ſublato moueatur elementum
ſecundùm naturã,niſi vis generantis ſuperſtes ſit in eo quod gignitur (quod quidam negat) tan-
tum.n.loci aſſequatur oportet elementum,quantũ de forma contraxerit,forma ſeipſam promo-
uere nequit: aliter idẽ ſeipſum gigneret, quo nil abſurdius,nec ſupra gradũ ſuum agit, niſi vt ab
alterius virtute agitur. Nanq. id etiam ſi volunt Ariſtoteles,& Galenus,cùm inquiunt,pro mo-
mento materiæ,in motoris abſentia fieri progreſſum; & ita agit per accidẽs non igitur vt natura,
aut ergo virtus generantis ſupereſt quod planè verum eſt,aut vlterius non progreditur, ſed ma-
teria ſuperante retrocedit,aut fit ille motus ab alio quod eſt extra mobile, neq. concurrente na-
tura,tanquam agẽdi principio. Mittamus ẽt quòd Ariſtoteles, ne verbo quidẽ breuiſsimo nobis
hanc gloſſulam ſignificauerit, vbicunq. de principiis eius quod per ſe mouetur, verba fecit. hoc
addamus. Huiuſmodi principium,cùm ſit cauſſa motus imperfecta,debere ab alio perfici,id aũt,
aut in genere finis eſt,aut in genere efficientis. At finis ipſe non ſufficit ad motum incutiendum,
ſed prætereà requirit efficiens Sic hoc quod excitet formam. Si res igitur ita ſit,non modò for-
ma erit principiũ motus per ſe primum,ſed imminebit periculũ,ne moueat oĩno per ſe: quandò
erit principium motus imperfectum, ſigno eſt,quia non põt mouere ſine alio,atque ita ſine alio
C mouere non põt, vt tum moueat, cùm ab alio mouetur. Si igitur ea cauſſa prima eſt qua primò
poſita ponitur effectus primò, eademq. prima ſublata primò tollitur: illud igitur à quo forma
excitatur, cùm ſit hũi, primũ fuerit mouẽs, forma verò ad ſummũ propinquũ,ne dixerim inſtru
mentũ, ſiquidẽ hæc ſola cauſſarũ genera moueãt ab alio mota. Quòd ſi motus ab alio naturalis
nõ eſt,ergo nullus erit oĩno motus naturalis. Nullo igitur modo forma erit principiũ motus na-
turalis,nedum ſit principiũ mot⁹ primò & per ſe; nullus.n.talis erit motus,qppe oĩs ab externo.
Sic falſa naturæ definitio reddetur,ꝙ ſit principiũ motus in quo eſt,nõ per ſe ſolùm,verùm ẽt pri-
mò,cum quia ſine medio ſit auctor motus,tum itẽ principaliter,vt placet optimis philoſophis.
Nunquid ita exiſtimabis,cùm fieri ex aliquo ſit multiplex,vt ꝙ non ſine ipſo,vel vt ꝙ ab ipſo; ſic
formã non ab externo moueri,ſed quia non ſine externo? Vide profectò,mi homo, ne teipſum
tuis laqueis irretias. Etenim docebis me primùm vbi locorũ cauſſa ſine qua nõ ad alia genera per
tineat,àc materiam & finẽ: [a] ad illam,ꝙ ſine illa non eſt bene; ad hunc, ꝙ ſine illo nihil eſt ſim- [a] 12.Met.
pliciter: at externa illa numerantur in efficientibus, aut ſi ipſa forma depellet impediens, ſe per
D accidens vtiq. concitabit; nanq. impedimenti depulſio per accidens ad elementi motũ cõducit.
Tum etiam, ſi qui fit ab alio motus, eſt violens; erit maximè violens, quia maximè fit ab alio.
Si verò naturalem eſſe fatearis,quia cum externo mouente concurrat internũ, forma nimirum;
iam non erit illud falſiſsimum; ẽtſi motus à generante fiat, aut à pellente obicem,eſſe adhuc na-
turalem. Niſi fortè opineris tunc eſſe naturalem,ſi forma concurrat vt principium mouens,non
vt patibile,vbi ego libentiſsimè diſcam,quis te docuerit tale diſcrimen & quemadmodum ea ſe-
quantur quæ generatim nõ ſemel infert Ariſtoteles. Ergo natura eſt principium patibile motus.
Quòd ſi dederis,eum motum obiri tanquam ab extrinſeco,quoniam in eo pars mouens actu ſe-
iuncta eſt ab ea quæ mouetur; re vera tamen eſſe ab interno, & ab eo quod ſubiecto vnum ſit;
nõne vides te iam incidere in id, vt facias cauſſam motus in eo quod per ſe mouetur,diſtinctio-
nem partium in actu etiam in iis quæ mouentur ſecundùm naturam, quatenus huiuſmodi quæ
pertinet ad animata ſolum? Quapropter eo motus genere ſecundùm naturam animalia ſola
concitantur: nullum tale reperitur in animo carentibus. Inferius autem docebimus, ſi ratione
ſola ſeparentur; ea non eſſe idonea principia motus. Quare neq. motus vllus in elemento, tan-
quam ab efficiente cauſſa prorſus inerit. Sic, vt puto, ſublata eſt ea ſententia.ſ.elementa moueri

ab interno

ab interno principio, quamuis non absolutè ex ipso, sed alio quodam extrinsecus adiuuante. Quantum verò est de altero, quòd materia non simpliciter ad actum ipsius vbi transferatur, posteà dicetur, cùm ipsius Aristotelis argumenta tractabimus. E

Disseritur in eos sigillatim qui glossulas adhibent rationibus Aristotelis quę ex 8. Phys. recitauimus. Cap. XLV.

TERGIVERSANTVR igitur, & velut anguillæ quędam lubricę ex Aristoteleis demonstrationibus elabi conantur, & præter eos de quibus hactenus dictum est, & Iuniores & maiores nostri simul eas non concludi simpliciter, sed cum aliqua conditione defenderunt. Ideò nostrum munus est probare rõneis illas cõcludi simpliciter, & sine vlla limitatione, aut lege vniuersè fuisse confectas; idq. primùm communiter, mox speciatim singula glossemata refutando. Si igitur rectus est canon ille dialecticus. Nihil in conclusione posse comprehendi, quin idem, eodemq. modo contineatur in propositionibus. Si verum quoq. est, conclusioné simpliciter nasci è propositionibus simpliciter acceptis: quandò nec in propositionibus, nec in conclusione vlla conditio continetur: certè nec quicq̃ ex iis syllogismis colligendum est à nob. quod afferat aliquam conditionem: aliter cõmitteretur illud fallaciæ genus quod est à simpliciter ad secundùm quid. Spectemus primùm. Quod per se mouetur à seipso, vitale est, & animatum. Elementa non sunt animata, neq. viuunt. Nec igitur à seipsa mouentur. Nostri argumenti assumptio non relinquitur in controuersia. Propositionem sumit simpliciter Aristoteles: neq. hîc solùm, vnde disceptationis origo ducebatur; sed & anteà quoq. & in libris de Animal. non semel, debuit aũt sumi cum cõditione, vt conclusio nõ simpliciter inferretur. Quicquid ex se mouetur, vt alio nõ indigeat, aut ab initio, aut propriè, aut quid hũi, quod & falsum fortè fuisset, & inutile. Ac falsum quidem, cùm illa etiam quæ ex ipsa mouentur, vt animalia, extrinseco opus habeant, si motum ceptura sint. Inutile verò, quoniam quæcunq. illa conditio foret quæ argumento fuisset apponenda, aut accederet medio, aut prædicato, & aut in propositione, aut in assumptione subintelligeretur. Non sanè medio: cur. n. oportuit, siquidem medium in conclusione non retineatur? Siue igitur medium simpliciter, siue cum aliqua lege sumptum fuerit; profectò nihil ad conclusionem. Quòd si ad prædicatum adiungitur, quínam sensus erit propositionis illius. Quod ex se mouetur vt extrinseco non egeat est vitale? quid. n. ex hoc sequitur? non aliud certè, quàm ꝗ elementa non mouentur ex se motu illo qui non eget extrinseco: non ob id concluditur illa ex se tali motu concitari, qui eget extrinseco. Nam communius quid est ob vim negationis. Non moueri ex sese eo motu qui non eget extrinseco, q̃ moueri ex se eo motu qui indiget extrinseco. G Etenim & ea quæ nullo pacto mouentur à se, vt quæ vim patiuntur, non mouentur eo motu, qui externi non indiget. Idem quoque dicemus, si accipiamus. Quod ex se mouetur, vt externi non indigeat, se sistit, similiq. ratione. Quod ex se mouetur, vt externi non indigeat ad omneis loci differentias concitatur, vt optimè perspicias in conclusione fallaciam secundùm consequens esse implicatam. Quamobrem alterum ex his incõmodis in Aristotelis progressum cadet, vel, vt peccet in fallacia à simpliciter ad secundùm quid, assumens propositiones simpliciter & inferens cõclusionem secundùm quid; aut, si propositioneis itẽ secundùm quid accipiat, vt insit fallacia secundùm consequens. Nil dico nunc de quarta illa rõne quę ab elementorum continuitate desumpta est, cùm de hac ipsa plura posthàc separatim dicenda sint. Falsum quoq. videri poterit ex se moueri, vt externi non indigeat, esse vitale: neque. n. est eiusmodi, sed ꝗ intra se caussam habeat quæ efficiat & quæ accipiat motum, & hucusq. vis eius propositionis extenditur, quod sanè inanimo denegatur. Præterea si cum aliqua conditione rationes illæ conclusæ sunt, certè ab Aristotele prætermissa non est. Si illam accepit Aristoteles; profectò quæcunq. illa fuerit perspicua debuit esse; cur igitur, non consentiunt interpretes? & planè mihi nodum videntur in seipso quærere. Quinetiam quid cogebat Aristotelẽ, vt explicaret modum, quo elementa ipsa sunt res naturales? si. n. sunt propter actuosum principiũ quod internum sit, atq. externi priuilegio consecuta sunt aliquid nõ naturale, ne dixerim præter naturã: falsò igitur illatum fuisset, ea esse naturalia, quoniam nata apta sint aliquò ferri, & falsa interpretatio naturæ ipsius ex conclusis illata, ꝗ sit principiũ nõ quidẽ faciendi, sed patiendi planè; caussam. n. reddidisset ex his, cur ea corpora naturalia nõ essẽt; non aũt, cur, si mouerẽtur ab alio, naturalia dicerentur, quod tñ vt explicaret, philosophus, ibi sũmè cõtendebat. Accedit eadem, ꝗ si cõcluderetur, elemẽta nõ moueri ex seipsis, vt puta, cùm hac cõditione, propriè, & manifestũ foret ea moueri ex seipsis, inferretur cõclusio coniunctim. Cùm ergo diuisim posteà colligatur ab Aristotele; planum, ꝗ fallaciã à coniunctis ad diuisa cõmitteret. Quare hæc dicere dialecticen ignorantis est, & Aristotelis verba parùm perpendentis. Postremò fac, ea moueri ab interno principio, nõ tamen sine alio, siue ab initio, siue in progressu, nil interest: at moueri ab alio, violens est, illorũ quidẽ sentẽtia: quippe ꝗ vno ex iis quattuor

A tuor modis,qui 7.Phys.ab Aristotele recẽsentur.Ergo & motus elemẽti naturalis nõ erit,sed,quo
niã fit ab alio,violẽtus. Quod si quispiam dicat propẽsionẽ sufficere patiẽtis. At quid tot tantasq.
tragœdias excitare,si dicamus elementũ ab alio moueri,atq. id quidẽ secundùm naturam & for-
mã subire vicẽ quandam perpesionis?aut etiam ꝙ non omnes illi motus,qui 7.Phys.describun-
tur,violentes habeantur? Possem hìc vti quodam loco 4. de cęlo ad explicationis nostræ confir-
mationem,sed cùm posthac separatim perpendendus sit; de industria missum facio. Hìc video
quosdam gratis dare, violentum quandam contineri in motu naturali corporum simplicium.
Ceterùm obserua, amabò, quàm rectè defendãtur ea quæ de motuum simplicitate pronunciauit
philosophus ad quam, vt ipsi volunt, mouentis simplicitas, mobilis, spatiique vnà concurrit,
Præterea nota dictum Aristotelis de 1.de Cęlo,quo rationem reddit,cur simplicia corpora velo-
cius in fine quàm in principio moueantur,& veteres ibidem eo nomine accusantis, quòd existi-
marent,eum motum non sine aliqua vi ministrari. Ita quoque se vertant Auerrois asseclæ,iaceat
necesse est omnis eorum solertia: cumq. id perspicuum sit, non est quòd pluribus verbis refel-
latur. Quantò illud ineptius, quod Burleus ipse professus est. Nempe ex iis rationibus colligi,
non sanè elementa moueri ab alio,verùm non moueri motu illo quo mouentur animalia. Si.n.
ita est,& Aristoteles solùm animatorum proprium non moueri ab alio testatus est,nil aliud pro-
B fectò concluditur, quàm ꝙ elementa mouentur ab alio, nec quicquam amplius. Vnde.n.quæso
colligitur alia differentia? promat ipse,aut eius defensor aliquid huiusmodi quo rem hanc indi
catam,vel per transennã fuisse persuadeat. Nil certè suppetet,quod in medio ponat. Multoq. mi
nus probabile est,ꝙ accipiamus elementa ab externo solùm initio sui motus agitari. Nam præter
ea quæ generatim contrà dicta sunt, & falsum est in iis quæ gignuntur,quemadmodum suo loco
significauimus,sunt.n.in suo loco, simulàc genita fuerint, & in iis quæ genita sunt, quoniã adest
impedimentũ, quousq. peruenerint in suum locum,nisi quippiã aliud; at certè mediũ per quod
fertur. Quapropter id quoq. adsit oportet, quod obicem pellat. Idem quoq. confirmari põt ex
iis quæ 6.Phys.peracta fuerunt;didicimus.n.quemadmodum motus non recipiat distinctionem
primæ,aut secundę partis. nanq. in successione positus est: tale verò hũi rerum est ingenium, vt
habeant quidem vltimũ esse,primùm verò esse nõ habeant: quandoquidẽ infinitè secari possint.
Ergo id quod mouet,licet energian vniuersam eodẽ temporis puncto possideat eius actus; tamẽ
merito subiecti mouet in tẽpore,& per aliquod spatium. Idcirco,quemadmodum in indiuiduo
mouere non põt,nec datur primus illius actus,ẽt moueat in processu,necesse est. Verùm sint hæc
potius accepta mathematicè q̃ physicè 6. Phys. consulamus iterũ ipsummet Aristotelem. [a] Pro- [a] Lib. de motu an.
C ponit aliquando Aristoteles ad disquirendũ, an sit aliquis motus qui fiat ab alio, dum incipit, in
progressu verò à seipso. Respondet aũt id conuenire solùm auctioni, & alterationi, atq. his non
simpliciter; sed,vt fiunt in viuente. Nam prima viuentis auctio fit à vi formatrice quæ inest in
semine: in progressu verò viuens auget seipsũ,conuertẽdo alimẽtum in sui substantiã,sic in prin-
cipio coquitur,& alteratur materies ex qua fit cor; posteà cor excalfacit reliqua membra, sic affi
ciuntur ab obiecto sensoria,sed postquàm species impressa est memoriæ,eędẽ rursus sensoria per
turbant. generatio nunquàm ab interno fieri põt,credo etiam corruptionẽ simpliciter, & per se,
quia primùm nil seipsũ gignere põt.quod.n.gignit,actu sit oportet,quod aũt gignitur potestate:
idem ergo ad idẽ actu foret & potestate:nil etiam se corrumpit:cupit.n.esse vnumquodq. per se;
nisi forte per accidens quod vnius ignis,seu caloris est priuilegium: nam sibi consumens alimen-
tum,quo seipsum tutatur,sibi parat necem. subiicit ipse postmodò, inanima moueri ab alio, ꝙ si
solę auctiones & alterationes initiò fiunt ab alio,idque explicatur,vt ex eo loco perspicuum est;
ortus & interitus ab alio sẽper,si de inanimis ibidẽ ab alio moueri pronunciatur,vbi quęstio pro-
D ponitur: quam'nam huic rei lucem maiorẽ afferri cupimus,vt perspiciatur,elementa non ita mo
ueri ab alio,quoniam moueantur ab initio sui motus? Sed specta,obsecro,ineptiam admirabilẽ.
Quod ab initio sumitur ab alio moueri, aut continet partem eius temporis, quo gigni simul,
& moueri cœpit, aut partem rei, nimirùm quòd antequàm peruenerit in suum locum,prius qui
dem, genitum sit, ex impedimento verò non potuerit esse in suo loco: quapropter cessante vi
gignentis ex se ipso feratur in suum locum. Si primum dederint; cùm semper alio moueatur,
dum gignitur, & per se contingit, vt vnà sit genitum, idemq. in loco proprio consistat, & perpe-
tuò gignatur, quousque in locum naturalem deductum fuerit; profectò non erit aliquod prin-
cipium quo moueatur ab alio,& reliquum quo moueatur à seipso. Ergo vt ita moueatur,quem-
admodum ipsi volunt,necesse est,elementum extra suum locum genitum fuerit,quod non neces
se est, & repugnat hypothesi Aristotelis qui opinatur idem esse genitum esse & esse in suo loco,
necnon vbi genitum moueri debeat,requiri quod tollat impediens. Ita cùm motus hic elemento
per accidens conueniat, sequetur planè,naturam esse principium motus cuiusdam per accidens;
ille qui ex natura per se erit, erit totus ab externo.

Quòd inanima non diuidantur in partem per se mouentem, & partem per se mobilem. C.XLVI. E

SED conuertamus modò nos ad postremam rationem Aristotelis. Ita verò ipse concludebat. Continua, vt continua, non mouentur à seipsis. Elementa continua sunt, non ergo mouentur à seipsis. Argumenti propositio sic approbatur. Quæ mouentur à seipsis, diuiduntur in partem per se mouentẽ, & partem per se mobilem. Continua, vt continua, in partẽ per se mouentem & in partẽ per se mobilem non diuiduntur: à seipsis ergo non mouentur. Prosyllogismi item propositio concluditur hoc modo. Vnum, quatenus vnum, est impatibile. Continua verò sũt vnũ. Ergo continua, quæ non diuiduntur in tale partiũ genus, impatibilia sunt. Itaque seipsa non mouent, aut à seipsa non mouentur. Ad hoc nonnulli respondent, elementum, cùm in materiam formamq. partiatur, diuidi item in partẽ per se mouentem, & partem per se mobilem. Quoniam verò partes istæ non sunt actu disiunctę, velut in animali, verùm potestate duntaxat; ex hoc effici, vt, tametsi concitantur à seipsis, perfectè tamen cieri non possint. Videndum est igitur an ea diuisio partium quæ est potestate, non aũt actu, possit efficere, aut excipere motum. Ac mihi res non planè videtur ita se habere. Nam præterquàmquòd hæc sententia repugnat cuidam Aristotelicę propositioni, habet ét contra se multa quę Peripateticè profiteri nõ licet. Quandoquidẽ, si ita est, vt ad exercendum motũ vtraq. principia, patiens simul & agens, sint potestate diuisa, nõ actu; peccasset ergo Philosophus qui notasset, quemadmodum continuũ, atq. cõgenitũ (sic.n. verto τὸ συμφυὲς & τὸ συγγενὲς non compositum, vt vulgò circunfertur: continua verò sunt, quæ sunt ita, vt eorum extrema sint vnum; sicuti calamus vnus; congenitum verò, quod est in alio, vt ex vtrisq. fiat vnũ, velut è ramo & germine) accipiendũ sit, vnde motũ abiicere oporteat. F Etenim quæ non sunt contactu vnũ inter se non afficiunt, nam quę cõtactu sunt vnũ, sunt obnoxia perpessioni, quinimmo oĩs actio perpessioq. per contactum fiunt, & deniq. id quod agit, aut patitur, ita sese vicissim intuentur, veluti separata. Ne te verò deterreant ea quæ de συμφύσεως Aristoteles cum 5. Phys. tum item 11. primę philos. scriptum reliquit, in quib. s. non esset cõtactus, neq. symphysin esse posse. Nanq. id cõceditur tactum symphysi supponi, sed tactus duplex & corporeus & per virtutem, vt apparet ex his quę ab initio 7. Phys. idemq. aut actu, aut ꝙ ante extiterit. Nunc si debet coniungi forma cum materia, requiritur agens, quod vel per corpus, vel per virtutẽ tangat id quod patitur, & patiendo assumpturũ eit formam. Hęc eadem professus quondam fuerat Aristoteles, quippe qui actionem & perpessionẽ ἅψει. i. contactu generatim administrari detestetur. Quoniam vero illa quæ loco citato adscribuntur, aliqua attingunt de principio motus, vnde suspicari possis tribui vim mouendi formæ aduersus ea quę nob. decernenda sunt: G

[a] 3. Phys. Tt. 16. 17. nanq. & si nõ meminit ibi de latione philosophus; [a] illatio tñ vniuersalis admonet ipsam quoq. comprehendere voluisse; verba eius proponere libuit, ne tibi posthàc imponant. εἶδος δὲ ἀεὶ οἴσεταί τι τὸ κινοῦν ἤτοι τόδε, ἢ τοιόνδε, ὃ ἔσται ἀρχὴ καὶ αἴτιον τῆς κινήσεως ὅταν κινῇ· οἷον ὁ ἐντελεχείᾳ ἄνθρωπος ποιεῖ ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος ἀνθρώπου ἄνθρωπον. i. Formam verò semper afferet aliquam mouens, aut hanc, aut talẽ, aut tantam quæ erit principiũ & caussa motus, quãdo moueatur, vt actu homo facit ex eo qui est potestate homo, hominem. Vides in contextu varietatem lectionis. Sed si demus ita legi [moueatur] nulla difficultas inerit in explicatione contextus; quandò aget Aristoteles de forma noua, eã verò sic dicimus esse principiũ motus, vt in illius definitione docuimus, ꝙ sit ita principium, quia res per eam moueatur, & ita interpretabimur, vt suprà; nimirùm, quia sit fons & origo motus, quoad affert energian propterquam est in hac, aut illa parte loci. Verùm nos illud fortè conturbabit, si legamus agẽdi figura [moueat] existimabitur. n. forma mouere, quod nos inficiamur. Possum hîc elabi, si dixero verba illa ὃ ἔσται ἀρχὴ, referri ad mouens, quod erit principiũ & caussa motus; quoniã mouet, tum ad eorum differentiã quę sunt patibiles caussæ motus, è quibus est sine cõtrouersia materia; dubitatur aũt sit'ne forma, tum etiã, vt notetur nõ propria, qua cõstituitur efficiẽs: &. n. idẽ moueri põt, & cùm conueniat in materia, simulq. mobile attingat, & ꝗ inter se tangũt, vicissim afficiant, & afficiãtur; vnà itẽ mouebitur & mouebit, sed ea rõne erit efficiẽs, quà mouebit, moueri aũt illi erit accidẽs; ex quo intelligatur id nõ necessariò flagitare efficiẽs, vt, dũ agit, vnà patiatur, sed ex actione sola existere, cũ fieri quoq. possit, vt agẽs nihil oĩo repatiatur, sed cùm tãgat, & materiã sibi cũ patiẽte cõmunẽ fuerit assecutũ; euenire, vt afficiatur afficiens. nec modus dicendi repugnabit, cùm apud Græcos forma & efficiens neutraliter efferantur: itaq. vtriq respondebit articulus ὃ, neque exemplum subiectum ab hac explicatione abhorrebit: agit enim quatenus est actu homo; patitur autem, vt aliud quiddam potestate. H Sed faciamus Aristotelem verba facere de forma; dico vel eam spectari, vt finem, cui rectè conuenit, si doctorum meminimus; principij nomen & caussæ: etenim prima est omnium, [b] & est

[b] 7. Met. ad extremum. principium & auctor, cur efficiens moueat; ita. n. operatur efficiens, vt è potestate hominem faciat hominem actu; eoq. modo vim mouendi tribuunt formæ Aristoteles, & Alexander, quòd in ordinem materiam adducat, vel etiam perseuerare Philosophum in efficiente constituendo, &

docere,

A docere, vnde primùm existat efficiens; inde verò existit, q in illo inest actus, & ratio rei faciendę, vt ratio substantiæ, si substantia producenda sit, & qualitatis ratio, si qualitas, quam facit per formam, nec sine illa quicquam præstare potest. Quare illud erit efficiens, quod in seipso talem habet formam, siue actum: itaq. actu homo è potestate hominem faciet, atque ita forma pars erit efficientis. Siue igitur hoc, siue illo modo non erit natura de qua nunc agimus, sed efficiens, vel finis. Hoc animaduerso, quod nos interpellare quoquomodo poterat, & vt verbo Aristotelis vtar ἐνοχλεῖν; ad rem redeo. Omnis igitur actio fit per contactum. Proinde separata sint oportet agens & patiens, nec insita, vel etiam continua; nisi admodum impropriè, & abusiuè. Neque potestate solum esse sumenda, sed actu, testatur ea vox κεχωρισμ, quæ significat actum, non aũt facultatem. Quamobrem Aristotelicum effatum sumit, & cõtinet separationẽ actu iam effectã. Adde & exemplum ex ipsomet Aristotele exceptũ, quo nob. ponitur ante oculos eiusmodi partitionem esse iã actu. Idcircò reuertendum illò foret, vt diuisio partiũ potestate administrata faceret quidẽ motum, non aũt absolueret. ob eamq. caussam opus esset altero principio, quod absoluendi vim haberet, esset aũt extra rem quæ mouetur. Hoc autem q̃ rectè pronunciatum sit, mox intelligemus. Etenim à forma primùm est actio, vt illi volunt, cùm ipsa sit entelechia, cuius officiũ propter ingenitam perfectionẽ est vires suas in aliud explicare. At si ita mouetur elementũ, à forma quidẽ moueatur, sed imperfectè; perfectè verò ab externo: magis ergo mouebit externum. Iam.n. supra dictũ est id quod primò mouit, hoc est, quod sine cęteris mouere põt, cętera verò non sine illo, præstantiorẽ esse caussam; ideoq. elementum magis ab externo, q̃ à forma concitabitur. Neque potes eò te recipere, vt dicas immobilem esse formam; itaq. non intercedere talem ordinẽ externi & interni, qualis est inter mouens primũ, & mouens quod ab alio mouetur. Nam si talis ordo perspicitur inter animaliũ formas & externa, tanto magis inter mouens externũ, atque inanimorũ formas intercedet; quãtò.s. horum forma minus est separata q̃ anima quæ viuẽtium forma est, & minus apta mouere: animantium verò principium ab externis immutari docuit nõ semel Aristoteles, [a] & ibi præcipuè, vbi conclusit animalia caduca non esse propriè primò & per se mobilia: quoniã pars quæ mouet illa, non est prorsus immobilis: ideoq. forma principium item patibile quodammodo erit illius, in quo inest. Fortè dices, principium, quod mouet in animali in illo ordine cõtineri, quia separatum sit, & mouens absolutũ: id quod inanimorum formæ non habent, sunt.n. in materiã magis immersę. At non'ne vides hæc euertere iudicium Aristotelis? Si.n. minus separatæ sunt, eò quoq. minus vim efficiendi motus habebunt, siquidem ex eo concludat Aristoteles in his non esse principium mouẽs, quia separari nequeant eorũ partes.

[a] 7. Phys. T. 51.

C Atque, vt omno, si fieri põt, ex animis nostris ille scrupulus extirpetur, & imminuatur hæc opinio quæ iã latius serpit: nec quicquam minus suspicemur, quàm inanimi formam in eo in quo inest, esse principium, quod efficiat motum: aduertamus Aristotelem illud ipsum effatum & declarare & confirmare quoq. ratione [b] nimirũ ea quæ mouent & mouentur, actu disiuncta esse oportere. docet.n. cum primis, quid sit agendi facultas, tum etiam patiendi, atq. perpetuò diffinit vtranque per habitudinem ad aliud. ἄλλο verò id intelligitur, quod est substantię diuersę, quemadmodum et liquet iis qui vel primis, vt dicitur labris degustauere Porphyrium, & Aristotelicam phrasim longo progressu 1. Phys. [c] obseruarunt, planumq. est ob ea quæ hîc adscribentur, aliud hoc loco significare iã quod est subiecti diuersi. Deinde monstrat Aristoteles agendi facultatem necessariò diuisam esse à facultate patiendi; ex his autem concludit. Nullum congenitum, quatenus huiusmodi, à seipso pati posse. Pronunciatur ea conclusio, vt vides vniuersè: ducitur à distinctione potestatem: infertur absolutè. Ideoq. non modò ratione differentia debent capi agens & patiẽs, verùm item subiecto. Nam dicas tu, satis esse, si agens & patiens sint solùm ratione discrepantia,

[b] 9. Met. T. 2.

[c] T. 58.

D quemadmodum sunt materies & forma: dicas etiã hæc se mouere non posse, nisi aliquid extrinsecùs accedat: eaq. rõne solùm se mouere elementũ, quia contineat vtrunq. principiorũ genus, iam sequetur, quippiã congenitũ, prout hũi, à seipso posse pati. Quia materies & forma sunt congenita. Neque.n. sunt vnum colla, vel glutine, vel continuatione, igitur ξυμφυΐα vnum. Forma & materia se mouẽt, vbi cõgenita sũt. Aliquod ergo congenitũ patitur à seipso. Sunt verò congenita materies & forma in eo quod est ex vtrisq. conflatũ, innascitur.n. forma in materia, & simul potestas materiæ terminatur, & forma existit. & si in cęteris cõgenitis, quorum partes per seipsas quãtę sunt, vt trũcus, & ramus, vna alterã mouere nõ põt: multò minus forma debet cõcitare materiã; siquidem multò minus seiũgitur forma à materia, q̃ pars quanti ab altera parte: possunt.n. hę partes seorsum cõsistere & occupãt loca diuersa: forma seipsã nõ tuetur extra materiã, & eũdẽ locũ penitꝰ occupat. Rursus oppugnaret eiꝰ dicti rõ propositũ illorũ. Quia probaturus Aristoteles nullũ cõgenitũ quatenꝰ hũi, in duo principia secari, videlicet agẽs & patiẽs, sic argumẽtatus ẽ. Quoniam vnum, quatenus vnum in agens & patiens non secatur. Congenitum, prout tale, est vnum. non ergo diuiditur in agens & patiens, quod ipsi defendere cupiunt. Cui sanè rationi sic assentiendum puto, vt nihil equidẽ irrefragabilius esse arbitrer, quantumuis alij reclament, immo

rumpantur, per me licet. Aut.n.necessariò concludatur, aut principes canonẽs Analyticos euertat oportet: oritur.n.non modò ex eiusmodi propositionib. quæ veræ sint, sed ẽt per se. quin potius quatenus ipsum. Vnde nos itẽ cõsimiliter argumẽtari possemus: compositũ ex materia & forma inanimũ vnum est immo per se vnũ, & multò magis vnũ quàm animal. Non igitur diuidi potest in partẽ per se mouentẽ & in partẽ per se mobilẽ. Non est aũt ꝙ intelligi vereamur, nullũ congenitũ, quatenus hũi, à seipso pati, quia primò nõ patiatur, sed per parteis, id quod à nonnullis dari cognosceo, aut ẽt, quia nõ moueatur absolutè, sed, quin imperfectè se moueat, nihil obstare: neq. enim tolerat hoc allata ratio. Nimirum, ꝙ à seipso nõ patiatur, quia nõ cõstat ex vtraq. potestate simul, actuosa.s. & patibili: hoc verò id oppugnat, quod est moueri per parteis, atq. ẽt imperfectè. Propterea dictũ est ab Aristotele animal quod perspicuè secatur in partẽ per se mouentẽ, & partẽ per se mobilẽ, non esse verè vnũ, atq. continuum, seu congenitũ, sed vnum per coniũctionem.
[a] 9. Met. T 3. Attinere aũt hoc theorema ad motus inanimorũ, & cõplecti ẽt motum, qui fit ad locũ, persuadet consiliũ Aristotelis in eo capite in quo de agẽdi patiendiq. potestate generatim disserit, [a] deinde vniuersalis eius sermonis conclusio. Præterea ꝙ in ipsis primis consequentis loci verbis admonet
[b] 8. Met. T. 31. ea quæ dicta sũt, cum animata, tum ẽt inanima cõplecti, preterquam ꝙ Aristoteles [b] parem inesse processũ demonstrat, qđ attinet ad initia motuũ naturaliũ, in mutatione secundùm quãtum quale, & vbi ꝙ si per se non augẽtur, neq. alterãtur inanima, planũ ꝙ neque ẽt in loco per se mouentur, eoq. minus quo latio, cùm sit perfectior cęteris motib. eo quoq. principia magis actu requi-
[c] 3. de cel. T. 28. rit, hoc est magis separata, q̃ reliqui motus. Accedit eodem ꝙ sũmus præceptor [c] potestatẽ motricẽ à natura disiungit, aliamq. esse demonstrat: affero aũt ad hoc textum formalem, qui sic habet. *ἐπεὶ δὲ φύσις ἐστὶν. ἡ ἐν αὐτῷ ὑπάρχουσα κινήσεως ἀρχὴ δύναμις δὲ ἡ ἐν ἄλλῳ ἢ ἄλλο.* & reliqua, " quæ sequuntur eiusdẽ propositi. quæ sic exprimuntur. Quoniam aũt natura quidem est quod in " ipso est motus principiũ, potentia verò quod in alio est, quatenus aliud. ex quib. planè intelligere potes motricẽ potentiã à natura differre. Signo illud est, ꝙ mox indicat Aristoteles vtraq. principia, si conuenerint, velociores motus efficere. non sanè, quia forma efficiat motũ, sed ꝙ afferat mobili propensionẽ, contrà q̃ in iis quæ violentia mouẽtur, vbi repugnat. Verumenimuerò nequid
[d] 1. de ortu an. c. 20. intactũ relinquatur, quod valeat ad peruersam hãc opinionẽ conuellendã; attẽdamus Aristotelẽ ipsum ita loquentem & sibi perpetuò cõstantem. [d] *Κατά γε δὴ τὸν λογὸν οὕτω φαίνεται καὶ ἐπὶ* " *τῶν ἔργων. καθόλου τε ἐπισκοποῦσιν, οὐ φαίνεται γιγνόμενον ἓν ἐκ τοῦ παθητικοῦ καὶ ποιοῦντος, ὡς* " *ἐνυπάρχοντος ἐν τῷ γιγνομένῳ τοῦ ποιοῦντος, οὐδ᾽ ὅλως δὴ ἐκ κινουμένου καὶ κινοῦντος.* i. Atque se" cũdùm rõnem sic in effectis (fabrorũ operib.) quoq. apparet: nã cum in vniuersum cõplectimur " animo, nõ ita effici vnũ ex agente patienteq. videtur, vt, quod agit, in eo, quod efficitur, insit: nec õino ex eo, quod mouet, & quod mouetur, quicq̃ constitui. Quid plura desideras? Quid planius dici potuit? quid certius? quid in re maximi momẽti confidentius? super hoc.n.fundamẽto struxit ille philosophus eã positionem, quę pertinet ad cõstituendas differẽtias inter maris fœminæq. semen, & significandũ in neutro vim agendi patiendiq. simul inesse posse, sed maris semen habere vim efficiendi solum, fœminã verò duntaxat præbere menstruũ in quo vis inesset solummodò patiendi. Dicemus'ne Aristotelem ab eo pronunciato lationẽ excludere? an tanq̃ Ixiones assiduè rotabimus idẽ saxum, ꝙ nihil imperfectè seipsum afficit, imperfectè verò nil vtiq. prohibet? Cur enim nõ præcidetur oĩs ansa philosopho cõficiendi propositum suum? Nam si perfectè aliquid seipsum mouere põt, iam semen ipsũ, nil impediet, quominus obtineat vtranq. facultatem, ꝙ si imperfectè: dicere semper mihi licebit. At profectò deciperis ò Aristoteles, & nos simul eludis: possunt.n.singulorũ, partes inter se quidem agere, sed imperfectè: idcirco si quod auxilium accedat extrinsecùs; nil vetabit, quominus in vtroq. cum mare, tum fœmina sit eadẽ vis. accedit verò extrinsecùs auxiliũ, nempe id quod prębetur à fœmina: calor quoq. cęlestis, vel ipso ẽt auctore, cuius ope fœcũda semina reddũtur, atq. ita põt ipsũ continẽs, vt & artificio nos & ipsæ ẽt bestiæ sola illius vi fretę suos partus ipsi cõmittant, exẽplo sũt anseres, quę oua cõdunt vsq. ad exclusionẽ pulli in arena. Non deest igitur extrinsecùs auxilium quod in caussa sit, vt idem propter varietatẽ partium simul efficiat, & patiatur. Nam cum vtraq. adsint quæ vtriq. parti seminis suppetias ferant, ex horũ sententia fit, vt vtraq. vis inesse queat in semine. Sic prorsus imbecillis & vana rõ philosophi reddetur, multoq. magis eueniet id in semine, quandò, & si in subiecto materiæ conuenit cum agente; tamen natura distinguuntur, cùm vis efficientis insit in spiritu, patiens autem in humore poni valeat. Quòd si plantę semen obiicias, in quo vis vtraq. continetur. ita fieri, vt idem simul agat & patiatur. Tum item quia species sensilium, vt lumen in pellucido, sonus in sonoro, quin etiam in spiritibus & sanguine vim habet afficiendi, & immutandi subiectum. Nanque lumen rarefacit aërem, frigus densat, ita pellucidum actu, quod ex potestate pellucido constat, & lumine, seipsum immutabit. At nosce, tametsi vnum quodam pacto videatur seminis illius partes, eas tamen reapse duas, locoq. in eadẽ mole seminis, atq. massa distincta; ac si fuerit organum quoddã, & difformè è pluribus vniformibus constitutum: id quod ẽt brutis ipsis cognitum

A gnitũ est, atque formicis, quæ, ne pullulet semen, certam grani partem deuorant, in qua positum est vitæ principium. quanq̃ pro perfectione plantarum magis minusúe distinctum esse cõtingit. Nam memini me legisse de palma & pistacio in quibus mas & fœmina, loco & numero segregantur: in quibusdam sic minutum atq. cõfusum, vt quandoq. fugiat sensum. Sed parem processum in re consimili à natura expectare oportet. Ideoq. non eadem pars est ad numerum quę mouet, & quæ mouetur. Ita vniuersè verum est illud pronunciatum quod in præsentia tractamus, & sic à repugnantia philosophi dicta defenduntur. Scire etiam conuenit non esse parem processum formarum sensilium, & earum quæ constituunt essentiam. Sunt.n. sensilium species ἐπικτέτως & accessoriè in subiecto, necnon à forma quadam primitiua pendent, quemadmodũ instrumẽta, neq. ex ipsis & subiecto fit vnũ materialiter, vt ita dicam. At forma hæc, qua de nũc agimus; absoluta est, & per se, & intrinsecùs hæret in subiecto, vt ex ipsis vnũ per se fiat & ὑλικῶς.i. materialiter. itaq. vis agendi nostræ huic formæ iure optimo denegatur, quæ sensilium formis rectè conceditur. Neq. illud obstat, q̀ animus sit animalis forma, ab eo tamẽ animal agitetur. Nanq. anima forma totius est per se, non partiũ, sicut in animo carentibus ipsa natura: quapropter geminã rationem subit, efficientis.s.& formæ. ita vt quatenus forma, non moueat quidem, sed sit ẽt ipsa principiũ, veluti natura, per quod animal moueatur. Neq. mouetur animal per se

B totum primò, sed vna pars cietur prius, ex illa postmodũ cęteræ mouẽtur, & singulas vbi mouentur. (est.n.& in animali partiũ motus à totius motu segregatus) ita disponi oportet, vt intercedat officiũ duarum partium organicarũ, vt altera quasi cõprimat, altera verò cõprimatur, quod enim stat, cõprimitur, q̃m fert. quod verò attollitur, extẽditur ad id quod sustinet põdus, si minus seipsum mouere non posset. Hæc est expressa sententia Philosophi, quam si quis obseruet, iterũ hîc non clamet? nec insaniat audiẽdo Aristotelem. Ipse his expositis hęc addit vniuersè.[a] Quare nullum carens mẽbris hoc moueri põt modo.i. intrinsecùs: non.n. habet cum agentium, tum patientium partiũ in se distinctionem, & tamen harũ partium motus est imperfectus; quippe q̀ eas à quodã primo mouente concitari oportet. Quamobrem perspicis ẽt, quanuis se mouentia sint imperfecta; qualia fingunt isti elementa; nihilominus in parteis non sola ratione, sed etiam re distinctas esse patienda. Hæc ex ipsomet Aristotele collecta & exprompta, vides profectò quantum concinant, vt de illorum veritate dubitandum non sit. Sed alia nunc exploremus. [a] Lib. de incess.

A natura materię, formęq. demonstratur inanimum in parteis per se mouentem, ac mobilem non secari. Cap. XLVI.

C INGREDIAMVR & aliã viam, & ingenium cum formæ, tum item materiæ nunc exploremus, atq. ex earũ vi de re proposita iudiciũ in præsentia faciamus. Esto. agat forma in materiam. quænam hæc forma? quę itẽ materia? prima certè materia non est: hæc.n. nil est actu, sed oĩa potestate duntaxat: itaq. nõ agit, neq. ẽt mouetur. Secunda igitur. hæc item aut eiusmodi, vt aliqua trãsmutatione opus habeat ad id, vt expetitã formã consequatur, aut eadẽ est cum forma q̃ proximã, atq. vltimã appellamus. Rursus forma aut à materia segregata, aut in materia, eadẽq. aut communior & remotior, aut proxima, & per q̃ est res ipsa quæ mouetur. Quòd si quapiam transmutatione materiæ fuerit op⁹, iis munerib. nõ inseruiet, quorũ caussas nũc ipsũ vestigamus. Etenim sũt hæc propria totius quod est per certã formã; at certa forma & est in certa materia, & per se vtitur certa, neq. vtitur cõmuni: nisi quatenus in vltima, hoc est, ꝓxima forma superiores formæ cõtinentur, à quib. ẽt propria sua cuiusq. officia descẽdunt. Verbig. in equo præter eã formã, qua equus est, vt ab aliis omnib. sit secretus; est itẽ animus, qui sibi cum cęteris brutis est communis, & vis alendi quæ cõplectitur ẽt plantam: ab equi forma nascuntur equi functiones, qua-

D tenus est equus, sed in eo quoq. sũt aliæ functiones sibi cum reliquis animantib. plantisq. cõmunes, & insuper functiones naturales, vt in cęteris inanimis, leuitas & pondus pro elementorũ dominantiũ virib. Ob eandẽ caussã, quemadmodũ certa & proxima materia caussa est certi motus in cõposito; sic ẽt certa forma: veluti semen motu illo nõ agitatur quod viuẽti cõueniat, neq. illo ad viuẽtis motus efficiẽdos animus vtitur: licet semen sit viuentis ipsius materia, quia proxima nõ est; sed corpus, quod iã organũ factũ est, viuẽtis motib. ancillatur: animusq. in eo corpore taleis motus exercet; q̃n vtraq. sũt principia proxima viuẽtis. Sic ad quęq. obeunda munera, vtraq. principia quæ sint proxima, requirũtur. Hoc aũt posito atq. cõcesso, sic cõcludamus argumentũ. Si mouẽs esset vltima forma, & materia proxima moueretur; idẽ seipsũ primò cõcitaret. Nihil aũt seipsũ primò concitat. Forma igitur materia proximę nõ sunt principia q̃ moueãtur, aut moueãt. Assumptũ ex 7. Phys. vt demõstratũ accipitur. Nã siquid seipsũ mouet, id primò nõ efficit, sed q̃m cõstat è duab. partib. mouẽte.s.& mota. Quòd aũt idẽ moueret seipsũ primò & à seipso moueretur cõsimiliter ex illo persuadetur. Q̃m materia proxima & forma proxima sũt idẽ: nõ est.n. materia ꝓxima, nisi sit vltima forma. Quare vltima forma in rõne materiæ ꝓximæ cõtinetur. Forma itẽ nil ẽ aliud q̃ materiæ finis. Itaq. ꝓxima vltimaq. materia similiter includitur in rõne ꝓximę formę.

Ergo quicunq. dicit vltimam formam,cōplectitur quoq. materiam,& pariter qui dicit vltimam E
materiam,formam quoq. comperhendit vnà. Ob id igitur forma cum materia mouet formam
cum materia,seu materiam cum forma quæ sunt idem. Itaq. idem prorsus mouet seipsum pri-
mò,& à seipso primò mouetur. Neque verò puto,te accipere materiā proximam,non quà recipit
rōnem formæ,sed quà subiicitur accidētibus,tum ꝙ talis materia non est obnoxia motui,sed mu
tationi duntaxat: tum ꝙ accidentia cōmuniores formas consequuntur, & sic nil ad functionem
propriam cōpositi pertinent,aut si sunt vltima accidentia; protinus eam formam consequuntur
quæ in materia proxime ratione sumitur. Cetera fortuitu sunt quæ non sunt efficienda princi-
pia functionis per se. Quanquam etiam repugnaret id definitioni naturæ quæ principium mo-
tus est primò,per se,& non per accidens,sic verò semper motus initia ferant per accidēs,quandò
forma moueat his auctoribus,vt in materia; tum materia moueatur,vt informata. Nobis nil ac
cidit hūi,qui formam facimus initium motus per quod,materiā, vt quod; nam singula suo mo-
re primo & per se sunt initia motus. Prætereà forma sumitur aut separata,aut in materia:ac si se
parata, vel re, vel mente duntaxat, non sanè re separata: quoniam hæc posset mouere quidem,
nō tamen moueretur. Itaq. non moueret vt efficiens: ita.n.mouere finis est proprium. Quanq̄
neq. separatum hic accipitur,quod subiecto distinguatur; iam.n.foret eiusmodi mouens, quale
nos esse volumus. Quinetiam,neq. sic elementum totum mouerentur,sed ex altera parte tantū, F
materia videlicet,manente forma: neq. per se mobile foret,aut,si è principiis huiusmodi consta-
ret, primum esset per se mobile, nec quidem imperfectum, vt creditur, sed omnium primum,
atq. perfectissimum. ea.n.est natura,atq. ille status primi mobilis,vt in partem per se motam,&
partē quæ sanè per se moueat, sed immobilis sit,diuidatur. Neq. item,vt puto,sat est, si ratione
separetur: quoniam ipsa non solum mouet secundùm naturam,sed est ēt mouens naturale: hoc
aūt,dum mouet,quodammodò mouetur. Sed,si tale fuerit mouens,necessariò quoque consistet
in materia,atq. ita nō sine materia mouebit,& profectò nimis obediet natura cogitationibus no-
stris quæ cùm à nob.solummodò separetur; ita separata motioneis illas efficiat,quas efficere tum
deberet,vbi loco & subiecto separata foret. Quòd si ratione separata sumas hæc principia, ꝙ es-
sentia, viribusq. distinguantur auditu quæ mox adscribentur. Illud.n.perspicuum est in reb.sen-
silibus spectari geminū esse; alterum qui quidem,vbi res considerentur semotis cōditionibus ma
teriæ sensilis,quod est esse per se,atq. alterum,quod est eiusmodi conditionibus implicatum,idq.
est esse per accidens. primum verò illud idem esse,atq. essentiam; posterius aūt ab essentia diuer
sum & existere. Quo fit, vt cùm essentia prorsus à materia formaq. ducatur quæ sunt essentiæ
partes,hoc posterius esse diuersum sit ab illo esse,quod essentię partibus attribuitur,addens essen G
tiæ proprietates materiæ sensilis & indiuidui. Sed ꝙ horum caussa est materia sensilis,eaq. perti-
net ad esse per accidens, quemadmodum primum esse non est diuersum à partibus à quibus es-
sentia dicitur, sic posterius esse à forma sensiliq. materia non distinguitur. Nanq. eadem est pro-
portio primi esse ad sua principia,atq. esse posterioris ad formā & materiam sensilem. Ceterùm
vtrunq. esse siue per se sit,seu per accidens,si vtriusque naturam respexeris,nil aliud prorsus est,
atque esse formæ in materia: primùm quidem illud formæ in materia quæ cadit in mentem; al-
terum verò formæ in materia sensili. Quamobrem ita sit esse, quod est compositi, quia materia
contendit ad formā, & tunc est compositū, vbi adest forma in materia. Ergo esse compositi nil
est aliud,nisi esse partium in actu; sicut ēt partium ipsarum actus est ipsum cōpositum eò, quòd
neque forma est actu,nisi sit in materia,neque actu materia,nisi adsit forma. At vbi hæc ita sint;
[a] 10.Met. ibi extat necessariò compositum. Proinde Aristoteles [a] asseueranter affirmauit Callian esse
T. 25. τὸν λόγον μετὰ τῆς ὕλης.i.rationem cum materia, &, mea quidem sententia adiectus est articu-
lus ἐστὶν ὁ λόγος.i.est ipsa ratio;ne acciperemus rōnem,& prędicatum simpliciter,sed vt esset Cal H
lias ipsa ratio. Neque verò existentia illa est ipsarū partium,sed essentia solum, quod est existen-
tiæ principium, eaq, non coniunctim & in toto,quia tunc est ipsum totum, quod est vnū per se,
nec amplius materia, vel forma; nisi quatenus mens rationē formæ separat à materia sensili dis-
soluens copositum in eiusmodi principia,& illa sumit eo tēpore veluti caussas,quatenus illa spe-
ctat.s.quæ ad constitutionem cōpositi conuenerunt; itaq. per separationem vtriusque principij
notitiam consequitur, sed in natura, postq̄ conuenere; facta sunt vnum maximè, vt nihil magis
vnum fieri queat; per se.s.& sine medio. Nanq. etsi quædam caussæ requiruntur extrinsecùs, à
quibus ea cōpositio fiat; nihilominus oē internum vinculū prorsus excluditur efficiente ad præ-
standam eiusmodi cōpositionem propria principij vtriusq. natura. Sunt igitur vnum per se, &
tum est cōpositum,nec amplius materies,aut forma,sed vnum,quod ex iis est factum. Ita vnum
vnius esse per se & vna vnius functio,neq. formæ aut materiæ,sed cōpositi,cuius itē est verè esse.
Nam si functio formæ tribueretur, non secus esset àc si animum texere, aut nere diceremus.
Quamobrem si materia moueatur,quoniā sub forma,& forma moueat, quatenus est in materia,
atq. ita materia per se mouetur,& per se mouet forma: hæ verò sunt idem atque compositum;
profectò

A profectò cõpositum per se mouebit, atq. idem per se mouebitur & primò: siquidem materia cum forma moueatur: atqui materia cum forma est ipsum compositum. Ergo compositum primò mouetur. Sed ēt forma, vt in materia, primùm mouet; at verò forma in materia est ipsum compositum. Ipsum igitur cõpositum mouet primò. Vultis etiam compositum mouere per formã & moueri per materiam, quæro de forma, vel ea mouet per se, vel per accidens, nec per se quidē, ꝗ actiones sũt ipsius cõpositi: cõpositũ ergo mouet per se. Rursus ex altera parte quęro de materia, vel ipsa mouetur per se, vel per accidens, neq. sanè per se; nam sicut actio est suppositi, sic etiam passio. Mouetur ergo per se compositum, & mouet insuper se per se compositum. Sic ergo primò compositum mouet, idem primo quoq. mouetur. Idcirco idem ad numerum per se & primò se mouet, & à se ipso mouetur. Quid igitur ostendebat Aristotelica demonstratio? Cessat ex quiete partis; ergo mouetur ab alio. Tum etiam idem actu simul & potestate foret. Hæc certè nullum fructum afferunt, siquidem alia via sit, quà idem à seipso primò moueri doceatur, quæ rei naturã prorsus explanet, neutiquam tamē ab Aristotele suscepta. Quapropter ab ipsius esse & essentię natura nequeo iudicare talē rationem posse defendi. Maximum verò pondus esse debet argumenti nostri, præsertim apud eos qui esse cõpositi nil aliud esse opinantur ab esse partium cõponentium. Neque est, ꝗ hìc mihi resistat, dicens ea quæ nos attulimus, ad illud totum spectare, quod est essentię; sedenim demonstrationē nostri præceptoris ad totum pertinere quod
B est continuum, sic ex Aristotelis rõne non tolli, quominus vna pars vt forma, alterã mouere possit vt materiam. Nam fateor equidem rõnem Philosophi concludi 7. Phys. de toto quod est continuum: magis.n. id quod demonstrare studebat, perspicuum erat in eo genere totius; verùm dilatatam fuisse rationem post 8. Phys. & reliqua totius genera complecti, ex quibus vnum per se fieri potest. Neque id vllo modo negare licet; quandò etiam congenitum in eadem conclusione cõprehenditur, quod communius est, q̃ continuum & forma cum materia continua non est (etenim indiuiduum nec cum diuiduo, nec cum altero indiuiduo cõtinuari potest) est aũt congenita, ꝗ in alio, hoc est, in materia nascitur. Et cùm hoc sit manifestum, generatim verò accipiatur. Nullum congenitum, prout cõgenitum, è parte mouente & mobili cõstare; planum quoq. est præiudicium de forma & materia factum esse, ꝗ, cùm in composito sint cõgenita, mouentis, mobilisue rõnem non subeant. Sed illi sibi aditum prorsus intercludunt ad obiectionē nostram tollendam, qui etiã rationem quæ 7. Phys. concluditur, ad naturam pertinere volunt, & essentiæ principia cõplecti, & ita concludi. Vnum ab alio moueri, quia cùm constet è duobus principiis, materia nimirùm & forma, vnum moueat, alterum verò moueatur. Et sanè admodum debile firmamentum
C illud esset, & ruinam minaretur; quippe cùm ipse quoq. Aristoteles ad talia principia transferat suam rationē, & ex eo, ꝗ illa item efficiendi vim habeant in eo cuius illa principia sunt, inferat naturam esse principium motus, non vt caussam effectricem, sed planè patibilem. Nec aliud esset profectò àc si ita concluderet. Omnis homo rationis compos est. Quisquis igitur ita sentit, est belua. Aut si id ab Aristotele significatum fuerat in eo progressu, Totum se mouere, quia pars partem ciere posset, & etiã comprehendit continuum; non tamen ita mouetur continuum, quia pars nõ mouet partem, aut de toto distinguendũ fuerat, aut illa conclusio tēperanda quę pertinet ad compositum ex naturis, aut reiiciēda, quia significatum fuerit aliquid in propositionibus, sed aliud in conclusione comprehensum, atq. illud oppositum. Neque posset euitare Aristoteles illud impotentiæ syllogisticę genus, quod ipse notauit in Prior. Analyt. [a] quod est concludere ex oppositis quæ cuncta accuratum philosophum cauere oportebat. At dices ea quæ nos formę tribuimus, & materiæ, non ita tribuimus, quia censeamus illarum esse functioneis (iam.n. palam est vniuersis eas esse compositi) sed ꝗ huic primùm agendi ratio referatur accepta, illi verò patiēdi. [a] Lib. 2.
D Veruntamen nos, cùm videamus ea principia ad subiectum cuius sũt partes, ita describi. [b] vt quo primo, vel vt quo secundo subiectum suo fungatur officio; id verò non efficiendi vim sapiat, sed materiæ, formæq. propriam, & vt apparet ex 5. primæ philos. relatam ad subiectũ, & ab efficientis conditione distantem, & notare solummodò rationem, per quam est in officio quæ longè alia põt esse, vt vidimus, atq. ꝗ efficiendi vi prædita sit, nec non ab Aristotele vim patiendi simpliciter assignari naturæ, & efficiendi illi quod est aliud, persuaderi non possumus, quin ex his aliud inferatur, atq. id quod est proprium illorum principiorum omni vi efficientis exclusa, & illud probari nob. optaremus, quòd ex ea ratione, quia per hæc sit in officio compositum, consequatur vnum agendi vim habere, atque alterum patiendi, & in hoc iudicio consequentis fallaciam subesse non modò suspicamur, sed prorsus aspicimus. [b] 2. de An.

Aristotelis testimonio defenditur formam nulla ratione mouere materiam in eodem subiecto.
Cap. XLVIII

NEQVE verò videtur illud esse spernendum, ꝗ si res naturalis ita moueri dicatur ex seipsa, quoniam ex forma mouente, & materia mobili constet, idem actu & potestate sit vnà futu-

rum,quod non modò in eodẽ, quatenus idem ad idem de actu formali & poteſtate patiendi nõ E
conceditur,ſed neq. de actu efficientiæ : neque.n.idem ſolùm actu & poteſtate calidum ſimul eſ-
ſe põt; verùm neq. calefactiuum & poteſtate calidũ ſine aliqua diſtinctione ſubiecti : quid.n.ve-
tabit,quo minus item ſit actu calidũ, cùm inter vtraq. principia ſit interuallum conueniens,& ſa-
tis affecta ad obeundum ſuum munus? Quòd ſi aliud quid prætereà requiras ; iam rationẽ na-
turæ peruertes quæ per ſe & primò fungitur officio ſuo . Non ſufficit aũt ita dicere, non eſſe hæc
in eodẽ ſecundùm idem; quippe ꝙ actuoſum ſit in forma, patibile in materia : nam ſis via præci-
detur philoſopho naturali inueniendi motorẽ à materia ſegregatum. Nam duo ſunt modi qui
bus ineſt in motore primo ſeparatio ; primus ſanè,ꝙ à re mobili ſubiecto diſtinguatur,atq. alter,
ꝙ à propria materia : nanq. etſi homo & baculus actu ſecreta ſunt ; attamen adhuc homo eſt for
ma cum materia : primus ille, poſterior hic , ille cõmunis mouenti primo cum ceteris omnibus;
hic ſuiipſius proprius ; ille ex noſtris demonſtrationibus oſtenſus,hic ab æternitate cõfirmatus.
At verò niſi ille primus fuiſſet effectus; ad hunc poſteriorem peruenire nõ licebat ; atqui primus
illè planè tollitur,ſi ponamus à forma moueri materiã : neque.n.erit mouens,vt mouens, à mo-
bili ſubiecto ſeparatum , ac ſi ibi placet,vtrunq. in extrema illa demõſtratione fuiſſe perfectum;
profectò aut ignoras progreſſum Philoſophi in 8.Phyſ.aut imprudens illum redundantiæ notas.
Apparet aũt ſic proceſsiſſe Ariſtotelem in inueniendo primo motore , vt primùm concluſerit id
quod mouetur,ab alio moueri; deinde,cùm id quod mouetur à primo,motu æterno moueatur, F
æternumq. ſit, neceſſariò quoq. ab æterno mouente conuerti, ex hoc demum, ꝙ ſit æternum,nõ
eſſe mouens materia concretum,virtutemúe corporeã,ſed penitus indiuiduam. Atq. hic eſt ea-
rum demonſtrationũ nexus,quem planè poteris obſeruare,ſi non paſsim & negligenter, ſed ordi
natè & cum diligentia legas ea volumina. Ceterùm ne noſtra ſpinoſa quædam & exilis oratio
reputetur,longeq. à ſenſu cõmuni abhorrens ; adiungamus & Ariſtotelis ipſius teſtimoniũ,quo
[a] T. 52. „ quid grauius in re Peripatetica nob. eſſe debet ? Hęc habet ipſe 2.de An. [a] Habet autẽ dubitatio-
„ nẽ,cur & ſenſuum ipſorũ ſenſus non eſt,& cur ſine externis non faciunt ſenſus,cùm inſit ignis &
„ terra & reliqua elementa,quorum ſenſus eſt,aut eorum quæ illis accidunt ſecundùm naturam.
„ Planum igitur,ꝙ ſenſitiuum actu non eſt,ſed facultate ſolùm,quapropter non ſentit,ſicuti com-
„ buſtile non comburitur ipſum per ſe ſine eo, quod comburendi virtute præditum ſit,ſeipſum.n.
„ cõbureretur,nec quicq̃ egeret actu ignis. Verba Ariſtotelis ipſius apponerem,ſiquid eorum vis in
hoc argumento nos adiuuaret. Ex his ergo liquidò conſtat agens à patiente numero diſcrepare;
ita vt nil mihi magis ab Ariſtotelis iudicio videatur abhorrere,q̃ quòd in eodem ſubiecto vtraq.
paſsionis initia conſiſtant. Et quanq̃ ſatis commouere nos auctoritas Philoſophi debebat quæ p G
ſeipſa euidens & certa eſt,vt in ea tractanda nimis ocioſi non iniuria poſsimus haberi , nihilomi-
nus in ea ſententia cõſtituenda quæ noſtra opera quaſi à mortuis excitata eſt, modum, q̃ ieiuni-
tatẽ deſiderari maluimus. Mitto hic ea quæ à propria ſentiendi rõne ducta ſunt,vtpote, ꝙ ſenſi-
lium ſpecies ſine medio nihil agunt, itaq. extra ſint neceſſe eſt,illa perquiro tãtum quæ de actio
nis & perpeſsionis initiis generaliter exponuntur,quib. certè nil illuſtrius afferri põt in re noſtra,
qui perpeſsionem ab externo ſemper fieri defendimus,& eidẽ ſubiecto vtraq. motus initia dene-
gamus. Accipimus *αἴσθησιν*, cuius ſenſum inficiatur eſſe Ariſtoteles, trito ſignificato inſtrumen
tũ ipſum, quod cetero qui per ſe ſenſile eſt , ſiue vt ſubſtantia ſingularis, quæ conſtat ex materia
ſenſili,ſiue accidentium quæ in illa inſunt, beneficio, quod itẽ actu ſubſiſtit; in eo verò duplicem
facultatem colloco,alterã quidem naturalem , vt pondus quæ inanimato materiæ locum occu-
pauit,alteram vero animalẽ,qua ſenſiliũ formas accipiens,& ad eorũ iudiciũ conferens,eiuſmo-
di per animum eſſe iure optimo creditur : quamobrem eſt veluti forma. Proptereà bifariam ſpe
ctari põt , vt cõpoſitum quoddam è corpore & animo ; & id quod reapſe eſt : poteſt itẽ ſpectari,
vt ratione diſſolubile in duas parteis,corpus videlicet,& animalẽ facultatem. certè inſtrumẽtum H
eſt,non quatenus corpus ab animo ſeparatũ,ſed vt compoſitum. Idcirco cùm quæſtionis verba
duplicem ſenſum admittat;an'ne ſenſorij ſenſus ſit,quà ſenſoriũ eſt,hoc eſt cõpoſitum, an quate
nus eſt corpus,quod ab animo ratione ſola ſeiungitur : inanis & odioſa quæſtio, *φορτικὴν* Græ-
ci vocant,profectò ſit : ſi proponatur id. Cur inſtrumentum non ſentiatur , nanque in promptu
eſt,quid ad ipſam dicendum ſit : etenim planum hoc,quòd nihil per ſe & primo ſe mouet, id qđ
in hoc ſenſus officio contingeret. Eſſet.n.compoſitum id quod ſenſum excitaret , & moueret il-
lud idem quoq. , quod iudicium ferret & pateretur. Reſtat igitur,vt illud in controuerſia pona-
tur. Cùm ea pars,quæ ſenſilis eſt,& materiæ locum ſibi vendicauit in animali, aut non mouet cõ
poſitum,quod eſt inſtrumentum,à quo rõne,ſi non ſeparetur,aut alteram partem, quæ inſtar eſt
formæ , & huiuſce quæſtionis ſenſus talis eſt, & vtrunque caput communi dilutione continetur.
Ratio dilutionis generalis eſt,& à perpeſsionis natura generatim petita, cuius duo ſunt primor-
dia cõmunia,actus.ſ.& poteſtas,quę cùm in qualibet affectione requirantur,efficiunt,quominus
idem immutet ſeipſum,ſed extrinſeci ſẽper indigeat. ſimul.n.non permanet,neq. in eodẽ ad idẽ.

A Itaque nil à seipso patitur ab alio igitur. ita vt eadẽ proportio intercedat inter sensoriũ & sensile; atq. inter mouens & mobile. Quare, quemadmodum mobile, cùm potestate sit; ab alio mouetur quod actu existit, ab eoq. diuersum & separatum; sic & sensoriũ ab alio sensili separato mouetur. Confer eò te nunc, vt verum sit compositum diuidi in materiã & formam: ideoq. in partem per se mouentẽ & partem per se mobilem, id quod tu tanquam arcem inexpugnabilem tibi sumpsisti, eoq. magis, quo magis secreta sunt initia perpessionis in animali, quàm in animo carentibus, quæ necessitas erit Aristotelici argumenti? quid vetabit quominus sensorium à seipso sentiatur? iam.n. sensile actu adest, adest etiã facultas sentiens; inquam ego, & sensus. Ita nos fallacia deludet Aristoteles. Quia, cùm actus à potestate in passione separatus esse possit, non re quidem & ratione simul, sed rõne duntaxat; accipiet agens à patiente necessariò separatum fore. sic enim rõ colligetur. Omnis actus à potestate separatus in passione ponendus est. Agens est actu, patiens est potestate. Agens igitur à patiente separatus sit oportet. Sed sensoriũ est patiens & potentia, itaq. ab alio, quod actu & re separatũ sit, pati ipsum necesse est, non igitur à seipso. Si ergo actus à potestate non modò re, sed rõne separatus poterit incutere passionem. Ergo consecutio fallax. Id scilicet, quod passurum est, ab alio quod re & actu seiunctum sit, pati oportere. Et, cùm antecedens duo mẽbra complectatur; consequens vnum tantum cõtinebit. ita fallacia à coniunctis ad diuisa committetur. Audi nunc vbi sim, & quo rem deducam. Apparet hîc quidem functionem esse cõmunis, atq. hoc esse potestate, ideoq. aliud extrinsecùs ad sentiendi munus obeundum requiri, nec diuidi in partẽ per se mouẽtem, & partẽ per se mobilem, id quod sensurum est atq. mouendum. Igitur quia motus est functio, non quidẽ materiæ, non etiam formæ, sed communis: & cõmune illud est, quod moueri potest. Ergo & aliud extrinsecum ad efficiendum motũ requiretur, nec in partẽ per se mouentem, atq. alteram per se mobilẽ secabitur: multoq. magis habebit hæc rõ veritatem in motu naturali, q̃ in officio sentiendi, quia maior est distinctio inter sensile & animum, q̃ inter corpus naturale & formam eò, quod instrumentum non est sensile, quatenus animatũ, sed per formam cõmuniorem quæ non rõne solum, verùm etiam reipsa separatur ab animo; sentit aũt quatenus animatum. At mobile naturale mouetur (vt ipsi volunt) per eandẽ formam à qua mouetur. Si ergo non dissecatur mobile animatum in partẽ per se mouentẽ, & partem per se mobilem, vbi est rõ diuersa formæ mouentis ab eius forma, quod mouetur, multò minus igitur in eiusmodi parteis diuidetur id in quò forma mouẽs ab eius forma non secernitur quod mouetur. Vbi.n. similitudo & conuenientia maior, ibi efficacitas magis occulitur. Accedit eòdem, eiusmodi actionem multò magis in animato successuram, quàm in corpore simplici, quò animus est forma minus materiata q̃ natura. est.n. forma totius, non partium; & in prima quadam sede locata est, non per totum diuiduè diffusa. Ab his ego transeo ad alterum corollariũ, quo iam theorema nostrum Aristotelis auctoritate confirmetur, quò nunc intendimus. Si corporea functio, si cõpositum potestate, ob eamq. caussam extrinseco opus est, quod moueat; ergo non mouetur materia per se, quatenus informata, nec mouet forma, quatenus in materia. Quia quocunq. ex his posito, aut actionem extrinseco non egere opus est, id quod repudiatur à nobis; aut, si qua est illarum functio; hę certè nil aliud erunt ac compositi. Hoc loco fortasse vereberis, ne idem sit processus inter principia motuum in naturalibus, atq. animalibus. Tum quòd in naturalibus principia rõne seiuncta sint, eademq. subiecto existant. in animalibus nihil omnino tale; ex quo ibi quidem actio ministrari poterat, hîc verò nequaquam. Tum etiam q̃ in naturalibus forma est efficiens, materia verò patiens. at contrà in animalibus forma patiens est, agens aũt materia constituitur. Hæc planè pro nihilo habenda sunt. Nam quod primo loco accepisti falsum prorsus est: etenim accipitur sigillatim quodq. elementum è quo sensoriũ conflatum est, quod reapse non separatur, sed & ipsum rõne duntaxat, aut ab alio elemento, aut à mixto secernitur. Neq. alterum timendum est: quandò rõ communis illius eventi nimirùm, q̃ extrinsecum requiratur; à mobilis natura sumpta est, quod cõmune est, & ex materia formaq. constitutum, & ex iis demũ quorum alterum actu sit, alterum verò potestate: atq. inter hæc actio negata, vbi subiecto idem fuerint. Quodcunque igitur ex illis actus potestatisue rationem habeat, proposito nihil obstabit. Sed quid ego ineptus in hæc labor, cui ab hoc hominum genere arma quoq. validissima suppeditentur? Accepi.n. vt debui, sensus energiam, vt in perpessione positã, & inde oportebat, has apparenteis repugnantias conciliare: gratis illi etiam dant animi officium in agendo consistere. Cur ergo non agit animus in sensorium, sed indiget externi mouẽtis? aut si id non perfectè facit, quæ astutia hæc est, seu vanitas, ita separare animata ab inanimis, quòd illa ipsa perfectè moueant, cùm illa item imperfectè sese moueant? Idcirco aut hęc distinctio falsa, aut generatim pertinet ad omne genus compositi, quantùm est continuum & congenitum, nullo modo moueri à seipso, sed ab alio semper.

B

C

D

Respondemus

Respondemus ad nonnullas rationeis aduersariorum quibus probatur efficiens motum inanimi internum esse. Cap. XLVIIII.

E

POSTQVAM à nobis ea constituta sunt, experiamur nunc, an'ne aliquid succurrat quod eorum rationeis euertat. Erat aũt hæc nonnullorum ratio. Primùm maior est concordia inter cęlum & mentem, quàm inter materiatas formas & suã materiam: ibi.n. sine dimensionibus concordia ministratur, in nostratibus aũt per dimensiones. Sed cęlum diuiditur in partem per se mouentẽ, & partẽ per se motam actu; multò igitur magis inanima in eiusmodi parteis diuidẽtur. Deinde, id per se operatur quod habet in seipso suæ functionis initia; elementa verò sunt hũi: nam postquàm genita sunt, è materia formaq. constant, quarum alterius officiũ est pati, alterius aũt efficere. Ad hæc dicimus; concordiam esse triplicem mentis, & eius quod cadit in mentẽ, mentis & corporis, formæ & materiæ, maior autẽ concordia illa prior cum extensiuè, vt dicitur, tum intensiuè, maior est.n. indiuiduorum concordia, quàm diuiduorum: quandò ex indiuiduis semper fit indiuiduum. & verò extensiuè: nam concordia mentis cum cęlo non seuocatur à situ quodammodò: in dextris.n. cęli Deus ipse collocatur. nihil tale recipit concordia mentium. sed hac dimissa, si naturã corporis cęlestis & mentis ipsius contẽplemur, profectò substantias vtrasq. actu esse perspiciemus; cęlum quidem inter corpora, mẽtem verò in ordine separatorum. Quod si è duobus in actu non fit vnũ per se, multò minus è duobus actibus. Nam propter quod vnumquodq. tale est, & illud est magis tale. Inde ab Aristotele extra cęlum positæ sunt mentes, quia non informent orbes, sed, vt dici solet, assistant. At materia formaq. naturalis, cùm se habeant veluti potestas & actus, ex iis vnum per se fit, atq. adeò, vt hæc coniunctio sic intima sit, vt caussam non habeat. Ideoq. forma cum tota materia extenditur, eamq. perficit ex toto. sed cum in materia sit potestas ad quantum, hæc verò est dimensio, vt aliàs dicetur: fit vt forma quæ per se cęteroquin esset indiuidua, diuidua reddatur: mens verò, cùm separata sit à materia, fit quidẽ vnum indiuiduè, sed per associationẽ, vtroq. principio naturã propriam cõseruante potius quàm subiecto, neq. ipsa fiant vnum, & fiunt vnum, vt in mobili per se, queamdmodum posteà narrabimus, non vt substantia per se, sicuti materia & forma fiunt in composito. Omnino verò ratio par non est in efficiendo motu. Quandoquidem, vt finis mens ipsa diuina mouet: an'ne verò moueat ita solùm, alia est disputatio, nec in præsentia quicq̃ refert. Quamobrem mouet vt separata necessariò; forma verò, siue moueat vt efficiens, vt dicunt, siue ratione propria formæ, quemadmodum nos; mouet profectò tanq. internum principium. Ex his ergo possumus animaduertere duos concordiæ modos in corporeis: alterum quidem per informationẽ, atq. alterum per associationẽ. At quoniam hæc concordia non efficit vnum subiectò cęlum cum mente motrice; fit, vt in ea rõ mouentis motiq. conseruetur. informatio verò cùm efficiat vnum subiecto, non tolerat eiusmodi distinctionem. Id propterea corruit vniuersa necessitas loci illius cõmunis à comparatione. Deinde operari per se, aut ẽt per se moueri triplex est apud Aristotelẽ: aut, quod non per aliud, quod scilicet, neq. per partem, [a] neq. per aliquod mouetur, quod insit in ipso: hoc aũt modo, nil prohibet saxũm præter naturam per se proiici sursum, aut, quod à seipso mouetur, hoc est, quod, cùm diuidatur in partem per se mouentẽ & in partem per se motam, ex seipso, suum ipsius motum præstat, tale verò est viuens, & omnium maximè primum viuens, quod est cęlum. Postremò per se moueri dicitur, quod habet in seipso principia sui motus non sanè, quia pars vna moueat alterã, sed quia per sua principia moueatur; hoc est eiusmodi principia cõtineat, per quæ ab alio efficiente motum excipiat, eò vergens quo mouetur, & efficiẽtis vim adaugens; contra quàm ea quæ violentia mouentur quæ robur mouentium minuunt, aliò suapte natura properantia q̃ quo mouentur: & ob id mouens ipsum assiduè defatigant; hic est motus inanimorũ proprius. Cùm hæc ita sint, dicimus, quãdo assumitur. Id quod habet suæ functionis initia, per se operari, duplex esse, vel.n. quòd in se principia cum agendi, tum patiendi contineat, vel q; in seipso facultatẽ habeat excipiendi motum. Ac si priore modo sumatur ea propositio, falsa est assumptio generatim, & duntaxat ad viuentia pertinet. Si verò posteriore, propositio & assumptio conceduntur. Sed tamen inde non concluditur, elementa vim effectricem motus obtinere. Cùm propositum confirmatur ex eo q; elementa constant è materia & forma, quarum vnius officium est pati, alterius aũt agere, satis superq. ad obiectionem hãc anteà responsum est, cùm docuimus argumentũ peccare secundùm fallaciam à secundùm quid ad simpliciter. habet.n. forma talẽm vim in eo q̃d subiecto distinguatur, at hîc concluditur ipsam habere vim efficiẽdi simpliciter, & in alio subiecto, & in eo, in quo est. Cùm etiam adiicitur. Quod per se mouetur, constat è duabus partibus, altera quæ per se mouet, atque altera quæ per se mouetur: talia verò sunt elementa. Respondemus etiã, notando propositionis illius argumenti sensum. Illud.n. quod est eiusmodi, per se mouetur secundo modo, hoc aũt est, quod mouetur à se ipso, quo fit, vt cùm elementa non habeant eas parteis, vt superius diximus, à seipsis non moueãtur, sed per se moueãtur solùm tertio modo.

F

G

H

[a] 5. Phys.

Sic

A Sic redditur aſſumptio falſa. Nec vrget Alexander, dum formã accipit tanquam motricem. ambigua.n. vox apud illum eſt mouere, atq. tum ſumitur, tanquam id, per quod ipſum habens mouetur. Præterea, quandò opponitur functiones eſſe indiuiduorum, ideoq. non pars quidem mouet partẽ, ſed totum mouet, & totũ mouetur: concedimus ſanè propoſitionem; hoc.n. re vera efficit, & illud patitur; non propterea tamẽ ſequitur, vt exerat id ſubiectum eiuſmodi facultatem in ſeipſo, ſed in alio ſimpliciter: verbigratia. homo facit hominẽ, & homo mouet lapidem: non aũt lapis ſeipſum mouet. Neque neceſſe id eſt, cùm propter principia, è quibus conſtitutum eſt, tum etiam propter motum. Primùm illud quidem, quia põt aliquid per ſe moueri ſolùm, ſi habuerit principia, per quę motũ excipiat; alterum verò, quoniã, & ſi motus eſt ab aliquo, in hoc; tamen ẽt diſiungi põt ab eo à quo deriuatur, & fundari tanquam ſubiecto, eo quod mouetur ſolùm. Ac ſi verum illud ſit, ꝙ ſe moueat totum, id ſolùm eſt, quod per ſe mouetur ſecundo modo, & actu ſecatur in partẽ per ſe mouentem & partem per ſe motam. Falſumq. illud eſt omnino, ꝙ ſi moueantur inanima ab extrinſeco, formæ naturales propriis functionibus carituræ ſint; eò quòd functiones, energias aũt intelligo, ſunt vel actuoſæ, vel patibiles, & actuoſæ quidem, aut in ſuo ſubiecto, aut in alieno, non omnes aũt actuoſæ ſunt in ſuo ſubiecto, ſed eæ ſolùm quæ ſunt animatorum, atq. difformium. Ideò tametſi carent his inanima quę non ſunt ſuæ ipſorum propriæ: at reliquæ reſtant quę ſuæ ipſorum naturę conueniant cum patibiles, tum eæ quæ in aliud, B quatenus aliud exeruntur. Illud, etiam quod accipitur, non poſſe probari numerum corporum ſimpliciũ ex numero motuum, nihil eſt: quoniam ſufficit, ſi motus in mobili patibilia principia, & quæ vim efficienti conferant, offendat. Nam ſic eſt naturalis: & ita diſtinguitur ab eo qui animantium proprius eſt, & ab eo qui præter naturam. hoc verò, ꝙ vberrime infra diſſerendum eſt, ideò concedatur in præſentia. Ad id autem quo probatur, inanimum pellendo prohibens mouere ſeipſum, poſteà dicetur: poſtulat.n. eius argumenti ſolutio certas huiuſce motus cauſſas, de quibus plura poſthàc. Solent & præter hæc alia complura contra afferri, quę cùm etiam ex dictis facilè profligari poſsint, & iam multò prius exitum inuenerint, non ab re fuerit tamen, ſi paucis hîc tranſigantur. nihil.n. ea retractare nocebit, quibus iudicio cõmuni multum hactenus attributũ fuiſſe perſpicimus, cuiuſmodi illud eſt. In omni natura, vbi eſt id quod patitur, ẽt præſtò eſſe oportet id quod efficit. Sed in elementorum natura adeſt materia quæ patitur; ergo etiam aderit forma quæ efficit. Quin etiam Ariſtoteles dum exquireret cauſſam, cur eſſet terra rotunda, minorẽ grauitatem à maiore propelli teſtabatur; at impellere efficientis eſt facultatis, In elemento igitur ineſt principium efficiens. Poſtremò oẽ quòd fit, aut fit à ſimili, aut à contrario, aut ab C actu, hoc verò eſt forma. At motus elementi non fit à ſimili, neque.n. motus generat ſimilẽ motum, neq. à contrario per ſe, quia nec aſcenſus facit deſcenſum. Ergo ab actu. At forma eſt actus iſte: à forma igitur elementi, fit elementi motus. Nanq. in primis illis eadem fallacia cõmittitur quæ. ſ. eſt à ſimpliciter ad ſecundum quid: conceditur.n. in vnaquaq. natura, in qua eſt patiens; eſſe quoq. agens. Ergo ſequitur'ne, vt, in quo indiuiduo ſit patiens, adſit etiã agens? Minimè profectò. Verùm ſatis eſt, ſi in ea natura ſimpliciter, vtraq. facultas inſit: hoc aũt in elementis etiam contingit; nanq. & ignis patitur, dum mouetur, & agit, dum calefacit, & hic ignis ab alio generatur, atq. alium gignit, dum elementa inferiora in ſeipſum efficacitate ſua conuertit, & patitur terra, dum afficitur; eadẽ quoq. opprimit trabem. Ideò etiam ſi pars grauior minus grauẽ propellit, & habet vim efficiendi: dicito ẽt tu talem vim exoriri à forma: at non in hoc in quo eſt, vim habet efficiendi, neq. ſeipſam terra grauior pellit, verum aliam à ſeipſa diuerſam. Non viderunt etiam iſti, entelechian ab Ariſtotele nonnunquam appellatũ fuiſſe genus illud cauſſæ ambiguum, quod ab vniuoco diſiungitur, vt neq. nomine, neque ratione cum ipſo effectu cõueniat, D Sed hoc miſſum faciamus. Eſto quòd à forma fiat motus elementi: ſequitur'ne obſecro ipſum fieri à ſua ipſius forma, ſequitur'ne etiam, vt fiat ab ea, quatenus efficiens? quis hanc ſequelam admittat, cùm ipſa contineat fallaciam ſecundùm conſequens? tota denique res eſt puerilis & nugatoria, quemadmodum vides,

Exploratur diligentius Burlei iuniorumq. placitum de motu inanimorum. Cap. L.

SEQVITVR illud nunc, vt opinionem Burlei, iuniorumq. decreta ſeorſum exploremus, & ea perpendamus quibus probare conabantur, elementa ab interno moueri principio, atque illo quidem accidente, non aũt à forma: quippe ab illorum grauitate & leuitate. Non vidit iſte vir, cęteroqui doctiſsimus, graue & leue ſignificare poteſtatem, non aũt actum. At à poteſtate, quatenus eſt huiuſmodi, nullus certè proficiſci poteſt actus, nec ab eo quod eſt actu, fit motus. Quamobrem neq. à graui, neque à leui. At inquies, tu, premit graue: efficit igitur. Reſpondeo, graue tum premere, quoniã actu eſt, cùm amotum ſit impedimentum: quare non à ſeipſo, tanq̃ agitãte ſeipſum, ſed ab alio mouetur eo tẽpore & aliud mouet, quemadmodum poſteà declarabimus.

binus. Quæro rursus, an elementa tum moueantur secundùm naturam, nec'ne. negare id stolidi prorsus esset. E Quòd si secundùm naturam mouentur: ergo sequitur, vt secundùm formam, aut materiã, aut vtrunq. moueantur. nulla est.n. alia natura præter has: aut ergo leuitas & grauitas sunt formæ, aut formas ipsas cõplectuntur & virtutem continent formarũ, atque ita sunt caussæ motus patibiles, vt nos anteà docuimus, aut per ipsas non mouentur elementa. Dabis fortasse non moueri elementa secundùm grauitatẽ & leuitatem, sed secundùm formam quidẽ modo sui ipsius proprio, à grauitate aũt & leuitate vt efficiente. Sed & hoc multò minus: quandò moueri ab aliquo, flagitat principiũ multò magis separatum, q̃ moueri per aliquid. Nunc minus separari põt accidens, quam vlla substantiæ pars. Tum deinde, inanis esset definitio naturæ. Nam, si elementa à grauitate leuitateq. mouentur; hęc essent principia motus & quietis interna, non aũt natura quæ est materia & forma. aut oĩa contra hanc sententiã valere poterunt quæ ab efficientis ingenio petuntur. Præterea cogitur docere nos iste vir, quem vsum habeat forma in elemento ad id, vt sit principium motus, quemadmodũ 2. Phys. describitur. Quòd si dixerit, eam esse principium a quo proficiscitur grauitas: non igitur grauitas, sed ipsa forma mouebit: etenim grauitas erit tanq̃ instrumentum; at efficientiæ ratio posterius attribuitur instrumento, q̃ ei cuius est instrumentum: atq. adeò, vt accidens in substantiam, & instrumentũ in efficiens primum resolui

[a] 2. de ge oporteat. Ita quoq. Aristoteles in Democritum inuectus est [a] qui calorem quod est accidens, efficiendi principium statuens tale posuerit quod organicè admodũ efficeret. F Vereor item, ne huic placito ipsa naturæ definitio reclamet quæ ponitur principium motus eius in quo est, primò, per se & nõ per accidens, quibus verbis arceri etiam cõstat instrumentum. Mitto illud, quòd ipse naturam, vt natura est, aliter operari voluerit in elemento, dum gignitur, & postquàm genitum fuerit, cum vtroq. tempore demonstretur ab Aristotele, naturã esse principium motus & patiendi quidem, non aũt agendi. Opposita autem his soluere non est difficile: nil.n. roboris habent. Nam, cùm obiicitur elementorum formas in mixto non superesse, & tamen moueri secundùm naturam: ex quo nec formas elementorum caussas esse motus. Quanquam de hoc posteà pluribus disserturi sumus: attamen ne litem lite resoluamus, & id quod postulat, in præsentia demus. Esto, inquam, vt elementorum formæ non sint in mixto superstites; at eodem temporis puncto, quo forma elementi deperit, succedit forma mixti quæ elementorum formas virtute cõtinet, siue, quia sint in mixto elementorum formæ refractæ, quàm cõditionem auctor his tanquàm sectator Auerrois, facilè acciperet: siue etiã solet ipsorum virtutes; nil etiam refert: quo fit vt dominantis elementi motu concitetur. Itaq. falsò assumitur; solas grauitatem aut leuitatem esse superstiteis. Vnde item falsò concluditur, ab iis impetrasse mixtum q̃ moueatur. G Cùm secundo loco opponitur. Quod est principium per se quietis, est quoq. principium per se motus. Fateor grauitas & leuitas huiusmodi sunt. id verò nego. Tu probas, quoniam auellenti ex proprio loco elementum, resistit grauitas. Et hoc falsum est: assero.n. non solam resistere grauitatem quæ est accidens, sed cum grauitate formam ipsam comprehendi, atq. in hunc sensum accipienda esse Aristotelis verba, quibus resistendi vim tribuit grauitati. Sed esto id, fac grauitatem concurrere, vt caussam; non id necessariò sequitur, vt operetur, velut efficiens, & præcipuè primum. cur.n. non, vt instrumentum? cur non, vt forma, quia per grauitatem elementi forma describatur? cur non etiam nihil ad nos; quandò motus ille à resistente est in aliud, cui.s. resistitur, & si in aliud, cur item consimili ratione in eo in quo est? Cùm instas velocitatem motus à sola grauitate proficisci: ergo & motum. Quicquid sit de sequela ista & connexione: quoniam velocitas non est idem atq. motus, sed modus eius qui exoritur à proportione & exuperantia mouentis ad mobile, cum habitudine ad tempus: neque est eius specifica differentia, veluti demonstratum est 5. Phys. neque item secundus actus: quandò absoluta velocitatis ablatio, vt neq. actu, neq. potestate relinquatur, vt fit, cùm elementa iam ad suũ locum peruenere, non euertat rei naturam; H actus aũt secundi eĩs ablatio naturam corrumpat, sed prorsus accidens: nil aũt impediat, quominus alia sit subiecti caũsa, alia verò accidẽtis in eo subiecto, vt q̃ sit homo, & q̃ sit Æthyops: nanq. homo hominis caussa est, nigredinis verò ambiens quod maximè feruet; ex his efficitur, vt ea consecutio non sit necessaria. Velocitas motus à grauitate descendit, ergo & motus: tamen & vnam demus esse vtriusq. rei caussam: at moneo grauitatem simpliciter non esse eius euenti caussam per se, sed, vt instrumentum formæ elementi, & si referatur ad medium, quia.s. citius ipsum diuidat, atq. propellat. Quamobrèm planè (vt diximus) vniuersa velocitatis ratio pendet ab externo, atque ita, vt etiam præter naturam esse possit. Nam velocius saxum sursum proiicitur q̃ penna, & idem ab homine valido actum citius deorsum properat, q̃ suapte natura fertur; cùm cęteroqui motus naturalis caussa interna recipiatur. Quare si eadem est caussa velocitatis & motus; vtique etiam motus naturalis caussa extrinseca erit requirenda: sic in idem vtraq. opinio, & illius auctoris, & nostra residet. Vbi verò in medium affert Aristotelis ipsius testimonia, quibus muniat placitum suum, peccat non leuiter, quòd aut falsò loca citat, & ea tribuit Aristoteli quæ nunquàm ipse com

A mentus fuerit, aut eadem simpliciter sumit quæ cum conditione quadam intelligenda erant. Veruntamen & id illi nunc demus quod vult, hoc ponere Aristotelem. At memento consuetudinē Aristotelis esse, si qñ res tractanda non requirat solertiam, accipere quoq. multa ab aliis approbata, &, quæ alibi acerrimè ab ipso cōfutata fuerint, ne præter necessitatem arguens aduersarios, subeat notam molesti dissertoris. Neque.n.ex omni falsa propositione conclusionis falsitas proficiscitur. [a] Quamobrem dialectici iubent, vt quanuis vtræq. falsę sint; instantia tamen aduersus illam afferatur ex qua proximè falsitas in conclusionē redundet. Neque mehercule infrequenter Arithmetici regulis illis vtuntur quas falsi vocant: non sanè, quia doceant falsum, sed vt ex falsò verum exprimatur, & ex falsis verum colligi docuit Aristoteles. [b] Neque idcirco fidendum est eccentricis & epicyclis, & si verę conclusiones pendent ex ipsis, & vt nosti. [c] Si falsa conclusio, principia necessariò falsa sunt: non contrà. si principia falsa, conclusio item falsa. Non est animus nunc disputationis nostræ limites transilire: satis illud esto; nonnunquàm aliorum placita, quantunlibet falsa, recipi consuesse; quemadmodum ea quæ de aspectu leguntur in Meteorologia iuxta aliorū sententiam posita: quippe emicare oculum, &, ex eo prodire quippiam; cùm tamen libro de sensu positionis illius absurditatem notarit. Nanq. illud omnino falsum 1.de Cęlo accipi grauitatē mouere: accipitur quidem graue ipsum moueri nec de motus illius caussa quicq̄ dicitur. Quinetiā sicubi graue, aut leue assumpserit Aristoteles; assero hæc, non, vt qualia simpliciter accipi; sed, vt significant formas, earumq. actum secundum, siue imperfectū, qualis est in motu, siue perfectum, cuiusmodi est in elemento, postquàm peruenit ad suum locum. Neque item id habet vllam vim quod opponitur. Nihil esse, quod motum continuare posit, nisi grauitas illa sit, aut leuitas. hoc.n.est ignorare ingenium motus in elemento, dum gignitur, eiusq. cōtinuationem à potestate materiæ nasci quam diuisio necessariò comitatur, & postquam genitum fuerit; quando motus ille fiat ab eo quod arcet impedimentum: hoc verò continuum est, & tandiu permanet, quousque elementum peruenerit in suum locum: illo.n.terminatur impedimentum, vt planius infrà docebimus. Itaq. ob hæc, atque alia multa Burlei iuniorumq. sententia dimissa nostram adhuc tueri placebit.

[a] 8.Top.
[b] 2.Prior.
[c] 1.Post.

B

Examinatur ratio 7. Phys. an'ne pertinere possit ad inanimorum motus, & quemadmodum. Cap. LI.

C TAMETSI satis, vt puto, demonstratum est, elementa non diuidi in partem quæ per se moueat, & in eam quæ per se moueatur, & significatum, in elementis formam vim mouendi non habere, præsertim, quando gignuntur, vt liberè alterum caput nostræ disputationis ingredi liceat, & inquirere, quodnā m extrinsecum illud sit, quod moueat elementū, quòd genitum est, & ne quid oīno scrupuli supersit in animis nostris quod malè nos habeat, atque obsistat, quominus iis credatur quæ posteà consequentur: instituimus in primis iterare illam demōstrationem quæ constructa est 7.Phys. àc sedulò animaduertere, an'ne ex ea quicquam depromatur quod officiat nostræ positioni. Et quanuis, si interpretatio nostra defendi posit; nihil suppetat, quod ex Aristotelis decreto contrà queat afferri, quia tamen alter alij propositum conficiunt: age illorū consilia nunc exponamus, & infringamus, si licet eorum conatus. Videntur ergo colligere ex Aristotele argumentum quod est huiusmodi. Quod parte aliqua primò quiescente primò quiescit, ab illa mouetur primò. Omne elementum parte altera primò quiescente primò quiescit. Omne igitur elementum ab aliqua parte mouetur primò. Propositionem, vt ab Aristotele comprobatā sumi sine controuersia posse dicunt. Assumptio probatur. Omne continuum parte aliqua primò quiescente primò quiescit. Omne elementum est continuum: itaq. parte aliqua primò quiescente primò quiescit. Atqui partes elementi sunt materia & forma. Porrò materia non mouet, sed mouetur. Restat igitur, vt moueat primò forma. liceat etiam veritatis ergò, sic transumere propositionem syllogismi. Quicquid ab aliquo primò mouetur, ad eius quietem primò quiescit. tum subdere: Elementa non quiescunt primò ad quietem mouentis extrinseci. non ergo mouentur ab extrinseco primò. Nunc singula perpendamus: nam quot verba, tot fallacias continēt huiuscemodi rationes. Et, vt hæc probè teneantur, in vi rationis Aristotelicę persistamus. Quòd igitur accipiunt. Id quod aliqua parte primò quiescente primò quiescit, ab ea mouetur primò, & inde inferunt elementum ab aliqua parte primò moueri, & assumunt falsum, & aliam conclusionem afferunt, quàm exposuerit nobis Aristoteles. Etenim non erat illa Aristotelica cōclusio: moueri primò ab aliqua parte id quod ad quietem partis quiesceret, neq. esse poterat: siquidem illud vniuersè conaretur efficere Aristoteles. Nil à seipso moueri primò, sed ab alio. At quantum distat hoc ab eo quod ipsi sibi sumunt, moueri primò ab aliqua parte? Num'ne obsecro ab ea parte, ad cuius quietem primò quiescit? quis doctor fuisset Aristoteles si construeret rationes in quibus extaret perspicuè vitium ex consequente? Nam videto. Non'ne continuum item, qua-

D

tenus continuũ,hoc est,vt constans è partibus quanti,sub ea ratione generali comprehenditur,vt à seipso primò non moueatur? Scio. negare non audebis. Igitur, si qua pars quiescat, & ipsum quiescet. Vtar.n.hîc Aristotelica ratione. Nanq. aliqua parte quiescente totum nõ erit id quod mouebitur. At erit'ne pars hæc à qua ciebitur continuum? Minimè profectò,quandò continuũ, vt continuum.i.quantum, in tale partium genus secari non põt, quarum vna, vel ipsis etiam auctoribus sit mouens,altera verò moueatur. Quòd, si in eiusmodi parteis non secatur: ergo non necesse est, vt id quod ad quietem partis alicuius primò quiescit, ab ea parte primò moueatur. Itaq. falsa erit propositio primi argumenti,& negabitur à nobis. Et illud quoq. falsum,eodemq. fallaciæ genere implicatum. Si parte aliqua primò quiescente primò quiescit,& continui partes sint materia & forma, ꝙ propterea quiescente forma, nec vlla alia parte primò quiescat, ideoq. forma sit quæ moueat. Nam,si illius continui ratio,quod à seipso primò mouetur,in omnib.partibus posita est: ideoq. ab Aristotele quæq. pars indefinitè sumitur: cùm materia sit et pars eius continui: profectò & ea quiescente primò quiescet, neque.n.amplius, vt totũ primò mouebitur. ita concludetur esse quoq. materiã principium,quod erit caussa efficiens motum. Præterquàm quòd quis docuit,vel illum etiam,qui physica superficietenus attigerit,de forma,aut de materia quietem prædicari? quę tam impropria locutio? sunt illa quidem principia motus & quietis: nequaquam verò mouentur,aut quiescunt corpora;quiescunt & corporum partes integrantes quę extra totum subsistere queunt. Paucis aduerte nunc transumptionem illam rationis. Quicquid ab aliquo primùm mouetur,ad eius quietẽ primò quiescit. Elementa verò non quiescunt primò ad quietẽ mouentis externi. Si,quicquid ad alterius quietem primò quiescit,non à seipso primò, sed ab alio mouetur: siue intra se habeat mouẽs,siue petat extrinsecùs;siue etiã vtrunq. mouẽtiũ genus flagitet: ergo quicquid à seipso primò non mouetur, ad alterius quietem primò quiescit. Elementa à seipsis primò non mouentur: ergo ad alterius quietem primò quiescunt. Sed primò quiescunt ad quietẽ mouentis externi; ergo cientur ab externo mouente, primò verò quiescunt ad illius quietẽ,quia forma elementi,vt aiunt, imperfectè operatur: itaq. eget generante, & vbi genitum sit,flagitat remouens impedimentum: aliter ociosa maneret. Igitur erit caussa mouens externa. Quia verò primò,vel citra medium significat,vel etiam adæquatè,in Aristotelica ratione,& in eiusdẽ transumptione, quam nunc ipsum tractamus, & de vtroq. suspicio posset incidere: specta obsecro, si Aristoteles,vt certè fecit,primò.i.adæquatè sumpsit: totum ab alio moueri primò, præterquam à seipso non accipit: falsò igitur accipientur illa. Quicquid ab aliquo primò mouetur: quandò nihil ab aliquo primò,præterquàm à seipso concitari possit. Si verò caussam primam motus esse velis eam qua primùm posita ponatur, eademq. sublata tollatur effectus, siue vna existat, siue plures. Nam, vt inquit ille. E F G

Sunt aliquot quoq. res, quarum vnam dicere caussam

Non satis est,verùm plures, vnde vna tamen sit. eademq. ex externo & interno principio cõstet; opponã mixta inanima,in quib. cum formæ pars non detur,vt dictum est,aliter oẽ inanimum ex forma constaret,quæ intenderetur & remitteretur, sunt.n.hæc theoremata cõmunia cunctis inanimis forma, vt mouens, ne vtiq̃ conuenire potest,sed generans solùm præstabit motum interno principio concurrente,quod patibilis duntaxat vicem sustineat. Quòd,si primò valeat absq. medio: non igitur à forma primò concitabitur. cùm in ordine efficientium illud quod remotius est à mobili,sit oĩum principium. Dicet quispiam primò idem esse àc proximè. Quare quicquid ab alio proximè mouetur,ad eius quietẽ primò quiescit, sed non ad externi cuiusq. quietem manet proximè elementũ: non igitur ab eo mouetur. Vide tu,si id generatim sumas, quàm abhorreat à vero. Nam quies violenta prorsus est ab alio. Si naturalem à forma proficisci dederis: tamen si opus item generantis cesset,non erit vllus motus,sed quies. An'ne fortè non primò; verùm,quia sic cesset etiam forma? At hîc ita instabo ordinem naturæ peruerti,quippe ꝙ τὸ κύριον & imperium sit in caussa efficiẽte ad formam & materiam. Verùm si ita decernatur efficiens erit formæ minister. Quòd si aliud principium, quod internum sit,requiratur ad præstandum motus naturales,eosq. proximè. Mirum in materiæ quoq. vim efficiendi commiseris,aut totum naturæ definitionem euerteris,aut tandem in mobili principium patibile collocabis, quod sit caussa proxima motus naturalis. Quoniam verò propositio & conclusio, quas exposuit Aristoteles, & quas isti conuerterunt, habet adiectum modum primò: ex quo effici posset, vt ratio contradictionis, quemadmodũ fit in propositionibus quibus accedit modus,immutetur: neq. nos hoc caput intactum relinquamus. Sit id, non moueri à seipso primò: hoc est, non habere in se caussam quæ suum proprium ipsius motum adæquet. vnde potuimus persuaderi id consequi. Non habet in se caussam adæquatam: ergo habet in seipso caussam proximam, eandemq. ex eorum genere quæ efficiant? Sed mitto caussarũ genus: cùm Aristoteles de causis efficientibus verba faciat. Etenim dicam: non habet in se causã adæquatam. negabo etiam habere in se caussam quę non adæquet motũ: siquidem vtraq. consequentia cum eodẽ antecedente consistant: sicut etiam ex eo ꝙ non H

mouetur

A mouetur à seipso primò, necessariò consequi negabo, habere in se, si non caussam primam; at aliquam quæ tamen prima non sit. propterea cùm eo quod est nō moueri primò à seipso, vnà existant, & habere caussam internã, & carere tali caussa. Nam & quod caret tali caussa interna, & quod habet caussam illam, non mouetur à seipso primo. Rursus esto non moueri à seipso primò idem; ac moueri à seipso non primò. Quando igitur hæc pronunciat Aristoteles. Nullum quod ad alterius quietem cessat, à seipso primò mouetur. idem valebit, atq. hoc: Omne, quod ad alterius quietē cessat, à seipso mouetur, sed non primò. Tunc igitur ego adscribam. Continuum ad quietē alterius cessat moueri, quippe ad quietem partis integrantis. Cùm sit in continuo motus totius & partis: ergo à seipso mouebitur quidem continuum, sed non primò. hoc verò falsum esse quis ignorat? Verùm esto, in id contendat Aristoteles, vt monstret nobis non moueri totū; quia moueatur à seipso primò, & ipsum sibi ipsi sit caussa quæ suum motū adæquet: ceterùm, si fortè moueatur à se, ita moueri, quòd vna pars sit mouens, altera autem mota. Detur & illud, Nullum, quod ad alterius quietem desistit à motu, moueri à seipso primò: addo etiam ab eo moueri, ad cuius quietem primò cessat. Eiusdem notæ sunt & illa, vt quæ cum illa commeat: nempè ꝙ id quod à seipso primò mouetur, ad alterius quietē non desistit à motu. Prætereà, quòd si moueatur ab aliqua parte, quiescat item ea quiescente: hæc oīa quoq. concedantur: quippe, quòd ab eodem fonte dimanent: do etiam totum ab ea parte moueri, ad cuius quietem cessat. profectò

B quoniam totū multiplex est, & vt quantum, & vt essentiale, quod aiunt; partes item singulę, quæ totis suis respondeant; etiam necesse est, vt quæ de totius aliquo significato concluduntur, pertineant ad partes in eodem significato in quo totum est, ad quod ipsę referuntur. At cum totum accipiatur, vt quantum, non essentiale, fit, vt partes quoq. sint eius totius, non aūt materies & forma quæ sunt partes essentiæ. Tum deinde illis partibus cōuenire debet attributum, de quibus prosyllogismus ad assumptionē constructus agit. Sed is agit de continui partibus, quatenus est huiusmodi: tales verò materia formaq. non sunt. Nam prosyllogismus ille sic struebatur. Quod est continuum, quiescit ad quietem partis. At cuius'nam, obsecro, partis? an'ne eius, quę constituit essentiam? quid hæc ad continui rationem? Quòd si pertinet id ad integrantem: iam patet in syllogismo non contineri sanè partem essentiæ, sed quanti. Confirmatur propositū, quia, dum vult Aristoteles vniuersam rem ponere nob. ante oculos elementorū quorundam expositione, totum partesq. continuos assumit, & illud totum cuius vnum contingit esse motum, vsque adeò, vt verè animal ea propositio non cōplectatur, siquidem eius motus vnus nō existat. Apertè igitur de partibus non essentiæ, sed quanti, atq. illis quidem vniformibus verba facit, &

C propositum concludit Aristoteles. Quocirca efficitur, vt in aduersarij prosyllogismo fallacia ducens originē ab ambiguo deprehendatur, dum id quod de toto, vt quanto, partibusq. consimilibus ab Aristotele sumptū fuerit, ad totum & parteis essentię transfert. Neque verò dices, opinor, continuum sumi cōmunius, quemadmodum quoq. 8. Phys. cùm statuitur mouens cum mobili ipso continuum esse: quandò hęc continui ratio pertineat item ad virtutē, qua mouens cum mobili continuari fertur, & latissimè pateat; quippe quæ complectatur externa mouentia. Qua de re stante hac cōtinui significatione; si, quod ab Aristotele concluditur, ad interna mouentia contrahatur; peccabit ratio secundùm fallaciā consequentis: aut, si externa esse poterunt quæ mouent, eaq. secundùm naturā, ruet eorum decretū qui motū naturalē ab externo fieri posse negāt. Nam ꝙ verè continua nō sint mouens & mobile, liquet ex eo loco 8. Phys. vbi, cum docuisset Philosophus, vt primū mobile secetur in partē quæ per se mouetur, & partē quæ per se mouet; iterū veluti perorans, hęc affert. Mouens & mobile non esse συνεχῆ cōtinua, neq. σύμφυτα. i. congenita, sed ἁπτόμενα ἀλλήλων, ἢ θατέρου θάτερον. i. inter se tangere, aut alterum, vnum verò tangere solùm, non tangi ipse declarauit. [a] illud esse dicens quod non conuenit in materia, cuiusmodi

D est primum mouens. Neque minus euertetur Aristotelica methodus, si aliquod aliud mouēs incorporeum, siue per se immobile, seu per accidens excogitetur, cùm à notis nobis quæ corpora sunt, progrediatur ad incorporea philosophus quæ ad manus nostras alio tempore peruentura essent. Quibus animaduersis facillimè constat, quid dicendum sit ad eam rationē, etiamsi cum illis in eius deductione consentiamus. Vbi.n. opponitur. Quod aliqua parte primò quiescente primò quiescit, id mouetur ab ea parte primò. Totum ad quietem partis primò quiescit: ergo primò mouetur à parte. Valebit.n. de toto vt quanto, atq. illo quidem sumpto secundùm formā, & de partibus huic toti respondentibus. Ideò cum subiicitur Elementum primò quiescit ad quietem partis; ergo mouetur à parte primò: pertinebit sanè ad elementū, vt totum in genere quanti, quia tale totum ab Aristotele significatur, & ad hoc dirigitur illa probatio. Continuum primò quiescit ad quietem partis. Elementum est continuum: ergo primo quiescit ad quietem partis. Quòd, si transferantur hæc ad aliud genus totius & partium; neq. ab Aristotele probatū est, neq. cōceditur à nobis, atq. id quàm verum sit, ea quæ nuper attulimus, abundè ostendunt. Ob eamq. caussam, cùm additur, partes elemēti sunt materies & forma: negatur hoc in eo significato: sunt enim

a 8. Phys. 1. de Gen.

enim partes essentiæ, non quanti: nec de illis quicquam agitur in eo syllogismo. Quare siquis E
ad hoc partium genus transferre studeat Aristotelicam rationem, is in argumento committet ea
vitia quę superius indicauimus, quod item ex Aristotelico prosyllogismo luce meridiana clarius
apparet. Continuum, inquit, primò quiescit ad quietem partis, quæ. s. est cōtinua, atqui materies
& forma non se habent, vt pars ad alteram partē in continuo, sed, vt σύμφυτα & congenita, vt
suprà dixi. Propterea materiam & formā non cōplectetur ille prosyllogismus: aut, si in eo ma-
teria formaq. comprehenduntur, tanquàm partes in continuo se habeant necesse est, quod nemo
dabit, opinor. In hac ergo ratione nulla necessitas syllogistica prorsus obseruatur. Quamobrem
nil obsistet, quominus fundamentum nostrum stabile firmumq. sit. At verò, tametsi de continuis
partibus differit Aristoteles: exploremus etiam; vtrum'ne eadem ratio ad essentię parteis traduci
cōmodè queat, an ad illud genus solùm pertineat. Quid. n. vetat, quispiam dicet, hæc conuenire
tōti simpliciter, licet de vno eius significato verba fecerit Aristoteles? Dicat igitur aliquis. Quic-
quid primò quiescit ad quietē partis, ab ea primò moueri, & accipiat insuper essentiæ partem:
gratificemur illi, & in hac parte verum esse demus id quod assumitur. Sed tum, qñ subiicitur. Ele
mentum primò quiescit ad quietem partis, hoc verò negatur. solùm. n. ipsorum viuentium pro-
prium est. Nec vlla ratio suppetit qua monstretur inanimum, quatenus huiusmodi, quiescere
ad quietem partis primò. Dices fortasse; finge tu formam in elemento non operari; iam cessabit
elementum, neque mouebitur. Confirmo propositum: siquidem elementum in suo loco per se F
quiescat, neq. vlla alia quietis illius caussa præter formam potest afferri, Ergo neque vllam aliam
motus naturalis caussā licebit assignare præter formam. Consecutionis autē illius necessitas fa-
[a] T. 7. cilè colligitur ex proportione caussarū ad motum & quietem quæ tradita est 8. Phys. [a] cùm do-
cet eodem pacto caussam esse reddendam motus naturalis, atq. item quietis. At respondebo ego
ad primum, non primò cessare elementum ex formæ quiete: etenim ipsa alio quodam prius ces-
sante quiescet, aut eo quod gignebat, aut altero; quod, postquàm genitum fuit, obstaculum pepu
lit, aut opponam non operari formam ab aliquo violante coactam. Si verò censeas ex formæ
quiete cessare protinus elementū, quia cessatio mouentis externi prius redundat in formam: vide
quæso, ne formam facias motorē quendam valde abiectum, quòd ita cessare naturam sapiat instru-
menti, non primi mouentis. itaq. neque illud consequeris quod volueris, qui caussas primas mo-
tus naturalis internis principiis attribuere cogitas. Proinde cùm pro illorum mouentium ratio-
ne forma moueatur, aut per seipsam non operabitur, aut non primò mouebit elementum, quod. n.
primò ciet, ex nullo pendeat prorsus oportet. Oppositum in animali perspicitur. Quapropter
optimè Aristoteles qui, cùm in viuente solùm perspiciat partem per se mouentem actu secretam G
à parte quæ mouetur, solùm viuens à seipso moueri testatur. Neq. illud obstat quod ex 8. Phys.
allatum est, neque. n. ratio consimilis est motus & quietis naturalis in elemento, proptereaq; quies
in proprio loco, est functio perfecta quæ nullius eget externi, vt exerceatur: verùm sola ipsa for
ma contenta est. Cùm. n. sit, non requirit generans, & cùm suum locum occuparit, non flagitat
id quod arceat impediens. At verò motus, cùm sit actus quidam imperfectus, & cum potestate
coniunctus, & in elemento efficiatur per se, dum gignitur, nec dum forma completa est, aut vbi
sit extra suum proprium locū, si quandò genitum fuerit, quòd aliquid aduersetur: eget semper ex-
terni, vel absoluentis, vel arcentis obicem, quorum ope deducatur ad actum perfectum quæ est
quies naturalis in suo. s. ipsius loco, Neque inter quietem & motum intercedit, nisi quædam simi
litudo generalis, quòd. s. vtraq. sunt actus quidam, & caussam internam habent, per quam sint in
elemento quæ est præcipuè forma, quòd in eo quod iam absolutum est, ipsa quoq. perfecta est, & est
in officio: in eo quod gignitur, est eius pars, vt antè docuimus. Sed speciatim caussa motus aliun
de est, quietis autem prorsus intrinseca, nisi quies sit contra naturam, quę, cùm sit terminus & fa- H
[b] 7. Met. T 47. secundum Alexan. cti rationem subeat, amplius efficiente non eget. [b] Illud. n. flagitat munus efficientis, quod est in
fieri, vt dicitur, & habet partem factam & partem, quæ non dum est, sed quies (accipio verò ἠρε-
μίαν, non ἠρέμησιν: nam cùm ἠρέμησις sit quædam species motus, eisdem conditionibus ob-
noxia redditur, ac motus) est quid totum simul: itaq. efficiente propriè caret. Quamobrem ex
his satis constat, vt principium, quod efficiat motum, non sit formæ tribuendum: necnon quòd
demonstratio 7, non contineat essentiæ principia. Quanquam non erat, cur in eo laboraremus,
cùm acciperetur in tempore finito futurum motum infinitum, quod nusquàm potest habere lo-
cum, nisi in corporibus. Hactenus igitur generatim docuimus, vt forma per se officia præstet in
composito, & caussas motus indagauimus qui fit, dum elementum siue inanimum, (de omni-
bus enim animo carentibus idem iudicare oportet) gignitur, neque adhuc perfectum est: mox
caussæ motus enarrandæ, qui fit postquàm genitum fuerit.

Finis Libri Tertij.

FRAN-

A

FRANCISCI BONAMICI

PHILOSOPHI FLORENTINI, IN PISANO GYMNASIO PVBLICE PROFITENTIS,

DE MOTV

LIBER QVARTVS.

B

QVAE VERE EFFICIANT MOTVM IN ELEMENTO Genito, quisue finis illius Motus, explicatur.

Recitantur in summa illorum sententię qui dicunt elementum ab extrinseco moueri. Cap. I.

OSTQVAM hactenus conclusum est, elementa à seipsis ita moueri non posse, vt habeant partem per se mouentem, & partem per se motã; accedamus nũc ad alterum membrum nostrę quæstionis quo videndum est, à quónam elementa, cum genita fuerint, & à generantis officio separata, tanquam ab externo principio moueãtur quod idem verè efficiat motum. Hoc verò duplex allatum est, aut remouens prohibens, vt ille qui demolitur columnã, aut medium per quod elementa mouentur; de quibus ante alia statuẽdum est, & id quidem secus atq. ab iis factitatum sit, qui vsq. adhuc de elementorum motu scripserunt. Nam si formam secludimus ab agendo, mouentiũ illorum ordo ad elementum quod mouetur, poterit medio vacare, nisi fortè vim agendi elemẽto in mediũ ipsum tribuamus, quod cum subiecto distet à medio, nil habebit, quod illius actioni repugnet eo ipso nomine quo forma ponitur à nobis agendi facultate priuata, quoniam sic ponitur in eo cuius est forma: non est aũt illi anteà denegatum quoad aliud à suiipsius subiecto immutat. Qm̃ ergo elementum iam actu quidẽ est, sed prohibetur fungi muneribus suis. quæ sunt, vbi sit extra proprium locũ, moueri ad ipsum, aut in suo loco manere, siue quia, dum gignitur, vbi gignitur, ibidẽ cohibeatur, siue ꝗ vi quadã detrudatur in alienũ locum quæ sanè oĩa sunt accidentia; nam coërceri & impediri ex naturæ ordine nõ est: Etenim ipsa producit, vt perficiat, & cuiuspiã functionis gratia, qua si priuatæ sint res naturales; contra naturã se penitus habeant necesse est: ob id igitur hũi potestas appellatur fortuita. Quanquàm nil vetat aliã esse appellationis illius caussam. Quoniam. s. actus secũdus, proptereaquòd à primo separatur, accidẽs esse creditur. Nã ꝗ accidẽs proprie nõ sit, abũdẽ suprà demõstratũ est. Neq. id verum arbitror, ꝗ ita nuncupata fuerit, quòd aduenit ei quod est actu: nam quod aduenit ei, quod est actu, quatenus hũi, perficitur ab actu, sed actus secundus perficit primum, neque illi aduenit tanq̃ actui, sed veluti potestati secundę. Itaq. ob eã caussam, & quia pręterea supponit iã forma, & habitus qui est act⁹ primus de pręedicamẽto substãtiæ, & alter, qui ipsi comitatur, qui refertur ad vbi; quæ per se ipsa sunt accidentia: notatur hũi potestas in elemento nomine accidentis: cùm alioqui nexus per accidẽs nullus sit inter potestatẽ & actũ. Vt ab hac potẽtia corpus inanime deducatur ad actũ, opus est quidpiam adsit, quod tollat impedimentum. Propterea neque ẽt id dubitat, an hoc sit primũ mouens, sed potius illud de tali mouente cadit in cõtrouersiã. An per se moueat, an'ne per accidẽs potius. Idq. pręterea, an'ne illud idẽ corpus quod cietur; obstaculũ à se per se ipsum arcere possit, quemadmodũ nobis olim experiẽtia quadã approbatũ est. Pręterea an id ipsum quod amouet impedimentũ, eius ingenij sit, vt speciem quandã, siue facultatẽ, seu vim, aut habitũ imprimat ipsi elemẽto quod mouetur, aut elemẽto relicto mediũ primò afficiat. Tum deinde quę sit medij vis, quodq. ipsius officium in motu elementi. Hęc de mouẽtibus externis inquiruntur, quę itidẽ curæ supra modum anxiæ merito iureq. optimo habeantur.

C

D

Sed vt iam institutum nostrum cominus aggrediamur, exordium inde ducamus. Ea sanè ratio agendi atq. mouendi generatim ad remouens prohibens accõmodari videtur, q moueat quidem, sed per accidens. At verò quoniam mouere per accidens põt esse duplex, quantum ad hunc locum spectat, vel quia mouẽdo aliud, moueat item elementum, vt si moueat medium; vel etiam, quia motus ille sit fortuitus, & præter naturæ ordinem. Primum illud in controuersiam nunc reuocandum; an'ne scilicet elementum à remouente prohibẽs agitetur, quia prius aliquid ab eo moueatur quod abstulit impedimentũ, vtputa, medium, an ipsum siue cum forma, siue per formam elemẽti ipsius è vestigio moueat. Alterum verò ex dictis videtur esse perspicuum. Etenim id totum extra naturæ ordinem est, vt elementũ in alieno loco genitum, aut eò detrusum, ibidem retineatur. Ad absoluendam huiusmodi quæstionem, has ego vias teneri perspicio. Cùm impeditum fuerit elementũ, desiderari id quod remoueat impediens, postquàm verò ablatum fuerit; mobile ipsum ex se moueri, hoc est, cõcitare seipsum; dum verò seipsum mouet, mouere intereà medium: ab hoc posteà, quasi rependat viceis contrà moueri. Et non secus atq. faciat nauta qui se moueat, quoniam moueat nauẽ, & rursus moueatur à naui: ita etiam elementum se habere ad medium. Primùm.n. id necesse est, vt repellatur obstaculum; idcirco totũ hoc ab externo principio exercetur, sed eo remoto, quoniã elementũ in partem per se mouentem secatur, & partem per se motam, seipsum mouet. At quoniam motus oĩs resistentiam præsefert, & successionem: in elemento verò, postquàm genitum fuerit, nulla resistentia est: ob eamq. rem nulla successio: quare nec motus: medium adsit oportet, quod resistens efficiat motum. Idcircò elementum se quidẽ mouet, sed per accidens. Non placet aliis illud: quòd elementũ moueat medium, sed ipsũ à remouente prohibens agitari dicunt: Videbatur aũt huic placito fauere quidam locus Aristotelis,[a] vbi, cùm exposuisset, quemadmodum inseruiat mediũ motibus præter naturã, & id ita efficere docuisset, cùm pulsum fuerit ac sumpserit principium ab ipsa potentia, ac simul potẽtiam: est verò hæc principium mouens: date principiũ motus & mobili, & medio: subdit mox, & eum quoque, qui secundùm naturã vniuscuiusq. est, promouet eodẽ modo. Igitur principium mouẽs.i. quod mouet etiam medium. Alij non probant elemẽtum se mouere, sed inquiunt, ipsum se mutare, hoc est indiuiduè: à potentia traduci ad actum, ac temporis puncto: mutationem verò ipsius consequi medij motum. Omnino verò (vt hæc ad pauca deducam) vniuersi elemento vim se mouendi quæ pendeat à propria forma, concordes attribuunt. Præterea negant omnes intrinsecam resistentiã elemento: quamobrem adhibent medium à quo resistentia successioq. efficiantur, vnde motus rõ principio ducebatur. Cùm autem prior illa sententia iam à nobis explorata sit, ea parte dimissa, & ex his hoc postremo recepto, nunc quę sigillatim auctores isti professi sunt, diligenter examinabimus.

[a] 3. de cęl. T. 28.

E F G

An omne mouens naturale moueatur, dum mouet, & quomodo. Cap. II.

PRIMVM verò non videtur illud satis aptum quod dicitur. Elementum mouere medium. Propterea quòd oẽ mouens naturale in mouendo mouetur. Ergo si elementum mouet medium; ipsum prius moueatur oportet. Itaq. quęritur de caussa prima sui motus. Quòd si dixeris, ipsum sibi ipsi sui motus esse caussã: cur, inquam, ego non poterit ẽt se mouere per se vsq. in suũ locum? cur etiam nõ mouebit seipsum primò, non aũt per accidens? præsertim si contineat in seipso caussas idoneas, atq. absoluta sui motus? Præterea si elementum mouet medium, explicent ipsi, quo pacto moueat, & quinam sit iste motus, de quibus sanè verbum nullum. Sed neq. id sine consideratione præteriri põt: cùm.n. ab alio sit, necessariò quoq. tractus erit, aut pulsus, aut vectio, aut vertigo: aut si non fuerit simplex, erit certè mixtus ex his necessariò. Nanq. elementũ mouet medium, aut secũdùm, aut præter naturã, atq. item per se, aut per accidens. Vertigo quidem non est, cùm sit ille motus rectus: neq. item vectio, quin potius elementum à medio vehi putatur: non tractus, quia non ad se mouet, sed potius à se, vt locum sibi parat, & aditum recludat ad illud vbi in quo maneat secundùm naturam. Itaq. erit pulsus: hic aũt duplex est, vel expulsio, quando.s. id quod pellitur, relinquit illud quod pellit: aut impulsio, quando non relinquit. ac certè siquis est ex his motibus, erit impulsio potius; propterea quòd elementũ consequitur partes medij quę mouentur. Quòd si medij motus esse ponatur: quanquam inter se comitatur impellens, & impulsum: nihilominus origine prior est motus in impellente q̃ impulso, sic vt veterum philosophorũ vocabulo vtar; παλιλογίσομεν & eadem quæstio reuertetur q̃ proposuimus anteà. Generatim verò, si motus oĩs ab alio est præter naturam, vt volunt ipsi, profectò non erit naturalis iste motus, sed planè præter naturam. Atqui dicebat Aristoteles[b] medium secundùm naturam quoquouersus agitari. Verùm esto, vt motus ille in medio, quanuis ab alio fiat, sit naturalis: adhuc euitari nequit quęstio superior: nanq. elementum se per se mouebit, nõ aũt, quia moueatur à medio: quoniã pellens, quatenus pellit, per se mouetur, & natura prius, q̃ id quod

[b] 3. de cęl.

H

A id quod impellitur. Rursus neq. præter, neq. secundùm naturam, quia secundùm naturam manet mediũ in suo loco, nõ aũt mouetur, neq. ité præter naturã; si verùm est Aristotelis testimoniũ. Quo etiã pacto per accidẽs, cùm habeat illud oẽis conditioneis per se mobileis? est.n. actu separatũ à toto; non mouetur ad motũ alterius; adest spatium, per quod feratur, suum ipsius propriũ, neque cuiuspiã alterius beneficio adeptum: sunt termini; consequitur prætereà tẽpus, neq. deest efficiens: quæ certè oĩa motum per se constituunt. Non est ẽt motus hic mixtus habendus: nam siue fuerit secundùm, siue præter naturam, cùm sit secundùm mundi diametrum: motus simplex semper existimandus est. Hæc aũt explicatu difficilia sunt, nec quicquam, aut parum admodum, neq. id satis firmũ, de rebus hisce scribitur: cùm elementum mouere medium statuitur. Pomponatius, illud quod oẽ mouẽs naturale, priusquàm moueat, moueatur; inficiari solebat, persuasus forsan à Theophrasti rationibus quę à Themistio 1. de animo recitantur. Et quoniam ob id allatę sunt ab auctore illo grauissimo cõtra Aristotelem, idcirco negantem animũ esse corpus, quòd eum motu eodẽ, quo corpus agitari prius oporteret: iis motibus omissis qui animo tribuuntur, de naturalibus aliqua dicamus. Etenim lignum ab homine trahitur, nec tamen homo vicissim trahitur à ligno: præterea vapores à Sole directò. Sol aũt directò non mouetur, neque vidit ad hæc Themistium ita respondentem: Propositionem illam non esse neq. de omni transmutatione, neq. de certa motus specie pronunciatam. Propterea credebat solùm id in illis euenire quæ
B haberent intra se resistentiam, hũi verò sunt animalia: si.n. hæc aliquid motura sint, vt ego, si velim iacere lapidẽ, me ipsum moueã anteà necesse est. Sic euitatur illud, vt prius sese moueat elementum: caret.n. interna resistentia. Ideoq. & id quod ex eo cõsequitur, vtpote, q̃ per sese ipsũ moueat absolutè, & proprium restat ipsorum animalium. Cęterùm quantùm ad veritatẽ propositionis illius attinet; hisce conditionibus eam vulgò contractam Auerrcë auctore prespicio. primùm quidem, q̃ mouens corporeũ sit, deinde vt moueat secundùm locum proximè, siue eadẽ motus specie moueatur, seu diuersa, nil refert. nil etiã refert si per se moueatur, aut per accidens. additur illud; etiam si motus ab extrinseco fiat, vt excludatur motus ferri ad magnetem, nutrimenti ad membra, vaporis ad solem quæ cùm mouendi vim habeant, immobilia tñ remanent in mouendo: nam motus ille tanq̃ ab interno principio factus est affectu quodam mobilibus ipsis impresso. Neque.n. vt à fine solùm ab iis fieri motum opinandum est, siquidem eorum actio nõ retunderetur ab vlla sensilium qualitatũ cuius oppositum cõstat auctore Plutarcho, si allij succo magnes illinatur, seu potius affletur spiritu eius qui allium deuorauit, ita.n. à nautis expertissimis accepimus. Idem quoq. persuadet & altera experientia. Nam referunt succinum oĩa leuia
C præter ocymum & oleo madida trahere. Nam finis, vt finis, operatur sine materia. Comprehenditur verò sub ea propositione motus, qui per accidens est, vt elementũ etiam in mouẽdo moueri defendatur: quandò & ipsũ, dum se mouet, ita operatur, vt moueat medium per se, dein ad motũ medij moueatur: quare ẽt ita mouet mediũ, quia seipsum per accidens mouet. Ita igitur oẽ mouens in mouendo mouetur, seu per se, seu per accidens. At verò id quod Pomponatius est professus, rerũ naturæ non admodum respondere credas; si illud etiam obserues, vbi motus per locũ ex affectione non oriatur, quod fit, cùm inurit mouens quempiã affectum frigoris, aut caloris, velut erga vaporem à sole contingit. sic.n. manet immobile, sed si citra affectionem; necesse itẽ est, vt mouens, licet inanime, prius & per se moueatur, eo saltem modo ipsius per se, qui respicit subiectũ, quo tanquam mobili fundatur ipse motus, & qui opponitur ei qui est per aliud, tanquam per subiectũ, quo sanè modo si animus moueret corpus, eum quoq. moueri oporteret. Illud ẽt, quod propter elemẽtorum motum postremo loco allatũ est, cùm in eas difficultateis incidat quæ capitis huius initio propositæ fuerunt, neq. se vlla machina ex iis expediat, hilari fron-
D te dimittatur. Hæc fortasse magis ad rem facient, si statuamus, eã esse quidem generalem descriptionem eorum quæ sunt mouentia naturalia, vt.s. mouentia moueantur; alia verò quæ mouent quidẽ, sed non mouentur, cuiusmodi sunt substantiæ separatæ, posse quidẽ mouere naturaliter & non esse verò mouentia naturalia. Quapropter si ea quæ mouent & non mouentur, non sunt mouentia naturalia: ergo oẽ mouens naturale mouet & mouetur. Et quoniam ad efficiendum motũ naturalem nil refert, q̃ mouens sit naturale, ergo sequitur; vt mouẽs naturale per suã ipsius naturã à non naturali distinguatur, non aũt per motum. Quamobrem hæc illius natura fuerit, vt moueat & moueatur. Sed q̃ mouens naturale sic moueat, vt prius ipsum moueri oporteat, ita vt ex eius motu consequatur motus alterius, neq. id necessarium puto, neq. verum. Nam si mouentia naturalia separantur à cęteris, quia sunt in materia, & eadẽ quanta: quamobrem philosophus libris de motu animaliũ excludit polos, efficientia, quia sint indiuidui, & tangunt præterea sensum. Quocirca melius ad illa nos haberi cõtingit sensu vtentes, q̃ si adhibeatur syllogismus: cùm multa sint quæ manifestò quiescere cernuntur, dũ mouent; asseuerabimus ẽt ex eo solo cõstitui mouens naturale, q̃ simul mobile sit, non aũt, quia si effecturũ sit motum, necessariò debeat moueri. Neq. id sibi volunt Aristotelis verba κινέμενα κινᾶ,[a] q̃ moueantur, dum mouent, sed

[a] Lib. de mot. an. c. 6.

quòd vtranq. facultatẽ habeant, vt moueant.s.& moueantur. Ideò rem eò deducemus, vt cùm motus naturalis fieri posſit bifariã, vel cum alteratione ſubiecti, vel ſine alteratione & ſolo contactu, quemadmodũ ſignificauit Ariſtoteles, etenim qui proiicit lapidẽ, non alterat, ſed mouendo mediũ per eius motum atq. cõtactum lapidẽ mouet, alterat illud quod ipſum diſſoluit in halitũ, & ſolo contactu in animali, & ſine alteratione fit motus, vbi ſine alteratione motus efficiatur, motũ mouentis neceſſariò flagitari dicamus; at verò vbi intercedat alteratio, non neceſſariò mouens moueatur. Itaq. ſi anima motũ in corpore, tanquam corpus effectura ſit, fiat aũt motus in animali ſine alteratione partiũ; neceſſe eſt animæ motus antecedat, vt teſtatus eſt Ariſtoteles 1. de An. neq. idcirco generatim cõplectitur oẽ mouens corporeum. Neque ratio, q̃ attulit Ariſtoteles 2. Phyſ. aliud cogit, quàm quòd moueri poſsint: erat.n. huiuſmodi, quia cõſtãt ex principiis motus. At oẽ agens, inquies, in agendo repatitur. alius erit forte ſermo de agẽte, & de mouente ſimpliciter, vt exinde cognoſcetur. Rurſus ea quæ poſteà dicentur, oſtendent nobis non neceſſariò motũ elementi iam geniti antecedere motui medij: tametſi mediũ ab ipſo moueatur. Ita planè ſufficere arbitror, ſi mouens naturale fuerit per ſe mobile. Si verò maneat immobile, dum mouet, ſiue ẽt moueatur, vel prius, vel ad motũ alterius: vel etiam ꝙ contrà moueatur ab eo quod mouet, non repugnare quidẽ naturæ mouentis naturalis, ſed tñ ad eius conſtitutionẽ non eſſe neceſſarium. plurimum ſanè euenire, ꝙ pleraq. contraria vi fuerint inſignita; eadem q. agant in proximo; quare ad alterũ ſubeuntia rationẽ poteſtatis & actus viciſsim inter ſe afficiunt: itaq. generatim ab Ariſtotele pronunciatũ fuiſſe puto, Agentia naturalia dum mouent, repati. [a] Sed & magnes, & mouens naturale, & anima, & oĩno formę omnes materia concretæ ſunt mouentia naturalia, eo tamen modo, quem olim docuimus eſſe formarũ proprium. Neque minus ea quæ mouent vt finis, ſi materia conſtent, erunt mouentia naturalia. Illa ſanè mouebuntur inter mouendũ quæ conueniunt in materia; quæq. ita mouent vt prius non efficiant. Propterea generans ẽt quieſcens excitare poterit mobile imprimendo affectionẽ ſolam: remouens aũt impediens, vel proximè, vel remotè, non faciet ſine motu: præcedere.n. hîc oportet motũ impedimenti. Inſtrumenta verò non mouent planè, niſi moueantur, ſed ꝙ moueantur, dum mouent, ſuprà non neceſſariũ eſſe docuimus: quandò ẽt conſequens, poſtq̃ antecedens quieuerit; mouere põt. Proinde ſi moueri dixeris inſtrumentũ, dum mouet, quia retineat vim primi mouẽtis, nil vtiq. opponam. De mouente primo ẽt addam. Neque id neceſſarium, ſi ſeorſum ſpectatur, Sed ſi quatenus vnũ eſt, ex primo & cęteris inſtrumentis, propter adnexorum mouentiũ motum, eo tamen modo quĩ dictus eſt de inſtrumentis: & ita moueri, dum mouet, opinor poſſe concedi. Mutari quoq. ipſum primò oportet, ſi prius otiaretur, vel per ſe, vel per accidens. Cęterùm à principio, deinceps id non opus eſſe puto. Verùm quia 7. Phyſ. mouentia quæ non afficiendo mouerent, vt magis perſpicua ſumpta ſunt, aut etiã mouentia prima ſimul cũ inſtrumentis quæ motum prorſus non excludunt, aut hypotheſis accepta eſt de eo quod fieri poteſt, quod enim mobile eſt, ſi moueri ponatur, nil affert abſurdi. Mouens in mouendo moueri accepimus.

[a] 3. Phyſ.

Diſquiritur ſigillatim quemadmodum moueatur medium ab inanimo. Cap. III.

OMNINO verò motus eius quod ſeipſum mouet (eſt verò hoc animatum) eſt omnium primus: ab ipſo autem oĩs inanimorum motus proficiſcitur, vel quòd ipſa moueãtur, quia generentur à cęlo quod eſt animatũ primum, per lumen & motũ, vel quia vis illa qua mouentur extra ſua loca, ſit ab animali, vel proximè vel remotè. Sed quantum pertinet ad rem noſtram, ſi fingatur aliqua vi propria præter grauitatem aut leuitatẽ nõ mouere elementum, aut non afficere per qualitateis primas: non video quo pacto inanimũ, niſi moueatur prius, aliud mouere poſſit. per hæc certè principia mouere poterit manens immobile. Buccaferrea ſic reſpondebat. elementũ iam genitum mutare primò medium; hoc verò iam ab elemento mutatum, rependere vices ipſi per motum. Neque.n. exiſtimabat abſurdum, ſi primò mutaretur mediũ, ſed illud, ſi primò moueretur ab elemento. Cùm.n. hoc tempore abſolueretur, & ille verè motus eſſet; inferebat inde elementũ abſolutè à ſe per ſe moueri: id quod Ariſtoteli repugnabat. cùm verò ſubitum illud eſſet, & ea mutatio, non aũt motus, nil ex eo quod abſurdum eſſet, effici putabat. At vir iſte ſapientiſsimus, dum minorem plagam repellere ſtudet, maiorẽ accepit. Nam doceat hîc ipſe primùm, vnde didicit in naturalibus, & cùm loquamur nũc de his ſpeciatim quæ carent animo; differentiã, mutationem, & motũ qua poſsit aliquid ſe quidẽ ipſum mutare, non aũt mouere? pręſertim ꝙ omnes iſtæ conditiones quæ de per ſe mobilibus afferuntur, & in naturæ definitione includuntur, prius conueniunt motui per locũ, quàm cęteris mutationibus. Quare efficietur, vt ſe per ſe potius mouere queat q̃ mutare. Rurſus & aliud committit, quoniã fingit mutationem antecedere motui, cùm tñ mutatio motũ per ſe conſequatur. aliter nulla fuerit illa ratio qua motum motui pręcedere concluditur in infinitũ: poterimus.n. ad id peruenire quod incipiat per quandã

mutationem

A mutationē oīum primam, concitari: vt cuiq. perspicuum est sub initio 8. Phys. Quomodo etiā
id euitat, quominus sit primũ esse motus, si principiũ motus est ipsa mutatio quæ per se consistit
ab alio nullo motu dependens, aut quod indiuiduũ qualis est mutatio, cum diuiduo, hoc est cum
motu ipso continuetur, aut si mutatio continuetur cum motu, quin & ipsa per se diuidi possit:
ideoq. in tēpore fieri, & verum esse motũ, quem tamen ipse non approbat, aut quietē inter muta
tionē & motũ, nisi continuetur ipsa mutatio cum motu, vt rursus de motus initio quærēdum sit
facta quiete, aut quòd, si iugiter succedat noua mutatio, quin cõtinuum ex indiuiduis conflētur?
Doceat item ad quod prædicamentũ referatur ea mutatio. Conciliet etiam, si fieri pōt, hęc dicta
cum decretis Auerrois [a] super ea demonstratione quæ explicata est 6. Phys. de qua multa cùm su- [a] T. 32.
praścripta fuerint, nihil amplius hîc addendum esse censeo. Hæc.n. omnia, aut expedire oportuit
eum qui ita sentiret, aut ad ea saltē ansam aliquid dicendi præbere. Nunquid eò confugiet, il-
lam mutationem, non esse primam simpliciter, sed esse terminum cuiusdā motus, nempe remo-
uentis obicem, aut obicis ipsius, qui quidem in mobile redundet primùm, tum deinde medio cō-
municetur, quemadmodum nobis item significauit Auerroes, [b] qui constantissimè defendebat [b] 6. Phys.
mutationem esse terminum motus? Minimè profectò. Nam si ita dixerit, caueat, obsecro, ne T. c. 32.
turpem repugnantiam moliatur. Quandoquidem erit hæc mutatio primùm ab alio, motus item
B qui consequetur, à medio. Quare tantùm aberit, vt elementum ab interno principio moueatur,
vt & ab initio, & mox, & in successu semper moueatur ab alio. Aut igitur elementi motus erit
omnino violentus, aut id dicere deniq. cogetur, etiam motũ ab alio esse posse naturalem. quod
ille tanquàm perniciosissimũ scopulũ deuitat. Dicet fortasse quispiam motũ elementi, & motum
medij se habere, non secus atque cùm quis digitũ in aquę cyathum iniicit; fiunt.n. vtraque hęc
tēpore simul, iniectio digiti in aquā, & aquæ egressus, neque prius quàm exierit aqua, digitum in
ipsā iniicere licet, ne corporum penetratio consequatur, neq. prius aqua prodit, q̃ digitus immit-
tatur. Sed quoniā fluxus aquæ ab immissione digiti, tanquam à caussa proficiscitur. motus hic
natura solùm, tēpore aũt non, antecedit. Sic mouetur elemētũ per se, sed dum primùm mouetur,
simul ēt mediũ agitatur. Hîc primò sic insto: quoniā permanet adhuc ea difficultas; vndè nam,
& q̃uo motus iste incipiat, & eadē illa consequuntur quæ nuper inducta sunt. Nimirùm mouens
citra oēm affectionem mouere, dum quiescit, id quod quemadmodũ eueniat, velim me sapientes
istos docere. Neque.n. id vnquam, aut ab Aristotele significatũ, aut à quoquā grauiũ scriptorũ
explicatum, atq. optatum prorsus, non approbatum. Non.n. satis arbitror aliquid ponere in na
turali philosophia, & ab oppositis vindicare positionē, vt video facere multos. Sed eorum quæ
C caussas habent, cuiusmodi res hæc est, caussas afferre, aut si fortè caussæ latent, rem vel simili, vel
alia quauis machina persuadere. Deinde oē prius secundùm naturam à posteriore separari pōt.
Igitur motus elemēti, cùm sit prior, q̃ motus medij, poterit à motu medij seiungi, non aliter atq.
iniectio digiti in vas, si fingatur ibi non esse aqua, iniicietur in ipsum per motum. exit aqua, quo-
niā accidit eā ibi esse; sic moueri posset elementũ per seipsum, ēt si mediũ adesset. Verùm fac ibi
esse tum motũ, quia sit aër, pro medio, fac & digitum esse mixtũ, quod intra se resistentiæ caussas
habeat, tolle omnē caussam motus in vacuo, finge elementũ & corpus simplex, pone vacuum;
non idcirco impedietur cursus nostræ rationis. erit.n. aliqua saltē spatij mutatio quæ per mediũ
naturale & plenũ degeneraret in motũ quæ per se ab officio medij separaretur, & à priore caussa
descenderet, atq. illa quidem siue interna, siue externa, nihil.n. obstat in præsentia: ac si quidem
interna fuerit, natura prior est, & à cęteris segregari pōt; si externa, nil profectò vetabit, quomi-
nus ēt ab externa caussa nascatur motus naturalis. Nunquam.n. didici vacuum obsistere muta-
tioni naturali, motui planè obstare didici, sed quòd mutationi non obstet, posteà docebimus, q
D ea ratione qua naturalis est, nihil vnquam audiui, neq. persuaderi possum. Propterea, si id quod
est posterius, quatenus huiusmodi, non potest esse caussa prioris. Medium mouetur natura po-
sterius. Ergo eius motus non potest esse caussa propter quam moueatur elementum. Atque
hęc tametsi absolutè dilui possunt, exitum tamen apud huiusce sententiæ professoreis inueni-
re non videntur.

De mutuis operis quas mobile & medium in mouendo sibi præstant. Cap. IV.

TRANSEO nunc ad alterum illud. Quòd medium ab elemento motum, siue mutatum moueat vicissim elemētum. Hîc verò duo nobis sese obiiciunt quæ aduertamus. Primùm, quod attinet ad hunc ipsum motũ quo elementũ mouetur à medio. Alterum verò quod spectat ad motũ qui ab elemento primùm cõmunicatur medio, deinde vicissim à medio redundat in elementum. Nanque si mouetur elementũ à medio, cùm hic sit motus ab alio velocius moueretur, quo minus esset elemētũ; esset.n. maior proportio mouētis ad mobile, quod esset minoris molis. Nunc velocius mouetur elementũ, quò maius est. Tum prætereà si efficacitas sequitur multitu-

dinem.

dinem formę; hæc aũt multa est in multa materia, quapropter in maiore corpore maior inest virtus: profectò ẽt, vbi maior fit medij moles, efficietur item velocior motus. At maior est medij moles in principio. Mouebit ergo velocius ab initio. Sed motus naturalis in principio segnior est, & velocius mouetur aliquod corpus secundùm naturã, quo maius existit. Ad primum fortasse respondebis; id necessariò consequi, si medium virtute propria moueret elementum: at quoniã mouet in elementi virtute, cùm ab elemento iam propensionẽ acceperit; inde fit, vt non possit velocius ipsum mouere, quãuis sit minus. Cęterùm si ita dixeris, in id protinus incides, vt fatearis elementũ, vel à se per se primò moueri; id.n. primùm mouet à quo est fons & origo motionis, & à quouis vniuersa mouendi proficiscitur, vel motum naturalem non à natura primò, & per se, sed per aliud effici, nẽpe per motũ à medio factum. Secundùm verò poteris in nos retorquere; nimirùm, minus esse dicens medium in principio, q̃ in fine: neque.n. debere nos elementi molẽ ab eã parte sumere, qua versus concitatur elementum: sic.n. non mouet, sed potius resistit; verùm à parte superiore si descendat, quia.s. mediũ cõprimat elementũ, & ob id ocyus agat. Ideò cùm à tergo parua sit ab initio medij moles, etiã languidius aget, q̃ in fine motus, vbi iam lapis magnũ medij spatiũ permensus est. Quamobrem ẽt, quia elementũ agit in mediũ, & à principio maior est medij moles, q̃ in fine, mouetur itẽ ocyus in fine, q̃ in principio. Hîc te oportet in medio caussã afferre, qua cõpulsus aër ita cogatur à tergo elementi, vt ipsum promoueat aliquò versus: do etenim vnde exiit mobile, eo quoq; aërem cõmigrare, concedo ẽt opplere totum spatiũ; sed quæ necessitas vrget aërem, vt in maiorẽ densitatẽ cogatur, ob quam vehemẽtius pellere possit id quod mouetur? quin potius aëris dẽsitas minuet motũ quandò ab anteriore parte cogetur. Neque.n. hîc addere licet mouens externũ, quod eũ cogat, quemamodũ in iis quæ proiiciuntur; iam.n. perspicuè caussã cecideris. Physici est caussam non præterire, si reddi possit. Num id fortè efficiet sua grauitate, quandò etiã aër in suo loco propendet insigniter ad centrum? minimè profectò; cùm aër à saxi pondere superetur: necnon id esset propriũ descendentiũ; cùm tamen illud euentũ cõmuniter pertineat ad oẽm motũ naturalem. Quòd si mediũ, quia sit maius, ab initio magis impedire dixeris; nil fortasse vetabit idẽ saxum eadẽ velocitate moueri, vbi à summo vertice mõns altissimi, atq. à medio turris humilioris incipiat prouolui, quin fortasse tardius agitabitur. ratio est, quia cùm saxũ quod ab editiore loco mouetur, ad mediã turrim peruẽnit, habet tantundẽ aëris qui resistat, atq. illud quod inde motum suũ fuerat auspicatum. Quòd si fatearis aërem à tergo cõpressum mouere elementũ, etiam tantundem aëris cõprimet in eodẽ loco saxũ, quãdo ab editissimo loco mouendi initiũ facit, & quãdo etiã ab humiliore. Audisti itẽ Aristotelẽ inuectum fuisse in alios philosophos 1. de Cęlo, q̃ pulsionẽ numerarent in caussis motus naturalis. Adde item resistere nil aliud esse q̃ impedire motum; atqui mediũ ab Aristotele ponitur inseruire cunctis motibus impetũ ab ipso motore quoquo versus excipiens. [a] ponatur resistere mediũ; non mouebit. Cęterùm finge rursus has mutuas elemẽti mediiq. operas: eorum sententia, sequitur, elementũ ita se mouere, quemadmodũ nauta, dum mouet nauim, qui se per accidens mouet. Primùm posset elementũ mouere medium non mouendo se: ea.n. est illorum natura quæ mouent per accidens, quatenus per accidens. Idem quoq. sequeretur, opinor, in mutatione, si eadẽ ratio est de motu & mutatione interna, quę fit secundùm naturam. Verùm valeat hoc quantũ potest; siquidem nil obstat, quominus aliquid vnà per accidens sit, & perpetuum, neque solum perpetuum sed necessarium. [b] illud attende. Nanque ad admirabilem continẽt hæc repugnantia, q̃ se per accidẽs moueant, ea tamen sunt per se mobilia, naturalisq. motus initia consecuta sint à propria natura, qualis.n. caussa est, & talis effectus sit oportet & contrà. Præterea motus ille qui fit ab elemento in medio, non videtur in grauibus alius esse, q̃ pressio quadã, & diuisio medij, elemẽti verò, non quidẽ pulsio, vt dixi, neq. tractio, neq. vertigo, sed vectio potius. At si vehitur elementũ, mouetur oĩno per accidens: [c] aliter tibi dandũ erit esse motum quendã ab alio per se, & propterea secundum naturam. Quis ergo in elemento iam genito per se motus, aut ab interno principio, quẽm etiam multò perfectiorẽ esse facilè censueris, q̃ vbi gignitur? Ille.n. motus est perfectior qui inest in actu substantia, q̃ ille qui inest in ea quæ continet adhuc potestatem. Propterea latio perfectior iudicata est, q̃ cęteri motus, quoniam inest in substantia sine vlla ipsius labe & detrimento. Si perfectior: ergo magis secundùm naturã, cuius officium semper est promouere ad perfectionem. si magis secundùm naturam, ergò magis per se; iam.n. docuimus per se, & secundùm naturã secum congruere. Si secus dixeris, atq. aliud caussatus sis quod pertineat ad hunc motũ, & sit per accidens; atq. opus elementi geniti, quatenus hũi, non esse quidẽ moueri, sed esse in suo loco; aliunde verò motũ exoriri, iam mecũ senseris, omnisque difficultas è medio sublata erit. Hæc atq. alia huiusmodi incõmoda præseferunt sententiæ superiores. A quibus fortasse commotus Achillinus, existimauit elementũ ab initio moueri à generante, aut remouente prohibens, adiuuari verò processum à medio. Quòd si percuncteris illum, vndè nam mediũ moueatur; inquiet, ẽt à remouente prohibens, quod ipsi vim imprimit, ob quam

mouetur

Marginal notes:
[a] 3 de cęl. T. 28.
[b] De par. an. c. 7.
[c] Lib. de inces.

Margin letters: E (at "tus: profectò…"), F (at "sus: do etenim…"), G (at "stotelẽ inuectum…"), H (at "At si vehitur…")

A mouetur mediũ,& ita motum poteſt contrà agitare elementum. At ſi ita foret; etiam ſequeretur in hac hypotheſi,vt ſemper ocyus ageretur corpus minoris molis,q̃ maioris. Nam maior eſſet exuperãtia medij ad corpus quod eſſet minus q̃ ad maius. Tum etiam mediũ non'ne ſimplex eſt corpus? certè: non'ne ſecundùm naturã mouetur? planè. non'ne iam factum eſt? vtique. Si ergo mouetur: idem quoq. eget & alio remouente prohibens, atq. alio medio à quo concitetur & ſic in infinitum. Verumenimuero ſit hæc ratio dialectica. Sed quod non poſſunt ſingula,multa valent. quid ad illud. Medium.n.graue eſt,aut leue quodammodo,quod verò mouetur per mediũ graue eſt aut leue ſimpliciter,aut ſaltem magis tale, q̃ mediũ; aliter non moueretur per mediũ,ſed maneret in ipſo. Hoc poſito atq. conceſſo ſic colligo argumentũ. Efficacitas maior ab agente incutitur patienti magis affecto. Sed magis affectũ eſt ad recipiendum motum id quod graue eſt, aut leue ſimpliciter, q̃ id quod tale eſt aliqua ex parte. Ergo cum mobile ſit tale ſimpliciter,mediũ verò ex parte quadã: magis à remouente prohibens mobili vis imprimeretur q̃ medio. Idq. ſignificauit nobis aliquando Ariſtoteles inquiens: [a] Eum quidem, qui eſt ſecundùm naturã, velociorẽ à potentia fieri, cùm.n.ſit ille motus ſecundùm naturã; adeſt etiam in mobili propenſio ad ſuũ locũ. Nihil igitur mirum,ſi facilius impetũ illo quò vergit, excipiat, cùm cęteroqui reſiſteret, ſi præter naturã moueretur. Neque.n.is ego ſum, & aërem in proprio loco grauitatẽ credã habere maiorem,q̃ aliquod graue ſimpliciter,quò fiat, vt præcedat ſaxo qđ
B in eo ruat præceps; eoq. maximè,quòd ſi ita eſſet,non foret vſus idem medij in aſcenſu, atq. deſcenſu,cùm præ grauitate grauibus opem ferret, leuibus autem reniteretur. Sed hæc poſteà clarius. De modo igitur, quo ſe mouet elementum, quatenus aliis viſum eſt; ſatis nunc diſputatum ſit: mox progrediamur ad reliqua.

[a] 3. de cęl. T. 28.

Quemadmodum id quod eſt in poteſtate ſecunda, deducatur ad actum remouente prohibens. Cap. V.

QVAE de motu qui fit à generante,magnis agitata cõtrouerſiis,ab omni philoſophorum ſecta obſeruantur,ſatis ſuperq. tractata ſunt. Illa item propoſita quæ de motu qui fit, poſtquam elementa genita cùm eſſent,extra propriũ locum ab impedimento aliquo detinerentur, & opiniones varię de motus illius initiis & cauſsis à nobis recitatę: ac niſi fallor adamuſsim diſcuſſę,poſtulat nunc inſtituta tractatio,vt ad noſtræ quæſtionis exitũ properemus,& in tantis rerum tenebris qui tandẽ ſit animi noſtri ſenſus exponamus. Cęterùm vt lux omnibus iis excuſsis,quàm
C sũma fieri põt breuitate rebus noſtris accedat; ſententiæ noſtræ principiũ continebit explicationẽ quarundã hypotheſeon, quibus vniuerſus hic ſermo innititur, & nonnullarũ quæ ſupra ſunt demonſtratæ repetitionem; mox,qua licebit,perſpicuitate ponemus ſententiã noſtrã: inde conuertemur ad dilutionem earũ dubitationum,quę tum naturæ rerũ obſiſtere,tum ẽt placitum noſtrũ oppugnare cenſebuntur. Hinc verò inſtituti ſermonis exordium capiatur. Si igitur motus actus eſt eius quod eſt poteſtate,quatenus huiuſmodi. Ergo id quod mouetur,quatenus mouetur,de poteſtate ad actũ traducitur. id aũt ex eo loco cõmuni perſpicuum eſt quem dialectici vocant à caſibus & coniugatis. Quòd ſi etiã verus eſt locus ille, vt certè eſt, à definitione ad definitũ,contràq. à definito ad definitionem; commeant.n.atq. reciprocantur definitio & definitum, quicquid ẽẽ de poteſtate,quatenus hũi tranſit ad actum,mouetur. At verò,cùm multiplex ſit poteſtas, actuoſa nimirùm & patibilis; in motu verò patibilis comprehendatur; cùm ipſa quoq. ſit multiplex,ſit ẽt veriſimile, motũ ipſum eſſe multiplicem. Eſt.n.vti dictum eſt,poteſtas prima quæ eſt ad habitum, eſt etiam ſecunda quæ eſt ad functionem: illa remotior, hæc propinquior.
D Ea quæ eſt ad habitũ,non ſine tranſmutatione & perpeſsione ſubiecti reducitur ad actũ, ſiuę per ſe ſit eius tranſmutationis terminus, atq. perpeſsionis, ſiue illas conſequatur: de his.n.motuum differentiis abundè anteà diſtinctũ eſt. Nam,verbigratia,forma & habitus in prædicamento ſubſtantiæ per antecedentem generationẽ contrahitur, (ſi vera ſunt ea quę cõcluſimus olim) vt eius per ſe terminus: virtus pręcedente perpeſsione partis appetitricis & ipſa paratur,at non eſt illius perpeſsionis terminus per ſe, ſed comitatur ipſi. At verò ea quæ eſt ad actũ ſecundùm, nullam per ſe tranſmutationem & perpeſsionem poſtulat in ſubiecto cui paratur, ſed ſi fortè in alio, ob eamq. cauſſã non ad interitũ,ſed ad ſalutem ordinatur,& perfectionem. Cauſſa talis differentiæ hinc emanaſſe videtur, ꝙ poteſtas illa prima ſemper eſt cum priuatione & interna repugnantia quàm,ſi noua forma debeat aduenire, expelli ſit neceſſe. hîc nulla repugnantia, ſed ſi quid eſt quod ſecundùm potentiã ad actum ſuum ipſius propriũ deduci prohibeat, id oẽ extrinſecus eſt, & alienum. Quò fit,vt tranſmutationis illius perficientis vniuerſa radix alio nitatur. Quoniam verò poteſtati patibili neceſſariò quoque actuoſam quandã reſpondere oportet,ac ſuam cuiq. in ſuo genere conuenire. Quicquid.n.poteſtate eſt,ab alio fieri debet, & ad actum ſuum traduci, quod actu iã eſt, etiam actuoſa poteſtas hic erit duplex, altera quæ traducit poteſtatem primam

ad primum

ad primum actũ, hũi autẽ generantis est, hoc.n.est quod aufert à materia priuationẽ, & cõtrarias E
affectiones, atq. nouas inducit, quæ cum futura forma consentiant, altera, quæ ad actũ secundùm promouet potestatẽ iam contractã. Cùm verò secunda potentia per se semper esset in actu, nisi adforet impedimentũ, eoq. sublato protinus ad actũ suum deducitur: hoc ergo, quod amouebit impedimentũ, illud erit quod secundã potestatẽ prouehet ad actũ ipsius proprium. Sed quoniã in eo quod est in potestate secunda, nulla præcessit affectio, sed mutatio solum quę perfectionem apportat, eaq. pendet ab alio & amotionẽ impedimenti consequitur; hîc duplex intercedit ratio motus, prima sanè eius qui per se est, quando remouetur prohibens; altera quæ per accidens; qñ obice sublato secunda potestas ad actũ suum traducta est. primus verè motus est, secundus autẽ mutatio. Quod igitur tollit impedimentum, hoc per se mouet: illud verò, quod est in potentia secunda, per accidens. Ita fit, vt mutatio è potestate secunda in suũ actum vniuersa fortuita sit, & ex accidente: tum quod accidit actui primo non prodire in opus: quoniã impeditur, & à cursu naturæ suæ deflectitur, tum etiã quòd occasio motus vniuersa proficiscitur ab externo. Quòd si mutatio hæc efficit motũ in elemento iam genito; sequitur illud, vt elementũ genitũ fortuitò moueatur, & per accidens, quod.n.ab eo descendit, quod est per accidens, etiã per accidens sit, necesse est, [a] sibi caussarũ effectuumq. modis certa similitudine respondentibus, & eò magis, quò remotius est ab efficiente primo. Ita vt si motus elemento genito per se tribuendus sit, eo nomine is F
illi conueniat, φ totũ separatũ, & actu cum sit, excipiat motũ, atq. illum quidẽ secundùm naturã: quamuis φ ita moueatur, sit in illo per accidens. Neutra tamen ex his est vera potestas secũdùm q̃ mutatur, aut mouetur elementum. Sed adest tertia quædã quam certè, an ambiguè potestatẽ, an etiã subitam quãdã, aut eã quæ est elementũ & essentia motus, & in eius sumpta definitione statuamus, incertũ adhuc est. Nam potẽtia propriè videtur esse ad cõtradicentia: hæc iã definita esset, & attingeret actũ, eã verò quæ iã est cum actu cõiuncta, philosophus ambiguẽ potestatẽ appellat, cuiusmodi est in rebus necessariis, immobilibus, & ab omni mortali concretione secretis. Insuper hæc quæ ad mobilia pertinet, logica quædam esse videtur, non aũt naturalis, quod.n.est, esse posse, si minus, non esset: ita videtur esse, quoniam illi quod est, non repugnet esse posse. Nam quod alioqui põt esse, quatenus hũi, non est, & quod iam est, non amplius esse põt, ne forte simul obnoxium sit contradicentibus. Ob id aut potestas hæc illa est quæ iam est vltima, atq. ita cum actu coniuncta, non vt conseruetur actu præsente; sed, vt vltimũ illius esse sit primum esse actus, quod sanè puncto tẽporis obiri docuimus ante, aut si ipsa quoquo pacto conseruatur, ea secundùm materiã manet, non aũt secundùm formã, veluti remanet in denario ternio. Nam φ quædã talis potestas in natura sit, eaq. prima & præcipua q̃ protinus energia atq. illa quidem G
perfecta cõsequitur, satis constat è definitione potestatis actiuæ, quippe φ ea sit quæ põt agere sic se habente patibili: at id ita intelligitur vel auctore, eodemq. interprete Aristotele, [b] nullo externorũ prohibente. Nam si minus, non esset ita se habens patibile, vt in ipsum efficiẽs ageret. Videtur item esse illa quæ coniuncta cum actu quidẽ est, sed illo imperfecto quæ cõprehenditur in definitione motus. Nanq. vbi adest vltima illa potestas quæ idẽ est cum esse primo actus, non est amplius opus actrice facultate: iam.n.res est, nec amplius fit. At verò si ita est: quo pacto nihil, aut adiungendũ, aut auferendum, aut immutandũ, quod accipitur in eius potestatis explicatione, quemadmodũ liquet ex illis ipsis verbis? „Sic in eo quod sanatur, cùm eorum nihil prohibet quæ sunt in ipso, potestas est, sic est & aliquid potentia domus. Nam si nihil eorum quæ sũt in hoc, & in materia, prohibeat, vt domus fiat, neque quicq̃ sit adiungendum, aut auferendum, aut mutandum. i. potentia domus, & tum agendi officio fungitur agens. Dicam equidem quod sentio. Potestatem illam proximam esse quę, cùm sit vltima, idem est cum primo esse actus: hæc .n. per seipsam alio principio non eget, vt fiat id quod vult esse, quod necessariò requiritur ad cõstitutionẽ huiusce potestatis; ita dicente Aristotele, & exẽplo naturã illius aperiente. Et semen H
nondũ potentia dicitur. fit.n.in alio, atq. mutetur oportet, quando verò per suũ principium iam tale est, id iam potentia est. Illud aũt alio principio indiget; veluti terra nondum est potentia statua, si mutabitur.n.aes erit. hoc aũt inquam ego, est iam potentia statua. Quod si dicas, tum non esse opus efficiente, iam.n.esse erit ipsa res quæ fiebat, tum etiam φ Aristoteles inquit, fieri tum domũ, aut statuã, cùm est materia proxima quæ rẽ ipsam adhuc in actu imperfecto, & motu esse significare videntur. Dico tunc Aristotelem spectasse naturã eius potestatis, si non re, saltem rõne disiunctã ab actu, eoq. modo potentiã esse per se ad domũ, aut statuam, atq. efficiens accepisse sub ea rõne, qua efficiens est, & quę facit, vt efficiendi vi determinetur: hęc aũt in eo posita est, vt exhibeatur forma rei quę fiebat. quæ sanè extremũ est oĩs trãsmutationis, itaq. cùm indiuiduo consistat, idẽ illi accidit, atq. reliquis functionibus perfectis, vt simul fiat & sit, & sic efficiens eodẽ puncto temporis faciat, & fecerit, non sanè, quin antea substantia fieret: etenim & prius substantia gignebatur, sed tũ verè fit, cùm adest iam oẽ complemẽtũ, & forma substãtiæ pręsentatur; cętera.n. omnia sunt propter ipsam. Ita propriè fit domus, cùm accedit eius forma: hæc verò vl-
timum

[a] 2. Phys.

[b] 9. Met. secundum Alexan. Tr. cc. 9. 11.

A timum est vniuersi motus,& tum verè operatur efficiens secundùm naturā suam, dū præbet formā, & iam transmutatio præcessit. Sic & in eo puncto maximè opus est præsentia efficientis, & tum optimè fieri de re ipsa quę fiebat, hoc est, transmutabatur anteà, prædicatur. Itaq. si potentia proxima tum est, cùm iam oē impedimentū fuerit ablatum. (hoc.n.ego vt venirem, longius q̃ volebam, fluxit oratio) id igitur, quod aufert impedimentum, deducet ēt primum actum in potentiam proximam, quòd si id omne per accidens efficit, vtiq. & potentia proxima pendere poterit à caussa fortuita, & per accidens quæ item suapte natura sit incerta & infinita, quod etiam infrà dilucidius enarrabitur; nam de his iam satis.

De prohibente, & remouente prohibens. Cap. VI.

VERVMENIMVERO cùm res ipsa fiat ibi actu, vbi amotum sit omne impedimentum, nō ab re fuerit, si vnde nascatur impedimentū, à quo itē amoueatur, hoc loco verba faciamus. Prohibens verò generatim id appellamus, quod non permittit naturā consequi finem suū; & obstat cursui naturæ quæ per se tendit in finē; hoc verò est & in ortu & interitu, vita & morte, incremento & decremento, & demum in omni genere mutationis. Finis.n.naturæ duplex est, B primus & pręcipuus qui est ipsa functio, quemadmodū lib.5.copiosè demonstratum est. Nanq; & ob id forma producitur. non.n.animalia vident, vt habeant visum, sed visū habēt, vt videant: similiter vt ædificent, & contēplentur; ædificandi & contemplādi facultatem obtinuerunt. Est & forma quæ & ipsa primus finis est, nanq. vbi primum forma superuenit, ab opere natura desistit. Quapropter hīc duplicem primū finem aduertere possis: alterū quidem summū, perfectum, & omnibus suis numeris & partibus absolutū quæ est ipsa functio, atq. alterū qui quidem finis est transmutationis quæ est ipsa forma, neque.n.formā natura producit, vt ociosa quiescat, sed neq. quicquam amplius facit natura, q̃ vt inducat formā: vbi.n.hæc primùm producta fuerit, statim præstò est ipsa functio, nisi quid obstet. Neque id secus euertit in natura, atq. vbi medicus præstantissimus accersitus sit ab optima fœmina, vt sibi natiuum succū, & genuinum colorē restituat; ipse.n.prius optimè corpus à vitiosis humoribus purgat, & ipsi bonū reficit habitū, hunc postmodò consequitur color optatus, & color ipse finis est, & habitus bonus. ille quidem, quia intenditur & exoptatur à fœmina, vt honestā speciē prę seferat: hic verò tanq̃ operationis medicę finis. Ab vtroq. potest impediri natura, tum eo tēpore quo producit, ne ad exitū perducat; tum etiam, postquàm producta rę est, ne suo munere fungatur. Sic fit vt ortus & interitus rerū violētur, vbi C tēpus ortus acceleretur, veluti destillatis quibusdā humoribus ex pingui materia, atq; iis seminibus maceratis, sic ēt producatur in longius, & fiant quoq. cruditates quædā, atq. imperfectę generationis; humanę vitę periodus gladio præpeditur: tabe corporis diminutio contrahitur, & atrophia: nec non lapis qui suopte impulsu procideret humi, super laqueari manet suspensus; quas omneis mutationeis præter naturā, & violētas Aristoteles appellauit, easq. distinxit à naturalibus, quas nuncupauit fataleis, q̃ certum caussarum nexū consequi viderentur. In motu verò elementi prohibēs est caussa quietis prę ter naturā, violentę & fortuitę. Quanquam iudicio meo, magna differentia est impedientium naturæ cursum, dum ipsa tendit ad formā, ac dum conatur agere quicquam: quippe q, dum tendit ad formā, præstò est impedimentū, quod intrinsecum est & familiare rei quæ transmutatur, atq. id definitū & per se, cùm.n.id quod per se fit, ex contrario fiat (sunt.n.contrarij termini à quo & ad quem, ex quibus constat quisq. motus, qui terminatur forma quę in vno reponitur è quatuor prædicamentis secūdum quæ fit motus) hoc.n.in se ipso continet priuationē formæ futuræ, ob eamq. rem potentiā & affectionem ad formā quę pro D ducenda est: contraria verò sunt illa in quibus potestas propinqua collocatur, propter quam, dum contrarium priuilegio oppositionis afficiunt, ēt ab ipso vicissim perpetiuntur, in quo vires vtriusq. contrarij retundi necesse sit. Hinc fit, vt impediatur efficiens, quominus inducat formā q̃ cupit exhibere materiæ. Sed eo vsq. cunctatur, donec dominatū fuerit alteri cōtrario, & quasi possessionem materię cęperit. Ex hac pugna producitur motus, & aliquod tēpus in rerū productione consumitur. Nam cęteroqui natura, si materiā offenderet sine contrario, profectò tēporis puncto quanq. rem absolueret, quemadmodū fieri supra docuimus, vbi materia cunctis impedimentis amotis ad proximā potestatem redacta est, & anteà, cùm subitarum mutationum caussas reddidimus. Ab hac etiam caussa resistentia deriuatur, successio item, & continuatio motus, quibus ademptis nullus oīno motus esset, sed omnia mutatio. At verò impedimentum quod obsistit energiæ, totum externū est per accidens & infinitum. Ipsa.n.natura per se prodiret in opus, & optimè suo munere fungeretur, atq. illo quidem perpetuò, nisi quicquam prohiberet: intrinsecùs verò non prohibetur: propterea q eius ingenium tale est, vt sit in actu secundo, eiq. per accidens insit, q ad eiusmodi actū non sit promota, sed ab extrinseco ortum ducit; ideoq. per accidens, & quanuis ad hoc valeant oppositiones actuum secundorum, vt actu frigidi & vaporis, vn

de, cùm cęperit ascendere dicitur; nihilominus, antequàm vis agentis habeat ius in materiam, Id quoq. accidēs est externū & infinitū, vtpote q̄ actus externi quaq. vel leui caussā excuti posiint. E
Neq. verò extrinsecùs impedimentū hoc esse credendū est, q̃ organum affectū sit, vt si pupilla visuro fuerit eruta; quoniā functio non est ipsius formæ solùm, sed totius coniuncti, tum verò priuatum est altera parte sine qua non consistit forma; quocirca non modò non cernit, verùm etiā caret facultate cernendi: fit.n. ex vtente & instrumento vnum, vel per contactum, quē virtualem nuncupo, vel communicationem motus, vt ex manu & baculo, vel κατὰ τὴν ἐσιώδη σύμφυσιν, idest, coniunctionē essentialem, quæ multiplex est, vel inhęsionis, vt accidentis cum substantia, vel habitudinis ex aliquo primo, vt virtutis quæ ab efficiēte cōmunicatur materiæ per medium, & speciei sensilis cum obiecto (siquidem hæc referantur ab Aristotele in habitudine) vel vt materiæ cum forma, qualis est corporis animati cum animo, vel ēt vt non vtentis, sed vt finis, & eius quod pendet ex fine: vtens.n. propter se ipsum vtitur; at finis alteri citra propriam vtilitatē beneficium facere pōt, & esse propter illud, vt in cęlo & mente contingit: nihil.n. mens sibi lucratur ex motu cęlesti. At quòd excludatur officio, infinitum prorsus est. Sic ne videam prohibet manus opposita fronti, nubes inter me & solem intercedens, etiam tenebræ; aliaq. cōplura, prohibetur lapis ne ruat, à columna, ab homine, à contrario, veluti cùm aqua quæ calorē contraxit, manet suspensa, ac sublimis in secunda aëris regione cōmoratur. Quanquam hæc impediunt aliquā functionē, latius accepta contrarij potestate, eaq. per actum & virtutem distributa facilè defendi F
[a] Lib. de incess. posiit vim quoq. obtinere contrariorum. Nam sicuti leue bifariā sumitur ab Aristotele [a] ex natura, scilicet & situ, veluti cùm suspensum quid est, vt alter pes in ambulando, sic & quod deprimit leue, grauitatē inducere videbitur, & quod retinet in sublimi leuitatē, & vt puto, ad efficiens
[b] 7. Met. de genere priuātium de quo itē meminit Aristoteles, [b] optimè referuntur: faciunt.n. ne sit hoc, cùm cęteroquin alterum illud impedimentorū genus quod respicit habitum & formā, & in eodē subiecto consistit, cum materia numerare liceat; tametsi actu quippiā sunt propter formam quæ conseruatur adhuc, quia tum obstant susceptioni formæ contrariæ, susceptio verò pertinet ad materiā, & transmutationis subiecto fundatur; ad ipsum probè reducuntur, vt caussæ tamen priuantes. itaq. includitur in materiā ipsam impedimenti rō propter ea verba, vbi non sic se habeat patibile vt actionē excipere queat ab agente. Sicut aūt impedimentum duplex est per se, & per accidens, definitum & indefinitum; sic quoq. remouens ipsum est per se & per accidens, definitum & indefinitum, consimiliq. ratione cum impedimento procedit. Nam contrarium quod in generatione superat, impedimenta per se tollit: itaque generatio definita ex dominio qualitatum
[c] 6. Met. actuosarum; [c] siquidem actus oppositos destruat qui inerant in materia quam afficit, & immutat, & alia oīa quæ obices huiusmodi pellūt præter illud, id remotè faciunt & per ipsum, hoc est, ipsius virtute fulcta, & ipsius gratia, tanquam instrumenta; veluti cùm ars auferat impedimentum, vt Chymica tum efficit, quoniā admouet, actuosa principia patibilibus, idest contraria contrariis: hæc.n. ea sunt, quæ vim habent agendi & patiendi vicissim. Sic medicina deducit ad sanitatē obstantia remouendo; reuera non ea primò tollens, verùm naturæ ipsius gratia, atq. vt illius instrumentum; ob eamq. caussam à medicis præstantissimis naturæ ministra nuncupata, & omnes illę artes quę faciunt alterando: cùm cęterę vel transfigurando, vel subtrahendo, vel addendo, vel cōponendo efficiat. Dum igitur afficiunt materiam, perpetuò contrariis vtuntur, illa quidē igni ad ferrū molliendum, aqua ad temperandum; hęc ad vitrū conficiendum terra, atq. aliis herbarū succis, qui fortè in se habeāt viscositatem. Idem quoq. dicendū est in aliis transmutationibus naturalibus. Alterum genus amouentium impedimēta per accidens & infinitum est, veluti diximus. Nam & equus excutiendo columnam pręcipitat tectum, & faber demolitur, & hostes, & terræ motus deiiciunt, & ipse lapis frangit funē, cui erat appensus. Neq. solùm infinitū est hoc quod remouet, sed & modi quibus impedimenta illa tolluntur, indefiniti, & totidem fortasse, quot sunt modi impedientium caussarum. Quamuis absurdum non sit habendum, si illa itidem in oppositione reponamus, vt diximus. Quandoquidem actio & affectio quatenus huiusmodi oppositionem quandam, si non formaliter, vt dici solet, virtute saltē pręseferre videantur, H
Nanq. etiam tollunt actus oppositos, & auferunt caussas à quibus actus illi oppositi proficiscuntur. Exemplig. graue est, quod manet in loco superiore contra naturam: habet hoc tum actum eius quod est leue, & id quod remouet prohibens, tollit cū actum qui leuis est, est verò cōtrarius hic actui grauis, quod aūt id præstat, videtur in se continere virtutem grauitatis. Ita quod calorē ab aqua propellit, ipsi videtur quodammodò dare grauitatem, sed tamen quia non proximè, sed per aliud, & hoc nunc, aliud aliàs efficit, actu graue, tanquam indefinitum reputabitur, & quemadmodum frigus in antiperistasi, quia frigus, non facit calorem, per accidens facere dicitur, & præter naturæ ordinem: sic de remouente prohibens hoc loco dicere oportet. Verùm quid prohibens, & quid remouens, quotq. vtriusq. modi sint generatim satis hactenus ostendisse opinor.

Resistentię

A *Reſiſtentię ſpecies exponuntur.* Cap. VII.

AB impedimento reſiſtentia naſcitur, à qua mox exoritur motus. hæc item pro ratione impedimenti multiplex ſit neceſſe eſt. Quare proximum eſt, vt doceam de reſiſtentiæ modis; hinc verò diſputationis noſtræ ſumetur exordium. Cùm igitur impedimentum ſit vel per ſe, vel per accidens: pari quoq. ratione reſiſtentia cum per ſe, tum per accidens erit. Primùm verò de reſiſtentia per ſe diſſeramus. Hæc tribuitur & animatis & inanimis: ſed nos eam primo loco contēplabimur quæ pertinet ad inanima. Nunc, ſi oppoſitio eſt talis reſiſtentiæ cauſſa, & exinde ſucceſsionis in tēpore, ex qua fit motus, profectò ij qui nullam in elemento reſiſtentiā internam ponunt, ſi id abſolutè accipiant, neq. ſeparent ipſum, vbi genitū eſt à ſe, dum generatur, haud ſatis tutam ſententiā profitentur. Eſto.n. elementum, poſtquàm genitū eſt, nullam prorſus habere reſiſtentiā, aut ſucceſsionis internā cauſſam, quia poſtquàm materia parata eſt, & potentiā proximā efficientis ope ſibi vendicauit, iam facta ſit ſuæ formæ poſſeſsio, & in id quò ipſam forma ducit, contendat, atq. nitatur, at, cùm gignitur elementū, & aliquid ſupereſt adhuc contrarię qualitatis, ea verò ſequitur veterem formā, licet ad nouā ſuopte ingenio tendat; tamen adhuc à vetere poſſidetur, atq. ex dominio formę quod eſt naturale. (quòd.n. perfectiori ſeruiat imperfectius, naturale eſt, atq. id in materia erga formā non ſine magno iudicio notabat Auerroës [a]) etiam vergit eodē, quo vetus forma vergebat, vt ſi ab eo quod nouā formam producit, aliquando deſeratur, neq. cudatur aſsiduè; facilè admodum ſit priſtinā recuperare naturam, vt in ferro cādente & aqua feruente perſpicitur. non video cur & in re quæ gignitur, interna ſucceſsionis cauſſa non ſit ponenda; primùm quidē propter generationem quam priore libro repugnantiā continere docuimus, deinde propter ipſum vbi quod in generatione rei profectus ſubſtantię comes eſt. Sic fit, vt maneat ignis, quouſque terra non fuerit abſoluta, & moueatur adhuc operans ſecundùm eius formæ naturā quam deinceps ſibi cōtrahit, imperfectè quidē, actū perfectè, cùm ſimul terra facta eſt, & ad ſuū locū peruēnit, vbi motu ceſſante ſecundùm naturā quieſcit. Multò magis in alteratione, vbi ēt euidentior eſt cōtrariorū natura, ſpectatur ea ſucceſsio, vſq. adeò, vt propter oppoſitionē qualitatū generationi tēpus ex euēto fuerit à cęteris philoſophis attributū. auctio itē & diminutio, q ab ortu & interitu atq. alteratione reapſe nō ſeparantur, parē obtinēt reſiſtentiæ rōnē. Nā fortaſſe quantùm ad ſeipſas ſpectat, hoc eſt ea rōne qua ſunt motus ſm̄ quantū, licet in earum terminis oppoſitio reperiatur, q̄ nos terminorū *ἀσυστασίαν* eſſe oſtēdemus, quatenus quantū, quatenus verò forma vel inſtrumētū, perfectū & imperfectū, in iis tn̄ agendi facultas propriè nō ineſt.

B

C Quapropter neq. vlla vis oīno reſiſtēdi citra ſubſtantiā & qualitatem. Nam q propter quātitatis diuiſionē cuius termini per eas mutationeis acquiruntur, nulla per ſe ſucceſsio reperiatur, ea quę pximo ab hoc capite dicemus, facilè demōſtrabunt. Quantū verò eſt de animaliū motib⁹. Attulerūt & alij ſpeciē quandā internæ reſiſtētiæ in animalibus, de qua ēt hic locus admonet, vt nōnulla dicamus, ne ſic accipiatur à nobis, vt à vulgo imperitis, & ſimilibus imperitorū philoſophis vſurpari conſueuit. Porrò animal ipſum duplicē habet motū, alterum quidem, quà corpus eſt naturale, atq. alterum, quà eſt animal. ac rurſus, quatenus animal eſt, in eo duplex motus agnoſcitur; alter ſanè, qui eſt totius, hic verò progreſſus appellatur: alter autem qui partiū proprius eſt. Et ille quoq. naturalis eſt, quem efficit animal totum. At is qui partiū eſt, partim ſecundùm naturā eſt, partim contrà. Cùm hoc ſit: animal aut mouetur, quà corpus naturale ſimpliciter, & tum, quia conſtat ex elementis, non ſecus atq. cętera inanima, prout in ipſis ratio reſiſtentiæ fuerit, aut non: ita quoq. in animali ipſo continget. Itaq. dum generabitur obnoxiū planè erit internæ reſiſtentiæ; poſtquàm genitum fuerit, miſtum illud ſpectandū eſt, an ex eo, q motus miſti fiat ſecundùm elementū quod in miſtura dominatur, ſimplex ſit nec'ne.

D Nam ſi fuerit ſimplex, vt arbitrantur nonnulli, profectò quemadmodū elementum nulla interna reſiſtentia præditum eſt: ſic neq. etiā miſtum. ſi verò motus eius, vt opinor, ſimplex non eſt, ob elementorū repugnantiā quę cōprehenſa ſunt in ipſa miſtura, interna videtur adeſſe reſiſtentia. Ex quo fit, vt tanta non ſit miſtorum celeritas, quanta ſimpliciū nullo in his intus exiſtente, quod naturalē eorum motum impediat: hîc verò contrauenientibus oppoſitis elemētis, & aliquāto ſerius, & minus directò mixtū agitetur, niſi fortè eueniat, vt ex miſtura maior ſpiſsitudo contrahatur, & coēant in paruā molem multæ partes elementi cuiuſpiam, velut in plumbo contingit: quocirca licèt ſub eadē ſit mole, celerius & magis ad perpendiculum q̄ terra concitatur. ita igitur animal, quatenus mixtum, internam quoq. reſiſtentiam poſsidebit ſecundùm naturam. Cęterùm quatenus animal, quamuis agitetur ſecundùm elementū dominans; non eſt motus ille naturæ cuiuſdā ſimplicis, ſed ab aliquo affectu præter naturā, quodammodò violatæ, vel ab externo, vel ēt cum phantaſia perturbata ſit; non minus q̄ ſi ſaxum, quod alioqui ſuo curſu naturali deſcenderet, magna aliqua vi deorſum pelleretur, neque.n. foret eo tēpore motus naturalis ſimpliciter. Et hîc etiam aliquo principio non concurrente, ſi interna reſiſtentia ponatur nihil repugnabit, opinor, vt ſi contrà vitatur

impulsum, seu præcipitatum. Quòd si animal proprio motu concitetur; cùm, tametsi motus est totius, per parteis organicas administretur; easq. & mistas, & inter se diuersas, sequetur etiam, vt interna resistentia sit affectum. Extrinseca item resistentia solet obseruari: hæc aũt duplex est, aut.n.est medij ipsius ad mobile, aut mobilis ad mouens. Quę verò mobilis est ad mouens etiam diuiditur, nanq. aut est ab exuperãtia mobilis ad mouens, aut ab eo pendet super quo fit motus, vt si quis ambulet in arena. Illa item resistentia quæ continet agentis exuperationem ad patiẽs, in duo membra pro agentiũ rõne distribuitur, quod.n.mouet vel finis est, vel ẽt efficiens. nos hìc caussam efficientẽ tractabimus, de fine posthàc explicaturi. Quantùm ergo ad efficientem caussam spectat, ea generalis habetur ratio mouendi, vt plus valeat mouens efficiendo, q̃ patiens renitendo. Inde à physicis, actionẽ ab æquali, aut moueri non proficisci constitutum est. Quanuis & hæc propositio temperanda sit partim eo modo, quem lib. 3. significauimus, vt ob inclinationem materiæ, partim φ accipiat loco patientis non materiã simpliciter oĩ actu destitutam, sed adhuc contrariis implicatã, ita vt mouens & mobile suum quodq. retineat actum; propterea quòd materia nullam habeat facultatẽ resistendi formæ suæ per se: cur.n. aut qua ratione resistat, ad ipsã tota per se vergens; an'ne quatenus informata est? at cur non secum magis ipsæ formę pugnauerint? an'ne obsecrò etiã quatenus in materia manet forma? quid.n.sic prohibebit, materiã ipsam magis esse renitẽtem? propter quod.n.vnumquodq. tale est, & id magis tale sit necesse est. si magis: ergo ẽt & magis per se, nam quod prius est, ẽt per se magis est. Itaq. alterius, hoc est, patientis actũ violari oportet, id quod multipliciter euenire solet, vel quia transferatur in contrarium, vel quia nimiũ, & pręter naturæ ordinẽ, ad suum finẽ prouehatur, vt etiã fortasse transgrediatur finem, nam nisi id accidat, quo robustius esset ipsum mouens, nihilo quoq. velocius ageretur id quod mouetur, ac nisi virtus externa superueniat; verùm suæ naturæ dimittatur elemẽtum; eadẽ velocitate semper agitabitur, vt quanuis Hercules ipse impedimentũ amouerit, nihilo citius concitetur. Id quoq. desideratur, ne mobili facultas mouentis imprimatur, vt etiam absente caussa quæ mouebat, conseruetur: ita.n.reddi videtur interna resistentia. Si verò resistentia spectetur à nobis ea rõne, qua respicit id super quo fit motus: vtiq. animo carẽs, siue simplex fuerit, siue mistum, non habet intra se quicquã super quo per se nitatur; est.n. pars vna continua, & omnes ad eundẽ locũ summa concordia tendunt, sed si quo pacto nituntur, id oẽ extrinsecum est, & animal, vt puto, vel proximè, vel per vires quæ medio imprimuntur, vt in proiectorũ motib. accidit. Animalia primùm in seipsis habent resistentiam, [a] qua ratione diuidũtur in partẽ quæ mouetur, & partẽ quæ manet: siquidem pars quæ mouetur, innitatur assiduè quiescente, illa verò inferior est, superior altera. hoc est, distat illa magis à corde; vicinior est hæc altera. absolutè verò extra se id adsit oportet super quo nitatur, φ etiam necesse est animal immobili totũ niti, vel simpliciter, vt ea quæ gradiuntur, vel quatenus in vnũ elementa media coacta rationẽ subeunt immobilis, sic natant pisces in aquis, & in aëre volitant aues. Postrema est resistentia medij, quandò nimirùm se facilè à mobili penetrari non patiatur, neque illi facilè cedat. ac nisi restiterit id super quo fit motus, & planè sustinuerit quod super eo mouetur, aut vix, aut ægrè fiet motus. Ex hoc sequitur, vt difficilius in liquidis & iis quæ liquida imitantur, effici possit, nisi fortè tanta sit velocitas eius, quod mouetur, vt sit vix cessioni locus. Itaq. cùm lapillos super aquę planum adhibita vi quadã proiicimus; exiliunt, neq. tantisper immerguntur. Et ij, qui in lubrico labi nolunt, accelerant gradũ; oritur.n. ex oppressione prolapsio; requirit oppressio tempus; illud celeritas imminuit, neq. patitur esse sensile, & efficit, vt idem sit punctũ quo pars motus anterior finitur, & consequens inchoatur: ita motus redditur vnus, atq. continuus. Itaq. celebratur à scriptoribus Ladas, φ ita supra cauũ puluerẽ cursitarit, vt arenis pendentibus nulla indicia vestigiorũ reliquerit. [b] Inde ẽt poëtę hyperbolicè summã velocitatẽ expressuri motum hunc cõtinuũ super liquidis, & cõsimilibus eorũ.i.iis q̃ nõ sustinent, ponũt ante oculos: cumq. in aquę superficie fieret, & solido corpore qd est terra, vt videbatur, non inniteretur; volatus nomine significarunt, & cùm id esset leuiũ corporum, velocitatem cum leuitate commutarũt. Sic Homerus, dum equarũ Dardani pernicitatẽ describeret; cursũ vocauit volatũ Vergilius, dũ laudes Camillę celebraręt. inquit.n. ille.

[a] Lib. de incess. c. 3.

[b] Sol Pauss.

Αἱ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν
Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον οὔτε κατέκλων.
Ἄλλ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον.

Ab hoc Vergilius, licet aliquantò mitius non asserens, vt Homerus, sed optans indefinito tempore temperarit hyperbolen.

„ *Illę vel intactę segetis per summa volaret*
„ *Gramina; nec teneras cursu lęsisset aristas:*
„ *Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti*
„ *Ferret iter: celeres nec tingeret æquore plantas.*

Erat hoc

A Erat hoc in mirandis, quòd amicus quidam super duobus scabellis, bicubiti spatio distãtibus, collocaret duos cyathos vitreos, vel cotylas figlinas, vnã hinc, alteram illinc, aqua semiplenas, & fustẽ imponeret, qui ambobus extremis in vtraq. cotyla insisteret, post magno impetu fuste alio robustiore in medio feriens illũ frangeret, cyathi tamen non concuterentur, nec effunderetur aqua, ne dum frangerentur. caussa quęrebatur huius euenti, eam, cùm ex eisdem principiis descendat; ac superiora problemata; libuit etiam hoc loco philosophandi gratia subscribere. Fustis qui imponitur, est aridus & fragilis, & eius crassitiei, vt à grauiore ictus facilè superetur, cuius fractionẽ adiuuat, ꝙ extremis paullulum insistens, idem propè est, ac si maneat in aëre suspensus; vnde etiam maiorẽ plagam accipit, à nullo adiutus, quod vnà percutientis impetũ retundat, quemadmodũ monstrat Aristoteles, [a] vbi caussam reddit, cur laboriosius brachio sit inanem iactasse manum, q̃ cum lapide. & cùm sit aliquantò productior; ob eam caussam obquam productiores hastæ facilius vibrantur, quàm breues: est.n. virtus extentior, ideoq. debilior. Itaq. adsunt omnes caussæ, quæ amplificent fragilitatem; ictus maior, atq. celerior, in medio, quod ẽt suapte natura debilius est extremis; quippe ꝙ plus distet à principiis sustinentibus, vt docuit Aristoteles. [b] Cùm igitur vehementissimus sit, & celerrimus ictus, etiam celerrima fractio consequitur, & cũ fiat de loco superiore, medias parteis eadẽ celeritate deprimit; cùm illis propter continuitatẽ pariter attollantur extrema; ideò spatium non superest oppressioni vasium in quibus est aqua. pro-

B inde neq. franguntur, neq. tantisper quatiuntur. A A. scabella duo, B B. duæ cotylæ; baculus integer C C. D. medium, & locus ictus, C D. D C. duæ partes baculi. Ex his efficitur, vt quo medium sit crassius, aut densius, per id ẽt motus ægrius obeatur. inde per aërem citius, quàm per aquas animalia mouentur, & facilius in aqua dulci, quàm in salsa merguntur. Itaq. dum oleę cõdiũtur exploraturi satis'ne salis impositũ sit, obseruamus enatent'ne oua: nã si minus aliud saladiicimus, donec enatẽt. Et hæc ipsa resistẽtia in motu elemẽti caussa est successionis & tẽporis.

[a] 4. Sect. probl.

[b] Q. mech. 16.



Quęritur an fiat motus in vacuo. Cap. VIII.

SI etiam interna resistentia facit, vt mobile per se moueatur, & habeat successionẽ; ergo & animalia & mixta & elementa, dum generantur, cùm intus obtineant, quod resistat, per inane quoq. poterunt tẽporis spatio concitari. Sic fiet, vt Aristotelica demonstratio 4. naturalis auscultationis allata pertineat solùm ad corpora simplicia, atq. illa quidem, posteaq̃ genita fuerint: sola.n. hæc carent interna resistentia, veluti suprà dictum est. Quod sanè pronunciamus ita, perspe-

C ctis solùm vacui meritis atq. mobilis, cęterisq. dimissis quibus vacuum ab Aristotele confutatũ est, & id præsertim, quod infinitum antiquiores philosophi posuerant. Cùm.n. ibi nulli sint termini motus; cùm etiam nulla vis ab aliquo mouente impressa: quippe quæ sine contactu & sine medio cõmunicari nequeat, aliaq. multa desint quæ motus necessariò requirit, planum ꝙ à natura vacuum abhorrebit. Nos igitur hæc a sermone nostro segregamus; illud agimus quod accipit vacuũ & mobile nuda, & talẽ resistentiæ motusq. caussam in vacuo ponimus. Verumenimuero licet hoc loco animaduertere alias item caussas à quibusdam afferri quibus etiam in illo mobiliũ genere significetur inesse resistentia quædam interior, aut exterior, vnde successio, & tempus in consequendo suo cuiusq. loco proficiscatur, atq. adeò, vt etiam si elementũ iam genitũ in vacuo versetur, illud indẽ, nõ sanè mutatũ, hoc est, tẽporis puncto locũ suũ adeptũ, sed motũ iri, hoc est, in eũ locũ tẽpore peruenturũ credere possimus; spatium, videlicet, solùm ab oĩ sensili qualitate secretũ, quod inter vtrosq. terminos motus interiicitur, à quo & ad quẽ; pręterea distantiam rei, quæ mouetur; nam, dum ipsa prius sĩ anteriorẽ sui partẽ mutatur, aliud spatij punctum q̃ secundùm posteriorẽ occupat. Quantumuis ergo sit vacuũ, nihilominus in eo fiet motus. Confirmant

D propositũ, hoc modo. Fingamus.n. lapidẽ qui nunc est in cęlo, per vacuum ad terrã vsq. deferri. Verùm sanè est, si dicamus lapidẽ esse nunc in cęlo, mox illũ ipsum esse in terra. Quæritur nunc an idẽ sit tẽporis punctũ quo est in vtroq. termino, aut potius aliud: idem dicere prorsus est pręter opinionẽ, si alterũ esse dicatur; at inter quælibet duo puncta tẽpus interuenit. Igitur illa mutatio tẽporis interuallo fuit absoluta; ob eamq. caussam motus antecessit. Postremò corpus cęleste per mediũ aliquod plenũ non mouetur, & tamen in tẽpore agitatur. Itaq. nõ medij qualitas, sed spatiũ ipsum per se sufficiet ad præstandũ motũ in elemẽtis. Hæc si ita se habent, nulla prorsus necessitas vrget, vt mediũ intercedat, quod in elemẽto motũ efficiat. Ita fiet, vt admodum lubrica reddatur Aristotelis demonstratio qua conatus est vacuũ è rerũ natura tollere. Hæc enim ipse accipiebat super quib. suam struxeret demonstrationẽ (redigam.n. rationẽ illam ad pauca.) Primùm quidẽ mobile tardius citiusúe moueri, quo magis aut minus illi mediũ resistit. Ex quo efficeret, vt, si mediũ nil prohiberet, ĩ eo velocius tardiusq. nõ fierent: quamobrẽ neq. motus; sed, si fortè mutatio, q̃ inter alia sic à motus distinguimus, ꝙ in ea nec tẽpus, nec successio reperiatur. Pręterea tãtã esse proportionẽ tpis ad tẽpus, quãta est resistẽtię ad resistentiã, vt putasi magis hoc resistit q̃ alterum, vt duo, tãto quoq. tardiorẽ motũ futurũ tantoq. plus temporis requisiturum

quàm alterum motum seruatis cęteris paribus & mole & virtute, à qua tunc agitur, & figura, atq. aliis hũi, si qua sunt alia quæ motum aliquo pacto variare possint. Postremò nullã esse omnino proportionẽ vacui ad plenum, veluti neq. instantis ad tẽpus: quandò tempus diuidi põt in infinitum, instans verò prorsus est indiuiduum. His ita positis sic rationem construit Aristoteles. Si in vacuo fieret motus, æqua velocitate fieri posset motus in vacuo & pleno. Sed hoc absurdũ est: ergo & id, ex quo sequitur; hoc verò est motum in vacuo fieri. Coniunctum verò sic approbatur. quoniam, si sumpsero mediũ ad nullam certã materiam applicatũ, neq. contractum, neq. item sub certa quapiam forma: posset hęc in tãta proportione rarefieri, vt cum ea moueretur idẽ mobile in tanto tempore, in quanto mouebatur in vacuo: quò, n. rarefit magis, eò item velocius per illud mobile concitatur. Stato ergo quodam tẽporis interuallo, ita etiam rarefiet, vt per tantundem tẽporis aditum mobili præbeat. Ex quo sequitur, vt inter vacuum & plenum intercederet proportio quędam. Si igitur ea non est, non fiet motus in vacuo, quia non fiet in tempore, Non erit igitur motus, sed mutatio. Hæc Aristoteles. Quòd si superest alia caussa, per quam motus in vacuo fiat; certè non ob id vacuum tolli necesse est, quod tamen vbiq. locorũ oppugnauit ea potissimum rõne fretus ipse philosophus. Ab aliquibus igitur hæc ratio non in eam partẽ accipitur, vt simpliciter concludatur, sed aduersus hominẽ solum, Parmenidem, inquiunt, & Democritum, qui vacuum esse ponebant propter motum. Ideoq. Parmenides ex eo ꝙ non esset vacuum, tollebat motum: Democritus aũt ex eo ꝙ esset motus, vacuum inculcabat. Itaq. caussa motus omnes opinabantur, vacuum esse inducendum. Quanquam tempus non est nũc de ipso vacuo disserere, & omnes rõnes explorare quibus vacuũ ab Aristotele cęterisq. philosophis confutatur, sed de hoc capite solùm, quo tangitur ratio medij, tractare, eoq. disputatio hæc conferenda foret, quo de loco nobis agendum est, siquid insuper aliud priuatæ operæ flagitaret, quia tamen est officium memoris & grati purgare præceptorẽ à calumniis, etiam permittat nobis humanus auditor, vt ingrediamur tantisper in eorũ speculationẽ, quę ad defendendum Aristotelem à Iunioribus afferuntur. Nam de hac ipsa demonstratione cum à Græcis, tum Arabibus, tum etiã Latinis varia iudicia facta sunt, vt etiam nostris hisce tẽporibus non desint, qui sint ab vtraq. parte, vel nullum robur esse credentes Aristotelicę demonstrationis, vel ẽt eam non concludi simpliciter, aut contrà ꝙ illa sit efficacissima rõ, quęq. in tractatione de vacuo magnum habeat omnino momẽtum. Quòd sanè in Antiquos hæc rõ intendatur, inficiari non licet. Quòd simpliciter ea rõ concludatur, illud obstat: propterea ꝙ tale mediũ non datur, quod tantum rarefieri possit, vt aliq̃ proportionem habeat ad vacuum: nam corpus rarissimũ in natura definitum est, qui est ignis, neque is infinitum rarefieri põt, id quod Aristotelicę demonstrationi supponitur. Cùm ergo nitatur ea demonstratio re falsa, & quę animo ficta, potius q̃ natura constans existat, quo pacto credendum est, eam cõcludi simpliciter? quòd si cautelas alias aliasq. rationes promas, quibus è rerũ natura vacuũ exterminetur, etiamsi verę illę fuerint (quanquam suspicor ego de nonnullis) iam caussę diffidere cœperis. Neque id sat est, si diluantur ea quæ opponuntur. multa, n. a repugnantia defendi contingit, [a] quæ tamen cum rerũ natura minimè congruant, quibus vel ẽt Aristotele ipso auctore standum non est, & epicyclis & eccentricis cõplura phęnomena conseruantur, neq. tamen eos esse fortè necesse est, aut alteros duntaxat. Equidem nullo pacto rõnem hanc absolutè concludi censuerim, nisi statuamus in ea pro manifestis accipi illa quæ sensus ipse demonstrat, & quæ à Parmenide negata sunt. Animaduertitur, n. in natura motũ esse, nec quicquam in vniuerso ambitu rerũ, quæ cognitioni nostrę subiiciuntur, euidentius excogitari põt. Obseruatur etiam summa velocitas, eaq. certũ tempus postulare perspicitur, vt nulla tam efficax appareat, vt spatiũ sensile citra tẽpus absoluat. Medium verò in infinitum extenuari, non aliud certè significare, q̃ diuersos raritatis gradus, non tamen vt eius raritatis transiliat limiteis quæ quoquomodo tolerari põt in natura: nanq. & in ea quoq. quæ pręter naturam est, terminus quidam mea sententia ponendus est, cùm sit quoddam prodire tenus, nec datur vltra citrà interitum. Nisi fortè dimensionem per se spectes quasi mathematicus, vt sæpe fit in physicis, nulla ratione habita primarum qualitatum: memor ꝙ quæ sic absurda sunt, multò magis absurda sint, si adiungãtur ad materiã. [b] Ex his id sequitur, vt, si per vacuum motus obeatur; hic æquali tempore fieri possit in pleno & vacuo, Si hoc fieri nequit, non est igitur motus, sed planè mutatio. Atque his acceptis, cùm simpliciter vera sint, efficitur etiam, vt simpliciter vera cõplexio concludatur. Nam simpliciter verum est, vacui ad plenum nullam esse proportionem, præterea ex diuersa medij constitutione motum variari, & ex eius varietate velocis & tardi varietatem proficisci. Sic in vacuo motum non esse concluditur; quandò neq. tempus adesset, sed cùm sint tempus & motus, vacuum quoque negare cogemur.

[a] 2. de cœl.
[b] 2. de cœl.

E F G H

A

Rationes, quę ad vacuum tollendum ab Ariſtotelicis alienę afferuntur, aut etiam contrà ipſum Ariſtotelem, non ſatis valere monſtratur. Cap. IX.

ANIMADVERTI quoq. rationeis alias, quibus contrà vacuum diſputare, & Ariſtotelis placitũ confirmare nonnulli conati ſunt, ſed meo quidem iudicio, parum feliciter. Veruntamen eas anteà recitemus, vt quid in ſingulis deſiderari queat, optimè videri poſsit. Quicquid eſt in mundo & ab aliquo & ad aliquid eſt. Vacuum, ſi foret in mundo, nec aliquid eſſet, nec ab aliquo. Itaq. non eſt vacuum. Nullius item finis eſſet gratia, à quo tamen abhorret ipſa natura quæ, quicquid efficit, in alicuius gratiam facit. Tertiò nulla eſſet Ariſtotelis ratio contra Democritum, videlicet. Si vacuum foret, ſpecies per medium non ferrentur. At dicam ego oppoſitum magis conſequi, ſi ita ratio conſtruatur. Si vacuum ſit, multò magis ſpecies ferri poſſent. Ergo multò magis viſio fieret: nanque inane facilius q̃ plenum ſpecies ex magna diſtantia penetrare poſſent. At verò quantum roboris habeant hæc, tum quæ pro Ariſtotele afferuntur, tum etiam, quæ contrà ipſum facilè admodum perſpicere licet. Ac ſpectemus ea primùm quæ ad eius ſententiam conſtabiliendam in medio poni ſolent. Mitto verò q̃ Ariſtoteles valde negligens fuiſſet, ſi rationeis efficaceis omiſiſſet, leues aũt perſecutus eſſet. Sed veniamus ad rationeis. Si vacuum in

B mundo ponatur, & aliquid erit, & ab aliquo. Sed non eſt aliquid, nec ab aliquo, ergo neque eſt. Primùm quidem aſſumptũ eius argumenti admodũ obſcurum eſt, & indiget probationis quam ſanè, non niſi ab iis quæ ab Ariſtotele fuerunt allata, repetere licet. Tum etiam is qui vacuum eſſe concedet, illud negabit, ipſum aliquid non eſſe, aut ab aliquo; quinimo dicet ipſum fore diſtantiam, vel à corpore ſeparatam, vel cum eo coniunctam & cum partibus eius confuſam. Prętereà ſi fuerit vacuum ab aliquo erit, aut neque forte ab aliquo: nam poterit eſſe principiũ, vt pleriq. eius aſſertores poſuere: poterit & à Deo pendêre, vt materia & priuatio. Rurſus etiam finis alicuius gratia fore teſtabitur: nimirùm motus ipſius, veluti dixerunt Antiqui. Quòd ſi illud obieceris. At propter motum non eſt vacuum, Illud item probandum, q̃ non ſit gratia motus, in quo peragendo conſuleious iterum philoſophum. Neque id neceſſariò conſequitur, vt, quanuis propter motum non ſit, ſimpliciter ſit tollendum: poteſt.n. propter aliud eſſe: poteſt quoq. nullius eſſe gratia; ſiue, vt ea ſunt, quæ caſu fiunt, aut illa etiam quæ oriuntur ex neceſsitate materiæ, aut ẽt, quia ſint ipſi fines, neq. ſeruiant aliis, ſed alia contrà ſeruiant ipſis. nam totidem ferè modis nullius gratia res eſſe contingit, neq. ordinem naturæ peruerti. Sic ergo & vno ex his mo-

C dis vacuum eſſe contendam; vt puta, ipſum eſſe per ſe. Eſſe verò eſt gradus quidam perfectionis, qui per ſe eſt appetendus. Ita aliarum rationum auxilia erunt imploranda, quibus vacuum non eſſe concludatur. Quod verò tertio loco adiectum eſt, nititur hypotheſi falſa, illa nimirum, q̃ ſpecies viſiles per medium ferantur propter diſtantiam quæ inter viſile viſumq. interponitur; neque.n. eius rei cauſſa eſt diſtantia ſola, ſed medij natura: ferrur.n. ſpecies viſilis per aquam & aërem, quia pellucida ſunt. Quamobrem peccat argumentum accipiens non cauſſam, vt cauſã. Quòd ſi diſtantiam vt finem conſtitueris, hoc eſt, quia bene erat è longinquo proſpicere; conſiſtit hæc cauſſa non minus cum pleno, q̃ cum vacuo, nihil.n. obſtat huius merito cauſſæ, ſi plenum, vacuumúe ponatur, ſed ex medij ſpecieiq́ natura res conficienda erit: itaq. implicabitur argumentum fallacia ſecundùm conſequens. Quapropter ſatis conſtat q̃ parum firma ſint ea quæ præter Ariſtotelica ab aliis aſſumuntur. Sed veniamus ad alterum caput quo purgandus eſt nobis Ariſtoteles. Vides.n. quàm falſa ſtatuantur à Philopono, D. Thoma & eius ſectæ viris, qui primùm accipiant reſiſtentiam ex proportione virtutis motricis ad mobile, cùm ea nulla ſit in mo-

D tu naturali, & apud eos præſertim, qui motum naturalẽ in elemento genito ab internis principijs cĩno volunt abſolui, nec vlla ratio cogat Ariſtotelẽ abſolutè concludere de omni mobili, q̃ in vacuo moueri non poſsit, ſed illi ſufficiat, ſi de ſimplicibus iam genitis oſtendatur propoſitum. Prętereà redditur imperfectus progreſſus Ariſtotelis, q̃ ipſe nunquàm verba fecerit de eiuſmodi cauſsis. Et quoniam gratis hodie dederit quiſpiam aliquid eſſe itẽ ab Ariſtotele deſiderandum; vtor in eos rõne phyſica quæ illud aſſumit. Fruſtra fieri per plura quod per pauciora fieri poteſt, & æquè bene. Sed in motu ſucceſsio & per ſe, & per accidens à natura præſtatur optimè, quod poſthac apparebit, neq. ad ipſam præſtandam vacui diſtantia neceſſaria eſt, non igitur ea motus eſt cauſſa. Tum prætereà, quoniam eius rei cauſſa nequit eſſe diſtantia; nanq. aut hęc terminorum foret, aut rei quæ mouetur, neq. ſanè rei quæ mouetur, ſiquidem à continui partibus ſucceſſionis ratio non neceſſariò ſumatur in latiore. Nam ſic, nil prohiberet, quominus ẽt crementũ eſſet motus ad locum, in quo terminorum diſtantia mutatur, ſed à partibus poteſtatis & materiæ quæ tendit ad formam & actũ, vel etiam iis ipſis auctoribus, quoniam partes cõtinui ſimul omnes eodẽ actu ſunt inſignitę, ſimul omnes habent eandẽ propenſionẽ, atq. vniformiter: ob eamq. rẽ omnes in vno toto, cùm ſint poteſtate, locum totius aſſequuntur, nec vllũ per ſe penitus habẽt.

Neque item succeſsio petitur à diſtantia. Quoniam, ꝙ occupent hunc, aut illum locum, quatenus eſt diſtantia, falſum omnino putamus. Sed locus in naturalibus eſt cum qualitatibus quibuſdam ſenſilibus à quibus mobile ipſum, aut perficitur, aut afficitur: aut conſeruatur, aut corrumpitur, & certas obtinẽt differentias ſupra & infra: aliter eſſet hic locus ille mathematicus qui corpori mathematico, non aũt naturali tribuitur, & aliquando ab Ariſtotele [a] deſcriptus eſt, & à naturali diſtinctus. Ita non oẽ prius & poſterius in magnitudine tempus affert, ſed id quod eſt in ſpatio naturali. Nam cęteroquin infirmum illud eſſe videtur quod dici ſolet. Si terminorum diſtantia foret cauſſa motus, illuminatio non fieret ſubitò: quoniam præter id ꝙ poſtulat probationem hoc quod aſſumitur. Neque.n. defuere, qui dicerent eam in tẽpore, ſed penè in ſenſili fieri: videtur ẽt retorqueri poſſe argumentum. Si medium, atq. illud quidem plenũ foret cauſſa motus; certè ſi per illud illuminatio fieret, in tẽpore quoq. obiretur: at in tẽpore non obitur. ergo neque ẽt fit per medium plenum. Nil aũt imbecillius, ꝙ̃ illud ipſum genus argumentorũ, quod ex contrario cõuerti põt, & nec minus à re ſtat, ꝙ̃ ab aduerſario, hoc argumentandi genus ab Ariſtotele βλαίσωσις appellatur. Quòd ſi quam cauſſam afferas ob quam in medio pleno illuminatio ſine tempore fiat; ego quoq. eandem vſurpabo ad docendũ, cur etiam in eadẽ pura diſtantia tẽporis puncto mobile mutet locum: vtputa, quoniam ipſa per ſe eſt actus quidam in indiuiduo poſitus. Itaq. non eſt par illuminationis, veriq. motus ingenium. Præterquam ꝙ illis euenit idẽ quod in Parmenidem notabat Philoſophus, dum motũ deſtruere conaretur ex eo, quia vacuum non eſſet, nanq. ab obſcuris argumentans manifeſta tollebat, perſpicuis.n. dubia debent illuſtrari, non dubiis perſpicua tolli. Sic iſti probant motum fieri per inane principiis quibuſdam acceptis quæ parum perſpicua ſint: multumq. operæ poni adhuc oporteat in eis perſuadendis. Neq. rõnes obſtant quas nũc ſupereſt vt ſigillatim percurramus. Nanq. ſatis apparet in iis duabus primis, quæ à diſtantia terminorum, tum ſpatij, per quod fit motus, tum ẽt mobilis acceptæ ſunt, hypotheſes eſſe falſas: nempe illam, ꝙ prius tranſeat mobile quandam ſpatij partẽ, neque.n. id fortaſsè neceſſe eſt, ſi ſpatiũ abſolutè cõſideretur; ſed, ſi ſpatium ita affectum, & locus naturalis qui cum certis eſt qualitatibus. Idcirco peccat argumentum cũ conditione aſſumens, & concludens ſimpliciter. Atq. altera item rõ quæ accipit mobile prius cõcitari ſecundùm vnã partẽ, quàm ſecũdùm aliã. hoc.n. abſolutè falſum eſt in cõtinui partibus, & ſolùm habet locum in partibus ſucceſsionis & materiæ neceſſariò, vt etiã illa alteratio quæ fit ἀθρόως hac diuiſione nõ excludatur. Quod ad tertiam rõnem ſpectat, in ea duplex fallacia notari poteſt. Primùm quidem, ꝙ peccat ſecundùm non cauſſam, vt cauſſam, ſiue ſecundùm id quod eſt, non penes hoc. Diſſeritur enim: Vtrùm ſit motus in vacuo in non tẽpore, an etiam poſtulet tẽpus: at illi inferunt id quod ſequitur ex eo ꝙ vacuum ſit, quod neq. item opponitur noſtræ concluſioni. Quamobrem laborat ẽt fallacia redargutionis ea ratio. Deinde inferunt abſurdum, & id quod fieri nõ poſsit, quod ex altero conſimili quod itẽ nequeat fieri, ſequitur. At id dato antecedente degenerat in neceſſarium, quod eſt ex hypotheſi. Ita.n. eſſe oportet, ſi hoc eſt, vt neceſſe eſt hominem, ſi volet, eſſe pennatũ. Ergo, ſi vacuum eſt, etiam in diuerſis punctis erit idem mobile in eodem inſtanti, quod fieri non poteſt, nanq. ex alio deducitur, quod itidem fieri nequit. Ac ſi ita res eſt, vt certè eſt, non id tollendum, quòd in non tempore motus fiat per uacuum, quod iſti faciunt, ſed id prorſus, quòd vacuum ſit, quod facit Ariſtoteles.

[a] 1. de ge.

An'ne vacuum prorſus omni mutationi repugnet, & alia quędam de motu & vacuo dubitantur. Cap. X.

POSSET hoc loco nos interpellare quiſpiam dicens. At tu nimis anxiè, atq. neruosè, tollis eas rationes quæ paruo negocio tolli poterant. Nam tu das in vacuo fieri mutationẽ in non tẽpore ſcilicet, ex hoc aũt ea cõſequuntur quæ fieri non poſsint. Sed nec in vacuo fit motus, neq. mutatio prorſus. Inde nihil eſt quod iſti obiciunt, quanuis verè concludant. Tum præterea cogit nos experientia quædã fateri, aut motum in vacuo quoq. & in re iam genita fieri neceſſariò, aut motũ in pleno ipſo negare. Finge.n. tu vacui pleniq. terminos, & corpus quoddã in vtroq. ex dimidio collocatum. Iam corpus continuũ eſt, non igitur plures erunt eius motus, aut igitur, ſi in vacuo nullus fiet motus, ſed planè mutatio, mutationẽ quoque in pleno effici neceſſe eſt, aut ſi mouetur in pleno corpus illud, in vacuo quoq. mouebitur, neq. ſolùm tẽporis puncto mutabitur, ſed ponet tẽpus in ea functione. Neque.n. duo poſſunt eſſe eiuſdẽ continui motus in eodem veſtigio tẽporis, vt optimè noſti. Nos planè vacuum nullum ab Ariſtotele creditũ fuiſſe aſſeueranter affirmamus, tum ob hanc rationẽ quę ducitur à medio per quod fit motus, tum ẽt propter alias multas quæ paſsim ab Ariſtotele afferuntur. Neq. id in hac philoſophia in dubium reuocandum eſſe opinamur. Sed quantum eſt merito vacui (quanquam id ſimpliciter non eſſe creditur ab Ariſtotele, neque ideò motus, aut mutatio fieri poteſt in illo) tamen eo dato, vt ex hypotheſi

A planius fiat id quod dicitur, perseueramus adhuc in nostro proposito,& nudis hisce consideratis vacuo & mobili,mutationē vacuo nullo pacto repugnare credimus. Finge,obsecro,in vacuo mobile non impeditū,atq.id eiusmodi,vt vires agentis adhuc retineat (iam,n.audisti eas item in absentia mobilis esse superstites, & mobili ipso , non alio fundari nonnunquam) nulla quietis erit caussa,quia non est caussa quietis, neq. itidem quies. Quoniam verò quies est. quid pressius , q̃ immobilitas , neq. item erit immobilitas. Cur.n.immobilitas aderit, si in mobili sunt principia motus,materia.s.& forma, & adest agens ; nec præstò est obex ? aut si non perspicis in elemento principia motus absoluta. Et ecce animal,quod mouet seipsum,& habet absoluta initia sui motus , siue mutationis : planum ꝙ nihil officiet eius mutationi vacuū , & prorsus ea ratio valebit. Non fieri motum in vacuo,quia vacuū impediat actum mobilis,eius extentionem tollens. Pone ergo fieri plenū, vtiq. mouebitur. Ergo magis operabitur in pleno mobile q̃ in vacuo,quod planè Aristotelico decreto aduersatur. Ac si rectè aduertis animū ad ea quæ profitetur Aristoteles ; non tollitur motus in vacuo,quia vacuū obstet,sed degenerat in mutationē ex impotentia patiendi, quæ in vacuo cunctos naturæ limites superat. Ita vacuum opus naturale non tollet simpliciter,quatenus opus naturale;sed,quatenus est motus,ac si ponatur illud mobile per vacuū assequi proprios terminos,vt graue deduci ad centrum. Nil.n.vetabit,quominus centrum adipiscatur, B sed id efficiet in non tēpore; modò careat interna resistētia quę reperitur in mixto,& in eo quod gignitur,vt suprà dictum est. Nam dicere in vacuo nec graue nec leue futurū,nec vllam corporū propensionē,nec quicq̃ rationem mixturæ valere,verùm sanè est profiteri ; sed id non est conferre mobile cum medio simpliciter,vt fit in præsenti ratione,& in eo potestatem logicam ponere, sed naturale ? Nunc ratio procedit,quasi animus noster concipere posit motum,nec secūdum, nec contra naturam actu,sed simpliciter,& vt ab hisce conditionibus abstractum veluti corporis mathematici . Atq. ita iuuat aut obstat propensio mobilis . Sed quoniam remanere virtutem in subiecto est ex euento,& datur in vacuo mixtū, atq. adsunt caussę motus,absunt caussæ quietis ; iam caussa cadere censebimur. sic.n.poterit inanimum mouere seipsū , & habebit caussas motus internas,atq. illas quidem absolutas . Neque.n.mouebitur eo tempore à remouente prohibens, quia nullum prohibens adest ; igitur à seipso . Fateor quippini ? Sed vide item,ne satis etiam tu repugnes Aristoteli neganti inanimū mouere seipsum, quia non absolutè moueatur à se ; verùm flagitet opē externi cuiusdam principij. Cęterùm libero te quoq. omni suspicione. Nanque id profectò consequetur,si vacuum dederimus , Etenim omne hoc absurdi quod hîc nascitur, non quidē à natura motus,sed ab ingenio vacui proficiscitur. Adde etiam in illa hypothesi non negasse C Aristotelem motū à seipso fieri, vt in iis quę sponte mouentur : quanquam ob id tantūmodo, ꝙ mouendi facultas innititur mobili, reapse verò differt ab eo. Nam vis illa impressa non est sua simpliciter, & valet idē,atq. efficiens . Verùm hæc hactenus . Eiusdem quoq. notę censeri potest altera dubitatio. Nam posito vacuo hęc itidem consequi videntur,vel in pleno mutatio,vel motus in vacuo. Verumenimuero si quis nimium diligens, aut quoquo pacto vacui fautor hoc loco requirat, Vtrùm plus valeat,an plenū efficiendo motum in vacuo, an contrà vacuum producendo mutationē in pleno. Nam si officium naturale est esse in suo loco ; at verò id magis pręstare videtur inane q̃ plenum : prius ergo natura mutatio in vacuo , quàm motus in pleno , Quanquam de iis quę sensus ipse non suppeditat, difficile est ferre iudicium ; nihilominus audendum est,atq. aliquid pro ratione dicendum. Equidem motus,atq. mutatio sunt officia naturæ, & habent caussas positiuas efficienteis primùm,deinde materiā & formam. Tum prætereà motus rei genitæ simplicis in pleno nascitur ex potētia medij,& in vacuo mutatio ab impotentia,& in pleno quidē est impotentia mobilis, & oīno caussæ motum facientis quæ non superat medium : ve D rùm id non ex natura mobilis ipsius descendit , sed ex vi medij,quæ se subitò vinci non patitur, nanq. & mouens & mobile secundùm naturā se habent : in vacuo caussa mutationis est imbecillitas,& impotentia medij,quod,cùm resistere nequeat, non efficit motum . Quare mutatio foret in pleno naturale officiū,atq. propemodum absolutū,in vacuo motus esset prorsus impotentia. Nam ex eo nasceretur,vt efficiens pręstare non posset in tēporis puncto citra impedimentū id quod rei naturæ conuenit, si motus in vacuo fieret,quia nihil impediens vacuū pateretur efficiens oē id præstare quod pōt,& naturam assequi finem suum. At in pleno mutatio prohibetur, & ex vi medij ad caussas mouēteis oritur impedimentum. Nunc mihi videtur esse natura prius agere q̃ non agere, & impedire q̃ permittere,& pati, neque.n.pōt esse impedimentū sine actione cōtrarij. in pleno finis quidā motus naturalis,in vacuo nullus. At simpliciter id quod est,& id qđ agit,ei quod nō est,& quod nō agit,& potestati patiendi potestas agendi,& impotentia patiendi, proponūtur; harū illa sola in vacuo,binę istæ in pleno, hîc finis,ibi casus. Cùm igitur vacuū si sit, nihil agat,sed ad sūmū pmittat solùm nihil obstās, phibeat plenū,& planè resistat : ergo mea q̃dē sētētia prius est officiū pleni q̃ vacui,& cū finis absit,nō existit officiū naturale ī vacuo: naturę.n. est agere ,ppter finē. Quocirca poti⁹ ex pleno mot⁹ in vacuo nascet,q̃ in pleno ex vacuo mutatio.

Disputantur

Disputantur aliqua de resistentia quæ fit in corpore cęlesti. Cap. XI. E

RESTAT nunc, vt aliqua dicamus de resistentia quæ fit in cęlo, hoc est, de caussa successionis in eo motu. Video verò Auerroëm id tribuere exuperationi virtutis motricis ad mobilem, vnde celeris & tardi ratio proficiscitur, atq. ita attẽperatam esse dicere talem exuperantiã, vt, si vnica stella corpori cęlesti adderetur, fore, vt moueri nõ posset. Attamen mihi mirabile hoc videtur in cęlo genus eiusmodi resistentię ponere: quandoquidẽ id requirat actum quendã quasi contrariũ illi qui proficiscitur à motore. At qua ratione potest excogitari repugnantia & resistentia contra motorẽ suum in eo mobili quod cum suo principio mouente fit magis vnũ, vt ipse vult, q̃ materia cum forma coniungitur, aut notio cum mente? Quòd si in materia nulla est resistentia, multò minus in eo mobili sit necesse est: præsertim ꝙ eò maximè vergit motus ille, quò procedit, vt id efficiat perpetuò sine vlla participatione contrarij, atq. operoso & molesto labore, vel mobilis, quia caret potẽtia cõtradictionis, vel mouentis, quoniã ipsum semper eò vergit, quò mouetur. Dicere verò resistentiã esse in cęlo propter varios motus quos diuersè illius partes exercent, superiores.s.& inferiores, quasi sese vicissim impediant: hoc certè est aliquid violenti illis attribuere. Quamobrem ita licet experiri caussas huiusce successionis. Etenim cęlum à nobis animal statuendũ est, cuius corpus organicũ sit, & partes eius, si non substãtia, at figura distinctę; atq. tentandum, Vtrum'ne aliqua ex illis caussis quas in animali ponimus, ẽt cęlo cõuenire possit; an aliã quandã excogitare oporteat. In animali verò duplex resistentiæ genus esse docuimus, internũ vnum, externum alterũ, & primam quidẽ resistentiam quæ peteretur à natura corporis, quod esset mixtũ, vel à varietate partium ipsarũ; alteram verò ab eo super quo fit motus, quod eiusmodi esse debet, vt sustineat mobile: idq. in animali nostrate maximè necessarium; quippe ꝙ graue sit, ob eamq. caussam pro eo ꝙ super eodem spatio locũ mutaret, centrũ versus tẽderet, cuius signum, quia nisi sustineat medium, moueri non licet. At in cęlo, quod neq. graue est, neq. leue, quod item intra se oĩa continet, posterius illud resistentiæ genus expectandũ non est, nisi fortè eiusmodi sit illud, ex quo pendet, tanquam principe motus auctore; propter quod etiã perpetuò conuertitur, sed hoc ipsum non quæritur in præsentia. Non desunt sanè qui alterũ resistentiæ genus in cęlo ponant: hûi verò dicunt esse terminos quosdam immobiles, quibus innititur, dum mouetur, ꝙ ad eos diuersas obtineat posituras secundùm suas parteis: illę verò cùm simul consistere nequeant, efficiatur, vt in diuersis tẽporis punctis vnica circuitione omnes assequatur. Cęterùm & hæc caussa nobis suspecta est, ob illam rõnem, quam attulimus, anteà, cùm de vacuo diceremus, neque.n. subiecti mobilis distantia motui subiacet, nec tẽpus necessariò postulat. Huc accedit, ꝙ nunquam ita posset augeri vis mouens in infinitum, vt in non tẽpore moueret, semper enim tẽpus efficeret ipsa mobilis subiecti distantia. Et tamen illud ab Aristotele in grauissimis disputationibus acceptũ est; idemq. de resistentiæ caussa loquens aliquando grauitatem, tametsi speciatim: at diuersum, siue contrariũ quendam actũ vniuersè interpretari licet, caussam dabat. Equidem libet explorare duas caussas; alteram quidem quæ à materia naturæq. ducitur, atq. alteram quæ ab eius animi conditione proficiscitur: neque.n. sola natura præstat eum motum, sed superior alia facultas concurrit, quemadmodum in animali, nimirum appetitus. Sed de appetitu posteà: nam priùs de naturali principio verba facere instituimus, quandò magis affinis est hæc cõtemplatio illius, qua de motus recti principiis agimus, Etenim nulli dubium, est in cęlo esse potestatẽ ad locum, neque solùm ꝙ illa substantia cęlestis habeat habilitatẽ ad tale formæ genus accipiendũ, sed illam quoq. quæ illius prædicamenti propria est, quæ spatio nititur, hoc est, vt non modò occupet certum locũ, sed ex eius occupatione perficiatur. Cùm igitur in motu cęlesti sint potestas & termini ipsius vbi; sicut à nobis successio posita est in caducorũ motibus propter materię parteis, & gradus potestatis, eaq. caussa tanquàm intrinseca illius euẽti constituta est; sic cùm itẽ in cęlo sit eiusmodi potestas & termini & inter ipsos via, quæ sunt oĩa de pręi dicamento ipsius vbi, sint etiã in tali motu tempus oportet, & successio à potestate materiæ gradibusq. desumpta. Sed vnum illud poterat afferre difficultatem, ꝙ motus hic cęlestis non esset similis illi motui recto qui fit in corpore, dum gignitur, sed illi qui fit in elemento, postquàm genitum fuerit: non.n. cęleste corpus ortui subiicitur: at quid prohiberet elementũ, quando genitum est, & abest à suo loco propter distantiã terminorum & diuersorum situum, etiã in vacuo verè moueri? quid etiam vetaret in motu elementi geniti caussam internã esse, non aũt à medio nasci, aut ab impediente & remouente prohibens? siquidem adsit interuallum. Quia verò dicere posses non esse parem rationẽ spatij quod permeat cęleste corpus, & eius quod conficit id quod agitur motu recto, quòd spatium quod corpus cęleste conficit, plenum sit semper; neq. ob ingeniũ eius figuræ possit inane cogitari, quemadmodum in motu eorũ quæ rectà aguntur: itaq. perpetuò necesse est, vt anterior pars sui sequenti cedat, in eaq. cessione ponatur aliquod tempus: illud item obstare posse videbatur, ꝙ sicut immissio digiti in aquæ cyathum, & exitus aquæ vno temporis puncto, licet

non

A non eodem naturæ ſit: ſic quoq. partium illa ſucceſsio ſubitò fieri poſſe videatur. Ergo cauſſa va
rietatis huiuſce reddenda foret. An hoc totum naturæ eius corporis adſcribendum eſt. Etenim
non eſt vniforme corpus figuræ beneficio, nec prorſus in parteis diſcerptum, ſed in vno eodemq.
ſubiecto habetur diſtinctio partium quę propriis actibus inſignitæ ſunt; ita vt diſcordia quędam
concors, & concordia quædam diſcors in illo facilè queat obſeruari, ex qua efficitur, vt propriis
per ſe motibus agitentur, neq. vna id ſpatium quod alia, aut alterius locũ in eodẽ inſtanti poſsit
occupare. eſt.n. motus ille non totus, nanq. id immobile manet, nunq̃ mutans locum, neq. è ſuis
cardinibus ſeſe efferens, ſed partiũ ſingularum quarũ proprius eſt locus, & idcirco propria quies,
& proprius motus. Quapropter ex ſeſe viciſsim quodammodò pendentes, & ſimul concitãtur,
& variis temporis punctis officia ſua quæq. prętant: ex quo continuatio naſcitur, atq. ſucceſsio
in eo motu; id quod partibus cęterorum corporum nõ accidit, cùm in potentia ſint in toto, neq.
per ſe concitentur, aut etiam ſint in loco per ſe, ſed moueãtur in toto, & per id locum naturę ſuæ
conuenientẽ adipiſcantur. Idcirco talis reſiſtentiæ cauſſa in illis reperiri non põt, & egent exter-
na reſiſtentia, ſi motum ſubiturę ſint, & quaſi oſsium compago in animali, quorũ & ſi nullũ ſeor
ſum per ſe habetur, ſed aut continui pars eſt, aut tangit atq. adnectitur, vt natura & tãquam vno
continuoq., & tãquàm duobus, atq. diſtinctis ad flexus vtatur, nec oĩa poſsint vnà flecti propter
B quandã diſiunctionem; ſic & omniũ cęli partium quaſi compago nobis proponenda eſt. Nam
ꝙ tempus in ea ceſsione ponatur, vbi partes actu diſtinctę ſint, ſatis perſuadent ea quæ tractaui-
mus ex 7. Phyſ. vbi docuimus, quemadmodum infinitus motus abſolueretur tẽpore finito: auget
enim multitudo ſucceſsiua mouentium & motũ & tempus. Atq. hæc (niſi fallor) eſt cauſſa na-
turalis eius ſucceſsionis quę interna eſt, vt optimè perſpicis. Venio nunc ad alteram cauſam quę
ducitur ab appetitu. Nam cùm ſit rectus, tantum põt, quantum vult, atq. idem tantundem vult,
quantum poteſt. At & hoc poteſt, & hoc vult, in tanto temporis ſpatio.ſ. tantum loci interuallũ
conficere. Accipio.n. cęlum, vt Platoni placuit & Ariſtoteli animatum: igitur neceſſariò moue-
tur per appetitum: appetens verò facultas obiecto, tanq̃ fine determinatur. Prout igitur obiectũ
efficax languidumúe fuerit, ita quoq. imbecillius, aut vehementius agitat. Prout etiam inſtru-
menta quibus vtitur ea facultas, bene maléue ſe habuerint, tum etiam qualis fuerit appetentis aſ-
ſuetudo, vel habitus, actiones etiã variantur. Aliud.n. (vt exemplum inde accipiã quod omnib.
notum eſſe queat) appetit brutum, aliud homo, atq. aliud puer, dum adhuc agitur à phantaſia;
atq. aliud vir, dum regitur à ratione. Et denique id per ſe eſt, vt quemadmodum præfinitus eſt
ſubſtantiæ cuiuſq. gradus, cum mobilis, tum etiã mouentis, & id propterea virtutis, ita quoque
C neceſſe eſt præfinita ſit ratio functionis. Cùm igitur artes à mentibus beatiſsimis, ſiue vi fines, ſeu
quomodocunq. moueantur, & pro diſtantia, q̃ habent à ſummo bono ſubſtantiæ perfectionem
& propterea terminos ſuæ virtutis aſſequantur; certo quoque tempore ſuos motus abſoluunt.
Quanquàm ſecundùm illius diſtantiæ ſummũ ipſa mouere credendum eſt inſtar reliquarum for
marum naturalium. Nam, ſi ita poſſunt operari; poſſunt verò, quia non impediuntur; illas etiã
ſic agere oportet. aliter in æternis aliud eſſet eſſe à poſſe, quod nunquàm approbauit Ariſtoteles.
Et, quemadmodum in appetitu qui ſecundùm naturã ſe habet, id appetitur ſolum quod appeten
tis rei naturæ cõuenit: ſic, cùm appetitus in eiuſmodi genere ſubſtantiarũ ſine vlla ſit labe, dicẽdũ
cęlos appetere id quod cum illorũ natura cõgruat adamuſsim. Ita igitur agũt, quia ſic eſt illorũ
natura quia ſic illi moueri poſſunt, & mẽtes ipſę ſic mouere. Nanq. & facultas motrix mouẽtiũ
ſubſtãtiarũ eſſentiã cõſectatur, & mobilis itẽ naturã facultas, per quam mouetur. Idcirco motus
ille conſequitur appetentis ſubſtantiæ facultatem, & perfectionẽ illius virtutis quæ mouet. Gra-
uiſsimè verò me impulit in hanc ſententiam, ꝙ eandem cauſſam apud Ariſtotelem obſeruo, vbi
D de varietate motuum quos habent planetæ diſſerens, vniuerſam cauſam tribuit naturæ & perfe-
ctioni mobilis, atq. gradui finis mouentis. Nil eſt.n. aliud apud Ariſtotelem, quia ſic bene eſt, q̃
redditio cauſſæ per finem. Quanuis in corpore cęleſti ſic oĩa ſint diſpoſita, vt optimè inter ipſa
conueniat, indeq. functionis illorũ æternitas exorta ſit. Ita igitur appetitus beneficio tanq̃ primi
mouentis, & merito partium organicarum, tanquam principij patientis, motui cęleſti tempus aſ
ſignamus. At verò qua rõne defenditur Ariſtotelis demonſtratio ex 8. Phyſ. qua ab infinita virtu
te motum in quoq. corpus illud in non tempore concluditur? Cur item nos in Auerrois ſenten
tiam præceptoris noſtri verba non trahent, qui motus cęleſtium corporum ex eo definitos eſſe
prædicauerit, quia vires eorum definitæ ſint, quaſi verò, ſiquid plus aggrederentur, id illis laborẽ
foret allaturum. Arbitrer equidem, vt de primo dicam, eiuſmodi rõnem de corpore generatim
eſſe constructam, neq. illò deuenire, vt corpus organicum ſpeciatim in ipſa cõprehendatur: ali-
ter non video, quemadmodum etiam cauſſæ internæ reſiſtentiæ in eo corpore non includantur;
itaq. ſemper Ariſtotelicę demonſtrationi reluctari licebit, nanq. aderit ſemper intrinſeca reſiſten
tia, quapropter ille motus in tempore fiet. Et Auerrois dicta in bonam partem accipiemus, nec
quidem, vt actum repugnantem ſuo motori in cęlo ponere ſtudeat; ſed, vt doceat exactum com-

menſum

mensium qui inter agentia patientiaq. principia intercedit, & vt vno verbo dicam, expectarit potius effectum q̃ caussam, vt quod in nobis faceret imbecillitas, ibi sequeretur, quia melius non esset. Igitur effectus quidem par, sed caussa dispar: præsertim cùm aliquando monuisset nos Aristoteles non ex oĩ accessione quæ fieret mobili, prohiberi mouentis officium, veluti si mille pondo auri panici granulum adiiciatur: Nec quicquam prohibet illam functionis attemperationem ibi significari quæ ab appetitu & appetendo exoritur: nec tamen alterã illam quæ à materia deriuatur exclusam fuisse, modo actum mouenti principio repugnantẽ non includat: hoc.n. nos ægrè admittimus. Quam resistentiam siquis, Auerroëm sectans vnum maximè ex orbe, & mente facientem, intrinsecam esse velit, manum non verterim. sat enim mihi sit eam propter materiam in partium distinctionem, & propter animum in appetitus initia resolui. E

De officio medij in motu cuiusq. speciei. *Cap. XII.*

ERGO, vt eò redeam, vnde digressa est oratio nostra, medium in elementi iam geniti motu caussa est resistentię. Sed quoniam vtile est medium ad omneis motus, idq. miris adeoq. variis modis; etiam præstat, vt de illius natura nonnulla dicamus. Itaq. in omni motu recto mediũ reperitur, siue sit ille violentus, siue naturalis, atq. item vel dum gignitur elementum, vel postq̃ genitum est, & in motu simplicium & vniformiũ, atq. animantium & organicorum. At quemadmodum motui seruiat medium, nosse & magni momenti est, & non vulgare. Cùm ergo quadruplex sit motus, duplex aũt secundùm naturam, dum generatur elementum, & vbi genitum fuerit: tertius qui præter naturã, siue simpliciter, seu quodammodo, & quartus, qui est animantium proprius: haud crediderim eandem esse medij rationem in omnibus hisce motibus. Verùm in eo motu qui fit à generante, non concurrere simpliciter, vt caussam motus, sed si fortè per accidens, vel quatenus cum spatio concurrit quod intercedit inter locum, vbi incipit gigni elementũ, & locum, quò tendit: sed, vt corpus hac, aut illã qualitate præditum oĩno per accidens huic motui seruire medium, aut etiam, q̃ cùm sit necesse propter vim, quæ infimis hisce corporibus à cęlo cõmunicatur & astris, media esse elementa; per illud extremorum fiat motus, aut eorum generatim, quæ contrarias vireis habent, vt grauis aliqua ex parte in leui, & leuis quodammodo in graui, seu fuerint hæc ipsa simpliciter, siue aliqua ex parte: ita vt materiæ vicẽ subire videatur, quasi adsit ex necessitate materiæ: siquidem in iis quæ gignuntur, successio motusq. pendeant ex gradibus potestatis, & oppositione formæ prioris. In illorum aũt motu quæ præter naturam mouentur, aut etiã proiectorum, siquando segregentur à primo mouẽte, obtinet instrumenti locum, & in efficientium genere numeratur: quandò ipsorum natura prorsus integra conseruatur, itaque nullam habent propensionem ad locũ in quem mouentur, vt graue, cùm sursum agitur, leue aũt deorsum. Nam medium, quia partim leue est, partim graue, propter ancipitẽ hanc naturã facileq., vel si leuissimè agitetur, impulsum excipiẽs, neq. oĩno quoquo versus agitanti reluctatur. Sic promptius impetum admittit, multoq. citius, longeq. maiorem, q̃ id quod per ipsum mouetur cõtra naturam, & cùm sit humidũ facileq. diuidi possit, impetum illũ communicat, tum partibus proximis, tum etiam illi quod per ipsum mouetur. Ex quo efficitur, vt saxũ ab aëre quasi vehatur, [a] nisi q̃ non sunt eædem aëris parteis quæ ab initio motus agitatæ fuerunt, quousq. vis mouente impressa vigeat. Itaq. vim habet mouentis eo pacto, q̃ impetum, siue impulsum communicet, sed tñ moueat, quia motum fuerit: licet facilius accipiat, eum motum prius deorsum, pòst in latera, q̃ minus eorum naturæ aduersentur hi motus, quàm si sursum ferrentur. magis.n. propendent deorsum, q̃ sursum, & in suo loco facilius aguntur, q̃ extra suũ locum, quemadmodum nobis significant magnę illę conuersiones, quę fiunt in aquis, quas etiam multo maiores in aëre fieri ratio dictat, quantò ille tenuior est q̃ aqua, & quanto etiam ad auxilium auditus, qui ex longinquo excitatur, & ad omneis parteis, eas fieri necesse est. In iis autem quæ non segregantur à motore primo, iam est ipsa natura, quę mouenti repugnat: ideoq. intus existit occasio resistentiæ per se; deq. vi medij videtur ea facienda coniectura, quam de ipso fecimus in motu elementi, quod gignitur. Cęterùm, quod attinet ad officium quod medium in motu elementi iam geniti præstat, quòd nullam caussam successionis intra se habet elementum, quandò mouetur illò, quò principia vergunt, medio motus refertur acceptus duabus de causis, quarum altera ducitur ab essentia; altera autem est ex euento. illud ex euento, quod præstat medium, cùm sit corpus: nanque vt corpus est, alterum corpus respuit: itaque impedit motum alterius corporis per se, & cùm cedere debeat, raritate aliqua præditum sit oportet: hæc prout maior minorue fuerit, ita magis minusue impedit geniti elementi officium. Vt corpus; impedit planè, vt rarum; minus impedit, sed tamen impedit & efficit, vt tempus in illo munere obeundo consumatur. Altera caussa est medij natura. Nam quæ per media mouentur, simpliciter talia sunt. At media grauia sunt, aut leuia quodammodo. Quæ verò sunt huiusmodi, si cum iis quæ se habent simpliciter, conferantur;

F (margin)

G (margin)

[a] 8. Phys.

H (margin)

A tur; ea certè pro contrariis habentur. sic cęteris obsistunt, quasi cõtra suas propensioneis agãtur. Sunt item hæ caussæ, vt medium animaliũ & organicorum deniq. motui seruiat, dum illis innituntur, vt pisces & altilia, coguntur.n.quodammodo in angustum; ideoq. sustinendi facultate pollent, & dum pristinam molem recuperare student, quasi expellendi vim habent ea quæ ipsis fulciuntur. Sed hanc medij constitutionem motoriis instrumentis animantia sibi parant, quibus cùm inanima careant; non est, ꝙ talem ipsius vsum in eorum motu expectemus. Cùm igitur medium, sicut in mundo qui intra cęli ambitum continetur, medium occupat locum, sit quoq. medium beneficio qualitatũ naturalium; hoc est, extremorum naturã participet, aliqua ex parte cũ sit id quod extrema sunt absolutè; ideoq. si cum leui conferatur, est graue; si cum graui, leue iudicatũ, sequitur, vt habeat item repugnantiam quandã cum iis corporibus quæ per illud mouentur secũdùm naturã, intrinsecùs nõ habentia quod resistat. Nam, si intus sit, quod obstabit, incertum est plus renitatur, an id quod intus est, an medij natura, & fortasse plus internum resistet, vt initio motus elemẽti, dũ gignitur: fieri.n.potest, vt si è terra fit ignis magis adhuc sit terra grauis, ꝗ medium, per quod fertur. repugnat igitur mediũ, nec quidẽ, vt eorum motum funditus tollat, & inducat quietẽ, sed producat & protrahat tẽpus, ac remoretur officium, quemadmodũ accepimus anteà, dum vires vacui narraremus. Cõsequitur itẽ, vt facilè diuidi possit, & cedere, & quasi locũ dare corporibus quæ per ipsa feruntur, cum permutando locum, tum ẽt contrahendo se in

B angustum. Ita fit, vt ad motum conferat mediũ, vel adiuuando, quod fit, dum impetus à mouente primo excipitur, idemq. rei mobili cõmunicatur, vt in proiectis &; dum organicorum motui famulatur, vel cedendo, vel resistendo, & impediendo naturale officium eius, quod est mutari, & eiusmodi vt puncto temporis absolui posset, & pro mutatione motũ reponẽdo. Hoc igitur modo mõstrabimus, effici motũ in elemento iã genito, cùm speciatim caussas eius motus adscribemus.

De transitu elementi iam geniti ex otio ad negotium, & quę sit eius prima mutatio. Cap. XIII.

PONE mihi nunc elementum iam genitum. Cùm id obtinuerit habitum atque potestatẽ secũdam, põt sanè suo munere fungi, quod est ἐνεργεῖν, siue agere, siue actum suum exercere qui ab eiusmodi potentia proficiscatur. Quòd si non operetur, sed maneat otiosum: omne id nascitur ex impedimento. Operari aũt secundùm habitum & formã duplex est, aut imperfectum

C quod fit adhuc, dũ vrget impedimentũ; id verò est moueri perfectũ, quãdo nil amplius superest, quod impediat: hoc verò est, esse in suo loco, quẽ posteaꝗ adeptũ fuerit, tũ maximè est secũdùm naturã, vt etiam alia nulla quietis illius caussa reddi, ꝗ quòd ea sit ipsius natura: quanuis etiam in ipsis initia motionis inesse cõcedamus, naturã nimirùm, hoc est materiam atq. formã, quia.s.motus in iis quæ rectà cõcitantur, in absolutam quietẽ contendit, & est functio quædã quæ imperfectionẽ habet adnexam: ea verò terminatur loco, qui cõuenit eis secundùm naturã, nanq. ipse est eorum perfectio quæ feruntur, quemadmodũ sanitas corporis quod sanari põt: eam verò postꝗ res assecuta est, cõstantissimè retinet: vt, non nisi per magnã aliquã vim ab ea diuellatur. ita quęq. res naturalis perfectionis sua cupidine tenetur, & adeptã arctissimè cõplectitur. Ex eo fit, vt etiã si ibi concedatur adesse principia motionis; motus tamen non efficiatur, quia motio naturę opus absolutum non est, sed tum, vbi res naturalis in aliqua imperfectione versatur, hanc.n. motu expellit qui sanè ad perfectionem ducit quæ secundùm suam ipsius propriam cuiusq. naturam est. hæc verò quies est quæ tantundẽ valet, quantũ esse in suo loco naturali. Sed consideratione elementi dimissa, quando iam peruenit in suum locum; facilis.n.est explicatu; de illius motu nunc agamus, neq. finem perscrutemur; vanum est.n. quærere cur feratur ad medium terra, vel ignis à

D medio, si Ptolomęum, eiusque interpretem Teonem auscultamus, sed agamus de efficientibus. In hoc ipso duo spectanda sese offerunt; primum, quando transfertur è potestate secunda ad actũ secundùm, & cùm prorsus ex quiete præter naturam se confert ad motum naturalem. Deinde, postquàm traductum est ad negotiũ & motũ; motus ipse explorandus, & vtriusq. rei principia mox reddenda sunt. Porrò prioris illius traductionis è potestate secunda ad suũ actum quę prima est transmutatio mobilis; caussa per accidens est, & externa; nempe id quod tollit impediẽs. Nam reiipsius ingenium est, atq. conditio, fungi suis muneribus, idq. præstatur assiduè, nisi quippiã adsit, quod obsistat, vel ita dicente Aristotele. [a] Quorum foris est principiũ generationis, & quorũ in ipsis est, quę quidẽ nullo prohibẽte externo per se ipsa erũt, actu.s. eademq. 2. de An. repetẽte, cùm scientis exẽplo docuit actũ primũ p se erupturũ in secũdum, nisi quid obsistat externi. Verba Gręca si desideras, hæc sũt. [b] ἑκάτερος δὲ τούτων (meminerat aũt de eo qui põt scire discendo, & de eo qui iã didicit) οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον δυνατός ἐστιν, ἀλλ᾽ ὁ μὲν ὅτι τὸ γένος τοιοῦτον καὶ ἡ ὕλη, ὁ δὲ ὅτι βουληθεὶς δυνατὸς θεωρεῖν, ἂν μή τι κωλύσῃ τῶν ἔξωθεν. 9. aũt Metaph. ita scriptũ ẽ. repetam.n. altius illum locũ, quia hic latè patet hoc principium, vt actũ complectatur illum prius

[a] 9. Met. T. 12.

[b] 2. de An.

qui est secundùm substantiam, deinde ceteros qui sunt secundùm accidentia, vt sanitatem; cuius E
[a] 4. de cęl. processus elementorum motui par construitur. [a] Nam de substantia loquens & explicans, quod
verè sit in potentia. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως, ὅσων ἔξωθεν ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως, καὶ ὅσων
δὴ ἐν αὐτῷ τῷ ἔχοντι, ὅταν μηδενὸς τῶν ἔξωθεν ἐμποδίζοντος, ἔσται δι' αὐτά, ac de accidente lo-
quens ἐκεῖ, δὲ ἐν τῷ ὑγιαζομένῳ, ὅταν μηδὲν κωλύῃ τῶν ἐν αὐτῷ. i. Illic autem in eo, quod sana-
tur (actus extabit) quando nihil impediat eorum quæ sunt in ipso. Adesse verò obsistens fortui-
tum est, & extra naturæ ordinem. Quamobrem in mobili ipso existit quidem mutatio prima,
sed planè per accidens, nam motum impedimenti cõsequitur, & ex illo non secus efficitur, atque
ex latione variatio positurus. Hæc tota per se subita est, quandò vniuersa terminus est cuiusdam
motus, quanuis ille sit extrinsecùs, cùm fiat in alio subiecto, quod à mobili ipso disiunctum est,
hoc verò est impedimentum. Itaq. ad primam illam elementi iam geniti mutationẽ obeundam,
hæc præstò sunt, id quod per se mouetur, atq. id quod per accidens. tum id quod per se mutatur,
& id putereà quod mutatur per accidens. Mouetur sanè per se impedimentum, si corpus est: ꝙ
si non est corpus, tamen ab aliquo per se mobili proficiscitur, idcirco impedimẽti remotio à per
se mobili, ab eiusq. motu, vel proximè, vel remotè proficiscitur. Etenim tametsi in aëris secunda
regione calor aquã sustinet; at prius quàm rei ipsius calidę proprius fiat, pendet à calefaciente.
quamobrem illo à quo pendebat, amoto calor incipit extingui. id autem ex quo pendet, vt ignis
per se mouetur. consimiliq. rõne calor ille qui deriuatur à radio solis, ad per se mobile reducitur; F
nec quidẽ solem, nanq. hic per se non mouetur, sed ad motum alterius, verùm ad cęlum ipsum,
quod solem adducit & abducit. In idem quoq. recidet, si ab afficiente segreges id quod patitur.
Ita fit, vt impedimenti remotio, vel proximè, vt columnæ, vel remotè, vt ignis & ollæ separatio,
ex vero motu nascatur, quomodocũque.n. motus hic, qui per se est, redundat ibi in tecti ruinam,
hic tu prima aquę mutationem, per quam è potestate secunda transit ad officium. Quia tamen
impedire est accidens, neq. ordini hæret naturæ, sed à natura prorsus alienum est: ẽt fit, vt per ac-
cidens sit iste motus impedientium. Rursus & adest mutatio per se, ea verò fundatur elemento,
tanq̃ subiecto: q̄m transitus ex otio ad officium rei ipsius mobilis p se est. Siquis.n. quærat quod-
nam sit illud, quod ab ea mutatione nominatur, nil aliud profectò succurrit, q̃ res ipsa mobilis, vt
terra; ipsa.n. est quæ, cùm maneret prius, posteà cõmota est. Quòd si per se mutari, aut moueri dr̃
id quod neq. per partẽ, neq. per aliud quod in illo insit, mutatur; certè res ipsa mobilis ea est quæ
per se mutatur, & per se mutata est. Si etiam mutari ad id quod est s̄m naturã, aliquo pacto per
se dicitur, eo quoq. nomine mutatio ex otio pręter naturã in negotiũ quod est secundùm naturã,
est mutatio per se. Eadem quoq. terra mutatur, aut mutata est per accidens, tum quia, ꝙ egeat G
eiusmodi permutationis, exortũ est oẽ ab externo, & extra ordinẽ est naturæ, neque.n. talis est na
tura ipsius, vt impediatur, sed oĩno contrà naturam. Adest ergo per accidens impedimentum.
Quare non solùm id ab impediẽte fortuitum est, verùm ẽt ab illa ipsa re quæ impeditur, ꝙ sicuti
nõ instituitur ea res ad impediendũ, sic neq. elementum ad id vt impediatur, ac si quo pacto pa-
ret natura impedimentũ, id est absolutè per accidẽs, quia nimirùm propter aliud, vt.s. impedien-
do producat, non secus atq. eadẽ interitũ efficiat. neque.n. is eius finis est; sed, si natura corrũpit,
ita facit, vt generet aliud. Verùm neq. necesse est tale esse impedimentũ, vt ad alterum efficiendũ
præparetur, neq. vt hoc impediat, vt illud producat, ideò sequitur, vt oĩs mutatio quæ ab impe-
dimẽti remotione ducitur à caussa fortuita, casuq. deriuetur. Tum prætereà, q̄m mutatio rei quę
quondã impediebatur, non est cõparata per transmutationẽ quæ antecesserit in seipsa, sed per eã,
quæ in alio extiterit, secũda itẽ ratione per accidẽs ea mutatio dici põt. Hæc verò, vt diximus, est
ab eo quod est non esse in suo loco, ad illi oppositũ quod est suum locũ obtinere. Quòd si esse in
suo loco est functio propria mobilis, atq. illa quidem perfecta, mutatio verò vestigio tp̄is obitur,
cùm sit, quemadmodũ anteà dictũ est, terminus motus, profectò esse in suo loco pũcto tẽporis ẽt H
obeundũ esse censebitur, atq. idẽ euenire nostræ rei, atq. oculo, cuius habitus est visus, functio ve
rò, & perfectio ipsa visio: nam si secundùm naturã se habeat, vtiq. videat, si non videat, id illi præ-
ter naturæ ordinẽ accidit, & ob aliquod impedimentũ, vt puta, quoniam palpebræ, aut manus op-
posita perhibent. Si impedimenta tollantur, videt prorsus, vt nihil in ea functione perfectè obeũ
da desiderari possit, & illicò videt functionẽ suam totã simul exercens, vt rectè de illo dici valeat,
[b] 9. Met. T. 11. vt ait Aristoteles, [b] & videbat & vidit, quia nil diuidui præseferat, quod partiũ aliqua successio
cõsequatur. Ita ergo & mobile quod iam genitũ est, cùm habitum formamq. possideat, oĩ impe-
dimẽto remoto secundùm formã suam munere illo perfectissimo quod ẽt naturę suæ cõueniat,
siue partium successione temporisq. intercapedine fungetur, & è vestigio faciet officium suum.
Ex quo itẽ efficietur, vt vltimũ nõ esse resistẽtię q̃ affert impediẽs, sit primũ esse in suo loco: nanq.
hæc est ipsius absoluta fũctio. Ita cũ per se mutet elemẽtũ, & è vestigio suũ locũ occupet, nisi quip
piam intercedat: nõ sit aũt ibi è vestigio, quoniam impeditur, planum ꝙ mouetur per accidens.
Quòd si priore puncto mutatio elementi iam geniti, ex impedientis amotione deducitur, perspi-
cuum

A cuum est tam ab alio fieri, vt neq. internum esse hoc motus initiũ, neq. primam quandam muta-
tionẽ, q̃ futuri motus exordiũ esse debeat, à nullo extrinseco manare, amplius suspicari cogamur,

Dubitatio quędam ex Auerroe deprompta contrà principia motus ab Aristotele posita discutitur. Cap. XIV.

VT primùm elementum mutatum est, iam per se esset in suo loco, quia per se functionẽ ede-
ret absolutam quæ planè est suum locum obtinere: nanque hęc est ipsius natura ad quam
motus oĩs dirigitur in iis quæ rectà mouentur. Sed auctore Auerroë Themistius exagitauit hoc
decretum. Nihil.n.obseruo sic à Themistio pronunciatum, neque in ipsius commentariis, quos
Arabum beneficio legimus, neque item apud Simplicium fidelissimum veterũ fragmẽtorum, &
antiquiorum sentẽtiarum recitatorẽ, & exploratorem acerrimũ: quin potius oppositum ab ipso
scriptum cõperio, quemadmodum mox apparebit. O miserabilem illius seculi conditionem, &
nos miseros, qui tanto bono priuati sumus, quantum illud esset, quod nisi omnibus ferè auxiliis
destitutus fuisset, in nos contulisset philosophus ille sapientissimus: credo etiam aliquid vitij tra
latorũ eius culpa in illius scripta irrepsisse, vt & secundùm hũc casum dolere debeamus. Verùm
fac alium quendam, aut eundem alibi sic dubitasse, quemadmodum legimus apud Auerroëm.
Inuehitur in Aristotelem qui talẽ eius rei caussam reddiderit quæ sit prorsus inanis: neque.n.du
B bitationi satisfacit, cuius gratia quærimus caussam. Quid.n.ex hoc veritatis assequitur nostra
mens; quando, dubia cùm sit, cur graue ad infimum locũ moueatur, intelligat sic esse natura cõ-
paratum? nil.n.videtur oĩno didicisse, & habere occasionem requirendi prætereà, cur illa sit eius
natura, cur ea sit perfectio, vel finis in quem suapte natura contendat. Ad hanc dubitationem re-
spondere voluit Auerroës, ideoq. monuit duplex esse mobilium genus; alterum, quod esset sim-
plex, vt terra & aqua, atq. compositum alterũ, vt mixtum ex his, siue animatum sit, siue inanime.
Quoniam verò simplex etiam constat ex vniusmodi caussa, compositum è plurib. atq. diuersis, vt
puta sanitas quæ ab arte fieri põt, natura & casu: ex eo fit, vt caussæ vnius redditio quæstioni Ari
stotelicę satisfaciat in simplicibus, in cõpositis verò nequaq̃. Idcirco sic dicendum est ad eam du
bitationem, & ipse vult, eam quidẽ valere in compositis: atqui quæstionem ab Aristotele de sim
plicibus institutam fuisse, itaq. non pertinere ad simplicia. Videamus ea primùm quę litterarum ^a 4. de cœl. Tx. 23. 24.
monimentis cõmendauit Themistius. ^a Etenim ferri, inquit ipse, aliquid in id quod potestate est,
in ipso à mouente sibi proprio & accommodato (οἰκεῖον exprimere voluit) in perfectionem &
finem quẽ habet, est ferri. At cui'nam rei obsecro, conuenient eiusmodi sermones ea de re de qua
C nos pertractamus? Dicemus quando mouebuntur corpora quæ natura suprà infraq. ad eorum
perfectionem mouentur, non cõuenit, vt quicq̃ de hac re inquiramus, hoc est, in motu eorum ad
hæc duo loca, nisi inclinationem eius quod est potestate ad perfectionẽ, hoc est, ad actũ & finem,
quemadmodum in reliquis motibus; nõ est.n.vt quispiam hanc caussã quærat, cur.s.quod cura-
tur, ad sanitatẽ moueatur, quasi non conueniat ei, quod curatur, vt ad valetudinem, sed albedinẽ
reuertatur, & quod incalescit ex eo quod tale, ad valetudinem, non ad caliditatem regrediatur.
Moueri n. transmutari, & augeri in propriũ eorum finem eo iure se habent quo id quod augetur,
quod.n.augetur, quatenus augetur, profectò non ad sanitatem, sed ad maiorẽ magnitudinem re
uertitur, & quod transmutatur, ad qualitatẽ quandam transmutatur. Ita etiam leuia & grauia,
& quæ sequuntur. Ea quoq. Ptolemęo, Theoniq. placuere, quemadmodũ suprà significauimus.
His recitatis Auerrois sententiam perpendamus. Cęterùm quot verba, tot errata. Nanq. vt ab
Aristoteleo contextu rem auspicemur, Auerroës ipse affert ad iudicandũ oppositum illud idem
quod vsurpauit Aristoteles ad probandum propositum. Quòd.n.ita de graui dicendum sit, q̃
sic moueatur, quoniã illa eius erat natura, sicut de eo quod augeri & sanari põt, testatur ipsemet
D Aristoteles: Auerroës aũt illo abutitur ad monstrandum eiusmodi quæstionẽ non satisfacere in
cõpositis. Ita inane fuisset exẽplum ab Aristotele acceptũ, neq. solùm ab eo duceretur, quod esset
falsum; verùm etiam ab eo quod esset obscurum. Ignoratur.n.an caussa illa vna satisfaciat in cõ
positis; vnde etiam inter tantos viros exorta controuersia est. Sic nulla foret virtus exempli, &
esset hoc exẽplum non re, sed nomine duntaxat. Deinde falsum illud est: in simplicibus vnã tan
tum esse caussam. Etenim & illa constant è quattuor caussarum generibus materia, forma, fine,
qui locus est naturalis & efficiente, quod est mouens, quod nunc ipsum tam longo tẽpore vesti-
gamus, & generãte, quod nõ modo est vniuocũ, vt ignis, qui facit ignẽ, sed & Sol & motus aptus
est incendere ligna & lapides, & ego item scintillas excutiens è lapide lumen accẽdo. sicut & me
dicus, & ambulatio, & casus efficiunt sanitatem. quòd si ignem non vniuocẽ fieri dixeris à cau
sis nõ vniuocis, ita quoq. de sanitate asseuerabo. Sic & sanitas ab vna caussa nascetur, quemad-
modum corpora simplicia. Quinimmo si spectentur item, quatenus eorum simplices quidam
sunt effectus, quales sunt simplices motus, illorum quoq. plures esse caussæ queunt, vtputa, mo-
uens simplex, mobile simplex, & spatium simplex. Terriò potestas, quatenus hũt, duo significat,

terminum ad quē, eum verò per seipsa directò spectat, vt per ipsum perficiatur aliquandò. Propterea dicebat Aristoteles, [a] omnem potestatem, quatenus hũi, actu definiri: præterea significat actum à quo, cùm prius existeret & natura & tēpore, perducatur ad actũ per quem ad extremũ perficitur. Ergo & omnis potestas, siue fuerit in simplicibus siue in cōpositis, idem semper significabit. Quòd si quęstioni satisfaciendũ est per caussas illas ex quibus per se pendet id quod quęritur, per se verò pendet ex plurib. caussis, siue simplex, seu cōpositum fuerit; ergo non per vnã, sed per plureis caussas quæstio de corpore simplici debebit absolui. Si verò caussam istã quæ ducitur à natura potestatis & actus separes à cęteris, & eam in simplicibus satis esse tantùmodò defendas: opponam Aristotelem [b] qui generatim pronunciat, nunq̃ esse quęrendum, cur è potestate & actu fiat vnũ per se: quandoquidē illa sit vtriusq. natura, potestatis, f. vt perueniat ad actũ, velut id quod perfici potest ad suam perfectionē & actus, tanquam perficientis, & eadem asserentis de efficiente, atque materia. Quare cùm illius natura sit perfici, huius aũt perficere, ne fortè frustra sint in vtroq. tales facultates, in vnum quoque cōueniunt, & ex illis vnum per se emanat quod est perfectum. Sed tum planè eadem vna caussa satisfacit propositæ quæstioni, & in simplici & in composito, atq. vnumquodq. vnum est per vnã formam, quo facultas vna contendit. Neq. opportunum est Auerroi trãsferre sententiã ad caussas quæ sint ordinis eiusdem, quasi ex vno genere caussa vna sufficiat, nam de alia caussa, ac de materia, & forma nulla fit mentio: eę verò singulæ sunt in vnoquoq. & vna est materia proxima cuiusq. formæ, & ex natura formæ, seu finis qui cum forma conuenit, ab Aristotele quæstio proposita dissoluitur. Video te occurrere, & significare longè distare principia simpliciũ à principiis eorum quæ constant è simplicibus, siquidem illorũ formæ primò puræ materiæ accedant, mixtorum verò sit materia proxima & remota per quas absoluta caussa reddi debeat. Hìc ego dicam illud primum esse controuersum. Nanq. non repudiat item Auerroës aliquam formã cōmuniorem de prædicamento substantiæ quæ sit elementorũ forma prior, vt corporis, velut posteà docebimus: si forma remotior, & materies igitur, secum.n. perpetuò congruunt materies & forma. Nec non Aristoteles [c] componit aërem è vapore & aspiratione, sic habet materiã remotiorem. Tametsi quantùm pertinet ad hoc quod quęritur, problema resoluitur in naturam materiæ formæq. simpliciter quæ ratio pariter spectat oĩa genera rerum naturalium. Proinde nulla est differentia inter simplicia & mixta hoc ipso nomine, vt vides. Nam quæram ego, valeat'ne hæc ratio in mixtis: si neges: opponam Aristotelē: si fatearis: ergo (inquam ego) ratio communis. Quamobrem non est dispar eorum ratio, quod accepit Auerroës, & Aristoteles ipse perpetuò professus est, dum hæc initia generatim esse constituit motus naturalis omniũ inanimorum. Ac profectò, nisi dicamus Auerroëm id sibi velle caussam vnã in simplicibus posse quæstioni satisfacere, non item in cōpositis, q̃ in vnoquoq. caussarum ordine vna sufficiat, quia simplex, vt vnum efficiens, vnum spacium & mobile similiter, nō perspicio veritatem eius pronunciati. Verùm quæstio puerilis & nugatoria, neq. illius loco. Proinde quæstio sedatur optimè per illud quod ab Aristotele scriptũ est & à Themistio repetitum, neque.n. quęstio hęc est, sed principiũ quod ex terminorũ notitia exploratũ est, neq. eius rei caussa vlla afferri põt, sed eius rei natura. Non nego tñ eiusdem quæstionis, seu principij potius externã aliquam caussam esse posse, vt finē generalem, q̃ forma existat; & efficiens quod formam cum materia copulet: sed neq. istæ caussę proximę sunt, neq. hoc caussę genus requiritur in notitia quę tendit ad id, vt rē credamus esse formaliter quæ in habente principia parari solet notitia principiorũ quæ sunt intra rē, si principia fuerint, seipsis cōtēta sunt. Hoc aũt nostrũ principij locũ obtinet, nō modò in physiologia; verùm ēt in prima philosophia, vt maximè persuaderi possis nullã certiorē eius rei caussã reddi posse, idcirco ēt falsũ id qđ assũpserat ineptus ille dubitator.

[a] 9. Met.
[b] 9. Met. 2. de An. T. 63.
[c] 2. Met.

Principia motus elementi iam geniti exponuntur. Cap. XV.

HACTENVS de prima elementi ipsius transmutatione disputatum est, nunc consequens est, vt agamus de elementi motu, postq̃ fuit mutatum. Atq. planum quidem est, q̃ si formę nil obstaret, protinus suo munere sũmo fungeretur, hoc verò est obtinere suũ locũ; idcirco si nō eo fungitur, iam impeditã fuisse constat. At post impediens illud primum q̃ iam cōstituitur a motũ, & de medio sublatũ, nil aliud esse videtur àc medium. Propterea medium est vniuersa caussa officij illius imperfecti quod obitur, dũ versatur adhuc elementũ in loco nō naturali; quod, cùm tpe absoluatur, etiã facit, vt elementũ quod alioqui per se mutaretur, insuper moueatur: operaretur.n. vestigio tēporis sim naturã suã; hoc est, esset in proprio loco. Verùm quia manet extra propriũ locũ, & interiicitur mediũ quod interuentu cuiusdã repugnãtię, ipsi resistit, & ꝓhibet, quominus sit in loco proprio per tēporis punctũ; sit ēt vt in hac adeptione loci tēpus interueniat, ex quo cōstituit mot⁹. Et verò cōtingit idē in hac mutatione, ac si cogitemus aliq̃ nubē inter oculos nr̃os & solē interiectã q̃ prorsus illi⁹ aspectũ auferret, quē si nulla nubes itercederet, indiuiduo tpe spectar possēt, paullatim attenuari, & ex aëre excuti, donec liquidus & limpidissimus aër relinquat.

Nam

A Nam videtur solis aspectus aliquo tempore fieri,& quasi per motum,cùm tamen visio fiat in in-
stanti : non ob aliud certè,quàm q impedimentum illud aliquo tēporis interuallo subductū est.
Quamobrem non mobili per se,sed impedimento fundatur tempus & motus. Nec ab his aliena
sunt ea quæ de transmutatione elementi in vacuo nobis antehàc constituta sunt. Ita vt, si rectè
consideres ingenium motus in elemento iam genito,videbitur veluti priuatio quædam & impo-
tentia : siquidem vestigio tēporis operari deberet,neq. moueri,nec mutari etiam,postquam geni
tum est,sed mutatur,quia fuerit prius impeditum : mouetur, quia non potest caussa medij suum
munus obire,vt eius natura requirit. Cęterùm non iniuria dubitauerit quispiam. Motus est fun
ctio quædam; ergo quid positiuum at sic erit priuatio. Tum eadem ipsa quæ prius de motu me
dij & elementi sunt à nobis animaduersa. Nanq. hîc habemus elementum mutari per se, mo-
ueri aūt propter medium. Primò quod'nam sit eius motus subiectum. Deinde quę'nam eius
caussa prima. Prætereà qui modus sit hic motus; an'ne per se, an per accidens. Tum deinde
quid moueat medium,& quæ sit species motus, qua ipsum agitatur, nanq. motus hic elemento
fundari videtur,cùm ipsum sit,quod propriè pōt dici moueri : quandò moueri secundùm locum
nil aliud sit,q̄ mutare locum per se,hoc est, quia sit actu separatum in aliquo tēpore, & traduca-
tur potentia secundùm vbi, ad actū eiusdem prædicamenti, quæ cùm appareant vniuersa in ele-
mento,faciunt etiam.vt motus hic elemento per se conueniat. Etiam remouens prohibens caus-
B sa prima existimabitur,quoniam inde incipit vniuersa mutatio. Rursus, quia non nisi mutatio-
nis est caussa,motus aūt ab alio proficiscitur,non sine rōne credetur non esse caussa prima. Quin
etiam si mediū est id quod mouet,dubiū non est,quin & ipsum moueri prius oporteat. at à quó-
nam? si à mobili,ergo mobile seipsum mouebit primò, semper.n.ad regulam illam confugiam,
quę de mouentium ordine allata est 8. Phys. Insuper quæ'nam species erit ea motus? Quòd si
contrà mobile dixeris à medio moueri,quęrēdum item erit, quæ'nam species ea naturalis motus
habenda sit. Postremò etiam quęstione dignum est; an'ne per se mouentia hæc moueant,an per
accidens. Nam si per se mouetur elementum, vtiq. & mouens per se esse opus est. (caussæ enim
& effecta consimilibus differentiis pollent) si verò per accidēs est mouens; ergo etiam motus ele-
menti per accidens sit necesse est. Ita quicquid attigeris vlcus est. At verò hinc fortasse sumi po-
terit initium expediendi controuersias omneis quæ fuere propositę. Nam quod opponis motum
hunc fore priuationem,& tamen ipse quidam actus est. fateor illam esse functionem, & quid po
sitiuū, sed functionem quidē imperfectam ; quapropter inest in ipso aliquid priuationis. Neque
solùm eo tempore motus à caussa positiua descendit, verùm etiam à priuante. Nam caussa po-
C sitiua est ipsa natura,à qua cōpellitur ad id,vt sit in suo loco,sed q ipsum assequatur per motum
caussa est impedimentū quod est de genere priuantium. Eodem pacto dicemus,in vacuo mixti
motum ex interna resistentia ministrari. Quandoquidem merito vacui posset assequi terminos
motus in instanti,sed cùm habeat internā repugnantiam,id in tēpore præstare cogitur,ac sola do
minantis elementi natura est caussa positiua quæ cùm iam absoluta sit, flagitat munus illud per-
fectū, quod est obtinere locum suum , sed hoc non patitur interna repugnantia. Quamobrem
& hic motus ille est impotentia quędam,& extitit ex priuatione. Cętera quæ sequuntur quan-
dā perorationē desiderant eorum quæ suprà longo sermone conclusa sunt. Postquàm igitur ele
mentum ad actū secundùm fuit traductum, operatur planè secundùm naturam suam. Sit ergo
corpus graue : iam fungitur officio suo,hoc aūt est vergere deorsum,& opprimere. Idem quoq.
iudiciū de leui pro ratione faciendum,nanq. & ipsum euehitur,& contra medium suopte impul
su nititur. verùm quia magis in graui perspicua fiunt hæc, graue nunc accipiamus, & ea quæ in
hoc officio ipsi contingunt,obseruemus. Itaq. opprimit ea quæ subsunt corpora : hæc vero,quia
D media sunt, & subtilia cedunt prementi : ex quo efficitur, vt nihil offendens, quod renitatur in
cedentis locum subeat elementum. Proinde quemadmodum medij partes subinde cedunt op-
pressę : sic illarum locū occupat id quod oppressit : ita sese mutuò afficiunt,dum premit hoc,&
dum cedens alterū,promouet ipsum, seu potius promoueri patitur, donec ad locùm peruenerit
naturalē,vbi iam manet,neq. inde nisi vi illata segregatur. Atq. hòc illud est quod diuisionis no-
mine nobis expressit Aristoteles cum 2.de cęlo. [a] tum ēt in extremo quarto. Cęterùm possit hîc [a] T.81.
opponere quispiā elementū eiusmodi cessionē facit, ergo mouet mediū,itaq. nō mouet à medio.
Rursus si mouetur,q ab eo primùm fuit concitatum; profectò seipsū mouebit primò:non igitur
ab alio,veluti nos ipsi defendere conamur. Aduerte tu sedulò pręgrauationē illā, vt ita dicam,
momentū atq. oppressionē ab elemento factā,non esse propriè motū,sed energian tantum ipsius
grauis quę sēper inest in graui,dum manet extra suū locum, nec ab eo diuellitur,siue moueatur
sm̄ naturam,siue etiam maneat pręter naturā. Nanq. & ingēs saxū premit columnā, vt ēt nisi ro
bustior sit,ipsam conterat,sed manet sublime,quia maior est resistētis columnę vis, quàm pōdus
saxi pręgrauantis. Quòd si corpus quoddā infirmius succedere columnę fingas, iā secūdum actū
suū operabit, neq. à subiecto corpore sustinebitur, cedēs aūt corpus subiectū efficiet in eo motū.

Sic cessio medij per se non desiderat motum in elemento, sed tantum corporis ipsius energiam, cessionem medij postmodò loci mutatio consequitur. Verùm, quoniam hæc per se subita foret: cùm sit functio formæ, & indiuiduo consistat, quoniam medium ex toto non cedit, sed ex parte; fit ea loci mutatio successiuè in elemento. Quamobrem exoritur inde motus. Hic te video rursus insistere. Nanq. oppressio est pulsio quædam, ea verò species est lationis. Elementum igitur loco mouebit medium. At quod loco mouet, ipsum quoq. moueri necesse est. quòd si moueri ipsum fateamur; redibit iam proposita difficultas: elementum nimirùm, se prius ipsum moturũ, quàm moueat medium. Procedamus hîc pedetentim, & singula quæq. exploremus. Oppressio pulsio quædam est. Fatemur, nam & ipse Aristoteles [a] ex eo rotundam esse terram concludebat, quòd partes superiores grauitate premant inferiores. Pręterea verbis hisce philosophus agens de medio multò clarius id pronunciauit. [b] τὴν μὲν οὖν ἄνω ποιήσει φορὰν ᾗ κοῦφος, ὅταν ὠσθῇ καὶ λάβῃ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς δυνάμεως. i. vt verbum verbo exprimamus. Eam igitur quæ sursum est, faciet lationem, quatenus leuis est, cùm pulsus fuerit, ac sumpserit initium motus ab ipsa potentia. adscribitur id pulsio est motus, & hoc damus, sed specta obsecro, pulsionem esse motũ in eo quod mouetur, non aũt in eo quod mouet, & esse motum rei quæ pellitur, pellentis verò nõ item. cùm autem subiicitur, pulsionem esse motum de loco. Primùm hîc insisto, neque. n. est de loco simpliciter, est. n. tum motus secundùm locum, quando mobile totum mutat locum, id verò non contingit in re nostra. Ita enim Aristoteles ipse dicebat. [c] Videtur enim id quidem quod alteratur, non ex necessitate transmutari secundùm locũ, neque quod generatur. Et tamen alteratio & generatio non sine aliquo incremento, aut decremento fiunt, sic Aristotele testante. Secundum aũt alterationem, quæcunq. transmutantur naturalium corporũ, habentia videmus oĩa & argumentationem & diminutionem. hæc verò non sine loci mutatione fiunt, nec tamen lationes existimantur. id ex Aristotele colligitur. inquit. n. Quod autem augmentatur & diminuitur, alio autem modo ab eo quod fertur: quod. n. fertur, totum mutat locum, quod autem augmentatur, quemadmodum quod extenditur, hoc aũt manente particulę transmutantur secũdum locũ, non quemadmodum quæ sphærę: hoc. n. in æquali loco toto manente transmutatur, quæ aũt eius, quod augetur, semper in ampliorem locum, in minorem autem, eius, quod diminuitur: idest. n. moueri totum, cum centrum mouetur, & alium locum occupat, & idest moueri per locum. at omnia hæc eodẽ centro permanente augeri possunt imminui, & alterari. Si rarefactio & densatio non sunt motus secundùm locum, neq item cessio, de qua nunc agimus. quippe quę reapse densatio fit, vt abundè nos docuit Aristoteles. 4. Phys. in iis quæ de vacuo cõtra Zythum: hæc autem continuitate partium conseruata fieri põt, quibus neq. locus, neq. motus cõuenit per se, cuius cessionis caussa, tanquam actus est grauitas elementi impellẽs, seu potius expellens è diametro mundi ad latera. Neque. n. propellere crediderim, ne in vnum è regione coactũ medium, quod cęteroqui facile cogitur, resistat potius, & elementi progressum finem versus remoretur. ex quo sequitur, vt assumptum illius argumenti sit falsum. Rursus detur hanc esse partium medij lationem, cùm tu subdis. Id quod mouet eo motu, mouetur etiam. esto & hoc: eoh non'ne mouetur elementum? At inquis. igitur à seipso mouetur, idq. tua decreta maiorem in modum oppugnat. Minimè, inquam, neque. n. id necessariò sequitur, vt mouens, quatenus mouet prius moueatur, sed nihil obstat etiam ipsum moueri posterius. nil obstat item, vt mutetur, veluti nũc elementum genitum à remouente prohibens. Id quod item Aristotelis exẽpla nobis patefaciũt, vbi de mutua perpessione verba facit. [d] Et quod secat hebetatur: inquit ipse, & quod pellit, contrà pellitur, & dum calefacit, frigesit. Ita fit, vt in mouendo moueatur, non sanè priusquàm moueat, moueri debet. Sed moueri posterius hîc est natura, quàm mouere, neque. n. calefaciens quatenus hũi, mouetur. neq. igitur pellens, quatenus huiusmodi. Neque necesse est, vt eadem sit species motus, vt etiam apertissimis exemplis ibidem àb Aristotele positis constat. Nil itidem obstat motum in alio non ab actu motu proficisci, sed ab energia quoq. produci potest, quam in elemẽto genito propter innatam propensionem constituimus. Oportebat autem illud approbare, nil aliud posse mouere, quin eadem specie motus ipsum moueatur, quod facere non licet. En hic etiam tibi Græcè loquentem Aristotelem (ne forte suspicionem vllam tibi afferant auctoritateis Aristotelicę) quibus frequentissimè vtimur. ὅτι καὶ τὸ ποιοῦν πάσχει ὑπὸ τοῦ πάσχοντος, οἷον τὸ τέμνον ἀμβλύνεται ὑπὸ τοῦ τεμνομένου, καὶ τὸ θερμαῖνον ψύχεται ὑπὸ τοῦ θερμαινομένου. καὶ ὅλως τὸ κινοῦν ἔξω τοῦ πρώτου ἀντικινεῖται τινὰ κίνησιν, οἷον τὸ ὠθοῦν ἀντωθεῖταί πως, καὶ ἀντιθλίβεται τὸ θλῖβον. & reliqua. Hîc fortasse reclamabis aliud sentire Aristotelem, cùm inuehitur in Antiquos statuẽteis, animum esse ignem, aut spiritum, quia prius eum moueri cõtingeret, quàm corpus agitaret eademq. specie motus. Sed videsis, eos in illo motu nihil attribuere naturæ, nihil de motu per accidens verba facere, neq. motus initium aliunde animo concedere, quapropter ex seipso moueri animum oportebat, & ita mouere, quemadmodum moueretur. Nos hîc contrà & motus initium damus, & tractamus motum per accidens, & aliquid naturæ adscribimus.

[a] 2. de cęl.

[b] 3. de cęl. T. 28.

[c] 1. de ge.

[d] Lib. 4. de Gen. an.

A bimus. Itaq. par non est ratio motus qui ponitur à veteribus ab animo præstari, & illius cuius caussas in præsentia perquirimus. Hoc loco video te in medio verba Aristotelis afferre, quę pronunciasse nouimus à motore medium concitari, atq. ab eo quod mouet elemētum, quod in hac hypothesi, cùm sit remouens prohibens: ergo non ab elemento, quod mouetur, sed ab eo quod prohibēs abstulit, agitabitur. Etenim ipse [a] duo motus initia proponit: naturam quæ principium motus est in eo in quo inest: & potentiam quæ in alio, quatenus est aliud: hanc verò externam esse, & vim mouentis obtinere nos suprà docuimus, & Aristoteles hìc confirmat. Sed cùm id quod mouetur, vel secundùm, vel præter naturā moueatur, in eo quod mouetur secundùm naturam, efficiens concurrens, simul cum ipsa natura motū præstabit, in eo verò quod præter naturam, ipsum efficiens solum. Sed quantum spectat ad medium, in vtroq. motu, aër est instrumētum, quia grauis est simul, & leuis. ideò, quatenus grauis impulsum reci piet deorsum, quatenus leuis sursum: nam vim in vtroq. mouens imprimit, & ei quod mouetur, atq. item medio, posteà subiungit. Cùm quoque, qui secundùm naturam vniuscuiusq. est, motum promouet eodem modo, E quibus contra positionem nostram duo colliguntur. Primum quidem, quod mouens elementum & id quod extra est, vtrunq. moueat, medium scilicet, & elementum, vtriq. vim imprimēdo. Deinde, si vis à mouente imprimitur medio, ipsum mouere item mobile, vbi secundùm naturam B moueatur, sicut mouet ipsum, quando mouetur præter naturam. Sed præter naturam mouetur prius medium, à medio mouetur elementum. Ergo etiam sic fiet vbi moueatur secundùm naturam. Adest & anceps quædam sententia philosophi in eodem loco, ex qua facile suspicio suboriatur in animis nostris, ne fortè ab intrinseco principio naturalis motus administretur. Cùm significet Aristoteles vim quæ affertur ab externo, velocitatem addere, quasi motus simpliciter, & velocitas natiua ab interno principio deriuetur. Hæc igitur contra nos afferri nunc posse videntur. Ita nos de vero & falso dicemus, quod de bono quidam poëta prædicabat. Nullum esse quod tanquam arbor ex vna radice nascatur, sed quippiam mali semper agnosci.

[a] 3. de cęl. T. 28.

Quibus modis elementi iam geniti motus obeatur. *Cap. XVI.*

ATTAMEN & hæc loca, si rectè percipiantur, sentētiam nostram non oppugnant. Etenim potentia id ibi appellatur, quod extrinsecus agit, & id genus, quod non est patibilis facultas, sed magis propriè virtus quæ item cum entelechia conueniat. Et hæc elementi grauitas quam fatemur esse potentiam, medium agitat, quod est aliud ab ipsa. Tum deinde medium mouet C elementum impressa sibi vi ab elemēti facultate, nec tamen eadem mouendi rō inest in medio, dum naturali motui seruit, & dum ei, qui contra naturam est: nanq. hìc à tergo medium mouet parteis aëris anterioreis propellens quæ partim præueniunt mobile, & quasi viam recludunt, & partim quasi de loco ad locum transuehunt, ibi mouet successiuè cedens in latus, nec adhibens impulsum. Neq. obstat illa vox ἐπεγίζειν, quæ nimiùm putidè à Simplicio perpensa veritati propemodum tenebras offudit. voluit.n. ipse impetum à tergo collatum eiusmodi voce significari, cùm tamen, si in vi vocis illius persistere velimus, & rem ab actu illo deducere, quę ponit ob oculos; ea voce nōmodò vis à tergo metaphora exprimatur, verùm etiam à lateribus, vt in leonibus item, vnde sumpta est, qui se caudi percutiunt, vt ocyus moueantur & currant, à lateribus esse videatur ea vis, inibi facta percussione. Nolo enim te latêre Leonem in cauda conditum inter pilos habere stimulum nigrum veluti corneum, quo, cùm pungitur, præ dolore magis irritatur. Inde Homerus elegantissimè.

D *Οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχίας ἀμφοτέρωθεν*
Μαςίεται. ἑὲ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι.

quod item facit in mari magno circa Taprobanen insulam piscis huic cognominis, ideoq. ille artificioso nomine ἀχαῖα, quia sese stimulat ἐς ἀγκῶ, appellatus. Etiam taurus se cauda verberās acuit se in iras. Quamobrem illa promotio de qua meminit Aristoteles, communius quid notat, quàm pulsionem à tergo quę certè solùm existit in motu nō naturali, in naturali autem, cur adsit nulla est caussa, in eoq. manet similitudo, ꝙ cedens à lateribus excipiat mobile. Neque id officit quod ab Aristotele dicitur [eodem modo] quasi intelligendum sit, vt vniusmodi penitus vtrobiq. sit ratio efficiendi motus, sed similitudo rōnis, & conuenientia quędam generalis quæ manet in eo, vt medium sit motus vtriusq. caussa, tum in leuibus, tum in grauibus. quoniam participat vtramq. naturam. Et perspicuè cernitur prima illius loci verba de motu violento fuisse pronunciata. Ita etiam quod obiicitur ex ambiguitate sententiæ dilucidari pōt ex hoc, quòd non scrutetur hic Aristoteles vniuersa principia motus naturalis, sed officium tātummodò potentię, cùm » in motu naturali, tum in eo qui est præter naturam. Cęterùm & hanc sententiam Themistius » approbauit, cuius hæc sunt verba. [b] Etenim ex ea parte, vnde terra mouetur, pellit corpus sibi » oppositum: vis.n. ac impetus pellentis erit grauitas, quoniam aër, tametsi leuis sit, & similiter ē

[b] 2. de cęl. T. 93.

» pilus hominis,cuius tamen,si pars aliqua sumatur, deorsum pellitur,aër autem grauis apparebit E
» propter pulsionem è sublimi. Atq. hæc quidem ille. Ita deorsum cócitatur,cùm sit leuis:quare
» etiam,quia leuis,eget pulsione,quoniam resistit. Sic ergo, vt dictum est, in elemento genito motus secundùm naturam administratur. Ab his ego transeo ad explicandos modos, & formulas huiusce motus: quibus peractis facile erit quęstionum propositarum exitum inuenire. Principiò igitur ab alio mutatur elementum cùm per se, tum per accidens iis ipsis modis quos anteà narrauimus. Deinde mouetur medium per se, ea scilicet motione quæ propriè non est secũdùm locum,licet ad eiusmodi speciẽ motus redigatur,quandò mutatur aliqua ex parte locus,non aũt omnino,quemadmodum in absoluta latione contingebat. A medio per accidens elementũ ipsũ mouetur,quia cùm sit eius propria functio,atq. perfecta,esse in suo loco. idq. quantùm est merito principiorum suæ functionis,in temporis puncto fieri deberet; proptereaq; non cedit illi ex toto elementum; ex hoc efficitur, vt ibi tẽpus intercedat, atq. successio non tamè formæ, quoniam ipsius opus indiuiduum est,& totum simul. sed propter magnitudinem & distantiam, non certè spatij ipsius absolutè, quandoquidem & in vacuo posset fieri motus,sed medij quod aliquo pacto resistit, neq. sic, vt nullo pacto cedat,sed paullatim ipsi det locum: vnde tempus interueniat in ea loci adeptione, & subinde motus,vt optimè respódeat motus hic motui solarij,qui per ponderum appensionem administratur: adest.n.ibi pondus maximum,quod talem habet proportionem ad trochleas & rotulas, vt eas,nisi quippiam obstaret,temporis puncto,vel exiguo tamẽ spatio volueret, F adhibentur vtrinq. suspensa singula pondiuscula quæ maioris illius ponderis impetum remorantia, quanq. rotularum conuersionem attemperant, & ad horæ vnius interuallum producunt. Sic tempus in ea conuersione ponitur, & ita fit motus. Iidem ex medij resistentia tempus,& ab hoc motus efficitur.Idem quoq. per se mouetur,quatenus in tẽpore locum mutat. Deniq. hoc est verum subiectum motus,qui secundùm locum est,quando illud est,nec per aliud id facit quod in tẽpore mutat vniuersum locum. Atq. is est ordo caussarum efficientium hunc motum. Primùm adest remouens prohibens, quod tantùm mutat elementum,non aũt mouet, deinde elementi grauitas,quæ medium pellit, tertiò medium,q; eo commoto statim producitur motus,qui tametsi proximè fundetur elemento,tamen habet quippiã accidentis, cùm eiusmodi affectio,caussaq. motus præter naturæ ordinẽ in ipso sint. Idcirco cùm ab alio mutetur,non mouet se per se primò, cùm moueat mediũ, ab eoq. vicissim per accidens moueatur,neque ẽt se per se mouet: oporteret enim vt per se moueret medium,& à medio per se moueretur; per se autem dico,tanquam à caussa, vt aiunt, essentialiter ordinata. Posset verò quispiam hic opponere: primùm quidem, assumptum falsò fuisse, pelli mediũ ab elementi grauitate, grauitas.n.potestas G quædam est, vt posteà docebimus: atqui potestas efficiens esse caussa non põt. itaq. medium ab ipsa non pelletur. Tum deinde elementi motus simplex non erit,sed compositus è pluribus certo ordine inter se dispositis; quinimmo non tantùm ex naturalibus, sed ex violentis motus ille constabit: nam pulsio motus violentus esse reputatur, vt etiã eo nomine notarit Antiquos Aristoteles [a] qui pulsionem naturaliũ motuum caussam fecerint. quod item eo magis absurdum est, quo cum id quod secundùm naturã est,violento præcedat, hic sit prior ille qui est contra naturã. proptereà non esset motus iste secundùm naturã simpliciter. Adde etiam, quia, si motus hic per accidens habendus est,non igitur secundùm naturam,non.n.cohęrere hæc posse videntur. Postremò, quoniam hic motus sine diuisione medij non administratur; at diuisio est ad interitum. igitur præter naturam. Verùm aduerte obsecro,grauitatem,siue formam illam,vnde proficiscitur grauitas, obtinere quidem potestatis rõnem in eo in quo est: cùm significet ordinem ad propriũ locum, sed simpliciter eam esse actũ, & veluti forma principium patibile a nobis cõstitutum est; nihilominus aliquid ab ipsa extra subiectũ in quo existit, proficisci nil prohibet, sic grauitas seu H forma à qua grauitas ipsa permanat,in eo in quo est,potestatis rationem obtinet; actus aũt est, si cum alio conferatur. Quod verò ad alterum pertinet. Scire oportet simplicem motum defendi ex his quæ intrinsecè constituunt mobile,quatenus hũi,& motum cõmuniter: quæ verò motum absolutè constituunt tria, sunt termini, & oẽ illud potestatis, quod intra terminos continetur vt spatium in latione,quę aũt mobile complent, sunt materia & forma,quæ si simplicia sint,mobile simplex efficiunt, & subinde motum simplicẽ reddunt. cętera motus simplicitati nihil officiunt. Quòd si ẽt pulsio secundùm naturam inesse item naturali corpore demonstretur; fiet, vt reliqua quæ inducta sunt,tanquam absurda, facile profligentur; id aũt mox examinabitur. Et quantum pertinet ad Aristotelis auctoritatẽ,non est ratio par propter quam pulsio apud nos caussa motus naturalis est, atq. apud antiquos: illi.n.in mobili nullam omnino propensionem constituebant; ideoq. motus ille vniuersus erat ab extrinseco,& violentus: ob eamq. caussam obseruamus Aristotelem adiecisse ea verba. (ab alio neq. vi) quasi nil prohibeat, ab alio quoq. motum fieri naturalem: nos aũt,qui propensionem tribuimus elementis,nihil in hoc periclitamur. Accedit eodem,q; pulsionem ipsi in mobili tanquam in subiecto collocabant,at nobis pulsio in mobili tan-

[a] 1. de cęl.

quam

A quem efficiente posita est, vt in subiecto verò in ipso medio. Quare non efficitur, adest pulsio: ergo mouetur elementum vi: sed, si quo pacto cuipiam vis afferatur, idest medium, non aũt elementu, quod primò mouetur. Illud item quod assumptum est: motum violentum pręcedere naturali, si mediũ ipsum pellatur: neutiquam præterit necessitatem. Nanq. id verum est in vniuersitate rerum & per se, in singulari & per accidens, nil vetat, opinor, violens pręcedere naturali: tametsi neq. est ille motus oĩno pręter naturã in medio, quod in illo facultas inest qua quocunq. versus agitetur. ideò sic cietur, quo ad etiam illò vergit quò concitatur. Quoniam verò nobis sigillatim ostendendũ est pulsum non necessario motum esse pręter naturã, & ob id etiam de ingenio motus illius qui fit ab extrinseco, sic instituta methodo postulante disserendum est; libet antè rationẽ quandam Auerrois explorare, qua cõcludere conatur, nullũ motum qui ab extrinseco fiat, esse naturalem. assumit.n. distantiam efficere discrimen in motibus qui fiunt ab extrinseco, vnde sic concludit argumentum. In motibus ab extrinseco facit aliquid vicinia. In motibus naturalibus nihil vicinia facit. Ergo motus naturales non sunt ab extrinseco. fundauit autem ipse rationem suã, eo quòd vndecunq. debeat ad suum locum moueri quodcunq. corpus naturale, semper ad illum concitabitur. Quamobrem ex opposito, si faciat ad motuum ipsa distantia, motus ille non erit naturalis. Verùm vbi motus ab extrinseco ducatur, distantia facit ad motum. Itaq. motus ab extrinseco pugnat cum naturali. Sic ergo concludit Auerroës.

B

Quòd etsi mouetur elementum ab alio, mouetur secundùm naturam. Cap. XVII.

VT methodo procedat oratio nostra, primùm generatim docebimus etiã ab extrinseco motum naturalem posse proficisci, deinde cur Aristoteles eos violentos posuerit, qui ab alio fiunt, tum tertiò pulsio cuiusmodi sit ostendemus. Institutæ autem disputationis exordium à definitione violenti sumetur, ea verò talis allata est ab Aristotele non semel, quod ab alio mouetur passo non conferente vim. Addidit item Philosophus 3. Eth. c. 1. agens. sed vel ibi πάσχειν accepit pro eo quod est ἐνεργεῖν, quod nonnunquam idem est àc pati, vel quòd agẽs iam cõmotum fuerit per appetitum, & quasi coactum. proinde illo omisso patiens solùm in violenti definitione capiatur. id verò nihil aliud sibi vult q̃ quòd ad eum motum nulla sit in eo propensio quod mouetur, ita vt potiùs mouenti resistat, q̃ quòd eius conatum adiuuet, aut amplificet, quod si tunc violentus est, quando quod mouetur, nullam vim confert mouenti: profectò si vim mouenti conferat, nil prohibebit eum motũ esse naturalem. Sed præter id docet Aristoteles in cęlo nil esse pręter naturã, aut violentum. idq. iure optimo, quia sic perpetuum nõ esset, cuiusmodi illa esse oporC tet quæ cęli sũs: sic verò motus administrantur in eo corpore, vel quoniam orbes omnes inferiores à supremo vnico motu concitantur, & inferiores generatim quendam motũ participant, superiorum ope cõparatum, vel quòd inter orbeis qui vni astro seruiunt quidam per se mouentur vt deferentes, alij per accidens vt reuoluentes. vel etiam quia duæ partes in cęlo sunt, astrum & reliquus orbis: at orbis per se mouetur, astrum verò vehitur: adeò vt motus orbis ad astri ipsius motum institutus fuisse videatur, nec vllo modo melius potuerit natura astri ipsius conditioni consulere: nanq. hoc est corpus omnium perfectissimum orbis imperfectior: at natura perfectiori seruire voluit imperfectius, ac præstantissimę optimęq; naturæ præstantissimam conditionem tribuit. Orbis igitur qui astro imperfectior est, ita seruit ipsi, dum veluti satellites rhœda principẽ ferunt, vehit astrum; ipsumq; perfectissimo modo mouetur, cùm ab alio vectũ regis instar mutet locũ. Et omnino quæcunq. fiunt per appetitũ, absunt à violentia, cùm incũcta sint, & quamuis aliquam vim afferre videatur id quod appetitur; ea talis est, quia nõ possumus non expetere id quod nobis videtur afferre perfectionẽ, vt esse & cognoscere, aut ẽt beatitudine frui. Mouetur item hypecD cauma à cęlo in orbem; neutiquam tñ ille motus est præter naturam; si minus vni motui duo cõtrarij forent. Extra cęlum quoque est id à quo cęlum, tanquam à separato principio mouetur. Vnde patet, q̃ stultè opinentur ij qui motus ab alio violentos esse putant. Accedit eodem quod Aristoteles explicans genera mouentiũ quædam physica esse docet, nonnulla verò minimè; veruntamen ea physicè mouere; physica sanè quæ mouent & mouentur: physicè aũt mouentia, neque physica substantias separatas, quas ẽt extra cęlum collocat. [a] Quanquam id generatim de omni caussa externa pronunciare licet. Nam si nullum externum mouet secundùm naturã, & oẽ efficiens omnisq. finis sunt externa: nullum igitur ex illis secundùm naturã mouebit. Ergo nec generans ita mouebit elementa, nec remouens prohibens, neque Deus qui mouet vt finis, mouebit secundùm naturam. Ex quo luce clarius patet ẽt physicum esse motum, si modò propensio sit in mobili, quantumuis extrinsecùs sit ipse motor. Augebit dictis ẽt fidem ea distributio quam facit Aristoteles [b] eorum quæ mouentur ab alio, quando & id mẽbrum illa cõplectitur quæ natura mouentur, & quæ pręter naturam; siquidem quod à genere ad omneis suas differentias valet vniuersè, ad aliquam ex illis valet sigillatim. Si omne animal est rationis cõpos vel impos; ergo & aliquod

[a] 1. de cęl.
[b] 8. Phys.

aliquod animal est rationis impos. Sic, si omne quod mouetur ab aliquo, mouetur secundùm, aut E
præter naturam, & aliquod igitur ab alio secundùm naturã mouebitur. Pręterea pulsus & tactus
sunt motus qui ab alio fiunt, oĩa verò animalia, eorumq. partes pulsu tractuq. mouentur, & ex il-
lis aliquæ secundùm naturam. Ortus item & interitus sunt motus naturales: nil tamen aut se-
ipsum producit, aut perimit, nisi fortè per accidens vt ignis. Et planè Aristoteles, dum caussas &
conditiones putredinis explicaret, docuit ipsam esse interitũ naturalem; fieri verò ab externo, ni-
[a] 2. Phys. mirùm à cõtinente. Auctiones ẽt sunt motus naturales,[a] & ipsę quoq. fiunt ab extrinseco, apud
eos præsertim, qui nutritionẽ in plantis ab extrinseco, vt ambiente perfici putant, quorum prin-
ceps est Theophrastus. Ergo quòd egeant extrinseco non tollit quominus sint motus naturales.
Admonebat etiam nos Aristoteles in animali, in quo motus à seipso manifestè reperitur, itẽ mo-
tum adesse naturalem, atq. illum ab alio fieri, siue à continente, siue ẽt ab alimento. Mouetur ẽt
medium à facultate susq. deq., nihilominus cùm propendeat vtroq. elemẽtum, mouetur secun
dùm naturam, idẽ quoq. cõmunicat motum corpori quod per illud agitatur non minus contrà
q̃ secundùm naturam, prout propensionem ostendit in eo quod mouetur. Quamobrem nõ pos-
sum in eorum venire sententiã (quanq̃ viri virtutis & sapientiæ gloria præstantes) qui ita in vio
lenti definitione externũ positum esse volunt, vt si motus futurus sit naturalis, eius caussam inter
nã esse oporteat, atq. illam quidẽ non vt materiam, sed vt efficientem: quippe ꝙ opposita insint
in eodẽ, sed externum pertinet ad efficiens, quod in violenti definitione ponitur. Ergo & inter- F
nũ quod accipitur in definitione naturalis. Nam si ita distinguũtur externũ & internum, ꝙ exter
num faciat motũ violentum, internũ verò naturalem. Ergo quotiescunq. fuerit externum motus
erit violentus, & contrà, vbi internũ naturalis, ꝙ si violentus passo non conferente vim, eo verò
conferente naturalis, vtiq. vbi externũ, ibi vim non conferet passum, vbi internum, ibi conferet.
aliter non repugnarent hæc esse violentũ motum ab interno, & ab externo naturalem. Quod si
ita est superuacanea est illa conditio passo non conferente vim, quę vbiq. assumitur in violenti de
finitione. Præterea vbi aliqui effectus indeterminatè nascuntur ex caussis oppositis, non distin-
guuntur per eas caussas, neque licet argumentari ab opposito effectu ad caussam oppositã; veluti
quia concretio & eliquatio, qui sunt effectus oppositi, & indefinitè nascuntur ex calore & frigo-
re, non distinguuntur, ita vt eliquatio sit à calore, & à frigore concretio, sed etiam eliquatio potest
esse à frigore. Proinde non valet, est eliquatio; ergo calor, nec si est eliquatio à frigore, ergo cõ
cretio erit à calore. Sic naturale & pręter naturã cum ab vtraq. caussa, & externa & interna in-
determinatè nascantur. ergo non distinguuntur naturale & præternaturam per externũ & inter-
num. Patet autem id ꝙ ex dictis potest aliquid ab externo moueri secundùm naturam. Quòd G
aũt ab interno præter naturam moueatur, ostendit nobis Aristoteles 8. Phys. vbi accepit, anima-
lia moueri ab animo, & hoc est sine controuersia principium internum. Cõtingit tamen parteis
animalis ab animo pręter naturam moueri. Viri celeberrimi iterum nos hîc vrgent, Ex hoc di-
cto multò magis eorũ decretum corroborari. Nimirùm motum esse naturalem merito principij
agentis, non aũt patientis, vt nos accepimus. Etenim planum est animal totum seipsum mouere
secundùm naturã, corpus aũt fieri posse, vt moueatur pręter naturam. Propterea motus nõ caus
sa principij patientis, sed agentis duntaxat erit naturalis. At verò nos, etsi superius ostendimus,
quemadmodũ anima sit natura, & ꝙ vt forma per quam existunt singulæ partes animalis, vt ve-
rò in quadam parte consistens, & à cęteris segregata verè anima & efficiens: tamen vt vis argu-
menti propositi exploretur. Noto primùm animal accipi totũ secundùm essentiam, quod ex ani-
mo & corpore conflatum est, vbi animus per se mouet, corpus per se mouetur. & ita mouens mo
uet corpus secundùm naturã, quia cũ sit difforme, sic est aptum natũ moueri totum animal. qua-
re ẽt secundùm naturam patientis. Secundò totum, quod est corpus, etiam consideratur in vni- H
uersitate sua, quod dicitur secundùm formã, & ita mouetur secũdum naturam, vt dictum est. vel
per singulas parteis, & secundùm materiã, & tunc aliquas cõtingit moueri præter naturam. Sed
vt mouentur præter naturam, sic ẽt mouens agitat illas præter naturam. Quare etiam falsum est
illud eum motũ esse naturalẽ ex parte principij agentis. Neque necesse est eandem rationem inter
animã & totum corpus, atq. inter singulas parteis conseruari, & laborat obiectio fallacia secun-
dùm figuram dictionis. Itaq. verendum non est in philosophia Peripatetica, motu naturalem ab
alio dari, modo id quod patitur, aliquã vim cõferat ei quod mouetur. Idcirco sic iudico, siquan-
do clarissimi philosophi motum ab alio pro violento acceperunt, eos non omnem motum, quomo-
docunq. fieret ab alio, sumpsisse, vt nostri faciunt, sed vt fit in vocibus quæ sunt ad vnum, mente
cõprehendisse primum significatũ eius quod est ab alio: hoc aũt est ab alio simpliciter, idest, nul
lo interno principio habilitateúe concurrente, quod sanè idem valebit àc violens. Atque ob id
motũ ferri magnetem versus, & alimenti ad membra naturalem esse defendunt, ꝙ mouentia vim
quandam mobili imprimant, quam conferat passum, vt ad locũ suæ formæ, siue speciei conuenié
tem ferat, à qua cõplementũ suæ facultatis accipiat. Ergo multò magis erit motus ille naturalis,

A vbi non vim aliquam solum; sed formam contraxerit, aut potentiam, per quam mouetur. Cùm aũt Aristoteles ipse 7. Phys. motus ab alio descripserit, qui cùm aliqua vi sunt, & [a] singulos eorum modos exponens, atq. definiens, aliquid vsurparit quod violentiā præseferat, vt puta, dum tractus essentiam explicaret: videtur. n. hic esse velocior, q̄ ei conueniat quod secundùm naturam mouetur: quamobrē quodammodò vim naturæ affert. Possem hîc ego primùm negare id q motus ibi numerati violenti sint, neq. vocē vllam adesse dicere quæ violentiam notet, & cùm definitio tractus obijcitur, me purgare Simpliciani codicis auctoritate vtens, in quo nil eiusmodi legitur. Verùm ne tergiuersari puter, ita respondeo, quattuor motus ab Aristotele 7. Phys. descriptos esse nomina quædam ad vnũ, ob eamq. caussam alicui conuenire simpliciter, alijs analogicè, & vt dici solet κατὰ τὸ ὕστερον μέτρον, idest posteriore mensura, more aũt consueto descriptum est prius, & potius illorum significatum in eo quod notius nobis est, hũi verò, quod est ab alio fieri, magis perspicuum est in iis quæ vi concitantur, quàm in reliquis. Idcirco nil prohibebit etiam, quominus tractio pulsioue sint secundùm naturā. Nam q talis sit pulsio quæ fit in medio, monstrant ea quæ narrat Aristoteles: inquit. n. medium eius esse ingenij, vt secundùm naturam, susq. deq. moueatur, quia graue simul est & leue: [a] propterea cum leuibus sursum cietur secundùm naturam, cum grauibus aũt deorsum impetu à potestate suscepto. Idemq. enarrans paulò post speciem motus qua medium cōcitatur, asseuerat eam esse impulsionē. Planum igitur per locum B à casibus & coniugatis, q si in pulsione medium secundùm naturam mouetur, pulsio quoq. motus erit naturalis. Ergo falsum professus est Auerroës, siquando simpliciter ab externo præter naturam esse pronunciauit, vt nō alio fortasse modo defendi queat, q̄ si extrinsecum pressius accepit, quatenus illi opponitur, quod Græci vocant οἰκεῖον, nostri proprium, nos accōmodatius familiare, & naturæ conueniens, cui non item repugnat habere extra se mobile, vt ēt apud Theophrastum qui vim illam qua viuont vigentq. plantæ, à sole proficisci decreuerit: eam tamen Greco nomine familiarē appellauit, quasi extrinsecùs ille solum sit, qui à natura sit alienus, & eo deniq. modo quem nos superius indicauimus. Nec quicquam roboris eius fundamētum habet, aut rō. Cùm. n. statueret ipse distantiam & viciniam variare motus illos qui ab alio fiunt, aduertendum erat viciniam atq. distantiam sumi posse bifariam, aut inter mouens & mobile, aut inter mobile & locum ad quem mouetur. Et quantum est de distantia inter mobile & locum; non videtur ēt in hoc variari species motus. Nam siue suo loco, aut termino motus vicinius sit saxum quod ego impello, seu longinquius; semper ille, dum vis impellentis seruatur, erit pulsus. Quòd si vicinia C ponatur inter mouens & mobile, potest sanè specificam differentiam motus efficere eo quòd id quod pellitur, ab initio propè mouens est, in fine verò distat, in tractu contrà. nanq. à mouente distat in principio, in fine verò vicinum est. Verùm neq. id perpetuò inest in tractu, siquidem hic duplex sit, ab alio ad se, & ab alio ad aliud; id verò solùm in eo veritatē assequitur, qui est ab alio ad se. Tum præterea nihil hæc distantia facit ad rem; neq. de hoc distantiæ genere meminit ibi philosophus, vt ab opposita proprietate duceret Auerroës argumentum: ideò quoq. falsum assumpsit, & sophismate se inuoluit ille, aut eius interpres, quicunq. ille fuerit qui pronunciauit id quod ab alio violentum esse simpliciter. etenim vbi accepit in motibus ab extrinseco viciniam loci, aut mouentis diuersos specie motus efficere; si viciniam loci dixerit: aio, ex ea non distingui, neq. motus naturales à violentis, neq. violentos inter se: si verò mouentis, at de hac non agebat Aristoteles. Præterea cùm subiunxit: In motibus naturalibus nihil vicinia facit, ambiguo nos elusit: quoniam longè aliud est distantiæ significatum in assumptione, atque in propositione fuisset acceptum, quandoquidē in propositione capiebatur distantia inter mouens & mobile, in assumptione verò inter mobile & locum. Sed tu qui te prędicas Auerrois sectatorem, audi mox, quid ille profiteatur, vbi disserit cum Alexandro, vt discere possis, ēt functionem naturalem ab exter- D no præstari, & eandē ex interno principio, tanquam ex caussa quę materiæ vicē subeat, emanare. Volebat Alexander præparationē, & primam perfectionē ab elementis esse factam, & sine externo motore. Sic opponit Auerroës. Si id esset, fieri quoq. posset, vt postrema perfectio facta esset ad eorundē elemētorum substantiā, sine motore externo, vt color & sapor, quia scilicet virtus quæ pōt aliquod subiectum, potest etiam operationē, siue passionem illius producere: si sic, tunc ciẽ committenda erunt caussæ materiali, vt opinabantur illi qui extrinsecum motorem negabāt, [b] Sententia tamen Aristotelis clara est, quòd producantur ab intelligentia agente. Quare inquit Auerroës non esse credendum hoc de Alexandro qui fuit vir maioris nobilitatis, q̄ Abubacher. Ergo naturalis operatio ab externo, & si seuocetur externũ, sequitur internũ, vt caussā materialē.

[a] Lib. de mot. an.

[b] 3. de An. T. c. 5.

Quę sint species motus ab alio quibus elementum mouetur, & alia quędam ad has motuum species dubitata adscribuntur. *Cap. XVIII.*

CVM igitur in elemēti motu pulsus intercedat qui est ab alio, sint & omnes hi motus ab alio, motus autem ab alio sint quattuor, pulsio, tractio, vectio, & vertigo: missa vertigine: nam

de motibus

de motibus rectis hoc tempore agimus, quęrat fortasse quispiam, qua'nam specie motus concitetur elementum. Hoc loco sic dicendum arbitror, cùm.n.ea quæ secundùm naturam mouentur, aut ita moueantur, quia gignuntur, aut postquam genita fuere, quantum attinet ad ea quæ gignuntur, eaq. inanima, atq. illa quidē simplicia: nam de horum motibus in pręsentia tractamus, ea sanè produci constat à pręsentia & absentia caloris qui motui cęlesti comitatur; caloris autem officium est attrahere id quod humidum est, & dulce, siue potabile: tale.n.leue est, relinquere aūt amarū, quod est crassum & graue suapte natura. indeq. docebat Aristoteles exhalare partes humoris dulcis è mari, relinqui verò terrenas & fœculētas quæ salsedinem mox efficiant. Consimiliq. rōne colorem ad se humores allicere, quibus animalium corpora nutriantur. [a] Obseruo prætereà per motum cęlestem partes hypeccaumatis in inferiora loca detrudi; similique modo per recessum à cęlo frigidas graues'q. reddi aspirationeis quæ versantur in sublimi. Quare calida attollentur à cęlo per tractionem, frigida deprimentur per impulsum: siquidem tractio motus fit versus mouens factus, pulsio verò à mouente aliò versus. In motu aūt elementi iam geniti; primùm quidē non est ille motus secundùm locum qui fit in corpore elementi, ab eo quod remouet prohibens: mutatur.n.solùm, sicuti diximus, non autem mouetur. deinde esto q aliquo pacto conueniat ipsi motus secundùm locum, erit hic quoq. ad remouens impedimentum, atque ita dici poterit tractio, aut ab illo, ideoq. vocabitur pulsio, sed profectò motio elemēti iam geniti, cùm sit per accidens, ita sat fuerit quoq., si per accidens ad hæc genera motuum referatur, vt si tractum cōsequatur, aut pulsum ab eo factū, quod pepulit obstans. Sic igitur eius motus, quantum fit ab alio, poterit ad hæc capita perbellè referri. Cęterùm quia non nunquam euenire dictum est, vt id quod mouetur, arceat à se impedimentum, id quoq., vt accidat nunc ipsum, aperiendum est, vt etiam ab hoc, de illius motus specie quippiam decerni queat. Igitur existimo elementum ēt, postquàm impedimentum primum sibi sublatum est, seu cùm primùm genitum est, nisi quid obstet, per accidens item à se obices posse propulsare, quandoquidem impedimento sublato, iam est actu, & secundùm grauitatē suam operatur: sic ipsum sibi demolitur columnam, & sibi frāgit funē, quatenus actu existens tendit & opprimit quę sanè sunt energiæ, nullo aūt modo motus, vt suprà docuimus, ideò nec ipsum sibi parat eum motū, vt ob id credere debeamus elementum eo tēpore mouere se ipsum, sed & in hoc ēt tenet eūdem cursum quem tenere diximus elementum, cùm mouetur, postquam genitum fuerit, ēt si obicem à seipso non pellat, nam per se quidē pellit obicem, sed ab ipso per accidēs assequitur motum: pulsio.n.obicis in ipso obice per se est, in pellente verò mutatio est quæ quidem, vel ex ablatione primi obicis oritur, vel ex mutatione facta in elemento secundùm substantiam, & est functio quæ per se manet in indiuiduo, nimirùm obtinere suum locum, sed ab eodē obice quē deinceps amouet, hoc habet, vt tēpore locū suum adipiscatur: itaq. non se mouet, sed à resistente mouetur per accidens. Veruntamen vero & consimilibus ab eo corpore motus incitetur impedimento: nanq; funis cui manet appensus lapis, trahitur & tractus protenditur, itaq. in pondere appenso efficit motum. Neq. proptereà sequi dicendū est, si motus isti fiant ab alio; fore, vt quod minus est, ocyus, aut segnius id quod longius abest, agitetur. euenit.n.ea res, vbi præter naturam moueatur, at hæc ita n oueantur secūdùm naturam. Atq. ita video placere Aristoteli nostro qui hæc scripsit ad verbum. [b] lapidi eum qui deorsum fit, velociorē facit id quòd secundùm potentiam. Hæc eadem sensisse perspicio Grecos Aristotelis interpretes fidissimos; nanq. vt exordiar à Themistio; [c] ipse primùm grauia leuiaq. pulsu agitari testatus est. Rursus omnes vno ore super eo loco Aristotelis. [d] Oīa mouentur pulsu & tractu) statuunt etiam sub hac propositione contineri motum naturalem elementorum. Verùm quid amplius desiderari pōt, quàm id quod ipsemēt palā profitetur lib.de incessu an.c.2? vbi accipiens, vt eius verbis vtar, ea quæ in oībus naturæ operibus eodem se habent modo, inter hoc ipsum adscribit. Motionum per locum initia esse impulsum & tractum: hæc.n.inquit, per se sunt. ex accidenti aūt mouetur, quod ab alio fertur, vt demū quocunq. te vertas, inanimi motū ab extrinseco fieri videas approbatum. neq. oēm motum, qui à tali principio fit, esse violentū, atq. insuper ea quæ 7.Phys.scripta sunt, pertinere quoq. ad ea quæ secundùm naturā mouentur; eiq. sententiæ cōsonant Aristotelis ipsius dicta de libro de motu animalium, atq. adeò, vt, si quo pacto dicatur elementum à seipso moueri, cùm Andronico sic asserendū sit, q quanuis extra sit id quod mouet, à seipso moueri putetur, quoniam intus habeat facultatē, per quam ad actum ab externo efficiente promouetur, quod sanè, cùm iis non accidat quæ mouentur contra naturam, simpliciter ipsa ab alio moueri dicuntur: eius philosophi verba sunt hæc ὅτι κἂν ἔξωθεν ᾖ τὸ κινοῦν, ἐκ τῆς ἐνούσης δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν ἀγόμενον ὑπ' αὐτοῦ κινεῖσθαι δοκεῖ τὸ κινούμενον. At verò posset hîc etiam dubitare curiosior. Primò si motus ab alio, velut à potentia in lapide velocior est, quō potest esse secundùm naturam, iam.n.docuerat Aristoteles 5. Phys. celerem generationem esse pręter naturam; eodē modo de reliquis motibus iudicandum esse videbitur. Dicimus nō simpliciter ortum celerem esse præter naturam, sed eum qui propter celeritatem est eum interitu,

Margin notes: [a] 2. de ge. c. 4. — [b] 3. de cęl. T. 26. — [c] 4. de cęl. T. 22. — [d] 3. de An. T. 55.

Margin letters: E, F, G, H

A interitu, vt si celer generatio frugũ incidat in tẽpestatẽ frigidam, à qua conficiantur. Itaq. & illud vulgatum, Odi pueros pręcocis sapiẽtiæ, nanq. natura parũ firmata, solet ocyssimè languescere. Licet ẽt dicere in motu illo duo spectari terminũ quo fertur mobile, & modũ quo fertur ad eum terminũ, atq. ita naturalẽ statuere motũ illũ, quia feratur mobile ĩ locũ naturalẽ, determinatur.n. motus termino ad quẽ, sed modũ nõ esse naturalẽ. sic generationes celeres pręter naturã posuisse Philosophũ nõ caussa termini, sed caussa modi. Posset item dubitare de cęterorũ corporũ initiis, vtrum'ne, dũ generant, ab eo quod genuit, motũ quempiã assequantur. Sed cùm reliqua vel inanima sint vel animata, de inanimis absolutè eadẽ attributa cõcludit vbiq. Arist. quę à nobis de simplicibus enarrata fuerũt. Quamobrem ẽt nos ex indicatis eadẽ hoc loco decernemus, quãtum ad generalẽ ipsorũ speculationẽ pertinet, ea mox expositurí q̃ ipsorũ ꝓpria fuerint. Verùm quantũ ad animãtia spectat: planũ certè est illa è corpore & animo cõstare, corpus aũt si tanq̃ ab animo secretũ mente cõcipiatur, & ipsũ quoq. corpus est naturale, pariq. gradu ꝓcedit cum cęteris, quæ natura mouent: preterquamꝙ in eo corpore. ꝓpter varietatẽ partiũ fit, vt ex iis quędam sm̃ naturã moueant, quędã verò cõtra: licet si animũ spectes, motus habeatur naturalis, quia cõueniẽs animali, quatenus habet talẽ formã, quę est animus. Sed si quatenus animal accipiatur à nobis, ẽt in eo duplex functionũ gen⁹ animaduertere licet, alterũ quod in perpessionẽ se habet, atq. alterũ quod efficiẽtiam. Certè ea q̃ in animante per se sine externi alicuius ope pręstãtur, eadẽ per se itẽ
B à generante ꝓduci nõ negauerim, illa.s. quę per se, vel materiã, vel formã cõsequuntur è quib⁹ cõstituitur: hinc sanguinis fluxus in vterũ, inde ascẽsus leuiũ grauiumq. descensus. Quantũ verò est de cęteris functionibus quæ sũt animalis ꝓpriæ, quatenus animal, cũ & ipsę cõstent è duabus partibus, habitu.s. & actu. si habitũ spectes is etiã à generante ꝓpagatur, si functionẽ ipsã, & hęc eget externi; ita nos admonente Arist. 2. de An. τῷ δὲ αἰσθητικῷ ἡ μὲν πρώτη μεταβολὴ γίνεται ὑπὸ τοῦ γεννῶντος· ὅταν δὲ γεννηθῇ ἔχει ἤδη ὥσπερ ἐπιστήμην καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι. καὶ τὸ κατ᾽ ἐνέργειαν δὲ ὁμοίως λέγεται τῷ θεωρεῖν. διαφέρει δὲ ὅτι τοῦ μὲν τὰ ποιητικὰ τῆς ἐνεργείας ἔξωθεν. & reliqua, quorum hic sensus est. Sentiẽtis aũt prima mutatio fit à generante, qñ verò genitũ fuerit, habet iam quemadmodũ scientiã, & sentire, & quod secundùm actũ est, similiter dr̃ ei quod est speculari: differt autem, ꝙ ea q̃ hoc efficiunt, extra sunt. hęc.n. adiicere libuit, vt inde noscatur alterã functionũ partẽ vtiq. nõ sine extrinseco mouẽte administrari posse. quanq̃ posteà discendũ, cuiusmodi sit hoc genus mouentis, an'ne efficiens solùm, an'ne etiam finis; an potius vtrunq. simul. Ob eam caussã nõ semel à philosophis pronunciatũ fuisse legimus, mentẽ extrinsecùs aduenire, quia.s. eiusmodi functio formæ exterioris accessione perficiat. At verò cùm tanta sit medij vis in
C prętãdo motu elemẽti iã geniti; ecquid est caussę, cur de medio meminisse nõ videat Aristoteles? Equidem ob alteram ex hisce duabus caussis mediũ ab Arist. prætermissum fuisse credo, vel quia principẽ caussam respexerit, quæ est id quod aufert impedimentũ. ab hoc.n. omne lationis initiũ assequitur inanimum, qñ genitũ est: reliquas verò caussas neglexerit, aut quod eo cõtentus quod sibi cõducebat ad euidentiã eorũ theorematũ quæ de motu ꝓposita fuerunt; nimirùm ꝙ ab alio quoq. moueant inanima, nihil vltra requisiuerit: etenim remouens ꝓhibens in efficientibus numerandũ est, licet sit efficiens per accidens. Afferre aũt poterat dubitationẽ nõ paruam id ꝙ cùm motus hic sit oĩno per accidens in elemẽto genito, sit'ne naturalis. Etenim natura principium est per se motus. At hic est motus per accidens. Neq. id dubitationem propulsare videtur, ꝙ natura sit patibile principiũ, motũ verò illum esse per accidens, si respiciamus efficiens. Tum ꝙ efficienti patienti facultas cõsimilis necessariò respõdeat. Tum ẽt quia mobile quoq. moueat per accidens, vbi genitũ sit, cùm cęteroqui per se mutaretur, ideò neq. interna principia per se cõcurrant ad eũ motum. An in eo motu forma quidem spectari põt quæ in successione posita est, & hęc tota per accidens existit, nec hui⁹ principium est natura, sed extrinsecùs est vniuersa: ita vt violet quoquo
D pacto naturam, neq. plus in hoc efficit natura, q̃ quodq. subiectum, excipiens.s. solùm, neq. vim cõferens; sed in hac successione sunt reliqua principia functionum naturaliũ, vt finis & potestas quæ cùm à perfectione sua ceciderit, & effecta sit præter naturã, vult deponere labem, & munere suo fungi, id qđ tametsi nõ põt consequi simpliciter; nihilominus pulsis obstãtibus eo quo licet, modo consequitur. Itaq. motus ille & functio existit, & cum successione, & quà functio est secundùm naturam, & natura principium eius motus per se; quatenus verò præsefert successionẽ, & vt motus, vt ita dicã, formaliter, nõ est à natura, sed ab impedimẽto & per accidens. Postremũ restat quod a medij natura sumptũ est, vt.s. diuisio medij sm̃ naturã sit. hoc verò nec vno tantum modo, nec sine auctore defendi põt. Etenim primùm satis fuerit, id esse sm̃ naturã materię: deinde & a medij ipsius ingenio proficisci, quod ambiguũ est. & vtrunq. pari rõne intuetur, & cõiunctionẽ partiũ, & separationẽ, & quia diuiduũ sit; at ei quod diuidi põt, si diuidatur id illi naturale, nõ minus est, q̃ si id quod sanari põt, ducat ad sanitatẽ. vt cõstituit 4. de cęl. Licet & hoc itẽ dictis Plotini [a] confirmare, vtpote ꝙ diuidẽs nullã inferat passionẽ nõ igitur mouet cõtra naturã, quia nõ ad formã contrariã. Ex his item quæ Themistius, forte verò ẽt ex his quæ Plotinus, tolles faci

[a] Ennead. 4. lib. 5.

lè cõtrouerſiam illã; quia, cùm dictũ ſit, ea ſolùm in mouẽdo nõ moueri, quę mouẽt afficiendo, ex quo ſequitur, id quod afficiendo non mouet nõ poſſe mouere, niſi moueatur, ne elementum moueat medium, neque enim in mouendo mouetur, neq. afficit ipſum; afficit enim dum opprimit, & graue quodãmodo facit, atq. item dum diuidit. ergo etiam mouere põt, tametſi nõ mouetur. E

Explicantur duo loca 4. de Cęlo Textus XXIV. & XXV. Cap. XIX.

DVM indagaret Ariſtoteles. An'ne eius rei cauſſa poſſet afferri, cur graue deorſum, leue aũt ſurſum cõcitentur, atq. varijs exẽplis à diuerſo genere motuũ ſumptis perſuaderet, illã eſſe leuiũ grauiumq. naturã, eamq. cauſſam eſſe eius euenti oĩno indemonſtrabilẽ, in medium attulit obiter differentiã quandã inter ea quę loco mouẽtur, & alia quæ motibus alijs agũtur, quæ ſanè mirũ in modũ aduerſarijs noſtris patrocinari videtur, vt ẽt locus hic à pluribus vſurpetur veluti fulmen è manibus Iouis emiſſũ ad oĩa propugnacula pręcipitãda contra factionis alterius defenſores. Conſiliũ igitur noſtrũ nunc eſt, locũ illum ſeduló perpendere; eamq. differentiã exquirere diligenter. Verba ſunt hæc. Πλὴν ὅτι τὰ μὲν ἐν αὑτοῖς δοκεῖ ἔχειν ἀρχὴν τῆς μεταβολῆς. λέγω δὲ τὸ βαρὺ καὶ τὸ κοῦφον. τὰ δ' ἄλλ' ἔξωθεν. οἷον τὸ ὑγιαστὸν καὶ τὸ αὐξητόν. καίτοι ἐνίοτε καὶ ταῦτα ἐξ αὑτῶν μεταβάλλει καὶ μικρᾶς ἐν τοῖς ἔξω κινήσεως τὸ μὲν εἰς ὑγίειαν ἔρχεται τὸ δ' εἰς αὔ-
„ ξησιν. Niſi q̃ hæc quidẽ in ſeipſis videntur habere principiũ mutationis (graue inquã eſt leue)
„ illa aũt non, ſed extrinſecùs, vt ſanabile & augmẽtabile, quãuis & hæc ex ſeipſis mutẽtur & par F
„ uo facto in iis quæ extra ſunt, motu, alterum quidẽ in ſanitatẽ venit, alterũ verò in augmentum. Quid ergo magis perſpicuũ, inquiunt ipſi, q̃ elementa moueãtur ab innato principio, ſi differunt ab aliis, quia reliqua mouent̃ ab externo? Credendumq. eſt Ariſtotelẽ, dum inquit habere in ſe principia ſui mot⁹ graue & leue, mẽtionẽ facere de efficiẽte quod nũc veſtigamus. Quod, etſi aduerſarij ſolùm talib⁹ verbis cõfici pronũciant, ita ꝓbatur à nobis. Qm̃ differẽtia ponitur inter ea quę genere cõueniũt, ſed id externũ, à quo fit ſanitas, aut incremẽtũ eſt efficiens: etenim in incremẽto eſt alimẽtũ, hoc verò. ſ. quod cùm ſit actu quantũ, ẽt facit actu quantũ; rurſus in ægroto medicamẽtũ eſt, aut inſtrumẽtũ quod itẽ ab Ariſtotele dr̃ efficere ſanitatẽ. Si igi͂t in hoc differũt hęc à grauibus & leuibus q̃ habẽt extrinſecũ efficiẽs; oportebat cõtrà grauia & leuia efficiens intra ſe
[a] 7. Met. habere. Pręterea, qm̃ docet ibi philoſophus,[a] vt ea quę ſanãtur, habeãt intra ſe principiũ ſuę ſalutis, aſſerit illud eſſe principiũ efficiens. q̃ ſi in eo tũ grauibus leuibusq. ſimilia sũt, habebunt ſanè hęc itẽ intra ſe id quod efficiet motũ. Oportet verò meminiſſe eorũ quę dicta sũt ab Ariſtotele inanimo carẽtibus, licet p ſe moueãtur, obſcurũ eſſe à quonam moueãtur, aliterq. rẽ ſe habere, atq. in
[b] 8. Phyſ. iis q̃ præter naturã mouẽtur, & animalibus atq. inanimis ipſis, q̃ mouentur ſm̃ naturã.[b] Etenim G
Te. 28. 29. eorũ quę vi mouent̃, initia perſpicua sũt, vt homo q̃ mouet lapidẽ, & vẽtus qui tegulã in ſublime rapit: in animalibus ẽt eſt animus qui manifeſtè à corpore diſtinctus ẽ à quo corpus agitatur. At in iis q̃ natura mouẽtur, nil tale perſpicit̃, quod ea moueat, ſed cùm & ipſa ob eas rõnes quas attulit Ariſtoteles, ſe mouere nõ poſſint, opus fuit ĩ medio ponere principia q̃ forẽt extrinſeca, generãs, ſ. & remouẽs prohibẽs, aut mediũ, ideò potius à ſeipſis moueri potuerũt exiſtimari, nõ quia per ſe mouerent̃ eo q̃ intra ſe haberẽt initiũ efficiẽdi motũ, ſed quia nõ cõſtaret extrinſecũ illud, vnde mouerẽtur, ſicut in animali, & eo quod vi mouetur, id quod etiam cùm obſeruaſſet Ariſt. in eo itẽ loco quẽ modo tractamus, nõ abſolutè ꝓtulit, hęc ĩ ſeipſis habere principiũ ſuę mutationis; verùm adiecit particulã q̃ dubitationẽ pręſeferat; videri ita eſſe. Plurimũ verò me cõfirmat in hac ſnĩa cum Gręcorũ auctoritas, q̃ in hunc ſenſũ eiuſmodi verba accepiſſe legunt̃, tum ẽt ea q̃ in illo ipſo loco ſubiicit Ariſtoteles, nanq. & Andronici verba ex Simplicio nuper audiuimus, nec quicq̃ illuſtrius, q̃ id quod Ariſtoteles ipſe textu ſubſequẽte peregit, vbi rẽ propoſitã explanauit, & cõformiter cõcluſit cũ iis quę decreuerat olim 8. Phyſ. &, quod mai⁹ eſt, cõcluſionẽ abſolutã pronũciauit, qua ſnĩa nr̃a cõfirmatur, tum quod attinet ad loci illi⁹ ex 8. Phyſ. expoſitionẽ, tũ ẽt ad interpretationẽ loci pręſentis, vt parũ luſtraſſe, & circũſpexiſſe locũ hunc eos q̃ ſecus ſẽtiãt, exiſtimare oporteat. Et verò niſi accipiamus in eũ ſenſũ locum illũ ſuperiorẽ, mira ꝓfectò incõſtantia, & in paucis verbis turpiſſima repugnantia deprehendatur. Nõ grauabimur aũt philoſophi verba ſubſcribere, vt res vnicuiq. perſpicua reddat̃. Itaq; manifeſtũ eſt, q̃ cùm potẽtia ſit in actũ veniẽs pro H
„ ficiſcit̃ illuc, & ad tantũ & tale, vbi eſt actus, & quãti, & qualis, & vbi. φανερὸν δὲ ὅτι δυνάμει ὂν
„ εἰς ἐντελέχειαν ἰὸν ἔρχεται ἐκεῖ καὶ εἰς τοσοῦτον, καὶ εἰς τοιοῦτο, οὗ καὶ ἡ ἐντελέχεια καὶ ὅσον καὶ οἷον καὶ ὅπου. Intelligit aũt ipsũ cõpoſitum in quo poteſtas exiſtit ex materia formaq. vetere cõſtãs qua potẽtia fundatur ad motũ, velut aſcẽſus ĩ terra, & per formę ſucceſsionẽ aliud actu factũ eò fertur, quod ei⁹ eſt propriũ, ſed. n. cùm oẽ id quod potẽtia eſt, debeat fieri actu ab eo quod iã eſt actu; manifeſtũ q̃ aliquid in actu flagitatur quod antecedat, à quo deducat̃ ad actum, de quo tñ nihil adhuc. Mox τὸ δ' αὐτὸ αἴτιον καὶ τοῦ ἤδη ὑπάρχοντα, καὶ ὄντα καὶ γῆν καὶ πῦρ κινεῖσθαι εἰς τοὺς αὑτῶν τόπους μηδενὸς ἐμποδίζοντος. Eadem autem cauſſa, vt ea quæ iam exiſtunt, atque ſunt terra & ignis, moueantur in ſua loca, nullo impediente. Nam de iis locutus fuerat, quæ generãtur.

Attamen

A Attamen & eadẽ principia motus intrà sunt, postq̃ genitũ fuerit, materia nimirum, & forma, quę né cũ potentia sint ad actũ; ab aliquo externo promouentur: vtrobiq. enim sunt caussa, cur inanima moueatur. Quare quantum pertinet ad interna motionis initia: vide ẽt tu Aristotelẽ ea sic notare, quia sint caussa, vt moueantur illa, in quibus insunt. Quod si caussa, cur moueatur quippiã, à mouente distinguitur, & est caussa, nõ à qua patitur, sed per q̃ patitur; manifestũ est ipsa intra se habere patibilia principia, non aũt actuosa. Nam q̃ sint hæc principia patibilia, quia sint caussa motus, hoc est cur moueantur: hæc ipsa significant quę sequuntur. Etenim nutrimentum ,, (de eo loquitur, quod est in potẽtia proxima) cum prohibẽs & sanabile, cum detinẽs absfuerit (vt ,, si spina infixa refigatur) fertur cõfestim: habent. n. in seipsis principia, per quæ prodeant in actũ; καὶ γὰρ ἡ τροφὴ ὅταν τὸ κωλύον καὶ τὸ ὑγιαστὸν ὅταν τὸ ἐπισχὸν μὴ ᾖ φέρεται εὐθύς. Cæterùm de principiis efficientibus adhuc actum non fuisse persuadent ea quæ subscripta proximè leguntur, καὶ κινεῖ δὲ τότε ἐξ ἀρχῆς ποιήσας, ἢ ὅθεν ἀπεπήδησεν, καθάπερ ἄρηται ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις ἐν οἷς διωρίζομεν ὅτι οὐδὲν τούτων αὐτὸ κινεῖ. Et mouet aũt id quod à principio fecit qđ est generans. Et id quod subtraxit, aut inde desiluit, qđ pertinet ad impedimẽti remotionẽ quæ differunt à principiis superioribus, sicut ẽt nobis fidẽ faciunt verba quibus singula exponuntur; illa. n. sunt, per quæ mobile mouetur; hęc quę ipsũ mouerunt, hoc est propriũ efficientis, illud itẽ reliquorũ principiorum. Tum subdit id quod nos maxime quærimus, & maximè facit pro nobis. Quemad B modum dictũ est in primis sermonibus, in quibus determinabamus, q̃ nihil horũ ipsum seipsum mouet. Vbi & absoluta cõclusio, & vniuersalis, & cõsentiens cum iis quæ semper ipse profitetur, ,, illata est, neq. eiusmodi quæ obstet iis quæ superius dicta essent: nimirùm q̃ habeant efficiens sui motus intra se, nisi repugnantiã in breuissimo spatio velis inculcare. Id quod ẽt bene aduertẽti modum quo reliqua moueri dicuntur ab intrinseco, planum esse põt. eò quòd Aristoteles etiam de iisdẽ mutationibus quæ ab intrinseco fieri videntur, verba fecit 7. Meth. [a] quas etiam sponte [a] T. 31. factas appellauit, ac docuit eas, ab intrinseco fieri videri, quoniam intus aliqua sit caussa quæ respõdeat efficienti moueatq. sicuti moueret efficiens: nihilominus sit; supponit potestatẽ in mobili propter quàm ad certam formam ab efficiente perducitur. Etenim ita se habet tum veluti semen; hoc autem, vel eodem philosopho in eodem textu auctore, potestate formam habet, potestas autem illa actuosa est, quæ est efficientis ipsius propria, quam materia, vt humor, ab aliquo principio contraxit, & iam intrinseca facta est eius virtus: attamen, etsi in illa materia virtus existit, & ea fundatur, q̃ inhęret, ab efficiente separata: at nihilominus ab externo pendet in officio, nec agit vt principale, sed vt instrumentum. [b] Quanquam & hoc nobis altera secta facillimè [b] 1. de ge. an. C dabit, aliter probaretur ex isto loco materiã seipsam mouere, aut habere vim efficiendi, quod tñ vniuersũ ipsa tribuit formæ, similiq. modo id intrinsecũ est quo animalia quæ in tenebris latitantia vescuntur, dum grauissimo somno sunt oppressa, nihilo secius id tunc à corpore vinctis alienũ est; &, si nutrire debet; in simile vertatur oportet. Ita fit, vt nõ ab interno principio, sed ab alio, qđ externũ sit, motus ille administretur, neq. aliud habeat interni, nisi q̃ est intra corpus, cùm cęteroquin interna principia rẽ ipsã cõstituant, eiq. functiones secundùm naturã elargiantur. Nam, vęr bigratia, calor ibi est qui in morbo materię dat motũ, & aliud, quod, si nõ adesset, à medico subministraretur. Itaq. nec forma, neq. materia p se caussa est eius motionis, vt efficiẽs. Nec illa ex se mouẽtur, q̃ ex caussa mouente cõstata sint, sed q̃ latente primo motore ex se ipsis moueri videantur.

Vnde motuum simplicium ratio petatur. *Cap. XX.*

NEQVE solùm pertinet hæc ratio mouendi ad elementa quæ sunt corpora simplicia, sed ad reliqua inanima: addo etiam ad omnia quæ mouentur secundùm naturam, vt animantia D quoq. ea ex parte qua secundùm naturam mouentur, amplectatur, animo tum vacante, quemadmodum si lapsus in somno contingat. Et generatim de quoq. inanimo & sententię ab Aristotele pronunciatæ sunt, & confirmatæ rationibus vt facilè appareat in malũ sensum fuisse detorta verba philosophi, dum sic intelligitur: Mixta moueri, quoniam agitentur ab elemento dominante, tanq̃ ab efficiente caussa. Mitto etiã quòd ea res parùm animaduersa sit ab iis, qui non elemẽtũ, sed elemẽti virtutẽ in mixto superesse arbitrãtur, cùm efficiẽs actu velit esse, nec quicquam quod potestate sit, hoc est, sua forma priuatum, valeat ad efficiendum motum. Verùm, vt optimè res hęc teneri possit, explicãdũ est anteà breuiter, vnde tum cõmunio, tum differẽtia nascatur quę inter motum mixti, & elementi intercedit, quò facilius id quod docere volumus, intelligi possit, & ea quę dicentur, cum motu mixti conuenire, & cum superioribus adamussim concinere. Dicemus autem primùm, vnde ratio ducatur simplicium motuum atq. mixtorum. Omnia igitur quæ secundùm naturam mouentur, aut rectà aguntur, aut conuertuntur, aut motu quodam ex his composito cientur: rectà mouentur illa quæ vel deorsum concitantur, hoc est ad centrũ, quæ grauia dicuntur, vel à centro, & sursum, leuia nos vocamus, conuertuntur autem ea quæ mouentur à centro simul & ad centrum, & omnino æqualiter circum centrum, id quod duabus

hisce conditionibus obseruatis accidit, nempè, vt partes semper & coniunctim, & seorsum à centro distent æqualiter, centrum verò, aut simpliciter est vniuersi, aut id quod in quaq. circuitione locum tenet immobilis & medij. Quare motus omnis, aut necessariò sursum est, aut deorsum, aut neq. sursum, neque deorsum, sed circum id quod est in medio fixum, aut sursum deorsumq. simul; atq. hic, vel simplex, vel ex his compositus: sic tamen, vt ex conuersione quæ fit circum medium mundi, nihil prorsus componi queat, sed sola maneat simplex, ac siquis motus conuersionem accipiat; sic habeatur, quòd ex altero illo conuersionis genere sit constitutus. immò nullus in quo conuersio generis illius contineatur, simplex esse potest. Neque enim volutatio rotæ simplex est motus, neq. tamen is constat solùm è duobus rectis, quandò fit in orbem, quòd siquis idem faciat orbis diametrum atque axem molæ; cùm circum diametrum orbis agitetur, describens spatium in contactu rectum, spatij partes extra axem magis à centro distabunt, vt in præscripta figura planum est, vbi A G F. mola E B C. orbis A C. diameter & axis molæ D. centrum, non vndiq. tamen pariter à centro distabit. Nam magis distant a centro F G. puncta, quàm E. sed semper in eadem distantia permanebit, & coniunctim æquè distabunt eius partes à centro, non seorsum. itaq. ibi erunt etiam supra & infra. infrà quidem in medio, suprà verò in extremis. Ibi igitur aliqua est conuersionis imago; quatenus, si super eodem axe conuertitur, & circum idem centrum, sed hæc sua ipsius molæ sunt, axis verò, & centrum eius quod conuertitur, est vniuersi; illius verò partes omnes semper æquè distant à centro. Cęteri rotarum motus perspicuè constant ex ascensu & descensu, vt patet in rota, qua vtimur ad gladios acuendos. Simplices autem duo generatim esse dicimus; quoniam simplicitas mobilis ab illius simplicitate secundùm quod fit motus, accipi solet: nam sic simplex est generatio, quando gignitur substantia simplex, vt elementum, quòd si compositum aliquod generetur, vt animal; ea non est generatio simplex; sic motus ad locum simplex, si spatium, quod est locus in potentia secundùm quod fit motus, fuerit simplex. Atqui spatia duo sunt, prima & simplicia; vnum illud quod metitur linea recta, atq. alterum quod metitur circulus. Ego etiam necesse est motus illos simpliceis esse qui super his spatiis simplicibus fiunt.



Quanquam nó me latet magnam dubitationem cecidisse in hominum menteis; an'ne spatia hęc sumenda sint, vti nos accepimus, & quæ'nam ea sint; vnde motuum simplicium ratio ducatur; præsertim quòd Aristoteles verbo quodam satis ambiguo difficultatem amplificauit: μέγεθος, hoc est, magnitudinem, id nuncupauit quod nos exposuimus spatium; cùm etiam ea vox & propriè corpus, & communiter omne genus quantitatis continuæ, atque illius quidem permanentis, significet. Nam video hîc Albertum duas proposuisse sententias ad absoluendam quæstionem; primam quidem ex Auerrois placitis, quòd magnitudines mobilium intelligenda sint, recta & globosa, quarum hæc cęlo sit apta, altera elemento: ex qua efficitur, vt, quod magnitudinem illam globosam possidet, in orbem moueatur, quod autem ea caret, rectà concitetur. Cui quoq. sententię patrocinatus Zimara non ignobilis fautor partium Auerrois, & de secta illius optimè meritus, adiecit ad firmamentum raionis auctoritatem philosophi qui continuationis in motu caussam, non à spatio sumendam esse docuerit, verum à mobili ipso, quanuis etiam ad constituendum motum & spatium & termini concurrant. Confirmat præterea propositum, quia motus à mutatione distinguitur bifariam, per accidens quidem merito terminorum, quia mutatio fit è non subiecto in subiectum, aut contrà; motus autem è subiecto in subiectum: quoniam mutatio fit in subiecto quod est potentia; motus autem in eo quod est actu. Ergo in determinatione simplicium motuum, quam verisimile erat hîc ex differentiis quæ per se forent, afferri; optimè subiectum quod est ipsum mobile, acceptum est. Cęterùm non satis firma mihi visa semper est huiusmodi sententia: quoniam magnitudo per se nil confert ad motum rectum, aut ad conuersionem solam, sed, si fortè per accidens, vtpote caussa figuræ. Quòd si figuram hîc cum magnitudine comprehendant, vnde'nam 1. de cęlo, quo loco talis diuisio motus allata est, perspicuum fuerat cęlo datam fuisse figuram globosam, cùm id lib. 2. pluribus esset demonstrandum, & plura tanquam apparatum requireret quibus ea demonstratio niteretur, vt illud, quòd esset corpus finitum; quandò item aliqui philosophi corpus illud infinitum esse opinarentur? Et cur non eodem modo mouentur elementa quo cęlum, cùm & ipsa quoque globosa sint? Mitto quòd multi opinantur elementa carere figuris, atq. adeò obstinatè defendant, vt me legisse meminerim, non defuisse qui Aristotelē in eo theoremate desererent. Neq. obstant argumenta

Zimaræ,

A Zimaræ, quo minus ratio motuum simplicium peti posſit à ſpatio, tanquàm notiore, quàm corporum figura ſit. Nam quanuis eiuſmodi continuationis cauſſam reddiderit quandoq. Ariſtoteles, vt 2. de ortu: at ibi tanq̃ conſtituta accepit ea quæ multò antè priore lib. de cęlo demonſtrata fuerant. Nec ſatis erat ratio ſubiecti ad explicandum ſpecies motus naturalis: nam motus rectus & conuerſio in certa proceſſus qualitate ſunt poſita quæ non niſi à ſpatio ſumi poteſt. Poſteriorē ſententiā (poſteriores aũt cogitationes plerunq. ſolent eſſe meliores) protulit Albertus dicēs, eius eueniti cauſsā eſſe varietatē poſituræ quæ in corpore ſimplici reperit̃: cùm.n. treis obtineat parteis; in cauſſa quoq. eſt, vt tres ſint motuũ ſimplicium ſpecies. Prima quidē pars eſt à dextris in ſiniſtra q̃ tribuit ipſe globo inerrāti; ab altera ab anticis ad poſtica q̃ planetis adſcribit, ac tertia q̃ reddit elementis quę eſt à ſuperiore ad inferiorē locũ, & contrà. Nec vidit iſte vir, oēis ſimul poſiturę differentias attribui ſingulis orbibus, neque ipſis ſolùm, ſed animalibus vniuerſis, [a] inanimis aũt nullam. Themiſtius verò lineas quidē quibus ſpatia motuũ deſignantur, accepit, ſed eā credidit eſſe demonſtrationē à ſigno, neq. cauſsā vllā continere. At verò ſi lineę non ſimpliciter accipiātur, vt quanta quędā, ſed vt termini mũdi, & nobis aperiunt differētias motuum; quippe q̃ vnde motus rectus dicat̃, aut conuerſio quæ sũt ſpecies motus naturalis, à ſpatiorum qualitate naſcatur. Itaq. ſubeũt ſpatia vicē cauſſę formalis, cùm determināt; & cauſſæ ſunt, tanq̃

[a] 2. de cęl. Lib. de ingreſ.

B potentia vbi, & eius formæ pars in motu ſimplici quæ iure optimo cum materia numerari ſolet, neq. ſolummodò ſignũ, ſicut exiſtimauit Themiſtius, nanq. in accidente duplex eſt rō ſubiecti, & accipientis & determinantis, veluti ceruſa certam ſibi pręfinit albedinē, q̃ tamen in ſe habet vt ſubiectũ, ac recta quidē, quatenus per illā partium vniuerſi diſtantia notatur, vnde aſſecuta ſunt corpora ſimplicia, q̃ grauia leuiaq. ſint, certamq. ſuę ſubſtātię perfectionem generatim ſibi comparent: circulus verò, q̃ illi apta cõuerſio; ſic.n. fit, vt totũ cęlum vergat ad centrũ, circum quod mouet̃ per æqualē diſtantiā, ob eamq. cauſſam circũ ipſum voluatur aſsiduè. Nam cùm ea magnitudo ſuper qua voluitur; è duobus terminis cõſtet, cētro.ſ. & circunferētia, atq. eo quidem, vt termino; hac aũt, veluti ſpatio, ſuper quo fit motus; cētri ſanè beneficio perpetuā actionē quæ totā eſſentiā cõtinet impartibiliter; obtinuit, quia vim habet duorũ terminorũ à quo & ad quē: itaq. vnà ſunt initiũ motus & exitus: propterea ſemper eſt in fine, nunq̃ verò finitus eſt, à circunferētia verò continuitatē quę vim habet extenſionis, impetrauit, q̃ in ea nullus eſt actu termin9, cùm ibi ſit punctũ, quod copulans appellatur; at termināns nullũ, & circũferentia quidē cauſſa, vt ſubiectũ centrũ, vt forma quippe vt terminus, Sic ergo demonſtrauit Ariſtoteles eſſe duos motus ſimplices, neq. id ſolùm, q̃ motus ſimplices duo ſint; verùm etiam q̃ ſint ſimplices. Neque id

C perſpicuum erat, neq. ſenſu cõſtabat, aut alibi ab Ariſtotele aliqua demonſtratione peractum. Nam quāuis 8. Phyſ. perſpectũ ſit eſſe quendā motum ſimplicē; atqui varia notio ſimplicis eſt; cùm & ſimplex ſit id quod vnum eſt, nec in alios motus reſoluitur, & illud quoque, cuius varia principia non exiſtunt, ſimplex perhibetur, ac de illo quidem ſimplicitatis modo diſputatum eſt 8. Phyſ. alter hic ad primũ de cęlo reſeruatus eſt. Igitur erat itē oſtendēdum eſſe aliquos motus, qui ſimplices eſſent, idque conſtat ſimul ex eo, q̃ ſint duæ magnitudines ſimplices.i.ſpatia duo: nam ceteroqui nexus ille trifariā ſecari põt, & tres igitur motus, eſt ſanè congruens, ſed non neceſſarius. Sed hìc tantiſper inſiſtamus ob aliquas difficultateis, quę nos interpellāt; primùm, quia, ſi motus fuerit ſimplex, idemq. vnus, ab vna, eademq. cauſſa ſimplici ortũ ducat oportet: nam ſicut ab vno quatenus vnũ, proximè nõ proficiſcitur, niſi vnum, ergo quod vnũ eſt, ab vno proficiſci neceſſe erit, quod.n. quatenus ipsũ ineſt, reciprocè ineſſe didicimus. [b] Itaq. ſi vnus effectus & vna erit eius cauſſa prima, ſed cauſſa non vna; quippe vt in circulo centrum & circunferentia; ſimiliter mouens & ſubiectũ ipsũ, in quo eſt motus. Quare motus, neq. vnus erit, neq. ſimplex. Accedit etiā, quia ſic ſe habet motus ad ſpatiũ in motu recto, ſicut in conuerſione. Sed in conuerſione nullum eſt ſpatium: ergo neq. in motu recto. Si enim ſpatium in conuerſione extiterit, aut occupabit eam diſtātiam quæ occupatur à cęlo, vt credidit Alexander, & ſic nihil differet

[b] 2. Poſt.

D ab interuallo quod 4. Phyſ. ab Ariſtotele acerrimè confutatum eſt, aut erit intra cœlum, & ſic continebitur locus; non autem continebit, aut extrà; atqui extra cœlum nihil eſt neq. inane, neq. locus. Præterea ſubiectum eſt de eſſentia motus, non autem ſpatium, vt ex 3. Phyſ. didicimus. An, vt aliquid ad extremum dicamus ὕστερον πρότερον. Subiectum duplex eſt, vel, vt id quod tranſmutatur, hoc verò eſt ſubſtantia, aut ſecundùm quod; id verò eſt prædicamentum cuius partes & formæ ſibi ſuccedunt in motu; hoc verò ſpatium eſt, quod linea recta deſcribitur, non ſanè mathematicè ſumpta; ſed, vt dictum eſt nuper, quatenus in ea certę vires à cœlo communicatæ deſignantur, atque item circulus, per quem corpus illud diuiniſsimum de poteſtate vbi fiens actu vbi, formam & perfectionem aſſequitur eius prædicamenti. Quantum verò eſt de ſpatio, qui eſt circulus ſuper quo mouetur globus cœleſtis, & quemadmodum contineat corpus cœleſte, quod ad locum mouetur, multa poſteà dicemus. Interim quòd ſit ſpatium ſuper quo conuerſio fiat, velut ab Ariſtotele poſitum, ſi quis dare vereatur, hoc loco oſtendemus,

a T. 93. Ipse enim 4. Phys. [a] docuit prius & posterius in tempore nasci ex priore & posteriore parte magnitudinis super qua fit motus: intelligit aũt conuersionem. Præterea 4. Phys. docuit. Oẽ quod mouetur, per aliquid moueri, & tẽpore quodam, & pro ratione diuisionem admittere tẽpus, motum, quod mouetur, & super quo fit motus. Tum etiam 7. Phys. didicimus conuersionem & motum rectũ non posse secum conferri, quia fierent super magnitudinibus recta & rotunda quæ secum conferi nequeunt. Quod verò pertinet ad primum: ita dabo reciprocationem illam positis iis legibus quæ quondã fuere descriptæ, vt puta, primò. Sic & vnus effectus ab vna caussa primò producitur, vt ab vna forma substantia. At ex hoc non tollitur, quin à pluribus aliis causis idem effectus ꝓpagari posit quæ non sint ordinis eiusdẽ, vt sunt varia caussarũ genera, aut illæ, quę sunt eiusdẽ sanè generis, sed vna cõtinet, alia cõtinetur: vna supponitur, cęteræ superueniũt. Ita igitur motus simplex & vnus appellatur, quia non nascit' à pluribus naturis ordinis eiusdẽ, vt à pluribus elemẽtis, nec à pluribus formis, nec à pluribus efficiẽtibus quorũ opera cõtraria sint. E

Vtrùm motus secundùm elementum dominans in mixto simplex existat, an non, & cuius'nam sit. Cap. XXI.

E CORPORIBVS, vti dictum est, quædam simplicia sunt, quędam verò conflata ex his. Ea sanè simplicia sunt, quæcunq. principium motus habent in seipsis secundùm naturam; ea verò quæ motum ab alio impetrarunt composita; quæ quidem inanima & animata esse nihil prohibet: quanquam existimauit Simplicius & inter nostros Zimara, decepti, vt puto, fallacia quadam secundùm consequens, cõposita solùm esse animata: quãdoquidem ea sint quę ab alio principium sui motus impetrarint, ab animo nimirùm; eademq. motibus mixtis agitentur, laxatione, tentione, volutatione partium, & oĩno tractu simul & pulsu: sunt.n.& hi motus cõpositi, iidemq. ab alio fiunt. Sed ex inanimis etiã nonnulla cõposita sunt, vt metalla & fossilia quæ itẽ alij referunt acceptum sui motus initium, per quod distinguuntur ab animatis: quoniam illa, vt supra dictum est, extra se habent principium, à quo mouentur; hæc verò intra. propterea mouentur inanima quæ sunt composita; quoniam sui motus habent initia, non eiusmodi sanè quæ moueant, sed per quæ moueantur, à simplicibus aũt: nanq. non habent simplicia talem motum per aliud, q̃ per suam ipsorum naturam: at illa principium sui motus obtinent beneficio corporis simplicis, quod dominatur, &.n. secundùm ipsum mouentur: cùm verò exuperantiæ frœni ex mixtura nascantur; necesse quoq. est, vt & temperatus sit hic motus, & non ita purus, vt adeò prõptè atque expeditè finem suũ consequatur, sed aut segnior sit, atq. remissior, q̃ corporis illius simplicis, quod dominat', vbi secretum fuerit à mixtura, aut non ita sit ad perpendiculum, quemadmodum illorũ est, quæ grauia sunt, aut leuia simpliciter, aut ẽt non obtineat summum extremumq. locũ qui corpori dominanti debetur, vt puta, si aëreum fuerit, aquæ planitiẽ occupabit, non aũt locum aëris intimum: ita impari velocitate caro terraq. cient', nec stellę quæ discurrentes vocantur in quibus initiũ motus est duplex, alterũ natiuum quod attollit, atq. alterũ violans quod deprimit & detrudit. motu recto simpliciter agunt', sed in latus: fabriq. rectitudinem parietis exploraturi plũbeo perpẽdiculo quod grauissimũ est, vti solent: itidemq. nautæ fabricant lineas quibus massas plũbeas appendunt, vt maris altitudinẽ metiantur quas *βολίδας* appellãt, vel *καταπειρατηρίας*, aut *παλαπειράτας*; nostri, *lo scandaglio*, quia magis accedat plumbum ad diametrum mundi, q̃ quodquam aliud corpus: oleumque, cùm sit aëreum, tamen enatat in aqua solùm, nec in aëre manet suspensum. Quocirca non iniuria motus simplex est simplicium corporum, cõpositorum verò mixtus; licèt & mixtorũ motus semper imitetur motum eius corporis simplicis quod primas obtinet in mixtura: ob eamq. caussam ab Aristotele dictum est. F G

b 4. de cęl. T. 28. [b] Manifestum est ꝙ totum quidem omniũ caussa est, quæ in incompositis est differentia: vsque adeò vt hæc bellè reciprocent', simplicitas motus & corporis, & ex aduerso vtriusq. rei mixtura. Nam si corpora simplicia conflata sunt è principiis quorum vires ab vllo contrario labefactatæ non fuerint, neq. retusæ: profectò summi gradus erunt functionum, nec summi functionũ gradus ab aliis initiis, q̃ ab iis quorum vires integræ sint, proficisci poterunt, ꝙ si hæc secũ cõmeant, vtiq. & illa cõmeent necesse est, motus.s. temperatos ex principiis extare non integris, atque vbi non sint salua principia, nec summas functioneis edi posse. Itaq. hoc loco Græcorum aciẽ deseremus, & repudiabimus Simplicium, Theodorũ, & horum imitatorẽ D. Thomã in libris de cęlo; eorumq. motum quę mixta sunt, ꝙ pro dominantis rõne fiat, simplicẽ esse negabimus. ob eamq. rem animal, cùm secundùm naturam mouetur animo feriante, quia moueatur vt terra, ad eum peruenire gradum quem terra assequi põt, neutiq̃ dabimus; cuius signum, ꝙ etiã mergitur ægrè cadauer in aquis, neq. item concedemus cœlum, quod ipsi mixtum esse voluere, vt parteis Academiæ tuerentur, aut religioni fauerent, vti debuerunt, quia motũ dominantis elementi sequeretur, motu quoq. simplici concitari. Quapropter si nullum apud nos elementum est penitus purum; H

rum; verùm ꝑ terra, aqua, aëre & igni, sunt terreum, aqueum, igneum & aëreum: omnino neq. A vllus motus rectus in natura simplex existet: attamen ita de motibus hisce cogitandũ erit, atque de corporibus, vt quia sint cõposita ex simplicibus, sic quoq. simplicia supponãtur, ita etiam de motibus asseramus. Sed cùm multò magis hęc corpora secreta sint q̃ animalium, aut metallorũ; verisimile est itẽ illa magis imitari motũ eorum quę sunt purissima, siqua subsistunt in natura; nec potius ita cogitanda sint, cùm à cęlo iugiter afficiantur, & in aliã substantiã assiduè transformentur. Verùm quia nobis in hac re lites intercedunt cum viris oĩ litterarum genere excultissimis; etiam mihi enitendum est animi mei sensum aperire; neq. illis erit molestũ, si laborem pro veritate suscipiã; eoq. præcipuè ꝙ impudentis hominis sit neglectis illustrium virorum monumentis, ab illis sine graui caussa discedere, & obstinatè placita sua defendere. Nã pręter id quod in Aristotelem à Xenarcho allatum est: si mixtorum motus esset mixtus, fore, vt infiniti sint motus mixti, quandò infinitis modis cõposita variantur, quia numero tantùm infiniti sunt, specie verò nequaquam, ꝙ in oĩ specie quædam formarum latitudo spectatur, cum substantiæ, tum item accidentis: tametsi non oĩ terminorum genere excedit, à quorum varietate deducitur indiuiduorũ varietas, quę, licèt infinita fuerint, nihil certè naturæ ordini aduersatur: etiam alia multa à nostris afferuntur. Nanq. apud illos multum habet ponderis, ꝙ inquit Aristoteles, motum B mixti fieri secundùm elementũ quod dominatur: elemẽtum verò motu simplici solum cietur. Ergo mixta item motu simplici agitabuntur; quasi verò idem sit mixti, ác dominantis elementi motus. ꝙ si hîc simplex est, igitur etiam motus mixti simplex necessariò fuerit. idcircò multas rõnes corrogant ad confirmandum huiusmodi placitum. Nam inquiunt, mixtum esse similium partium. Ergo motus non recipit cõpositionem. Præterea cùm mixta componantur à graui & leui, aut secundùm easdẽ lineas agentur, aut diuersas: non easdem sanè, neque.n. fieri potest, vt idem secundùm lineas easdem ad terminos oppositos feratur. si diuersę fuerint: igitur ex motu dissolutio mixti consequetur. Necnon si misceretur motus, potissimũ deberet cõponi cum ascensu descensus: hoc tamen fieri non põt, nã mixtorum motus fit super vna linea recta & directò: at contrarij motus fiunt secundùm diametrum. Ergo motus mixti non cõstat è contrariis. Pręterquam ꝙ contrariis motibus idem simul moueri non põt. Quin neq. contraria simul in eodem esse queunt. Postremò si miscerentur, intendi ac remitti valerent. Itaq. cùm perspicuum sit eos ita non affici: constat ẽt non misceri. Veruntamen neq. hæc à nobis eius roboris esse creduntur, vt sententiam nostram conuellere possint, facilè autem id intelligetur, si nonnulla pręnotemus. Puto verò te in primis accipere motus naturaleis cum simplicium, tum ẽt mixtorum, eosq. ad in C terna principia referre, memorem, & ꝙ vis externa tanta esse põt, vt nõmodò mixtum, sed etiam corpus simplex à perpendiculo deflectat; verùm etiam contra naturam agat ad perpẽdiculum: itaq. spiritus ille iure validissimus existimatus, qui in altũ euehit lapides, & spirę motũ imitatur, qualẽ fuisse cẽsemus eũ, quẽ prędixit Anaxagoras, cùm lapis ille maximus cecidit in Aegospotamis: historiã te nosse puto. Quamobrem & simplex aget motu cõposito caussa principiorũ mouentiũ, caussa spatij motu simplici mixtũ. Sed id nũc nõ agimus. Tum redeas in memoriã velim de mixtura. Nã quę verè miscent̃, substãtię sunt, quę verò substantiã cõsequuntur, per accidens permiscentur, ꝙ dũ substãtiæ quę miscent̃, afficiuntur, aliquo ẽt pacto affici, neq. ita pura esse necesse est illa quæ substãtiæ comitant̃. Miscentur verò per oppositionẽ, q̃ certè remitti tẽperariq. oportet, postq̃ verò tẽperata cõtraria sunt, ita iungunt̃, vt ex iis alia species exoriat̃, quã mediam cõstituimus. ita tamen, vt vnũ sẽper è contrariis superet alterũ, illud nimirũ, in cuius loco gignit̃ mixtũ, atq. ipsũ in sui naturã quasi cõuertat, vt ociari ac silere videat̃, sed tamẽ eius impetus tantisper retundat̃. Exin mixti opera dominãtis ingeniũ imitant̃, neq. verò sic exactè & purè ꝑpter contrariũ, quod repugnat, ac si absoluta forent, & ab oĩ mixtura secreta. Quòd si principia motionis huiusce requiras, accipe vniuersa in mixto ad eius productionẽ cõuenire, licèt non æqualiter: ex quo vna forma existit per q̃ est vnũ mixtũ quę ab elementi cuiusdã prędominio præfi D nit̃, & ab hac exorit̃ ꝑpria functio mixti, in qua non sanè singula seorsũ operantur, sed vt vnum atq. illud tẽperatum. Ex his aũt oĩa facilè dissoluuntur. Nã quod in primis obiicitur, fieri motũ mixti secundùm elementũ dominans: peccat argumentum secũdùm figurã dictionis. Quod.n. dicit̃ fieri secundùm, est imitari, & habere quidẽ id quod inest in eo, secundùm quod fit; non aũt obtinere idẽ simpliciter, sed eiusmodi, quod ex ipso nascatur; neq. notat id caussã efficientẽ, sed exẽplarem, seu formalẽ, vt etiã te docuit Scotus 2. sent. Transumit̃ ergo id quod est ex elemento dominãte, in id quod est elementi dominãtis. At mixtum, inquiunt, est similiũ partiũ; non sanè, quin è diuersis naturis conflatũ sit, sed ꝙ omnes eius partes sunt vniusmodi. Nosti.n. triplex esse genus vniformiũ, vnum quidem simplex vt elementũ; alterum verò mixtũ, atq. id vel carens figura, vt caro & sanguis, aut habens certã figurã, vt neruus, arteria, venæ, cor; & nos ex hoc genere cœlum esse alibi docuimus. ideò nil prohibet, quominus motu mixto concitentur. Cùm posteà quęritur; an'ne secundùm lineas easdem, an alias agant̃. Aio motum hæc iri per easdẽ lineas, cęterùm

terùm non simpliciter: siquidem leuis grauisq. naturę conuenere in vnam formam,itaq. existit vnicus motus,qui motum elementi dominantis exprimit; non tamen est ita purus,quemadmodum si vnius tantùm foret corporis,sed altero quod infirmius est,paullum concedente,describitur propè linea quam describeret elementũ dominans: at non sic directò,aut impari velocitate, aut ad terminos eosdem non producitur. Neque timenda est vlla mixti dissolutio,cùm refractæ sint elementorum virtutes in ea miscella in qua etiamsi sint elementa contraria; ob eamq. caussam impetus ad contraria loca; nihilominus aduersario concedente in eius naturā quod superauit (restat.n.habitus solus,actio silet) non exercentur contrarij motus; nisi, quatenus ille qui à dominante proficiscitur, non est ita efficax, vt is qui fuerat dominantis: ex qua item coniunctione efficitur, vt non ita moueatur ad angulos pares, veluti stellæ prosilientes in quibus duo principia,quorum alterum prorsus est naturale,atq. alterum præter naturam, permanent, neq. simul transeunt in vnum. Contraria verò,dum in summo gradu versantur,consistere nequeũt sanè,sed remissa non pugnant,vt suo loco intelliges. Itaque etsi ascensus in lapide ab igni existit, propemodum silet,& tantisper obstat,vt contrariam virtutem afficiat,solùm non tollat. Motus verò intendi & remitti, quanuis non detur magis aut minus motus,aut magis minusúe descensus,& planè secundùm substantiam non intendantur, neque remittantur, sic etiam principia ex quibus contrarij motus oriuntur, quia sat est,in miscella si qualitates solæ remittantur:at actus ipsos remitti non inconuenit, & accidit, & necesse est. remittuntur aũt pro ratione velocitatis, terminorũ motus,& spatij,per quod fit motus. quæ omnia consequuntur exuperantiam dominantis ad ea quibus dominatur. Ergo motus mixti mixtus est, nõ simplex,& secundùm elementum quod dominatur, nec dominantis elementi, quemadmodum nonnulli falsò censuerunt.

An'ne mixtum motu dominantis elementi concitetur. Cap. XXII.

SED tamen id quod Aristoteles,vt experientia cognitum accepit, oppugnatur acribus argumentis; vt, ꝙ ita sit, non minus,quàm cur sit,in dubium reuocari videatur. Idcirco nostrum munus est vtrunq. caput sedulò pertractare. tantum.n.abest, dicet quispiã, vt mixti motus motũ elementi dominantis imitetur,vt potius oppositum fateri cogamur. Nam perspicuum est elementũ quoddã in mixto superare ex efficacissimis operibus qualitatũ primarum quę sequuntur elementorũ formas,aut eorum essentiæ sunt; nihilominus apparet mixtum longè alium,immò contrariũ motum subire. Verbig. calor igneus in aliquo vinorũ genere dominatur,neq. tamen eo motu concitatur qui sit proprius ignis,sed potius habet motum qui graui conuenit elemẽto. Nec non dominatur ignis in calce, & tamen calx agitur motu terræ. Prætereà, si moueretur ita mixtum, sicut ad motum dominantis elementi mouetur; etiam ad eiusdem quietem maneret. Atqui de oleo sensus testatur oppositum. cùm.n.aër in illo dominetur, in aëris tamen loco non manet,sed in aquę superficie quiescit. Parisienses item hoc propèmodũ tormẽto nos concutiunt. Spectant.n.primo loco simplicis mobilis cõditiones. Inter alias verò treis has obseruant. Singula sibi vendicare locum ꝓprium in quo maneãt,neque.n.naturā perducere suos motus in infinitũ, sed vt per motũ corpora ꝓprium locum assequantur in quo maneant secundùm naturā, & conseruentur,neq. id aggreditur, quod ipsa se adepturam oĩno desperet. Eadem quò locis suis propinquiora sunt,eò quoq. velocius agitantur,caussa posteà reddetur. Præterea velocius concitantur,quo minorẽ offenderint resistentiam: quamobrẽ in vacuo quoque,si daretur, in non tẽpore moueri possent. Cùm hæc ita sint,hoc pacto struere licet argumentum. Si mixta motũ elementi dominantis obtinerent, eisdẽ quoq. proprietatibus insignita forent, quas habent elementa illa quorum motibus agũtur. At nil horum inest in mixtis, itaq. motu dominantis elementi nõ mouentur: quandoquidem aut naturalẽ locum in quo maneant,sibi non assumunt,aut ocyus non agitantur, vbi ꝓpe finem sui motus peruenerint, aut ẽt segnius in vacuo q̃ in pleno mouentur. Singula verò sic approbari possũt. Accipiatur mixtum in quo sint tres partes ignis,& binę reliquorum elemẽtorũ: manifestum est in eo primas obtinere ignem. fingatur moueri,certè regionẽ aëris transilire non poterit. ita fit,vt nunq̃ motus sui finem consecuturum sit: nanq. vbi ad aëris summũ peruenerit,& in superiorẽ sibiq. proprium locum euolare nitatur. (idem nanq. elemẽti & mixti,cui dominatur locus est)ipsi tum sex partes grauitatis obstabunt,quę sanè plus valebũt, q̃ tres partes igneę leuitatis. Ex hoc efficietur,vt nõ queat mixtum finẽ suum mouẽdo consequi. Deinde statuatur mixtũ cui elementa grauia dominentur;ita,vt ternę sint partes aquæ & terræ; binę verò elementorũ superiorum. locetur hoc in concauo lunæ qui locus est ignis,& oĩ impedimento sublato suæ naturæ committatur: profectò sui motus initio celerrimè concitabitur, proptereaq; sex grauitatis partes ipsum incitabunt: adde itẽ,si libet,aliquot parteis aëris qui pondus habet in loco ignis; ibi duntaxat eius leuitas resistet. fac ipsum mox in aërem descendere: tum plures partes obsistẽt leuitatis,ignis.s.& aëris; solumq. promouebitur à quattuor partibus grauitatis,

A uitatis, fit demùm in aqua: tantũmodo à partibus grauitatis, quas de terra obtinuit, agitabitur. Itaq. cum vis illa quæ mixtũ incitabat in processu minuatur, augeatur aũt ea quæ prohibet, quo propinquius igitur suo loco fuerit, eò quoq. segnius agetur. Postremò pone mihi mixtũ, in quo tres sint partes igneæ leuitatis, aëreæ verò quattuor, grauitatis autẽ aquæ & terræ quaternæ: collocetur hoc corpus in loco ignis: ibi tum duodecim partes triũ elementorum inferiorum ipsum deprimũt, sola verò ignea leuitas extollit, quæ se habet in proportionem sub quadruplã, vt tria. s. ad reliquas mixti virtutes quæ sunt XII. Quamobrem hoc mixtum de sui motus initio tantum habet, quantum est quattuor ad vnum, quæ est proportio quadrupla. Finge postmodò ab igni vsq. ad terræ centrum, oẽ corpus esse expulsum: tum mixtum illud ab octo partibus grauitatis impelletur, septem verò leuitatis repugnabunt, itaq. resurget inde proportio superpartiens septimas, vt octo. s. ad septem. Ergo in vacuo minor erit proportio principiorum mouentium, q̃ in pleno, qꝫ si à maiore proportione facultatis motricis velocior fit motus; mouebitur ergo mixtum hoc ocyus in pleno, q̃ in vacuo. Valet & hoc argumentum ad illa oppugnanda quæ prius de vacuo decreta sunt. Quare etiam vacui gratia licebit eius pondus examinare, & duabus in rebus vnam operam consumere. Cùm igitur mixti motus elementi dominantis motui prorsus aduersetur; cur persuadebimur ab Aristotele dicente mixtum moueri sm̃ elementum, quod excellit? Cęterùm imbecillis sanè iudicij sit relinquere sensum & persequi rationes; præsertim cùm hæc

B atq. alia hũi sine vllo negotio dilui posśint. Et illa duo quidem priora, quæ sumpta sunt ab eo, quòd alius est mixti motus, aut fortasse contrarius motui dominantis elementi, ex hoc: quoniam multiplex est dominium elementi in mixto, aut. n. est secundùm materiã, aut secundùm pasśionẽ vel habitum,[a] habitum verò dico, vel qualitatẽ ab ortu contractam, vel ẽt inueteratam; pasśionẽ aũt eam quæ facilè propulsatur, neque. n. roris aut pruinæ habitum faciã calorem, sicut vaporis: itaque & illę singulis noctibus cadunt; hic verò per annum. Vtraq. verò & habitus & affectio proficiscuntur ab externo: virtus illa quæ interna est, secundùm materiam inesse dicitur. Atqui motus secundùm elementũ quod dominatur, vt plurimum à dominio, quod est secundù m materiã, petitur. Nam, tametsi vis externa plus potest q̃ interna, id est, dum res fit & ad tempus; aliter nihil generari posset: in re facta materiæ eius item est eximia, nec facilè superari patitur, vt eam vincere & expugnare nõ leuis operæ sit. Nam nego verò, etiam si extrinsecum minus habeat roboris simpliciter, q̃ id quod intus est, quin motus ab ita dominante virtute fit aliquandò descensurus, vt de pruina dictum est; quandò primùm attollitur, vbi nondum aquæ naturã exuit, multoq. magis in aspiratione quæ difficilius in aliud corpus trãsmutatur: hæc. n. cùm terra planè sit,

C nihilominus ascendit. Si ergo varia sunt elementorum dominia, spectandũ illud quod plus pōt, eiusq. dominium motus mixti cõsequetur altero cedente vt victo, & propemodũ ociante. Cùm igitur calx & vinũ sint calida per pasśionem & habitum, frigida verò secundùm materiam: obtinente dominio quod est secundùm materiã, ad motum elementi sic dominantis agitantur, quod cùm sit, aut terra, aut aqua, & vnum prorsus è grauibus etiam illa cum his deorsũ feruntur, cuius signum; quoniam, si vinũ, vbi in ventrem fuerit ingestum, concaluerit, & victa fuerit illa qualitas quę materię comitatur, ascẽdit & petit caput. nihilo secius in plurimis obseruatur illud dominiũ, quod internum est, & vocatur secundùm materiam: rarò. n. & infrequenter admodũ euenit, vt id quod extrinsecùs accedit, posśit nimiò plus, q̃ id quod est intus. Optimè verò enatat oleum in aquis, mitto. n. aliqua oleorũ genera quæ propter crasśitiem & glutem aquæ, poros subire nequeunt; illud accipio cui prædominatur aër: illa. n. terminatur motus eorũ quę non sunt aër absolutè, sed aqueã, aut terrenã grauitatem participant, neque. n. ita possunt attolli, quemadmodũ aër; ideò in eius infima regione conquiescunt. Eodem modo profligatur illud prius argumentũ ex hypothesi, neque. n. locus ipse ignis idem est, atq. mixti in quo primæ sunt ignis ipsius

D partes, sed infimus eius loci terminus. Quamobrem hoc mixtum suprema veris superficie non excedet. Secunda verò & tertia hypothesis inferre vidētur fallaciam, quæ est nõ caussæ, vt caussa. Prętereà in vacuo quippiã esse graue, aut leue, & susq. deq. moueri, cùm in ipso nil sit huiusmodi. Sed hoc misso, dicimus iis obiectionibus id supponi quod falsum penitus habendum est. Nam præter id quod vis motrix interno principio committitur, cùm à nobis oppositũ demonstratum fuerit, nec quicquam ab interno præter virium collationẽ deriuetur, vnde & certus motus, hoc est, ad terminos certos, & facilitas ad eos adipiscendos exoritur; etiam postulare videntur, à principiis quibus vim mouendi adscribunt, solùm pro illorum dominio motum administrari; at alia multa concurrunt, vt elementi profectus in forma & actu. Adde huc, quòd aër in sua regione potius ad grauitatem confert, vt suo loco videbimus. Ex quibus omnibus fit, vt inter mobilia principiaq. mouentia proportionis ratio facilè varietur & confundatur.

[a] Lib. de resp.

Afferuntur

Afferuntur caussæ motus in mixto. Cap. XXIII.

E

VENIO nunc ad alterum caput quo de prima caussa motus in mixto nobis exponendũ est. Quoniam aũt apud plerosq. inualuerat illa opinio, vt ea quæ per se mobilia sunt, principiũ quoq. sui motus efficiens intra se haberent: ita quoq. de mixto creditum est, vt, cùm per se mobile sit, habeat etiã principiũ sui motus, hoc est, à quo moueatur, internum. At cùm primùm id quod efficeret motũ in substantia naturali, existimaretur forma: diceret aũt Aristoteles ab elemento (vt ipsi opinantur) dominante mixtum moueri: vnã hìc ego generalem viam à philosophis teneri video, vt quemadmodũ mixtum vnius ac simplicis naturæ nõ est, sic neq. item sui motus initium vnũ sit ponendum, sed plura, atq. illa quidẽ forma & elementum. Nam formæ officiũ est agere & mouere, (vt ipsi volunt) motus aũt à dominante videtur administrari. Quoniã verò probabile non est, plura principia ad efficiendũ vnum cõpositum sub eodem ordine conuenire, nanq. & ab vno, quatenus vnum est, non nisi vnũ proximè, & primò proficiscitur, & contrà vnum proximè & primò, nõ nisi ab vno principio. quod.n. quatenus hũi, cuipiam attribuitur, etiã cum eo reciprocatur quo inest quatenus tale; vt, si homini, quatenus animal, attribuitur vti sensu; omne ẽt quod vtitur sensu, animal esse oportet, perspicio philosophos in duas sectas esse diuisos. Nanq. huiusmodi sententiam tribuit Auerroi Iandunus, vt primùm ipsa elementi forma dominans elementũ quodãmodo excitet, & postquàm eum motũ à forma in seipso exceperit, deinceps moueat mixtum. Alij verò mixtum moueri dicunt à propria forma præcipuè, à dominante verò elemento, quia mixtũ ab ipso afficiatur ad excipiendum talem motum. Ludouicus Buccaferrea propriã quidem mixti formã accepit, tanq̃ auctorem illius motus, & adiecit insuper elementum, sed ab vtroq. pari gradu mixtũ moueri testatus est; quoniam forma mixti simplex non sit, verùm cõponentium elementorum virtutes in se retineat inter quas vna superat; ob eamq. rem motus ille sit mixtus, atq. idẽ simul ab elemento dominante fiat. Et certè inter sententias Latinorũ nulla huic anteit iudicio meo. At verò & cõmuniter & priuatim in hos auctoreis inuehi licet, tùm ex demonstratis, tum ẽt ex iis quæ posteà subiicienda sunt. Si.n. ea vera sunt quæ de motu inanimorũ à nobis conclusa fuerunt; ea nimirùm extrinsecùs habere principium, quod efficiat motũ, idq. obtinere tantùm, per quod mouentur: planum ꝙ omnes falsò accipiunt, mixtum, vt ab efficiente, vel à dominantis elementi forma, aut ẽt propria, vel ab elemẽto dominante concitari. Prætereà videntur omnes aliquid in Aristotele desiderare, quia caussam primam ac potissimã eius motus omiserit; hæc verò est forma, duobus locis 1. 2. & 3. de cælo, vbi speciatim vniuersa mixtorũ effecta naturæ incõpositorum tribuit, & simpliciũ corporum è quibus ipsa fuere conflata. Seorsum verò videtur peccasse Iandunus; quandò ipse fingit, primùm moueri elementũ, deinde mixtum: cùm tñ per se moueatur mixtũ, & ad motũ mixti per accidens moueatur elementũ: hoc.n. pars est mixti. ea verò ad motũ totius agitatur. Neque põt iste vir inficiari, elementum à forma propria reipsa & actu moueri, cùm tale sit officium formæ in elemento, quemadmodũ omnes in Auerrois disciplina profitentur. Quamobrem illud ipsi tantum viui põt esse, ꝙ licet eodẽ temporis puncto elementũ à sua forma moueatur, & ab elemento mixtum, natura tamen prius obeatur dominantis elementi motus à sua forma. Cęterùm vbi sit ordo efficientium, videat ipse an idẽ instans eorum functionis esse queat; consulat aũt demonstrationem 7. Phys. de qua superius affatim disseruimus. Nam quid prohibebit, quominus infinita tempore finito moueri possint? si.n. inter caussas mouenteis in quibus est ordo, tẽporis differentia non intercedit, iam id consequi poterit, quod tamen, ac si fieri nequeat, ab Aristotele constitutum est. Videat item, si elementum in mixto maneat refractũ, & potestatẽ potius retineat, q̃ actum; quomodo possit esse caussa motus, atq. illa quidẽ natura prior, q̃ forma mixti, quæ est actu simpliciter. Quid ẽt vetabit, quin motus mixti sit simplex? Nanq. etsi, tanq̃ verum, ab aliquibus approbatum est: tamen iuxta Auerrois placita quæ mordicus ipsi tuentur, defendi posse non videtur. erit.n. motus ille mixti idem, atq. elementi, elementum verò motu simplici concitatur. Quòd autem, si par sit vtriusq. gradus, & formæ mixti & dominantis elementi, quia forma mixti virtute contineat elementũ dominans, quod Buccaferrea dicebat: vel ꝙ elementum in mixto remaneat, vt censebat Auerroẽs, refractũ atq. retusum, seu virtute remanere fatearis, siquidem à mixti forma perficiatur elementũ, est.n. veluti materia: quis non optimè perspiciat motum mixti non fieri tunc ab ipso elemento? ob id quod anteà diximus, quia.1. ab eo quod potestate est, quatenus hũi, nõ nascitur motus, sed à forma quę est actu? nisi fortè potestas genus illud caussę significet quod ex perfectione entelechia nuncupatur. Sed quî põt hoc esse; quandò elementi forma, vt aiũt ipsi, non seruatur in mixto; nihilominus à dominante fieri talẽ motum ex verbis philosophi testãtur? Quòd itẽ elementum caussa afficiens esse nequeat; hoc persuadet, siquidem vel ita dicatur afficere, ꝙ verè efficiat, & propriè ad efficiens, vt ad suũ fontem referatur, & tum in eam sententiam oĩa valebunt quæ nos attulimus anteà contra dicentes mixtũ ab elemento, quatenus ab efficiente moueri,

F

G

H

A te moueri, aut potius accipienda affectio, ac sit patibilis quædam facultas, per quam moueatur mixtum. Id verò, si ita est, iam discordes non sumus, solumq. illud controuersiæ restat, quod attinet ad explicãdum modũ quo mouetur mixtum inanimum à sua forma: quarè si satis aptè effectũ est, ipsam quoq. ad motum cõcurrere, tanq̃ patibile principium, profectò & mixta inanima solùm in seipsis habebunt principiũ motus internum, atq. id quidẽ patibile, quod nos ab initio persuadere conabamur. Itaq. constitutis iis quæ de principiis efficientibus motum in elementis, satis superq. vobis anteà fuerunt exposita, & q. recepto formã esse principium motus in anima carentibus patibile, non actuosum, atq. id esse, quod propriè secundùm quod appellatur: ita mixtum secundùm formã suam moueri dicemus, vel à generante, dum fit, vel à remouente prohibens, postq̃ factum est, quod cùm concesserit Aristoteles in animatis, multò quoq. libentius in mixtis admittendum est, officiũ verò dominantis elementi nõ aliud faciemus à sua forma, quandoquidẽ forma mixti virtute continet in sese corpora simplicia: quinimmo cum oĩ mixto dominetur aliquod elementũ, quia forma mixti exiliens ex eorũ mixtura, præsefert necessariò talẽ virtutẽ, qualis est elementi dominantis, neque.n.aliud quicquam mixti forma habenda est, q̃ certa quædã ratio virtutũ elementorum quæ significatur ex ea voce dominij, sic fit, vt caussa motus interna sit illa ipsa virtus, eadẽ reapse cum forma existens. Quapropter etiã philosophus elemento dominanti, seu virtuti huic quæ continetur in forma (incertum est.n.quid nomine τοῦ ἐπικρατοῦντος.i.dominantis sibi velit Aristoteles, & ad vtrunq. perbellè accommodari potest) eundem

B tribuit characterem atq. formæ: neque.n.ita inquit ὑπὸ τοῦ ἐπικρατοῦντος, hoc est, à dominante, sed κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν.i.secundùm id quod dominatur. Ex quibus etiam seruabitur optimè vnus motus vnius mixti, quanquàm non simplex, cum & ipsum vnum sit, atq. vnum per vnam formam. Liquet insuper, vt etiam mixta, si fuerint inanima, ab alio tanquam efficiente necessariò moueantur.

Sit'ne par elementorum momentum in aliquo mixto, vbi nonnulla Auerrois dicta perpenduntur. *Cap. XXIV.*

EXPLICATVM est anteà, quemadmodum mixtum moueatur secundùm dominans. Verum ex eo dicto quendam sensum abstrusiorẽ eliciebat Auerroës, [a] nempe vnum indicari quod in quolibet mixto dominaretur: itaq. concludebat, ex hoc effici non posse, vt par elementorum oĩum momentũ in mixto vnquam inesset, idq. rõne quadam confirmauit, cuius robur Latini ferè oẽs arbitrati sunt esse maximũ, vt in eius sententiã vsq. ad hæc tempora defensum theorema fuerit. Nos rationem primo loco in medio afferemus; deinde significabimus, quid in ea desiderati possit. La sua ratio viri doctissimi. Si in aliquo mixto par esset elementorum robur, nõ haberet locum in quo maneret secundùm naturã, neque item ad locũ sibi conuenientem moueri posset. Quapropter esset quoddã corpus naturale in quo neq. motus, nec quies existeret, id quod maximã infert repugnantiã, quippe q̃ naturæ definitio tollatur in qua ponuntur motus & quies. Coniunctum sic approbabat Auerroës. Sicubi.n.consisteret, aut ille grauium locus esset, aut leuium, sed neutrobi manet; siquidem è leuiũ loco grauia deprimentia deiiciant; leuia cùm attollant, è grauium loco euehant. Consimiliq. modo neutrò mouetur: quandò ne feratur in locum grauiũ, leuia resistunt, & contrà ne ascendat, grauia prohibent. Quia verò posset opponere quispiam huĩ rationem. Plus & minus dici per cõparationem, & ad aliquid simpliciter tale referri; idcircò, quia datur magis minusue tẽperatũ, necesse item esse dari tẽperatum simpliciter. Ad hanc rationem ipse quoq. respondet, in ea vitium illud tacitè notans quod Brysoni obiecit Aristoteles ita quadranti circulum. Vbi plus est & minus, ibi quoq. æquale ponendũ esse: propterea cùm maior & minor circulo daretur quadratus, & æqualis igitur. nempè ex cõmunibus effici, nec rei-

D ipsius principia sumere, & degenerare in syllogismum sophisticum. Ita & hæc obiectio laborat eodẽ vitio, nam cõmune accipit quod complectitur tẽperatum simpliciter, in quo nullum exuperat elementũ, & temperatum secundùm genus, qualẽ in genere animalium credimus esse hominẽ, & id quod temperato in genere cõuenit, transfert ad tẽperatum simpliciter; oportebat aũt accipere ea quæ sunt propria tẽperati in hoc significato, quod se fecisse Auerroës arbitratur. Addebat etiam D. Thomas. Si contraria conuenirent æqualiter ad mixti constitutionẽ, vnũ altero non esse formalius, sed oĩa pariter esse in actu. Non igitur vnum ex illis fieri posset. Nam quando fit è pluribus vnũ, necesse est ibi sit id quod materiæ vicem subit & potestatis, & quod obtinet instar actus & formæ, quòd cùm in cõtrariis æqualibus non insit; etiam sequitur, vt æqualia non consistant in mixto. Sed q̃ ipse Auerroës compos voti fuerit, mox aspiciamus. Nanq. Auerrois ratio, neq. demonstratiuã est, neq. necessaria, atq. adeò vt Aristoteles iudiciũ de elemẽtorum dominio facturus, longè aliam rationem tenere voluerit. Nos igitur docebimus in primis non esse penitus repudiandum tẽperamentum, quod pareis gradus cõtineat virtutum elementorum. Deinde exponemus,

[a] 1. de cœl. T. c. 7.

ponemus,

po nemus, quæ nam illa corpora sint, in quibus pares elementorũ virtutes habeantur. Tum locum ipsis assignabimus. Postremò argumentum Auerrois expendemus. Ac primùm quidem monstrat Arist. in cõstitutione tactus certam requiri temperiem sine vlla exuperãtia, siquidem sensus oĩs, vt habeat facultatem accipiendi singulas formas sibi obiectas, vniuersis priuatus sit oportet. Tactus obiectas habet tactileis qualitateis: igitur earum formis debet esse priuatus: atqui corpus est naturale, idemq. mixtum: necesse est igitur, vt è virtutibus elementorũ cõstet. Itaq. vt quam pluteis tactilium qualitatum differẽtias admitteret, tẽperatum natura constituit: tunc.n. maximè priuatus est, cùm in oĩum medio consistat. Idcirco medici in vola manus exquisitum posuere tactum, q̃ ibi summa esset tẽperies. Sed, quia posset obiicere tẽperamentum esse duplex; alterum, quod innatum dicitur, quia nascatur ex elementis, seu virtutibus eorũ quæ cõponunt materiam mixti, atq. alterum quod influens vocant, & aliunde accedit, vt à cerebro frigus, quod temperat calorẽ spirituum qui continetur in arteriis, aut à corde calor, qui corrigit frigiditatẽ partium terrestrium, ex quibus corporis nostri moles cõpacta est. Motus verò principia non ad influens, sed ad innatum accõmodari, ideoq. rõnem nostram nullius esse ponderis. Ad hæc dicimus, quemadmodum id quod aliunde est tẽperatum esse põt, ita quoq. & id quod suum est, aliquando existere, vt cùm gignitur inanimum, siquidem in certo loco constituatur pro rõne formæ, seu potestatis quæ ab efficiẽte producta iam materię facta est propria. Nunc calor Solis primùm extenuat humorem qui est in fundo maris, inde creatur vapor qui extollitur ab initio vsq. ad aquæ superficiem; si plus caloris adhuc experiatur, euehitur in sublime quidem, neutiq̃ tamen prima regione aëris excedit rorem pruinamúe faciens; si calor plus adhuc possit; transit in secundã, vbi pluuias, niuesq. gignit, & ita fortè preualebit, vt philosophorum fama est, vt efficiat ignim, & orbem lunę attingat. Sicut ergo producitur id quod exuperat ex opposito transiens, & inde retrocedẽs, & veterem statum recuperans; necesse quoq. est producatur temperatum, & pro temperamenti rõne fiat motus, & locus proprius comparetur. Verùm hæc, quia simplicia censebuntur, & *ὑμιγενῆ* missa faciamus. Non põt item negari eiusmodi temperamentum in mixtis, vt in iis quę nõ merguntur in aquis, veluti lignum & oleum, ex quo ẽt caussa redditur, cur ebenus in aqua mergatur, quia.s. plus habeat terræ, & singulis ex vario simplicium corporum prædominio certus in aqua locus assignatus. Quapropter non modò est tẽperamentum influẽs, sed ingenitum etiam, atq. natiuum; nec modò in simplicibus, verùm etiam in mixtis, in quo motus initia sunt æqualia, pariaq. momenta. Non esse verò irritam eiusmodi viam ab Aristotele, vbi de elementorum dominio fit iudicium, facile est videre, [a] quandoquidem ipse docuerit illud elementum dominari in mixto, in cuius loco mixtum genitum fuerit, vt si in loco terræ producatur; in eo terra dominatura sit. Ad cuius item iudicij confirmationem illa licet afferre quę de animalium differentiis Aristoteles indicauit. Dubitatur.n. cur, cùm sint quattuor appellata elementa, [b] nihilominus tria sint animalium genera, terrea, aquatilia, & aërea; nullum sit quod igni respondeat, cur id ita fiat, nõ est curę nunc explicare, sed illud satis esto, quòd iudicium de dominio sumitur ex loco in quo mixta gignuntur, & se tuentur, non sanè ob aliud, vt opinor, ac q̃ ibi plus est de illo elemento, cui debetur ille locus, quia plus in natura sit quod se habet ex natura, q̃ quod contra naturam, illud aũt participare, quod abundat, magis, q̃ eius, cuius inopia sit; est etiam naturale. Ex quibus apparet viam à motu petitã, quod fecit Auerroës, ab Aristotele non fuisse susceptam. Non est aũt verisimile ipsum toties de eadem re tractantẽ illam omisisse quæ demonstrandi vim haberet, & alteram ingressum fuisse quæ nõ assequeretur quod vellet. Neque necessaria est ea ratio, quemadmodum constabit, postq̃ de talium corporũ loco dixerimus: nanq. eiusmodi corporum generi conuenire putamus mediũ inter grauia leuiaq. locum in quo maneant, & ad quẽ vndecunque suapte natura ferantur; quando oleum in aquæ superficie manet & lignum, & in aëris imo quiescit: est verò terminus ille grauium leuiumq. cõmunis, & vbicunq. sint ea corpora, huc concitantur: itaq. in grauibus ascendunt, descendunt verò in leuibus qui locus est eorũ proprius, quę non sunt grauia simpliciter, aut leuia; qualia necesse est illa sint, in quibus elementorum exuperantiæ sunt ex æquo refractæ. Nec quicq̃ certi succurrit quod contrà afferatur, & nõ impingatur ad eosdem scopulos ad quos etiam superiores obiectiones impinguntur. Neq. illud officit quod innuit aliquando Aristoteles, [c] vbi docet, cur enatet oleum, quia.s. tenax, lentumq. sit; quapropter aquæ partes penetrare nõ põt; siquidem ob eandẽ caussam, vbi oleum fit in fundo, ad aquæ superficiem nõ possit attolli; propterea q̃ oleum ibi non generatim, sed olei speciem quandam notari puto de qua medici meminere. Nanq. scribit Dioscorides, inueniri speciem quandam bituminis crassioris in Sicilia, Agrigentinorum agro, quod fontibus innatat, quo indigenę pro oleo vtuntur, idcirco nonnulli oleum Siculum vocauere. Sed oleum simpliciter ex aquis enatat, & ex earum imo effertur. Itaq. reddit caussas Alexander, [d] cur oleum epotum vomitum moueat; & potissimùm flauæ bilis. Cùm.n. leue sit, & appetat superiora; cibos effert ad stomachum quibus ipse irritatus nescit cõtinere; maximè verò bilem flauam reiicit, quia leuis est, & humorum omnium

[a] 2. de Ge. T. 39. 4. Meteor. T. 28.
[b] 3. de gen. an. c. 11.
[c] 4. Met. T. 32.
[d] 1. Probl. T. 126.

E F G H

A oleum qui sunt in corpore nostro, tenuissima. Et quanuis in oleo lentities insit, non tamen oīs, sed maxima lentities vt penetrandi priuatur, vt ēt patet in defruto, quod item poros ligni, quãuis tenuissimos penetrare consueuit. Quanquam valde admodum differt oleum nō penetrare humida, & oleum nō penetrari ab humidis. contra. sanè tenacitas olei pōt, vt non facilè penetretur; aliter in minimas guttulas, vt aqua, resolui posset; sed, quin alios humores penetrare queat, qui facilè diuiduntur; nil eius glutinositas obstat. Idcirco solent diligentes humorum conseruatores ora vasculorum oleo coronare, vt prohibeant perspiratum, & caussam putredinis pellant. Ergo oleum penetrationi resistit quod tamen per aquas effertur. Quare, vt paucis expediam, quod sentio: statuo rōnem Aristotelis esse approbandam; eam verò relinquendā quam profert Auerroës. Quantum verò est de cōclusione in pluribus non tñ in omnibus Auerrois sententiam recipio, q̃, si more cōsueto physicis, vt vniuersalem faciemus nulla rōne habita eorum quæ rarò eueniunt; nihil moror. satis esto nobis hoc corporum genus nō aduersari naturæ, nec ex eorum esse ordine quæ nullo pacto fieri valent, quod sanè contingeret, si ratio concluderetur vniuersè simpliciter. Quod verò pertinet ad rōnes ipsius, cùm patuerit quínam locus illis cōueniat, quo moueantur, & in quo maneant secundùm naturam: ad earum formam ita dico. Cùm probatur ea nō moueri contrariis retrahentibus, aut non manere trahentibus oppositis; primùm retorqueo rationem. Dicam.n. ipsa moueri, q̃ opposita sint in officio, grauibus nimirùm in leuium loco deprimentibus

B in loco autem grauium leuibus attollentibus; nec de suo loco moueri oppositis quæ sunt in proprio loco, resistentibus, vt pura, non mergentur, in aquis resistentibus partibus leuibus non ascendent in aërem grauibus obstantibus, itaq. necessariò manebunt, atq. vt valet id quod assumpsisti pro te, sic etiam pro me valere poterit. Sed nos prætereà damus vnā formam, quæ præstat officiū motus, & loci, & quietis secundùm naturam pro rōne dominantium in mixto cuius est forma: in ipsa.n. omnes elementorum virtutes cōspirarunt, nec quicq̃ motus immutari dicimus, nisi in velocitate, perpendiculo, aut termino, aliter, ac fiat in motu simplicium. Verùm quia mixtio graue & leue quodãmodo, nō simpliciter efficit, illis cōuenit locus, & motus ad eum locū qui ꝓprius est grauium leuiumq. quodammodo. proinde grauiū leuiumq. confinium, & hic erit locus naturalis, quo secũdùm naturā ferentur, & vbi manebunt. Et, vt cominus accedamus ad argumēta (quanq̃ vtriusq. idem inuentum est) quod ab illo accipitur ea motū iri ad locum, vel grauium, vel leuium: dico id verum esse, si fuerint corpora simplicia, sed, si fuerint mixta, non satis aptam esse diuisionē, siquidem sit etiam locus medius inter leuia & grauia in vtrorumq. confinio, quo

C suopte impulsu mixta ex elementis æquè liberatis ferentur, & in quibus conquiescent oī alia corporum conditione posthabita, qua cedere, vel resistere cōsueuerunt media, per quæ feruntur. Neq. obstat item rō D. Thomæ, quippe q̃ optimè id contraria præstare possint: etenim illa est contrariorum natura, vt inter se sint actu & potestate, quod 3. Phys. docuit Arist. ideò vbi aduersitas est, ibi quoque ratio potestatis & actus & ratio vinculi per quod mixtum potest fieri vnum. Ergo par elementorum vis etiam dabitur in natura, quod ostendendum fuerat.

Characteres finis cum communes, tum proprij traduntur. Cap. XXV.

CVM aūt motus efficiētia pricipia quę sūt in aīo carētibus abūdè tractarimus, ac docuerimus vnà, quēadmodū materia & forma quę cōstituunt inanimū, cōueniāt ad motū producēdū; nō erit alienū à natura motus, si prętereà disquiramus, vt ipsa à pręcipuo gñe caussę moueantur, quē esse finē cuiq. cōpertū est, vbi ēt generatim de fine disputabimus, atq. inde sigillatim ordinē imitati naturæ ad eū descēdemus cuius grã ꝓpagatur motus in rebus naturalibus. Primùm verò characteres ipsius aperiemus, deinde docebimus, quēadmodū ab ipso ꝓpria effecta nascantur. Finis igitur pręter eos characteres qui sibi cū oībus aliis caussis sunt cōes quos ego quattuor esse

D cōperio. nimirùm πὶ διατί. i. cur, q̃ per oē caussarū genus interrogatis, cur aliquid, aut sit, aut facit, aut fiat; ita respōdere licet, vt, cur ꝓdit in forū? vt cōueniat amicū: alterū τὸ τί ἐστι, hoc est, q̃d est, quod logicè vsurpatur, qm̃ caussę oēs in ea definitione q̃ αἰτιώδης, hoc est, caussę redditricem vocāt, ex eo, q̃ sola caussa cōtenta est; accipi possint, vt hinc illę lachrymę; hęc illa misericordia. Tum alterū ὅθεν. i. vnde, vel ὑφ' οὗ. i. à quo quod tametsi peculiari quadā vi nobis exprimit naturā efficiētis; tñ etiā latè patet, & ad oē caussarū genus trāsfertur, qñ oēs sunt, vel vnde aliquid fit, vel vnde fiat, [a] vel ēt vnde cognoscatur. sic à sanitate est ambulatio, & à principe obediētia. Atq. itē καθ' ὅ. i. sm̃ quod; quasi se habeāt oēs ad aliquid, vt ipsum eas necessariò cōsequatur, & per illam caussā insit in habēre caussā: quare ambulat, quatenus expetit bonā valetudinem. Et πὶ ἐξ cōmunis sanè character est: nam complectitur materiam quæ primum est, ex quo, vt quod inest, fit compositum. Res etiam ex materia formaq. constare dicitur à Porphyrio: pertinet item ad efficiens: quapropter ex homine fieri dicitur homo, [b] obseruatum quoq. est eo finem significari, ἐκ τοι αὐτῆς ἄρα ἀρχῆς ἔρχηται ὁ ἐγκωὶς ἢ ὁ φθάς, quod tamen vult esse caussam, vt finem. Finis igitur pręter hos cōmunes characteres habet ēt illū insuplus ꝓprium qui dr̃ οὗ ἕνεκα. i. cuius

[a] 5. Met. c. 2.

[b] 2. Phys. 3. de An. t. 3. 12. Met

gratia, quòd oĩa moueantur, faciant, & fiant, & deniq. operentur, vt ad aliquid perueniant quo E
adepto sedetur oĩs actio, & omnis appetitus expleatur. Nam siue natura sit, siue ẽt humana vo-
luntas, nisi quispiã mentis adeò deprauatæ fuerit, vt inconsultò temereq. agat, a quodã excitatur,
& modo quodã impellitur ad agendum, vtq. eo potiatur, oĩa præstat, ac nisi consequatur, frustra
cẽseatur illa peregisse. Veruntamen, etsi proprius est character ille finis ipsius generatim sumpti,
cuius est ea conditio, vt eo sit perfectius, quod in ipsum cõtendit. quapropter (nisi fallor) a qui-
busdam Latinis interpretibus habetur finis naturalis quidẽ, sed, vt aiunt ipsi, naturalitate cõmu-
ni, is neq. oĩno est vniusmodi, cùm distribuatur in eũ qui est cuius gratia, atq. generi cognomẽ,
& alterum qui ab Arist. dicitur ᾧ. i. cui. quem naturalẽ naturalitate ꝓpria nuncupari credo. Illud
quidem quod generis nomine nuncupatur οὗ ἕνεκα. i. cuius gratia est aliquid, hoc sibi respõdens
habet, quod dicitur huius esse gratia, vt sanitas est, gratia cuius æger sumit medicamentum, sum-
ptio verò medicamenti fit gratia sanitatis: altera aũt illa vox, à Latinis propter carentiã sexti ca-
sus apud Grecos, variis modis vsurpari cõsueuit, modò in casu dandi, cui. aliàs in sexto. quo red
dit etiam auctoreis ambiguos, quo pacto finis hic Latinè sit exprimendus: eosq. ancipiteis facit
de sua natura: nonnullis arbitrantibus hunc esse finẽ quo, & modò facultateis ita describi, nempe
quo adipiscimur finẽ cuius gratia, vt visum qui est gratia cuiuspiã, vt videamus, quasi videamus
visu, modo ẽt functiones, vt Deus est finis cuius gratia, illius aũt contemplatio, finis quo. Quid
ille, quẽ nomine Simplicij super libris de anima circunferri scimus, cùm tñ ipsius fragmenta qua- F
dam extent solùm, sed potius sit Priscianus Lydus Platonicus non ignobilis, ibi in huius vocis
explicatione velit, difficilè admodum perspicitur. cùm. n. Arist. inquit. Διττῶς δὲ τὸ οὗ ἕνεκα τὸ
» τε οὗ, καὶ τὸ ᾧ. i. dupliciter aũt cuius gratia, & cuius, & cui inquit ipse. πάλιν τούτων ὑπομιμνή-
» σκει, ἵν' ὡς αἰτίαν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ μὴ ὡς τὸ ἄριστον, τῶν ἀποτελεσμάτων τιθῶμεν. καὶ γὰρ τοῦτο
τέλος ὡς τὸ ᾧ, ἡ δὲ ψυχὴ ὡς τὸ οὗ. ἐπειδὴ οὐ τοῦ ζῆν μόνου, ἀλλὰ καὶ τοῦ τελέως ζῆν αἰτία τοῖς ζῶ-
» σιν ἡ ψυχή. i. Rursus horum meminit, vt tanquam caussã, animum; at nõ tanquam optimũ effe-
» ctuũ ponamus. etenim hoc finis vt ᾧ, animus verò vt cuius, quandoquidẽ non viuẽdi solum, sed
etiã perfectè viuendi caussa viuentibus est animus. Ἀποτέλεσμα profectò videtur à parte distin-
guì,[a] quòd hæc est coniuncta cum toto: prætereà totius substantiã cõplet, quocunq. modo con-
tigerit cum esse partẽ, siue vt speciẽ generis, siue vt essentiæ, siue ẽt vt quantum, apotelesmata ve-
rò, neq. cum eo coniuncta cuius ipsa sunt, neq. illius substantiã cõplent; quocirca probè dicetur
filius esse apotelesma patris, & ædificiũ ædificatoris, & vnumquodq. generatim, quod in seipso
caussas suæ perfectionis habet. Quod si ita est, cõpositũ intelligi põt, atq. illud oĩbus numeris ab-
solutũ: hoc aũt nostro quidẽ iudicio, tum est, cùm exercet suas functioneis quę sibi conueniũt ꝓ G
sua natura, idq. tum est, vbi perfectè viuit, vt homo cùm vitã agentẽ & contemplantẽ ducit, eaq.
beatitudine pollet quę sibi tãquam homini per appetitũ cõuenit, & tanq̃ deo simili per mẽtem.
Si igitur accipiamus cõpositum in actu secũdo, idq. optimũ appellamus, iã excluditur ea caussæ
rõ ab animo quæ est vt ᾧ. & ea solùm recipitur, quæ est, vt τὸ οὗ. Verumenimuero duo mihi su-
spicionem faciunt in hac interpretatione, primùm quidẽ, quod eius ratio, quo ita notatur, vt ᾧ.
optimè tribuitur animo, & quà de animo disserit, videtur philosophus ibi referre ad tale finium
genus ea quæ vtuntur aliquo, ob eamq. caussã nos oĩum artium fines esse statuit, non aũt simpli
citer cuius gratia. ꝙ si animus vtitur corpore, quemadmodum Arist. eo loco testatur, cùm inquit
oĩa corpora esse animi instrumenta; ergo illis vtitur animus, idemq. est actus corporis organici,
ille quoq. finis erit in hoc genere quo de nũc agimus. Sed præterea mihi caussa illa suspecta est:
cùm asseritur, animum nõ esse caussã viuẽdi solùm, sed ẽt quòd vita perfecta fruatur cõpositum,
quia cõpositum illud erit, quod animo vtetur, & erit instrumentũ operationũ, quãdo illę cõpositi
ꝓpriæ sũt, & ob id cõposito imperfectior, cùm tñ existimandũ sit cõpositum esse ꝓpter animum, H
& inanimum, atq. oĩno formã primùm intendere naturã, & ad id, vt forma sit, materiã illi subster
nere, cõpositumq. producere. Accedit eodẽ, ꝙ Arist. tribuit substantiis immobilibus quæ sunt
oĩum præstantissimę, talẽ caussæ modũ; ex quo ẽt censeri põt illum esse pręstantissimũ: sic com-
positũ erit præstãtius q̃ animus, quod itẽ multò absurdius est apud eos in quibus ille ipse auctor
numerãdus est, qui mentẽ humanã à corpore separabilẽ, atq. immortalem ponunt. Eademq. rõ
videt illorũ oĩum sententiã oppugnare, qui cõpositũ in eo genere caussæ reponendũ esse credũt,
quia. s. oĩa illi parent, & efficiant, vt eius sint. Proptereà nõ existimauerim ego cõpositũ in eo loco
fuisse acceptũ, licet ẽt cõpositũ ad hoc idẽ caussæ gen⁹ referri posse nõ ignorẽ, sed deteriore quadã
cõditione; verùm ibi animũ fuisse sũptũ: quẽ sanè, ꝙ anteà caussã vt formã, efficiẽtemq. ostendis-
set; ẽt aggressus esset explicare, quemadmodũ caussa foret, vt finis, atq. docere vellet, eũ nõ simpli
citer esse caussã, vt cuius gratia: qm̃ & id cõe est cũ formę, verùm ẽt, qa corpore vtitur, & ipsũ mo
uet, vt in ea solùm forma, & efficiens subiecto cõueniant; secus q̃ in animo carentibus, ꝙ itẽ, quia
corpore vtitur, vt organo; sit caussa quoq., vt cui (iam sic eã vocẽ cõuertere placet) eoq. maxi-
mè alia oĩa corpora seruiunt illi, atq. instituuntur ad ipsum, omnia inquam, quandoquidem &
elementa

[a] Ioannes Gram. lib. 13. contra Proclum.

A elementa conueniunt ad fabricandum illi organũ quod est corpus,& reliqua ipsi sunt vsui: quippe ad eius tutelam & conseruationẽ quæ manet in eo potissimum, vt muneribus illis optimè fungatur quæ sibi insunt secundùm naturam, siue per arteis efficiendo,& transmutando, siue corporum proprietateis sentiendo, siue etiam contemplando essentias, & ob id potissimè ꝙ imperium habet in corpus: quippe ꝙ illi ex natura partes omnes corporis obediãt. [a] Ideò finem duplicem esse dicimus, aut continuæ transmutationis, atq. hic est propriè cuius gratia,& idem videtur esse forma, aut finis est vsus qui iam pertinet ad res ipsas quæ sunt,& ad vsum proprium sibi accommodantur alias,& in relatione spectatur quæ est ad eas ipsas quę ad aliarum vsum accõmodantur: vnde illę quibus aliæ seruiunt, οἷς idest, quibus, hæ vero τούτοις, hoc est, his appellantur, quia illis imperent, aut ipsis vtantur. Quocirca finis etiam rei genitæ solet appellari: sic artes homini seruiunt,& medicus homini restituit sanitatem; sanitas est finis cuius gratia: quoniam terminus est meditationis,& equestri finis cui seruit, Imperatoria, atq. immobilia sunt caussæ quibus mobilia seruiunt, illis aũt immobilia fines: sunt. ideoq. ab Arist. [b] sic exprimuntur ἔςι γὰρ τινὶ τὸ οὗ ἕνεκα, ὧν τὸ μὲν ἔςι τὸ δ᾽ οὐκ ἔςι, idest. Est enim cuipiam cuius gratia, quorum hoc quidem est, illud verò non est. notante mobilia, quòd illis eæ sunt caussæ vt finis: eamq. vim esse harũ vocum mihi persuadent Arist. verba dicentis. finẽ esse quoddã vltimũ motus cõtinuati, cuius gratia fit ille motus, aliquod vltimũ intelligentis, nõ sanè oẽ extremum: nanq. mors extremum quidem est,

a Lib. de mot. an. c.7.

b 11.Met.

B nec tamen est finis: quando nõ viuimus, vt moriamur. Quamobrẽ ineptè Poëtæ, quorum ille,

Comperit inuidiam supremo fine domari.

alter verò sub Hyppoliti persona orantis, vt mors illi contingat, quę vitæ anteactę cõsentanea sit,

Τέλος δὲ κάμψαιμ᾽ ὥσπερ ἤρξάμην βίου.

Finem flectere vitæ possim, quemadmodum cæpi.

longęq. Demosthenes sapientius.

Πέρας ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος.

Mors vltima linea rerum est.

valde enim distat πέρας τοῦ τέλους. terminus scilicet à fine, si propriam vtriusq. vim spectes, nam quandoq. πέρας etiam communius sumitur. Neq. Deus est eiusmodi finis, siquidem non ipsum per motum veluti terminum eius intrinsecum, sed vt terminum extrinsecum, & quiescendo & cõtemplando consequamur: verùm ipsa forma finis est motus non interrupti, hoc est, antequàm peruenerit ad suum terminum naturalem quo vniuersam suã perfectionẽ consecutus sit, vt si in medio ipso efformationis embryon à motu desistat, non ęst ille finis efformationis, sed terminus

C solùm: neq. in illum terminum naturam aciem intẽdit, sed perfectum. in eo manet impedita, quominus vltrà progredi queat, in hoc etiam nullo impediẽte permanet. Atq. hic finis ab Arist. negatus æternis & immobilibus qui per motum cõparatur,& est efficientẽ posterior: ille concessus, qui præcedit efficientis,& quem per energian cętera consequuntur. Quoniam verò & aliter dicitur finis, siquidem & nos sumus fines, & inter arteis ordo quidã est ministrarum scilicet, atq. architectonicarum quæ finis vltimus nõ est continuatæ motionis, inde monet nos Arist. aliam esse notionẽ eius quod cuius gratia dicitur. nimirùm, quod vnum vtitur; altero vtitur quippiam. Nam quod vtitur est finis, sed propriè notatur eo, charactere: cui, licet etiam cõmuni nomine exprimatur cum altero, quod est gratia cuius. Cùm verò duplex sit finis, consilium nostrum est de eo qui motionis est, hoc loco disserere; quandò motionis caussas in elementis, atque inanimis indagamus. Idcirco altero illo dimisso quod ab instituto nostro aliquantum alienũ est, & aptius explicandum, quà de motu cęli tractabitur, ad eius conditioneis exponendas accedamus.

Animaduertitur illius dicti vis: Naturam agere propter finem. Cap. XXVI.

D SATIS hactenus explicata sunt ea quę pertinent ad notionem finis,& primam eius informationem. Nunc vt doctrinæ ratio teneatur, antequàm vis huius caussæ,& modus quo agit, aut impellit ea quæ illi seruiunt, exponatur: illud constituere oportet. Agat'ne quippiam natura propter finem. Neq. verò ꝙ tam controuersum hoc nobis esse debeat, vt de illius veritate litigemus, aut ab eius explicatione interpretes aberrauerint, de hac re agẽdum est, sed potius ꝙ de consilio philosophi in hac sententia explicanda mihi cum cęteris non conueniat. Etenim illi volunt hoc dictũ in principiis nostræ methodi esse reponendum. Nobis admirandum videtur, ꝙ cùm principium sit in natura, commiserit id Arist. vt pluribus egerit de illius sentẽtiæ veritate, & tam anxiè probare conatus fuerit. Naturã agere propter finem. Quapropter in eo nostra oratio versabitur, vt cõsilium potius Arist. explicemus, q̃ vt quicquam succurrat, quod cõtra illius veritatẽ afferri valeat. Persuadere aũt potuit maiores nostros, vt crederent hoc esse principiũ, ꝙ aliquando testatũ reliquerit Arist. eum qui tollit, Naturam agere ꝓpter finem, naturam vtiq. destruere, atq. id prætereà, ꝙ passim illo, vt manifestissimo vtatur. Nam duæ sunt hę præcipuè caussæ in na-

tura, quibus et frequentissimè vtat Arist. τὸ ἐξ ἀνάγκης quę est materies τὸ οὗ ἕνεκα, qui est finis, & vt illorum caussę quoad fieri pōt, hoc loco patrocinemur. ratio satis probabilis reddi potuit, quòd longiore sermone philosophus tractauerit huiusmodi effatum: tametsi contra negantes principia non est disputandum: propterea quòd aliqui philosophi, vt Democritus, & Empedocles, oīa materiæ, tanquam principi caussæ tribuebant: nullas partes reliquis caussis relinquebāt, aut efficienti soli postremas, & in medio rōnes afferebant, quibus cōfirmarent propter aliud agere naturam, quàm propter finem, sed cùm rationibus illis huius methodi principia supponerētur, officiū naturalis philosophi fuisse, vt eas solueret: iam.n. ab initio physicæ methodi iusserat Arist. ea solui, quæcunq. ex principiis demonstrans aliquis mentitur. At tales sunt rationes, quibus isti philosophi vtebantur, itaq. opus fuit, vt aliquid ad illa diceretur, & indicare fallacias pseudographorum quos ipsi struxerant. Ecce.n. rationes illorum. Primùm, Quicquid fit, fit ex necessitate materiæ; materiam verò consequitur vsus: nulla ergo alia caussa ponenda, frustra.n. foret. Deinde quæ agunt alicuius rei gratia, ratiocinantur. Natura non vtitur ratiocinio: quare nec alicuius gratia quicquam facit. Postremò vbi quippiā fit alicuius gratia, nō accidit error. Sed natura sępe cōmittit errorem, vt dum monstra producit. Non igitur alicuius rei gratia quicquam facit. Accipiunt principia naturalia, primùm, quod est materia; tum ēt Nil fieri frustra: statuunt & finem, & eius gratia aliquid agi: Sed his abutuntur. Nanq. accipiunt materiam esse caussam quæ certè est, verùm solam omnium caussam esse volunt: ea verò sola caussa nō est, sed caussa conficiens & συναίτιον, tum quia nonnulla quę cuiuspiam rei gratia agunt, ratiocinantur; item vniuersè accipiunt Omne, quod agit cuiuspiam rei gratia, ratiocinari. Insuper nō accidere errorem in iis quæ cuiuspiam rei gratia fiunt, quod falsum prorsus est: siquidem in artibus in quibus perspicuum est aliquid alterius gratia fieri, sæpissimè committitur error. Proinde hūi rationes à physico dissoluendæ fuerunt. Posset hîc aliquis interpellare nos obiiciens non modò Arist. dissoluere rationes Empedoclis & Democriti, sed pluribus argumentis approbare. Naturam agere propter finem, & huic obiectioni quoque respondere licebit accipiendo principiorum ingenium, non esse vniusmodi: quippe quòd aliqua sint ita perspicua, vt ex sola terminorū ratione cognoscātur, & credantur; alia magis abstrusa quibus adhibetur aliquod genus ratiocinationis, vel imperfectæ, cuiusmodi sunt inductiones, & exempla, vel ad summum syllogismi dialectici. ex hoc genere esse principium nostrum, & planè exemplo artis naturæ processum confirmat Arist. & inductione accepta ab animalibus & plantis. Ac nihil prohibere principia quandoq. probari a posteriori & à signo. Quapropter optimè defendi potest, hoc esse principium in methodo naturali. Verùm sae verè pronunciata illa fuisse rationes, Empedoclis & Democriti, quòd vtuntur principiis naturalibus, à physico fuisse dissoluendas. Demus etiam principia quædam non esse sic euidentia, vt sine aliqua admonitione sumi possint. At cùm rationes quoq. subiecerit Arist. quibus eam sententiam approbet, non possum planè in illorum sententiam cedere; siquidem vbi disputatio de principiis exorta sit, ea prorsus aut est alterius scientiæ quæ subalternans est, aut omniū cōmunis, siue dialectica sit, seu prima philosophia. Sed subalternans aut non est, aut si est, ea est prima philosophia. Quamobrem restat, vt hæ rationes aut dialecticę sint, aut pertineant ad primum philosophum. At verò nihil ex his est; quippe quòd neq. communia & probabilia sumantur, ex quibus dialectica ratio construatur, nec excedant limitibus philosophiæ naturalis. Nanq. inter cętera hæc ita concluduntur. Primùm omnia sunt in natura vel casu, vel propter aliquid. At non sunt hæc casu. & propter aliquid igitur. Nam quæ casu sunt, rarò fiunt, in natura semper, aut plurimum fit id quod fit. Secundò. Vnumquodq. quemadmodum efficitur, sic aptum natum est, & contrà sicut aptum natum est, ita efficitur; sed efficitur propter aliquid, igitur alterius gratia quoque fiat oportet. Tertiò. In his quæ natura fiunt, est terminus quidam motus ad quē ordinantur ea quæ præcesserunt, sed ille terminus est finis, & quæ præcedunt igitur sunt propter finem. In quibus omnibus, vt optimè vides, accipiuntur principia naturalia. Quamobrem ex propriis non ex communibus multoq. minus ex probabilibus hoc theorema concluditur. Nam sigillatim omnia percurramus. Vbi accipitur. Omnia in natura sic esse, vt casu fiant, aut propter aliquid. Accipio verò, ne lis existat ex verbis, propter aliquid, vel propter aliud à seipso diuersum, vel propter id quod idem cum seipso sit, cuiusmodi finis ipse est, neq. enim est alterius gratia. Assumitur natura, non ens generatim, aut aliquod aliud genus entis extra naturam: probantur assumpta, vel ex constitutis & principiis, vt sunt definitiones, vel ex iis quę manifestè insunt, & à quoque facillimè dantur, vtpote ex definitione casus, & ex attributo naturæ quam vnusquisque accipit ex iis esse, quæ semper, aut plurimum operantur eodem modo, quæ nos in principiis scientiæ nostræ ex communi sensu collocauimus. Rursus cùm accipitur. Vnumquodq. sic natum aptum esse, vt efficitur, & contra sic effici, vt est natum aptum. hæc posita sunt in ordine rerū & cōnexione quę manēt in eo, vt hoc ex hoc efficiatur, & illud antecedat ex quo posterius efficitur: ordo verò est essēria naturę, quod itē vt nostrę sciæ principiū statuitur.

Postrema

A Postrema ratio ex finis definitione deducitur. Nam finis ita explicatus est, terminus continuæ & non interruptæ mutationis. Ergo cùm hæc oĩa pendeant ex principiis huius scientæ propriis, & ex iis quæ sunt nota nobis, & natura simul; cur non asseuerabimus id esse non axioma, vt alij censent, sed theorema? Neq. nobis obstabit, ꝙ inductione, & exemplo cõfirmatum fuerit. Nam sępe euenit, vt rationibus demõstratiuis succurrant argumẽtationes dialecticę, & arma rethorica propter captum auditorum. Neq. tale est, vt ex hoc natura tollatur, neque.n.tollitur primò: at, inquies, tollitur sublatis eius principiis. dico siquidem oĩa tollantur: etenim & ij qui sola materia vtebantur, adhuc tuebãtur naturam. Est igitur theorema: arbitror autem hoc esse secundùm ex eo genere, quod Mathematici στοιχεῖον vocant instar elementi, ex quo multa alia theoremata deducantur, cuiusmodi illa sunt quę ab Euclide traduntur: quapropter inscribitur eius volumẽ de elemẽtis. Hoc ergo sit iudicium nostrũ de illa sententia. Naturã nimirùm agere ꝓpter finem.

Nonnullę finis proprietates recensentur. Cap. XXVII.

MAGNA quædam res est, & admirabilis ipsius finis efficacitas, qui cùm sit omnium motionum extremum, nihilominus primum sit principium, atq. adeò caussa oĩum quæ fiunt, & oĩno caussa caussarum: quare item ob difformem hũi naturam non pauca de se ipso spectanda præbet naturę interpretibus & quà finis, & quà principium, & quorum, & in quibus, & quà rõne.
B Porrò cùm in ipso fine duo cõsiderari possint, vt motionis terminus, quo cum materia perducta fuerit, nulla motio propagatur vlterius, & vt anteq̃ fiat motus, efficiens ad seipso potiendum excitat, tum verè rationem obtinet caussæ potissimæ, priusq̃ motus cõpleatur; nam sic à nulla caussa pendet, sed omnes aliæ ab illa. quapropter etiam oẽs per illam demonstrari possunt, licet proxime demõstretur efficiens. efficit.n.hoc, vt potiatur eo fine, velut ambulat, vt bene valeat (liceat enim in explicatione rerum naturaliũ exemplis à voluntate nostra petitis, tanq̃ euidẽtioribus vti) nondum.n.bona valetudo parta est, & ob id ambulat, vt eam consequatur; nec nisi eam se consecuturum speraret, vel quia pertimesceret obitem, vel etiam ꝙ motiones infinitæ requirerentur per quas ad eam perueniret, quicquam vnquam inchoaret, & forma etiam, vbi ipsa cùm fine nõ congruat, pendet ex fine, ꝙ tale hoc esse oporteat, vt talem finem consequatur, sed vbi cum fine cõueniat; ita pendet ex fine, ꝙ ex hoc ipso existit, quia fuerit anteà finis, ac nisi finis fuisset; neq. item existere potuisset, ac materia, vt illum finem obtinens perficiatur. Sic pendent omnes ab illo genere caussæ, nisi fortè priuatio excipiatur quę non videtur propter aliquem finẽ instituta fuisse à natura; quapropter neque ad illam esse propensionem; licet Plato etiam mala in natura finis
C cuiuspiam rationem habere voluerit. Sed si malum rationem obtinet eius quod non est, non videtur profectò locum finis habere posse. Non esse verò ex entium ordine significant nobis illa quæ docuit XII. primæ philosophiæ præceptor, cùm bonum oẽ quod est, esse monstrauit, vel.n. per se, vel per aliud bonum. Veruntamen etsi scio priuationem à nonnullis oĩ rerum ordine excludi, non est id absolutè verum: quoniam è priuationibus & malis quædam à natura ordinantur, quædam verò minimè, sed oĩno sunt præter naturam, vt monstra: propterea finem nullum in his inueniri fatear ego libentissimè; in illis aliquantò sim liberalior. etenim aut ad illam propensionẽ esse negabo tanq̃ ad finem, sed ꝙ necessitatem materiæ cõsequatur, aut dicam respicere sanè finem non primo & per se, verùm quatenus principio famulatur, est.n. priuatio caussa appetitus in materia, ideoq. generationis, neq. nõ esse, neq. malum prorsus. Sed vt verbis Arist. vtar. πολλάκις ἂν φαντασθὲν τῷ πρὸς τὸ κακοποιὸν αὐτῆς ἐνατενίζοντι τὴν διάνοιαν οὐκ εἶναι τὸ παράπαν. Sæpe.n. appareat, inquit (nam phantasiã Græci frequentissimè pro eo sumunt quod est φαίνεσθαι, vt illud ex Heliodoro de iaculis ab Aethyopibus ex turribus elephãtorum iactis ὥστε ἐς νέφους φαντασίαν τὴν πυκνότητα παρασχεῖν τοῖς Πέρσαις, & apud Medicos [a] μέγα κατὰ φαντασίαν. i. magnus secundùm phantasiã morbus qualis est in partibus carnosis opponitur
D ei, qui est magnus κατὰ ἀποτέλεσμα. i. magnitudine quidẽ paruus, sed reipsa magnus, vt in partibus neruosis. Sępe.n. appareat aciẽ animi intẽdenti in eius vim maleficã, nec quicq̃ prorsus esse. Cęterùm planè illud est, per quod expetit materia bonũ illud diuinũ, & expetendum. Atq. hæc de naturæ ordine. Nam quod ad originẽ pertinet. Ille qui terminus est motionis, & si caussa est, vt forma: motio.n. quæq. per se terminatur aliqua forma: attamen ab alio pendet: ab efficiente nimirùm à quo cõmunicatur materiæ, & à materia cuius potestatem ipsa consequitur. erumpit enim è certa materia quælibet forma, ideò quoq. vicissim per has ipsas caussas demonstratur; bene valet.n. quoniam ambulauit, & quoniam humores illi sic tẽperati fuerunt; bene valet: facta breui quadam transumptione terminorum, è quibus demõstratio cõficitur, siue syllogismus, quẽ logicum appellat Aristoteles, [b] ipsius quid est. Attamen, etsi vario modo sunt caussæ finis, & forma: nihilosecius appellationem obtinuere communem boni & appetendi: non ob aliud certè quàm quòd reipsa idem esse hæc vtraq. cõtingit & formam & finem, nam quod erat finis antequam res absoluta fuisset, futurum fuerat forma, & posteà fuit rei illius forma cuius ipsa est actus,

[a] Gal. in def. med.
[b] 2. Post.

actus, atq. perfectio : ob eamq. caussam appetebatur ab efficiente, vt bonitatem illā materię communicaret, à materia verò vt eius accessione bona perfectaq. redderetur, hoc verò est esse actu. Vnde & diuinum, & bonum, & optabile prædicatur, atq. diuinum quidem à Platone & Aristotele dicta est : quoniam Deum appellauit Antiquitas eam caussam quæ omnium prima, & suprema foret, atq. antequàm cognita fuisset incorporea substantia cęlum ipsum Deus habebatur, demum substantia separata & immobilis, & actus quidam simplicissimus, à quo vniuersa pendent ordine quodam, proximè quidem actus & formæ; lōgius materia, longissimè verò priuatio, atq. adeò vt per actum vtręq. esse videantur : materia sanè, quia per innatam potestatem ad illum referatur, & priuatio item, quoniam est eius absentia, vel, vt placet Alexandro, quia non est simpliciter nihil, sed affecta est aliquo modo ad futuram formam, itaq. affirmatione significatur, & in contrariis reponitur : quo fit vt cùm deus sit primus actus, & ab illo cęteri proximè proficiscantur, diuinum, vt à Deo deflexum nuncupetur, Bonum quoq. dicta est forma, & à Grecis ἀγαθὸν, quoniam duo sunt nomina apud Aristotelē, quibus rerum præstantia significatur τὸ καλὸν, quod Latinè honestum, siue pulchrum dixeris, atq. τὸ ἀγαθὸν, quod bonum. Ea verò differentia est inter hęc duo, [a] quòd honestum directò spectat ad immobilia : bonum in actione propriè positum est, & per motum comparatur. Ideoq. bono præstat honestum : ob eamq. rem honore dignum est ; cùm reliqua bona plerunq. laudabilia sint. maius aūt quid est honor, quàm laus. Non me latet, Aristot. 1. Rhet. sic 3. Eth. ampliore quodam significato pulchrum sumere, neq. à laudabili segregare, sed ille locus non magnam diligentiā requirit ; sic verò vt dictum est, propriè à philosophis vsurpatur. Propterea non dicitur de Deo bonum, ne minuatur eius maiestas, sed honestum : formæ verò, quia per transmutationē comparantur, boni nomine significabuntur. Hoc verò quoniam bifariam esse pōt, [b] vel simpliciter id quod in quoque genere optimū summumq. est ; id aūt vnum est, vel huic bonum, non oīum quidem finis est optimus ; aliter vnus esset oīum finis, sed id bonum intelligitur quod cuiq. rei melius, atq. id est, quod cum vniuscuiusq. natura congruit. Habent verò tum honestum, tum ēt bonum eam vim, vt appetantur propter perfectionem quam afferunt secum : cuius quęq. res suapte natura desiderio tenetur, atq. ita illi natiuum & infixum est, vt caussa reddi nō possit eius quæstionis; cur vnumquodq. tendat in suam perfectionem. Ideò se consequuntur oīa hæc diuinum, bonum, & optabile, vsq. adeò vt non modò id quod verè bonū est, appetatur à nobis ; verùm etiam id quod eius imaginem speciemq. pręsefert, quicunq, ille sit appetitus, vel rōnis particeps qui est in homine solùm, vel brutus qui est in reliquis animalibus, vel etiam naturalis, qui vniuersa corpora cōplecti potest : quanquam huic non opponitur, nisi id quod verè bonum est, arbitror etiam ipsum per oīa deo vno excepto generatim fundi posse, atque id natura, si modò naturā distinguamus ab eo voluntario quod vtranq. partem respicit contradictionis ; nanq. in aliis substantiis separatis appetitus mente consistit, vnde etiam per analogiam quandā voluntarius dici pōt, neque.n. contradicentia respicit, Deus autem, vt opinor, Arist. sententia solùm optabilis est. Huius sanè apud nos duo videntur subiecta; materia nimirùm, & efficiens. sed efficiens quidem multò prius, q̄ materia. siquidem ab efficientis appetitu materia transmutetur, atq. afficiatur ad excipiendam formam. Quamobrem & duplex genus appetitus naturalis afferri pōt, actuosum alterum, quia sit in efficiente, ad communicandam illam formam quam habet, nō minus, q̄ in prodigo ad pecunias erogandas, atq. patibile alterum, quod est in materia. Ne crediderís aūt me aliud statuere cum Arist. appetitum, q̄ patibilem facultatem. noui.n. optimè functionem illius in eo permanere, vt ab obiecto, vel bono, vel apparente moueatur, sed ita nuncupaui, quoniam excitat ad agendum illud in quo est, vt contrà in materia excitat ipsam ad id, vt moueatur, ideò patibilis est in materia simpliciter. sed hęc postea. Neque item absurdum existimauerim, si in homine quoq. appetitus habeatur facultas naturalis, ita vt simul & rōnis particeps sit, & naturalis rōne diuersa ; naturalis.n. est, quia facultas à natura data, dirigens ad bonum illi cōueniens in quo est, & talis item est in animis nostris insitus ad cognitionem, rōnis aūt particeps, quia cum cognitione consilioq. exercetur. A natura etiam boni ratio facilè ducatur, cur degeneret forma ipsa in finem & efficiens, cùm enim appetenda sit ei cui non adest, ipsius finis est : dum pręstò est materiæ forma est, dum seipsam alteri cōmunicat id quod boni ipsi innatum penitusq. insitum est, trāsit in efficiens. Porrò gradus quibus seipsam communicat, multi sunt, & per essentiam, velut eæ quæ in mentem cadunt, vel per contactum, &, vt dicitur, materialiter quod item duplex est, vel, vt sit totius, sicut animantium caducorum animus, vel etiam, vt cuiq. parti partibiliter communicetur, vt calor : vel etiam per medium, cui quoque communicatur, vel sine materia, sicuti formæ sensilium, vel materialiter quidem, sed ambiguè, vt torpor à torpedine productus per frigus reti incussum, vel vniuocè vt calor & frigus, nanq. medium hîc efficiatur oportet eadem specie qualitatis. Verùm iis omissis quæ communicantur per essentiam de reliquis (sunt autem formæ naturales) agamus nunc, & ea quæ sunt instituti nostri, persequamur.

[a] 10. Met. 1. Eth.

[b] 2. Phys. Tt. 7 v. 84.

Quaenam

A *Quę nam sit prima caussa naturalis appetitus.* *Cap. XXVIII.*

QVANQVAM de hocipso appetitu reuocari solent in cõtrouersiam, primùm an ipse sit: deinde quid sit: tertiò vnde oriatur, idcirco ad propositũ quoq. nostrum cõferet, si de his nũc aliqua dicamus. Cùm igitur appetitus sit manifestè duplex, rõnis capax, & brutus qui sunt cũ aliqua cognitione, suspicio quosdã inuasit, quia cernerẽt eos de quibus dictum est, esse cognitione prędiros: hoc ita proprium esse facultatis huiusce, vt nulla sine cognitione posset esse. Ideò quia sola animalia cognoscerent, à reliquis appetẽdi vim substulerunt, aliaq. motus initia, aut ẽe extrinsecùs accersiuere. Nobis autem, siue hic in rebus inanimis appetitus metaphoricè nuncupatur, siue etiam analogicè stimulus quidam, & impulsus, seu nixus ad aliquid obtinendum, nil curæ nunc est, sed interim sufficit, Arist. posuisse appetitũ in rebus naturalibus cum agendi quippiam, tum etiam patiendi. nanq. in natura hoc quidem appetere idoneum est, hoc verò est materia: illud appeti. hoc autem est forma. Deinde vnumquodq. cupit esse. idcirco ea quorum indiuiduũ conseruari non põt, nisi sponte producta fuerint, neq. mutilata & perfecta, in specie conseruantur, atq. tam altas egit radiceis hæc cupiditas, vt quanuis homo, qui liber est, in cõtrarium adnitatur, plus tamen valeat naturæ necessitas, q̃ humana voluntas. quippe ꝙ ille singularium sit affectus quæ non sunt necessaria, hæc sit speciei proprietas, cui necessitas adnexa est in natura.

B Equidem hîc me continere non possum, quin Politiani carmen adscribam, ꝙ rem hanc elegantissimè complectitur, necnon, vt vnà grati animi officio fungar, erga Ioannem Baptistam Mutium, qui mihi locum indicarit, & doctissimorũ hominum quos patria nostra, Mediceaq. gens aluerunt, siquid nostra scripta valitura sunt, immortalẽ memoriam reddam. Et quauis à patria musa dictata fuerint non verebor in re seuera delicatum aliquid inferre, nihil aspernans, modò sapiat philosophiam. Carmen hoc est,

L'esser' mortale e'l nostro viuer' corto
D'amor' come principio in noi germoglia,
» *Perch'il soggetto a' nostri danni accorto*
» *Noua forma vestirsi amor' l'inuoglia.*
» *La onde spesso auien ch'à si gran torto*
D'vna rara beltà si priua e spoglia;
Che se non fusse tal amor insano,
Le vite non haurebbe il tempo in mano.

C Fateor verò magnam intercedere differentiam inter hoc appetitus. nam præter id quòd hic ipse cognitione caret, est etiã rerum quæ fieri possunt, & existentium, ac sine vllo prorsus errore, cum ab eo fine qui optimus est, dirigatur, & in quem nulla vnquam mutatio, nullusúe error cadere possit. ob eamq. caussam in scopum certum frequentissimè collineat: animalis contrà eorum esse posit quæ fieri nequeunt. Vnde illud Platoni in optatis

εἴτε γονόμην
Οὐρανὸς οὐς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω

quod Barbaricum esse testatus est aliquando Philosophus sit etiam apparentium, & quandoque possit errare, cùm exciterur ab imaginibus rerum in quibus interdum est incõstantia & falsitas, ideò sequitur, vt sit indefinitus, Verùm enimuero, vt ad eius essentiam descendamus aliqua occupabimus, quorum auxilio principia constituentia venemur. Hoc verò accipimus in primis esse principium proximum motus, ꝙ appetens ad bonum & optabile consequendum moueatur. itaq. sic inest in appetente, cuicuimodi illud sit, vt afferat habitudinem ad id quod appetendũ est. Porrò appetendum vim habet mouẽdi, dictum est autem illud esse finẽ qui suapte natura bonus

D est, & dum mouet, per se manet immobilis. Appetens ab eo necessariò mouetur: est autẽ duplex, aut id quod motum mouet, & est efficiens, aut id quod solùm mouetur, & est materia. Proinde nõ immeritò vocatus est aliquando naturalis appetitus *κατοχὴ τοῦ κρείττονος*, i. occupatio seu rectius dixeris expectatio melioris;[a] &, si dicere liceat aliquãtò significantius, inhiatio ad id quod melius est. hoc, etsi per essentiam rebus inest, nulla, n. caussa externa reddi põt, cur hoc appetatur, appetat illud: etenim cuiusq, naturę adhæret appeti, vel appetere: nihilominus, quantum est de rõne formali appetitus & caussis eius quibus ad actum deducitur, & excitat ad motum id cui inest, ea dici posse videntur, vt sit è genere facultatum, atq. propensio, & illa quidem naturalis, nõ ex ratione nascens, vt in nobis, neque ex iudicio sensus, vt in brutis. itaq. in oĩ re, est verò ad bonum quod suapte natura expetendum est: igitur nõ contendit in malum, aut nõ primò, sed propter bonum. Nam ꝙ malum appetatur, abhorret à rerum natura, solùm pertinet ad nos, qui ex mala cõsuetudine malum cõtrahimus habitum; ex malo habitu, bonum esse iudicamus id quod est malum. At verò facultas naturalis nõ est obnoxia cõsuetudini,[b] quantumuis. n. saxum proiicias sursum, nunq̃ assuescet ita moueri, sed assiduè cupiet assequi locum qui sibi secũdùm natu-

[a] Simpl. 2. de An.

[b] 2. Eth. c. 1.

ram debeatur, & ita naturalis est his appetitus, vt ad ea sit in quæ suopte impulsu niteretur, si reliqua præstò essent quæ pro fine cõsequendo requiruntur, & nihil alienũ obstaret. Ergo in ligno non est appetitus ad lecti formã, sed si potestatem germinandi effossum contraheret; ex eo lignũ, non lectus existeret. Bonum verò & cõmune est, & oĩum primum & bonum certum quod cuiq. bonum est seorsum. Quanquam illud omnium primũ cunctis sese obiicit expetendum: tamen nõ sese potiendũ pari modo rebus vniuersis exhibet, sed quodq. illò propendet, vnde perfectionem suæ ipsius naturæ conuenientẽ, & propriam cõsequatur, per quod etiam fruitur bono illo cõmuni, & oĩum primo. Quapropter appetitus est propensio naturalis ad bonum sibi ipsi conueniens secundùm naturam. Cęterùm in notione propensionis apparet è vestigio priuatio, sic.n. propendet ad id quod non adest, nam si adesset, non propenderet amplius, sed frueretur. siquidem illò propendeat, vt tandem frui possit. Ex quibus liquidò apparet hæc tria cõcurrere ad cõstituendam rõnem formalem appetitus naturalis, carentiam boni quod est perfectio propria ordinem ad eiusmodi bonũ, & facultatem ipsum adipiscendi, quod sanè, cùm iam adest, oĩs appetitus ratio cessat. Addidit huic definitioni Marsilius sapientissimus, [a] necessitatem inclinationis. Nam reliqua à superioribus non dissimilia sunt; illa nimirùm. Naturæ inclinatio ab indigentia certa, adnitens ad plenitudinem quæ necessitas, si ordinem ad bonum illud respiciat, accipienda est, sin adeptionem, repudiabitur. potest.n. actu excludi potestas ab impedimento, ideoq. rerum natura non est in necessitate posita, sed in eo, ꝙ plurimum ita succedat. Ergo appetitus definitio talis afferri poterit, inclinatio necessaria ex natura cuiusq. rei ad bonum sibi cõueniens secũdùm naturam. Veruntamen, etsi hæc verè cõstituta sunt, adhuc tñ inquirendum sese offert, quæ'nam sit prima rõ appetendi à qua excitatur ipsa natura, & modus quo appetens ab appetendo mouetur ad ipsum adipiscendum. Nam ꝙ de primo quæramus, inde nascitur occasio. Quandoquidem in oĩ illo in quo inest naturalis appetitus, hęc tria quodam ordine cõperimus inesse, id quod subiecti rationem obtinet, de quo probe prædicatur appetere, forma quædam de qua dicitur appeti, & carentia eiusdem. Nanq. & materia cupit formam hominis, & dum manet sub seminis forma vrgetur ab illo appetitu, ac saxum cupit esse in loco inferiore, dumq. in superiore detinetur, semper locum sibi naturalem exoptat. Sed vnde'nam appetendi ratio proximè proficiscatur, incertum est. Neque enim materia videtur esse huiusmodi quippiam, eo ꝙ ipsa formam appeteret, aut, quia nuda sit oĩ forma, aut tędio præsentis affecta, aut etiam ꝙ plures obtinere velit, aut demum quia principium in sese cõtineat à quo stimuletur assiduè ad alias formas sibi cõparandas; neque.n. spoliata est oĩ forma: cùm.n. oppositio, sit in formis, alteram ex ipsis in materia vicissim subsistere necesse est, neque põt illius affici tędio quam possidet, ꝙ appetitus hic indefinitus esse videtur, & vniuersas formas æquè spectare, neq. item plureis appetere vno eodemq. tempore, cùm simul cõsistere nequeant: aliter id appeteretur secundùm naturam quod fieri nõ põt, nec quicquam intra se habet à seipsa diuersum à quo pungatur; est.n. quædam natura simplex in qua esse & essentia sunt vnum & idem. Ideoq. existimauit Auicenna, appetitum à quadam forma communi permanare ad materiam quæ ipsi perpetuò maneret affixa, appellabat aũt eam formam corporeitatis. Verùm quia nos opportunius alibi dissereremus, ac plures Auerroëm imitati iam illam è sua philosophia pepulerunt, neq. nobis admodum placet comes illa materię perpetua: talem formam hic repudiamus. Non licet item dicere appetitum hunc à pręsente forma exoriri, ne fortè aliquid interitum suum quæreret: etenim succedente noua forma, hanc ipsá quæ præcedebat, de subiecto migrare oportet. Præterea forma conuenit esse appetendum, cùm sit diuinum & bonum, nec appeti simul & appetere possit; ne sit vnà perfectum & imperfectum, quod.n. appetit, quatenus huiusmodi, imperfectum est, quod verò appetitur, affert perfectionem. Atqui neq. à priuatione pullulat appetendi rõ. Nam siue per se priuatio spectetur, siue cum materia; nullo modo id fieri põt, quomodocunq. enim sui ipsius interitum per se exoptaret. Restat igitur, vt materia per priuationem appetat. Cęterùm neq. id tolerare censueris verba Arist. inquientis id quod appetit, appetere secundùm sui naturam: priuatio verò non sit natura materię. Neque id posse fieri videtur, quandò ꝓpter quod vnumquodq. tale est, & illud magis esse oporteat. Magis ergo priuatio cuperet. Sic oppositum alterum exoptaret, & in internecionem sui cõtenderet. Mihi sanè videtur inopia & indigentia quæ inest in eo quod perfici põt, esse caussa appetitus in quaq. re, quam item geminam apud philosophos obseruo, alteram quam ὕφεσιν τῆς φύσεως.i. humilitatem naturæ vocant, atq. alteram παραφορὰν.i. naturę deturbationem. prima quidem non est obnoxia permutationi, neq. videtur esse præter naturam, & malum simpliciter: altera mutationi subiicitur, & malum reputatur. Hanc, mox speculemur. Ipsam item geminam esse apparet in materia; vnam quidem ꝓpriam suæ naturæ quam vniuersalem appellare solent; ea verò sequitur vniuersalem illam potestatẽ quæ cõstituit materiam: nanq. ipsa suapte natura est quid informe; non sanè, quia cõsubstantialem habeat priuationem (liceat.n. sic mihi conuertere nunc illam vocem συνουσιωμένην) sed quia separabile quiddam sit à societate formæ, & idoneum

[a] Lib. quę & vnde mala.

A neum perfici ab omni forma. Noli tamen hîc te opinari me & vniuersalem potestatem & priuationem cõmunem ponere, vt quoddã genus & natura, prius q̃ certas priuationeis & potestateis, qui hæc vniuoca nõ esse putem, vtpote ꝙ talem ordinem inter se habeant, qualem formę quibus adnexę sunt, quarũ gradus & in origine & perfectione plureis esse constat, sed vniuersalia solùm secundùm rõnem hæc faciam. Altera priuatio specialis est, & definita quæ nascitur à certa forma quam habet nũc; siquidem semper illi certa alterius formæ oppositæ priuatio comitetur, & propter ipsam modò ad hanc formam propensa sit, & per illam ad alias subinde consequẽteis. Proinde optimè dicebat Euripides.

Ἐρᾷν μὲν ὄμβρου γαῖαν ξηρανθεῖσαν. idest,

Imbres amare terram quę exaruerit.

Tametsi inter id quod est appetere & amare nõnihil discriminis posuere Theologi: siquidem appetat id cui deest, ille qui dare vult, videatur amare: est.n. amare idem àc bene velle. sic materia appetet, amabit efficiẽs. Sed apud vetereis Peripateticos nulla adhuc differentia talis obseruatur. Ad nostra redeamus per opposita se tuetur appetitus. Itaq. sedari perbellè põt illa controuersia, sit'ne simile simili amicum, an dissimile quæ nõ minus pertinet ad moreis, q̃ ad naturam. Nanq. vt in moribus amicitia, vel est ꝑpter honestatem, est.n. amabile per seipsum, quod honestũ, vel ꝑpter cõmodum, & ex indigentia, & quæ ꝑpter honestatẽ est similium, eaq. diutissimè conseruatur.
B Idcirco bonos existit amicitia vera: dissimiliũ verò ꝑpter cõmodum, & ex indigentia, sic in natura actus actui, vt honestum honesto, amicus. Quapropter elementorũ partes, vbi secernũtur ex mixto; ad consimile aguntur, & se ad suas vniuersitateis recipiunt, eoq. demum suapte natura feruntur, ibiq. manent, vbi plurimũ sit de consimili. sic.n. se tuetur quidq. facilius, quod sanè cuiq. rei natura constanti sic ingenitũ est, vt tolli non possit, vbi adsit indigentia, pręsentis status grata cõmutatio. μεταβολὴ γὰρ πάντων γλυκύ, vt aiunt poëtæ, ea verò contrariũ flagitat. Quocirca amor hic & appetitus cõtrario fundatur. Talis est actus amor in potestate, & formæ cupiditas in materia: vniuersa.n. eò contendit, vt suppleatur id quod deest, & oẽ vitium naturæ corrigatur. Ab illa vniuersali priuatione materia cõmunem propensionẽ ad oẽs formas impetrauit, per hanc aũt assecuta est initiũ motus, cuius interuentu iam eò tendat, vnde satiet appetitum. Quapropter appetitus origo duplex esse videtur in materia, vna quidẽ prima & remota quæ est absoluta imperfectio materiæ, cùm excludatur oĩ forma, atq. illiusmodi est habilitas, vt ab omni forma perficiatur ad cõplendam vniuersi perfectionem. Neque.ꝗ. præstò foret cui tot bona
C cõmunicari possent, quot ab eo quod primum est, ineffabili largitate funduntur, nisi talis natura esset in mundo. Quamobrem Themistius optimè prouidentia tribuit, ꝙ in mundo pręstiterit talem naturam. Altera caussa est definita illa priuatio huius.s. aut illius formæ quę contrario innixa est, vnde propensio nascitur in materia ad contrariã formam, nanq. ex hac planè proficiscitur, vt in hoc bonum suapte natura contendat, & ad ipsum, tanq̃ ad sui perfectionẽ directò agatur. Quemadmodum verò materia moueatur ad formã & ad actum illum deducatur facilè est explicare. Nam posito fine qui per se expetendus est, eodemq. qui cum efficiente conueniat & supposita materia, efficiens ipsum, cùm actu habeat eandem formã, per affectiones pręuias potestatẽ cùm actu commutat, eaq. est suppsius facultas & vis, vt cur ita faciat, nulla sanè alia caussa reddi possit. Proinde non iniuria Scaliger irridet illud cõmentum Cardani, ꝙ materia rapiat ad se formam cui nulla sit actio tribuenda, sed duntaxat accipiendi facultas, quinimmò in materiã bene subactam forma efficiẽtis ope seipsam insinuat. Neq. credendum, quod opinari video nõnullos, id à Galeno [a] significatum fuisse, cùm inquit exponens ea quæ sunt potestate, illa esse in quibus ipsa natura, idest, suo impulsu ad perfectum proficiscitur, si nihil extrinsecus impediat, ꝙ materia sola id præter, sed naturæ nomine quoq. vt eius actionis partẽ efficiens, & finem complecti vo- [a] 3. de tẽp. c. 1.
D luisse quæ, nisi actu & separata cõsistunt; at vires suas relinquunt in materia, ex quo sic moueatur, ac si pręsens esset efficiens. Consimiliq. ratione nõ ipsi materiæ tantummodò tribuemus progredi ad formã, quod inquit alicubi Aristoteles, [b] sed ab aliis caussis adiutam, atq. promotam sic progredi statuisse putabimus. Nec illud omittemus & id naturale, & internum haberi, quanuis ab efficiente promoueatur materia, quod ab ipsa numero separatur, quia sit οἰκεῖον & conueniẽs, & plerunq. eiusdem rationis cum eo quod faciendum est: ex homine.n. fit homo, non ex scamno, sed ex artifice scamnum, siue & ꝙ homo faciat, & ꝙ fiat homo sit in vtroq. ingenitum; in artifice & ligno facultas cum agendi, tum patiendi sit omnis extrinsecùs. Nanq. etsi habitus est per se ipsum habilitas agendi, vt agere sit illi conueniens, & naturale; at habitus ab extrinseco deriuatur, & assuetudine contrahitur, non existit natura. Quapropter in materia, quo progreditur vlterius; eò quoq. crescit appetitus, & patitur seduci facilius, in re artificiosa nil vnquam tale conspicitur. Atq. interim vt obscurissimæ rei fastidium Platonica musa leuemus. Vide etiam vt ipsa rẽ hãc in Symposio cõmenta sit. Memorat.n. nata Venere Iouem diis natalitia prębuisse, atq. in eo conuiuio cum cęteros deos, tum Porum Metidis filium interfuisse, illum verò largius [b] 9. Met. T. 14. 13. Met.

potum.

p[o]tum,& nectare ebrium in Iouis hortos migrasse, somnoq. ibi se cedisse. Tum verò Penian (hæc autem est paupertas) quæ ad illud conuiuiũ mendicandi caussa venerat, insidias Poro, hoc est, copiæ coactam egestate struxisse, & cubuisse propter illum, vt ex eo, si daretur facultas, filium pareret. Itaq. à Poro fuisse cõpressam; ex eoq. concubitu grauidam factã peperisse cupidinem. Credo nunc facilè Penian idem esse apud Platonem atq. materiã, quæ nuda oĩ bono sese ad copiã conferat, quæ sit efficiens, & tanquam matrem Pori patris exoptare coniunctionem, ex qua mox oriatur compositum, neq. aliter, atq. ipse planius rem exposuerit in Timęo. sunt verò hæc illius verba. *καὶ δὴ καὶ προσεικάσαι πρέπει τὸ μὲν δεχόμενον μητρὶ τὸ δ᾽ ὅθεν πατρὶ τὴν δὲ μεταξὺ τούτων φύσιν ἐκγόνῳ.* assimilare enim decet id quod accipit matri, vnde verò patri: naturam verò, quæ inter hoc est, fœtui. Atque hæc de caussis appetitus in materia non minus Peripateticè, quàm Platonicè disputata sint. E

Soluuntur dubitationes propositę de appetitu materię. *Cap. XXIX.*

QVAE cùm sint, Auicennę dubitatio soluitur. Cùm enim quęrit ipse, vndénam materia consecuta fuerit appetitum illum insatiabilem, & omniuolum. Dicimus ipsum in tribus esse positum, in natura materiæ quæ per se facultatem habet, vt ab oĩ forma perficiatur; in priuatione certa propter quam indiga est huius certæ formæ, & in certa forma quam illa priuatio subsequitur, atq. in his ordine quodam per se, sed remotè sanè in natura materiæ, proximè verò in priuatione, deinde per accidens in forma cui adnexa est priuatio. Cùm verò sigillatim probatur, à nullo ex his principiis appetitum materiæ proficisci, quanq̃ ratio à diuisis coniuncta non valet, neq. à secundùm quid ad simpliciter, quibus mendis scatet vniuersus hic Auicennæ progressus, quia tamen seorsum oppugnari possent caussæ à nobis allatæ in eo quod singulæ sibi propriũ habent, etiam vtile fore puto, si accedamus ad singula: nam sic vniuersa frangentur. Quęrit igitur Auicenna primùm de materia, & caussas interrogat ex quibus appetitus ille nascatur, annè quòd careat oĩ forma, aut etiam ex tędio præsentis; aut ꝙ plures optet simul, aut ꝙ principium quoddam internum obtinuerit, vnde habilitatem illam assecuta sit. Respondemus hæc oĩa proficisci ex habilitate quam per se habet ad omneis formas; vnde infinitas illa appetitus emanat, & omniuolentia, vt sic dicam, propter quam assiduè vult eam formã quam non habet. Cùm verò confirmat ex eo propositum, ꝙ appetitus materiæ sit indefinitus, ideoq. etiam præsente satiari queat, neq. alteram exoptare; tantum abest, vt faciat contra nos, vt stet etiam à nobis; immò. n. aliam cupit, nec ea quam habet, expletur, quoniam indefinitus est. Neq. odio formam prosequitur quæ præsens est, sed odit adnexam priuationem, vt quiduis perpeti malit, vt illa exuatur. Non secus ac si quis amore fœminæ formosissimę captus extrema zelotypia laboret, atq. ita illam odio habeat, vt modò morbo illo curetur, etiam fœminam illã, quanuis pulcherrimam velit amittere. Proinde eo cauillo Auicenna implicatur qui est ab eo quod est per se, ad id quod est per accidẽs, nanq. afficitur per se tędio priuationis, sed cùm hæc sit affixa formæ præsenti; ex hoc efficitur, vt ex euento præsentem formã odio prosequatur. Quòd aũt plureis formas optet materia, simul quidem fieri nequit, sed id per successionẽ fit; earumq. successio existit quæ ordinem inter se habent: habent verò ordinem inter se quæ certam priuationẽ secum apportant; ea verò credimus esse contraria. sic ex vino fit acetum, & ex animali cadauer. Et id negatur ꝙ non adsit internum appetitus huiusce principiũ, quia sit essentia simplex, cùm initium hoc sit habilitas quę sua ipsius est natura; sic tamen, vt illa taq̃ subiecto fundetur; appetit. n. materies, & pulsa priuatione, & forma, cui affigitur, cum forma noua cõiungitur, & propagat cõpositum: verùm priuatione quoq. fundatur appetitus, & per consequentiã forma veteri cui est adnexa priuatio; tamen hæc sunt appetitus initia, vt per quod. Habita ergo ratione eius quod appetit, illa dimissa eius per quod, est essentia simplex, & intrinsecùs habet ꝙ appetat. Idcirco in argumento cõprehenditur cauillus secundum figurã dictionis, dum cõmutatur subiectum vt quod, cum subiecto per quod. Fortè etiã quia priuatio nihil ponit in materia quod reipsa distinguatur ab ea. Quinetiam quia talis sit eius natura, vt ex ipsa cõtradicentia pullulent, & idcirco priuatio. Non me latet, & iam, Arist. ponere materiã pro eo quod est subiectũ idoneum moueri cum omnibus. s. suis conditionibus eoq. modo fit vt hæc oĩa quod appetit, & per quod vt vnũ habeantur, sed illa mea quidem sententia melior: Itaq. negabitur Auicennæ appetitum in materia non intrinsecùs esse. Cùm secundo loco opponitur, etiam formã non esse caussam appetitus in materia, tum ꝙ interitus sui cupidine caperetur, tum etiam ꝙ ipsa per se expetenda sit, quia bonum est, atq. diuinum. Ad primum dicimus id euenire per accidẽs: nam vt illam assequatur, ꝙ est præsenti cõtraria; eam hac exui quam habet oportet. ideò ꝙ hac spolietur, est per accidens, per se verò, ꝙ illam cupiat, eiusq. præsentia suum expleat appetitum. Verùm quia præsens, & futura sunt asystati, ac repugnant; hoc efficitur, vt hanc amittat, recipiat alteram. Ad alterum quoq. dicimus formam, etsi quatenus est in

F (beside "positum, in natura materiæ…"); G (beside "pit, nec ea quam habet…"); H (beside "fundatur appetitus…")

materia,

A materia, esse quiddam perfectũ; at si spectetur, vt affert habilitatẽ, & ordinem ad contrariũ, vnde priuatio deriuatur; sic est principiũ appetitus, vt id per quod appetit materia, neq. sanè vt appetens, sed vt ratio per quam appetitus ponitur in materia, nisi materiã ꝑ toto illo sumatur in quo motus actu perspicitur. propterea non licet dicere formã, aut appetere aliam formam, aut, quod maius est, appetere sui dissolutionẽ, quandò nõ id faciat, quatenus forma, sed quatenus habet cõtrarium, & est caussa per quam, non aũt vt quod: vnde cõplet vniuersam habilitatem materiæ, ex quo redditur capax nouæ formę: quapropter ẽt refertur hac rõne ad materiã, & cum materia numeratur. Vbi item opponitur tertio loco, neq. priuationẽ esse posse talẽ caussam, ne fortè sui interitum expetat. Damus id quoq., sed per accidens euenire dicimus eò, ꝙ priuatio caussa est, vt materia perficiatur, & in id instituitur à natura, ꝙ si ex eius perfectione sequitur interitus priuationis. i. certè per accidens, neq. potissimè quæritur à natura: immò in hac re ita facit, quia sic facere necesse sit; facit. n. quemadmodũ faber optimus de iis quę fieri possunt id quod melius est, vt veluti nauta, qui, cum plenis velis in portum peruenire non possit, secunda, vt aiunt, [a] nauigatione contendit. Quod postremò obiicitur id quod appetit, agere secũdùm naturã, priuationem verò non esse materiæ naturam. At id quod est appetere secũdùm naturam, verum esse fatemur in appetente, non aũt in rõne appetitus, & in eo quod perfici oportet cuius ingeniũ est, vt habeat propensionẽ ad appetendum. Neq. per eam vocem [secundùm naturam] notari putamus rationẽ per quam fit appetitus, sed propensionẽ in appetente quæ comitatur ipsius naturæ: immò est suaipsius natura, hanc verò potestatem esse constituimus. Nec ille nos cauillus obturbat. Si materia ꝑpter priuationem appetit, multò magis appetituram priuationẽ, & molituram sibi interitum. Nam cùm attributa respiciant tum caussas, tum etiã subiecta, verè dicuntur inhęrere in subiecto, & εἰδικῶς. i. formaliter: at in caussis insunt ambiguo quodãmodo & αἰτιωδῶς, potes dicere caussaliter, & planè modo quodã præstantiore, vnde non est necesse, vt ea caussã cõsequantur quæ cõsequuntur subiectum. Sic in proposito priuatio caussa est appetitus, propter quam. s. materia formaliter appetit: at nõ illi inest è vestigio formaliter appetere, sed appetitus in illa est, vt in caussa, non secus àc calor ab Arist. [b] dicatur esse in motu: non, quia motus sit calidus, sed quia sit caussa, vt id quod mouetur, incalescat. Non ergo par est ratio denominationis in caussa, & in eo cuius pars est ipsa caussa, sicut etiã neq. par existendi modus, & caussæ quidẽ magis inest attributum: non tamen per illud caussa magis est talis, ita de priuatione & materia dicendũ est. Quanquam id quod dicimus, vniuersè pertinere põt ad oẽ caussę genus. At nouus hìc scrupulus exoritur, quoniam sic fieret, vt deterius appeteret sẽper id quod melius est: contrà tamen vsuenit non infrequenter, vt cùm mas appetit fœminã, & viuens tendit ad cadauer. Præterea falsum est, appetitũ semper eius esse quod non habemus. cùm thesauros possideat auarus, idemq. diuitias angustissimè quęritet, & ego beneualeam, & tamen operã dem bonæ valetudini. ita quoque materia, cùm habeat formã perfectam, non appetet aliam, sed eam appetere poterit quam nunc habet. Rursus eodem reuoluitur. Nam si materia per formam cõseruatur, eam verò tollit forma adueniens, vtiq. materia ad interitum sui properabit. Vltimò habet in se bonum quod experitur, alterum nõdum experta est, an sit bonũ. quare bonum certum cum incerto, veluti canis ille carnẽ cùm simulacro commutabit, quod sanè absurdum est. Nanq. vt ille inquit,

Ben gioco è di fortuna audace & stolto,
Per' por l'incerto e'l poco il poco & molto.

quocirca poterit error committi, quem tamen nullum ponimus in appetitu naturali. Ob hæc fortè aliqui defendebant, oẽm transmutationem ex vna forma in alteram esse violentã, vt si ex aëre fiat aqua. At si materiam volumus in oĩ transmutatione in suam niti perfectionẽ, quis est adeò rerum ignarus, vt perfectionẽ credat aduenire pręter naturam? Huc accedit quòd Arist. [c] vbertimè testatus est, generationem esse motum naturalem. Ea verò omnia quæ fuerunt opposita, facilè dissolui possunt, & cum dictis optimè cohærent. Nam primùm diluitur: eo quod peius appetitur, non primò, sed vt instrumentum, & per aliud in iis quæ sunt secundùm naturam, per se verò natura semper appetit id quod melius est, & in naturæ ordine per se semper appetit ipsa potestas; appetitur autem actus, priuatio repudiatur, & forma illi opposita quæritur. Et potentia semper ex actu perficitur, siue sit indeterminata, vt in materia vniuersali, siue determinata, quam signatam vocant. Illa sanè vniuersalis ex quaque forma, signata verò ex hac, vt non ex alia, quod enim bonum est in natura, non ex bono simpliciter, sed ex eo quod cuiq. bonum est, perfici solet. Nunc potestas actui cedit, & priuatio formæ. Ex hoc efficitur, vt perfectius semper appetatur, & à deteriore in melius semper mutatio fiat, talis n. planè est processus à contrario in contrarium; quippe quòd perpetuò subeat rationem potestatis ad alterum. [d] Est ẽt quod secundùm naturam simpliciter & secundùm quid; ac simpliciter quidem id quod est secundùm formam, secundùm quid autem quod est secundùm materiam; talia sunt morbus senium, decrementum, mors. Vbi ergo natura tendat in deterius dicimus, item id non nasci ex eius

[a] Eustathius.
[b] 7. Met.
[c] 2. Phys. T. 1. 5. Phys. T. 55.
[d] 3. Phys.

eius appetitu (semper.n.appetitur id quod bonum videtur) sed ex necessitate materiæ. Ad secundam verò dubitationem sic dicendum est, appetitum eius esse quod abest, quatenus huiusmodi, siue id non dum possideatur, siue quoquomodo priuationē respiciat, & generatim in mobilibus quia non tota simul accedit alicuius rei possessio, sed tempore præfinitur; & absentia formidatur; adest pro tempore appetitus, q cùm à substantiis separatis abhorreat; efficit vt in perpetua fruitione occupentur. Itaq. opto ego sanitatem; verùm non eam quæ præsens est; sed crastinā; & optat auarus diuitias, quas nō habet; iis fruitur quas possidet. Et profectò fruimur præsentibus, optamus ea quæ nō habemus. eorū, si Platoni [a] auscultamus, est ἵμερος, horū est ποθός. Itaq. genus illud appetitus aliqui cū adiecto cōplacentiæ significat; quasi sit ambiguè appetitus. E

[a] Cratylo.

– At mihi plaudo, inquit ille,

Ipse domi, simul àc numos contemplor in arca.

Ceterùm & eorum retinendorū appetitus esse potest, quòd abesse queant: sed cùm hoc aliquam notionē futuri temporis afferat; non nisi ad voluntatē pertinere arbitrabor: appetitus.n.& multo magis ille qui est naturalis, id habet, vt nō respiciat tempus. Tertię dubitationi dupliciter occurri potest, primū negando formam conseruare materiā; quasi eius natura potius à priuatione conseruetur. Sed, cùm videam scribere Arist. destructa forma destrui materiam, si omnem, saltē proximam. Cùm obseruem quoq. admirabilem præceptorem semper intendere oculos ad bonū, & ex eo caussas vniuersas mutationis constituere; materia verò gemina habeat potestatem, & qua vergens ad oppositum occurrit ad priuationem, non ens, & qua respicit formam, hæc verò præstantior est; hoc sumpto principio dubitationem sic è medio tollendam puto. Nego verò illud effici, vt appetat sui ipsius interitum, eo quòd materiæ potestas indefinita est, & ab omni forma perficitur. quare non magis hęc illi secundū naturam est, quàm futura, nec magis illi bona hæc est, quàm alia; neq. ipsi præter naturam, aut vlla violentia prorsus accedit; nisi raro admodū velut in monstris, cuius ratio non habetur in natura. Addo etiam ad deterius non esse appetitū, sed ita contingere ex necessitate materię, quare & id euenire ex natura, si non simpliciter, at aliquo saltem modo. Sed cùm & huc motus quodam actu terminari videatur, & ad eum esse potestas, secundam solutionem cæteris præferendam puto: ex cadauere.n. fit elementum, quod item à natura intenditur. Quòd si qua vis illata conspicitur in transmutationibus, ea certè formam intuetur, cui futura aduersatur. Sic.n. motus ignis ad inferiorē locum illi vim affert; sed propter eam potestatem q̃ habet ad terram, est naturalis. Cùm.n. id quod est secundùm naturā sit, vel secundum naturā formæ, vel secundùm naturā materiæ; motus hic si nō secundùm naturā formæ, at secundùm naturā materiæ naturalis est. Atq. id sat est ad conseruandū motū naturalē. Vltimū intereà negatur; sed caussa negationis vt explicetur, eget longiore sermone, quē, vbi alia quæ ad appetitū materiæ pertinentia dici solent, sedulò animaduersa erunt; aggredi instituimus. Interim hac admonitione contenti simus. Efficiens incutere materiæ appetitum boni imminentis per præuias affectiones, & iis quasi illecebris trahere ad bonum materiam. F G

" *–veluti, cùm pueris dant crustula blandi*

" *Doctores, elementa velint vt discere prima.*

Dubitationes aliquæ in medio afferuntur contra decreta de appetitu materiæ. *Cap. XXX.*

ATTAMEN & aduersus ea quæ supra constituta fuerunt de appetitu materiæ, multa quidem Scaligero dubitata comperio, quæ sanè, si conniueam, atq. dissimulem, iniuriam tantæ eruditioni fecisse existimer. Ipse.n. totis viribus in id incumbit, vt doceat nullum appetitum materię ad formas esse tribuendum. Ideò nos admonet hic locus, vt de his breuiter aliqua disseramus. Ait.n. nihil id appetere q adsit: at formæ omnes adsunt materiæ: nullam igitur appetit. Nanq. hæ materiæ indiuiduatę partes sunt materiæ primę, quæ vna est: in his autem partib. insunt omnes formæ. Neq. illud vetat, quominus ita credamus, quia cùm pars quædam sub imperfectiore forma consistens appetat nobiliorē, omnes eius partes celestem formam appeterent; aut si illam adipisci non possent, q plusquam genere seiuncta foret à nostrate, saltem humanam exoptarent: id verò absurdum esse, non est difficile demonstrare: quandoquidem is appetitus esset frustra, q quidem naturæ ordini mirum in modum aduersatur. frustra verò esset ille appetitus; quia de eo laboraret quod iam haberet. Dicet fortasse quispiam id non euenire, quoniam variæ sint materię portiones sub diuersis formis. Nil igitur mirū, si quæ pars est sub vna forma, aliā partis alterius formam cupiat: at id est ignorare omnes materiæ partes esse vniformes, cùm materia prima sit vnum indiuiduum, neq. partes habeat à seipsis essentia differētes; idcirco neq. affectibus qui comitantur essentiæ. quamobrem neq. appetentia. Propterea pars vna non appetet alterius partis interitum: appeteret aūt, si formam eius exoptaret. Insuper appeteret omniū formarum ignobiliorum perniciem, idq. per se: neque.n. per se habitum meliorē appetere pōt, H

nisi

A nisi per se priuationẽ deterioris appetat. Postremò nõ videtur id esse verũ euidentissimis naturæ ipsius exẽplis. Nanq. ex hoie vermes oriũtur, nõ fuit aũt verisimile naturã tanto appetitu nisi sese exuere humanã formã, vt delitias cadaueris fœtidissimi nãcisceret, à quib. vermis faciẽ formamq. indueret. Hęc Scaliger, quibus & alia nos subscribamus quę ad eiusdẽ appetitus notitiã pernoscẽ dã aliquid valeant. Nam, quia materia est potestas, & oculis ꝓpemodũ paribus opposita intuet, licet nõ ob parẽ vsũ quippe ꝙ primùm respiciat formã, q̃a ens, bonũ, & per se expetendũ, mox priuationẽ; quia gratia formæ ꝙ vnius interitus est ortus alterius. postq̃ bonũ est p se expetẽdũ, neq. id cuiq̃ dubiũ vr, esse in reb⁹ natura cõstãtibus appetitũ formę & esse; possit'ne vllo modo cadere ĩ appetitũ priuatio & nõ esse. ac misso appetitu naturali, de appetitu generatim disseramus. Docent verò historiæ equũ cognito incestu se dedisse pręcipitẽ, necnõ elephantẽ amore cõtabuisse: multi quoq. sibi mortẽ cõsciuisse tradunt. Verùm ꝓpter illa q̃ ab initio dubitata fuerũt, toti⁹ existimauit Scaliger si ita diceret, sic cõditã fuisse materiã, & formas illi tributas, vt sua quæq. cuiq. acquiescet, neq. positũ in materia fuisse mutationis appetitũ, sed tantũmodo perfectionis: perfici aũt sub qualibet forma quãlibet materię partẽ, & totã sub oib⁹. Cęterùm hęc excogitata subtiliter; sed tñ, vt populari modo nõ excedant: quamobrẽ nõ sine iudicio in exercitationib⁹ exotericis collocata: nihilomin⁹ auditu, q̃ de his acroamaticè dici queãt. Atq. vt à postremis exordiar, quib⁹ ei⁹ viri positio cõstituit, quis adeò rerũ ignarus est, q̃ cũ repugnantiã inter naturales formas obseruet, transmutationẽ non videat esse necessariã? ita, vt, q̃uis materia cõtendat in perfectionẽ, quia tñ ea sine trãsmutatione parari nequeat; ẽt si nõ primò, saltẽ secũdò mutationẽ exoptet. Pręterea, q̃uis q̃libet materię pars sit sub aliqua forma; nihilomin⁹, cũ reliquis priuata sit, priuationẽ comitẽ exui cupit, & alterã formã adipisci, vsq. adeò, vt, si tota materia sit sub oĩb⁹ formis, sĩgulę tñ partes oẽs formas appetiturę sint, modò in illis insit caussa appetitus, qui per certas formas, certasq. affectiones incutit, & ei⁹ fit ordinis, vt talis honoris capax esse possit. Neque. n. materia nostràs vnq̃ naturã cęlestẽ accipiet. Sed nũc rõnes exploremus. Qm̃ verò pręcipua ducit ab eo, ꝙ vna sit materia: paucis statuẽdũ est hoc loco, quemadmodũ vna sit, neque. n. est vna tm̃ rõne, sed vna ẽt re: veruntamen nõ vna ad numerũ sĩpliciter & positiuè, vt vnus homo, sed priuatiuè dũtaxat, quia. s. in seipsa nõ habeat caussas absolutas distĩctionis, vt ita dicã numeralis, sed ab extrinseco mutuet, nimirũm à forma. q̃uis prima illi⁹ distinctionis caussa à materia sẽsili deriuet, cui comitat extẽtio, sed hæc aliàs. Ex eo, ꝙ sic vna est, oritur pugna inter partes eius, & priuationes oppositarũ formarũ, & subinde trãsmutationis. Quamobrẽ cõtinet prima rõ fallaciã ex figura dictionis; q. ppe ꝙ accipiat inesse singulis partibus id quod inest toti. Verùm ad ea sigillatim p̃stat vt dicamus. Itaq. cũ inquit ille, nihil

C id appetere, quod adsit. damus hoc cũ accipit oẽs formas adesse materiæ, cõcedimus, vbi vniuersa materia sumat, negamus aũt, si accipiãtur singulę partes. Quòd verò approbare conat id quod accepit, ex eo ꝙ vna sit materia, frustrà conat. oportebat. n. nõ modò mõstrare materiã vnius essẽ ... fore, & vnã ad numerũ priuatiue tãtùm, sed ẽt positiuè, quod ipsi nõ licuit. Ex quo ẽt illa tollunt, ꝙ materia vniuersa ad vnicã, atq. illã perfectissimã formã aspiret: nã cũ sit vna ad numerũ priuatiuè (quia varię formę, quib⁹ ipsa informat quas varıæ priuationes cõsectant, singulas eius partes inter se distinguũt) nõ sanè ad vnã summã vnaquæq. cõtendit, sed ad oppositã illã, cui⁹ ipsa sustinet priuationẽ q̃, qualiscunq. sit, si cũ sua priuatione conferatur, boni sẽper habet rõnem. Neq. frustra nitit in id natura qđ habet; qñ, tametsi tota materia formas oẽs in se retinet; at non ita de singulis dici põt, circũ quas oẽs mutationes fieri solẽt. Neq. itẽ ob id sui interitũ, aut materiæ sĩpliciter appetũt, sed perfectionẽ quę particulatim cõmunicat: ꝓptereà ꝙ ipsa vniuersè respicit oẽs formas. quamobrẽ ẽt si hæc intereat, qm̃ ꝓ illa noua resurgit; nil inde incõmodi capit. Partes aũt singulæ, cũ abiiciant eã priuationẽ q̃ habent, necessariò perficiunt: neque. n. forma cũ forma per se cõmutatur, quemadmodũ ipse falsò arbitratus est, sed priuatio cũ forma perpetuò, atq. illa, cuicuimodi

D fuerit, rõnem sẽper habet imperfecti. Iã verò quod ipse experiẽtia cõfirmare conatus est, tã ꝓpè ruinas minatur, q̃ ędificiũ sine fundamẽtis. Docuimus. n. suprà naturã nõ ab homine per se tẽdere ad cadauer, atq. inde ad vermes, & elemẽta, sed p accidẽs: per se verò à potestate cadauere ad actu cadauer, & ab ei⁹ priuatione ad ipsũ, veluti formã, & q̃uis forma turpissima videat; at nihilominus aliquid obtinet act⁹, atq. diuini & pulchri.[a] Quocirca monebat nos Arist. ne viliorũ animaliũ disputationẽ, & perpensionẽ puerili quodã fastidio sperneremus; neq. dignũ nobis esse tale cõsiderationis gen⁹ ægreferre; qñ nulla sit res, in qua quiddã nõ insit admirandũ, neq. obscurũ illud est, quod Heraclit⁹ ad eos dixit qui vererent ingredi ĩ casã furnariã in qua fortè sedẽs ille calefiebat, vt fidẽter ingrederẽtur, ꝙ neq. illi ẽt loco dij deessẽt, & illud Thaletis. Oĩa diis esse plena. quo fit vt turpis sit eius priuatio. Igitur, si secũ cõferant, id ꝓfectò quod obtinet locum termini à quo, & vnde incipit trãsmutatio, sẽper imperfectius habendũ est, q̃ alter ille terminus in quẽ ipsa desinit. Ad alterã verò quęstionem. Ego planè cẽseo naturalẽ appetitũ sẽper eo terminari quod est: neq. nõ esse experi, vt quodq. vel ĩ numero, vel ĩ specie ad ꝑpetuitatẽ aspiret. Sed vbi adsit aliqua cognitio, vel bruta, vel rõnis cõpos: sĩpliciter ipsũ experendũ nõ esse ducimus, sed per accidens: hoc aũt

[a] 1. de par. c. 5. 1. de An. T. 86.

multis modis esse contingit, vel integra rõne, & iudicio, vel perturbato, atq. ibi sanũ est iudiciũ, & ratio recta, si id cõstanti ꝓposito fiat, atq. ita, vt optaret ẽt vir prudens, & extra affectũ cõstitutus, idq. duobus planè modis: aut. n. vt melius sit posteà sĩpliciter, aut quia deuitetur malũ, & nõ esse minus malũ reputetur: generatim verò bonũ, aut quod imaginẽ boni præsefert, illud est, quod appetitur. Nam minus malum habet speciem boni, atq. illud demũ quia nõ sic bene viui censeatur, rectè ne, an secus fiat: propositum spectandũ est, atq. consilium. Nam multa sunt quæ mortaliũ vitam circunstant, [a] & molestã faciunt & acerbam, vt morbi, dolorũ intentio, tempestates, vt, si hæc cõsideranti Optio à principio detur, non nasci potius, q̃ hæc experiri velint. Quis. n. vt esset, optaret eam valetudinem, qua fruebatur Herodicus, quem ferunt oĩbus illis, aut plurimis abstinuisse, quibus reliqui homines vterentur. Sed fac hos esse nimium molles qui aduersis resistere nequeant: quæ nam est obsecro puerilis vitæ cõditio, ad quam nemo prudẽs, ẽt si queat, redierit? Ac multa quidem, vel voluptatis dolorumq. expertia, vel præsegerentia voluptatem, nõ honestã tñ, eiusmodi sunt, vt nõ esse, q̃ viuere melius iudicetur, idq. à bono viro qui aliorum norma esse debet: nam multos voluptariæ vitæ sed ediſſe scimus, eosq. vituperatos esse nouimus, & Sardanapalum, & Smindyriden Sybaritam, & Heliogabalum, aliosq. complures. Ac in vniuersum, si in vnum oĩa conferas, quæ vel agunt, vel patiuntur homines inuiti (quia neq. ipsius gratia) præsertim, si tempus miseriarum fuerit diuturnius; cur magis viuere, q̃ non viuere eligatur? certè nihil obstat magis beatitudini quę est finis humanus. Eodem pacto neq. ob cibi venerisq. voluptates, si vita reliquis destituta fuerit, quas, vel cognitio, vel visus, aut sensus quispiam alius suppeditarit, neu q̃, nisi seruile mancipium, magnopere sibi vitam exoptandã iudicarit. patet. n. à bruto sic affectũ hominẽ nihil distare, adeò, vt bos Aegyptius, quem, vt Apin colũt, hic monarchis multis modis præstet. Eadem rõ est de somni voluptate. Quid. n. refert, siue à prima natiuitatis die ad vltimã vsq. somno profundo stertas, an vitã plantæ viuas, his similis est in vtero infans. Hæc igitur, nõ ex iudicio vulgi, sed sapientum decreta fuisse perspicimus, vt generatim cõcludi liceat, vbi prohibeatur finis qui cuiusq. formæ ꝓprius est, non esse, q̃ esse fore optabilius. Itaq. Anaxagoras ambigentem quendam & quærentem, quare viuere potius q̃ non viuere expetendum sit, iussit cęlum, totiusq. mundi constitutionẽ, & ordinem cõtueri: sentiens vitæ cupiditatẽ non nisi scientiæ cuiuspiam gratia esse honorandam. Nanq. hic est in homine finis oĩum postremus, & præstantissimus: Sed, vt diximus, non est idem omnium eligentiũ non esse, propositum atq. consilium, neque oẽs æquè laudandi. Haud. n. crediderim ita cõmendandum esse Appij Claudij Regilliani consilium, vt Lucretiæ puellæ, cũm ille stuprata Virginia Virginij Centurionis filia, in carcerẽ à populo crimen vlciscente coniectus, sibi manus intulerit; hæc verò, q̃ ægresceret purissimũ suæ pudicitiæ florem ab impurissimo viro violatum, atq. corruptum. Nanq. ille ob iudicij timorem sese peremit; illa ne dedecus amissæ pudicitiæ sustineret. Neque Otho vir mollissimus (quantumuis extremũ eius consiliũ laudent scriptores) eadem caussa permotus à Vitellio victus apud Bebriacum, sibi mortem consciuit, aut Pyramus se gladio confodit, qua Hannibal ab amicis Romanorum circunseptus, hausit venenũ, quod in anulo gerebat. Et Cato seipsũ interfecit. Hic. n. ob rerum desperationem & animi prauitatem se sustulit, quod prorsus ignominiosum est, neque cõmittendum Hannibal ex animi celsitudine. Cato q̃ vt reliqui Stoici meliorem statum expectaret. Illud oĩno fatuum, quod inseipsum patrauit Cleombrotus Ambraciotes, qui lecto Phędone se præcipitem dedit è cliuo, vt animi immortalitatem experiretur, aut quod à Milesiis virginibus factitatum fuisse legimus: eas repentè nulla euidenti caussa, voluptatem mortis obeũdæ cœpisse, ac deinde plurimas vitã amisisse suspendio. hoc opus insaniæ. Ceterũm illa, vel metu maioris mali cõmissa, vel spe boni maioris. Ita etiam fit, vt nõ esse per accidens expetendum sit.

[a] 9. Eth. c. 11. 1 Eth. c. ad Eud. c 2 2. Reth. c. 5.

E F G

Vtrum'ne moueat finis, quatenus est, an potius quia non sit. Cap. XXXI.

H

AT verò quanuis appetat materia, eademq. suapte natura moueatur ad finẽ adipiscẽdum: tñ initia quę motũ hũc efficiant, in se nõ habet, sed ab externo excitatur, & mouetur quod eã afficiat ad eiusmodi finẽ quem illi demũ imponat id quod anteà munus efficientis esse dictum est. Proinde & finis, vt existat, pręter subiectũ requirit ẽt agens (loquor. n. modo de fine illo, qui terminus est trãsmutationis) quocirca & efficiẽs hoc mouebit, vt illũ assequatur: ita & efficiẽti materia substernitur; finisq. illi ꝓpositus est, & quemadmodũ euenit efficiẽti volũtario, vt ea, quæ agit, gratia cuiuspiã finis agat, & appetat finẽ, sic de naturali efficiente cẽsẽdũ est. Generatim verò quod appetit, boni speciẽ appetẽti imprimit. Quanq̃ speciatim appetit volũtariũ efficiẽs id quod habet ꝓ bono, seu verè sit, siue ẽt tale reputetur. Efficiẽs aũt naturale appetit id qđ bonũ est, nõ tñ id quod ita videtur. nãq. nihil illi bonũ videri põt quo reuera nõ sit: non. n. plura sũt naturalis appetit[9] initia, veluti volũtarij, sed sĩplex est, & vniformis appetitus ille naturalis. Verumenimuero hoc, vt dixim[9], admirabile. Nã finis officiũ ẽ moueř, hoc aũt fit ab eo qđ ẽ actu. At qđ appetit agẽs volũtariũ, iã est actu quippiã: etenim in mẽte est, aut phantasia species ei[9] rei q̃ cõsequi vult à qua

mouetur,

A mouetur,& per quam mouet materiã. Sed in efficiente naturali nihil hũi fingi potest. Idcirco Plato cõfugit ad Ideas, secũdùm quas opifex mũdi singulas rerũ formas in sensibili mũdo produceret, earumq. productionẽ tribuit mẽti. Atqui apud Arist. ideæ non sunt. Neque verò ꝓbabile est velle ipsum formã suã; iam.n. obtinuit. Cõsimiliq. modo nõ est forma & species in mẽte efficiẽtis volũtarij, atq. in re quæ faciẽda sit, quòd.n. ibi secundùm formã est,& intentionẽ, vt aiunt, in re postea faciendũ est,& in materia ponẽdum. At forma naturalis eodẽ modo est in ipso efficiẽte,& eo quod efficitur: qm̃ vniuocum per se fit ab vniuoco. Atq. illud admirabilius; quippe ꝙ aut fatendũ sit, efficiens nõ moueri à fine, aut ei, quod nõ est, tribuendã esse principẽ rõnem caussæ, omniumq. potissimã. Nam tũc actu finis est, quando nil ampliùs agit efficiẽs, & iã motus oĩs cessauit,& tũ agebat efficiens, qm̃ nõ aderat finis, & agebat, vt imponeret finẽ. ei verò quod non est, tribui, ꝙ optimũ sit, ꝙ moueat, & alia cõplura quæ sũmã perfectionẽ consecuta fuerint, oẽm superat captum. Qm̃ verò ex huius quæstionis explicatu petitur occasio dissoluendi nodos oẽs; eam ante alia tractemus. In hac re nobis explananda viri elegantissimi, atq. eruditissimi laborarunt. Nam dixerũt Latini vetustiores, finẽ ita mouere, quatenus est in animo, & quanq̃ hoc ad agẽtia volũtaria potius pertinere, q̃ ad alia videbitur, quia tñ notior nobis est agendi rõ in nobis ipsis, q̃ in naturalibus liceat ea quæ de nostrarũ actionũ principiis cõcluduntur, ad naturaliũ motionũ primordia transferre. Mirum aũt videtur id quod positũ est in intẽtione solùm,&, vt fertur, ens rõnis, vt aut producturũ sit id quod reipsa futurum est, aut idem met reipsa futurum.

B Rursus, si medici finis est id quod est in aĩo, nullis opus erit instrumẽtis, aut operationibus quib⁹ finis ipse cõparetur, sed per se nulla ope aliũde implorata sanitatem consequi poterit: nanq. sanitatem semper habebit sibi præsentem. Addo etiam quòd iam finis esset, neq. vlla actione opus insuper foret, nihil.n. differret forma sanitatis ægro restituendæ, ab ea quæ est in mente medici. Insuper forma & finis idem ad numerum existunt, solaq. ratione seiungũtur. Atqui forma nõ est illa quę in mente medici præcessit, sed alia numero diuersa. Hæc quoq. pertinent aliquo pacto ad ea cõuellenda quæ de fine naturali dicuntur, qui efficiẽtis appetitu fundatur. Et quanuis adiecerit Zimara hũi appetitui, quam vocãt intentionẽ, tendentiã ad bonitatẽ quæ reipsa est,& ob id appetenda: non plenè tñ satisfacit, nanq. tendentia hæc, aut est ꝓpensio naturalis, siue efficientis, siue materię, aut ꝓgressus,& actus eius quod iã mouet, aut mouetur. sed quõcunq. sumatur, sẽper respicit id quod non est. Quòd si dixerit nõ esse hanc ipsã bonitatem; esse tñ bonitatẽ simpliciter à qua mouetur. At inquam ego efficiens nõ cupere bonitatẽ simpliciter, neq. talem communicare materiæ, sed hanc huic,& eam quam põt, & cuius id cui dat ipsã, capax est. Dantur.n.

C formę ꝓ viribus efficientium,& quę sunt merita materiæ. Neq. hęc ratiocinatio diuersa est ab ea
» quam intulit Arist. [a] aduersus Ideas ostendens eas nõ esse caussas actionis. Dubium.n. inquit, est, [a] 1. Eth. c. 6.
» q̃ vtilitatẽ consequatur faber, aut textor in arte sua, si bonũ ipsum (hoc verò est vniuersale) co-
» gnorit, vel quõ medicus ad medẽndũ, aut dux ad imperandũ peritior reddetur, si ideã ipsam con-
» tẽplatus fuerit. Nam neq. ita speculari sanitatẽ medicus videtur, sed hominis sanitatẽ; imò verò
» fortasse huius hominis sanitatem; quippe cùm singulis medeatur. Propterea quidam à pondere difficultatis oppressi genus oẽ finis in cogitatione collocarunt. Et qm̃ de illorũ fine qui agunt voluntariè, nõ vr̃ esse dubitandũ, naturaliũ quoq. efficientiũ finem ponũt in intentione primæ mentis in q̃ nullus error cadere põt. Deinde, cùm intentio nõ efficiat naturã finis eiusmodi, vt moueat actu, remq. ꝓducat; aiunt finem esse partim in re, partim abesse, veluti sanitas quæ à medico restituenda est, partim est in humoribus, partim nõdum pręsens est. Ea igitur rõne qua pręsens est, vim habet mouendi, quatenus verò abest, habet facultatẽ excitandi appetitus; & est, vt inquiunt, pręstò facultas, absolutio tñ deest. in efficientis verò intentione vniuersum finẽ refulgere: ex hoc autem effici, vt ab efficientis ipsius mente totus anticipetur, appetatur, atq. ita moueat efficiens.

D Quòd si dubites, quia totus finis in aĩo medici sit impressus: ergo & esse actu totũ tribuunt id aĩ viribus qui plus interdũ põt, q̃ ipsa natura. Hæc docent viri sapientissimi. Mirabile verò est id mouere, quod est facultate, quemadmodũ si sanitas ponerẽ in humoribus, est.n. ibi vt in potestate ꝓpatibili,& vt in materia.& vt quę futura sit,& actu in materia inest eius priuatio. Pręterea, qm̃ mouet; quęro, an'ne moueat, tanq̃ efficiẽs, an vt finis, si primũ dederis; hoc nihil ad rẽ. præterq̃ ꝙ incõgruũ est, idẽ mouere vt finẽ, atq. vt efficiens ad seipsũ: simul.n. esset & nõ esset: haberet & nõ haberet, ꝙ si, quatenus finis; at mouet ille tanq̃ optabilis; optabile aũt, quatenus nõ est, finis igitur ita mouet, quatenus nõ est. Confugies, opinor, ad mẽtẽ in q̃ nullus cadit error. Atqui sic efficies, eam tantùm abesse à fine, vt & ipsa gratia finis alicuius agat: eoq. præsertim id pro falso habendum est, quo credimus ex sententia Peripateticorum mentes beatas nil infra seipsas intelligere. Mitto ꝙ Arist.& motus illius qui ab efficiente pręstatur,& eius qui fit in materia, caussam ita reddere consueuit, quoniã illa sit eorum vis,& natura, non aũt quia sic à mente concitetur. Nanq.& finis appetitur suapte natura,& efficiens suopte impulsu bonũ consectatur,& materia secundùm naturam appetit. Neq. verò cogitare debemus, res naturales ferri in finem suum, veluti sagittam

quæ nō cieretur aliquò, nisi dirigeretur à iaculante: quandoquidem habeāt res naturales ingenitam propensionē per quam vnumquodq. afficitur, prout cōuenit suæ cuiusq. naturæ. Sed & ipsa prima mens mouet vt finis, quòd eam singula cupiunt imitari, & imitando, quoad possunt, assequuntur: dum imitari volūt, nondum habent, atq. idem est ac si abesset, igitur & de illa quærendum est, quemadmodum moueat. Hanc ego video nunc vagari sententiam. Nempe in fine duo contineri, primùm quod est res ipsa vt forma, & sanitas, alterum quod est rō mouendi, nimirùm quia nō sit, & quòd sit in intētione: illud planè mouere quod est forma, quæ itē futura est, non esse verò, aut esse in intentione nō mouere, sed esse conditionē mouentis: veluti conditio quoq. agētis est, collocari in conueniente distantia: quasi res moueat quidem, attamen quæ non sit adhuc nisi in intentione. Neq. id absurdum videri debere, quòd etiam si non sit, moueat tamen, quia nō mouet ꝓpriè, sed metaphoricè. id verò, quòd propriè mouet, actu esse oportere; alterum verò nō necessariò. Cęterùm, quo magis est caussa, perfectio, atq. optimū, eo quoq. magis esse, actuq. esse cēsendū ē. Neq. obstat, quòd motus ille sit metaphoricus, quamobrē ab eo quod nō est præstari possit; nanque etsi talis, tamen multò principalior est, atq. præstantior, quàm ille sit qui verus est motus, nec sine illo reliqui consistunt, & à multò nobiliore caussa proficiscitur. Quare tum beneficio caussæ, tum etiam rōne propria fit, vt actus iste sit à quo descēdit motus, velut à fine. Hoc certè dictum maximè repudiaret Alexander, & oēs illi contemnerent qui, cùm Deum moueri cōtendant, vt finē, nec aliū esse mouendi modū, qui 8. Phys. explanetur, quàm finis, resoluturi mouēs in eā definitionem, quę assignata est 3. Phys. inueniant, illud quod mouet, actu esse debere. Rursus mihi nō cōstat, quemadmodū finis ille sit aliquid per se, nisi potētia eo tēpore, tum verò non habet rationē finis, sed formæ, est. n. ille, qui terminus est operationis, & accedit materiæ: nam talis ille est cui potestas attribuitur. eoq. maximè quòd fieri potest, vt appetens non patiatur eo quod appetit, atque ita finis ille prorsus erit nihil, & in natura potissimè, in qua nullum est phantasiæ munus quæ sanitatis speciem formamq. retineat, cuius bonitatem experiens, inclinet animal ad appetendum, atque agendum pro ratione talis impulsus. E F

Edisseritur, quemadmodum finis actu consistat. *Cap. XXXII.*

CONFVTATIS aliorum sententiis, sequitur nunc, vt nostram in medio ponamus. Equidem existimauerim finē ipsum actu præcedere, quippe qui legam apud Arist. idem esse formam, finē & efficientem caussam, rōne & specie, numeroq. tantùm separari: præterea tali titulo finē ornatum esse cōperiam, vt immobilis appelletur: at nil potestati magis repugnat, quæ per se subiectū est transmutationis, actui nihil minus; quandò etiam purissimi actus tali nomine honestantur, ac nos olim docuimus eā formam quam efficiens vult dare materiæ, eandē esse, atq. eam per quam & est, & operatur efficiens, quæ posteà segregatur ab illo, materiæ priuilegio cui ipsa accedit. Idcirco cum finis, tum itē efficiens, sūt caussæ externæ, numero. s. ab effectu ipso secretæ. Quòd si ea finis est, anteq̃ accedat materiæ, & postq̃ accesserit, euadit in formam rei quæ gignitur: vtiq. & finis idem est, atq. forma efficientis, accepta, tanq̃ à singulari materia separata, & vniuersè: quo etiā fit magis, vt sit actus, quemadmodum nos ipsi defendimus. Ita non est finis in cogitatione & intentione solùm, verùm ēt reapse consistit: multoq. minus non est, neque potestate solùm; nisi potestatē sic accipiamus, quam alio modo dicimus ἐντελέχειαν, sicuti calor est in corpore solis. Sed tum maximè actus rō ad ipsum accommodabitur. Quòd si potestate esse sit illud, vt forma aceti est in vino. Verùm herclè nescio, vtrum'ne eo tēpore finis in formā degeneret. siquidem potestas sit in subiecto, hoc verò illud est, quod ꝓximè priuatū est, id verò manet adhuc sub forma cōtraria, & per se instituitur ad actū illū qui est forma, non aūt ad eū qui est finis, atq. ipsa forma, non aūt finis, erūpere dicitur è potestate materiæ. Quanq̃ & hoc cōmentum iis aduersatur quæ anteà cōstituta sunt, dum exponeretur de modo quo efficiens dat formā, ac doceremus nihil formę pręcedere in materia; eamq. oīs esse trāsmutationis extremum. Sed animaduertendū est efficiens geminā sustinere rōnem, vt homo, alterā quidē, qua est homo simpliciter, atq. alterā, qua est hic homo; sic ēt præcedere formā simpliciter: fieri aūt hanc formā, aut hunc hominē, ex huius formæ præsentia, id quod totū materiæ sensili refertur acceptum. Ita sicuti duplex est rō efficiētis, ita quoq. duplex est appetitus; vniuersalis. s. qui est cōseruatio formæ, & speciei totius, & indiuiduus, qui sanè huius est indiuidui, vt in Socrate generādi hūc hominem. Ille quidē vniuersalis per se est; hic verò per accidens; nēpe ob ipsius speciei cōseruationē, propter quod ordo perpetuus in mūdo retinetur. Ille qui speciei ꝓprius est, nunquā frustratur, sed si fortè appetitus indiuidui cadere pōt à suo fine. Veruntamen inter speciē, & indiuiduū talis nexus intercedit, vt species nō nisi per indiuiduū, finē suū cōsequi possit: nō. n. peruenire pōt ad actū, nisi per materiā sēsilē per q̃ fit oē id quod fit. At forma per hāc materiā protinus indiuidua reddit, & singularis. Quapropter verè finis est ipsa species, & forma tāquam separata, quæ mouet efficiens ad sic agēdū ob incussum eius præsentiæ desideriū, in qua posita est speciei salus, ex ꝓpagatione verò deducitur. G H

A deducitur. Ita fit, vt quoniam maximè separata, sit optima : malum.n. omne à materia proficisci-
tur, & priuatione quæ tale caussarum genus nõ attingunt. Ideoq., quòd optima maximè appe-
tatur; sit et maximè actu; quamobrem & maximè mouere possit. At quo pacto motus à tali ge
nere caussæ pręstatur; iam.n. audiuimus efficiens elargiri materiæ formã quæ sua ipsius est, gene
timq. 2. libro didicimus, à fine quoq. sic proficisci motum, vt ab ipso sit; vnde etiam in explica-
tione motus eiusmodi caussæ genus cõmuniter comprehensum fuerit. At non id in præsentia ve
stigatur : verùm potius illud inquiritur; vnde moueatur efficiens ad hoc agendum: in eo.n. primo
virtus, & efficacia finis elucet. Ad hoc igitur ita dicerem, efficiens id expetere, atq. velle, vt ea for
ma sit quam habet, quæ verè est sui ipsius boni desiderium. Quoniam verò in ipso talis forma
est, tanquàm in indiuiduo, neq. sic perpetuò conseruari põt, eam necesse est in alio cupiat esse;
hinc efficienti vis data est, vt alteri suam formã largiatur, eoq. efficientis perfectio consistit vni-
uersa pullulans à natura formæ quæ per se bona est, ob eamq. caussam potestati & materiæ, quæ
per se singularis est, cõmunicari potest, vnde etiam anteà dictũ est, formam, dum se alteri vult ex-
hibere, degenerare in efficiens, vt non aliter de efficiente nostro dicendũ sit, quàm de cœlo testa-
tus est sapientissimus Aeschylus (tametsi in eo genere agentiũ rẽ aliter se habere quandoq. doce
bimus) quasi ꝙ nõ minus amet terra arida cũ sit, irrigari, q̃ cęlũ ipsũ irrigare. Quamobrẽ inquit.

Ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα.

B in eo verò non est ea forma in quo ipsam esse exoptat. Ita igitur id quod ab efficiente exoptatur,
& à quo mouetur efficiẽs, actu est, cùm sit eadẽ forma simpliciter quam efficiẽs habet in se ipso.
Verùm quia in seipso indiuiduam habet quæ neq. speciẽ suppleat, vult ipsam in alio in quo non
est : ob eamq. caussam id appetit quod non est, quia vult esse in alio id quod in alio non est, neq.
tamen id quod mouet, atq. appetitur nõ est, sed non est ita, vt ipsam esse vult efficiens, videturq.
in hac re natura non secus agere, atq. sagax solersq. mercator, qui rem familiarem tueri cupiens,
cùm pecuniæ summã Antuerpiæ possidens, bellorumq. pericula reformidans, Romam versurã
faciat, mouent ipsum sanè thesauri quos iam possidet, quorũ ipse conseruationi studet, sed qm̃
Antuerpiæ periclitantur, eos esse vult, vbi non sunt, vt ibi saluentur, sic desiderium rei quam ha-
bet, excitat illum ad faciẽdam versuram, eiusq. quod nõ habet appetitus impellit : eos.n. Romæ
nõ habet, ideoq. versuram facit, vt Romæ sint. Idem efficiens materiæ formam offert, & per an-
tecedentes affectiones (sic.n. iam voco *διαθέσεις*, seu *παρασκευάς*) iniicit item illi desiderium
formæ, quo fit, vt neq. etiam materia cupiat id quod nõ est, sed ita appetat, quia velit in se habe
C re eam formam quæ præcessit in efficiente, ipsa verò non dum obtinuit. huic respondens alter
mercator Romę cõmorans, idemq. pecuniarum cupidus & egens eas quæ sunt Antuerpiæ, apud
se esse volens, vbi nõ sunt adæquat materiam quæ sibi adesse vult formam quam in efficiente ex-
peritur. Itaq. sic simpliciter oĩa mouentur ab eo quod est : idq. oĩ caussæ mouenti cõmuniter ac
cidit, siue efficiens sit, siue finis, & hoc modo motus ab vtraq. caussa proficiscitur. Ea postmodùm
est differentia, quòd finis per efficiens mouet, efficiens verò per se : tum etiam ꝙ efficiens absolu-
tè mouet, vt est : finis aũt actu quidem est, sed ita mouet, vt aliter sit, atq. nunc est. At verò quo-
niam non esse, & aliter esse ac nunc sit, eo fundatur, quod nõ habet, sed habiturum est, quod est
materia, qua priuatio nititur, ideò finis per se præstò sẽper est, nõ habere aũt est cõditio materiæ,
propterea motus ab illo deniq. tanquam ab eo quod sit, proficiscitur, & vt in eodẽ exemplo per-
stemus : sicuti mercator ille Romam facit versuram, vt cõseruet thesauros suos, ac si eos seruari
posse crederet Antuerpiæ, non faceret, & demum ita facit ab ipsis pecuniis quas habet, impulsus,
quæ solùm Romæ cõseruantur, &, vt quæ alibi sunt, ibi sint, vbi nõ sunt, vt ipsę sint, & pecuniæ
quidẽ per se sunt, ipse non tum possidens, eas possidere studet; itaq. mouetur earũ gratia scribit,
iubet, & ea deniq. facit oĩa quorum auxilio tuto possidere liceat, sic efficit prorsus ipsa natura.
D Proptereà per se inest talis motus in efficiente & materia ab eo, quod nõ est, quia non sibi est, sim
pliciter aũt, & per se ab eo quod est, & ab eo quod non est, ob eum finem, non vt ipse sit, sed vt
non habens obtineat id quod est. Pariq. gradu procedunt agentia cũcta, quoniam habent in se-
ipsis formam; cognitam quidẽ animantia; incognitam verò inanima : eamq. primùm obiiciunt
materiæ, & per antecedentes affectiones imprimũtur ipsi, vt quæ anteà cognita fuerat animanti,
velut artifici, forma ligni euadat, quæ sanè anteq̃ imprimeretur, erat finis; imprimitur aũt in ma
teria quidẽ, verùm sine materia, quia nihil ab efficiente & fabro secedit, quod valeat ad amplifi-
candam lignorũ materiam, sed forma, & species ab illo per motum existit in materia, [a] atq. ani-
mus in quo forma, atq. scientia est, mouet manus, aut aliud membrũ, motu certæ qualitatis aut
diuerso, à quibus efficitur diuersum, vel eodẽ, à quibus idem : manus aũt instrumentaq. mate-
riam mouent, & vtrobiq. non tribuitur materiæ multitudo, verùm perfectio. Cęterùm diuersa
est motio quæ fit ab arte; ab ea quæ fit à natura. Nanq. subiectum artis ad eam formam, neque
propensionẽ habet, neq. appetitum; vtrumq. est in materia naturali. Neq. id quod ex doctrina
Plotini professus est Marsilius noster, ab eo dissonat, quod suprà dictũ est. Ita enim quærit ipse.

[a] 1. de ge. an. c. 10.

» Dic age cum finis ipse ceteras moueat caussas: ideoq. omnes quodammodo antecedat, vt in arte E
» consilioq. apparet, vbinam finis in natura præcedit, ad quem naturalia destinantur? Sane cùm
» in materia nō præcedat, antecedit in motore materiæ. Quamobrem gaudeo quoq. mihi ipse, quod hæc cogitans cum tanto viro consenserim de modo quo moueat finis. Hinc soluitur illa cu bitatio quæ de materia proposita est: quemadmodum appetat id quod nondum experta est, & vt bonum certum cum incerto commutet. experitur.n.ipsum in efficiente beneficio præuiæ affectionis, & iam appetit id quod simpliciter bonum est, & idcirco sibi quoq. futurum est bonum: itq. est ordinatus naturæ progressus, vt quæ simpliciter bona sunt, etiam singulis bona reddantur, non aliter atq. iis, qui bona valetudine fruituri sunt; nil.n.aliud parat medicus, quàm vt quæ salubria sunt simpliciter, illis quos ipse curat, salubria quoq. euadant. Idq. est parare scientiam, vt ea quæ simpliciter nota sunt, nobis quoq. nota fiant. Sed pergamus ad reliqua.

De ordine eorum quę disponuntur à fine, & quemadmodum afficiat speciatim ipse finis. Cap. XXXIII.

QVEMADMODVM finis excitat agens ad præstandum suum munus, ita etiam illi suppeditat actiones & instrumenta deinceps, quorum auxilio seipso potiatur; eaq. sic inter se connexa & copulata sunt, vt id antecedat, sine quo consequens effici non possit, & tale consequatur, quale pôt ex illo erumpere, inde admirabilis ille caussarũ nexus in natura quo non modo hoc post hoc, verùm ēt hoc ex hoc perpetua quadā necessitate exoriri conspicimus, id quod aliàs docebimus esse fatale, & multò fusius exponemus, si ad rationē illam, qua D. O. M. hęc cūcta regit, vnquam peruenerimus. Hæc verò vniuersa in suo genere quoq. fiunt optabilia tum efficienti, tum ēt materiæ: nanq. & medicamenti potio ceteroquin amarissima, finis euadit, & eligitur à medico simul, & ab ægro; ab illo quidem tanquam efficiēte sanitatē; ab hoc tāquam veluti recu peratur: differunt tamen, q finis est per se & propter se expetendus; [a] at reliqua ꝑpter finē expetuntur; hic est simpliciter finis; illa simul instrumenta, vel opera sunt, & fines: nam si cum præcedentibus cōferantur; habentur vt fines; si verò cum sequentibus opera sunt, & instrumenta. Mouentur tamen oīa, & à virtute efficiētis aguntur, & ad supremũ finem pro ipsius appetitu diriguntur. Nanq. etsi finis ipse est à quo sumitur oīs occasio motus; at efficiens illud est quod oīa postmodo disponit ὑλικῶς & materialiter, & per se sensiles qualitates, & deniq. reipsa mouet singulis exhibens suas formas, nec quidē secundùm intentionem (vt generali modo exprimam id quod peculiare est animantium, propter appetitus analogiam) sed efficiendo & transmutando materiam. Et licet oīa dirigi à fine dicantur; id remotè prorsus euenit, & secundùm formam, & G ἀδικῶς, hoc est, sine cōmunicatione sensilis qualitatis, aut absoluto quopiam motu, & non sine interuentu efficiētis, vt posteà narrabimus. proximè verò ab efficiēte, quanquam ad illum finem diriguntur. Hinc factum est, vt finis non propriè, sed metaphoricè mouere dicatur. Me verò persuadet ob eam caussam dici finem mouere metaphoricè [b] differentia ab Arist. ipso allata inter finem & efficiens. Est.n.inquit, effectrix caussa, vt vnde principium motus, cuius aūt gratia non effectrix, nisi secundùm translationem: Etenim faciens, cùm actu fuerit, fit aliquid ipsum patiens; ita.n.verba illa vertenda sunt, καὶ γὰρ τοῦ μὲν ποιοῦντος ὅταν ὑπάρχῃ γίγνεταί τι τὸ πάσχον, ὅταν.f.τὸ ποιοῦν ὑπάρχῃ. cùm.n.mouet efficiens, fit aliquid per affectionē exceptam in eo, quod fit: at finis non ita mouet, vt afferat perturbationē & formam, sed suscitat efficiēs proximè, mox subiectum per affectiones præuias; ad extremũ sese insinuat in materiam, cuius signum, q habitibus in materia positis cessat oīs motus, & cùm sine materia moueat id quod iam est in materia; ex hoc efficitur, vt finis infinitatē quandam prę seferat, actiones aūt & instrumenta quodāmodo finita sint, quodammodo infinita. Nam finis omnibus extremũ est, quamobrem reliqua omnia H terminat, ipse nullo terminatur. Quoniam verò finis & infinitum prorsus repugnare videntur, quia finis, cùm sit terminus; etiam in seipso, & vt dici cōsueuit, formaliter habet rōnem finitatis, vt eam quoq. ceteris cōmunicare possit; infinitum ita interpretabimur ad id quod ipsius appetitu ducitur, potest.n.appeti in infinitum; infinitum etiam, vbi effectionē respiciat, quæ obitur in singularibus. Nam quam maximè artes, vt inde exēplum mihi petam; cupiunt illum comparare, vt medicina sanitatē, & species quam sibi ꝓponunt, absolutissima est, quia citra materiam operatur in mente, proinde nulla materiæ labe cōtaminata pulchritudinē suam numeris omnibus partibus quàm absolutā nobis ostentat: at quæ immutant, & per quæ immutant, vt instrumenta, & quæ accipiunt. ꝓpter materiæ contagionē atq. varietatem nunq̃ illam quam expetunt pulchritudinē consequentur, & longè admodum ab illa specie discedent, in quam ab initio contendebant, vt, si liceat hîc digredi tantisper, idem tibi monstrare possim in natura ex eo quod in arte ponitur istic. Nam quo quisq. melior artifex est, eo quoq. magis in operibus immoratur aliquid semper animaduertens quod in eo desiderari queat. Hinc plerumq. illa, quæ sine diuturnis lucubrationibus ex auctorum manibus excidêre; cum ipsis intereunt.

[a] 2. Phys.

[b] 2. de Ge. T. 51.

A *Non leuis ascensus* (inquit Cassius) *si quis petat ardua, sudor*
Plurimus hunc tollit: nocturno ex somnis oliua
Immoritur; delet, quod mox laudauerit in se,
Qui cupit æternę donari frondis honore.

Vt enim Græco senario fertur.

Ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δ' ὄκνον φέρει.

Hæc olim placuere Platoni; vnde cùm M. Tullius hausisset; suum illum oratorem informauit, qualis fortassè nemo fuit: non enim quęrebat quis esset, sed quid foret illud quo nihil posset esse præstantius: habebat.n. animo cõceptam eloquentię formam, quæ neq. oculis, neq. auribus, neq. vllo sensu percipi posset, sed cogitatione tantum & mẽte teneretur; qua nihil pulchrius excogitari valeret, itaq. & his quæ sub sensum cadunt; excogitare tamen licet pulchriora. An'ne Bonarrotius noster, cùm Dauidis, aut Noctis formã faceret, aliquem contẽplabatur, vt ex eius ore quasi imaginẽ exprimeret: an ipsius in mente insedebat species pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eaq. defixus ad illius similitudinẽ artem manumq. mouebat? etenim vt verbis Arist. vtar, [a] τὸ γὰρ παράδειγμα δεῖ ὑπερέχειν. i. exemplar excellat oportet. Eodem planè modo M. Tullius perfectæ eloquentiæ speciem animo videbat, auribus quærebat effigiem. Hęc illa forma est, non extra singula, sed quæ ratione & intelligentia continetur, & semper vno & eodem statu conseruatur: cętera quæ ex illa oriuntur, occidunt, fluunt & collabuntur: ad eius normam vniuersarum methodorũ rõ dirigitur. Hoc ergo summum, & optimum ab eo ꝓpter materiæ fluxum miris modis deflecti cõtingit, quod artifices cognoscentes morosi sunt, nec facilè inuenire possunt, quid illis satisfaciat, vt quamuis vnus Demosthenes inter omnes in eo dicendi genere emineret; nõ semper tamen aures Ciceronis impleret: ita erant auidæ & capaces, & semper aliquid immensum infinitumq. desiderabant. Nec satis audio Plinium Apellis auctoritatem approbantem, qui cum Protogenis opus immensi laboris & nimiæ diligentiæ contemplaretur, vbi cętera non sine magna admiratione persecutus fuisset, hoc vno se præstare dixerit, ꝙ aliquando manũ de tabula tollere sciret, quasi memorabili præcepto mouere voluisset nimium argutam sedulitatem nonnunquam esse damnosam. Verè enim illa enunciata fuisse. [a] poet.

B

Οὔποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν.
Οὐδ' ἐπὶ τῷ πραχθέντι ποιήσεις ὕστερον οὐδέν. quod est.
Ambulet vt cancer rectà haud effeceris vnquàm
Nec quicquam efficies vbi res erit ante peracta.

C Nisi id sibi forte voluerint vitam esse breuem, artem verò longam, quare satius fore, si quid existat, quodcunque illud sit, q̃ si nihil oĩno appareat. Sed eò redeamus, vnde digressi sumus. Finis per se finitus est; ea quoq. sunt in specie certa cum efficiens, tum materia: cęteroqui nulla præcepta tradi possent in artibus. Veruntamen vbi opus executuri simus, tum ibi maxima infinitas est, & plurimùm eius quod nos ab optato diuertat: est.n. singulare, in quo vires suas non rarò exercent casus, atq. fortuna. Proinde quando certa sanitas adipiscenda est, cùm huic, atq. hæc sanitas adipiscenda sit, eadem quoq. certis hisce remediis, hisce operibus actionibus, & hisce temporibus parari debebit, quæ propemodũ infinita sunt, & admirandis obnoxia varietatibus, sed ex hypothesi finis ad oĩa hæc est accõmodanda materies. is verò manet immobilis: quare illò tendimus quouis instrumẽto, & quauis actione vtamur, modò cõsequi valeamus, vt si pro fine rem habeat; rem facias, si possis, rectè, si non; quocunq. modo rem. Ex quo non finis ipsius varietas sed eorum est quæ instituuntur in finem, finisq. varietas in eo solùm posita est, ꝙ hoc mihi nunc bonum, aliàs aliter habeatur, sed postq̃ bonum iudicatum est, atq. constitutum, & appetitum; id prorsus immutabile manet, & certum. His itidem efficiens ipsum terminatur, & tantum efficit,
D eoq. prouehitur, quantum præsentium rerum conditio tolerat: nunquam enim sutor, quamuis optimus, ex malo panno & inepto acu bonum sagum consuet.

Conueniant'ue in eidem indiuiduo ad idem mobile finis & efficiens. Cap. XXXIV.

QVANVIS autem sit ratio finis quam nos anteà descripsimus, eum.s. non mouere per impressam qualitatẽ, nec alterando, neq. speciẽ afferendo, atq. hoc modo ab efficiente seiungetur: tamen & multiplex est rõ finis, & varias habitudines admittit, siquidem finis sæpè in materia collocetur; nonnunq̃ materia sit expeditus; idemq. suscitet, & agat efficiens, necnon desiderium subiecto cõmoueat, atq. id vel expers materiæ sit, vel etiam materia concretũ: efficiens item vel naturale, vel animatum. Cùm igitur singula peculiare aliquid apportent, & magni momenti; nos ẽt de iis cùm cura & diligentia disseremus. Facilis verò est explicatu modus, quo finis à materia separatus subiectũ consimile moueat: est enim & mouẽs & mobile essentia simpliciter, & cùm essentia per se sit intelligẽda & optabilis, ita quoq. necessariò mouet appetitum & mentẽ

omnem operã efficientis excludens,cùm proximè ex illis vnum fiat,indiuiduè,& per essentiã,sed E
cùm cieat etiã corpus cęleste, nostraq. sententia sic ille motus,vt animat,in quo præter finẽ negi-
tatur efficiens : hîc quoq. ratio variatur,cùm nec proximè motus à fine procedat, & ille duplex
sit,vt in cęteris,metaphoricus.s.& verè motus.Si verò subiectum sit materia sensilis; tum cõtingit
finem sui desiderio materiã afficere per efficiens,& ope affectionum pręuiarum,atq. ita per caus-
sæ interuentum, subiectiq. mutationem; quanq̃ hoc etiam duobus modis esse contingit,vel ꝙ ex
materia,& fine, tanq̃ forma fiat vnum quod in generatione succedit, vel per intentionẽ solùm,
vt cùm palea mouetur ad succinum; hinc principia συμπαθείας alteratione præcedente citra sub-
stantiæ labem si iuuet,& huic oppositæ ἀντιπαθείας, si noceat; etenim & hic est finis,& bonum
noxia declinare. Verùm si efficiens excitandum sit,nec vlla profectò caussa intercedit, neq. mu-
tatio; nisi fortè transitus ex actu primo in secundùm,sed essentia ipsa quę suapte natura bona est,
& cõmunicabilis; proximè agit, & suscitat efficiens quod item suapte natura cõtendit in finem:
proinde semper habet tale desiderium,ideoq. natura dedit illi vim quę semper in promptu sit ad
immutandã materiam,vbi præstò fuerit, quæ primò posita est in forma , deinde in instrumentis;
sunt verò actus patibilium,& actuosarum qualitatum : at quoniam habet formã,nec quod habe-
tur optatur; non habetur aũt in hac,vel illa materia, sic efficitur,vt essentia commoueat quidem
efficiens,sed cum ea cõditione,vt sit in aliena materia, optat.n.quod habet alteri exhibere : qua-
propter hoc modo finis est caussa externa & longè distat à natura,quę est principium eius in quo F
est,primò,& per se. Propterea vis efficientis in eo cõsistit,vt immutet materiam ; finis autem,vt
obiiciat sui bonitatẽ, motuiq. succedat,siue cum eodẽ subiecto veluti forma copuletur,siue etiã
per appropinquationẽ,velut in coniunctione maris & fœminæ. Proinde in materia cõstantibus
idem sanè est subiectò, sola rõne segregatur, quoad.n.affert perfectionem, & bonum est mouet
vt finis,vt coniunctũ verò cum qualitatibus actuosis & patibilibus illud dico mouere,vt efficiẽs;
nec prohibere quominus ad idẽ subiectum vtranq. habitudinem præseferat quæ sanè est habitu-
do naturæ,& cõmunis est animatis cum inanimis,vt ab hoc.s.moueatur,& eiꝰ gratia,quod tamẽ,
quatenus sibi ipsi cõparat id quod mouetur, externum optimo iure prædicatur, siue per essentiã
coniungitur,seu per intentionẽ, velut in iis etiam, in quibus ipse finis extrinsecus est, neq. ex ap-
petente,& appetendo fit vnũ,quemadmodum ex materia & forma, velut ex mare, & fœmina,
diuitiis,& auaro,palea & succino,vbi appetens & appetendum non conueniunt in subiecto , nec
vnum reapse fiunt,sed tantummodo per intentionẽ siue contactum,quocunq. modo in his mani-
festè apparet affectio cum fine coniuncta : agit.n.me, vritq. videndo fœmina. Cęterùm hoc est
animalis proprium ꝙ in eiusmodi formæ energia duplex affectio spectari põt, vnde effic ẽtia du- G
plex iudicetur; prima quidem anteq̃ corripiatur,vt finis : nam calor primò afficit corpus,deinde
iucundus hyeme reputatur ; altera verò , postq̃ iucundum calorem experti sumus , vbi ad eum
consequẽdum mouemur : in illa prima energia (de hac.n.nunc agendum est) perspicuè functio
finis efficientis functioni succedit, vt in natura : prius.n.corpus à calore tentatur , & tùm est effi-
ciens,deinde quod tentauit corpus,bonum malumúe iudicatur , & ibi iam est rõ finis . Quapro-
pter functio finis nõ est inducere affectionẽ,sed in inducta extare,ꝙ si inductam reperiret, solùm
moueret vt finis, nulloq. efficiente opus esset quod affectionẽ inferret,sed eius præsentia excita-
ret appetitum. Atq. hunc in modum mouet vt forma separata à materia,quia per se nõ afficit:
id.n.iam proprium est patibilium qualitatũ,& formarum,quatenus in materia subsistunt (agunt
enim sic materialiter) quæ tum propriè efficiẽtia dicuntur. At verò est altera obiectorũ energia,
quæ iam animalis ipsius est propria , cùm primùm accepta est, & tanquam bona maláue iudica-
ta,siue iucunda vel noxia, demumq. ab appetitu,aut approbata,aut repudiata,cùm in phantasia
constiterit : nanq. afficit subiectum non secus atq. anteà faceret , solùm differens à seipsa, ꝙ vbi
prius vniuocè efficiebat,cùm adhuc in materia perseueraret;degenerat in entelechiam;proptereà H
ꝙ etiam tum retinet vires eius cuius est species, signo spes est,& illi opposita desperatio,quæ spi-
ritum sanguinemq. conturbant; cùm tñ de re futura existant. Igitur afficientia sicut prius senso-
ria boni maliúe rõnem adducunt; quare & hoc iudiciũ motum subsequitur, exin'rõ finis existit.
Etiam speciei conceptæ facultas affert alium motũ; quippe ꝙ efficiens motum quendã inordina-
tum in primo sensorio suscitat ad prosecutionẽ & fugam : attamen verè motũ facere rõ dicitur;
sed creat illud incitamentum quod ὁρμὴν Græci, nostri vocant impulsum , quod est principium
quidẽ motus,non aũt motus, nec principium sanè, ꝙ sit primum esse motus , neque.n.datur esse
primum in successiuis, sed primũ rei in toto illo munere,ex quo pendet motus in animali,quod
est,vt verbis Aristotelis vtar ex 3.Eth.c.8. τὸ θυμοῦ ἔγερσις, quę posita est in prima illa cõmotio-
ne primi sensorij quæ fit à specie , de qua etiam Plato Timęo , vbi dicitur cor quasi salire appro-
pinquantibus grauibus malis. & illud fortè .

-Refugiat timido sanguen atq. exalbescat metu

Nanq. animus subinde, seu primum animatum concitat corpus , & tum primum motus existit,

quem

A quem volumus esse animalem, quando etiam affectione illa pręeunte non sequitur è vestigio mo
tus. itaq. tum primùm rõ veri efficientis innouatur, quod siue phantasia fuerit, siue mens actuo-
sa imperium obtinuit à natura in species cõceptas, spiritus & membra; quapropter agitat animal
hoc vel illo modo ad persecutionem.s.& fugam. Propterea quocunq. te verteris, finem perpe-
tuo per translationẽ mouere perspexeris. Quoniam verò cuiq. facultati mouenti solet ea respon
dere, quæ mouetur, sicut in fine duplex est virtus, altera quidẽ, vt essentiæ, quasi sit à materia se-
creta, quæ sumpsius est propria, atq. altera materiata comes huius; ita duplex est in quoq. appe-
tente materiato facultas, altera quæ materialiter, & propriè patitur, atq. altera quæ patitur qui-
dem, sed non vt materia, vel corpus, verùm metaphoricè, ea profectò metaphoricè patitur quæ
directò spectat adeptionẽ finis, & hæc per se fini respondet, vt in animali; corporea perpessione
afficiuntur organa; &, si tibi placet; ipsi sensus; at appetendi facultas patitur à forma & essentia;
vt, si facultatis appetentis munus ab affectione particulæ sentientis cogitatione seuocari posset;
nulla certè affectio corporis antecederet. Itaq. cùm essentia mentium beatarum prorsus à mate-
ria sit immunis, & cęleste corpus affici nequeat; nulla præcedit alia conturbatio corporis cęlestis
muneri facultatum intelligentis & appetentis: ac similis est ea mutatio quę primùm exerceri in-
cipit in corpore cęlesti, illi motui, qui fit in primo sensorio, postquàm species iam cõcepta fuerit,
& sicut in nobis impulsũ creat in primo animato; sic in prima illa parte in qua sese primùm pro-
B dit diuina maiestas, impetum quendá in eo corpore suscitat, à nostro sanè diuersum; fateor, eius-
modi tamen, vt ipsi pro portione respondeat, & sit non cõuersio, sed conuersionis initium; quasi
dietis in voce. Quocirca negari non põt, quin obiecta sensuum varia vi polleant, licet diuersa
ratione, sunt.n. per se qualitates patibiles primi significati; & actu, seu virtute vim habent commo
uendi organa; & intus spiritus & sanguinẽ, quòd aũt moueãt diuersa rõne; ad id credendum me
impulit auctoritas Arist. qui docuit obiectũ esse perfectionẽ facultatis sine materia, tum verò per
fici id quod accipit speciẽ, vbi cum ea coniungitur, non aũt quia fiat aliud ipsum patiens, & secũ-
dùm materiam transmutetur. Nam, quanuis dicatur visus actu fieri & esse color, non ita fit color,
quia transeat subiectũ facta in seipso perturbatione de potestate remotiore ad propinquam, & ta
le fit secundùm formã, non secundùm materiam, hoc.n. ab efficiente vero præstatur, cuius duæ
sunt potissimæ cõditiones, vt ex vno potestatis ordine subiectum traducat in alium, & trãsmutet
præterea secundùm materiam. Verùm sit hic actus formę; at ꝙ ea species iucunda sit, aut mole-
sta, bona, vel mala; hoc iam finis est germanum & proprium. sic ad cognoscentem, quatenus hu
iusmodi, est forma, ad appetentem est finis. Ergo in animali ad materiam sensilem erit efficiens,
C ad facultatem cognoscentẽ forma, ad appetentem finis. At verò cùm geminus sit appetitus ani-
malis.s.& naturalis, atq. hic quidem vt in efficiẽte, & materia, in hac ingignitur per motum, vel
per verã coniunctionem, vel eã quæ fit ex intentione in efficiente naturali, sic est finis, vt alij para
bilis, quod subiecto distinguatur in animali per intẽtionem solam, ꝙ species quæ est in animo, est
imago rei externæ. Inde mihi suspectus est locus Auerrois ita dicentis. Balneum extra animum
mouere vt finem, quòd verò est in animo, mouere vt efficiens: non.n. mouet id quod extra est, vt
finis; nisi concipiatur prius, & animo anticipetur esse bonum, vnde fiat expetendum: at tum est
in animo, neq. intra animũ mouet simpliciter vt efficiens, aut ad summũ metaphoricè, quia non
afficit nisi corpus, & in primo sensorio facit impulsum solùm qui non est motus, sed principium
motus: verùm animus tali specie informatus, aut primum viuens, seu primùm membrum, quod
est cor, specie cõcepta, & vt bona indicata suscitatur ad mouendũ, atq. hoc mouet animal, vt ef-
ficiẽs. id planè verum est speciẽ in animo per se finem nõ esse, sed quatenus est simulachrum eius
quod extra animum existit. Cùm igitur species, quæ iam tetigit animum: sit imago rei externę,
& ad animum relata, non ad corpus: alterat.n. ipsum, quod est iam efficientis, hac rõne quod ex
D trà est, mouet vt finis. Cùm verò animus ea specie informatus, vel sensorium primum sit primus
auctor motus, quia moueat, vt assequatur finẽ, quod est itẽ efficientis; ita quod intus est mouet,
vt efficiens. Itaq. cùm ex prima illa parte descendat motus qui proprius est animalis; idcirco re-
ctè dicitur animal esse id quod motu cietur interiore. Igitur in eum sensum dicta Auerrois acci
piam; si tam grauẽ auctorem defendere libeat. Quòd si speciem à rè cuius species est, solo exi-
stẽdi modo, non aũt natura seiungi ponamus, quia sit eadẽ forma quæ in primo subiecto diuiduè,
& materialiter inest, & ex eius actuosa potestate erũpit in medium, & ab animo accipitur indiui
duè, & ἐπικτήτως.i. accessoriè quod à Gręcorum doctrina non abhorrere puto; si etiam species
habet vim per se mouendi quomodocunque; illud defendere licebit (vt addatur interim corol-
larium) finem certè non per impressam speciẽ mouere, sed esse ipsammet speciẽ quę imprimitur,
quæ ab obiecto.s. ad animum vsq. procedit per materię societatem cõmotura spiritus & organa,
seseq. mẽti obiectura, ac pro rõne motus appetitiui placitura, vt postq̃ complacita fuerit; animus
retrocedens illò cõtendat, vnde processerit species, quod externũ est, vt cùm eo, quoad licet, co-
puletur, vel re, vel intentione. Sic ab externo est motus, & externo verè terminatur, sed non
simpliciter

ſimpliciter externo, vt vides. Et ſi functio mentis ſola ſpecie non finitur, quemadmodum ſuperiore libro docuimus, nec internum ſimpliciter erit id quod cadit in intelligẽtiam; id ſimpliciter internum, vnde eſt principium motus animalis: non ſpecies ſanè, ſed animus vt dictum eſt, quanuis non ſine ſpecie, vt etiam, ſi in hoc Auerroi gratificari volueris, ita accipias mouere ſpeciem quæ intus eſt, vt efficiens: tanquam prædicationem cauſalem, vt vocant. E

Sigillatim docetur vt locus ſit finis, & aliqua de hoc dubitantur. Cap. XXXV.

FINIS hic in latione eſt locus ipſe cuius gratia mouentur ea quæ ſecundùm naturã mouentur: quem aliqui nihil imprimere mobili dicunt. Ceterùm, quia locus aut mathematicè cõſiderari põt, hoc eſt, vt eſt ſpatiũ quoddam à ſenſilibus qualitatibus ſecretum quod capit aliquã molem corporis, quemadmodũ 4. Phyſ. definitum eſt, extremum corporis continentis, & præcipuè. T.76. (nanq. & locum deberi mathematicis, quatenus hũi ſunt, teſtatus eſt etiã Ariſtoteles) [a] & quoniam ea quæ natura ſunt, ſe habent ex appoſitione ad mathematica, vſurpata quoq. illa definitio eſt in phyſicis, aut etiam conſideratur locus cum qualitatibus ſenſilibus, ꝓpter quas in eo põt eſſe oppoſitio, hic verò in vniuerſo deſignat certã diſtantiam à cęlo cuius beneficio varijs qualitatibus affectus eſt. Neq. ſanè, ꝙ locus eiuſmodi qualitatibus ſit affectus; ſunt .n. corporis affectiones, non loci; ſed ꝙ mobilia in illa diſtantia tales cęli vires experiantur; itaque mobili fundantur affectiones. Profectò ꝙ locus ille mathematicus nil efficiat, neq. imprimat vim, abſolutè concedimus, ſed alterum hunc negamus oĩno nihil imprimere, ſiue per ſe, ſeu per accidens. Teſtis ſit nobis Ariſt. [b] qui propter locum in aëris media regione refrigerari docuit vapores, vnde pluuiæ concreſcant, & in capite alimentum, vnde ſomnus inducatur. [c] Quanquam pertinet hoc per ſe & primò ad vires efficientiũ quæ deferunt in eo loco materiam. Nanq. eſt terminus etiam progreſſus cuiuſq. virtutis. At, quemadmodum materia quo procedit magis formam verſus, ita etiã ab eius appetitu efficacius agi credendũ eſt monſtrante forma propè inſtante, aut efficiente per præuias affectiones illud bonum quo tendit, explicatus: ſic corpora quæ mouentur per locum, & eò mouentur per naturalem propenſionẽ, & per affectiones à generante inductas, quaſi ad imminens bonũ, eò ſuopte nixu properant: ita vt eo tẽpore, quemadmodum magis potitur res potentia ꝓxima ad finem & formã, ſic magis affectum ſit ad locũ ſuum id quod mouetur, quò ſuo loco ꝓpinquius eſt, & tum ſe habeat magis ſecundùm naturam: credere quoq. oportet locũ eſſe finem, & ita ꝓducere motus in corpore naturali, quemadmodum finis. Neque id abhorret à placitis Ariſt. [d] qui non modò oſtendit locum eſſe, ſed ꝙ habet quandam facultatẽ ꝓpter quam fertur vnumquodq. in ſuum locũ, niſi prohibeatur: at quõ id præſtare poſſet, niſi ſpeciẽ quandam boni præſeferret, ſiue eius quod eſt ſecundùm naturã, ſiue perfectionis, ſiue actu dum mobile iam ipſo potitur, ſeu virtute pergenerans, quod quidẽ, ſicut habet in ſe formam elementi generandi ſeu virtute, ſiue actu; ita etiã habet in ſe formam eius quod eſt mobile per ſe, ſi non primò, ſaltem ſecundò, ex quo tum oĩbus numeris abſolutum ſit id quod genitum eſt, cùm proprium locum occupauit, huiuſmodi verò locus iam eſt forma de prædicamento ipſius vbi. Propterea non locus, vt terminus ſimpliciter, non ipſa ꝓpenſio ſola mobili incutiunt aliquid, ſed affectiones quas habet per efficiens à natura loci, imprimunt ipſi virtutẽ qua in ſuum ipſius proprium locũ ſe recipiat: hæc verò vniuerſa petitur à participatione virtutis cęleſtis, in iis quæ rectà mouentur quæ certa diſtantia clauditur: eaq. eſt ratio loci ex duobus initiis cõpoſita, nempè affectionibus aliunde accedentibus, vnde efficit aliquid, & perfectione quę per eas affectiones affertur, in quo exiſtit rõ finis & boni, cùm beneficio loci & exiſtat id quod generatur, & genitum conſeruetur. illud per motum efficitur nimirùm per cõuerſionẽ, hoc tanquam immobilis eſt officium, quaſi ſi hic ſis, hoc tibi præſtabo: tu me quęre, ſi bonum exoptas. Quocirca iure accuſabimus Alexandrũ qui 1. de cęl. opinatus eſt, loca diſtingui ex corporibus, & aquã moueri deorſũ quia moueatur ad terrã, id oppugnãte Ariſt. grauiſsima rõne, quia ſi terra ad terram moueretur, eò quoq. moueretur, vbi ipſa foret, vt ſi in orbe lunę collocaretur, quod tñ neutiquam cõtingeret. itaq. corpora potius ex locis diſtinguuntur. Quanquam & ipſe Alexander idẽ poſteà, quod hîc nos, aſſeruit lib. 3. Q. Nal. [e] At verò & ꝓpter ea quæ decreuimus antè, dubitet facilè quiſpiã. Si locus eſt finis, ille verò non abeſt ſpatio infinito; falſa fuerit Ariſt. hypotheſis plures non eſſe mundos approbantis, quoniã vbicunq. collocetur hũi terra, mouebitur ad hoc medium. Nam ꝓfectò ſi infinitè abſit, non mouebit. quod ſi põt ita mouere, nullus eſt fructus Ariſtotelicæ rationis, aut finis per finita ſpatia non diſtabit. Video quoſdam opinari motum iri elementum ad ſuũ locum vndecunq. & ſic oẽ id quod mouetur ab aliquo tanquam fine, ad ipſum vndecunq. properare; etiam ſi ſpatio diſtet infinito. Sed, vt puto, falſa eſt hypotheſis; eiuſmodi tñ, vt aſſumi queat; proptereaq; abſurdum ex illa nõ inferatur, ſed ex altero aſſumpto, nimirùm ꝙ idem corpus ſuapte natura duobus motibus contrariis agitabitur. Ex hoc verò non efficitur, vt finis etiam vndecunq.

[a] 1. de ort.
[b] 1. Met.
[c] Lib. de Somno.
[d] 8. Phyſ. T. 4.
[e] Q. III.

F G H

A vndecunq. vim habeat cócitandi, sic.n.actio, vt ab efficiente præcedat oportet; ea verò certos habet terminos sui processus, vt nosti. Sed in eo fortasse plus laborandum: quemadmodũ se habeat propensio illa ad finem, in eo quod tendit ad finem : qñ & id ad terminos eius motus cõstituendos spectat. Mihi verò ꝓpensio ad finem in mobili videtur esse duplex, aut iam ex habitu contracta, aut per aliquam affectionem inducta. Ac si fuerit ꝓpensio iam ex habitu contracta, nempe vbicunq. sit, quantumuis impedita, semper ad eũdem finem tendet, & quousq. permanet illa affectio, semper eo verget, vbi perficitur : verùm si pendeat adhuc ab alio, nõ simpliciter id asseuerandum. sic vapor, quousq. calidus conseruatur, ascendit, vbi deseritur à calore, illũ item impetum amittit. Sicut aũt in his est ꝓgressus ad finem, vel innatus, vel adscititius, quid etiam vetat in aliis idem contingere? Veruntamen id quod impetũ illũ iam obtinuit vt suum, ꝓcedit ad finẽ ꝓprium, & absolutum, & vndecunq., & quo maiore fuerit mole, velocius, nec vnquam per obstaculum impedientis virtutis ipsũ amittit, nisi tollat de sua ipsius ꝓpria natura, & hoc corrũpat, aliud contrariũ gignat : alterum non ita. vbiq. tamen loco efficientiam adiuuante ꝓpter virtutem à cęlesti corpore demissam, & ita vicẽ efficientis subeunte, & ꝓpter eandem facultatem impartiente perfectionẽ propter quam agit iam, vt finis. Quamobrem ex hoc redduntur dialecticę rationes D. Thomæ quibus ꝓbare conabatur, motum ferri à magnete nascentem, non esse tanquam à fine, quia.s. magnes ita moueret, quoniam afficeret ferrum. Potest.n. esse vis illa in ferro
B inducta à magnete quidẽ; sed, quia perfectionem afferat, esse vt finis. Iam.n. conclusum est nil prohibere, quominus cum ipso fine coniuncta sit facultas afficiendi secũdùm materiã, & afferendi quampiã formam quæ bona sit, quippe conseruatrix naturæ & materiæ; quapropter etiam appetitus certi finis & boni insit in ipsa, qui itidẽ pari gradu cùm afficiendi facultate procedat, & quoniã vniuscuiusq. formæ facultates certis terminis clauduntur, atq. periodis, nec vndequaq., neq. ita facilè ꝓpter molem renitentis, aut etiã vim ex habitu opposito contractã, nec quibusuis obstantibus conseruetur. Sępius.n. fit, vt impedimenta superari non possint. Ac simile huic esse experimur : si quis ex puellæ presentia ad libidinẽ incitetur. mouetur.n. ad illa potiendũ, & ab ea sic agitatur, tanquam à fine, sed neq. sẽper, nec vndiq., nec nisi affect⁹, & magis à pulchriore cõmouebitũ, aut nõ cõmouebitur ẽt, vt Diogenes, aut Xenocrates, ꝙ pro affectione q̃ ab ipsa specie facta est i sẽsorio primo, vis apperẽs excitata magis minusúe afficit, & magis minusúe vt bonũ accipit.

Atq. ideò tauros procul, atq. in sola relegant
Pascua, post montem oppositum, & trans flumina lata.
C *Aut intus clausos satura ad presepia seruant.*
Carpit enim vires paulatim, vritq. videndo
Fœmina: nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ.
Dulcibus illa quidem illecebris, & sępe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes.

Ita dantur certi termini & spatij & periodi quibus incussę propensiones, nec dum tñ conuersę in habitũ retinentur, nõ sine opera finis qui in rebus sensilibus nõ rarò vim habeat efficiẽtis adiũctã.

Sit'ne preditus locus naturalis qualitatibus sensilibus, & quomodo. Cap. XXXVI.

CVM moueat locus vt finis, idemq. per aliud aliqua efficiendi facultate potiatur, eiusmodi tamen, vt perficiat, & conseruet illa corpora quæ in ipso locantur, quandò vt asserunt medici elegantes, & optimi philosophi, conseruatio à simili præstetur, quippe cui mutatio quæ fieri solet à cõtrario maxime repugnet. à contrario verò exuperantia corrigatur; vocat hic nos Auerroës, & siue ipse qualitates tactiles loco negauerit, seu viri homini infensi tale dogma ex ipsius
D verbis expresserint, & eius rõnes in tam absurdã sentẽtiam torserint, occasionẽ disquirendi præbet, sit'ne vi conseruandi prędictus locus beneficio cuiuspiã tactilis adiunctæ qualitatis, an'ne loci qualitates fugiant sensum. Et quanuis mea quidem sententia res nulla cõtrouersia digna foret, eam tñ in hac methodo pręterundã nõ esse iudicauimus, cùm respiciat affectiones corporis naturalis, & initia motus quæ sunt nostri instituti, cumq. locus ille à philosophis illustribus, & pro Auerroë, & contra ipsum fuerit studiosissimè tractatus. Et dubitatio sanè inde traxit originem, quia sensus tactus in æquali quidam temperie positus est. Etenim ꝙ animal ex corpore cõstabat conflatum esset ex oĩbus elementis, ob eamq. caussam tactilibus qualitatibus expers esse nõ posset : cùm simile à simili nõ afficeretur, vt oĩum formas admitteret; mediocritatem adeptum est, sic.n. fieri potuit, vt cunctas tactilium qualitatũ exuperantias perciperet. Nunc si conseruatio fit à simili, à loco aũt naturali fit conseruatio, similis igitur. Atqui simili tactum non mouet, ergo neque locus naturalis. Et similem esse locum secunda rõne confirmatur. Nam si aqua, & aër quibus animalia continentur. iis essent cõtraria, prohiberent, quominus contrarias qualitates perciperẽt, vtputa, aqua frigida est, animal in ea manens calidum. aqua igitur vetaret, ne calorem compre-
hendereret,

henderet,sed calor ab animali in aqua percipitur,vt ex fuga & persecutione patet,itaq. non contraria, sed similis est aqua animalibus in ipsa degentibus & hoc posito tanquam fundamento corollarũ additur,aquam non calefieri,dũ fuerit aqua pura; verùm si calorem in aquis experiatur animal,is aliunde est,nimirùm ex vapore & halitu cõmistis,quæ per se calida sunt. Ex quo effici, inquiunt,ꝙ vulgus non dignoscens calorẽ alienum,& eum qui alienus est, ꝓprium esse censens, opinatur frigus aquæ perpetuò affixũ non esse,ideoq. frigido aquam non determinari,sed humido duntaxat. in quo etiam placito videtur tacitè notari Alexander qui de aquæ constitutione sic decreuerit. Quamobrem siquis eo pacto dubitauerit: aqua non sentitur: ergo animal in aqua non sentiet; cęterùm sentit. ita respondebimus, aquam non sentiri planè,sed corpora quæ in illa cõtinentur,vt halitus.Hæc summa dictorum Auerrois,quæ vt ritè expendamus,anteà generatim de loco distinguendum. Nanq. locum esse inter affectiones corporis naturalis, atq. illum quomodocunq. sensus pellere, neminem esse puto qui audeat inficiari: nam,siue,vt terminus & superficies corporis cõtinẽtis,siue etiam,vt terminus motus,sensui sese offert, quoniam superficies per se visilis est,licet nõ sine colore,& ex quiete,quæ item sensilis est,cognoscitur locus cuiq. corpori naturalis. Restat igitur, vt sermo fiat de sensu tactus, & id sentiat Auerroës, locum nõ mouere sensum,& locum nõ simpliciter accipiat,sed cum materia & qualitatibus eius corporis, cuius extremũ est,quod item siquis nullo pacto sensile esse putet in stirpibus potius, q̃ in animantibus sit numerandus. Quamobrem neq. id vnquam Auerroëm philosophũ grauissimum sensisse arbitrabor,& quamuis aër obiiciatur cuius,quo maior est puritas,minus sentiri videtur,hoc non elementi corporisq. simplicis naturę dabitur,sed eius ingenio,quia.s.ob tenuitatẽ qualitates aëris exigua efficacitate polleant:nam postulat tactus ἀντιτυπίαν quandam. At si aqua purior sit,ꝓfectò sensum magis afficiet. Ideò vt in meliorem partem, q̃ fieri possit,eius dicta accipiatur ꝓ ipso statuam. Locum aut cum sentiente conferri,aut cum sensu carentibus,ꝙ si carentia sensu respiciat,aut locus accipietur qui est terminus motus,aut ille qui cõtinet corpus. Vbi terminus motus statuatur,equidem ita dicam vt locus, siue actu, seu virtute, similis sit illi corpori quod cõplectitur: nam terræ locus virtute frigidus & siccus est,vt terra: quamobrem ibi & terra gignitur,& optimè genita se tuetur. Si verò elementum pro alterius elementi loco ponamus,de salute distinguendum est iterum. Etenim salus speciei,vel certę accipitur,vt terræ,aut aquæ,vel indefinitè cuiusuis speciei in qua salus vniuersi manet. Profectò salus indiuidui certęq. speciei ab eodem conseruatur, à quo gignitur. ideoq. à simili vel actu, vel virtute exoritur. At speciei cuiusq. indeterminatè salus in natura sic est ordinata,vt locus in vniuersi ordine cõueniens,partim similis,partim contrarius sit. Similis,vt certam vicinamq. speciem ꝓpaget,& tueatur: cõtrarius, vt ex illa gignat eam quæ sua ipsius est ꝓpria. Quòd si locus naturalis cum animali conferatur, ita dicemus nõ sentiri qualitatem elementi lociq. ꝓpriam,non quidem simpliciter,sed ab illo animali quod manet in eo secundùm naturam, vt ab aquatili aquam. Neq. id sine ea lege,vt sit, vt vtar eius verbis, in sua simplicitate constitutum. Nam si fuerit mixtum ꝓpter mixturam & dissimile esse poterit & sensum mouere. Mox singula exploremus, & quid hæc sibi velint sedulò perpendamus. ac primùm quid sit illud quod dicitur. si fuerit elementum in sua simplicitate cõstitutum,aut.n.ita accipietur,ꝙ habeat elementum qualitates naturales,& pro natura conuenientes,vt aqua summam frigiditatẽ,aër humiditatẽ,cõsimiliq. rõne de cęteris corporibus,vt 2.de ortu decretum est. Aut etiam quia sit corpus simplex,nec cum quoquã alio cõmixtũ atq. cõfusum. Aut tertiò quia tale sit,quale requirit animal quod in eo loco manet secũdùm naturam,vt ibi cõmodè se tueri queat. Sed cùm cogito: non põt esse corpus simplex,quia summè sit tale, vt aqua summè frigida. Cùm.n.mixta sint animalia,& in mediocritate posita ꝓfectò elementũ sentient, in quo degunt eo ꝙ elementa exuperantiam præseferent, consimiliq. rõne valebit instantia nřa, quamuis detur elemẽtum cum alio nullo corpore esse commixtum. Nanq. summas qualitates obtinebit,aut alterã,aut vtrasq.: hę verò ab eo quod in mediocritate positum est,facilè sentiri poterunt. Quare sic dicemus elementum esse purũ, quia sit conueniens locus iis animalibus quæ illius elementi ꝓpria sunt,vt aquatilibus aqua. Fac igitur hunc esse sensum verborum Auerrois, mihi difficultatem afferebat id quod in animalibus Arist. admonet obseruandum. Nanq. animalis initia duo sunt, alterum quod est,vt materia,ex qua constat corpus simpliciter,atq. alterũ quod est,vt habitus & forma,nimirùm natiuus calor,qui semper more suo fruitur humido,& fuligines in corpore creat,cui nisi quapiam euentilatione succurritur,augetur supra modum, & denique suffocatur. Simile tuetur materiam; habitus cõtrarium flagitat à quo temperetur. Nam si, verbigratia,quippiam ex cera cõstituas,aut plumbo, nunq̃ in igni collocabis, etenim liquaretur, sed in aqua,& locis frigidis permanebit. [a] Ideò notabat Empedoclem Philosophus,qui opinaret pisces natura calidissimos esse, quoniã degerent in aquis,immo frigida ipsorũ cõpago est, ideò manẽt in aquis. Ergo,inq̃ ego, Natura animaliũ nõ est penitus similis,sed aliqua ex parte cõtraria, adest igit̃ caussa sensionis. Tum deinde speculemur ingeniũ amphibiorũ:hęc in dissimilibus

[a] Lib. de resp.

locis

A locis vitã agunt, aqua.ſ.& aëre, quorũ corporũ vnũ frigidũ eſt, calidum alterũ, & ſentitur igitur. Nanq. ſi in vno verſabunt, vt in ſimili, in altero tanq̃ diſsimili verſent oportet. vtraq. ſimilia eſſe nequeũt. ſi vtraq. diſsimilia; ſẽtient igit in vtriſq.. Addo ẽt eo cõſtituto quod fieri põt, quodq. plurimũ fit, nẽpe animal in eo loco in quo natũ eſt, permanere vſq. ad interitũ, vt pyricauſtus in igni. ſentit ne hoc animal nec ne? ſi ipſũ ſẽtire fatearis; ergo ꝓprij loci ſẽſus eſſe poteſt.q. ſi poſsit quidẽ ſentire, nunq̃ tñ ſẽtiat. hic opponã ego ſentiendi poteſtatẽ illi fruſtra datã fuiſſe, præſertim ꝙ naturalius eſt ĩ eo loco manere, in quo quid genitũ fuerit, ſiquidẽ ibi gignit, vbi plurimũ eſt ei⁹ elementi, vt 2. de Gen. & 4. Meteor. & 3. de ortu an. docuit Ariſt. At hoc in loco naturali plurimũ eſſe opinãdũ eſt. Neq. tu dicere poteris ẽt ſimilis eſſe ſẽſũ, vt oppoſitę priuationis. Tum quia dicã ego ſenſũ eſſe conſimilis in quoq. animali, dũ incolit ꝓpriũ locũ. Tum ẽt quia credã, niſi habitus cognitio pręceſſerit, non cognoſci priuationẽ, ſolumq. de noĩe inani eſſe orationẽ, nihil de re ipſa cogitari, aut cognoſci. Multò minus, ſi ꝓpter exuperantiã frigoris & humoris ibi naſci, & viuere cõcedas, vt illa corrigat: nã ſic ſẽſus erit ĩ ꝓprio loco perſpicuè, qm̃ aderit diſsimilitudo. Multos ſanè reperi q. Auerroëm hic relinquerent, paucos qui ꝓ ipſo dicerẽt. Vidi.n. nonnullos ita interpretari verba Auerrois, in primis illa notãtes. elementũ nõ sĩpliciter accipi, vt elementũ, ſed vt locũ, vt arbitror, nõ ſpectari naturã elementi, vt eſt ſubſtãtia, ſed vt reſpicit ea q̃ in ipſo generant, & manent. Inſuper elemẽtũ nõ accipi sĩplex eo mõ quo ipſũ nr̃a cogitatio capit, verùm vt in natura

B plurimũ cõſiſtit, vt ſit aqueũ potius, vt dixit Ariſt. [a] q̃ aqua & aëreum, ac terreũ q̃ terra, aut aër. hoc igit modo acceptũ elementũ nõ eſſe ſenſile. & hęc ſolutio Iandunо tribuitur in egregiis illis q̃ſtionibus de Anim. Quanq̃ illud adiiciã nõ ſimpliciter ab ipſo cõcedi elementũ cõſimile fugere ſenſũ, ſed vix ſentiri, q.a nõ ſint abſolutè ſimilia corpora locãtia locatis, ſed quia parũ admodũ differant. neq. tolli oẽm affectionẽ de elemẽto, ſed eã quę ipſũ immutet, vt eius perturbatio pcipiat. & magis cõgruè quidẽ. nã ſic ẽt medici inſẽſilẽ mutationẽ dicũt, & affectũ inſenſilẽ, quia vix ſẽſu dignoſcat, & morbũ, vbi ſenſiliter officia lędant. At modò videamus oportet cõſentiant ne hęc cũ veritate primũ, deinde cũ dictis Auerrois. Ac mihi q̃dẽ vr̃, vt de prima explicatione verba primũ faciã, & generatim & ſigillatim cũ rerũ natura diſſentire. Tũ ꝙ elemẽtũ, quãtumuis ab illa puritate deflexerit q̃ illi⁹ eſt ꝓpria & natiua, mõ retineat ei⁹ elementi definitionẽ, lõgè admodũ abeſſe videat ab illa tẽperie, in qua nõ dicã manet ſẽſus, ſed vita, vt ſi vel paruus à tẽperie lapſus ſenſu dignoſci poſsit, aliter paucas admodũ tactiliũ differẽtias noſceremus; tãtò magis ille percipi queat. Præterea in vnoquoq. elemẽto, vt aqua (ibi.n. cõplura animaliũ ſęcla gignunt) multę sũt ſpecies, quarũ extãt varia tẽperamẽta. Cũ ergo tantũ ſit inter ipſa temperamentorũ diſcrimen, q̃d igitur

C à medio magis recedet cõtrarium verſus, id poterit locũ cõprehẽdere ĩ quo degit. Legi ẽt quoſdã ſic dubitare. Nã locus in quo degit animal ſm̃ naturã, aut vniformis eſt, aut difformis. Pone illum eſſe vniformẽ; ꝓfectò ab eo quod ſit tẽperiei cõtrarię, maximè ſentietur, vt loc⁹ frigidus à bilioſo. Dicito eſſe difformem.. Ergo, ſi non ſentietur in vna parte; poterit in alia ſentiri. Noui paullulũ quid ad hoc dici. Nẽpè aërem incluſum in poris corporis, cùm beneficio caloris innati factus ſit animali familiaris, prohibere quominus aër ille diuerſus ſentiatur. Nanq. id natura comparatũ eſt, vt quod intus eſt, nõ patiatur admitti alienũ. Non ſatis arridet, quandò ita fieret, vt animal & homo potiſsimè cuius calor eſt efficaciſsimus, ægrè admodũ frigus perciperet, & tãtũ abeſt, vt obſtet cõtrariũ huic ſenſioni faciẽdæ, vt adiuuet maximè, quia tactus requirit diſsimilitudinẽ, & affectionẽ propriè dictam. hæc in magis contrario magis elucet. licet fortaſſe minus proficiat, vt ẽt in hoc tractatu docuimus teſtes ſunt balneatores, qui paullatim iubẽt, vt à ſudo per apodyteriũ, ſeu tepidariũ, deinde per caldariũ balnei calorẽ excipiamus, & cũ eximus ex balneo ſenſim pergamus ad ſudũ. cauemus ẽt, ne excalfacti ꝓrinus aëri frigidiori exponamur, ne in lateris & coſtarũ dolores incidamus, & in regionibus frigidiſsimis ſub Septentrione, vt Carodum, ſicut à nr̃is mer

D catorib⁹ accepimus; expertũ eſt eos q. in balnea sũt ꝓximè ingreſſuri, vbi vitã plurimũ agũt, prius volutari niue quæ aliquanto calidior eſt, cũ aërẽ habeat incluſũ qui in ſe caloris aliquantulũ continet, & manet immobilis. cũ cęteroqui motus afferat frigus, niſi fuerit vehementior, & pręſẽtiæ patiẽtis min⁹ penetret, q̃ halitus ſubtiliores, & nos igni digitos ſẽſim, nõ confertim admouemus: aliter dolor intolerabilis ingruat. Quare vbi magis cõtrariũ, maior perturbatio, maiorq. ſẽſus efficit. Itẽ quoq. aër incluſus in poris ob hãc rõnem vetaret, quominus animalia in loco ſimili, & ſibi natiuo degẽtia poſſent id ſẽtire q̃d extrinſec⁹ eſt, nõ ſentio ſimile, ſed ꝓhibet ſẽtiri diſsimile. null⁹ ergo ſẽſus. Veruntamẽ vt oĩa hęc illis cõdonemus, & ꝙ de natura elemẽti verè hæc ꝓnũcient, ſed vt loc⁹ eſt, & de elemẽto q̃d affectũ reperit, atq. itẽ inſenſile, interpretemur id quod ægrè ſenſu cõprehendit. At nõ tolerat has interpretationes illud corollariũ quo teſtat Auerroës aquam nõ cale fieri, dum fuerit pura, atq. alterũ quod infert cõtra falsã vulgi perſuaſionẽ, quod frigore aquã determinari nõ putat, vt humore, quia perpetuò nõ inſit in aqua. videtur.n. Auerroës & de elemẽti eſſẽtia, & ſẽſione abſoluta verba facere. In primis.n. perpẽdamus, quid ſit hoc q̃d dr̃, aquã, dũ fuerit pura, nõ calefieri, aut.n. intelligit, quaſi nõ poſsit alterari, ſed quicquid præternatuũ aquæ fri-

[a] 2. de Ge.

gus experitur animal in aqua, id totũ ex alterius corporis societate lucretur, aut q̃ alterata fuerit E
solùm, nec aliud quicq̃ accedat. Primùm illud, vt rectè obiicit D. Thomas, euertit cẽm elemento
rũ cõmutationem, frustraq. disputatũ, falsoq. collectum, inter cõuenientia facilius succedere mu
tationem, q̃ inter discõueniẽtia, neq. defendi poterit in oĩ generatione præuias affectiones anteire.
Addam ego quoq. vapores ex aqua affecta excitari, spiritus ex terra. Itaq & terrã & aquam af-
fici, & alterari necessariò. Si minus aut alia fore corpora, quę priora sint elementis, quia nõ fiant
ex ipsis, neque. n. ex iis fieri possunt, affici. n. ipsa oporteret, sed ex ipsis elementa, vt ex vtrisq. aër,
aut ignis. ex vapore itẽ aqua, aut si, neq. hæc ex elementis, quia non afficitur elementũ, neque ex
ipsis elementa, quia nõ essent corpora prima: dicendum erit plura esse corpora prima, & simpli-
cia, q̃ quattuor. Quanquam non est, q̃ hîc nos admodum efferre velimus, cùm & hæc pluribus
à maioribus nostris peracta fuerint, & habita parum ꝓbabilia; præsertim illud, q̃ aër sit veluti me
diũ, per quod sentitur vapor, neque. n. sensum pellet, nisi sm̃ alienam qualitatem. Quapropter
dandũ erit affici aërem, & ponenda in aëre affectio quæ est qualitatis solius mutatio. Sed eam re-
mouet ipsemet Auerroës, dum talẽ aquam, aut aërem vult, nõ per affectionem & qualitatẽ, & vt
inquit Arist. κατὰ πάθος eiusmodi reddi, sed ꝑpter mixturam corporis alieni. Nunc agat Auer
roës de affectione illa quæ superat quidẽ naturam elementi, veruntamen animali in suo loco de-
genti cõueniens & similis existit. Vide, obsecro, an his respõdeant ea quæ subscribit Auereoës, de
cipi nimirùm vulgus in eo, q̃ aquæ naturã, non frigiditate, sed humiditate determinet. Nam si na F
turam elementi simpliciter accipit, iam illorũ explicationi aduersat̃, volunt. n. non accipi simpli-
citer elementũ, si naturã elemẽti intelligit, nõ simpliciter, sed, vt locus est; iã nõ decipitur vulgus,
sed rectè opinatur, nõ in frigiditate, sed in humiditate esse positã aquę naturã. Neque. n. hæc secũ
pugnãt, elementũ cõsiderari, vt locũ, & eiꝰ naturã humiditate cõsistere, vt si illud sit, ita sentire, sit
penitus errare. Quæ cùm sint. Locus igit̃ naturalis sensilis erit, & per qualitates suas, vt à nobis
anteà constitutũ est, & ita cõseruabit id quod in se cõtinet, vt indiuidui, speciei q. tutelæ opitulet̃
per simili udinẽ, & vniuersi ordini per repugnantiã seruiat, nisi malo quopiã casu suo curtu excu
tiatur. At verò dabit̃ locus hæc diligẽtius exquirẽdi. Quamobrẽ eò redeamus, vnde discessimus.
esse. s. virtutẽ quandã loci naturalis, nõ sanè vt quantus est, & mathematicè acceptus, sed vt virtu
tes à cęlo cõmunicatas sub certa distãtia notat qua perficiat corpora naturalia q̃ appetẽtia mouẽ
tur, vt locũ sibi cõparent, in quo bene se habeant. Nam sic inexhausta illa materiæ cupiditas exple
tur, & æquilibrium principiorũ actuosorũ, atq. patibilium conseruatur. Nanq. vt optimè dicebat
Sapiens ille τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. Aequilibrium nõ ciet bellum. hoc verò natura efficit nunc ad
dendo, alias adimendo, & statũ cuiusq. rei sic cõmutando, vt semper vices rependere meminerit. G
Hæc ipsa certis tẽporibus præstat, certisq. locis contribuit, quantum tñ infinitas materiæ tolerat.

Aggredimur quæstionem qua de cremento naturalis motus in fine differitur. Cap. XXXVII.

HAEC si ita sunt, tum q̃ ex materiæ ꝓfectu, & accessu formæ, tum item amotione impedi-
menti, lociq. virtute motus insit in elemẽto, & in oĩ corpore naturali generatim, quatenus
secundùm naturam mouet̃, vt antè pluribus à nobis explicatũ est, facilè reddi põt caussa quæstio-
nis illius; cur ea quæ mouẽtur secundùm naturã, ocyus in fine moueantur, q̃ in principio motus.
De qua sanè quæstione multa dicta fuerunt tum Arist. ipsius temporibus, tum etiam vsq. ad hęc
nostra, caussæq. cõplures allatæ, cum per se, vel natura, vel locus. tum per accidens, vt impedi-
menti sublatio, calor rarefaciens, aduentitia quędã grauitas, atq. hęc vel seorsum, vel cõiunctim,
eædemq. admodum verisimiles, vt nisi Argi oculos adhibeamus, facilè decipi possimus. Idcirco
præstat, vt singulas caussas curiosius requiramus. Et quanuis acta agere videar, dum veterum sen
tentias in medio ponam, & illas retractẽ quæ à primis illis Arist. interpretibus sedulò discussę fue
runt, pernecesse tñ censeo põderare singula, siquid forte seorsum flagitant ob ea quæ nos ipsi de- H
creuimus. Nam antiquitas. (etenim nos Gręcorũ sñias primum recitabimus) Timęus, Strato Lam
psacenus, & Epicurus existimarũt, Oĩa quidẽ esse grauia, nihil per se leue: duos aũt esse terminos
motus, alterũ supremũ, atq. alterũ oppositum illi infimũ, sed vnũ nẽpè deorsum & infimũ esse lo
cũ in quem oĩa ꝑperent sm̃ naturam; alterum verò ad quẽ vi ferant̃: etenim cũ oĩa grauia sint,
deorsum suapte natura feruntur, quòd si quid ex his inferius est, aut superius, hoc non aliundè
proficisci quàm, quòd corpora grauiora minus grauia premunt, & ideò subeunt illa, non qui-
dem quia leue aliquid sit; propterea suopte nixu sursum feratur, sed vtraq. corpora sunt in ge-
nere grauium; alterum verò ex illis leue apparet, quoniam hoc grauissimum est, illud minus gra-
ue, & qm̃ hoc grauissimũ est; ideo premẽs illud quod est minus graue, subit ipsi, quod aũt minus
graue est, si supereminet: quasi verò motus hic sit per extrusionem. quare. quo grauius est, magis
extrudit, magisq. opprimẽs id quod est minus graue, eo ẽt velocius fertur. ob id velocitas huius
motus, nõ quidẽ ab interna caussa deriuabitur, verùm ab externa, & erit violẽta, nõ aũt naturalis.
Cęterùm in hos inuectus est Arist. ab his quę mõstrat sensus in aliquo genere motuũ, atq. cõclu-
sit,

A fit,nónullũ esse quoq. motũ naturalẽ in oĩ corpore & sursũ etiã,tum,ꝙ vbi mouet aliquid vi,citius fertur,si minus sit,q̃ si fuerit maius. tũ prçterea quia quicquid vi mouetur, in sui motus initio velocius est; euanescente verò illo mouentis impetu,ẽt deficit ei⁹ motus,ac naturalis illi succedit,qui quidẽ in principio segnior est,vegetior verò fit in ꝓgressu,ac postremùm ꝓpe finẽ velocissimè fertur:nã id quod aliquò fertur vi, mouet inde secundùm naturã. At nos in elementorũ motu,verbigratia,qñ terra descendit,cernimus,quò maior est illius moles,ẽt ferri velocius. præterea cõspicimus ipsã initio segnius agitari, q̃ in ꝓgressu, & tum velocissimè cõcitari, cùm fuerit ꝓpè finẽ motus,atq. vbi demũ peruenerit ad mediũ,ab ipso nõ moueri,nisi cogatur;idem quoq. iudicandũ de nõnullis quæ sursũ ferunt. Ergo nõ oppressione,aut extrusione, aut vlla deniq. vi moueri dicemus hæc corpora,sed natura. Veruntamen dicet quispiã. Esto motus hic naturalis, ideniq. in fine velocissimus,idq. ab Arist.cõtra philosophos illos optimè sit cõclusum. At nõ ob id hui⁹ euenti causã tenemus. hęc ergo superest inquirenda in qua ẽt multũ est laboratum, atq. adeò,vt septẽ opiniones circunferãtur,& caussa quędã ab Arist.allata,tanq̃ parũ idonea repudiata fuerit. Nanq. Hipparchus ita referente Simplicio,in opusculo quodã,quo sigillatim disquirit hoc ipsũ problema,censuit motũ naturalẽ esse velociorẽ in fine,quia mobile ꝓhibeatur aliena vi ab initio motus : ex quo efficiat, vt vim suã natiuã exercere nõ possit, ideoq. pigerrimè citetur : cęterùm euanescente paullatim aliena illa,& extrinseca vi reficit naturale robur, & quasi liberũ

B impedimento,efficacius operat.ita fieri,vt gradũ accelerẽt in ꝓgressu,nõ secus atq. vbi cõferbuerit aqua,& amoueat ab igni:nanq. ab initio paullatim tepescit,& vix illũ ꝓgressũ facere vr̃, fatiscẽte verò calore,pristinã facultatẽ recuperat;celerius refrigerat & eò vsq.demũ ꝓcedit,vt ẽt lõge frigidior euadat,q̃ ipsa foret ante calefactionẽ à qua itẽ inia nõ abhorrere censeas Arist. ipsũ qui tali hypothesi nixus caussas grandinis indagauit & experientia piscatorũ ipsas approbauit . notares est. [a] Cõtra Hipparchũ hæc dixit Alexander. Cùm.n.duæ sint caussæ ꝓpter quas elemẽta ferunt in ꝓpria loca ; prima quidẽ; qñ generantur;nanq. eo tpe quantũ contrahunt de forma tantundẽ etiã assequuntur de ipso vbi:altera verò, qñ iam genita extra locum ꝓpriũ ab aliquo detineant,quemadmodũ ignis apud nos,& amoueatur impedimẽtum. Esto igitur ꝙ cũ gignuntur, quia tum perfecta nõ sunt,non possunt exercere facultatẽ illam suam natiuam : at postq̃ à genitis arceatur impediens, quid illa vetat, quominus secundùm summum suæ naturæ concitentur? Fortasse poterat hoc aduersus Hipparchũ, quia nõ vrget id positionẽ nostram : eo,ꝙ adest sẽper impedimentũ,quousq. fuerint in loco ꝓprio,atq. vbi remotũ fuerit vniuersum,iam nõ mouent, sed in ꝓprio loco quiescunt. Idcirco existimarunt alij nescio quos,multos aũt in eam venisse sen- *a 1.Met.*

C tentiam. Simplicius ipse testatur : eorum velocitatẽ ex illo amplificari,ꝙ resistẽtia medij minor esset in fine motus , q̃ ab initio : quandoquidẽ minor medij portio relinqueretur à mobili superanda motu ad finẽ tendente,eaq. minus resisteret : talis.n.est conditio virtutum,quæ in materia cõsistunt, ꝙ cęteris partibus in maiore corpore sunt robustiores : medium verò motui resistere, immo verò causã esse,cur tẽpus in loco mutãdo cõsumat , ante docuimus quamobrẽ vbi mediũ rarius est maior solet esse celeritas,atq.adeò vt in vacuo nõ futurus sit motus. Attamẽ caussa talis nõ est quam reddidit Arist.inquiẽs augeri velocitatẽ in fine motus ex additione grauitatis,nõ aũt ex eo,ꝙ minor portio medij supersit. Sed qm̃ reuocatur hic locus ĩ cõtrouersiã,ne forte petitionẽ principij cõmittamus,ẽt sic vrgeamus illos. Quia maiori corpori cęteris partibus, reputa figura, & insigni paruitate molis,exceptę plus aëris obsistit q̃ minori. Nanq. oĩa hæc motus euariare possunt,seu naturales sint,siue animales,siue ẽt violẽti. Quod itẽ nauiũ experientia mõstrat quas implent saburra,& materia graui,atq. ab optimo poëta & explicatum & exemplis confirmatum accepimus. ait enim de apibus quæ pusilla corpora sunt. *-& sæpe lapillos*

Ut cymbę instabiles fluctu iactante saburram

D *Tollunt ; his sępe per inania nubila librant .*

Narrat itẽ Plinius Grues Pontũ trãsuolaturas primũ oĩum angustias petere inter duo ꝓmõtoria Criu metopon & Carambin, mox saburra stabiliri, cũ mediũ transierit abiici lapillos è pedibus ; cũ attigerint cõtinẽtẽ,& è gutture arenã. Sed hæc falsò narrari testat Arist. [b] ideò testimonia grauiora cõsulamus. Ferunt echinos quoq.ne voluteñ à sęuitia maris,imponere sibi lapillos;tametsi id putãt euenire nõnulli,ꝙ mare ab imo cõcitatũ,eos arena inuoluat,sed illud placet;siq̃dẽ in maris supficie purgarent.& hęc scĩa à maximis naturę ĩterpretib.approbata pspicit.Et.n. Tzetzes sic. *b 8.de hist. c. 12.*

Τοῖς δὲ Νηρεὺς τῶν ἐχίνων τοῖς σάλοις
Προδηλεπτικὰς δίδωσιν ἐν βυθῷ κόρας,
Ὑπερ φόγωσι πρόζαλης τὰ τῆς ζαλης. Et Oppianus.
Αὐτὰρ ἐχῖνες ῥῖψα καρηκομόωντας ἀκάνθαις
Οἱ δὲ κυλινδόμενοι καναχὴν ἔχον ἐν ποσὶ παίδων
Ἐν καθαρῷ στενύματ' ἐπ' πόνος κλύζεσκε
Πολλὰς δ' ἐκ κεφαλῆς προθελύμνοις ἕλκον ἀκάνθας.

Plus igitur aër obsistit maiori corpori, q̄ minori, & tñ corpus maius citius delabitur quàm minus. E
Non ergo medij resistentia pōt esse caussa cur motus ab initio pigrior sit. Deinde quoniam caussa eadem intercedit, medij nimirùm imminutio, vbi motus violentus fit, sicut etiam vbi naturalis, quare item effectus idem contingere planè deberet. Cùm igitur hoc ipsa experientia nō cōfirmet; sed oppositū potius doceat, credibile itē nō est eā esse caussā, cur intēdat motus naturalis in fine.

Latinorum sententiæ de cremento naturalis motus in fine ex ordine recitantur. C. XXXVIII.

APVD Latinos interpretes legimus opinatos fuisse nōnullos aërē à motu calefieri; calefactū verò fieri rariorē: Ob id cedere facilius iis quæ per ipsū mouent, inde cōsequi, vt quò lōgius aliquid moueat, quia magis calefiat mediū, eò quoq. rarefiat magis, atq. magis subinde afficiatur ad rarefactionē. quare per ipsū prōptius, expeditius, & deniq. velocius obiri possit motus. Ceterùm ēt multò velocius in pceſsu sagitta mouebitur: presertim si ex motu concalefacta fuerit, q̄, si plūbea sit; ita excalfieri testatur Arist. vt eliquescat: nihilosecius ea segnius assiduè mouetur. Præterquam q hi mihi videnť ordinē naturæ prorsus peruertere. Nam prius est motus, q̄ calefactio medij; ipsi tñ priorē faciūt rarefactionem, q̄ motū, & idcirco ponūt effectū, qui sine caussæ natura pcedat, quo certè nihil ineptius. Tribuunt cōplures huiuscemodi eventi caussā viribus ipsius loci quas tñ interpretes nō eodē modo oēs accipiunt, sed duobus modis ipsos de viribus loci disserere cōperimus. Aliqui, quemadmodū suprà nos cōstituimus, q a locus habeat vim cōseruādi mobile: F
oīa verò appetitu naturali suā ipsorū cōseruationē q̄rant. ex hoc effici, vt plātę, & animalia magis hoc, q̄ illo cęlo fruanť; is aūt esse debet huī, vt partim similis sit, vt ab eo locati materia cōseruet partim cōtrari⁹, vt emendet exuperātia. Sic vnūquodq. elementū cū illo cui cōtiguū est, in altera qualitate cōuenit, in altera verò differt, quod sanè ab Auerroë vī exceptū qui locū appeti dicebat à mobili, tanq̄ finē motus, & q in ipso sit eius quies. Alij dicūt in loco vim inesse trahendi mobile, quemadmodū inest īmagnete vis attrahēdi ferrū. At vt aliqua cōtra posteriores dicamus, Non'ne quò maius est corpus, eo quoq. magis viribus attrahētis resistit? vtiq.. Ergo maiora descenderēt tardius, q̄ minora. Neq. itē ex quocunq. distātia moueret gleba terræ, sicuti nec ex quacunq. distantia ferrū moueri pōt à magnete, cuiusq. enim facultatis naturalis robur finitū est. Quare nec vllū esset robur Aristotelicarū rōnum quibus acceptū est, è cētro alterius mūdi, quantūuis distaret, ad cētrū nři ferri posse terrā. neque. n. moueret huc nisi trahēdi facultas, q̄ inest in medio nři, posset eò peruenire. in ceteris verò, nisi per certū spatium pcedere nō apparet; in qbus, cū eueniat id, nisi rō varietatis afferri possit, idē oino iudicium faciēdū sit. Et quāuis anteà docuerimus, quantū G
sit illi rationi tribuendum; tamen valeat apud eos, qui vim loco vndecunq. trahendi concedunt. Quod si propensionē adieceris; iam tecum ipse confliges. Contra Auerroëm inuehuntur nonnulli, quanquam argumento fallaci, dicentes, quo magis caret res, eo quoq. magis appetere. sed tum caret magis, vbi longius absit, q̄ vbi propè. Vbi igitur aberit longius ipsa res à suo loco, suaq. forma, tantò quoq. citius eò properabit, atq. perueniet. Sed certè non vident isti, appetitum, qui caussa motus est, esse maiorē in ea materia, quæ ppinquior est, q̄ in illa, quæ longius à fine abest. Nā sicuti planta non appetit visum neq. talpa desiderat lumen; homo aūt, si fuerit cœcus, appetit maximè, quia ppè est, vt videat: sic materia, nisi bonū experiať quod ipsi per affectiones pxquias offert efficiēs: illud nō appetit. tum magis appetit, quo magis ipsi obiicitur, tum verò obiicitur: magis, quo magis affecta, & pfecta est in potētias ppinquiores. Nec secus accidit, vt mea fert opinio, ac in amatorib⁹ qui puellā expectātes, quo vicinior est hora, magis anguntť, & hora vna pro lōgissimo tpe habeť. Nec ab huī sēsu abhorret iudiciū Arist. q itē in iis q̄ vsu cōparanť, pfectò ī forma docet habilius reddere subiectū ad motū; tantò magis ī natura; quanto ēt subiectū habet in seipso
" ppensionē. Sēper. n. bene mobilior, inquit, ad virtutē fit ēt quodcunq. incremētū sūpserit à principio. Nec video quemadmodū auctores hu⁹ rōnis euitare possint, quin ab initio cùm maior adsit potestas; velocius ēt cōcitentur, sed imprudētes in eo lapsi sūt, q parē gradū priuationis, & potentiæ fecerint, tametsi vnà existūt. & illud planè verū ab initio plus priuationis inesse, sed minus potestatis; in pgreſsu amplificari potētiā, quia priuatio minuať, & vt alibi ostēdetur cōmutant latitudinē potestatis cū gradu: maius est. n. ab initio motus spatiū potestatis, vt in sūmè calido ad frigidū vt octo, in pceſsu maior gradus: nā facilius sūmè frigidū fiet quod frigidū est, vt quinque q̄ sūmè calidū, amplificatur ergo potestas, atq. propensio nō propter latitudinē, sed propter gradū. Ideò tantū huic tribuať argumēto, quantū quisq. patiť. Quamobrē veniamus ad alia. Qm̄ verò nōnulli putāt, efficacitatē vniuersā esse tribuēdā gradui formę, nō aūt multitudini materię (quanq̄ nos ita non credimus) quia par gradus appetitus est ī maiore, & minore gleba; necesse itē fuerit, vtrasq. pari gradu cōcitari. parē verò gradū appetitus in vtraq. poneř licet, vt si fingātur vtræq. in eodem esse gradu perfectionis, aut potestatis. Sed illud apud nos plurimum valet. quoniam imperfecta est hæc opinio; quanuis caussam ab eius auctoribus allatam veram esse cōcedamus. Neque enim administratur ille motus ab ea caussa solùm, sed aliæ multę cōcurrunt pręter finem:

efficiens

A efficiens.f.& alia principia per accidens, vt remouens impedimentum, & ipsa mobilis rei natura quæ cuncta motus in actu caussa sunt. D. Thomas, & post ipsum Albertus Saxon arbitrati sunt, geminam esse grauitatē, ac leuitatem in elementis: alteram sanè, quam inquiūt esse per se, & naturalē, atq. alteram quam aduentitiam reputant, illam inquiunt, sequi vim generantis, & in proprio loco seruari, hanc in ꝓcessu motus acquiri, ex eo ꝙ fieri, vt maiore impetu moueātur in processu corpora naturalia. Rem verò sic esse persuadent experiētiis illis, quæ suprà à nobis allatæ sunt, dū doceremus ēt in absentia mouentis adhuc in mobili cōseruari vim quandam à qua mobile cōcitetur, ac si primum mouens adesset. Igitur intermisso primi mouentis impulsu fit adhuc motus, nō ob aliud, nisi ꝙ etiam superest in ea vis quædam ꝓpter quam eodem motu cietur quo pridem mouebatur. verùm ꝙ aliena est illa vis & ad scititia, remittitur assiduè, sed in iis, quæ secundùm naturam mouētur, amplificatur: idcirco velocius agitantur. ita quando nos cursum maiore quodam nixu arripuimus, etiam in eius fine vix continere non possumus. Quòd siquis interroget auctores huius opinionis: vndénam proficiscatur, & quid impetus iste sit. Ad hoc respondent, ipsum esse qualitatē quandam, atq. illam quidē potestatē, quippe potestatem ad motum, ad illud verò dicunt; eā à forma cōparari per motum. Attamen in exponenda quæstionis huiusce caussā videntur ipsam iterū cum effectu cōmutare: queritur.n. caussa velocitatis in motu; eam verò dicūt ipsi facultatē esse, atq. habilitatē, si rursus eos interroges, vndénam habilitas ista profici-

B scatur; aiūt à motu: hic aūt, aut accipitur, quatenus velox, aut simpliciter, ꝙ si simpliciter accipiatur: ergo motus ipsemet erit sibi caussa suæ velocitatis, quod si quia velox. Erit igitur caussa, q̄ tamen ipsi questioni ꝓ effectu supponunt. Inter iuniores Lud. Buccaf. statuit mobile agitare, & quasi impellere mediū ea rōne, quia primam medij partē commoueret, atq. propelleret. hęc verò posteà cōtiguis suum motū cōmunicaret. ab his aūt ita cōmotis mobile ipsum ferri. Quoniā verò mobili pręuenirēt, reddere motū eius faciliorem. Sed cùm in fine motus impetus maior à mobili cōparatus sit, aër etiā magis affectùs ad excipiendū motū: hinc fieri, vt velocior ille motus in fine reddatur. Addunt alij pręter hæc aëris illius impulsum qui iugiter mobili succedēs ipsum magis expellit, ideoq. effici, vt eius motus sit velocior. corrogant hîc more cōsueto loca multa ex Arist. cùm ex 8. Phys. tum ēt ex 4. de Cęlo, quibus de hoc impulsu mentio facta est, vt opinionē suam confirment. Quoniam verò cōtra faciūt verba cōtextus Aristotelici quibus significatur ex additione grauitatis fieri motū velociorē in fine; respondent hāc non esse verā mentē Arist. sed eum ita ꝓ hominū, vulgiq. opinione fuisse locutum, neq. vllo mō recipiūt auctoritatē Arist. in eo loco. Cęterùm de loci illius veritate mox: intereà monstremus eam esse falsam quam ipsi profitentur.

C Primùm.n. in idem absurdum videntur incidere, atq. D. Thomas & Albertus, qui impetū illum aduentitiū caussām esse velocitatis asseuerant, nā cum effectu causā cōmutant: siquidē velint impulsum aëris huiusce rei caussām esse, qui quidem fit à mobili. At quęrere licet, vndénam mobile vim habeat impellendi aërē, & magis impellendi, quò longius fertur. Et cùm maior impulsus fit ex maiore velocitate, caussa igitur eius euenti nō erit impulsus, vt aiunt, sed velocitas. Et quomodocunq. erit grauitas quam ipsi repudiāt, nam quod velocius agitur, est grauius, ꝙ item medium magis opprimatur est ex grauitate. quæ itē magis operabitur in eo subiecto quod est graue aut leue simpliciter, q̄ in eo quod est tale quodāmodo. Verùm sit hęc adscititia quędā velocitas, seu grauitas; cur in ꝓcessu nō minuitur? Accedit eodem ꝙ pari pacto pellūt partes medij quo pellūtur, & minus in ꝓgressu ꝙ magis distāt à virtute mouēte: naturale.n. mouens in ꝓgressu debilitatur, nisi afficiat ad formā, quod sanè huic adscititiæ virtuti nō conceditur; Obijcies hîc ventos qui vires acquirūt eundo, & velociores vehementioresq. fiunt. An eius euēti caussa non habet locū in elemēto: siquidē eius motionis quam vulgus ventū vocat, duę sint partes, prima quę verè vētus est exhalatio videlicet, quæ ꝓpter diuersa principia motus agitur in latus & quodāmodo præter na-

D turā; altera est aër cōtiguus, & mouetur quidē aër ea velocitate qua cietur exhalatio & in principio vehemētius; eius signū ꝙ apud nos prima die boreę sūt vehementiores: at verò ꝓpter continuitatē aëris in ꝓgressu multæ partes eius cōcitantur; itaq. maior est motus, neutiq̄ tā velocior nisi fortè in angustū cōtrahantur, cumq. cōtineri nequeant magno impetu erūpant, aut ꝙ cum in angusto parua materiæ copia cōsistat, ab eadē vi vehemētius agatur. Nō igitur aër cōmotus agit velocius exhalationē, sed ab ea sēper agitur. Ergo ēt in motu elemēti non magis agēt elementū, q̄ ab ipso agātur. Quamobrem impetus in mobili pręcedat oportet. Pręterea non'ne reiicit Aristoteles illorū dicta qui putāt impulsū facere motū velociorem, ꝙ in fine langueret, nō aūt augeretur, & quia facilius impelleretur mobile minus, q̄ maius? Videtur ēt grauitas esse caussa velocitatis. qñ id quod grauius est, fertur velocius. Quod sicubi impulsū illū in aëre collocauit Arist. ille est qui natura vtiť in motu protectorum: at nos de motu naturali nūc agimus. Mitto quòd dum student defendere motum illum in elemento per se inesse, caussam faciunt quę moueat per accidens: volunt enim mobile à medio ferri: atqui hæc est vectio; ea verò est motus per accidēs. Ita fit vt cùm ab Aristotele discedere cupiunt, turpissimè quoque labantur.

Quę nos Peripatetice profitemur, de velocitate motus naturalis in fine afferuntur & dissoluuntur opposita. Cap. XXXIX.

E

NOBIS certè nulla caussa videtur, cur Arist. hoc loco falsam vsurpauerit caussam, cùm vera suppetat, eaq. sit quam ex eius verbis attulimus; cùm præsertim nil tale ex aliorum senten tia pronunciatum obseruemus, quibus cum, vbi nihil referat, ad euitandam morositatem conue nire possit, neq. debeat conniuere tanquàm hactenus demonstrata non fuerit, quibus de causis Arist. ipse cum cęteris, tametsi falsa profitentibus, concordare solet. Idcirco pro Arist. nunc agen tes approbemus Alexandri sententiam quam recipit vbiq. Simplicius, eius verò duo sunt veluti firma & inconcussa fundamenta. Primùm quidem: motum elementorũ ab Arist. spectari, cùm gignuntur: ille.n. est motus elementi per se, q̧ tantum sibi loci comparat, quantum assequitur de natura sua & forma. quare genitum per se, cùm etiam peruenire debuisset in suum locũ in quo manet secundùm naturam, nõ mouetur amplius: ac si moueatur, id esse per accidens, tum q̧ accidit illi vt detineatur extra ꝓprium locum, tum etiam q̧ per se ipsum omni obice amoto foret in suo loco, atq. id quidem tẽporis puncto, nisi medium obstaret quod interponens tẽpus de mu tatione motum efficeret. alterum verò fundamentum, si placet Alexandri verbis illum tribuere sensum quem nos attulimus aliàs; si minus in nostram de grauium motu sententiã accipiamus, caussam motus & quietis naturalis esse formam quam motus ipse, & acquisitio loci cõsequitur, sicut actus secundus actũ primum, & quemadmodum operatio ꝓpria quæ est vt vita iis quę mo uentur, vt tum sit forma perfecta, cum elementum iam genitum est, & suus adest locus. Quanto F
ergo plus habent formæ siue affectionis ad formã, & vt verius dicam, potestatis; eo quoque plus habent functionis illius quæ cõsequitur formam, nanq. operationis efficacitas, meo quidẽ iudi cio, à duabus rebus originem per se ducit, & à materię multitudine, & à gradu formæ, atq. vt ea perpetuò profiteamur, quæ lõgo sermone cõstituimus, à gradu potestatis. Quocirca maior ignis copia magis calefacit, atq. etiam flamma calefacit magis, q̃ carbo. Hæc forma per grauitatem, seu leuitatem describitur, nisi velis ipse dare grauitatem esse formam, vbi igitur grauitas intẽda tur (intendi verò illam, vel sicuti qualitatem dicere nefas non est, vel eam intendi ꝓ materiæ af fectionibus, aut pro illius potentia, nil ad præsens referat, cùm alibi de elementorũ formis, & de causis intentionis sigillatim agendum sit) aut alia grauitas accedat, sequitur vt efficacior sit ele mentorũ functio, atq. perfectior, perfectior aũt functio est motus celerior, & iam instans conse cutio loci, donec ad summũ perfectionis gradum veniat, cum quo ꝓximus est locus, & quies, & quasi imitetur illũ progressum quem in qualitate notauit Galenus[a] inquiẽs, quædam exiguum consecuta momentum maximas efficere mutationes, efficacius multò moueatur. Sed & id quod dicebat Hipparchus ad ea transferri põt quæ mouentur, postq̃ genita fuerunt. adest enim impe dimentum quod illa detinet extra suum locum, & præter naturã: velut euenit ferro candenti ca lor, atq. hic in ꝓcessu languescit, ita vt demum nullam habeat vim, sed penitus ipsum agere per mittat secundùm suam naturã, ideò & elementa libera impedimento magis operantur; hoc est, promptius tendunt in suũ finem sua grauitate, seu leuitate pellentia medium, quod cùm propter ancipitem naturam grauibus leuibusq. obnitatur ꝓpe finem in confinio grauium cum ipsis con sentiens & deorsum vergens resistit minus: in confinio leuium, leue ꝓpemodum existẽs adiuuat potius leuia, q̃ renitatur. quanq̃ magis opitulatur descensui grauium, q̃ ascensui leuium, quia media corpora magis grauitate pollent q̃ leuitate. Sed reuera caussa princeps est grauitas ele menti, quæ magis est in actu secundo, quo magis accedit ad suum locum. Etenim actus secun dus accipit plus & minus, quanq̃ per accidens, & materiæ caussa, quia per se summus est, & per petuò formæ respondens, & partibus eius, sed retunditur ab impediente & contrario: ex qua itẽ pugna fit vt varietur ꝓportio mobilis ad medium; vnde etiam velocitas immutatur. Hanc igitur amplificationem perfectionis Arist. appellat incrementũ grauitatis & leuitatis ἐπίδοσιν ipse vo cat. potestatẽ huius vocis nos antea significauimus, vbi de actu secundo verba faceremus, & quo niam eius vis est in significando ꝓfectu, certè cum Alexandro dicemus, Arist. loqui de motu eo rum quæ per se mouentur, hoc aũt est, cùm generantur; nisi & in genitis latiore quadam specie sumatur, vel ipsa nascatur à progressu materiæ formam versus, vel ex ablatione impedimenti. Quòd siquis opponat medij densitatem in confinio grauium, quæ magis impeditura sit elementi ꝓgressum, huius signum, q̧ naues quæ oneratæ in mari enatant, in aqua dulci merguntur, audiat item in medio geminam esse potestatẽ, alteram quidem aduentitiam, atq. essentialem alteram; illa densitas est & in mari permixtio terræ, hęc ꝓpensio. Sed in hypothesi nostra, quod essentia le est, superat accidẽs, neque sanè ordine insueto naturæ, quippe q̧ plumbum eliquatum ab aqua etiam feruentissima cogatur. Ita fit vt in loco item superiore, quanuis medium rarius sit, tamen ꝓpter leuitatem magis resistat grauibus, nã leuitas in eo loco maior est, q̃ in inferiore: propterea magis ab initio diuiditur, in processu verò magis cedere videtur, & quasi impetum eius excipe re, motumq.

[a] de temper. c. 11.

G

H

A re, motumq. adiuuare, atq. ita facere, quemadmodum nos, vbi graue aliquod de superiore loco exceptum nó renitimur: læderemur.n.sed paullatim manu declinata, cum ipso mouemur deorsum: ita fit etiam in saltibus, vt quo magis cedimus, minus offendamus: est.n.reniti quasi tēdere in oppositum: proinde conflictus fit maior: nam sicuti, si duo currant ex aduerso, sibi citius appropinquant, & citius disiunguntur, & maiorē ꝓgressum faciunt ita motuum aduersitate cogente, sic si occurrant, maiore impetu inter se impingunt. Quòd ergo nos sponte facimus, medium suapte natura facit, & magis imperio naturæ paret, q̃ vetet densitate. Et ars quæ imitatur naturam, quantum pōt, in fabricis maioribus fundamenta planè in solo non exæquat, sed tantisper inclinat, ne machina vniuersa solùm ex æquo premens, vbiq. ruinam pōdere moliatur: sic.n.pondus quodammodo imminuitur, ac rusticus lignum bipenni incisurus nó rectà ferit, sed obliquè aggreditur, quasi pugnam ex aduerso declinet, ꝗ sic omneis parteis vnà adoriretur. sic in prælio funduntur facilius hostes, si impetus in aciei latus, q̃ si fiat in frontē: ita.n.contra totam pugnatur ordine vires omnes in aduersum dirigente, & velut in natura magis læditur, siquid desuper incidat in ignim, q̃ si à latere, ꝗ illuc oīs conatus ab ipsa transfertur; sic ordo ducis in anteriorē partem robur oē intendit. Atq. ea (ni fallor) est caussa, quæ ab Alexandro vestigata, [a] nesciōne an inuenta fuerit; cur ouum pressum ab vtroq. extremo ambabus manibus frangi nequeat, à latere frangatur facilius, &.n.ipse duplicem caussam affert, alteram quæ probari pōt; quoniam per

[a] 2.Probl. 45.

B angulos tantummodo suos renititur opprimenti: quandò angulus est quod in quaq. structura validius constat, siquidem termini vim obtineat, proinde cùm liber angulos panni tollere, vel chartæ plicas; angulorum firmitudinē madefaciēdo dissoluimus. alteram caussam subiicit, quia pressum per extrema parte minima sentit, pressum per latera parte ampla cōflictatur, quasi paruitate offendentis impetum declinet, sed nó videtur admodum hæc caussa valere, cùm idē in angulata oīa eueniret; atqui secus est in nucleis pineis: facilius.n.ab angulo, q̃ à latere franguntur: rursus & canthari vitrei, si fundo percutiantur, quod satis amplū est, etiam resistunt; si latere, franguntur, & constat itē, & si ex minima parte ibi lædantur, facillimè quoque perrumpi. Quare nó licet eò confugere, ꝗ ibidem maxima sui parte affligantur. Itaq. id totum ordinato meatuum ꝓgressui, & eorum cōplicationi tribuendum, quorum ea vis est, vt ab anteriore parte resistant sic eos cōmouente caussa generante, & continuitatem maiorē eo versus efficiente: nanq. eo versus in cantharo truditur spiritus, & in nucleis pineis extant veluti filamenta, quę, cùm inter se quadā ex parte non sint arctè connexa, quasi nam fabricauerit venulas ad alimentum deferendū quod intrò tendit à calore interno plantæ concitatum, facilè etiam separantur, tametsi facta percussio

C fuit ab angulis. sic arbores erectæ facilius, quàm explanatæ & iacentes pondera sustinent. Eiusdem quoque notæ sunt illa quæ cecinit P. Naso [b] quæ cùm præseferant speculationem naturalem, non est, cur conniueatur à nobis, sic enim scripsit.

[b] Lib.2.de art.am.

Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus;
Frangas, si vires experiare suas.
Obsequio transnantur aquæ; nec vincere possis
Flumina, si contra, quàm vadit vnda, nates.

Quanquam non est hæc, inquam, rō quam recensuit Alexander, adiuuat nihilominus tanti viri consensus caussam nostram, vt.s.medij cessio quoquo pacto adaugeat motum. Sed hæc, quæ nos in corporis motibus expressimus, non minus eleganter, quàm eruditè, nobis in animi perturbationibus significauit idem P. Naso, quæ cùm per seipsa dulcissima sint, tum etiam mirum in modum faciant ad rem nostram; nolui te celare.

Dum furor, inquit, incursu est, currenti cede furori,
Difficiles aditus impetus omnis habet.
D *Stultus ab obliquo qui cum discedere possit,*
Pugnat in aduersas ire natator aquas.
Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte
Respuit, atq. odio verba monentis habet.
Aggredar melius, tum, cùm sua vulnera tang
Iam sinet, & veris vocibus aptus erit.
Quis matrem nisi mentis inops in funere nati
Flore vetet? non hoc illa monenda loco est.
Cùm dederit lachrymas, animumq. expleuerit ægrum
Ille dolor verbis enumerandus erit.
Temporibus medicina valet: data tempore prosunt:
Et data non apto tempore vina nocent.
Quinetiam accendas vitia irritesq. vetando,
Temporibus si non aggrediare suis.

Hæc totus amori deditus ille poëta cantauit quibus vti possis ad ea cõfirmanda quæ à nobis accepta sunt; illi verò nos vicissim rependere gratiã caussas indicando talis euenti. Sed longius spatiati redeamus ad motus naturales. Neque tamen ita medium sequitur naturæ impetum, quin obstet item tantisper & altera in cõtrariũ ꝓpensio socia vnà cum caussa aduẽtitia quæ dẽsitas est. E
Quapropter est motus quidẽ, hoc est, successiua mutatio, non subita, sed motus nihilominus qui per velocitatẽ subitæ mutationi similis existat. Quod de descensu dictum est, põt quoq. transferri ad ascensum, vt plus leuitas possit, q̃ raritas. tametsi plus conferat, q̃ leuitas ob caussam superius dictam, vt impediẽdo plus densitas, quàm raritas, & ꝓpensio socia. Itaq. caussæ per se motũ grauium magis adiuuabunt, successionẽ verò leuium caussę per accidens magis efficient. ex qua cõpẽsatione fieri puto, vt paullo plus minus æqua grauium leuiumq. velocitas in fine reddatur. Nihilo igitur medij dẽsitas languidiorẽ facit motum in extremo, vt dictum est. Falsoq. sumitur ab Alexandro, atq. Simplicio motũ elementi obiri, quando vniuersus obex amotus fuerit: nam si hoc esset, tantum abest, vt elementũ moueretur, vt potius oĩo quiesceret iam locum suum assecutum. Hæc igitur est caussa velocitatis per se quam nos antè exposuimus in motibus naturalibus. Non, n. me preterit Arist. caussas velocitatis alias alibi attulisse, vt puta proportionem mouentis ad mobile, nec non medij raritatem. Nanque id per accidens est, non aũt essentia motus naturalis. Illud verò pertinet ad motus qui ab extrinseco prorsus fiunt, quanquam etiam non repugnat iis quæ secundùm naturã mouentur, quia validius generãs citius item generabit, & in suũ F
a 3. de cæl. locum perducet rem quæ generatur, q̃ si fuerit imbecillius, & potestas, vt aiebat Arist. [a] si naturę accedat, motum perniciorẽ facit: tametsi præterfatum quoquomodo eiusmodi habetur: amplificat. n. quodammodo grauitatem natiuam. Proin caussa reddita est ab Aristot. cur crocodilus morsu valeat supra cętera animalia, præter alias, quia mouet superiorẽ maxillam. quare valet ad acrius retinendum id quod ore apprehensum est. inde. n. retentio facilior, vnde agitur motus; inde verò vehementior motus agitur, vnde ictus inferri vehementius potest, eaq. caussa reddita,
b 5. Met. c. 19. [b] cur si quis super lignum magnam imponat securim, desuperq. illi magnũ adiiciat pondus, ligni quippiã, quod curandum sit, nõ diuidit, si verò extollens securim percutiat, illud scindit, cùm cęteroqui minus habeat põderis id quod percutit, q̃ id quod premit: nanq. interuenit motus, qui adauget pondus, & duplici grauitate, seu ꝓpensione mouetur, altera natiua & propria, atq. altera quæ percutientis est. Idem etiam eueniet, sĩ corpus fuerit grauius; nanq. magis opprimet medium, per quod fertur, & aditũ sibi promptius apparebit, sed cũ vtrunq. flagitet certam rei mobilis formam, & certum perfectionis gradũ: ea verò certi & præfiniti spatij cuiusq. termini consequuntur. Cùm verò hæc olim probata fuerint, quid est igitur, cur amplius dubitandũ sit, quin sint G
ea quæ disputaui, verissima, si rõ quoq. mecum facit, si euenta concordant, si summi philosophi, viriq. sapientissimi consentiunt? Et quanuis in hanc sententiã illa afferri soleant. Primùm, quia siue sit graue ꝓpe terram, siue longè à terra: nihilominus eiusdẽ esse põderis vbiq. trutinã testari. Deinde quoniam corpora grauia possent, quo frequentius adducerentur ad suum locum, ẽt comparare sibi grauitatẽ ampliorem: si. n. quo magis accedunt, eo quoq. grauiora fiunt: ergo, si sępe ẽt adducantur, nouam contrahent grauitatem, atq. ita, vt assi vncia deniq. possit exęquari. Nihil hæc ꝑfectò obstant. Nanq. pondus in trutina probatur per cõtrapensionem. quare tantundem momenti põderi, atq. illi quod ex altera parte appenditur, vbicunq. illa sint accedit. Neque motus frequentior ad centrũ facit, vt grauius aliquid reddatur: quandoquidẽ natura non assuescit, verùm exequitur munera sua secundùm gradũ formæ, nisi impediatur: impedimentum verò duplex esse põt, vel quod labefactet actũ secundum, relinquens actum primum saluum, non permittens solùm ipsum ꝓdire in opus, atq. hęc est species quædam affectionis, & accidentarium, quoddam: vel etiam iam affecta forma per oppositionẽ, vt res incipiat tendere ad interitum id quod iam attingit essentiam. ferrum. n. semper frigidum est, & põderosum, nisi candeat, aũt iam formã H
suam amittere ceperit. Ex hoc redeamus ad illud, vnde discessimus; fuit verò id vt intelligeretur, quemadmodum locus ad mobilia se haberet, est. n. tanquam forma quæ quidem per se appetitur ab imperfectis, & eò magis, quominus ab eo distant, tum verò finis rõnem sustinet. ideò propter illum celerius agitantur, vt eum consequi possint. Et quoniam forma continet partes quæ sunt in motu, tanquam materiam, ideò quoque mobilia ipsa à loco affectionẽ obtinent ad illum per quam eo potiri cupiant: ab ipso aũt non simpliciter, sed quatenus in eo spatio vis cęlestis extat quæ conseruet corpus quod in eo futurum est, siue indiuiduum ꝓpter similitudinem, seu speciẽ propter oppositionẽ: fundatur autem corporibus ambientibus, & eo, quod mouetur. terra. n. in centro seruatur eadem ad numerũ q̃ ibi est, vnde beneficio celesti fruitur, & sua perfectione potitur; deinde quia cum cętera coniungitur, & cùm sit maior, maiore virtute renititur oppugnantibus. Sed ibi etiam ex aqua fit terra, vt id restitui possit quod olim à cõtrario deuictum fuerit, & cùm in locato sit ratio vel habitus & affectionis, vel materiæ. materia verò conseruetur à simili; habitus aũt & affectio à contrario. sic locus nunc materiam similitudine, mox habitum opposi-

tione

A tione cõseruat. Quamobrē non primò locus incutit sui desiderium corpori naturali, sed id quod locũ illũ afficit, & quasi actu, aut virtute possidet, neq. ita quidē, quia tale spatiũ cõtineat solùm, sed ꝙ certã exhibeat formam ei quod illò fertur, tum verò locus sit species ipsius vbi quod iam præfinitũ est à cęteris qualitatibus, cumq. his siquando ab efficiēte impertiuntur, simul ēt & ipsũ vbi traditur. Atq. ita incutit desiderium, & mouet vt finis, quia, cùm sit locus naturalis simpliciter; debeat etiã huic corpori quod nunc mouetur, fieri naturalis, & mouet, quoniam est simpliciter; appetitur, quia, cùm sit simpliciter; huic corpori nondum est huiusmodi, sicut anteà de fine explicatum est. Nec sine vi mouentis, vt efficiens, nec sine habilitate mobilis hic motus administratur: illud generans est, hæc materia iam à generante affecta quæ item, quo magis promota fuerit à generante, & plus acceperit de potentia, non modo agitur efficacius, sed bono proximè imminenti, veluti sitibundus quidam Tantalus aquis inhians quasi sponte prouehitur. Nam sicut ille qui est in cursu, vel paullo momento pręcipitatur. sic in vnũ opus cõuenientibus efficiente quod mouet secundùm naturã, & materia. quæ secundùm naturã mouetur, atq. item fine qui instans bonũ ostentat, & id quod suapte natura experendũ est, ac naturaliter agens plus in proximum potest, q̃ in remotum; nulla restante propemodũ repugnantia. mirùm certè videri non debet; si velocius in quietem mobile cõtendat, & velut in animis fortibus sperata victoria vires ingeminat; sic ꝓxima loci adeptio, quietisq. possessio naturæ vires addat, & suscitet stimulos, vt q̃ B primùm bene se habeat, quod cũ omni rerum genere seu mortale, siue perpetuum, siue materia concretum, siue liberum sit, natum est, vt nullo vnquam tempore tolli possit. Has igitur caussas esse credimus; cur in fine motus naturalis intendatur.

Proponitur ad explicandum locus, atq. ordo tractationis adiungitur. *Cap. XXXX.*

EX his quæ iam pluribus anteà constituta sunt, facile est nosse fallaciam eius cauilli quo terram ab externo moueri non posse quidã Auerrois auctoritate persuasi probare conabantur. Etenim inquiunt. Si terra ab externo moueretur, aut id pulsu fieret, aut tractu. Nec pulsu quidē; quia velocior esset ille motus in principio. Neque item tractu. Nam traheret totum, aut locus. Neque totum sanè, quia, si terra collocaretur in orbe Lunę; nihilosecius hęc glęba moueretur ad centrum. Neque item à loco. Nihil.n. efficacitatis inest in loco, cùm sit quantum. Nanque iam audiuimus, quemadmodũ pulsus & tractus possint esse motus naturales, & quo pacto generans vtroq. modo moueat elementum. Quod autem pertinet ad hoc postremum. Certè si lo-C cus naturalis esset spatium solùm, efficeretur id quod ipsi obiiciunt, sed est spatiũ naturale quod non est sine qualitate naturali: quamobrem non oĩ prorsus efficacitate priuatum est. Sed, cùm tantum habeat momenti locus in motu; quippe qui sit finis eius motus, qui sit omniũ princeps, vt nisi sit locus, neq. oĩno motus ipse futurus sit; neque.n. naturalia mouerentur, nisi finē aliquando essent adeptura, pertinebit ēt ad institutum nostræ methodi de loco disputare, eiusq. naturã, alioqui Cemmeriis tenebris inuolutam, quod ad eius fieri possit, in lucē reuocare. Nanq. & alia sæpe de loco videntur alibi ab Arist. assumpta & approbata, q̃ ea quæ tradidit 4. Phys. & contra seriem quæ solet in methodis ab eodē teneri præcipuè: de quibus etiam, quia nil apud alios scriptum satis aptè perspicimus; nõ inanem prorsus operam nostrã futuram esse cõfidimus, si de hac ipsa re nonnulla decernamus: quippe ꝙ aut oēm dubitationem sublaturi simus, aut saltem ad vestigandã veritatem alios excitaturi. Quandoquidem 4. Phys. indiuidua loco exclusit Aristoteles. Deum tamen 8. eiusdē tractationis in certa cęlorum sede collocauit. Pręterea statuit locum continere corpora, quemadmodum vas continet aquam: in libris verò de cęlo, tum etiam 8. Phys. [a] in indiuiduo locum ponere non dubitauit. Negauit item 4. Phys. magnitudines mathematicas [a] T. 76.
D esse in loco, quibus tamen locũ alibi [b] assignauit. Idcirco, aut ea quæ de ipso decreta longè anteà [b] 1. de Ge. fuerant, tanq̃ recantata fuisse videntur; quo nil turpius in accurata doctrina, aut non instituta saltē à primis secundùm naturam, quæ maximè persequi consuerunt artificiosi scriptores initio methodi, tum ne eiusdē repetitio fiat, quæ cùm sit inanis, obscuritatē parit: tum etiam ne dum seorsum singula perpendimus, cõmunia, & quæ per accidentia insunt, inter demonstrandũ assumere cogamur. Tum prætereà cõferet contēplatio loci, ꝙ eius explicatio maximum oĩum momētum habitura sit ꝓpter varietatem eorum quæ loco inhærent, quæ naturas adeò diuersas præsegerũt. Quamobrem nos in primis Aristotelicę methodi rõnem in medium afferemus, deinde singula tractabimus. Locus igitur, vt inde incipiam, habendus est tanq̃ cõmune ad vnum, ad eum. s. qui continet tanq̃ vas, ipsa corpora, atq. ad eũ qui terminus est lationis: mouentur.n. ea quæ feruntur, vt sint in loco proprio; necnon ad illum, in quo aliquid esse dicitur, vt immobile: quo pacto etiam indiuidua in loco esse, & potius hîc, q̃ alibi dicuntur. Rursus locus ille qui vestit, & ambit corpora, aut spectatur sine sensilibus qualitatibus, aut etiam ab ipsis non segregatur, ac sine qualitatibus sensilibus quatenus est quantum quoddã, habens item vim capiendi aliud quantum, vt

huiusmodi,

huiusmodi, nulla rõne habita cęterarũ quæ in ipso sunt, qualitatũ; cum qualitatibus verò, quatenus est aliquid corporis naturalis quod aut cum alio corpore naturali consistit, aut ipsi aduersatur. Cùm verò corpus & locus sint quanta, eademq. sine sensili qualitate spectari queant; huiusmodi autem sint mathematica; planum est ꝙ & mathematica sunt in loco: contraq. locus etiam debetur mathematicis. Sed planè 4. Phys. non videtur philosophus magnam habuisse rationem loci illius qui cum qualitate sensili iunctus est: quapropter aut illa est tractatio loci mathematicè sumpti, aut generatim cõplectitur mathematicũ & naturalem, quia locus naturalis loci mathematici cõditionibus potiatur: quandò naturalia se habent ex appositione ad mathematica, & reuerà sit eadem mathematica quantitas & naturalis, solumq. considerationis modo separentur: nanq. hęc in Physiologia sumitur, vt terminus corporis naturalis, hoc est, illius in quo sẽsiles qualitates existunt; illa ab oĩ sensili qualitate cogitatione, menteq. seuocatur, quocirca etiam quantitatis rõ de qua 3. Phys. explicatum est, nõ minus ad naturalem pertinet, q̃ ad mathematicum. Ob eam quoq. caussam locus ab Arist. definitus, est cuiuspiam corporis, non minus secundùm, q̃ præter naturam, neq. grauium minus, q̃ leuium, neq. in eo considerantur sex differentiæ situs supra & infrà, dextrum & sinistrum; antè & ponè secundùm naturã, sed ad nos solùm: tametsi plerunq. conueniunt in vnũ eiusmodi differentiæ, sed longè absolutior, atq. cõmunior ille locus est, q̃ simpliciter naturalis. Quia tamen sub hac notione acceptus locus est notior nobis, vt vnusquisque primo adspectu locũ in hoc significatu accipiat, de natura verò loci illius quo terminatᵉ motus, & iam præsefert certas qualitates; nil sine longiore eruditione cõprehenditur, quia nil de natura mobilium disputatũ adhuc, aut constitutũ extaret 4. Phys. factum fuisse dicendũ est, vt locus ibi definitus fuerit secũdùm significatum cõmunius; tametsi voces in eius definitione sumptæ ad pleraq. oĩa loci significatã possunt accõmodari. Neq. tentauit animum meum hæc rõ duntaxat; verùm etiam Põponatij Philosophi præstantissimi, [a] quare & ipse testatus est ibi agi de loco secundùm famam. Itaq. & nos Arist. imitati prius expediemus significatum illud cõmunius, deinde nos cõuertemus ad ea quæ nostræ huius methodi propria sunt. Quoniam verò prius nosse oportet, an quippiam sit, q̃ definitionem eius afferre, idq. tum per se, tum per accidens notescere possit: quantum verò est de illius notitia per accidẽs, satis cõpertum sit locũ aliquid esse, hoc est, aliquid esse, quod capiat corpora distinctum à corporibus; lateat aũt, quid hoc sit, aut spatium in quo nihil sit ꝓrsus, aut aliud quippiam; de illa notitia, qua per accidens locus esse cognoscitur, in præsentia nil agemus, sed mox alteram aggrediemur statis quibusdam generalibus notionibᵘˢ de natura loci, super quibus veluti fundamentis, certam loci definitionem erigemus. Nanq. illud ita manifestum erat, vt non defuerint qui putarint oĩa quæ sunt, esse in loco, ac quicquid in loco nõ esset, nihil esse prorsus; quemadmodum ij qui præter substantias naturales & corporeas, nullius alterius superioris habuere notitiã: in quibus numeratur Hesiodus: quapropter & ipse docuit ante oĩa genitum esse Chaos. i. capacitatem. χάω. idem est, atq. χωρέω, quod est capio, deinde genitam fuisse terram, è qua item genitum fuerit cęlum: proptereaq; anteq̃ gigneretur quicquam, opus esse videbatur loco, & spatio in quo res illa fieret, & genita permaneret: qua etiam opinione ductus magnum quid attribuit loco, nimirùm, ꝙ esset primum per se consistens, ab aliis separabile, prius natura, atque principium, quòd sine aliis ipsum existere, alia verò sine illo manere non possent; sic etiam ceteris corruptis iri seruatum. Eius hæc erant verba.

[a] Ad Sueß. c. 6.

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ᾽ αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ᾽ εὐρύστερνος πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ.
Ἀθανάτων. Mox,
Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατ᾽ ἶσον ἑαυτῇ
Οὐρανὸν ἀστερόενθ᾽ ἵνα μιν περὶ πάντα καλύπτοι,
Ὄφρ᾽ εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.
In primis genitum chaos est; sed post modo tellus
Facta patens, firmum cunctis fundamen habenda
Cęlicolis. Tum
Terra etenim sibi cũ primis equum generauit
Lumina plura ferens, inuoluat vt vndiq., cęlum,
Numinibus tutum vt solium queat esse beatis.

Principij vim igitur obtinet locus, quia, si non re tale sit, at saltem, quia tale existimatum fuerit. Quamobrem, cùm euidens sit eo notitiæ genere quod est per accidens, esse aliquid huiusmodi quod nos in præsentia dicimus locum, nihil in hac ipsa re demonstranda laborabimus.

Ea recensentur quę sensus communis attribuit loco. *Cap. XLI.*

LOCVS ille qui continet, & quem nos, quia sic fama fert se habere locum, ad definiendum suscepimus, & communis, & ꝓprius est, communis ille quidem qui plura continet corpora; proprius

A proprius aũt qui vnum corpus, nec quicquam complectitur amplius. Nanq. & aër. & ædes, & cubiculum me capit, sed præter me etiam alia multa: quem vero ego nũc occupo, dum hîc sedeo scribens, ad aliud nullum, q̃ ad me ipsum attinet. sic illi communes magis minutúe, prout plura pauciorаúe cõplecti possunt; hic mihi ꝑprius est, atq. hic modo nobis est definiendus, vtpote natura prior, q̃ ille communis. etenim ex eo sumus in ædibus, quoniã in cubiculo, & in cubiculo, ꝗ hîc ego, tu verò illic, sed præterea multò obscurior hic est, ob eamq. causã maiorẽ operã, atq. artificiũ docentis expetit. Quoniã verò bifariã definitio tractari põt, & dialecticè, & analyticè. Nam quære licet (quod dialectici munus est) Vtrùm hæc sit huius rei definitio, vel simpliciter, vel ex parte, an. s. hoc sit huius rei genus, an non; analyticè verò, cùm quęritur quid est hoc: licet Arist. vtroq. modo loci definitionem tractauerit; nos tamen ex instituto nostro rebus maioris põderis incumbentes, analyticè definitionem loci conabimur assignare. Cùm verò quattuor sint optimę definitionis officia, quæ oĩa, nisi præstet ad amussim, iam ab optimarum genere cadat. Primùm quidem, quod est eium maximum, vt explicet, quid est id quod ꝑponitur ad inquirendum: hoc enim est illud quod de quacunq. re cupit assequi mens nostra potissimè & ex euolutione formæ conflatur, & plerunq. ita põt, vt non modò substantiarum notitia definitione paretur, quinimmo nobis alio nullo suppeditetur instrumento: verùm ẽt accidentium ipsorum cognitio quorum peculiaris videtur esse demonstratio, definitione demum absoluatur. ita. n. demostrantur, vt è demonstratione definitio exprimatur: quanq̃ & ea definitio deniq. in ipsius substantiæ notitiam re
B dundat, cuius & quæritur quiditas, & reliqua oĩa quæ caussas habent in ipsa: quapropter & de illa demonstrantur, & per eandem quoq. definiuntur. Alterum munus est, vt allata definitio prębeat occasionẽ dissoluendi oĩa quæ de re definita dubitata fuerint, vt puto, quid nam præcipuè sit in quo genere collocandum, quæ sint eius differentiæ, & alia quæ tum ad essentiæ partes indagandas, tum ẽt ad inhærentia pertinent quæ à variis auctoribus, aut etiam à sensu cõmuni variis modis accepta in varias partes distracta fuerint. Tertium aũt, vt in definitione eluceant caussæ dubitandi, & occasio difficultatum. Nanq. vera rei & absoluta essentia declarata perspicitur etiam quantopere à vero aberrarint qui secus decreuerint: rectum. n. iudex est sui & obliqui, & verum canon, & regula falsi: necnon quæ nam ipsos similitudo deceperit, quæ plerunq. perplexitatis caussas esse solet. Itaq. periti munus esse dicebat Plato distinguere cõmune à ꝑprio, simile à dissimili, idem à diuerso. Postremò cùm multa in re definienda sint, præter ea quæ pertinent ad essentiam, genera, inquam, & differentias in quæ primũ dissoluitur definitio, accidentia. s. & ea quæ per se insunt in subiecto, vt hæc quoq. ex definitione subiecti noscantur: nanq. hæc, etsi caussas
C alias præter eas quæ in subiecti definitione cõtinentur, nonnunq̃ requirunt: attamen ex ipso erũpunt, aut saltem caussam suam in eo reperiunt, & in eius principia resoluuntur. Cùm ergo hæc sint præcipua definitionis rectæ munera: talem nos afferre nunc loci definitionẽ studebimus quę oĩbus hisce muneribus satisfaciat, eaq. partibus omnibus perfecta habenda erit. Verumenimuero inde sumetur exordium illius indagandæ, vt exploremus ea quæ communis opinio tribuit loco: erunt verò nobis instar hypotheseon; vt, quemadmodũ fabri parietes erigunt ad perpendiculi rectitudinem; sic nos eam definitionem ponamus quæ cum illis optimè congruat, Et quanquam illas in alium sensum trahi posse cõfido, vt respondeant oĩbus loci significatis in Aristotelica methodo, cùm hîc locus secundùm famã proponatur, eas etiam rudius accipiemus, quatenus ad locũ huius significati pertinent, alibi id analogiæ quod habent ad cętera loci significata, fusius enarraturi, Numerantur verò hypotheses istæ in notis nobis, quæ à sensu collecta, & rudius à mente cõprehensa, ꝗ manifestè perspiciuntur esse in loco, manuducunt ipsam ad aliquid de essentia rei decernendum, adhibito vsu viæ resoluentis ex Aristotelico præcepto. [a] Multa verò sunt quæ sensus ipse de loco suppeditat, & opinio cõmunis approbat quæ ante alia recensebimus; deinde sin- [a] 7. Phys.
D gulorum rõ patefiet accuratius. Omnes autem in primis continendi facultatem loco attribuunt, & quanquam hoc verbũ, quod est Gręcè περιέχειν. i. continere, multa significat; hic tamen idem est, atq. comprehendere & ambire id. s. quod in loco esse dicitur; ita vt, non secus atq. vas quoddam ad corpora quæ in ipso sunt, se habere videatur. Ita igitur quemadmodũ vas nihil est aquæ, & humoris illius quod continetur; sic neq. locus est aliqua pars eius quod est in loco. Quòd si locus est, aut communis, aut ꝑprius, & de ꝑprio nobis antea verba facienda sunt; planum quoq. est eum non maiorẽ minoremúe futurum, q̃ id quod in ipso est, sed æqualẽ; hoc est, vt aptè congruat cum terminis eius quod est in loco, nam certè si fuerit maior; non solùm id quòd in ipso corpus est, sed aliud quoq. continebit: non igitur amplius erit ꝑprius locus, sed communis de quo nõ agimus in præsentia; si verò fuerit minor, non cõplectetur planè corpus quod est in ipso; quapropter notio illa prima quam habemus de loco, non conseruabitur. Varietas autem contextus Aristotelici dubios interpretes reddidit de tertio loci attributo. Nanq. in nõnullis codicib⁹ addita negatione legitur. [Neq. deferi locum] & talis est hypotheseos huiusce sententia. Locũ non manere, vt spatiũ oĩ corpore priuatum, quia semper in spatiũ antecedens, nouum subinde

corpus

corpus irrépat; ob eamq. caussam ab eo seiungi posse, quod est in loco: non est.n.cum illo connexum. In aliis verò codicibus nota negationis omissa scriptū est. [Deseri locum] quod sanè poterit accipi à nobis in eam partē, vt enunciatio vna reipsa sit, qua significetur, locum non ita cū corpore illo quod ambit, esse coniunctum, quin ab eo deseri atq. seiungi posit. Sed nostro quidem iudicio posterior sensus ad sentētias Arist. magis accōmodatur: tametsi parùm certè differt, vtro modo locus ille scribatur. quandoquidem nos admoneat Arist. locum ex corporum tralatione cognosci; tum q in eundem locū aliud succedat; tum ēt quia corpus hoc quod hîc aderat, aliò translatum fuerit, prætereà, quia nō necesse est locū illum seruari, postq̄ ex eo discesserit corpus antecedens, quod tamen sensus ille prior innuére videbatur, & illi qui spatio patrocinati sūt, anxiè defendebant. Nam, verbig. cùm hinc abiero, non necessariò locus iste seruatur: quandò in illud spatium quod ego prius occupabam, influere possunt aëris partes, aut oīno cōtinentis: hæ verò cum toto cōtinuantur, neq. sunt in reliquo aëre, vt in loco, sed vt partes in toto. Huc accedit, q Arist. proximè sequentibus verbis ex translatione corporū colligit differentiam quæ est inter id quod est esse in toto, & esse in loco. Et reuera separatio accidentium à substantia nō fit sine illorū interitu: sola aūt substantia separatur, vt sit superstes. Quare separatio in accidente potius notat carentiam in subiecto, quia. s. subiectum sine illo existat, quàm q accidēs separatum à substantia vllo modo cōseruetur. Nisi fortè locum separari, & permanere accipiamus; non sanè cuiusq. propriū, sed prima loca naturalia quæ sunt loca simpliciter; vnde etiam loca apud nos suas differentias assecuta sunt suprà & infrà. (ad hæc.n. respicientes inferius terram collocamus, ignē verò superius) nanq. ea semper manent, quamuis ab hoc aut illo corpore deserantur. Ita separatio loci erit ad singularia corpora. At quia non ab oībus deseruntur; nec vllum corpus euitare potest, quin sit in aliquo ex ipsis; locus si simpliciter accipiatur, oīno separari non pōt. Vltima hypothesi cōprehenduntur loci differentiæ quæ sunt sex. suprà, infrà, dextrà, sinistra, antè & ponè, quæ item in corporibus existunt bifariam, vel ex natura, vel ad nos. Sed quoniam de loco agitur, reuera ꝑpter notitiam substantiarum naturalium, cùm sit affectio quædam cōmunis corporis naturalis: quamuis generatim de loco verba fiant, tam mathematico q̄ naturali: nihilominus, quia prius de naturali dissleritur, licet secundùm vulgatā loci notionē; differentiæ illæ secundùm naturam accipiantur à nobis, ita tamen, vt quatenus etiam nos ipsos respiciunt, non excludātur, & cùm inter ipsas suprà sit & infrà quæ sunt eædem ad nos, & ex natura, atq. illæ primas ferant notione loci; nil absurdi consequitur, si, quæ secundùm naturam sunt, ad nos solùm in rudiore loci explicatione spectentur. Immobilitas quoq. loco consueuit adscribi. Verùm quia de ipsa posteà plura dicenda sunt, idq. docendū, an'ne pars definitionis, aut loci attributum sit iudicandū in his hypothesibus quę hactenus enarratæ sūt, in hoc primo disputationis cōgressu cōquiescemus.

E F G

Indagatur via compendiaria definitio loci. *Cap. XLII.*

AB his transeo nunc ad ea quæ sunt intima loci, atq. illius essentiam, tanq̄ sub oculos ponūt. Si igitur ea quę mouentur, ita moueri existimantur, quia mutant locū, perspicuum in primis est esse locum. Quòd si canon ille analyticus verus est; ita nimirùm se habere mentem nostram ad quæstionem, quid est, quemadmodum se habet ad quæstionem sit'ne res: ꝑfectò, cùm motus ꝑximè monstret nobis esse locum, etiam ex eo ꝑximè sumetur occasio cognoscendi quid ipse sit. Ab hoc igitur exordiamur, & experiamur quantum ipse valeat in hac re euoluenda. Itaq. primùm cùm motus genera plura sint, & ea quæ mouentur, pluribus moueantur modis; ēt nosse oportet non oēm motum, neq. oīa illa quæ quocunq. pacto mouentur, perducere nos in loci cognitionem, sed inter genera motuum latio & mutatio secundùm quantū, id tantummodò præstant; affectio verò & permutatio substantiæ nō necessariò, & nisi quatenus cùm illis transmutatio quanti coniuncta est. Tum quia mutatio pōt fieri confertim, & in eodem loco manente illo quod alteratur, tum prætereà q id quod gignitur, per se non est: hoc verò nusq̄ esse potest, & inter illas id efficit perspicuè latio: siquidem ea quę feruntur, totū locum cōmutent, hîc cùm sint, anteq̄ moueantur, alibi verò, postq̄ mota fuerint: mutatio quanti nō euariat vniuersum locum, sed ibidem mouendo semper maius occupant minusúe spatium ea quæ mutantur, non secus atq. metalla quæ cuduntur. Idcirco nos locum maximè cęlo tribuere consueuimus, quòd maximè ipsum locum mutare perspicimus. Nam sol quàm paruo temporis spatio modo est in ortu, mox occidet, vt elegantissimè poëtæ cecinerunt.

Labitur occultè; fallitq. volubilis ætas,
Et celer amissis labitur annus equis.

sic omnem locum illū superum appellare cōsueuimus; ita verò locū cęlo tribui puto ꝑpter partes. s. quæ mouentur. Sed intereà quæ mutant locum, sunt verò illa quæ feruntur; actu quædā mouentur, vt ego, dum ambulo, alia mouentur ex aliorum motu, & per accidens, velut ea quę mecū

H

A ipso mouentur, animus accidens quod omne inhæret, & vestis. atqui & horum nonnulla etiam à me separata moueri queunt, alia nunquam per se mouentur, & vestis quidem, vbi fuerint exutus, per se ipsa mouetur, albedo quæ in me est, per se est immobilis, qui enim moueatur, si separari nequit, aut separata subsistere? Præterea partes corporis, siue eiusdem rationis cum toto fuerint, velut in animo carentibus, seu talis ambiguè, quemadmodum in animatis, vbi fuerint à toto segregatæ, tamen habent etiam aliquam naturam per quam à toto secretæ subsistant (nisi fortè paruitas obstet) & sint vt tota quędã, & per se subsistentes occupent locum. Quamobrem inter ea quæ mouentur per accidens, est quidam gradus. Sicut ergo non est omnium ratio par; sic probabile est non omnia nobis æquè locũ monstrare, sed illa planè indicabunt, quæ item per se quandoq. moueri contingit, & illa deniq. cum actu sint, hoc est, per se à ceteris separata subsistant. Quòd si ea quæ sunt in loco per se, sunt in loco quodam proprio, non poterit esse aliter ꝓprius locus, quàm si locato fuerit æqualis. tum verò æqualis fuerit, cùm fuerit in extremo corpore quod nos ambit, & illud sit quod nos continet primò, vt nihil aliud vltra nos amplectatur. Ita fit, vt quod est in toto, separetur ab eo quod est in loco, nanq. ea quæ sunt in toto, cùm toto continuantur: at id quod est in loco, continuum cum loco non est, sed & continens & id quod continetur, suis propriis ipsorum terminis quodque, discluduntur. Quòd
B si vbi primùm à toto separata fuerint, tum existunt in loco per se, eaq. sunt in loco primò, cùm sunt in illius extremo, quod contiguum est, & proximè continet, hoc verò est illi æquale quod continetur, quia nil inter ipsa interiicitur, itaque vnius termini non superant terminos alterius. Igitur illud extremum corporis continentis erit locus quem nos in pręsentia vestigamus. Præterea partes in toto non per se mouentur, sed ex totius motu duntaxat agitantur, vbi seiunctæ fuerint à toto, siue prorsus ab eo separatę, siue etiam connexæ, dummodo non sint, vt in animali, manente reliquo corpore per se moueri possunt: at id quod est in loco per se, ita se habet, vt ab alio nullo pendeat eius motus. siquidem & totum moueri queat parte immobili permanente. Nisi fortè pars illa prima fuerit, vnde originem habet motus in iis quæ mouentur ab interno principio quę nos accepimus esse viuentia: quanquam neq. illa pars mutat locum, vereq. mouetur, sed velut ea quæ crescunt & minuuntur: nam contrahi illam & expandi oportet, si motus in animante sit extiturus. Persuadet item sensus cõmunis parti non esse tribuendum locum. Nam pars in continuo dicitur esse in toto, vt pars; at dum separatur à toto, dicitur ab eo contineri, & esse in eo, tanquam in vase contrà quæ sunt in loco, in ipso ita sunt, vt eius partes non
C sint, verùm in eo, velut in vase consistant. Quo fit, vt siquis via planissima reperire velit essentiam loci; is accipiat totum, & ab illo amputet partem quæ per se subsistere valeat, & amputatam ibidem permanere patiatur: tum fiet, vt habeat ea pars omnes conditiones eorum quæ sunt in loco per se: erit enim ab illo separata in quo est, per se mouebitur, & erit in quodam continente primo: siquidem communis ille terminus, quo cum reliquis iungebatur ea pars quæ amputata est, actu diuidatur, & existant duo qui sunt inter se omnino æquales; quorum alter erit extremum corporis continentis, alter autem eius quod continetur. ille igitur erit locus qui est terminus continentis. Proinde id quod est in loco, totum quidem à loco comprehenditur, neq. tamen, vt secundùm omnes dimensiones ad illud locus aptetur: verùm secundùm superficiem solam, nam per hanc æqualis est ipsi locato. At verò cùm vas etiam contineat, tanquam locus, & ab eo quod continetur, distrahi possit; necnon eius extrema simul sint cum extremis illius quod continetur, accedat item aliquid oportet quo vas à loco distinguatur; hoc autem est, quia vas transferri potest, locus verò nequaquam. Ergo vna erit definitio loci. Extremum corporis continentis, quatenus immobile. Sic optimè loci definitio colligetur, non sanè syllogismo,
D neque enim quid est syllogismo cõcluditur, neque via diuidente, quòd nullam pręseferat necessitatem, sed vt Gręcis placere video per vim consecutionis quę amplius quiddam est, quàm necessitas syllogistica, vt facta solùm conuersione cuiusdam conclusionis loci definitionem assequamur, hoc modo, si Græcos & Auerroëm audiamus. Illud à quo primo, vt immobili, continentur ea quæ per se mouentur, est locus primus. Sed ab extremo corporis continentis ita continentur ea quę per se mouentur. Extremum igitur corporis continentis est locus primus. At cũ ea sit pręedicatio secundi modi, quia definitum de definitione tanquam attributum de subiecto illo pręedicatur, quod Arist. appellat primum excipiens; licet item eam conuertere ad hunc modũ. Locus est extremum corporis continentis. Verùm, si mihi quicquam assumere licet; videtur hęc esse definitio quæ minor est ꝓpositionis terminus, & caussa prædicati; subiectũ verò esse corpus mobile per se, quod tamen in ea non pronunciatur, sed per modũ consecutionis includitur; ita vt restet, eam esse formalẽ loci definitionem; quocirca nec aliquo syllogismo confirmabitur, sed persuadebitur admonitionibus, quæ sanè parabuntur ea resoluendo, in sua vsq. primordia quæ de natura loci nobis perspecta fuerunt. Et ex his apparet, quemadmodũ dictum est 4. Phys. locũ esse extremum corporis continentis. Illa enim quæ per se mouentur in loco sunt; quoniã sunt in

extremo corporis continentis primò, tanquam locus sit extremum ipsum continentis. Idcirco locus per se, & quatenus ipsum, conuenit extremo corporis continentis. Ex quo efficitur, vt inania sint ea verba quæ à Simplicio definitioni Aristotelicę apponuntur, καὶ ᾗ ἐφαρμόζει τῷ περιεχομένῳ. hoc est, quatenus aptatur ad id quod continetur. Iam.n.ex vi conditionum quæ notionem loci constituunt, apparet hęc sibi inesse, quatenus huiusmodi. Ex his item sicuti persuademur locum esse continentis extremum, ducimur ad credendum illum quoque non esse formam. Nanque hactenus constitit locum nil eius esse quod est in loco, & quod continetur a loco, at forma continet quidem, sed est aliquid eius quod continetur. Est sanè simul cum eo locus quod est in loco: veruntamen eius nihil est, quod scilicet id constituat quod ipse continet, aut aliquo pacto suscipiatur in eius essentia. E

Explicatur Textus 37. Quarti Phys. vbi differitur, vtrùm locus sit distantia, nec ne. Caput XLIII.

ATQVI non conniuentibus hæc fortasse perspicua: illa & admodum vigilantibus obscurissima, & quæ traxerint Arist. interpretes in varias neq. valde firmas cogitationes, quæ attulit ipsemet aduersus eos qui locum esse censuerũt, aut materiam, aut interuallũ quod quidem à corpore separari posset; nihilominus totidem mẽsuras haberet, quot habet ipsum corpus quod est in loco, longitudinem nimirùm, latitudinem, atq. altitudinem. Operęprecium igitur me facturum putabo, si loca illa Arist. interpretatus fuero diligentius. Vt autem ordiamur à primis, F
„ obseruemus ante alia quæ dicit ipse contra distantiam, eius autem hæc verba sunt. Si verò esset
„ aliquod spatium natura, ac manens in eodem loco, infinita vtique essent loca. translato enim
„ aëre & aqua idem faciunt partes omnes in toto quod nunc tota aqua in vase. simul autem
„ & locus erit mutatus: quare erit loci, & alius locus & multa loca simul erunt. non est autem
„ alius locus partis in quo mouetur, cùm totum vas transfertur, sed idem. In quo enim sunt,
„ vicissim transferuntur aër & aqua, aut partes aquę, sed non, in quo sunt loco qui pars est eius
„ loci qui est locus totius cęli. Ita verò loquitur Aristoteles. Εἰ δ' ἦν τι τὸ διάστημα τὸ πεφυκὸς καὶ μένον ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ἄπειροι ἂν ἦσαν οἱ τόποι. μεθισταμένου γὰρ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ἀέρος, τὸ αὐτὸ ποιήσει τὰ μόρια ἅπαντα ἐν τῷ ὅλῳ, ὅπερ ἂν τὸ ὕδωρ ἐν τῷ ἀγγείῳ. ἅμα δὲ καὶ ὁ τόπος ἔσται μεταβάλλων. ὥστε ἔσται καὶ τοῦ τόπου ἄλλος τόπος. καὶ πολλοὶ τόποι ἅμα ἔσονται. οὐκ ἔστι δὲ ἄλλος τόπος ὁ τοῦ μορίου, ἐν ᾧ κινεῖται, ὅταν τὸ ὅλον ἀγγεῖον μεθίστηται, ἀλλ' ὁ αὐτός. ἐν ᾧ γάρ ἐστιν ἀντιμεθίσταται ὁ ἀὴρ καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ μόρια τοῦ ὕδατος. ἀλλ' οὐκ ἐν ᾧ γίνονται τόπῳ ὅς ἐστι τόπος ὅλου τοῦ οὐρανοῦ. Ex his verbis tria primùm colligi videntur argumenta quibus probetur locum non esse distantiam. erat autem distantia, quemadmodum ex eius inuentoribus conijcere licet, spatium vnum tribus dimensionibus comprehensum quod cælum & mundum vniuersum complectebatur; eius verò partes erant totidem, quot sunt ea quæ possunt esse in loco, atque illæ quidem in actu, & perpetuò permanentes. In hanc positionem inuehitur Aristoteles constructis rationibus ab opposito consequentis, hoc pacto. Primùm si locus esset distantia quæ per se subsisteret, & in eodem loco maneret, infinita essent loca. Sed loca infinita esse nequeunt: ergo neque talis distantia in rerum natura consistet. Sed vnde extet illius coniuncti veritas, non satis perspicuè colligitur ex interpretibus eius loci: quandoquidem omnes in id inciderint, vt absurdum fecerint quod esset item absurdum apud Aristotelem; aut, si absurdum non est apud ipsum; neque item apud eos absurdum foret habendum. Etenim inquiunt, sequi id ex eo, quòd infinita esse possunt ea quæ sunt in loco: nam continua quæ sunt in loco possunt diuidi in infinitum. Sedenim si ponamus etiam locum esse superficiem continentis, quemadmodum Aristoteli placuit; attamen & tum sequeretur loca esse infinita. Non igitur ex infinitate partium deducendum fuit illud absurdum. Laborauit in ea probatione multum Ioannes Grammat, & demum Tex.65. loci superioris expositionem satis aptam in medio posuit: videlicet (in hoc enim manet vniuersum robur eius argumenti) quòd continua diuidi possint in infinitum, vbi fingamus illam distantiam totum aliquod continuum penetrare: quoniam partes eius sunt infinitæ, singulæ verò locum suiipsarum proprium assequentur; ergo infinita quoque loca esse oportebit. At mihi suspecta est hæc expositio non sine caussa. In primis enim partes in continuo non sunt infinitæ, nisi potestate, & secundùm actum illum diuisionis, qui imperfectus est, &, vt aiunt in fieri; non autem secundùm eum qui perfectus est, & facto esse consistit: si enim infinitæ sint actu, quid prohibebit, quominus etiam totum sit infinitum? Rursus esto, quòd partes eo modo sint infinitæ, sicut absurdum non est hoc, sic neque absurdum erit infinitas esse distantias, & infinita loca. & ita resistere obiectioni, quemadmodum quoque resistebat Aristoteles, vbi cum Zenone disseruit, G H

a 6. Phys. a vt nobis vitium vertendum non sit, si tali quoque inuento cum Philopono congrediamur.

Tum

A Tum tertiò, quòd hæc expositio in idem recidit, atque superior. quid enim habet hoc absurdi, quòd infinitæ sint partes, & infinita loca potestate? ideoq. euitabunt hanc rationem auctores item distantiæ; quippe quæ nil inculcet absurdi rerum naturæ. Idcirco fidem ex eo puto huic argumento adhibendam esse, quia ponatur illa distantia in actu. Quamobrem cùm locus, quatenus huiusmodi, apud illos in actu sit, idemq. semper, etiam posita partium infinitate in continuo quæ sit per successionem, & in totius temporis vniuersitate quæ in immensum Arist. auctore producitur, absurdum hoc consequi puto: quandoquidem est semper actu distantia cuiusque partis; ob eamq. caussam actu infinitæ quæ sint corpora quælibet excepturæ, quod sanè prius fuerat acerrimè confutatum. Illustratur autem ab Arist. res hæc exemplis. Nam fingamus, inquit, aquã vniuersam, aut aërem qui continetur in vase, locum mutare: cum ipso quoq. omnes eius partes locum per se mutabunt, non secus atque tota aqua, aut aër. Sed cùm infinitæ possint esse partes in continuo propter infinitam ipsius diuisionem: ergo distantiæ quæ sunt loca singularum actu, eædemq. permanentes, erunt actu infinitæ. Secundum argumentum fuit huiusmodi. Si locus distantia, mutaret locum. At quia locus est immobilis, id fieri nequit. Hoc verò necessariò sequi, sic constat. Nam pone tu aquam in vase, vt in loco, in distantia vasis, vbi vas transferatur: vtique etiam transferri distantiam illam & propterea locum oportebit. est B enim tota distantia quæ terminatur concaua superficie vasis, locus aquę: atqui vas ipsum transfertur: ergo & locus item cum ipso transferetur. Tertium verò, Si locus esset distantia multa loca simul essent. At hoc etiam fieri nequit. Nèque enim minus absurdum est duo loca simul esse, quàm duo corpora inter se penetrare. Patet autem illa connexio: quia finge tu aquam in vase: iam erit in distantia vasis, vt in loco. mox hoc idem vas in aliud conicito: erit tota aqua cum vase in distantia maioris illius vasis, atque ita diuersæ distantiæ corpus idem cõplectentur. Idcirco multa simul erunt loca; quod, cùm opinioni communi repugnet, abiiciendum est: cùm cęteroquin illud etiam natura non patiatur esse multa interualla simul: quippe quòd suopte impulsu discludantur. Hæc sanè consequuntur eos, qui arbitrantur locum esse distantiam, quę certè nullum negocium facessunt iis qui statuunt locum esse terminum corporis continentis, quemadmodum voluit Arist. atque illum quidem extremum, & id quod est in loco, totum sanè in loco esse; verùm per superficiem solam; non autem per vniuersam distantiam. Primùm quidem, quia partes non habent locum sui ipsarum proprium in quo maneãt, vbi cum toto coniunctæ sint: quare etiam si infinitæ fuerint, vel potestate, vel actu; non idcirco locorum nume-C rus augetur in infinitum; etiam si fuerint actu distantiæ, quemadmodum auctore ipsius decreuere. Nanq. etsi Arist. affert consequens illud, tanquàm eiusmodi vt fieri nequeat: tamen in probando suum illum locum qui extremus est ambientis corporis terminus, occurrit, vt prouerbio fertur, ad ianuam, & eius opinionis fundamenta ex eo q loca pro partiũ numero multiplicentur, euertit. Neque item locus erit mobilis: nam, tametsi vas agitatur, in quo est aqua; tamen locus non mutatur: est enim semper in eodem loco, donec à vase hauriatur. Neque locus mutat per se locum, quia totum quidem vas est in aliquo loco per se, & mutat locum, sed ea quæ sunt in vase, conseruant eundem locum. Neque multa loca simul existunt: verùm aqua est in suo loco, nimirùm in interna superficie vasis, a qua primò continetur, non autem in alio vase, sed vas ipsum, quod primò continet aquam, cùm aqua quæ continetur, est in alio vase, atque hoc postremum in aëre. Aperta nostri loci sententia, non ab re fuerit, si euoluam aliquot verba contextus, quæ multam difficultatem Latinis maximè pepererũt ob alienæ linguæ inscitiam. Atq. id quod dicitur [spatium manens in eodem loco] non ita accipiendum est, quasi spatium hoc, quod habet tres dimensiones, in loco ponatur. perinde quasi ab alio contineri debeat, sed accipitur im-D propriè tanquàm nota rei illius quæ est, & circunscribit rei præsentiam, quemadmodum si diceremus, hîc est punctus, aut punctum esse alicubi: nam vulgus solet id quod est, etiam nomine loci notare, vbi locorum est: inquiens, & aliquid non esse, quia nusquam sit, idcirco venit item in eam sententiam, quam legimus probasse Zenonem, [a] Omnia scilicet, quæ sunt, esse in loco, quæ tamen falsa est. sed, si fortè dicitur illa esse alicubi; aliter non esse, locus impropriè sumitur, tanquam circunscribens ipsius rei præsentiam. Sic Deum dicimus esse in cœlis. [Natum verò aptum] cùm adiectus sit articulus τὸ πεφυκὸς, definitum est ad id significandum quod anteà dictum fuerat. aptum natum tangi, seu tangere: nanq. huiusmodi sunt corpora quæ sunt in loco propriè, non continua, veluti partes: ita inter se tangunt locus, & id quod est in loco. Ergo spatium, quod aptum est ἅπτεσθαι. Post hæc Arist. his verbis [Non est verò alius locus partis] ostendit, cur eadem absurda, & eiusmodi quæ fieri non possint, non itidem eueniant, si ponatur locus, quemadmodum ab ipso constitutus est. Extrema superficies corporis continentis. Caussa autem hæc reddi videtur. Nanq. vbi vas totum mouetur, non est alius locus partis; appellat autem partem totius vasis, aquam, accipiens totum, vt ad alium locum, in quo vas est, dimissa rõne capacitatis; velut etiã nõ multò antè fecerat, vbi. s. quęsitũ fuerat, [b] an aliquid esse posset in seipso.

[a] 4. Phys.

[b] 4. Phys. T. 24.

Quare sic ego seruato Græcismo struerem hunc locum, & interpositione vocis animaduersa quæ E
Arist. non insueta est. ἐν ᾧ γὰρ ἐστὶν ἀντιμεθίσαται. i. ἐκεῖνο γὰρ ἐν ᾧ. hoc est, illud in quo est, mutatur; in quo est, inquam, aër & aqua, & partes aquæ. vbi etiam notatur, partes ipsas locum per se non mutare, quod euertit primum illud quod fieri non poterat. ἀλλ᾽ οὐχ ἐν ᾧ γίνονται τόπῳ. i. ἀλλ᾽ ὁ τόπος, ἐν ᾧ γίνονται. i. at non locus, in quo sunt, phrasi admodum consueta Græcis. ille enim permanet qui locus est pars loci totius, veluti locus ille, quem occupat aqua, quæ continetur in illo primo & minore vase, de quo loco suprà dictum erat, vt etiam caussa reddatur, ob quam sit idem locus: est enim idem, quia pars totius: nanq. totus mutatur. i. mutatur solùm locus communis, non autem proprius ipsius aquæ. Atq. hæc de eo, quod locus non sit actu distantia.

Interpretatio Textus 38. eiusdem libri quo differitur, an locus sit materia.
Cap. XLIIII.

EXISTIMATVS quoq. locus est materia, quod secum habeant sibi illud commune, quòd excipiant. Verùm quòd non sit materia, concludit mox Arist. cuius item verba ad hoc pertinentia sunt perpendenda. Καὶ ἡ ὕλη δόξειεν ἂν εἶναι τόπος. εἴγε ἐν ἠρεμοῦντί τις σκοποίη. καὶ μὴ κεχωρισμένῳ ἀλλὰ συνεχεῖ. ὥσπερ γὰρ εἰ ἀλλοιοῦται, ἐστί τι ὃ μὴ λευκὸν, πάλιν δὲ μέλαν. καὶ νῦν μὲν σκληρὸν, πάλιν δὲ μαλακόν. διὸ φαμὲν εἶναί τι τὴν ὕλην. οὕτω καὶ τόπος διὰ τοιαύτης τινὸς εἶναι δοκεῖ φαντασίας. πλὴν ἐκεῖνο μὲν, διότι ἦν ἀὴρ, ἐνταῦθα ἐστὶν ὕδωρ. ἀλλ᾽ ἡ μὲν ὕλη ὥσπερ ἐλέχθη ἐν τοῖς προτέροις, οὔτε χωριστὴ τοῦ πράγματος, οὔτε περιέχουσα, ὁ δὲ τόπος ἄμφω. F
cuius orationis sensus hic est. Et materia quoq. videbitur vtique esse locus, si in quiescente consideret quispiam, & non separato, sed continuo. Vt enim si afficitur, est quippiam quod nunc quidem album est, olim verò nigrum, & nunc quidem durum, olim autem molle (quapropter dicimus esse aliquid materiam) sic & locus per talem quandam speciem esse videtur. Verùm illud quidem, quoniam quod erat aër, hoc nunc aqua est: locus verò, quoniam vbi nunc erat aër, nunc est aqua, sed materia quidem, sicuti dictum est in præcedẽtibus, neque separabilis à re, neque continens: locus autem ambo. Quanquam & in hoc textu comprehenditur argumentum commune quo probetur item locum non esse formam; vsque adeò, vt qui vtrunque præstari putet à philosopho nunc, & videat suprà repudiatam fuisse formam à loci natura, persuaderi facilè posit ibi occurri argumento eorum qui testabantur locum esse formam, & quanuis mentio de materia sola facta fuerit in hoc loco, existimet id propterea factum, quia longè maior G
intercedat similitudo inter materiam & locum, quàm inter locum & formam ob eam ipsam rationem, quæ continetur in textu. Ergo duobus argumentis inuehitur Aristoteles in eos qui locum materiam esse voluerunt; tametsi primum subobscurum est, vt de illius explicatione non conueniat inter Peripateticos. Quandoquidem Philoponus & Simplicius animaduertant in loco duo spectari posse, primùm quidem corpus illud quod continet, alterum verò, corpus quod continetur. In hoc ergo posteriore dicunt hæc item duo considerari, quietem: scilicet, nam quod mouetur, non est in loco nisi potestate: & continuationem; ne separatum sit, sed continuum, quia materia cum eo continua sit cuius est materia. Sed missa quiete, de altera conditione disseramus, non video sanè, quorsum spectet hæc conditio corporis quod est in loco, neque enim valet ad indicandam similitudinem, aut discrimen loci & materiæ, de qua disseritur in præsentia, neque id asseuerare de ipso licet, si cum loco conferatur: nanque ab eo separatum est, neque continuum, sed contiguum solum. Præterquam quòd mihi suspectum est, materiam cum eo continuari cuius est materia: nam compositum quod habet materiam, idem est prorsus, atque ipsa materia, cum est actu, & forma est materiæ terminus, is verò ad id cuius terminus est, ra- H
tionem continui non habet. Ideò nomine συμφύσεως, καὶ τοῦ συμφυοῦς significari potius arbitror eam conuenientiam, & compositionem formæ cum materia, non autem nomine τοῦ συνεχοῦς, qua voce continuitas exprimitur. Rursus nulla connexio extaret inter hæc, & ea quæ sequuntur. [Vt enim si afficitur] Quæ item verba faciunt, quominus approbem Vicomercati sententiam, qui tribuit hæc ipsi loco: veruntamen, non, vt continet, & respicit corpus quod est in ipso, sed quatenus est coniunctus cum corpore quod ille ambit, quanquam neque ipse cum corpore continente continuatus est: neque enim terminus, vt diximus, cum eo continuus est, cuius est terminus, &, vt optimè constat ex definitione contineri, siquidem habeat extrema continuum, termini verò, quatenus huiusmodi nulla sunt extrema, ac, si continuum terminus esset, quid prohiberet, quominus è terminis vnum continuum foret? sed potius est terminus in eo cuius est terminus. [a] Nam quod dicit Aspasius, Aristotelem hic loci materiæq. dis-
a 4. Phys. similitudinem indicare, prorsus abhorret à vero, neque vlla confutatione dignum est. Equidem primo loco censuerim explicari ab Aristotele similitudinem quæ ex aliorum sententia inter materiam & locum intercedit; deinde illam afferre quam ipse quoque suprà recepit; postremò

A stremò statuere dissimilitudinẽ,atq. notare lapsum eorum qui opinati sũt,locum esse materiam: ac primò quidem accipi id in quo materia loco similis esse apparet: nanq. materia, si spectetur vt manens,& non separata,sed continua.i.cum extentione partium,& dimensione; similis habetur ipsi loco,necnon ꝙ sicuti locus est quãtorum capax, ita materia formas oẽs excipit in seipsa, corporumq. potissimum,quia variis terminis obnoxia sit, & quemadmodum materia manet excipiens varias formas,sic locus manet accipiens corpora diuersa. Nam quies etiam quædam est loci conditio,ex qua item deducta est caussa,quamobrem locus habitus fuerit distantia: cõtinet enim corpus immobilis permanens. Sic igitur hęc dicta sumo,non,vt congruentia cũ loco,quod video fecisse Vicomercatum; non de eo quod est in loco,vt Græci,sed hæc refero ad materiã quæ per genus neutrum explicatur,vt cùm dicitur τὸ ὑποκείμενον, τὸ πανδεχές. & id iis respondet quæ de materia ꝑpter quantitatem pronunciata quondam fuerunt. Secundò,tanq̃ aduersaretur Arist.huic similitudini,atq. veram quandã conuenientiam adesse docere vellet.inquit. Illud planè verum esse, ꝙ sicuti mutatio nos in notitiam materiæ perduxit, eodem modo motus etiã nos in loci notitiam traxit. Ex eo.n.quòd corpora sibi mutuò succedere spectabamus, & vnde aqua exhausta fuisset,aërem extemplò influere,atq. etiam ꝙ ex albo fiebat nigrum,& nigrũ potestate fiebat actu nigrum, vt nos hîc in notitiam materiæ deducitur quæ est oĩa potestate, sic nos ibi in

B loci cognitionem peruenimus. Cęterùm neutra similitudo perfecta est; propterea ꝙ eadem sanè est materia quę suscipit vicissim varias formas: at nomen amittit,cùm modò fiat aqua,mox aër: locus verò non ita permutatur, neque enim fit aër,aut aqua, verùm successione quadam intra se vtrunq. recipit,neq. in receptorum naturam transmutatur. Neque item eadem est ratio separationis in vtroque; quippe ꝙ materia non separetur à re in qua est,sine interitu; at verò locus ab eo quod in ipso est,separari sine ipsius interitu põt. Tum etiam materia post separationem conseruatur aliam formam acceptura: locus aut planè deletur,aut aliquis saltem,nimirùm ꝓprius. Nam siquis vniuersi loca accipiat quæ sunt loca simpliciter, ad quæ respiciẽtes etiam cętera loca nuncupamus,& eorũ differentiis insignimus, suprà dicentes & infrà: sic separabitur locus ab eo quod est in loco,vt sine ipso ẽt subsistere possit; ꝓprius non necessariò restat. Nam corpus illud quod erat in loco, poterit alium cõmutare,atque idem fortasse locus aliud corpus non excipiet, vt si fortè corpus continens cum adueniente corpore,& in eius locum subeũte quod discesserat, cõtinuum fiat,sed & aqua manet hausta è vase,& vas aliam recipit, atq. item fieri põt, vt si locus fuerit terminus aëris,vt aër cum subingrediente aëre continuetur,& oĩno corpus quod continet,

C cum eo quod continetur, si fuerit eiusdem rationis. Generatim verò loca prima vniuersi manere credendum est,de cęteris dubitare licet. Præterea non est officium materiæ continere,sed contineri: continere autem est formæ: [a] verùm locus ex eo definitur,quia contineat. Si ergo separatur locus.i.res ipsa quæ est in loco,secum non tollitur, materia non item; si locus continet, materia verò nequaquam concludere licet,locum nulla ratione fore materiam. [a] 3. Phys.

Quę sint loca in vniuerso. Caput XLV.

SI ad naturam loci pertinet,vt si id quod continet aliquod corpus per se mobile,atq. id immobile sit; duo necesse est consequantur: primum quidem, vt medium & extremũ mundi sint maximè loca, id.s.quod est inferius, & id quod est superius, atq. alterum non omne corpus esse in loco. Primùm sanè ex eo nascitur,ꝙ hi mundi termini videntur esse maximè immobiles, & vnus prorsus immobilis, quod est medium mundi,seu centrum vniuersi; nanq. ita manet,vt positum videatur,veluti firmamentum ei quod in orbem fertur,quo nitens oĩum ocyssimè conuer

D ti possit,& quasi factum ad id vt mundum ipsum cum extrema circunferentia contineat, potissimè verò corpora illa quæ susq. deq. aguntur,seorsum verò continet grauia. Vnus atque idem quoq. illud est,qui est ad ambitum & circunferentiam, vocamus aũt suprà manet verò idem; nõ tamen eodem modo se semper habet,nanq. non mutat sanè locum ex eo quem occupat nunc,in alium prodiens: verùm nõ permanet immutabilis,quippe ꝙ eius positura varietur, cũ à dextris modò sit quod erat vesperi à sinistris. At verò cùm corpora mobilia vniuersa, seu mortalia sint siue,vt censuit Arist. immortalia, inter hæc extrema contineantur: cùm etiam ipsa sint vnà cum iis quorum extrema sunt,ideò sequitur,vt locus sit æqualis ei quod est in loco: efficitur item necessariò,vt duo pro locis habenda sint,ad quorum alterum corpora secundùm naturam ferãtur, ibiq. maneant suopte impulsu; in alterum verò vi agantur, & contra naturam, illinc non sine vi distrahantur; hinc etiam suopte nixu discedant: tametsi, variæ cùm sint naturalium corporum differentiæ, non omnia corpora penitus assequuntur ea loca quibus vniuersus mundus comprehenditur, sed ea quæ grauia, seu leuia simpliciter sunt; quæ verò declinant ab hoc summo, in medio spatio conquiescunt, & ad extrema corpora, tanquam ad sua loca cientur; eo tamen ordine conseruato, vt ad illa secundùm naturam ferantur quibus cum magis conueniunt.

Vnumquodq.n.à simili conseruatur,à contrario perimitur: itaq. naturali quodam impulsu hoc E
declinat,illud persequitur,ex natura & sui conseruatione expetens,contrarium vero fugiens,quã-
tum pòt:ob eamq; caussam medium mundi terra obtinuit,supremum locũ ignis,quæ simpliciter
talia sunt:aër aũt & aqua inter hæc duo collocata sunt; sed aqua inter aërem & terram,quia cum
terra conuenit beneficio frigoris, cum aëre verò merito humoris: aër inter ignim & aquã: siqui-
dem cum aqua congruat per humorem , per calorem verò sit similis igni: idcirco prope terram
aqua,& sub aere conseruatur,sub igni aër;ignis sub cęlo,quia nil est aliud ignis,q̃ aer ex motu ce
li inflammatus. At verò qm̃ corpora hæc è materia conflata sunt cuius officium est pati;& è forma
cuius munus est agere,& deniq. ex oppositis,vñ redactio proficiscitur,nec vis vtraq. vim agẽdi,
tùm patiendi sit irrita,& inanis:ẽt illa sic deinceps à solertissima natura composita, & constituta
sunt,vt,postq̃ gñe conuenerunt, ea quæ sibi proxima sunt , per vnam oppositionem distinguan-
tur.ita aqua cui cum terra cõe est frigus,per ipsum idem ab aëre segregatur; & aër, qui pollebat
humore,quemadmodum aqua,per ipsum disiungitur ab igni,quamobrem à simili conseruata ,
& siquando opus fuerit, sese mutuò reficientia per oppositionem ; tanq̃ gyro quodam eunt re-
deuntq; perpetuò,perpetuoq. sese exercentia res æternas vtpotè perfectiores imitantur. Singula
verò binis qualitatib.prędita sunt;quarũ alteram hñt summã,alteram verò remissiorem. Quan-
quam non est hic locus differendi de elementorum virib.sed hæc breuiter attingenda fuerunt, ꝙ
aliquid ad notitiam loci cõducunt.Nã cùm eę qualitates quę insunt in quoq. elemento(sunt ve- F
rò hæc prima corpora,& primæ partes mundi)ita se habeant,vt per alteram,cum altero corpore
contiguo consentiant,per alteram dissentiant:quia par oĩno gradus non est vtrarunq. in eodem
corpore,vt intelligamus loci rõnem esse constituendam ex ordine qualitatum quæ primas obti-
nuere,verbig.quoniam aqua simul frigida humidaq. est,ita tñ,vt frigus excedat; quia magis cũ
terra,q̃ cum aëre conuenit,ad terrã potius,q̃ ad aërem ferri dicenda sit. Neq. id sine auctore pro
a T.79. fiteor.Etenim 2.de cęlo a didicimus aquã non per se manere, sed terra inniti:ita cùm aër calidus
sit & humidus;humor verò præstet calori,ad aquã feretur cum qua conuenit magis, q̃ ad ignim
à quo magis distat.Verùm, quia cum altero quoq. corpore contiguo consentiunt quodãmodo ad
alterum ferri putabuntur;quia.s.eo terminantur. Alterum verò quod ex assignata loci definitio
ne colligitur,illud est:ꝙ ea corpora tantum in loco erunt q̃ ab alio corpore continentur. Nã si lo
cus est extrema superficies corporis continentis,id quod est in loco,necessariò quoq. extrema il-
la continentis corporis superficie circundabitur:ꝙ si non circundatur ab alio,non igitur est in lo-
co,veluti,si fingeremus aquã esse totum id quod olim ꝓfessi sunt Thales & Hippon;ea non esset
in loco,quia non circumuallaretur ab alio corpore;cùm verò tale corpus sit cęlum,idem quoque G
iudicium de ipso faciendũ erit.Verùm quia videt̃ hoc maximè aduersari notionib.illis quas de lo
co generatim & cęlo cõceperamus;siquidem posuerimus suprà & infrà primas esse loci differen-
tias;prætereà collocauerimus illas in cęlo constantissimè,neq. solum id ad nos, sed quemadmo-
dum aliàs ostendemus,ẽt ex ipsius rei natura, nunc aũt à differentijs loci sint exclusum;scire con
uenit ẽt cęlum à loci differentijs immune non esse simpliciter;& locum ad ipsum quodãmõ per-
tinere:rõ verò huiuscè rei talis afferri posset: quandoquidem & si non est in loco totum,quia to-
tum extra se nihil habet à quo contineatur;at partes eius,quia continentur,in loco existunt:con
tinentur verò,quia sese vicissim cõplectuntur.quemadmodũ verò id eueniat,& quæ de hac ipsa
re sñia fuerit Arist postea longo sermone tractabitur,interim verò ad id de quo disputo,proban-
dum,satis sit partes cęli pp mutuum sui ipsarum complexum esse in loco. Veruntamen,& si va-
lent hæc ad tribuendum quoquo pacto locum ipsi cęlo,me tñ angit scrupulus quidam; quia ta-
lis locus non rectè dici põt superior, aut inferior; quo.n.mõ pars vna continebitur in alia, vt ibi
alterutrius differentiæ rõ queat inesse? Neq.n.locus superior ignis terminos transilire censetur:&
tñ eas duas loci differentias in vniuerso posuit Arist.quod item cõplectitur cęlum. Nisi dicamus, H
quia cęlum sit terminus motus qui sursum fit;ideoq. superficies illius cõcaua sit locus superior:
quòd illi etiam locus assignetur,diuersa quidem, nõ tñ noua & inusitata prædicatione; ea.s.quæ
αἰτιώδης.hoc est caussalis,à dialecticis appellatur.vbi.s.aut effectus caussæ attribuitur,vt cùm dr̃
calor inesse in motu,aut effectui caussa, veluti cùm punctum de linea prædicatur. sic etiam , quia
cęlum efficiat ambitu suo locum superiorem, locus ei tribuitur: eaq. rõne dr̃ esse sursum . Potest
etiam sensus cõis ea loca cęlo contribuere, quia concipiat inter vniuersi terminos conuexam vs-
que cęli superficiem. Sic in cęlo poterunt ea rõne cunctæ loci differentiæ notari:vt ea quæ,puta-
tu,spectant orientem solem,anteriora respicere videantur, ꝙ inde terminos anterioris loci capia
mus ; sic de cæteris positurę differentijs autumare conueniet , vt de Zenith & Nadir Astrono-
morum,quorum illud sursum reputetur : alterum illi oppositum deorsum.

Diluuntur

A *Diluuntur nonnullæ dubitationes quę à natura loci inuenienda nos auertebant. Cap. XLVI.*

HACTENVS de loci definitione;nunc ad reliqua transeamus quæ bonam & rectam definitionem consequi solent:vt.f.indicemus,vndénam sumpta fuerit occasio dubitandi de loci natura. Multæ verò fuerunt quæ sigillatim hìc nob. explorandæ sunt,vt ijs rite peractis,ẽt certiores de nostra illa definitione reddamur qua constitutus est locus extrema superficies, & prima corporis ambientis: ac prima quidem, quia treis distantias vĩ hẽre locus, longitudinem, latitudinem,& altitudinem.atqui tres distantiæ sunt propriæ corporis; erit igitur corpus:nec tamen corpus esse põt:aliter corpus in loco non esset, nisi natura faceret,[a] vt duo corpora manerent simul, idem spatium prorsus occupantia:quod sanè fieri nequit. quid.n.sic prohiberet vniuersam aquã maris ab vno cyatho capi?Cur ẽt respueret quidem aliquod corpus aquam, non aũt ignim; aut ẽt cur æs cum auro misceretur,non aũt cum cera? quantum.n. est ex rõne dimensionum quæ sese capere possunt;quodcunq. cum quocunq. misceri liceret. Tùm in mixtura locus idem à singulis mixtib.occuparetur,& à toto mixto; in eodemq. loco plura corpora esse cõtingeret,& obtinere proprium locum.Si item oĩa corpora plena essent æqualiter,pp distantiam quæ in omnibus inest cõiter,tam penetrari tenue posset à crasso, q̃ crassum à tenui, sensus tamen aduersatur.neq. caussa reddi posset,cur,si quædam vnà misceantur mole efficitur maior:aliorũ verò contrà.neq. .n.ignis mistura cum ferro crassius ipsum reddit;sed rarefacit potius & extenuat.Prętereà

B magni tudo maior & minor æquarentur, minorq. tantundem occuparet,quantum occupat maior. Sequeretur ẽt,vt ex non magnitudine fieret magnitudo. Nam si vnum corpus irrepat in alterum, iam non hẽt magnitudinem,quia penetrat, neq. auget id quod prius erat in loco;id, cùm posteà separari possit,magnitudinem comparabit,& occupabit deniq. locum.aliaq. multa absurda erũ pent quæ nunc dicere non est opus.Idcircò facilè apparet,quantum illi decepti fuerint qui absurdum non reputant,in eodem composito duas esse quantitates; alteram quidem quæ sit propria substantiæ,atq. alteram quę sit propria cuiusdam accidentis. Nam corporis natura non patitur, vt cum alio coëat terminis conseruatis. Esto.n.ꝙ lineę linea secundùm latitudinem addita,aut superficiei superficies secundùm altitudinem, non efficiant maius;quoniam ea ratione sunt indiuiduæ,& linea latitudine caret,altitudine superficies,at additio lineæ secundum longitudinem, & superficiei secundùm latitudinem,hìc superficiem,ibi verò lineam maiores efficit. Quoniam verò corpus nulla ex parte est indiuiduum, omniquaq. extensum est;idcirco, vndecunq. fiat alterius corporis accessio,maius efficiatur oportet. Non me latet illos eò confugere,ꝙ absurdum non

C sit duas quantitates vnius esse subiecti;si illa quorum termini sunt eiusmodi quantitates,sic inter se respiciant,vt vnum forma sit,alterum verò materia;propterea ꝙ nullum oĩno robur esset Aristotelicæ rõnis qua probatum est, lumen non esse corpus, eo ꝙ recipitur in corpore, & tñ lumen se hẽt ad perspicuum,veluti forma ad materiam. Possemus fortasse dicere,in vno eodemq. subiecto plures esse formas quarum quælibet certam suæq. naturæ conuenientem flagitet quantitatẽ (nam sicuti substantiarum,sic quoq. definiti sicut termini cuiusq. formæ naturalis, quos vltra citraq. se tueri non põt) & altera quidem eam consecuta fuerit, altera ad naturalem quantitatem nondum peruenerit:non tñ sequitur,in eodem plures esse quantitates.Nam verè qualitas ex terminis iudicatur, qui ijdem sicut sub vtraq. forma; sed illo tantummodò non est eadem, ꝙ non hẽt eandem habitudinem;ad hanc quidem formam se habens secundùm naturam;ad alteram verò nequaq̃,siue termini in eadem materia variandi sint,siue accessio materiæ requiratur. Sed illuc,vnde abij,redeo:ad argumentum.f.quo probabatur locum esse distantiam. Cęterùm eius fallacia ex allata definitione deprehenditur:neq. n.locus,tametsi est distantia quædam,est vniuersa distantia: nec à corpore tres dimensiones occupantur, sed, cùm sit extrema superficies corporis

D ambientis,capit totum corpus, non habens plures, q̃ duas dimensiones. Ob eamq. caussam duo corpora non sunt in eodem loco; q in illo spatio quod à corpore interceptum est, alia nulla distantia reperitur,q̃ profunditas,siue altitudo illius corporis quod est in loco. Illud item loci naturam reddebat ambiguam,ne putaretur esse receptaculum;quia nil prohiberet,quominus ẽt punctum foret in loco quod tamen approbari non põt:nam si receptaculum idcirco dicatur, ꝙ corpus ex vno loco transferatur in alium, & in hunc locum immigret aliud corpus; ita poterunt eò migrare superficies & punctum. Sed & hoc tollitur; quia cum locus superficies extrema sit corporis continentis,id ambit,quod est in loco totum per se,atq. ipsum secundùm vniuersam superficiem,& terminos oẽs:ipsum igitur totum in loco est:termini verò, quantunuis secũdum ipsos, totum in loco sit,non sunt in loco; neq. primo debetur locus ipse terminis, sed corpori toti, licet beneficio terminorum.quare termini sunt rõ, per quam corpus est in loco;non aũt ipsi sunt in loco:neq.n.fas est denominationem tribui cuicunq.subiecto:nam subiectum duplex est,& id quod primùm excipit,& id cuius est aliquid primùm excipiens,vt homo: & viuit quidem homo,non anima, sed per animam viuit:& quamuis motus sit caussa, cur corpus incalescat, non tamen ipse

[a] Ale.2.de Anc.16.

calidus est. Ideò Latini primum illud subiectum appellant inhæsionis, alterum verò denomina- E
tionis. Neq. obstat, q Arist. vtriq. subiecto prædicatum attribuerit; nanq. id fecit voce sumpta in
abstracto, vt aiunt, non denominatiuè: vt, si locum in superficie diceremus inesse, nec propterea
superficies esset locata: siquidem illa sit prædicatio, quæ conuenit caussæ, hæc verò propria. Tùm
præterea faciebat, quominus crederemus locum æqualem fore locato; quia fieret alicui verisimi-
le, locum item simul auctum iri cum corpore quod est in loco. At verò quemadmodum hanc ip
sam difficultatem pellat Arist. nõ omnib. est perspicuum. existimatur. n. ita dicere ad opposita, ad
hibendo distinctionem eorum quæ sunt per se & per accidens: quasi locus nõ per se quidem sed
per accidens augeatur ad motum. s. corporum quorum locum locus est terminus, & deniq. con-
tinentium: fit. n. vt dum crescit planta quæ est in loco, aër continens diuidatur, & cedat, vel aliò rẽ
dens, vel in seipsum contractus: quod sanè, tametsi verùm est, nõ tñ exprimitur è verbis Arist. qui
nimmò pro eo quod isti putant, Arist. occurrere conclusioni, docendo rõnem & viam, qua locus
augeatur, occurrit ipse coniuncto, significando necessariũ non esse locum augeri. q siquis è dictis
aucupari caussam velit, ea certè non est alia, q̃ quia loca secundùm naturam duo sunt termini in
vniuerso, primi & immobiles, suprà & infrà: vnde, quantumuis corpora excrescant, nõ necesse est
augeri loca. Nisi fortè dixerimus ea quæ augentur, ab initio permanere vsq. ad finem; atqui locus
non manet formaliter. non est. n. idẽ simpliciter locus quem Socrates puer obtinebat, & qui nũc, F
postq̃ adoleuit, occupatur. ita variatur locus, non aũt augetur. Ergò ẽt si quanti proprium sit au-
geri, ob eamq. rem locus augeri censeatur, quoniam sit quoddam quantum: at, sicuti quantum
terminis immutatis idem non manet; sic neq. locus. & sicuti variata forma quantum immutatur,
ita & locus. Est igitur mutatio quę fit in loco, atq. illa quidem per accidens, ex incremento nimi-
rùm eius corporis, quod cùm esset in loco, crescebat, non aũt auctio loci, neq. per se, neq. per acci
dens. Sed & illa quæ contra locum Zeno dubitauit, pseudographo vtens, facile profligantur. quã
dò nõ omne quod est, alicubi esse oportet, tanq̃ in loco: ne fortè loci locum esse credere cogamur
eõ, quia locus alicubi sit; alicubi aũt significet locum: alicubi. n. interdum propriè sumitur, & sic
idem significat, atq. in loco: hoc verò proprium est eorum quæ sunt per se mobilia, aliàs id signifi-
cat præsentia cuius significari põt aduerbiis exprimentib. locum; vt, cùm dicitur, hic esse punctũ.
id quod contingit in quantis, quorũ partes habent posituram: atq. hoc amplectitur ẽt terminos
eius quantitatis; eoq. modo alicubi acceptum loco ẽt põt assignari. siquidem terminus sit in ipso
continente, quemadmodum in linea punctum: neq. ex hoc efficitur, vt sit in loco, ideoq. loci lo-
cus non est. Quòd verò locus neq. elementum sit, neq. ex elementis. Quòd item non sit caussa, fa G
cilè ẽt constat, quoniam, si non materia, neq. forma, nec vtiq. elementum, sed potius ex elemẽtis.
videtur aũt consequi materiã, veluti punctum consequitur quantitatem, propterea punctum nõ
hẽt rationem perfectionis inquanto naturali tanq̃ formæ, licèt terminet, quia non terminat perfi
ciens, vt forma, & est πέρας, non autem τέλος in natura, si accuratè rem persequi placeat. quo-
niam est diuisio. Neq. item locus est caussa, sed accidens cõe corporib. naturalib. Nolim verò quẽ
piam admirari, si locum quem nos anteà finem motus constituimus, & caussam præcipuam, prę-
tereà formam mobilium, nunc è numero caussarum expungamus: iam. n. tractari docuimus hic
non naturalem, qui terminus est motum naturalium, sed communius, vt ẽt complectitur mathe-
matica, & quatenus est quantum, non aũt certis quibusdam qualitatib. insignitus propter quas p
ficit corpora, ad sese allicit, vt natiuas eorum conditiones conseruet, tum verò finis est & forma,
& in hoc significato fuit olim à nob. acceptus. illo verò modo consequens est, & accidens, nam sic
est quantum per se, & terminus continentis, de quo nuper actum est.

Vtrùm de omni loco differat Aristoteles generatim 4. Phys. an specialior ea speculatio sit. Caput XLVII. H

NON excludimus igitur hac definitione locum, vt continet corpora mathematica, quanquã
asserimus eam definitionem pertinere prius ad naturalia. Qm̃ verò non tãtum ad mathema-
tica non pertinere præsentem definitionem, verùm ne ad oĩa quidem naturalia corpora nonnul-
li putarunt, id quod maximè oppugnat placitum nostrum de scopo iv. Phys. nostra interest ẽt
ea refellere quę contrà afferuntur à viris eruditissimis. Igitur illi ita probare conati sunt locum q
est superficies extrema corporis ambientis, immobilis, prima, solùm respicere corpora, quę dire-
ctò mouentur, non cęlum, non animalia, neq. mixta oĩa generatim, primùm complura loca è con
textu Arist. eruta proponentes quib. id planum fieri possit, hoc modo. In primis. n. inquiunt te-
stari Arist. locum ex corporum tralatione cognosci qua fit circa idem spatium, nõ secus atq. ma-
teria cognoscatur ex successione formarum, atqui translatio corporum fieri non posse videtur, ni
si ea motu recto concitentur. Necnon prædicat, Arist. non quæri locum, nisi propter motum qui
fit secundùm locũ: hic verò duplex est; vnus quidem latio; alter aũt auctio & diminutio: ceterùm
latio

A latio cęlum non attingit, quãdo hac voce significatur motus rectus. Insuper inquit Arist. omnem locum esse, vel supra, vel infrà, atq. ad hæc ferri corpora naturalia, in eisdemq. manere secũdum naturam: id verò inesse non potest, nisi in iis quæ recta mouentur. Quinetiam postq̃ dixisset Philosophus, locum esse terminum corporis continentis, adscripsisse se vocare corpus quod continetur, quod est mobile secundũ lationem, hoc est: vt aiunt Græci, secundùm motũ recta.n. Afferunt ẽt tale signum: quoniam profitetur Arist. cęlum esse in loco per accidens: quamobrem ex eo probè colligitur, ipsum non tractare de loco quodam cõi, & generatim pertinente ad oĩa corpora q̃ infra cęli complexum continentur, & cęlum. Nam si cęlum habebat motũ secundũ locũ per se, oportebat ẽt locum per se illi assignare; non assignat aũt: ergo de loco cęli non disserit: pręsertim quoniam locus ille conuenit cęlo per accidens, quatenus.s. mouetur circum centrum qui locus per se inest in illis quę rectà mouentur. Rursus pronunciauit Arist. cęlum non esse in loco, quemadmodũ alia corpora, quæ continentur intra eius ambitũ: nimirùm, quia nõ habet talem locum, qualem habent reliqua corpora quæ motu recto cientur. Postremò proprietates loci multæ sunt; vtputa, q̃ in eo locata gignantur, conseruentur, perficiantur, idemq. sit terminus motus qui fit secundùm locum: sed hæ sunt eius loci solùm qui conuenit iis quæ rectà mouentur: quia cęlum nõ generatur, neq. conseruatur, aut oĩno perficitur à loco: neq. locus vllus est terminus, & finis eius B motus. Mox ad cetera nos conuertamus quæ sunt mixta, siue inanima, siue animantia, siue mutẽt locum, seu maneant affixa; atq. hæc, vel sensu careant, vt plantæ, vel ẽt sensu polleant, vt ea quæ Zoophyta nuncupantur. At verò sicuti horum oĩum motus simplices non existunt, sic neq. etiã vnus est eorũ locus, sed in multis variisq. locis degunt: aut si fortè conuenit illis vnus quidam locus, is est speciei, non indiuidui proprius, quia.s. species aptius ibi maneat. Plantæ tametsi viuunt, q̃ in terra sedem suam locarunt, locum definitum obtinuisse videntur, atq. illum quidem elemẽti beneficio quod dominatur in ipsis, ideò locus eis primò non conuenit, sed elemento dominanti, quatenus autem viuunt, non vnum tantum habent motum, cùm in omnes loci partes & differentias protẽdantur. Ita quoq. mixtum habet locum quem ab elemento dominante impetrauit. Restat igitur, vt locus ille de quo nunc agimus, sit corporis simplicis solùm, atq. eius quod rectà mouetur. Sed.n.& definitio loci tradita 4. Phys. omnium corporum loca complectitur, & à natura quantitatis primùm petita est quę est affectio communis oĩum corporum: nec quicq̃ in eius generali definitione comprehenditur quod pertineat speciatim ad quoddam certum corpus ceteris seclusis: ideoq. ẽt per omnia corpora pertinere videtur, neq. naturalia tantùm, verùm ẽt mathe-C maticas analogicè tamen vt posteà dicetur. Neq. loca ex Arist. contextu producta contra nos faciunt; tantumq. abest, vt oppugnent, vt potius stent à nostra sñia, quemadmodum patebit singula percurrentib. Ad primum igitur, cùm opponunt, locum ex corporum translatione cognosci: eam verò spectare tantùm corpora quæ rectum mouentur. Assumptum hoc à nob. tanq̃ falsum negatur: quandò translatio non minus ad ea quæ infra Lunam existunt, q̃ ad cęlestia pertineat, eò q̃ translatio fit dupliciter, aut eodem spatio permanente, & duob. corporib. sibi vicissim succedentib. aut vno tantummodò corpore ex hoc in alium locum commigrante: sed cur ẽt non idem singulis partib. celi contingit? nam pars illa in qua Sol implantatus est, mane ortum lustrat, vesperi lustrabit occasum: & ad occasum rursus est pars quæ illi opponitur; mox aderit alia quæ huic ipsi succedit. Non igitur minus ea corpora transferuntur quæ circulo mouentur, q̃ ea quæ recta. Nec ob id cęlum loco excludendum arbitramur, quia non mutet locum; id.n. conuenit toti, quatenus huiusmodi: conuertitur.n.& nihil habet extra se à quo circundetur; itaq. nullo modo est in loco per se; sed fortè per accidens, &, vt puto, per aliud, nempe per partes quæ per se mouentur. Valde etiam decepit illos notio lationis, quasi latio propria sit eorũ, quæ motu recto cientur; nec D videntur qui ita sentiunt, multum lustrasse Arist, aut Græcos interpretes, vt Simplicium; ne de reliquis dicam. Ipsius.n. Aristotelis verba sunt hæc.[a] Omnis autem motus qui secundùm locum fit, [a] 1. de cęl.
» quem vocamus lationem, aut rectus est, aut circulo. Πᾶσα δὴ κίνησις ὅση κατὰ τόπον ἣν καλοῦ-
» μεν φορὰν εὐθεῖα, ἢ κύκλῳ. Latio igitur est genus, aut cõmune ad vnum quod vtrunq. motum complectitur, cuius species ẽt apud Græcos nomine participante nuncupationem generis exprimuntur. Nam φορὰ communiter latio dicitur, cuius duæ sunt species, εὐθυφορία, quæ motus est rectus, & κυκλοφορία, quæ est conuersio. Obiicitur item dici ab Aristotele locum diuidi in superiorem & inferiorem, & ad hæc ferri corpora, & in eisdem manere secũdùm naturam; ex quo cõcluditur cęlum, quia talib. differentiis non sit obnoxium; neq. eò secundùm naturam feratur, nõ item subiici definitioni loci de qua nunc disputamus: ẽt refellitur obiectio verbis ipsis Arist. ita
» scribentis.[b] Propter hoc.n. & cęlum in loco maximè esse putamus, quia semper est in motu. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸν οὐρανὸν μάλιστα οἰόμεθα ἐν τόπῳ, ὅτι ἀεὶ ἐν κινήσει, ex quo conuincitur cęlo tribui locum. & hunc illum esse qui dicitur extrema superficies corporis ambientis: tùm quia testatur ipsum per se moueri, huiusmodi aũt reb. assignari locum: id quod item amplificat falsitatem primæ illius oppositionis quæ à corporum translatione sumebatur: tùm q̃ vult persuadere [b] T. 31.

philosophus

philosophus, vt se habeat locus ad ea quæ sunt infra Lunam, per ea quæ spectantur in cęlo, quòd si non haberent hæc similitudinem, atq. illam quidem insignem; profectò parum functus esset officio docentis, & fine suo fortasse frustratus esset. At quòd et differentiis eisdem locus cęli insignitur, hinc patere poterit, nisi fallor. Ita.n. legitur apud Arist. [a] καὶ διὸ τοῦτο τὸ μέσον τοῦ παντὸς καὶ τὸ ἔσχατον τὸ πρὸς ἡμᾶς τῆς κύκλῳ φορᾶς δοκεῖ εἶναι τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω. quæ ita sibi volunt. Et
„ propter hoc medium.i. vniuersi, & vltimum ad nos cõuersionis, videtur esse, hoc quidem supra,
„ illud verò infra. Quòd si quis suspectum habeat hunc locum, eoquòd videtur facere mentionem de vltimo quod existimari pôt concaua totius cęli superficies, atq. orbis Lunę; audiat Arist. rursus
„ asserentem.[b] Idcirco mouetur quidem circulo solum id, quod est suprà. διὸ κινεῖται μὲν κύκλῳ τὸ ἄνω: pręterea repentem. καὶ πάντος τὸν ἀνωτάτω τῷ θείῳ τόπον ἀποδιδόασι καὶ βάρβαροι καὶ ἕλ-
„ λως. hoc est. Et omnes eum qui suprà est, locum Diuino tribuunt, & Barbari, & Græci. Huc accedit, quòd Arist, omnes loci differentias in cęlesti corpore et collocauit. Ex his item quæ diximus ad posteriorem locum Arist. apparet, quid dicendum sit ad Tex. 39. Hoc et fallax quod accipitur à signo, & est eius viri qui ignoret cęlum, quatenus totum non moueri per se, sed per accidens; non sanè merito centri, sed per partes, & ita nõ esse in loco per se, verùm priuilegio partium, & per accidẽs. Intercedit.n. quædam ratio & affinitas inter motum & locum. Nam quod per se mouetur, est in loco per se, & contrà, quod est in loco per se, et per se mobile sit oportet: ita si per accidens moueatur, et necesse est sit in loco per accidens, consimiliq. modo, si fuerit in loco per accidens, efficiatur item, vt moueatur per accidẽs. Esto igitur, quòd cęlum sit in loco per accidẽs, est vt totum; qua ratione, neq. motus, neq. locus vllus ei debetur; ac per se mouentur eius partes, itaq. vt eius partes esse oportet in loco per se qui sanè locus ita contineat, quemadmodum cætera loca vulgaræ significationis, aut saltem præseferat distantiam, quæ partes illius capiat (aliquid.n. discriminis inter earum loca, & reliquorum corporũ notari docebimus in progressu); tametsi differentiæ núcupatio tribuatur illi causaliter, vt anteà dictum est. Vnde cùm sit in loco totum per accidens, & solùm propter partes; fit, vt à cęteris corporib. distinguatur, quòd ipsa tota sunt in loco, sed tamen locus in illis est similiter extremum corporis continentis; propterea quòd partium extrema continent, solaq. hæc est differentia, quòd aliorum corpus hæc inferiora complectitur, & locus alieni corporis terminus existit; vtputa, aquæ terminus est terræ locus, ibi partium termini sunt ex eadem natura. Non ergo debuit Arist. facere mentionem de loco cęli totius, quia nullus est, aut non per se. Ideò quoq. Tex. 56. pronunciauit cęlum non esse in loco. Si verò opponas iterum; hunc locum, de quo meminit Arist. 4. Phys. eum esse ad quem corpora ferantur, & in quo maneant secundùm naturam, & à quo conseruentur. Ad hęc multa succurrunt, quæ dicere valeamus. Primùm nõ vniuocum esse locum: neq. verò definitionem ipsius, sed cõe ad vnum. Sicut igitur in iis quæ sunt ad vnum, sat est, si quidem conditiones in iis reperiantur quę pendent ex primo: quocunq. pacto se habeant posteriora, siue ad nos, vt hic fortasse dicendum est: siue ex natura, nihil refert ita quoq. in locum cęli, & in locum eorum quæ sunt infra Lunam, euenire dicendum est. Maneat ergo cœlum secundùm naturam in loco superiore, & ibi conseruetur etiam. & hęc et sufficiunt qui locũ cęli quempiam esse tueatur. conseruari autem ibi dicemus, quòd illic secundùm naturam se habeat maximè, cùm ex ea sede maximè operari possit, & illa munia præstare quę ad suam naturam ac commodatissima sunt, quippe immortalitatem. Accedit eodem, quòd cęlum ipsum, quatenus mouetur, tendit à medio & ad medium: quare tantum abest, vt neq. sursum, neq. deorsum moueatur, vt perpetuò simul vtroq. motu conciteur. Iam.n. conceditur motum a medio sursum esse, motum verò ad mediũm illi oppositum esse deorsum. Sed transeamus ad alia. Quando verò concluditur, animantia non habere certum locum: satis patet quòd falsum sit ex distributione animantium, quorum nonnulla terrena sunt, aquatilia quædam, aërea reliqua. Præterea, manifestum est ea spectari, vel ex materia, vel ex habitu rursus, vel vt speciei conseruationem intueantur, & ad totius vniuersitatis conseruationem faciunt, aut ad salutem indiuidui. ac certè vniuersitas speciei contrarium postulat, indiuiduum conseruatur à simili: & iterum materia simile quærit; habitus postulat contrarium. Sed de his abundè superius. Cur etiam locus hic quem ego nunc obtineo, ab assignata loci definitione est immunis? Si.n. ei loco in quo sum, conuenit extremum esse corporis cõtinentis, primum, immobile, cur et meus hic locus ab Aristotele non erit descriptus? Pari quoq. ratione, quando corpora sunt alicubi prȩter naturam, in loco non essent. Ita de plãtis dicere licebit. Etiã mixta inanima quandoq. versantur in loco qui fortasse non est ex natura elementi reliqua superantis, & ita sunt in extremo cuiuspiam ambientis. Quãobrem satis constat, locum ab Arist. descriptum 4. Phys. esse cõem vniuersis corporib. quæ per se mouentur: addo etiam iis conuenire posse per accidens quæ mouentur per accidens, vnde attulit Arist. exemplũ ab animo, qui per accidens est in loco, cùm ipse quoq. per accidens ex motu subiecti mutet locum. Quòd si etiam mathematicæ dimensiones sunt in ipsa materia, ac prorsus termini magnitudinis naturalis: neq. id euitari potest, quin corpori mathematica dicta definitio loci conueniat.

Quemadmodum

[a] T. 32.
[b] T. 45.

A *Quemadmodum locus à re mobili separetur. Caput XLVIII.*

VERVNTAMEN hæc quantum pertinet ad rudem illam notitiã qua via recluditur ad intima rerum ipſarum penetralia ſatis:nunc medullas exploremus, & exquiſitũ,quoad poſſumus,perſequamur. Cùm verò in duas principes partes Ariſt.oratio diſtributa fuerit; alterã qua inhærentia,quæ ἐνυπάρχοντα, ſiuè ἐνόντα vocantur, afferuntur,atq. alteram qua ex inhærentib.loci definitio colligitur:& nos item ante alia de inhærentib.diſſeramus. Quoniam verò de loco corporis cuiuſq. proprio nunc agimus, ad ipſum omnia contrahamus quæ inquirũtur a nob. De hoc ergo primùm conuenit inter omneis philoſophos, vt contineat id, quod eſt in loco, περιέχειν Græci dicunt. At verò vox iſta ad multa etiam funditur:nanq. interdum eſt reuocare ad vnum;ſic genus continere dicitur ſpecies,& forma continere materiam, & totum conſimili ratione continere partes,prætereà ſupponi.quamobrem diuinus præceptor de ſerie rerum, principiorumq́. naturæ diſſerens,hæc quidem cõtinere,illa verò contineri dicebat;quæ prima in illa ordine forent,continentia vocans,ex quib.cætera penderent,quę cõtineri teſtabatur. Valet quoq. idẽ àc terminare:quamobrem dixit nonnunq̃ Ariſt. [a] puncta continere lineam:propriè verò dr̃ ambire:hoc eſt,ſimul extendi cum alterius corporis magnitudine,ſed exterius,vt habeat illud quod B continetur intra ſe,tanq̃ vas:atq. id,quia ſolùm cum extrema illius ſuperficie ſimul extendatur, quemadmodum veſtis, aut ẽt cum dimenſionib.vniuerſis, longitudine, latitudine, & altitudine, quod de ſua illa diſtantia Stoici prædicabant. Itaq. cùm tot ſint notiones eius,quod eſt continere:duo quærenda de loco in primis ſeſe offerunt; quomodo ipſe cõtineat,an'ne ita vt ſemper ambiat,an ſufficiat ſolùm, ſi terminet:nanq. terminare ſolùm videbitur, ſi centrum eſt terræ locus, vt aliquando teſtatus eſt Ariſt.[b] ſi etiam defendi põt,centrum eſſe locum cęli;vt idem quoq. perſpicitur aſſeueraſſe:[c] & ſi terra locus eſt aquæ,vt eſt,eodem quoq. philoſopho autore. [d] Quinetiam:eſto ꝙ ambiat locus,& cum eo,quod eſt in loco,extendatur; quæſitum eſt item, an ſic extendatur,vt veſtis cum eius ſuperficie ſolùm,quod continetur in ipſo,an ẽt cum altitudine:multoſq. patronos habuit hæc pars,neq. ſolùm tempore Ariſt. verùm ẽt poſtea ſapientiſsimus Galenus,& Philoponus vir inter Chriſtianos longè eruditiſsimus eãdem ſnĩam mordicus defenderũt. Atenim cũ locus,quomodocunq. accipiatur à nob.ab eo quod eſt in loco, ſeparari queat; & id non leuem dubitationem præſeferat, & eiuſmodi, vt ſicco pede tranſeunda non ſit: nos ab hoc capite quæſtionem de natura loci exordiemur. Nouimus.n.locum eſſe accidens ei quod eſt C in loco.etenim eſſe in loco in nouem generib.accidentis reponitur. Nam licèt ſit in continente,in eo velut terminus ineſt,non,quia ſit eius locus. Et quamuis obijcias ẽt locum eſſe terminum eius quod dicitur eſſe in loco,vt ẽt in cauſsis quæ magnitudinem conficiunt,ab Ariſt.[e] numeretur; at in eo quod cõtinet,eſt vt terminus intrinſecus;in eo quod eſt in loco ita ineſt, vt terminus extrinſecus,& quemadmodum veſtis,eſt aliquid ab eo quod ipſam habet,ſeparatum, ſic locus eſt terminus extra corpus,quod continetur,itaq. eius habitudo ad locũ efficit accidere quod eſt vbi; non res ipſa quę extrinſecùs eſt, eo prorſus modo quo lapis in renib.refertur ad accidẽs,quòd ſit morbus ex eius habitudine ad renes, & veſtis ex habitudine ad corpus eſt accidẽs, quod refertur ad habere:Sed illud obſtare videtur;ꝙ locus, quatenus locus,eſt mobilis forma. Si igitur manet forma in eo cuius eſt forma; profectò & locus inerit intrinſecùs in re mobili.Opponũt & alij ſpatiũ cuiuſq. corporis intrinſecum quod eius locũ non eſſe defendant, immo extra cœlum, vbi nil aiunt omnino eſſe philoſophi,neq. corpus,neq. locum,ſi cogitetur eſſe homo,ibi quoq. propria ſit eius diſtantia quam occuparet: & ita ſe habere videtur, vt ſine illo ſpatio corpus mente comprehendi non poſsit;quia ſibi viciſsim comitantur ſpatium & corpus.vſq. adeò familiarem,atq. D intimum apparet eſſe corporis cuiuſq.locum. Vt ſe tueretur Themiſtius [f] ab his incommodis,abſurdum non reputauit,ſi concederet,accidens à ſubſtantia poſſe ſeparari.Sed quia nos Lib.1. accidens à ſubſtantia ſeparari non poſſe conſtituimus, vlterius properemus.Nã pro Themiſtio poſſet dicere quiſpiam:non poni abſolutam illam ſeparationẽ accidentis à ſubſtantia, verùm à ſubſtantiis ſingularib.indefinitè:nanq. duorũ generum accidentia recenſentur à philoſophis;intrinſeca quędam,quæ cum illis ita interpretabimur,quòd oriantur ex poteſtate materiæ: alia aduentitia,quæ potius in relatione poſita ſunt efficientis ad ſubiectũ,cuiuſmodi eſt lumen.quanuis igitur intrinſeca ſeparari non poſsint:at nihil prohibet aduentitia recedere,vt lumen,quod & ſi fundatur corpore ſolis,at aduẽtitiè recipitur ab aëre:quo fit,vt ab eo ſeparari poſsit. Ita tamen vt ab hoc aëre ſeparetur:non ab aëre ſimpliciter quando & ſi non hac aëris parte cõſiſtit, nihilominus eſt in alia;ſic locus,aut potius eius ſuperficies imitatur vas quod manet idem ſemper noua corpora excipiens:atq. ita fit,vt à ſubſtantia ſeparetur:non tamen ab omni ſubſtantia ſimpliciter. Cæterùm neſcio mehercle,an lumen, & ſi pẽdet à corpore Solis quod per ſe vnum eſt,vnum etiam in variis partib.aëris conſeruetur, atq. idem ſit ad numerum hodie quod fuit heri:nec etiam,ſit'ne idem locus quo amphora vinum capiebat, & nunc aërem capit,quoniam, tametſi eadem eſt intima

[a] 10.Met. T. 13.

[b] 2. De cęlo T. 99.

[c] 8.Phyſ.

[d] 4.de cęl.

[e] 4.de Ge. animal. Probl.

[f] C.de loco.

tima superficies vasis:at non eo consistit essentia loci;sed habitudine,quã habet ad corpus,quod
est in vase:non videtur aũt prorsus eadem habitudo seruari; quoniam, dum aquæ partes exhau- E
riuntur;nondum locus est,sed fit;licèt ea mutatio in loco per se, propriéq. nõ subsistat,quatenus
est continuum quoddam,aut forma de prædicamento ipsius vbi;sed per accidens, & vt sequitur
varietatem corporis quod educitur,aut inducitur. Itaq. mutatur habitudo:quod verò mutatum
est,idem ad numerum non amplius redit.Idcirco quidam conati sunt defendere locum illum in-
trinsecum,quod mobili foret adnexum, velut vmbra corpori.At verò neq. mihi placet hæc opi-
nio;neq. placito Philosophi satis respondet. Nam quid aliud,obsecro,est locus ille internus,atq.
distantia,seu corporis cuiusq. dimensio cum suis terminis; & deniq. propria cuiusq. rei magni-
tudo?Certè decreta Arist.oppugnat:quandò negat ipse vniuersum & cęlum esse in loco;dicere ta
men liceret eum esse in loco propter illam suam internam distantiam.præciséq. admodum locu-
tus esset,nisi Theorema de loco cęli pertractans , saltem verbotenus, tale genus loci significasset.
Vnum hoc perspicuum est 4.Phys.nihil huiusmodi indicatum,ne dixerim decretum fuisse oppò
situm.Sed nos,cùm ea quæ dubitata sunt,ex definitione iam constituta,dissolui queant,& ea quæ
continẽtur in illa,à cõi sensu confirmata fuerint,atq. ea quæ ab aliis statuunť non necessaria sint,
quinimmo,fieri nequeant.vestigiis Arist.insistentes,hisce receptis ad oĩa respõdebimus. Scire igi F
tur conuenit,aliam rem esse locum ab eo quod est ipsum vbi. Tùm ẽt locum simpliciter acceptũ
sine sensili qualitate,vt cum qualitatib.ipsis. Nam locus per se simpliciter acceptus est quædã spe
cies quanti; sed ipsum vbi est habitudo loci ad substantiam quæ habitudo constituit vnam è no-
uem categoriis accidentis.Itaq. in loco de quo dicendum esse prius admonet id, ꝙ ipsum vbi,si-
ue in loco,est quippiam à loco nominatum;hęc spectari possunt,ratio termini & capacitatis,siue
ambitus:ac ratio quidem termini inest in loco,vt quantũ est simpliciter:quia sic est terminus cor
poris,non secus atq. cęteræ superficies , aut quæq. linea sint termini corporis naturalis. Ita igitur
est in subiecto,in corpore quod est in prædicamento substantiæ, per suam quantitatem; sicuti li-
nea & superficies in eodem esse dicuntur:sunt.n.termini eius,vt dictum est.Locus verò terminus
est illius corporis quod continet;atq. adeò,vt dempta ratio continendi,cęteris terminis ipsum pa
rem penitus reddat.ꝙ si accedat rõ cõtinendi, iam terminus ille fit locus, & id cuius est terminus
fit locans. Igitur essentia loci posita est in habitudine quadam ad id quod dicitur esse in loco,atq.
hęc est communis ratio loci.ꝙ si illi quoq. superueniat esse terminum corporis ita affecti,& con-
tinere item corpus simili ratione affectum, iam factus est locus naturalis. Veruntamen & si locus
ita consideratus intuetur simul,cum id quod continet, tùm id quod continetť; hẽt item aliam rõ- G
nem,quà locus est;etenim terminus est. Nam quod mouetur,ea rõne qua mouetur, non est in lo-
co,nisi potestate;ob eamq. caussam mouetť,vt quendam locum adipiscať,in quo maneat,nisi mo
ueatur contra naturam,& inde vi quadã expellatur. Sed vtrum ne quemadmodũ albedo termi-
nus est albefactionis,qui actus est eius quod albescit, quatenus hmõi,an alius est eius propriũs q
dam modus?Maximè si locum simpliciter acceperis, qm̃ albedo terminat intrinsecè penitus illũ
motũ & potestatem quæ manet in eo quod albescit: at quia potestas ipsius vbi non absolutè posi
ta est in mobili sed desideratur insuper assiduè spatium super quo fit motus , & sine quo fieri ne-
quit,& terminus spatij qui continente fundatur, quod externum est; ex hoc efficitur,vt locus sit
proximè spatij terminus, quare terminus extrinsecus ipsi mobili,cui,postq̃ absoluit motũ,cõtin-
git esse in loco. Sed si locum naturalem obserues, non distinguitur à certis formis,habet.n.insup
aliam vim ipse locus, vt terminet facultatem mobilis illius quod hẽt propensionem ad se.Cũ.n.
locus sit terminus corporis certis qualitatib. affecti; cùm ẽt noret interuallũ corporum à cęlo,vñ
bonorũ oĩum copia permanat ad nos,vnde est,& esse,& bene esse,cuius in quaq. re mortali inge
nitus est appetitus pro captus sui rõne;fit,vt ex loco mortalia consequantur ea bona ad quæ sua- H
pte natura propendent,licet aliunde contributa. Itaq. ponitť in eo facultas conseruandi:sic quoq.
negari nequit eũ esse terminum eius potestatis internum.& hic est locus ille qui habendus est na
turalis. Idem quoq. iudicium de ipso vbi faciendum esse propemodũ vř,quandò nullũ aliud fe-
rè discrimen intercedat,q̃ ꝙ locus à conditionib. sensilibus quæ sunt ęquè in continente , & in eo
quod continetť,& à continendi rõne mente senocetur:vbi verè,& esse in loco quiddã ab eo deno
minatũ: quapropter locus aĩo comprehendi põt ea ratione solùm qua terminus est de genere q̃ti-
tatis eius corporis,quod tametsi continet;non tñ respicitur, vt continens, & vt solùm hẽt in se eã
habitudinem quã perpetuò oẽ accidens hẽt ad substantiã, & q̃titas item quæ terminus est intrin
secus substantiæ,& est in eorum ordine,quæ per se quanta sunt quidẽ, sed cũ sint aliquid ẽt q̃tita
tis,vt termini,habeat adnexam relationem. Vbi verò addit relationem continentis ad id quod cõ
tinetur,nec ab ea,neq. ẽt cogitatione diuelli põt.est.n.esse in loco, vbi est apprędicať;id verò sem-
per aliud respicit,cùm sit eorũ nota quæ de altero prædicantur.Ergo esse vbi est cõtineri,& ad id
est vbi quod consistit cũ rõne ad id quod est in ipso:hoc verò cum spectetur sine qualitatib.sensi
libus & nulla habita rõne virtutis quæ demittitur cęlitùs,est vbi simpliciter:si ab his non segrege

tur,

A tur,est vbi naturale,quod itē cùm sit terminus mobilis,& beneficio spatij super quo fit motus,& præmio facultatis ingenitę ad bonorū cęlestiū participationem & ad perfectionē propriā; contingit item eū esse terminū externū simul & internū; externum, causā quantitatis & termini qui cōtinente fundatur;internū,ꝓpter adnexā bonitatē quę est eius perfectio quod ad locum mouetur. Neque hæc à doctrina Arist. abhorrent,si consulas ea quæ nos docuit 4.de Cęlo,[a] vnde ēt ratio reddi pōt,cur vnus idemq. locus pluriū mobiliū quæ numero solo distinguantur,esse queat perfectio: est.n.illa facultas intrinseca in oībus indiuiduis eiusdē speciei,ad vnū vbi simpliciter, atq. ita defenditur Arist.rō 1.de cęlo[b] qua sumit diuersas terræ partes ēt è diuersis orbibus ab huius mundi centrū esse descensuras. Ab his ad quæstionē propositam. Vbi quęritur,an locus,vel vbi separari possint; aio separationē illis attribui,quemadmodū aliis accidētibus, quia sicut subiectū sine reliquis interdum cōsistit,ita & sine loco,& quemadmodū nō seruatur accidens, vbi separet à subiecto; sic neq. manet locus. Cùm verò locus sit spatij terminus,& quāto nitat quod est cęleste,& perpetuū in vniuerso;sic idē ad numerū locus est oīum corporū naturaliū:at quoniā locus, vt locus cōprehendit habitudinē ad ea quæ sunt in loco,hæc aūt variat,euenit,vt locus,quatenus locus est,idē nō conseruet ad numerū,vt quasi dicas locū materialiter vnum esse ad numerū; formaliter verò vnum ad speciē. Quanq̄ & hoc monendū puto,cū in loco rō sit duplex accidentis, B & ad cōtinens,& ad id quod cōtinetur,id quod nō oībus aliis accidentibus cōmuniter euenire solet; fieri,vt bifariā corrumpatur; primū quidē,si continentis termini varient, deinde si mutentur ēt termini rei quæ cōtinetur,vt fit in cremento & decremento. Quòd aūt sit in extrinseco locus, vt in eo quod est in loco; nil mirū sit: qn̄ relatione tenet,cui non repugnat ad extrinsecū,& subiecto separatū aliquo pacto se habere,eoq. variato permutari,vt columna ex meo motu è dextra ī sinistrā mutatur: quare ēt;ꝙ hoc modo corrūpatur habitudo & locus,alienū nō est à rerū natura.

[a] T. 22.
[b] T. 82.

Quęritur de ęqualitate loci: quapropter etiam multa de distantia disputantur contra Philoponum. Caput XLIX.

QVICVNQVE verò quærit,an locus cū eo ipso qđ est in loco,protendat,duas quęstiones attingit: primā quidem, Vtrùm locus aliquis indiuiduo cōsistere possit; an'ne sit necessariò superficies: alterā verò,An locus oībus modis adæquet locatū.Cùm verò prima illa q̄stio flagitet notitiā motus specialis corporū naturaliū qui nobis infrà tractādus est, postq̄ de loco generatim fuerit peroratū, ea reiecta ī aliud tēpus cōmodius,de hac posteriore dicamus in præsētia. Quāuis C aūt in attributis loci cōmunibus æqualitas numeret, quia tn̄ cōtrouersias maximas habet; ēt postulat,vt nōnulla de loci æqualitate generatim explicētur,ꝓpter ea p̄sertim q̄ à Græcis in Arist.allata fuerūt. Nā primùm,si locus adæquaret locatū,quia locatū corpus est; hoc verò treis habet dimēsiones,aut ergo dimēsiones duæ tribus essent æquales,qđ sanè fieri nequit,aut locus oēs dimēsiones obtineret,ob eamq.caussā malè acceptū fuisset locū esse superficiē. Præterea quia locus cōtinet;at ꝓbabile est cōtinens eo mai⁹ esse,qđ continet,vt.n.docet Proclus[c] Minus aūt continente vbiq.est id quod cōtinet,siue secūdùm substātiā,siue secūdùm facultatē,siue secūdùm actū sūpseris τὴν περιοχὴν & cōprehensionē. Insuper,si dixeris tu locū esse terminū corporis ambiētis,eundemq.esse æqualē extimæ illi⁹ superficiei qđ est in loco:si fingamus id qđ est in loco,esse rotūdū; ꝓfectò consequet duorū circulorū eandē fore diametrū,& sup eodē cētro describi posse circulos diuersos æquales,aduersus ea q̄ nobis mathematici demōstrarūt.Potuit aūt hæc loci ꝓprietas tātū apud Galenū,Philoponū & alios quosdā,vt eius tuendæ gratia discesserint ab Arist.confessiq. fuerint locū nō esse superficiē,sed spatiū quod treis dimensiones haberet,necnon acutissimas aliquot rōnes ꝓtulerint,quibus illorū positio cōfirmari posset,hoc modo. Quod est in loco,necesse D est in eo sit,quod est capax illius: at quod est in loco,treis habet dimensiones,ergo etiā locus qui capit ipsū,treis habeat dimensiones oportet. Pręterea cęlo maximè conuenit locus: at cęlum nō est in loco,tanq̄ superficie continentis,quia nihil habet extra se: ergo nō superficies ambiētis erit locus,sed potius ipsa distantia. Necnon ex aëre tantū cedere constat,quantū ab adueniente corpore occupatur; tū cedit corpus quod antè spatiū illud obtinebat; alterū succedit quod tantūdē possidet magnitudinis:ergo ēt tātū sit spatiū necesse est,quātū est corpus illud qđ a loco accipit. Hoc itē à simili cōfirmari pōt,quia sicut mēsura liquoris,aut triticj nō solùm capi debet sm̄ superficiē,& perimetrū,sed secūdùm illud qđ dr̄ solidū, vt qn̄ metimur aquæ sextariū:neque.n.dimetimur solùm q̄tus sit ei⁹ ambitus,sed quāta sit tota ipsius corpulētia: à pari igitur id quod cōtinet, nū secundùm superficiē solā cōtinet,verùm ēt secundùm altitudinē. Ergo talis nō erit,qualis fuit ab Arist.definitus. Cōstituamus itē,inquit Philoponus,oīa corpora quæ intra cęli ambitū continent,abire in nihilū. relinquetur'ne cōcaua cæli superficies,& amplius prætereà nihil? ꝓfectò ēt superstes erit distātia q̄ illiusmodi corpora cōtinebat. Itaq. nō sola superficies cōtinet corpus;verumetiā spatiū illud qđ permeat solidū.Satis id quoq.nobis ostēdit experiētia q̄ sumit à vasculis illis,quib.pp vacui vim,aut nō effundit aqua,aut ēt haurit. cur.n.aut quo pacto possit aqua teti-

[c] Politia.

neri, aut ẽt exhauriri, nisi ſpatiũ illud eſſet qđ nõ ſolùm extremũ ambitũ permearet, ſed intimã di menſionẽ, atq. aliud ab eo corpore quod continebat, ob eamq. rem ab illo ſeparabile. Oẽs ſanè dicũt hæc opera vacui cõtingere: at qua rõne vacuũ erit, niſi ſpatiũ illud ſit quod intra terminos cõtinet? ſi.n. ſoli termini efficerẽt locũ, nil itẽ præter terminos ipſos ſupeſſe poſſet. vbi igit vacuũ? nõ ſanè ſuperficies ipſa ſit vacuũ: nã q̃tunuis ſuperficiẽ metiaris, nõ ob id noſti molẽ eius qđ intrà continet. Quòd itẽ plenũ, aut vacuũ ſuperficiei nõ tribuat, vel ex eo perſpicuũ eſt; quoniã, ſi admoneas aliquod corpus intimæ ſuperficiei, ſeu magis, ſeu minus; nõ idcirco plena, aut vacua ſuperficies eſſe dicet. Ergo vacuũ ſine iſta diſtãtia nequit eſſe, neq. vlla prorſus facultas ſine hac extabit diſtãtia, quia nihil erit quod pter eã vacuũ dici poſsit. Nam, q aliquid vacuũ nominet, quia ſuperficiẽ corporis alicuius nõ attingat, ſtolidi eſt opinari: quoniã ſic extra cęlũ eſſet aliquod vacuũ, eo q nil extremã ſuperficiẽ eius attingit. Ob hęc igit, atq. alia multa ponebat Philoponus locũ eſſe ſpatiũ quod per ſe foret inane, & illud quidẽ actu quod tñ à corpore nunq̃ deſereretur. Sed quid aduerſus diſtantiã attulerit Ariſt. expoſuimus antea. Veruntamen & ipſe ad ea reſpõdere conatus eſt, aliã docẽs eſſe rõnem huius diſtãtiæ, atq. illius quæ ꝓpria corporis eſt, & interna: quę.n. corporis eſt, expers nõ eſt sẽſiliũ qualitatũ: nr̃a verò, inquit, ipſis caret. eã ſanè quæ cum sẽſili qualitate cõiũcta eſt, oĩa illa abſurda cõſequũtur q̃ Peripatetici obiecerũt: ſic ẽt repugnat huic altera diſtãtia cõſimilis: atqui nr̃a quæ ſenſilis qualitatis expers eſt, nulli incõmodo ſubiicit, & cũ altera congruere põt nõ minus q̃ cum ſuperficie ſuperficies, & aptat alteri, vt linea lineæ. Cęterùm fuga hæc eſt prorſus irrita & inanis. Nanq. experiẽtia mõſtrat, occupationẽ loci, & oẽm repugnãtiam terminorũ, atq., vt Gręci dicunt, ἀσυςασίαν à dimenſionis ingenio deriuari, atq. ita, vt, ſi reipſa liceret, quẽadmodũ mente cõtingit, ſeuocare à sẽſili qualitate dimẽſionẽ, optimè perſpiceremus, diſtãtię, quatenus hũi, repugnantiã terminorũ eſſe propriã: nam cùm digitũ in aquã immittimus, tantundẽ effluit aquæ quantũ eſt digiti qui iniectus eſt. ex quo canonẽ deduxit ſapiẽtiſsimus ille mathematicus Archimedes deprehendendi fraudẽ aurificis, Cùm.n. Hiero rex Siracuſarum aureã coronã votiuã diis immortalibus in quodã fano cõſtituiſſet ponendã: ad ſacoma aurũ appẽdit redemptori. præſtitit aurifex ad ſacoma pondus coronæ. Indicio facto ꝓ auro tantundẽ argenti in coronariũ opus eſſe admixtum, Hiero indignatus, nec inueniens qua rõne furtũ deprehẽderet, Archimedẽ rogauit, vt eius rei curã hẽret. caſu venit in balneũ, ibiq. cũ deſcendiſſet in ſoliũ, animaduertit, quantũ ſui corporis in eo inſideret, tantũ aquę extra ſoliũ effluere. Itaq. cũ rõnem ei⁹ explicãdæ rei offendiſſet, repẽte gaudio exiliuit, & de ſolio nud⁹ domũ verſus, currẽs clamabat εὕρηκα, εὕρηκα: Tũ verò duas dr̃ feciſſe maſſas ęquo pondere, quo ẽt fuerat corona, vnã ex auro, alteram ex argẽto. Cũ ita feciſſet, vas amplũ ad sũma labra impleuit aqua, in quo demiſit argenteã maſsã, cui⁹ quãta magnitudo ĩ vaſe depreſſa eſt, tãtũ aquę effuſũ eſt. Ita exẽpta maſſa, quãto minus factũ fuerat, refudit, ſextarioq. mẽſus eſt, vt eodẽ modo, quo prius fuerat, ad labra æquaret. Ita ex eo inuenit, quantũ ad certũ põdus argenti certa aquæ mẽſura reſpõderet. Hoc experto tũ aureã maſsã ſimiliter pleno vaſe demiſit, eaq. exẽpta, eadẽ rõne menſura addita, inuenit ex aqua nõ tãtũ defluxiſſe, ſed tãto minus, quãto minus magno corpor̃ eodẽ põdere auri maſſa foret q̃ argẽtũ. Poſteà verò repleto vaſe in eadẽ aqua ipſa corona demiſſa, inuenit plus aquæ defluxiſſe in coronã, q̃ aureã eodẽ põdere maſsã, & ita ex eo quod plus defluxerat aquæ in corona q̃ in maſſa, rõcinatus, deprehẽdit argẽti ĩ auro mixtionẽ, & manifeſtũ furtũ redẽptoris. Hìc nõ alio inuẽto viſus eſt Archimedes q̃ rõne diſtãtiæ. Sic diſtãtia per ſe diſtãtiæ repugnat, nec vlla ibi opera sẽſilis qualitatis intercedit, vt ẽt nobis indicauit Ariſt. 4. Phyſ. [a] Hinc ẽt apparet nullũ eſſe prorſus eius argumẽti robur, cui tãtũ tribuerat Philoponus. ita ſe habet diſtãtia ad diſtantiã, veluti ſuperficies ad ſuperficiẽ, & linea ad lineã: atqui linea lineæ aptat, & ſuperficiei ſuperficies: ergò & diſtãtia cum altera ſimili diſtãtia cõgruet. Par.n. oĩum horum rõ non eſt; ſiquidẽ aptant magnitudines ea ex parte quę ſunt indiuiduæ: qua verò ex parte diuidunt, extendunt vnà, maiuſq. faciunt. Cũ igit ſuperficies & linea ſint aliquo pacto indiuidua, hac rõne inter ſe cõponunt. Atqui diſtãtia eſt vſquequaq. diuidua: ergo ſemper alterius acceſsione diſtãtiæ maior fiet. Itaq. non ſeruatur ſimilitudo inter diſtantiã & cęteras magnitudines, quemadmodũ accepit Philoponus. Quamobrem cũ ipſe diſtantiã cũ alia diſtãtia cõgruere poſſe recipiat, & ſuper tam lubrico fundamento ſtruat ſolutiones argumentorum Ariſt. planũ, q fruſtra laborat. Adiiciebat ẽt ille vir, vt euaderet è laqueis Ariſtotelicis, diſtãtiã eſſe accidens ſubſtãtiæ & corpori. Præterea diſtantiã quæ locus eſt, vnã & eandẽ eſſe oĩa corpora naturalia complectatur. Vt primum probaret, in medium attulit auctoritatem Ariſt. aſſumentis id quod eſt quantum, accidere ſubſtantiæ, atque adeò, vt concipi ſine ſubſtantia poſſet, quòd infinitum in ſui rõne vtatur, quanto non ſubſtãtia; ſic dicit ipſe diſtãtia quanti ipſius eſt, ergo ſeparatur à ſubſtantia. Itaq. cùm corpus ſit ſubſtãtia, ab eo quoq. diſtãtia ſeparabit. De natura ſanè corporis idoneo loco diſſeretur. ſed intereà ſtatuamus quantum nunq̃ à materia ſeparari, in qua ineſt intrinſecùs extentio, ſed ſi fortè, cogitatione ſeiungitur à materia ſenſili; nec non eſſe aliquod corpus de prædicamento ſubſtantiæ quod deſcribatur per alterum corpus, quod ſit in prædicamento

[a] T. 76.

mento

A mento quãtitatis,atq. ita cum illo connexũ,vt à substantia naturali,neq. reipsa,neq. mẽte saltem rudi segregetur. Quamobrem falsò etiam illud à Philopono assumptum est,substantiam nõ concipi cum ipsa quantitate. Præterea, quod attinet ad secundùm; ita vr̃ excludere locum cuiusq. proprium. Quòd si talis est locus,cùm pendeat,vt suprà diximus,ex terminis,cùm corporis continentis, tum eius quod continetur, ex eorum immutatione immutari ipsum quoque oportet. Nec termini intrinseci sunt præter propriam cuiusq. distantiam,& idẽ ipsa præstat,quod termini isti intrinseci: necnon termini isti extrinseci proprij sufficiunt,quin potius necessarij sunt. quid igitur multiplicare distantiam istam quæ in omnibus vna sit, atq. communis? Deus enim & natura nil efficiunt frustra. Persistamus ergo in placitis ipsius Philosophi, & his assentientes quæ monstrat sensus, & sapientis ratio confirmat, dicamus, locum nil aliud esse posse,quàm id quod ab Aristotele definitum est. ideoq. nos ad explorandum rationes contrà allatas accedamus.

Expenduntur rationes Philoponi contra Aristotelem. Cap. L.

QVONIAM verò locus est vox multiplex; etiam in eo quod pertinet ad significandum sitũ & vbi rerum quæ sunt: vel.n.ita est, vt cum dicitur alicubi res esse,intelligatur eã extra locum illum non esse.i.quia præsens sit alicui loco secundùm ꝓpriam suam ipsius essentiam. hũi
B verò sunt substantiæ oẽs incorporeæ, quæ item per se sunt immobiles, præcipuè verò, quæ sunt immobiles per se,& per accidens. vnde Deus in cęlis esse dr̃,& in eorum dexteris, quoniã ibi functiones eius maximè vigent. Itaq. nescio satis'ne Aristotelicum sit illud, quod Platonici profitentur,vt Porphyrius in lib.de appulsu ad intelligenda quæ sunt incorporea per se, vbique esse,non sanè cum dimensione, sed impartibiliter: cùm videantur esse potius in aliqua prima mũdi parte, & per illius motum ceteris deinceps communicare suam virtutem, neq. ita sũt in loco, vt partes earum distent,& loci cuiusdam partibus pro portione respondeant, vel ex alia parte dr̃ esse in loco,vt id quod alicubi esse dicitur, partes habeat distãtes,& singulas loci cuiusdã partibus circundatas. ex quo locus quodãmodo partium distantiam permetitur, idcirco & id quod est in loco, diuiduum sit oportet; primum illud Latini nostri vocant esse in loco definitiuè,posterius hoc esse in locum circunscriptiuè. De posteriore hoc excitata est vniuersa hæc disputatio, & in hoc significato locus ab Arist. definitus est,& cõtra ipsum argumentatur Philoponus: primò quidem opponens. Oẽ id quod est in loco, esse in illo per oẽs dimensiones: habet.n.id oẽs dimensiones. At nos damus antecedens; negamus aũt id quod ipse vult ex eo cõsequi. Nanq. esto vt id quod
C est in loco,tres habeat dimensiones,atq. ẽt eas omnes capiat locus: tñ non necessariò id quod est in loco,ita est in eo,quia treis habeat dimensiones,sed merito superficiei solũ,& terminorum,quibus intrinsecè finitur id quod est in loco. Verbig. si fingere liceret superficiẽ ipsius terræ cõuexã à corpore terræ separatã, retinere suã rotunditatẽ, & quiddam ab ambientis superficie distinctũ ponere,esset vtiq. idẽ huius superficiei locus,atq. olim fuerat terræ. Quare cõstat locum,nõ sanè altitudini,sed extremæ latitudini solùm tribui. Deinde cùm adscribit locum maximè cælo deberi. Sed cũ velit Arist.id esse in loco quod ab alio corpore cõtinet̃: cęlũ verò nõ continet̃ ab alio corpore: nõ igit̃ est in loco. Atqui cęlũ nõ est in loco: locus igitur nõ est ambiẽtis extremum. Multa ꝑfectò succurrũt quæ ad hęc dici nõ sine rõne queant: nã de ꝓpositione controuersia futura est. Vtrum'ne oẽ id quod est in loco,necesse sit ab alterius corporis superficie cõtineri, ꝓpter varia significata loci de quib.antehac dictũ nõ est. Sed si maneamus in ea loci notione quam nuper indicauimus,& ad assũptionẽ,& ad oppositũ eius quod accipit̃.ita dicimus. Cęlum cõsiderari sm̃ totũ,aut secundùm partes. At certè,sicut totũ ab alio corpore nõ continet̃, sic neq. est item in loco. Partes aũt in loco esse dicunt̃, sed quemadmodũ in loco existũt;ita ẽt ab aliis corporib.ambiũtur.
D Quare damus assũptionẽ de toto,de partibus eã negantes: ob eamq. rẽ ad assũptũ respõdemus, si accipiat cęlum, vt totũ esse maximè in loco: id esse falsum,ꝙ si cæli partes intelligat;ẽt dicimus eas maximè cõtineri: ꝓptereà nõ valere id quod vltimò colligebat. Locus igit̃ ambiẽtis extremũ nõ est. Tertiò quoq. cùm insimulat Arist.opponẽs tantundẽ aëris in locũ aquæ successurũ,quantum prius aderat aquę: locus igit̃ ẽt cõtinet altitudinẽ & metit̃ solidũ. itaq. tantũ est spatiũ loci, quantũ ẽ corporis illius qđ cõtinet̃ à loco. Demus & ad hoc ẽt primũ illud antecedẽs.cõcedamus itẽ locũ cõtinere ꝓfunditatẽ quî.n.cùm capiat vniuersũ corpus,nõ capiat itẽ vniuersas eius dimẽsiones? attamen aio locũ nõ ob id tertiã illã dimensionẽ permetiri, & tanq̃ sui partẽ habere; sed eorũ est illa dimensio ꝓpria quæ continentur à loco. Neq. locus est totũ illud partiũ quod occupat corpus id quod est in loco; verùm terminus ipsius. illud verò spatiũ est eorũ quæ sũt in loco. ita igit̃ locus ꝓximè dimetitur perimetrũ corporis,& dũ hanc metitur,vniuersũ corpus metitur, neq. ꝓximè cũ toto corpore simul ꝓducit̃: neq. verò illi⁹ officiũ est,vt metiat̃: qñ sic mẽsura progredit̃, vt sẽper obeat̃ cũ eo quod sit generis eiusdẽ,& pars ei⁹ quod metimur. sic fit vt solida solidis metiamur,ac vera tritici mẽsura triticum est,& aquæ sanè aqua, sed vas reddit nos certiores de prima illa mensura per certos terminos & certam capacitatem,quæ tamen per superficiem so

lam sit nobis explorata. Triticum ergo est id quo metimur primò, quod est solidum, & sic solidum solido metimur, sed vas ponit nobis ante oculos vniuersam molem, licet eā significet per suā tantummodo superficiem, non aūt per solidum: non secus ac, siquis totam Thaidem se conspexisse asseueraret, quam nudā vidisset; eius verò cutem solam; nil aūt quod intus esset, oculorū acie lustrasset. & nos vlna metimur pannum, nō secus àc linea corpus & totum metiros esse confitemur. Quartæ obiectioni dabat manus etiam Galenus, ideò in illū acerrimè inuecti sunt Themistius, atq. Simplicius: ille quidem ita occurrens, quia si statuatur spatium quod intra cęlū est, exinaniri, fore potius, vt cælum ruat, ne vacuum detur. Attamen quantumuis hoc verum sit; vř satis sedare mentem addubitantis, & imponere finem quæstioni. Quid enim prohibet ad cuiuspiam rei naturam explorandā, fingere aliquid; tametsi nunq̃ fieri pōt, vt aliàs abundè à nobis expositum est? Idcirco Themistius insuper adiiciebat, in hac hypothesi contineri fallaciam, quia scilicet id quod est in principio, peteretur; atq. idem foret, àc siquis ostendere vellet esse inane, & constitueret quiddam, quod fieri non posset, tantundem valens; veluti si statueretur corpus tangens non tangere; quemadmodum si acciperetur vas non tangere corpus quod intra se contineret. sic.n. peteretur esse vacuum; ita & in re nostra. Cùm.n. reuocetur illud in controuersiā, an distantia sit; accipitur, eamq. esse constituitur. Sedenim meo quidem iudicio facilè purgatur ab hac obiectione Galenus; quandoquidem nō id accipitur quod penitus fieri nequit, & apertè inculcat distantiam, sed hęc statuuntur, nimirùm corpus exire de loco in quo manebat, & corpus in eius locum succedere. ea verò fieri queunt, neque reclamant naturæ, imò secundùm naturam euenire possunt. Quòd si hæc fieri possunt: ponantur esse facta (falsum id quidem, haud eiusmodi tñ, vt fieri nequeat) vt vnde exierit aqua, eò non irrepserit aër. profectò erit distantia, aut vacuum, aut nihil: aliter, aut non superesset cōtinens, aut inde aqua non exisset, aut aër fuisset ingressus, quæ sanè oīa aduersantur hypothesi. Si igitur ita rōnem colligamus; hoc erit certè concludere, non aūt petere. Neq. vniuersè assumere id quod fieri nequit, est petere. Mitto nunc ꝙ Græci contra Galenum statuunt id non posse fieri, spatium nimirùm sine corpore esse non posse, neque vicissim sine spatio corpus, & quoniā fieri nequeat, id quod ex eo consequitur, fieri nō posse significantes, non concedunt; cùm tamen hoc sit petere. siquidem illud dubitetur, an spatium habeat naturā à corpore distinctam, & protinus ita esse acceptum sit. Aut ergo dicendum est ad Galenum hypothesin illam, & consequens cōtingere secundùm rationem solum; secūdùm rem verò prorsus non posse fieri: non secus àc si constitueretur esse corpus mathematicum, & inde colligeretur esse materiam ab omni sensili qualitate secretam, quæ tamen in rerum natura dari non pōt. Argumentum igitur obtinebit veritatem secundùm rōnem, non aūt secūdùm rem, ita cōplectetur fallaciam ex figura dictionis, aut occurrendum potius illi hypothesi, si aqua cedat ex hoc loco, aërem illi non esse successurum: nam dictū hoc cōtinet fallaciam à secundùm quid ad simpliciter: accipitur.n. aërem nō successurum. id quod fieri pōt, colligitur vniuersè, neque aliud corpus. quod oīno falsum est: nam si nō irrepet illò aër; aliud corpus eòdē necessariò commigrabit. Quòd aūt conantur experientiis illis à quibusdā vasculorum generibus acceptis, persuadere vacuum esse, atque distantiam illam de qua tot iam dicta sunt; oppugnant Græci notando hypothesin illam à simili acceptam de cęlo: quoniam extra hoc corpus nihil est vtiq.: at intra ipsum idem non eueniret. Verùm nescióne an satis tutò: nanque id fieri potest, vt corpus aliud non tangat, sed seipso terminetur, eaque ratione cęlum ab aliis elementis natura separatum est. [a] Propterea totius illud est, quod Peripateticè profiteri licet: naturam egere continuitate corporum, vt qualitates, cùm illæ quæ afficiunt; tum etiam quæ perficiunt, tanquam de manu in manum, corporibus inter se consequentibus communicari queant. Quare tantum abest, vt inde probetur esse vacuum, vt constet potius nil magis oppugnare naturam: idcirco natura laborat, ne sit vacuum: non aūt id impleri vult quod vacuum est. Cùm autem ex eo pēdeat vis illius argumentationis, quia docetur vacuū impleri per tractionem; hæc aūt, non nisi à distantia pōt effici. id ita non est, & tanq̃ falsum repudiari oportet. nam consecutio illa exoritur à continuitate corporum siue naturali, quemadmodum in humidis, quando trahuntur deorsum, seu præter naturam, siquando trahantur sursum: omnis verò distantia est eorum ꝓpria quæ trahuntur: qua si careat mundus, iam fuerit inane, cuius distantiæ terminos tangit locus, & per illos eam comprehendit. Ex his autem quæ contra Galenum & Philoponum disseruimus, dęprehenditur falsitas primæ illius obiectionis: nempè ꝙ si corpus in loco est, hoc aūt habet profunditatem, ꝙ etiam, si locus æqualis locato futurus sit, profunditatē habiturus sit necessariò: iā apparuit duplex æqualitas; altera quidem quę dicatur dimensionis, per quam corpus corpori dř esse æquale, & vnumquodq. quantū in suo genere, linea.s. lineæ, & superficiei superficies; altera verò quæ capacitatis appellatur; qua rōne sufficit, si duorum corporum termini sint æquales; sic eandem crumenam implebit aurum & æs, non sanè ponderis eiusdem, neq. eiusdem extentionis, sed ambitus eiusdē. Ita quoq. se habēt id quod est in loco, & locus. nā si dimensionem spectes, æqualis dimēsio nō est; si terminos

[a] 4. de cęl.

E F G H

A si terminos tuearis æqualis est locus extimæ superficiei corporis quod continet. Cùm ēt opponebat cōtinens fore maius eo quod cōtinetur: planè fieri id pōt, vt verū fateatur, nec necessariò tñ. Sed cùm dicitur locum æqualem esse locato; non cōparamus ambiens totum, neque secundùm vniuersas dimensiones toti locato, sed extrema duntaxat, cū corporis continentis, tum eius quod continetur, secum conferuntur, nulla rōne corporis habita, atq. ita locus æqualis est locato. Euertitur quoq. tertium, quia sit syllogismus pseudographus: siquidem, vbi probat Euclides, duos circulos eundē diametrum habere non posse, nec super eodē centro licere describi circulos æquales; concipit eos, vt reipsa diuersos, sed circuli isti nostri re sunt eidem, ratione solùm discrepātes; propterea ꝙ eorum circunferentiæ secundùm quas accipitur ratio loci, non faciunt aliquid diuersum, neque diuersum obtinent situm, sed reapse vnus est circulus qui duas habet rationes, vnam qua terminat corpus quod est in loco, atque alteram qua claudit illud quod ambit. Ita igitur ex Aristotelis sententia locum æqualem esse locato decretum sit.

Disseritur vtrùm locus sit superficies, nec'ne. *Cap. LI.*

B AD partes definitionis modò venientes; cùm posuerit Arist. locum esse superficiem corporis continentis, atq. illam quidem immobilem; quæramus de loco primùm, sit'ne absolutè superficies: nam & contra hoc Philoponus ita disseruit, vt Arist. sibi redarguisse videatur. Foret.n. inquit, vt, dum quispiam mutat locum, non mutaret, nisi superficiem, sed cùm superficies secundùm altitudinē indiuiduæ sint, quotlibet accumulētur, nulla fiet accessio spatij, neq. promotio; non secus atq. non fiat magnitudo, quanuis innumera coëant vnà. Poterat & id Arist. [a] auctoritate confirmari, locum à superficie tanq̃ vnam speciem ab alia separantis. Præterea, si locus esset superficies; esset, aut secundùm formam, aut materiam: atqui non idem secundùm formam: quandò ea quæ sic eadem sunt, eisdem muneribus potiūtur, sed multa sunt quibus locus & superficies distingui possint: nam locus conseruat locatum, continet item, quorum nihil superficiei per se conuenit. Ad locum fertur mobile secundùm naturam, non autem ad superficiem. Locus agendi vim habet, superficies verò, quoniā quantum est, agendi vi caret. Ex altera parte id formaliter idē esse cum aliquo dicitur quod eius essentiā complet; talis autem videtur esse superficies, quandoquidem genus est loci. Nanq. etsi locus est accidens, & ideò definitur per subiectum, quod est substantia; tamen eius item essentia cōpletur à genere accidentis: in vnoquoq. enim genere ali-
C qua est imago substantiæ, per quam est quid est, & speciei ratio, tametsi non perfecta, vt in prædicamento substantiæ, proinde neque idem secundùm materiam superficies est & locus. Rursus, si locus esset superficies, vnus locus esset vna tantummodò superficies; ea tamen vna non est, vt qñ corporis alicuius dimidiū mergitur in aquis. Consentiunt philosophiæ Latinæ proceres locum & superficiem idē esse secūdùm rem & subiectum, vel potius secundùm materiam: ratione verò discrepare, nam superficies, quatenus hũi, nil aliud significat, q̃ terminum corporis naturalis cui' duæ sunt dimensiones: at locus accipit insuper relationem ad id quod est in loco; quasi notio loci non consistat eo solùm, ꝙ sit superficies, & tanquam si quodlibet aliud esset, posset rō loci conseruari. Iandunus qualitatem loco tribuebat à qua seuocatur superficies. Dicebant nonnulli idē reuera esse locum & vbi, quod est diuersum prædicamentum ab ipso quanto, & quanuis illi proprietates quanti conueniant, vt æqualitas, aut quanto ipsi repugnantia per locum, aiunt id loco totum esse tribuendum, quatenus habet partem illam materialem quæ pertinet ad quantum. Attamen in omnes hos sic ꝓbabiliter inuehimur, quòd ita fieret, vt locus vna essentia foret è pluribus conflata prædicamentis; hoc autem fieri nequit: proptereaꝙ è pluribus prædicamentis fit vnum per accidens. Ea certè Latinorum sententia tutissima mihi videtur, præsertim ꝙ apud me non sunt inopinabiles essentiæ quædā quæ constent simul è diuersis prædicamentis, veluti quondam de motu dictū est, & de quodā rerum genere testatus est Arist. [b] quę vnum fiunt per coniunctionem in quibus accidens habet vim determinandi, & locum differētia subit, & quoquomodo degenerat in rei substantiam. Sed illud adiiciendum prętereà puto locum aut tanquam naturalē affectionem spectari, aut sub cōmuni illa notione qua nos ipsum 4. Phys. definitum fuisse profitemur, & hinc dubitationes in medio positas arbitramur posse tolli. Nanq. vbi opponit Philoponus, aliquē mutaturum esse locum, neq. tñ superficiem; cōmittit fallaciam à diuisis ad coniuncta: accipit.n. in motu necessariam esse solùm loci mutationem, & superficiei, cùm tamē vlterius spatium requiratur super quo fit motus in quo termini designati sunt superficies, & locus: ideò quando mutatur aliquid secundùm locum, mutat spatium: at ipsum diuidi pōt, & hoc spatium in tēpore peragratur, quemadmodum pluribus ab Arist. conclusum est, quoniam spatium per se quantū est, & infinitè diuiduum, siue vt quantum solūmodo cōcipiatur, siue vt cum corpore naturali cuius est extrema superficies, quod Arist. [c] appellat ὑποχέμενον, & subiectum motus, qđ item in oī motu aliqua ex parte cedere voluit: nam pars in eo spatio princeps est illud super quo nititur;

[a] c. de quāto.

[b] 2. de par. c. 3.

[c] Lib. de inces. c. 8.

nuitur; vult.n.locus esse immobilis; id quod ité in eo corpore quod cedit, tantisper assequitur: qñ etsi per aërem fit motus, necesse né sit cogatur, vt sustineat animal quod per ipsum fertur. Vbique ergo diuiduum. Eius termini sunt superficies locus: qui quidem per se diuidui sunt secundùm longitudinem & latitudiné, sed ad ipsum spatium sunt quemadmodum termini. Nunc spatium, si veluti quantitas aduertatur, est fixum, immobile, & in vniuerso perpetuo manens; at si cogitetur vt subiectum motus, in illo est extentio, & potestas quæ pertinet ad prædicamentū ipsius vbi; itaq. idem esse videtur, ac si cogitemus superficiem quandam fluentem, vt aiunt, vel superficiei fluxum, quanuis sola longitudine definiri videatur. Primùm, quia longitudo variat primi loci conditiones, vt in vniuerso, q̃ à cęlo plus minus'ue corpora distent; cùm ea cęteroqui quæ per latitudinem disiuncta sunt, q̃ easdem vires cęlitùs demissas participent, in eodem loco esse dicantur, velut omnes aëris, aut aquę partes. aëris autem aquæ non idem locus: deinde q̃ prima mẽsura quantitatis est longitudo: quamobrem & qua locus, & quà quantitas est, longitudine exploratur. Itaq. non sic metimur motum, quia maius aut minus corpus aliquod spatium conficiat, tametsi maius corpus occupat maiorem locum; sed longitudo sola attenditur, & tantundem spatij permensus ego fuero, qui paruus sum, quantum Hercules, vbi vtriq. ad stadij finem peruenerimus. Posito igitur spatio, cuius terminus est superficies, quanuis in eo longitudo sola spectetur: sicut innuit Arist. 6. Phys. termini in ipso, aut potestate consistunt, aut actu: vbi actu consistant, iã indiuidui sunt, & ibi termini motus collocantur, atq. est actu locus, vbi verò sint potestate, adhuc motus exercetur: & est potestate solummodò locus, cęterùm dum seruant potestaté in continuo, iam magnitudinis ratio retinetur, itaq. fit processus, & id quod mouetur, magnitudinem permetitur. Non ergo superficies cum superficie congruit in motu, & spatio metiendo, nec ob id indiuiduum, cum indiuiduo, vt opponebat Philoponus: sed spatij longitudo conficiebatur, & superficies in potentia peragrabantur quæ non abhorrent à magnitudine, quanuis vt termini magnitudinis haberentur qui in quaq. spatij parte figi possent, & actu effecti finem imponerent motui. Quòd autem distinxerit Arist. aliquando locum à superficie, caussam cum Auerroe reddam: inquit.n. Arist. in eo loco rudius fuisse locutum, & rerum species, non quidem, vt essent; sed vt ferret fama, recensuisse: at vulgo inualuerat ea notio loci, vt esset distantia tribus affecta dimensionibus, sed reuera superficies est. Ad secundam obiectionem respondemus vnà cum Latinis: ipsum locum idem esse cum superficie secundùm materiam, non aũt secundùm rationem: ex quo item definiri per superficiem, tanq̃ per suum genus: quia soleat genus eam partem menti subijcere quę materiæ locum occupat in composito & definito. Verùm quia nos ẽt sumimus locum sub communi notione qui idem est propemodum àc superficies; accedit.n. sola capacitatis habitudo: propter hanc ipsam rationem loci essentiam ab essentia superficiei separamus, neq. solùm vt speciem à genere distingui volumus, sed vt speciem à specie propter eiusmodi relationem. Idcirco ad id quod opponitur; superficiẽ idem esse cum loco formaliter, quia complet eius essentiam, dicimus quidem eam esse partem materialem definitionis, nec complere tamen, sed præterea requiri differentiam per quam locus constituatur, & à ceteris quantitatibus separetur. Ita locus est quidem superficies, sed aliquid aliud insuper. Neq. illa obstabunt quæ antea fuerunt allata quibus locus à superficie segregaretur. Neq.n. tollunt ea simpliciter essentiæ conuenientiam, sed q̃ ex toto sit eadem vtriusq. essentia, quod ẽt nos asserimus: aut pertinent ad locum, non sub ratione cõi, veluti nos accepimus, sed quatenus est forma quædam naturalis. Ita locus est superficies, vnus aũt locus vna superficies: vna verò, vel simpliciter, vt siquid in aqua demersum fuerit, aut in aëre suspensum, & deniq. vbi continens vnum fuerit, vel caussa quantitatis. Etenim nihil officit, per contactum è pluribus diuersorum ambientium terminis vnum terminum fieri, qui sit vnus locus.

De loci repugnantia nonnulla tractantur. Cap. LII.

CVM verò per locum quanto repugnantia tribuatur, neque à natura loci semotum sit, aut à præsente quæstione qua loci natura vestigatur: nam cũ in latione rationem termini subeat, & inter motus terminos existat repugnantia, & huius rei declaratio, cęteroqui non facilis, erit ẽt non inutilis. Quæritur autem nunc an rectè ratio repugnantiæ petatur à loco: etenim Arist. aliquãdo testatus est, repugnantiam in quanto maximè propter locum inesse. ex quo item contraria nõ sine quanto definiebantur, quippe quòd per distantiam eiusq. terminos. nanq. illa dicuntur esse contraria, quę sub eodem genere collocata maximè distant. Rursus idem confirmatur hac ratione, q̃ in iis, quæ sunt ad vnũ, id alicui primò tribuitur quod est caussa nominis, & definitionis eorum quæ posteriora sunt: at oppositio loci est caussa cęteris cõtrariis, vt appellentur, eademq. definiantur, quoniam ea quoque distare dicuntur: id quod quanti proprium est: nec non ita definimus omnia contraria, quia sub eodem genere posita maximè distant. igitur inest primum in loco repugnantia. Et ita definiuit ipse cõtraria: eaque maximè distare docuit in loco infimo & supremo:

A mot.[a] nullum.n.maius spatium describi potest in vniuerso,quàm id quod clauditur centro quod [a] 10.Met.
est deorsum,& circumferentia quæ est sursum.ac patet,ea loca non modò interuallo distare , ve-
rùm etiam pollere viribus omnium maximè oppositis, & in eisdem propemodum locis eandem
sententiam Auerrois obseruamus. Attamen expers eiusmodi sententia non videtur omnis difficul
tatis.Primùm quidem quia tametsi album in centro,& nigrum in circũferentia collocamus,non
idcirco magis erunt minus'ue contraria; verùm suæ repugnantiæ rationem intrinsecam obtine-
bunt,in quauis distantia ponantur. atque etiam si fingantur in eodem subiecto. non igitur ratio
oppositionis à loco peti posse censebitur . Neque eadem videtur esse ratio distantiæ in loco & cę-
teris quibus aliquid est contrarium,vt coloribus; sed eiusmodi interuallum quod potius sit for-
mę,quàm spatij:nam sicuti genere cõueniunt, ita discrepant differentiis ea contraria quæ ortum
ab illo genere ducunt:sed quemadmodum genio ipsum,quod est forma communis, non signifi-
cat vnà quantitatem,sic neque illius differentię, à quibus potissimè ratio repugnantię proficisci-
tur.Prætereà natura contrariorum talis est,vt sese vicissim afficiant:at id interuallo spatij non re-
fertur acceptum,sed actuosis patibilibusque facultatibus quas ipsi philosophi qualitates primas
appellarunt.Neque dicere nobis licet; quia ratio distantiæ terminiq. vnde oppositionis essentia
sumitur,euidentiores inquanto & loco sint,quàm in aliis prædicamentis & formis: & idcirco re
B pugnantiæ rationem à quanto fuisse desumptam:quando solet inductio peti ab eo quod illustri-
us est:at Aristoteles ostensurus in locis esse terminos, inductionem fecit in alteratione accretione
& decremento.Vidit hanc difficultatem Zimara, [b] ob eamq. caussam dixit oppositionem specta [b] 1.Phys.
ri vel ratione formę,vel etiam ratione subiecta,in quo possunt esse contraria.& quantum ad for- cōtra d 9.
mam attinet,repugnantiæ rationem apparere magis in loco , quàm in reliquis formis: illud autẽ
latere in quonam,vt subiecto sit huiusmodi repugnantia; & id obscurius esse in loco,quam in cę
teris formis,atq. illud ab Arist.quæri, cùm inductione vtitur ad monstrandum terminos esse in
locis,non.n.quæritur ibi,quis cui contrarius sit locus:sed in quonam sint hæc loca contraria : an
.s.sint aliqua corpora quibus contraria loca tribuenda sint . Veruntamen neq. illius solutio mihi
satis arridet;& oritur ex errore illo communi qui vexat plerosq. omnes Latinos;vt valde inten-
ti seu sectis,seu dictis interpretis alicuius, parùm perspiciant quid Arist.ipse pronuntiet.nil verò
clarius quàm Arist. [c] non de subiecto & corpore verba ibi facere, sed de terminis:ita.n.eius ratio [c] 1.de cęlo
concluditur. Statuit in primis. Omne quod mouetur è diuerso, in diuersum specie mutari:nam
motus nil est aliud,quàm recessus ab vno ad aliud:propterea constat è duobus terminis à quo,&
C ad quem:& inductio mõstrat in affectione ægrum ab ęgritudine transferri in sanitatem,in accre-
tione verò & decremẽto à quantitate perfecta,vel imperfecta duci ad oppositam. quare etiam id
quod fertur ab vno transit ad aliud:& quoniam ægritudo quæ est in ægro, & sanitas ad quã ten
dit,contraria sunt. & imperfectum perfecto contrariũ est: sic in loco terminus à quo & terminus
ad quem erunt contrarij.Deinde,vbi est oppositio ibi finem esse motus: in infinito.n.nulla est rõ
repugnantiæ;quia certam distantiam,atq. illam quidem maximam contraria postulant quæ nul-
la sanè est in infinito . Tùm tertio finem motus recti duplicem esse supra & subter, siue extremũ
& medium;quæ omnia à sensu & inductione collecta aptantur ad hunc syllogismum. Contra-
ria sunt finita,motus aũt omnis est inter contraria:ergo & lationis termini,cũ sint contrarij; sunt
finiti.Atqui finis lationis est duplex: supra.s.& subter. hęc verò sunt vnum numero:ergo simpli-
cia corpora,tanquam ad finem sui motus feruntur in alterum ex his terminis qui numero vnus
est.itaq. si lationis terminus.vnus numero est,& mũdus item est numero vnus consimiliter . Hęc
Arist. Quæ'nam ergo ratio subiecti hic habetur?quid non pertinet ad terminos? Certè contrario-
rum ratio magis,tanquam per id quod euidentius est, sub oculos ponitur per distantiam.quæ su
D mitur à quantitate,licet ab intrinseca ratione formæ ducatur:neq.n.nouimus corpora quę ferun
tur in diuersa loca, distare secundùm formam,quemadmodum aspicimus ipsa loca esse longissi-
mo interuallo seiuncta,quanquam necesse est,ea corpora quæ ad loca distantia feruntur,eo cieri
propter repugnantiam virium,quam assecuta sunt à forma:illuc.n.auolat id quod calidissimum
est,& leuissimum;huc tendit id quod grauissimum est, & frigidissimum.atq. adeò perspicua est
rõ quanti in naturis rerum exponendis,vt oĩs perfectio formæ per distantias & gradus significe-
tur,& oĩs rõ mensuræ cuius vna virtus est, esse notissimam.huius aũt notitiam quę est ad nos,re
spicientes philosophi per eam repugnantiam,quæ est in loco, & per distãtiam è quanto petitam ,
reliquarum formarum oppositiones descripserunt , tametsi vera & intrinseca oppositionis ratio
repugnantia formarum est quę postulat duo, conueniẽntiam.s. subiecti, atq. actum & potestatẽ
in vtraq. forma, quę ad se vicissim referantur, vt perfectum & imperfectum : & vt vnum quod
per alterum perfici possit.ex quo sequitur pugna inter illa de eiusdem subiecti possessione.ita de
finit Arist. tanq̃ per nota nobis per quantitatem, ipsa contraria.Rationes aũt à nobis allatæ con-
tra definitionem illam concluduntur de ratione repugnantiæ,& de notitia eius,vt aiunt,à priori.
Neq. illud absurdum est, cognitionem distantiæ & loci confusam euexisse nos ad intelligendam

à priori repugnantiam quæ est inter alias formas. Vnde ēt postea perspicuè noscimus ea loca quę in vniuerso maximè distant, esse contraria; qm̃ maneant in illis secundùm naturam corpora quæ contrarias habent qualitates; & ab his reuera ducitur rō contrariorum in motu. Quod si tribuit loco Arist. oppositionem simpliciter, & qua quantum est, scias ipsum in sua primordia nō distinxisse locum, neq. cōem à naturale separasse, & id quod loco qualitatum beneficio conuenit, accepisse, ac si simpliciter & per se inesset, ob institutum quod perpetuò seruat in Categoriis, nimirum, vt res isagogicè & rudiuscule rudioribus exponantur. E

Quemadmodum in loco immobilitas accipienda sit. *Cap. LIII.*

RESTAT illud vltimum, quod in loci definitione positum est, immobile. s. de quo non est meo quidem iudicio dignum, vt quæratur, an sit essentia loci, an potius eius proprietas, siue simpliciter, siue ēt, quia per ipsam aliqua loci differentia describatur: id quod interdum noīe differentiæ latente fieri consueuit: nanq. & id locum per se facit ab aliquo differre, & ab Arist. ponitȗ expressè ad explicandum quid est locus. ob illud. n. ꝙ locus est immobilis, differt à vase; quoniā ipsum moueri pōt. ideòq. ibi conclusum, continentis terminum primum immobilē esse locum. Neq. verò, & si videtur esse quoddam accidens, idcirco credendum est illud esse ineptum ad explicandum quid est aliud accidens. nec quicquam vetat, quanuis hoc illi accidat, vt alterius essentiam compleat, vt alibi dictum est. quamobrem his dimissis accedamus ad ea quæ de postrema hac differentia loci quæri solent; neq. pauca sunt; vtputa illud, si immobilis est, quō sit naturalis speculationis: nam de immobilib. philosophia prima & mathematicæ mentionem faciunt. hæc verò de mobilib. solùm. Tùm item, qua rōne locus est immobilis? nam si fuerit, vt certè est, superficies continentis; in alio manet, ideò cum illo moueatur oportet; eoq. variato, ipsum quoq. variari: vt cum flatib. agitatur aër ille qui me continet. At verò ꝙ locus sit immobilis, ex cōi consensu colligitur: vnde ēt Eudemus statuebat hanc conditionem loco hypotheseos, licet Arist. eam attulerit, vt differentiam quę constituat locum, & in ea tractanda Simplicius tanꝗ̃ bellator ignauus, ab Arist. desciuerit. nam pręsumptio, inquit, corrigi pōt, definitio verò nequaquam. etenim quanuis locus sit immobilis, aliud tñ esse pōt, quàm superficies, at si superficies, atq. illa quidē immobilis esse ponatur, pōt id alienum esse à veritate. est. n. indiuidua definitio; quapropter ex toto vera, aut ex toto falsa. Veruntamen pace tua mihi liceat dicere, Simplici, quid prohibet aliquam differentiam, vt nobis notam potuisse præsumi, & id quod nobis notū est, ēt fore alicuius essentiā? G vt siquis (vtar. n. eodem exemplo frequentius) essentiam sanguinis indagaturus, calidum ipsum esse præsumat, quod nobis exploratissimum est, postea sanguinem per eundem calorem definiat, quemadmodum fecit aliquando Arist. idemq. a medicis in febris definitione factitatum est: Itēq. trifariam diuidi corpus assumptura fuit, & admonitione confirmatum, idemq. in definitione corporis acceptum. hoc ergo nullius est ponderis. Illa grauiora; quō accipienda sit immobilitas quæ complet essentiam loci. Multæ sanè caussę solent afferri. Tùm ꝙ cùm sit cuiusdam corporis terminus, nō per se quidem moueatur, verùm fortè per accidens cum eo. s. corpore cuius est terminus. Tùm prætereà, quia permanet eo moto quod erat in loco. Prætereà, quia non mouetur eodē motu quo mouetur id quod est in ipso. Contra primam rōnem id opponi video; quia locus ab aliis accidentib. non differret, quandò & alia oīa mouentur, non per se, sed cum subiecto. Tamen ēt si id inesset in vniuersis diuisim, satis esset differentiæ, si per ea quib. cum iungitur, & quib. accedit, separaret ipsum definitum à reliquis. ita bipes inest in hoīe & aue, tñ si compoti rōnis adiiciatur, fit vnum ex illis, quod differt ab aliis omnib. quæ rationis capacia sunt, siqua sunt huiusmodi, neque ratio conuersionis, seu reciprocationis in vltima differentia postulatur, quia. s. de iisdem prorsus indiuiduis accepta seorsum ęquè cum definito pręd icetur, sed quia totum aggregatum & differentiarum oīum cumulum efficiat æqualia definitio. ita igitur immobili contingere pōt. Insuper aiunt, quia sic locus non esset simpliciter immobilis, sed tantum secundùm quid. At vnde id ex Arist. collegerunt, locum simpliciter esse immobilem? Quin ēt philosophus ipse; cùm designaret nobis, quemadmodum locus esset immobilis, & confirmaret ab iis quæ obseruantur in mundo; statuebat suprà & infrà tanquam terminos immobiles: & explicans, vt tales essent; vni quod est infrà, immobiles simpliciter attribuebat; alteri quod est suprà, ꝙ similiter se habens maneret. Postremò, quoniam ēt vas esset immobile, cùm eius superficies item per se moueri non possit. At & nos anteà docuimus eandem superficiem non seruari, neq. in vase, cùm aqua ex ipso transfertur aliò, necnō superficies eius esset locus proprius, neq. in eo differret à loco, verùm distinguitur ab ipso loco totum vas: hoc. n. illud est quod per se transfertur. Sed illud certe nescio videre, quemadmodum maneat locus simpliciter, postquam amotū fuerit id quod erat in loco. Prætereà ꝙ ita dicatur immobilis, quia non moueatur eodem motu quo mouetur id quod est in loco, &, vt puto, oēs istæ caussæ reponendæ sunt in numero accidentium. quamobrem & immobilitas ipsa per

accidens

A accidens inesset in loco: ex quo sequeretur oino, vt assumenda nō esset, tanq̄ differētia loci essentialis. Existimauit D. Tho. in loco esse id quod formale nuncupat: hoc verò est ordo, atq. distantia, quam hēt talis superficies ad cęlū, vel ad centrū & polos mundi: atq. ab hoc ordine & interuallo, siue distantia loci ipsius immobilitatem duci. q̄uis ergo superficies q̄ proximè continet, aliquo casu varieť, siue afflatu ventorū, siue ēt corporis locati translatione; nihilominus eundem ordinē atq. distantiā permanere. Hæc fuit sanctissimi viri eiusdemq. eruditissimi snīa q̄ neq. facilè conuelli possit, neq. aurib. Peripateticorū quicq̄ afferat absurdi, quandoquidē & inter legendū Arist. id nobis occurrit frequentius; esse duo loca prima in vniuerso, summum & infimū, siue circunferentiam & centrum quib. naturalia corpora, tanq̄ vallo quodam concludantur, & in quib. sm̄ naturam quiescant: & per horū alterum grauia leuiaq. definiantur. Attamen neq. ipsa omni labe vacua videtur. Vt rerum omnium caussæ à mentib. nostris in tenebras densissimas sese abdiderunt? Audiamus igitur.

Exploratur D. Thomæ sententia nostraq. defenditur. *Cap. LIV.*

B QVANVIS ergo id quod sapientissimus ille vir, nec satis vnq̄ laudatus, professus fuit, loco item ab Arist. nostro tribuatur: attamen ad locū naturalem qua naturalis est, pertinere crediderim: atq. ita, vt in loco naturali talem immobilitatē desiderari penitus putem: verùm, quia supra dixi, locum hîc sub cōiore significato definiri; talem immobilitatem non oīno recipimus. Nō me latet hęc obiici D. Thomæ, q loci natura esset ex eorū genere q̄ inter se respiciunt scdm̄ essentiā, quia distantia notat habitudinem; inter se verò non respicere, inde constat: q ad hoc rerū genus non fit per se motus; sed ad locum fit motus per se. Prętereà quia sequeretur superficiem nō pertinere ad essentiam loci, sed esse accidens separabile: manifestum verò est eam esse loci essentiam, quia genus. puto verò caussam huius connexionis esse, quoniam locus formaliter à tali distantia constituatur ipso auctore: sed contingit variari superficiē, nihilominus restat eadem distātia, & proin idem locus. Quid item inquiunt prohiberet lationem fieri per vacuum? quia locus sine superficie consistit, & in vacuo quoq. distantia reperitur. Tùm ēt quia quærere licet, an ita distantia sit in aëre, vt in subiecto; an potius in cęlo. neq. sanè in cęlo: qn̄ cęlum idem ad numerum est ad oīa loca. q si aëre fundatur, itaq. non manet, sed cum aëre ipso mouetur. Adde item Arist. nunq̄ huiusce distantiæ in tractatione loci meminisse. Huic ēt proprietates loci nō cōueniunt. In-
C super hæc distantiæ rō pertinet ad oēm locum, vt vas ēt complecti possit: q m̄ illud quoq. immobile est, quātum est huius distantiæ beneficio. Veruntamen neq. desunt q̄ pro tanto viro dici verissimè queant. illo primùm animaduerso, immobile cōe esse ad vnum, & quanuis amplectatur oēm locum primo tn̄ respicere naturalem, qui iā certis affectus est qualitatib. pp corpus cuius est terminus, & prout certum spatium notat, vnde in hoc mundo vires singulis per lumen & motū à cęlo cōicantur. Deinde, quod dr̄, in loco formale, id esse à quo proximè cōstituitur essētia loci, non q essentiam cōplectatur vniuersam; sed cùm duæ sint essentiæ partes; altera q̄ per genus explicatur, q̄ quidem est materia, atq. altera q̄ per differentiam, ea verò est forma, q immutabilitas & distantia pertineat ad eam essentiæ partem, quæ forma est, vnde essētia proximè constituitur. Itaq. his hoc modo positis facile est diluere oēs istas obiectiones, cùm aut accipiāt ea quæ insunt in loco cōiter accepto, aut assumant ēt falsa. patebit aūt id explorando singulas. ac primū vbi statuitur locum esse de eorum gn̄e quæ sic vicissim respiciunt: fateor equidē. eius. n. rō consistit illius capacitate & ambitu, quod est in loco, cū cęteroqui non differat à superficie. At inquiunt ad ea q̄ se vicissim respiciūt, non esse per se motū, & id quoq. concedo: sed aio non esse motū ad locū, vt
D ad talem superficiem, verùm esse motū sm̄ vbi quod significat talem actū corporis mobilis, & est terminus spatij, super quo fit motus, aut forma, hîc terminus est spatij, quatenus q̄tum: & ideò p accidens est motus ad locū, quatenus q̄tum, & locus cōiter acceptus. Quòd aūt superficies esset accidens, q̄tum spectat ad id quod nos in cōfirmationem attulimus, accepto eo quod est formaliter, vt constituit vniuersam essentiā, cōuinceret argumentū: at nos id dicimus esse immobilitatē, per quod proximè constituitur essentiæ quædam pars, cui nihil obstat esse vltimā quę forma est, & per differentiam explicatur. Neq. verò ita est accipiendus locus naturalis, vt sola superficie cōtentus sit, sed est semper aut superior, aut inferior: id quod à spatio sumitur, quod in vniuerso cōtinetur intra terminos mundi centrū, & cęlum: ideò quia termini illius manēt immobiles, immobilis ēt est locus naturalis, & quod manet in loco, semper manet super aliquo firmo, & stabili, in quo propriè dr̄ esse, vt in loco. ita vt propriè turris humi sit in qua manet, & qua nititur, non aūt in aëre: & ab eo super quo manet, immobilitatis rō q̄ pertinet ad distantiā, potissimè sumenda est. Cùm verò assumiť distantiam hanc in vacuo quoq. consistere, posset fortasse concedi, manere q̄dem illam distantiā q̄ dimensio solùm est, at distantia naturalis q̄ loci forma est, & continet facultate terminos eius motus qui fit scdm̄ locum, nō manet sine materia, & certa participatione qualitatum

litatum sensilium q̃ deducuntur à cęlo: q̃nquidem eiusmodi interuallum duobus terminis innitens, circunferentia.s. & centro, tanq̃ subiecto fundatur corporib. naturalib. quæ spatium hoc implent: ita tñ vt eadem distantia conseruet assiduè beneficio terminorũ, qui semper iidẽ sunt, quasi linea describat instar diametri qua designetur ꝓcessus illius virtutis q̃ funditur a corpore cælesti per interualla pręfinita; verùm ea semp corpori affixa sit, in eoq. maneat, quantũuis illud corpus agitetur, non secus atq. sit eadẽ linea inter duos parietes è regione collocatos: manet.n. eadem, & à corpore intercedẽte recipitur eadẽ; q̃uis agitetur corpus illud atq. aliud longè diuersum ibidẽ succedat; & queadmodũ lumẽ quod per aërem effunditur, non manet sine corpore, manet tñ sine hoc aëre, rectaq. transmittitur, ita de loci distantia decernendũ est. Nunq̃ verò mẽtionem fecisse Arist. de tali distantia, tam falsum est, q̃ id quod falsissimũ: nam pręter ea loca q̃ nobis indicata supra fuerũt,[a] est ẽt expressa auctoritas in libris Meteor. vbi corpora in vniuerso certa serie dispo suit pro participatione qualitatum quæ sibi impertiunt à cęlo per motũ primò, deinceps verò ꝑ lumen. Quòd verò non oẽs ꝓprietates quas attribuit loco cõis opinio, illi quem pro D. Thoma defendimus, cõueniant; cũ eę sint loci cõius accepti, noster aũt hic sit solùm naturalis; & fatemur; & nil prætereà refert. Quòd aũt ea conditio cõplectatur vasa, negamus; nisi quatenus illa contingit esse in loco, qua corpora sunt; alio verò pactò nequaq̃: siquidem vas non superficies tantummodo sit, sed corpus in quo talis est superficies quod est alioqui per se mobile, ad cuius motum accidit ẽt, vt superficies illa, locus cęteroqui futura, moueatur. Et licèt Simplicius indicauerit aliã differentiam inter locum & vas; quia.s. vas contineat tñ per internam superficiem; locus aũt per totam quoq. distantiam; cum tñ hæc solutio præseferat suspicionem quãdam loci illius quẽ sub noie distantiæ cõfutauimus, ea dimissa, nostra differentia contenti erimus. Nam si purgare velim Simplicium, huc certè redeundũ est, quò nos ipsi contendimus; vt.s. tota distantia loci cõplecti dicatur, quia sumitur distãtia, quæ in termino posita est, neq. plures, q̃ duas dimensiones continet: vas ẽt ad tres vsq. protenditur, vt dictum est. Ex his efficitur, vt neq. rõ loci cõis, multoq. minus eius qui naturalis est, ad vas aptari queat. Siquis aũt obiiciat iterum D. Thomæ, fore, vt id quod non mouetur, mutet locum, quia.s. mutet distantiam, eo ficto, ꝙ cęlum deprimatur. & fore, vt id quod mouetur vsq. ad lassitudinem ambulando, nunq̃ mutet locum; quia nunq̃ mutet distantiã, vt siquis in naui quę mouet, vt duo, contra motum ipsius tantundem moueatur. & quod nos in Arno flumine quotidie cernimus, dum conto genus illud onerariæ nauis adigitur, quod scaphe vulgò nominatur: Nam rem ex loco mouetur; tñ sub eodem vertice manet; sciat vel hæc per accidens consequi; vel falsò reputari motum ad locum. Etenim si cęlum deprimatur: erit quidem illa mutatio; neq. secundum vbi: nanq. talis potestas re mobili per se fundatur, nõ aũt loco; sed scdm habitudinem in vicinia.s. & longinquitate, quę in altero inhæret. alter aũt erit motus, & per se, ad spatium illud, super quo mouetur. & mutabitur ab adigente scaphen locus per accidens ex eo, ꝙ nauis ipsa conto adacta mutat locum, quia remex, dum conto impellit qui figitur in fundo, subsultat, atq. interim sub pedib. promouet nauis. Reddiderunt quoq. suã caussam Scoti sectatores, cur locus immobilis esse ponatur, ob id planè, quia maneat superficies tantundem valens, si non penitus eadem. Et hęc caussa quoq. accipi põt, si modo nõ vniuersam superficiem mutari fateantur: quippe ꝙ ex parte spatij super quo primo fit motus, quies necessariò requiratur; nec vllũ incommodum inde consequetur. Nam quod dicitur, fore, vt, siquis varias aëris, aut aquæ partes mutet; sit etiam in eodem loco, falsum esse constat. iam.n. mutauit spatij partem super qua manere debet immobile id quod est in loco. Proinde nauis, licèt idem valere videantur superficies diuersæ, neq. tñ idem valent. quia totæ mutantur; in flumine quoq. mutat locum, & est in loco indefinito, & eo qui est potestate tantùm: id quod non euenit illi, quod est in vase. Quapropter id quod est in vase, ab eo differet quod est in loco; quia quod est in loco, manet prorsus; id quod est in vase, põt moueri: rursus, à vase distinguetur, quoniam vas mutat locum per se: quod est in vase mouetur ad motum vasis. Aequantur verò multæ illæ superficies quas immutari nõ ex toto diximus, & prima syncategorematicè, & vnum sunt, atq. idem ad numerum, non secus atq. nauis, postq̃ resarcita fuerit. Ex his igitur concludimus non vnam simplicemq. caussam esse immobilitatis in loco: sed plures & plurib. modis, eas tñ præcipuas, vnam quidem in loco cõiter sumpto, per quam separatur à vase: quia vas mouetur: locus manet immobilis, atq. alteram in loco naturali, quæ petitur à distantia cęli, quemadmodum ẽt censuit D. Thomas illa cõmunissima oium terminorũ motus, vt.n. ait Arist.[b] formæ, & affectiones, & locus in quẽ mouent, immobilia sunt. Quid aũt ad primam obiectionem dicere debeamus, facilè apparet: non.n. simpliciter immutatur superficies, terra permanente in qua nititur arbor, aut turris. Vt ẽt locus, quanuis immobilis, pertineat ad philosophũ naturalẽ, eo mõ dicendũ est nob. quo docuimus alibi generatim immobilia posse in hac methodo tractari, quę.s. aliqua ex parte respicerent motũ: vel, vt efficientia motũ, vel vt eiusdem termini, sicuti centrum & poli. Atq. hæc de loco. communi generatim dicta sufficiant, alibi de loco proprio corporum naturalium, siqua supersunt propria, dicturis.

FINIS LIBRI QVARTI.

[a] 4. Phys. Tt. 16 42. 1. Meteor. c. 4.

[b] 11. Met. T. 10.

A

FRANCISCI BONAMICI
PHILOSOPHI FLORENTINI, IN PISANO GYMNASIO PVBLICE PROFITENTIS:

DE MOTV
LIBER QVINTVS.

B

DE LATIONE RECTA SPECIATIM.

Quæ via tenenda sit in explicandis elementorum motibus. Cap. I.

VAE generatim ad motum naturalem & illius initia pertinent, hactenus exposita fuerunt, & explicatum, vt materia & efficiens primùm, deinde forma & finis producerent motũ: vbi multa de loco dicta sunt, quia non modica pars sit eius methodi quæ versatur in tractatione motus. Sequitur nunc, vt cuiusq. motus elementa speciatim perquirantur: neq. n. satis est nosse caussas rerum generales, verùm ẽt ad singularia descendere oportet, vt iis quæ generatim tradita sunt, ad singula contractis, plena sensilium rerum notitia comparetur. Quoniam C verò quę mouentur, aut æterna sunt, aut caduca, nobis verò notiora hæc: illa, ꝙ se extulere sublimius, obscura; atq. adeò, vt earum q̃ sunt alterius generis auxilio cadant sub mentem nostram; ante alia tractationem eorum motuum aggrediemur, qui sunt rerum caducorum, quæ cum ex materia quæ simpliciter est potestate, constituta sint, omne motionum genus excepta conuersione suscipiunt: nanq. ea duntaxat ęternorum propria est; & lationem & ortum atq. interitum & incrementum ac decremẽtum, atq. alterationem, è quib. cùm latio prima sit ꝙ ab aliis omnib. flagitetur, & sit item rerum quæ iam perfectę sint: quia tametsi mouentur elementa potissimum, cùm gignuntur: at nulla pars est eorum motus cui non supponatur iam aliquid in actu, & vt ita dixerim genitum: vnde etiam veluti vita quædam existimatus est inesse natura subsistentibus omnib. Huc accedit, quod nullus propemodum ex Antiquis de motu meminit, quin ageret de latione, & conaretur è suis placitis initia motus & quietis elementorum assignare. & quidem hic ob efficacitatem suam maximè tentare potuit animum nostrum, nos ẽt de latione caducorum in primis ex instituto disseremus. eã verò à natura spatij conclusimus aliàs esse rectam: quæ. s. super diametro fieret, quæ ab vniuersi centro ad ipsius extre D mum duceretur: eaq. duo naturalium motum terminos esse docuimus, atq. illos quidem immobiles, ad quorum alterum, quod est centrum, grauia secundùm naturam ferrentur; ad alterum verò nimirum ad circumferentiam, leuia in quib. secundùm naturam manerent: centrumq. omnino immobile, circumferentiam aũt mobilem sanè, verùm eodem modo semper se habentem: prætereà decretum à nobis olim fuit, quempiam esse motum naturalem cuius item caussæ præcipuè sint exquirendę. Hæc tñ, quanquã firmissima & prorsus irrefragabilia sunt: quippe quib. & rõ & sensus concorditer; quorum vis oĩum in philosophia naturali maxima ad persuadendũ est, attestentur: tñ potiusq̃ demonstrata, censebuntur esse accepta, nisi prius varias caussas quietis & motus in corpore naturali ex Antiquorum placitis afferamus, atq. acerrimè confutemus: etenim magnam vim ad persuadendum hẽt eruditionis existimatio, quæ maxima in ipsis de rerum principiis fuisse creditur, ꝙ illarum ortui viciniores fuerint: [a] aut. n. illi oẽm aliã caussam præterquàm naturam ipsam, motus & quietis approbarunt: aut quietem è naturæ scena sustulerunt. nil. n. idem permanere diutius asseuerabat Heraclitus, vt non eundem esse opinaretur equum tranantem flumen, dum ingrederetur, & postq̃ egressus esset, [b] rursus constantissimè defenderunt terram perpetuo motu cieri. multa quoq. alia de loco ignis & terræ cõmenti sunt quæ ni sedulò retractẽtur à nobis, huiusce philosophiæ studiosum vera prorsus intelligentia motus excludant. Itaq. nos à sapientissimo præceptore moniti, tanq̃ veritatis exploratissimæ statuentes ea quæ monstrat sensus, & suadet vsus ipse, qui rerum oĩum magister

[a] 1 Met.

[b] Plato Cratylo.

ster optimus est. ab his de rerũ motuumq. naturalium caussis iudicium ferre conabimur, & ad sensus trutinam vniuersa reuocantes, inanes antiquorum opiniones irritas faciemus: quam viam, quia non tenuerunt ipsi, non semel ab Arist. vehementer reprehensi, errorumq. grauissimorũ notati deprehenduntur. In primis aũt explorabimus ea quæ de terra professi fuerunt; inde non sine ratione ducto nostræ disputationis exordio; quandoquidem & ipsa nobis est in proximo, eademq. magnũ hẽt momentum ad oẽs propemodum motus, aut saltem talis esse existimatur, siue per seipsam, siue ẽt merito centri, cùm inseruiat complurib. animalium motib. & sit veluti fundamen & firmamentũ quo nitentes assiduè rotentur orbes cęlestes: ea quoq. finiat motus elementorum mediorum, vt nisi quies terræ constituatur, difficilè ẽt de cęterorum corporum quiete quicquam decerni possit, propẽrantib. illis semper ad terræ contactum vno igni excepto. Quinimmo nec vllus fortasse motus inanimorum sine illius quiete põt exerceri: quod.n. mouetur, super aliquo immobili moueatur oportet, at quia nil habent elementa intra se super quo nitantur, extrinseco innituntur: hoc verò est animatum, siue cęlum, siue aliud animal è nostratib. ea verò terra quę prorsus est immobilis, aut innituntur, aut inniti videntur. quamobrem & eius quoq. speculatio non minimam partem explet methodi naturalis. Nos igitur cum Arist. & eam immobilem esse defendemus, & in medio sitã, in quo manent grauia secundùm naturam, ob eamq. caussam illam esse grauissimam, non ab vllo certè alio principio, præter quam à sua ipsius propria natura atq. substantia, illò propensionem habentem, si vnquam illi contigerit extra suum locum esse, quanquam id non magis fieri possit, quam id quod cecinit vates ille diuinus: hoc autem est. Iouem rapi in terram. sed veniamus ad rem.

Antiquorum Iuniorumque sententiæ de loco, & motu terræ recitantur. Cap. II.

QVANQVAM de terra tria præcipuè quæri solent: quis eius locus, vtrum'ne moueatur aliquo pacto, an'ne maneat prorsus immobilis: & quæ'nam eius figura. quia tamen nostrum consilium est quærere caussas motus, neq. alias proprietates attingere, nisi quatenus habeant affinitatẽ quandam cum motu: nos primas illas quęstiones sedulò agitabimus: de tertia tantum dicemus, quãtum ipsa conducet ad notitiam motus, alibi de figuris elementorum oĩum complura dicturi. Atq. vt veniamus ad primũ, Variæ sñiæ circumferebantur ætate Arist. de loco terræ, cùm.n. mundus, siue totum cęlum à quibusdam philosophis poneretur finitum: ab aliis infinitum, queadmodum ij qui philosophiam profitebantur in illo Italiæ tractatu qui deinde magna Græcia nuncupatus est: sunt verò Pythagoræi, Xenophanes item Colophonius. Ii, qui mundum & cęlum certis quibus terminis contineri putant, medium locum terræ assignant: quia.s. vndiq. videatur æqualiter à cęlo distare: inter eos verò qui nullos mundi norunt fines, Pythagoræi tribuunt medium locum igni (vt medium potest in infinito designari) terramq. faciunt vnum ex astris, illiq. oppositam antichthona cõminiscuntur. Verùm enimuerò terram ipsam conuerti circùm medium, hoc est circùm ignem; & ita modo solem nobis occultare, aliàs aperire: sic noctem diemq. facere. Non esse verò terram in medio persuadere conati sunt ratione quadam quæ non ducitur, ex phænomenis sed ex oĩbus quæ sæpe nos fallunt, atq. repugnant, cùm ad verum, vt inquit poëta, ventum est. Honestissimo.n. dicũt honestissimam regionem esse tribuendã. At media regio honestissima est, ignis aũt honestissimus, terra minimè. Ergo medius locus igni, non aũt terræ tribuatur oportet. Medium verò locum esse hmõi, sic probant; quia terminus est præstantior illis viis, quæ perducũt ad ipsum; at medium terminus est. Rursus principalissimum, inquiunt, maximè conseruandum esset, sed maximè seruari põt in medio. igitur principalissimo conuenit locus medius; hic verò est ignis. propterea locum illum medium appellant carcerem, seu custodiam Iouis, fuit ergo hęc Pythagoræorum opinio: quanquam etiam legimus Platonem iam senem factum existimasse terram in alia regione constitutam, mediam verò & principalissimam meliori cuidam esse tribuendam: nec abhorret à verisimili, Arist. quoq. visum ea figura, quam Demetrius ἐσχηματισμένον, idest, figuratum appellat, Platonem sub Pythagoræorũ persona notasse. Quemadmodum verò terra moueretur: an'ne, quia circùm eũdem axem rotaretur, vti nos cęlum super mundi polis volui perspicimus. an'ne potius quia circulum tota describeret, vt quia locum circum orbem quẽdam tota mutaret, quod ad Arist.[a] sic expositum est moueri circulũ, posterius hoc iudicio meo retinendum, nanq. ipsam atq. illi oppositam antichthona cõuerti dicunt circùm medium. At medium apud ipsos occupabatur ab igni, necesse erat igitur illam verti circùm ignis ipsius corpus. quod etiã idẽ Plutarchus, dum eorum fabulas de hac ipsa re recenset monumentis litterarum tradidit. At verò præter ipsam terram nonnulli putarunt alia corpora volui circũ medium, ex quo etiã effici dicebant, vt labores lunę frequentiores essent, quàm solis defectus: inter tot .n. corpora, quæ circum ignem assiduę voluuntur, aliquod non infrequenter occurrere, quod Lunæ lumen auferret. Quòd si obiicias, ea corpora nõ conspici à nobis: Tũ pręterea quia terra, si extra medium vniuersi foret facta à diuersis terrę locis obseruatione magnitudinis astrorum; non vndiq. apparerent æqualia, quæ tamen ęqualia conspicimus vndecunq. tum etiã quòd horizõtes æquales nõ essent, si aut terra sensilem magnitudinem obtineret, aut esset extra centrum, quo.n. magis à centro distaret, eo quoq. plus cęli spectaretur; nũc autem semper & vndecunq. sex signa supra terram obseruantur.

[a] 8. Phys.

A seruantur. Ergo & in medio terra, & puncti instar obtinet, si cum cęlo conferatur. Ad hæc ipsi respondent: primum quidem illud inde proficisci, quòd terra inter eiusmodi corpora nostrumque adspectum interueniens, illa obstruit & occultat. Alia verò, quòd cùm intercedat siue posita fuerit in centro mundi, siue etiam extra centrum, vnius semidiametri spatium, quoniam hoc breue est, non efficit insignem aliquam differentiam, aut omnino sensilem in adspectu partium cœli, nam sicuti si essemus in centro terræ, eaque collocaretur in medio mundi, non appareret aliqua sensilis differentia magnitudinis in astris, neque in spatio, quod inter horizontas intercipitur, sic neque nunc, quando terræ ipsius semidiameter aut parum, aut prorsus nihil adspectum illum variare potest. Timæus illi quidem attribuit locum in medio mundi, sed tamen ibi circùm polum, super quo voluitur vniuersum, eam circumuerti putauit. Cæterùm alij quoque manifestè terram moueri circulo testati sunt: nanque & Niceas quidam Syracusius, auctore Theophrasto, defendit moueri terram [a] & astra manere, eadem quoque Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, sed paulo obscurius. Strabo item consimiliter præter terram rem vllam in mundo moueri negauit. quam etiam opinionem Astronomi quidam exornarunt, vt apparentium in cœlo quoque omnium ex motu solius terræ rationes reddiderint, velut Heraclides Ponticus Alexandro Simplicioque auctoribus, [b] & Aristarchus quidam Mathematicus auctore Marco Tullio,
B quos item Copernicus inter iuniores sectatus est, vt nisi tanto impetu res ipsa nostros sensus pulsaret, & tanta euidentia tale expugnaret commentum, ab apparentibus ipsis nulla profectò via suppeditaret qua de terræ quiete perpetuaque stabilitate iudicium ferre possumus. Ex quo concludimus, ipsam eorum opinione fore per se mobilem. Alexander autem multò verisimilius quanuis & ipse falsò, qui terram moueri crediderit à cœlo per motum diurnum quem non ad montium vsque cacumina solùm pertinere, vt res est, [c] autumauit; sed à cœlo ad centrum vsque mundi communicari, quia fortasse legisset apud Aristotelem [d] hîc excitari motu cælorum, neque de altera caloris caussa quæ lumen est (ab hoc enim calor apud nos in hac infima sede mundi propagatur) ibidem mentionem fecerit. Eidem quoque sententiæ subscripsit Diuus Thomas, immo censuit, eum motum esse caussam æstus, id, quod etiam viri sapientissimi atque amici nostri ętate hac professi fuerunt. quin & ab eius motu proficisci phęnomenon illud de trepidatione. hic verò motus fit super principiis Arietis & Librę nonæ sphęrę tanquam polo. Nanque principia Arietis & Libræ octauę sphęrę circùm initia Arietis & Libræ nonæ sphæræ describunt circulos quosdam paruos, quorum semidiametri continent circiter 9. gradus, quia tantum distant initia Arie-
C tis & Libræ octauæ sphęrę ab initiis Arietis & Libræ nonæ sphæræ. ex hoc motu principiorum Arietis & Libræ octauæ sphęrę circum principia Arietis & Librę nonę sphæræ sequitur nullum aliud punctum orbis octaui circulum absoluere, sed nunc à Septentrione versus ortum, mox in Septentrionem versus occasum recurrere in annis VII. M. & sic quodammodo titubare. Ac si circuli illi parui in 360. partes diuidantur in 20. annis vnus ferè gradus absoluetur, & singulis minus quàm tria prima. Addita quoque ratio est ad eam positionem confirmandam ab experientia ducta. Videmus enim magis in dies ad occasum terram sub Oceano mergi, & ad Orientem emergere tantundem ex aquis. Id autem ex columnis ab Hercule positis tanquam imperij sui, seu mundi finibus in vtraque plaga constare perspicuè: nam quæ fuerant ad occasum erectæ per magnum multorumque stadiorum spatium intra mare Oceanum hac tempestate deprehenduntur. eę verò, quæ collocatæ fuerant ad ortum per multorum millium passuum interuallum intra continentem obseruantur.

[a] M Tull. Academ.
[b] 1. de cęl.
[c] 1. Meteo.
[d] 1. Meteo.

Veterum opiniones recensentur de caussa cur terra quiescat. *Cap. III.*

D VERVM sicut de motu terræ, eiusdemque loco varia pronuntiata fuerunt: ita, vim aliqui magis sensuum iudicio stantes, quiescentem illam posuerint, etiam quietis varias atque adeò diuersas caussas protulerunt. Nam Xenophanes Calophonius, qui statuebat infinitum, ipsum, veluti turrim, quæ fundamentis altissimè iactis manet immobilis, sic in infinitum radicibus actis non posse moueri. videtur potius occasionem dubitandi sic voluisse tollere, quam in caussa problematis inuenienda laborasse, & vt fieri solet, inter multa pauca respiciens temere effutisse. quapropter etiam carminibus Empedocleis acerrimè laceratus est, quæ recitantur 2. de cęlo: Thales autem Milesius, qui omnium rerum initium posuit aquam, & ipse caussam quietis in terra tribuit aquæ: in ipsa enim iacere credidit terram. ac veluti corticem natare: nam sicuti cernimus ab aëre lignum non sustineri suspensum, sed præceps ferri præ medij raritate deorsum; in aquis autem supereminere, quia sint densiores, neque mergi. sic terra per aërem ipsum fertur: cùm verò peruenerit ad aquas; ibi superstat: & eodem planè modo quo natantes insulas obseruamus; [e] Achilles Statius, item & Hipparchus astronomi professi sunt terram manere suspensam: & cum ea sententia confirmetur vsibus sensuum, debuit etiam notari: nam sicut in ve-

[e] Theoph. 4. de hist. c. 40.

sica natat lapis, & manet in lotio suspensus, ita quoque de tota terra & aqua dicendum est: eodem enim fertur totum & pars. ac siquis renitatur experientiæ dicens lapidem attolli ab halitibus qui ex illo humore nascuntur, idem quoque videbimus euenire in aquis; etenim saxa nihil ponderis habere videtur: & fundũ ægrè attingunt. Sed isti, mea quidem sententia, nesciuerunt aquam, & lotium: quia sunt humida corpora: subire lapideo & facilius ferri in illa spatia, quàm saxum. itaque & si minus grauia: quacunque vel leui motiuncula, spatium inferius per accidens & non per se occupare: contingit enim hoc fieri in ipsa agitatione; & quatenus humida siccis adhærent; nec ex ordine naturæ, sed ex necessitate materiæ. Neque verò te commoueat, quominus huic nostræ caussæ tribuas, quantum conuenit id quod litteris consignauit Archimedes in eo libro quem de his scripsit, quæ vehuntur in aquis,[a] nam fortè suspiceris ex interno principio corpus aqua graui us in humido enatare; quia minorem scilicet grauitatem, in humido multò minus habeat, quàm extra humidum. Eam demonstrationem perpendere constituimus, ne te sophismate, vel pseudographo posit implicare. Docet ipse solidas magnitudines humido grauiores, si in humidum demittantur: eousque deorsum ferri, donec descendant, & mergantur in aquis; in humido verò tantò leuiores esse, quanta est grauitas humidi, quod est eiusdem molis, cùm solida magnitudine, quæ grauior illo ponitur, vt si fuerit [A] corpus humido grauius; & illi humidum [E] æquale, corpus A. in humido amittit tantum grauitatis, quantum est in E; sibi seruat exuperantiam, vt si A. habeat grauitatem B C. B. vt quinque C. vt tria. & in E sit grauitas B, A solùm retinet grauitatem C. ex quo tu facilè credes, si A. leuius; ergo non feretur ad imum aquæ, sed in ea suspensum permanebit. Rem sic se habere tali argumento demonstrat. In primis accipit eas magnitudines, cùm sint humido grauiores: premere partes humidi, quæ sub eis sunt, ad perpendiculum magis, quàm eas quę cum illis in eadem superficie consistunt; atqui partes minus pressæ, cùm à magis pressis expellantur; efficitur, vt deorsum properent. Quòd autem in humido leuior sit magnitudo illa, vt diximus, sic ostendit. Statuit aliam magnitudinem [D] humido leuiorem, cuius grauitas sit B. quinque; nec non alteram molem humidi huic æqualem [F] quæ sit tantæ grauitatis, quantæ est A. coniungit grauitates corporum A D. ex vna parte, ex altera autem consimiliter humidorum; extant vtrinque grauitates vt 13. Omnes hæ magnitudines, (inquit) si conijciantur in humidum; descendent; nec aliqua earum pars in aquis extabit: quoniam prement eodem modo partes, quę sub eis sunt. quòd si pars minus pressa à magis pressa expellitur; hîc autem nulla magis pressa est: ergo neque deorsum ferri poterit; sed suspensa permanebit: & quia magnitudo D. leuior est, quàm A. tantum retrahetur A sursum à D. quanta est leuitas ipsius. Cùm igitur magnitudo D. tanta vi sursum feratur, quanta est grauitas C. qua humidum F. ęquale is magnitudinis ipsi D. superat grauitatem ipsius D. sequitur, vt eadem grauitate A. feratur in aquis. Sunt enim vtrinque tredecim grauitates: quoniam verò grauitas ipsius A à D. per tria retrahitur sursum residuæ sunt in magnitudinibus solidis grauitates decem. ex his tolle quinque ipsius D. & alteras quinque ipsius F. restant hinc 8. hinc 5. rursus aufer alias quinque ex ipso A. & totidem ex E. restant tres tantummodo grauitates ipsius A. per quas feretur in aquis. Ergo (inquies) in aquis imum non attinget. Primùm dico non tollere hoc, quin perueniat, aliis non obstantibus, ad imum eo, quòd de tarditate descensus non de termino, vt suspicari potes, ea demonstratio probat. Deinde quòd nos de grauitatis intentione verba facimus, non de extentione & pondere, quod ad trutinam examinatur: hic de extentione & pondere tractat Archimedes. quanquam nec vniuersè ratio concludit, nec si vniuersè, nisi more mathematico nulla habita ratione materiæ, cùm materia vires in nostra methodo cum primis expendamus: siquidem in minimis eorum quæ sunt aqua grauiora, non sequatur propositum, quandò reperiri non possit pars humidi illi æqualis in qua sit grauitas: erit enim minima minor; at in hac nulla alia qualitas superest, vbi separetur à toto. Et experientia monstrat minima in aquis nullo modo mergi, nedum aliqua grauitate descendant. Esto igitur nostra caussa naturalis; & vera simpliciter. Anaximenes autem, Anaxagoras, & Democritus latitudinem terræ tribuunt; eamque caussam faciunt manendi, vt puto, etiam in aëre: nanque talem figuram ad quietem magnum habere momentum experientia monstrat: quando corpora latiora vehementius cum minore progressu torquentur à ventis: reluctantur enim magis: potes etiam addere exemplum sumptum à corporibus quæ per aquam, seu mauis etiam per aërem feruntur, descendunt enim in aëre tardius & in aqua merguntur difficilius. ratio verò huiusce euenti talis est: quoniam corpus hoc, quod est latius, multas aëris partes occupat, neque ita facilè disiungit, sed potius simul comprehendit; ex quo efficitur, vt in vnum collectum ipsum medium resistat vehementius. ita fit, cùm aër non habeat locum, quo transferatur, vt vniuersus maneat immobilis: nec ob id alia per ipsum moueri patiatur. sic enim in clepsydris aqua sustinetur ab aëre, neq. pôt effluere. Aërem verò sustinere maxima pondera, docent nos varia signa: vt puta, q̃ fœminæ, quoniam vestes amplas habent, quæq. multum aëris complectantur, sæpe ruunt ex editis locis sine periculo, q̃ ab aëre sustinentur, & aliquis repertus est qui Dędali cuiusdam instar lin-

teis

[a] Lib. 1. prop. 7.

A teis multis,quę facerent sinus amplissimos,è turri sine noxa,se præcipitauerit,& aues multæ magni corporis feruntur per aërem,vt ét aureæ laminæ,quantumuis grauissimæ,natent in aquis. Plotinus, & Theon in eo Platoni gratificantes,ꝙ scdm naturam non sint loca superius,& inferius,partes quidem terræ sic manere voluerunt, ꝙ sustinerentur, sed ab Arist. rõne conuicti, qui aquam vel aërem eo munere fungi non posse demonstrauit; sustinendi vim vniuerso delegarunt. Sed de his ét postea. Legimus & alios,in quib. Empedocles numeratur; qui vertiginem quietis illius esse caussam dicant hoc mõ; ꝙ humidorum natura sit hmõi; vt si in gyrum per illa grauius quid agatur, conueniat ad medium;humidis semper ad circunferentiam sese recipientib.inde vortices in medio mari,à quibus non rarò naues absorbentur.Ita ergo Empedocles censuit ipsam cęli conuersionẽ, ꝙ velocior esset,q̃ sit latio terræ,dum fit in orbem, sustinere terrã, ne procedat id, quod ita fieri exemplo illustrissimo potuit ponere nobis ante oculos : vt.n.non effluit aqua è cyatho, qñ maiore velocitate rotatur, étsi sit infra cyathum:ita quoq. terra non prodit è loco illo,quem obtinet in præsentia:nam sic motus in orbem sua velocitate præuenit descensum aquæ naturalem , quia delata prius est ad latera vasis, & partes eius inferiores citius subierunt q̃ descendere potuerit, (habet.n.tunc infra se cyathum continentem,eiusq. lapsum prohibentem) & q̃ aqua ab impetu,quem à rotatione contraxit,ad naturam suam reuersa;naturalem propensionem exercere queat. Anaximander inter antiquos eam quidem

B in medio collocauit,atq. illi quietem tribuit,quemadmodum sensus ostendit:sed caussam expositurus,similitudinem ipsam esse pronunciauit;cùm.n.in medio maneat, ad extrema similiter se habet: non igitur magis est,quo vergat huc, q̃ illuc:non.n.simul ad contraria ferri põt : ideò quia non fertur ad contraria loca simul,neq. item huc magis q̃ aliò vergit, in medio manet immobilis.neq. planè defuit ipsi,vnde similitudinis rõnem colligeret;nam sicuti; si animal quoddam esset inter esculenta & poculenta paris virtutis , ęquali spatio distans,& ab illis omnib.ęquè traheretur,non moueretur vtiq. quoniã quantum traheretur ab vno,tantundem ab altero retraheretur:ita quoq. euenit ipsi terræ:stabit igitur ea necessariò.nec vllo vnq̃ impulsu concutietur. Hæc ergo Antiqui scripsisse de caussa motus & quietis terræ feruntur.quorum singulas opiniones & generatim & speciatim vt cõsutemus,instat nunc tempus; quarum tametsi multæ in fatuis numerari queant, & ob id sine culpa dimitti : quippe quòd accipiant complura , quæ sunt à sensibus aliena ; tamen quemadmodum fecit Aristoteles [a] & approbauit Galenus propter auctoritatem & gloriam professorum , diligenter sunt perpendendæ. [a] 1.de cælum.

C *De loco terræ contra Pythagoreos. Cap. IV.*

VENIAT ergo in medium sententia Pythagoreorum,qui & in infinito,& in eius medio locabant ignem:ac terram circùm medium volui dicebant;pluresq. terras in vniuerso cõsistere putabant.hęc sanè non obseruat ab Arist.confutata, nimirum pp euidentem absurditatem.mirum.n.q̃tum oĩa hæc sensum rõnemq. oppugnant,quæ consuerunt phænomena diligenter obseruare,atq.illis insistere plurimum,ac per experientiam inuenire veritatẽ,qua sanè priuati philosophi antiquiores [b] ab adeptione veri admodũ longè depulsi sunt. quis.n.sensus in terra motũ esse significat? quis non perspicit ignem à terra sursum auolare,non aũt,nisi maxima vi,in latebras terræ detrudi? quis sensus ét obiicit nobis aliam terrã præter hãc ipsam,quam nos incolimus? Quod cõmenti genus euitare põt illa absurda,quæ cõtra ponentes plures mundos ab Arist. [c] allata sunt? nanq. & oĩa propemodum ad hoc placitum euertendum accommodari queunt;vt,ꝙ idem glebę motus ab vno ad alterum mundum præter & secundùm naturam simul futurus sit. Quæ rõ capit infinitum? quę methodus,ad dubiorum explicationem,ea sumere consueuit,quę longè magis occulta sunt?& in hac philosophia potissimè.quis.n.maiore odio insectatus est illud argumentandi genus , quod infertur ex [b] 1. Phys. [c] 2. de cęl.

D minus creditis; dicitur aũt ἔλαττον ἀξίωμα, q̃ Arist. ita cùm hæc omnia Pythagoreorum fabulas atq. figmenta valenter oppugnent,quæ cuiq. sunt in promptu,non est admirabile,si nihil in ea contulerit Arist. At cùm rationes quædam ab ipsis allatę sint, vt confirmarent suam, cęteroqui ridiculã opinionem, cùm ét ex iisdem principiis ad aliquot problemata naturalia respondere conati fuerint, nec non dissoluerint aliquas dubitationes,quę contra illos afferri potuissent, quæ cuncta solent esse bonæ positionis officia: nequis similitudine processus huiusce deceptus ad oppositam problematis partem defendendam vacillaret, aliqua etiam ad hæc dicere libuit ipsi philosopho,& caussam erroris posteritati monstrare. Quòd igitur ab illis priore loco dictum est : Honestissimæ rei locum honestissimum conuenire; & quæ sequuntur.partim verum est, partim falsum: nanque illud simpliciter verum,naturam omnia attributa cuique promeritis quæ ab ingenio formæ petuntur, summique boni participatione dedisse.quamobrẽ ea sunt oĩum perfectissima corpora, quæ propè Deum sunt proxime ab his, quæ cęlum attingunt , se habentia ad hęc nostra tanquam formę;rursus ex orbibus ipsis cęlestibus inferiores sine dubio sint imperfectiores: vt cum superioribus neque pari velocitate concitentur, neque luceant ita , neque forsan splendorem habeant vniformem. sic caussæ reddi solent, cur macula sit in Luna, cur etiã alieno lumine luceat,& proprium habet, quod simile sit carbonis candentis , quę,sanè omnia cuiusdam imperfectionis signa existunt. vt ab Auerroë con-

stanter asseueratum sit Lunã inter astra se habere, quemadmodum terram inter elementa: Quanquam de hac re dabitur alius disserendi locus. Satis enim est hic nobis, si persuadeamus naturam E
veluti iustissimum regem vti iustitia distributiua & quod cuique conuenit æquissimè exhibere.
Et communis sensus est. Deum, qui omnium rerum perfectissimus, omnibusq. numeris & partibus absolutissimus est, sublime colere corporaque illa diuinissima inhabitare. Verum quoq. est ignem terra perfectiorem esse vtpotè formam: vnde etiam habet efficacitatem supra cætera elementa, vt ea pascatur, & in suam ipsius naturam conuertat, ipse præterea cum cœlo voluatur, & quasi sit inexpugnabilis ab alio, sibi ipsi preter aliorum morem conciliat interitum. At vero quòd medium sit locus præfectus, & idcirco igni tribuendus, non terræ: haud certe simpliciter concedendum est: quandoquidem medium duplex esse solet, magnitudinis. s. vnde equaliter distent partes extremæ, sicut à centro circunferentia; atq. virtutis; vnde. s. virtus reliquis partib. optimè communicetur; cùm ceteroquin alterum illud intueatur solum dimensionem, & quantitatis solius æqualitatem. sic in animali, verbigratia, mediũ magnitudinis est vmbilicus: ideò Græcè nomine situm exprimente μεσομφαλος appellatur, à cuius similitudine Græcia Delphos in habitabilis medio positam esse opinantes, eam ὀμφαλὸς τῆς γῆς, idest, vmbilicum terræ nuncuparunt. medium verò virtutis est cor: tametsi magis in superiora & antica quam inferiora, & postica perspicuè vergit. cùm ab ipso reliquis F
corporis nostri partib. officia distribuantur. Et Plato ipse medium virtutis appellaret caput, quod omnium locorum in corpore principem arbitraretur, eademq. rõne non quidem mundi centrum, medium foret existimandum; sed aut cęlum ipsum, aut certè D. O. M. vnde tanquam ab vberrimo fonte cuncta bona largissimè effluunt, hoc ergo verè medium est, vereq. honore dignum. medio verò magnitudinis nulla prestantia aut honestas omnino cõuenire videtur: quippe quòd nullam in se habeat principij vim, atq. rationem, sed extremi potius, atq. pendentis ex alio; propterea locus hic honestissimus non est; ille alter est. itaque si locum ignis cum loco terræ, & medium in quo terra est. (accipimus enim illam esse in medio tantumque rationem diluimus) cum medio in quo ignis est, conferamus: id, in quo manet terra, magnitudinis potius quàm rei mediũ est, ille verò in quo retinetur ignis, est rei medium. quoniam virtus omnis inde proficisci videtur. non igitur, etiam si terram esse in medio concedatur, id sequitur, vt in loco honestissimo futurum sit aliquod imperfectũ. neque enim locus hic, qui magnitudinis est, honestissimus haberi debet; nec siquid imperfectum in tali medio maneat, pro absurdo reputandum est, esset sanè absurdum, si hoc virtutis medium foret, cuiusmodi certè non est. Quòd si rursus obiicias, Principale in medio maximè conseruari, idq. fortasse ad magnitudinis medium transferas, quo etiam loco vsum esse nouimus Aristotelem, vt appro G
baret cor esse princeps membrum in animali: ibi enim maximè distat ab omni externo, quod noxã inferre valeat. neque id penitus necessarium; quippe, quod id forte requiratur ab iis, quę extra se habeant aliquid, vnde lędi possint; at cùm extra cœlum extra omnem noxam positum sit, quid opus est vndique à partibus circumuallatum, tanquã in carcere detineri; quemadmodum & ipsi de illo suo Ioue cecinerunt? Itaque & ipsa natura sagacissima cauit etiam multis aliis machinis ei parti, quę cùm præstantissima sit, mediũ tñ magnitudinis propter melius obtinere debuit: etenim cordi pericardion & thoracem opposuit, nam facilè ab externis affligi poterat. Potuerunt hæc forsan à Pythagoręis mysticè sumi, quo etiam Numam Pompilium, qui Pythagoræus existimatus est, atque habitus, & ob id insignem disciplinam auditor Pythagoræ fuisse creditur: licet tempora non cõgruerent, & inter Romanos Reges maximè pietati vocauit; Vestæ templum rotundum circumposuisse ferunt asbesto, idest, inextinguibili igni custodiam, imitatum non quidem terrę figuram, tanquam ea fuerit rotunda, sed vniuersi mundi medium. quanquam hoc ego nimium non contendo. Quamuis autem ex eorum hypothesib. adhæc aliqua dici possent; nihilominus, nisi sensus & experientia monstrent ea sic esse, quemadmodum accipiuntur ex quibus soluunt; non est quòd pro certis ha- H
beantur; nisi alia forte machina non succurrat qua nobis persuadeatur oppositum: nam si id vnquã eueniat, ex pręcepto Platonis ita credendum eo vsq. dum subueniat quod melius dici possit: vt planè in hac quęstione multa suppeditant contra quę sensui respondent, nec quicq̃ euertunt ex apparentib. Quanq̃ illi quidem ita fecisse videntur, quemadmodum ij de quib. aliquando prædicauit ipse Arist. & est communis omnium philosophantium morbus: vsque ad aliquid quærere, sed non quousque dubitari possit: omnibus enim nobis consuetum est non ad rem quęstionem facere, sed
[a] a. de cęl. ad contraria dicentem; [a] etenim plerique per se ipsos quęrunt quoad non amplius ipsi sibi contradicere queant. quapropter etiam monebamur ibidem bene quęsiturum per proprias in genere instantias, idoneum esse ad instandum, hoc autem est ex eo, quòd omnes contemplatus sit differentias. Quæ cùm ipsi in suis placitis defendendis, & soluendis obiectionibus non obseruarint, prorsus contemnendi sunt.

De caussis motus terræ aduersus antiquos. Cap. V.

NVNC de motu terræ contra vniuersos agamus: nanque & ex hac parte Aristoteli cum multis aliis philosophis atq. astronomis conuenit; & quanquam opinio hęc propter caussas à

nobis

A nobis antè allatas silentio committenda fuerat: non tamen nobis, quibus Aristotelicũ supercilium non est, sine aliqua offensione dimitti posse videbatur, eò quoq. iam multis ab Aristotele vsq. ad hæc tempora propensis. Generatim verò contra hos omnes eadem valent, quæ ab Arist. sunt animaduersa contra Parmenidẽ, qui ex hoc, φ vacuũ non esset: motũ tollere nitebatur: sic & hi quibus cũ res est nunc, multorum caussas reddere volunt ex eis q̃ sunt obscurissima. Speciatim verò hæc ab Arist. vsurpata oẽs eorum conatus infirmant. tùm φ motus ille violentus esset, si non simpliciter, saltem aliqua ex parte. Nanq. vniuscuiusq. corporis simplicis vnus est motus simplex secundùm naturam: quisquis præter hunc est, præter naturam & violentus est: at terræ vnicus est motus secundum naturam, nimirùm descensus. atq. ille quidem non vniuersè, sed cùm partes extra proprium locum aliqua violentia detinentur. signo illud est, φ & omnes ipsius partes eò feruntur, φ si violentus ille motus est, nec perpetuus igitur. Tum ẽt φ is est grauium motus, vt ferantur ad centrum, & ad medium terræ: quoniã lata pondera ad hanc non æquali distantia feruntur, sed ad similes angulos: igitur ad vnũ mediũ feruntur, quod est terræ centrũ. Neq. n. E & F. ita moueri perspicias, vt E. feratur ad D. centrũ diuidens ad æquales angulos lineam G H F verò ad L. parallelã describens FL. ipsi E D. sed & ipsum F. ita mouetur diuidens ad angulos ęquales alterã lineã IK. quæ consimiliter attingat circulũ in puncto. sed vbi talis linea quę tangit planũ in puncto, diuidatur ad perpendiculũ: linea diuidens transit per centrũ, ergo & vtræq. sese ad centrũ intersecabunt. Quòd aũt pondera ad angulos ęqueles secent lineam in puncto circulũ attingente, liquet ex arte, quæ sæpè suppeditat scientiis, vt aiunt Dialectici τὸ ὅτι. i. φ ita sit. Nanq. vbicunq. semper erigitur columna ad perpendiculum in superficie terræ. & pondera igitur, & ea quæ in aëre proiiciũtur, q̃tumlibet illa vis à proiiciente impressa permaneat, semper ad perpendiculũ recidunt: ideò secundùm naturam feruntur ad centrũ. ijq. oĩum robustissimi discoboli iudicati, ad quorũ pedes discus in sublime iactus recideret: quia tanto maior vis desideraretur: quò magis est præter naturã ascensus, qui directò fit, corpori graui, per quam lineam posteà mouetur, dum suaptè natura fertur. Quanuis autẽ

B

C ædificiorum parietes ad perpendiculum fabricati ad æquidistantiã videantur erecti: id ex eo ꝓficiscitur, φ non pōt in tam modico interuallo perpendiculorum vicinia sentiri. nam si ẽt per M. pass. distantiam perpendicula demittantur, quia tam parua est hæc perpendiculorũ distantia, si cũ terræ semidiametro conferatur: angulus concursus qui est F M H efficitur acutissimus: ideoq. fugit adspectum. Sed re vera si puteum effoderes ad perpendiculũ vsq. ad centrum, parietes eius sensim angustarentur, donec in centro mundi concurrentes figuram pyramidis absoluerent, nec nõ si turris ad perpendiculũ tantæ celsitudinis extrueretur, q̃ta est terræ semidiameter: esset apud fastigium duplo amplius interuallũ, q̃ apud fundamenta. Sic quæcunq. ad perpendiculum construentur, paullatim propinquantia pro cōi fundamento in eodem puncto qđ centrum vniuersi est, planissimè cōuenient. Hæc fortasse magis apta ad methodum naturalem, q̃uis repetita ex mathematicis, quippe φ naturalis ad mathematicen ex appositione se habeat. Nam, postq̃ à nobis in medio terra collocata est, & hoc prætereà constitutum quod ab Astronomis conclusum est, & in methodo naturali fusius aliàs à nob. est exponendum; figuram eius esse rotundam corporum grauium propensiones & lationes, non sanè vi quadam contractas, sed ingenitas, & natiuas ad angulos pares vbiq. & vndiq. fieri necesse est ad illam planitiem immobilem, quæ per incidentia cōtactum, vt aiunt producitur, quemadmodum quoq. fabri, cùm parietum posituras struere volunt ad angulos pares horizontib. & finientibus plumbũ funiculo alligantes, & dimittentes, vt ꝓprio

D pōdere feratur, ad angulos rectos eas explorant; plũbo descendente, & vndiq. videlicet ipsos attingẽte, tanq̃ ad angulos rectos demittatur. Similiter Astronomi per hmōi pōdiuscula posituras instrumẽtorum quę sunt, ad angulos pares horizontib. exquirunt, velut illud quod à similitudine vocãt Ἄλφα vel Ἀλφάδιον de quo meminit Theon in Ptolemęum & Eustr. in Ethicis. vbi cōpertum est, φ nisi repercuterentur à superficie terrę, in ipsius centro concurrerent. si quidẽ & ea linea quę ducit ad centrum, à puncto incidentię fiat ad angulos rectos planitiei stantis ad rectam quę à ponderis latione producitur. Nã posito terrę globo statuatur pondus quod in ipsam fertur latione propria directò, facere in sublimi rectam quidem A B. in superficie verò globi punctum B, & per B cogitetur planities stans ad AB rectam, quę globum attingat, accipiatur ẽt globi centrum C, & BC iungatur; ducaturq. planities per BC. efficiet sanè sectionẽ in superficie sphęrę circulum: in planitie verò stante ad A B. rectã faciat, nunc in sphęra circulum ▮ F G, in planitie verò BD. rectam. Cum verò planities non secet sphęram, neq. igitur recta orbem secabit. Tanget ergo DBE recta circulum BCG. Recta igitur est C B ad D E. Ducatur iterum per B C altera planities,

& in ſuperficie quidē ſphęrę faciat circulum BGH; in planitie verò ſtante ad AB,KBL.rectam,ex eiſdem certè principiis efficitur, vt CB recta ſit ad KBL. Cùm igitur recta CB duas rectas inter ſe ſecantes ad angulos in cōi ſectione conſtituat: ergo directo eminet planitiei quæ per ipſas excitatur: planities verò,quæ tranſit per ipſas,ſtat ad AB.directò igit̃ eminet planitiei prędictæ.Verùm



ēt eodem modo eidē eminet AB.Itaq. ab eodem puncto B in vtramq. partem ſup eadē planitie ad angulos pareis erectæ ſunt ABBC. Idcirco recta eſt ABC.Propterea niſi pondus qđ eſt ad B à terrę ſuperficie retorqueret̃ ꝓpriū locum perſequens,ipſum centrū prorſus appeteret. Quare manifeſtum eſt terrá in orbem non moueri circū ignē. Neq. recta ſanè ꝑpeà ꝙ aſtra non apparerent eiuſdē magnitudinis, ſed maiora minoraúe pro ratione diſtantiæ. eademq́. ſcđm naturam aut contra ferretur. At non ſecundùm naturam,quia,cùm grauiſsima ſit, oīum perniciſsimè deſcenderet. itaq. corpuſcula quæ in ipſa nituntur,vt pennæ, motū eius aſſequi non poſſent.ideō nunq̄ illa inſiſterent. Neq.id eſt,quod eā præter naturam cōcitare poſſit.nil.n.reſiſtit validius terra:nec aliud corpus eſt,in quo trahens,aut pellens inniti queat.Sed q̄ abſurda profeſſus ſit Niceas ille Syracuſius,per ſe ipſum euidentiſsimū eſt, **F** vel cuiq. qui primorib.ēt labiis naturalem philoſophiam deguſtarit:nam ſi cætera quieſcunt,ſolaq́. terra mouetur,vtiq. & ſingulis dieb. naturalib.neceſſe erit eam volui per ſpatium propè centum ſeptuaginta millium ſtadiorum,vt apparentia ſeruentur,quis ergo fragor?quæ ruinæ?quod tā graue pondus,qđ per immēſum ſpatium in aërem non reſiliat? qn̄ etiā tam parua moles aquę, ſi cum terræ magnitudine comparetur,ad Nili Catadupa,tantos ſtrepitus excitet,vt qui apud loca illa naſcuntur,ſint auditu hebetiſsimo, atq. agitatio rotæ in piſtrino aquam per aërem in longè minimas partes diſpergat.Ipſa ſeipſam concitabit;ergo erit aīata.cùm verò talis ſit, eius quoque partes erunt animatæ,cùm ſint vniuſmodi; id quod ab Ariſt. neutiq̄ receptum fuiſſe comperimus.q̄obrem organicas illas eſſe neceſſe eſt,ob eamq́. cauſſam per ſe moueri poſſe: præterea ſe ſiſtent: ſe mouebunt ad oēis loci differentias: id ſeipſum mouebit quod non erit actu diſtinctum in partem per ſe mouentem & in partem per ſe mobilem, quorum nihil fieri pōt, & ſenſui ſimul & rationi repugnat.qn̄ partes è ſuo loco per vim abſtrahuntur,& poſtq̄ impediens ſublatum fuerit;omnes feruntur ad centrum: neq. vllum alium motum habent, ac ſi partium aliquam à toto **G** ſecretam fingamus,ea manere cernatur,quæ tn̄ in gyrum moueri deberet & poſſet, cùm ſit idem motus totius & partis.Nam ꝙ anima nulla poſsit eſſe elementorum,neq. ēt illa mundi quā Plato profeſſus eſt,niſi trahatur,vt fecit Ariſt.[a] ad calorem à cęlo partib. ipſius infimis impertitum; cū er ſit organici corporis actus,cùm ab ea nuncupetur animatum, quæ in ſimplicib. corporib. nulla ſunt,non concedet,opinor,vllus Peripateticus.ſi verò animam acceperis pro eodem:atq. calorem cęleſtem,iā ipſe cauſſa erit motuum naturalium,quia generans terram deducet ipſam ad cētrum,eamq́. trahet ſurſum efficiens ignē.Poterat eos fortaſſe perſuadere,[b] ꝙ ſiue terra ſola cōuerti ponatur,ſiue vtraq. ſimul & cęlum & terra in contrarias volui plagas,ſeu pari,ſiue ēt diſpari velocitate concitentur,aſtrorum magnitudines & loca,quæ ſenſib.apparent optimè conſeruari poſſe videantur. Nā cogitetur in primis cęlum quieſcens,poli verò ipſius puncta B D.& in ipſis manens circulus ABCD. orbis verò centrum E. & deſcribat̃ æquinoctialis AFCM. & iungat̃ AEC. Sectio cōis & ęquinoctialis & eius qui per ipſius polos trāſit.Sit ēt terræ circulus maximus in plano ipſius ABCD.HKLC.& excitet̃ per æquinoctialem AECM planities, & efficiat ſectionem in ſuperficie terræ HEL. & ꝑtereà faciat HNLΩ. circulum rectò inſiſtentem ad HKLG. & Sol exiſtat in puncto ęquinoctialis A.& AP.ſit tēporū 30. AQ verò 60.& AF. 90. AR verò 120.& AS 150.& AC videlicet tēporum ſemicirculi 180.& deſcribantur per B, & per ſingula puncta P.Q. **H** R.S.maximi circuli BPD.BQD.BFD.BRD.BSD.& ducantur plana quæ per ipſa tranſeunt,& faciunt in ſuperficie terræ circulos;illud quidem per BPD.circulum KNOG. & quod per BRD.circulū KZΩG & præterea qđ per BSD.circulū KABG.ſint verò partes ortus, q́ ad A. occaſus aūt, quæ ad C.& ABCD.horizonte conſtituta,vt in ſphæra recta ſupra terram.cogitetur AFC.ſemicirculus ęquinoctialis & quieſcente cęlo terraq́. faciente conuerſiones ad ortum,oculus in pūcto H ſtatuatur,& Sol in ABCD.horizonte.in A puncto apparens, ꝑpeà ꝙ in eodem plano ſint tùm circulus HKLG.tùm ēt circulus ABCD.& qn̄ igitur H.i.adſpectus ſit in T,tranſibit planum finiētis per P.quod tranſit per adſpectum,efficiens circulum KTNG.& circulum BPD.& extabit Sol ſupra terram ſpatio circunferentiæ PA.quæ temporum eſt 30. horarum verò æquinoctialium 2. Cùm verò fuerit adſpectus in x. ob eandem rem planum,quod tranſit per adſpectum, tranſibit per Q.& apparebit Sol temporib.æquinoctialib.ſexaginta circunferentiæ AQ ſupra terrā,& horis iterū 4.Vbi verò per K tranſeat adſpectus,erit iterum in pūcto F. & extabit Sol 90.tpib. horis

autem

[a] 3. de Gen. an. c. 11.

[b] Ex The.

A aũt 6. distans ab A & in meridiano versabitur. Idẽ prorsus eueniet in quarta cõsequente. Planũq. illud est, ꝙ vbi peruenerit H ad L punctum, planities quæ transit per adspectũ, transibit per C. Sole. f. tẽporib. semicirculi distante & apparente ad occasum. ideoq. ẽt tẽpus noctis aspicietur: & in vna propemodum conuersione dies naturalis erit absolutus. nec videbitur hæc hypothesis quicq̃ oppugnare phęnomena. Quòd si vtraq. moueri ponatur, vt in vna die 360. ferè tẽporib. æquinoctialib. vtriq. motus circũ axem absoluantur: si quidem eodem versus & æquali pernicitate cõcitentur, nulla apparebit cõuersio Solis ab ortu in occasum; si verò in cõtrarias parteis ferantur, iterũ tueri poterunt ea quæ pertinent ad ortus & occasus. accidet aũt ex vna terrę cœliq. conuersione duos fieri dies naturaleis, vt ex his perspicuum erit, quæ sequentũr. Accipiatur. n. terra, quæ ab occasu ad ortum moueatur, & cęlũ pari velocitate ab ortu ad occasum. nec vlla Solis rõ gratia ꝑspicuitatis habeatur. sint igitur illa in ortu H. A. in occasu verò L. C. donec igitur quarta terræ, q̃ conuertitur, quæ est H. ad orientem peruenit ad K. tantundem temporis ẽt cęlum, cùm ex quarta conuersum fuerit, A, quod est in æquinoctiali, feretur ad M. & inter se distabunt H. A. puncta tẽporib. 180, ideòq. sol occidet habitationi, q̃ est in H. cũ peruenerit ad punctũ K. & efficiet in vnius quartę motu diẽ vnũ 12. horarũ, cõsimiliq. rõne rursus donec H. qđ est in puncto K, ꝑagrato KL peruenerit ad L, tantundẽ tpis A. cùm peruenerit ad M. permenso MC. perueniet ad C. atq. iterũ

B AH. restituta erunt, & Sol iterũ, cũ peruenerit ad punctũ A. exorietur iis, qui sunt in puncto H. cũ AH sint in punctis CL. & in conuersione semicirculi positũ erit diei tp̃s & noctis. Similiter ẽt in altero semicirculo alterius diei naturalis tp̃s insumetur, & in vna terræ cęliq. conuersione confecti erunt dies duo naturales. Quod si pari gradu terram cũ cęlo volui negaueris, nihilominus vtraq. in vna die vnicam restitutionem fecerint temporũ 360. eadem rursus in ortib. eueniat & occasib. Vt si statuamus, dũ terra fertur, tpa 45. cælum ferri 135. euenerit, dum H. habitatio fuerit in puncto C. vt Sol, qui erat in A, peruenerit ad D. & occidat habitationi H, q̃ est in puncto C. cũ discesserit ab ipsa tpa 180. rursus donec terra cõuertatur, altera tpa 45. & H. peruenerit ad C. cùm sit in puncto K, per tantundem spatij cęlum quoq. conuersum tẽpora 135. iterum ferret Solem ad F. & ortus erit habitationi H quæ est in puncto K. cũ vtriq. motus peracti fuerint temporib. 360. & eueniet vt in vna terrę conuersione tres sphæræ conuersiones fiant; dies aũt naturales quattuor. qñ ẽt in vna die naturali demonstratũ est terrã ex quarta fuisse conuersam, quę est quarta conuersionis vnius; sphęrã verò tẽpora 270. quæ est quarta pars eorum, quæ inculcantur trib. illis conuersionib. temporum videlicet 1080. Cæterùm & in eos sic Ptolemæus inuehitur, ꝙ tueri quidem possint hac ratione illa quæ in stellis inerrantibus apparent. At si

C



stellas vagas obseruent, certè varios earum progressus, cùm in longitudine, tum in latitudine & altitudine, cum istis motib. vt defendant, neutiquam expectandum est. Quanquam & alia multa repugnant, vt corporum agilitas, quæ magis cum rotunda atq. eadem æquabili & certa figura congruit, quam cum incerta & inæquabili. Tum ẽt quòd, tametsi dabimus terram vniuersam æquabili, pernicissimoq. motu concitari supra oĩa quæ in ipsa sunt, siue animalia sint, seu proiecta, seu volantia, sed syderaúe prosilientia & maximè concitato reliquorũ oĩum motuum, quos assiduè perspicimus, qui sanè talis esset, si vnius diei naturalis spatio conficeretur, eueniret, vt oĩa quæ per sublime mouent̃, cum aues, tum nebulæ, tum iacula, tum ẽt stellæ prosilientes occasum versus re-

D cederent, & à tergo relinquerentur, & sic nunquam posset ostendi nubes, quæ tenderet in ortum. terra vbiq. ob nimiam velocitatẽ in parteis orientis anticipãte per successionem signorum. Quòd si cęlum vnà terramq. statuamus in cõtrarias parteis agi, vt cùm in vtriusq. motu ponat̃ elũgatio tẽporum 360. & motus terræ minuatur, efficietur, vt ẽt terra rursus pręuentura sit orientem versus eis quæ per aëra mouentur, aut ab ipsis contrà relinquenda. ac si anticipet̃, ea videri minorem recessum facere ad ortum, q̃ ad occasum, quia putaremus ẽt nos cum terra versus ortũ recedere, nec ipsa tantũ motum assequerentur. Dicent illi fortasse aërem cũ terra pari velocitate, eodemq. versus, hoc est, in ortũ volui, vt ea pellens quæ non ꝓgrediuntur in terris, ferat ad ortum. At contra consistentiæ repugnant, quæ in aëre generant̃ cometarũ, inq̃, nubium, quæ, cùm sint aëre crassiora, & ipsũ scindant; ab vtriusq. motu relinqui deberent, atq. adeò, vt serius ad ortũ recedere viderentur, ad occasum verò celerius. Nec possunt dicere, quia cum aëre cõiuncta sint, ea circunducta tum non amplius docere poterunt, cur inter se separentur, alterumúe alteri præcedat, aut

subsequāt, aut cur mox in ortū, aliàs in occasum secedere videant, sed ꝑpetuò manentia cernent. E
Vide mox quid cōmentus fuerit Nicolaus ille Copernicus, vt.n. apparentia cōseruaret, aliū axem
effinxit, qui obliquè axē mundi secaret, sup quo terra ꝓprio motu volueretur. Sed & is eisdem
incōmodis vrgetur. Quin etiā caussam reddere non pōt, cur aliqua vrbs eandem habeat semper
latitudinem altitudinemq. poli, vt Florentia g. 43. 11. Pisæ 43. 0. quæ profectò si ita sit, quotidie
variari deberet, neq.n. describere posset ille locus ad motū terræ circulū parallelum circum polū.
ꝓpterea ad illum propius accederet, alias longius ab eo recederet, vt cuiq. perspicuum est. Iam verò
quod Alexander approbauit, q̄ alienum a doctrina Peripatetica? quis vnq̄ nouit eā fuisse sniam
Arist. vt motus cœlestis rapiat secum vsq. ad centrum oīa corpora, quib. plenum est spatium infra
Lunā? neq. vidit ab ipso decretū fuisse impetum cœli conuallium cacumina non transgredi, ibiq.
permittere, vt stagnet aër etiā vsq. ad consistentiā nubium? quem ēt motum in infima regione hy
peccaumaris ita lāguidum ꝓducit, vt cineres ad plures annos in Atho supersint. Quanto ergò im
becillius ad nos perueniet, & quo pacto terrā longinquissimā & cæteroquin inertissimā poterit
mouere, cūm item multò altius tā lenis & paruin efficax motio sit? Quis iste motus? quot dierum
spatio conficitur? si velox; cur patitur nos contra orientem solē per terras, & naues per mare ferri,
neq. validissima vi resistit? si piger aut cōtinuus; aut interpellatus, & si continuus; cur non sem- F
per eodem versus aquas impellit? si interruptus; vnde varietas ista motionum? à quónam initio
ducitur? non ne caussa mouens est continua? q si impeditur, affer impedimentum. Mitto nunc q̄d
multò magis ac prius ille motus in aquis excitari deberet pp maiorem viciniam: terræ.n. super-
eminent, atq. habilitatem multò maiorem habent ad motum, cū liquidæ sint, neq. absolutè gra-
ues; etenim grauitas aliò q̄ deorsum mouenti resistit. Accedit eòdem, q secūdm quancunq. plagam
terra moueatur, circulo feratur: non.n. motu recto moueri perspicitur. Cæterùm si terra plurib.
motib. agitat, mutationes item, & conuersiones astrorū fiant necesse est, id quod tñ non apparet,
sed semper eadem apud eadem loca ipsius & oriuntur, & occidunt. Neq.n. hic cōminisci pōt, ita
inter se aptas esse astrorū terræq. versiones, vt ipsius motib. varijsq. positiris, astrorū imagines sic
respondeant, quemadmodū in cœlo nunc obseruantur. iam.n. constitit apud insignes astronomos
earum oīum caussam ex terræ quiete facilè reddi posse. Adde, si libet ei quod maximè, hoc est, ve-
locissimè mouet, opponi id quod est oīno immobile, super quo nitatur: nam sine hoc negant Pe
ripatetici motum fieri posse. Neq. sufficit si immobilitatem centro adscripseris, eo q & illud est
locus terræ secundùm naturā; in eo verò terrā quoq. secundùm naturā manere oportebit. quāuis
aūt nos de principio illo super quo terra, tanq̄ immobili nitatur, aliter sentiamus: attamen apud
eos hanc rōnē pondus habere sat est qui placito illi falsò cæteroquin assentiantur. Aduersùs hæc G
quæ de motu terræ defendebantur, & illa Astronomi adiecerunt. Nā si terra, inquiunt, circulo mo
ueretur; foret vt pars eius q̄ est in aperto, quotidie tegeretur aquis, ita vt quodcunq. punctū nos
in terra figeremus, ab ortu mergeretur in aquis, & contra emergeret ab occasu, aut ergo terra nō
mouetur, aut cū ipsa necessariò quoq. voluitur aqua, neq. solùm hoc, sed ēt eodem motu, & æ-
què velociter: quo pacto igitur contra aquas dabitur motus? quō ēt motus superiorum corporū
sensilis est in tanta paritate velocitatis? sensus.n. iudicium fert de re dissimili: atqui sentitur in
editissimis montib. motus aëris diurnus, eadē tñ ꝓpè velocitas in motu terræ constituitur, & eā
consequens, quæ corporum est superiorum. Sed hæc plurimum pollent apud me, quæ quanuis
ab alijs vsurpata, quia nota nobis, ēt nostra quodāmodo habenda sunt. qm ob talis motus perni-
citatem, nil esset in terra fixum ac permanens, sed oīa, præcipuè, quæ sublimia sunt, impetus ille
demoliret. nil posset motu terræ cōtrario moueri ꝓpter ipsius vim. prætereà, siquid altius proijce-
retur, ad idem punctum recidere nō posset, sed ab eo longè admodum deferretur in terrā: opposi-
tum verò mōstrat experientia. nā si in naui, quæ velocius à ventis agatur, aliquis à prora saxum
iaciat in sublime, cadit ad puppim, quod tñ anteuertere naui debuisset, quo minus est corpus, &
quo ꝓpinquius est initio talis motus. Neq. verò debuit Alexandrum in eā sniam impellere, quæ H
phænomena & sensus oppugnaret, vnus ille locus Arist. atq. hic quidem valdè anceps è Meteoro
logia desumptus, cùm vel aëris motum, quē alicubi testari vr̄ à lumine fieri, vel id, quod ēt verius
arbitror, quia lumen, quod est instrumentū caloris apud nos, insequatur motum cœlestē; quippe
q ex opposito motu planetarū, qui fit per Zodiacū adducantur, & abducant planetæ, qui secum
lumen afferunt. ideòq oīum mutationū apud nos auctor, ille motus esse ab Arist. frequentissimè
narratur. Nisi velimus intelligi lumē moueri dictum opinione quorundā, qui ipsum ēt corporeū
autumabant: de qua re postea disputandum fuit in libris de animalib. qui ordine doctrinæ succe-
dunt Meteorologicis, ac nisi accederet locus è 12. Met. qui me retrahit ad alterā expositionē, hæc
mihi planè arrideret. Ad id verò signū, quod Astronomi quidā attulerūt, facilè est dicere aliquid
è Peripateticorū fontib. liquidissimis haustum; neq.n. ille motus terræ est cōuersio, neq. pōt esse:
a 1. Meteo. qm aqua manens in terra consequeretur eius motū. verùm quia desinit ibi fieri aqua, illiq. terra;
succedit aut cōtra: cuius rei caussas abunde tradidit philosophus in Meteorologia,[a] quare nō est,
q de hoc plura dicamus. Quòd verò quodā pacto ꝓgressum Arist. in hac quæstione possit adiu-
uare, mox subiicere visum est. nā quęsiuerit hic fortasse quispiā, cur Arist. hanc ipsam rem aduer-

sus

A sus Antiquos agens & ostensurus, terram circulo non moueri, nō confugerit ad firmā illam rōnem quæ ducitur à motibus, qui fiunt vel secundùm, vel præter naturam & 1. de cęlo fuerat vsurpata? An fuerat illa rō fortasse demonstratiua, quæq. ex iis constitueret quæ forent nobis obscura, atque ab eruditis solùm, & qui iam principia scientiæ Peripateticæ hausissent, poterant capi: hęc ex nobis notioribus proficiscat, quæ itidē à renitentibus haud facilè negarentur. Non sanè insueta est Arist. talis via, pluribusq. locis non sine magno fructu recepta. Venio nunc ad mare. Si motus etiam cæli aut planetarum per continuationem æstus caussa est, cùm per mundi latitudinē fiat ille motus, nō sanè à diurno gubernabitur, quoniam hic fit secundùm longitudinem: ergo fieret à motu aliquo planetarum. sed hic diuturno spatio temporis absoluit, & tamē æstus singulis diebus effici potest. Rursus qui motus ille terræ est qui æstum producit? An'ne is qui ab ortu ad occasum? At cur efficit æstum in ea plaga quæ est ab austro ad aquilonem? cur neque idem facit in fluminibus illis magnis quæ cum mari comparari sine iniuria possunt? Cur ad vtrunq. latus ex imo medio procedit æstus vnà? cur in horis diuersis, & temporibus variis, hîc frequentius, alibi rarius pducitur? & tñ dum eo motu terra cōcutitur, cùm ipsa sit corpus continuum, oēs etiam eius partes agi simul oporteret, & aquæ itidem motum esse consimilem. qñ cum terra ipsa mouetur, & quo minor eius moles est, eo quoq. magis dispergi: nanq. etsi quispiam magnitudini rei motæ distantiā sensilem tribuat B in extremis; id fortassè cōcedatur in corporibus siccioribus, ꝙ in his continuitas retinet, & altitudo nō facilè degenerat in alias dimensiones; at in fluxilibus, cuiusmodi est aqua, continuitas nō seruatur; immo leui de caussa corrumpitur, & magna moles aquæ sine vllo negocio multum diffundit, ꝙ si motus ille est qui fit in occasum, & is in sphęra velocior est, quo circuli sūt maiores, cur in mediterraneo, vbi circuli maiores sunt, multò maior æstus non fit, q̄ in Oceano? si verò motus est secūdùm latitudinem, quis aut vnde hic est? oportebat, n. & terram habere principiū talis motus, & axē pprium ab axe mundi diuersum; immò non vnū tantùm. Verùm etiam quo pacto descendit æstus ab eo motu quem trepidationē vocant, aut cōtra motus hic erit eius euenti & imaginis caussa? qñ singulis diebus ēt plusquàm semel æstus alicubi contingat, vt in Euripo Euboïco testabatur Arist. imago verò illa post multū spatium sensilis euadat. nam periodus istius motus ex astronomorum sententia cōplectitur interuallum septem annorū millium, ita vt si parui illi circuli secentur in gradus trecentos & sexaginta, viginti annorū spatio ferè gradus vnus absoluatur. Verùm facito talem motum singulis diebus non absolui, sed per temporis tantundem compleri. non sanè ad vtraq. latera librationes aquæ pares esse futuræ videbātur, occupante semper aliquid terra de alterutra parte. C quanq̄ & motus ille corporis cęlestis potius, quod per se mobile est, q̄ terræ ab homine sanè mentis esse censebitur. Non, n. hic insisto, vt cùm motum esse negē, nec meum cōsilium est in vniuersa physiologia, quam explicandā in hac methodo suscepimus, obseruationibus aduersari. Nec quicquam obstabūt dicta Peripateticorum quibus nulla mētio de tali motu facta fuerit, cùm illa ex veterum astronomorum sententia pronūciata sint, quibus adhuc nil tale perspectū fuerat, ac siquid accuratius desiderari poterat, ad præstantiores in dicendo relatū, [a] quasi satis Arist. foret de numero substantiarum mouentium id generatim decernere, totidem illas esse, quot forent motus & orbes, vt singulis singulæ substātiæ mouētes respōderēt. Hæc aliaq. hūi nos persuadere debēt neq. terrā per se esse mobilē, neq. posse p aquas à cęlo moueri. Trāseamus nūc ad illa quę de ei⁹ quiete dici solēt.

[a] 12. Met.

Aduersus antiquos de caussis quietis terrę. Cap. VI.

ERGO terram nulli obnoxiam motui præterq̄ affectioni, & ortui fateamur ingenuè, sed ipsam in suo loco maximam agere quietem. Vtrum'ne verò caussę quietis illæ sint quas antea recēD suimus ex antiquorum monumentis, mox spectandum est. At. n. si infinitum natura non patitur, idq. certissimis rōnibus ab Arist. confectum est; profectò terra illa Xenophanis Colophonij ruit in aliquod barathrum non habens vbi radices suas infigat. Porrò Thales suo seipsum gladio iugulat, facit terrā in eo firmari quod per se cōsistere nequeat, sed si manere illā oportet, eget adhuc alia terra. aqua, n. per se ipsam nō manet, sed innititur terræ. Rursus ea grauium est natura, vt quod grauius est subsidat, minus aūt graue enatet; sic aër in aquis supereminet. cùm ergo terra grauior sit, q̄ aqua, tantum abest, vt aqua subsidat, vt potius aquæ terra subiicienda sit. Præterea, si eadem est rō totius & partium in vniformibus; sicut superuenit aquæ terra, sic etiā quæuis eius particula secundùm naturā enataret: at terræ partes in aqua secūdùm naturā merguntur: ergo & tota terra: itaq. non tota sustinetur ab aquis, quemadmodum professus est Thales. Facilè verò esset vnica ratione, atq. illa quidē acutissima confligere cum Anaximandro, Anaxagora, Democrito, & Empedocle: qui oēs vertigine cōmotam terrā in medio quiescere putent, vel ꝙ ob pernicitatem motus præuertatur, ne possit moueri secundùm naturā, vt dixit Empedocles, vel quoniā præ latitudine vehementius acta, multum aëris intercipiat, quemadmodum reliqui dixere: nanq. statuunt omnes motum & quietem in terra præter naturam. At si motus est præter naturam: ergo & motus secundùm naturam præter quem ille est, qui dicitur præter naturam, sed nullus eorum sentētia motus est secundùm naturam; ergo neq. illius erit præter naturam. Quòd si motus oīs aut secundùm, aut præter

naturam

naturam fuerit; neq. ex his motibus vllus est: nihil ergo pōt oīno moueri. Eodem quoq. pacto iu- E
dicium de quiete terre licèt, aut.n. secundùm naturā est, aut præter naturam: ac si naturalis non fue
rit quies, neq. item erit quies præter naturam. naturalis aūt quies esse non pōt; quoniam si motus
naturalis non est, neq. item pōt esse quies naturalis: est.n. quies illa secundùm naturā quæ finit mo
tum secundùm naturam: proptereaq; hęc secundùm naturam mouentur, vt assecuta locum sibi cō-
uenientē, in eo secundùm naturam quiescant. ꝙ si motus est naturalis: ergo etiam erit quies natu-
ralis: ita vt altero ex his, velint nolint, implicentur; aut hæc nulla rōne mouent: aut si mouent, mo-
tum illum & quietē non sanè violentam esse, sed naturalem. Et quamuis aliquis illarum partium
ad Arist. dicere posse videretur ita argumentantem: si motus à natura non est, neque violentus fue-
rit: ergo nullus est motus. fateor id tamen nihil ad me, neque.n. assero ego terrā moueri, sed quie-
scere: si nullus ergo est motus; est igitur quies. sciat hic, sublato motu bifariam quoq. tolli quietē,
vel quoniam ea quies extrinsecùs fiat ab eo corpore, quod circumuertitur: nisi ergo circumuertat,
profectò quietis caussa tollet, vel quia sublato motu naturali tollatur ēt quies præter naturā, quam
illi tribuūt terræ, neque.n. id quod præter naturā est, perpetuum esse pōt: igitur olim mouebitur; at
motus hic inde, vbi manet præter naturam, naturalis est: si igitur naturalis motus non est, neq. nē
quies est præter naturam, vt vides. Sigillatim verò contra Anaximenem & alios eius sectæ viros,
hæc dicere licebit. Si latitudo terrę caussa est, cur maneat ipsa immobilis: ergo si talem figuram nō F
habuerit, manere certe non poterit: atqui terra lata non est, sed sphærica: non igitur manet immo-
bilis ꝓpter latitudinem. Sphæricam verò nos in præsentia statuamus, tanquam rōnibus efficacissi
mis ab Arist. Astronomisq. conclusum. Argumentum verò probatur; siquidem ea series est, atque
connexio effectuum & caussarum, vt si posita caussa ponatur effectus, eadem quoq. sublata neces-
se sit effectum de medio tolli. Præterquam ꝙ & ipsi in caussa explicanda labūtur, nam dum persua-
dere nobis cupiunt, latitudinem esse caussam quietis, accipiunt magnitudinem: proptereaq; illi effe
ctus, quos ꝓximè consequi latitudinem eius asserunt, oēs in magnitudine referēdi forent; nimirum,
ꝙ aër transitum non inueniens coarctetur, & ꝓpter magnam copiam aëris concitari detineatur &
maneat. Sed aërem multum à magnitudine quidem, non à latitudine comprehendi oportet. quæ-
cunq. ergo sit terræ figura, modo sit tantæ molis, quantæ nunc est, idem semper efficiet. si igitur po
sita magnitudine aëris coarctatio, cui terræ quies comitatur, non ponit primò; sequitur etiam, vt ea
non sit caussa, cur terra conquiescat. Prætereà, si ꝙ aliquid vertatur in orbem, vtputa cęlum, agitur
terra, & violatur aër: finge nunc tu cessare vertiginem, certè aut aër ille ferretur, aut non: si minus,
neq. terra item moueri poterit, verùm ab aëre ipso sustinebitur: quare nulla vertigine opus fuerit. G
ita non nascetur terræ quies ab vlla vertigine; id quod illorum hypothesibus adprimè repugnat.
ꝙ si deniq. mouetur, quo pacto id continget? an'ne secundùm naturā; an potius contra? si contra
naturam mouetur & manet; erit igitur aliquis eius motus secundùm naturam, atq. hic vel sursum
vel deorsum. Quod si indefinitè quolibet versus: ergo quemadmodū superior aër lationem, quæ
sursum fiebat, non impediuit; vtiq. neq. ille, qui subest, eam ꝓhibere vnquam poterit. vbi.n. ratio
caussaq. par est, effectus quoq. ꝓgrediantur pares oportet. si igitur sustinet aër, necesse item est, vt
ab alio retineatur. quare id ipsum, quod aërem cohibet, caussa quietis erit, potius q̃ ipse aër. Hæc
verò Empedocli obiiciebat Arist. si vertigo caussa quietis est in terra. ergo nullam ipse rōnem red-
dere pōt, cur in sphæro priusquam discordia diremisset elementa, maneret terra neque.n. tum ver-
tigo fiebat. Rursus ab eadem caussa effectū eundem ꝓficisci necesse est. quamobrem, si olim verti-
go caussa fuerit, cur terra ferretur ad medium, & maneret in medio: etiam nūc deberet esse caussa,
ꝓpter quam terræ partes ad medium ferrentur, in eoq. manerent. sed horum caussa non est, neque
igitur olim caussa fuit. Non esse verò caussam, cur terrę partes deorsum ferantur, ita probauit Arist,
quia vertigo non peruenit ad nos, quia non transmittit vires suas vltra illam regionem aëris. quam
hypeccauma nuncupamus. Adde item ad hæc, quia vertigo, sicut detrudit terram ad nos, detrude H
re etiam alia corpora deberet, quæ tn̄ nunquam detrudit: nanq. ignis non obstante vertigine sur-
sum fertur secundùm naturam. Postremò facit Empedocles caussam, id quod posterius est: nam
voluit hæc ad sua loca vertigine concitari. at prius habebunt & ꝓpensionem ad ipsa hoc quidem,
quod leue dicimus, sursum: illud aūt, quod vocatur graue, deorsum: proptereaq; vertigo, non qui
dem oīa corpora mouet indiscriminatim, verùm ea, quæ sic nata apta sūt moueri, sic pariter ignem
euolare, terram verò deorsum propellit: atq. id aut in immensum, aut in præfinita quædam loca,
nec quidem in immensum, eo quia non sunt in illo termini ascensus atq. descensus: ergo per spa-
tium, quod finitum sit. illud igit spatium, seu locus præfinitus. in quo manente est, quo sunt nata
apta ferri, & manere secūdùm naturā. nulla igitur caussa violans, quæ quietē inducat in terram, sed
ea prorsus naturalis. Pugna cum Empedocle cōfecta nunc instat Anaximander. idem quoq. Timeū
sensisse legimus, quanquam ꝓ Anaximandro Themistius legerat Anaxagorā, cum quo etiam eisdē
armis concertandum est. Voluit ipse quicquid esset in medio, manere: cum vel à mouentibus ini-
tiis, vel à terminis motus æqualiter vndiq. distaret. Atqui omne id quodcunq. manet in medio, eo
dem modo affici oporteret: non aūt afficitur. nam si ponatur ignis in medio, iam distabit à termi-
nis, & caussis mouentibus per æquale spatium, quemadmodum terra: quamobrem moueri nō po
terit;

A teris; mouetur autem. Peccat etiam fallacia consueta secundùm non caussam vt caussam: tribuit enim quietem similitudini: at hęc est à natura, quoniam, quò partes feruntur, eodem fertur & totum secundùm naturam, sed partes secundùm naturam feruntur ad medium: ergo & totum, si quis efficeret casus, vt extra medium esset, eò moueretur, vt quo feruntur partes secundùm naturã, ibi quoq. secundùm naturam quiescant. itaq. & totum cum eò feratur secundùm naturam; manebit ibidem secundùm naturam. Rursus similis est quæstio; quapropter ignis manet in loco superiore, ꝙ si locus ille secundùm naturam ipsius est, & hic igitur erit terrę secundùm naturam. si verò terra quiescit hic ꝓpter similitudinem, vt ipse inquit, cùm similiter ignis ibi quiescat, etiam reddenda fuit caussa similitudinis in igni: hæc aũt reddi non poterat eadem. Quinetiam similitudo non indicat necessariò quietem, sed potius discerptionem & dissipationem, vt si ignis hic esset, & vndiq. traheretur: non maneret sanè, sed in multas partes dispersus auolaret. itaq. illud duntaxat ex similitudine colliges, partem vt ita dicam, proportionalem ad proportionalem terminũ sese collaturam; vt puta, quartã partem, quæ continetur ad quartam partẽ continentis, & ex angustiore loco venientẽ in ampliorem, rariorem futuram. quoniam sicuti rarũ cum denso permutatur, ita contrà densum transit in rarum. cùm igitur terra esset in infimo loco, nil prohiberet, quominus à medio facta rarior secederet. quòd si id non euenit; alia huius euenti caussa excogitãda est, atq. illa, ni fallimur, est natura.
B Quamobrem est, ꝙ hic Ptolemęum Arist. admiratorem & Theonem illius alumnum consimilem caussam quietis assignasse miremur. horum.n. eam de terræ quiete sententiam fuisse legimus, terræ magnitudinẽ, cùm pro rõne minima sit, à prorsus maxima & vniformi, hoc est, cęlesti superari ęqua interualla ab ipsa retinentem, & æquis viribus vndecunq. repulsam, aut sustentatam, nec quicquã cogitari posse in vniuersi figura, quæ globosa sit, quod superius inferiusue existat, nec vlla ex parte sustentationem remitti, quemadmodum ẽt sensu experimur, ea.s. quæ ab æquis viribus in diuersas partes pelluntur, aut sustentantur, immobilia permanere, vt artus vndecunq. musculis oppositis retrahentibus, cùm in mundo nihil existat, quod ad ipsam infra supraue habendum sit; quo pacto neque in globo quispiam aliquid hũi fingere posset. Idcirco verò sustentationes istas vniformiter obiri, quia nihil in tali figura superius & inferius esse queat. Etenim quod nobis exoritur & infra esse vr, iis qui ortui ꝓpinquiores sunt, supra terrã extat, & velut in loco superiore, atq. iterum quod superius nobis est, & ad meridianum, iis, qui ad occasum magis accedunt, est ante meridianũ & velut in inferiore loco. Similiq. ratione in recessibus ad Aquilonẽ & Austrum: nam cùm vnus idemq. sit sphærę polus aquilonaris; his quidem sublimior, illis aũt humilior apparet. Prætereà quoq. Sol &
C aliæ quæcunq. stellæ, quamuis vna eademq. sit, quæ ex diuersis regionibus, vno eodemq. tẽpore spectetur, his quidem superius, & veluti supra caput, illis verò inferius & in finiente conspicitur. Sicut ẽt in Lunæ defectibus obseruatum est, ꝙ à quibusdam adspicitur, dum est in meridiano, ab aliis, dũ euehitur supra finientem. Quocirca cum ad nos eadẽ loca superiora & inferiora videantur; consentaneum rationi dicemus: si tali figuræ superius inferiusq. denegabimus. Hæc illi. Cęterùm de locorũ differẽtiis in cælo posthac. nunc si rectè animaduertis, docuit te iam Arist. q̃ absurda sit hæc opinio. addo etiam q̃ parua constantia defensa: cùm paullò pòst huius sententiæ patroni doceant, vt terræ partes & ea mixta, in quibus terra dominatur, ad suam vniuersitatem tendant, ibiq. inter se æqualiter opprimentia totum immobile efficiant, ita vt naturã quoquo pacto talis motus caussã esse consentiant. quanquam & id falsum esse docebimus ad vniuersitatem simpliciter ferri partes. Neq. obstant exẽpla ex altera parte posita. quandò & filum ab æquis viribus vtrinq. tractũ in medio frangitur, & animalis exẽplum simile non est: quoniã intra se nullã caussam quietis habet naturalem. quapropter ad hoc potius, q̃ ad illud moueatur, aut hic maneat, sed oĩs caussa motus ab externo ꝓficiscitur: in naturalibus aũt & est ꝓpensio naturalis ad suũ locũ & quies in ipso. Aduerte
D verò diligenter dissimilitudinis huiusce rationẽ: nanq. hoc adprimè consentit cum his, quæ de voluntarij motus initiis ex Arist. sentẽtia posteà dicent. Et planè motus ille summas turres demoliet. Neque hîc erit, ꝙ dicas celeritatem motus impedire, quominus eæ dilabantur (est.n. celeritas sũma quieti consimilis quia partes spatij quasi in vnũ terminũ colligat, qui est locus & terminus quietis) ꝙ sicut etiam, dum lychnum oleo plenum celeriter voluimus, oleum non effluit, sic in ædificiis vsu ueniat. Nam si rem introspicias, totus aquæ impetus versus partes interiores vasis imprimitur; non aũt versus orificiũ, ambit.n. quod voluit; qđ si versus orificiũ vergeret, & ad partes exteriores oleũ subitò efflueret. At impetus à terra imprimitur ædificiis ad partes externas. itaq. cõsistere nõ possẽt.

De loco terrę nonnulla. *Caput VII.*

EX his igitur perspicuum est, terram in medio positam esse, & manere immobilem: quibus & caussæ sapientumq. auctoritates attestantur. Nam si terræ partes aduertamus, oẽs suapte natura feruntur ad mediũ, ignis aũt à medio, quia verò vnus est secundùm naturam motus illarum, cęteri verò præter naturam, vbi peruenerunt ad mediũ, cùm secundùm naturã dimoueri inde nõ possint, sed præter naturã, aut manebunt igitur, aut præter naturã mouebuntur: ita quoq. de tota terra censendum est, sed cùm vis nulla tanta reperiri possit, quicquid Archimedes ille dixerit, qui in-

uenta

uenta quadam machina exclamauit πα̃ βω̃ κινω̃ τὰν γάν; id est, quo vado & moueo terram? quę totam moueat; eam prorsus immobilẽ permanere necesse est. itaq. ꝙ ad id nata sit, vt feratur ad medium, indeq. natura moueri non possit, erit caussa prima quietis ipsius. Et quoq. efficientes caussæ consentiunt. nam cęlum afficiendo materiã, quæ continetur in sphera patibilium, per lumen & motum; proxima quidem motu calefacit, & inferiora lumine afficiens ad sese trahit; relinquit in loco remotissimo id quod frigidum est & ponderosum, ibi verò tale corporum genus secundùm naturã cõseruatur, idcò manet ibi, atq. ille, q̃ est in medio, locus est ei naturalis, ꝙ si in hoc sensu Antiqui illi quietis terræ caussam dixissent esse vertiginem, non vtiq. reprehensione digni fuissent. Ne verò credas me terræ, aut oĩo elementi cuiuspiam vniuersi, caussam ꝓpriè efficientem ponere: est.n. propriè caussa efficiens naturæ singularis & caducę. at cùm elementa tota, sicut ẽt cęteræ species, interire non possint, vero efficiente vacent oportet, sed si quo pacto efficiens illis cõcedere fas est, illud est metaphoricè, nimirùm conseruans: quanquam accidit, vt bifariã conseruetur elementũ, & quia manens alicubi polleat iis virtutibus, & fungatur iis muneribus quæ sibi à natura impertita sunt, & bonitatẽ illam, quæ suæ naturæ conuenientissima sit, assequatur, & ꝙ per nouam partiũ restitutionẽ in specie conseruet æternitatem, cui certè muneri iam efficiens verum pręponimus. Atqui mediũ est, vbi hæc oĩa, tota.s. terra, eiusq. partes conseruatur. Nanq. & partes ẽt in toto duplici de caussa conseruari possunt; tum ꝙ illę quoq. adeptę sint locum aptissimũ suæ naturæ; tum etiam ꝙ iunctæ cum toto redduntur efficaciores ad resistendum contrariis. nam quo maius est corpus, eo quoque virtus naturalis maior esse solet. [a] Quòd siquando philosophus primã constitutionem elementorũ posuisse cõperitur; intelligas hæc non fuisse pronunciata de illis, tanquam olim genita fuerint, sed perspicuitatis & doctrinæ gratia; quasi futurum sit, vt magis hæc cognoscantur, si quemadmodum mathematici diagrammata sua dissoluunt, ita ẽt nõ requidẽ, sed cogitatione, mundus in suas caussas & elementa principiaq. cum actuosa, tum patibilia dissoluatur. sed hæc aliàs. Quietis etiam terræ in medio mundo ratio habita est à mathematicis: quippe qui caussas hinc ducant apparentium in posituris astrorum, & varietates eorum, non sanè ex motu terræ, sed cęlestium corporum versione circùm terram æquabili doceant. hæc enim Astronomi de ipsa prædicarunt,

a 1. Meteo.

Quòd nisi librato penderet pondere tellus,
Non ageret cursus mundi subeuntibus astris
Phœbus ad occasum, vt nunquam remearet ad ortum. & paullò post.
Nunc quia non imo tellus deiecta profundo,
Sed medio suspensa manet, sunt peruia cuncta.

Sed & motus terræ & quies etiam, tanquam à posteriori, nos reddunt certiores de loco. iam.n. feruntur ad perpendiculũ linea designata, quæ superficiem terræ, quæ rotunda est, tangat in puncto: ob eamq. caussam oĩa grauia suapte natura tendunt ad centrũ, in eoq. manent secundùm naturam, ac nisi illò perueniant, in caussa est impediens. In medio igitur terra consistit. Ad hæc item adiungere potes signa, quæ Ptolęmeus apposuit: nã si minus, aut ab vtroq. polo distabit æqualiter extra axem tñ, propinquior existens vni è quattuor punctis, vel orientis vel meridiei, vel vni ex oppositis: vel erit in axe quidẽ, sed alteri polo vicinior, vel neq. in axe, vel pari spatio distãs à polis. verùm si æquè distet à polis extra axem, aut erit supra axem, aut erit infra. quod si supra axẽ existat, horizon rectus in æquas partes non secaret æquinoctialem, & parallelos, sed in portiones minores sanè supra horizontem, & maiores sub horizonte: contrà eueniret, si terra foret sub axe: ita fieret, vt in sphæra recta non esset æquinoctiũ, quod tamen semper est. In sphera autem non recta, aut non fieret vnquam, aut si fieret, non fieret tum, qñ sol est in æquinoctiali circulo, & æquè distat ab vtroque solstitio, neque.n. horizon obliquus vnquã æquinoctialem in partes equales secare posset. Pręterea non semper mediũ cęlum aspiceretur, cùm tñ vndiq. & semper sex signa supra horizonta spectent. Quòd si deflectens ab axe ad ortũ, aut occasum appropinquaret, è loco viciniore stellæ magnitudo magis esset conspicua. Putarẽ etiam fore, vt gradus caloris, qui per radios ad terrã ꝓcedens repercutitur, vbiq. non esset idem, aut radiis validius emissis, aut efficacius repercussis. Neque item esset æquale tẽpus ab ortu solis vsq. ad meridiẽ, & à meridie vsq. ad occasum: nam si terra propinquior ortui fuerit, minor erit motus ab ortu ad meridiem. At si in eodem axe vicinior fuerit alteri polorũ; quanuis horizon ipse rectus diuidat cęlum per dimidia; obliquus tamen ipsũ secare non posset, sed semper minor pars intercepta esset ab ea regione poli cui terra vicinior est; itaq. non semper dimidiũ cęli conspiceretur. Tum deinde sequeretur, vt idẽ horizon, obliquus.s. æquinoctialem in partes scinderet inæquales, itaq. dum sol esset in æquinoctiali, non fieret æquinoctiũ. Accedit eodem, quod dum sol ageret in æquinoctiali & oriente, non porrigerentur vmbræ in occasum, sed ad polũ illum cui terra vicinior foret. Multoq. magis hec oĩa consequuntur, si extra axẽ terra ponatur, nec ab vtrisq. polis æquèdistet. Adde insuper, nisi foret in medio terra, certos canones de incremento decrementoq. dierum tradi non posse. Adiungebat ad hæc Auerroës nunquam fore, vt Lunæ labores fierent, dum luces oppositæ versarentur in capite & cauda Draconis. cùm.n. radij & vmbræ à corpore lucido & opaco per lineas rectas porrigantur, Lunam declinare oporteret ad eam partẽ, qua versus vmbra porrigitur, sed cũ sit extra cæli diametrũ, extra ipsam quoq. contingeret eclipsis,

hoc

A hoc tamen neutiquam obseruatum est. Quamobrem, qui id admirabile putant non progredi quoquam, neq. descendere tantum terræ pondus, sed stare sic immobile in sublimi, reputant id admirabile, quia non ducuntur à ratione, sed ab iis euentū reprobant, quæ in ipsis fieri nequeunt. aspicientes enim fieri non posse, vt tale quid sensu persuadeatur in partibus, propterea quòd nullum ex hisce ponderibus, quamuis minimum sit, sublime cerni potest, idem quoq. de toto decernunt. Verum enimuerò ratio monstrat totum aliter se habere. Hæc nos fortasse prolixius: verùm quia tum ab Aristotele, tum etiam ab Auerroë significata fuerint, & tanquam perspicua nobis, omni methodo communia: vbi motus & quietis naturalium corporum initia vestigantur, à re nostra non aliena esse putauimus.

Differitur quod'nam sit medium ad quod terra suapte natura mouetur. Cap. VIII.

AB his item occasio sumi potest aliquid decernendi de loco grauium. ita enim dicere necesse est, ipsum esse centrum. At verò quemadmodum accipiendum sit centrum, quod est grauium locus, non admodum mihi probantur ea quæ vulgò tradita sunt. video enim illos,[a] ex iis verbis Arist. quibus cuique corpori suum locum in ordine tribuit vniuersi, statuere terram quidem in B aqua, [b] hanc verò in aëre: ideoq. facere locum terræ concauam aquæ superficiem; propterea sequitur, si locus terræ centrum est, aquę superficiem concauam esse centrum: sic etiam aquę locum esse aërem; in aëre enim est aqua: quamobrem, si terra moueatur vnquam ad suum locum, aut aqua, fore; vt terra moueatur ad concauam aquæ superficiem: aqua verò ad eam, quæ aëris extremum sit: ibiq. corpora hæc conseruari: id quod loci proprium est, ob similitudinem & affinitatem quæ est inter corpora contigua, quemadmodum etiam suprà descripsimus, qua generatim de loco disputatum est. Neque verò centrum simpliciter inquiunt, vllius locus esse potest, quatenus centrum eo, quia locus ponendus est æqualis ei quod est in loco: hoc verò corpus est: at cùm centrum sit indiuiduum, quo pacto statuetur esse corpori æquale? ob id igitur non potest esse locus. ideò si centrum mundi locus est grauium; atque id debet esse locato æquale; concauum aquæ mundi centrum fuerit ponendum. Confirmatur etiam hoc decretum; quoniam locus naturalis videtur esse debere sensilis, illi enim virtus naturalis attribuitur: omnis autem huiusmodi sensilis est: at quæ'nam obsecro virtus sensilis esse potest, centri solius quod indiuiduo consistit? quandoquidem in indiuiduo, quatenus indiuiduum est; nulla qualitas naturalis, aut sensilis in C esse potest. [c] Attamen aliam viam nobis ingrediendam esse admonent verba Philosophi de 4. Phys. ibi enim duo loca statuit quibus vniuersum concludatur, medium & extremum, quæ duo per se sunt immobilia, sed extremum licet immobile sit, hoc vno differt ab altero, quòd alio & alio modo se habet; medium semper eandem seruat habitudinem. Nunc aquæ superficies non retinet eandem habitudinem alio & alio modo se habens: vt enim inquit Arist. 1. Meteor. vbi nunc est terra, olim erat aqua. Ergo superficies aquæ non potest esse locus, vt medium. Præterea accipio terræ figuram esse globosam: intra verò hunc globum quicquid est, contineri tanquàm sit in suo loco. Verùm quòd sit globosa pendet ex pulsione partium; at pulsio sequitur propriam inclinationem, ea verò est dum partes aspirant ad centrum, quod est idem cum centro terræ, vt patuit suprà. Ergo non aquæ superficies, sed medium quod est centrum, locus est grauium proprius. Accedit eodem iudicium nostri præceptoris, [d] cùm proponit ad disserendum, vtrum'ne terra, & omnino grauia moueantur ad medium terræ; an ad medium vniuersi: cęterùm manifestè medium terræ non est concaua superficies aquæ, sed idem àc centrum eiusdem: inanis autem profectò foret hæc quæstio, si concauum aquæ medium foret vniuersi: cùm enim id medium terræ non sit, non erat quòd esset dubitandum, quando fertur ad medium, vt feratur in suum locum, D ad quod'nam medium feratur, sed satis fuisset nobis significari medium totius esse superficiem aquæ interiorem; ideò medij terræ nullam habendam esse rationem. Confirmat etiam id quod dicimus Aristotelica solutio, qua monstratur ad vtrunque centrum grauia ferri; quoniam vtraque sunt idem subiecto: sed ad centrum mundi per se, ad centrum verò terræ per accidens: quanquam Auerroës ipse [e] palam profitetur centrum mundi esse idem cum centro terræ, eademque esse media simul terræ & vniuersi. Hoc loco succurrit vt aduertamus, medium siue centrum mundi simpliciter esse vnum, medium verò terræ multiplex, aut enim medium magnitudinis, aut ponderis, illud quidem, vnde eius extrema distant æqualiter, vt si terra ab omni sensili qualitate seuocaretur eiusque solùm quantitas spectaretur more mathematico; ponderis autem, vnde ratio sumitur æquilibrij, vt in neutram scilicet partem superata agitetur, sed vndiq. tantundem valeant omnes, & denique punctum auctore Pappo intrapositum, vnde si graue cogitaretur appensum; si moueretur, inter mouendum posituram eandem profectò seruaret. cùm cęteroqui medium mundi sit tale virtute; quoniam finiat motus naturales corporum grauium: vtrum'ne verò cęli ipsius posthac dicetur. Accidit autem, vt si quantitas sola terræ spectetur propter exuperantiam montium & terræ cauitatum, non sit idem vtrunq. medium, sed quoniam montes non efficiunt in tanta

[a] Zimara Theor. 28.
[b] 4. Phys. T. 26.
[c] Lib. de sens.
[d] 2. de cęl. T. 99.
[e] 4 de cęl T. 39.

in tanta mole terræ, neque beneficio magnitudinis, neq. ponderis aliquam differentiam sensilem; etenim vt docet Theon ex Eratosthene summorum montium altitudo non auget diametrum terræ plusquam spatio 10. stadiorum, atq. ad summam, vt testatur Philoponus 1. Meteor. 12. cum diametri spatium sit, vt ille vult stadiorum 80181 $\frac{9}{11}$. Verùm fac mendam esse in scriptura & elementum quo numerus significatur, esse corruptum, & significare mille stadia (nam legimus apud M. Polum descensum tridui) quæ sunt Miliaria 125. adhuc insensilis erit ad reliquam terræ magnitudinem illa exuperantia. Quid igitur efficient montium altitudines in tanta distantia. Quocirca quanuis medium hoc mathematicè sumptum, non idem sit cum centro & medio ponderis: nihilominus apud physicum qui solummodò rerum sensilium habet rationem, idem accipi posſit. Vtraq. verò subiecto conueniunt cum medio mundi, quod appellare liceat mediũ virtutis. Etenim vt docent mathematici, in circulo, & eclipsi (est verò ellipsis minor portio sphęræ, vel oxygonios sectio pyramidis) idem est centrum figuræ & grauitatis. Peto primum vt Archimedes. [a] Figurarum æqualium & similium inter se aptatarum centra quoq. grauitatis ipsarum inter se esse aptata. Deinde suppono, eodem auctore. [b] Centra grauitatis diuersarum magnitudinum, si illæ componantur; efficere in tota magnitudine centrum super linea recta inter vtraque centra ducta, quod æqualiter distet ab vtrisque. Sit ergo circulus, vel ellipsis A B C D. diameter eorum D B. centrum E. ducaturq. recta linea A C. quæ secet lineam D B. ad angulos rectos erunt A D C. A B C. eorum dimidiæ portiones. Quoniam igitur portionis A D C. centrum grauitatis est in diametro D E. & rursus centrum grauitatis portionis A B C. in diametro B E. si coniungantur hę magnitudines; centrum totius erit in diametro D B. Sit centrum portionis A D C. punctum T. in ipsa autem A B C in diametro D B. statuatur punctum G. æqualiter distans ab E. erit ex petitione centrum grauitatis portionis A B C. Verùm ex hypothesi centrum magnitudinis totius est in eadem linea distans æqualiter à centris vtriusque portionis. sed tale est punctum E. atqui hoc est centrum grauitatis & figuræ A B C D. Ergo idem est centrum grauitatis & figuræ. Hic igitur est verus grauium locus, & terræ primum, deinde ipsius aquæ & aëris etiam ob id quod exponemus infrà. propterea fit, vt si quis transferat terram, vbi nunc est Luna, [c] non ferantur partes ad ipsam, sed ad eundem locum, vbi etiam nunc moratur. Atque hæc maiorem in modum cum iis congruunt, quæ Mathematici demonstrant. Nam si vt superiores illi, dicamus; eueniet vt maior terræ pars sit extra proprium locum; quippe quòd maior eius pars detecta sit & aëri contigua. Præterea locus aquæ idem erit àc terræ; idemque centrum, sed interuentu terræ, & aquæ locus, non mare, vt docuit Aristoteles, [d] sed humilissima terræ sedes, in qua accidit esse mare, vt etiam si deprimeretur terra, cum ipsa quoque descenderet aqua, solumque obtineret, vt proximè supra terram existeret. Accedit eodem quòd si concaua superficies aquæ locus esset terræ naturalis; ad eam terram secundùm naturam moueretur (talis enim est conditio loci naturalis) sed ipsa perpetuò cietur deorsum, centrumq. versus. Ergo centrum non concaua superficies aquę, nec ea verus terræ locus, sed centrum. Quòd autem sit immobilis iste mundi terminus, anteà dictum est. sed vt contineat, id quòd loci officium primum omnes esse fatentur, explicare hoc opus est hic labor. Video verò duos istos mundi terminos ab Aristotele poni, [e] quibus scilicet omnes motus naturales rerum caducarum finiantur, & statuere ipsos fieri super spatiis, quæ sunt inter hos terminos, vel ad mundi medium, vel ad extremum, & vtrique rationem continentis adscribere. Qui versus, inquit, medium continet terminus deorsum est, & ipsum medium, [quod nos iam diximus esse subiecto idem, non sanè cum aquæ superficie, sed cum medio terræ.] Qui verò versus vltimum sursum, & ipsum vltimum, & propter hoc videtur planum quoddam esse, & veluti vas, locus, & continens. Rursus idem hæc habet. Quoniam locus est ipsius continentis finis: continent autem omnia quæ mouentur sursum & deorsum, & extremum & medium: hoc autem modo quodam fit forma contenti; in suum locum ferri ad simile est ferri. Quamobrem ex his ego duo colligi posse censerem. Primùm quidem, ambitus rationẽ esse duplicem, vel seorsum, vel etiam coniunctim, atq. seorsum quidẽ ea, quę superius sunt collocata, cõtinent inferiora: mediũ verò non cõtinet seorsum, sed cũ altero extremo simul Prætereà, si medio cõtinere seorsum attribuẽdum sit, ita cõtinere dixerim, quia terminet grauiũ motũ: illò. n. grauia mouent, qñ cientur secũdùm locũ: atqui qñ mo-



[a] Pet. V. ex lib. de centro gr. pl.

[b] eod. lib. Prop. 4.

[c] 4 de cęl. T. 22.

[d] 2. Met.

[e] 4. Phys. T. 42.

E F G H

uentur

A uentur secundùm locum, mouentur ad locum: igitur medium locus est, locus autem per se terminat motum. Iam verò quòd continere sit idem, atque terminare nonnunquam apud Aristotelem docuimus olim. Ad medium quoque terri aquam ipsam testatur Aristoteles, & ratio conuincit; siquidem ea grauis est; verùm quia non simpliciter grauis est, ipsum non assequi proximè fatebimur, sed quantum potest: hoc verò est, si ad superficiem terræ peruenerit: ex quo manet in terra; & nititur super ipsa: neque enim nata est apta manere suspensa, quemadmodum ignis, sed inhæreat alicui necesse est, idcircò dicemus verum & proprium locum naturalem ipsius aquæ non esse quidem aëris interiorem, sed externam terræ superficiem. Cęterùm si quo casu fieret, vt terra submoueretur; adhuc aqua vlterius ad centrum vsque ferretur, atque illud quidem terræ & mundi. Vtar hîc ego demonstratione Archimedis, [a] qua necessariò rem sic esse patet, vt dicimus. Pone humidum consistens & secetur eius superficies plano per centrum terræ ducto: sit autem centrum terræ K. & superficiei sectio linea A B C D. Aio & hanc esse circunferentiam, & habere centrum K. sin, rectæ lineæ à centro K. ad circunferentiam non erunt æquales: Accipio rectam lineam, quæ maior sit nonnullis lineis, à centro K ad circunferentiam ductis, alijs verò minor, & ex centro K & interuallo huius lineę circulum describo: necessariò cadet eius circunferentia partim extra lineam A B C D. partim verò intra, cùm sit his quidem maior, illis verò minor, quæ à centro ducuntur.



B Sit igitur eius circuli circunferentia T B H. & ex B. ducta linea ad K iungantur T K. K H E. faciant verò angulos æquales. Rursus aliam circunferentiam describo in eodem plano, quæ sit minor vtriq. circunferentiis, nempe X O P. Profectò partes humidi, quæ sunt in hac minore circunferentia iacent æqualiter, & inter se continuæ sunt. Sed cùm anguli sectorum T K B. & B K H. sint æquales. ergo & sectores æquales. Verùm B K E. est maior, quam B K H. quia B K H. est illius pars: ergo etiam maior est sectore T B K. multò igitur maius segmento A K B. quod est pars ipsius T B K. Sed enim X K O. O K P. sunt æqualia, cùm eorum anguli sint æquales; iis igitur demptis remanet portio A X O B. quę premit X k O. minor quàm B O P E. quæ premit O k P. Ergo X k O. minus pressa ab O P k. magis pressa expelletur. Itaq. non consistit, quemadmodum sumpseras. Erit igitur linea A B D. quæ terminat planum per centrum terræ ductum sphærica, & centrum eius plani terræ centrum. Cùm verò probatum fuerit antè, [b] si superficies aliqua plano secetur, per idem punctum semper; sitq. sectio circuli circunferentia; centrum habens punctum illud, per quod plano secatur; sphærę superficiem esse, superficies aût aquæ manentis secta per centrum terræ, quod est centrum mundi, perpetuò circuli circunferentiam faciat; sphęrica certè erit & habebit centrum illud punctum, per quod ipsa plano secatur, quod dicimus esse centrum mundi per se, terræ verò per accidens, & ad hæc fertur aqua simpliciter, sed proximè motus eius superficie terræ finitur. Atq. hic terminus omnium grauium, simpliciter & quodammodo, licet grauis simpliciter proximus, aliorum per medium aquę per terrę superficiem, aëris autem per superficiem aquę; omnia enim deorsum vno igni excepto propendent. Sed cùm media cum grauitate connexum aliquid habeant leuitatis; inde fit vt eo vinculo apta sint inter se elementa, atq. connexa, vt media duplicem habeant relationem & habitudinem ad superiora nimirùm, & ad inferiora: quoniam partim grauia, partim leuia sunt; ideoq. in medio quiescentia sint in simili collocata; extrema verò sint forma solùm. Et quamuis ab Aristotele superiora nuncupentur formæ inferiorum: ex quo suspicari possis, locum terræ fore superficiem aquæ & superficiem aëris aquæ locum esse: quoniam aër complectatur aquam, & hæc terram. Animaduerte, obsecrò, Aristotelem non simpliciter appellasse superius, [c] quod est à medio, sed quod est propinquius

C

D terminis motuum primis, sicut in viuente superius id, vnde alimentum ingreditur, quanquam in homine cęlum intueatur, in turbinatis & plantis medium mundi. & quod tibi possit persuadere magis, id quod in præsentia volumus, etiam alterum est significatum superioris apud Aristotelem, quod item mirum in modum faciat ad rem nostram: nam superiora membra dici solent ab Aristotele, [d] super quibus cętera nituntur, vnde humerus est brachio superior, & capite ceruix, ob id opinor, quia, quæ superiora dicuntur; viciniora sint principiis motus: vnde etiam id quod termini rationem obtinet, superius esse dicatur, vbicunque sit: vtriq. verò termini, & medium, & vltimum continent. proinde manet aqua in terra, non autem in aëre, & mouetur ad terram, ad aërem verò non item, aut non ita primò. Valebitq. tantùm ille ordo inferiorum ad superiora, quantum est de ratione locationis, beneficio qualitatum quæ vim habent efficiendi, non autem motricium. Hæc certè explicatio maximè congruere videbitur cum verbis Aristotelicis. ita enim scriptum est. [e] ἀνάπαλιν δὲ λέγειν τοῖς μέσοις ἐστὶ, τοῖς δ' ἄκροις οὔ. οἷον ἀέρα μὲν ὕδατι ὕδωρ δὲ γῇ. ἀεὶ γὰρ τὸ ἀνώτερον πρὸς τὸ ὑφ' αὑτὸ ὡς εἶδος πρὸς ὕλην οὕτως ἔχει πρὸς ἄλληλα. quæ id valent. Vice autem versa dicere oportet in medijs: in extremis autem nequaquam, vt aërem quidem aquæ (similem esse) aquam verò terræ. semper

[a] Lib. 1. de his q veh. in aqs Prop. 2.

[b] Prop. 1.

[c] 4. de cęl. T. 23.

[d] Lib. de incess. animal.

[e] 4. de cęl.

enim quod ſuperius eſt ad id quod ſub ipſo eſt, vt forma ad materiam, ſic ad ſeſe vicißim habent. Si igitur aqua ad terram, vt ad terminum refertur, & ſuperius vt forma ſe habet: cùm terra ſit forma; ergo illi ſuperioris attributum conueniet, neq. videtur habita fuiſſe ratio poſituræ, ſed naturę, quæ materiam formæ ſubſternit, & illius ſeriei qua priora etiam ſuperiora perhibentur, vt genera formis. Cęterùm videſis, an ſit aptior interpretatio noſtra. Nam quomodocunq. fiat motus ſiue ſurſum ſeu deorſum; terminos ſanè duos in vniuerſo eſſe cõſtat; nihilominus id quod ſuperius eſt, forma inferioris perpetuò permanebit, quemadmodum alibi teſtatum paſsim obſeruamus apud Ariſtotelem, nec in explicanda re tanti momenti, quę cęteroquin obſcuriſsima ſit, abuſum vocis in Ariſtotelis phraſin inferemus quæ perplexitatem pepererit, & tenebras amplificauerit. Itaq. dicemus iis ipſis verbis Ariſtot. docuiſſe progreſſum à ſuperioribus ad inferiora naturalem ex eo cenſendum, quia ſit recurſus formæ ad materiam, de quo 1. lib. multa diſſeruimus. in eo verò progreſſu licet deteriore terminentur naturæ motiones, eadem ratio cętera ſeruanda eſt. Nanque & ab illo termino deſumitur nuncupatio, & definitur omnis poteſtas. Itaq. ſimpliciter euenit, vt præcedentia perfectiora ſint, & tamen deteriore finiantur, & in eo ſolùm diſsimilitudo intercedit, quòd in progreſſu ad materiam natura properat ad priuationem & non ens; in oppoſito contendit ad ens. Sed quaſi priuatio ponatur altera forma, naturæ curſus retinetur, & in vtroq. motu ipſius ratio conſeruatur: illò.n. vt ad terminum ſui motus propendet, & vbi illò peruenerit, ibi etiam requieſcit: nanq. etſi non eſt ille motus abſolutè naturalis, non exoptante natura potiſsimè priuationem: at quoquo pacto naturalis eſt & in vniuerſitate expetendus: vt ſit, vnde præſtantium rerum ortui materia ſuppeditet. Igitur in fine velocior eſt iam materia dominante, & eius eſt finis quidã, qui licèt abſolutè non ſit bonus, quia perinde ac non ens: Non ens enim Dij quoq. odio proſequuntur, vt ait Plotinus; attamen, in eo veſtigium aliquod extat boni; quapropter & ea, quæ ad ipſum inſtituta ſunt, tendunt ad bonum, & quanquam meliora ſimpliciter, vt ad illud inſtituta deteriori conditione ſunt prædita. non aliter àc ſi ex aqua terram fieri fingamus, & dum fit, eius naturam ſpectemus; neque enim dubium eſt, dum retinet aquæ naturam adhuc eſſe perfectionem, quàm ſi terra fuerit, ſed cum eadem, dum fit terra, ſit terra imperfecta, hoc modo ad terram perfectam, rationem obtinet deterioris. Ita dum confertur aqua cum terra per ſeipſam eſt præſtantior, & eius locus notæ melioris, ſed ſi refluxus, & propenſio naturæ, quam materiæ acceptam referre oportet, aduertatur; iam terra formæ rationem ſubit, & eius locus ad aquæ locum ſe habet vt finis. Proinde eſt motus ad hunc locum ſicut ad terminum; licet ſuperiora ſint inferiorum formæ, quia hic non eſt ſimpliciter terminus, & bonum; ſed quatenus terminat recurſum naturę materiam verſus, cuius meritis circunſpectis, ea quoque, quæ huc properant deteriora reputamus, licet per ſe ipſa præſtent. Ex his inſtar corollarij, ſiquis locum medium cum cęteris comparare voluerit, mea quidem ſententia, ſic decernet. locum medium, cui tribuitur continere, quatenus terminat motus à natura præſcriptos, ſuperare locum aquæ & aëris: omnes enim grauium motus eo terminantur, ſed ſi diſtantia ſpectetur, per quam vis à cęlo diffuſa impertitur, omnium eſſe deterrimum; maximè enim diſtat ab omnium bonorum datore & à cælo. Neque verò te putare velim eiuſmodi terminationem & finem in natura afferre perfectionem ſimpliciter; quoniam terminat proceſſum naturæ ad materiam & priuationem, qui certè ſtatus eſt omnium imperfectiſsimus; nihil enim magis diſtat ab entibus ſupremis, vt cùm vniuerſa gradibus hiſce comprehendantur actu, eo quod ex actu, potentia, & priuatione; actus omnino primus ſit; prorſus extrema priuatio, ſed in ſuo ordine duntaxat: perfectionem planè abſolutam præſeferret; ſi terminaret progreſſum naturæ ad formã, quod eſt ſolùm loci ſuperioris; hic.n. vt cęlo & Deo vicinior eſt; ſic & cętera loca perfectione ſuperat, atque bonitate. Sed quid hoc dicet aliquis ad loci definitionem, qua dicitur ſuperficies corporis continentis, hoc verò eſt ambientis? qua ratione continebit iſte locus, quod eſt centrum, ſeu medium mundi? Nihil profectò magis à communi hominum ſenſu videtur abhorrere, quòd contineatur à minore maius, & corpus ab indiuiduo. Aut dicito conuenienter cum ſuperioribus locum medium continere, quia ſi non ſeorſum; at ſimul cum altero extremo contineat, quod etiam mirificè vaſis exemplo nobis fuiſſe deſcriptum veriſimile eſt; quandò ab anguſto in amplum vaſis figura procedit, & anguſta eius parte medium, ampla verò id quod ſurſum eſt, optimè deſignari poteſt; aut etiam quia terminet grauium motum, neque ab ea definitione quæ tradita eſt 4. Phyſ. alienum ſic eſt, ſi verborum vis rectè perpendatur; quin in locum hunc noſtrum quadrare perbellè poſsit, etenim Græcè eſt πέρας τοῦ περιέχοντος. atqui πέρας communiter eſt omnis terminus, quòd ſi τὸ περιέχειν eſt continere, & terminare, vt certè eſt; ſecundò transferre licebit eam definitionem, terminus continentis, ideſt, id extremum, quo terminatur motus naturalis, quæ ſanè erit loci naturalis eſſentia, quam ab Ariſt. 4. Phyſ. prætermiſſam putamus, vulgatam loci notionem perſequente. Neque profectò ſine motu tradi poterat ea definitio, de quo nihil erat adhuc actum, quod ſpeciatim pertineret ad naturam; ac niſi generatim locus definitus, atque tractatus. Si verò ſeorſum locus hic cõtinere dicat̃, planè tanq̃ indiuiduũ per ſe habet̃: quemadmodũ pũctus, eiuſq. certè nõ magnitudo, quę nulla eſt, ſed virtus ſpectabit̃, quę linea recta deſignat̃, aut ita deſcribet̃, vt ſit in ſphęra ductis à cẽtro lineis, q̃ terminent̃ ſuperficie partis illius, q̃ in loco eſſe cogitamus?

Sed

A Sed,iudicio meo,quantum hoc in designando loco cæli facere necesse est,tantum à terræ partibus abhorret: sunt enim partes eius continuæ & in toto; ideoque in loco in potentia, nisi forte referatur id ad partes illas quæ mouentur adhuc,vt mediam absolutè consequantur: facilè autem sic talis descriptio defendi poterit. Quocirca dicemus, loci definitionem quæ tradita est 4. Phys. eius esse, qui est secundùm famam, sicut aliquandò monebat Auerroës; ad hunc verò nostrum qui naturalis est; analogicè accommodari. Quod autem dicitur, loci proprietates esse continere, & æqualem esse locato. Vt contineat etiam locus hic audiuimus nuper: esse verò æqualem, aut dicemus illius loci proprium esse, qui vulgò accipitur: aut æqualitatem esse primorum terminorum coniunctim acceptorum; aut etiam eo, quo dictum est modo: ductis lineis à centro, quæ partem, quæ mouetur, cum eius superficie claudant. Quid si etiam dicamus eam conditionem non esse in loco naturali necessariam,solumq. sufficere, si æqualitas priuatiuè sumatur, idest, quia locus & id quod est in loco, non sint inæqualia: quoniam sicut alia corpora quæ sunt in eo loco,quem fama fert,per superficiem. ita,vt ea quæ est locati,sit æqualis superficiei continentis:sic grauia sint in loco secundùm terminum qui quidem medio ipsi non sit inæqualis? Nolim verò te hanc distinctionem habere suspectam, cùm sit Aristotelica, cum primò tributa sit æqualitas infinitis duobus [a] quorum quia terminus est nullus,iure æqua dici non possunt, sed quoad vnum altero maius minusúe non est, posteà duabus vnitatibus. [b] Quod item opponitur: locum naturalem sensilibus qualitatibus insignitum esse, nullam autem huiusmodi posse tribui centro: respondemus, eas aut in loco contineri,vt aiunt,formaliter & actu,aut virtute: tale verò centrũ esse defendimus ex iis quæ de spatio corporum caducorum vniuersè pro D.Thoma suprà disseruimus. Atq. hæc de terræ grauiumq. omnium loco decernantur.

[a] 1. Phys.
[b] 13. Met. c.8.

Nonnulla de definitione grauis & leuis afferuntur. *Cap. IX.*

HINC optimè intelligetur,quid graue sit, quid etiam leue: nanq. graue id est quod fertur ad medium mundi per se,accidit aũt illi,vt feratur ad medium terræ: hoc.n.est infrà,quo grauia secundùm naturam aguntur,& vbi suapte natura quiescunt: leue contrà, quod à medio mouetur & ad alterum extremũ,quod est cęlum,siue eius concaua superficies, & dicitur suprà. atq. id suopte nixu,ibidemq. manet ex suaipsius natura,atq. adeò,vt hæc vnũ idemq. sint,deorsum moueri se
C cundùm naturã,moueri ad mediũ & esse graue: ex altera parte sursum euehi secundùm naturam, à medio,& esse leue. Quanuis aũt motus determinetur potissimè termino ad quẽ; censendum tñ est,hunc terminum, ꝙ nobis vicinior esset, q̃ alter extremus, ab Arist. fuisse vsurpatum. Tametsi verò & grauia ad medium & leuia à medio,hoc est,ad vltimum suapte natura feruntur;non omnia tamẽ grauia mediũ,neq. omnia leuia id quod vltimũ est,assequuntur: terra sanè adepta est mediũ, vt etiã si cum aliis corporibus conferatur,in illum magis inhiet & cętera semper de loco deturbet: in partibus appetitus & facultas æqualis,sed ex euẽto inæqualis eius occupatio: veruntamen quæque pars, si subtraheretur inferior, tenderet ad centrum,neque ab altera,aut velocitate aut perpendiculosè vinci pateretur, & quanuis partibus terræ sublatis; aër etiam & aqua fluerent ad medium; at quælibet pars terræ cęteris partibus in aqua descenderet. Ita de igni partibusq. ipsius,quãtum est de ascensu,dicere oportet. Ideò duplex inde grauium leuiumq. genus exortum est,eorum quæ simpliciter & illorum quæ cõparatè talia sunt: aꝫ,si cum grauibus conferantur,habentur pro leuibus,si verò cum leuibus grauia reputantur: quanuis aqua aërem superet grauitate. Verùm ꝙ grauia & leuia nomine quidem eodem, sed dispari significato nuncupantur; ad faciliorem intelligentiam sic dicamus. Id quod est tale simpliciter,nomine proprio notari quod significet exuperan
D tiam,& grauissimum,aut leuissimum dici. cętera quæ media sunt, exprimi voce quæ minuat vim significati, cùm vocentur talia quodammodo,& cùm cõmuni definitione potiantur,quòd ad medium,vel à medio mouentur: ad constituendam inter illa differentiam, sigillatim quoque propria definitione declarantur: grauissimum quidem,quod aptum est natura subsidere, ὑφιςάνειν Græci dicunt, omnibus iis quæ deorsum feruntur: contrà leuissimum, quod euolat suprà omnia quæ sursum moueri sunt idonea. Græci vocant ἐπιπολάζειν: in qua definitione solùm comprehenditur habilitas: nam siue moueantur, siue maneant extra propria loca, sic mouentur, quia moueri possunt, & manent opera impedientis; atq. id si auferretur à medio,sic quoq. mouerentur: quare optimè ab Arist. pronunciatũ est, graue & leue significare facultates: quæ sanè reapse distinguantur,vnde occasionem sumpserit Arist. decernendi de numero corporum simplicium, quæ tamen in vno quodam conueniant quod sit ad vnum: neque enim ratio par velocitatis motus, & loci reperitur in iis quæ simpliciter talia sunt, & in his quæ quodammodo. quòd si de duobus meminit nõ infrequenter Aristoteles; hoc ideò factum est, quòd deductio in singula membra, tum nullius momenti fuerit habita. Quanquam verò quispiam oppositum approbare conabitur. Et quòd idem iudicium faciendum sit de repugnantia & ratione corporum & de repugnantia & ratione locorum; aquam verò simpliciter igni esse contrariam, terræ aërem: ergo & aquæ locum simpliciter opponi loco ignis, & locum aëris loco terræ. quare nec medius locus erit extremo contrarius.

Et quia principia grauium oīum eadem, eadem leuium esse videantur, ergo ēt iidem termini motus. Connexio vero perspicua fit ex hoc: quoniam ab eadem caussa, quatenus eadem est, exoritur semper idem effectus: eandem verò caussam leuitatis esse in aëre & igni, & grauitatis in aqua & terra dicimus: quia caussa leuitatis est calor, qui in aëre & igni cōiter inest: grauitatis aūt frigus, quod pariter inest in aqua & terra. Et prætereà quia sequeretur in aëre vaporem non ascensurum: nam vapor, quoniam calidus & humidus obtinet aëream leuitatem: aut igitur ea leuitas est eiusdem speciei cum leuitate ignis, aut nō: si primum detur, habeo quod volo: si verò alterū cōcedatur; ergo nō ascendet in aëre: nulla.n. vis motrix incitat in proprio loco secundùm naturam, sed ad quietem solummodò conducit. Nam q̄tum pertinet ad primam illam oppositionem; meminisse oportet duas esse rōnes elementorum: alteram qua sunt partes principes vniuersi, & qua sunt obnoxia principijs motus: atq. alteram, qua sunt principia mixtorum, & habent alterandi facultatem, nunc calor & frigus sunt primæ elementorum virtutes, & vnde reliquæ oēs emanant: quæ sic à cęlo tribuūtur, vt calor sit habitus, frigus verò priuatio: & illo ēt ordinē, vt quod vicinius est cęlo sit, calidius; quod longius abest, frigidius: itaq. terra frigidissima. Nam quamuis aquæ frigiditas acrius vrgeat sensum; non est idcirco intentior: sed apparet hmōi, quia facilius applicatur ad organum sensus. ex calore nascitur leuitas, ex frigore grauitas & immobilitas, cùm ergo res ita se habeat, terræ natura magis aliena est à natura ignis quàm aquæ natura. sed cùm spectantur elementa, quatenus initia mistionis & alterationis, quæ non modo sunt calor & frigus; sed aliæ quoq. virtutes vnà quas patibiles vocāt siccitas, inquam, & humor: elementa extrema vnius secum pugnant, q̄ vnum medium cum altero extremo. Proinde dixit Alexander, tametsi ignis & aqua sunt magis contraria per qualitates quæ ptinent ad alterationem: reuera tñ extrema secundùm naturam magis contraria sunt. ac probè sanè: quandoquidem natura constituitur principium motus, quæ latio potissimum est. quapropter ab oppositione lationum quæ maxima est inter ignem & terram, de repugnantia naturæ iudicium fieri debuit. Hæc verò sic perspicuè traduntur, vt hîc tanq̄ certissima sumi possint. Hanc ergo repugnantiam ea consequitur, quæ locorum est: itaq. non licet argumentari ab oppositione qualitatum quæ respiciunt alterationem, ad repugnantiam quæ loco tribuenda est; sed planè ab ea quæ inter motrices facultates intercedit. Idcirco extrema sunt in locis contrarijs, q̧ habent naturas contrarias; reliqua per qualitates, quæ pertinent ad alterationem solummodò contraria sunt: quare non necesse est, si fuerint contraria simpliciter, illa item esse in loco grauium leuium'ue simpliciter. Neq. eadem prorsus principia sunt grauitatis & leuitatis simpliciter, sed ordine quodam, & secundùm analogiā: non, n. igneæ leuitatis initium est oīs caliditas: sed ea quę iam cœpit inducere siccitatem, & acrior facta est atq. mordacior: sic frigiditas illa ex qua humor oīs expressus est, principium & terrenæ grauitatis. Quod verò obiectum fuit de vapore, cui tribuimus aëream leuitatem. Hic animaduertamus de natura vaporis. Primùm quidem q̧ propriè vapor, nunq̄ assumit igneam leuitatem, sed exhalatio sola, quæ est halitus siccus: deinde esto, vt possit illam quoquo pacto assumere, vtputa, si cum exhalatione iungatur; quādò exhalatio sine vllo humore non accenditur: est quoddam imperfectū, & fit adhuc: at, dum substantia fit, potest item vlteriorem perfectionem adipisci. quapropter etiam si preditus sit nunc aërea leuitate: at calore & siccitate proficiens, igneam leuitatem sibi comparabit. idcirco vbi ascendit in aëre: non quatenus aër est, id facit, sed quatenus fit ignis. Adde item, q̧ ēt locus aëris habet latitudinem, vnde partes quæ sunt absolutiores, altius euehuntur. Nil igitur mirum, si vapor nondum absolutus adhuc in aëris loco moueatur, quousq. delatus fuerit in eum locum, vbi purus aër consistit. Ita ergo concluditur loca elemētorum, duo quidem esse genere, quattuor autem specie, seu, si rectius dicere malis, duo quidem tanquam prima ad vnum, binas autem singulorum partes.

Quòd graue & leue secundùm naturam talia sint, non comparatè. Cap. X.

SI graue est id quod ad medium, leue aūt id quod à medio fertur, patet q̄ grauiter à Platone peccatum sit, & inter Peripateticos à Themistio, qui, quamuis in cęteris Aristoteli fuerit assensus, in hoc vno tñ ab ipso desciuit: in definitione grauis & leuis. ita.n. exposuerunt graue, quod suapte natura aliquò vergeret, & contra leue id quod inde suopte impulsu discederet: ideò cùm ignis ęgrè retineatur, & sponte euolet ex hoc loco; dicitur leuis: terra, quoniam ad nos prorepit, nominatur grauis. ita si quis esset in sphera ignis, quoniam illò propensionem obtineret: ibi grauis esse diceretur, terra verò, q̧ illinc sponte discederet, appellaretur leuis. Quocirca apud Platonem atq. Themistium graue & leue nihil erat absolutè, sed comparatè tantùm. Apud Arist. verò est graue & leue simpliciter, tanquam natura quædam, habent.n. hæc in seipsis velut igniculos quosdam motus, atque illos quidem per quos ad certa loca perpetuò concitentur quæ certè sunt à natura, neq. positione duntaxat, & vt dicit Arist. ad nos. Nanq. & effectuum varietas quæ nascitur ab eiusmodi locis, aliquid ea esse significet à natura: & q̧ ab iis mobilia perficiantur, sicut à cęteris formis ad quas aguntur: & q̧ non quodlibet mouet in quēlibet locum quodcunq. mobile, sed leuificum, vt ita dicam, mouet id quod potestate tale est, atq. illud quidem sursum, non aliò: idq. perpetuò, nisi quid obstet, & sua

ipsius

A ipsius propria, non autem aliena virtute, quẽadmodum in alio quolibet motu, & secundùm quantum & quale, & si quod est aliud prædicamentum, secundùm quod fit motus. vt. s. à contrariis in cõtraria fiat motus, ac per media & his agentib. in hæc, nec in quælibet quibuscunq. atq. id natura cõparatum est, vt oĩa hæc naturalia sint, & agentia & patientia, media quoq. & termini; progressus itẽ ab vno ad alium terminum: sic de latione eiusq. principiis actu, potestate, & terminis statuendum est. Non igitur positione solùm, quemadmodum Plato dicebat, verùm ẽt & suprà & infrà & graue & leue sunt natura: atq. esse in loco superiore est natura cuiusdam; sic & alterius est esse in loco inferiore: & eius quod superius esse potest, suprà, infrà verò eius quod esse potest in infimo loco: illud erat leue: hoc verò graue. Nam q̃ suprà & infra sint termini motuum rectorum, nunq̃ dubitatum est apud eos qui mundum fecere finitum: quanuis illud dubitatum sit, vtrùm in cęlo sint differentię positurę natura ipsa distinctæ nec'ne, de quib. ẽt suo loco dicetur, ac demonstrabitur neq. item illic positione solùm, sed natura plures esse positurę differentias. Natura aũt quæ leue facit, aut graue, calidum est & frigidum, siue actu, seu virtute: nam calidum extenuat & attollit, frigidum cogit & deprimit. Ex quo de naturis eorum quæ sic afficiuntur, ita iudicare licet; vt, quemadmodum calidum præsefert rationem actus, priuationis verò frigidũ: sic leue sit actus; graue aũt vim subeat oppositę priuationis. Cęterùm sicut inter actus est ordo quidam, sic inter priuationis: & ex his aliqua prior,
B alia posterior est: quamobrem sicuti prior actus est ratio secundi; consimiliter priuatio prior habenda est analogicè ratio posterioris. Ex hoc verò efficitur, vt grauitas terræ quæ est priuatio primi gradus, sit vt rõ grauitatis aquæ quæ est gradus secundi: itaq. quod spectat ad motum, terra erit natura prior q̃ aqua: ideoq. motum aquæ optimo iure terminabit: tametsi, quantum est de gradib. actus qui à primo ente deriuantur, aqua est longè prior, atq. perfectior. Proin aqua item sic iudicari poterit locus terræ: erit. n. terræ perfectio, quippe nobiliorib. insignita qualitatib. Sed, cùm locus per se sit terminus motus, longè prius & antiquius est, terrã esse locum aquæ. Ergo leue & graue sunt duæ formæ à natura constitutæ, non ad nos, vt censuit Plato; quapropter, quemadmodum reliquę formę se habent, sic ẽt has se habere oportebit. At verò in cęteris formis potestas duplex obseruatur, altera per quam existunt in materia, atq. altera per quam erumpunt in actus secundos: idem nunc de graui & leui dicendum est. Nam si graue & leue calidũ frigidumq. cõsequuntur, planum q̃ id quod calidum esse põt, põt item esse leue, & id quod est potestate frigidum, itidem potestate graue est: quare potestas oĩs ad motus & loca naturalia in calido frigidoq. radices egisse videtur. Ob id igitur, sicut eadem est calidi frigidiq. materia; sic est ẽt grauis & leuis, sed illorum primò, horum verò ex con
C secutione. Vt. n. ex frigido calidum eadẽ, quòd erat potestate sic, inquit Arist.[a] quare & paruitas & magnitudo cuiuspiam sensilis molis, non insuper aliquid accipiente materia extenditur, sed quia potestate est materia vtriusq. quare est idem rarum & densum, & vna materia ipsorum est. est aũt ipsum quidem densum graue, rarum aũt leue. Vbi etiam vides naturam à frigido per densum, à calido per rarum, graue & leue efficere: nã raritas calidi, frigidi verò densitas est propago. Quòd verò pertinet ad actum secundùm, graue, & leue sunt potestates, per quas res ita comparatur in certo quodam loco esse queunt, nec in loco simpliciter, verũ in loco naturali, quippe q̃ sint sensiles formę, & à formis sensilib. ortum ducant: & cùm certum locum assequantur per motus naturales: esse in loco suo naturali præcipuus erit eorum actus origine prior, & natura posterior erit motus. Atq. hi quidem actus ad categoriam ipsius vbi referentur, nihilominus à forma substantiæ non segregabuntur eo modo quem anteà significauimus, dum de secundi actus ingenio verba faceremus. & motus quidem propter mutata esse, ac locus, quia formę complementum. Itaq. graue & leue in naturis optimè numerari valent. Hæc cùm sit grauis leuisq. natura non rectè ea definiri poterunt, q̃ ex pluribus paucioribus'ue partib. cõstituta sint. immo nihil obstabit, q̃ in maiore corpore sint partes multò plu
D res, leuius tñ existat: sed illud potius erit graue censendum, quod easdem partes simul habet cõcretas, quas antea leue habuerat dissipatas: præterq̃ q̃ leuitas & grauitas ita sumptæ, non erunt simpliciter, verùm & illę comparatè, cùm tamen ex his simpliciter in natura sint, quippe q̃ calidum & frigidum in natura summa reperiantur, vt vltra eos terminos non consistant, & densitas & raritas: ergo & grauitas item ac leuitas, ita, vt, sicut in mundo extrema reipsa sunt infimum & supremum in quib. hæc secundùm naturam manent, sic & illa summa reperiantur. Sed hæc mox plurib. agentur. Inde omnia concinunt, & mirabilis est rerum contextus, ac respondent extrema primis, media vtrisque, oĩa omnib. optimo ordine à summo rerum opifice dispensata. nec præter hunc ipsum infimum locum, qui est medium mundi, grauissimum quiescere potest, nec præter supremum illud, quod est cęli concauum, alibi simpliciter leue consistere valet: neq. vbi contra vllum aliud q̃ simpliciter leue, vt nihil aliud apud nos q̃ graue simpliciter. Et extrema igitur & media secundùm naturam sua loca sortita sunt, non sanè quę sint huiusmodi ex instituto, aut propter aliam quandam habitudinẽ.

[a] 4. Phys. T. 84.

Contra veteres, qui solùm caussas grauis & leuis comparatè perquisiuerint. Cap. X

APPARET igitur, q̃ grauiter ij ceciderint qui graui quidem & leui de medio sublatis grauius leuiusq. posuerunt, illud sic definientes. quoniam constaret è plurib. hoc verò quòd ex pau-

ciorib. ita vt,non secus atq. aurum quod maioris est molis,maius habet pondus , q̃ id quod minoris est;sic & id quod secundùm naturam ponderosius est: & cũ virtutis exuperantia duas habeat occasiones;alteram quidem ex profectu materiæ & adeptione potestatis;& alterã multitudinem eiusdem materiæ: illam accipiunt solùm ex multitudine partium quæ sunt eiusdem rationis, & cùm in materia,tùm in forma conueniunt,quemadmodum si forent Geometræ , apud quos & id quod superatur,& id quod superat,& quo : semper vnius materiæ rationesq. sunt : negligunt verò materiæ profectum,in quo multum de munerib.exequendis est positum. Sed progrediamur vlterius & sigillatim spectemus quid singuli professi fuerint,vt seorsum confutari queant, Neq.n.statuerunt oẽs vniusmodi grauium leuiumq. primordia.Siquidem Plato triangula grauium leuiumq. posuerit elementa. Alij verò Platone quidem vetustiores; attamen nouis modis,nec vnquam excogitatis de ipsorum natura decreuere: illa.n.conficiebant ex pleno & vacuo,plenum grauitatis, vacuum verò leuitatis caussam esse dicentes.Cùm igitur corpus quoddam plus in se pleni contineret, graue ipsum esse testabantur,cùm verò contra plus vacui,leue. Horum caput Democritus cuius simia fuit Epicurus: nanq. ex ipso Lucretius . E

Denique cur alias aliis præstare videmus
Pondere res rebus nihilo maiore figura ?
Nam si tantundem est in lanæ glomere quantum F
Corporis in plumbo est , tantundem pondere par est.
Corporis officium quoniam est premere omnia deorsum :
Contra autem natura manet sine corpore inanis .

Neque defuerunt etiam,qui graue & leue tenuitate crassitieq. definirent;leue illud existimantes quod tenue foret, graue aũt quod crassum. Sed quàm verè nunc videamus, Ac planum sanè si confiteamus hæc è triangulis,nullum fore locum graui & leui simpliciter, hoc autem illud est,quod perpetuò tale est,& cum quocunq. collocatum semper est tale,cuiusmodi ignem esse perspicimus, aut terram.quandoquidem terra vbiq. locorum & semper est grauis, & ignis cõsimiliter est leuis.Nam si è paucioribus triangulis terra constaret,profectò leuis esset,similiq. modo si è plurib.ignis esset conflatus,obtineret grauitatem. Sed nos,quo maior est moles ignis, eam multò celerius euehi perspicimus: similiq. ratione quo maior esset,deorsum facilius agitari deberet, multitudine illa triangulorum pondus afferent.atqui cõtrà se res habet : quod.n.minus est,celerius & facilius agitur, q̃ quod maius.idq. merito iureq. optimo, quando deorsum vi pellitur: at id quod violat, efficacius agit in id quod minus est,& vicinius,q̃ in maius,atq. longinquius . Rursus si è triangulis elementa omnia conflantur:sed ex his hæc leuiora; grauiora aũt illa; quòd hæc è paucioribus,è plurib.illa componuntur,poterit nonnunq̃ aër offendi,qui longè grauior sit,q̃ aqua.esto.n.vt illæ maioris sit molis;è plurib.triangulis erit compactus:at quod est huiusmodi,grauius sit necesse est: nihilominus aër est perpetuò leuior,quantæ vis ipse sit molis,vt quantus q̃tus ille fuerit , ex aqua semper enatet . Id bullæ monstrant,quæ ad eius superficiem euehuntur, vt, nisi fortè dum sit,vel à calore cęlesti qui materiã generationis in mari quoq. spontaneis suppeditat , vel ex animalium in aqua degentium motu & perspiratu,non aliter ibi aërem esse credendum sit:sed nihilominus iugiter efferetur ad aquæ superficiem.idq. solùm erit superstes,quòd assiduè gignitur:ac siqua machina supperat ad eum tollendũ, vt ne minimum quidem eius vestigium relinquatur , continuò glacies fiet . Itaq. non inculcatur in Arist. dicta repugnantia quam Galenus illi opposuit , [a] quia nunc aërem in aqua collocarit, & eius expressione glaciem fieri testatus sit: aliàs in aëre aquam esse neget.Nam,neq. ex aëris absentia glaciem constitui voluit,sed ex omnimodi caloris expiratione, & factum in aqua consistere voluit, eũ qui fieret,in eo loco adhuc versari negare nõ potuit, qui item adicenderet ad aquæ superficiem.Sed redeamus ad rem. Fieret item,vt si è primis eisdem, hoc est, ex elementis eiusdem rationis oĩa constarent,ea quæ sunt æqualis magnitudinis,ponderis item paria momenta habere oporteret:nunc lignum molis eiusdem plumbo leuius est. Nil igitur absurdius , q̃ grauia leuiaq. corpora è triangulis solis constitueret. Ob eam igitur caussam nonnulli grauia & leuia è duplici natura componebant,altera quidem ,quod plenum foret,atq. altera,quod esset inane. Ita multorũ problematum caussas afferre conabantur,vtputa,cur nonnulla,tametsi parua,tñ grauiora, q̃ alia multa sint quæ sunt longè maiora,nanq. id ex eo proficiscitur, q in illo maiore quod leuius est,vacui multum intercipitur,in minore verò parum,seruata nihilominus quadam rõne vacui ad plenum vt, si vacuum multum sit, ibi quoq. parum sit pleni,& contrà,sin id minus, profectò sequeretur,vt multũ auri põdus vel minimo igni leuius esset,in multo.n.auro plus inesset vacui,q̃ in minimo igni: sed plus grauitatis in auro reperitur,quia multò plus habet pleni,atq. ita quicquid Auerroës ipse dixerit, [b] cùm in simplicibus,tùm in compositis, ponderis & leuitatis caussas assignare possunt. ac grauitatis quidem ex pleno,leuitatis aũt ex vacuo. Sed neq. omnino caussas hi leuis & grauis simpliciter attulerunt. propterea q accipiamus ignim in quo plus multò dicunt inanis esse q̃ pleni,quid ꝓhibet ipsum tantæ molis esse,vt beneficio pleni paruam aliquam terræ portionẽ superet? ergo & ea grauior existet. Quòd si fortè respondeant: sicut ignis ille beneficio pleni superat terram ; sic ẽt merito vacui superatur ab ipsa . Ergo,inquam ego, nõ erit id graue simpliciter,sed semper collatione consistet: quia.s.aut plus habebit G H

[a] Lib. de vsu resp.

[b] 4.de cęl. T.c. 12.

A habebit pleni, aut vacui minuti, si verò primum ex his detur: existet aliqua terrę portiuncula quæ minus habeat pleni, q̃ maxima multitudo ignis. illo igitur igni leuior sit necesse est. Quod si alterum malint, cum possit reperiri terra quæ vacui plus q̃ ignis obtineat, ergo erit ipsa leuior igni, & deorsum feretur, cùm tamen id leuitate vincat quod est leue simpliciter. Fieri aũt non potest hoc, ꝙ simpliciter leui nil leuius datur. Licet. n. leuiori possit aliquid esse leuius, nam leuius idem quandoq. valet, ac min⁹ graue, at leui simpliciter nil est vtiq. leuius. Dicet aliquis fortasse pro illis, rõnes istas nõ nihil fallaciæ continere, siquidem à coniunctis ad diuisa cietur, aut à secundùm quid ad simpliciter ita dicendo. Nanq. accipitur plenum & vacuum seorsum quę tñ simul & cum aliqua conditione, hæc verò est eorum proportio, fuerant assumenda. Atqui neq. hæc fuga eos expedit ex imminente periculo, quando in maiore minore'ue igni potest eadem esse ratio pleni ad vacuum, exemplig. subseptupla, & tñ ignis maior multò citius concitatur, q̃ minor. Ita quoq. de grauib. iudicare oportet: si grauitatis caussam velint afferre proportionem vacui ad plenum. Accedit eodem, si vacuum est ascensus initium, cur & ipsum per se non ascendit, sed manet immobile? iam. n. hanc in vacui ꝓprietatib. numerari docuimus. Sed demus illud ferri sursum, & plenum deorsum: & quoniã ita cõponentia ferantur, composita item ex his, pro alterutrius victoria ferri: in methodo quoq. analytica peccatum est, neq. n. lationum caussas in compositis, sed in componentibus quærere oportebat.
B Siquidem pendeat vniuersa notitia compositorum ex eorũ intelligentia ex quib. cõponuntur, atq. primordiorum. quapropter aut de compositis caussa reddi non põt primordiis ignoratis, aut si eadem est in vtrisq. caussa, superuacanea est quæstio de cõpositis. Adde itẽ illud, si plenũ deorsum cõcitatur, vacuum verò sursum; compositum dissoluetur, neq. scdm oẽs partes eandem propensionem accipiet. Neq. n. hæc principia coëunt in vnam formam quæ vires elementorũ præseferat, vt ipsi volunt, vtraq. primordia propriam naturam cõseruant. Erit prætereà locus in loco: dum vacuo, quod instar est loci, tribuitur tendere sursum quod est properare in quendam locum. & locus inferior assignatur, vnde fertur. Oportebat ẽt reddere rationem: quapropter vacuum moueretur. non. n. dicere possumus propriam quandã ipsius esse naturam, cùm plenũ quoq. moueatur, quod à vacuo maximo interuallo seiunctum est. etenim affectio cõis hæc est, caussa tñ propria foret. Omnino verò & ij qui graue & leue crasso definiuerunt, eo noĩe sunt accusandi quia caussas simpliciter grauis & leuis reddere nequeant: neq. item cur inter simpliciter talia quædam media sint, aut ẽt cur illa grauitate & leuitate distinguantur, vt, ꝙ aër sit grauior aqua. Nam quanuis isti magis reddere possint differentias inter quattuor corpora simplicia, vtputa, quia terra superet reliqua elemẽta crassitie partium, ignis verò tenuitate; ideò leuissimus hic, illa aũt grauissima: deinceps aqua tenuior, q̃ terra, crassior aũt aëre, atq. hic igni. proptereà leuior aqua est q̃ terra, & grauior aëre: hunc autem leuitate
C superat ignis. Attamen & ipsis instar idem periculum: quia non erat eorum natura diuersa propensis omnib. eorum partib. ad eundem terminum, ac magnitudine vel paruitate solummodò discrepantib. Quare non hoc sursum tendit secundùm naturam, illud aũt deorsum: sed omnia sursum simul, aut contra: at hæc eminent & antecedant solùm, ista relinquuntur à tergo, aut quæ plurium sunt partium, è priore loco illa excludũt quę sunt pauciorum. atq. itidem si plures sint ignis maximi partes, & plures q̃ modicæ terræ, grauiorem ignem terra esse cõtinget. Quæ cùm sint absurdissima, nos etiam excitarunt ad inueniendam propriam grauium leuiumq. naturam, cuius auxilio liceat omnes obiectiones è medio tollere, & ad vniuersa quę de illis quæri solent, problemata respondere.

Vtrùm definitio grauis & leuis per motum tradita sit, an per quietem. Cap. XII.

HAEC quæ simpliciter talia sunt, vti dictum est, nomine exuperantiam notante exprimuntur; cùm grauissima & leuissima dicãtur: quanquam & hæc noĩe positiuo satis aptè significari possunt, quando ẽt positiuum institutũ est ad significandum id quod primò & summè tale est. Sed qm̃
D facilius nostra mens assequitur id, quod primo & summè tale est, cùm collatione facta cum iis quæ non sunt eiusmodi, grauissima & leuissima quę talem collationem præseferunt, definita sunt. Grauissimi definitio fuit hæc τὸ πᾶσιν ὑφιστάμενον τοῖς κάτω φερομένοις, i. quod omnibus subsidit, quæ deorsum feruntur. Leuissimi verò, τὸ πᾶσιν ἐπιπολάζον τοῖς ἄνω φερομένοις. quod est, quod euehitur supra omnia quæ sursum feruntur. Alias aũt grauis & leuis simpliciter allatas esse perspicimus: nanq. hoc ita definitum est, quod sursum fertur & ad extremum. illud aũt quod deorsum fertur & ad medium. Sed. n. multa ad horum definitiones pertinentia, tùm de sensu & veritate, tùm ẽt de ipsarum formula quæsita fuisse animaduertimus quæ tacitis præterire non licet. Nam primũ suspicari posset quispiam, non eandem viam tenuisse Philosophum in grauissimo & leuissimo, ac graui & leui definiendis, quanuis graue & leue simpliciter idem reipsa sint, atq. grauissimum & leuissimum: quippe ꝙ graue & leue per motum definita fuerint, contra ea quæ maximè sunt huiusmodi, per quietem definita fuisse credatur. Præterq̃ ꝙ definitionis officium illud esse constat, vt nob. ante oculos ipsam rem cum summa perfectione ponat: quoniam rei naturam explicare debeat, atque id quidem per caussas, & vt dici solet, à priori: at tum rei natura existit, vbi iam adepta est perfectionem, quæ item caussa est præstantissima & omnium prima. Cęterùm talis est ea definitio, quę traditur

traditur per quietem: siquidem quies sit finis omnis motus naturalis: quicquid.n.mouetur; idcirco mouetur, vt ad finem sui motus perueniat, & postq̃ consecutum fuerit illam formam, ad quam propendebat,& cuius habebat potestatem:in talem.n.formam instituitur, quicquid secundùm naturam mouetur,cum cessat motus,& vniuersus naturæ conatus; qui ex loco potissimè cognoscitur, quãdo tum forma est omnib.numeris & partib.absoluta atq. perfecta quæ iam ad actum secundũ, & illum quidem integrum perducta fuerit. Quamobrem varia de hac definitione iudicia facta fuisse comperio,nonnullis asserentib.graue & leue per motum,grauissimũ verò & leuissimũ per quietem fuisse definita,neq. id inconsultè factum, siquidem consimilis rerum naturæ definitio reddẽda sit,nimirum imperfectis ea quæ sit imperfecta; perfecta verò perfectis. Sed cùm elementa per se moueantur, cùm gignuntur, tum aũt imperfecta sunt: vbi verò perfecta fuerint,nisi quid obsistat, iam quietem adepta sunt; itaq. motu quies est perfectior:& grauissimum,si cum graui conferatur; perfectum & absolutum quid est: propterea grauis definitio per motum, vt imperfecti per simile imperfectum;grauissimi verò per quietem,ꝙ vtraq. perfecta sint,assignata fuisse censetur. Satis aũt apposite sic ab Arist.factum,qui cùm 1.de cęlo corporum perfectionem exploraret,& de cęlo dissereret,quod est oĩum corporum perfectissimum,acceperit ẽt graue & leue, tanq̃ perfecta,eisq. definitiones perfectas assignarit: alibi verò non curarit, vbi de graui & leui seorsum verba facturus fuisset. Incertus consilij fuit Simplicius: nanq. interdum eorum definitionem, in quib.exuperantia cõtinetur,per quietem sanè traditas fuisse testatur (fuerat aũt hæc opinio cõis) sed tamen & eã in qua ineiset quies,imperfectam esse opinatur, ꝙ vniuersam rei naturam nõ exprimeret: etenim corpora naturalia geminas habent facultates & mouendi & quiescendi: quandoquidem muneris vtriusq. fons est ipsa natura.ideò cũ vtraq. definitio alterutrum tantummodò munus accipiat, perfecta esse non põt: sed tñ ex vtrisq. vna, atq. illa quidem absoluta extabit,vt puta,quod fertur ad mediũ, & in medio quiescit: quod ferť ad vltimum,& ibi manet sc̃dm naturam. Idem quoq. videtur aliàs existimasse oẽs has definitiones per motum fuisse traditas, & leuissimi definitionem sic interpretandã putauit,quod euolaret i.aut citius, aut sublimius,q̃ reliqua,ferretur. grauissimiq. identidem,quod pari rõne deorsum cieri posset. Equidem ita credo, vtranq. definitionem ex motu fuisse constitutã: & talem huius methodi magis esse propriam. Neq. illud obstat,ꝙ enatare & substare vsurpentur,q̃ ignaro rerũ naturaliũ quietem significare videantur:neq.n. voces istæ indicant quietem,sed motum præseferunt: tametsi ἐφίσταται & ςάσις quietem notant instantem atq. iam iam imminentem. [a] illud .n.sibi volunt hæ voces,vt tendatur in quietem,at quod ita operatur,adhuc necessariò mouetur: & nisi moueretur, non amplius tenderet in quietem,sed iã quieuisset,atq. illius duæ species efformari possunt quæ significent terminũ ad quem: cui cum proxima sint,mox quietem adeptura sunt.euolare.n.indicat processum versus extremum, substare aũt versus medium. Vtra verò ex iis definitionib.sit perfectior, an'ne ea quæ complectitur motum; an potius illa quæ continet quietem; neq. de hoc ipso facile iudicium esse puto. Nanq. & si quies motum perfectione superat, vtpote eius finis, & primus naturæ scopus:at in definitionib.non tam id quod natura prius, quã id quod notius est, persequi iubemur: qñ & id quod notius nob.est,nonnunquã pro principio constitui põt. Ex horũ ingenio motus est,quippe qui sit euidentior quiete. Quoniã verò quies & motus sunt secundùm & præter naturam; meminerimus oẽm motum semper nob.esse notiorem,ob eam caussam,quæ olim reddita fuit:est.n.vt habitus ad quietem. Sicut ergo priuatio noscitur ex habitu: sic quies ex motu cõnoscitur, neq. aliter àc docuerit Arist. [b] ex facultate sanandi cognosci item facultatem inducendi morbũ. quocirca iubebat, vt in definitione potestatum altero è contrariis, illo.s. quod præstantius foret, vteremur.ita nunc decernendũ est graue & leue,quæ sunt facultates,exponi cõmodius p motum,quàm per quietem,&.potius additam fuisse quietem ex abundanti, quàm ob aliquam intelligentiæ necessitatem. Nam quies,siue secundũ,siue præter naturam, est nob. semper ignota, & eiusmodi,vt ex motu cognoscatur. Ob notitiam igitur motus,& ob iura nostræ methodi, de quib. aliàs abundè disseruimus:nam recipit libentius motum, ꝙ illi oppositam quietem, [c] & vult definitiones naturales tradi per motum,quia magis exprimat nob.materiam sensilem ex cuius speciali contemplatione scientia naturalis ab omnib.aliis segregatur,quã faciat ipsa quies, arbitror definitionem, q̃ traditur per motum esse præstantiorem,& per seipsam esse satis idoneam explicare principia rerum natura constantium: quietis verò officium in definitionib. aut non esse necessarium, aut summum ex ordine secundo. Sic vtrasq. definitiones per motum traditas fuisse constituemus.

[a] 5. Phys.
[b] 6. Top.
[c] 8. Phys.

Soluuntur dubitationes nonnullæ contra definitiones grauis & leuis, atque ibi quædam de generatione montium adiunguntur. *Caput XIII.*

NEQVE nos fugit variis modis agitatas fuisse definitiones propositas, ac multis obiectionib. fuisse tentatas. Primùm quidem,ꝙ quærunt philosophi naturales,si extra suum locum tota terra fingatur,eademq. maximo impetu princeps in ipsum redire cogitetur; qñ illò peruenerit, transeat'ne mediũ,an potius ibi consistat: cur.n.non transeat, cùm videamus in aliis ẽt reb. quæ magno conatu feruntur,transilire limites institutos? & nos item complura exempla suprà contulimus, &

eorum

A eorum caussas diligenter exquisiuimus, vt nil de hoc dubitari possit. Est verò philosopho dignũ expendere similitudines rerum, & quod in aliis vsuuenit, nisi discriminis ratio succurrat, in proposito approbare. Si ergo terra mediũ transit, ascendet igitur, idq. secũdùm naturam, qñ nullum apparet aliud externum mouens, quod aliquam vim illi afferat, & mediũ non erit locus eius naturalis, neq. grauiũ simpliciter: cum tñ illud compertum habeatur terram esse grauissimam, & in medio manere secundùm naturam. Secundò non videntur hæ definitiones cũ grauissimo & leuissimo congruere: quandoquidé & ignis in terræ viscerib. cõditus reperiatur. καὶ γὰρ ὑπὸ γῆς εὐακὲς ἀσίπυρός & vt alicubi dixit Empedocles Πολλὰ δ' ἔνερθε ὕδεος πυρὰ καίεται. ex quib. vt ille dixit ignis fluentis feruor in aquis, & oĩs balneorum rõ ducitur, & fortè metallorũ, terræq. partes quæ item superãt altitudine secũdam regionem aëris in qua vestes consistunt, aut si id tibi dare molestum forrasse videatur, accipe id quod omnib. est perspicuũ, illas excedere prima regione, in qua nullus, aut exiguus humor concrescit. Postremò si id graue est, aut leue quod sursum, vel deorsum concitatur: vbi verò terra & ignis & oẽ adeò corpus naturale in sua loca peruenerunt, manent, neq. mouentur: aut igiẽ grauia tum leuiaq non erunt; aut, si talia sint, graue igitur & leue non erunt definienda per motũ: q si in eorum definitione quietem contenderis esse sumendam; ergo tum grauia leuiaq. fuerint, cũ propria loca fuerint consecuta; extra ipsa verò quando mouebuntur: nil eis hmõi conuenire poterit, itaq. non rectè nob. exposuerit Arist. graue & leue per motum: sed opus fuerat vti quiete. Si ergo definitionib. iam diffidere incipimus, quæ fides erit cęteris habenda? Quid illud, q definitio breuis & dilucida sit, si tot dubitationib. obsidetur? & tot verborum circuitionib. est illustranda? An tũ est perspicua, cùm iam confecta est & ad exitum perducta, & iam per nota nobis explicata & ex illis quodãmodo expressa; ac sit intereà satis, si eiusmodi assignetur, vt pulsis vniuersis obiectionibus cõsistat. Nanq. hæc oĩa Peripateticè sic diluere licet: tametsi terra, si sic mouebitur (etenim quid nos de hac re sentiremus, anteà significauimus) non erit ille motus naturalis & eius proprius, sed adscititius & externus, siue sic ab impellente concitetur, siue ẽt ex aliqua alia caussa socia contrahatur: at nos hîc caussas exquirimus, quæ sint per se, & agimus de motu naturali. Cùmq. definitio solam rei essentiam debeat explicare, & eius naturam velut arboris partes vtiles relinquere; accidentia verò oĩa putare; propterea quod spectat ad alteram difficultatem; memento duo similiter in his desiderari definitionib. vt res oĩs secluso impedimento, aut alio quouis accidente, per seipsam spectẽ: deinde vt eorũ corporũ facultas solùm consideretur, non actus; siquidem hic mutari possit, & salua potentia qñq. vacare, ex quo accidens esse perhibetur; & efficitur, vt ẽt si actus sit substantiæ perfectio, nihilo magis aduertatur; quia restet sola & nuda facultas non actus. Idcirco, quanuis in terræ cauernis ignis retineatur, ibi vi continetur, & prohibetur, quominus euolet. aufer impedimentum, iã primùm ad suum locũ euehetur. Sic montes extant, & vsq. ad tertiam regionem aëris porriguntur, quæcunq. sit eius rei caussa, de qua mox aliqua dicentur. q si ad montium radices excaues, & ipsi montes ruinas protinus minabuntur, & in planitiem consident. Quamobrem & si partes illę actu non mouentur, quin potius actus ipse impeditur; natura, facultasq. secunda nihilominus supersunt. Qm̃ verò quædam de altitudine terræ, montiumq. elatione tetigimus, & variæ caussæ à philosophis afferuntur talis elationis, siue consilium naturæ studentis relinquere locum terrestrib. & spirãtib. seu vis ipsius Solis spiritum è terræ viscerib. excitantis, & velutí in tumorem quendã terræ partes attollentis: & nuper ẽt à Cardano & Scaligero de efficiente caussa & fine longè aliter decretum est: quanquã ea speculatio potius est meteorologica, quia tñ in libris de cęlo ab Arist. significata est, in quem locum præsens quæstio refertur; non fuerit alienũ à proposito, ni fallor, aliqua item, postq̃ occasio data est, de hac ipsa re vestigare. Neq. vnã esse planè talis euenti caussam facilè persuadear. vt.n. in cęteris euentis naturalib. efficiẽs, & finis obseruari solent; ita de fine & efficiente in re nostra mentionem fieri perspicio. Sed illud admirabile, q de materia nil apud ipsos habemus constitutum, quanuis ad hoc opus concurrat, & eius officiũ maximè desideretur: vt nihil aliud dicere possimus, q̃ q aut oscitanter prætermissa sit, aut cõis apud oẽs de ipsa consensus silentio totum hoc obruerit. Cęterum & pietatem profitenti, finis, si statuatur respirantium salus, ne sub aquis, nisi montes extarent, terram vndiq. circundantib. degere cogerẽtur; haud absurdum meritò videri possit: sed quod pietas credere iubet, si ex certo tempore mundo fuerit initium; eadem caussa, quæ terram crearit, montes vnà cum ipsa produxerit: at cum Peripateticè mundo nulla origo extiterit; ad astra necessariò confugiendum, quæ suaui vapores ex intimis terræ faucib. ad terræ superficiem trahant; vnde stare loco nescientes, è terra conentur erumpere: at cum terra propter societatem corporum humidorum tenax sit; extendatur ipsa & in tumorem attollatur: vbi longiore temporis tractu ab astrorũ calore perpessa obduruit & in lapides aliqua ex parte conuersa veterem illam extuberationem retinuit: subinde vaporis alterius generatio priori superueniens terram extulit in sublime. Verùm more Aristotelico finge terram olim genitam, Cur non ẽt rotunda cùm prius esset & intra perimetri suæ terminos permaneret, in ea parte cum aquis exhausta locum vallib. dedit, & ab aquarum influxu debita, & hîc excauata, alibi aggerata, alueos fecit fluminib. & mari, & alicubi consedit in planitiem? Neq. huic ordini naturæ progressus refragatur; quippe q & apud nos & apud antichthonas torrida zona sit inferior mundi plaga, in quam omnia fluenta demum confluunt, & efficiunt locum

aquæ

aquæ proprium,qui per accidens est mare,contracta salsedine ob illas caussas,quas alibi recitauit ti bi Philosophus:adeò vt non vna elationis caussa ab efficiente nimirū,sed a materia peti quoq. posse videatur. At verò illud,quod à quibusdam hoc tempore de illorum fine defendi perspicio,nō satis arridet:ad id montes esse productos,quęcunq. illos caussa produxerit, vt esset receptus aquarū, vt inde transmissæ suo loco redderentur. Etenim quia sublimis sit & cauernosa terra in partib. illis, ibi gigni aquas & recipi:quoniā verò sublimiores sint,q̄ reliquæ terræ partes,effici ex illo,vt ad ima loca redire cogantur. Hoc igitur ex necessitate materiæ cęteroqui ductum finem quendam assecutū fuisse videtur. Verumenimuero si nihil aliud natura respexit, q̄ vt aquæ & ibi gignerentur, & inde ad sua loca transferri possent;fuerat id à natura satis apparatum per illum ordinem,quem inter elementa,quæ sunt oīum prima corpora constituerat,& per figuram,quam ipsis pro singulorū propēsione assignauerat,erat aūt rotunda;nam sic mutuò sese amplectabantur,vt terra infimam sedem occuparet,eam aqua inundaret,superior aër,ignib. altissima ora redderet inter caduca. cęlum oīa hæc ambitu suo,tanq̄ gremio contineret.& sic vnumquodq. ex illis corporib. locum suum conseruaret. Atq. hic erat eorū ordo,quē sapientes natura priorē prædicant, q̄ ipsius carētiam & perturbationē. Sic igitur,dum aqua secundùm naturam in suo loco seruaretur, quid opus fuit producere montes, vt ab illis in proprias sedes aqua efflueret? certè aliud voluit ipsa natura. & quiddam sublimius respexit,dum ad tantam altitudinem terras extulit & montes extruxit. & eodem instinctu, quo confudit elementa,eorumq. virtutes extra propria loca temperauit,vt species.f.animantium existerent & se commodè tueri possent; nam talis est natura conditio vt contendat in melius. Itaq. terras euexit,vt illorum vitę commodisq. prospiceret. Quamobrem & hìc finis apparebit, qui planè necessitatem materię consequatur,vt,cùm terra sic afficiatur ab astris,etiam det locum ortui, & conseruationi animantium. Atq. hæc pro re breuiter decreta sint.

Explicatur an'ne graue & leue sint in proprio loco. *Caput XIV.*

AD illud verò quod de graui & leui quærebatur,vbi sunt in suo loco. Memento sic nos ab Arist. fuisse monitos graue & leue propriè significare potestatem:hęc aūt motu determinatur,atq. illo quidem qui fit ex natura:talia sunt,quia moueri aliquo modo naturaliter possunt, quamobrem sunt potestates naturales,& de secunda specie qualitatis. Sed cùm motus sit actus quidam imperfectus,& desinat in quietem,vt in eius perfectionem;dubium esse pōt, cùm graue & leue sit quod naturaliter moueri pōt;an ēt potestas ad quietem,qua finitur motus,in eorum rōnib. includatur. Nam si hæc,quoq. significant id quod quiescere pōt.illud ēt descendi posse videtur; elementa in suis locis grauis leuisq. nomen adhuc retinere.φ si grauia tum,leuiaq. non sunt, vbi proprium quæq. locum occuparunt; iam potestas eorum motu solo contenta est,& quietē respuit. Rursus si potestas actu per se terminatur,& ea potestas cum motu cessat & desinit in quietem;haud satis erit planum quid sibi voluerit Arist. dum aliquādo dubitat, [a] an actus grauis & leuis habeāt propria noīa quib. exprimantur,& si quod habent,illud ῥοπὴν i. propensionem esse affirmat;nanq. iam illorum actib. imposita erant noīa ab eo diuersa quod tribuit ipsis Arist. nimirum motus, dum sunt extra propriū locū,& quies in proprio loco. Primam sanè quæstionē obscuram efficiūt,tùm dicta Philosophi si in verborum vi persistere velimus: nulla.n. mentio facta est de quiete, tùm itē grauissimorum hoīum auctoritas:siquidem Alexander, [b] Themistio teste,necnon Philoponus, elementa in suis locis grauia, seu leuia esse negauerint; & alij philosophi testati sint grauitatē in suo loco, & alieno ambiguè dici. Ex aduerso docuerit Arist. reniti terram,ne de suo loco pellatur,ipsa grauitate,& Auerroës ꝓnuntiauerit grauitatem esse caussam motus & quietis in medio. Opinor equidem cū potestas graui tribuitur nonmodò definiri motu, verùm ēt necessariò quiete. nec ea quidem gn̄ali, sed quæ est in proprio loco & naturalis. hæc.n. est absoluta consummatio motus:& quamuis sit ignotior motu, tn̄ quia natura prior, motus item naturalis in eam resoluatur oportet: propterea quamuis non apertè contineatur in definitione,saltem ex consecutione includatur:etenim nō dicitur in graui solùm potestas esse ad motum, sed additur ēt terminus motus,nempe ad medium,quò cum mobile peruenerit,ibi quiescit suapte natura. Verùm dicet aliquis,qui fieri pōt,vt in ea definitione quietis notio cōtineatur, cùm nonmodò non appareat quies,sed perspicuè quoq. excludatur? nanq. accidens conditio limitat graue ad alienum locum in quo secundùm naturam non quiescit:etenim accidit hoc vbi graue sit extra proprium locum. Præterea quod genus hoc definitionis est,cùm per attributa tradatur quæ sunt obnoxia tēpori? neq.n. secus hæc definitio procedit, àc siquis ficum definiat per facultatem edendi poma,quod certo quodam tēpore prorumpit in actum: & qui sic definiet, incidet in vitium quod vim corrumpit non mō definitionis,& demonstrationis, quæ arctis quibusdam legib. adstringuntur,sed ēt syllogismi qui multò solutior est;circunscribat graue,& leue certis locis & cōditionib. definitio verò & demonstratio,atq. item syllogismus [c] rem simpliciter accipere debeant,& ab oī præfinitione temporis abstractam. Neq. vt mea fert opinio, valet;si loco naturali cuiusdam totius elementi latitudinem assignemus quam partes occupent quantitatis beneficio distantes,nihilo minus primum quendā terminum, vt centrū in vniuerso possint adipisci, siquādo partes inferiores subtrahatur.

[a] 4. de cęl. T. 2.

[b] 2. de An. T. 117.

[c] 1. Pri. c. 15.

A subtrahantur. Aut ēt φ in quiete scdm naturam conseruari videatur ea potestas ad motum, quia, si-cubi eueniat, vt ex loco suo pars aliqua pellať, hēat tñ in seipsa vim cuius merito pristinā sedem recuperare valeat: Nanq. hæc aliq̄ violentiā secum afferre videnť & quiddam ex euento, & aliquid cuius potestas non insit; nisi latius ptãtis vocabulo patente, nō dū labefactata vi formæ, qñ tum primū accedat materiæ ptãs, & impetus ad nouā formā, in quo ēt multum inest accidentis & fortuiti, quod mirum q̄tum definitionem corrumpat: aut si locus ꝓprius hēt latitudinē; sint graues ꝓpriè partes; φ ēt tum exercere queant eā vim qua prædite sunt, dum adhuc agi pñt vsq. ad centrū, qui est verus grauium locus. pp quā item sese vicissim pellunt, & opprimunt studentes q̄rere centrum; ob eamq. caussam docuit Arist. terrā esse globosam. [a] hæc. n. oīa sunt actus ipsius grauis. Verùm pone tibi ante oculos eā terræ partem, q̄ primò posita sit in cētro terræ, quæ nā obsecro facultas in illa ad motum? nanq. potestas eo tpe actu superueniente vacauit, nulla existente occasione, pp quā moueať, cùm iā mobile consecutum fuerit finē cuius gratia mouebať, & pp quod ea facultas mobili data erat: neq. n. pellitur è loco ab alijs partib. opprimentib. aliter infinitus esset partis cuiusque motus non habens quo terminetur; *-Fecitque cadendo.* [a] 2. de cœl.

Vndique ne caderet, medium totius & imum est.

Itaque contractis consistunt corpora plagis,

B *Et concurrendo prohibent in longius ire.*

Equidem in iis vocib. graue & leue ambiguitatē contineri censeo quippe φ & habitum significari putē qui per gñationem contrahiť, & dum fit, ꝓmouet mobile ad suū locū: postq̄ factū est, in suo loco cōstituit: & actum quoq. qui in eo cōnsistit, vt extra suū locū manens in illū cōtēdat opprimēs, & impedientia ꝓpellens, qđ si ꝓprio noīe notare velim, pōdus appellauerim, qđ in extētione poniť & mole, nō in intētione formę & ptãtis, de quo itē multa posthàc; vbi ēt docebimus, cur elemēta in suo loco, & in vniuersitate pōdus nō hēant. Dico igiť de hoc postremo grauis significatu verba fieri, atq. hūc elemētis in ꝓprio loco negari, & verè dici ῥοπὴν, qđ est momētū, & ex oppresione descensuq. pcipiť, & ꝓprio loco finitur, & quiete naturali. Quanq̄ eius auctorē facio alterā grauitatē q̄ habitus est, & ꝓinde ptās, cuius itē actum duplicē esse affirmo, & hūc qui apparet ex motu, & est impfect⁹, atq. alterum qui est absolutus & quiete cōsistit. Itaq. neuter actus ab ea grauitate separať q̄ exhibeť à gñante, & verè habitus est; quod ēt magis psuadebiť, si illa audiamus q̄ nos olim docuimus, dum explicareť illa qō cur ī fine ea, q̄ scdm naturā feruntť, ocyus moueanť. fit. n. intētio grauitatis. sicut. n. fit albius in ꝓcessu, vt deniq. ad extremum sit altissimū, sic ēt fit grauius, vt in fine motus sit grauissimū, eiusq. munus est nō moueri, sed in loco naturali requiescere, idemq. euenire videreť, si grauitas in ꝓcessu augesceret, & in extremo extingueretur, ac si id qđ albescit, in fine motus esset nigrū: neq. ptās ab actu pficereť, sed actu superueniente ꝓrsus interiret. itaq. cōpositū nō esset altero è principiis cōponentib. interēpto. Hoc sanè mihi ꝓbabilius vř. Talis igř est grauitas quā à pondere distinguimus, vt sit habitus lōgè differēs ab altera ptãte q̄ est ex eo gñe qđ actu supueniente terminať, & in habitudine posita esse vř, & ab actu descendit qui comitať elemēto extra ꝓpriū locū, cùm sit altera illa grauitas habilitas q̄ substãtiæ iugiter manet affixa, & extra ꝓpriū locū est ptās facilè patiēdi, q pe facilè mouēdi ad suū locū. & simpliciter ac sp potentia difficile mouendi ad locū alienū, in graui quidē ad superiorē, in leui āt ad inferiorē, & longè prius ptās manendi in suo loco, q̄ tum pfecta est, cùm ibi iā est, & vbi sit extra ipsum, ptās eò perueniēdi, qđ fit p motum. Ob id facilè credimus ēt contra Alexandrū vim grauitatis & leuitatis in ꝓpriis locis superesse, qui tñ pōdus & leuitatē illi oppositā tollimus in suis locis, q̄uis absurdum nō reputemus si graue & leue in suis ēt locis describāť actu qui sensui notior est. Iā. n. sæpè dictū est rōnē naturæ magis elucere in motu, cùm verò exerceať, vbi elementū sit extra ꝓprium locum, facultas itē illa magis extra ꝓprium locū q̄ in suo loco sese ostendit. Proinde siqui tueri velit grauis leuisq. definitiones solum motum accipere, & ꝑtermittere quietē, nisi quatenus ex cōsequenti quies indicať notione motus oīa largissime subministrãre, quēadmodū apparet ex iis vocib. στάσεως κὶ ἠρεμήσεως, vt olim docuim⁹; nō erit mea q dē snīa culpād⁹. Itaq. nec motu solo determinať definitio grauis, neq. tpe circūscribiť, aut aliqua cōditione: siquidē simpliciter accipiať ꝓpensio, & habilitas ad suū locū q̄ sanè in quiete pfecta est, p motum verò pficiť, nulla tpis habita loci'ue rōne. Ceterum & si habilitas hæc adhæret assiduè substãtiæ, nihilominus ēt infinitas q̄dā ipsi inhæret cùm ab ea possit actus aliqñ separari, itaq. ptās est, atq. illa quidē scda: hæc verò actu p se determinať, qui sanè in iis q̄ natura mouenť, est duplex, imperfectus dum moueňť in suum locum, perfectus āt in ꝓprio loco, oīno intermissus, cum aliqua vi detinentur in alieno. Verùm φ sp in ꝓprium cōtendere nitunť, nihilominus oppresione testanť impulsum (grauia nanq. vt notiora nobis accipio) qui est initiū actus. hoc qđ est impulsus & oppresio, dū manēt in alieno, & dū inter mouēdū impedimēta depellūť, ῥοπῆς noīe expssa fuisse puto ab Arist. Ex hoc igř, qđ in habitu inest rō q̄dā infinitatis, cū sit ex ordine ptãtū; efficiť, vt sp impēdeat metus alicui⁹ mutationis: ꝓinde tpi obnoxiū redditť, ēt si possideat actū: iā. n. singulare factū est, & pinde caducū: quare quēadmodū bona valetudo qua nunc fruor, actu cōsistit q dē, sed cū à cōtrariis, vel cū victoria, vel citra victoriā q̃at affligi, adhuc otio & ābulatiūculis matutinis eā cōseruař studeo. hoc certè nō actū pñtē respicit, sed futurū: illā. n. ego percupio quā non dum habeo: & in illā, quasi non hñs, oī conatu cōtendo, & quasi hāc nō

habiturus,oĩ diligentia tueor,actus quidẽ non interpellat,ideoq́.vnus est:verũ non eodẽ mõ se hñs, E
nec idẽ ꝑsus respiciens:cùm sit simpliciter,si habitudinẽ ad oppositum demas. si oppositũ spectes,
iã potestatis specimen retineat,& tpi addicat,tùm q interrumpi posiit,tùm ẽt,q affectus à cõtrario,
locum suũ retinere studeat.neq. aliter ꝑsus àc siquis bona posſidens,& otiosus in possessione manens,vbi vocet in ius;posſidet quidẽ,quo vsq.nõ pellit,sed nõ sine molestia. Idẽ igit actus posſidẽdi,sed nõ eodẽ mõ.ibi nulla cõtrouersia,neq.amittendi suspicio,hìc cõtra magnę lites,& maximũ ab
aduersario piculum,& aliqua veteris cõditionis imminutio.nunc si p idẽ ius, cui⁹ beneficio.venit in
possessionẽ bonorum,aut in ea retineat,aut deturbatus aliqñ redeat,apparet posſidendi ptãs, q a cõ
stitit eum nõ posſidere posse,q̃ vt planè vides,est subiecta tpi, quaten⁹.s.posſidet sanè, sed põt qñq.
non posſidere.Ita igit graue actu est in suo loco,& ita est actu, nullãq. potestatis rõnem in se hẽt,sed
cùm ibi sit,quia p̃t olim nõ esse;verùm p idem ius,eademq́.principia,p q̃ iã locum suum occupauit,
cùm & retineat,nisi vincat,& victum ꝑperet eodẽ;fit vt in suo quoq. loco potestatis specimẽ appareat q̃ tñ cum actu cõsistat. Cùm ergo notio quietis in motu virtute cõtineat & sit actus quidã existens ex grauitate q̃ habitus est,dum extra ꝑprium locum detinet elemẽtum, & dum fert ad ipsum,
vbi extra ipsum est;significare voluit Arist. nõ actus qdem simpliciter grauis aut leuis seorsum , vbi
sunt extra ꝑprium locum,noĩe vacare:est.n.quidã eorum actus motus;multoq. minus eum q gñaliter ascensum descensumq́. cõprehendat,quasi sit nomen gñis cuius hę sint species, sed eã vim, conatum,atq. impulsum ex quo cùm extra ꝑprium locum est,existit motus obice depulso, aut impetus in ipsum,qñ ꝓhibet:nam talis vr̃ esse facultas eius vocis *ῥοπή*: ppeà trãsumit ad ea significãda q̃ F
p põdus mensurę subiiciunt,q̃ affert,vt dixi,oppresſionem,existit ãt *ἐμφύτῳ ὁρμῇ*.i.ex impetu innato,& in grauib.potisſimè pſpicit.Puto igit sic interpretanda esse verba Philosophi.Proinde neq. deficit,qđ ꝓ Alexandro posſit afferri, quia nimirùm nõ spectauerit habilitatem substãtiæ,sed genus illud grauitatis,& vim agitãdi medium q̃ si superet impedimentum,desinit in motum,& ad extremũ
quiete naturali finit;aut si habilitatem ipsã dicere voluit, eius rõnem formalem in ptãte collocauerit,nihilominus accepta materialiter sit superstes. Nãq. & si ptãs accepta formaliter actui repugnat
at potestas,vt subiectum,seu principium,&,vt aiunt,materialiter,non repugnat. Atq.ita res in grauitate ꝓcedere vr̃,vt in motu. Auget.n motus vt forma fluens in ꝓcessu ; ad extremum nullus est eius
fluxus.Ergo tendit ne ad nõ esse forma fluens?nequaq̃ ; sed fluxus interit forma,tum maximè est,qa
mõ pfectiore inest in quiete,quod.n.partibiliter extabat in motu,id vniuersum quiete,simulq́; consistit.ita & grauitas in quiete & cùm forma perfecta in ꝓprio loco inest modo quodam perfectiore,
nec interit. Remanent igitur hæc materialiter , intereunt formaliter duntaxat : itaq. denominatio
non sumitur ab illis. Sic igitur graue significat potestatem,vt dixit Arist. nec remanet in proprio loco,quemadmodum Græci dixerunt. Alterum ergo sensum ex his Græcorum dictis abhibendum esse putamus , si illis patrocinari libeat . G

Alexandri dictũ de potestate grauis & leuis,& quæ cũ ipso Themistius & Auerroes dissrat. C.XV.

VERVM enimuero neq. definitio sola grauis & leuis ab Arist.asſignata,quæ solum motum accipere vr̃:neq. notio grauis & leuis q̃ continet potestatem ad motum, cõmouerũt Alexãdrum,
aliosq. philosophos,vt ita sentirent,sed illa rõ, quã obiecit Anaximandro Arist.existimanti caussam
terræ quietis esse similitudinem, quod item cùm ad rẽ nostrã faciat, & per se ipsum sit difficile , vt à
maximis sectæ Peripateticę patronis Alexandro,Themistio,& Auerroe in controuersiã reuocatum,
& admodùm perplexè scriptum fuerit à Themistio; ẽt loco ipso nos admonente conabimur Alexandri Themistijq́. sñias explanare . Quemadmodum ergo supra dictum est, Arist. probaturus immobilem non ob id manere terrã:qm̃ similiter vndiq. se haberet ad cęlum , argumentabatur ẽt hunc in
modum. Quò fert pars,eodẽ quoq. ferri totum sm̃ naturã:& quò ferunt hęc scđm naturã,ibi quoq.
manere scđm naturã: transferebat Alexander has rões ad caussas: quia.s.eadem foret caussa motus
& quietis:sed cùm similitudo,quam *ὁμοιότητα* appellat Arist. *ἰσορροπίαν* aũt ipse Alexander,non sit H
caussa motus,sequit item,vt caussa quietis esse non posſit. Agitat verò Themistius hanc explicationem tanq̃ obscuram;vtrumúe verò tanq̃ falsam repudiet,haud ausim affirmare,sed crederé potius
eum illi conari lucem afferre. Nã conuenit inter ipsos naturã esse caussam motus & quietis,q̃uis absit oĩs similitudo.sed tñ hoc vr̃ aduersari:qm̃,sicut videndi facultas est caussa visionis,quæ similis est
quieti:est.n.functio perfecta,nõ aũt ambulationis,ita quispiã censere posset vnã esse caussam qtis ,
aliã verò motus.Præterq̃ q falsum est,eandem esse caussam simpliciter motus & quietis. Nanq. eadẽ caussa,eodemq́.mõ sumpta semper eiusdem caussa est:atqui motus & quies eadẽ non sunt. Nõ
igit eadẽ eodemq. modo se hñs caussa motus & quietis esse põt. Itaq. hoc ẽt perspiciens Alexander
statuit,elementũ,dum quiescit scđm naturã; hoc verò fit in ꝓprio loco:graue nõ esse,aut leue;quasi
sit alia rõ naturæ mouentis & sedantis.neq.n.vno eodemq. mõ se hñs potest esse vtriusq. functionis
caussa.Si grauitas igitur est caussa motus,nõ poterit vllo mõ auctor esse quietis: aliter vna eademq.
caussa eodẽ mõ se hñs esset effectuum diuersorum,immò oppositorum. Sed tum quæro, si terra adhuc graui existente,quies in ea reperitur,an hæc ex impedimento nascat;an nihil adsit,quod impediat.Si primum dederis,vtiq. fuerit ea quies violenta & contra naturam.q si nullũ adsit impediens;

& tamen

A & tñ ipsa manet, profectò per se immobilis sit necesse est. Planum igitur ꝙ grauitas est caussa quietis non aũt motus, aut non huius quidẽ simpliciter, sed vbi non adsit impedimentum: atq. id, vbi terra sit extra proprium locum. Quapp ad id, vt natura sit caussa motũs; hæc duo requiri videntur; vt sit extra proprium locum id quod graue est, neq. adsit impediens. Alexander igitur caussam gñaliter accepit, quæ sanè variatis conditionib. esset caussa motus & quietis, nẽpe natura per grauitatẽ eiusq. priuationem; & sic potuit Anaximandri placitum confutare. Hic tu ẽt vides, vt nõ id refutet Themistius, ꝙ elementum in proprio loco graue non esse, constitutum sit; quasi accedat Alexandro; sed illud solùm, ꝙ grauitas non efficit motũ in actu, nisi adsint illę cõditiones. Et certè à Peripateticorũ doctrina nõ abhorret, vnã esse oppositorũ caussã gñalem, ꝓprias verò singulorũ. Nã medicus est artifex salutis & interitus idẽ ad numerũ cũ sit, verùm salutis per se, & sc̃dm artẽ, interitus aũt cõtra pcepta artis, & per accidens. sic natura caussa motus est & quietis, sed motus per grauitatẽ, neq. per eã simpliciter; verùm vbi sit elementũ extra suum locũ, neq. adsit impedimentũ. Etenim ad argumentũ illud Themistianũ facilè rñdere posset Alexander, primũ includi in hypothesi repugnantiã; nimirũ manere terrã ex vi interni principij, & superstitẽ esse grauitatẽ. Deinde doceret, vt ẽt in elemẽto, dũ gignitᵣ aliquid factũ superest, aliquid assiduè fit, ita quoq. id qđ in eo factũ est, esse caussã quietis, vtputa, ꝙ vapor nõ eueharᵣ supra sc̃dam regionẽ aëris, quã negaret esse grauitatẽ aut leuitatẽ. Quæ cũ sint; spe-

B ctemus nunc, q̃tũ ea valeãt, q̃ Auerroes attulit in Themistium. Eadẽ est caussa, inquit, finis & eorũ q̃ sunt gr̃a finis. Sed quies est finis motus. Ergo eadẽ est caussa motus & quietis elemẽtorũ. Si igiᵣ caussa motus elemẽtorũ est, esse extra ꝓpriũ locũ; caussa igiᵣ quietis eadẽ ipsa quoq. fuerit, & contra: q̃a sint in ꝓprio loco, erit caussa, vt ad loca sua cõcitenᵣ. Præterea positis caussis primis, effectus ñẽ qui ab illis ꝓximè pẽdẽt, & ipsi ponenᵣ: sed esse extra mediũ est caussa, cur terra moueaᵣ ad mediũ. & oẽ igiᵣ quod erit extra medium, mouebiᵣ ad mediũ; & cõtrà si esse in medio caussa est, cur quiescat corpus: ignis igiᵣ ẽt, cùm fuerit in medio, pmaneat ibidẽ necesse est. Nanq. ad primum Alexãder & Themistius optimè dicere põt, eandẽ esse caussã finis & eorum, q̃ sunt instituta in finẽ, sed nõ eodẽ mõ, neq. specialẽ, sed gñalem caussã, & hui⁹ quidẽ primò, alterius sc̃do, huius ꝓximè, illius aũt remotè, vtputa, naturã, q̃ tum est caussa mot⁹, vbi elementa sint extra suã sedẽ: qetis at, vbi iã ꝓpriã sedem occuparint: mot⁹ ẽt caussa, dum elementũ manebit imꝑfectum, quietis at, cùm perfectũ fuerit: pterea caussa motus, cũ impeditũ fuerit, ne dum gignebaᵣ, in suum locum perueniret, & hoc quidẽ formaliter pstabit, illud aũt vt eius gr̃a. Neq. itidẽ esse in loco ꝓprio, quia sit caussa quietis, erit caussa ꝓxima, cur eò cõciteᵣ, sed caussa gñalis solùm quę pp vnã dispositionem, vel cæterarũ caussarum societatem, erit caussa mot⁹, alter verò se hñs, & ab alijs caussis adiuta quietẽ efficiet. ita vt in argũ fallacia

C lateat ex figura dictionis, dum vna quidẽ dispositio cõprehendiᵣ in assumpto: altera verò infertur in cõsequente. Ad sc̃dm verò sic diceret eorum sectator, argumẽtũ cõtinere vitium à sc̃dm quid ad simpliciter. accipiẽ. n. esse extra mediũ, tanq̃ caussa prima motus, atqui est ea cõditio caussæ, & est caussa limitãs naturã, & si nõ efficiens, saltẽ patefaciens grauitatẽ (si Alexãdro credimus) vbi terra sit extra suũ locum, nec impedita est caussa absoluta motus: itaq. nõ seqniᵣ, vt oẽ id quod extra mediũ est, eò cõtendat, sed si fuerit graue, neq. esse in medio q̃etis erit caussa, nisi eò p grauitatẽ puenerit, & in illo maneat sc̃dm naturã. Hæc planè, q̃ Auerroes obijcit, cõtra ipsos valerẽt, si sola natura simpliciter vtrũq. mun⁹ pstaret. Ita igitur Græci disserunt, & ea profitenᵣ q̃ Auerrois impetum sustinere possint.

Quòd omnia, quæ rectà mouentur habeant aliquem motum naturalem Cap. XVI.

OMNIA verò corpora naturalia q̃ rectà mouenᵣ & sc̃dm naturã moueri, & manere, & esse grauia aut leuia nos olim ab initio docuimus. Sed qm̃ id ad rudiorem q̃dã intelligentiã faciẽdã eo tpe fuerat vsurpatum, nunc subtilius exquiraᵣ. hoc verò disceᵣ ex his. Etenim hæc moueri, locumq. mutare sensui pspicuum sic est, vt illi nihil euidẽtius. aut igiᵣ ille mot⁹ inest in corpore naturali, tanq̃ eius ꝓprius, aut tanq̃ alienus. & intrinsecus ad eum motum emanante ꝓpensione, aut aliena quadã

D vi. nanq. hæ sunt primæ differentiæ motus, quib. posteà multæ comitanᵣ: vtputa ꝙ motus naturalis vnus sit, natura sp̃ vnum exquirente, & multitudinẽ, q̃to põt odio, ꝓsequente: siquidẽ vnum sit initium, & rõ perfectionis, q̃ ꝓficisciᵣ à forma, cuius vis est terminare, & vnum facere, cùm alioqui multitudo nascaᵣ à materia, vñ oĩs extensio, diuisio, atq. imperfectionis rõ permanat. vt ẽt in substantiæ partib. q̃ p definitionem explicaᵣ, ordo sit nullus, quia nulla multitudo: tota est. n. indiuidua definitio, neq. inde quicq̃ auferri põt, quin totum ꝓrinus euertaᵣ: non. n. rõnis, ac mentis substãtia separaᵣ ab aĩali, neq. sensus abstrahi põt, quin ꝓtinus hõ intereat. iõ qui partẽ definitionis ignorat, nõ partim quidem scit, partim nescit, sed omnino totum incognitum habeat necesse est, ꝙ si quis ordo spectetur inter partes definitionis, non pertinet ille quidem ad partes substantiæ, qua substantiæ sunt, sed ad mentem nostram, quæ comprehendit ordine partes illarum notionum quib. essentia consistit, ita ex forma vnũ est, abest aũt multitudo: vt non solùm ab ea multitudo simpliciter, verùm neq. ẽt ordinata multitudo proficisci possit. Sed redeo ad motum. Naturalis igitur vnus. violentus aũt, & præter naturam multiplex, atque adeò infinitus, siquidem id quod rectũ, vnũ sit, à recto verò declinare contingit plurib. modis. proinde virtus vna, quæ medio cõsistit: vitia vno plura, & vna sanitas, quæ in rõne calidorum frigidorum, humidorum, siccorumq. posita est, accidit aũt miris eam variari mo

dis,& quanuis Arist.vnum præter naturam opponat vni, qui est secundùm naturam, at ibi agit de motu simplici & de vno primo ad quem cæteri referuntur qui sunt præter naturam: nanque e.si terra directò tendit ad centrũ ſcd̃m naturam: illi contrarius qui à centro item fit. atq. ille quidẽ directo, sed & præter naturam erit quicunq. ab eodem puncto aliter fiet,q̃ ad perpendiculum: attamẽ erit ob id præter naturã, quia refertur ad hunc ipsum qui simpliciter talis est: nam sic corpus illud contrario motu agitatum esse censebitur rõne supputata ex interuallo, quod linea à centro ad perpendiculum erecta permetitur, licèt in latus fuerit motum. Naturalis item motus est à loco pter naturam,& properat in locũ naturalem,& ibi terminatur. adeò vt corpus ibidem quiescat, neq. inde sine aliqua vi queat auelli. motus violentus contrà est à loco naturali; neq. ad alienũ festinat; sed q̃uum aliena vi concitatur, nec manet in eo loco, ad quem fertur, nisi detineatur ab alio: ac si dimittatur, ab eo sine vlla vi discedit. Idcirco motus naturalis est perfectio & vita, violentus aũt imperfectio & interitus. Naturalis in principio segnior, in fine velocior: violentus cõtrà celerior in principio, in fine verò inertior. Naturalis perpetuus vsq. in suum locum,& assiduus: qñ extra proprium locũ moretur, nec vi detineatur elementum. ex aduerso violentus interruptus, & toties, quoties accidit elanguescere vim quę cõcitatur extrinsecùs, quæ olim necessariò cessabit. Naturalis in plurib. inest, violentus in paucis, qui ſcd̃m naturã fit, ordinem hẽt, qui verò præter naturam, ordine vacat. Hisce modis cùm varietur motus naturalis, quæritur nunc, an ille motus, quo elementũ afficitur, ingenitus'ne an ab aliena vi sit impressus, ꝙ si proprius sit ille motus,& exoriens ab ea propẽsione quæ comitatur formæ eius quod mouetur; vtiq. iam erit ille quem quærimus, si verò alienus, & ab externa vi cõcitatus, nulla ad ipsum præcedente propensione, iam erit violentus. id verò est, præter naturam. at si præter naturam antecedere item oportet alium quempiam qui sit naturalis, vel ipsi contrarius, vel idem, sed in alio corpore, nanq. & si vnus inest in vno corpore præter naturam, alter illi contrarius inerit ſcd̃m naturam: vt si ascensus insit in terra præter naturam, illi inerit ſcd̃m naturam descensus;& ascensus idem qui terræ insit pręter naturam, in igni ſcd̃m naturam insidebit. quare, si cuiusno sit motus, necesse quoq. est esse motum naturalem; quodcunq. illud corpus naturale sit, quod mouetur: & quicunq. sit ille, quo agitur motu. Verùm neq. solùm ab ipso motu, sed ẽt à quiete cõcludi põt esse motum naturalem: propterea ꝙ ipsa quies aut est naturalis, aut præter naturam: ꝙ si præter naturam, ergo ẽt alia quies erit naturalis: etenim aut illi contraria, i. in contrario loco; aut alterius corporis in eodem; quia si terra manet aliqua vi sursum, deorsum manere fuerit illi ſcd̃m naturam: fuerit ẽt igni ſcd̃m naturam manere superius. Si verò ſcd̃m naturam quiescit vspiam terra, ẽt eò mouetur ſcd̃m naturam: nam motus naturalis, vt dictum est, ad eum est locum, in quo maneat corpus ſcd̃m naturam. Ita ergo procedunt Aristotelicæ rõnes à motu & quiete tanquam in cõmunibus ad vnum. si primum non est, ergo nec reliqua: si reliqua sunt; ergo & illud primum: primum verò est motus naturalis. Atq. hæc rerum naturæ consentiunt; non illa, quæ Timæus, Democritus, aut Anaxagoras olim professi sunt. Democritus quidem dicẽs moueri prima corpora; sunt verò hęc atomi & magnitudines insectiles, per vacuum tpe infinito. Timæus aũt elementa sine ordine moueri, anteq̃ mundus genitus esset, quicquid. n. erat, quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit Deus, non tranquillum & quietum, sed immoderatè agitatum & fluctuans: idq. ex inordinato in ordinem adduxit. Atque Empedocles sine ordine misceri partes, & prout in mixtura conuenirent, etiam naturalia corpora quæq. constitui. ita enim cecinit,

Ὡς πολλῶν μὲν κόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν.

vbi. s. nondum obtinuerit amicitia; sed iam rerum positura sit. hoc. n. ea monstrant, quæ cecinit idem auctor hisce verbis ὑπω

Νεῖκος ἅπαν ὑπεχώρισεν ἐπ' ἔχατα τέρματα κύκλου.
Ἀλλὰ τὰ μὲν μελέων ἐνέμιμνεν, τὰ δ' ἐξεβεβήκει.
Ὅσσον δ' αἰὲν ὑπεκπροθέοι τόσον αἰὲν ἐπῄει
Ἠπιόφρων φιλότητος ἀμεμφέος ἄμβροτος ὁρμὴ
Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μεῖζον ἐμίσγετο δαίμονι δαίμων
Ταῦτ' ἅτε μὴ πόπτεσκον ὅπῃ συνέκυρσεν ἕκαστα
Ἄλλά τε πρὸς τοῖς πολλὰ διηνεκῆ ἐξεγένοντο.

Nanq. occurrere licebit, eos motus in tpe infinito aut esse ſcd̃m naturã, aut pter ipsã: ac si pter ipsã fuerint, oportere itẽ esse quempiã motũ naturalẽ, pter quẽ ille sit quẽ pter naturã vocamus. Præterq̃ ꝙ oportet id, quod primò mouet, non mouere quadã vi & contra ꝓpensionem, sed ſcd̃m naturã: qñquidẽ si vi moueret, necesse foret, vt moueret: qm̃ moueretur ab alio. ita fieret abitio mouentium in infinitũ. Nã quod mouet ſcd̃m naturã, vel ita mouet, vt internũ principiũ, velut aĩa, vel ꝑ per qualitates, q̃ vim hñt afficiendi, formę appetitũ, seu propensionẽ mobili incutiat; quod sanè citra motum mouentis fieri contingit, vt suprà diximus. hæc absunt ab eo, quod mouet cõtra naturã; aliter moueret ſcd̃m naturã, hoc verò oppugnat hypothesin. idcirco id quod mouet cõtra naturã, dũ mouet, moueat necesse est. addo itẽ & eodẽ motu. Neq. igit vllus esset motor. vbi. n. primũ nõ est, nõ est ẽt id, qd̃ seqt̃: nec vbi nõ sit primũ, oĩno causã esse cõtingit. Et illud vrget Timęũ. q̃a si mouebãt elemẽta ſcd̃m naturã, illo ẽt motu necesse erat ipsa cieri, quo nũc mouẽt: grauia dorsũ,& leuia sursũ, iõ si nũc est

A est mundus,& eius essentia hic est ordo: profectò ēt tum mundum esse oportuit, antequàm factus esset. Ita quoq. si partes mouebantur, quemadmodum nunc mouentur, vt ex illis ea fierent quæ sunt secundùm naturam: ēt id non erat sine ordine moueri, quemadmodum canebat Empedocles, sed ordinatè, & secundùm naturā. Rursus aut mouens vnum est, aut plura. si vnum sanè: ergo & vnus motus, nulla igitur ordinis aderat perturbatio: siquidem ea non cadat in vnum, sed in multa, si plura aut ea finita fuerunt, aut infinita. quòd si infinita extitissent; cùm vnumquodq. mouens efficiat suum ꝑprium ipsius motum; ergo ēt motus erunt infiniti, ꝙ si finiti fuerint motus: ordinem igitur adesse cōtinget, nanq. & si in multitudinem ordinis carentia cadit; ordo item in multitudine spectari debet, opponuntur.n. propterea versantur in eadē materia: atq. ēt si in infinito ordinem esse non contingit finito ipsi non repugnabit, si tu contingentium nexus & sequelas ab Arist. passim vsurpatas non ignoras. Non igitur sine ordine corpora mouebantur: quemadmodum ipse ponebat. Id etiam, quod vacat ordine, præter naturam est ꝙ si præter naturam esse flagitat id, quod est, esse secundùm naturam: ordine vacans igitur ordinem postulabit, cuius transgressio est ordinis perturbatio; & id, quod est secundùm naturam, præter quod est id præter naturam. Si igitur infinito tempore factum hoc est, ordo verò breui, certè id quod est secundùm naturam, diuturnius erit eo, quod præter naturam, aut si secundùm naturam hęc habentur: & motus illi tempore infinito secundùm na-
B turam fuerunt. Paullò melius igitur Anaxagoras, qui infinitam quietem ortui mundi præcessisse autumat; & alij quoq. nonnulli, qui mundum segregatione generantes prius statuebant congregationem quorundam, è quorum segregatione mundum posteà fieri dicerent. è segregatis enim mundus fieri nequit: cùm enim eorum sententia per segregationem fiat, esset vtiq. priusquam fieret; in his enumerandus est etiam Empedocles, qui cùm omnium maximè concretione secretioneq. pro principijs vteretur, amicitiam tamen omittit: nam quia concretionis caussa foret, auctor esse mundi non poterat ex secretione existit: sed litem assumpsit quæ per secretionem è concretis mundum constitueret. Cùm igitur discretio, vt ipsi volunt, ordinis carentia sit, & pręter naturam: ex altera parte concretio, vnum, ordo & quod est secundùm naturam, defendere facilè potuerunt talem concretionem ortui mundi tpe infinito pręcessisse, & idcirco id quod sm̄ naturam est, ei quod est pręter naturam. Planum igitur ex his est, omnia corpora naturalia motu aliquo prędita esse, qui sit sm̄ naturam.

Omnia quæ rectà mouentur grauia aut leuia fore concluditur. Caput XVII.

C QVOD autem hic sit grauium leuiumq. motus, posthàc spectandū est. idq. luculentissimis demonstrationib. significat nobis Arist. quarum prima super his omnib. struitur. Motum esse, atq. adeò, vt id prorsus necessarium sit: nam siue corpora cęlestia, siue ēt ea quę nobis familiaria sunt, intuemur: motus oīno necessarius est. illa.n. perpetuo & nunquā interituro motu voluuntur, a quo ꝑ astrorum adductionem rerū generatio propagatur, per abductionem verò fit interitus. atq. id perpetua quadam vicissitudine, dum verò fiunt ortus & interitus, fit ēt motus elementorum. mouētur.n. dum gignuntur; & quoniam dum intereunt: alia quoq. illis opposita producuntur: ob id ēt & illa moueantur oportet. Deinde motum aut à medio, aut ad medium sine propensione quadam exerceri non posse: ex eo.n. hæc mouentur ad centrum; quoniā habent propensionem ad hunc locum. cętera quæ tali carent propensione, non quidem ad centrū, sed aliò mouentur. ac si forte aliò moueantur, vt puta ad vltimum, eo quoq. propensionem habeant necesse est. Tertiò si totum in aliquo tempore per quoddam spatium mouetur, ēt dimidium in eodem tempore per dimidium spatij feretur. & ea demum erit proportio spatij ad spatium quæ fuerit mobilium. Probabile item est, id quod habet aliquò propensionem, velocius eo ferri, quàm id quod ea careat. His ita positis argumentū constituitur hoc pacto. Primùm in motib. naturalib. Si naturalia corpora carent grauitate, aut leuitate, ergo in eodem tēpore mouebitur id quod hēt grauitatem, & id quod ea caret. Ita verò probatur cōnexum per illud euidentię genus quod Græci nuncupant ἔκθεσιν, nos expositionē dicamus, verbū
D ex verbo reddentes. etenim sit aliquod mobile grauitate carens, vt A. quod moueaᵗ per lineā C.D. in toto tpe F.G. & B. graue quod moueaᵗ per lineā C.H. in eodem tpe, ꝙ maior sit, q̃ C.D. quod.n. graue est, velocius fertur, quam alterum illud quod caret grauitate. diuidaᵗ hoc graue. ita vt eandē habeat rōnem pondus B. ad alterum pondus, quam hēt linea C.H. ad C.D. ergo mouebitur eodem tpe pars ipsius B. per lineā C. D. & per idem spatium mouebatur illud corpus, quod grauitate carebat. per idē igiᵗ spatiū in eodē tpe mouebiᵗ corpus aliquod graue, & alterum qđ careat grauitate cęteris parib. ad eundē locū. hoc verò absurdū est, ne dicā fieri non posse. Idē quoq. secunda rōne concludiᵗ in motib. violentis. in ea verò cōcipitur iterū. quod minus est, atq. leuius ab eadem facultate magis moueri, & tātū spatij plus meare, q̃ta est exuperantia virtutis mouentis ad mobile. facultatem verò hîc externam intelligo, quemadmodū ēt ab eodem Arist. accepta q̄nq. est, [a] quæ vim affert, non aūt mouet scđm naturam, leuius aūt id quod minus graue est. argm̄ verò & hm̄ói. Si corpus grauitate caret: ergo in eodē tpe mouebiᵗ per idē spatiū id qđ grauitate caret, & graue. hoc aūt absurdū est: ergo & id ex quo seqᵗ. Cōiunctū verò eadē methodo mōstraᵗ. Sint.n. eadē mobilia, vnùm qđ grauitate caret A. atq. alterū qđ est graue B. ꝑ duo spatia moueanᵗ: A. quidē ꝑ C H. B. verò per C.D. tpe ęquali, q̃ est pars ipsius C.H. diuidaᵗ alterū mobile B. in talē partē q̄ hēat eandē rōnē ad totū quā hēt C. D. ad [a] 3. de cęl.

C.H.ergo in æquali tempore mouebitur pars ipsius B.per lineam C.H. atq. moueretur B. per spatium C. D. tantum enim ratio velocitatis augetur in minore, quantò maius erat totum mobile, quàm pars. Atqui in eodem tempore mouebatur id quod grauitate caret, & graue,quod si est neque virtus ocyus mouebit id quod est minus graue:hoc verò iam acceptis aduersatur.Itaque si mobile sine grauitate mouetur, debet transilire omne id spatium quod conficit graue & tantò plus quanto virtutis ratio ad id quod graue non est, superat rationem virtutis ad id quod graue est, itaque ducetur grauitate carens vltra omne spatium: ergo in infinitum:cùm aūt hoc absurdum sit, dicemus tale non esse corpus illud quod careat pondere. Sic & à propensione naturali & ab alienæ virtutis conditione concluditur omne corpus,quod recta mouetur,esse necessariò graue, aut leue; graue id scilicet,quod ad medium agitur,leue autem, quod à medio. Quanquam hec postrema rationis huiusce pars valde accedit ad veritatem demonstratiuam, cùm cæteroqui parùm præseferat absurditatis,ita enim differt absurdum ab eo quod fieri nequit, vt id sit contrà opinionem;alterum verò oppugnet naturam,quandoquidem infinitum bifariam acceptum est;secundùm veritatem.& secundū opinionem Antiquorum: ita enim statuit Aristoteles infinitum, id cui potest additio fieri, & quod ad terminum quendam perduci potest; atque adeo, vt finitum sit spatium, quod intra cęli ambitum continetur. intra hoc tamen sit infinitum. Antiqui contra dicebant,infinitum omnia complecti, & esse illud, extra quod nil accipi posset; ita superare finitum. In hoc ergo significato quod est secundùm famam,acceptum infinitum,concederetur ab illis: ideòque non esset apud ipsos absurdum,apud eos autem inuenit fidem demonstratiuam, qui receperunt ea quæ de infinito,tùm 3. Phys. tùm etiam 1. de cęlo demonstrata sunt. Sic ergo duo sunt genera corporum:duo quoque genera motuum,species autem,aut partes quattuor; binę cuiusq. generis, atque adeo,vt motuum corporumque species sibi vicissim respondere videantur.ex quo factum fuisse puto, vt philosophi statuerint, vnum motum vnius esse corporis; & contrà vnum corpus vnico motu agitari; & si fuerit simplex, vno simplici, ac compositum,vno qui sit compositus; licet is redoleat eius motum,qui primas obtinet in compositione.

Quæritur vtrùm vnius corporis simplicis vnus tantùm, plures'ne sint motus. Cap. XVIII.

ET quamuis id optimè se habeat, & secundùm rationem: par enim ratio atque progressus esse videtur caussarum,vel principiorum,& effectuum qui proximè procedunt ex illis: vt, si principium simplex & effectus simplex: & contrà, simplex effectus caussam simplicem significet.similéque iudicium de compositis faciendum sit. Attamen non vacat id maximis dubitationibus,quę nē neque apud omnes eundem inueniant exitum. nanque aër simul ascendit & descendit: ascendit sanè, dum tendit ad ignem, & oppleт hoc spatium quod est intra celum & terram, descendit verò, quia si terra fodiatur,in locum effossæ continuò irrumpit aër. Aqua item è centro terrę mouetur ad eius superficiem,eademque discendit è secunda regione aëris,quemadmodum fit in plouiis. Videtur etiam nonnunquam descendere ignis, quando extincta candela,dum edit adhuc fumum quendam crassiorem,alteri accensę supponitur,ea quoque incenditur,quæ infra est,nec ibi præstò quicquam est,quod igni vim afferre possit, vt appareat eum motum prorsus esse naturalem. In motu etiam proiectorum constat,aërem impetum susque deq. accipere;ac si tibi videatur hic motus quo quo pacto violentus,motum grauium leuiumque obserua,qui sine motu medij fieri nequit, quòd vtrunque impetum ad terminos oppositos excipiat.Hæc contrà dubitata. Vt autem huiusmodi cōtrouersiam dirimant, altercantur inter se Peripatetici: atque aliqui ex his manus dantes illi hypothesi,& omnino credentes vnum motum simplicem esse corporis vnius simplicis; atque alteri quę cum hac teneat, vnum scilicet corpus simplex vnico, & illo quidem simplici motu concitari,opinantur omnes alios motus,quibus aguntur ista corpora, præter illum solum qui manifeste secundū naturam est,esse præter naturam. Aut si secundùm naturam,esse non quidem per se, verū per accidens,hoc est,non esse,vt locum suum consequantur,cuius rei gratia mouentur,nec à caussa præfinita,& aliquem ordinem habente in natura:sed vt nullius rei gratia,aut alterius cuiuspiam alienæ,atque externæ,& ab incerta & inordinata caussa. Verùm ego ex illis libentissimè quærerē, non'ne definitur motus termino ad quem? vtique quòd si terminus ad quem est secundùm naturam: ergo etiam motus ad eum terminum erit naturalis. Esse verò naturalem locum aquæ aut aëri quem nos antea significauimus,ex eo perspicitur,quia manet ibi corpus secundùm naturam,neq. inde abstrahitur sine vi,ac si alibi cùm sit,suæ naturæ permittatur,ad eum continuò fertur. Sit ergo terræ superficies,ad eam vndecunq. fertur aqua,ibidemq. manet, neque inde,nisi vi diuelli potest ergo locus ille est ei naturalis,vndecunq. illò commigret. Dices fortasse terminum eius motus esse per accidens; ob eamq. caussam & spatium illud per accidens pertransiri, & motum esse per accidens & idcircò non ex rei natura. Nam id quod est secundùm naturam: omnino repugnat accidenti, cùm hoc fiat insolenter,& rarò,frequentius autem vulgoq. illud. Quamobrem alij detrahentes Aristotelicæ hypothesi concedunt, nonmodò varios motus aquæ naturales esse, verùm etiam aquam tres ob caussas

A sas ascendere pro sua natura posse. Primùm quidem quando corpori graui subiiciatur, vtputa, terrę, aut plumbo: & terra quærendo suum locum irrepat in eum, quem antè occupauerit aqua, & quasi extrudens eã pellat sursum: nam cùm sit motus iste aquæ ad suum locum qui est supra terram erit ille naturalis. Neq. obstat (vt etiam hoc in ea caussa pro illis addam) q̃ sit pulsus qui cùm sit motus ab alio, posset existimari violentus: quandò non simpliciter est huiusmodi, quia non ad aliquem locũ, qui sit aquæ præter naturam, nec secus, àc siquis lapidem pellat deorsum, efficit.n. motum illum velociorem, q̃ suapte natura fuisset, at velocitas est affectio quædam, non aũt differentia motus, & variat quidem motum secundùm accidens, non aũt per se, & secundùm formã. tantumq. tribuerunt huic caussæ viri doctissimi, vt & tale pondus atq. onus sibi ipsis ẽt ab aquis, & in proprio loco imponi, & cõtra se administrari putarint: & eo caussam reddiderint, cur in editissimis montib. gelidæ fontium perennitates in magna copia scaturiant, arbitror ẽt eos idem esse dicturos, vbi rationem explicare velint, cur per aquæductus ascendat aqua tantum, quantum ipsa descendit, aut paullominus. Alteram verò caussam adscribunt ascensus in aqua, ad vacuum.s. tollendum: est.n. id naturale, vt vacuum nõ sit, & corpora naturalia simul iuncta sint, vt omnis eorum virtus à cęlo regi possit, & proximis deinceps impertiri, sic.n. virtutes naturales cõicari solent. ita cùm sit talis motus ad rerum naturam tutandam institutus, erit ẽt ipse secundùm naturam. Adiiciunt quoq. tertiam, quæ est affectio materiæ,
B veluti cùm ascendit aqua super filum, & oĩno superat corpus quod ipsam supereminet. cũ.n. ibi sint aëris partes, quæ ex aquæ cõtactu verti possint in aquam; itaq. minorem locũ occupare, vt spatium quod desertum est, suppleant; fit vt locum superiorem sibi cõparet, & ascendat. Hinc ipsi dicere possunt ad allatas instantias: & ad motum aëris in terrę cauitates, & ad aquæ ascensum: talem motũ esse naturalem q̃ à natura efficiatur ad vacuum tollendum. sic vbi è terræ centro ad eius superficiem aqua feratur, hic motus est naturalis: quoniã & motus terræ depriměris fit ad suum locum adipiscẽdum, & aqua ẽt ex illo motu suum locum assequitur. Ignem verò descendere ob affectionem materiæ ferunt. Equidem q̃tum spectat ad id, quod est secundùm naturam, & si scio naturam vniuersè accipi ab Arist. tùm vbi dictum est, Deum & naturam nihil efficere frustra; tùm ẽt vbi asseueratum est: à primo oĩum cęlum & naturam pendere. prętereà sigillatim materiam & formam appellatas esse naturas. Tamen ea esse vsum nusq̃ mihi contingit obseruare, aut ad summum vno in loco, & ex aliorum sñia, & vt puto, Anaximenis, qui etiam vniuersalem quandam naturam assignauit aërem nimirùm. Nã quod scribit Arist. me persuadet, & occasionem prębet tollendi maculam, è contextu Arist. τὸ μὲν ὅλον ἔοικεν αἴτιον εἶναι καθάπερ Ἀναξαγόρας λέγει quæ si verrere velimus vt Theodorus, admodum precisè locutus fuerit Philosophus, nec ea respondent quæ sequuntur, nam de aëre
C speciatim nihil Anaxagoras. At si ita conuertamus totum quidem videtur esse caussa, quemadmodum dicit pro Anaxagora Anaximenes: ipse.n. totum aërem prædicabat, vt 1. Met. cap. 3. & de caussa vniuersali enunciatum fuerit, & secum congruent, quæ scripta sunt à Philosopho: nam de aëre mẽtionem fecit mox Arist. Quin etiam secundùm naturam duplex ego comperio, & quod est simpliciter secundùm naturam formæ simul, ac materiæ, & secundùm quid, vt quod est secundùm naturam materiæ id.s. quod oritur ex necessitate materiæ, hoc aũt est, quod forma non superante frequentius fieri solet, aliter nullo modo foret secundùm naturam, sed omnino & simpliciter præter illius ordinem. proinde monstra, quæ suspicari possis esse secundùm naturam; quia secundùm vniuersalem illam, atq. communem, ab Arist. ponuntur omnino præter naturam, nec in vniuerso ordinem vllum habere videntur, propter quem in illis obseruari ratio naturæ possit quæ tota pendet ab ordine: sed in cęteris ordo est cuiusq. formæ per se ipsam, & elementa & mixta cum animata, tum inanima ab vno primo pendent per suam propriam ipsorum formam, vsq. adeò vt singulorum natura conueniat ad ordinis huiusce conseruationem, vt nos anteà copiosius ostendimus: nihil oĩno ex vniuersali natura, Neq. videtur necessarium esse quippiam quod sit secundùm naturam illam quam isti vocant vniuersalem; quia quicquid est secundùm naturam, aut simpliciter est, aut secundùm naturam,
D materiæ, quæ sunt naturæ singulares. Ergo naturale secundùm cõem naturam simpliciter dari non puto; sed elementorum naturam propriam & singularem esse caussam talis successionis, siue ea materia sit, siue forma: quod in repulsione vacui, credo materiam potius esse, quàm formam, quia.s. ea proximè proficiscitur ab humore, cuius beneficio corpora inter sese connectuntur, atque continuantur arctissimè: signo illud est: quoniam ascensus grauis prorsus est violentus, [a] & q̃ ex vi vacui terra non ascendit, cùm prę siccitate non continuetur; fortè ẽt quia simpliciter grauis, sicut ẽt neq. descenderet ignis, quoniam simpliciter leuis, & vtraq. caussa potius, sed ea præcipua nempe continuatio, propter quam inter se media elementa consequuntur, quæcunq. caussa fuerit, quæ illa concitauerit, seu corrumpens alteram ex ipsis, seu de loco pellens. Neq. verò mihi placet illud quod attulit Alexander rationem reddens, cur vasa quæ vocantur harpagia, si digito admoto foramen eorum superius obturetur, aquam nullam per sui fundi meatus emittant, sed si apertum sit, liberè emittere queant: ac docens ob id ita fieri, quoniam ore aperto aër ingrediens aquam deorsum compellit: cũ ẽt humor ipse sponte deorsum labatur, & aër maneat suspensus, neq. opprimat, sed q̃ interrumpit humidorum continuatio, nequit egredi humor. Cęterùm hæc ẽt posthàc clarius intelligentur. Interim ad euertendam hanc opinionem his contenti simus, neq.n. Arist. sñię defenduntur primùm dicentia,

[a] 4 de cęl.

centis, vnicum motum, atq. vnicum corpus reciprocari. prætereà monentis, si quando minus grauia per extrusionem factam à magis grauib. ascendant, illum non fore motum naturalem, deinde testantis oẽm motum grauium qui fit sursum, esse præter naturam, vbi etiam meminit de motu qui fit ad vacuum euertendum; postremò asseuerantis ignem secundùm naturam nullo pacto posse descendere, multoq. minus euehi terram, & nisi præter naturam. E

Spectatur sigillatim vtrùm ascensus aquæ sit naturalis, an prorsus contra naturam. Cap. XIX.

QVANTO verò illud ab Aristotelis doctrina remotius, aquam suoptè pondere prægrauatam ferri sursum. Verùm quanuis id facilè assensum apud Peripateticos inueniret, quia tñ inter iuniores philosophos, atq. illos quidem magni nominis, & multę lectionis eruditionisq. perfectæ; de hoc exorta controuersia est, & magnis agitata contentionib. & officij nostri duximus esse, quantum in nobis est, illarum librare rationes, & pro Arist. aduersus tantos viros, de re quæ ad motuum notitiam spectat, animi nostri sententiam proferre. Mouebant hęc Cardanum ad credendum, terrã è mari ad montium cauitates ascendere non posse, vnde flumina exorirentur. Primùm, φ per tantam altitudinem quanta est è mari ad montiũ vertices ipsam ascendere verisimile non est, & anteq̃ ad mõtes perueniat nullam esse rõnem, quin vbiq. erumpat. Prætereà nunq̃ flumina diminutũ iri. Tùm ẽt mare ipsum fluminib. non suffecturum, quãdò maxima pars aquarum calore solis euanescat. Quin ẽt motum aquæ sub terra concussionem in ea facturum. Neq. suppetere rationem, cur ab illo monte fluat aqua, ab alio non item. Postremò verisimile non esse tantopere aquã a salsedine repugnari. Hæc quidem ille. verùm quia roboris parum præseferrent, aduersarium eius Scaligerum hostemq. acerrimum excitarunt ad alterã partem problematis defendẽdam, vt quasi in hoc eos imitatus sit, de quibus aliquando Arist. [a] quibus id sat est, de quaq. re tantum decernere, quantum quisque se tueri posse confidat, neque rei naturã, quantum ipsa postulat, introspicere. quamobrem ipse eò magis sententiã suã affirmauit, quo se hisce obiectionibus satisfacere posse videret, nec siquid aliud vrgere posset animaduertit. Nobis nunc id reliquum est, vt alias afferamus quæ plus sanè possint in speculatione motus quam ad placita Arist. exaramus. Nam quòd ea quæ Cardanus afferebat, nihil habeant momenti, facilè cognosci potest ex his quæ subiiciemus. Quod.n. attinet ad id quod à salsedinis ingenio ducebatur (hinc.n. initium capiemus explorãdi rationes illas, cum ex solutione primæ, aduersarij sententia cõfirmetur) nanq. salsedinem aqua per colationẽ amittit, etiam si per modicum spatium fiat, sicuti quotidiano experimento perspicuum est: quoniam in Africæ littoribus iuxtà mare scrobe facta dulces hauriuntur: id, quod non latuit Iulium Cęsarem, qui illò artificio milites siti enectos Alexandriæ tumultuantes retinuit. Cùm.n. pars maris tenuior sit dulcis; crassa salsior, quod tenuius est & dulce, [b] per terræ foramina trãsmissum, liquatumq. in ipsam terram se condit, eaq. effossa cõperitur. itaq. si littore laxiore continetur, salsa idcirco est, quia crassior humor, qui salsus est terram per meatuũ amplitudinem subire potest. Prætereo prudens alia experimenta, vt vasculorum in mare deiectorũ; ne chartas aliena collinam industria. Cumq. id opponitur, nullam esse rõnem, cur ab illo monte potius aqua fluat, q̃ ab alio. immo est, inquam, nempe variæ mõtium differentiæ, quòd alij solidi sint, quidã cretosi, nonnulli glareosi; vnde potest hos aqua penetrare, non illos, quòd autem motus ille qui fit intra viscera terræ non concutiat ipsam, in caussa est fluxus æquabilitas, & amplitudo canalium sine repurgatio. Mare autem fluminibus non suffecturũ, quòd maxima pars aquæ calore solis absumatur, parum cogit ob mutuã gratiæ depensionem: tantundem.n. mari redditur ex pluuiis, quantum de ipso exhauritur à sole. Iam verò flumina non iri diminutum, fidẽ inueniat apud illos qui flumina solùm ex aquis è mari attractis cõstare opinantur, sed magnã quoq. partẽ ad illa afferunt pluuiæ, niuesq., cùm soluuntur, non paruã quoq. fontes. Prima aũt ratio efficacior haberi poterit; quippe quæ ab aquilegorum experientia ducta sit. Non enim potest aqua motu sublimius euehi, q̃ sit eius superficies, vnde deriuatur. At id non simpliciter verum est; sed, nisi plus resistatur ab ea portione, quæ sursum pellitur, q̃ prematur ab illius vi & pondere quæ vrget. cęterùm vbi vis, & pondus opprimentis maiora sunt, tum sursum pellitur aqua ad superficiẽ sublimiorem, q̃ ea sit, à qua descendit. Cùm igitur hoc accidat humano ingenio, quid vetat idẽ quoque machinam fuisse naturam? plurima.n. aquæ pars extra suum locum est, & terra multis peruia specubus, eo in loco qui debebatur aquæ, & à terra occupatus est, à caussa illa quæ montes produxit, de qua dictũ est suprà. igitur in illa terræ loca sese indidit, & cùm angusta sint neq. tantam maris molẽ capere queant, compressa illa aquæ portio ab extrinsecùs incumbente mari, & suas sedes repetente, egredi studet, ex quo scatebræ efficiuntur. Allata est aũt ad euidentiam more mathematico ἔκτεσις, idest, expositio, qua intelligatur aquã extra suum locũ esse, & ad centrum mundi prouolui quæ cùm caussam non contineat, neque argumentum, à nobis de industria pretermittitur. Verùm libet hîc mihi rem discutere accuratius; exordiar autem è leuioribus etenim in huius viri dictis extat suspicio repugnantiæ; quandoquidem vbi ad Cardanum reddidit rationem, cur ex eo motu terra non concuteretur, id canalium, vtputo, amplitudini tribuebat, aut, si placet,

F

G

H

[a] 2. de cęl.

[b] Alex. li. 2. phl. 55. 2. probl. 128.

A si placet, purgationi viarũ, per quas liberè aqua vagari posset; ideoq. nullam vim terræ faceret. mox ipse canalium angustiã scatebræ caussam ponit; non igitur patent meatus, aut si iter inoffensum est, quia purgatũ, quo pacto id asserere pōt qui glareosos montes statuit per quos aqua fluat. mirum profectò ni natura capillos ordine ita disposuerit, vt è regione collocati, nec aëri aditum, nec aquæ ipsũ flexũ vllum vspiam præbeant. quamobrẽ explicet, quemadmodũ ibi vis adsit quæ comprimat; neque.n. eò confugere pōt, vt terræ canales sint æquales, veluti tubi quidã ænei, neque item aquæ continuitatẽ afferre pōt inanitatibus cōpluribus apparentibus, & per vaporẽ aqua multa ex cauernarũ fornicibus ad imum confluente. Præterea ponit auctor iste cōpulsionem, caussam motus naturalis; at id à nobis olim confutatũ fuit, cùm docuimus caussas, ꝑpter quas ea quæ naturali motu mouentur, in fine velociora sunt; nihil.n. vel cōpressionem vel pulsionem in eo motu momenti habere, vel Arist. ipso præmonstrante docuimus. Accedit eodem, ꝙ siqua est aquæ oppressio, quia, sit extra suũ locum; non quidem illis aquæductibus, sed litoribus terminatur & exundat, quemadmodum in Belgico litore quotidiana docet experientia. Quin etiam dum mare excrescit ad litora, tum fluuij deberent excrescere. Neque credendum est, pondus partium superiorum è suo loco detrudere partes inferiores, sed id solùm efficere, vt magis accedant ad propriũ locũ, ad quem oĩ conatu contendunt. indeq. reddita caussa est ab Arist. cur terra rotunda sit quæ itẽ ad aquã optimè

B accommodari potest. Sed quæ nam, obsecro, caussa est, cur sibi vim aqua consistat, vt prodeat è suo loco, quem sibi tantopere expetebat? vt non minus contemnendũ sit naturæ negociũ, quàm aucupis illius qui captas auiculas amittat. Postremò resistentia nascitur à grauitate; quo igitur aliquid grauius est, eo magis resistet. at quo suo loco ponderosa viciniora sunt, eo item sunt grauiora: cur ergo non magis vrgenti resistent, quam à minus graui comprimantur? ita maior erit labor quo humilior aqua est, eam extrudere de suo loco, & sic caussa cessat, quapropter à pondere opprimente supra superficiem, vnde descendit, aqua tollatur.

Auctoris sententia de aquę ascensu pronuntiatur, & tolluntur obiectiones. Cap: XX.

NOBIS igitur alia via tenenda est, & ex iis quę leguntur apud Arist. omnis extricanda difficultas. Facilè autem hoc successurum confido: si nonnulla in primis accipiamus, & tanquã sermonis nostri firmamenta ponamus. Ac primum quidem grauia leuiaq. vel absolutè esse, vel quodãmodo: ac si simpliciter eiusmodi fuerint, quiescere in terminis ipsius vniuersi; grauia quidem in medio mundi, leuia aũt in eius extremis; si verò fuerint talia quadam ex parte, terminari illorum

C motus superficie eorũ corporũ quæ simpliciter talia sunt, aquã sanè conuexa terræ superficie, aëre verò concaua ipsius ignis. Quoniam verò terra & ignis sunt hũi simpliciter; ex hoc efficitur, vt non quã è suo loco dimoueri possint; nisi præter naturã, quæcunque fuerit illa caussa, quæ pellat ipsa è suis locis. At quoniã reliqua oĩa elementa pondus habent, & aër etiã in suo loco magis vergit deorsum, q̃ sursum; inde est, vt aër suo motu non terminetur primùm concaua ignis superficie, sed superficie aquæ conuexa, aut etiã terræ, & aqua ipsa non feratur secundùm naturã ad superficiẽ aëris; neque.n. sequitur ipsum, nisi velocior fuerit motus trahentis sursum, q̃ cursus eius deorsum, vt fit in fistulis vitreis, qui motus violentus est. Omnia verò in locũ subtracti elementi succedant, si fuerit inferius, præter ignẽ quemadmodũ aër in locum aquæ & terræ, & aqua in locũ terræ. Propterea duo ex his quæ dicta sunt, colligere licebit. Primum quidem. Ea, quæ secũdùm quid talia fuerint, si extra sua loca ferantur sursum, illũ motum esse præter naturã, ꝙ si deorsum; illum motũ fore sm̃ naturã, neq. vllo pacto vi vacui futurũ, sed propensione quam habent elementa igni excepto ad locũ infimum, & ad medium. Alterum verò. si redeunt in sua loca; motũ illũ prorsus esse naturalẽ ob eã nimirùm caussam de qua superius expositũ est. sed siue è centro terræ euehantur ad eius superficiẽ, siue ex alto recidant, eodẽ; ibi manent secundùm naturã. ergo etiã eò secundùm naturam

D mouentur. Attamen, inquies tu & hinc sequi, vt duo motus vnius corporis simplicis esse possint secundùm naturã; alter sanè sursum, vt cum aqua est in loco terræ, atq. alter deorsum, vt cum in aëris loco detinetur. Deinde verò, quoniã locus in aëris confinio non erit aquæ naturalis, neq. in proximo ignis inerit aëri secũdùm naturam. Hoc verò quod accipimus, ita probamus: quoniam ille est locus naturalis, à quo mouetur aliquid præter naturam, sed aër & aqua nō mouetur ex illis præter naturã, vt cùm descendunt ad opplendas terrę cauitates: ergo nō est ille locus naturalis eorum corporum. At verò nos ita primùm tollemus, interpretantes Arist. vbi inquit vnum motum vnius esse corporis simplicis: nanq. intelligunt motus & locus generatim. etenim accipit motus grauium, vt grauia sunt, & leuium, quatenus leuia: neq. in suas partes distribuunt. sic locus sursum, & deorsum generatim capit. quatenus.s. cōplectitur id quod simpliciter tale est, & quod est eiusmodi sm̃ quid. quare et aër & aqua sub eodẽ quasi genere cōtinent, nimirùm grauis & leuis, & propterea ꝙ grauitatẽ & leuitatẽ simul participãt: ob ancipitẽ igit hanc naturã, quanuis habeant duos motus, vnus tñ vnius corporis est. cùm.n. deorsum mouent, id faciunt, quatenus grauia sunt, idcirco grauium est ille motus: cum verò sursum, mouentur, vt leuia: ideoq. ille motus leuiũ prorsus est, atque vnus est grauiũ motus, alter aũt leuium, non tñ vnus est aëris motus, vt aër est. Atq. vt res clarius explicetur.

Corpora

Corpora naturalia, vel vt talia corpora spectantur, vtputa ignis & aër, vel cuiusq. propensiones, & differentiæ, vnde motuũ species exoriuntur. hæ verò quattuor sunt; cùm graue & leue bifariã sumi possint & simpliciter, & aliqua ex parte & planè pro rõne propensionũ & differentiarũ sicuti quattuor sunt propensiones, quæ graui & leui notantur, ita quattuor sunt motus simplices, & quattuor corpora simplicia, quæ inter se reciprocantur. si corpora ipsa spectes; ea quidẽ in se coniunctim retinent differentias motuũ, non reipsa quidẽ, sed rõne distinctas, quia sicuti quattuor sunt motus, & quattuor ꝓpensiones, ita sunt quattuor elementa, quæ simplici motu cientur. diuisim verò, vt vnus tantũ sit elementi cuiusq. motus, neq. necessariũ, neq. verum est. Proinde ille qui numerũ propensionũ ac differentiarũ corporum simpliciũ accõmodare voluit seorsum ad quodque elementũ, is se eo fallaciæ genere implicauit, quod est à coniũctis ad diuisa, & ad corpora ipsa retulit quæ Arist. 1. de Cœlo constituerat de illorũ propensionibus & differentiis. Ita cùm corpora sint grauia leuiaq. simpliciter, aut quodãmodò; sic mouentur suprà, aut infrà simpliciter aut quodãmodò, & sic vnus est motus cuiusq. corporis simplicis, & cõmeat cum corpore simplici motus simplex & vnus. at cũ aëre & aqua non itẽ; sicut falsò assũptũ fuerat in argumento. Eadem quoq. via videtur institisse Philosophus [a] cùm ex mediorũ seu organorũ numero concludebat plures non esse q̃ quinq. sẽsus. Nã cùm enumerasset ea ex quibus media consistunt, quibus cum habent organa affinitatẽ, ex eo ꝙ ignis in oĩbus cõmuniter, terra non simplex, aqua & aër insunt, quæ species accipere possunt, sensus oĩum sensiliũ inesse inferebat. ergo & oẽs sensus: attamen nihil de eo quod ex aqua & aëre cõstaret: quoniã siue tale sit, seu nõ; satis est esse id quod sit capax eorũ sensiliũ quæ eminus sentiuntur. itaq. ex accipientiũ numero & sensoriis secundùm formã, non secundùm materiã consideratis de numero sensuũ tulit iudiciũ, pari prorsus rõne hic eum vsum fuisse credito. Quod verò subiicitur, quia locus aëris ad superficiẽ interiorẽ ignis non erit illi naturalis, eo ꝙ non moueretur ex illo secundùm naturã etiã tollit sic. quia motus ille est graui naturalis, vt graue est: illò aũt fertur, vt leuis. tametsi magis secundùm naturã est, vt inde, q̃ illò moueatur. nanq; audiuimus aërem propensiorẽ esse ad descensum, q̃ ad ascensum. ita de aqua intelligendũ est. quapropter etiã vtraq. hæc ἐπαμφοτερίζοντα, idest, ambigua sint appellata. & dixerit Arist. elementa media esse motionũ cĩum instrumẽta, quia grauia sint & leuia simul; quapropter impetũ quoquouersus excipiunt, eorũ tamen propensio longè maior est ad centrum. Obiiciebat tamen Simplicius si oẽ id quod secundùm naturã cietur, ad formã proficiscitur, & superiora formæ sunt inferiorum: ergo postulabit ordo naturæ, vt inferiora moueantur ad superiora. Dubium hoc tetigit sanè Simplicius. sed cicatricem refricauit, neq. pegma adiecit. Atqui ita fortasse vlcus oẽ repurgabitur. vel si spectemus in elementis geminas vires, eam quæ vim habet afficiendi & motricẽ, & quantum est de afficiendi facultate: superiora, quia perfectiores obtinent qualitates, inferiorũ formas optimè censeri dicemus. vnde cùm superiora elementa gignuntur, ea est mutatio secundùm naturã formæ, cùm verò inferiora fiunt ex superioribus, est mutatio secũdùm naturã materiæ: non secus àc cùm fit animal & quando fit cadauer. etenim illa est vera generatio quæ est animalis, cùm sit secundùm naturã formæ: cadaueris aũt impropriè, quoniã est secundùm naturã materiæ, sic superiorũ generatio est velut animalis, inferiorum verò vt cadaueris. Attamen si vim motricẽ respexeris; est etiam progressus ad mediũ velut ad terminum & formã; nihilominus cum eo progressu conseruatur ordo ille naturæ quo superiora excellunt, quia mediũ non est terminus simpliciter, sed naturæ tendentis ad materiã, priuationem & non ens; quę item in eo progressu perfecti rationẽ habet ad ea quæ ad ipsum instituuntur, nõ autem simpliciter. Sed de his anteà satis: ex quibus constat, vt in vniuerso, sint duæ formæ mobiliũ, medium. s. & extremũ: quare hoc pacto superiora formæ non sunt inferiorũ, sed terra potius erit, vt forma aquæ, q̃ vt materia. Ex his aũt facilè euertuntur obiectiones propositæ. Etenim lapsus aëris aut aquæ in terræ cauitates illis est naturalis, quatenus sunt corpora grauia. Quòd opponitur flãmã descendere, aut aquã ascendere, illa quidẽ prima est nouæ flãmæ generatio; nulla est. n. alia caussa, nisi violans, quæ trahere possit ignẽ deorsum, sed caussa motus aquæ duplex esse põt, vel generatio nouæ ex aëre intercluso in poris corporis supernatantis propter frigiditatẽ, vel attractio quæ fit ad vacuũ deuitandũ, quam diximus esse præter naturam. Nuper etiã docuimus aërem ob ancipitẽ illã naturam, quocunqueuersus agitari; sic vniuersis motibus & secundùm, & præter naturã inseruire. Memini mihi sic obiectũ fuisse tractionẽ quę fit ex vase per filum, vel quid hũi vt filtrum non esse caussa vacui: nã sic eueniret, vt partes oẽs aquæ sursum continuatè traherentur: atqui per filtrum destillantur humores facta secretione partiũ tenuiorum à crassioribus. An id ita euenit, ꝙ facilius attrahuntur partes subtiliores, quippe quæ ob aëris viciniam magis affectæ sunt ad ascensum. Atq. hæc ex sententia philosophi constituta, dubitationes omnes è medio tollunt.

[a] a. de An.

Caussæ quæruntur, ob quas elementa media magis grauia, quàm leuia sint. Cap. XXI.

ACCEPTVM fuit à nobis oĩa leuia præter ignim in infimum locũ suapte natura esse descensura, si inferiora subtrahantur; nunquam verò in deficientum locũ ascensura, nisi vi. Sed enim cùm huius eueniti caussa queat afferri; munus erit philosophi perquirere, cur sic eueniat. Quia verò primas

A primas obtinet in hac quæstione docere, ecquid sit caussæ, cur elementa media magis grauia, quàm leuia sint, & theorematis propositi notitia valet admodū ad intelligentiā aliorū problematum quę cum de corporibus simplicibus tum ēt de mixtis proponi solent; nos eius quæstionis explicationem in primis aggrediemur. Nam poterat alicui mirū videri; cùm par esse debeat contrariorū pondus, vt æquilibriū quod est maximè secundùm naturā, conseruetur; tantum grauibus fuisse tributum; & cùm quattuor corpora sint, & totidē principia motus sibi pro portione respondentia, præpolleat grauitas, atq. adeò, vt tametsi partes aliquas habeant leuitatis; nihilominus ad cētrū vsq. procedāt. Mitto aquam, quæ tametsi non est absolutè grauis; attamen grauitas in ea leuitatē superat, & ad naturā terræ magis accedit, de aëre loquor, in quo plures partes leuitatis inesse videntur, & tamen experientia quam significauit Arist. ipsum persuadet esse grauiorem; proptereaq; vter inflatus est maioris ponderis, q̃ si fuerit exhaustus. ex quo & ipse itē subit in locū inferioris abeuntis suopte impulsu; in locū verò superiorem non nisi aliqua intercedente violentia; quandò non ascendit, nisi maior fuerit vis attrahentis sursum, q̃ lapsus eius naturalis: ita per fistulā & aqua & aër attrahuntur: aliter aut maneant, aut deorsum ferantur. Ego verò quendā perpetuū ordinem obseruo in rebus ex materia formaq. constantibus quem itē aliàs vberius explicaui, vt quemadmodū ipsæ duplex habent principium, materiam nimirùm & formā; sic earum propensio sit oīno dispar. forma quidem
B semper ad vnū quod in suo genere optimū est, contendente; materia verò, cùm sit appetens varietatis, ob eamq. rem ad contraria declinet, propendente ad id quod pessimū est, perspicio quoque maiorē progressu tēporis esse vim materiæ, q̃ formæ, q; appetitus materiæ non pōt non expleri, id verò non sine interitu formæ succedit. Vt igitur duo principia sunt, atq. adeò diuersa, sic ēt varias afferant necesse est propensiones & proprietates: ac forma quidē oīa perfectiora præstabit; materia vicissim deteriora oīa rependet: ergo & locus nobilior formæ debebitur; materiæ cōtrà ignobilior. Nunc quia loci conditiones, corporū merita consequuntur, [a] itaq. & cęlum, quia diuinissimū, est oīum supremū: quandò materia longissimè distat ab ente, ideò quoq. vergit ad eū locum, qui ab ipsius loco longissimis interuallis disiungitur: quò cùm itē grauia vergant, & inde leuia discedant: dicemus ēt grauitatem magis respondere materiæ, leuitatem verò formæ. Cùm igitur in oībus ex materia formaq. constantibus vires materiæ dominentur vt plurimū; nil admirabimur si corpora quæq., aut vno igni excepto, deorsum magis propendeant, q̃ sursum: nanq. in igni ita præualet forma, & imperiū materiæ occupauit, vt in eo solo sit leuitas, nulla prorsus efficacia grauitatis. cęterùm & ibi materiæ victoria demū existit, & quod superius ascendit, obtinente materia delabitur.
C At verò cùm ex materia generentur elementa superiora per vim à cęlo cōmunicatam, & extrinsecùs accedente principio, à quo sit inuertenda materia, & à proprio suo naturaliq. statu dimouēda, non adest neq. remanet ingenita propensio ad superiora: nisi quantum afficiuntur, & apparantur à generante. Quamobrē etiam si sursum versus euehi sit materiæ, & tendere ad perfectionem quę primò expetenda est; at nimiū est naturale ipsius robur, quod eā retrahat à forma, & magnū quiddā est esse sui iuris, quod tum obtinet materia, quando se expedit ex imperio formæ, & sese quodāmodo vindicat in libertatem. Atq. hæc quidem caussa est, cur non idē sit naturæ processus in grauiū leuiumq. mutationibus. Ac si in re seria mihi quoq. cum poëtis sapientissimis verum ludendo liceat dicere: materia mihi par esse videtur in natura saxo illi quod apud inferos à Sisypho assiduè volutari fingunt. Sisyphus aūt forma, aut efficiens, uam veluti ipse gerit vtraq. manu saxum, & manibus pedibusq. nixus in montis verticē trudit: cùm verò iam non longe abest, vt montis cacumen superet, tum vis quædā robusta saxū repellit, & in planitiē reuoluit: ille verò connitens & contendens iterū euehit, & sudor ex oībus mēbris exhalat: ita materia, quanuis à forma non sine magno labore promota, semper refugit, & in locū inferiorē q̃ maximè se recipit. Eodem impetu concitata materia, & ea corpora in quibus multū materia præponderat, quæ grauia nos esse diximus, in summū, quantū possunt, nitantur, quod si non perfectū simpliciter, at in suo genere perfectū est. ita placet
D naturæ summum præstare, quod pōt. Quamobrem, nisi grauia subsidant; ea quæ minus grauia sunt, in eorū loca irrepunt, & quasi vicarius, aliorū muneri succedunt. & quemadmodū in illo ordine quo rerū essentiæ continentur, non patitur intercipi inane natura, semper ea suppeditans quæ insensili propemodū interuallo distant; vsq. adeò, vt, si non rē ipsam præstare valet, saltē aliquam eius notā inducat, veluti oculorū speciem talpæ, maribus simulachra māmarum, sic ēt infimū hoc spatiū grauibus voluit oppleri natura. Ergo & in proprio loco pondus habent, & in locis itē alienis, vbi descendant, & in centrū contendunt, quod itē vt primùm consecuta fuerint; nil expetunt vlterius, sed ibi manent, indeq., nisi magna aliqua vi nunquā depelluntur; signū certissimū, q; illò secūdùm naturā peruenerint, quæ tamen è loco superiore sine vlla vi descendebant. Itaq. illud iudiciū de mediis faciendū esse videbitur, q; non ad superiora euehantur, sed potius emineāt subsidentibus ignis aūt solus attollatur in sublime, quia nihil habeat grauitatis. Hinc voces de loco superiore, q̃ de inferiore magis exaudiri solent, & tormenta bellica, si desuper intorqueantur, vt scopum assequi valeant; altius collimare oportet, q; impetus ille ballomena deprimit ad centrū, atq. vter inflatus descendit velocius, q̃ inanis; tametsi de aëris potestate posteà differetur. Sed illud fortasse tibi moueat admirationem, q; cùm ad centrū vsq. propensionē habeant grauium partes, & idcirco pondus aliquod

[a] 1 de cęl. T. 16.

quod

quod præseferant; in earum proprio loco, quamuis moles sit maxima, non sentiantur. Sic quamuis aëri grauitas adscribatur; tametsi tanta eius moles imminet capiti nostro, ne minimum quidē illius appareat, aqua etiā multo euidentius, vbi.n. de suo loco vel parua particula exhauriatur, vel etiā nos emergamus, maximū earum pondus experiamur. Verùm ad hoc ita dicemus. Cùm graue & leue sint dupliciter; absolutè.s.& aliqua ex parte, de grauibus simpliciter, vbicunq. semper, & quibuscunq. corporibus substernuntur; leuia contrà, vbicunq. & è quibuscunq. corporibus eminent assiduè. Proinde grauia simpliciter ēt manentibus aliis, quorū est aliquod pondus; per ipsa descendunt, & leuia similiter aliis quiescentibus per illas euehuntur. Sic terra oīum grauissima, quia per aquā descendit, nec aliud quicq̃ reperitur, quod per aquam descendat aut terrā, & ignis ex altera parte leuissimus, quia per aërē quiescentē attollitur, nec quicq̃ aliud per aërem euolat, aut ignim. Leuia autē & grauia quodāmodo, quæ minus grauia, q̃ terra sunt, & minus leuia, q̃ ignis: itaq. in grauium loca succedunt, & ex eorum quoq. loco aliis grauibus illò cōmeantibus euehunt. Verum enimuerò vt ad quęstionē cominus accedam; tametsi grauitas extra suum locum elemento assignat ab Arist. ideoq. facilè posset expediri quæstio: tamen ꝙ vt habitus etiam in proprio loco conseruatur, & ex ea nascitur quies & priuatio ponderis, hoc item cùm habeat caussam, excitat nos ad eam indagandam. Illud sanè constat ꝙ non est idem penitus vtrobiq. grauitatis officium: nanq. extra proprium locum efficit motum; in proprio loco magis studet quieti, vt videatur naturæ consilium potius esse, vt ibi maneat corpus, neque inde facilè detrudi patiatur, quanq̃ centri satagat, ꝙ cùm in proprij loci latitudine versetur; bona etiam ex parte finem suum sit consecutum. Nunc pondus ex ea propensione cognoscitur quæ cum motu coniuncta est, aut affinis est motus, velut oppressio, non ex ea quæ cum quiete consistit, neq.n. pondus rei quæ in trutina appensa est, apparet, si quis eā sustineat, sed si liberæ naturæ suæ dimittatur. itaq. & oē impedimentum enarrat pondus. Hoc igitur, cùm extra proprium locum eueniat; fit, vt grauitas extra proprium locum, non in ipso sentiat. Poterat igitur Alexander occurrere dubitationi, negans elementa in proprio loco grauitatem, leuitatemue habere, & id ipsi dari poterat, si eam facultatem accepisset quæ pondere deprehenditur; nos illam vim accipere voluimus, qua rerum natura definitur, & ei perpetuò manet affixa. Neque me fugit eam Simplicij sententiā de hoc problemate extitisse, ꝙ extra suum locum nihil habēt aquę partes, quo innitantur, ideò omnes impendent; itaq. maximè vrgent; at in proprio loco sustinētur à reliquis, & insensilis ferè particula instat corpori eius quod mergitur, idcirco nullū sensum faciūt; idq. illustrasse exemplo muri in pariete latitantis qui lapidū grauitatem nō sentit, cùm superiores sustineantur ab inferioribus & in illis natiuam suā grauitatem deponant, quod item dum diligētes architecti attendunt, in aggerum fossis faciendis fundamenta pectinatim instruere consuerunt, [a] quemadmodum dentes serrę disponi solent, quia sit oneris terreni magnitudo in paruas partes distributa, neq. vniuersa pondere premens, nulla rōne possit extrudere muri substructiones. Possum quoq. tibi commemorari Dædali nostri diligentiam, qui in extructione admirabilis illius testudinis summa cum vera supputauerit quantum cuiq. lateri pondus accederet, & quantum quisq. sustinere posset. eandem quoq. caussam esse putandum est, cur pendant minus oblongiores hastæ, si erigantur, q̃ si iaceant, quia.s.iacentes oī ex parte afferunt pondus, si erigantur, ex parte cōmunicant, partibus sese mutuò sustinentibus & vestes, dum nouę sunt, & adhuc rigent; minus premunt, q̃ vbi contritæ fuerint, & auro contextæ, quamuis grauissimæ; ad pondus, quod alioquin habent; molestiam exhibent, & minus oneris sentitur ex illo, quem fors in sinu, dum se sustinet, q̃ cùm se ociosè remittit. Non me fugit, inquam, ita sentire Simplicium, & multum valet hæc caussa. Sed vt ingenuè fatear; hæc ratio mihi non videtur cōplecti caussam totā problematis, quia primùm fieri pōt, vt multò minor sit moles earum partium quæ imminent extra proprium locum, q̃ earum, quæ imminere possunt in eo; quandò præpōderant omnes quæ directò impendent, quas quid prohibet in fundo maris altissimi plures esse? Deinde quid sustinet & quomodo? certè partes inferiores sic sustinent, quod aliarum pondus excipiunt. Fac ita esse in aquis, propter densitatem, quæ non patiatur partes supereminentes vlterius promoueri; at quo pacto poterit hæc caussa ad aërem pertinere, cuius partes suapte natura suspensæ permanent, & nihil habent quo resistant propter raritatem? Nec iuuat exemplum quod accipit ea quæ sunt extra proprium locum: in his.n. pondus est sensile & actus grauis, cui motus adnexus est, efficacissimus. Neq. illud obstat, quod accepimus olim in suo loco esse grauissimum: nam sic diximus, ꝙ insisteret suo loco q̃ maximè; non ꝙ extaret eius pondus, quod libra metimur: hoc enim maximè extat extra suam sedem. Poterunt ergo illa quæ decreuit Simplicius; si pōdera fuerint extra propria loca, sed in ꝑprio loco alia rō vr̄ assignāda.

[a] Vitr.

Edocentur caussę, vnde elementa media producuntur. *Cap. XXII.*

DVBITABIS igitur, vt se habeant elementa media; an'ne grauia leuiaq́. comparatè ponentur, an natura potius & per se. Quòd in iis hæc comparatè posuerit Arist. à forma grauium, leuiumq. aliena esse corpora hæc facilè credideris: quod.n. per certam formam tale est, simpliciter quoq. tale esse existimatur. At si leuis per se sit & intrinsecus aër, vt certè est, & aqua grauis, vt diuersas

A uersas formas suam vnumquodq. corpus ex illis habuerit, erit simpliciter graue, nõ autem remissè. sic aër in aqua item pondus haberet; ita etiam, quia leuis aqua simpliciter esset, in aëre posset ascendere. siquidem geminã ꝓpensionem retineãt; atq. eã quidem à ꝓpria, nõ ab aliena forma ducãt. Verumenimuerò de natura corporum mediorum sic existimare oportet, veluti de cęteris mediis, quod etsi posthàc vberius tractabitur; intereà tñ paucis indicatum poterit ꝓfligare dubitationem. Atqui cętera media cõstant è principiis extremorum & in eorum certa rõne sunt posita. hæc est singulorum forma, nec sanè multiplex, sed vna speciei vnius citra omnem cõpositionem materialem, à qua etiã pendet proprium munus, quod item per se vnum est, principiorum viribus quodãmodo affectis, & a propria natura deflexis. itaque cùm ex impotentia materiæ nõ assequantur summum, si cum summo conferantur, habentur remissa. Propterea si certam rationem naturæ spectes, & officia quæ inde pullulant, ea simpliciter talia sunt, ꝙ certa rõ mixturæ consistit indiuiduo, & huic certa functio comitatur quæ remoto oĩ impedimento, summa est & simpliciter, quia pro ratione principiorum suorum absoluta sit, vt nihil in eius cõsummatione, quod secundùm naturã est, requiratur. At cùm in eius generis latitudine superetur ab alio quod est melius & præstantius, cõparatè dicitur huiusmodi, vt si rationem viridis, quod est medium inter album & nigrum explicare volueris; ita dicere cogeris: è principiis albi & nigrĩ conflatum esse; non ex albo & nigro: tunc.n. esset B cõposita species & alterius ordinis; etenim composita componentibus origine & natura posteriora sunt; sed ita inter se aptatis atq. cõpositis, vt inde non alia quæcunq. forma, sed certa & determinata existat, & actiones extent quę sunt eius formæ propriæ: vt, si albũ segregat, vt dicitur, vi sum; congregat nigrum: ipsum viride vtrunq. præstet mediocriter. Est igitur vna forma quæ manet in indiuiduo: vna item functio quæ est vtrunq. munus facere mediocriter quæ consimiliter est indiuidua, quia sic per se forma operatur, hoc solùm obtinens cõparati, ꝙ non operetur, velut extremorum formæ, sed magis, aut minus & ꝓpter collationem, quod vnum est duorum, subeat rationem. Non igitur duo sunt principia per se, ex quibus medium constat, actu distincta, & materialiter constituentia & efficientia cõpositum; neque duo munera separata; sed vna forma quæ è duobus illis extremis virtute constituta est, & vnicus actus eius formæ proprius, sed quia non purus, nec vnam rõnem simpliciter continens, plurium officio fungitur, quæ diuersis illis principiis pro ratione respondeant: itaq. sursum & deorsum media mouentur. Ergo non sequitur. si comparatè; nõ igitur à propria forma, quia duo videãtur actus, & varia principia, sed vna est forma, & actus vnus, at remissus, idcircò ad extrema cõparatè, sed per seipsum simpliciter, quia secundùm naturam, quoad.s. patitur illa forma; suus actus, idemq. absolutus extat, sed intrinsecus, extrinsecus autem solummo C dò variatus. Neque item valet. si à sua forma, ergo simpliciter tale. si huiusmodi, vbique tale, ergo summè tale, quia simpliciter est ad suam formam; non ad omne corporum genus, & vt est simpliciter, vbiq. tale est: vbiq. igitur remissè graue est, & leue: vult verò summum esse, quod simpliciter in oĩ genere tale esse debet, vt summa opera exequatur, velut album in genere colorum. Sed pergamus vlterius & caussas edisseramus, à quibus elementa producuntur, vt optimè perspiciatur, non ex compositione diuersorum corporum, sed principiorum impotentia duntaxat media fuisse constituta. Caussa verò grauitatis & leuitatis vna quidem mihi proxima videtur, altera remota, & remota quidem, interuallum, quo corpora caduca distant à cęlo, seu locus: proxima verò calor & ei⁹ absentia, à quibus reliquæ omnes elementorum qualitates originem ducunt. Etenim, ꝙ magis minusúe à cęlo distant grauia leuiaq. sunt. sed hoc sine primis qualitatibus nullo modo præstari põt, nam sic ex distantia viciniaq. afficiuntur, vt calore polleant, aut frigore, ex iis autem leuitas & grauitas oriuntur. Quamobrem distantia grauium, leuiumq. caussa est, quatenus huiusmodi qualitates affert. Ita vero rem sese habere testantur verba Philosophi [a] qui caussam reddens, cur grauia se se deorsum contulerint, ea magis à cęli cõuersione ab esse docuit: prætereà cur nubes in aëris secunda regione consistant, caussam attulit quæ priuaret, nempè caloris absentiam: multoq. planius exponens, cur in ea fiant aquæ, vbi addit eas voces propter locum, quia.s. ille locus præseferat eas vires D quæ pendent à calore; quemadmodum item vbi modum explanauit, quo fieret somnus. [b] dicebat enim vapores in capite propter locum refrigerari; quasi locus occasionem præbeat frigori, vt vapores inuadat; ita locus & distantia non efficiunt hæc, nisi per calorem, eiusq. absentiam. eaq. perpetua ꝙ vis est caloris & frigoris; nanq. etiam ignis ex aqua producit vapores, & ipsos euehit in sublime, & refrigeratio grauitatem inducit, vt, quando conciliamus somnos vaporibus ab aqua sublatis. Igitur pro portione caloris à cælo communicati nascitur certa propensionum ratio quæ, sicut ob certa interualla solet induci; sic in ea conseruatur, & expetitur secundùm naturam, vnde efficitur locus naturalis, ad quem suopte impulsu corpora feruntur, & delata quiescunt. Ille verò, vbi multum valeat calor, conuenit leuibus, vbi nullum propè vestigium caloris insideat, est grauium proprius, vbi vigeat temperies, mediis aptus. Atq. hinc quidem principia propensionum formalia deriuantur: ex quibus apparet ordo corporum, non ex duorum contrariorum quę proprios actus habeãt, miscella existens, sed ex gradibus eiusdem virtutis à cęlo impressæ, & actu ac priuatione quæ concurrunt ad ea producenda, in quibus est ordo & humilitas naturæ. cuius virtutis beneficio propriã naturam retinere cupientia, quæ certa flagitat loca, vndecunq. illò sese recipiũt, & in grauium loco

[a] 2. Met.

[b] 1. de sõno.

ascendunt; descendunt verò vicissim in loco leuium. hoc priuario præstat; illud efficit actus: quibus non repugnat vnam speciē facere, cuius duæ sint rationes. licet, vt supra diximus, materia præpolleat, cui grauitas comitatur. attamen ita vincit aër aquam leuitate, vt semper aqua subsidat, aër euehatur, nec sine magna quadam vi mergi possit, aut contineri in aquis. Proinde illi, qui maximas belluas in mari piscantur, vbi iam guttur earum hamo transfixum est, neque cathenam, cui adnexus est hamus, exedere potuerunt, sed acerrimis doloribus affectæ in profundum pelagi demerguntur, omnem funem iis relaxant, quia nullis viribus humanis retrahi possent, & exagitatæ nauem cum remigibus in profundum facillime detraherent; simul & amplos vtres aëris plenos ex funibus belluis mare subeuntibus appendunt. Illæ vulneris dolore stimulatæ vtres contemnunt, & reluctantes, & summam aquā semper appetentes, in altitudinem maris tandem deprimunt. Sed iam defatigatæ, cùm in maris imo quiescere cupiant, vtres non permittunt, sese in sublime efferentes. Itaq. contra hos instaurant pugnam, & veluti animalia sibi infesta, animo vlciscendi persequuntur, & iterum sæpiusq. frustra detrahunt vtres, hi sursum versus subuolant. ad extremum, vbi iam delaxatæ fuerint, & omnibus viribus exhaustæ; vter aliquis, victoriæ nuncius, sublimis effertur: mox etiam cæteri. Ita difficilè mergitur aër, & maximo cum impetu enatat. Itemq. aër est quidem leuior aqua; nihilominus per se grauitatem habet maiorē, quàm leuitatem. Ex his apparet nunc quid dicendum sit ad primam illam quæstionem, neque enim quòd inter se sustineant, non opprimunt, sed quia per se cùm sint in proprio loco, propter formæ suæ gradum: dat enim generans simul & gradum formæ & locum ipsi conuenientem; sic non afferunt pondus. Nanq. locus ille determinatur certa distantia quæ est à centro, vt alibi tum esse non cupiat; nisi vis generantis vlterius promoueat elemētum. Sed nunquid hæc absoluta problematis huiusce caussa? nequaquam: quoniam vult Philosophus etiam terræ partes inter se opprimere, & certè in vniuerso spatio quod occupat aër, aliquid proficere possunt aëris partes, vt quæ nobis proximæ sunt, altius se tollere. Quapropter ex his duabus caussis vnam faciamus, propter quam pondus illud insensile reddatur.

Vtrùm grauior sit cæteris grauibus in suo loco, an non. Cap. XXIII.

AVERROES ita Themistium arguebat, illud esse grauius inquiens in quo plures essent grauitates, sed in ligno tres sunt grauitates, aërea nimirùm, aquea & terrea; in plumbo aquea & terrea duntaxat: ergo plus habet ponderis in aëre lignum, quàm plumbum. Quoniam verò videtur accipere hoc argumentum, grauitatem aëris esse magni momenti, neque placito huic defuere patroni; quæramus in primis, vtrum'ne grauitas aëris in ꝓprio loco maior sit, q̄ cæterorū grauium. Mihi verò neq. ratio dictat, neq. monstrat experientia, neq. testatur vnquam Arist. aërem grauitate reliqua superare. Nanque velim ego intelligere, ecquæ'nam sit ratio propter quam agatur aër ad aquæ superficiē, & è cētro mūdi illò euehatur & cæteris cedentibus sīm naturā migret in centrum. an quia grauitatē simul habet cū leuitate coniunctā? Certè, & hæc caussa est, cur inseruiat motibus violentis: qm̄ motu violēto graue sursum pellit, præ grauitate verò resistit; itaq. cùm ꝓpensione vacaret, illò impulsū facilè non acciperet; adest aër, qui leuitate aliqua insignitus, habet ad superiora propensionē. contrà, leue deorsum violētia cōcitatur, neq. illò suapte natura promoueretur, sed alieno impetu sic mouet, aer, quoniā grauis, eò ꝓpendens, impetū promptius excipit. Quod attinet ad motū naturalem, iā vidimus, si moueat elementū, dum gignit; nihil oīno grauitatē eius leuitatem'ue facere: si verò moueat, postq̄ genitū fuerit; cùm à mobili ipso primùm pulsio & oppressio ministret, planū est, ꝙ plus grauitatis erit in opprimente, q̄ in eo quod opprimit, quin potius leuitate fauet descensui, vicissimq. ascensui grauitate, mobili resistēs, atq. efficiens, ne tēporis pūcto deducat ad actū secundùm, sed tēpore quodā ac per successionē, vnde motus iō deducebatur. Nulla ergo caussa est ob quā aër in suo loco maius habeat pōdus, q̄ reliqua, nec ꝓpter motus violētos, neq. naturales, nec ꝓpter seipsū itidem. quis.n. existimabit id quod est min⁹ graue, maiorē habere procliuitatē ad id qđ est esse in loco inferiore, q̄ id quod ē graue simpliciter, nisi maiorē habilitatē in potētia remota collocet, q̄ in ꝓpinqua, & à grauis natura prorsus ipsius actū seiūgat? adest.n. facultas & habilitas, quę cōueniat medio corpori; nihilominus actus ei⁹ est quod extremū est, & tale simpliciter: itaq. suprà vires aget natura, neq. functiones cū forma cōgruent; aderit igit̃ aliquid externū: quapropter illud munus nō erit naturale. Prętereà crescit motus & inclinatio ex eo, ꝙ potestas actui primo appropinquet: at minus graue magis ab actu primo, quod est esse grauis, q̄ grauius distat, & planè minus graue, quia magis habet de forma cōtraria, ab actu cū primò, tū secūdò magis abest. Quòd si forma & perfectio grauis est esse in suo loco, & quo graui⁹ ē̄t aliquid, eò quoq. magis accedit ad formā & suū ipsius locū; si aër minus est grauis, vt certè est, eius itē actus erit obscurior & languidior. ita aut nō ocyus tendet ad mediū, aut nō ita directò; aut, si ocyus tēdet, vt accipit̃ ab aduersario; forma grauis simpliciter ab ea nō distabit q̄ grauis est aliqua ex parte, cuiusmodi ponit̃ esse aër. Quippe secūdus act⁹ cū primo pari gradu ꝓcedit, vt hic tū sit sūmus, & absolutus, vbi primus cōsūmatus fuerit, & vicissim, cū primus existit, tū functio plena sit, atq. perfecta. Hic forsan occurres argumenta proposita cōuincere, si aër per aliena loca moueri sumat̃, sed per locū suū nil obstabit quo minus ita sit.

Hæc fortè

A Hæc fortè profiteatur ille potius, qui motũ eleméti iã geniti siue medij, nõ sanè, vt obsistentis opera, sed vt vehentis obiri decernat; ad quod, cùm satis anteà dictũ sit, nil est quòd in præsentia repetatur. Verùm neque is qui hæc autumat, negare potest, quin motus & inclinatio ab actu primo dissentiat: siquidem fateantur omnes aerem omnium grauium esse leuissimum; quia nimirùm subster vni elemēto, supereemineat duobus, & tamen erit efficacius illud munus quod à grauitate, quàm id quod à leuitate præstabitur, neque solùm quòd seipsum grauitate; iam enim datur hoc gratis; sed quòd reliqua grauia superet. Et profectò quis finis eius motus? non'ne debuit moueri minus, cùm iam locum suum occupet, ob eam. s. caussam, quæ exposita est, dum doceremus, cur in suo loco pondus aquæ non sentiretur? Cùm etiam adiuuet ascensum eorum quæ præter naturam mouentur, in suo loco, monstrat habitum inesse, qui speciem contrarij præsegerat: atqui, vbi pollet contrariorũ vis; necesse quoque est, proprij actus efficacitas sit retusa: si minus; quid obsecrò vetabit, quin aqua tepida magis refrigeret, quàm si frigida foret? Ergo aeris actus nunquàm, nec vsquàm summus existet, sed semper à facultate contraria repressus. Cur etiam pondus aquę sentitur à nobis in aëre, non in aquis, si maius est aeris pondus in proprio loco, quàm cęterorum grauium? magnum hoc quoque signũ est, aërem in proprio loco neutiquã grauitate reliqua superare. Neque id vnquam profectò ab Arist. significatum fuisse constat, neque vbi de officio medij disputatur; neq. item 4. de B celo, vbi de grauitate quam habent in suis locis elementa, facta est mentio. Neq. debuit quisquam ex hoc quòd velocius descendat lignum per aërem, quàm lapis, aut plumbum, cùm in eo primę sint aëris, caussam velocitatis aëri tribuere, quia. s. ocyus in proprio loco moueatur, quàm cętera grauia: in eaq. hypothesi inest fallacia duplex: nanq. & non caussa, vt caussa sumitur, & argumentum infertur ab eo, quod est quodammodo ad id quod est simpliciter, ponitur enim caussa effectrix eius velocitatis aër, atq. ille quidem simpliciter: at velocitas à grauium dominio proficiscitur, sed in aëre quidem efficiente, verùm non impediente, quia maiorem habeat propensionem ad inferiora, q̃ ad superiora: ex quo sanè id sequitur, vt deorsum celerius quàm sursum moueatur. nunquid'ne q̃ alia corpora grauiora? quid nos hoc dare cogit? Confirmari etiam hæc possunt eo, quia siqua caussa est ob quam præceps ruat saxum, ea certè foret, ꝙ aër ipsum promoueret. Tum quæro an'ne raritate, aut densitate id efficeret. Si raritate id effici putes; at quod rarius, eò quoq. leuius: ideoq. violentia magis fertur deorsum. Quòd si densitatem huius rei caussam esse velis: at quo densior fuerit aër, eo tardius mobile per ipsum descendet, cùm docuerit Arist. & manifestò posuerit, per medium, quo rarius esset, eo velocius grauia, aut leuia ferri. Si verò propensionem per se ipsam attendas, & eam censeas esse caussam, cur sit instrumentum motus eorũ quæ per ipsum cientur. animad-C uerte, obsecro, si grauior est aër, necessariò quoq. præcedet in descensu naturali. Verùm si hìc adiuuat motum, quia præcedit; eodem pacto in ascensu naturali antecedere oportebit. par. n. quantum spectat ad medium, in vtroq. est ratio motus: nisi, ꝙ propter maiorem propensionem ad inferiorem locum, q̃ ad superiorem, opera eius in descensu, quàm in ascensu est expeditior. Quare magis item erit in suo loco leuior, q̃ leuia, quod tamen ausim affirmare ab omnium Peripateticorum placitis abhorrere. Sic aliquam differentiæ rationem in ascensu & descensu, quod spectat ad mediũ, Arist. assignare præstabat, quæ tamen ne per transennam quidem fuerit indicata, & cùm de descensu & grauitate corporis illius, quatenus per se & simpliciter mobile est, mentionem fecerit, & eam caussam perpenderit, à qua grauitas ipsa permanat; eius grauitatem, non cum cęterorum grauitate, sed cum propria leuitate contulerit. Neque sensus aliter persuadet. Nam potes tu aëreum aliquid atq. terrestre conferre deiiciens ex insigni quadam altitudine, si ad trutinam pariter vtraque pendant. Potes etiam experiri ab vtro maior ictus accedat: arguit autem ictus & pondus & celeritatem. Neq. si sensus hoc monstraret in oĩbus, opus fuisset Arist. sumere lignum, quod sex partibus plumbo grauius esset in quo reliquæ grauium partes exuperant apertissimè: nanq. idem quoq. conficere potuisset accepta qualibet mole in qua dominaretur aër. etenim quacunq. ratione, quia velocius D in loco suo q̃ cętera grauia moueretur, dubitationem afferre, & caussam ab Arist. indicatã, tolerare posset. Sed quid ego stupidus, cùm fontes habeam, riuulos conſector? Non'ne caussa redditur ab Arist. [a] cur homo solus omnium animantium rectus incedat eo, quòd calidior reliquis? quãnam, obsecro, caliditate? num'ne ignea? minimè, neque. n. pars est hæc mixtionis, sed aërea. leuitatis ergo hoc, non ponderis signum est, & multò plus posse, quod simplex est, quàm mixtum, videtur esse probabile; quandò in mixtis aliqua contrarij vis extat quę impetum refringat. Hæc igitur me persuadent, quominus credam aërem in suo loco cęteris esse grauiorem.

[a] 2. de gen. an. c. 3.

Quid dederit locum ei suspicioni, quòd aër in suo loco cæteris grauior sit. Cap. XXIV.

ATQVE ea quidem de simplicibus. Et quanuis omnium eorum quæ sunt in compositis, caussa petenda sit à simplicibus, ea tamen varietas quæ conspicitur in ipsis, dum per diuersa loca feruntur, nos ad cogitandum traxit, & mentes nostras ad speculationem sui traduxit, vt illud generale tantùm resideat in animis nostris; ea moueri secundùm victoriam elementi cuiuspiam; ita vt ad eundem locum paullò plus minusúe contendant, in quem vult elementum dominans peruenire, sed tarditatis atque velocitatis ratio par in diuersis locis non aspicitur.

Est enim lignum 96. lib. pondo: est & plumbum pondo lib. 16. illud.s.hoc sex partibus grauius: E
nūc, quod grauius est, velocius fertur; fertur etiam infra id quod est minus graue, quemadmodum
tenta quæ submergitur in aquis; nihilominus in aëre quidem velocius fertur lignum, q̃ plumbum.
at verò, postquam ad locum aquę peruenerint, enatat lignum in aqua; mergitur autem plumbum:
neque lignum, nisi vi mergi potest: ac si vtraq. fuerint in aquæ fundo; manet ibi plumbum: lignū
verò, nisi vi atq. coactū, ibi manere non potest, & amotis impedientibus euehitur protinus ad aquæ
superficiem. Neque minus admirationis incurit illud, φ cùm lignum plures obtineat aëris partes,
q̃ reliquorum elementorum seorsum: etiam in aëris loco tantum habeat pondus, vt superet aliquā
plumbi portionem, in qua nihil aëris continetur: non dico quantum pertinet ad locum in quo manet
secundùm naturam; nam, quia mixtum, conuenit illi secundùm naturā infima superficies aëris,
sed φ ocyus in aëre moueatur: etenim manent secundùm naturam elementa in suo loco, vt etiam
suprà significauimus. Cęterùm in primis ponere oportet varias esse miscellarum formulas. tum φ
mixta grauia, leuiaq. sint ex formę perfectione, quia.s. minus infracta sit alicuius elementi potestas
vt ea quæ terræ est, minus est infracta in ferro, q̃ in carne: tum φ multas cuiusdam elementi partes
obtineat, atq. illas, vel confusas, vel etiam separatim receptas in cauitatibus huiusmodi est lignum,
in quo magna est copia meatuum, quibus aër affatim continetur, reliqua pars est terrena. Veruntamen,
si locum respiciamus, ad quem suopte impulsu feruntur; par est omnium ratio, qua feruntur
in loca propria, siue ob partium multitudinē, siue formæ perfectionem; siue vniformiter disposita
sint, siue item partes diuersas obtineant; siue dominium ex materia participatione, siue etiam
ex affectione nascatur, & per se feruntur in eum locum qui idem est ac dominantis elementi, quacunque
ratione dominetur. Sed aliter planè dicendum est, si ad aërem & aquā referantur per quæ
tanquam media mouentur. Itaq. & hoc mox inquirendum est, quod tamen faciemus cęteris cogitatione
seiunctis, quæ cum medijs, tum mobilibus inesse solent, vt moles, & raritas; quanquàm difficile
admodum est ea separare quæ rei perpetuò sunt affixa. [a] Mirùm enim videbatur φ lignum
C. pondo in aëre descenderet ocyus, q̃ plumbum pondo I. in aqua verò enataret lignum, plumbum
peteret imum. quænam, obsecro, varietatis huiusce caussa? cur sicut in aëre partium grauiū multitudo
pondus affert; in aqua non idem efficit? Hoc certè non à pondere ipso, sed à viribus elementi
participati proficiscitur. Nam maior moles in vniformibus & forma perfectior vbique retinent
easdem vires: &, si terra dominetur, pro perfectionis magnitudinisq. ratione celerius aguntur. at
vbi ratio dispar est elemētorum, necesse item est varia sit celeritatis ratio per media diuersa; tametsi
dubitationem afferre potuit, quod de terra & plumbo sensus indicabat, vt, quanuis terra vires integras
haberet, à plumbi grauitate vinceretur. Attamen eius euenti caussa non videbatur esse per se; G
&, quanuis moles vtriusq. par esset; non erat, φ expectaretur æquum vtriusq. pondus. Cùm enim
terra vacet humore illo quem συνεκτικὸν Græci vocant, nos continuantem vocemus, quia partes
aridas inter se connectat; haud credendum est; cùm multus sit in plumbo: idemq. compressus &
terminatus, itaq. terrenis qualitatibus affectus, quia afferat multum pōderis, & in aëre & in aquis:
pro quo in terræ partes aër irrepit, qui non ita prægrauat in aëre, sicut aqua. φ pro aëre subeat humor,
præsertim quia non est ita compressus & concretus, vt in plumbo; in aqua grauitatem non efficiet,
neque tantam in aëre creabit. Si verò maior terræ moles fuerit, ea consequentur impedimenta,
quæ minuent motum, vt moles. Ergo cùm in plumbo terra primas obtineat, siue propter materiam,
siue propter affectum, vt opinor, aër autem in ligno, & aër in proprio loco habet aliquam pro
pensionem ad locum inferiorem: si plus quàm plumbum sexcuplo fuerit, tātò velocius etiam per
aërem feretur, q̃ plumbum. Etenim grauitati, quæ ab aqua & terra deriuatur, aër non resistet,
quinimmo aliquid conferet. & quoniam ibi dominatur aër, vbi ad aquam ventum fuerit, plumbū,
quia terrestre, ideoq. vbiq. graue feretur ad terram vsq. per aquam: lignum verò, cùm sit aëreum;
hoc autem in aqua est leue, enatabit. Et eadem caussa est, cur lignum in aquæ fundo non maneat,
plumbum contrà quiescat ibi secundùm naturam; siquidem in eo terra dominatur, & cur lignum, H
quod in aqua leue est, secundùm naturam maneat in aquæ superficie, & ad ipsam suopte impulsu
euehatur. Quòd autem in aëre non maneat, etiam si aëreum sit; partim falsum est, partim non necessarium:
hoc quidem, quia non est aer purus, sed corpus mixtum; ideò locum infimū in aere sibi
asciscit; illud verò, quoniam locus aeris porrigitur vsq. ad extremā aquę superficiem. Themistius
autem aliam quoque caussam reddidit, vt doceret, cur lignum enataret in aquis. hæc autem non
propensio, neque omnino caussa per se habita est, sed amplitudo corporis, quæ ab aquæ resistentia
superatur. At mihi non arridet hoc dictum: quoniam, si lamina plumbea capiatur, & sphæra ligni,
quæ sex partibus minor sit, quàm plumbum; enatabit sanè sphæra lignea; plumbea verò lamina
submergetur: licet id non negem eam mersum iri difficilius, quàm si globosa foret: neque
enim satis idonea est eiusmodi figura ad medium diuidendum. Sed tamen si figuram omnino
seiungas, optimè perspicies amplitudinem eius euenti caussam esse non posse. Ab his redeo
nunc Auerrois argumentum, admonens eandem esse rationem grauitatis & leuitatis, ac reliquarum
qualitatum: potest enim vel in ipsis materia spectari; hoc est eius multitudo & vt dici solet
extentio, vel forma & actus, quod intentionē vocant & gradum: nanq. & multa aqua valde refrigerat,

[a] 7. Met. T. 37.

A gerat, & aqua summè frigida: illa quidem propter materiæ copiam in qua etiam multum formæ quæ cum materia producitur, inisit necesse est, à qua virtus & functio proficiscitur, ita vt in maiore corpore; non sanè, quia terminos habeat ampliores, sed quia moles sit maior: vis etiam maior insit: aqua verò quæ summè frigida est, propter formæ gradum magis refrigerat. Sed, quoniam grauitas & leuitas, atq. omnino motus naturalis formæ gradum potius q̃ multitudinem sequi videntur: quando dicitur, dans formam dare consequentia, & perducere in suum locum; gradus eius animaduertitur, non autem multitudo: propterea si tres illæ grauitates attendantur quas Themistio magnus ille Arabs obiecit, eæ potius erunt extensiuè, vt sic dicamus, acceptæ, quàm intensiuè. Nec quicquam cogit Themistium ad fatendum aëris grauitatem adiungere quicquam motui quod pertineat ad eius incrementum, sed consensum potius & conspirationem cum reliquis grauitatibus quæ expeditæ facilius operari poterunt. Ita ergo adhibita distinctione respondebit ad propositionẽ Themistius dans. Vbi plus grauitatis secundùm gradum, id ferri velocius, & sic assumptio falsa reputabitur; neque enim in ligno erit intentior, quàm in plumbo. Quòd si extensiuè grauitates in propositione sumantur, ea tum non erit concedenda. Rationes enim & experientia, atque item hypotheses Aristotelicæ reclamant huic pronunciato.

B

Dubitationes aliquæ tolluntur, & caussa exploratur quorundam problematum ad rerum pondera pertinentium. *Cap. XXV.*

OBIICITVR hîc nobis plumbum, quod est ferro quidem rarius, sed tamen eo grauius; at cùm raritas sit aëris proprium; aër erit ipse grauior. At verò qui ita dicit, inter rarum & rarius discrimen ponere certè nescit, quod enim rarius est, non idcirco rarum esse docuit Aristoteles. [a] Sit ergo plumbum rarius; atqui ita est, quia raritatem habet ex eo genere quod conuenit aquæ: ipsa enim pro certa ratione, licet affecta & virtute solùm non actu, dominatur in plumbo. Non igitur aëris leuitas inde concluditur, quanquàm neq. grauitas illa in plumbo soli intentioni & gradui formæ potest adscribi, nam qualitates quæ terræ conueniunt, accipit, sed accessu frigoris aqua vniformiter & æqualiter vndiq. cõpressa, omnes aëris partes exclusit: quamobrem adest præterea materiæ multitudo cum grauitate terrena: cùm cęteroqui ferrum inæqualiter mixtum sit, & in poris aliquam aëris portionem contineat. itaq. ferrum in aëre leuius, credo etiam in aquis. Nam video plumbum appendi rudentibus, vbi ad perpendiculum in aquam altissimã vrinatores mergi velint, & plumbum addi retium crepidinibus, non autem ferrum, & καταπειρατηρίας, seu βολίδας (sunt C verò hæc instrumenta nautica, quibus altitudinem maris explorant, vulgò ab officio scandalia nuncupata) confici è plumbo. Quamobrem in maribus septentrionalibus cùm ob eorum immensam profunditatem, nulla funium longitudine fundum queat attingi, multisq. in locis vsus anchorę non sit, circulos ferreos plumbo inclusos eius loco demittunt; ac ferreos quidem, vt sustineant; plũbeos verò, vt pondus afferant, atq hæc experientia valde me mouet: nam fortè posset uis obsisti caussan do plumbi mollitiem, propter quam ad multa opera plumbo vtimur expeditissimè, sed hîc eadem existit opera in circulis ferreis fabricandis, ac si solidi forent. Itaq. & vsus plumbi conuincit ea maioris esse ponderis, quibus non est aër, quàm si aërea fuerint, vbi paris sint ponderis ad libram. Noui quoque & experientiam illam ab vtribus acceptam à Ptolemeo Simplicioq. in cõtrouersiam aliquando reuocatam: inquiunt enim ex lance minime spectari posse, vtrum'ne follis, aut vter aëre plenus grauior sit, quàm si exhaustus esset. quin & vtriusque pondus æquum apparere, aut etiam maius esse ante, quàm infletur. & tamen verbum illud ἕλκειν, quod est pendere, significare videtur examinationem ad trutinã fuisse factam. Quicquid verò sit de hac ipsa voce: nam potuit ab Arist. transferri ad onus notandum, quocunq. modo fuerit examinatum: non equidem arbitror, nisi in re maxima, aut etiam in illa ægrè admodum libræ pondus posse distingui. idemq. euenire in examina D tione ponderis ipsius aëris, multoq. magis, quàm in explorandis aquæ ponderibus quantò item aër quàm aqua leuior est: nam leuitas à sensu potius per modum priuationis agnoscitur: at aquæ leuitatem mediis examinant non libra, siquidem vix deprehendi posset, sed facili affectione ad calorem & frigus: ita & quantum pertinet ad initia profectumq. motus, indicium ponderis, meo quidem iudicio, ex qualitate motus assumi debet, ac primùm quidem ex celeritate descensus, atq. alterum à vicinia lineę, quam cadendo describit, ad mundi ipsius dimetientem, & ab ictu, quem cadendo faciunt. Nos autem quotidie cernimus folles inflatos in altum euectos impetu maiore præcipitari, quàm si inanes fuerint; valdeque ad perpendiculum: quæ sanè sunt optima grauitatis indicia: rectius item per medium propelluntur, quàm exhausti, quod item grauitatis signum est: grauius enim saxum, eo tamen vsque, vt illi dominetur abundè proiiciens, libratur magis ad scopũ, quàm id quod leuius est, non ita præualente aëre in quem offendit, aduersus ipsum propter pondus, vt postea docebimus. Ita ergo poterit grauitas follis à nobis expendi. Sed postquàm eo venimus, vt de corporum naturalium pondere verba faceremus, etiam locus hic tolerabit, vt parumper euagemur in natura ponderis explananda, & caussas aliquot problematũ ad rerum pondera spectãtium edisseramus, etenim vulgò fertur ouũ crudũ leuius esse, q̃ si coctũ fuerit, ita & de pane & latere prędicant.

[a] 3. de cęl. T. 9.

 Id verò

Id verò non iniuria posset admirationem afferre: quandò ab igni affecta sunt qui cùm impertiatur calorem, vnde leuitas existit, rem nihilominus efficiat grauiorem. Quin etiam, si eorum pars à calore affecta exhalat, cùm per se pondus afferret, abiens item aliquam partem eius ponderis aufert. itaq. minus pendet, quàm prius. Idem quoq. contingit in luto è Nilo excepto; quo.n. magis arescit, eo quoque grauius redditur. At verò in hac conquisitione rationis exordium tale fuerit, si de grauitate sit hæc prima distinctio. Functionis efficacitatem à duobus manare principiis, à forma nimirùm, quæ iam suis numeris, aut propè absoluta fuerit, quo enim forma fuerit absolutior, eo quoq. functio nascetur efficacior, & à materia: nam quo plus habet materiæ, plus item habet roboris ea virtus. Accipiamus item sic inter se amare calorem & liquorem, vt nullus sit liquor sine quodam gradu caloris, & ex aduerso nullus existat calor sine liquore, à calore autem leuitatis initia peti. Quapropter, vbi humor, aliqua item ratio leuitatis insit necesse est. vnde etiam humida, si non omnino, at aliqua ex parte leuia sunt. Veruminimuerò cùm duplex sit humor, aqueus & aëreus, ita quoq. gemina erit ratio caloris, & pinde leuitatis; quippe aqueæ & aëreæ. Veruminimuerò aqua pondus in aëre facit, vt etiam pondus rebus grauissimis afferat, veluti plumbo & auro: vnde item callidi mercatores, vt mercium pondera amplificent, in locis humidis eas conseruant, & emptoribus hac techna imponunt, & vafer ille agricola, vt dominum falleret, in aceruo tritici cadum aceti Galeno auctore condebat; sic magnitudinem & pondus augebat. ita vt, quanuis nihil sensilis humoris accedat, pondus tamen insigne contrahant; quasi id non accessione substantiæ, sed qualitatis solius eueniat. Aërea quoq. leuitas tametsi in aëris loco ab eiusdem grauitate superatur; attamen, si cum cęteris partibus grauitatis conferatur; planum quòd in inferiore loco renititur grauibus, sed in suo quoque, licet consentiat cum cęteris, neque descensui repugnet, facileq. se vinci patiatur; at non idcirco per se pondus auget. signo illud est, quòd si in eius locum alia grauia subeant, multo maius erit corporis illius pondus, & ita mulum agaso emendauit, qui saccos salis in aqua mergebat, vt onere leuaretur: eliquabatur enim & effluebat: nam pro saccis salis lanæ sarcinas imposuit, eæ verò cùm aquam imbibissent, pondus auxerant. Ouium igitur humore scatet, atque illo quidem spirabili & aëreo qui leuis est, exhalat hic inter coquendum, supersunt partes illę terrenæ quę à calore coguntur. Igitur leui parte diflata, restant graues quæ non impeditæ efficacius operatur. Cùm etiam calor aliquando sit vt affectio; sit item vt materia, veluti res calida, & vtroq. modo conferat aliquid ad leuitatem; sicuti vapores ostendunt qui nil aliud esse videntur, quàm aqua concalefacta, si coctio calorem qui inerat, fortè extinguat (neque enim repugnat naturæ calorem minorem confici à maiore) consequetur etiam, vt quod ante coctionem leuius erat, grauius ex coctione reddatur. Quid igitur vetat, quominus hoc in ouo contingat, si non ex omni, aliqua saltem ex parte: vt quia sit calidum album, vtputa per se viuens; luteum verò à calore affectum, quia sit futurum alimentum; cùm cęteroqui per se terrestre sit & frigidum? Eadem quoque ratio pani conueniet, quòd in eo fermentitia pars insit, quæ vim agendi obtinet, vt in semine genitura, & calida pars est, vt a credo testatur, & calor aduentitius, vt in semine & ouo dictum est: nam fit panis è seminibus. Hæc igitur coquendo exhalare dicemus, & terrenam relinquere portionem quæ pro ratione dominantis elementi pondus obtinebit. In latere, vt mea fert opinio, caussa vna renouatæ grauitatis, quia.s. partes ante coctionem non erant ita puræ, vt à coctione, omni aqueo humore segregato. Quocirca purior ex coctione terra relinquitur: itaque magis pro suæ naturæ propensione operatur, eodem quoque pacto de luto Nili dicendum est. Et si igitur accedit coquendo calor cuius officium est tribuere leuitatem, & si partes aquæ quarum proprium est afferre pondus, euocantur; nihilominus efficiuntur ex coctione grauiores, quia vel calor inductus extinguatur, vel, quia purior terra supersit, vel ex vtraq. caussa simul. &, vt in sua principia rem deducam, quòd accedat intentio noua grauitatis, licet extentio minuatur. & extentionem deniq. vincat intentio, & perfectio formæ materiæ multitudinem. Quanquam id videtur afferre difficultatem, quòd si later coquendo fit grauior, cur etiam non maius est pondus defruti, quàm vini? eadem enim ratio: nam partes repurgantur, & terra purior remanet: extinguitur item calor contractus ab acinis; siquidem tollitur omnis feruor ex ea materia cuius erat caussa feruor conceptus ab acinis. ita grauius esse oporteret. aut si hisce caussis intercedentibus non concipitur grauitas; neque item valebunt ęędem ad superiorum problematum rationes reddendas. An etiam hìc eędem caussę valerent, sed obstat illud, quòd dum fit passum & defrutum, magna pars eius substantiæ deteritur, & abit in spumam & excrementa quæ grauitatem in musto faciebant. Hoc igitur tantum est, vt à formæ perfectione compensari nequeat. Itaque efficitur, vt coquendo leuius fiat. Quòd si opponas etiam de lateris substantia minui quippiam. At, inquam ego, non tantum est, quin à perfectione formæ vincatur. Tametsi & illud in mentem venit, hoc in aëris loco euenire; siquidem in aquæ loco maius habeat pondus, quàm vinum. & hoc enatat, mergitur illud: id verò formæ perfectioni est adscribendum; nam terram magis imitatur. Ergo in aëre valet item extentio; in aqua verò intentio sola videtur attendenda.

Explicatur

A *Explicatur ratio qua cucurbitulæ trahunt.* Cap. XXVI.

VSVS item est Arist. exemplo à cucurbitulis accepto ad consensum motuum naturalium explicandum, quarum frequens est vsus in balneis, ad attrahendum sanguinem ad cutem, in quib. & si sit multiplex motus, irrigatio, primùm & calefactio humoris illius qui prius aderat in cucurbitulis, attractio carnium, vnde per vim sanguis exprimitur ex angustissimis venularum orificiis, attamē ille vnus est qui nos excitat ad caussam perquirendam, quemadmodum aqua per ipsas attrahatur: namq. & si nouimus olim aquam exhauriri per fistulam ex humorum continuitate, & ad obstandū vacuo; tñ hîc non satis constat illa humorum continuitas, præsertim qñ ēt carnes quæ humidæ non sunt, ab eisdem cucurbitulis attrahuntur. Laborarunt in hac re explicanda Alexander, & Auerroes. Themistius habuit quod opponeret potius, q̃ quod decerneret. Pauca de hoc ipso Arist. vt non nisi hæc duo, q̃uis reperiri sæpius apud ipsum legantur. Primum quidem, φ calidum hēt vim attrahendi. atq; alterum lib. 4. de Cęlo, vbi continuitatem corporum humidorum, tanquam eius euenti caussam afferebat. Propter primum rōnem reddit, cur in os vteri viri semen recipiatur: nam de illo agēs
" sic inquit: [a] Interdum verò manent ita se habentia, interdum verò trahit intrò, si mediocriter (quo [a] 2. de Gēner. ani. c.
" ad situm.) se habuerit, & calidus fuerit vterus propter purgationem. cuius rei indicium, φ illa humi-
B da quæ prius apposita fuerant, arida tolluntur. & paullò post. Trahit aūt geniturā hic locus, pp eū
" calorem qui inest. & verò menstruorum excretio & collectio, inurit calorem in hac parte. itaq. vt va
" sa non illita (Dicitur autem ἀχὸνιτον vas quod Dioscorides [b] ἀπίσσωτον exposuit. i. non picatum: [b] Lib. de fulig. resine.
cum illud à calce deductum foret, & significaret nullo tectorio obductum: siquidem à picis oblitione picatorum, & non picatorum differentiæ fuerint inductæ à Latinis, quæ à calce denominatæ sunt
" apud Græcos) cùm aqua calida respersa fuerint, ore inuerso aquam ad sese trahunt: illi ita verò non
" trahunt. & eousq. procedit Arist. vt vsum cuiusq. instrumenti ad attrahendum vllum esse neget in
" corpore animantis, cuiusmodi rectos villos medici comminiscuntur. [c] 4. verò de cęlo de humidorū [c] Gal. 4. de vsu part.
" continuitate meminit: ex quo item ratio reddi pōt, cur vasa non picata trahant humorem: picata verò nequaq̃; φ. s. continuatur melius humor cum asperis, propter inæqualitatem partium, q̃ cum læuib. læuitas. n. prohibet, quominus adhæreat humor. Itaque docebat ēt Alexander. [d] cur vulua vna [d] 2. Probl. 98.
omnium membrorum aspera sit interiore parte: habet. n. quasdam exuperantias quæ acetabula vocantur. non sanè ob aliud, q̃ vt semen humidum retinere valeat: humor. n. facilè per læuem corporis faciem labitur: ob eamq. rem semen à natura lentum, glutinosumq. factum est, vt. s. tenacius hæreat.
C Idcirco ēt artifices operis tectorij prius scalpunt parietes, q̃ admoneant calcem. Ex his ēt caussa pōt afferri, cur meretrices rarò pariāt; læuiores. n. ex nimio coitu partes vteri internæ factæ sunt; & cur ēt partib. obstatur oleis quibusdam quorum ea vis est, vt loca illa politiora reddant: nam semen eò proiectum, difficilius adhæret. [e] Quocirca solent huic item incōmodo occurrere illitu oleorum quorūdam glutinosorum, quę partes illas asperas efficiant, si fœcundæ velint esse. Verùm ad eam quæstionem respondebat aliquando Alexander; humorem qui in cucurbitula conclusus esset (antè. n. probè irrigatur, q̃ ad hunc vsum accommodetur) excalefactum, excreuisse in maiorem amplitudinem, & totā ferè cucurbitulæ cauitatem repleuisse. Vbi ergo aqua accedat, & humorem attingat; frigus experta densescit, & quasi fugiens aduersarium in summā sese recipit cauitatem. ita cùm sit continuatus cum aqua accedente, secum ipsam rapit. In Alexandrum hæc Themistius & Auerroes; fieri nullo modo posse, vt aqua ingrediatur in cucurbitulam, nisi aut inane sit; aut detur penetratio corporum ob hanc caussam, vt opinor, φ sicut aër præ frigore concrescit, ita dilatatur à calore. Cùm igitur aëre plena foret cucurbitula; calor ipsum diffudit adueniens aqua non poterit eundem cogere & spissare magis, q̃ antea fuisset. ita cum plena esset aëre cucurbitula, plena item erit post aquæ contractum. Non igitur poterit illò migrare aliud corpus: talem. n. sensum exprimimus è Themistiano codice, quem modo terimus. Dixit etiam quandoq. Alexander: aërem qui continetur in vase, à calore attenuari, ideoq. trahere humorem: ab eo verò contra pelli & opprimi, & in vaporem conuerti. In eam
D quoq. sententiam inuehebatur idem Themistius: quia vellet Alexander aërem ab humore à se attracto opprimi & pelli. neq. n. fieri potest, vt trahat simul aliquid aër, & ab eo vicissim pellatur: nam dū ad sese trahit, ad seipsum mouetur: quare non eget alio quod ipsum agitet intra se. Auerroes aūt hæc attulisse comperitur in Alexandrum, atq. ex Themistio. primùm contra primam: siquidem non modo trahitur aqua frigida, verum ēt calida, quæ nunq̃ deducere potuit aërem ad tam paruam molem, vt cum ipso in eadem cucurbitula consistere queat vnà. Rursus attrahuntur carnes, quæ frigidæ non sunt, sed calidæ. Idcirco dixit Auerroes aërem in cucurbitula calefieri; affectum verò à calore fieri leuem: id propterea se conferre in superiorem cucurbitulę partem, & inanem relinquere inferiorem. ad tollendum igitur vacuū eò frigidam properare, & alia corpora quę cum aëre illo continua sunt. Attam en si rarescit aër, non'ne plus occupat spatij? certè. ideò tantum abest, vt alteri corpori cedat locum, vt ex illo potius egredi cogat. Addo etiam φ eodem tempore à duob. principijs oppositis agetur. Etenim aut aliud corpus leuius in cucurbitulę cauitate supereminet aëri, aut nullum certè, sed aër opplet vniuersam cauitatem: aliter esset inane. si quid supereminet, id leuius est & rarius. vt ergo subeat aër, ipsum calore densescere oportet, quod est absurdū. si totum spatium ab aëre occupatur,

concitabitur quidem sursum secũdùm naturã;sed præter naturam densesceret.itaque duo principia contraria concurrent in eo motu. Doceas igitur,quæ nam hæc sunt. Vnum idem esse non potest,ꝙ vnum simpliciter vnius caussa est. Tametsi hoc ita oppugnat experientiam, vt nihil suprà obseruam? .n.vbi calor humori dominetur,ita humorem intumescere, vt vasa ẽt validissima dirũpat,id quod nunq̃ faceret.si dum contrahit calorem,vnà densesceret. Hinc aliqui virib. ipsius caloris vniuersum id tribuunt, [a] nec vllam aliam caussam exponunt præter vnum calorem: quasi verò hæc sit eius natura. Verùm aduersus hoc disputat Alexander [b] obiiciens aliquot experientias.quib. perspicuè constat calorem non esse tractionis caussam,vt siquis ore attrahat. aërem,qui in fistula continetur, & aqua sit contigua:prætereà sic per syringa trahitur vrina,si lana,quę prius obturata fuerat, posteà detrahatur,sunt & alia multa principia tractionis,vt tractio ferri quę fit à magnete. Verùm ꝙ nos hic de cucurbitularum tractione speciatim loquimur,in qua vis calidi manifesta existit; ẽt solum calorem hoc præstare posse non arbitramur:nam siue tractio fiat ab vtero,siue ẽt à cucurbitulis, aliqua item conditio flagitatur: nempè humiditas. siquidem & vterus suaptè natura humidus est, cum eò multa orificia pertineant,per quæ magna humorum copia confluit; vt, q̃uis, vbi locus ille irriguus est,concipiendo non sit;attamen & à purgatione munus illud optimè pręstat, dum retinet adhuc aliquid humoris. & cucurbitulæ per tantum temporis interuallum detinentur in aquis, vsq. dum humorem satis insigniter conceperint,atq. cõbiberint. Proinde in hoc munere quod nunc vestigamus, plura spectanda censeo,cum propter efficiens,tum etiam propter materiam. Atq. equidem de efficiente sic opinor,calorem in hoc officio primas obtinere:nec tamen ipsum simpliciter, sed cum humore coniunctum.materiæ verò locum habere arbitror humorem. Conditiones aũt efficientis duas esse dico; primam, atq. potissimam; vt maiorem trahendi facultatem habeat,quàm sit motus naturalis humidi corporis in suum locum:iam.n.docuimus aquam non ascendere suopte impulsu,cùm sit grauis,& audiuimus Arist. hæc eadem nos admonentem. hæc verò est affectio quędam, & violatio naturę quam cõicat aër aquæ cum qua continuatur, ꝙ ipse vel natiua sua propensione, vel raritate & tenuitate facilius agitatus ẽt secum trahit illa quib. cum iũgitur; à quacunq. caussa sic cõcitetur, nam quod propinquius est,per modũ efficientiæ cõmouetur; hoc sequitur alterum corpus illi continuum ex necessitate materiæ:quamobrem actio per humorem potius cõicabitur, atq. ita tractio fiet. Alteram verò conditionem ab Hippocrate[c] positam nouimus,vt si debeat fieri tractio,possit ex cauitate trahentis aër aut spiritus educi: nam sicut in clepsydris aquæ tractio non fit, nisi apertũ sit orificium superius,sic neq. idem sine hoc alibi natura molitur. hinc duas auriculas cordi tributas esse testatur,vt altera humor attrahi possit,altera verò aër expelli: hanc item caussam,aut eiusmodi,q̃ valeat idem,in hypothesi nostra expectare oportet.nam quod ibi præstat aër exhalando, hìc per densitatem conficiet:satis hoc vnum sit,ꝙ adsit cessio loci. Porrò calor humore opus habet ad hoc officium perfungiendum plures ob caussas: nanq. humorem pascitur, & cũ fecerit excrementũ, refrigeratur,& exhauritur,quare exinanitur locus.adde ẽt ꝙ frigida occurrente densescit: neq. solũ ꝙ actu frigida sit, verùm ꝙ sit hmõi quoq. potestate: nanq. & aqua feruens propter eam vim cogit plumbũ. Tùm prætereà quoniam humor cũ humore natus aptus est continuari; sicca verò neq. cum humidis,neq. cum siccis continuari possunt.ita fit,vt aër,aut aqua trahantur, cùm humida sint, eadẽq. non simpliciter grauia;ita vt facilè vinci possit descensus eorum naturalis: terra non trahatur, quia simpliciter grauis,vnde trahenti resistit,neq. patitur ab humore,cuius vis admodum valida non est, attolli, tùm ẽt quia sicca,nec põt cum humore conglutinari. Et q̃uis Albertus Saxon huic experientiæ renitatur obiiciens puluerem & terram, quæ spiritu per fistulas educi põt; idem quoq. fallacia se intricauit quæ est ab eo quod inest scdm quid,ad id quod inest simpliciter.nam tribuit terræ simpliciter id quod illi conuenit solùm pp exilitatem partium quæ eminent in humidis, & facilè illorum motum consequuntur. Neq.n. credo partium illarum motum sine motu aëris qui inter partes illas minimas intercipitur,posse præstari;ab his verò terræ partes attolluntur, & cum iis se patiuntur efferri. Ergo humidum per se tali motui cedit. Quòd si ad vacuum refertur hic motus,aut eius odium quod capit naturam: generalis hæc erit caussa in omni tractione in qua medij motus existit, hoc est nulla qualitate inculsa rei quæ mouetur:nam cæteroquin alteratio quædam, & affectio intercedit. Et id ab Alexandro,loco citato Problematum,satis apertè defensum fuit. docet.n.ignem admissum fundere contentum humorem,tenuare,& euacuare,qui vbi extinctus est,facit,vt tantum sanguinis attrahatur,quantum loci ipse occupat,ne sit inane,à quo natura penitus abhorret.si igitur inanis expulsio est conseruatio continuitatis: eo planè modo se res habebit,quem nos anteà significauimus. Ita respondere possumus ad Auerroem & Themistium, atq. ad hunc primò,qui aërem sic à frigido occurrente constringi posse negabat:quandoquidem non adstringitur solũ,sed dissipatur & exhauritur humor à calore. Deinde ad eundem qui obiiceret, non posse humorem trahi simul ab igni, & hunc vicissim repelli:quia putat hic pulsionem hanc præstari sine vlla alteratione, vt si ego hostem conto vrgerem, & de loco depellerem:sed pulsio nostra fit à vi frigoris,non sanè per lationem,sed ꝑ affectionem:& tractioni naturam præcedit.nec inde quicq̃ sequitur absurdi. Neq. obstat ꝙ non modo frigida,verùm ẽt tepida trahatur, ꝙ vt antea diximus,non minus valet ad hoc interdum habitus quem seruat,tametsi concalefacta,q̃ actus. Quanq̃ tepidæ crebrior est vsus in illo officio,ni fallor,ꝙ facilius

[a] Christophorus Marc.
[b] Probl. 60.
[c] Lib. de natura pueri.

A facilius trahitur, cùm aliquod leuitatis à calore cõtraxerit. Carnes aũt & suaptè natura molles (mollities verò copiam quandam arguit humoris) eædemq. humefactæ & irrigatæ & sanguinẽ continentes trahuntur: quæ item, ꝙ primas ferat in earũ constitutione terra, à vi refrigerandi propter habitũ non abhorrent. Ac si ita est, vti diximus, caussam facilè quispiam reddet experientiæ tonsorum qui, cum in vasculis, quorum angustissima sint orificia, seruent aquas odoratas, vt parcius effluat, dum irrorant eos, qui lautum accesserunt: siquando velint eas implere, prius hauriunt aërem inspirando. si verò exinanire, insufflant aërem. id. n. aëris quod in vase continebatur, & per aliud orificium exhalabat apud Hippocratem, apud Peripateticos aũt, aut in minorem molem contrahebatur, aut conficiebatur à calore, à tonsore extrahitur, & quod reliquum est maiorem accipit molem, q̃ suæ naturæ conueniat. itaq. rediens in statum naturalem, in spatium illud, quod superest, attrahit corpus humidum quod attingit, ex quo vas impletur. ideò protinus in aquam mergitur, ne vicinior aër irrepat. Ex aduerso insufflat tonsor exinaniturus. ꝙ per vim spiritum in vas inferens & inculcans, cum aqua miscet & conglutinat. Cùm igitur loco stare nesciat aër, erumpit foras, & aquam vnà secum educit. Vnde etiam non videtur hoc genus vasis ad summum vsq. posse repleri, ꝙ aër assiduè non suppetat ad exhauriendum, & opplendum reliquum spatium, quin aqua subsequatur. itaq. tum potius exinanietur, q̃ replebitur. Sic etiam neq. si plenum fuerit, inflando exinaniri poterit. neq. n. aqua inclu-
B sa locum aëri cedere valebit.

Vtrùm tractio serpentis à ceruo inanis auxilio ministretur, necne. Caput XXVII.

POSTQVAM nos eò progressi sumus, vt de tractione quæ fit ab inani, verba faceremus; aliquid ẽt de tractione serpentis quæ fit à ceruo, dicere constituimus. Et quamuis consilium nostrũ in hoc volumine non sit de omni tractionis genere, caussisq. disputare, sed multa de tractu ferri qui fit à magnete, paleæq. à succino, & alimenti a membris, aut in explicatione consensus dissensusúe rerum in problem. aut suis etiam locis in hoc eodem volumine scripserimus: cùm habeat etiam hoc problema philosophiam, & à philosophis ac medicis nonmodò acceptum, verùm ẽt tractatum sit copiosius, & initia motus illius attingat, qui præstatur ab inani: non ab re nostra fore putauimus; si hîc ẽt tantisper immoraremur, existimantes item, vt quemadmodũ ędificatores & coci elegantes; illi quidem politis rudia permiscentes: hi verò ẽt acria dulcib. interpellant, ne frequens vsus rerum cæteroqui suauissimarum, fastidium afferat; sic nos, siquando ad poëtas, aut historicos laberemur, assidua illa philosophi grauitate distincta reb. hisce leuiorib. animorum lassitudini quoquomodo oc-
C curreremus. Historici meminerunt, vbi serpentes in cauernas sese hyeme abdidere, quæri à ceruis, siue propter cibi suauitatem, seu medelæ gratia incertum est. nanq. deuorat serpentem ceruus, idque sponte facit, quippe ꝙ se præmuniat elaphobosco. valet. n. ad serpentium omniumq. aculeatorum ictus, idq. omnib. perspicuum est. sed nonnulli esu viperarum secundùm naturam. i. per menses fœminas purgari testantur. Alioqui eo remedio scribũt oculorum caliginem amoliri. Neq. desunt, qui fateantur vermem in ventre cerui oriri, qui ad fauces eis ruminantib. ascendat, & ibi hæreat, ceruũq. ita affectum loco non manere, donec serpens remedio sit. Narrant ẽt quidam scriptores ceruos tum serpentes aggredi, cũ sentiunt se grauari senectute. rõnem & vsum eius medicamenti sic reperi apud aliquos auctores. Nam senes excrescentib. pilis & cornib. serpentem narib. hauriunt (ex quo non in cibum assumũtur) mox æstuant veneno, subinde ad fontem properant, quo poto pilos & cornua deponunt. quamuis Albertus hanc caussam non approbarit, quia non tantùm senib. hoc, sed alijs quoque tribuatur. Censent nobilissimi auctores secundùm naturam ceruos ita purgari, quod item mihi magis arridet; nõ quia fœminæ per menses, sed cuiusq. sexus cerui toto corpore per cutis poros quadam renouatione purgentur, qualis & elephantiacis quibusdam eodem remedio vsis cõtigit: nanq. ẽt cute ipsa spoliatur serpens, signo id, vt habeat vim cuti aduersam. experti nos ẽt sumus in agrico-
D la nostro serpentis afflatum depilasse, ac cutem abstulisse, & demum perduxisse post aliquot menses ad interitum. Quicquid ex his sit, omnes vno ore fatentur ceruum ad sese trahere serpentes. addunt item spiritu suo, quod ẽt de elephanto ad eosdem serpentes autumant. eodemq. modo vulpem scribunt ad sese trahere mures. idcirco ἐλάφυς Græcè dictos, quasi ἀπὸ τῦ ἕλκειν τὺς ὄφεις. i. à trahendo serpentes. Sed quænam tractionis huiusce potissima caussa sit, litigant inter se scriptores. prætereà de modo, quo trahunt ipsos, sitne illa expiratio, an inspiratio. Tùm ẽt per naturæ consensum, an ob vacui vim, de qua supra dictum est. Etenim Aelianus id euenire putabat, ꝙ tanquam philtro ceruus spiritu serpentem trahat. philtra verò sunt amatoria quædam medicamenta, quib. inter se amantes alliciunt & mulcent. quasi cum ex ore naribusq. cerui spiritus quidam efflaretur, qui serpenti vel tepore ipso, (tunc. n. conditi in cauernis aëris ambientis frigus declinant) siue odoris suauitate commoti, in os cerui insultent: id quod ẽt auctoritate Plinij confirmare licebit, qui litterarum monumentis commendarit, eius summum guttur vstum congregare serpentes. Erit igitur caussa motus huiusce naturæ cognatio. Contra hos inuehuntur huiusmodi argumentis. Cum. n. hostis serpentis sit, aliorum & ipsius Aeliani quoq. testimonio, nõ erit inter eos naturæ cognatio; sed potius mira dissensio. Neq. dicere posses alias quidem partes inimicas esse serpentibus, amicum verò spiritum. Quandoquidem

quidem Plinius asserit animam cerui vrere serpentes. Proinde cõplures alij de hoc motu in suis cõmentarijs hæc reliquerunt. non quidem ab aliqua suauitate, seu temporis, siue odoris id proficisci; verùm ex necessitate vacui motum illum consequi. itaq. non expirando, vt voluit Aelianus; sed inspirando ministrari. qui item de ariete bellua marina scribens tanto virium robore præditã esse putat, vt spiritum vehementem & permultũ anhelet & immensum aëra ad sese inspirando trahat, qua vi marinos ẽt vitulos comprehendat, hac rõne. Cùm.n. vituli vicinum nouerunt arietem, in terram celerrimè enatantes, in specus saxorum conduntur: is cognita fuga insequitur, & aduersus antrum stans, narium aëri quadam illecebra, inter se & vitulos aërem intermedium attrahit. Quapropter hi tanquam spiculum, vel sagittam spirationis illius appulsum declinant. tandem violentissimo anhelitus ductu inuiti, & tanquam loris quibusdam constricti ex latebra extrahuntur, & ab ariete deuorantur. Quod item approbasse videtur Oribasius: vbi docet, qua ratione matrix semen attrahat vsq. ad fundum, & exemplo hoc monstrat matricem sic exugere semen, vt ceruus serpentem. atq. ita opinari verisimile est Oribasium [a] eam tractionem fieri à matrice, sicut de cucurbitula dictum est: quia nullum foret officium similitudinis à ceruo desumptę, nec quiquam nobis aperiret, quod explicator ille exoptaret. restat igitur, vt sit tractio, quæ intercessione vacui præstatur. Ita fit inspirando. Idẽ quoq. sensisse opinabimur Xenophontem, cuius hæc verba sunt ἔλαφος ἀνιμωμένη καὶ ἐφελκομένη (sic.n. approbo lectionem Gesneri non autem ἐφηλκωμένη, vt legit Lacuna) τῷ πνεύματι σκοτοῖ τὸν ὄφιν καὶ καθέλκει ἐφ᾽ ἑαυτὴν. i. exhauriens & trahens (vt sint participia media, nõ autem sub figura patiendi, exhausta & exulcerata, vt Lacuna) spiritu vertiginẽ ceruo inducit & trahit ad seipsum.

a 1. Aph. 49.

At verò mihi ridiculum prorsus videtur id quod motu simplici non agitur, sed organici, vi & necessitate vacui moueret. nam motus, non nisi per medium fieri potest, aut aërem, aut aquam, & omnino per humidi corpora quæ continua sunt. fac igitur esse corpus vniusmodi, neq. in eas partes discretum quarum singulæ proprios habeant motus; cùm idem sit motus totius & partium, atq. vniformis motus, & sit per continuationem corporum consequentium, vt supra diximus. certè ex cõtinuitate hac motum consequi oportebit. Sed pone corpus difforme & organicum in quo motus totius sit alius à motu partium: quia requiritur in eo motu medium, per quod fiat, nec partes eodem versus aguntur quo totum, interrupta cõtinuatione motus, nulla vis erit vacui. Quin ẽt, cùm ibi sit aër, aliter non posset fieri motus: in partis locum aër subingredietur, itaq. ipse trahetur inspirando, non anguis. Adde ꝙ ẽt didicimus terram & arida corpora non inseruire vacuo, sed humida duntaxat, vt constat 4. de cælo. Ridiculum igitur trahi serpentes à ceruo inanis interuentu. Neque mouemur ab eiusmodi virorum auctoritatibus, qui longè alio pacto cum Arist. decreuimus humores à membris attrahi, & in eum sensum accipiamus eorum verba, siquo pacto defendi possint, vt tractionem generaliore quodam modo sumant, pro motu. s. rei mobilis ad mouens ipsum, quacunq. id ratione contingat. Quæ caussa igitur erit huiusce tractionis? Ego simpliciter tractionem esse negauerim. & caussam naturalem secum afferre opinor. nam siue exhausta cerua & vlcerata remedium quærens: siue, vt rectius puto: ẽt sine vlcere: neq.n. alij scriptores id affirmant, cùm hyeme multum spiritus emittat, ob eamq. rem calidior sit, vt hyeme accidit, dum in cauernis escam pro remedio quærit, consopitum serpentem expergefaciat & nimio calore (est.n. serpens animal exangue) adde etiam ictum; & quod magis placet, ex expergefactione molestiam captam, quia maximè illius naturæ aduersatur, ipsi.n. naturalis est, & conueniens ea tempestate somnus, agatur serpens in fugam primùm, cùm sit animal timidum, tum deinde ad vlciscendas iniurias excitetur. nam quia non hẽt in latebra, quo se tutò recipiat, omni spe abiecta, foras exit versus ad ceruum. Quamobrem expiratio facit hunc motũ, non inspiratio, & velut inimica, non amica. Nostramq. hanc sñiam confirmant dicta virorum sapientissimorum, & qui eorum naturam diligenter explorarunt. Oppianus.n. inimica esse hæc animalia testatur, eorumq. pugnam elegantissimè describit, & de furijs serpentis à ceruo agitatæ multa narrat, quib. facilè persuadeamur & hostes esse, & vltionis ergo serpentem in cerui oculos inuolare. nanq. ille cibum quærit, hic cruciatum declinat: atq. vbi per ceruum ipsi liceat, sese immergendo in flumen eripit. Adest & Nicandri testimonium, qui cauere iubet à serpente, quæ cerui spiritum vitãs effugit à cauernis: quia nimirũ magis tum veneno polleat. vtũtur.n. belluę istæ pestiferæ veneno, tanq̃ iaculo ad propulsandas iniurias. Itaq. nititur effugere spiritum cerui per expirationem igitur, velut inimica. carmina Nicandri hæc sunt, quib. etiam tractionis caussam expirationi adscribit, & noxiæ quæ nascitur ex spiritu cerui.

Ἔξοχα γὰρ δολιχοῖσι κινωπισαῖς κοτέουσι
Νεβροτόκαι ζόρκες ἀνιχνεύουσι δὲ πάντα
Τρόχμαλά θ᾽ αἱμασιάς τε καὶ εἰλυοὺς ἐρέοντες
Σμερδαλέοι μυκτῆρες ἐπισπέρχοντες αὐτμῇ

Eadem iracundia non semel à Virgilio descripta est, vt appetitum vltionis caussam motus ipse cognoscas: non gratiæ conciliationem, aut vacuum, vt superiores illi crediderunt; nanque alicubi canit.

Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit

Attollentem

A *Attollentem iras, & cerula colla tumentem.* & alibi
Vtque volans altè raptum cum fulua draconem
Fert aquila, implicuitque pedes, atque vnguibus hæsit.
Saucius & serpens sinuosa volumina versat
Arrectisque horret squamis, & sibilat ore. *Arduus insurgens.*

Idemq. iudicium de tractu vitulorum marinorum ab ariete faciendum puto. Sed quid dubitamus, cùm ēt ea fuerit Arist. expressa sententia 3. Nicom. [a] cum docet ex dolore feras insurgere. Nā si in sylua fuerit aper, aut in palude, non aggreditur. Et quod obiicitur ex Plin. summum guttur exustum cerui congregare serpentes; vix ego dabo, qui nouerim suffitu, non congregari, sed fugari insecta: præterea cùm exustum sit, grauiorem refert odorem, quam referat viuens. Aut ita vim amuleti illius accipiam non congregari suffitum versus: sed siquis locum eo suffitu circundet, serpentes in vnum cogi vt in medium, vnde longè absint à suffitu. idq. magis cum Aristotelica experientia consonabit, & eiusdem testimonio confirmari poterit qui 4. de hist. c. 8. scripsit. Cornu ceruini facto incensu plurimam insectorum partem fugere, sed præcipuè styracis suffitu. Propterea non ἀπὸ τοῦ ἕλκειν τὰς ὄφεις. vt illi dicebant. sed ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν. i. pellendo deductum esse cerui nomen asseuerabimus. Nunc ad grauiora redeamus. [a] c. 8.

B

De caussis adiuuantibus grauitatem, & leuitatem. *Cap. XXVIII.*

SVNT & caussæ grauitatis, aut leuitatis per se: huiusmodi aūt sunt naturæ elementorum, quæ quattuor modis variatæ efficiunt ēt quattuor simplicia corpora, & quattuor item affectiones, siue habilitates ad motum quæ per grauitatem, & leuitatem menti nostræ subiiciuntur: nam grauia leuiaque sunt corpora simplicia, & singula ex his, vel absolutè, vel aliqua ex parte. sed & multæ sunt aliæ caussæ comites propter quas hęc enatant; illa merguntur. Principem verò locum inter ipsas corporis figura sibi vendicauit: illa. n. quæ latiora sunt, per aërem difficilius cadunt, ęgriusq. merguntur in aquis, & si terræ plurimum habent, veluti ferrum. Quo factum fuerit, vt Plato mobilitatem & immobilitatem primorum corporum significaturus singulis certum figuræ genus attribuerit, quod ad illa officia accommodatum maxime videretur, igni. s. ob vim maximam penetrandi pyramide, quam vocat tetrahedron aëri, verò per octahedron: nam sicut igni proximus est aër & eadem præditus ꝓpè facultate; sic ēt figura octahedros est valde affinis pyramidis: è duob. n. pyramidibus siue tetrahedris constat; aquæ icosahedron, ꝙ habens angulos frequētiores, parum hēt, vnde consistat; itaq. mo-
C bilis est, terræ cubum signum stabilitatis & immobilitatis: nulla. n. figura est ineptior motui: cęlo figuram globosam; quia cùm perpetuò voluendum fuerat, non debuit angulos habere quib. impingeret, quod tamen voluit Plato esse dodecahedron, quia 12. æqualib. superficieb. hoc est 12. signis cōtineretur. Secundum ab hoc locum obtinent corpora minutissima, quemadmodū guttæ quæ ab aëre sustinentur. & puluiusculi, qui supereminent aquas. Tertio quædam terrena, vt lignum & lana. Postremò crassa, vt oleum; ac si oleum tibi suspectum sit, ꝙ ipsum maiore ex parte aëreū putes: quapropter in imo aëre & summa aqua locus sit ei conueniens, vt suprà dictum est: en aquam marinam quæ sine dubitatione crassior & ponderosior in summo est, q̄ in fundo: nanq. in summo longè amarior est, q̄ in imo. ꝙ si à copia terrę nascitur amaror; ergo terrena est aqua maris in superficie: & tñ enatat. Ac primi quidem caussas explicat Arist. hæ verò resoluuntur in duo principia patiens & efficiens; patiens autem est corpus continuum, quod diuiditur ab eo quod per ipsum fertur; illud autē humidum esse oportet; nā sic facilè ab alio terminos accipit: prout igitur magis minusúe diuiduum fuerit: sic ēt magis minusúe aditum præbet corporib. quę feruntur: ita per aërem citius, q̄ per aquā aliquid fertur; propterea ꝙ aqua minus humida est, & terminatur difficilius, q̄ aër, quo plus fuerit, aut minus, ita quoq. facilius, aut ęgrius se diuidi patitur. Propterea, q. in Pristonio iuxta Abderā sta-
D gno cuncta natantia demergantur; aquæ tenuitati libentissimè tribuam; sicut etiā ꝙ naues onerariæ mergantur facilius in aquis dulcib. q̄ in marinis; & quo profundiores aquę sint; in eis facilius enatātia sustineantur. Et ꝙ echeneis remoretur nauim; caussam superiori contrariam esse fatebimur: &. n. gignitur in alga pisciculus ille, quam si nauis currens offenderit, iure optimo remoratur. Mitto cętera quæ de illa superstitiosè scribuntur. Efficiens verò est corpus ipsum mobile; hoc autem, si fuerit acutum, facilè penetrat pauciorib. medij partibus occurrens, ꝙ si planum; multas partes occupat, quæ præ multitudine resistunt efficacius: id. n. & in natura verum est, quod vulgò dici solet. Ne Hercules quidem contra duos. & ita, quasi, quemadmodum dicebat Anaximander, mobile propter latitudinem multas medij partes comprehendens: eas superare non potest: habent. n. aeris ipsius, atq. omnino humidorum partes ἀντιτυπίαν quandam, vbi coguntur: ob eamq. rem, cum facile diuidi possint, animalib. progredientib. decedunt, & sibilis materiam præstant, vt coactę resiliunt, sicuti fit in terræ motib. & in follib. tendentes ad superficiem, & quærentes spatium, seu dimensionem sibi conuenientem & naturalem. Hinc quoq. caussa reddi solet, cur delphin & gladius omnium natantium pernicissima sint; atq. ille quidem, vt malos nauium transiliat: nam præter appetitum respirandi, qui prohibetur in aquis, & multitudinem spirituum, firmitatemq. instrumentorum, quibus robur

augetur;

augetur; accedit agilitas ex figura; eius.n.beneficio fine vllo labore secant aquas: hoc ipsum quoq. sentiunt animalia bruta. Nanq. animaduersum est ab Arist. grues, cùm, loca calidiora potétes, mare transmittunt, trianguli formā efficere; eius aūt summo angulo aërem ab iis aduersum pelli, deinde sensim ab vtroq. latere, tanq̄ remis, ita pennis auiū cursum leuari; basin verò trianguli, quam grues efficiunt; tanq̄ puppim à tergo adiuuari; easq. in tergo preuolantiū capita & colla reponere; ducē verò, cùm defessus est, quia non habet vbi nitatur; ipsum quoq. reuolare, vt quiescat; huic alterā succedere, quæ acquieuerit, & eā vicissitudinē in vniuerso cursu teneri. Docebat item Philosophus [a] auibus rapacibus & vncunguibus quibus propter vsum vitæ volandi pernicitas vtilis est, datum fuisse paruū caput, collū crassum sic legitur vulgò χαχύ, sed apparet potius ἔπαχύ. illud certè est βραχύ. idest breue; pectus cùm validum tum acutū, & acutū quidem vt bene viā paret quasi lembi proram. contrà quorum tergus leue & in angustū coiens, priores partes consequi nequeūt, φ latitudine aërem non trahant. Secundi verò caussam eandem esse credendum est. sed quod plūbum, de quo nuper egimus, latitudine præstabat; id efficiunt paruitate puluisculi: tam.n. exiguum est eorū pondus, vt insensiliter aquā premant, nec in ea mergantur, quia secare nō possint. Non me latet & hanc caussam generatim afferri solere præsertim à mathematicis, præter vim diuidendi, de qua suprà; collationem nimirùm duarū grauitatum, rei.s. quæ mergitur, & aquæ in qua mergitur: nam quo grauior aqua est; eò quoq. deorsum, inquiunt, vergit magis; ideoq. subiens id quod mergitur; ipsum in superficie sustentat. Hinc in Sicilia lacus esse feruntur, qui imperitos nandi ferant; eandē quoq. caussam Seneca reddebat; cur esset in Sina stagnum, in quo lateres enatarent, & mergi proiecti non possent: nam quæcunq. vis expendatur, & contra aquā statuatur; aiebat ipse, dummodò vtriusq. par sit onus; si aqua grauior sit; leuiorem rem, q̄ ipsa est, feret; & quantò ipsa leuior erit; tanto suprà se extollet; grauiora descendent. At si aquæ & eius rei quæ contrà pensabitur, par erit pondus; nec pessum ibit, neq. extabit, sed æquabitur aquæ: natabit sanè, atq. illa quidem penè mersa; nullaq. partium eminebit. Ex hoc efficitur, vt quædam ligna supra aquam penè tota efferantur; ad medium vsq. submersa nonnulla sint, alia in eadem linea natent; aliqua descendant, & ouum in aqua dulci tendit ad imum, in mari natat, sed mergitur totū, eminet in muria. Cùm.n. par sit vtriusq. pondus, neutraq. res alteri cedat, tandem lineam obtinent; hoc est æquo spatio distant à centro: grauiora descendunt: leuiora natant. Graue aūt & leue hìc sumendum esse monet, nō quidem æstimatione nostra, sed eius collatione, quo vehi debet. Idcirco vbi aqua grauior est; hominis corpus, aut saxi prohibetur in ea mergi, quia nō vincitur ab ipsis. ita vt, ne lapides ipsi quidem, quanuis solidi sint; imum petant: nam cęteroqui pumicosi multi sunt, qui etiam enatant in aquis, è quibus item asseuerat Theophrastus insulas quasdam in India constare, quæ natent. Hęc ex Archimede accepta.

Generalia quædam problemata de his quę vehuntur in aquis, ex Archimede dissoluuntur. Cap. XXIX.

VERVM libet hìc paullisper immorari & caussas à doctissimis viris allatas diligentius explorare. Nam quærit Archimedes [b] quoad quæq. corpora, quæ in hac mundi plaga versantur, in quibus passim elementa inferiora, & potissimè terra dominatur, in aquis aut enatare, aut mergi soleant. cumq. ad humidū relata, vel eo leuiora, vel grauiora sint, vel æquè grauia; de singulis disserit; necnon ostēdit quo impetu emergant, aut etiam contrà præcipitentur in aquis. At verò nos de celeritate descensus eorum in aquis nonnulla cōmemorauimus: reliqua nunc breuiter expediamus. Ponstulat verò instituta disceptatio, vt explicemus tibi quo pacto grauitatum species discernantur. In primis aūt redire oportet in memoriā aliud esse grauitatum species à differentiis ponderum; quippe φ pondera sequantur materiæ multitudinē, & extent in corporibus, dum alieno in loco detinentur; grauitas afferat ꝑpensionem, & monstret quantum quicq. formæ consecutū fuerit; ex quo certos terminos in eo interuallo quod à centro mūdi ad cęlum vsq. porrigitur, adeptum in suo loco conquiescit: itaq. pondus C. talentorū ligni maius est, q̄ selibræ plumbi; huius verò grauitas maior, φ lignum in aquæ superficie requiescit; mergitur plumbum: illud est quanti; hoc speciē qualitatis præsegerit. Itaq. non accipimus hìc pondera & cum humidi pondere cōparamus, sed grauitates. Vt verò discernantur, ita faciemus: conferemus.n. de corporibus æquas magnitudines, quæ si fuerint ponderis æqualis; æquè item graues esse iudicabimus; quę vincet, eam speciē grauiorē esse censebimus, ideò si tantundē ligni, aquæ, & plumbi capiamus; plumbi pondus erit maximū, minimum ligni: propterea lignum in aqueis enatabit, plumbum demergetur. Idcirco aqua plūbo leuior existimabitur, ligno verò grauior; & è contrario, si duarū magnitudinū diuersi generis, eiusdemq. ponderis illa erit maior quæ specie leuior; vt si annuli duo, quorum vnus sit aureus; alter verò argenteus, idē pondus habuerint; argenteus, quia specie leuior; erit etiā maior. Sic Archimedes aurificis fallaciā deprehendit, de qua alio loco dictum est. His ita constitutis. Proponatur solida magnitudo, quæ sit eiusdē molis atq. humor, & habeat eandē speciem grauitatis: queritur an emergat ex aquis, an, & quousq. deprimatur. Docet Archimedes [c] eam non enataturā, sed iri demersum; sic tamen,

[a] Lib. de inces. an. c. 8.

[b] Lib. 1. de his, quę veh. in aq.

[c] Prop. 3.

A tamen, vt in aquis non feratur deorsum; idq. ea ratione. Nam si tu illam opineris aliqua ex parte enatare; sic te conuincam. Pone mihi humidum consistens, nec vsquam labi pressum, & finge aliquod planum per K centrũ terræ, & humidi, quæ sunt eadẽ, vt suprà demonstratum est, & per solidam illam magnitudinẽ ductum, & sit sectio superficiei ipsius humidi A B C D. solidæ aũt magnitudinis (est autem E H T F.) pars, quæ est in aquis B H T C; quæ verò eminet E B C F. Cogita & solidam figurã pyramide cõprehensam, quæ contineat magnitudinẽ E H T F, cuius basis sit parallelogrammum, quod est in humidi superficie, vertex aũt K terræ & humidi centrum. Sit præterea sectio plani in quo est circunferentia A B C D. & planorum pyramidis K L. K M. Describe rursus alterã alterius sphæræ superficiem directò sub magnitudine E H T. quæ sit X O, cui supponantur eisdẽ planis K L. K M. Sume quoq. alteram pyramidem huic æqualem & similem in proximo & contiguam; eius aũt planorum sectio sit K M. K N. Mox accipe de hac pyramide magnitudinẽ R S Q V. ex eodem humido quæ sit æqualis & similis illi parti solidæ magnitudinis quæ mergitur in aquis, sub qua nota etiam alterã alterius sphæræ superficiem proximæ æqualem & similem O P. Hic iam binas habemus pyramides æquales atque consimiles L K M. M K N. & alteras binas item æquales & consimiles X K O. O K D. Quòd si demantur de alteris illis; remanent sectiones L X O M. & M O P N. æquales. Cùm etiam sint æquales & similes magnitudines B H T C. &
B R S Q V si illæ quoque demantur; æqualia pyramidis vtriusq. relinquunt. His stantibus apparet X O. & O P. humidi partes ex æquo positas esse & continuatas; non premi verò similiter, quòd X O. premitur à magnitudine E H T F. & à residuo pyramidis. O P. verò premitur à solido R S Q V, quod est æquale ipsi B H T C. parte ipsius E H T F, & ab altero residuo superiori residuo æquali. Magis ergo premitur O P. Itaq. altera pars O P. ab ea pelletur. Non igitur consistet humidum, quod tamen consistere ponebatur. Proinde ex humidi superficie nihil extat ipsius E H T F. magnitudinis. Verùm neq. demensa descendet inferius: necesse est enim, vt in descensu pariter expellantur; at ibi solùm expulsio succedit, vbi vna pars premitur magis, quàm proxima; sed hîc cùm solida magnitudo & humidum sint æquè grauia, nulla pressio maior; propterea neq. pulsio; neque descensus igitur. Sit nunc magnitudo leuior humido, [a] dico eam demissam in humidum non totam in demersum, sed aliquam eius partem ex humido extituram. Da oppositum, & maneat humidum reliquis eodem modo constitutis, vt suprà, præter magnitudines: nanq. hîc in humido totæ ponuntur, cùm cetera paria sint, & humidi partes X O. & O P. sub illis magnitudinibus sint æqualiter positæ & continuatæ; non premuntur æqualiter; siquidem altera sit leuior ex hypothesi. Non ergo tota demergetur, sed aliqua ipsius pars eminebit. Si iterum percuncteris, — [a] Prop. 4.
C [b] si demergatur in humidum quousque processura sit; respondebo quousque tanta moles humidi, quanta est partis demersæ, eandem habeat grauitatem, quam tota magnitudo. Fiat idem apparatus, quem longo sermone superius exposuimus, & humidum manere ponatur. Certè si manet; partes humidi, quæ sunt X O. O P. premuntur æqualiter: ergo & prementium grauitas æqualis. Sed præter istas magnitudines omnia sunt æqualia & grauitatis æqualis. Restat igitur, vt grauitas ipsius R S Q V sit æqualis grauitati totius magnitudinis E H T F. Sed R S Q V. est æqualis illi parti ipsius E H T F, quæ demersa est scilicet B H T C. Et tanta pars igitur solidæ magnitudinis est in aquis, quanta est moles humidi habentis æqualem grauitatem toti magnitudini. Fac modò talem quendam [c] magnitudinem aliqua vi in aquam fuisse immersam; quãnam, obsecro, vi sursum redituram putas? Aio tanta vi illam ad locum suum naturalem conscensuram, quanta est exuperantia grauitatis in illo humido quod habet æqualem molem, cùm ipsa, vt si grauitas solidæ magnitudinis sit quinque, humidi verò illi æqualis octo; sursum feretur vt tria, quæ est exuperantia grauitatis in humido. Magnitudo leuior humido sit A, grauitas eius B. Humidum molem habens æqualem ipsi A sit E, cuius grauitas sit B C. Sumatur alia magnitudo D, quæ grauitatem habeat æqualem C, ita vt compositum ex vtrisque tanta præditum sit grauitate, quanta est — [b] Prop. 5. [c] Prop. 6.
D grauitas humidi æqualis ipsi A. Statuatur rursus humidum æquale ipsi D & sit F, atque item cum altero componatur: compositum maiorem habebit grauitatem, quàm B C. siquidem B C sit grauitas humidi E. Demittatur in aquam tota magnitudo A D. cùm sit leuior humido, eo vsq. demergetur; quanta est moles humidi habentis æqualem grauitatem toti A F. Nunc sit superficies humidi cuiusdam circunferentiam A B C D. vt suprà. Cùm igitur tanta moles humidi quanta est magnitudo A, habeat tantam grauitatem, quantam A D; ergo ex anteà demonstratis constat partem A totius magnitudinis A D esse demensam, residuam verò D ex aquis eminere. Sed grauitas ipsius D est id quo humidum E superat grauitatem ipsius A, & magis premens expellit: ergo fertur ea vi sursum quæ adæquat grauitatem ipsius A. Non verebor hîc asserere & naturam ipsam comprehendi, quæ affert propensionem & rationem quoque velocitatis, vt scilicet tantum extet ex aquis, quanta est exuperantia grauitatis humidi, quod est æquale solidæ magnitudini, atque etiam vt tanta vi sursum feratur, quanta est illa exuperantia, quia pellitur ab exuperantia, pulsa conscendit.

Descriptio communis Propp. III. V. & VI. E





Descriptio IV.

5 B

3 C

Descriptio VI.



E. *humidum æquale* A.

F. *humidum æquale* D.

Cęterùm non satis hęc cum Aristotelica sentẽtia cõuenire mihi videntur. Mirum.n.admodum est aquã sua grauitate superare terram, cùm grauior seipsa videatur esse propter terræ participationem. Tum deinde quòd non plenè mihi satisfaciunt hę rationes, si caussam doceri velim, cur lignum & vas, quod alioquin enatat, tum demum submergatur, vbi aqua plenum fuerit; nihilominus quia par aquæ illius quæ cõtinetur in vase, pondus existit, ad summũ in aquę superficie consisteret: attamen ad imum vsq. properare cõspicitur. Hac accedit ꝙ perspicuè veteres cõfutauit Arist.[a] quia corporũ leuiũ motus sursũ ad suũ locũ ex grauiorum pulsione fieri cõtenderent, & profectò videret̃ illud necessariò cõsequi, vt oĩa corpora naturalia forent grauia secũdùm naturã; nulla oĩno leuia, qñ prorsus eueniret idẽ, si aër & ignis in ima aquæ sede collocarent̃. Et q̃uis ab Arist.[b] pulsio cõcedat̃ in elementis, vnde terræ partes cõtrahant̃ in orbẽ, non est, mea quidẽ sententia, talis, vt de suo loco naturali grauia pellat, sed vt magis cẽtrũ versus deducat. Itaq. cõfluxus erit in humido superãte ad partes inferiores per se quidẽ ad centrũ, sed si fortè quæ sunt in suo loco resistant (nã ꝓpter grauitatẽ non facilè se de suo loco patiunt̃ extrudi) collapsus in inferiorẽ sedẽ, vt, si nõ directò, saltẽ eo quo possunt, modo centrũ consequant̃: oĩno verò per accidens ex hoc impulsu leuia ferunt̃ in suũ locũ, sed suapte natura id ẽt obtinuere, vt per grauiora enatẽt. Proptereà tãn faciemus has caussas à mathematicis approbatas, quã tũ cũ corporũ ꝓpẽsione cõsentiũt, & accipiemus ea quę sequunt̃; ex quib⁹ illa sequunt̃, omittemus, G
& ꝙ per humidũ quidq. quocunq. moueatur, ad facilẽ difficilemq. medij partitionẽ deducamus, de qua re suprà diximus, qua de elementorũ motib⁹ verba fecimus. Ob eã igit̃ caussã vr̃ id tribuisse Philosophus crassitudini & subtilitati medij. quemadmodũ de nauibus onerariis dictũ est suprà. Ergo caussa illorũ q̃ à Seneca quærebant̃, ad initia solita referẽda est per se; dominiũ videlicet elemẽtorũ, & medij facultatẽ, quo fit, vt si mobile potestatẽ medij superet, veluti plũbũ aquæ cõtinuitatẽ; per ipsã moueat̃; si minus, vt oleũ aut lignũ, seu natiua ꝓpẽsione, siue ẽt externa aliqua affectione; plus aquæ minusúe rõne virtutis p̃pollẽtis supereminεat, sed qm̃ liq̃da subeũt; ẽt p accidẽs euenit, vt grauia quadã ex parte natar̃ videant̃ ĩ aq̃s. Cur aũt vas, vbi plenũ fuerit, ĩ aqua mergat̃, mox aperiemus.

[a] 1. de cęl.

[b] 2. de cęl. T. 104.

Aliquot problemata de motibus qui per aquam, vel per aërem & aquam communiter fiunt, proponuntur. Cap. XXX.

EORVM occasio quæ nuper exposuimus, & contra mathematicos (vt opinamur) transegimus; illa item quæ de grauium motu per aquam & aërem cõmuniter fieri solent, à neotericis in controuersiã reuocata fuerunt, me quoque adigunt ad rerum nonnullarũ caussas perquirendas. Nanq. etsi videntur hæc vim problematum redolere, & idcirco separatum quoddã flagitare volu- H
men; ita potest apud me significandæ caussæ desideriũ, vt etiam lectoris auctoritate cogar abuti, ꝙ etsi veluti viator itineris optat finem, sic & mens exitum quæstionis attendit; tamen sicut in antro fessum requiescere nonnunquam est iucundũ; sic menti tantisper in rebus quæ frequenter sese dãt, esse curiosam, & illò diuerti placet. Nam præter id quod suprà tetigimus ab experientia significatum nempe vas, quod cęteroquin eminebat in aquis, vbi plenum aqua fuerit, nihilominus ad imum proficisci, quod sanè difficiles extricatus habet; qñ neq. id vasis naturæ põt adscribi, quod ẽt si dissoluatur ex aqua extabit; nec illi aquę, quæ recipitur, cum ipsa ꝓpter æqualẽ potestatem, quã habet cũ reliqua, in eadẽ superficie manere potius debeat: quęsitũ quoq. est; quare ligna quæ per aërem erecta ceciderunt, vbi ad aquã peruenere, strata fluitare cõsuerint. Ego verò primi illius caussã duo capita continere crediderim. Primum quidẽ, quod pertinet ad motũ ipsum qui fit in ꝓprio loco; alterum verò, cur id aquę illius peculiare sit, vt naturã suã non seruet, cùm ẽt aër in vase naturã suã retinẽs ex aquis enatet. Arbitror equidẽ, qm̃ aqua per illud vas, à quo cõtinet̃, à toto segregata est: ideoq. totius beneficio nõ pollẽs, tanq̃ aliud quid, ab aqua diuersum, ꝓpriũ põdus habet, & reliquã aquã, tanq̃ mediũ per quod ferat̃, opprimit, simul diuidit, neq. vas, vt lignũ sĩpliciter descendit, sed

tanquam

A tanquam vnũ quid cũ eo factũ,quod cõtinet̃,in aqua põdus habet figurę beneficio quę multũ alien cõprehẽdit;ita fit,vt ſiquo caſu in locũ aëris ſubeat aqua,tum demũ ferat̃ corpus illud in profundũ, id verò nil aliud ſibi vult, q̃ ꝙ nõ tanq̃ ſimplex quoddã eo tpe deſcendat, ſed ꝙ aliquid figura efficiat,cùm & lignũ per ſe ſiplex ſit,hoc eſt,nõ cõſtet è partibus quarũ motus diuerſi ſint,& per ſe na ter,& multo magis id ſiplex eſt quod in ipſo cõtinet̃, ob eamq. cauſsã neutrũ ex his in aquis mergi poſsit,figura ipſa ſeparationis cauſſa eſt & põderis ꝓpter illud corpus graue,quod cõtinet̃. Alterius verò cauſſa è ſuperioribus repetẽda eſt,nanq. elemẽta oĩa pręter ignẽ in ſuis locis habẽt põdus.at aër ĩ aqua leuis eſt,idcirco retinet ſuã naturã aẽr in aquis,&,q̃uis ĩ vaſe ſit,enatat, & aqua põdus habẽs in ſuo loco,cùm à toto ſegregat̃, properat ad fundũ,ſed certè multũ ego figurę in hoc motu cenſeo tribuendũ,propterq̃ & grauia ſępe natãt,quouſq. cõtinẽt aërẽ & aëre pulſo ſubmergunt̃.ex quo efficit̃,vt tum mergatur animal,cũ vaſa,quę prius erãt ſpiritu plena, pulſo illo & exhauſto cõpleãtur humore. Quapropter ẽt nos illud in hac re monuit Plutarchus,ſiquod ſit corpus inęquale, & ab altera tãtũ parte cauitates habẽs,vbi emergat ex aquis partẽ eã prius enatare,q̃ cauata eſt, ideò cauſsã afferebat,cur viri ſubmerſi pectore elato ad aquę ſuperficiẽ euehant̃, contrà mulieres ipſo tergo ex aquis extẽt.nã viri cũ partes quę reſpirationi ſeruiũt,maiores habeãt,q̃ fœminę & ĩ antica parte par uas carniũ prominẽtias;mulieres ſecus, mẽbra reſpirationis parua,& magnã carniũ copiã: hi quidẽ

B pectoris partes habẽt leuiores,illę verò põderatiores.quę cùm ſint,hui⁹ rei cauſſa palã eſt. Eademq. cauſſa eſt,cur exanimis anguilla nõ fluitat,nec niſi cum aquis putrefacta diſſoluit̃. cęteri verò piſces mortui nõ ſubmergunt̃,& pretereà cur primis diebus animãtes in aqua ſuffocatæ petant fundũ; tpe verò procedente emergãt:nã præter alias cauſſas quæ ab Ariſt.recitant̃,vt quia parũ pinguedinis habeãt,plurimę verò careant. eſt itẽ anguſtia vẽtris,in qua cauſſa loci parũ aëris ſpirituſue cõtinetur. eaq. potiſsima cauſſa,atq.altera illa potius adiuuans q̃ pręcipua. Nanq. vt Cõradus admonet; etſi pinguitudo leuis eſt,& aërez naturę,ideoq. piſces pinguiores facilè ſuperfluitãt.hęc tñ vera primaq. rõ ſuperfluitationis eſſe non vr̃.Etenim galei,quos canes appellamus,neq. pingue,nec ſeuũ habent. attñ enatãt mortui.At illa certa cauſſa nõ eſt,qua ſublata nõ tollit̃ effectus. Illa igit̃ potiſsima,ꝙ ventrẽ habeat paruũ.i.cauitatẽ qua viſcera cõtinent̃,itaq. parũ capiunt aëris.noluit.n.abondare natura ſpiritu animantẽ illã,cuius vita futura eſſet in cœno,& quæ ob paruitatẽ brãchiarũ diutius aërẽ cõceptũ,q̃uis foret exiguus,aſſeruare poſſet. Cùm igit̃ poſt mortẽ euaneſcat,ex hoc efficit̃ vt anguilla, cùm primùm mortua ſit,nõ ſupereemineat aquis.cętera ꝓximè ab ĩteritu ſupereemineãt,donec aqua prægrauãte oppleta deſcẽdunt ad fundũ. At cũ poſteà cõputruerũt oĩa ad aquæ ſuperficiẽ euehunt̃,

C ꝙ ex putredine ſanguinis & humorũ ſẽper flatus ſub cute gignunt̃,quib⁹ per vniuerſũ diſperſis, & copioſè in cauitates quaſdã collectis,corpora intumeſcũt, & ex imo efferunt̃ nullo ijs exitu patẽte. Itaq. dicebat Alexãder piratas quoſdã homines, quos enecaſsẽt, pulmone exẽpto in altũ proiicere, ne efferrent̃.Eadẽ rõ eſt,cur oua integra demiſſa in aquã demergi ſoleant;vrina & corrupta ſuſtineũtur:tabet.n.humor eorũ,& inflatur. Signo eſt,ꝙ ſi acu pũgant̃,tñ nõ amplius fluitãt.iidẽ quoq. ſcriptores aſſerũt aſellũ,q̃ vulgò merlutius dr̃,habere folliculũ cãdidiſsimũ, quo inter natãdũ plurimũ adiuuet̃. quanq̃ id ẽt experti ſumus in leuciſcis,quorũ folliculus ꝓ corporis magnitudine ſatis amplus eſt. Iã vero veniẽtes ad ſm̃ illud, ꝓ vero accipiamus,baculũ erectũ per aërẽ labi,ꝙ aëris diuiſio celerius adminiſtrat̃, q̃ vt caput ſuperius pręcipitari poſsit. verùm poſteaq̃ peruenit ad aquã; dicũt quidã, ꝓpter eius craſsitiẽ inferius caput lẽtè deſcendere ex quo tẽpus dari ſuperiori,vt deſcẽdat in aërę.quamobrẽ totũ in aqua manet ad æquilibriũ. Cęterùm etſi ſatis erat hîc occurrere experiẽtiæ, nanq. ẽt mergit̃ baculus in aquis totus vſq. ad terminũ quendã,quia tñ cũ euehitur in aquis,ẽt procũbit; huius eueni quoq. cauſſa perquirenda : ad pręſtandũ petamus ab aliorũ cogitatis auxilium. Sed.n.cauſſa hęc poſterior nõ ſatis ꝓbata eſt:q̃ndoquidẽ neq. rõ.reddit̃,cur ſi lignũ in aqua rectum collocetur;protinus tñ procũbat. Pretereà ꝙ ponit̃ ſũmũ caput deſcendere liberius,q̃ inferius aſcẽdat,neq. itẽ nimis tutò dictũ eſſe vr̃:nanq. pars ea quæ in aquis eſt,deſcẽdit pręter naturã. Quare ſm̃

D naturã tẽdit ſurſũ,at plus natura q̃ violẽtia põt:ſigno eſt ꝙ motus ille terminat̃ loco naturali.citius ergo aſcẽdet in aqua,q̃ deſcẽdat. ſequitur ergo, vt impetus ab inferiore capite exhoriat̃. Id in aquis ſine cõtrouerſia verũ eſt,reſtat vt contẽplemur,cum & ligni aſcẽſus in aqua ſit ſecũdùm naturã,& ĩ aëre itẽ deſcenſus; vtrũ plus poſsit.nã cęteroqui neq. mihi neceſſaria vñr ea quæ opponunt̃, nã qui ita dicunt, patrocinium potius partis ſuſcipiũt q̃ oppugnet,cũ eadẽ quoq.cauſſa perbellè ad aduerſarij q̃õnem accõmodari poſsit.dicã.n.ego baculũ rectũ nõ ferri,quia pars ſuperior deſcẽſu præueniat , & ad alterã obiectionẽ ita reſpondebo : cùm baculus ſit continuũ quid ; ideoq. motus totius vnus reipſa ſit æquali gradu caput alterũ in aqua aſcẽdere,& alterũ in aëre deſcẽdere.Et certè id neceſſarium eſt,licet initium motus,quod nam ſit non conſtet adhuc,quòd nõ minus videatur eſſe ſecundùm naturã ei parti quæ in aëre verſatur,ad aquæ ſuperficiem cadere,quam illi quæ in aqua eſt, ad eandem attolli. etſi cętera fuerint pares, ad æquilibrium aquis incumbere, & ex toto proſterni. Verumenimuerò tantiſper hîc inſiſtamus & rẽ ſcrutaturi diligẽtius admoneamus in primis cõplura capita huiuſce q̃õnis extare. Nã quod quærit̃,cur per aërem baculus moueat̃ erectus, vbi verò ad aquę ſuperficiẽ venerit ad æquilibriũ aquis incũbat,hoc ꝓblema tẽtare vr̃, cur ibi nõ manet erect⁹, fac ipsũ in aëre eſſe erectũ ob eã cauſsã q̃ ſupra dicta eſt. cur hoc minus faciet in aquis? idẽ in terra

efficit aliqñ. cur etiam nonnunquã in terra id præstat, non sẽper, quæ'nam varietatis istius caussa. E
Tum demũ, an'ne ab inferiore capite, an à superiore motus ille incipiat, vbi rectus aquis immittat,
cũ ligno nõ minus naturale sit ex aëre ad superficiẽ aquę descẽdere, q̃ ex imo eodẽ euehi. Et quidẽ
illius primi causã elemẽti illius naturã esse dicerẽ, quo baculus ꝓpter liquiditatẽ insistere nequeat,
nã cũ facilè oppressa moueat aqua, eademq. inæqualiter, nõ patit ligni imminẽtis æquilibriũ conser
uari: qm̃ verò difficilius illa cedit, q̃ aër: offert tẽpus capiti superiori, vt deorsũ flectat, & ita procũ-
bat. Neq. verò sic se habet lignũ propter terræ partes, vt in sola ipsa superficie cõsistat, velut aër qui
nihil opprimit, sed habens aliquod põdus, licet nõ tantũ, quãtũ inest in aqua, superficiẽ sanè premit,
totũ verò nõ subit aquam, ex quo efficit, vt ad perpendiculũ stare nõ valens facilè ruat. cũ verò ma
neat, cũ toto corpore prostratus est baculus, quia siue in aëre, siue in aquis erectus existat, nõ est affe
ctus sm̃ naturã, cũ maior eius pars extra locũ ꝓpriũ sit & pregrauet, locumq. naturalẽ cupiat quem
pars inferior iã obtinuit. Idẽ quoq. cõtingit in iis corporibus quę, cùm in aqua mergant secũdùm na
turã, erecta ꝑmanere volũt, sẽper.n. pars superior prægrauat. Proinde illi, qui natãt, vbi stare cupiũt,
magis laborãt, & egẽt sũmo artificio quo sibi retineãt æquilibriũ. Quamobrẽ, cùm homo secũdùm
naturã sit erectus, cui statui mirũ in modũ aqua aduersat, eget arte & disciplina ad natandũ: cætera
animalia, quia prona sũt, ex instinctu naturali natãt. Terra nõ mouet. itaq. retinere possunt æquili-
briũ ea, quæ ipsa insistunt, modò nõ obstet inæqualitas sedis, aut baseos ei⁹ corporis, quod innititur F
terra, aut inęqualitas põderis partiũ eminentiũ. Idcirco stat homo, q eius partes ex æquo pręgrauãt,
siue si id grauitas æqua partiũ nõ præstat, efficit vis animalis in hoc illã adęquans; vnde ẽt saltatores
& funãbuli æquilibria quædã apparant quib⁹ seipsos & alia, si libet, sustinere queant. [a] cùm.n. cõtra
pẽdant, nõ permittunt aliquò versus ea pręcipitari. sic ex æqualitate partiũ cursus adiuuat hominis
quidẽ iactatione brachiorũ, nonnullorũ verò auxilio caudę, vel auriũ (sed hoc ad illa pertinet quæ
animaliũ motus attingunt: nos ea nũc agimus quę sũt motus inanimorum). Nã q basis in statu ma
ius occupare spatiũ debeat q̃ altitudo, quod video nõnullos mechanicos opinari: nõ necessariũ pu-
to, siquidẽ, etsi id verũ est, vbi sit mai⁹ spatiũ baseos, rẽ stare, quod cùm sit maior, ima pars, nõ patiat
à superiore se loco moueri; at multa quoq. manẽt, quorũ basis multò minus spatiũ occupat, dũmo-
dò cõtrapensio seruetur, vt sensus ostendit. Siquis verò quęrat nũc, vnde motus ille initium sumat
(iam.n. cõsistit ob cõtinuitatẽ simul vtriusq. motus absolui) an'ne ab inferiore, an à superiore capite
potius: ita dicã, propẽsionẽ naturalẽ spectari posse bifariã, aut ad finẽ, aut ad energian ipsã & actũ.
Porrò finis sẽper ĩ natura sũmũ est, quod ipsa põt, idq. oĩa pari gradu cõcupiscũt, quo ad actũ verò,
vt id assequant, nõ in oĩbus est aqua ꝓpensio, pone tu duos lapides vnũ magnũ, alterũ paruũ; vterq.
centrũ expetit, & in illud q̃ primũ & maxime cõtendit, sed in maiore vis maior, quantũ ergo ad finẽ G
pertinet, ex hoc iudiciũ de motibus illis nõ est faciendũ, sed ex energia ipsa per se, cui põt accedere
medij natura: nanq. aër magis deorsũ propẽdet, q̃ aqua sursũ, ꝓpter ea principia, quæ anteà posita
fuerunt: prætereà facilius diuidit aër, & corpora oĩa, igne excepto, grauitatẽ habent maiorẽ, q̃ leui
tatẽ, idcirco puto principiũ talis motus à parte superiore desumendũ; si baculi pars extra aquas exti
terit: at verò, si totus fuerit in aquis, ita iudicabo: motũ à superiore parte exordiri, nisi locũ propriũ
penitus cõsecuta fuerit, ibi.n. maneat oportet; est aũt aquæ superficies, sed si tantisper extra suũ locũ
fuerit; cùm sit suo loco vicinior, & prõptius & ocyus euehi ꝓbabile est. Redeo nũc ad tertiũ illud,
qđ olim ꝓpositũ est. Scire aũt licet, victoriã elemẽti in aliquo mixto multis modis posse capi, vel.n.
ęquabiliter & ordinatè subactis oĩb⁹ elemẽtis; id qđ ĩ auro cõtingeṙ dicũt, vel ẽt sparsim & carptim,
vnde exoriunt corpora quędã poris intercepta. Quantũ igit ad cõstitutionẽ corporis attinet & natu
rã: ea sanè terrena esse possunt, sed pp aërẽ, q in cauitatibus inclusus est, naturalis inclinatio ab aduẽ
titia qualitate superat. hinc quoq. lignũ & lana, q̃uis ĩ eis plurimũ terrę insit, enatãt in aquis. Oleũ
verò qñq. dr̃ ab Arist. aëreũ esse. quamobrẽ nil mirùm si supereminẽat aquas. nã quod vel à frigore
densatũ est, vel prę vetustate cõspissatũ, qm̃ facultates aëris ĩ eo sopitę esse vident, facilè mergatur in
aquis ni lẽtitudo resistat. Eadẽ quoq. caussa ponit à quibusdã: cur aqua maris, cũ in sũꝑficie grauior H
sit, q ẽ plurib⁹ terrę partibus cõflata sit, nõ tẽdat tñ ad imũ, & certè rõ refelli nõ põt. facilè.n. quisque
cõcedat eã aquę partẽ satis esse lentã, q norit ipsã habere vim abstergẽdi, atq. eluẽdi maculas. id.n.
pręstãt corpora lentiora, cũ facilè in cuspidẽ acutissimã desinãt; ideoq. subeãt in tenuissimos quosq.
meatus, & quoniã viscida, nõ facile frãgi & discõtinuari se patiant. Cęterùm hęc alterius loci & ipis
sunt, sed interim aliã quoq. causã afferre nõ pigebit; cur aqua illa quæ in sũmo mari versat, & ter-
restris & amara sit, & tñ in ea naturalis ꝓpensionis rõ non seruet. Quanquã haud facilè persuadeat
maiorẽ terræ copiã in sũmo, q̃ in imo retineri, nõ ignarus, oẽs fœces ad imũ suapte natura prouolui,
valdeq. cœnosũ maris esse fundũ, idq. ex eo cõuinci, q historię de Oceano exteriore testant, q locus,
si vllus vsquã est, aquarũ ꝓprius est, oĩumq. humilissimus, sed amarorẽ illũ, nõ quidẽ à terrę copia
ꝓficisci puto; verùm ab ei⁹, quãta quãta ibi est, exustione q̃ fit à sole, vnde ẽt leuitas aliqua ꝓpagat.
At verò & hic quęrendi locus datur, & dubitandi rursus contra ea quæ dicta sunt propterea quòd
argẽtum fusile multas aëris partes habet, signo illud est, quoniã, vbi primùm vim caloris experitur,
ad orificia vasis ascendit, & in vaporem quendam è vestigio tollitur, & tamen est grauissimum.
Rursus, si corpuscula enatant quę carent sensili pondere; merguntur autem ea quorum est pondus
insigne;

[a] Lect. de inces. an. c. 3.

A insigne; cur puluis pumicis mergitur, pumex aūt enatat? At verò quantum de primo est; cùm elementi victoria in mixto duplex sit, altera quidem quæ materiæ refertur accepta, atq. altera quæ per affectionē incussa est, nihil interdum ꝓhibet, id quod est per affectionē, vim materiæ superare. sic argentum fusile est aëreum ꝓpter materiam. atqui affectū à maximo frigore; licet non adhuc aëreus humor in aqueum sit conuersus, ob hanc causā maximè cōdensatum est, & idcirco grauissimum. Neque id tibi admirabile videri debet, si nosti, quemadmodum à nube & vapore fiant superius nix, hîc verò pruina: quibus maximū frigus incutitur, nec tñ in aquam conuersa prius fuerunt. Alterius verò rō talis reddi pōt: quoniā si spectetur materia pumicis, ea maximè sicca est & valde terrestris. quare ēt sub minima mole sensilē habet grauitatem: ideoq. superat aquę resistentiā, ipsam premēs ac diuidens: verùm quia totus spumosus est, atq. porosus: ex hoc efficit, vt totus ꝓpter aërem inclusum in aqua mergi nō possit, & dū ille cōseruatur; sicuti etiā de ligno dictū est ꝙ propter aërem sic enatat, vt summum pondus sustinere valeat eorum quoque quę per seipsa merguntur in aquis.

Docetur, vt eadem sit ratio totius & partis in motibus naturalibus. Cap. XXXI.

TALIS igitur est elementorum natura, vt in sua loca quæq. ferantur, & ad eorum loca mixta illa in quibus abundant, nisi aliquod accidens eorū propensiones immutet, atque perturbet.

B quādò sic moueri, est agi formā versus, cuius appetitu materia ducit, & ita ad illam tendit, vt eiusmodi progressus caussa præter suam vtriusque naturam alia nulla reddi possit; quare cessat eorum difficultas, quam in medio posuit Alexander. Vt hæc in suum quæq. locum ferantur quæ nondum in ipso fuerunt, neque ipse illa continuit vnquam. Præterquamquòd neq. iure dici possunt quæq. in suum locum ferri, quoniā tota per se non mouentur, sed partes solùm. at partes vbi quiescunt, ibi cum toto continuantur, continua verò per se non sunt in loco. Neque dicere potes illorum locū esse vniuersitatem; qñ ad suum ipsius locum vnumquodq. secundùm naturam fertur, & ibi manet secundùm naturam, ab eoq. per vim separatur. atqui nō sic ad vniuersitates suas ea corpora ferunt. Nam si ferrentur ad ipsas, vbicunq. illę forent, mouerentur ad eas. Verùm si terrā esse fingamus, vbi nunc Luna est, partes eius vtiq. non ferentur ad Lunam. nanq. motus in graui & leui ita est, quemadmodū generatio in materia. quare sicut à nobis anteà dictum est, materiā ad eam formā perduci quæ nō est, & eius appetitu moueri, quod suū posteà futurū est, suaq. forma est, qm̄ ex hac materia talis excedit quæ eius perfectio futura est. ita de loco, seu potius ipso vbi decernendū est. Locus aūt hic ille est qui primus est vniuersi terminus, siue simpliciter, vt mediū & vltimū, siue secūdùm quid,

C vt termini illi quibus elemēta media continent ad quos suopte impulsu ferunt ipsa, vt non aliò sm̄ naturā ferri possint, nec ob aliā caussam, q̄ vt terminos illos adipiscant, ac siquid aliud sit ad quod ferri videant, id oīno per accidens est. vnde, cū mediū terræ mundiq́ subiecto idē sint, per sè grauia ad mediū mūdi, per accidens aūt ad mediū terræ ferunt. Cōplectitur aūt vnusquisq. locus elemētū totū, eiusq. plurimas partes, ꝙ in loco suo plurimas cuiusq. rei partes est verisimile est, ne fortè in natura plus sit id quod ꝑ accidēs est, & pręter naturā, q̄ id quod est secūdùm naturā, & per se: in paucis .n. ab ordine & recto natura solet aberrare. ideoq. vnus idemq. locus est partiū atq. totius: licet partiū beneficio totius, nisi fuerint à toto seiūctę: nā tū loco ꝓprio potiunt, quanquā eo qui cōmuniter 4. Phys. descriptus est. sed vnus secūdùm naturā locus est totius tanquam vnius per quod partes sūt in loco. atq. ex eo, ꝙ in suo loco totū est, partes ad ipsū mouent. sic nō eadē penitus est rō totius & partis, quia totū in loco per se est actu, partes aūt in potētia, & per totū, ac partes illę sunt quę per se mouent ad locū, totū verò manet in ipso, vt potius verùm sit dicere, ad eū locum partes moueri, in quo totū ipsum est, q̄ ꝙ eodē totum moueat & partes. Neque obstat, si partes solæ per se mouētur, quod aūt per se mouetur habet terminum suum per se, qui locus est in latione, ergo & partium pro prius quidam locus est, non igitur cōmunis. Etenim locus accipitur definitiuè, vt aiunt, qui aptatur eius magnitudini quod est in loco, vt etiā sumitur 4. Phys. vel vt est vbi & habet certam facultatem

D sensilem in toto hoc spatio quod est inter circunferentiā & centrum. Dico igitur hic haberi rōnem ipsius vbi præcipuè, & hoc esse satis ad id, vt per se mobili conueniat locus quidam per se, qui s. eius naturæ conueniat, quæ cùm sit eadē in toto & parte etiam efficitur vt eodem loco potiantur partes & totum. alter ille locus non necessarius est, tametsi ex euento, id est, vt partes eo careant, quia contingit, vt partes ibi cum toto cōtinuentur, & ita sint in loco in potentia. Et si non me latet plures machinas afferri quibus ea propositio generatim defendatur. Eodem feruntur totum & partes, quin ēt vis eius latius multò patere censeat. Eādem esse rōnem totius & partis. Atq. inter alios Simplicius hasce cōditiones in medio ponat. De motu dicens ipsū spectari, vel dū exercet, vel quo ad ꝓpensionē mobilis quæ ab appetitu loci proficiscit, in quē peruenire cupit. aut in quo est, quo quidē fit, vt vniuersa terra ꝓcliuitatē habeat ad centrū: nō sanè ꝙ vnquā moueat illò, sed quoniā in ipso sit tanq̄ externo quodā, & ab eo quod cōtinet natura separato, quod est idē ac si diceret totū & partē in eo cōuenire, quoniā, si totū esset extra suū locū, ad ipsū moueret: nā & in ipso manet, & eatenus secum cōgruūt totū & partes, quatenus habēt ꝓpensionē ad eūdē locū, q̄ excedet totū ibi manēdo, vbi est secdm naturā. ab eodē tñ fonte permanat à quo & motus; ꝓpterea ꝙ natura principium motus est & quietis, sed quietis in toto, & in suo loco; motus aūt in partibus, dum extra suum locum morantur.

At verò si partes ēt oriuntur & intereunt, totum verò perpetuò conseruatur; quo pacto per hāc pro- E
pensionem retinetur eadem ratio totius & partis? Experiamur igitur an expleat magis animum no
strum altera solutio Simpliciana. Dicit ergo idem Simplicius de vniuersitate elementorum distin-
gui bifariam; primùm secundùm formam, vbi sumitur totum, ὅλον Græci vocant, in quo partes ip-
sæ cum toto sunt vnum, deinde secundùm materiam, τὸ πᾶν ijdem appellant, pro vt id quod per se
vnum est, in quasdam partes distribuitur: monet Simplicius in hoc secundo significato totum &
partes acceptas, eiusdem esse rationis. inquit.n. Arist. πᾶσαν καὶ ξύμπασαν γῆν obtinere motũ eun
dem cum parte. Atqui parum momenti nobis illius vocis potestas afferre censebitur, quando etiam
Arist. ipse non semel in eadem sñia exprimenda vocem illam adhibuerit, quæ vniuersitatem signifi-
cet, vt voluit Simplicius: inquit.n. εἰς τὸ αὐτὸ φέρεσθαι τὸ ὅλον καὶ τὰ μέρη. Sed hoc demisso: nanque
non semper à serijs scriptorib. statera verba, sed lance ponderantur. quō absurdum non est, totum &
partes in eodem esse loco? nam cùm pars sit toto minor, locus aũt locato æqualis; aut non erit idem
locus totius, aut æqualis erit locus totius loco partis, atq. idem minori æqualis. Neq.n. te partes ac-
cepturum puto omneis vnà; quæ cùm à toto non separentur, eodem loco potiuntur, quo totum: q̃a
sic manent oēs immobiles vt totum: neq. item quasq. indefinitè, q̃ actus singulorum proprius est:
nam cùm mouendę sunt partes, iam hanc aut illam esse oportet quæ excipiat motum, & tum inci-
dunt eędem difficultates. Tùm præterea, si terra foret in sphæra Lunæ; pars ad eam ferri deberet. E- F
quidem & si verum priorem illum quem ego dixi, sensum eius propositionis arbitror; tñ si genera-
tim ea defendenda sit, has conditiones adhibendas puto, quòd cùm totum sit, vel difforme, vel vni-
formę, illud quidem quod hēt partes alterius rationis à toto, hoc aũt quod habet partes eiusdem es
sentiæ rursus illud, vel quod essentia partium caussa formæ sit alia, vel caussa figuræ, vt cor. vtraq. ve
rò considerari queant secundùm formam & secundùm materiam: atq. attributa, cum ea quæ respi-
ciunt locum, tum ēt alia possint inesse secundùm, & prętet naturam, & eadem vel ad speciem, vel ad
numerum, quòd in totis vniformib. siue difformib. secundùm figurã tantùm, propositio veritatem
consequatur, si sumantur materialiter, & partes à toto segregentur, secundũ attributa quæ natura in
sunt, ad speciem quidem, non aũt ad numerũ eadem. Nanq. & si locus terræ est mundi medium, qđ
vnum est; cùm tñ indiuiduo non consistat totus in plura loca quę numero disiungantur, scindi pōt,
sicut & tota terra in multas partes, sed quod actu natura præstat in partib. corporum, in loco ipso
vix præstare videtur, vt potius cogitatione separentur, & vt ferunt, per designationem, q̃ partes cō-
mutantur. locus manet immobilis. Itaq. potius vnus numero locus esse videtur, q̃ specie, vt nos an-
tè constituimus. Sed nosse licèt immobile prorsus esse ipsum vbi, vt quantũ est de ipso, quando natu
ra tantum de ipso tribuit, q̃tum de forma, non videatur esse alium locũ facere, sed eum qui alterius G
fuerat corporis, huic assignare. Quòd si locum definitiuè sumpseris, & locus ipse existimabitur cum
corpore mobili immutari, nanq. non modo locus iste in terminis ipsius spatij positus est, sed in habi
tudine ad corpus quod in eo continet: idcirco variata habitudine locus quoq. variatur: itaq. partim
est idem, partim diuersus, atq. idem intrinsecè, & secundùm materiam, diuersus extrinsecè, & secũ-
dùm rationem. Propterea species & indiuiduum sic in loco sunt accipienda, sicut in tota aqua & par
a T. 82. tibus eius. Quamobrem vbi statuit Arist. 1. de cęlo, [a] eundem esse locum ad numerum totius & par
tis, respexisse videtur id quod illi inest intrinsecùs, externum verò neglexisse, & notasse potius ip-
sum vbi, quàm loci definitiuè sumpti rationem habere voluisse.

Vtrùm grauitas & leuitas sint formæ quæ compleant substantiam corporum simplicium, an non. Cap. XXXII.

NON videtur ēt alienum ab eius instituto qui de caussis agit motus naturalis, exponere & id,
qua.s. ratione graue moueatur, quatenus tale: nanq. & si per formam aliquid moueri dicitur, vt
quoniam animal per animam & sponte agitari, & fieri cadauer: at non minus per albedinem disgre H
gat visum, & fit nigrum: quare cùm id per quod transmutatur, sit forma prædicamenti illius secun-
dum quod ita mouetur, siue substantia sit, siue accidens: cùm simplicia corpora moueantur per gra-
uitatem, profectò quærendi instat occasio, vtrum'ne per ipsam tanquam per substantiæ formã, mo-
ueantur, an potius tanquam per facultatem aliquam externam, & consequentem. & quanuis id vi-
deatur notare potestatem ad vbi quod est accidens, ideoq. & illam esse quoq. accidens; quandò in
idem prædicamentum potestatem referri oporteat in quo ipse actus existit; at difficultatem parit, q̃
nō apparet esse eadem ratio in aliis potestatib. atq. in graui & leui, & deniq. in potestate ipsius vbi.
quandoquidem, & si mutationes secundùm alia prædicamenta sunt naturales pp materiam: at quā-
tum pertinet ad formam non est, q̃ credamus eam quæ substantiæ forma est, in illis habere momen-
tum, aut non simpliciter. sunt.n. accidentia pleraq. in singularib. quæ materiam quidem, non aũt for
mam consequuntur: ideò, quanuis detur earum mutationum principium esse materiam; non idcir-
co illarum principium erit forma: sed in latione contrà se res habet; quia materia solùm, sed forma
caussa est talis motus. q̃.n. talem habet formam, ideò sursum mouetur, & dictum est, generans, cùm
dat formam, dare ēt motum, quoniam deriuatur à forma. q̃ si forma principium est per quod secũ-

dùm

A dùm locum mouentur inanima; per grauitatem verò & leuitatem ita concitantur: quid obstat queso, quominus persuadeamur grauitatem & leuitatem inanimorum complere substantias? Huc accedit, quòd naturæ definitio per initium motus, tum materiæ, tum ēt formæ, licet analogicè cōis est. at sic definitur natura per motum qui est secundùm locum; ergo talis motus initium erunt necessariò materia & forma. quare sic licebit concludere argumentum à definitione ad definitum. Lationis initia sunt natura atq. illa quidem vt materia & forma. Grauitas & leuitas sunt initia lationis, ergo sunt natura. sed nō vt materia; q̄a materia: quà materia, p se actu nihil est, grauitas aūt & leuitas aliquid actu sunt, vt forma igitur. Nam licet graui & leui, vt supra dictum est, notetur potestas ad locum: at aliquid per se ipsa sunt actu, & differentiæ corporum sensilium. Ideò testabatur Auerroes [a] Aristot. 1. de cęlo describere graue & leue, non sanè vt accidens, sed vt substantiam, idest vt principium motus, & vt formam grauitatem habentis, aut leuitatem: quin ēt docet [b] Arist. agere in postremis libris de cęlo de graui & leui, quatenus elementorum initia sunt: contemplabatur. n. inquit, ibi Arist. essentiam elementorum. atqui hæc sine formæ notitia cognosci nequit. idcirco si notitia grauitatis & leuitatis aperit nobis elementorum essentiam, vtiq. dicemus & hanc esse elementorum naturam & formam. Ex altera parte substantia per se nō cadit in sensum: grauitas & leuitas per se sentiuntur, tactui. n. subiici compertum est. itaq. non substantiæ. Deinde substantia non habet plus, &

[a] 1. de cęl. T. c. 17.

[b] 4 de cęl. T. c. 1.

B minus, graue aūt & leue intenduntur & remittuntur. Tertiò esto. ꝙ grauitas & leuitas essent contraria: at graue & leue non ob id essent contraria: nam substantiæ compositæ nil esse contrarium anteà constituimus. necesse verò est graue & leue, quatenus huiusmodi, si grauitas & leuitas sunt in prædicamento substantiæ, esse substantias. atqui graue & leue contraria sunt: huius signum, quia plus & minus accipiunt. etenim inter se comitantur hæc, sibiq. perpetuò sunt affixa, vt quodq. prædicamentum si ex iis vnum admiserit, alterum quoq. receperit & contra si vnum repudiauerit; respuat item alterum, atq. id seu prorsus, siue aliqua ex parte, vt semper eundem tenorem vtraq. obseruare videantur. non ergo substantiæ. Valent hæc fortasse multum. sed illud apud me plurimum potest. Id per quod primò aliquid inducitur in materiam est forma: at verò prius incalescit quàm ascendat, & prius refrigeratur, quàm agatur deorsum. ergo per calidum & frigidum prius inesse videntur graue & leue in materia, quamobrem aut istæ substantiæ sunt, aut ad substantiam magis accedunt. Hìc video te duplicem machinam excogitare pro Auerroe posse: aut ꝙ per hæc substantia ipsa corporū describatur, quod fieri permittitur, siquando lateant, vt sæpe fit, vltimæ rerum differentiæ: aut secundò, ꝙ calor & frigus non sint tanquam formæ; quia grauitas & leuitas ipsa consequantur, sed veluti affectiones quæ materiam ad grauitatem leuitatemq. accipiendam perducant. Quantum de pri-

C ma sententia est, hæc facilè recipietur à nobis. quòd grauitas & leuitas, quia substantiam circumscribant, substantiæ non sint: sed tamen ipsi videant quàm pulchrè Auerrois dicta defendantur: quia ēt 2. de aīa credens has esse substantias, eas per se sensiles esse inconstantissimè negauit. [c] Verùm ꝙ calor & frigus non sint, vt præuiæ affectiones ad grauitatem & leuitatem, persuaderi generatim potest hoc pacto. qm̄ affectiones postea consequuntur formam cui præcesserunt, & cum ipsa manent, tanquam ab ea pendentes, vt à quodam genere caussæ, atq. ab illo, vt formæ potissimum; nempe illarū instrumenta: at caliditas & frigiditas, in nullo genere caussæ à grauitate leuitateùe pendent: quando quidem aut ab ipsa penderent in genere caussæ efficientis, aut formæ, non sanè efficientis; quandò cęlum eas efficere aut lumine & motu, aut eorundem absentia manifestum est; nec vt à forma, quoniam per formam inest id quod consequitur formam: ergo aliquid esset frigidum, quia graue; quod nescio planè concedatùe quispiam vel parùm in naturali philosophia versatus, quin id potius dabit hoc esse graue, quia frigidum. Rursus quorum instrumenta vim effectricem præferunt, formæ item huiusmodi sint oportet. At si primæ dictæ qualitates à grauitate & illi opposita leuitate nascuntur: cùm ipsa sic aliud esse nequeant, ac instrumenta: nam talem rōnem habent accidentia ad substantiā, grauitas ēt & leuitas efficiendi vi polleant necesse est: atqui nullam habent hæc efficiendi facultatē.

[c] 2. de tactu.

D Non igitur earum instrumenta sunt primæ qualitates; quare neq. item ex illis, vt ex forma pendebunt. Sed quid desideramus quod clarius esse valeat, q̄ id quod ab Arist. ipso pronuntiatum est; [d] eas initiorum genere illo excludi, quib. elementa constitui docebat; quia nec agendi, neq. patiendi facultate sint præditæ? Idcirco putarem ego graue & leue per se considerata significare potestatem, quæ referenda sit ad prædicamentum ipsius vbi (vt in quoq. prædicamento proprius est actus, atq. potestas) qm̄ perficiatur per actum illum qui est esse alicubi, atq. eam consequi formā quæ respiciat elementi substantiam, quæcunq. illa sit: nam de hac ipsa suo loco plura dicemus, & quoniam est potentia proxima, per quam & mouetur elementū secundùm naturā, & manet in suo loco, ideò principiis motus internis adnumerari: veruntn̄ ea non est natura: quia natura est principium primum motus à quo cæteræ facultates & actus pendent, tanq̄ caussæ secundæ & instrumenta. Propterea respondetur ad id. Grauitas & leuitas sunt principia per quæ mouetur inanimum, at principium per quod forma est. quoniā continet hoc argumentū fallaciā secundū consequens, quicquid. n. est forma, est id per quod mouetur, sed non contrà, quicquid per quod mouetur, est forma: nam mouetur ēt inanimū per motum & per aliquid notat rationē instrumenti, & eam quā formalem vocant, vnde nuncupatio sumitur, veluti ꝙ albus sit per albedinem: & per aliquid primò, atq. id est forma.

[d] 2. de gen. T. 7.

Præsefert etiam ea vox specimen efficientis 2. de An. T. 57. Et quanuis natura definiatur latione, non ob id sequitur, cùm sit eiusmodi grauitas, vt per eam latio fiat; ipsam esse naturam; sed a natura proficiscitur latio per grauitatem. Aures hîc fortè arriges, & vereberis; ne mecū ipse turpissimè pugnem qui sæpius antè & contra illos potissimè qui naturam mouendo graui & leui vti defendebant; hos eo nomine confutauerim, ꝙ rueret definitio naturæ: est. n. illa principium motus primum, per se: respuit omne instrumentum, nunc ego ipse suppeditem naturæ instrumentum, & illud ipsum quod illi quondam eripuerim: Scire igitur licet generans dare formā & consequentia; ex horum numero sunt grauitas & leuitas, vnde motus & alicubi; sunt verò illa elementa motus & alicubi, &, vt dici consueuit, eorum formalia principia. Quapropter efficere motum est hæc ipsa efficere, non vti grauitate vt instrumento. Proportione igitur forma, vt in suo genere efficiendi non vtitur grauitate, vt medio, sed sicut est auctor motus; sic est auctor eius primordiorū, ex ea. n. pernascitur motus, ꝙ eius initia formam consequuntur, nec aliter àc si quis efficiat hominem, vel album; est verò homo per hominis formam, & hoc album per albedinem; non idcirco vtitur instrumentis, sed ita facit hominē, vel album; ꝙ illud est hominem esse, & album. Sic igitur natura facit motum, quia illud est esse motum, non autem adhibet instrumenta. Quanuis aūt posset in hoc decreto cuipiam suspicionem philosophi progressus afferre. Etenim si grauitas & leuitas non sunt formæ, sed aliæ quędam facultates, & verè formæ caliditas & frigiditas; cur potius elementorum natura non ab illis, sed à grauitate & leuitate petenda fuit? An ꝙ facultates motrices beneficio motus quem ipsæ respiciunt, sunt notiores, q̃ affectrices & alteratrices; tametsi per se substantia terminantur. An potius ꝙ ea quæ pertinēt ad lationem, sunt propria magis elemēti, quatenus est corpus quoddam simplex: quæ verò ad alterationem, non modò constituunt elementum; verùm ēt referuntur ad mixta, quorum doctrina, cum illi quæ simplicium est, ordine doctrinæ succedat; non tam pro rerum natura; quàm pro methodi ratione, simplicia per facultates motrices graue & leue; mixtorum verò principia per primas qualitates descripta fuerint. Quocirca graue & leue alterationis initij exclusa: agere. n. & pati propriè qualitatem respiciunt, cuius est alteratio, & ad quam pertinet mixtura: quandò etiam grauis & leuis est agere simpliciter, cùm opprimant medium, propellant, & diuidant.

E F

Accuratius essentia grauitatis leuitatisque conquiritur. Caput XXXIII.

a T. 17. b T. 18.

SI graue significat id quod potest, planum quoq. est grauitatem esse potestatem. Si potestas qualitas; ergo & grauitas itidem qualitas habenda erit. Sed nihil minus apud Arist. [a] ꝙ lib. 4. de cęlo graue numerarit in iis quæ sunt ad aliquid. Idem quoq. 5. Met. [b] grauitatem collocauit in genere q̃titatis, vt nulla maior leuitas in grauitatis natura exprimenda spectetur. Quapropter maius quid est explicare quid sit grauitas, q̃ quiuis fortasse censuerit. Quocirca si fortè de illius essentia differentes minus id quod habemus in animo, consequamur; venia digni erimus; aliquid modò considerandum in medio proponamus. Et quantum pertinet ad primum caput quo qualitas ex eo constituitur, ꝙ sit potestas; illo accepto de quo sequentib. libris exponetur, potestatem, si generatim sumatur, nō esse qualitatem, nisi ex figura dictionis: reuera autem ad substantiam referri posse, vel ad aliud prædicamentum, prout significat eius initia quod est actu, vel ea sint agendi, vel patiendi quæ vel ad formam & materiam referuntur, quatenus sunt principia substantiæ, vel vt cæterorum prædicamentorum principia sunt analogicè: nos in iis initiis grauitatem & leuitatem enumerabimus. Sed cùm potentia determinetur actu, grauitatis autem actus sit esse in loco, atq. in illo quidem, vt in eo res existit secundùm naturam, eoq. secundùm naturam contendit, non eo certe nomine, quatenus est quātitas, cū cęteroqui locus sit species quanti, sed in genere ipsius alicubi constituendas esse profitemur, ꝙ præter quantitatem & extentionem notat habitudinem ad corporeas facultates, quib. substantiæ naturales per certa spatia seipsæ tuentur. Itaq. grauitas est potestas in eo prædicamento, veruntamē non ita potestas simpliciter, quin aliquid actu existat. neq. n. vt materia sola, sed vt forma, siquidem vtraq. principia ab Arist. nomine potestatis exprimuntur 9. Met. illa quidem patiendi, hæc verò efficiendi, à grauitate verò aliquid efficitur. etenim habet vim, si non afficiendi, at pellendi, premendi, & diuidendi medium per quod fertur, quæ cuncta ab actu deriuantur quem substantiæ & formæ tribuimus. Sed ēt graue per seipsum, cùm sit potestas ordinata ad actum; verisimile quoq. est, ne mollius euidentem rem vocans dixerim necessarium, vt actus secundus, seu functio ad idem prędicamētum pari ratione pertineat. ea verò, dum gignitur elementum, quoad à gignente præstatur, postq̃ genitum fuerit, quoad patitur impediens; & vbi in suum locum peruenerit, ex sua ipsius natura, hic quies, ibi motus. & ῥοπὴ generaliter. Eius principia duo sunt, materiæ multitudo, & perfectio formę. hoc familiarius, illud magis alienum: plus ponderis habet illud in aëre, sed hoc vlterius itē perducit. Materiæ multitudo facit, vt lignum velocius in aëre descendat: sed certè nihilo plus pōt, quā ad aquæ superficiē deducere, ꝙ nihilò plus formæ perfectio possit efficere. materiæ multitudo fert plumbum sexcuplo minus serius per aërem; sed formæ perfectio mergit in aquis. Ea grauitas, quæ multitudinem materiæ sequitur, vt mea fert opinio, nomine ponderis indicari posse videtur: quia pēsioni subiiciatur, & eius certa notitia possit haberi: & cuius simulachrum sensile queat esse, vt as,

G H

vncia

A vncia & talentum. quòd non quo suaptè natura contendat, exquiritur, sed illud solùm, quòd plus in eodem loco possit, atq. id in aëre, in quo pondus obtinent vniuersa generatim præter ignem, siue id suos motus aqua finiat, siue ad centrum mundi perueniat, nihil refert. & in grauitate maximè obseruatur, quòd hæc ad nos specimen habeat habitus, leuitas aũt priuationis, nec nisi cum collatione cognoscatur. Hoc igitur, quod dicimus pondus cuius index est trutina, insidet in grauitate, vt dictum est, atq. ita inhæret, vt sine ea, tanquàm suo fundamento, consistere nequeat: sed cùm præter facultatem aliquid actus apportet: hic verò plurib. de caussis variari queat, idemq. à plurib. caussis ortum ducat: alias item animaduersiones vltra ipsam naturam, vnde proximè pendet grauitas, à nob. requirere videtur. Vt.n. dictum est, pondus in multitudine materię positum est, nil respicit adeptionem propriæ sedis, siquidem hoc à forma proficiscatur. Pondus non idem est totius & partium: idem quoq. non apparet in diuersis eiusdem corporis partib. & grauius iudicatur impositum dextræ, quàm sinistræ, ideóq. plus laboris affert, si manu, quàm si humero geratur, & mulieres ceruice quàm humero minus onera sentiunt: ob id ensis capulum fit grauius, vt eius pondus imminuat: arma militi Romano pro membris habebantur, mihi maximum onus est tunica. Existimo quoq. in natura ponderis explicanda sic homines fuisse progressos, vt in cæteris extitit mos perpetuus. Etenim sic res ipsas tractarunt, vt humanis vsib. inseruirent, eædemq. nob. facilè notescerent: itaq. à notiorib. auspicatos illorum auxilio

B reliqua perquisiuisse quæ forent obscura, in eoq. omnem collocasse industriam, vt alijs aperiri possent. Sic rerum mensuras excogitatas & cęteris significatas, atq. ad omne corporum genus applicatas. Proinde cùm idem simplicius & notius natura sit quàm diuersa: cùm ẽt naturæ grauitates, vt nos anteà constituimus, non ex pondere, sed pretio & virtute examinentur: neq. sensu solo, sed acumine rationis exquirantur, credibile est de eiusdem rei pondere cõtrouersiam cumprimis extitisse, & fuisse ad humanos vsus expeditam, quæ sese sensui prodat, hæc cùm materiæ solam extentionem, seu multitudinem respiciat: inde verò quantitas ortum habeat, ob eam caussam referat in primis quantitatem, vnde plus & minus accipiatur: mox ad diuersa fuisse tralatam, atq. pondera compensata cũ virtutib. quæ item quia plus & minus admittunt: vbi aũt hæc, ibi diuisio, atq. vbi diuisio, ibi item ratio mensuræ, ea verò omnia quantitatis ratio consequatur: ẽt virtus quantitati obnoxia facta est. Itaque in pondere quantitatem credimus in primis, tùm deinde habitudinem contineri. Accedit ẽt, quòd certa ratio ponderis non ex vnius rei propensione, sed ex alterius contrapensione iudicatur: quapropter hoc officium Græcis nomine ἰσοῤῥοπίας, siue ἀντιῤῥοπίας, hoc est, æquilibrij placuit exprimere: ea verò nil est aliud, quàm species habitudinis. Quocirca iure optimo facultati consequendi locũ inferiorem quæ præcipuè pendet ex materiæ multitudine, & grauitas, seu rectius dicitur, pondus, acce

C det collatio, quæ est habitudo inter contrapendentia, quatenus in iis est plus & minus. differens à grauitate quæ est facultas naturalis, quòd ipsi addat habitudinem quandam quæ extentione, & quantitate fundetur. Quoniam verò plus & minus varijs modis accipi queunt, & ex rerum ipsarum natura, & ad nos, atq. omnino ad ea quæ pondera sustinent. in pondere plus & minus attendere oportet, quæ talia sunt in natura, non ad nos, cuiusmodi illa erant, quę ex ratione positure differentiam quandam in sustinentib. faciebant, de quib. nuper exposuimus, atq. horum collatio fit in aëris loco, Hoc igitur modo tueri possumus, pondus & grauitatem esse primùm facultates naturales, eaq. rõne qua sunt potestates, reponere illas in secunda specie qualitatis pro figura dictionis: & pro ratione essentiæ, cum quiete & loco terminentur, eas in prædicamento ipsius vbi collocare quemadmodum 8. Phys. & 4. de cælo factum fuisse arbitror. & easdem numerare in quantis, vt 5. Met. quia per quantitatem notescant & illi affixæ sint, cũ ex materiæ multitudine nascantur: & quia noscuntur ex plurium collatione & æqualitate & inæqualitate contrapendentium, ad aliquid habeantur. vt ẽt 4. de cęlo pronuntiatum est. Quamuis existimari possit Arist. ibi de pondere verba fecisse, quatenus est facultas solummodò naturalis: cuius beneficio, quædam in aqua pondus habent; alia verò nequaquam: sed nos eà facultate mentis ope segregata, rationem inæqualitatis in aëre specta[illegible].

D

Quemadmodum grauitas & leuitas cadant in sensum. *Caput XXXIV.*

NVNC illud vnum restat explorandum de grauitate & leuitate: an sint sensiles qualitates, & quemadmodum moueant sensum. Existimauerit.n. quispiam eas non esse qualitates tactiles: nanq. illa conditio qualitatum tactilium constituitur, quòd non egeant extrinseco medio ad id, vt sensum mutare valeant. Cùm igitur graue & leue sine medio intercedente non afficiant sensum, quinimmo nullum obeant munus: ideò non immutant tactum, aut certè, si immutant, dicendum erit qualitates tactiles vniuocè non esse. Medium verò ad illarum actionem esse necessarium, ex his quę dicta sunt aliàs, compertum est: nam grauitas & leuitas insunt in corporib. cum quodam sensu, vbi fuerint extra propria loca: in proprijs aũt locis, aut saltem in primis illis, vbi cesset omnis motus absolutè, & nil aliud, quàm propensio supersit, in hoc munere cessat omnis actio grauitatis. Prætereà, quoniam in lance pondus experimur per funiculum, aut aliquod aliud medium, neq. minus sentimus pondus, quod in humeris habemus, quàm saxum per funem attollentes. Auerroes, qui credidit has esse substantias, vt nuper audiuimus, illas ẽt per se sensiles esse negauit. sed, siquo modo sentirentur, cum

eum esse per accidens, vel vt indiuiduo, vtputa ꝙ sensus esset ipsius grauis, aut per actus quosdam cõsequẽtes. Nos aũt quid de hac re iudicandũ foret, & ex Arist. sensu paullò antè significauimus, & cũ grauitas & leuitas, vel vt actus haberi possint, vel ẽt reputentur habitus; & si concedimus eas, vt habitus existimandas esse substantias; at de actib. agimus, quib. accidentis ratio non aduersatur. Ideò spectemus insuper, quid alij dixerint, quos ẽt varia statuisse cõspicimus. Arbitrantur verò quidã grauitatem & leuitatem esse sensilia cõia; quasi non solùm tactu, sed alijs sensib. existimentur. etenim pondus magnũ ex magna ruina, magnoq. fragore indicatur. Cæterùm non semel Arist. [a] in tactilib. qualitatib. eas reposuisse deprehenditur, & ꝙ auditu, visuúe percipitur, non aliter se habet, àc si mel ex colore dulce reputetur: nanq. descensus ille est qui mouet aspectum, & fragor ex impetu factus pellit auditum; è quib. per accidens de graui iudicium facimus, vt ẽt ex eisdem comitantib. decipi valeat; veluti si fulmen eodem impetu, eodemq. fragore deiiciatur, quod tñ leue est, & non nisi maxima vi detruditur: ipsa tñ grauitas non imprimit speciem sui, nisi contactu. erat tñ officium sensibs cõis imprimere speciem & per se mouere complures sensus. Rursus quod mouet, tanq̃ sensile cõe, non mouet sine sensilib. proprijs quæ illo cõi determinantur: vt magnitudo mouet per colorem q̃tum, & motus per album quod mouetˀ, & numerus per plura alba: at quod'nam sensile proprium est per quod grauitas & leuitas tactum cõmouere valeantˀ certè nullum assignabis. etenim fragor & ruina per quæ grauitatẽ sentiri professus es nob, non obiiciunt grauitatem, sed cum leuitate cõuenire queunt, nec determinantur. ipsis, vt idcirco resonans cum graui, aut leui sensui necessariò subiiciatur, quantum est de præsenti officio. Philoponus verò opinatus est eas non cadere in considerationem tactilium, quia non accidant, nisi elementis præter naturam affectis in quo statu breui tempore manent. At quid hoc & ad immutandi facultatem, & ad modum quo tactum immutantˀ quasi verò neq. motus terræ sursum sentiri queat, quia sit illi præter naturam, nec semper ita moueatur. Præterea restat, vt quæratur, an sensiles sint nec'ne, aut. n. dicendum est eas non esse sensiles, id quod Aristoteli, sensuiq. repugnat, aut exponendum, quemadmodum afficiant sensum. Hæc ex antiquioribus occurrebãt, quæ animaduersione digna viderentur. Sed dum ea tractaremus, in has iuniorum speculationes incidimus, qui quidem asseuerarent pondus & leuitatem, non sanè sentientis facultatis esse subiectum, sed motricis, ꝙ qualitates actuosæ non essent, cuiusmodi sensus obiecta esse volunt: & facultas motrix ipsas agitando experiretur. tum ẽt, quia grauitas in descensu percipitur, huius verò index tactus non est, vsq. adeò, vt ẽt tactus sine aliorum sensuũ societate qualitates eiusmodi non attingat. Insuper si orbus ab ortu pedib. pendére, & in manu saxum tenere fingatur, quia non versus pedes verget pondus, sed versus caput; lapis ille leuis esse putabitur, quia, dum staret, graue illud manum pedes versus trahebat: & vicissim siquid leue foret, quod manum pedes versus raperet, id quoq. graue haberetur. Itaq. grauitas & leuitas non tactrici, sed motrici facultati subiiciuntur, facultas autẽ motrix actuosa est, nõ patibilis, vt sentiens: proinde cùm vi careant agendi grauitas & leuitas; sensum ciere non poterunt. Equidem nisi me talis viri existimatio commoueret; nihil ad hæc planè dicerem: sed vti nunc est, si velim silentio prætermittere, aut temere videar ab ipso discessisse, aut in lectionis animo scrupulum relinquere possem. Nã quis audiuit vnq̃ facultatẽ motricem ad indicãdum habere momentum; ac nõ flagitare appetitum, qui à phantasia & sensib. excitaturˀ Quis ẽt negare audebit, vnã eandemq. naturam, si cum diuersis facultatib. cõferatur, agendi simul & patiendi vim habere posseˀ rubor. n. in facie ex præcedente affectione contrahitur, idemq. mouet visum; & alia multa huiusmodi sunt. quid igitur vetat grauitatem excitare tactum, ac simul subiici facultati motriciˀ Neq. vis agendi, qua sensum mouet, ẽt qualitati patibili denegatur, vt siccitati, siquidem aliud sit agere. i. alterare, & pellere sensum: & illud planè grauitati denegat Arist. sed afficere sensum nunq̃ negauit. Cur ẽt non id falsum est graue ex descensu iudicari; qñ ẽt leue, si non scdm naturam violentia tñ descendere potest, & ex impressa vi opprimere & retrahere cupienti resistereˀ quæ motus initia cũ sensum nullum faciant, ex motu remaneat incertus sensus, vtrùm graue, an leue sit id quod mouetnrˀ & quanuis cũ alijs sensilib. sensui sese obiiciat: at quoniam & à solo tactu potest apprehendi, vt, dum attolliť, ꝙ opprimit & trahit, aut pellit ad centrum, sufficit id ad statuendum hæc esse propria tactus obiecta, nam sic ad tactum retulit Arist. siquis conto hostem impellat: ꝙ si cùm ceteris sentitur, id est per accidens. Nam, quod pertinet ad iudicium illius quem pedib. appensum fingimus, idẽ ego dicam, atq. de eo qui digitis cancellatis nucleum attingẽs, vnum habet pro duob. etenim quia præter naturam constitutus est; rectè iudicare non potest. Proptereà graue & leue libenter in tactilib. collocarem: licet non eandem rõnem grauis & leuis esse concederem in sensu pulsando: qñquidem graue se habeat in hoc officio, tanq̃ forma, leue aũt vt priuatio: tametsi pro rei natura graue est, vel materia, leue autẽ vt forma: atq. idem in hisce cõtingit, quod antè diximus euenire in motu & quiete scdm naturam. Et quanuis medium intercedere ponatur, non idcirco vim tactilis auferri: nanq. medium, aut cum eo quod ponderatˀ, aut cum ponderante concurrit, itaq. cum eo quod ponderatur, afficit, cùm ponderante afficitur. Sic igitur graue afficit sensum premens, aut trahens ꝑ medium, aut sine medio. ac demum ita nos pellit & tactum, quẽadmodum de hoste, alterum conto vrgente nos antea testati sumus: neq. n. tollit cõtus, quominus sit contactus eius qui impellitur. etenim cum pellente sit vnum. Sic ergo grauitatem & leuitatem tactiles qualitates esse defendimus.

[a] 8. Physs. 2. de ortu. T. 7.

Idcirco

A Idcirco veremur ne iustè defendatur Auerroes à Patauinis, dum in hac quæstione ita docent, non sine motu fieri iudicium de graui & leui, non sanè, quod ex obiecti motu cognoscantur: vrgent.n. prædictæ rationes; sed per motum organi ipsius quod premitur, trahitur, aut pellitur. Etenim aut motus ille tactui per se subiicitur, & sic grauitas sentitur; quia sit iste motus, aut aliquid à grauitate seiunctum. siquidem dixerint eum esse eiuscemodi motum: profectò, cùm hic per se sentiatur, & efficiet, vt grauitas item sit proprium sensus obiectum. Igitur & grauitas, cùm sit substantia, vt voluit Auerroes; substantia per se mouere poterit sensum. Si verò dederint aliud esse motum, & à grauitate seiunctum. Ergo motus aut erit sensile proprium, quod dictu nefas est; aut si fuerit cõe per aliud tactũ moueat oportet. Erit igitur hæc grauitas, aut aliud quippiam, non est aũt grauitas: nam sic per se sensilis esset: aliud aũt quippiam esse nequit, quod huiusmodi nihil assignare liceat; & esto quod assignari possit; aliud erit certè ac motus: hoc aũt eorum hypothesi repugnat. & quamuis ita dicamus grauitatem sentiri cũ motu; quasi hæc sit conditio quędam; adhuc motus per aliud quid sentiri debebit & sic in eadem relabemur; etenim explicandum erit, quodnã sit hoc potissimum, & si forte per alterius sensus obiectum sentietur, tactui subiicietur per accidens. Quin ẽt grauitas, si substantia fuerit, nõ à sensu, sed ab ea parte animi, vt ipsi volunt, quę cogitatiua nuncupatur, erit cognoscenda. Cùm igitur ea reperiatur in homine solo; sequitur item, vt ipse tantùm de grauitate iudicium ferre possit. Ita grauis sensum, & oĩno iudicium brutis omnib. impudenter abstulerunt, & studio partium in hosce scopulos impegere. B Multò iam minus per motũ sentitur qui opprimat, & impellat: sunt.n. hæc initia motus, non aũt motus, vt supra dictum est. Quãobrem graue, licet mouendo sensum, efficiat ẽt motum; at non per motum sentitur; neq. sub ratione motus; sed pressio, tentio, & huiusmodi erunt functiones tactus quæ ab obiectis per se sensilibus emanant.

De motibus præter naturam, & de proiectis contra Platonem. Cap. XXXV.

QVONIAM verò oppositorum vna est eademq. methodus & scientia: motui verò: secundũ naturam opponitur motus præter naturam: postq̃ de motu naturali satis dictum est: postulat nunc instituta ratio de motu, vt aliqua dicamus de eo qui est præter naturam, qui item nascitur ex violentia: hic verò duplex est, vel simpliciter, vel quodammodò: vi aũt moueri illa dicuntur, quandocunq. id quod mouetur, non confert vim, hoc est, non habet illo propensionẽ, quo mouetur, quia .s. non perficiatur ex eo motu, locum illum adipiscens in quo conseruetur: hic aũt est, qui conuenit suæ formæ; sed ab eo forma potius corrumpitur. Ideò quod vnumquodq. suæ neci resistit, quantum potest; C tantum abest, vt eò properet, vt nisi virtus mouentis resistentiam mobilis superet, nunq̃ moueatur; & nisi præualeat facultas violans, in pristinum locum semper retrocedat; neq. vllo modo conatum mouentis adiuuat, sicut adiuuaret saxum, si magno impetu deiiceretur: nam virtus eiusmodi facultati accedens longè velociorẽ motum faceret. Itaq. principium talis motus omnino externum alienumq. est, solumq. socium sui laboris habet medium, quod impetum à mouente excipiens mobili impertit. Verùm quod præter naturã absolutè mouetur; oĩno & simpliciter nullam vim confert: immo renititur; sed ita vincitur à mouente, vt simpliciter eandem illã lineam metiatur quã permearet, si moueretur sc̃dm naturã: ideoq. mouetur ocyus ab initio, q̃ ad extremum. Quòd verò aliqua ex parte præter naturã mouetur, non oĩno resistit; licet eò non propendeat, quo mouetur. neq. eandem lineã peragrat violatum, ac si sc̃dm naturã moueretur; sed ad latera quodam pacto deflectitur. Quamobrẽ ẽt medium illi motui magis inseruit, ob id velocius & ad maius spatium idem lapis in latera proiicitur, q̃ sursum directò & ad perpendiculum. Attamen neutrum illò simpliciter vergit, quò agitur; neq. ibi manet sc̃dm naturam; sed posteaq̃ vis mouens contabuerit, ad suum motum locumq. naturalem sese recipit describens, lineã sc̃dm naturam quæ est ad perpendiculum inter centrum mundi & extremum, & mouetur aliquantò celerius in progressu. Principia verò quæ violant, D varia esse queunt, & contraria, quæ materiam affligunt, vt apparet in fulmine, quod cùm sit ignis, ab aqua circunstante expellitur, & pp vim agitati corporis, vt fit, vbi venti extollunt aliqua pondera; & raptu mobilis cuiusdam, vt forte euenit in hyppeccaumate, impetu item aquæ, aut aëris in gyrum acti vt accidit in vorticib. & generatim pulsu, tractu, vertigine, & vectione quæ plurimũ fiunt ab animatis. Sed cùm suprà de caussa & proprietatib. violenti motus vniuersè satis dictum sit, agamus nũc de ipso speciatim & in præsentia vestigemus caussam alterius illius motus quem solent nob. significare noĩe proiectorum, quod longè abstrusior est, & antiquitus ẽt varias offendit opiniones. Nam Plato quemadmodum eius verba sonant; afferebat caussam talis motus antiperistasim. quanq̃ quo pacto caussa hæc accipienda sit, nec multum declarat Arist. neq. satis è Platone colligitur. etenim vox est ambigua, siquidem sit propriè contrariorum ambitus; quando vnum contrariorum ambit, & alterũ velut in centrum adducit; quemadmodum calor centrum versus æstate cogit frigus, vnde multa poma oriuntur, quib. frigus insigniter dominetur: & contrà frigus hyeme centrum versus calorem propellit, vnde ventres hyeme calidiores: secundò ẽt cõis accipiatur in latione sola, cum ambiens efficit lationem in eo quod ambitur, ex eo ducens originem, vt Plato volebat; quia mouens omne, dum moueret, vnà quoq. moueretur; nec vllam vim, nisi qua corpus esset, mobili cõicaret, aut in aliud à se transf-

se transferret: quapropter eodem motu quo mobile ipsum ageretur, vt, si animus res esset corporea, idemq. corpus agitaret, ipse quoq. primùm pari rōne ferretur. Ita igitur in proiectione partes circunstantes in locum posteriorum succedunt, vt, A. si moueat B. subit in eius locum, & si B. propellat C. locum eius occupat. & sic cętera deinceps. hoc aūt dubitatur, an sit per extensionem eius corporis quod ambitur; an potius sit per successionem quæ fit propter vacuum: nanque huiusmodi sensum ex eius verbis colligebat Simplicius, & hęc item sententia ab Arist. sub hac ratione confutata deprehenditur: quoniam ex eo, ꝙ à tergo rei mobilis coiret medium (hoc. n. liquidum esse oportet, & facile coire posse) ne detur vacuū: facta aūt illa coitione mobile procederet vlterius. Sed quōcunq. accipiatur à tergo medium conuenire, siue impleat solum id spatij quod à mobili relictum fuerat, siue etiam id quod congreditur, ipsum promoueat, multa sunt quæ nos ab eius opinione auertant. Ac quantum de secunda est, quam de verbis Platonis Simplicius ipse profitetur, satis hæc illius fallaciam significant. Primùm quia ratio reddi non pōt, cur primo cessante reliqua mouerentur: vbi. n. fiat motus per solum contactum, veluti fieret in hac hypothesi; vno moto deinceps oīa mouerentur, eoq. manente quiescerent; quod omnia in alterius locum successione quadam subingrederentur. ꝙ si id non eueniret, omnia quoq. manere opus esset: talis. n. motus est antiperistaseos, si credere dignum est Arist. ꝙ vnum quidem primum mouetur, & mouens in eius locum subit; ita vt vnà mouens & mobile concitentur; neq. velocitate maiore partes in progressu, q̃ ab initio mouerentur: oppositum tamen apparet. Quòd si de experientia dubites, vide itē id euenire, si segnius in progressu concitetur quod in parte quadam motus illius negari non potest: nanq. idem tenor à natura seruabitur, dum vacuum propulsare contendit, hoc studet, vt arceatur inane, id semper eodem instanti præstat quo motus efficitur: nec potest effici motus, nisi mouens succedat. itaq. idem est successionis instans & motus. atqui vacui pulsio perpetuò sui similis est; & motus igitur. Præterea natura solam intenderet coitionem, vtputa, vt exploderet vacuum: vbi igitur aëre in saxi locum subingresso, adepta illam fuisset; non esset certè, ꝙ amplius laboraret: si ergo post primam saxi motionē coiret aër; cur motus procedit vlterius? Quantum verò pertinet ad primū illum modum antiperistaseos qui affert extrusionem: habet & hic contra se multas experientias. In primis. n. ecquid erit caussa, quod vetet lapidem ad cęlum vsq. concitari? nam, si aër in eius locū succedit, & lapidem idcirco ꝓpellit, qñ continuè fit ea successio, continuè quoq. lapidis propulsio fiet, quousq. suppetat aër, aut corpus aëri, quod propter coëundi facultatem valeat idem atq. aër. Tùm item facilius palea, q̃ saxum proiici posset, tùm ꝙ palea leuior est, & sursum magis propendet, q̃ saxum: tùm etiā. quia maior est aëris impellentis ad paleam proportio, q̃ ad saxum: ex maiore aūt proportione velocior motus prodeat necesse est. Rursus, si filum saxo appendatur, ob eandem caussam à fronte saxi penderet: cùm videamus igitur ipsum à tergo porrigi in longitudinem, & quasi trahi à saxo potius, q̃ ab aëre propelli; dicamus oportet extrusionem non esse caussam talis motus. Sic vndique Platonis opinionem lubricam esse comperimus.

Aristotelis sententia de proiectorum motu recensetur, & ea quę contra illam afferri solent, exponuntur. Cap. XXXVI.

REPVDIATA Platonis opinione, decreuit Arist. à mouente vim imprimi aëri siue medio ꝓpter eius naturam quæ anceps est, nec grauis tantum, aut leuis: ob eamq. caussam impetum quoquo versus excipere potest. Quia tñ impetus ille simpliciter eò versus non est, licet, vt aliàs à nobis dictum est, eius naturæ minus hoc aduersetur, quàm si simpliciter sursum, aut deorsum moueatur: quia non tantum leuis est, sed etiam grauis, tantisper item resistit, atq. vbi seiunctus est aliquantum à primo motore, vim ab eo sibi impressam paullatim amittit, demum defetiscitur, & contabescit, & ita proiectum ab alio non violatum, pristinas conditiones recuperat, & secdm illas ad eundem locū festinat, vnde coactum discesserat, quasi ferrum, quod vbi segregatum ab igni fuerit, ad propriam frigiditatem reuertit. Veruntamen Philoponus, & alij Latini in Aristotelem acerrimè inuecti sunt, vsque adeò, vt præceptorem deseruerint. Primùm quia neq. item eius positio difficultatem illam euitat quam Platoni paullò antè obiecimus; nunquàm. f. eius motum cessaturum, quoniā ab aëre vehitur saxum; aër autem hic vbi impetum excepit, non habet vnde quiescat: quoniam impetus ille fit ei naturalis, non secus atq. descensus saxo secundùm naturam fit: quare non modo saxum per aërē totum agitabitur, sed etiam tempore infinito, si infinitus fuerit aër. Nam dicere ipsum aërē fieri per se mobilem, vt moueri simul & manere possit, quod animatorum proprium est, longè abest à verisimili. Neq. sufficit id quod adscribebat Auerroes, medium à sua naturali forma moueri, cum tamen motum ab extrinseco sumere occasionem. Nanq. esto hoc. At vnde quies in medio? iam. n. adfuit occasio mouendi; mediumq. secundùm naturam mouetur. Deinde si ab impetu iam indito & impresso à primo mouente fit iste motus; quò mobile propinquius erit mouenti, eo quoq. maior impetus erit saxi proiecti, & motus ipse velocior. At hoc falsum est, quia proiectorum motus augetur per aliquantum spatij in progressu, quod item experientia testatur cum funda, aut balista, aut etiā quodvis tormentum ex distantia quadam vehementius feriat, quàm cominus. Adde etiam, quia saxum

contra

A contra ventum moueri non posset. etenim maiore impetu moueretur aër contra saxum,cùm maior sit impetus venti,quàm proiicientis ipsius. Accedit eodem ꝙ per æqualem distantiam moueretur lapis à tangente & à remoto, quoniam æqualis impetus aëri posset imprimi ab vtroq. Tùm postremò eadem velocitate proiiceretur hasta oblonga ac breuis: quoniam æqualem impetum aëri impertire possis vtranq. proiiciendo. Quamobrem Philoponus,post ipsum verò Albertus,D. Thomas, & alij complures opinati sunt, vim sanè imprimi à primo mouente non aëri quidem, sed mobili, vtputa saxo:& prout maior,aut minor vis illi imprimeretur, ita per maius spatium atq. velocius agitari. huiusmodi aũt vim interdum expeditius ac promptius excipi.nonnunquam ægrius & lentius;propter illa quæ motui solent auxiliari,puta tu, figuram,magnitudinem,materiæ multitudinem & cætera,quę suprà caussas lationis socias appellauimus,sic longius fertur hasta,quàm corpus quadratũ, & chorda tenta,quia melius excipit impetũ,retinetq. diutius,quàm remissa, diutius quoq. tremit, atq. ictum facit maiorem. Si quæratur etiam,cur aër in iactu non agitur in immensum:respondent: quia cõicatur ille motus à lapide partib. proximis,& ab hisce subinde reliquis contiguis,vt etiã,vel eodem Arist. teste & auctore, [a] non sit vnus ille motus, quia mobile non simpliciter idem permaneat,at verò cùm motus ille non sit neq. lapidi,neq. aëri naturalis,sed vtriq. eueniat ab externo,prętereà circumferentiam versus dilatetur; quemadmodum fieri conspicimus, vbi lapis in aquã proiiciatur,facit.n.rotationes in principio minores,sed velociores;& ob maiorem proportionem, quam habet tum mouens ad mobile;& quia citius peragi solet spatium,quo breuius est,in processu maiores quidem,sed tardiores: & aucto spatio,& proportione mouentis ad mobile imminuta:sic facit lapis in aërem proiectus;ideò motus segnior euadit;vt demum fatiscat;& interposita quiete;quia motus aut contrarij sunt,aut contrarijs respondent,remoto impediente,moueatur sc̃dm naturam.Reddi etiam caussa potest,cur pila lusoria facilius repercutiatur, q̃ lapis:in motu.n. ante reflexionẽ valde comprimitur:postq̃ reflexa est,dilatatur;ita quærens innatam dimensionem(consequitur autem ipsam,non secus atq. suum locum elementum genitum assequatur,cùm ablatum fuerit impedimẽtum) ex repulsione maiorem impulsum adipiscitur. Quo fit, vt cùm positio hæc illa præstet q̃ bona quæstionis explicatio debet efficere: consentit.n.cum ratione,non oppugnat sensum: satisfacit omnib. problematis quæ de re proposita quæri possunt: & inhærentium caussas reddit: alacriter ẽt à Latinis contra Arist.ipsum defendatur.Et quoniam ita potest in methodo naturali experientia, vt cęteris neglectis machinis ingenij & rationis,illi standum sit,statuamus ad opinionis huiusce confirmationem leuissimã tabulam,ex qua torno, aut circino incidente orbis eximatur:ita vt sine mutuo attritu orbis ille intra illud cauum circumagi posit,& tabula alicubi defixa, vectis cum manubrio illi orbi infigatur, quod manubrium singulæ vtrinq. furcillæ, seu cerui sustineant. Tunc manifestò C apparebit circum actum orbem intra illud spatium tabulæ orbiculatũ moueri à moto motore, nullo aëre impellente.Neq. tunc,quia motus ille in orbem est, locus erit aëri impellenti. nam quanuis aër inter orbem & tabulam existat, adeò est exiguus, vt nullas vires ad eum motum habiturus sit; eoq. maximè,quòd ipsius orbis politissima læuitas ab aëre circunstante, neutiquam agitationis instigationem accipere valebit.quo.n.læuius quid est,eò magis agglutinationem respuit. Quanquam quid aliud erat, quod à nobis in hac caussa reddenda posset afferri, quàm auctoritas ipsa Arist. qui aut hanc caussam oĩno recipit, aut si aliam probauit, euidentissima repugnantia concluditur? Habet.n.Q.Mech. tantùm ferri id quòd fertur.i.proiicitur & pellitur, quantum aëris mouerit ad profundum,ideoq. caussam reddebat, cur neq. magna nimis, neq. valde parua proiici possent. Monstrant igitur hæc oĩa impetum aëri in motu proiectorum à mouente primo non cõmitti, contra q̃ ab ipso Arist.contra Platonem decretum fuerit. Ita magnum opus erit; si summus ille præceptor à calumniis hisce purgetur,id quod nos pro veritate ipsa mox aggrediemur. oppugnatores enim acerrimi sunt.

[a] 8. Phys.

D

Aristotelis sententia de proiectorum motu confirmatur. Cap. XXXVII.

ETSI scio complurib. argumentis agitari sententiam hanc à Latinis interpretib. quia tamen nõ omnia satis certa mihi videntur;ideò solùm afferentur in medio ea quæ in Arist.philosophia robur aliquod habere censebuntur, sunt verò hæc: Primùm quia non põt ex hac positione reddi caussa,cur mobile velocius in progressu feratur,quàm in principio:nanq. multo maior vis ei quod propinquum est,imprimi solet,quàm ei quod longius abest. Prætereà non ne rotamus fundam,vt lapidem impetu maiore proiiciamus?at cur hac rotatione opus est, si impetus saxo solùm imprimitur? aut quo pacto ex rotatione ipsa sine concitatione aëris, saxo imprimi potest? quantum.n.ex se est, saxum manet immobile.ergo ẽt aëri illa necesse est imprimatur. Tertium aũt, quia quo maius corpus est, eo quoq. mouenti magis renititur, eiq. minus virtutis imprimi potest.Sed hasta longior & velocius & ad maius spatium mouetur, quàm breuior: ergo non fit ex eo motus ille, ꝙ mobili vis imprimatur.igitur incutitur ea vis alij corpori,hoc autem nil aliud esse põt, quàm medium. Quartum verò oĩum,meo quidem iudicio, validissimum: ꝙ impetus imprimitur facilius; & magis ei q̃d habet aliquam inclinationem ad eum locum, quo concitatur, q̃ illi in quo nulla prorsus est: sed sa-

xum nullam habet propensionem ad locũ superiorem: oĩs.n. contra naturam est: at aër aliquam habet: est.n. secundùm quid leuis: ergo vis aëri prius, q̃ saxo cõicetur oportet. Signum eius propensionis in aëre perspicuũ est ex iis, quæ 3. Meteor. scripta sunt; quippe ꝙ aër præuenit mobili in flumine & tonitru, & generatim ꝙ prius impetum aëris experimur q̃ corporis, quod per ipsum fertur. Noto ẽt caussam, quapropter melius reflectatur pila, q̃ saxum: nanq. etiam si, vbi amittat dimensiones contractum in angustius aliquod mobile melius reflecti possit: at ẽt vbi non recuperet dimensiones antiquas veluti pila quæ fuerit plena flatu, atq. illa quidem tenuissima, ac durissima, pila item ossea, quarum altera pristinæ moli non restituitur; quanuis illam amiserit; hæc verò non debet restitui; ꝙ eam non amisit: magna reflexio fieri conspicitur; fiat aũt ea caussa sine qua ẽt effectus conseruari potest. Huc accedit & experientia sumpta ab explosione pilularum, seu ferreæ, seu plumbeæ sint, è tormentis bellicis, quarum motus oĩs à medij ipsius expulsione proficiscitur, quod cùm ꝑꝑ ignis facultatem attenuetur, & in aërem quodam pacto conuertatur, impetum à generante suscipit, eundémque pilulis ipsis cõicat. Quanquam hoc fundamentum alicui lubricum videri potest. & nobis Arist. caussam molientib. aliquam vim afferre, ne forte generales caussas proiectionis in medio ponamus, aut varia proiectionum ingenia cõminisci cogamur. Etenim vis argumenti nostri, cui multũ tribuimus, in nos facilè retorquebitur, & nostras machinas deturbabit. Quia si magis imprimitur impetus ei, quod aliquam habet aliquò propensionem, multoq. magis ei quod habeat maiorem. itaq. cùm in saxo nulla, in aëre quædam magis aëri medioq. vis imprimitur, quàm saxo & mobili. Opponã ego saxum, quod deorsum mouetur, cui si vis addatur, multò quoq. velocius agitur. & quærã sit'ne vis hæc saxo, an medio potius impressa. si saxo fatearis, eo ꝙ magis affectum est, quã aër, cùm sit graue simpliciter, aër verò aliqua ex parte tãtùm. Non igitur medio vis imprimetur, sed mobili; cõtra quã defenderit Arist. Quòd si medium velis excipere vim illatã. Atqui minus, q̃ mobile affectum est. itaque vis ei magis imprimi poterit, quod est minus affectum. Proinde necessaria non erit propositio tuę rationis. Iã.n. tibi præclusisti viam ad id, vt aër saxo magis affectus sit ad inferiora loca, qui superius illud solum constitueris aërem magis quidẽ ponderis in se habere, q̃ leuitatis; at non idcirco cæteris oĩb. in suo loco grauitate præstare. Quapropter adiuuabit magis in descensu grauia dũtaxat, q̃ leuia in ascensu. Præterquamquòd, ea defensio non satis momenti præseferre censebitur, si diligentius exquiratur. siquidem ratio futura sit eadem, vbi leue sursum maiore conatu, q̃ sit natiuus explo ratur. Aut.n. vis leui illi corpori imprimetur; & sic Arist. sñia ruet, aut si medio vis illa cõicabitur, ei planè cõicabitur quod minus affectum est. liquet.n. oĩum quidem sapientum auctoritate, minus obtinere leuitatis aërem in suo loco. Tùm ẽt cõmutetur medium, & aqua pro aëre capiatur. idem prorsus consequetur in eorũ mobiliũ motu, ac si in aëre obiretur. nec quicq̃ offendet ipsius medij natura tã varia, sicut aëris posita est, quod in aëre faciebat. Neq. satis ẽt ratio nostra firmabitur, si cũ grauitas bifariã crescere possit & additione grauis corporis extensiuè, vt cũ 10. talenta ligni sumebantur, & sc̃dm virtutẽ, vt cùm ex vapore fit aqua, ꝙ aër addat saxo pondus extensiuè. Quòd ẽt hîc insistam & percunctabor, vnde aëri grauitas ista accedet. est.n. grauitas noua, neq. naturalis; sed præter fatum; ꝙ ocyus concitetur, q̃ sua natura patiatur, & eodem te luto prouoluã; quia si grauitas illi imprimatur; ei quod minus affectum est, magis imprimetur: aliter atq. acceperis: si saxo incutitur: non igitur medio, vt tu cum Arist. defendis. Exploratum sanè est vim afferre pondus, & exinde celeritatem; quare ex motu maior ictus vi pondus afferente. quocirca ẽt magis incidit securis, q̃ si pondere proprio ferretur. sed illud quæritur, cui principalius ea vis incudatur; medio'ne, an mobili. Audebis'né proiectionem hanc esse negare, quia motus sit sc̃dm naturã. proiectio verò sit motus non naturalis? An proiectionem esse tum fateberis, cũ mouens à mobili separatur, vt debes? Inficiaberis ẽt aliquid impetus externi, & violantis ibi adesse, cùm oĩs adeptio finis, vltra q̃ par est; ex violentia nascatur, vt docuit 5. Phys. Aristoteles? Sed.n. in re obscurissima sic enitar, vt si non fortiter, alacriter tñ ꝓ præceptore pugnã cõmisisse videar. In primis de proiectione distinguatur. etenim generatim proiectio dr̃, vbi mobile à mouente spĕretur; idcirco est pulsio quædam. itaq. proiectio fuerit, siue saxum pro suæ naturæ ratione moueatur. & ego illi impetum addidero, quò vulnus maius infligam. & si ipsum magna contentione cęlum versus concitauero. aut si in latus abegero. Sed illud habet cõe, quòd à violentia non segregatur, aut.n. natiuum robur amplificatur, aut agitur aliò, q̃ suapte natura, vergat. est & proiectio specialius quid, generis tñ appellationẽ sortitur, quæ differt à motu naturali & ab eo, qui præter naturã. à naturali quidem simpliciter, quia nonnihil violentiæ præsefert: ab eo, qui præter naturã; quia nonnihil habet, ꝙ sit ex ipsius mobilis rei natura. Hæc ꝓpriè proiectio statuitur. Quorum aũt & quemadmodum sit sequitur vt nunc explicemus. Hunc animalis esse ꝓprium, Simplicius, Auerroes & Zimara, nescio qua rõne, testabantur. Nã si consulimus Arist. vbi de motu animalium verba facit, ipsum expulsione & tractione cõponit: Nanq. vt ẽt docet Galenus in libris de motu musculorum in tẽtione, seu laxatione cuiusq. artus sunt oppositi musculi, quorum hi trahuntur, quo versus artus ipse mouetur; illi pelluntur, vnde motus incepit. proiectio pulsio solùm esse vr̃, si etiã proiectionis essentiã spectamus. ea flagitat separationem à mobili, atqui in animali mobile à mouente primo nunquã, aut rarò disiungitur. præterq̃ ꝙ ex eo proiectio iudicanda non videtur, ꝙ mouente primo quiescente, motus adhuc obeatur. nanq. & si hoc idem cuiq. motuum generi cõiter inesse

A ter inesse posit: & generationi, & affectioni, & motui simpliciter naturali, & ei qui praeter naturam: quoniã si generationi comitatur & affectioni, & tum mouetur elementum per se, cùm gignitur; certè etiã mobile, quatenus secundùm naturã mouetur, à mouente separari pôt, at hic noster ab omnib. hisce separatur, ꝙ prętereà violentiã requirit, atq. illã equidem non simpliciter, etenim motus esset praeter naturã, à quo proiecto disiuncta iã est: itaq. mouetur in latus. Sed illud melius, si motũ hunc ita animalis esse fateamur, ꝙ animalia sola proiiciendi vim habeant. ꝙ si quid esset in quo rõ par inesse videretur, ea forent & fulmina, & stellæ discurrentes, de quib. tñ ea vox non prædicatur, sed ἐξωθεῖσθαι καὶ ἐκπυρηνίζεσθαι, si proprietatem exquiras: sic sagittæ iaciuntur, quia motus ille incipit ab animo, quòd si animans iactari dicitur & iactare ceruiculam & brachia, id latè potius, quàm propriè dictum esse puto, siquidem eiusmodi motus separatione mobilis careat. Si verò incipere ab animo cæterorum quoq. motuum esse dixeris; ꝙ, vt docet Arist. oĩs demum motus est ab animo; memineris è plurib. hisce differentijs esse ab animo, & cùm aliqua vi, non simpliciter secundùm, aut cõtra naturã, & mouente primo quiescente vnã rationem cõstitui, quę proiectionem faciat, totaq. ad nullos alios motus accõmodari queat: & hunc volumus esse ab animo proximè, cùm plures alij sint ab animo remotę. Ea verò siue simplicia sint, siue mixta nil refert: cũ simplicia quoq. externa vi supueniente, non intrinsecùs, & quasi sit vna motus vnius forma, motu mixto nonnunq̃ agantur. realiter

B se habente in motib. secundùm & præter naturã. ꝙ hisce motibus sola simplicia concitari queant. nã mixtura semper id pręstat, vt aliquid insit quod agatur secundùm naturam, & alterum quod repugnet, quoquo versus agitentur. Hisce sic constitutis, vt oĩs controuersia tollatur. moneo primùm more consueto de principali significato proiectionis agi. quæ vim quidem pręsefert: at non simpliciter. ideò fit in latus, eo manente quod primum mouit, & ab animo. quapropter excluditur motus, qui fit scdm naturã, vt saxi descensus. vt etiam ex notis verę proiectionis perspici pôt, ꝙ. s. in proiectione propriè dicta in medio robur intenditur, ad extremum flaccescit, in motu naturali vis adhibita ad extremum vsq. natiuum robur amplificat. Deinde cùm vis accedat motui naturali, propterea verã proiectionem motus ille imitetur. addo etiã vim illã medio prius cõmunicari, & per medium mobili potes ẽt pro medio sumere instrumentũ, Quare ẽt dixit Arist. 7. de hist. anim. c. 7. Nihil procul sine spirituali violantia proiici. Signo illud est. quòd securim attollimus & securi manubrias longas fabricamur, vt maior circulus agatur, & proinde plus aeris comprehendi valeat. ita & cùm saxa deorsum iacimus, attollimus brachia sic plus aëris incitaturi, qui cùm in loco suo speciem grauitatis obtineat, multitudine, si non virtute, & extensiuè, si non intensiuè pondus afferens accelerat motum. idq. non ꝙ mobili necessariò quicquam imprimatur, sed ꝙ primum mouens, aërem cogat, itaq. vim

C cohibendi sustinendiq. accipiat, ex quo concitatus, & ipse vehat primum mobile, licèt partes coactę, atq. sustinentes, seu vehentes subinde aliæ & aliæ sint, verisimile item est ab illis partib. aëris propinquiorib. aërem circunstantem magis ꝓpelli, prõptiusq. arceri impedimentũ quod olim docuimus esse caussam cunctationis, vbi inanimum iam genitum properet in suum ipsius locum. Hoc siquis asserat; nihil est, mea quidem sententia, quod valde repugnet. Verùm quia negari non potest aliquam imprimi vim corporib. naturalib. & persuasus quispiam sit in hoc item motu saxum aliquid impetus ab externa vi accepisset. & dubitet, cur minus saxo, quàm aëri imprimatur, ẽt hoc dato rõnẽ Aristotelis ita defendam. Primùm quidẽ cogitatione seuocabo id quod inest aduentitij, vnde proiectionis ratio ducitur, ab eo quod est natiuum in saxo. Hoc quod accessorium est, ab aëre & prius & prõptius excipi docebo illo sumpto principio quod oẽs philosophi naturales suo sibi iure sumunt. Nẽpe agens efficacius agere in proximum, q̃ in remotum. Deinde altero illo, ꝙ continua sint: quorum motus est vnus. Nunc vnicuiq. perspicuum est aërem mouenti viciniorem esse, cùm in eo motu ab initio sit vnum ex mouente & saxo; itaq. saxum simul vt pars mouentis agit in aërem; tum fit mobile per se, cùm separatur à manu; sed iam ab vtroq. & manu, & lapide vis aëri medioq. impressa est, & cùm in aëre sit continuatio; ex eo fit, vt, tanquam sit vnicus motus partium aëris saxo circunstan

D tium; robur quod à mouente viciniori cõicatur, idem quoq. in cęteris eius partib. facillimè conseruetur. Itaq. in iis quæ contra naturam proiiciuntur, argumentum nostrum simpliciter concludebatur, & in vera proiectione. generatim verò concluditur, si adhibeamus ẽt caussas istas adiuuantes quas à medij natura sumpsimus.

Ea significantur, quæ pro Aristotele de proiectorum motu dici possunt. Cap. XXXVIII.

HAEC pro nobis satis dicta sint. Nunc illa exquiramus quæ pro Arist. ipso dici possunt: & à nostris neutiquam dissidere ostendamus. Pro Arist. verò hæc prænotanda occurrunt. Primùm quidem eam vim quæ mobili impertitur, longè diuersam ab illa esse quæ natura insita est; quamuis vtraque nomine cõi τῆς ὁρμῆς appellari posse videatur, quem impetum, siue impulsum vocare licebit. Est verò generaliter impulsus initium quoddam motus, non ea sanè ratione, quia sit pars vt materia, vel forma; sed nec, vt aiunt, integralis: neq. n. est aut fluxus formæ, aut forma fluens; neq. est vlla prima pars motus, sed aliquid motui necessariò præcedens. Verùm neq. videtur vbiq. vnius esse rõnis;

quandò & aliunde, ac intrinsecùs existit; & vbi intrinsecus est; & à natura, & ab animo proficiscitur. E
Itaq. de eo sine distinctione nihil decernendum puto. Videtur vero mihi primùm tum impulsus pro potentia & habilitate proxima ad motum quæ comitatur internis principijs materiæ.s. & formæ, siue à materia formaq. seiungatur, siue ēt, quod arbitror, sit earum essentia, nam sic erit principiū motus; atqui talis est ipsa natura cōiter & materies ac forma speciatim, & materiæ formæq. generatim generalis, vtriusq. aūt specialis & propria pro ea.s.ratione qua sunt vtræq. principia motus. quæ tū existit & suscitatur ad motum, vbi iam ex incussa affectione ab agēte forma consequenda offertur. Proinde ὁρμὴ τῆς μεταβολῆς ab Arist. nuncupata, & à Græcis definita ἡ ἔνδοθεν ἀρχή.i. internum principium, & naturalia per tale principium segregata à non naturalib. necnon à tali impulsu acceptum daturam esse principium motus & statūs internum. Quare ὁρμὴ primo loco erit vel natura, vel eius potestas, habilitas, atq. propensio ad motum, & illa quidem proxima. At verò & ὁρμὴ etiā mihi proponit actum quendam; eum motum appellauit Alexander ita definiens κίνησιν ἐμψυχου γινομένην κατὰ φαντασίαν διωκτοῦ ἢ φευκτοῦ.i. motum animati qui fit ex imaginatione rei persequendæ, vel fugiendæ. Et quanuis ea definitio pertinere videatur ad animans; pōt item existimari aliquid habere cōe cum reb. inanimis, vtputa, φ motus, suscitetur, vbi natura, vel efficiens offerat bonum materiæ cuius appetitu ducta sic, aut aliter conciteтur; & cùm anteà quiesceret proximè insurgat ad motum, atq. hæc quidem naturalis. Cùm igitur hæc, vt ita dicam, suscitatio nascatur ab efficiente, opus verò efficientis in se ipso est ἐνέργεια, à seipso factio, in patiente verò perpessio, erit ergo perpessio. Cæterùm φ perpessionis initium duplex: alterum per qualitates, quod est secundùm qualitatem, vbi potentia materiæ, quatenus qualis est, immutatur; nihil de potestate substantiæ diminuitur: atq. alterum quod iam tetigit substantiæ potestatem; in toto illo primo officio, quia nil interim comparatum fuerit, externum quendam impulsum collocabo, quem eundem cum violentia faciam; vbi gignendum sit inanimum: nam posterior est aliqua pars motus & formæ futuræ; proinde erit habilitas prima; postq̃ verò genitum fuerit, ipsum in habilitate secunda statuam; sic impulsus in pondere maximo quod in aëre sustinetur, ex quo tendit funes, opprimit, & omni conatu vult tendere in suum locum; neq. mouetur tñ. & erit contentio conatus in re mobili ad illud bonū quod ab efficiente præsentatur; & quasi consensus quidam cum mouente: propterea dicitur in motu naturali vim cōferre id quod patitur. hoc est suopte nisu adspirare ad suum ipsius bonum; eoq. pro rōne suæ naturæ contendere, nec quicq̃ reniti, & pati se non trahi. sed duci. Quamobrem definitio impulsus ab Alexandro allata aut erit oīno repudianda, aut solùm pertinebit ad animalium motus in quib. impulsus ēt, sicut olim declarauimus, est motus quidam, vel alteratio, vel systole, aut diastole in primo sensorio ex notione speciei producta. Primus ille impulsus, quam facultatem nuncupauimus, cum ipsa natura perpetuò retinetur; impulsus ille cui tribuimus actum, exoritur actu secundo sublato, & semper ex efficientis præsentia renouatur. ille ἔμφυτος est & natiuus, siue essentialis, alter aliunde adsciscitur, & est per accidens, quanq̃ eum facultate consentiens est secundùm naturam. aut non præter naturā simpliciter. Quicquid extrinsecùs est nō consentiente natura, vt arbitror, appellatur in agente δύναμις, robur & virtus, βία verò in patiente, vis.s. & violentia, siquidem repugnet naturæ; & in agente erit de secunda specie qualitatis, in patiente verò de secundo tertiæ speciei significato: nanq. oritur ex passione præcedente, & in agentis absentia conseruatur. quod euenit cōsimiliter in alias eius speciei partes, vnde & imagines ēt habitus esse dicuntur. [a] neq. solùm ex eo, φ inuariabiliter pendeant ab agente, vt aiunt philosophi præstantissimi; sed φ in subiecto cui inhærent accessoriè, retineantur. Verùm & species secunda qualitatis in agente, & in patiente tertia non simpliciter sanè, sed analogicè. nam multiplex est motus, & in substantia & in quanto, & quali, & vbi, atque idem naturalis, aut violentus, neq. similiter se hñt omnes. Etenim in mutatione substantiæ passio proximè respicit qualitates sensiles, quòd permanet forma substantiæ vsq. ad interitum & vltimum non esse, variatur solùm materia sensilis, quæ existit ex formis sensilibus. Quantitatis item mutatio, cùm sibi mutationem substantiæ supponat, nihil habet quod cum substantia ibi non sit aliquo modo cōe. Mutatio quantitatis & loci, quemadmodum gemino pollent actu, primo.s. & scdo; H
sic afficiuntur bifariam, & actu primo afflicto, & labefactato scdō: prima illa cōmotio illorum attingit essentiam, & ita interna habenda est; posterior vim hēt in actu scdō & operatione, quare iudicatur externa; contra.n. accidens intendit vt, quod talis habetur actus secundus Pone mihi nunc elemētum genitum extra suū locū: suopte nisu in ipsum redibit: itaq. impulsus erit quidem internus; sed cùm pendeat hic ex euentu: euenit enim, vt quod genitum est. extra locum proprium maneat; aliquid habet externi, & accidentis adiunctum: nihilominus ex fine statuitur naturalis. Finge nunc gigni elementum; & dum gignitur ferri in suum locum; non dubium est, quin antecedat passio de tertia specie qualitatis quæ sit instrumentum quo efficiens incutit habilitatem materię ad formam nouam, nunq̃ tamen intereà habilitatem ingenerauit, sed alterat solùm; non gignit, neque mouet de loco prius, q̃ cōmoueat substātiam; quare externa ab initio esse videbitur, & violens; tum naturalis, & interna, postquam cœpit labefactare substantiam. Sed.n. hîc sedulò distinguendum. Nam si formā respexeris; est violens, cùm sit cōtra præsentem formā; quandoquidem tendat ad formam oppositā, sed vtroq. tempore materiæ ꝓpensionem affert; quapropter in re mobili figitur, & eius

[a] Lib. de mem.

A eius beneficio materia proficit in noua forma,& eousq. nonnunquam,vt in efficientis absentia finē suum consequat, & vnà proficiens in loco,vt demū locus quem per motū adipiscitur, sit planè naturalis. Est ergo vis hæc partim violens,partim naturalis,& ad formā violens,ad materiā naturalis. Itaq. hinc colligere licet non naturale multiplex esse; vnum in quo nulla sit oīno ꝓpensio, nullus impulsus,vt in lapide nullus impetus ad ascensum,eo non vergente,neq. forma, neq. materia: atq. hic motus est simpliciter non naturalis: alter est quodammodo nō naturalis,si eò materia quidem vergat, aut forma; sed ꝓpter inconuenientem ꝓportionem agentis ad patiens vel ocyus, vel serius eò deducat, quò cupit,vel non vsq. quò oportet,vel fortasse promoueatur vlterius,q̃ oporteat; est tertiò non naturale secundùm formā solùm; naturale aūt secundùm materiam; vltimò partim naturale,partim non naturale diuersis principiis vtrunque molientibus natura.s.& violentia. Talis est proiectorum motus. Patet igitur ex his impetum illum esse actū quendam & extrinsecum qui substantiā non attingit,neq. tantisper afficit qualitatem;q̃uis aliquandiu conseruetur in mobili minuēs tantùm vel immutās actū secundum mobilis qui positus est,vel in quiete naturali,in suo.s.loco,vel in motu ad ipsum,qui sanè,vt cæteræ formę naturales,ꝓ subiecta materia plus minusúe infigitur,& acrius immutat,& diutius retinetur. Itaq. cùm magis cōgruant vis illa & motus,ac medium ꝓpter ancipitem illam naturā de qua sæpe iam dico cuius etiam multæ sunt proprietates,atq. illę quidem

B insignes; inclinatio ob quam medium facilè pellitur;humor cuius auxilio sine vllo negocio diuiditur & coit,& è diuersis partibus sese penetrat,in angustum quoq. contrahitur,ac lapidis instar solidescit: adde item viciniā & continuitatē de qua nuper meminimus; efficitur vt à medio vis ipsius proiicientis accipiatur promptius,atq. hęreat diutius,cùmq. sursum velocius aër agitetur,q̃ saxum suopte nixu descenderet; moueatur pręter naturam: nam & hanc ipsam cōditionem requiri in hoc motu credo,quam adhibuit Arist. cùm exponeret quemadmodū aqua sursum traheretur,salua cōtinuitate corporum vicinorum.[a] Et quanuis ibi terram ascendere negauit, quia sursum velocius agi non posset, quam suopte impulsu descendat; ea tamen sursum perspicuè fertur impetu alieno; [a] 4. de cęl.
memineris Arist. ibi præcisè locutum fuisse,& merita vacui solius spectantem,& corporū continuitatem,qua sese à contiguo trahi patiuntur,ꝙ terræ superficies,cùm aridissima sit,cum cęteris continuari nequeat,neq. vis aëris attrahentis eius roboris, vt superet terræ grauitatem, eo motu terram ascendere posse inficiari, sed hîc vis externi mouentis in aëre impressa superat natiuam terræ ꝓpensionem. His ita constitutis,ad ea redeo quæ in Arist. allata sunt à Philopono,& eius imitatoribus; ea verò sic perbellè diluuntur. Dicēdum igitur ad primum; non moueri proiectum,neq. per infinitū spatium,neq. tempore infinito,quia perseuerat vsq. dum permanet vis aëri à mouente primo cō

C municata,quæ diutius retineri nequit,cùm motus ille nō sit oīno οἰκεῖος & ꝓprius aëris,idemq. cōtra naturam mobilis; idcirco dissolubilis subinde præualente natura, quæ rapit in loca contraria. Nam ꝙ eiusmodi vis in medio crescat,idem quoq. per accidens est,non per se quanq̃ necessarium: caussa posthàc explicabitur. Fit quoq., vt aër in angustum contractus, maiore impetu concitetur. q̃ vbi per amplum diffundit. idem.n.contingit in aëre,atq. in eo qui insigni quadam iniuria fuerit affectus: etenim ab initio sese recipiunt humores ad cor, vt in centrum: ibi cùm se continere nequeāt,maximè turgent,vt demū impetu vehementissimo erumpant; caussa exposita in lib. de Gen. anim.[b] & problematis, vbi de vehementia ventorum: nam cum materia minuatur; in ipsam plus potest efficiens. Et cùm aër in plures partes secari valeat, eæq. inter se penetrent; diuersis, & quasi contrariis motibus agitatur: sic voces à reclamantibus audiuntur, & saxum fertur cōtra ventum. [b] Lib. 5.
Ne putemus verò saxum posse tum ferri contra ventum, qui flabat tempore Anaxagoræ[c] à quo lapis ille multitalentus in aërem sublatus est. Quod item in angustum contractus impellitur ac robustius, q̃ per amplum diffusus; inde est, vt nisi superueniat aliud, à mouente proximo magis, q̃ à remoto concitetur. Solet.n.dici virtutem collectam esse robustiorem seipsa, cùm dissipata fuerit: eminus verò ꝓpter loci amplitudinem, quasi diffluit aër,nec nisi à vi maxima cohibetur, qualem [c] 1. Met.

D flatuū,spirituumúe esse diximus,quę possit adhuc & aërem pellere,& coactū cōseruare, dū pellit. Hinc etiā caussa affertur illius problematis,cur pila inflata magis,q̃ alia corpora, repercutiatur; ex eo.n.id facit, ꝙ plus aëris inest, & magis in angustū contracti: nam sic maior impetus adest ad descensum ex materię multitudine creatus; ideò maior ictus infligitur,vnde oritur repercussio maior (est aūt repercussio motus in aduersum factus in virtute primi mouentis) & ꝙ in aëre leuitatis species inest,adest quoq. ꝓpensio maior ad locum superiorem. Quòd si pilam osseam obieceris, quę multò plus resiliat,nec tamen aëris multū comprehendat,id dēsitati dabis, cuius meritò impulsum maiorem à mouente primo accipit: ita.n.aër in osse dominatur,vt in ære dici solet: signum eius,ꝙ resonant. Sed quia concretior est aër in osse, eo quoq. vis & impulsus est validior, eoq. maximè si cętera adiuuantia concurrant,leuitas,paruitas,& figura, quia tum minus ab obstātibus retinentur, & magis à mouente superantur: habent.n.aliquod pondus, cuius ope resistendo tantisper impetū magis accipiunt, quod in proiectis requiri docuit aliquando Arist.& figura globosa, dum medio quodam modo offendit in mediū,proiicientis opus pari rōne adiuuat & maior extat profectus mouentis in minore corpore,q̃ in maiore, vt licet maioris,dum tēdit in suū locum,motus sit velocior: at id magis natura præstat, q̃ externum: in minori verò plus adest viriū externarum; itaq. multò

plus eius quod est præter naturã, quod communicatum corpori, quod repercutit, ipsum etiam fert E
contra naturam magis: proinde res ibit magis quocunq. modo, tamen magis adiuuatur descensus,
q̃ ascensus propter dominium grauitatis de quo sæpe iam dictum est. Hattie etiam oblongum ve-
locius fertur, q̃ si breuius fuerit, ꝙ in principio multo plus aëris concitatur à maiore corpore; modò
præualeat mouens, q̃ à minore: sic ense longiore fit maior ictus q̃ breuiore fieri soleat; in processu
quoque vehementior est motus, ꝙ plures aëris partes longiorem q̃ breuiorem hastam circundant.
Quòd aũt proiectorum impetus in medio crescat, quia cõtrouersum est, operam quoq. diligentio-
rem flagitat, vt edoceatur. neque.n.caussa quæritur solùm eius euenti, sed an'ne ita sit, vt vulgò
(& si ea quidem sententia verisimè) accipitur. Etenim Arist. & aliter medium sumere videtur,
q̃ hîc nos vsurpauimus, & additione notæ dubitantis *fortasse* rem reddidisse perplexam. Nã mo-
tus duas terminorum rõnes continet, & eorũ ad quos, & inter quos exercetur; ea verò sunt loca,
& extentionis ac productionis formæ & tpis, quod in eo motu absoluendo ponitur. Ac nos quidem
hoc posteriore modo terminos motus accepimus, & temporis successionisq. partes in principium,
medium, finemq. distribuimus, eisq. partibus imparem velocitatẽ quę in tribus his motibus secùn
dùm, præter naturã, & proiectione tribuimus. Atqui videtur Arist. de locorum terminis solùm fecis
se mentionem, vt velocior sit motus naturalis inibi, quò tendit; violentus, vnde est, in medio proie-
ctio. in medio igitur loco. Itaq. ad locorum terminos transtulit hæc verba Alexander, & exemplis F
ostendit, vt habita rõne locorum, impar illa velocitas variis hisce motibus adscribenda sit, vt gleba
terræ, si deorsum fertur, dum terminis instat, celerius agitur; eademq. si vi compellatur, in termino
illo, vnde segregatur; ocyus fertur. Atqui, cùm proiectorum locus sit, neq. infimus, neq. supremus,
ꝙ eò secundùm naturã ferrentur, aut contrà; sed inter hos terminos, & in medio, in eo quoq. maio-
rem vim obtinent: quasi, cùm sit motus quidã medius, & in medio loco naturalẽ imitetur, ob eam
.s. caussam, quia sit in suo loco, sit quoq. velocior: idem præterea, cùm fiat ab externo, similis sit mo
tui violento, hic verò vehementior est ab initio, sed cùm fiat in medio: ergo etiã in medio velocior
sit necesse est. propterea, cùm in medio gemina velocitatis caussa concurrat; ibidem proiecta velo-
cius agentur. Haud equidem inficiabor, locorũ terminos cum terminis motus. i. successionis, quæ
cõgruit cum tempore cõuenire; sed illud approbare non possum, celeritatis inæqualitatem, solis lo-
corũ terminis esse tributã; verùm ex terminorũ locis inæqualitatẽ partium motus esse expressam.
Signo illud esto, ꝙ Arist. hæc à cęlo abesse ostensurus, à tẽpore rõnem sumit; at tempus per se mo-
tus extentionẽ, per accidens verò terminos loci consequitur. Ideoq. etiam Alexander ipse medium
& terminos, non locorum, sed motus accepit. Præterquàm ꝙ experientia docet in animante pręser-
tim, robur in medio crescere, vt cum curribus, G

-se effudere quadrigę
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neq. audit currus habenas.

Atq. alter ille, cù in uiachium concalefecisset, tum se professus est solere pugnare. Quòd si proie-
ctione sola animal agitari contendas, vt voluere Simplicius & Alexander; iam est, quod cupimus,
sin aliorũ est proiectio quæ non sint animantia, docet itẽ vsus augescere robur in medio motu, vt ex
plaga cominus, aut eminus inflicta constat. Itaq. non dubiũ est in medio motu, nõ in medio spatio
solùm, nisi, quatenus spatiũ cum motu cõsentit; vtputa spatij principiũ, aut finis cum principio, aut
fine motus, augeri robur in proiectis. Quamobrem restat, vt huius euenti caussa vestigetur. Audisti
quæ profitetur Alexander; ea tamen remota nimis, & fortè per accidens. nam caussæ velocitatis in
duo principia referuntur ab Arist. robur mouentis, & impedientis absentiam. Cùm ergo quod mo
uet proiecta, sit medium ꝓximè, adhuc reddenda est caussa, cur aër habeat talẽ vim quæ sanè non
à loco, per quem mouetur proiectũ, sed aliunde petatur oportet. Simplicius idẽ in hoc motu, quod
in aliis euenire censebat; ab initio nimirùm contrahi quandã apparationẽ, siue affectionem, quibus
animal habile redderetur ad motũ, vt quasi inclinaretur eò, quò moueretur. Quare sicuti ꝓpensio- H
ne amplificata motus naturalis intenditur; sic itẽ in proiectorum motu contingat. Atqui docturus
ẽt fuit, cur vbi ꝓpensio sit, vt in motu naturali; crescat motus celeritas in proiectis vsq. ad terminũ
quendã; id verò non ex habilitate cõtracta nascebatur, sed erat vniuersum extrinsecũ & accessoriũ.
itaq. non erat illud satis nouo nomine habilitatẽ illam, siue affectionẽ exprimere. Nã cùm ea quæ
iam mobilis ipsius est facta, ἐπιτηδειότης appelletur, quæ pendet ab externo πρόδρομος διάθεσις,
hanc ipse παρασκευὴν nominauit: sed, cùm aliunde nasceretur, caussas eius apparatus edisserere
oportuit. Proinde hæc à nobis ex Arist. afferetur. quandoquidem cõmunicatur in orbẽ illa vis par-
tibus aëris circunstantib. ideò multò plures per aliquod interuallũ mouentur, & ad eũ præstandũ
concurrunt: quare ẽt vires illi adiiciunt. Idcirco docebat Arist. cur Noti tertia die & apud nos fla-
rent vehementius, q̃ prima, aut ad tropicum Cancri. hoc.n. ita euenit, quia longius absumus. Ita fit,
vt ad tropicum Austri parui segnesq. sint, nam propter viciniam parum adhuc aëris commotum
fuit, & ab eorum ortus initio, ea verò omnia solent eundo vires acquirere.

A *Aliæ difficultates aduersus Aristotelicam positionem de proiectorum motu tolluntur, & aliorum problematum caussæ recensentur. Cap. XXXIX.*

ANTEQVAM ad reliqua proficiscor, attentare libet experientiam illam quæ tanto artificio apparata fuit ad sententiã nostri præceptoris expugnandam. tale.n.sensus & obseruationum pondus esse debet apud philosophũ naturalẽ, vt nisi aliqua machina labefactentur, quęcunque decernuntur, sẽper suspicionis affinia sint: verumenimuerò ꝙ & crassũ nimis est iudiciũ sensus, & veritas ipsa sese abdidit in profundũ: illud itẽ philosopho aduertendũ est, ne in experientia fallacia lateat. quamobrẽ interioris iudicij implorandũ est auxilium, quod sanè nobis in præsentia suppetit. Etenim motus ille eius orbis, qui moueri fingitur in tabula quiescẽte per manubria præsefert in hypothesi falsitatẽ. quęrimus.n.quid moueat orbẽ; ac si per manubria concitatur tanquã sibi cõtinua, non est motus ille, de quo nunc disserimus, agimus.n.de motu proiectorũ, in quibus mobile à mouente primo separatur, & quod aëre non solùm tanꝗ medio, per quod feratur, vti solet, sed ẽt mouente & impellente. ꝙ si manubria moueri fingamus ẽt à motore primo separata: & cum ipsis orbẽ illum implantatũ in tabula: iam ego dicã in aëre à mouente primo vim illã fuisse impressã, quod si aut alter est orbis illius motus à manubriorũ motu; at cum ipsa tabula rotatur, iã motus ille tanquã continui reputandus est; nullũ ad id aëre intercluso momentum ꝓpter exilitatẽ obtinente, & quamuis serius fortasse voluatur, ꝗ id à quo mouetur; nil id officit continuitati motus, atq. mobilis, hoc volutationis natura tolerantes: partes.n.quæ axi ꝓpinquiores sunt, segnius agitantur, siue à latere, siue directò. vnde ẽt venit in suspicionẽ quorundã philosophorum motus planetarum, ne sit ἐξ ὑπολείψεως, hoc est, ꝙ inferiores orbes supremũ assequi non possint: quandò minor vis remotiori, ꝗ viciniori tribuitur. Nil est igitur, ꝙ experientiã hanc formidemus, quare trãseamus ad alia. Nam sic ẽt Latini solent vrgere Aristotelem. Primùm si velocius aër mouetur, ꝗ lapis: quid prohibet, quominus aër ipsi præueniat, ab eoq. separetur? Secundò si requiritur medium humidũ, proiectorũ motus non videbitur per ignim administrari posse: tñ experientia nobis monstrat, in loco ignis fieri quoddã genus syderum transilientiũ, quod mouetur instar eorũ quæ proiiciuntur, vt verisimile ẽt sit, si ibi sint proiiciens & id quod proiici possit, eiusmodi itẽ motum futurum. Varia sanè Latini dicunt ad primum. Egidius Burleus, & Paulus Venetus. Nos aũt ex aceptis ita censemus tolli dubitationem: nimirùm ꝙ in circulum aëri vis à proiiciente cõmunicatur, & circũ proiiciens maximè quasi ad centrũ agitur accedente ẽt resistentia mobilis, ex qua itẽ retinentur partes ꝓpellentes, & prohibentur, quominus præueniant, ideò in tantas angustias cogitur, & quasi solide-

C scit, & accipit tam vehementẽ impulsum, vt simul promoueat saxum: ob id non præuenit ipsi, nisi vbi iã in amplũ diffundi, & vis à proiiciẽte incussa fatiscere demũ cęperit. & tum derelinquens ipsũ saxũ, ab eius impetu natiuo deuicta non promouet amplius. Albertus aũt Saxon concedebat secundùm; propterea coactus est negare in loco ignis fieri tale genus syderũ discurrentiũ, aut non eo quẽ diximus modo. Nos aũt in igni quoq. talẽ motũ fieri posse putamus, quia sẽper ipse coniunctus sit cum corpore humido quo nutrit, vt aliàs abundè docebimus. Necnon ꝙ in illo ẽt loco est aliquid, quod sit vel graue, vel leue, quorũ merito per accidens in igni sunt ea quæ proiectorũ motui fauẽt. Ex his ẽt constat id quod monuit nos Arist. [a] motũ proiectorũ in vacuo nullũ fieri posse, neque.n. aërem ibi adesse qui à violante suscipiens impetũ valeat ipsum promouere. At verò mirum fortasse cuipiã videri posset; si vis quæ contra naturã mouet, & propius & ab initio maiorẽ impetũ affert, atq. in id quod minus est, quantò maior est, proportio agentis ad patiens, tanto moueat efficacius; attamen proiiciatur facilius aliquod mobile maius, ꝗ minus: ita vt proportio quidem augeri videatur, motionis aũt efficacitas minui. Respondebat ad hoc Arist. [b] inquiens oportere id quod proiicitur, & impellitur, & cedere & vnà contrà niti ei quod impellit, quod aũt ob magnitudinem nihil cedit, aut non contrà nititur propter imbecillitatẽ, non producit motũ proiectionis, aut ẽt im-

D pulsionis. hinc fieri dicimus, vt exilia corpora moueantur ægerrimè, quasi fugiant actionem, atque id iis eueniat, quæ manu, cùm retinere velimus, præ paruitate elabuntur, & quemadmodũ fit, vt velociter currentẽ non pellamus, declinat.n. præ celeritate impulsum, neq. renititur: sic ẽt in pulsione leuis, aut eius, quod præ paruitate leui æquiperatur, vsuueniat idẽ quoq. contingere restabat Arist. in mutatione qualitatis: parua.n. vt in lib. de ortu dictum est, inepta sunt perpessioni, quòd facilè ἐξολισθαίνει i.elabuntur, aciesq. ipsa qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parua est, vt ea quæ nocere possint, facilè vitet. ex hoc efficitur, vt nautæ contra flumen non remo, sed conto vtantur, quia non renititur aqua fluens, neq. seruit pulsioni. Nouimus ẽt afferri caussã secundã, nimirùm quia tantũ fertur id quod fertur, quantum mouerit aëris ad profundum.i.quasi in centrũ coëgerit, quod aũt non mouet, neq. mouebit quippiã, id oĩo proiici aut impelli non põt: vtraq. verò tum id quod magnũ est, tum ẽt minimũ, hoc habent: illud.n. quod magnũ est, agi non põt, quod autem paruulũ, non põt propellere quippiã, quo fit, vt id quod proiicitur, ad proiiciens habeat quandam symmetriam. Hęc Arist. quidem. sed cùm accipiat caussã quam in methodo naturali repudiarit, nẽpe aërem ab initio per primũ mobile pelli, & aërem constituerit in acroamaticis in virtute primi mouentis primũ mobile velocitate antecedere; vnde consequatur, vt mobile primũ ab aëre cõmoto pro-

[a] 4. Phys. T.68

[b] q. Mec. 34.1

to promoueri posſit vlterius. in eo tamen differat à naturali,q̃ ab elemēto genito diximus in medio produci,ꝗ illa mutatio foret: hic aūt verè motus ſit. hanc ipſam cauſsā,non ſanè vt veram,ſed vt à cęteris approbatā recenſere voluerit. quaſi ſignificet,vbi quis approbet impetū mobili, q̃ medio potius imprimi, ita ad quæſtionē ꝓpoſitam reſpondere poſsit. Quęret præterea quiſpiā; cur ea quæ proiiciuntur,ſegnius ſecus terrā & per minus ſpatiū feruntur,quàm ſi paullulū attollantur,& quodāmodò circulū faciant. An duplex huius euenti cauſſa eſt,vna quidē per ſe,&,vt aiunt,eſſentialis, atq. altera fortuita: prima quidē, aëris ipſius ꝓpenſio ad locū ſuperiorē, propter quam facilè ſe attolli patitur. Altera aūt,quia ſecus terrā ab eius ſoliditate & inæqualitate frangitur aër, & ad terræ partes applicat,nec circuitus ſuos abſoluit,quemadmodū in ſublimi. Adde etiam,ꝗ circulus multò plus amplectitur,q̃ diameter, itaque plus aëris cōmouetur,quaſi imitet actū illū ſecuris, quo attollitur,& fundę rotationē & haſtæ librationē: ſunt.n.eiuſdē generis oīa. Deinde, ſi ꝓpter velocitatē proiectorū motus ab aliis diſtinguuntur,quia.ſ.in medio ſit maior,& hic eſt ad latera; alter verò,qui directò ad terminos contrarios præter naturā: ergo oīs motus præter naturā in principio velocior eſt. attamen ea quæ à tormentis & balliſtis directò iactantur, ēt in medio velocius aguntur. igitur aut ea non eſt differentia proiectorū,vt eorū quę præter naturā mouentur,q̃ nos profitemur, ex terminis motus,aut non ea differentia,quam tradit Ariſt. An id quoq. per accidens euenit,beneficio.ſ.figuræ mouentis,quę multū adeò aërem in vnū,atq. id anguſtiſsimū ſpatium cogit,vnde aër ex illis anguſtiis in amplū diffuſus,impetu maximo partes aëris anteriores ꝓpellit,& ita promouet ēt mobile magis in progreſſu,q̃ ab initio: cùm cęteroqui, ſi lapidem manu fundaúe proiiciā, quia tantus aër non colligitur, proximis partibus efficaciter ſolùm cōmunicatur; deinceps elangueſcit: ideoq. puto,ſi lapidē quiſpiā directò iaciat,maiorē certè ictū fieri cominus. Vnum verò motū ſimpliciter hunc non eſſe teſtatus eſt Ariſt. oſtendens eum fieri per modū vectioins, ſed vehentia mutari,tanquam eos qui facem in Cerealibus Athenis ſibi de manu in manum tradunt,neque de hoc quicquam eſt,quod dubitetur.Idcirco etiam,cùm mobile quod ſecundùm naturā mouetur,vnum ſit,idemq. vnico motu cieri poſsit, ideò etiam à quo ſecundùm naturam mouetur,vnum eſſe non eſt ambigendū; quare non mouetur à medij partibus,ſed per illas ſolùm & cedūt ipſę, nō vehunt. E F

Aliorum ſententię recitantur de motu hypeccaumatis. Cap. XL.

MOVETVR & hypeccauma,quod eſt ſuprema pars aëris,motu quodā in gyrum,quemadmodū apparet ex motu cometarū, atq. id ab alio nēpè à cęlo; neq. ſecundùm naturā: quandoquidē vnus vnius corporis ſimplicis ſecundùm naturā motus eſt,& ipſius igni aſcenſus. Quamobrem,cùm grauia oīa leuiaq., aut ſecundùm,aut pręter naturā moueantur; hypeccauma verò nō moueat in gyrum ſecundùm naturā, præter naturā ſanè moueri ipſum oportet. Atqui neq. præter naturā fieri pōt,vt ita moueatur hypeccauma; propterea ꝗ motus præter naturā motui naturali cōtrarius eſt;ergo motus hic eſſet ei contrarius,quo ſecundùm naturā mouetur,ille verò aſcenſus eſt. aſcenſui verò contrarius eſt deſcenſus, ſed vnū vni contrariū, neq. igitur motus in orbē naturæ hypeccaumatis aduerſatur. Neceſſariā verò eſſe argumentationē hanc nos id perſuadet,ꝗ ēt Ariſt.eadē vtitur ad probandū conuerſionē, neque ſecundùm, neque præter naturā igni tribuendam eſſe. Neq. verò Xenarchus audiendus eſt qui nō exiſtimauit abſurdū, vtrunq. motū hypeccaumatis ſm̄ naturā conuenire poſſe, neque.n.credidit ab Ariſt. fuiſſe conſtitutū, vnum motū eſſe vnius tantùm corporis ſecūdùm naturā,ſicuti ēt de aëre videri poſſet, qui ſimul grauis & leuis eſt, aut ēt quòd ſit hic motus naturalis, quia motus totius,ſicut motus totius animalis eſt ſecūdùm naturā,ꝗ vnà cum cęlo feratur,aut cum vniuerſo tanq̃ pars eius. Nanq. motus & corpora ſimplicia reciprocari dictū eſt anteà; ratioq. explanata, vt ſimplices motus & corpora ſimplicia ſecum congruant. Et in motu animalis eſt partium difformitas,ideoq. multiplex motus, ſed in elementis vna ꝓpenſio tantùm. Accedit eodem,ꝗ ſi in 1.de Cęlo conſiderantur elementa vt mundi partes, & ibi vnus motus ex natura,atq. vnus contra naturā ſingulis attribuitur, falſum, ꝗ vt partes mundi duplici motu ſecūdùm naturā moueantur, ꝗ ſi ibi vt corpora ſimplicia ſpectantur, non vt partes, quod voluere nonnulli. At cùm id ex demonſtratis hactenus non haberetur,& erat adhuc controuerſum,non erat gratis aſſumendum. Nanq. etſi 8.Phyſ.ab alio moueri poſitū eſt,vbi contingit plures eſſe lationes; at non idcirco eſt motus ille naturalis. Propterea aliam viā Auerroës ingreſſus eſt,& quaſi anceps conceſſit demū in Alexādri ſententiā; nanq.primùm dixit,cōuerſionē in hypeccaumate per accidēs ineſſe. At dicet quiſpiā,ita vrgebo te,ò Auerroës,quia ſi motus hic in hypeccaumate per accidens, & præter naturā ineſſet; ergo duo vni tantū contraria forent. Cęterùm reſpondet Auerroës, & id aduerſario dat.neque.n.abſurdū eſt,inquit,vni duo fore contraria; ſiquidē cōtraria ſūmè ſint,vel remiſsè, ſicut albū & nigrum,album & viride: extremū certè niſi vnum eſſe nequit, media & remiſſa plura eſſe nil prohibet: & in hunc ſenſū accipit Auerroës hypotheſin illā Ariſtotelicā,Vni tantùm vnum eſſe contrarium. Confirmat idē exēplo molæ: nam mouetur ipſa in gyrum,qui motus eſt contrarius eius motui naturali, nimirùm deſcenſui; tamen non ſūmè cōtrarius,quemadmodū & aſcēſus. Attamen & eidē difficultati obnoxia eſt hæc reſponſio, quia ſic ēt ego dicā ad Ariſtotelicā rationē. G H

Vbi

A Vbi.n.obiicit Arist. Vni tantùm vnũ esse contrariũ: id verè pronunciari de perfectè cõtrariis, at motus ille in gyrum non maximè opponitur motui recto. Quamobrem ipse demũ Auerroës accessit ad Alexãdrũ dicẽs, motũ in orbẽ ambiguæ prędicari de motu cęli, & hypeccaumatis, nanq. motus cęli simplex est: hypeccaumatis aũt cõpositus, ideoq. non est absolutè præter naturam; ob eamq. causã non est oppositus motui simplici recto: quocirca etiã põt cum ipso constare, ꝙ si foret simplex & præter naturã, profectò motui recto foret contrarius. Itaque, cùm de simplici motu differat Arist. non aũt de composito; valet Aristotelica ratio. nec propterea tollitur, quominus hypeccauma moueatur in gyrum. Compositus verò est, quoniã constat è diuersis partibus quarũ nonnullę detruduntur in locũ aëris stagnantẽ, aliæ excalfactæ ascendunt ad concauũ orbis Lunæ, & oẽs simul ꝓpter suam liquiditatẽ cęleste corpus insequuntur, & cum eo mouentur in gyrum, quasi necessitatẽ suæ materiæ consequentes. Veruntamen si ignis est corpus simplex, & corpus simplex motu simplici mouetur, non autem composito: ergo etiam ignis motu composito moueri non poterit. Ergo Philoponus Simpliciusque de hac ipsa re differentes idem opinati sunt euenire motui hypeccaumatis, atq. planetarũ, vt.n. ipsi motu proprio ab occasu mouentur in ortũ, alieno verò, nẽpè diurno ab ortu in occasum, neque tñ is motus existimãdus est violẽtus orbibus planetarũ: nil.n. eiusmodi est in cęlo quod sit per accidens, & præter naturã, sed potius affert perfectionẽ, q̃ interitum: & de-
B niq. salutaris est: cùm is qui præter naturã est, sit penitus ad interitũ, quemadmodũ ignis descẽsus, aut ascensus aquę; sic motus hypeccaumatis in gyrũ est ab alio, nec pestifer, sed salutaris. Hoc item inspiciens Diuus Thomas dixit illũ esse quodãmodo naturalẽ; qm̃ inferiora sunt idonea moueri à superioribus, & gubernari ab illis: quapropter ẽt in mundo naturã posuere cõmunem & D. Thomas, & Iandunus alioquin acerrimus hostis Diui Thomę. Verumetiam si ita sit, vt aiunt isti philosophi, nihilominus oportebat defendere rationẽ Aristotelicã: proptereaꝙ ego rursus opponã eam nullius momenti futurã. quandoquidẽ vbi quærit Arist. an motus ille in orbẽ conueniat hypeccaumati secundùm naturã, aut contrà, & affert incõmoda quę consequunẽ vtrunq. mẽbrũ dilemmatis: dicã ego ad Arist. neque secundùm, neq. præter naturã ignẽ circulo moueri, sed vt à meliore natura, atq. ita eludetur Arist. Et parùm ab his differenter, vt euitaret hanc difficultatẽ Lud. Bacc. distinctionẽ aliã excogitauit inquiens, præter naturã sumi bifariã, aut positiuè.i. contrà naturã, aut priuatiuè.i. non secundùm naturã, quia.s. neque conseruet naturã, neq. corrumpat, quod ẽt alij philosophi dixerunt neutrũ, vti constat apud Auerroëm. Vnde ad obiectionẽ se respondere putat, cùm enim quæritur, an rectè concludatur Aristotelis ratio. Ait quidem. At labefactatur ab eadem instantia.
C Respondet hîc Arist. accipere præter naturã ꝓpriè & positiuè; nos aũt in igni dicimus inesse motũ in gyrũ præter naturã priuatiuè: quare valent Aristotelicę conclusiones aduersus illũ qui est pręter naturã positiuè: non aũt in alterũ illum, qui est præter naturã priuatiuè. Attamen ẽt hic vna opera ebur, atramento candefacere postulat. nã prorsus imperfecta mihi videtur hæc solutio: quoniam ea non esset accõmodata diuisio motũ in eos qui sunt secundùm naturã, & præter naturã eo quòd aut præter naturã propriè sumitur, & sic non est plena diuisio, & cõtinet fallaciã consequẽtis, aut cõmuniter. atq. ita nil prohibet hypeccauma circulo moueri, quo fit, vt Arist. fine suo frustretur. prę-terquamꝙ hæc partitio tollet vsum eius propositionis. Oĩs motus aut est secundùm, aut præter naturã qui in libris de cęlo frequentissimus est, & in ea demonstratione potissimùm qua mundũ vnũ esse concluditur. Quanquã sectatores Scoti eodẽ argumento, quo conuincere se putant inter æquiuoca & vniuoca, mediũ non esse, & euertere conãtur cõmune ad vnum, ẽt eleuabunt hanc partitionẽ; eo quia secundùm & præter naturã contradicentia cõplectuntur. siquidem vbi mouetur quippiã, aut vim confert, aut non: ac si vim confert, secundùm naturã mouetur; si minus pręter naturã. Cùm igitur conferre vim, & nõ conferre cõtradicentia sint, ideòq. medio vacantia: medio quoq. vacabunt hæc, moueri secundùm & præter naturam. Mitto nunc vniuersalẽ naturã quæ nihil ad rem conducit hoc loco, vt etiam prætereo prudens expositionem Alberti quam Zimara defendebat; ni-
D mirùm quòd motus in gyrum insit in igni per accidens; cùm ẽt ipse cęcutiat, neq. videat Auerroëm idem reputasse. pręter naturã, & per accidens; quocirca aut incidit in eandẽ lacunam quam suprà significauimus, aut præceptorem suũ deserere cogitur. Prætereo etiam ꝙ motus hypeccaumatis in gyrum non tantũ est ad salutẽ, sed etiã ad interitum, ꝙ ex aëre fit quidem ignis amplificatio calore, & aërea humiditate consumpta, sed idem ignis procedens ob eundem motum ad summum caloris, etiam sibi conficit alimentum, & ob eius inopiam concidit in terram.

Euertitur noua quædam ratio, qua dilemma Aristotelis de hypeccaumatis motu colligitur. Caput XLI.

QVANTVM distat, bone Deus, Arist. à præceptore suo Platone? ipse.n. motum hypeccaumatis asseuerabat esse naturalẽ, quem posteà præter naturã esse voluit Arist. Nisi fortè Plato naturalẽ existimarit, quia respexit eius perpetuã, & nõ interruptã successionẽ in eodẽ loco, tametsi diuersæ partes erant ad numerũ, & in subiectis quæ loco & tẽpore disiungerentur. Neque.n. duo motus vni corpori secũdùm naturã conuenire possunt. Sed neq. minus à patrono suo discessit Alexander

xander,qui motũ illum qui à cęli conuersione per contactũ hypeccaumati cõmunicatur,ad terram vsque progredi consuerit asseuerante Arist. intra montiũ ciuitates aërem stagnare. Nisi & ille sibi voluerit circulũ multò latius patere,q̃ nos hîc accipiamus.Nã circulum quoq. secundùm horizontẽ fieri docuit aliquandò Arist. dum ventorũ varietates edoceret,& circulũ in alterna elemẽtorum ꝓpagatione posuit. Sed tam remotas opiniones in præsentia dimittamus, & illa vestigemus quæ magis ꝓposito conducant,ea verò pertinent illò,vt progressus Arist.iteretur,& exploremus eius cõsiliũ in illo dilemmate ꝓpter auctoritatẽ nonnullorũ qui nouũ auxiliũ rationi Arist. suppeditare studuerunt. Sed in primis expediet,si motus cõpositus distinguatur: ex quo pateat qui motus ille sit qui adscribitur hypeccaumati. Igitur motui simplici repugnat compositus. At verò compositio non est vniusmodi. Nanq. vnã formalẽ (sic.n,vocare liceat) agnosco. quæ per se fit, vbi alterius prioris notio posterioris notioni supponatur, vt priuationi supponitur notio habitus, de qua alibi dicendũ est,alterã realem appello,in qua nõ notio solùm,sed res ipsa multò prius flagitatur: huius itẽ multæ sunt species: nã prima constat ex altera saltẽ parte quæ locũ materiæ subit ꝓpter ingenitã facultatẽ ad cohęrentiam & coitionẽ.sic ex materia & forma fit vnum per se,fit itẽ vnũ,vt duitas ex duabus vnitatibus,cùm vtręq. vim potentię quidẽ retineãt,nec tamen oẽm actũ amittant,quemadmodũ etiã contingit in mixto è pluribus elementis,& ex albi & nigri miscella fit viride, fit & tertiũ ex extremorũ principiis,seu virtutibus, vt idẽ viride ex certa mixtura lucidi, & opaci quæ sunt principia colorum. Est & vltima cõpositio è principiis,quæ tametsi per se consistant, speciẽ tamen absolutã non habent,quandò instituuntur ad alterũ,vt vapor & halitus, ex quibus aërem componi docet passim Arist. In his quæ constant ex extremorũ primordiis & vna est forma, & vna operatio simpliciter, vtrisque sanè principiis attestans; nihilominus vnico actu, suiq. ipsius ꝓprio pollens, quemadmodũ supra dictũ est de iis quę in aliquo genere quodã ordine collocantur,& vt sæpè diximus,ob naturæ humilitatẽ quæ si summũ adipisci nequeunt,mediã naturã quidem, sed tamen vnã habuerunt,vt elementa media. neque.n.talia sunt, quia cõstent è pluribus extremis secũ concurrentibus, sed ꝙ eorum potestas extremorũ naturã non assequatur. Et cùm potestas sit vel actuosa, vel patibilis,vbi patibilis pro impetus sui rõne ducatur,& vna est functio, & motus vnus. vnus item si mobile afflictũ à violante vires suas natiuas exercere nequeat, est.n.violantis actus. In hisce oĩbus vna est functio: itaq. vnus motus,& vna quies. At eorum cõpositio quæ tuentur actum suum,siue simpliciter,siue ẽt tẽperatè. non sustinet vnã simpliciter functionẽ,sed varietatẽ admittit.cùm ea sit aggregatio potius,q̃ cohęrentia diuersorum. Ideò quia mixtũ è pluribus elementis cõponitur quorum vel actus primi,vel formæ refractæ superstites sunt,non habet vnum motũ simpliciter, sed cõpositum. præthereà si propensioni naturali vis aliqua accedat quæ opus naturæ adiuuet. multò magis cõpositus est motus,vbi contra ꝓpensionem mobile agitetur, vtroq. tum mouente,tum ẽt mobili vires suas natiuas retinente,nec intrinsecùs in alterius cedentes imperiũ,vnde oritur motus ille obliquus,quo venti agitantur. Hoc modo motus hypeccaumatis est cõpositus,quia non inclinatur tale corpus ad cõuersionem: vnde motus aliò vergens,ac mobilis natura ꝓpendeat,optimo iure cõpositus habendus est, & quia natura non ita inclinatur, ea rõne præter naturã appellari põt. sed ꝙ non est oĩno victa,neque simplex motus est,neq. præter naturã simpliciter. hic profectò nec ab vno principio descendit, neq. super spatio simplici fieri põt. quandò super spatio simplici aut violentus simpliciter motus,aut planè secundùm naturã fiat, atq. ille corporũ simplicium. neque.n.cõpositũ simpliciter agi secundùm, aut cõtra naturã põt, vt suprà diximus. Ex ordine simpliciũ non est ille motus hypeccaumatis,neq. alterutri contrarius. Hæc quidẽ totam difficultatem effringere mihi videntur. Sed enim nunc aliã viam libet explorare qua consiliũ Arist. à philosophis sapientissimis explanatũ fuisse perspicio. nequid hîc desit,quod ad sũmi præceptoris placita tuenda valere queat. Neque.n.putant ab intelligentia cõmuni abhorrere,si id quod rectà suopte impulsu feratur,in orbẽ moueatur suprà naturam,neq. ideò rationẽ Arist.impediri.Nam motus ille qui supra naturam est, ab alio deriuatur,& eius est proprius à quo nascitur. Quare non in id Aristotelica ratio contendit, vt tollat eiusmodi motũ supra naturam,vt ponitur in hypeccaumate, tum quia verùm est motũ in orbẽ inesse hypeccaumati,tum ẽt,quia non officit Aristotelicæ conclusioni. sed eum solùm, qui est præter naturã; ne fortè si vni ex his corporibus quæ rectà mouentur,insit præter naturã alteri contrario secundùm naturam inesse concludatur. Vt verò probentur hæc quæ proposuimus; accipiamus motũ contrariũ inesse in corpore contrario. nam,verbigratia,terræ contrarius est ascensus; idę inest igni secundùm naturam. Nunc cùm ostensurus sit Arist. conuersionẽ solius corporis cęlestis esse ꝓpriam: ita probat,quia non insit in alio, neq. secundùm, neq. præter naturam, quoniam si insit secundùm naturam. duos motus igitur secundùm naturã inesse continget, si præter naturam insit; ergo corpori contrario inherebit secundùm naturam. Non igitur solùm illud conuertetur, sed aliud planè corpus. Itaque non vnius corporis simplicis,sed plurium erit vnus motus simplex. Obiice tu hypeccauma. Dicam ego ipsum moueri suprà naturam. Instabis contrà,vt supra, non esse accipiendũ hoc membrũ,quòd Aristotelica diuisio nullũ haberet firmamẽtum. Dicam hîc ego nil referre: propterea quòd ex eo quòd sit supra naturã motus ille,non tollitur, quin insit corpori cęlesti.cũ sit ab alio,& in eo primò secundùm naturam. quapropter ab Arist.pars hęc neglecta est.

A At quid abest, quin motus hypeccaumatis si conuersio sit, etiam sempiternus existat? etenim esse ab alio non idcirco euertit perpetuitatem. [a] At quo in corpore caduco sempiternus motus inesse potest? aliud ergo genus conuersionis, neq. id salutare ob antedictam caussam, nedum sempiternũ, Præterea si ex eo non impeditur Arist. consilium, si detur hypeccauma in orbem moueri supra naturam, cur etiam non efficiebatur idem, si præter naturam positus fuisset hic motus? nam quod præter naturam est, idem quoq. posterius est illo quod est secundùm naturam. erat igitur hic motus alij naturalis. Fortasse dices. at in corpore contrario secũdùm naturam existet, is qui supra naturam est, in alio non contrario poterit inesse. At non'ne tu hîc accipis id quod in principio? quærendum est. n. adhuc ab Arist. sit'ne diuersum corpus celeste ab his nostratib. corporib. & ostendendum ꝙ diuersum: neq. tñ contrarium; idq. ex horum motuum discrimine conficiendũ: tu verò tibi pro tuo iure sumis illud corpus contrario vacare: præter quam quòd corporum simplicium motus oẽs Arist. sub ea generali diuisione complexus est. & hunc ipsum motũ retulit in eis qui præter naturam. Quare persuaderi me non patiar, quin motus hypeccaumatis his motib. simplicib. exclusus fuerit, vtpote nullius corporis simplicis proprius, neq. secundùm, neq. præter naturam simpliciter, idemq. eiusmodi, vt ad composita quoq. pertinere possit, siquidem illo casu ibi constiterint, vt ferunt ibi consistere cometas, è quorum conuersione indictum factum est de conuersione hypeccaumatis, & ille B negatus ab iis quæ intra orbem Lunæ continentur, qui verè conuersio est, & motus simplicissimus, & de simplicibus eas verè predicari semper asseuerabo, quæ ab Arist. fuerunt illata. *8. Phys.*

Auctoris sententia de hypeccaumatis motu constituitur. Cap. XLII.

SI QVID igitur mihi augurari fas est; ea quidem sententia, quam Auerroes ex Alexandro professus est, aliena magis ab omni difficultate videtur, nanq. in orbem moueri ambiguum quid esse comperrum est, cùm aliud sit moueri in orbem propriè; id quod soli corpori celesti contingit. hoc verò est, cùm mobile totum circulum absoluit commeantib. omnib. partib. simul iunctis, per eadem spatia perpetuò, & per eadem puncta reuolutis in infinitum est & moueri secundùm circulum: vt si lapis per rotundum spatium ferretur; [b] veruntamen non continuaret motũ, sed ex aliquo puncto retrocederet, aut intermitteret. Est etiam quando mouetur circulus; quod sane trib. modis efficitur, aut centro variato, veluti cùm sphæra lignea rotatur, vel eodem centro permanente, & circum eundem axem, atq. ita bifariam, vel ad angulos rectos ad planum horizontis, vt rotæ quib. vtimur ad aquam è puteis hauriendam; vel per aliquod spatium, horizontis plano parallelum, vt fit in rotis fi- C glinis. Atq. hæc etiam magis & minus perfectè obeuntur, aut secundùm totum circulum, aut sc̃dm partem; licèt non fecerit Arist. mentionem, nisi de iis quæ præcipuè talia sunt. Hypeccaumatis autẽ non oẽs partes aut complent eadem spatia, aut eædem reuertuntur: sed ex ocyssima cæli ratione atteruntur, & ex iis nonnullæ conflagrant, & ad summam eius circunferentiam ascendunt, & aliæ extinguuntur accensæ, & in secundam aëris regionem detruduntur; qui motus cùm substantiæ mutationem consequantur; sunt naturales; tametsi cùm fit ignis, fit ex natura formæ, cùm corrumpitur, fit ex natura materiæ. Præterea nosse oportet Arist. loqui de motib. simplicib. hi verò sunt propter spatia super quib. fiunt, aut recti, aut in orbem, iidemq. probè diuiduntur in eos qui sunt secundùm & præter naturam; & ab alio, & per accidens. Neq. verò tu sic opinaberis nos à reliquis motum ab alio separare, quum etiam reliqui sint ab alio; omnes. n. ab alio sunt, illo excepto qui est animantium proprius. Nam sic dicimus ab alio nunc, cùm mobile nullam habet ꝓpensionem ad motum. Aut. n. mobile propensionem habet, & est motus naturalis, aut ea caret; atq. ita vel habet contrariũ, & motus est præter naturam; aut est indeterminatũ, & dicitur ab alio per accidens; vt in artificiosis, in motib. proiectorum, in motib. orbium & stellarum. De eo qui per se est, agamus: hic primùm est in elemento, dum gignitur; at cùm gignitur hoc; corrumpitur illud; ita fit, vt si vni sit naturalis, alteri insit D contra naturam; & contrà, vbi vni contra naturam, alteri secundùm naturam, & semper in aliquo ꝑ se. exemplig. mouetur terra sursum, dum conuertitur in ignim: motus hic igni qui generatur, est ex natura; terræ quæ corrumpitur, est præter naturam: contrà, dum conuertitur ignis in terram. Atque adeò, vt ille qui est secundùm naturam, nouæ formæ semper inhæreat, & sit proprius & naturalis eius; qui verò præter naturam, habita ratione formæ veteris est huiusmodi. Cùm verò semper in simplici corpore statuatur vnicum principium motus, & forma vetus ac noua inter quas est vicissitudo, sint oppositæ; fit vt vnus sit motus ad aliam aliamq. formam secundùm & præter naturam; itidemq. cùm formas oppositas consequantur, sic etiam se habeant, vt qui vni est naturalis, alterius naturæ aduersetur. Vnus aũt motus vnica forma finitur, per quam ẽt consequitur repugnantiam. Motus igitur qui per se conueniunt iis quæ oriuntur & occidunt, sunt secundùm, & præter naturam, ꝙ hi sunt per se, & tales hîc accipiuntur, & ad corpora simplicia aptantur, nec alijs inhærere possunt. nanq. eatenus est motus rectus præter naturam, quatenus per distantiam à centro designatur; aliter sunt per accidens. conuersio verò per id quod est æqualiter circum centrum volui, quorum vtrunq. abest ab hypeccaumate: neq. n. describit axem mundi, neq. ex æternitate seruat æquale interuallum à centro. hinc fit, vt Aristotelico dilemmate motus ille hypeccaumatis, ꝙ ex hoc genere non sit, excludatur *b q. Mec. 8.*

cludatur. Ex his etiam ſequitur, vt inter talem motum hypeccaumatis, & illos repugnantia non ſit futura: verùm inter rectos & rotundos, ſiquam illi habituri ſint: neq.n. dum id planum factum eſt: nanq. aduerſa in eodem genere eſſe oportet. Ergo cùm motus ille hypeccaumatis ſit alterius generis, nempè compoſitus, & per accidens; rectò, aut illi qui in orbem fit, non erit contrarius. His ita poſitis Ariſt. argumentum efficax eſt. Si motus in orbem eſſet in alio corpore cęlo excepto, aut eſſet ſecundùm, aut præter naturam: non ſanè ſcdm naturam; quoniam vnus vnius corporis motus eſt ſecundùm naturam; neq. præter naturam: quoniam vni duo cogentur eſſe contraria. Sequitur.n. in motu per ſe qui eſt elementi, dum gignitur, & inhæret in forma oppoſita. Nam motus qui eſt præter naturam eius, eſt cum ipſius interitu, & eſt ad nouam formam; ꝙ ſi duo ſint motus, atq. illi præter naturam: profectò duab. formis finientur, quæ vni illi quæ corrumpitur, erunt aduerſæ & per illas ij motus qui ſunt ex natura formarum quæ producuntur. Tali igitur motu qui per ſe, moueri non poteſt hypeccauma neq. ſecundùm, neq. præter naturam. Verùm quia non eſt motus ille in gyrum in hypeccaumate ordinis eiuſdem, cuius illi ſunt quos diſtribuimus in eos qui ſunt ſecundùm & prę̄ter naturam, & qui ſunt per ſe, inter quos intercedit aduerſitas; non ſequitur, vt etiam ſi motus iſte ſit in hypeccaumate, propterea ſit ei contrarius, qui naturalis eſt: quemadmodum ſequeretur ſi motus ſimplices, in eodemq. ordine forent; & per ſe, cuiuſmodi Ariſtotelicæ demonſtrationi ſupponuntur. Ex quo efficitur, vt ſi ex altero ordine foret, tum planè præter naturam ineſſet, æquè ac igni deſcenſus. Neq. vllum erit robur eius obiectionis, ꝙ nonmodò erit motus ſecundùm, vel contra naturam, ſed ab alio quoq. ſic in dilemmate continebitur fallacia ſecundùm conſequens: nanq. excluditur tertium membrum, cùm de motu per ſe agatur. Quòd ſi quæras vlterius, cur hæc motuum genera duntaxat complexus fuerit Ariſt. etiam dabo cauſſam, quia oĩs ille ſermo dirigitur eò, vt noſcamus naturã corporũ ſimplicium, quæ nob. fit euidens per motus ſibi conuenientes, nimirùm ſimplices, & per ſe; cùm iſti perpetuò ſequantur formas eorum. Atq. hæc quidem ratio noſtra. Iam.n. ꝙ motus iſte non ſit naturalis audiſti. & ob dictum Ariſt. qui non minus hunc motum igni vult ineſſe præter naturam, q̃ deſcenſum. Tametſi hanc noſtram oppoſitionem in alium ſenſum acceptã eſſe video. Nempe, vt ex hypotheſi fuerit illata, ex qua tamen neq. impediatur exitus Ariſtotelicæ rationi; ſi talis fuerit motus, nam quod eſt ab alio, prius ſit oportet in aliquo per ſe. Quare aderit id q̃d tali motu ſecundùm naturam mouebitur, aliud ab his, quod nos in præſentia magno conatu veſtigamus. Verùm, niſi fallor, neq. id neceſſariò ſequitur, neq. hypotheticè concluditur. Oſtendo aũt id & phyſicè & logicè ſic ſe habere, vt dixi. Ac ſimpliciter quidem primo loco non neceſſe eſt, vt id quod mouet in orbem, ipſum moueatur in motu ſecundùm naturam, neq. generatim in qualibet ſpecie motus. Nam ſi motus ille fuerit naturalis, ẽt poteſt ab immobili principio proficiſci, quemadmodũ & docuit Ariſt. 8. Phyſ. Neq. neceſſe eſt item, vt quod hebetat hebetetur, aut pellatur quod pellit. Etiã ſi moueatur in orbem præter naturam, multò minus: quando & à trochleis aliquid motu recto agitatur, & contrà ab ijs quę rectà mouentur, trochlea verti pôt. Logicè aũt. Quoniam vbi accipiantur duæ propoſitiones, quarũ altera ſit ex hypotheſi, altera ſimpliciter; non ſequitur concluſio prorſus ex hypotheſi, ſed aliqua ex parte. Eſto igitur ꝙ ex hypotheſi ſequatur cęlum moueri præter naturam circulo ex hoc, quod ſtatuitur ignis. At quòd non minus ſit igni præter naturam circulo moueri, q̃ deſcendere: hoc non ſequitur ex hypotheſi, ſed ex altero principio, quod ſemper eſt verum. Nimirùm vno motu exiſtente ſecundùm naturam alterum oppoſitum eſſe neceſſariò præter naturã. Nihil moror nunc, ſit'ne motus ille per accidens perfectior, an imperfectior; quanquam, cùm ex natura non ſit, imperfectior eſſe cenſebitur. Quocirca nec Ariſt. demonſtratio conficitur ex cõibus, vt quidam cenſent, ſed ex propriis attributis corporum ſimplicium, ob eamq. cauſſam multò certiſſima. Quòd ſi opponas, quia dictum eſt anteà motum ſimplicem eſſe corporis ſimplicis, & ex altera parte compoſitum eſſe compoſiti: ſi igitur ſimplex eſt; non eſt ille motus qui conuenit hypeccaumati: quòd ſi compoſitus, ergo ſimplex corpus, & motus compoſitus congruere poterunt. Deinde etiã quia motum illum hypeccaumati præter naturam Ariſt. aſsignauit; aut igitur vni plura contraria eſſe fatendum eſt: aut falsò nobis decretum, motum illum alienum ab eo fore qui eſt præter naturam. Primùm ſic tollam: quoniam motum compoſitum accidit eſſe bifariã, vel vbi in vno eodemq. mobili contrariæ ſint propenſiones, atq. adeò repugnantes propter repugnantiam principiorum, è quibus conflatum eſt, vtputa, ſi ex aëre terraq. conſtaret, aut ſecundò, ꝙ habeat quidem vnicam propẽſionem, ſed ab aliquo externo principio afflictam vim ſanè afferente, non tamen inclinationem natiuam minuente, vt omni eius extincta functione vim illi ad quẽdam motum imprimat vniuerſam: ac motum quidem illũ priorem prorſus à corpore ſimplici abhorrere fatebor; ſolumq. eſſe mixtorum. poſteriorem dabo ẽt ineſſe poſſe in corpore ſimplici; veluti cũ ignis deorſum quidem mouetur à violante principio: ſed quoniã eius propenſio victa non eſt, in latus agitatur: quam ſpeciem motus Ariſt. ſecundùm diametrũ vocat, cũ cæteroqui propenſione deuicta fiat motus abſolutè præter naturã, ſi corpus ſimplex exiſtat: nam ſi minus, profectò nullus motus præter naturã eſſet, neq. [illegible] motuũ ſimplicium in id quod eſt ſecundùm & præter naturã bona fuiſſet. Itaq. cùm opponitur [illegible] tus hypeccaumatis in gyrum, tanquam compoſitus, reſpondemus, eã compoſitionẽ non eſſe diuerſarum propenſionum, ſed ab externo principio proficiſci, quam corporũ ſimplicitati aduerſa[illegible]

E
F
G
H

A nè negamus. Quòd verò pertinet ad alterum illud. Varia legimus sapiētissimos viros esse professos; nanq. Auicennæ visum est rōnem hanc cùm superiore pugnare, necessariò.n. effici, vni duo contraria ūnt. Idcirco Simplicius & deinde Auerroës, atq. alij nonnulli excogitarunt aliū modū quo defenderent motum in gyrum inesse in igni, & præter naturā negatiuè dixerunt, hoc est, non secundū naturā. Atqui valde absurdū D. Thomæ videtur, φ de eadem re agens Arist. ambiguitate tanta tamque breui spatio fefellerit, nimirū quia paullò antè præter naturā accepisset pro eo quod est contra naturam: paullò verò pòst eandem vocem vsurparit pro eo quod est non secundùm naturam. Præterea quoniā Arist. exponens quid intelligat præter naturam, afferat eorum exempla quæ sunt præter naturam simpliciter, quemadmodum ascensum in terra, atq. descensum in igni. Adde et verba subsequentia quib. accipit præter naturam id quod breui tempore est, hoc verò propriè est contra naturam. cùm alioqui, quod inest non secundùm naturam, nihil obstet, quominus perpetuū sit, quēadmodum apparet in motu diurno planetarum. Accedit eodem, φ dum Arist. inuehitur in eos qui putant ignem esse corpus quod in orbem mouetur; asserit eum motum non minus naturæ ignis aduersari, q̄ descensum: si ergo descensus in igni præter naturā simpliciter est; et conuersionem illi tribui consimili ratione oportebit. Nos aūt credimus hîc, præter naturā in eodem significato sumi quo supra; eamq. rationem non concludi simpliciter; verùm ex datis, & esse non sanè dialecticam, licet
B contra veterum positionem, quia non procedit ex cōib. & iis quæ sunt per accidens, sed ex propriis & per se; verùm vt dici solet, ad hoīem: ab Arist. verò vsurpatam, vt sæpe facere consueuit, propter captum auditorum qui in vniuersis æqualis non est. Neq. mirum id esse; tametsi Arist. anteà rationib. necessariis, quib. nihil verius est, vsus fuisset, hanc etiam ad hominem subiecisse; quia nisi veritas illarum notescat, non idcirco persuaderi patimur ab illis; neq. dum pro demonstrationib. habendę sunt, nisi eò prouectę fuerint, vt nos persuaserint; ex quo efficitur vt egeant sæpissime fulcimento rationum imbecilliorum. Sed hæc alterius officij atq. negotij. sufficiat autem modò nobis hanc rationem esse ad hominem, ad eos.s. qui ignim crederent esse id quod in orbem vertitur, & super oppositione motuum simplicium fuisse constructam.

Differitur an'ne quies naturalis antecedat motui violento. *Cap. XLIII.*

PERTINET illud item ad notitiam motus violenti, siue simpliciter eiusmodi sit, siue aliqua ex parte, vt in proiectis, nosse an'ne id quod vi, præterq. naturam mouetur, ex eo loco discedat, vbi quiescebat secundùm naturam: nanq. & si Auerroës 8. Phys. id aliquando testatus erat, inquiēs,
C Quod mouetur violentè non moueri, nisi sit ei quies naturalis; & rōne id confirmari potest, siquidē omnis motus naturalis à contrario fiat in contrarium, id verò quod violentè mouetur, ita moueatur, quia fertur ad locum in quo manet præter naturam, illi verò oppositus ille sit locus in quo manet secundùm naturam: & quoniam motus violentus perpetuus esse non potest, neq. secundùm cōtrarios terminos vllo pacto continuus, sed interruptus, veluti superiorib. libris abūdè ostensum est; necessariò videtur dicendum, motui violento quietem antecedere, atq. illam quidem naturalem. Attamen oppugnari nouimus eam veritatem quibusdam obiectionib. quę ne quis hæreat scrupulus in mentib. nostris, hoc loco diluendę sunt. Nam multa sunt, inquiunt, quæ non sunt in loco suo naturali quiescentia, quę tamen violento motu moueri possunt: huiusmodi verò sagitta est quę sursum iacta ventorum vi dispellitur in transuersum. Sunt hi sanè duo motus, alter sursum, atq. alter in latus, quorum neuter est naturalis: & ita superuenit ascensui motus ille posterior, vt spatium quieti non concedat, & quanuis, inquam ego, tempus quieti daret, ea tamen quies non esset naturalis. Ac siquis opponat verba Arist. quæ sunt hæc. Neq. violentus erit motus, nisi mouebitur præter naturā,
» quod anteà quiescebat: vnde quis facilè labi posit, iis verbis nos moneri putans, quietem in violen-
» ti difinitione ponendam. at neq. eam cuiq. motui violento præcedere necesse est, neq. is est eiusmodi verborum sensus. verùm id significatur oēm motū horū inferiorum habere principium à quiete,
D aut post quietem simpliciter, neq. violentam potius, quàm naturalem, neq. proximè, potiusquàm remotè, neq. vnamquanq. seorsum potius, q̄ generatim, nanq. oībus hisce modis, ante motum extitit quies. nec magis id conuenit violento, q̄ oībus generatim, siue naturales sint, siue pręter naturam, seu simpliciter, siue aliqua ex parte, conuersione excepta, & sanè non est pluuiæ naturalis in aëre quies, transuerso tamen motu differtur à ventis. Equidem optimè video, quid dicendum sit ad locū illum, & tā perspicio quietem ab Arist. motui violēto pręponi, quòd si dubiū adhuc sit, an'ne quies naturalis illa, an violenta sit, ita respondebo, quatenus illa designat terminū à quo, vnde incipit motus violentus, asseueranter; eam esse quietem naturalem; eamq. proximè antecedere affirmabo omni motui violento simpliciter, ita vt oīs motus contra naturam sit ex quiete naturali, vt termino à quo. Id verò patere poterit inspicienti, quemadmodū motus violentus obeatur. Duplex est autem ratio qua talis motus exercetur: aut.n. ita fit, vt cùm è terra generatur ignis, & simul ascēdit: etenim adhuc terra est, & tā sursum mouetur: qui sanè motus, qua terra est, illius naturæ prorsus aduersatur: aut cùm terra, è suo loco, sine vlla substantiæ permutatione sursum mouetur; iam de postrema hac occasione mouendi, dubiū non est, à quiete naturali violenti motus initium sumi: aliter motus

contrarij naturalis nimirũ,& is qui contra naturã, continuari possent, de prima illa idẽ quoq. asserendũ puto; qñ natura simul dat formã & consequentia formã inter quę motus primus est, deinde locus naturalis quem subsequitur. quies secundùm naturã : & quoniã ita se natura gerit, dum producit substantiam, vt ipsam gignat, vt aliquando genita permaneat, ne simul generet & corrumpat, inaniq. officio producendo fungatur: nihil.n.illi magis aduersum, si locus & quies substantiæ iã absolutę comitantur: id perspicuũ est, sicuti permanet substantia genita : sic quoq. locũ naturalem, eiq. respondentem permanere quietem: nisi fortè casus aliud efficiat, quod sanè per accidens & rarò continget, ideoq. in naturali methodo, atq. oĩno. in methodo sub regula comprehendendũ non est. Quamobrem satisfactũ est, opinor, experientiis contra Auerroëm allatis, cùm ipse ea quæ plurimũ fiunt, persequatur : illa verò quæ opponuntur, rarò accidant. Attamen & alio pacto suppetit, vt instantijs allatis occurramus. Etenim, vt ab vltimo exordiar, cur non pluuia quæ vbi primùm genita est, pro eo, ꝙ descendat secundùm naturam, à ventis agitur in transuersum, prius in superiore loco mansit secundùm naturã sub forma vaporis? igitur & quies naturalis motui violento pręcessit. Et ꝙ opponitur sagitta quæ in altum proiecta consimili ratione agitatur. Primũ ego dicam Arist. Auerroisq. sñiam esse de motus præter naturã simpliciter : cùm tamen agitatio facta à ventis sit quidem præter naturam, verùm aliqua ex parte: ac siquis rem exquirat interius, ẽt id succurret, vt statuatur inter motus præter naturam interuenire quietem simpliciter. ita.n. argumentabor, quemadmodum Arist. vtitur vno puncto, vt duobus ergo quies intercedit: nanq. idem punctus est, qui terminus est ascensus pręter naturã, atq. initium motus transuersi. Et ne quis fortè suspicetur illum punctũ re sanè idem esse, solumq. ratione distingui, velut in circulo, monstro ẽt, eos re ipsa separari, si non, vt terminos quantitatis; quia sic idem subiecto sunt, at natura, tanq̃ extremum.n.s. vnius motus, & initium alterius: quia termini illi, atq. puncta sunt in actu, neq. copulantia, sed terminantia; siquidem efficiũt angulum vel rectilineum, vel curuilineum, vel mixtum. cùm cęteroquin in circulo potestate sint, neque terminent lineas, neq. faciant angulos; inangularis.n. est circulus; sed ita copulent, vt nullus in circulo finis simpliciter assignari possit: idemq. iudicium de terminis istis faciam, àc fecerit Arist. 2. de An. cùm docuit sensum cõem non esse vnum re, ratione sola distinctum: sed ẽt natura; idq. apparuit exemplo centri quo multæ lineæ terminantur. neq. tñ ita se habet, vt vnus sit punctus simpliciter, sed multa quæ nihilominus vnius locum occupant, ꝙ sunt indiuidua. Cùm verò ex hoc suspicari posses esse post hoc, & non vt ex termino à quo, & illud quidem fateri, inficiari hoc alterum : memento motum, & quietem naturalem, ex distantia illa describi, quæ interiacet inter centrum & circunferentiam mundi. Quocirca tametsi deflectit ab ea linea corpus, & secundùm & contra naturã agi dicitur ab illa. Moueatur ergo sursum lapis, & ab itinere diuertat, si initium diuerticuli respicias, & cum termino ad quem conferas; ita se habet, vt id quod est secundùm naturam, ad id quod est ꝑter naturam: est.n. vt ab inferiore ad superius: itaq. manet ibi secundùm naturam. At quia non secũdùm naturam simpliciter, neq. item locus ille est simpliciter naturalis, nec consimiliter quies: sed ita vt si cum illo conferatur, quo fertur, sit naturalis; & quia diuersa puncta, idcirco ẽt quies insit. Proin quies item naturalis illi motui qui fit in latus, antecedet. Verùm fac nunc, quod euenire potest, in motib. proiectorum: vt cùm vis impellentis euanescere cępit, & id quod præter naturam ciebatur, iam pristinas vires probè consecutum fuerit, vt ante reditum in superiore loco detineatur, & ea linea terminata qua sursum ferebatur, seu recta, quod fit in motu præter naturam simpliciter, seu curua, vt in proiectis fieri solet, aliam describere incipiat suum locum versus; planum ꝙ ibi quiescit: siquis ergo meminerit ẽt in hoc euento leue dici ab Arist. quodam vocis huiusce minus ꝓprio significatu, is ẽt fatebitur eam quietem esse secundùm naturã: nam leuis, quoad leue est, locus naturalis est superior; inferior aũt contra naturam. Quapropter ẽt defendi poterit vniuersè oẽm motum qui fit contra naturã, exordiri à quiete secundùm naturam. Quanuis, vt paullò antè admonui, dictum sapientissimi Arabis verè vsurpatum fuerit in iis motib. qui plurimum fiunt, à causis oridinatis propagantur. Est.n. illud in natura ordinatum, vt sicuti cum præcedentis formæ interitu coniungitur; nouæ formæ productio; sic cùm motu naturali elementi quod gignitur, motus contra naturam elementi quod corrumpitur. Nã quod dicitur motum hunc, cùm sit præter naturã, videri esse per accidens, & insensum potius, quàm à natura requisitum; id in eam partem accipiendum est, vt non ꝑ se & primò, sed propter aliud efficiatur, quemadmodum de priuatione & interitu dici consueuit ex petentibus omnib. formam & esse, & acerbissimo odio priuationem & interitum prosequentib. At verò cùm motui præter naturã præcedat quies naturalis; num'ne motui secundùm naturã quies violenta pręcedit? vt.n. leue dicatur quod sursum manet, qũocunq. maneat, itaq. scđm naturã ibi consistere putetur; simpliciter tñ est ibi contra naturam. ꝙ si quies inter oẽs motus oppositos intercedit; vbiq. & illa quies erit idem contra naturam. Certè in iis quæ gignuntur nulla quies est ab initio, neque naturalis, neq. non naturalis; qñ quod quiescit, elementum est huic oppositum quod gignitur; id verò ibi per naturam consistit; ei quod gignitur, quatenus gignitur, nulla quies est concedenda; rerum.n. quæ sunt, quies est attributum: quod aũt gignitur, nondum est. Quòd si esse in certo quodã spatij termino existit ex certo formæ gradu, siue potestatis, vt olim docuimus; at memento eum conuenire elemento, quoad est iam aliquid, non quoad gignitur: itaq. vt genitum manet, ibi & quies est illi

A illi naturalis. Restat ergò vt quies non naturalis illi tribuatur, quod cùm iam sit,non dum peruenit
in suum locum. At verò quies oĩs motu necessariò finitur: motus non necessariò cum quiete com-
mutatur. Nam de violenta dubiũ non est; nil.n.contra naturam perpetuum; altera etsi naturalis, &
terminus motus & naturæ,nihilominus semper cum motu cõmutanda est. Nam motus aliquis per-
petuus.quies nulla perpetua.si.n.perpetua foret,nulla esset elementi generatio; sed est,ergo ẽt quies
finita. Proinde omni motui præter naturam præcedit quies naturalis. Omni motui naturali quies
præter naturam in elemento genito solùm. In eo quod gignitur nulla quies neq. naturalis, neq. non
naturalis. Omni etiam quieti siue naturali,seu non naturali, necesse est succedat aliquis motus.

Exponitur de quibusdam consequentibus motum. Cap. XLII.

MOTVVM sanè partes, differentiæ & euenta multa sunt, & de partib. ac differentijs eorum
satis superq. disputatum est hactenus;complura ẽt euenta generatim, speciatimq. eorum ex-
posita,siue modi, Sed.n.cùm illud ẽt nobis vnum restare videatur, vt de comparatione motuũ verba
faciamus, & ad horum intelligentiã conferat notitia velocis & tardi, regularis & irregularis, ẽt de
his aliqua breuiter differenda esse iudicauimus. Porrò modos hosce appello non differentias, ꝙ dif-
B ferentiæ sub vna tantùm categoria continentur,modos aũt nil prohibet varia peruagari prædicamẽ-
ta. Vnde & quoniam necessarium & contingens sunt in substantia, quanto & quali: nullius horum
species habenda sunt,aut differentiæ,sed modi: cuius signum, ꝙ differẽtia illa est, qua differt hoc ab
illo; sed nulla substantia differt ab alia substantia,aut quali per necessarium,aut contingens. Cumq.
species in proximum genus & proximam differentiam per se dissoluatur,ẽt fit,vt species ꝓpter hęc
in vno quodam prædicamento præfinito,& in certo illius genere collocetur. Proinde cùm regulare
& irregulare se habeant ad motum, vt æquè tribui possint vniuersis motib. nec vnus ab altero, aut
generis eiusdem,aut diuersis separetur per regulare & irregulare,nec species erunt,neq. differentię;
sed modi,nec vnius categoriæ tantùm,sed per plures pertinebunt; quanquam regularis magis vnus
est,quam irregularis; eodemq. modo de veloci & tardo statuemus. Regularis aũt ille est,qui in om-
nibus eundem tenorem seruat,contrà,qui illum euariat irregularis est. Idem verò tenor in duob.ob
seruatur: vel in spatio,cùm sit vniforme,vtputa,vniuersum rectum,aut rotundum: vel ẽt in celerita
te & tarditate,quod eadem celeritas,& tarditas in mobili conseruetur. Idcirco regularis ille erit qui
per spatium vniforme agetur, & æquali gradu properabit: irregularis autem contrà,si neq. pari ve-
locitate,neq. item per vniforme spatium, sed varium,multiplexq. ciebitur. Quocirca magis erit v-
C nus ille qui regularis est,quàm qui irregularis.erit.n.ac si per spatium diuiduum fiat:siquidem è va-
riis partib. difforme constat. Per se verò motus recti siue secundùm naturam,siue ẽt contrà, irregu-
lares esse creduntur; tum quia non par in vtrisq. processus seruatur,cùm in principio segnior sit mo
tus naturalis; ille verò qui præter naturam,in fine. Prætereà crassitie tenuitateq. medium varietur,
quo magis abest à centro, aut ei propinquius est: solumq. vtroque modo regularem audiemus esse
motum cælestem. Velox aũt & tardum præter hoc alia multa præseferunt in quæ considerationem
intendamus; primùm quid hæc nomina sibi velint,dein eorum caussæ quæ sint. Velox aũt in primis
id dici solet quod paruo tempore multum spatium peragit, contrà tardum, quod breue spatium in
multo tempore absoluit, ꝙ si multum & paruum significant habitudinem, nec simpliciter multum
& magnum,paucum aut paruum esse solet;profectò velox & tardũ comparata sint oportet:& quẽ-
admodũ ipsum duo continet,& rationem multitudinis in tempore,& longitudinis in spatio;sic quo
que geminã habitudinem comprehendet. Tùm ẽt,cũ multitudo & lõgitudo bifariam se habeat, aut
ad idem mobile,aut ad aliud;ita ẽt secũ ipsum conferri poterit,secundùm velox & tardũ, atq. cũ al-
tero. Sed cũ & magnum simpliciter & paruum in natura dari compertũ sit: nam magnũ simpliciter
est mundi diameter: hæc aũt quia duplex est, vel ea quæ claudit motus rectos, vel ẽt illa quæ extri-
ma cęli superficie terminatur. hæc quidem simpliciter magna existimanda est: quare & spatium hoc
D maximũ,sed cùm ex iis quæ rectà mouentur,nullũ superet Lunam;ergo sequitur, vt magnũ simpli-
citer spatium ponendum sit quod limitatur illa circunferentia quæ terminis eius diametri contine-
tur. Quãobrem magnum simpliciter spatiũ à corpore sphærico peragrabitur; cùm ẽt tempus illud
quo permeatur eiusmodi spatiũ,minimũ & breuissimũ sit,efficitur item, vt illud corpus oĩum velo
cissimè conciteur;ita comparatè velocitas & tarditas inerunt in motib.rectis. Ex his autem apparet
multa concurrere ad efficiendum velox & tardũ: vnum quidem tanꝗ materiã super qua, quod est
spatiũ; alterum verò tanꝗ subiectum,quod est mobile: & tertium formã,quod est tẽpus, siue ea ra-
tio quam habent ad tempus: est & caussa efficiens quæ est principium ipsum motus: hoc aũt duplex
esse potest: vel extrinsecum quod appellatur potestas.nam prout ipsum superat mobile,ita quoque
velocius aut tardius mouetur, siue sc̃dm naturã id faciat, siue præter naturam: nanq. generans maxi-
mũ maximè mouet; & homo robustior celerius pellit saxum deorsum. idem quoq. velocius ꝗ ego
proiicit sursum: & grauitas magna erit in caussa, vt saxũ descendat velocius, quæ item aut erit eius-
modi secundùm gradum,aut secundùm materiæ multitudinem: nanq. & perfectius mobile,quod-
que plus habet de potestate ad terram, vel & ignem velocius agetur, & ꝙ maius est.oĩno verò velo-

citatis & tarditatis essentia proximè se habet in habitudinem mobilis ad spatium secundùm tēpus. E
At cùm simpliciter tale cum iis collatum quæ simpliciter huiusmodi non sunt, magis tale sit, & cæle stis motus simpliciter velox esse videatur; motus aūt rectus haudquaquam: inde illud consequi ve risimile est, motū cęlestem recto fore velociorem; ob eamq. rem collationem fieri posse inter motus rectum & circularem: quæ tñ ab Arist. neq. paucis, neq. imbecillis rationib. repulsa est. Proinde ēt nob. erit hic locus sedulò tractandus, ne preceptoris accuratissimi doctrina de motib. vlla ex parte labefactari posse censeatur. Nanq. comparatio, vt inquit ipse, non videtur fieri posse, nisi inter ea quę sunt eiusdem speciei, neq. solùm cõloris, sed proximę: atq. vt Arist. verbo vtar, indiuiduæ: atqui mo tus in orbem & rectus, sicut aliàs plurib. explanabimus, plusq̄ specie distinguuntur. Nihil ēt prohiberet, si vera sunt ea quæ cõmemorauimus; quominus alteratio & latio secum conferri possent; nisi obstet, ea non esse generis eiusdem: at non possunt ēt hæc simul conferri, si æquę velocitatis illa esse dicuntur, quæ in æquali tempore spatium ęquale conficiunt. non. n. spatium est, quod absoluitur in alteratione. & siquis adhuc magis speciales & proprias desideret rationes, hæ quoq. ex ipsomet Ari stotele subscribi possunt. Si motus isti comparari possent; aut magis, aut minus, aut ęquè veloces eos esse contingeret: sed æquè velox esse conuersio non potest, ac motus rectus; non igitur secum possunt ipsi conferri, æquale. n. spatium absoluere cogerentur: ex quo sequeretur, vt esset æquale spatium rectum super quo fit motus rectus, rotundo seu sphęrico super quo fit conuersio: hoc aūt fieri nequit. Quoniam verò posset opponere quispiam ad hanc rationem; non necesse quidem fore, vt ęquales sint isti motus: attamen nil esse quod prohibeat etiam ęqualem esse recto motum quempiā in orbem: nanq. ab ęquatore vsq. ad polum velocitas eius motus propemodum infinitè decrescit, adeò vt euitari non posse videatur, quin in tanta latitudine sumi possit æqualis recto motus in gyrum. Ita quod non necessarium simpliciter est, testantib. omnib. mathematicis, [a] in conuersione & motu recto locum habere potest: nanque id non necessarium esse pręter ea quæ dixit Arist. contra quosdam, qui ex eo fundamento nimirùm ꝙ inter plus & minus æquale non interuenit necessariò, circulum quadrare instituissent, etiam monstrauit Campanus. sed hæc alterius loci & temporis. Rursus neq. sufficit atomum esse id, vniusq. rationis simpliciter in quo comparatio fit; sed conuenire oīa illa quæ comparantur in aliquo excipiente quod consimili ratione vniuocum sit; veluti superficies in susceptione colorum, & spatium in ipsa latione. Quapropter si vera sunt hæc, quia non idem spatium circulus est & linea recta, neq. vnius rationis motus rectus, & qui in orbem fit: asseuerandum prorsus est, motum rectum cum conuersione non posse conferri. F

[a] 2. Elem. Prop. 15.

De comparatione motuum. *Caput XLV.* G

AT verò duo sunt quæ perturbare videantur ea quæ decreuerat Aristoteles. Primùm quidem, ꝙ multa occurrunt quæ secum conferri soleant, in quibus tamen neq. id in quo conferuntur, sit vnius rationis; neq. item vnum quod primò suscipiat. Nam lapis & homo secum conferuntur: neq. solùm in grauitate; verum etiam in eo, ꝙ vnus sit leuis, alter aūt crassus. Conferuntur item ab Arist. in breuitate lineę, recta & curua. Quoniam verò potissima caussa fuerat, cur id in quo collatio fiebat, in species diuidi non posset, ꝙ in illo ambiguū sæpe lateret; id quoq. difficultatem nob. affert: quandò & genus vniuocū aliquod esse potest, & ad indiuidua quæ cõplectitur, eandem habere rationē, quam species habet ad ea quæ sibi proximè subiiciuntur: ita. n. de singulis animalibus predicatur animal, quemadmodum de singulis hominibus homo: ob eamq. caussā proprium vni, tanq̄ speciei redditur, licèt eorū quoq. sit quę de pluribus differentibus specie prædicantur: etenim respicit naturā quæ posita est in materia; vnde existit singulare: at ꝙ de differentibus numero, specieue dicatur; id fortuitū est. ideò quid prohibet in hoc ēt sicut in vltima specie fieri collationem? Quinimmò neq. rationis varietas hoc impedit; si quantitas cum substantia conferri põt in eo ꝙ sint. Neque aliena videtur esse rõ velocitatis in motu recto & conuersione: nam vtrobiq. ratio mobilis, & tēporis, & spatij continetur. Deinde accidens oē videtur habere ꝓprium quoddā subiectū quo primo innitatur, & per ipsū communicetur oībus in quibus existit; quare secundus ille canon ab Arist. traditus superuacaneus esse censebitur. Etenim proportionale inest in numeris, tēporibus, & solidis per rationē quandam cõmunem. [b] Accedit eòdem, ꝙ Arist. [c] accidenti geminum subiecti genus assignat; alterum quidē quod excipiens primū vocat, atque alterum quod dicit id cuius est aliquod primū excipiens, ideò si hoc obtinuit accidens, atq. id in cõparatione postulatur; sat illud erit, si ponatur accidens in quo cõparatio fiat: nanq. & illud aliquo primo necessariò sustinebitur. [d] Quantum verò ad primū spectat, cõparatio cõmunius aliquando sumi cõsueuit, nonnunq̄ etiam pressius; ac cõmunius quidē sūpta cõplectitur ea quę quocunq. modo similitudinē inter se habēt; vnde & Arist. in libris de arte dicendi, ac 3. Top. regulæ traditæ, & enumerata loca quibus vnumquodq. cum altero & eiusdē & diuersæ speciei conferri queat, atq. eam vel simplicē, vel cõpositam esse dicimus: pressius aūt à Physicis accipitur qui formas nō sine materia definiunt: quare per materiā quoq. specificant formas naturales, eiq. specificationi tantùm à Græcis tributum fuisse perspicio, vt Simplicius [e] non eiusdē speciei censuerit esse albedinē cygni, atq. cerussæ. Verùm ne simus H

[b] 1. Post. T. 2.
[c] 4. Top. 5. Met.
[d] Zimara Theor. 55.
[e] 4. Phys.

A ita religiosi & acres in eo iudicio, ac demus ẽt quandã cõmunem materiã, vel genus quod aliquã accidentia per se consequantur, & vnã speciem albedinis esse fateamur: at certè materiæ formæq. conuenientiã postulat: idcirco & vnum est, in quo collatio fit, & vna species eorũ quæ secũ conferunt. sed cùm hæc materiæ formæq. conuenientia per se ipsam spectari valeat, quatenus essentia quędam est, cęteris qualitatibus cogitationis ope segregatis; ea vero ad genus vsq. supremũ pertineat; quid vetat ẽt collationẽ inter ea poni quę sunt generis eiusdẽ; vt, si animal cum animali conferatur, quatenus animalia sunt? vt cùm animal de equo & homine dicitur æquè prædicari, neq. hominẽ magis animal esse, q̃ equum? quid obstat itẽ, quin secundùm ea collatio fiat quæ tali naturę cõmuni per se insunt? Idq. ẽt placuisse videtur Euclidi qui definiens rationem (est verò λόγος & ratio & ἀναλογία, seu ꝓportio, species quædam cõparationis) inquit eã esse habitudinẽ quandã mutuã duarũ magnitudinũ secundùm quantitatem (πηλικότητα vocat ille eã quæ est continua & permanens) itaq. accepit generis conuenientiã, non speciei solius. Quamobrem non iure contrahitur ab interpretibus ad speciei specialissimę conuenientiã. & esto ꝙ linea & superficies sint genera subalterna: at illud nihilominus falsò negatum, rationẽ non excedere talibus generibus, cùm & paralellogrãmorũ & triangulorum ꝓportio sit inter se, qualis est basium, [a] & ita dicere liceat, vt se habet linea ad lineã, & triangulus ad triangulũ seruata generalitate continui permanentis, & quod plus est, cõ- [a] Defin. 13.5.
B plectitur oẽ genus quantitatis; cùm ẽt doceant mathematici, vt se habet linea ad lineã, sic & numerũ se habere ad numerũ, neque id abhorret ab Aristotelça doctrina; cùm & ipsę cõmune genus eorũ statuerit [b] in quæ ꝓportio cadit. Ergo genus, vt vna rõ, & vna simplex essentia sumetur. Asseram quoq. cùm ea quæ sint ad vnũ, aliquam naturæ conuenientiã pleferant, illa quoq. cõparationi subiici posse. sic ab Arist. quæsitũ, sit'ne forma magis natura, q̃ materia; & vtra sit magis substantia: nihilominus & natura & substantia de materia prædicantur, vt ad vnũ, eodemq. modo cõfertur cum motu recto cõuersio, dum quęritur sit'ne prior & perfectior motus, vt 8. Phys. & 1. de cęlo factũ est. Haud ẽt dissimiliter illud quæsitum, cur brutum directò contendat ad alimentum, non autem per anfractus, ac dictum iter illud breuius esse. Conferuntur ergo linea recta & curua, neque lineæ tantummodò, sed ipsa spatia quoq., vt vides. Possum alia cõplura exẽpla subiicere quibus ea quæ diuersa sunt, ab Arist. comparantur. Etenim vim agentem cum patiente confert, & agentẽ simpliciter perfectiorem patiente docet esse, [c] & ita se habere, vt inde velocitatis differentias ducat, [d] vt facultatem diuidendi medium cum ea quæ est, vt diuidatur quæ medij ipsius est ꝓpria. Sic inter facultatem agendi & patiendi, potest perpetuò poni ꝓportio: nã pro robore agentis & habilitate patientis ocyor, aut tardior actio permanat. Vbi si indiuiduũ in oĩ collatione requiritur, euidenter ap- [b] 1. Post. [c] 3. de An. [d] 4. de cęl.
C paret indiuiduo non obstare principiorũ varietatem: quasi actio indiuidua sufficiat, quam tamen duo principiorũ genera præstant, nempè agens & patiens. Eodem quoq. modo dicemus facultates motrices & resistentias secũ conferri: quandò resistentiæ referuntur ad mobilia, & in patientiũ rationẽ collocantur. Sed cùm locum 4. de cęlo nuper attigerimus, obiter admonendum putaui lectorẽ ea, quæ scripsit Arist. ἐὰν γὰρ ὑπερβάλλῃ ἡ ἰσχὺς ἡ ἐν τῷ βάρει τὴν ἐν τῷ συνεχεῖ πρὸς τὴν διάσπασιν καὶ διαίρεσιν, βιάσεται κάτω θᾶττον. ἐὰν δὲ ἀσθενεστέρα, ἐπιπολάσει. Ex quibus & aliqua exprimuntur quæ consentiant cùm superioribus; nimirùm motũ à grauitate diuidente ministrari: tum etiam ꝙ diuisio non sit motus, sed principiũ motus, & vnde motus existit. At si ita legatur βιάσεται, quod præsefert externum quid, profectò ẽt motum illũ non intrinsecùs absolui, sed extrinsecùs Arist. ipse testabitur: valet.n. ea vox, [compellere.] Sed illud mirùm, quia nonmodò significat ea vox externũ quippiã, sed prætereà violans, itaq. motus ille non videbitur esse naturalis. Aut igitur dicemus Arist. loqui de illo genere motus qui fit ab externa vi, vt impellẽte, de qua 3. de cęlo [e] verba facta sunt, aut scripturæ vitiũ notabimus, quæ pro illo quod est βήσεται, i. procedet, substituerit βιάσεται. Sed quantum est de eo, ꝙ indiuidua sint ea quorũ debet esse collatio: itẽ vt latius indiuidui ratio pateat in hoc rerum genere. Proptereà quibus inest aliquid conuenientiæ, siue vniuoca sit, siue ad vnũ, hęc cõparationem admittere posse censeo, siue natura ipsa spectetur ab accidẽ- [e] T. 28.
D ribus segregata simpliciter & generalitatis ratione conseruata, vt si spectetur substantia, vt substãtia; & motus, vt motus, & eo planè modo quem admittit abstractio Metaphysica, quam nostri res ipsas vniuersè sumere, neque ad extremas species vsq. deducere, siue ẽt proprias eorum cõmuniũ qualitates aduertas. Nam sic indiuidua ratio conseruatur, in vniuocis, secundùm rem; in iis quæ sũt ad vnum, secundùm rationẽ; tametsi prior illa collatio posita est in indiuiduo secundùm rem & simrationem. Hanc igitur ἄτομον speciem significauit nobis 7. Phys. Arist. & oĩno ἄτομον, si ita exponatur, vt non æquiuocum, neque.n. clarum in die & voce comparari queunt. Neque arbitror dialecticam aut Rhetoricam collationẽ ex rerum collatarũ natura distingui, sed ex modo tractandi, vt si quæratur, sit'ne magis substantia materia, q̃ forma, & res per probabilia, aut necessaria tractetur, effectura sit questionẽ diuersam: etenim illo modo erit dialectica, hoc aũt erit demonstratiua. Nanq. inconcinnè dictum arbitror à nõnullis, inesse rationẽ quandam in plerisq. cõmunem quæ ab intentione formæ accipiatur: quandoquidem intentio modus est solùm, cui naturam aliquam supponi oportet, huius aũt comparationem nos esse dicimus. Prætereà modus hic non semper cancellis vniuoci cohibetur, ideò quoq. de hoc eadem dubitatio maneret. Quanquam illud satis probabiliter

Auerroi mihi videtur oppositum de iudicio collationis positæ inter lineā rectam & curuā: is.n.ita secum eas conferebat, ac si recta linea curuaretur: nam sic minus spatij certè occuparet: quandò, etsi non maneret eius forma, cōseruaretur tamen subiectū, nempè interuallum; esset enim id speciē vnam lineæ transferre in alteram: quare non amplius recta, sed circulus cum circulo conferretur. Sed neq. spectari puto solam extentionē, seu productionem quæ cōmuniter in vtraq. linea reperitur; siquidem non intelligo, quid prohibeat, quin motus rectus cum conuersione conferatur: possum.n.ego dicere lineā rectam & curuā in ꝑductione cōuenire quæ, si cōueniant, vel auctore Arist. motus quoq. conuenire oportet. Ideoq. aliud addere necesse est quod tueatur collationē inter lineas; nihilominus nil attineat ad motum. Etenim differentia motuū naturalium à spatij forma, figuraq. accipitur quæ tamen certis quibusdā terminis à quo, & ad quē cōprehenditur. Nunc, si terminos istos à quo.s.& ad quem centrū & circunferentiā ad quæ, & à quibus, aut circū quæ fit motus naturalis, abstrahamus; fieri potest, vt quatenus extentio conferantur vtræq. lineæ, quod fit à mathematicis, dū de tetragonismo disserunt; attamen non sequatur collatio motuū, siquidem non extentio sola, sed terminorū varietas efficiat veras differentias motuū naturalium, & vt paucis explicē animi mei sensum: cōparantur, vt lineæ tantùm, non vt spatia; differentia verò motuum à spatij ratione ducitur, quæ cum in motu bruti ad alimentum, vel directò, vel per anfractus, esset nulla (determinatur.n.finibus motus recti, vel mixti, vt olim docui) proptereà motus illi facti sunt obnoxij collationi. Quòd si Arist. accepit lineas simpliciter, aut spatia significare voluit; aut, quod rectius puto, sic accepit indefinitè, quia satis illi fuerit ea ꝓponere quæ locum dubitationi darent. Sic quoq. alteratio & latio conferri nequeunt, ꝙ vnà non est vtriusq. ratio cōmunis, secundùm quam collatio fiat generis, cùm sint è diuersis prædicamentis. Ita igitur cessat prima difficultas. Quantum verò est de secunda dubitatione: potuerunt hæc animū nostrum ad alterā partem problematis impellere, Tum ꝙ ad interitum cuiusq. accidentis substantia quoq. interiret: Tum etiam ꝙ oē accidens demonstratione concludi posset. Primùm.n.si accipiatur aliquod accidens, aut habet subiectū ꝓprium de prędicamento substantiæ, aut accidentis. si dederis illud; iam habemus quod volumus. ꝙ si secundùm dixeris; eadē rursus quæstio de illo fiet, & sic erit progressus in infinitū, aut tandem venire oportebit ad substantiam. Alterum verò ꝙ omne accidens esset affectio ꝓpria, suoq. subiecto per se & ꝓpriè conueniret, neque tamen interēpto quolibet accidente substantia tollitur, neque demonstrationi accidens oē subiicitur. Equidem censeo primùm accidens esse distribuendum in id quod naturale est, atq. aliud quod est præter naturā; hoc est, in id quod sequitur naturæ ordinem; hūi verò est, quod caussas certas habet, & plurimū fit, ac nisi fiat, id ab impedimento proficiscitur, & est fortuitum: illud aūt rarò euenit, & caussas habet incertas, itaq. nec habet ordinē ad certa subiecta, nec vniuersè inest, nec in cuiusq. speciei constitutione existit. Rursus accidens secundùm naturā sequitur formā, aut materiā, & quoniam materia duplex, aut quæ sub mentē, aut quę sub sensum cadit: ita duplex est accidens, quod pullulat è materia, vel quia consequatur eā quæ mente cōcipitur, ea verò per genus explanatur, aut sensilē quæ constituit indiuiduum; ob eamq. caussam sūt accidentia quæ generi primò tribuantur; alia quæ primò inhęreant speciei, nonnulla quæ insint in indiuiduis. Quæ genus & speciē sectantur, certa sunt, nec eorū actus, aut habilitas vnquam deficit, quæ verò materiæ comitantur, maximā latitudinem adepta sunt, nanq. plus & minus accipiunt, & à substantia separantur: cùm.n.materia sensilis rei ipsius essentiā non cōpleat, illam salua substantia perturbari contingit, vnde accidentia permutantur. Veruntamen hoc accidentiū genus vel in indiuiduo, vel in substantia simpliciter obseruari pōt, nec quicꝙ̄ prohibet, quominus in indiuiduo materiā sensilem consequantur, in substantia verò simpliciter sumpta caussas habeant certas, & eiusmodi quæ per se sint: albedo.n.quæ per accidens in equo existit, & ꝓpter materiā sine qua equus esse potest: tamen in vniuersitate substantiæ certas caussas assecuta est; nimirùm cum minimo opaco lucis copiosæ misturā: indeq. efficitur, vt habeat certum subiectum, licet cōplures species peruagetur, & nomine fortasse vacet. Neq. fortè eadem ratio est albedinis in niue & equo: hic.n.materiam sequit̄ sine controuersia: ibi verò principia, ni fallor, quæ constituunt: quandò in niue multus aër concretus inest ex imperio frigoris, vnde & nix existit, & comitatur albedo, vt quanuis ēt multas speciales caussas habeat, vt in calce calorē, habet tamen vbiq. caussam vniuersalē & primā, licèt in aliquibus ex euento sit in aliis adnexam habeat necessitatem. & hic materiā alibi essentiā formamq. respiciat. Quod ex materia ducit ortū, vagum esse pōt, & per plures species pertinere; idemq. non oīa eiusdē speciei singularia pertentare: tamen & ex his aliquando mens colligit vniuersale, quemadmodum nos in notitia confusa primum esse defendimus. Itaq. duplex vniuersale libentissimè statueremus; alterum quod ex formę conuenientia proximè deriuatur, & ex hac dicimus originē trahere seriem ac distinctionē specierum, & generum quæ constituunt prędicamentū à conuenientia materiæ vniuersale tantum; non necessariò speciē vel genus: aliud aūt est vniuersale ab his, quoniam species & genus præter vniuersitatē significant certū modum quo cōmunicantur subiectis; vniuersale aūt respicit indiuidua solùm. Sed cùm & hoc sit vnius rationis; opinor item secundùm illud fieri posse collationem; neq. negarem quoquo pacto subiici demonstrationi. Ex his efficitur, vt per se & simpliciter accidens illud cōmune sit, & demonstrari ac sciri queat, de hoc aūt, aut illo subiecto non necessariò;

A cessariò; Sic vnum primùm excipiens in iis quæ secundùm naturam insunt, accidentibus vniuocis, ponere nil habet absurdi. At cur non redundat ea conditio, quemadmodũ ante opposuimus? An quoniã duplex materia subiicitur illi accidenti; altera quidẽ qua prima fundatur quæ sæpe nomen non habet, atq. altera in qua inest quidem, sed non per se & primò, verùm aut per genus, aut meritò materiæ sensilis, ideò subiectum illud primum quęrendũ fuit, vt de eo posset statui collatio, quæ aliquid certi præseferret, & videtur Arist. in sua sententia perstitisse, vt caussa methodi persequeretur ea quæ precipuè sunt huiusmodi: sunt verò quæ in specie specialissima conueniunt, & quorum subiectum, & primum scilicet excipiens, & quod ab eo denominatur, habet nomen.

Recensentur summatim regulæ proportionum ab Aristotele constitutę. Cap. XLV.

NARRAVIMVS anteà caussam ob quam cõuersio cum motu recto conferri non possit, sed rectus cum recto solùm, & cũ conuersione conuersio. Quoniã verò consilium nostrũ est agere speciatim de conuersione, iis quæ ipsius ꝓpria sunt, ad eum locũ reiectis, in præsentia de recto dicamus. Profectò de collatione quęsitum est, vt intelligeremus, cur hic motus altero velocior esset, nanq. hoc problema per se ipsum scitu dignũ est in speculatione motus, & caussas habet obscuras, B & controuersiæ plenũ est, atq. dissensionis inter philosophos peritissimos, vt non defuerint etiã, qui Arist. in hac positione reliquerint. Ita verò nos ipsum tractabimus, vt regulas Aristotelicas summa breuitate explanemus, tum deinde nos ad singularũ disquisitionem conferamus. Verùm pro certiore oĩum intelligentia, meminerimus caussas quę ad motus velocitatẽ faciunt, esse multas, sed ex his vnã principem quę vis est mouens; alteram posteriorẽ quæ est principiũ internum; ac tertiã, quę est spatiũ per quod fit motus: hoc verò est mediũ, quod cùm cęteris qualitatibus insignitum sit, fouet, aut impedit motum. accedere possunt & aliç caussæ sociæ, de quibus etiã suprà multa docuimus; veluti figura mobilis, & magnitudo, vicinia atq. distãtia: nam quod vicinius est, plerunq. propriùs, efficacius, & citius agit, q̃ id quod longius abest, profectus item in formis, & siqua alia sunt hũi de quibus item posthàc agetur. Quia verò oĩa hæc cum virtute concurrunt, vel ꝙ adiuuent ipsam, vel ꝙ impediant, ideò solùm fit ab Arist. mentio de virtute, quæ item cùm externa sit, aut interna; cùm interna sit patibilis, quemadmodũ à nobis olim ostensum fuit, eaq. ab alio quod extrà sit, in actum perduci debeat; accipietur & virtus interna, tanq̃ afferens auxilium, ac regulæ de vi motrice externa statuentur: ea verò cum mobili conferetur. At cùm mouens, quatenus hũi, sit actu; mobile verò, quà tale est, obtineat potestatẽ quæcunq. illa sit, siue per se, siue per accidens: actus mouentis cum C mobilis potestate conferetur. Porrò potestas mobilis resistentiæ nomine significari solet, quia verò resistentia notat aliquod impedimentum; oĩa item quæ processum mobilis impediẽt, ad hoc caput non sine caussa referenda erunt. Idcirco ex vna parte ponetur mouens cum oĩbus adiuuantibus, ex altera mobile cum oĩbus impedientibus, quæ tamen ita inter sese habere oporter, vt mouens semper mobili præstet. Neque verò hîc te expectare volo, quod de motu naturali contrariorumq. propensione dictum est, vbi accepimus potestatẽ simpliciter ab actu superari, ꝙ hîc non accipimus potestatẽ naturalem simpliciter, sed illã item quæ latius patet, & ea cõplectitur quæ mouentur contra naturam. proinde actũ mouentis alteri actui qui mobilis est, antecedere oportet. Neque ꝓponitur quęstio simpliciter de vtraq. virtute, sed est quæstio cõposita, cùm sit collatio cõposita ex virtutibus mouentibus, atque mobilibus. Ita.n. virtutes conferentur: quanto.f. hæc virtus moueat hoc, aut aliud mobile magis, q̃ alia. id autem ex effectu quodã spectatur, quòd aut plus spatij, q̃ altera mouet, aut per idem spatium tẽpore breuiore; nam tẽpus & spatium ꝓportione inter se vicissim respondent, vt æqualitate spatij temporisq. ratio par conseruetur in exuperationibus augescat spatiũ tempusue minuatur. Septem verò regulis vniuersa hæc quæstio ab Arist. cõprehensa est, è quibus duæ priores continent exuperationem. Harũ prima talis est. Si qua virtus mouet aliquod mobile per quod D dam spatiũ in certo tẽpore, eadem virtus dimidium mobilis in eodem tẽpore per duplũ spatij mouebit. Altera verò. Eadem virtus mouebit dimidium per idẽ spatium dimidio tempore. Vtriusq. aũt regulę fons idem est, quia cùm secũ congruant vicissim in exuperationibus spatium & tempus, vt proportio conseruetur, aut spatium crescat necesse est, aut decrescat. Proximæ duæ continent rationẽ æqualitatis. Nam primę supponitur hoc; aliquam virtutem mouere quoddã mobile per spatium designatum; eandemq. idem mobile per dimidium spatij mouere: quapropter effici vt ipsum quoq. moueat dimidio temporis. Altera verò statuitur dimidiam virtutẽ, dimidium mobile per idẽ spatium, eodẽ tempore moturam: sic.n. ratio virtutis ad mobile conseruatur, quandoquidem sic se habet dimidiũ virtutis ad dimidiũ mobilis, quemadmodũ tota virtus ad totũ mobile. idem quoq. dicendũ de cęteris partibus ꝓportionalibus vt tertiis, & quartis virtutis & mobilis. Regulę illę quę succedunt his, virtutis diuisionem cõplectuntur, à qua nullã actionẽ proficisci docemur, hoc modo. Nam, si virtus agat mobile per aliquod spatium certo tempore, non necesse est dimidium virtutis idem mobile conciret per dimidium spatij tempore eodem. Neque etiam, quòd dimidia dimidiũ moueat per idem spatium tempore eodẽ, & planè hoc sit haber, quòd in minori nõ ꝓducitur actio necessariò: siquidem in toto pars aliquid præstare possit, quod vbi separata est, neutiquam efficiet.

Vltima continet cõpositionem virtutum hoc pacto. Nam sint duæ virtutes quarum singulę singula mobilia concitent per spatiũ definitum tẽpore præscripto, ac virtutes & mobilia componantur; aio virtutes coniunctas mobilia coniuncta moturas per idẽ spatium eodẽ tempore: quod item ex eadẽ radice pōt originẽ ducere, quia quemadmodũ se habet pars ad partẽ, sic se habet totum ad totum. Quanquàm poterat illud excitare summã admirationem, q̃ cùm videatur esse eadem ꝓportio partium ad partes quæ est totius ad totũ, ea tamen in mouendo non seruaretur, præsertim cum virtutes istæ sint materiatæ atq. diuiduæ, nec non vniformes. Confirmatur, quia si partitio minuit vires in mouente, cur etiam non minuet illas in eo quod mouetur? itaq. minus resistent partes mobilis. si fuerit magnum frustũ carnis, idq. pendat 20. pondo, ac si fieri possit in 20. frusta æqualia diuidat idcirco pendent oĩa 20. P. nec inęqualia quoq. facient eandem summã, sed minorẽ conficient: quasi partiũ virtus, vbi separatæ sint à toto, minuatur: in toto verò sibi mutuas operas præstent: eiq. rei respondet exemplũ Aristotelicum. Centum homines trahere vnam nauim, eius verò centesimam partem singulos, haud quaq̃: diciq. soleat. Virtutem coactam potiorem esse seipsa dispersa. Sic se colligit quispiam magnam plagam illaturus, & in maximis curis nosmet colligere solemus. Neq. enim hoc minus natiua rerum momenta quaquam animi concitationem consequitur, siquidem & in turbidis & tranquillis habeat locum id quod dictum est. Etenim vulgò prædicatur. F

Pluribus intentus non est ad singula sensus.

& in grauissima illa perturbatione quam libidinem vocant, pro remedio partitio consueuit vsurpari, quemadmodum eruditissimus ille amorum doctor admonuit; cuius carmen, quia nobilissimum est, vt interim speculationis arctæ fastidium musis dulcioribus eleuemus, hìc apponere non grauabimur. scribit enim:

Secta bipartito cùm mens discurrit vtroque,
Alterius vires subtrahit alter amor.
Grandia per multos teneantur flumina riuos:
Sectaque subducto stipite flamma perit;

Et idem ab Arist.[a] inij obseruatum quæ sub adspectum cadunt: nam diuisa minora videtur, quã viderentur integra: & augetur quidem numerus diuidendo, sed magnitudo decrescit: est. n. propria magnitudo quantitatis continuę, quatenus huiusmodi quæ per diuisionem tollitur. Sed mea quidem sententia distinguendum adhuc de partibus quantitatis, atq. virtutis, & id partibus quantitatis concedendum, quòd si virtutis partes spectentur facilè defendi poterit regula assignata. Et planè hęc quæ dicuntur ab his, accipiunt virtutem certis contractam qualitatibus propter quas in actione mutatio contingit, vbi magna vis est adiuuantium & impedientium quæ per compositionem & diuisionem magnas admittunt varietates. Ita fit, vt homo & si centesima pars est quantitatis, non sit pars centesima virtutis: & quandoq. pars æqualis magnitudinis est maior pars virtutis, vt cùm duo trahunt vnam cymbam, tertius qui accedit, est ęqualis magnitudinis, sed multo plus efficiẽs, & est plus q̃ tertia pars virtutis. Et componendo crescit virtus, diuidendo minuitur: itaq. nec à centesima quidem parte virtutis agitur pars centesima nauis, nonmodò ab vno homine ex centum, qui eam mouebant vtq. adeò, vt et si sint vniformia mouens & mobile, & eadem sit ratio totius & partium, & agendo & resistendo, nihilominus, nec tantum pars agat in partem, nec pars item à parte patiatur vt totum à toto. Siquidem ratio totius in partibus seorsum conseruatur sanè: sed actio & perpessio positæ sunt in certa proportione agentis ad patiens, ea verò proportio consistit exuperantia quæ nisi fuerit insignis, nihilo plus promouebit, vt monstrauit Arist. lib. de sent. Quamobrem, cũ magnitudo continuè diuidi possit, non necessario verò talis exuperantia retinetur in processu diuisionis: efficitur item, vt vis agendi tollatur à parte, quamuis cætera supersint. Eadem quoq. ratio ineunda est, vbi impedimentum quoddam mobili accedat: nã sic euenit, vt proportio inter partes & totum non seruetur, quam necessariò credimus esse seruandam & quasdam regulas eius. Propterea nihil est quod obiicitur Arist. peccant. n. obiectiones in figura dictionis, dum cõmutant partes virtutis cũ partibus quantitatis, & quod in coniunctione agentis & patientis est positum, in singulis seorsum sumunt. Hæc ad summam de regulis hisce dicta sufficiant. nunc eas diligentius exploremus, & videamus primùm quid de illarum caussis cęteri existimarint.

[a] 18 sect. Probl. 17.

G

H

Aliorum sententiæ de caussis proportionis in velocitate motuum quàm breuissimè recitantur. Cap. XLVI.

NEQVE nobis officit id quod opponitur ex Arist. quoniam caussæ velocitatis & tarditatis maioris sunt exuperatio virtutis & resistentiæ: at vbi exuperatio, ibi diuisio, in cęlis aũt neq. resistẽtia, neq. diuisio: quare neq. magis, aut minus velox. Nam sicuti mouens & mobile sunt alterius rationis ab his nostratib. ita & exuperatio & resistentia: neq. n. est exuperatio corporea; sicut neq. virtus mouens corporea; neq. resistentia propter actum contrarium, sed propter naturam potẽtiæ quæ per seipsam vacat actu ad vbi in aliqua è suis partib. aut siqua sit alia verior eius euẽti caussa de qua suprà dictum est. Nec mirum; quandò ratio diuisionis obiri potest bifariam, vel secundùm molem;

A & talis est diuisio virtutum,quæ corpori inhærent;vel etiam secundùm gradum:& hæc quoq. ratio pertinet per virtutes incorporeas:nanq.vna alteram probè dicitur perfectione superare. Vbi verò est exuperatio,quæcunq. illa fuerit: ibi quoq. rationem diuisionis adesse oportet: cùm exuperans secari debeat in id quod superatur,& in id quo superat. Sed tum accuratè tractabitur istius diuisionis ratio;cùm de rerum perfectione dissereretur:est.n.vt obiter explicem nunc,& actus primus & illius certa participatio,ex qua certè essentiarum gradus emanant quib.diuersæ species efficiuntur;cùm cæteroquin eæ formæ,quæ materiã participant,si plus, aut minus per transmutationem suscipiunt, speciem non immutent,præter admodum paucas,quarum.s.esse se habet in indiuiduum,vt de quibusdam animi affectib. anteà diximus,& alibi de igni glacieq. dicetur : & eæ quæ multæ sub vna specie sunt, necessariò materiatæ sint, atq. corporeæ. Proinde Auerroës excludens incorporea mouentia diuisione,defendetur eo nomine;quia corpoream diuisionem acceperit,quam 7.Phys. verisimile erat ab Arist.fuisse tractatam,ꝙ motior esset nondum compertis illis mouentib. quæ materia vacant, & ad res materiatas primò pertinentib. eiusmodi regulis, analogicè verò ad incorporeas. Attamen & contra regulas ab Arist. allatas,& multa dubitata fuisse scimus,& aliqua sic oppugnata, vt quosdam optimum ducem Arist. scuto abiecto deserere non puduerit : quapropter & complura item ꝓ Arist. nonnulli dicere coacti fuerunt, vt proportionum tractatio propemodum creuerit in immen-B sum. Nam contra primam regulam qua statuebatur id. Si virtus aliqua mouens per stadium vna hora mouet quoddam mobile ; eius item dimidium ab eadem virtute per duo stadia tempore eodem motum iri, sic instabant. Si detur homo quidam,qui ferat pondus centum librarum per totidem stadia vna die,non feret vnam libram eadem die per stadia decem millia: ꝙ fieri nequit,vt tantum iter homo conficiat. Sed eadem ratio seruatur; quoniã ita se habet mobile ad spatium & tempus, vbi diuisum fuerit in dimidia. Præterea,si virtus vt octo, mouet mobile vt quattuor, per spatium vnius stadij vna hora mouebit mobile vt duo, per duo stadia eadem hora : atqui prius mouebat id quod exuperabat vt quattuor,nũc mouet id quod exuperat vt sex:verùm sex ad quattuor habent ꝓportionem sesquialteram. Cùm ergo velocitas sequatur exuperationem virtutis ad resistentiã, augebitur velocitas quæ à sesquialtera virtute proficiscitur,et sesquialtera proportione;cęterùm constat illam esse in dupla;siquidem mobile prius vna hora per vnum stadium ; posteà verò eodem tempore per duo stadia moueretur. Et quanq̃ licet ad hæc dicere virtutem esse vel vniformem , vel organicã & difformem, atq. illam quidem in vniuersis partib. sui similem , ideoq. per se idem semper efficere;alterã verò sui dissimilem variis quoq. modis exerceri, &,vt dici solet,intra se habere quod resi-C stat,ob eamq. rem fatigari : præterea vim motricem (latius sumpta voce mouendi) internam esse & externam ; atq. externam,siquando moueat præter naturam , & ipsam delaxari ; solamq. eam quæ mouet secundùm naturam,siue interna fuerit,siue externa,non affici labore:ac si opus fuerit,infinitè mouere; nunc verò de vniformib. verba fieri quæ secundùm naturam moueant;ita vt quæ de mouentis corporei fatigatione afferuntur ab Arist.pertineant ad motus externos (nisi fortè & aduersorum ratio ponatur in internis,ex qua efficitur, vt proprias formas amittant,& mox functiones quæ formis eiusmodi comitantur) sunt verò certè motiones: ꝙ vt ad hæc primò pertinet motus,ita quoque regulæ quæ de ipso traduntur.tñ,ꝙ iis obseruatis quæ superiore capite narrata fuerũt,adamussim ad alia mouentia possunt aptari: nob.secus videtur esse dicendum; atq. spectandum primò,vndénam ratio velocitatis maioris & exuperationis omnino proximè ducatur. At verò & id à caussa tractari potest,exponendo nimirùm,quęnam sit propria exuperationis illius caussa : atq. ab effectu ex quo tanq̃ signo,talis exuperatio cognoscatur: atq. id cum in motu recto, tum item in conuersione. Verùm ꝙ Arist. de conuersione non meminerat , cùm regulæ istæ traditæ fuerunt : nos de recto quoq. primùm verba faciemus,& eius caussas priore loco scrutabimur. De causis aũt quattuor opiniones à Latinis antiquiorib.defensas fuisse comperio. Primam quidẽ, ꝙ ratio velocitatis accipiatur à proportione,quam inter se habent potẽtiæ motrices;vt qualis sit proportio virtutis ad virtutem,
D talis et sit velocitatis ad velocitatem: verbig. si virtus vt octo,mouet in hora mobile vt duo, per vnũ stadium;virtus vt quattuor,mouet idem mobile;ꝙ in tanto maiore moueat hęc virtus,aut per tanto minus spatium,quanto quattuor minus sunt,q̃ octo; cùm verò octo sit duplum ad quattuor,in duplo item maiore tempore, aut per dimidium spatium mouere debeat. Secunda verò, ꝙ velocitatis ratio ex proportione & resistentia mobilium iudicetur: vt si virtus vt octo,mouet 10. libras; virtus aũt vt quattuor,libras 20. velocius moueantur libræ 10.quàm 20. duplo,quia 20.libræ duplo superant 10. Tertia verò fuit,vt singulæ virtutes cum suis resistentiis cõferantur,vt,si virtus vt octo moueat vnum, idem quoq. moueat virtus vt quattuor, ꝙ velocitas ab octo tanto maior præstetur,q̃to ipsa superat vnum. Cùm igitur quod est octo excellat vnum septem partib.& quod est quattuor,tribus inde velocitatis exuperatio sumatur : vt si octo moueat vnum velocius proportione dupla sesquitertia. Postrema,quam à plerisq. defendi video , talis est , vt ratio velocitatis maioris posita sit in proportione,seu proportionalitate,quæ est duarum collatio rationum,quę quidem proportio ex vna parte intercedit inter mouens & suum mobile,atq. altera inter alterum mouens & mobile sibi respondens, vt si virtus vt octo,moueat mobile vt duo,virtus aũt vt sex,mobile vt tria , quarũ prior quidem quadrupla est,posterior autem dupla ; quia quadruplum ad duplum rationem obtinet du-
pli:

pli : ſic ab ea quæ eſt vt octo, duplo velocior motus efficiatur aduerſus duo , quàm ab ea quæ eſt vt E
ſex , aduerſus tria.

Nonnullæ è ſententijs ſuperioribus de motuum exuperatione confutantur. Cap. XLVII.

HAEC antiquiores Latini profeſsi ſunt. Ceterùm munus noſtrum eſt omnia diligentius explorare; ſic tamen, vt, non quemadmodum complures ex his tranſilientes de phyſicis in mathematica fecerunt; ſed quantum ad rem noſtram in præſentia pertinet, vt ſaltem ratio perſpiciatur, propter quam in vnam ex iis ſententiis ceſſerimus, & eorũ ſcriptis ex his quæ mox dicentur, aliqua lux afferatur. Nam ꝙ prima illa ſententia defendi nequeat. Nempe ꝙ velocitatis ratio ſumatur à ꝓportione, quæ inter potentias motrices intercedit. hoc accepto nob. eſt facilè demonſtrare. Etenim motui, ſiue actioni ſupponitur exuperatio virtutis ad mobile, atq. adeò, vt ſi æquarũ viriũ fuerint, mouens agendo, mobile aũt renitendo; nulla ſanè actio producatur: multoq. minus, ſi mouens habuerit minorem vim: quæ ſanè perſpicuè ſequerentur, ſi à proportione poteſtatum motricium, quã inter ſe habent, velocitatis ratio ſumeretur. Primùm quidem fingere licet, ſiqua poteſtas mouet quodlibet: idem aliam quampiam mouere poſſe duplo tardius. Sed accipiamus quattuor mouere duo, ſi F
tardius hęc duplo mouenda ſunt, ergo mouenda erunt à poteſtate, quæ ſit vt duo. Igitur ab æquali actio naſcetur. Rurſus ſi fingamus virtutẽ vt ſex, mouere mobile vt quattuor, idemq. duplo tardius moueri queat; profectò à duplo minore virtute moueri illud oportebit, q̃ fuerint ſex. Erit igitur virtus vt tria; ſic actio producetur à minori. Neq. item defendi poteſt opinio ſecunda: erat aũt hæc, vt velocitatis ratio ſumeretur à proportione mobilium. Nanq. aut ab æquali itidem actio naſceretur, aut non eſſet ea reſiſtentium proportio quæ regulæ ſupponitur. Etenim duo ſint, quæ moueantur à quattuor, nil prohibet certè eãdem potentiam poſſe mouere duplo tardius aliud mobile. quęrimus nunc, an illud mobile ſit duplo maius, an non : ſi primum dederis: cùm eius duplum ſit quattuor, à quattuor actio proficiſcitur in quattuor: igitur ab ęquali: ſi verò negaueris; ergo non ſeruabitur ratio proportionum inter reſiſtentias & mobilia; præterq̃ ꝙ motus etiam à minori proficiſci poſſet: vt ſi ſex moueant quattuor, eademq. aliud mobile duplo tardius mouere poſsint; hoc etiam ſciſcitabor, an'ne duplum ad quattuor futurum ſit, nec'ne. ſi negaueris: certè ratio par non erit velocitatis & reſiſtentiæ. ſi dederis: igitur à ſex, quod eſt minus, actio permanabit ad octo, quod eſt maius. Nulla quoq. cauſſa nos impellit ad tertiam approbandam, quæ fuit huiuſmodi : vt virtutes cum reſiſtentiis conferrentur, & arithmetica proportio ſeruaretur. Hîc ego ſtatuo duas ex omnib. proportionũ G
ſpecies, geometricam. ſ. & arithmeticam, & eas ita ſeparo. ꝙ in geometrica ſumantur exuperationes proportione pares, vt eas quę eſt inter duo, quattuor, & octo. nam poſterius ſemper eſt duplum proximè pręcedentis. In arithmetica verò exuperatio ſemper eſt æqualis quantitatis, vt duo, quattuor ſex. nam ſemper exũperant duo. Igitur tertia ſententia dimiſſa proportione geometrica quæ proportionum æqualitate conſiſtit, arithmeticam ſumit quæ accipit exuperationes quantitate pares. In primis. n. ab Ariſt. poſitum eſt; ſiqua potentia mouet aliquod mobile, dimidium mobilis illius æqua velocitate mouere poſſe; hoc eſt, in eodem tempore per idem ſpatium. Verùm ſi arithmetica proportio ſeruaretur, vt aliqui cenſent; dimidium virtutis mouere non poſſet dimidium mobilis æquè velociter; hoc tñ falſum eſſe conſtat: ſiquidem exuperatio, qua quattuor ſuperant duo, non eſt illi æqualis qua duo ſuperant vnum, cùm prima illa exuperatio duorum ſit, vnius aũt poſterior. Quia verò ſæpe fit, vt ratio nos fallat: quandò non raro euenit, vt eius principia, ꝙ vniuerſa nimium diſtent à ſenſib. neq. ſe ſatis prodant in reb. cum materia coniunctis: quamobrem & in phyſicis experientia cõfirmari illa oporteat; in hac re quoq. ſuccurrit experientia, qua propoſitum pateat. Nam ſi centum homines pellant vnam nauim magnam, & vnus ad illos accedat, parùm quidem ad poteſtatem illã priorem adiungetur; at ſi parua nauicula fuerit, & quæ à duob. pelli queat, vno ſuperueniente magnum ſanè momentum accedet & fortaſſe nauicula non in ſeſquialtera, ſed multò ẽt maiore proportione mouebitur; & tamen exuperatio in vtroq. motu paris eſt quantitatis. Quapropter id ſolùm reſtat, vt in regulis huiuſmodi proportionem ſeruetur generatim proportio geometrica, eaq́. non pura ſimplexq́. ſit, vt inter virtutes & mobilia ſeorſum; ſed compoſita, quam Geometræ propriè vocãt analogiam: conſtat aũt è duab. rationib. quæ ſunt inter vnum mouens & vnum mobile ex vna parte, atq. alterum mouens, & id quod ab eo mouetur ex altera: veluti ſi potentia quædam ſuũ mobile ſuperat duplo, & altera ſuum ipſius triplo : proportio velocitatis compoſita fit ex ratione tripli ad duplum, quæ eſt ſeſquialtera. Quamobrem in ſeſquialtera proportione mobile à potentia, quę tripla eſt: velocius agitabitur, q̃ ab ea, quæ eſt dupla. Nanq. hunc ego canonem obſeruo in inuenienda comparatione proportionum, & iis multiplicandis, vt ſciam quid ex duplo, aut triplo colligatur ſtatuo primùm terminos ſeorſum virtutis vnius mouẽtis & mobilis ipſi reſpondentis. vt A. mouentis, quæ eſt 4 & B. mobilis, quod eſt 2. deinde C. mouentis, quam pono eſſe 12. ad D. mobile, quod eſt 4. Noto exuperantiam ſingularum proportionum: video primam eſſe duplam & ideò ſigno 2. alteram triplam, quam ſigno 3. Ergo illa eſt differentia inter proportionem quattuor ad duo & pro-

portionem

portionem duodecim ad quattuor, quæ est inter duo & tria: nanq. est subsesquialtera. Similiter si A voluero multiplicare: accipio duplum, vt octo ad duo, aut si triplicare accipio triplũ, vt 12. ad duo, ac video proportionem duplicatam efficere duplum: quod ex eo perspicio, cùm multiplico numeros, quib. proportiones notantur, inuicem. vt vbi est proportio duorum ad tria, efficio sex: vbi quattuor ad tria, efficio duodecim, vbi sex ad tria, efficio decem & octo. & ex totidem vicib. quot numerus minor in maiore continetur cum residuorum denominatione, si adsint, vt fit in diuisionib. de cuiuslibet proportionis exuperatione & denominatione iudicium facio. Neq. hęc ego considero, quãtum ratio mathematica patitur: nã sæpe in mathematicis est insignis exuperatio, quæ nulla est apud Physicum. vt 20. multa sunt apud mathematicum, sed apud naturalem 20. grana mihi in augendo pondere nihil omnino sunt. Itaq. non exactè singula expendere oportebit, & sat erit, si quantum tolerat sensus, aëre iudicium in iis statuendis adhibeatur accuratione dimissa mathematicis.

Defenditur à nonnullis obiectionibus sententia, quam ipsi de velocitatis caussa profitemur. Cap. XLIIX.

B VISVM est hactenus quemadmodum comparatio cum generatim, tum ẽt speciatim sit accipienda à philosopho naturali; & illud præcipuè consideratum, quo pacto motus inter se conferri debeant, & regulę indicatæ, quibus proportio motuum ab Arist. dispensatur; quicquid Latini nostri pro Arist. aut contrà dicant: nec quicq̃ prætermissum, quod in hoc argumento dictum fuerit animaduersione dignum ab iis qui Peripateticos se esse & dici volunt: & singula sic ad calculos reuocata, quantum tamen rerum physicorum natura tolerat, vt omnis obscuritas è medio sublata fuerit: & quod verè difficillimum fuerat explicata, de collatione rotundę & rectę lineæ peractum, vt nihil omnino quærendum supersit, quippe ꝙ Arist. persecutus sit angustam rationem collationis quæ solùm est eorum quæ in vltima specie conueniunt, ideòq. nonnunq̃ eam ex linearum genere sustulerit quæ tum quomodocunq. illos amplecteretur, vt ẽt ad diuersa principiorum genera pertineret, veluti constat apertissimè de facultatib. actuosis & patibilib. Attamen & his datis non desunt, quæ contra has regulas afferri soleant, quib. ita nonnullos implicitos fuisse perspicimus, vt earũ quasdam repudiarint, & vitium in Aristotelica scriptura latêre sint suspicati. Proinde nos singula lustremus, vt plagas istas ab Arist. nostro repellamus. Fac igitur ita quoq. proportiones æstimari, quẽadmodũ diximus: liquidò constat regulam secundo loco allatam, erat aũt huiusmodi. Si mouens mouet aliquod mobile certo quodam tempore & per spatium designatum, fore vt idem moueat dimidium C mobilis eiusdem per idem spatium in dimidio temporis, quod est duplo velocius: constat, inquàm, hanc regulam non esse satis firmam. Ad hoc verò probandum accipiamus ex Geometricis, atq. ad hypotheseon intelligentiam statuamus proportionem esse, vel æqualitatis, vel inæqualitatis; & huius quidem maioris, vel minoris: ea proportio dicitur ęqualitatis, quę est duorum æqualium ad inuicem habitudo, sicuti vnius ad vnum & duorum ad duo, inæqualitatis autem duorum inęqualiũ, veluti quattuor ad duo, quæ est dupla, aut trium ad vnum, quæ est tripla. & hæc quidem est inæqualitatis maioris, eorum verò, quorum illa dupla aut tripla sunt, subdupla. s. aut subtripla sunt inæqualitatis minoris. Nunc, si fuerit quorundam extremorum inter se proportio maioris inæqualitatis interiecto medio, vel vno, vel plurib. quorum ad vtrunq. extremorum fuerit. aliqua proportio ad minus quidem maior, ad maius verò minor, exoritur proportio extremi ad extremum composita ex proportione extremi ad medium, & mediorum, si plura fuerint inter se, & mediorum ad extremũ: vtpura, si quattuor termini sumantur. 8. 4. 2. 1. proportio octo ad vnum est composita ex proportione octo ad quattuor, & quattuor ad duo, & duorum ad vnum. Præterea si fuerit aliqua proportio ex duab. proportionib. æqualib. absolutè composita, ad qualibet istarum est dupla, similiq. ratione si ex trib. est tripla. vt in decem & octo, sex & duob. nam duo ter efficiunt sex: ter sex efficiunt D 18. Insuper, si fuerit aliqua proportio composita ex plurib proportionib. inæqualibus ad minorem obtinet maiorem proportionem, ad maiorem verò minorem. Quamobrem cùm proportio octo ad duo componatur ex proportione octo ad sex & ex proportione sex ad duo: proportio verò octo ad sex sit minor, vtpote sesquitertia, q̃ sex ad duo, quæ est tripla: proportio octo ad duo est maior, q̃ dupla ad proportionẽ octo ad sex, & minor, q̃ dupla ad proportionem sex ad duo. His ita positis obijcitur Arist. Si A potentia motrix mouet B. mobile, non oportet ipsam mouere dimidium eius absolutè duplo velocius. Nam sit A vt sex & B vt quattuor & C dimidium sit duo. Ergo ex priore hypothesi proportio A ad C composita est ex proportione A ad B & B ad C. Sed ex proportione minori A ad B q̃ B ad C. idcirco sequitur ex hypothesi 3. proportionem A ad C esse maiorem, q̃ duplã A ad B. & minorem, q̃ duplam B ad C. Cùm igitur velocitatum proportio sit quemadmodum ratio proportionum: velocitas ergo, qua A mouet C, est maior, q̃ dupla ad velocitatem, qua A mouet B. Neq. item satis firma est regula 7. qua constituitur pares esse vires compositorum tùm ex mouentibus, tum etiam ex resistentibus iis, ex quib. componuntur. Nam fingat hoc loco aliquis esse compositas grauitatem & leuitatem, quarum certa sit virtus: non ideo sequitur, ꝙ æqua velocitate moueant ea quę componuntur ex ipsis, immo se vicissim impedient. Secũdò sint A & B duæ portiones ignis æquales,

æquales,& in aëre ascendant æquè velociter,eędem postmodò coniungantur: quandò maius corpus minore secundùm naturam cietur velocius;ergo & coniunctæ illæ portiones ignis velocius agētur. Primæ illi obiectioni maximè attributum fuisse intelligo, vtpote quæ indissolubilis existimata fuerit. Mihi verò videtur in ea pseudographus esse commissus, & continere fallaciam ex figura dictionis: Etenim esto ꝙ in numeris absolutè, & mathematicè sumptis proportio A ad C sit composita ex proportione A ad B,& B ad C. & ita efficiatur, vt voluit opponens: at ratio variatur in materia: quippe ꝙ proportio A ad B ex proportio mouentis ad mobile; proportio verò B ad C est proportio mobilis ad mobile,& ex proportione mobilis ad mobile infertur proportio mouentis ad mobile: debuit autem inferri ex proportione alterius virtutis,aut alterius habitudinis ad alterum mobile hoc pacto.Si A mouet B & C. est dimidium B. ꝙ A mouet B duplo minore velocitate q̃ C. ꝙ ad B. habet proportionem, vtputa,duplam,ad C. verò quadruplam.& ita Arist.regula conseruatur:cùmque proportio à mouente ad mobile transferatur, erit ergo pseudographus & fallacia ex figura dictionis. Secunda sic tollitur,cùm.n.grauitas cum leuitate componitur,ea sumuntur,quæ sunt diuerse rationis; at Arist. in regula sumit,&,quæ sunt eiusmodi, vt æquę resistant impellenti ad certum quendam locum. Magnę verò deliberationis est, quæ ratio nob. ineunda sit tollendi tertiam dubitationem. Nam siue accipiamus motus naturales,seu præter naturam, & in illis natura efficacius operatur; & in his collecta plus habent virium ad resistendum, ideoq. velocius collecta mouebuntur secundùm naturam,quàm separata, tardius autem illa quæ præter naturam mouebuntur.Neq. satis placet quod in medio attulit Achillinus,qui vel confugit ad medium,vel ad figuras mobilium. Namq. vbi ait medio id esse tribuendum in proposito nostro, quia magis resistit duob, q̃ vni, non videt id etiam valere,si maius corpus accipiatur, & tamen agitur velocius secūdùm naturam, quod maius est.Figuræ verò sunt accidentia, quorum in hoc loco nulla ratio habenda est.Itaq. audebo dicere,in illa obiectione simpliciter acceptum fuisse,quod cum conditione ac lege,sumendum fuit:habetur.n.sola ratio mobilium,& resistentię vires seorsum expenduntur: at oportuit item habere rationem mouentium: nam sicut in resistendo & patiendo plus possunt,vbi collecta fuerint;sic & mouentia collecta plus possunt,q̃ segregata. Proinde ex ea compositione, cùm pro rata portione vires & mouentis & mobilis,illius quidem agendo,huius autem resistēdo crescant, efficitur,vt paritas velocitatis conseruetur. At hoc,inquies,locum non habet in motu naturali; quia crescunt vires & sine dubio resistentia minuitur: Adde etiam in motu præter naturam, quia maior conatus adhibendus est in principio,q̃ in progressu; eius euenti certa est caussa,ꝙ manens habet vim oppositi ad id quod mouetur: cùm igitur ab initio sit absolutè manens,& quasi summè contrarium,minus afficitur.Cæterùm nos iam rem in motu spectamus. Sed illud ēt credimus in regulis Arist.obseruandum,vt virtutis mouentis & resistentiæ sola ratio habeatur;ac statuatur vtrorumq. vires ex æquo conseruari; & motus eius susceptam fuisse considerationem,qui manifestè fit ab alio:ꝙ in eo maiorem euidentiam regulæ institutæ obtinerent.quomodocunq. tamen valere posita virium mouentium, resistentiumq. paritate. Quapropter ēt cùm olim oppositum est contra primā regulam Socratem non laturum aliquod pondus per duplum spatium: peccatum est, ꝙ in processu motus vires non conseruantur,secunda autem obiectio sumebat exuperantiam proportionū more Arithmetico,cuius nullus omnino est vsus, in præsente negotio ꝙ si more nostro accipiatur, iam res ipsa constat. Nam sit proportio A ad B.dupla, & moueat A ipsum B per vnum stadium hora vna: accipiatur dimidium B,quod est C.cùm proportio A ad B sit duo;ad C verò quattuor: quoniam quattuor ad duo sunt in dupla proportione,liquet ēt A moturum esse C vel duplo velocius,vel per interuallum duplo maius.Hac ergo via defendi posse arbitror regulas ab Aristotele 7. Phys.traditas, Nunc, siquæ aliæ restant mox aduertentur.

Examinantur alię regulæ quas aut contra Aristotelem, aut ex Aristotele ipso Latini statuerunt. *Cap. XLIX.*

VARII modi quibus Latini ꝓportionum rationes statuerunt,in caussa quoq. fuere, vt multas regulas,proponerent quarum ope de motuū velocitate iudicium ferre possemus. Eas, ꝙ fallacibus fundamentis innituntur; plerunq. falsas esse contingit,ac si quę sint veræ,sunt hūi per accidens. Itaq. ne generatim repudiemus oēs, néue indiscriminatim accipiamus, & aliquam rationem afferre valeamus,qua consilium nostrū probetur;vtile ēt fore putauimus illas hoc loco recensere,& singularum vitia detegere. Nanq. Albertus Saxon mathematicè ꝓportionem sumens,vt suprà declarauimus,has item ad Aristotelicas adiunxit, In primis, Si A potentia mouet B mobile, non esse necessarium,ꝙ A si duplicetur, moueat idē mobile duplo velocius: videtur aūt sic distinxisse hanc regulam. Vbi mouens A non habuerit duplā proportionē ad B mobile,nunq̃ euenire,vt duplo velocius moueat; solùm verò duplo velocius mouere posse,si mouens habeat ad mobile duplam proportionem,aut,si generaliorem sententiā poscis,vbi sit æqualis exuperantia terminorum,vel dupla sit,vel tripla,vel quadrupla in immensum. Caussa talis afferebatur ab eo viro. Sit.n.A, mouens vt 4.& B mobile vt tria,& A dupliciter,ac fiat 8.quia ꝓportio octo ad tria cōponitur ex proportione

A 8. ad 4. vt maiori & 4. ad 3. vt minori. Itaq. proportio 8. ad 3. maior est q̃ dupla ad proportionem quattuor ad 3. Nam si fuerit aliqua ꝓportio cōposita ex duabus proportionibus inęqualibus, supra minoꝛē obtinet maiorem ꝓportionem, supra maiorem verò minorem. Cùm igit proportio octo ad quattuor sit maior q̃ quattuor ad tria: ergo ꝓportio octo ad tria est maior, q̃ dupla ad proportionem quattuor ad tria. Verùm si fuerit ꝓportio mouentis ad mobile in dupla proportione, etiā virtus illa, si ingeminetur, duplo velocius mouebit. Nanq. vbi proportio cōponatur ex duabus proportionibus æqualibus proportio ad eas oēs proportiones, ex quibus cōponitur, est absolutè similis, vt dupla, tripla, aut quadrupla. Vides.n. solius quantitatis haberi rationē nullam virtutis; nec non iis obseruatis quæ nos anteà tradidimus, cognosces ita euenire, quæ volumus. Etenim si ꝓportio duplicetur, quemadmodum accepit iste auctor, semper efficiet motum duplo velociore. Sit.n. A mouens vt 4. & B mobile vt tria. quod facit proportionem sesquitertiam: duplicentur 4. & fiant 8. hæc ad tria sunt in proportione dupla superbipartiente tertias. Et in ea, in qua dupla proportio sumitur, id per accidens euenit, si ita supputemus, vt homo ille: nobis item res pari ratione succedet copulando mouentiū proportiones cum suis resistentiis, vt olim docuimus. Eodem vitio laborant & illę regulę. Si fuerit potentia motoris in proportione maiore, q̃ dupla ad suum mobile, eadē potentia mouet dimidium mobilis minus, q̃ duplo velocius. Consimiliq. modo, si potentia duplicetur, mouebit minus q̃ duplo velocius. Eadem vtriusq. regulæ fundamenta: quandoquidem. ponat

B A potentia mouens vt sex, & B mobile vt duo. C. dimidium vt vnum. quia proportio A ad C componitur ex proportione A ad B, tanq̃ ex parte maiori, & B ad C, tanq̃ ex parte minori, ergo eadem proportio minus est q̃ dupla ad proportionem A ad B. Alterum quoq. facile demonstratur. Nam sit A potentia, vt 6. & B mobile vt 2. duplicetur potentia C & fiat 12. Cùm proportio C ad B sit composita ex ꝓportione A ad B, vt ex parte maiore, nēpè tripla, & ex ꝓportione C. ad A vt ex parte minore, quia dupla proportio C ad B. maior est q̃ dupla ad proportionem C ad A, & minor est q̃ dupla ad proportionem A ad B. Cęterùm & hîc si nobiscum progrediaris, rem perpetuò cōstare perspicies. Nam sex ad duo se habet vt tria ad vnum; ad vnū verò se habet vt sex: at sex est duplū. Similiter sex ad duo est in tripla proportione 12. ad duo in sexcupla; ergo duplo plus. Ex eodem errore & illa pullulant. Si fuerit minor proportio mouentis q̃ dupla; mouebit dimidium mobilis plus q̃ duplo velocius. & eodem propè modo. Si ingeminetur ea virtus, ocyus mouebit plus quàm duplo. Prioris hæc caussa erat, quia sit A potentia mouens vt 6. & mobile ipsi respondens vt 4. & C. dimidium mobilis sit duo: tum proportio A. ad C maior est ex hypothesi tertia, q̃ duplo proportione A ad B. & planè non dissimili ratione, si ponamus A mouens vt 4. B mobile, vt 3. & potentia duplicata fiat octo; cùm sit maior proportio octo ad quattuor quippe dupla, q̃ quattuor ad tria,

C quæ est sesquitertia. ergo ex antedictis proportio C duplicatæ potentiæ maior erit, q̃ dupla ad proportionem A ad B. Sed & hoc loco nostra ratione insistentibus apparebit, vt debita proportio conseruetur. Nanq. 6. ad quattuor est in sesquialtera, ad duo est tripla: nunc tripla est dupla sesquialteræ. Similiter si potentia duplicetur & accipiantur 4. & 8. vt potentiæ & mobile vt tria; cùm quattuor ad tria sit in sesquitertia octo ad tria duplum erit: quoniam erit vt superbipartiens tertias. Verumenimuerò admodum vereor, ne tertia illa hypothesis, cui plurimum confidunt sit vniuersalis, & necessaria. siquidem in ea proportione, quam vltimò accipiunt, non est maior proportio C ad B. q̃ dupla ad proportionem A ad B. Neq. item proportio A. 6. ad C. 2. maior est q̃ duplo ꝓportione sex ad 4. cùm sit triplæ ad sesquialteram. Proinde has regulas oīno reiicimus & Aristotelicas approbamus. Illam planè recipimus. Si A mouet C aliqua velocitate, & B mouet D. velocitate maiore, à duobus mouentibus A & B effici motum, cuius velocitas quædam sit media, quæ non adæquet velocitatem, quæ nascitur à B. superet autem velocitatem, quæ proficiscitur ab A. vt si A moueat C in ea velocitate quæ est, vt octo ad 2. & B moueat D in ea, quę est vt 6. ad 3. quod constat ex A B ad id quod cōponitur ex C D, cùm se habeat vt 14. ad 5. erit in ꝓportione dupla superpartiente 4. quintas, quæ sanè minor erit, q̃ octo ad duo, quæ est quadrupla & quattuor quintis maior,

D quàm dupla. Non obstat aūt id quod sibi ipsi obiicit Achillinus. Sit A potentiæ, vt sex, & resistentiæ vt duo, & B potentiæ vt sex, & resistentiæ vt tria: accedat autem mediū, quod sit vt vnum. cùm A moueat in dupla proportione & B in proportione sesquialtera: tamen A & B collecta mouebūt ita velociter, vt A mouebat B. nimirùm in proportione dupla, quia potentiæ mouentes sunt vt 12. resistentes 6. ꝙ quinque efficiunt resistentiam, cui si accedat medium vt vnum: sex erit, quod resistentiæ locum occupabit. est verò proportio dupla. propterea consequetur, vt eadē velocitate moueat quod maius est, atq. id quod minus. Optimè vir ille magni iudicij, quoniam medium bis numerare oportet, semel.s. in vtraq. collatione. Nos facilius supputamus, addentes medium resistentię, sic facimus priorem resistentiā vt quattuor, & est inde ꝓportio sesquialtera, & alteram vt tria, atq. ita est ꝓportio dupla: compositæ efficiunt superpartientem quinque septimas. cùm sit vt 12. ad 7. Hæc generaliter de regulis Aristotelicis dicta sufficiant. Nanq. ea quæ de cremento motuum difformi solent apponi, etiam supradictis regulis subiici facillimè dederim: dummodò nos in cancellis naturæ contineamus, & incrementū motus ad iudicium sensus accommodemus, & infinitum in eo ponamus, quemadmodum monstrauit Arist. 6. Phys. potestate non actu, ac diuidēdo retineamus exuperantiam

perantiam talem ad mobile, quę sit insignis, & motum queat efficere: neque.n.ab omni exuperãtia producitur motus: nam si mille vini cadis vnam, aut duas ad sũmum guttas adieceris, nihilo plus trutinam inclinabunt, ac si nihil accesserit. Etenim quæuis exuperantia siue imminutio vel ex parte virtutis, vel ex parte resistentiæ cum adiuuantibus accipitur, & illis certo termino imposito rõ ducitur, vt si mediũ difforme ponatur, cùm eius latitudo sit ab vno ad octo (sic.n.in pręsentia fingamus) siquando peruenerit ad duo: tunc vnum additur resistentię, & minuitur ꝓportio potentiæ mouentis ad mobile, quia si prius se habuerat vt quinq. ad 3. quæ est proportio superbipartiẽs tertias; mox se habeat vt quinq. ad quattuor, quæ est proportio sesquiquarta, quæ superatur ab altera 5. duodecimis. Sic etiam si in progressu quidquam opis extrinsecùs adiungatur ad virtutem, veluti in proiectorum motu constituimus; id determinatũ statuetur, & cum virtute numerabitur, itaq. maior erit ꝓportio virtutis ad resistentiã mobilis. Differentiæ verò cum virtutis mouentis, tum etiam resistentiæ sensiles perpetuò ponentur. Eadem ratio conseruanda erit in exquirenda velocitate auctionis & alterationis, &, si quo pacto temporis est obnoxia generatio, siue per se, vt nos ipsi decreuimus, seu per accidens, & alterationis adnexæ beneficio, vt alij ferunt, nihil oĩno refert, dũmodo ea in his collationibus accipiantur quæ per se concurrunt; illa repudientur quæ insunt per accidens. Nam verbigratia, certi sunt termini qualitatis & formæ quos vltra citraúe consistere non potest: hîc neque duplum virtutis duplo plus alterabit, sed aut molietur interitum, aut de tempore solo immutabit. Nec quidquam fortè dimidium faciet, quando non superabit adeò resistentiam, vt afferat aliquod momentum. Neque illa obstant, ꝙ si agens & patiens summè contraria ponantur, infinita velocitas in alteratione futura sit: quoniam qualitas resistens ad non gradum vsq. deducitur, nec tamen qualitas infinita generatur. Tum etiam ꝙ si ponatur A alterãs vt octo in ꝓportione dupla ad B resistentiam, & C. 6. in eadem ꝓportione ad resistentiam D. in tempore æquali sibi assimilabunt ea quæ patiuntur. A quidem quattuor gradus inducens; C verò sex, siquidem æquè dominantur: attamen alteratio non ꝓcedit æqualiter, cùm à maiore virtute efficiatur vt octo, à minore verò vt sex. Proptereaꝙ ad illud primum ita dicam: tametsi à summo ad nõ ens deducitur, interualla quę per motum cõparantur, & sensui subiacent, sunt finita; non secus àc facta esse in motu quæ sanè infinitatem habent in potentia, sunt verò actu finita: quapropter etiam finita velocitas, & qualitas item quæ producitur, est finita. atq. ad alterum respondebo, primùm assimilationem esse consequens: est enim relatio quæ comitatur qualitati, quæ sanè in cõparatione motuũ non respicitur, sed vna qualitate spectata, dico sicut in latione consideratur spatium, atq. idem vel æquali, vel inæquali tẽpore à diuersis exuperantiis absoluitur, aut eodem tẽpore constituto spatium variatur: sic in collatione ꝓposita spatium sumitur. etenim latitudo in alteratione respondet spatio per quod res secundùm locum mouetur: idq. idem non est, cùm vnius sit vt quattuor, alterius vt tria: quamobrem restat, vt eodem tpe conseruato quod est duplum, efficiat duplum: sic octo agens in quattuor efficiet duplum, & sex agens in tria consimiliter, & hoc modo proportio permanebit. Eadem quoque valere dicimus in incrementum posito eius termino certa forma naturali (quanquam omnes istæ regulæ accipiũt illã analogiã quam præstat producẽdo natura) atq. illa facilè tollunť quæ solent opponi. Primùm effici, ne vniformiter quicquam augeri posset, quia cùm sit certus incrementi terminus, & certa quantitas; cùm ibi sit infinitè parua pars: ergo infinitè velociter excreuisset, & tamen incremẽtum esset finitum. Deinde quoniam pedale magno, aut paruo accedens mirum in modum proportiones immutat, magnã proportionem faciens in paruo, & contrà paruam in magno. siquidem ad primum respondeo infinitè paruum non esse, nisi in potentia; quare nec velocitas infinitè crescit, quæ terminos in actu poscit. Et secundùm sic diluo, ꝙ omne id quod accipitur ab eorum proportione quæ accesserunt ad id cui facta est accessio, extrinsecum est, neq. spectatur in nostris regulis. illius proportionis ratio duntaxat habetur quæ fundatur partibus quæ accedunt, vt bicubitum in tanto tempore accedet huic quanto, & hæc virtus in hoc tempore addet bicubitum, cuius dimidiũ in eodem tempore vnum cubitum duntaxat apponebat. sic æqualiter, aut inæqualiter ex eo quod apponetur, de incrementi proportione iudicium fiet. Hæc dę proportionũ caussis est nostra sñia.

Vnde velocitas motus in spatio iudicetur, & ex quo potentię atq. impotentię termini constituendi sint. Caput L.

HACTENVS expositæ caussæ velocitatis in motu, & quæ'nam velociorem ipsum efficiant, & vnde exuperantia tanq̃ à caussa petenda. restat nunc vt regulę tradantur, quibus in spatio motũ vnum altero celerius peractum fuisse cognoscamus, & alia subscribamus quæ huius ordinis esse censentur. Sed cùm spatium oẽ à corpore oppletum sit; cùm etiam spatium sit locus in potentia; idemq. vt terminus corporis ambiẽtis, & superficies; etiam linea designetur quæ terminis motus includitur & cohibetur: profectò spatium non esse corpus, aut cõtinere tres dimensiones satis ostensum est lib. 4. Tum etiam probari potest hoc, ꝙ dimidium non moueretur ita velociter sicut totum, quia tantæ magnitudinis non esset spatiũ quod describeretur à dimidio, quantæ est spatium, quod describitur à toto. Eadem quoq. ratio valet ad ostendendum neque superficie celeritatẽ motus

A tus terminari: quamobrem superest, vt linea termine tur, & cùm de motu recto verba nunc faciamus, statuemus lineam rectam. Porrò cùm in linea duo considerari queant, extentio nimirùm, & termini; neq. ex extentione sola, neque ex vnis terminis iudiciũ de celeritate motus fieri potest: nã motus & locus vtroq. consistunt. Ergo in hac collatione vtrunq. sumi oportet. Igitur aut ex toto spatio quod certis terminis continetur, velocitas motus iudicabitur, aut ex spatij parte. Non videtur aũt peti iudicium à toto spatio. Nam, si duo sint corpora inæqualia longitudinis inæqualis, & ab alteris extremis sint in eodem termino à quo, & debeant in eodẽ tempore peruenire ad eundem terminum ad quem per idem spatiũ, non dubium est, quin maius spatiũ à minore corpore permetiendum sit: ergo velocius mouebitur. Etenim velocius illud esse constat, quod idẽ spatium in minore tẽpore, aut quod in eodẽ tempore maius spatium conficit. Ob id etiã neq. ex parte spatij velocitas iudicanda; potest.n. esse idem spatiũ quod tardius, aut velocius à mobili peragretur. Superest igitur, vt ex aliquo pũcto, quod est in mobili per certum spatiũ nota velocitatis accipiatur, aut hoc punctum extremũ est, aut non extremum, atq. id vel quodlibet, vel medium. neq. sanè quodlibet: quandò fieri posset, vt eodem tenore motus, conseruato idem mobile, velocius moueretur, vt si in magnitudine A B C. punctum B sumeretur vicinius puncto C. quàm A. & A punctum attingeret terminum ad quẽ, quia magis distaret à termino ad quem, q̃ si mobile attingeret eundem terminũ

B à puncto C, tardius expeditus fuisset motus, si A respiceret terminum ad quem, q̃ si eundem respiceret C. quod est absurdum. De medio dubitari potuit, siquidem non videatur factus fuisse mot⁹ corporis, nisi eius centrũ mutet locum: itaq. 1. de Ortu, extentio corporis, & amplificatio ad oẽs loci differentias in motibus non numerantur, quia permanet idem centrum. Quapropter aliqui ex centro iudicium de motu faciendum esse putant, quemadmodum verò cẽtrum accipiendum sit in grauibus (etenim leuia fugiunt sensus) mathematici ipsi docent, dum corpus mobile liberè suspẽdi iubent, & à suspensionis signo filum cum perpendiculo dimitti, notariq. lineæ quam filũ in corpore designat: deinde rursus ex alio puncto suspendi idem corpus, à quo rursus filum cum perpendiculo dimittatur, notata item linea fili in eodem corpore. Cùm igitur quomodocunq. pendeat corpus, in illa linea quæ ad centrum mundi vergit centrum grauitatis repeciatur; necesse est centrũ grauitatis per illã transeat: quamobrem punctum corporis in quo inter se secant duæ illæ perpendiculares, centrum grauitatis ostendet. At mihi certè neutiq̃ arridet hoc placitum, quia nescio videre, quemadmodum mobile magnum non serius eadẽ seruata proportione moueatur, q̃ paruum. Nanq. sit A mouens ad B mobile magnum, sicut C mouens ad D. mobile paruum: ergo æquali velocitate mouebuntur. At id fieri nequit: eò q magis distabit medium corporis magni à termino

C ad quem, q̃ medium corporis parui. ergo tardius in eadẽ ꝓportione mouebitur corpus magnum. Fortasse dicẽt ita iudicium fieri de terminis motus & medio, q in loco suo dicatur esse quodq. corpus, vbi secundùm eius mediũ sit in loco, & tum æquè velociter absolutum motum fuisse prædicabunt, vbi vtriusq. centra sint in eodem termino. Verùm neq. hoc mihi placet, siquidem vbi sint æquę terræ portiones ab eadem virtute motę, atq. ad centrum peruenerint, quo pacto in cẽtro qui est earũ locus naturalis secundùm mediũ consistere poterunt, quin motæ fuerint vltra centrum, & alteram partem semidiametri peragrarint, atque ita præter naturam concitentur? Neque ratio par est in constituendo motu & terminis decernendis: nanq. esto q non sit motus, nisi centrum fuerit immutatum: non idcirco centrum est, ex quo sumitur iudicium terminorum motus. Propterea credo ex extremo quod vicinius est termino ad quem, iudicium velocitatis fieri posse: quandò terminus extremo respondet, ideoq. cum altero extremo melius congruit, & illud præterea, per quod est in loco, locum adæquare debet, itaq. in loco cõmuniter accepto superficies est id per quod est in loco & locus itidem est superficies. sic & in hypothesi nostra censendum est, extremũ esse in loco primo. sic etiam ab eodẽ extremo rationem petendam puto termini à quo oppositi. Ex quibus apparet, quemadmodũ corpus, siue magnũ sit, seu paruum, æquè velociter moueri posit per idẽ spa-

D tium ab exuperantia ꝓportionali. Eodem quoq. modo cõuersione per lineam descripta ab extremis partis in toto designatæ, quæ ꝓpinquiora sunt termino ad quem, puto accipi collationem velocitatis & eadẽ via cognosci, vt hæ partes, alias velocitate superent punctis à quo & ad quem super eisdẽ diametris à centro ad circunferentiã inustis & notatis, quibus cum extrema quæ termino ad quem viciniora sunt, conueniunt, & cùm in corpore globoso partes quæ distant à maximo circulo arctioribus terminis cõprehendantur; ideò tardius aguntur. Ita igitur vt ex effectu iudicium de velocitate faciemus. At verò & eiusdẽ ordinis esse videtur nosse potentiarum terminos Nam si earum terminos ignoremus, efficietur vbiq., vt neq. etiam de illarũ exuperatione quicquam certi valeamus afferre, præsertim q de ipsorum iudicio cõpluribus Latinę philosophiæ patronis non conuenit cum Arist. cuius hæc videtur extitisse sententia. Nã potẽtia cùm sit duplex, actuosa, atq. patibilis, & actuosa, vel ratione prædita, vel expers eiusdem, ea dimissa, quæ prędita est ratione. persequitur ratione vacãtem atq. actuosam primùm, deinde patibilem, quibus cum impotentia repugnet; eadẽ verò sit disciplina pugnantium, simul impotentiam quoq. pertractat. [a] De actuosa igitur potestate hoc est iudiciũ philosophi: eã semper agere sũmũ secundùm naturã, nisi fuerit impedita: semper.n. calefacit ignis, quantum põt, tum deinde ipsã determinari maximo quod põt, impotentiam verò illi

[a] 1 de cęl.

 oppositam.

oppositam minimo quod non pōt. Etenim siue spectamus facultatē motricem, qua mouet animal seipsum, siue eā, qua mouet aliud à se: in vtraq. duo cōsiderantur, & tēpus durationis, & spatiū per quod fit motio, & in vtrisq. determinatur potētia maximo. vtputa, potētia animalis ad se mouendū ad spatiū possunt esse stadia CC. nec quicq̃ amplius. Ergo CC. stadia sunt terminus eius potētiæ, ꝙ suprà nihil pōt, infra verò pōt quantumlibet: sic pōt homo ad summū viuere annos 70. hic erit eius potentiæ terminus, eò ꝙ oīa citra hunc terminū pōt, nihil vltrà. & potentia vectrix pōt C. lib. & prę tereà nihil, oīa verò infra libras C. C igitur libræ erūt terminus potentiæ vectricis. Contrà verò de impotentia statuendū est, siue. n. ea sit mouendi, seu vehendi, terminatur minimo quod non pōt, id quod ex eisdē exemplis conspicuum fiet. Nam si posset animal seipsum mouere per stadia CC. nec quicq̃ amplius, illud minimū primum, quod excedit stadiis C C. est impotentiæ terminus, ꝙ nihil vltra illa impotētia pōt, quęcūque, & quotcunq. illa fuerint: idemq. de pondere, & tpe dicendū est. Quantum verò est de potestate patibili secus vr̃ esse opinandū, siquidem præstantissimus ille sit sensus, qui minimū percipit, ita vt eo nil minus percipere queat. Oīa verò supra ipsum. Nam qui cernit montē, suprà ipsum oīa quidem perspicere pōt, non oīa tamen quę sunt infra illum; verbig. non videbit granū fici: propterea non maximo determinatur potentia patibilis, sed minimo. Quocirca Plato [a] dicebat ἀντι πεπονθότως ἔχειν τάς αἰσθήσεις πρὸς τὰς δυνάμεις. i. contrà affectos esse sensus, atq. facultates. Sed cùm in oī potentia quædam exuperātia notari videatur; nosse oportet exuperantiā nō accipi simpliciter à magnitudine, sed esse duplicē, vel obiectæ rei, vel facultatis, atq. à re obiecta sumi exuperantiā actuosę virtutis, facultate verò ipsa fundari exuperantiā patibilis; siquidē illa fuerit prestātissima potestas quæ facillimè patieť. Itaq. ea quę patiť à minore prestātior est; ꝑpeà minimo determinā da est: veruntñ, vt ī eo minimo sit exuperātia, quia. s. ab eo minore pati nequeat. E F

[a] Lib.

Quę de regulis potentię & impotentię dubitantur à nonnullis. Cap. LI.

VERVNENIMVERO & si satis accuratè disputatum est à Philosopho de terminis exuperantiæ, cōplura tamen inculcantur à Latinis, quæ vel antedictis aduersa, vel non congruentia saltē existimari posse videantur: quamobrē nos ēt nonnihil de hac ipsa re dicere cogimur pro Arist. Primùm verò docebimus, quid sit illud quod hoc loco inquiritur. Tum deinde generalia quædā capita ꝓponemus, vt expensis sophistarū opinionibus, & demum argumētis in Arist. decreta obiectis certiores de Peripatetica veritate reddamur. Primùm ergo quæriť ab Arist. interpretibus an'ne potentia determinetur maximo quod pōt, & impotentia minimo quod non pōt. Potentia verò aut est actuosa, aut patibilis, atq. hæc, vel apta ad cognoscendū, vel naturalis, & illa quidē, aut sentiens, aut intelligens: hæc aūt, vel cum cōtrariis, vel sicuti potentia pura, quemadmodū est potentia materiæ primę. Sed. n. actuosa potestas, quandoquidem formæ comitať, eius verò munus est finire, necessariò quoque finita erit: potestas verò patibilis, cùm adhęreat materiæ quæ fons est oīs infinitatis, erit infinita per se, ꝙ si finietur, id acceptū referet formæ. Prætereà potestas actuosa aut accipitur, quatenus respicit resistentiam. s. quatenus extendit vires suas vltra contrarium, siue obiectū, aut quo ad spectat tēpus suæ actionis, aut quousq. suas vires in spatio fundit, aut quantum ad effectus prestantiā pertinet. De oī potentiarum genere differunt interpretes, ac quærunt, vtrùm oī ex parte decretū Arist. cum rerū natura consentiat, nec'ne. Verùm ꝙ dum hæc philosophi tractant, nonnulla ꝓponunt quæ in genere motuum, virtutumq. collatione controuersiā præseferunt, postq̃ huc venimus, nō inutile arbitramur, si animi nostri sensus patefaciamus: nimirū vtrùm, ab oī exuꝑantia nasci pos sit actio nec'ne. Prætereà an'ne eadē potestas sufficiat ad inchoandū, atq. ad absoluendū motum. Et alij partem problematis affirmantem approbant dicentes: Si certa exuperatio necessaria foret ad oēm motum, fieri non posse, vt ꝓportio seruareť inter mouentia & mobilia à toto ad partes, quemadmodum in prima regula constitutum est ab Arist. vtputa, Si A mouet B, & dimidium A. mouet dimidium B. & cum infinitum propter continuitatem mouentium, atq. mobilium ea partitio fieri queat: ergo à qualibet exuperantia propagabitur motus. Vnde etiam, si ita est, decernere oportet eandem potestatem sufficere ad continuandum motum atq. inchoādum. aliter non posse fieri motum ab oī exuperantia. Alij contrà dicunť. Si oīa quæ natura constant, maximo & minimo determinantur; ita quoq. de exuperantia statuendum esse; minimam. s. esse exuperantiam minimamq. ꝓportionē quæ possit præstare motum, & ob id minimā velocitatem, & proinde maximā tarditatē motus. quòd exuperantia, atq. proportio quæ sint intra illas, nihil oīno agent. Quapropter, quia minor est exuperātia minorq. proportio ad quiescens, q̃ ad id quod moueť, vt pote ad magis oppositum: ergo non eadē potentia satis erit ad inchoandum motū quæ iam cœptum cōtinuare poterit. Et planè sensus, qui vnus in decretis naturalibus est consulendus, monstrat nobis maiorem nisum, atq. conatum requiri ad incohandum motū, quàm continuandum, & rō persuadet, quia motus habet aliquid de termino ad quem, & maiorem propensionem ad ipsum; quapropter videtur deminui de resistentia, ꝙ, cùm quies nihil habeat de forma opposita, neq. de ꝓpensione ad illam, maiorē continet resistentiam: quocirca durius est initium, q̃ progressus. Si igitur hæc inter se consequūtur exuperantiam parem nō esse ab initio & in progressu motus, & exuperantiā oēm terminis quibusdam G H

A dam coërceri; etiam nos, vtrunq. dabimus simul, eoq. maxime ꝙ experimur non oē pondus cuiuis accedens, afferre momentum. Sed tamen de his adhuc diligentius opinor esse distinguendum: propterea quòd ꝓpensio minor & oppositio maior ab initio motus inest in iis solùm, quæ mouentur secundùm naturam, neq. in illis simpliciter, sed in iis, quæ per se mouentur, hoc est, dum gignuntur, quippe quòd ante motum sint in termino opposito, & per motum fiat profectus in affectione & potestate, sed in quiete violenta & in motu secundùm naturā quo elementum genitum afficitur, quia vt etiam manens eò semper inclinare, quò secundùm naturā fertur, vnde item opprimit ea quibus innititur; earundem virium esse censebitur & ab initio & in progressu mouere. Quocirca in hoc motu, cùm sit id quod per se mouetur, & per accidens: elementum.n. per accidens mouetur, per se verò impedimentum: oīs item vis in eo pellendo poni solet; eo pulso prorsus exiguum apparet officium abigentis impediens, aut nullum. Quare maiores etiam vires in motu elementi geniti, si impedimentum respexeris, adhibentur: in motibus qui sunt præter naturam, id necessarium planè, ꝙ magis opponitur moueenti in cōtrarium quies, quàm motus per se: fungitur enim id quod mouet, vice contrarij, quòd alio propensionem habeat mobile, ac quo fertur (ita explico vocem illam, difficillimum esse pondus mouere, quod in contrarium moueatur, quę vsurpata est ab Arist. Q. Mech. [a] etenim suapte natura fertur deorsum, agitur autem in obliquum) nam minuit vires impellentis, [a] Q. 3.

B tametsi multò maiores. Præterea quod mouetur, simile facit quodāmodo mouenti eòdem versus, quò fertur, & velut in seipso propensionem & affectionem habens ad eum motum cum mouente concurrit, & eius vires amplificat ex seipso tum faciens quòd nititur facere mouens. Itaq. lapidarij qui magnos ictus incussuri sunt; leues ab initio plagas inferunt, vt à lapide quodammodo repulsus, & leuatus malleus admouendum facilior fiat, & minus tympanistæ fatigantur baculos corio repellente. Hęc item caussa pertentat actiones nostras, & ad motus rationis accommodatur: vnde optimè dictum. Dum in dubio est animus paullò momento huc illuc impellitur, est enim dubitatio motus animi quidam in partes oppositas, & in militia prius ineunt leuia quædam prœlia rorarij milites; pòst acerrimè concurritur, & si opus fuerit, res venit ad triarios. Ex hoc item caussam reddebat Philosophus, cur funda lōgius proiiciatur lapis, quàm manu, [b] quod manus se habet vt centrū, funda vt circunferentia, sed centrum manet immobile, aut partes illi vicinæ tardissimè feruntur, circunferentia multò celerius. Cùm ergo apud manum minimus fiat motus, in extrema funda multò maior, quòd hìc lapis mouetur; ibi quodammodo quiescit, quia parum mouetur, ideò accipit hìc maiorem motum, quàm apud manum. Ex his etiam caussa reddi posset, cur ēnse, quàm gladio plaga maior infligatur: etenim longior est ensis, & circulum maiorem describit, sic etiam quo longius abest, itaq. plagam accepturus sæpè subingreditur, vt impetum ferientis aduersarij retundat, & [b] Q Mech. 12.

C ictus dimidium dicitur auferre. Exinde quoq. caussa peti posset, cur initium motus in centro ex naturæ ordine ponendum foret. Nam cùm ibi motus sit exiguus, facilius autem sit mouenti efficere motum paruum, quàm magnum, etiam ex centro sit mouere facilius, sic ex corde principiū motus in animali, in quo parua mutatio magnas efficit mutationes in extremis. Quanquàm de hoc dubitari potuit experientia sæpè monstrante contrarium, siquidem non sit dubium, quin cęlestis corporis agitator in circunferentia se collocauerit, & dum rotas istas maximas, quibus aut telas complanant, aut tormenta bellica terebrant, aut etiam nauiculas apud nos attollunt, agere volunt, in circunferentia consistunt. An in cęlo alia ratio mouendi, nec intrinsecus, vt ab agente, quanuis vt termino, est enim centrum vnde & quo fit conuersio, nec vlla ex parte præter naturam, quia nec graue, neque leue, sed in his aliqua pars eius contra naturam, vt ascensus; ita vt, nisi pars opposita descenderet, & sic cōferret ad motum; non minus difficile foret excitare rotam, quàm quodlibet aliud corpus æqui ponderis agere contra naturam, & aliarum rotarum motus non minus respicit initia, vnde motus existit siue vt termino, siue vt agente, quàm sese accommodet ad locum: datur enim illi propter angustias loci minus spatij, quàm manubria capiat, quæ pro rotæ magnitudine magna item oportet. Atq. hæc de caussis per se. Sed intercedit quoq. alia caussa per accidens, quòd mo-

D bile, dum manet, actu spatium totum simul occupat; dum mouetur, quòd spatium est in potentia: partes eius occupat solùm, neq. simul proptereà plus ab initio mouere oportet, quàm in progressu, nec ab illo dissimiliter euenit, quod in motu corporis plani, atq. rotundi perspicitur. Etenim mouetur ægrius planum, cùm pluribus partibus simul spatio nitatur, sic ab initio, quia partibus omnibus actu simul innititur mobile, in progressu verò non omnibus simul: inde efficitur, vt difficilius sit incohare, quàm persequi motum. Præterea potestas cum patibilis, tum actuosa sæpius accepta est ab Arist. aut absolutè, vt respicit materiam, quæ per se infinita est, aut quatenus certa forma definitur. Si igitur absolutè sumatur facultas, nil prohibet, quin motus ab omni exuperantia nascatur. sed illud non necessariò dabo, quòd eiusdem virtutis sit incipere & continuare motum, sed enim si potentia præfinita statuatur, & motus non ab omni exuperatione gignetur; nec ab eadem virtute motus incohabitur & producetur. His ita constitutis, rationes ad vtranq. partem problematis diluuntur. Nam quòd maximo minimoq. potentia determinetur; verùm est, vbi ad certam formam adiuncta spectatur: at si eam consideremus absolutè, & ad materiam, in qua existit distantia, ꝓpter eius infinitatem non est dare minimum, sed semper in infinitum minus accipi potest. Sic, quando

accipitur duplum mouere duplum,& dimidium consimiliter mouere dimidium, nulla ratione habita formæ concedendū est,sed cùm forma spectatur,iam dictum est, si C homines trahunt vnam nauim,non necesse esse,vnus homo partem eius centesimam trahat. At verò quòd Physicus omnia tractat ad doctrinam sensilium , nos etiam in nostra quæstione accipiemus exuperantiam determinatam , & in omni motu eiusmodi requiri defendemus , & rationes afferemus quæ opponuntur Arist. sic exuperantia constituta. Primùm contra potentiæ & impotentiæ determinationem, quòd ignis apposito combustili augetur in immensum : ergo non datur maximum in quod potest ignis , & minimum in quod non potest : nam semper potest in maius, & nihil est in quod non possit. Secundò esto hoc maximum,in quod potest Socrates,aut ipse obiectum superat,aut non : alterum sanè dandum non est,quòd omnis actio nascitur ab inæqualitate maiore. Sed neque alterum fieri potest,cùm aut aliquo indiuiduo superet,aut eodem diuiduo : nec certè indiuiduo,quòd additum non facit maius,nec inæquale,ideoq. actio nulla extaret,quod si diuiduo superat, fac obiectum augeri tantisper, quoniam illud in infinitum diuidi potest, etiam poterit explicare actionem suam in obiectum tantisper auctum : itaq. non erat illud maximum in quod poterat. Quoniam verò tempus,spatium,& exuperantia mouentis quodam proportionis vinculo inter se connexa sunt,ideoq. in ea omnia eadem ratio valere videtur : ita vt , quemadmodum est maximum obiectum in quod potest; ita sit spatium definitū, vltra quod actuosa virtus actiones suas non extendit; eodem quoq. modo de mouentis exuperantia dicetur : quapropter eædem argumentationes , quæ contra Arist. de obiecti terminis afferuntur,etiam oppugnabunt spatium , tempus , & exuperantiam mouentis. Insuper his stantibus quicquid potest maius, potest quoq. minus : at quid de sphærarum cęlestium motoribus qui, cùm moueant superiorem sphæram quæ maior est,inferiorem quæ minor est, mouere nō possunt : nam si mouerent ipsam,maiore profectò velocitate eam mouerent, quàm suam; cùm cęteroqui,quò sphærę sunt inferiores, eò tardius agantur. Ad hæc noto præstantiam effectus. Aliquid potest facere perfectius,non tamen imperfectius, vtputa,quod producit hominem, non potest producere formicam. Transeo nunc ad potestatem patibilem : ea verò determinatur minimo à quo pōt pati. id oppugnat experientia ; nanq. res visilis obiecta,non solùm non mouet, vbi eminus sita fuerit,sed vbi nimium vicina, vtpote si tangat instrumentum sensus : quare est minimum, à quo non potest pati . Quia verò posses opponere non esse eandem rationem obseruandam in patibili & actuosa potestate ; scito nihil referre; quia,quod dicitur de potestate patibili, transferri pōt ad obiectum , cui vis agendi tribuitur, & ad spatium ; quia , si potest per tantum spatium quod est maximum , sequitur item , vt possit per omne spatium minus : at hoc non accidit sensui . Necnon accipiantur duæ potestates patibiles,mens.s.& sensus,& duo maxima, vnū sensile vt Sol,atq. alterū, quod cadit in mentē quod est D. O. M.eadē rō non seruat in vtroq. eo q̄ si potest in maximū visile, nō idcircò pōt in minus : nec contrà,si in minimū, ergo in maximum. De mēte verò statuit oppositum,qm̄ si maximum est quod in mētem cadit:ergo etsi fuerit minus:nō tamen si minus cōcipiat: ergo & maximum. Postremò velocitas excrescit in immensum : non datur igitur sūma velocitas.

Quæ de potentię & impotentię regulis à Latinis decreta sunt, aduotantur , & dubitata dissoluuntur. Caput LII.

HAEC temerè sophistas commouerunt, vt ab Arist. desciscerent,& importunè tanto duce relicto,non quod consuleret ipsa natura,sed quod eorum doctrina pateretur,approbarent. Nam cùm tria proposita fuerint ad explicandum,potestas actuosa, patibilis,& impotentia, sola determinatione impotentiæ recepta secus,ac fecerit Arist. vtranq. potestatem declarandam esse contendūt. Et quantum pertinet ad actuosam potestatem (capita.n.rerum generalia complectar) cùm dixerit Arist.eam determinari maximo quod potest; ipsi contra aiunt eam determinari minimo quod non pōt : caussa hæc est,quia non est illud maximum ꝑpter antedictas rōnes. Consimiliter etiā cum determinauerit Philosophus potestatē patibilem minimo à quo pati pōt; ij contrà asserunt eā determinari maximo à quo non pōt pati,neque.n.esse hūi minimum; sed semper reperiri posse aliquod minus à quo pati queat . De impotentia nihil immutant ; opinor aūt ob eam potissimè caussam; licèt ab eis expressa nō fuerit : quandoquidem impotētia posita est in æqualitate virtutis & obiecti, siue resistentiæ:æqualitas aūt indiuiduo cōsistit:quapropter est minimū quod non pōt quo determinatꝰ. At verò mihi vr̄ hęc opinio peruertere terminos oēs rerum naturaliū qui tn̄ ab Arist. statuuntur, & sēsui subiiciuntꝰ,& cū experiētia cōsonant. Cęterùm fallacia alia aliā trudit.neque.n.separare voluerunt consideratione potētiæ & impotētię absolutā & sine vlla lege & cōditione,& quasi mathematicā ab ea quæ naturalis est simpliciter, & ad qualitates sēsiles applicata, quod fecisse vr̄ Arist. itaq. in hos ēt laqueos irrepserunt.ita.n. virtus à sensilium vinculis absoluta in infinitū minuitꝰ; at formis adstricta reluctatꝰ infinito. Nos hîc virtutē sensilibus formis alligatā accipimus,& eā more Aristotelico determinandā esse defendimus.His assumptis ad rōnes oppositas veniamus,quod extremū erat de iis quę ꝑposueram. Ante alia verò hæc ipsis supponi oportet. Primùm vires easdē cōseruari,q̄ si quid recipiat maiores vires,aut pristinas admittat,& necesse est ꝑportio varietꝰ,& immutetꝰ virtus quę mouebat. Deinde statuimus virtutē mouentē quę nōt sit vt plectio, nobilioreq. modo operetꝰ.

Ac tertiò

A Ac tertiò effectus minores esse partes maioris, vel q̃ ĩ ei⁹ latitudine reipsa cõtineant, vt tertius grad⁹ in quarto, & vt alẽs in sẽtiente: vel virtute, vt sic dicã, quia valeat maior tãti, & aliquanto plus, vt nummus argẽteus ĩ aureo cõtineri dr̃. Ex his ad primũ respõdeo non esse eundẽ ignẽ, neq. eandẽ virtutẽ ignis quæ est in vno frusto ligni, & in vniuersa pyra. sed tñ quicunq. sit ille, in a quo certo instanti vires habet prefinitas quę tũc non plus efficere valẽt. Et hoc quidẽ satis, quantũ pertinet ad obiecti solutionem. Verùm nolo hîc cómittere, quin eradicẽ oẽm difficultatẽ quam præfert illa obiectio. Quare accipio infinitũ more Aristotelico quod finiri põt, & est indeterminatũ, nec ipsũ cõfero cum tota sua magnitudine, sed cũ terminis viuẽtium, qui innumeris planè modis variari possent, si ignis incrementum sequerent̃. Cùm verò oĩa conficiat ignis, ideò moles & facultas eius terminatæ sunt. [a] cùm ẽt in libris pręcedentibus cõstitutũ sit mundũ & partes ei⁹ esse finita, patet ignẽ non posse crescere in immensũ, sed satis esse, si longè superet oẽm viuentiũ magnitudinẽ. Addo postremò si ignis oĩa in seipsũ cõuerteret, sibi ipsi interitũ moliturum, q̃ non suppeteret quo aleret̃. Quapropter eius magnitudo finita est. Poteris hîc opponere. Fingamus cõbustibile non deficere, ergo ẽt incrementũ ignis erit in immensũ, quãtum efficit̃ ex hypothesi. Respõdeo quemadmodũ de incremẽto numeri dicebat Arist. id quod de igni factũ est, sẽper esse finitũ, ideoq. vires eius esse finitas. Quid si maximũ esse statuamus? At tum est in hypothesi repugnantia, de qua dictum est aliàs. Ad id verò quod *(margin: a 1. Met.)*

B opponũt aut potentiã superare obiectũ, aut non: dicimus eam debere superare, sed exuperantiã sensilem requiri quæ determinata supponit̃: neque.n. quęuis exuperantia ꝓpensionẽ facit, vt dictũ est. Hoc argumenti genere vsus est Alexander cõtra Diodorum [b] ad ostendendũ virtutẽ sentiendi præfinitam esse: vsque adeò vt à Peripateticis ad oppositũ peragẽdum fuerit vsurpatum, atq. à Latinis. Sed cùm reprehẽsio Diodori sit obscurissima ꝓpter mẽda, quæ cõtinet Alexãdri codex; neq. vr̃ ab ei⁹ loci interpretibus satis aptè explanati, ea nũc ẽ re nata à nobis sedulò exponet̃. Censuit aũt Diodorus, sicuti posuit Arist. minimũ sensile, hoc est, quo minus sentiri nõ possit, sic ponendũ esse maximũ nõ sensile, quo si maius illicò sentiet̃. Ita eum cõfutat Alexander, accipiens in primis continuum diuidi posse in infinitũ in partes quæ sũt in potẽtia. Nunc ponat̃ illud quod autumat Diodorus esse maximũ non sensile: hoc certè superat̃ aliqua ex parte à minimo sensili. Pars ea qua superat̃ maximũ nõ sensile à minimo sensili, ex hypothesi nr̃a, quam itẽ accipit Diodorus, secat̃ in alias partes diuidat̃ ergo in bina dimidia, & alterũ maximo illi nõ sensili apponat̃. Quęro tunc adiecta illa parte, an id quod positũ est esse maximũ non sensile, aut sẽtiatur, nec ne. q̃ si nõ sentit̃; ergo quod à Diodoro positũ est, esse maximum non sensile, non erit hũi, sed hoc totũ, quod à Diodoro constitutum est, esse maximũ non sensile cum ea parte, quam adiecimus. q̃ si sentiatur; ergo nõ erit illud minimũ *(margin: b Lib. de sen.)*

C sensile quod ab initio positũ est, ac diuisum in maximũ non sensile, & exuperantiã, quam habet minimũ sensile ad maximũ non sensile, sed totũ illud quod cõstat ex maximo nõ sensili, & parte adiecta quę est dimidiũ exuperãtię, qua positũ est superari maximũ non sensile à minimo sensili. Quare minimũ sensile illud erit, non quod cõstat ex vniuersa exuperantia & maximo nõ sensili; verùm q̃ ex dimidio exuperantię cõpositum est & maximo nõ sensili, quod ab eo minimo sensili, quod prius acceptũ est, superat̃ altero exuperãtiæ dimidio. Sed ad nostra redeamus. Obiiciuntur motores sphęrarũ. satis esset nunc, si ẽ nr̃o ordine pellerent̃, qui persequimur efficientia ꝓpriè & vniuocè; sed si fingi posset inferiorẽ orbem à motore lõgè superiore moueri, nõ esset mirũ, si tardius moueretur. q̃ agens naturale, quò vicinius, eò quoq. mouet efficacius. itaq. si in eadẽ esset distantia minor sphęra, qua maior est, velocius ageret̃, & quo minor, eo quoq. velocius, q̃ superior, & idẽ spatium sæpius iteraret. Quòd aũt non efficiat mouẽs effectũ minoris virtutis: id negat̃, si effectus in altero maiore contineat̃ vt pars: nã quod dat quartũ gradũ, dat quoq. tertium, & quod facit hominẽ, facit ẽt animal pręterq̃ in alente & cognoscẽte, vt olim 2. lib. docuimus, sed musca in homine continet̃ virtute tantũ, vt nummus argẽteus in aureo: proinde nõ pertinet hęc obiectio ad regulã nostrã, qua cõprehẽdunt̃ effectus, q sũt vt partes superiorum. Opponũt potestatẽ patibilẽ, quę est sẽtiẽs, aut intelligẽs.

D Quantũ ad sentientẽ pertinet, per accidens regula fallit: eo q̃ potestas sentiẽs pendet ex organo & obiecto. quare eminus obiectũ ipsam mouere non põt, cominus corrumpit, & sic põt in minus, non aũt in maius, quia põt id quod minus est, esse magis aptum, & esse positum in certa ꝓportione quæ flagitatur ad efficiendam sensionem, & potest etiã per certum spatium, nõ per quodlibet. Mouebat item Alexander potestatem sentiendi maximo determinari, quia saltem spatio. Veruntamen animaduertit Simplicius Arist. non ita locutum esse, q̃ non omnis sensus spatium requirat, vt tactus & gustus. Sed cùm mens ex corpore non pendeat proximè, non patitur vllo modo, sed perficitur ab obiecto: verùm quòd etiã quoquomodo ex corpore apta & nexa est; inde efficitur vt à maximo intellectili afficiat̃, quemadmodum vespertilionis oculus à splendore Solis. Quòd aũt motus velocitas in infinitum augeri queat: non nouit Arist. At dices augetur tarditas in infinitum, & hoc negat̃, accipiẽdo partes sensiles, quib. etiã motus in cęlo tribuit̃: etenim illis spatiũ certũ respõdet, & tẽpus quo motũ suũ cõficiunt. Hactenus aũt de inanimorũ latione disceptatũ est, & ea peracta q̃ ad grauiũ leuiumq. motus, eorumq. ꝓprietates attinẽt; ad reliqua nũc quę sũt instituti nr̃i pergamus.

FINIS LIBRI QVINTI.

FRANCISCI BONAMICI

PHILOSOPHI FLORENTINI, IN PISANO GYMNASIO PVBLICE PROFITENTIS.

DE MOTV

LIBER SEXTVS. F

DISSERITVR DE CAVSSIS ORTVS ET INTERITVS.

Quæritur an sit generatio, & per accidens esse persuadetur. Cap. I.

E ortu & interitu rerum nob. est modò dicendum; quid ipsa sint, quænam illorũ caussæ & ex quib. ac quibus'nam, & quatenus constitutis corporibus accedant, & quomodo. Tùm quòd pertinet hic motus ad substantiam quæ inter categorias primos honores occupauit; tùm ẽt ꝙ oẽs alij consequẽtes motus, aut ad hos ipsos à natura instituuntur, aut ẽt non sine ipsis fiunt; vnde quoq. cursu eodem de auctione & de cremẽto dicemus, cùm vtraq. ortus & interitus quidam sint, tùm prę tereà ꝙ hæ sunt mutationes simpliciter, reliquæ verò quodammodo. hæ circum substãtiam, quæ est in potentia: illæ aũt circum substantiã quæ iam actu consistit. Exordiemur aũt in earum explicatione ab iis, G vnde facilius in eorum possessionem mens nostra proficiscatur, quantum in nobis est, ordini doctrinæ consulentes quem cæteris ita præferendum esse arbitramur, vt nisi cum ordinæ naturæ consentiat, hic dimittendus sit, alter aũt ille retinendus. Cùm verò in omni institutione quæ fit cum via ac ratione, præponendum sit, quid illud est quod per nomen significatur, inde nos consequentis disputationis initium faciemus. etenim Græcorum doctrinam sectantes, aliqua de vi nominum quib. hæ mutationes indicantur, hoc loco disputare cogimur: vt ẽt si illorum vestigiis hærere velimus: vereor equidem ne à puritate Latini sermonis discedere necesse sit. sed hîc veniam dabit lector benignus. satius. n. fore duxi, si in pręsentia consulam simplicitati sententiarum quæ magnam partem obtinet in denominationib. casib. & coniugatis; quæ oĩa ex quotidianarum vocum vsu melius conseruantur, quàm earum quas sermo Latinus nob. suppeditare posit, nanque substantiæ mutatio variis nominib. exprimi solet cũ modò ortus & interitus appelletur ab Arist.[a] φύεσθαι καὶ ἀποθανεῖν, dicit ipse alias generatio & corruptio, γίνεσθαι inquam & φθείρεσθαι neq. valent hæc idem prorsus, quanuis vtraque sint à natura, quoniam ortus eorum est propriè quæ incrementum per aliud habent, tangendo, aut connascendo, aut adnascendo: ac tãgendo quidem, vbi participent eandem qualitatem, solùm habentia simul extrema, veluti semina in vaginis. connascẽdo aũt, aut adnascendo; quemadmodum embryon: cùm vnum quiddam in ambob. est idem quod H præter contactum efficit ẽt, vt fiant vnum secundùm continuationem; cùm cæteroqui generatio & corruptio sint quid cõius: ita, vt ẽt ad inanima & simplicia generatim pertineat. proinde nos mutationem substantiæ generatim tractantes generationem & corruptionem bona cum venia recipiemus. Huic quæstioni succedit proximè altera qua disquiritur, an ea res sit, de qua disserendum est, cùmq. ea bifariam tractari posit, & per se, & per accidens: innata verò nob. via sit, vt, à notis nob. ad nota natura proficiscamur. quæ verò per se, cognitio est, per initia rerum producatur, quæ addita sunt; quæ verò per accidens, per euenta rerum fiat, & ea quæ se sensibus nostris produnt; generationem sic esse conabimur ostendere primo loco, vt ex euentis constet; tùm deinde eam esse per caussas indicabimus: vt. n. canes sagaces, cùm semel vestigia certa institerunt obducta cubilia frondib. inueniunt; sic nos ex euẽtis, quæ perspicua sunt, occultas rerum caussas indagare oportet. Nam ꝙ id nobis inquirendum sit, duo faciunt: primùm, ꝙ nulla mutatio censeatur esse: deinde quia quam nos generationem aut corruptionem dicimus, aliqui philosophi, seu sponte, siue coacti rationib. quibusdam fallacib. genus aliud mutationis esse posuerint. Parmenides. n. & Melissus omnem generationẽ, atque

[a] 5. Met. T. 5.

A atque omnino transmutationem è medio tolebant, eamq. solùm non esse quidem, sed videri quæ iudicaretur à nob. Quandoquidem Melissus, ex eo, q̃ si quid gigni deberet, aut ex eo quod est, gignetur, aut ex eo, quod non est: ex hoc aũt nihil fieri posse; ex illo verò si fieret; q̃ esset. antequàm gigneretur: nil prorsus gigni posse concludebat. Alter autem ille cùm videret hæc necessariò requiri; si generatio fieret, & id ex quo, atq. id in quod fieret transmutatio: vnum verò esse quod est, poneret, etiam negare cogebatur esse generationem. quanquam & motus ipse ad locum qui omnium transmutationum euidentissimus est, ab illis negatus esse comperitur: quandò & alter motum sine vacuo fieri non posse credens, cùm vacuum ipsi non placeret; è medio quoq. sustulit motum: alter verò vnum esse ponens omne quod est; non videret quo ferri posset id quod moueretur. Mitto nunc Zenonem qui cauillis quibusdam inuolutus motum non esse fallaciter concludebat; quanuis admirandum sit, si latuit lapis qui deorsum fertur, q̃ de reb. sensilib. iudicium sensui committendum sit; & ratio potius relinquenda, quàm sensus: fat illud fuerit, si aut eum sensu caruisse credamus, aut vi mentis qua notiones animi sui ad sensum accommodare non potuerit, quemadmodum significauit ei Diogenes, præsertim cùm ille sit, tanquam fores, vnde ea quæ cadunt in mentem nostram, ad ipsam deferantur. Alij verò cùm ex vno oĩa facerẽt per raritatem & densitatem, quod actu semper manere existimabant in omni transmutatione, pro rerum generatione & corruptione, alterationem
B in rerum naturam inculcarunt, & oẽm differentiam quæ inter generationem alterationemq. intercederet, à nomine esse ductam putarunt, re aũt ipsa nullum inter eas extare discrimẽ. cuius item sententiæ q̃nq. fuisse legimus Hippocratem, qui fatur in hunc sensum. His aũt sic se habentib. multas
„ variasq. species à se inuicem segregant, & seminum, & animalium, inter quæ nulla est similitudo,
„ neq. adspectu, neq. facultate; vtpote nõdum in eodem statu permanentib. sed subinde semper alte
„ ratis necessariò gignantur, & ea, quæ ab his secernuntur. interit verò nulla è reb. omnib. neq. gigni-
„ tur, quæ non antea fuerit, commista verò & secreta alterantur, existimatur verò ab hominib. id, q̃d
„ ex inferis ad lumen euocatur, gigni; quod verò ex lumine ad inferos detruditur, interire; oculis aũt
„ non magis credere oportet quàm menti. Hæc ex Hippocrate. Verumenimuerò, quod gignitur è subiecto quod potestate sit, fiat necesse est: at quod actu mouens aliquam recipit mutationem, solummodò alteratur. neq. n. dicere illis licet hoc quod alterationi supponunt, non esse generationis subiectum; quia protinus sequeretur, id non esse verè principium quod accipiunt: nam præter hoc aliud item foret subiectum circum quod mutatio fieret ex eo quod non esset in id quod est, quod nos materiam primam vocamus. Anaxagoras etiam vnam eandemq. rem diuersis nominibus significari censuit, idemq; prorsus esse credidit gigni & corrumpi, atq. alterari. nam sicut è qualibet cu-
C iuslibet substantiæ parte, putat quodlibet educi posse, vt è carne medullam & ossa, ita ẽt albedinem & cęteras qualitates secerni profitetur. At verò, neque nomen inane censendum est generationis & corruptionis, atq. aliquid generationis & corruptionis noĩe significari, quod à reliquis motib. distinguatur: ea. n. est nominum potestas, vt menti nostrę rerum naturas obiiciant, & formam significantia primum, per illam quoq. id exprimat, quod habet formam: idcirco sapientis ẽt, & eius qui rerũ naturas optimè calleret, officium esse nomina reb. imponere, pronunciatum est à philosophis: dicimus. n. aliquid generari aut corrumpi simpliciter, nulla vocis cuiuspiam distrahentis addita conditione, & hominem fieri, eundemq. corrumpi pronunciamus; cùm si fiat, aut corrumpatur albedo, hoc album factum esse, aut non esse dicamus cum albedine subiectum perpetuo comprehendentes. consimiliq. ratione alterum ex altero fieri dicimus, & ex alio aliud: illo quidem primo notantes id quod secundùm partem aliquam transmutatur: hoc verò quod transmutatur simpliciter, & quod tale ante generationem fuerit, vt de illo non esse potuerit prędicari, & postquàm genitum est, sine cuiuspiam tertij significatione esse simpliciter illi tribui possit, eo pacto fit aër ex aqua, non veluti ex albo nigrum; propterea quòd anteq̃ fiat nigrum, fuit aliquid quod digito potuit indicari, quod item superstes est, post amissionem albedinis: & omnino longè alia mutatio est, cùm ex aqua fit aër,
D & cùm eadem aqua, quæ fuerit olim frigida, tepuerit: nanq. ibi non permansit aqua, sed aliud effectum est, quod est aër: hîc aũt eadem aqua quæ frigida fuit antè, posteà tepida facta est. Quapropter & id alij perspicientes, ẽt generationem esse concesserunt, atq. aliam rõnem transmutationis quę ab alteratione diuersa foret, assignarunt. siue. n. plura principia, atq. illa quidem finita posuerint, quemadmodum Empedocles, quattuor vocata elementa, siue infinita, veluti Democritus & Leucippus quos ẽt sectatus est Epicurus, licèt aliquantulum ab iis discesserit, cùm infinitas isti posuerint atomos, infinitis formis ac figuris interstinctas; ille verò formas & figuras finitas esse asseuerarit quod item à Latino Poëta carmine elegantissimo expressum fuit hoc modo.

Ergo formarum nouitatem corporis augmen
Subsequitur. Quare non est vt credere possis.
Esse infinitis distantia semina formis,
Ne quædam cogas immani maximitate Esse

omnes generationem ab alteratione distinguunt. Nã Democritus & Leucippus, cum ponerent atomos inter se differre ῥυσμῷ, τροπῇ, καὶ διαθιγῇ, quæ voces Abderitica lingua significabant ῥυσμὸς quidem figuram, non sanè ab eo quod est fluere apud Græcos τὸ ῥύεσθαι, vt voluere nonnulli;

quando-

quandoquidem nomen hoc ſphæræ proprium eſſet, cùm hæc ſola ſtare loco neſciat, & tñ omnem E
ipſi figuram, vt cubicam, de qua nullo pacto dici pôt effluere, nomine illo expreſſerunt: ſed erat for
te illa eius vocis propria notio in ea lingua τροπὴν verò τὴν θέσιν .i. poſituram & διαθιγὴν τὴν τάξιν.
i. ordinem, generationem fieri dixere, cum atomorum figura permutaretur: quòd ſi ordo, aut poſitu
ra inuerterentur, effici planè alterationem. Empedocles etiam & ipſe generationem ab alteratione
ſecreuit, licet poſteà multa dixerit, quib. aut alteratio tolleretur, aut ſaltem à generatione non diſtin
gueretur: quamobrem, quantum ad ſuorum initiorum facultatem & naturam ſpectat, potuit ipſe
quidem mutationes vtraſq. ſeparare; ſed poſteà ſeipſum decepit, dum ea ſuis principiis adiecit, qui
bus impediretur, ne generationem ab alteratione ſeiungeret. Verùm loco nos admonente, rem hanc
vberius explanare non inutile fuerit.

Aduerſus antiquos, qui generationem ab alteratione non ſecernebant. *Cap. II.*

SCIRE ergo licet inter alios Anaxagoram & Empedoclem, tam primas, quàm ſecundas qua-
litates elementorum ſuorum differentias ſtatuiſſe, quæ pertineant ad eſſentiam, calorem, frigus,
ſiccitatem, humorem, raritatem, denſitatem, albedinem, atq. alias his conſimiles. Et Empedoclem ſi- F
gillatim igni calorem, ſiccitatem, raritatem, leuitatem, & albedinem tribuiſſe, & has conſtituiſſe dif-
ferentias inter ignem & aërem, quòd ille ſiccus eſſet, & albus, hic humidus & perſpicuus: cętera autem
pares eſſe: quanquam inter illos in hoc parum conueniret; cùm Anaxagoras infinitas partes ſimi-
les poſuiſſet è quib. elementa gignerentur; ideoq. apud ipſum ſimpliciores: Empedocles aũt finita
principia recepiſſet, elementa nimirùm, eaq. ſimpliciora, quàm partes vniformes effeciſſet. Namq̃q;
uis Anaxagoras oĩa corpora vniformia voluerit eſſe principia, ignis aũt & cętera elementa ſint vni-
formia; quapropter ẽt in principiis numerari poſſe videantur, & in eo diſcrimen appareat ſolùm
Anaxagoræ & Empedoclis: quòd cùm vtriq. vniformia velint eſſe principia, Empedocles quattuor
vocata elementa poſuerit ſolùm, Anaxagoras aũt vniuerſa vniformia; tamen vniformia apud Ana-
xagoram vel ſenſui ſubiiciebantur, vel ipſum fugiebant; quæ ſenſum fugerent, vniformia volebat eſ
ſe; quæ caderent ſub ſenſus, vniformia potius apparere, q̃ talia reuera forent: proinde illa eſſe prin-
cipia quæ ex vniformib. ſenſum fugerent: quare elementa, quæ vulgò vocantur; & ſi in vniformib.
reponuntur; quia tñ ſenſilia ſunt, ab Anaxagora principia non habentur. Empedocles aũt poſuit ele
menta principia quæ per ſe cadunt in ſenſum: quanuis, inquam, in hoc diſſentiant, tñ & inter ipſos
extat conſenſus item, quòd oẽs ẽt generationem conſtituerunt per congregationem, corruptionem ve-
rò per ſecretionem: exiſtimauit. n. Anaxagoras ſic obiri generationem; quia partes conſimiles quæ G
in homoemeria confuſæ propter exiguitatem laterent, ſegregarentur: ex his aũt collectis maſſam
quandam conſpicuam gigni, quæ tametſi partes alias infinitas in ſeſe contineret, attamen à ſuperan-
te nominaretur. Democritus item conſimili ratione fieri generationem putauit, quippe ex atomo-
rum concurſu per inane, qui ẽt & ipſe ſpecies quædam congregationis eſt. Empedocles itidem eun-
dem generationis & corruptionis modum approbaſſe viſus eſt, cùm ſphærum produci amicitia cũ-
cta confundente diceret, corrumpi verò lite illum diſſoluente, & ſegregante in elementa, quod etiã
ex ipſius carmine, ſiquis adhuc animis de illius ſententia ſcrupulus hæreret, facilè perſpicitur; in-
quit enim ipſe

Natura nec vllius extat;
Sed miſcens generat, perimit, dum ſegregat iſta.

Si ergo generatio eſt congregatio: ſegregatio verò, interitus, & corruptio, ex eo quoq. fateri cogũ
tur, eſſe alios motus à generatione diſcrepantes; nanq. & alij ſunt qui neq. congregatione, neq. ſe-
gregatione adminiſtrantur, nempe auctio & diminutio, ſi non ea quæ propriè viuentium eſt: at illa
quæ nomine rarefactio & denſatio nuncupatur, quæ ſibi viciſsim nullo nouarum partiu interuen
tu, aut earum diſceſſu quę inerant in eadem materia, ſuccedunt. At verò, ſi qualitates ſunt differẽtiæ, H
quæ ad elementorum eſſentiam pertinent, quemadmodum ipſi fatentur; aut nulla certè erit altera-
tio, aut eadem prorſus erit cum generatione: ſiquidem alteratio eſt mutatio ſecundùm qualitates:
at ſi fuerint, vt iſti dicunt, eſſentiæ principia, mutari non poterunt, quin elementa corrumpantur, at-
que alia de nouo generentur: ſed cùm elementa non intereant; iſtæ igitur qualitates non corrum-
puntur. aut igitur alteratio futura non eſt, aut à ſubſtantiæ mutatione non diſtinguetur. Neq. n. ad id
confugere poſſunt, quod Græci dicunt, qui primas qualitates elementorum formas eſſe volunt: ete-
nim alterationem à generatione diſtinguunt, quoniam elementa apud ipſos non ſunt vera genera-
tionis initia, verùm adhuc in materiam primam diſſoluuntur: cùm cęteroquin primordia ſimplici-
ter poſita ſint ab Antiquis. Idem planè contingeret in eorum ſententia, ſi ponerent elementa princi
pia ſimpliciter, aut materiam ipſam primam ex hiſce conſtitui differentiis. Ita fit, vt inter Antiquos
oẽs conſtet, vt ponant quidem alium motum ab ipſa generatione diuerſum; tñ ex iis quæ illi adiun
gunt, eum motum non conſeruent; cùm aliqui ſint qui neq. per congregationem, neq. per ſegrega-
tionem fiant: prætereà non poſsint ſtatuere motum ſecundùm quale, quin illicò ponant mutationẽ
ſecundùm ſubſtantiam, quandò apud ipſos qualitates differentiæ ſint quæ conſtituant eſſentiam,
neque

A neque preter ea quorum differentiæ sunt; aliud subiectum prius ipsis dari possit. Et quanuis id pateat satis in Empedoclis & Anaxagoræ sententia; potest ẽt illis addi Democritus, qui cum alterationem fieri existimaret.i.diuersas, atq. oĩno contrarias qualitates in reb. quæ natura constarent, secum cõmutari inspiceret; arbitratus est eas non distingui per qualitates: sed quia nob. ita apparerent. apparere aũt è diuersa suarum atomorũ positura: quamobrem magis ipse, q̃ cæteri remouit alterationem è medio: siquidem mutatio positurae non est alteratio. Et est igitur alteratio quæ mutatio qualitatis est, & gñatio; atq. corruptio quę sunt mutationes substantiæ; neq. tñ eo mõ quem Heraclitus, & alij nonnulli posuerunt, qui partem oppositam defendentes, aut assiduè transmutationẽ, nunquã verò quietem; aut oĩum gñationem, nullorum verò firmitatem statuerunt: nam de corruptione non ab omnib. eadem rõ recepta est: cùm aliqui sint, qui id quod genitum est, ẽt quondam corrumpi velint: alij & id perpetuum fieri posse; inter quos Hesiodus est qui primum dixit Chaos esse genitum: dein ẽt Deo sex eo produxit, qui futuri sunt immortales: & Plato quoq. ex Timæo mundum sic se habere testatus est. Heraclitus igitur omnia fluere, nec quicq̃ idem per aliquod tempus permanere defendebat, præter illud primum quod integrum semper conseruari autumauit; erat aũt ignis infinitus. vsqueadeò vt eundem equũ bis idem flumen tranare posse non crediderit, [a] sed quid ego [a] 4. Met. c. 5.
B Heraclitum cõmemoro? cùm Cratylus digitum moueret, & ipsum obiurgaret, qui dixisset bis in eũdem fluuiũ non posse quenquam intrare; cùm ne semel quidem posset? quasi verò natura quodcunque producit, id ea gratia producat, vt quamprimum interimat: neq. maneãt aliqua corpora in suis locis secundùm naturam; indeq. non nisi vi maxima diuellantur. Atq. adeò vt non amplius ea mira videri queant quæ de Protei tam varia specie poëtę fabulantur, vbi vinculis teneatur.

-Fiet enim sus horridus, atraque tigris
Squamosaque draco, & fulua ceruice leæna;
Aut acrem flammæ sonitum dabit; atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit.

Sed tñ ille qñq. quiescit, vt tandem reddatur vir Heracliti semper immutatur, & vesperi nõ est amplius, quod fuerat mane. Et vt in rebus seriis intereà iocemur, optimè quidem ei qui magnum auri pondus ab amico benignè mutuum sumpserit, vt q̃uis addantur, vt inquit ille poëta cãdidissimus.

-Cicutæ
Nodosi tabulæ centum, milleque catenæ;
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus
Cùm rapies in ius malis ridentem alienis,
Fiet aper modò auis, modò saxum, &, cùm volet, arbor.

C Ex oĩbus.n. cautionib. & formulis, & syngraphis, & tabulis elabetur quicunq. ille sit; quia non ille sit qui mutuũ acceperit. Euge, bone Heraclite, pulchrum commentum, & cõsilium callidum. Sed ad seria redeamus. Alij componunt oẽ corpus ex planis, & in ea dissoluentes ipsum, cuncta generationi obnoxia fore profitẽtur. Verùm nobis & sẽsus aliqua manere significat, nec vniuersa tñ; & aliqua sanè gigni. sed vtrum'ne omnia, an ẽt ea quę genita sunt, perpetua reddi possint; licet sensus nõ ostẽdat; rationes tamen Peripateticè procedentibus optimè in hac philosophia confirmare poterunt.

Contra componentes corpora è planis. Cap. III.

SATIS verò nobis esset nunc, si demonstratum sit esse generationem & corruptionem quę à cęteris mutationibus distinguantur, siue in omnib. siue in quibusdam nihil refert; vt perbelle possimus instituere disputationem propositã; atq. hac præcedente notitia quæstiones illas aggredi è quarum solutione contingit scire. Sed ne quid nos inter eas indagandas offendere, aut interturbare possit; breuiter excutiamus illud cõmentum propter auctoritatẽ patronorũ quo defenditur, oĩa corpora
D gigni ex planis: simul.n. fiet, vt non oĩum, sed aliquorum duntaxat generationem esse cognoscamus, & viam struamus ad ea quæ de cęteris Peripatetici professi sunt: multum.n. confert hic sermo ad æternorum naturam vestigandam quæ certe si non plurima, at præstantissima pars sunt methodi naturalis. Qui ergo corpora componi volunt ex planis, præter id, quòd euertunt fundamenta disciplinę Mathematicæ, quorum summa perspicuitas est, atq. cõstantia, quæq. repudiari non debeat, nisi certiorib. rationib. è medio tollatur. opinant̃ præatereà quantum cõponi ex indiuiduis, siue rõnis eiusdem vt lineam è lineis, seu diuersę, vt lineam è punctis. quod ab Arist. longo sermone confutatũ est in libris de motu generatim, speciatim verò in libris de cęlo, & primo de ortu, vberrimè aũt in libello de lineis insectibilib. aduersus Anaxagoram peroratum. Neq. verò in libris de motu mathematicè, quod putaret aliquis cernens ibi nullam haberi rationem materiæ sensilis, quod suum ipsius est physices, alibi aũt Physicè. Nam q̃ ea sit speculatio naturalis hæc me persuadent, primùm finis tractationis: etenim de natura continui disseritur propter notitiam motus, [b] quod est propositum methodi naturalis. Præatereà indemonstrabile est apud mathematicum magnitudinem diuidi in dimidia, & quæritur de ratione inueniendi dimidium. Si hoc apud mathematicum est principium, multò magis illud per quod hoc probatur. Sed hoc probatur per id quòd continuum non diuiditur [b] 3. Phys. T. 1.

in

in indiuidua, vtputa, si sic diuideretur, partes æquales esse possent, & inæquales; vbi aũt inæquales, E
ibi dimidium nullum. Ergo, si continui finita diuisio tollit principia mathematica; contrà negantes aũt principia non est disputandum, nisi in cõi methodo, aut in subalternante. Si per hanc propositionem probantur principia mathematices, non põt demonstrare mathematicus in infinitum diuidi cõtinuũ. sed in hoc subalternatur naturali. Nec quanuis omittatur materia sensilis, idcirco non est philosophus naturalis, respicitur. n. finis tractationis qui est, vt hęc accommodentur ad materiã sensilẽ: prætereà oĩs methodus assumit materiã intelligendã, vt quondã docuimus. Ergo continuum semper diuiduũ; neq. resoluitur in indiuiduũ cum apud philosophũ naturalẽ, tum apud mathematicum, & multò minus toleratur in naturalib. quæ formis mathematicis addunt materiã sensilẽ, quæ è sensilib. qualitatib. necessariò constat. At cùm hæ sint vel simplices & primę; vel ẽt posteriores, & quasi compositę; ac simplices consimilium corporũ esse videantur; oẽs tñ diuiduæ sunt, vel scd̃m formã, vel secundũ materiã, & per accidens: atq. adeò, vt nisi saltẽ hisce modis secari possint, neq. sint oĩno sensiles; ideoq. nec qualitates. per accidens aũt est propter subiectum, quo consistunt. ob id ẽt & substantias naturales diuidi posse necesse est, & eas item quas ipsi primas existimant, & elementa. Cùmq. eadem sit proportio plani ad corpus, ac lineæ ad planũ, & puncti ad lineã: veluti corpus, ipsorum quidem sententia, cõponitur è planis; ita planum è lineis & rursum lineã è punctis conflari oportet: q̃ si F
quodcunq. est in iis quæ composita sunt, id componentib. ipsis (si id de materiæ partib. quæ inter se cõponuntur, prędicare fas est; nam quæ componunt efficientia sunt) multò prius est tribuendum: ergo si grauitas, aut leuitas inest in corporib. naturalib. illam quoq. in planis & lineis, & punctis inesse necesse est. ab opposito igitur cum in puncto grauitas, aut leuitas nulla sit: neq. item hæc inesse poterunt in corporib. ipsis, quę conflantur è punctis. Verùm latet fortasse nos punctum leuitatem habens, euolat. n. neque premens afficit sensum; at q̃ grauitatem non habeat, ex eo concludi facilè potest. quoniam omne id quod graue est, etiam aliquo grauius esse cõtingit: at id quod grauius est, diuidi potest; nam sicuti posuimus anteà, omne id quod excedit, in duas partes secatur, in id quod superatur, & id quo superat. itaq. si punctum graue est: grauius igitur, quare etiam diuiduum. Multę item qualitates graui & leui comitantur, pręter cęteras verò rarum & densum, molle & durum: nanq. graue densum esse solet: rarum aũt id quod est leue: molle verò & durũ ipsius grauis sunt affectiones: ideò punctum, si graue fuerit, aut leue; rarum aut densum erit; durũ item aut molle. atqui oẽs hæ qualitates aliquam rationem diuisionis præseferunt: quare consequetur ẽt punctum fore diuiduum: quod. n. rarum est, aut densum, certam quandã partium posituram significat: cùm densum illud sit, vbi sub æqua mole plura sunt corpora, rarũ cõtrà, vbi pauciora; & deniq. vtrunq. per molem definitur, quæ per se affert diuisionem, molle ẽt quod cedit; durũ, quod resistit: at cedere & resistere sunt affectiones eius, quod aliquam habeat quantitatem. Neq. verò grauitas aut leuitas sunt q̃dam facultates, quę potestatem materiæ consequantur, & exordiantur à formę virtute quæ est in cõposito, quemadmodũ apud Arist. ex quo efficiatur, vt ẽt si seorsum graues non sint, aut leues: tamẽ quia tales virtute sunt, eam actu explicant in cõposito: verùm actu solùm affectiones existunt quæ consimiliter se hñt in principiis cõponentib. atq. in compositis, vt solùm cõposita tantundem ex iis in se contineant, q̃tum oĩa, è quib. cõponuntur, quemadmodum aceruus fruméti tantũ hẽt pondus, q̃tum sigillatim cuiusq. grani pondus est. itaq. non possunt ipsi, nisi fingere velint, è non granib. graue constituere; q̃ si graue est id ex quo corpora fiunt, ẽt cogetur vnumquodq. indiuiduũ habere grauitatem. si. n. grauitas cum alia quadã conferatur, ipsam superare poterit; ergo grauitate aliqua superabit. componitur. n. vt dictum est, excellens ex eo quod superatur, & quo superat; si igitur hæc à pũcto proficiscitur; & graue aliud vincat vnico puncto. ergo ẽt, non mõ nascitur à puncto; sed ẽt ipsi grauitas inhærebit. Mitto nunc, vt cõponant illi corpora è planis; quia valeat potius aduersus hoĩes, q̃ contra rem ipsam quam nos in præsentia summo studio persequimur. etenim cùm duplex cõpositio sit, plani, & lineæ, vel secundùm sua cuiusq. extrema, lineæ quidem scd̃m puncta, plani verò secũdùm lineas, vel scd̃m eam dimensionem infra quã proximè consistunt, quã Arist. appellat diuisionẽ H
scd̃m latitudinem, qualis est in linea latitudo, altitudo in plano. in prima quidem illa cõpositione cõtingit fieri maius, at in hac posteriore, nihil minus. Platonici verò, contrà quos instituta est hæc disputatio, solùm mentionem faciunt de prima cõpositione. si igitur tanq̃ sola hæc compositio sit, ab illis ita ponitur; decipiuntur, & grauiter errant. si alteram faciunt: at sic id quod inde producetur, erit corpus quod non fuerit elementũ neq. ex elementis, siue id ex eo consequatur, quod elementum & id quod constat ex elementis, eorum oĩa, priore mõ componatur, siue ẽt, quia compositio illa non faciat genus vllum corporum ex his quæ sunt apud nos: omne. n. est aut elementum, aut ex elementis: sed non ita compositum, quia q̃tum: ergo si ita compositum, non q̃tum: quare neq. elementũ, neq. ex elementis, quia manifestè q̃tum existunt. Aut igitur in puncto grauitas ponenda est, & singulis planis è quorum multitudine, aut inopia grauius, aut minus graue fiat; nec vllo mõ, leue nisi comparatè; aut erunt & planorum alia quidem leuia, nonnulla aũt grauia. cùmq. rõ par sit, vti posuimus, & plani ad corpus, & lineæ ad planum, ac puncti ad lineam: profecto ẽt in oĩa hæc subinde corpus dissoluetur, & ex eisdem quoq. conflabitur. atqui non fit corpus ex his, nulla igitur erit magnitudo, sed puncta solùm, è quib. per se quantum coagmentari non potest. Idem quoq. de tempore

pronunciare

A pronunciare licebit,erit.n.instans solùm,qñ ita se hẽt hoc ad tempus,veluti punctus ad lineam.Idéque valet aduersus Pythagoræos qui cęlum componunt è numeris: neq.n.graue erit, aut leue;quin ẽt,neq. corpus; quia numerus nil aliud est q̃ repetitio vnitatum quæ per se sunt indiuiduæ;neq. possunt,ẽt si infinitæ accumulentur; efficere graue, quia non sunt graues, neq. corpus; quia secari non possunt. *Si igitur*, vt eò redeamus, vnde digressi sumus; ea sunt quæ generantur ; & hæc ita generantur,quia conflentur ex planis: non oĩa verò,ne nulla dixerim,gignuntur è planis: patet iam non omnia generari. erit igitur aliquorum generatio,licet fortasse non omnium. id quod ab initio concludere instituimus.

Variæ notiones elementi recensentur ; & elementum definitur. *Cap. IV.*

AT verò, si generatio est,atq. illa quidem corporum , non est idcirco quòd eam totius corporis esse suspicemur,vt quod.s.generatur,cùm postea sit,corpus non fuerit, quanuis ẽt potentia foret: nam si ita sit , vacuum per se consistens ponere oportebit , quod excipiat hmõi corpus de nouo productum,quod tñ olim rationib. efficacissimis explosum est. Quapropter & actu corpus ex alio
B corpore,quod itidem ex alio corpore quod actu sit,producetur:sed hoc vbi de generationis elemẽtis agemus,accuratius explanabitur. Interim,quia corpus est quod generatur,oẽ aũt corpus,aut elementum est,aut ex elementis. id verò quod ex elementis est , ex elementorum cognitione notescit ; ad eorum igitur intelligentiam quæ ex elementis conflata sunt , de elementis ante alia differemus , quod item eò libentius à nob. efficietur, quo elementi tractatio ad alia multa conducet quæ de motib. corporum naturalium dicenda posthac supersunt.In primis aũt,elementi vim generaliter aperiemus: deinde ad prima corporum elementa transibimus.Elementum igitur,vt ab eius cõibus principiis exordiar,quædam caussæ species est,caussa verò principiũ . Quamobrem explicandum quid sit principiũ.cùm verò sint hæc oĩa multiplicia ; non est,ꝙ vniuocam definitionem sigillatim expectemus,sed cõem fortasse,verùm ambiguã:ita vt neq. ex eo,ꝙ vnica oratione possit explicari,id'nam esse substantiam iudicare oporteat.Ergo principium id hẽt,vt sit in suo genere primum;atq.id vel vñ est, vel vnde fit, vel ẽt vnde cognoscitur quippiam: idcirco hypotheses demonstrationis principia dicuntur,cùm ex iis conlusio cognoscatur;earumq. opera in notitiam attributi cuiuspiam veniam⁹, quatenus illius caussas nob.patefaciunt: proinde principium in ipsa cognitione duplex : vel cognitionis tantùm;atq. hoc accidens esse põt,vt motus in methodo naturali,transmutationes,& functiones,per quas cognoscimus materiam,aut formam, aut ẽt est principium rei , hoc verò caussa est, vt
C ex quo.primum illud ab Arist doctrinæ principium appellatur,hoc verò rei: nanq. illud non est natura primum,& eiusmodi à quo pendeant aliqua, sed vt eius auxilio tantummodò cognoscantur . Itaq. nostri distinguunt ea quorum ope doctrina paratur,per quod,& est caussa,in quo, & est accidens,etiam principium rei multiplex,vt ab initio i i i.dictum est,siue necessarium sit, seu nõ necessarium,vt vnde melius eò perueniamus, quo volumus: tale.n.principium dicitur quod ad commoditatem est,non aũt ad necessitatem:ꝙ sine illo fortasse finem,non tñ cõmodè satis adipisci possemus, vt si iter facturo tollutim gradiatur equus, placida illa vectio principium itineris boni probè nuncupabitur.Est & à quo fit primùm id quod fit , vt principium magnitudinis & itineris ; illud quidem, vnde postq̃ primò constitutum est viuens, cępit incrementum: hoc aũt spatij terminus, vnde cœpit motus, cui respondet initium tpis: sed tñ,quia consequitur motum,inter principia ab Arist. descripta [a] locum non inuenit.Est & principium,à quo fit,hoc aũt aut actu est, aut perfectione quodãmodo,quam entelechian appellamus,atq. id rursus duplex: aut.n.rei pars est,aut manet extra rem quę fit,ἐξαιρετον Græci vocant,quod item nonmodò à re,sed à materia prorsus separatum esse contingit,& vniuersale perhibetur ante multa,in modo aũt finis ab Arist.collocatum. Ex hoc eodem ordine est efficiens de quo multa dicta sunt olim,quod habens speciem rei quæ futura est , mouet materiam vsq. dum illi finem imposuerit,siue agens sit naturale,quemadmodum ignis,siue etiam volun
D tarium vt mens,& eorum instrumenta,seu mediæ quædam operationes,vt mentis ipsius consilium, quæ sane,quia media sunt,geminam rõnem obtinuerunt, & efficientis,cùm per illa finem adipiscatur id quod primò mouit,& ita se habeant,vt ex primo posterius oriatur, quasi paries ex fundamẽto,aut ẽt finis.nam & hæc à præcedentib. appetuntur ; quanquam non, vt ea per se solaq. expetantur,sed per aliud. finis aũt ipse per se solumq. expetatur. At rei partes sunt nauigij carina fundamẽta domus,& cor animalis.vnde ẽt hæc principia generationis habenda sunt , ꝙ ab illis reliqua generantur,non tanquam ab illis obtinentia formã , sed quia sine illis esse non possint : [b] quanuis & alia fortasse ratio sit carinæ in naui,fundamentorum in ædib.atq. cordis in animali : supponuntur.n.illa solùm naui,& domui: cor aũt nonmodò supponitur,verumetiam ab eo reliqua membra pronascũtur,eorum materia per ipsum translata,& alterata ẽt,quia continet illam virtutẽ, quã medici formatricem vocant. Est & finis principium,cuius gratia mouentur ea quæ mouentur, sicuti princeps aut ẽt artes quarum in cęteras est imperiũ,appellantur aũt Architectonicæ. Architectatrices vocare latinè concedatur; cùm illæ quibus imperant, comites & ministræ dicantur, oĩno verò quæ boni rationem habent,verùm sit,siue apparens,nil in præsentia refert,quantum spectat ad motum. Vnde verò

[a] 5. Met. c. 1.
[b] 2. de gen. an. c. 4.

res est, sunt materia & forma, quandò ex illis remanentib. constituitur. Caussæ verò & si principia sunt, non tamen cum principiis commutantur, vt quicquid principium est, protinus ēt caussa habenda sit: nanq. principium cognitionis caussa non est: neq. item principium magnitudinis, cùm primę auctiones ab alio fiant, multoq. minus principium temporis, fortè ædificij fundamentū, aut nauis carina caussa sunt, quia sunt partes toto priores, & essentiam spectant: quicquid sic de his, earū quattuor capita constituit Arist. non species, vt vulgò, sed τρόπους & modos: nam specie differentia non sunt vnum numero: caussę vnum sæpè sunt numero, q̃ idem solet esse finis, efficiens, & forma, etiam vnum numero ex materia & forma conficitur. Sed de his cùm aliàs abundè dictum sit, iam veniamus ad elemētum. Elementi verò cōe illud esse censetur, vt sit id cuiusq. quod primum cuiq. inest: ideò, neq. in alias species secatur, & mole paruum, & vnum maximè, atq. simplex est; ob eam caussam maximè cōe: quod.n. simplex est, ad plura potestatem habet, quàm id quod iam compositū est. Ex quo suspicari quis facilè posset ēt hanc proprietatem habere locum in separatis à materia: Proinde dictum eas plura cognoscere, quæ sunt simpliciores. At nos opinamur hanc sententiam fuisse Philosophi, quo simpliciores sunt, eò quoq. aspirare magis ad vnum, & quod hoc loco accipimus, ad materiale principium spectare credimus. Præcipuè verò elementum, id ex quo primo, cùm insit per se, tanquam indiuiduo secundùm speciem componitur; & in quod dissoluitur vltimum: ita diesis, q̃ vocum oīum sensilium minima est, neq. in aliam quampiam vocis speciem dissolui potest, elementum vocis existimatur. dicuntur & elementa primæ illæ demonstrationes apud Mathematicos, è quibus aliæ multæ deducuntur & illæ demum, quæ primis trib. terminis medio vacantib. constant, & efficiunt prosyllogismum: vnde ēt de elementis Euclidis volumen inscriptum est, eo quòd è propositionibus, non aūt demonstrationib. conflatæ sunt, & in propositiones, non aūt demonstrationes alias dissoluuntur. litteræ quoq. elementa syllabarum perbellè dicuntur; & genera item elementa sunt definitionis & speciei: neq.n. in aliud litterę dissoluunt: ideò neq. componuntur, & genera priora sunt, cùm ex genere differentiæ pullulent: genus verò ex differentiis nequaquam. Ab antiquis item elemēta dicta sunt quattuor illa corpora; aër, aqua, ignis, & terra, q̃ ex his alia corpora constituta sint. Omnino verò eadem est ratio compositionis & dissolutionis: in eadem.n. deniq. dissoluitur, è quib. ab initio concretum est; & vtrunq. per se. Vtrum'ne verò confletur ex iis quę actum suum conseruent: neq. omnib. generale est, neq. facilè explicari potest; neq;.n. eadem in vniuersis ratio cōpositionis est; aliter.n. è corporib. simplicib. conflatum est vniuersum; & compositum ex materia & forma; ac mixtum è quattuor elementis. vnum illud solum cōmuniter decerni posse constat: nullam oīno cōpositionem sine potētia atq. actu perfici, si fuerit per se: neq.n. ex actu & potestate componitur hoc aliquid per se, sed materia semulis & accidentia formæ, velut consequentia superueniunt. speciatim verò trib. modis habitudo quę est potestatis ad actum, variari conspicitur: vel.n. est potestas æquè in principiis omnib. componentib. ad vnum actum qui terminus est eorum compositionis, & totū, vel vniuersum appellatur: ita resp. è plurib. ciuib. vna constituta est, & vrbs vna è plurib. ędificiis, & si non apta exempla videantur, q̃ in rep. requiratur ordo, specta aceruum frumēti, qui vnus est è plurib. granis hoc pacto vna vnius vniuersi forma, cuius est essentię coniunctio, quam sequitur ipsa vniuersitas. ita partes sunt in potentia in toto: totum verò actu est, & totius domus actus est vltima tegula, quia cum hac vltima parte totius essentia consistit. vel secundò cùm vna pars, si cum altera cōferatur, rōnem potentiæ solius habet, altera verò solius actus, atq. ex his vera compositio manat, in qua per se, & verè vnum est id, quod ex illis conflatur. vel ēt tertio modo, cùm partes oēs inter se vtranq. rōnem obtinuerunt, & è talib. pullulat mixtum, Quamobrem triplex elementorū genus ex hisce compositionib. apparet, primò quidem ipsa materia, quā Antiqui nesciuerunt, quæ potentia substantia est, deinde quattuor corpora simplicia, reliqua verò metaphoricè potius elementa nuncupata sunt. Vnde ēt ab Arist. materia sic definita est. Primùm, ex quo, cùm insit, fit id quod fit, per se, & in quod abit extremum. Et quāuis illa vox [ex] multifariā accipiatur, vt ex die nox, & ex puero vir, quod valet idem ac post, atq. item, vt ex opposito, quemadmodum ex nigro album, ac tertiò, vt ab efficiente, velut ex homine homo, & contumelijs seditio; tñ ita dicitur fieri quippiam ex materia, tanquam subiecto, sicut è ligno scamnum: ita.n. se habet lignum ad scamnum, vt carens forma scamni, & rude cùm sit, accipiat ipsam, ex qua & ligno posteà fiat vnum per se quod dicitur scamnum; & generatim, quod est potentia tale, quale aliud est, quod posteà genitum est, hoc verò est corpus, atq. illud quidem naturale: quandoquidem & materia per se distantiam habet quæ potestate quantum est; quantum verò actu, cùm terminatur à forma: hoc verò corpus est, veluti posthàc explanabitur. Cùm aūt materia sit subiectum transmutationis; id aūt natura; ab hac corpus erit necessariò naturale: propterea primum erit, quasi principium quod omnib. aliis caussis supponatur, cùm potestas illa sit quæ ad actum deducenda est, ex quo tamen, tanquam subiecto fit corpus naturale; nanq. & si antecedit efficiens, at non est id ex quo, tanquam subiecto: forma verò & finis non antecedunt, nisi quatenus idem essentia cum efficiente finis & forma sunt: & tametsi materiæ priuatio comitatur; quia tamen aboletur, neq. supstes est in re quæ facta est; fieri dicitur id quod fit ex materia, tanquā supstite: Fit aūt non est: nam pp formam solam est, quodcunq. corpus naturale, p̄ se verò quandò in re genita supesse possunt, quæ insunt item cōiter in re quæ corrupta est, quemadmodum humor, vbi

ex

A aqua fit aër, aut ſiccitas, cùm ex igni fit terra: hæc.n.& ſi ẽt in re facta vnà exiſtunt,non tamen ſubiecti locum habent,neq. rei quæ genita eſt,partes habentur: in eam quoq. diſſoluitur id quod corrũpitur: quoniam ſola materia ſupeſt aboleta forma,& commutata cum priuatione:atq. id p ſe: nam ſiqua ſupſunt alia,hæc ſunt p accidens,quatenus.ſ.alteram formam conſequuntur : neq.n.materia poſt corruptionem pſus ab oĩ forma ſeparatur, ſed vnius corruptio alterius ſemp eſt generatio. pinde generatio & corruptio ſunt mutationes totius, quia mutatio ſpectatur ex partib. vniuerſis, ex quib.p ſe corpus natura conſtitutum eſt,quæ duæ ſunt, forma nimirũ & materia,quarũ altera abeũte ſupſtes eſt ſola materia;quo fit,vt accedente noua forma,non ſit amplius illud totum , quod antea fuerat . ex ea verò corpus naturale quod fit primum, in alia corpora ſpecie diuerſa diſſolui non poteſt;idcirco aliquas elementi conditiones habet, quia.ſ.in alia ſpecie diuerſa diſſolui nequit. ſolũ .n. diuiditur in materiam & formam,quæ p ſe ſpecies non exiſtunt; licet iunctæ ſimul efficiant ſpeciem: ꝙ ſi in aliis corporib.inſit,vt in ipſum alia reſolui queant, iam ptinus erit elementum : huiuſmodi verò quattuor eſſe conſentiunt omnes ppè philoſophi,aërem,aquam,ignem,& terram: idcirco erit corpus primum ex quo fient , & in quod diſſoluentur alia corpora naturalia , de quo nos in præſentiá diſputare conſtituimus .

B *Numerus elementorum perquiritur . Cap. V .*

QVATTVOR hæc quæ cum cæteris philoſophis elementa nuncupamus , corpora quidem ſunt,quandò ex materia & forma conſtant, è quarum coniunctione pximè exoritur quantitas;neq. materiæ,formęúe rationem obtinebũt;erunt verò prima,quoniã ex ſimplici materia & forma conſtituta ſunt ex quib. corpora ſanè,non ſyllabę, aut voces,aut concluſiones, ſicut ex aliis elementorum modis efficiuntur,atq. alia corpora quæ cùm ex elementis conſtent,non amplius ſimplicia,ſed compoſita ſunt:ob eamq. cauſſam à cęlo diſtincta: quod & ſi primum corpus eſt; non tamẽ ex materia & forma conflatum, nec eiuſmodi,vt ex eo fiat aliud; & quemadmodum compoſita ex elementis primò conflantur, ſic in elementa primò diſſoluuntur : ita tñ vt cùm ẽt ex materia primò conſtituantur,& in eam habeant extremam,primò ex elementis fiant corpora compoſita,& ex materia primò: ſed ex materia primò.i.ante omnia,ex elementis aũt pximè , ſiue aũt id natura, ſeu tpe ſit,aliàs explorandum.Signo illud eſt;quoniam eſt ratio par compoſitionis & diſſolutionis . vltimũ aũt id & remotius in quod corpora diſſoluuntur, eſt materia, ita & id erit elementum in quod diſſoluetur compoſitum primò; hoc eſt pximè; nanq. adhuc ſupereſt alia reſolutio corporis ſimplicis

C in materiam primam quę vtrum'ne in omni tranſmutatione neceſſariò requiratur , an non poſthàc videndum eſt.Sed vtrum'ne cùm diſtinguatur elementum à materia cõi & remota,diſtinguatur itẽ à pxima,an potius pxima ſit elementum,mox ſpectemus. Ea ſanè videtur eſſe materiæ conditio,ſiue pxima,ſeu remota ſit,vt ſemp intueatur formam,ex quib.vnum poſteà p ſe fiat quod omnib.numeris & partib.pfectum atq. conſummatũ eſt:quoniam verò materia pxima ſignificat pceſſum ad actum,& potentiã iam ab efficiente contractam, ſeu pparationem ad accipiendã formam, ideò vna eſt ex qua fit deinceps,ſecundùm partes id quod fit,& cui reſpondet ſemp pprius ſuus ipſius actus. vnus,n.& ille eſt: at elementum, quanuis rationem habeat poteſtatis, non tamen ad actum quendã qui ſuus pprius futurus ſit,à natura dirigitur: iam.n.eſt actu p ſe,ſed actum vnum qui quidem plurium ſimul eſt;idcirco differentia inter materiam pximam,& elementum erit eiuſmodi, vt materia vna quidem ſit ſemp vnius formæ;& vnius compoſiti. elementum verò non vnum: quamobrem id quod ex elemento pducitur;ita fit non ex eo tanquam poteſtate, & forma tanquam actu, ſed ex eo tanq̃ mixtum;ideò non vt ex vno,ſed vt ex plurib.ſimul ad conſtitutionem vnius ęquè coëuntibus; huiuſmodi verò contraria ſint oportet; quippe quę partes poteſtatis actuſq. gradus inter ſe conſecuta ſint,nam mixtum quatenus huiuſmodi, vnà plura ſignificat ſimplicia , quæ ſine poteſtatis actuſq. rõne fieri nequeant vnum . Cęterùm alterna poteſtas & actus contrariis innituntur.ppeà conſtitu

D tio corporum ex elementis,non modò generationis nomine expreſſa eſt,verùm compoſitionis cuiuſdam quam mixtionem vocamus ,& eorum corruptio reſolutio dicta eſt. Neq. idcirco timenda eſt obiectio Scoti.[a] Nimirùm quia ſic generentur ex ſe inuicem. Sed quæ ſic habent,obtinent inter ſe rationem termini à quo,& termini ad quem;ij verò non conſiſtunt,ergo nec elementa & mixtum. Proinde nec generatio mixti compoſitio,nec interitus reſolutio . Neq.n.videtur animaduertiſſe in generatione compoſiti geminam obſeruari rationem ad id ex quo fit , nempè vt ſi ex illo ſecundùm materiam,& vt ex illo,tanq̃ termino, atq. id ex quo fit, vt materia, ſuperſtes eſſe , id tolli ſolùm ex quo fit,tanq̃ termino.At verò ex quo fit,vt termino non eſt elementum,ſed incompoſita ex quibus ſit compoſitum,& huius eſt verè generatio & interitus:ex elementis fit mixtum,vt ex materia.Quocirca non interit elementum.& ob has diuerſas rationes, neq. conſiſtunt termini à quo & ad quem; neq. ſi ex ſe inuicem gignuntur,idcirco non remanent elementa in mixto . Sed pergamus ad alia . Accedit eòdem, ꝙ omne corpus naturale cuiuſpiam motus habet initium ; ſi igitur vnum eſſet elementum,vnum quoq. motum omnium eſſe oporteret;vnum tamen non eſſe perſuadetur ex eo,ꝙ id quod ſecundùm naturam mouetur,in fine velocius,q̃ ab initio concitatur; at nonmodò graue deorſum

[a] 2.Sen.D. 16.q.1.

sum in fine velocius fertur, sed est aliquod præterea corpus quod sursum celerius agitatur, ꝙ leue est. ita saltem duo corpora simplicia sunt quæ elementa esse contingit, neq. tamen ea infinita, veluti longo ꝓgressu disputatum est contra Anaxagoram; & ob id ꝙ idem ex principiis finitis efficitur, atque ex infinitis: & ex eo ꝙ vnumquodq. elementum constat è differentiis sensilib., & per illas ab altero separatur. ꝙ si sensiles differentiæ finitæ fuerint, ꝓfectò & corpora quæ per illas distinguuntur, finita sint necesse est. Præterq̃ ꝙ elementa corpora naturalia sint oportet, atq. illa quidem simplicia: verùm naturalium omnium motus initium quoddam est; & simpliciũ motus simplices sunt, & singuli singulorum: itaq. si motus simplices finiti sunt; ergo ẽt & corpora simplicia necessariò finita esse dicemus. Sunt igitur vno plura, sed finita; atq. ea quidem quattuor ad numerũ, ꝙ quattuor sunt differentiæ motus simplicis quæ naturas simplices consequuntur. & in corporib. simplicib. inhęrent, & insident; vnde &, vt dialectici dicunt, à posteriore: quia motus simplices quattuor sunt, quattuor corpora simplicia esse concluditur: & à priori consimiliter licet Arist. eiusmodi demonstrationem prætermittat: etenim illa nob. ꝑspicua fit ex motib. simplicib. eorumq. natura: & facilè admodum à non oscitante lectore deprehenditur. quoniam motus simplices arguunt simplices naturas, à quib. posteà vicissim ꝓficiscuntur, vt effectus. Nisi ratio quę ducitur ex coniunctione differentiarum sensilium, habeatur à priori; quod ille asseret qui eas elementorum essentias esse opinabitur, vt Alexander. Differentiæ verò sensiles multæ sunt, in quib. aliæ secundæ numerantur, aliæ primæ, secundæ quidem hæ sunt: rarum & densum, durum & molle, graue & leue, lubricum aridum, crassum tenue, asperum lene; quæ cùm ab illis calore nimirùm, frigore, siccitate, & humore exoriri videantur, sequitur, vt has ipsas in primis habeamus. ꝙ si principia illa censentur quę priora sunt; primę igitur istæ differentiæ quas nuper attulimus, iure optimo corporum sensilium differentię statuendæ fuerint, q̃quàm si vniuersæ cum calore & frigore conferantur; calor & frigus omnium primæ sine controuersia ponendę sint: calor. n. eliquat concreta, & terminat humida, sic frigus arefacit humidum exprimẽdo, & cogendo humectat. & longè oĩum prima calor: quia frigus est absentia caloris; attamen ordo hic pertinet potius ad constitutionem corporum simpliciũ in vniuerso, sed cùm ẽt corpora ista simplicia ordinem habeant ad mixta; quattuor aũt virtutes ad constitutionem mixti necessariò requirantur, quemadmodum aliàs abundè docebimus: calor & frigus, siccitas & humor; factũ est, vt quattuor illæ primæ differentiæ corporum ab Arist. reciperentur, è quarum complexionib. certum ipse principiorum numerum constitueret: siquidem è quattuor differentijs sex copulationes efficiantur, è quib. duę consistere nequeunt, quattuor reliquę manẽt simul; calor & siccitas: vnde exoritur ignis: calor & humor, ex quib. constituitur aër: frigus & humor, ex quib. aqua efficitur: frigus & siccitas, è quib. terra conflata est: reliquę complexiones ob repugnantiam non consistunt. & ex his oriuntur elementa quæ sunt corpora simplicia, & è quib. cętera composita producuntur: quanquã & has easdem complexiones ẽt constituere opinor corpus simplex, quatenus est huiusmodi, siue ẽt vt pars vniuersi; quarum rõnũ altera, corpora illa in libris de cęlo tractata fuisse defenduntur, quia tñ illorũ conditiones magis elucẽt in motu, magis aũt habetur eorũ ratio, per qualitates primas, quas alteratrices vocant, quatenus elementa sunt; hoc est, quatenus mixta corpora intuentur (elementũ. n. vt elementũ est, alicuius est, aut aliquorũ) hinc ẽt factũ esse puto, vt Arist. ea per qualitates motrices, tanq̃ notiores in vniuerso disposuerit, & eorũ substantiã ab oĩ relatione absolutã explicarit, in libris autẽ de Gen. per primas qualitates exposuerit, q̃uis natura priores essent, q̃ grauitas & leuitas, cùm ibi cõpositorũ initia vestigaret, e quib. ẽt liquet, vt omnia simul, & simplicia sint, & vniuersi partes, atq. eadem ordinem habeant ad composita quæ mixta nuncupamus, ita vt Aristoteles nihil euarians methodum, quasi vnica opera duo negotia confecerit; siquidem grauia & leuia in primas item qualitates dissoluere oporteat.

Vtrùm elementa quæ corpora sunt, æterna sint, an intereant aliquando. *Cap. VI.*

VTRVMNE verò sempiterna sint, an ẽt corruptioni obnoxia, si sensus rectus iudex est, manifestò constat, ea corpora quę simplicia nuncupamus, & elementa, corrumpi: nã dissoluitur ignis, & à contrario confectus, & ex seipso contabescens, qñ sine pastu aliquo permanere non potest: omnium verò confector & consumptor est. & quocunq. inuasit, cuncta disturbat, ac dissipat. aqua ẽt à calido affecta dissoluitur abiens in halitũ: & aër incenditur, & in aquam per pluuias immutatur; ita ẽt terra putrescit, & resoluitur à calore. quãobrem huiusmodi corporũ corruptio satis euidens est. Cęterùm, si corrũpuntur, ẽt illa gigni necesse est, aut. n. in infinitũ dissolutio procedit, aut demũ stat: atqui infinitam illã esse dicere non licet, nã cũ tẽpus idem non sit, dissolutionis, seu corruptionis, & cõpositionis, siue generationis cum dissolutionis tẽpus infinitũ sit, si non infinitũ, at saltẽ aliud finitũ tẽpus antecessisse oportet quo cõpositũ, atq. genitũ fuerit. ita aut infinita duo ponenda erunt, aut saltẽ aliquod tẽpus extra infinitum, quorũ neutrum fieri potest: erit ergo tẽpus dissolutionis terminatũ, cessabitq. diuisio, aut ad diuiduum quippiã, aut indiuiduũ. verũ non ad hoc postremum: qñ corpus ex indiuiduis conflari non potest, & euerterentur vniuersa mathemata, quę tamen, cùm certissima sint, nisi certiora succurrant, aut iudicio planè careamus, aut ipsa retinenda sint: & grauitas erit

in

A in puncto,atq. illa consequentur absurda,de quib. paullò suprà dictum est, igitur diuiduo quodam terminabitur dissolutio.de hoc item rursus percontabimur; aut.n.corrumpitur,aut non: si primum dederis;iam obtinuimus,quod volebamus;si negaris: at tum quod minus erit,facilius cõseruabitur, q̃ id quod maius est: cui tamen experientia repugnat. etenim minor ignis facilius corrumpitur q̃ maior:corrumpetur ergo. Cùm verò nemo fuerit ex veterib. qui plura quidem vno elemento ingenita esse testatus sit,gratis ẽt accipi põt ea,si plura sunt,generari:quãobrẽ satis Aristoteli fuit id ad ꝓbandum elementa a tergo excipere mutationem. Tamen id quod tanquam datum accipit Arist. & iam rõne quæ sumitur à natura materiæ,probari posset: quandoquidem,sicut ex nihilo nihil fieri Peripatetici dicunt: quamuis alioquin impium & detestabile;sed hæc Peripateticè pronunciata sint, & illud in ore perpetuò sit, quod sapientissimè cecinit Pindarus

Ἀ'πό μοι λόγον τοῦτον ς όμα ῥῖψον
Ἐπεὶ τό γε λοιδορῆσαι θεοὺς — Ἐ'χθρὰ σοφία.
Abige os mihi huiusce modi vocem,
Deos etenim insequi crimine in — visa sophia.

sicut, inquam, ex nihilo nihil fit, vt Peripatetici dicunt: ita neque in nihilum abit; neque intendit natura corruptionem;sed hoc corrumpit, vt alterum generet, neq. potestas ad non esse in materia B potissima est,sed ad esse per se, ad non esse verò per accidens.ob hæc igitur, si corrumpitur elementum,aliud ex eo rursus producatur oportet. Verùm fac non concedi talem naturæ progressum. sicuti via sensus apparuit elementa corrumpi, sic ẽt eodem sensu confirmari põt, aliquid nunc generari vt ignem: de hoc ergo sciscitari licet, vtrùm ex non corpore fiat,an'ne alij corpori succedat: non tamè ex non corpore fiet,quoniã vbi corpus actu non affuerit,& ibi de nouo corpus extet;erit vacuum separatum,quod tñ Arist.confutauit,si fuerit corpus: aut hoc aliud erit in infinitum: sic infinitum tempus erit compositionis & dissolutionis, quod tñ defendi non põt; aut finitũ: si verò finitum ad vnum tãdem ex his primis tanq̃ circulo remeabit. ita mutua singulorum erit ꝓpagatio: id.n.quod fit,aut ex corporeo,aut incorporeo fiat,necesse est;non tñ ex incorporeo,quando vacuum foret: igitur ex corporeo: atq. hoc, vel potestate, vel actu,ac si fuerit actu, aut vnum erit ex elementis, aut aliud: fieri verò non põt ex eo quod potestate sit corpus: quia cù n actu corpus non sit (tale.n.statuitur) erit vtq. idem ac corpore vacans: idcirco spatium erit inane.ꝙ si fuerit actu,atq. illud vnum ex elementis,idq. adhuc in generatione noui superstes sit, erit ergo penetratio corporum. si rursus aliud ab illis,erit igitur aliquod corpus ante elementa, quod sanè non videtur tollerare natura, qñquidem graue foret aut leue: ob eamq. caussam vnum ex elementis: neque.n. mathematicum esse C contingit.si verò hæc sunt, prius aliquod extet necesse est quod sit corpus quidem, verùm non tale, quale est id quod genitum est: hoc verò est aliud elementum. ita non ex materia,neq. ex dimensionib.per se: cù n per se oĩa hæc potestatem significent, nec corpora sint, sed ex corpore quod ex materia constat, & dimensionib. quæ tum actu fiunt, cùm primùm accedit noua forma, & efficiuntur corpus, vbi vnum factum sit ex materia & forma,atq. ex dimensionib. earumq. terminis (corpus.n. significat terminos [a]) tanq̃ ex actu & potestate, nec ob id vlla consequitur penetratio, eo.s.in actũ deducto quod antea fuerat potestate, non tñ in potentia simpliciter: sed cùm alio quodam actu terminis permutatis,à quib. q̃tum & corpus primo constituitur.sed de his infra plurib.libuit.n.hîc admonere lectorem huiusmodi ꝓgressum,atq. conflictum rationum ne opera læderetur in explicatione loci cuiusdam Arist. cùm Græci,aut nõ animaduerso fine rationis,hæc eò dici ab Arist. [b] censuerint,vt explicaretur modus quo vacuum poneretur,si corpus ẽt è potentia corpore,non aũt actu effiCeretur: ideò ꝓgressum argumentationis Aristotelicæ non absoluunt: aut de verborum explicatione dubij,in Aristotelicæ sententię vi exponenda incerti hæserint: nec de menda dubitasse videantur: adeò vt magnę tenebrę illi loco offusę sint, accedente præterea Auerroe qui turbas magnas in Græcos auctores concitauit, vt non inanis futurus sit conatus noster,si eam qua'n possumus lucem,huic ipsi loco afferamus;eoq. maxime ꝙ Alexandri expositio fidelis apud nos est.& extat hodie Themi-D stius quem desiderauit Antiquitas. Arist.autem verba sunt huiusmodi. Οἱ μὲν οὖν ἐξ ἀσωμάτου γεννῶν λόγος ποιεῖ κενόν. πᾶν γὰρ τὸ γινόμενον ἔν τινι γίνεται, καὶ ἤτοι ἀσώματον ἔσται, ἐν ᾧ ἡ γένεσις, ἢ ἕξει σῶμα: καὶ εἰ μὲν ἕξει σῶμα δύο ἔσται σώματα ἅμα ἐν τῷ αὐτῷ τό, τε γινόμενον καὶ τὸ προϋπάρχον. εἰ δὲ ἀσώματον, ἀνάγκη κενὸν εἶναι ἀφωρισμένον. τοῦτο δὲ ὅτι ἀδύνατον δέδεικται καὶ πρότερον.i. Qui igitur ex incorporeo generat sermo,facit vacuum: omne.n.quod fit, in aliquo fit,

» & aut incorporeum erit id in quo fit generatio,aut habebit corpus. & si habebit corpus, duo simul
» erunt corpora in eodem,id quod fit, & id quod prius aderat. si aũt incorporeum, necesse est vacuũ
» esse separatum.hoc aũt ꝙ fieri non possit,ostensum est prius, & quæ sequuntur. Omnes verò interpretes ab Alexandro vsq. ad Auerroem de loci huius sincera lectione dubitarunt,& maculam subesse suspicati sunt;& illum aliquo modo supplere studuerunt,licet,vt puto,rectè aduertenti, videatur explicatio illa quam ex Auerroe colligimus,nihil aduersari verbis contextus hoc pacto. si ex incorporeo;ergo vacuum.ita.n.illi argumentabantur. Quod fit,alicubi fit: hoc in quo fit,aut caret corpore,aut habet corpus,ꝙ si corpus habet: ergo duo aut plura corpora locum eundem occupant, & id quod fit,& id quod prius aderat: si aũt hoc fieri nequit: ergo incorporeum, si id extiterit, igitur vacuum

[a] 4. Phys. T. 15
[b] 3 de cęl. T. 54.

cuum.& cùm hoc ex rationib. Antiquorum conclusum sit,postq̃ vacuum ipsemet Arist.exploserit, E
restet,vt ex corpore fiat id quod fit,eo n̄ modo quem nos paullo antè adiecimus. Nã sic neq. Auerrois ratio concluderetur contra Arist. sed pro Arist.ipso aduersus Antiquos,quid.n.prohibebit,quo minus vnum corpus alteri cedat,etiam si hîc fiat corpus,& antè ibidem aliud corpus extiterit? Neque id ẽt obstabit,quod nihil omnino genitum sit,quia,nec ex eo quod est actu,neq. ex eo quod est potentia,quicquam generari posset.quandoquidem valet id ex eorundem sententia, non aũt Arist. si enim quod est potentia corpus, corpus non est; & duo corpora se se vicissim penetrare non possunt, nulla ratione poterit fieri corpus. Sed iam audiamus ipsos.

Explicatio Textus LV. Tertij de Cœlo. Cap. VII.

ALEXANDER ergo,vt ab illo exordiar, existimauit inesse vitium in ea phrasi,parte aliqua ex ipsa sublata; suppleri verò sic. Ἅπαν γὰρ τὸ γινόμενον ἔν τινι γίνεται, καὶ ἢ ἀσώματον ἔσται, ἐν ᾧ ἡ γένεσις, ὅπερ δηλοῖ ὅτι πᾶν τὸ γινόμενον ἐν τόπῳ ἔσται, καὶ αὐτὸς ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἡ γένεσις, τοῦτ᾽ ἔστι τὸ γινόμενον ἢ ἄλλο τι περιέχον ἔσται σῶμα ἢ οὔ. τὸν δὲ μὴ ἔχοντα σῶμα τόπον ἀσώματον εἶναι. εἰ δ᾽ ἐκχωρεῖν τις φαίη τῷ σώματι τῷ γινομένῳ τὸ προϋπάρχον, ἔσται κενός τις τόπος, εἰς ὃν μεταστήσεται, οὐ γὰρ ἂν εἰς τὸν ἐκείνου, ἐξ οὗ τοῦτο γίνεται· ἐξ ἀσωμάτου γὰρ γίνεσθαι ὑπόκειται. οὕτω μὲν ἦν εἰ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἔσται τὸ γινόμενον περιεῖχέ τι σῶμα πρὸ τοῦ γινομένου δύο ἔσται σώματα ἐν τῷ αὐτῷ. εἰ δὲ μηδὲν περιέχει σῶμα κενὸν ἔσται τι ἀφωρισμένον τι δεχόμενον τὸ σῶμα τὸ ἐξ ἀσωμάτου γινόμενον, καὶ τὰ λοιπά. F Eorum siquis interpretationem desideret, hæc audiat. Omne enim,quod fit, & aut incorporeum erit, in quo generatio, quod significat, quòd omne quod fit,in loco erit,& ipse locus in quo generatio; hoc est,id quod fit,aut aliud aliquid continens erit corpus, aut non: eum verò locum, qui non habet corpus, incorporeum esse: si verò cedere quispiam dicat corpori,quod fit,id quod prius aderat; erit inanis quidam locus in quem transferetur, neque.n.in loco eius,ex quo hoc fit: ex incorporeo.n.fieri statuitur, sic igitur, si locus, in quo erit id quod fit, continebat quoddam corpus,antequàm illud fieret, duo corpora simul habebit in eodem: si verò nullum continet corpus;inane quoddam erit separatũ,quod capiat corpus quod ex incorporeo fit. & reliqua. In qua item loci explicatione tollit Auerroi via ratioq. oppugnandi interpretationem Alexandri; quamuis fingatur esse argumentum Aristotelicum in illos allatum: quandõ iam obsistit ipse cessioni; neque.n.ea fieri potest, nam in cuius,obsecro,locum cedet corpus quod anteà locum occupabat, in quo factum est nouum corpus? non sanè in locum illius: iam.n positum est ipsum non esse corpus; ideoq. locum nullum obtinebat. ergo aut est ibi factum nouũ corpus, dum adhuc G alterum superstes esset,& sic corporum penetratio consequet, aut si hoc absurdum est; erit corpus ex non corpore; ob eamq. rem vacuum in natura consistet. Ita etiam sequet,vt nulla sit generatio corporis; si neq. ex eo quòd est potentia corpus,fit corpus,neque item ex eo quod est actu, ex illo enim,quia foret incorporeum,non fieret corpus; ex hoc verò nequit: neque.n.tolerat natura penetrationem corporum. hæc.n.omnia ex Arist. sententia conatus illorum frangerent: nam [quod in aliquo fit [&] id in quo est generatio [& ; habebit corpus] licèt ambigua sint, in quo.n.fieri, vt subiecto,quandoq. dr̃, velut albedinem in cygno, & formam in hoc, & habere corpus p̃animatis, quasi corpore vtantur; quin ad locum transferri oporteat, hîc dubitandũ non est,quoniam & fieri & esse contingit in loco quodam & in quodam loco, vt in terris plantæ gignuntur,& locus habet.i. continet,sicut & modius habet triticum & amphora vinum,quia continent. Sed illud quod subiecit Alexander Themistio teste,fortasse obscurius,eius ergo verba subscribã,vt videamus p̃pter obscuritatem,qui sensus ex illis erui possit, dum ait. Quod nascitur, in aliquo consistit: consonum non est vt intelligamus materiam in loco,qui n.dicit in materia corpus non inesse, quod posuit, de medio tollit: materia.n.si corpus sit,& non materia erit ex corpore id quod ipse ponebat: siq. materia ex vno corpore in aliud mutet, in vno eodemq. loco duo corpora non erunt, si verò ea quæ H inueniunt ratione: quĩ igitur fieri poterit,vt primum illud corpus aliud veluti materiã recipiat? vel quòd locus modo eiusmodi materiã debeat recipere, id sanè perspicuum est. hæc illius verba sunt. Videtur aũt Alexander admonere nos, non posse transferri ad significandã materiam id quod dicit Arist. quòd in aliquo gignitur: comprehenderetur.n.repugnantia paucis verbis,aut.n.materia corpus est, aũt non: quòd si non fuerit corpus; iam ibi vacuum adesse apparet: verùm si corpus esse dicatur, siquid igitur ex ea fit,è corpore p̃ducetur; at nos anteà corpus è non corpore fieri sumpseramus. Rursus autem materia ex vno corpore in aliud mutat,aut non: quòd si materia permutat, in vno loco duo corpora non manebunt,quod tamen ipsi profitebantur: si manet; ergo foret penetratio corporum, quæ cùm fieri nequeant; efficitur,vt materia non sit id in quo fit corpus quod itẽ vniuersum ad Antiquorum placita dictũ est,vt inde vacuum esse confirmetur. Sed videamus nunc. vtrũ id quod ad hæc dixit Auerroës aliquod habeat momentum, nec ne. Mitto.n.id quod ex Alexandro citat Themistius. non materia erit ex non corpore,& vbi notat repugnantiam illam; in eum sensum oĩa hæc accipiens,quoniã si materia ponat, ea per se pars corporis est,& habet dimensiones: si igitur illa sine dimensione poneretur, vtique corpus,neque pars foret corporis: ergo materia,

A teria, nō esset materia; nō.n.admodū efficax est. sed videamus obsecro quod ét ipse ad hęc opponat, & vtrū'ne aliqđ pondus hēat cōtra nos. Inquit.n.ipse falsò assumi, materiā corporis esse partē, aut .n.spectat materia prius, q̄ ex illa corpus factum sit, aut postq̄ genitum est. si antequàm ex ea corpus fiat, pars corporis non est: ideò possumus de illa percōtari, vtrùm sit cū dimensionibus, nec'ne: ac si fuerit sine ipsis, erit etiam vacuum, id est aūt, dimensiones à materia separatæ. quòd si cùm dimensionibus erit etiam penetratio corporum. igitur, inquit ipse, perspicuum est ex his, non habere robur id quod accipitur; materiam non esse incorporeum illud quod assumpsit Arist. nil.n. opinor, vetat, quominus & ipsa illud idem sit: cur.n. materia corporis pars non sit, quemadmodum est pars cōpositi, & veluti potentia substantia pars est substantiæ, pars itidem quanti, sit id quod potentia quantum est? Sed quoniam pars quanti duplex esse pōt, vel ad essentiam pertinens, vel etiam continua: siquis det eam esse partem quæ respiciat essentiam; dubitet tamen, an sit pars continua; dicimus id abhorrere à verò. quòd ea sine dimensione consistat: semper.n.cum dimensione est, si modò dimensio significat, vt infra ostendetur, id quod est potestate quantum, quatenus potestate est, & quod accessione terminorum fit verè quantum: & nisi fuerit actu vacuum, fore non negamus: neque tamen corporum penetrationē concedimus. si ex materia quę dimensionibus prædita est, nō uum corpus fiat, quia.n.& si per se dimensio est, nunquam separat' ab actu; propterea vacuum non
B est: quandoquidē terminis commutatis è vetere nouum fit corpus; ita corporum penetratio nō est. Ex quo patet ét id quod tribuit Gręcis Auerroës & confutat: non esse falsum; est.n. materia pars corporis, vt dictum est, & habet dimensiones, & si careret, nō esset certè materia, cùm materia quatenus hūi, sit potestate substantia, quantum & quale, & reliqua prædicamenta, ne plus temporis in singulis enumerandis insumam. est verò potentia quantum per dimensiones, & quærere, vtrùm materia, quatenus huiusmodi, prædita sit dimensionibus, est profectò de ipsius essentia dubitare. possumus sanè quærere illud; vtrùm quanta sit, & si negetur, id sequitur esse vacuum, ac si fuerit quanta, & ibi fiat nouum corpus; terminis materiæ nō transmutatis penetratio consequetur. sic & Arist. argumentum ex Antiquorum sententia erit efficax, &, si ad eius placita ducatur, ab argumentis Auerrois defendi poterit.

Cur elementum totum simul corrumpi non possit. *Cap. VIII.*

EXCITATA quondam dubitatio fuit ab Alexandro hoc pacto, esto q̄ elementa corrumpi possint; & quælibet illorum pars secundùm substantiam transmutetur. cùm id fieri queat, ét
C fore videtur aliquod tempus in quo oēs corruptæ sint; vtrum'ne quandoq. terra non erit? eadem quoq. disceptatio ad homines transferri pōt: nam singuli corrumpi possunt; singuli oriuntur per ꝓpagationem: neque.n.ij sumus, qui credamus, vt Empedocles, qui natos homines ex terra ait vti blitum.[a] cùm liberi sint, sobolem non ꝓpagare possunt: ergo quandoq. species ipsa humana poterit extingui. sic ordo vniuersi tollet', qui constat in ea connexione formarum, quę gradib. quibusdam à Deo O.M. deriuantur, & in certa sede corporum naturalium collocatæ sunt. Videtur sanè dialecticè, quanquam verè, respondisse ad quæstionem Alexander, non ita tamen, vt expleat animum dubitantis, quandò interrogare adhuc licet; ecquæ'nam sit eius euenti caussa. inquit.n.ipse committi fallaciam, cùm de oībus simul. in quæstione concludatur, quod de singulis assumptū est. etenim verùm id est, singulas terræ partes interituras, & singulos homines: nō tamen omnes simul, sed successiuè: licèt eadem fortasse necessitas non sit, cur terra permaneat, atq. homo, quòd terra simpliciter necessaria videtur esse: homo aūt ex hypothesi, quandò illa ex motu cęlesti ducit originem; hæc ex eo si species conseruanda est, vt mox enarrabimus. Eodem ꝓpè modo tollebat dubitationem quandā contra Auerroëm Suessanus de æternitate. Nam sic obiiciebant Auerroi nonnulli, si nulla cogitatio, nec mens speculans. Sed nulla cogitatio, siquidem fieri potest, vt homo co
D gitet. ergo etiam fieri pōt, vt non cogitet. Ponatur non cogitare. Ergo nullus homo cogitat. Itaq. non erit speculans intellectus. Respondet aūt Suessanus, antecedens illud esse verum diuisim, non coniunctim, vtputa & hic & ille non cogitat. Et ille nunc, mox alius non cogitabit: simpliciter verò nullum nullo tempore cogitare falsum est, & eiusmodi, vt fieri nequeat. Igitur ex eo non tollitur, quin æternus sit speculans intellectus. Sed contra ipsum Genua disputabat non esse absurdum, inquiens, si ex antecedente quod fieri non posit, inferatur necessariò consequens, quod itidem fieri nequeat. ergo falsò dictum à Suessano non tolli necessariò mentem speculantē, quia antecedens illud fieri non posit. At non id negabat Suessanus: verùm id sibi volebat. cùm id quod inde inferebatur, fieri nō posset, non nisi ex antecedente consimili descendere; idcirco oppositum esse verum; & id quod tantundem valeret, quo posito, vt erat verum sic mentis speculantis æternitatem nō oppugnabat. Verùm hoc nunc ipsi Alexandro cōcedatur: at nihilominus remanet scrupulus, ecquid sit caussæ, cur terræ partes oēs simul non intereant, neq. omnes homines, sed vicissim & sigillatim. Mihi quidem & alia caussa esse videtur, & non eadem in vtroq.: nam quantum de terra, & elementis est, cùm fiant & corrumpantur accessu Solis, ac recessu ex aliquo cursu, quem per Zodiacum tenet, vtiq. dum hìc terram corrūpit, alteram è regione ꝓducit, & dum illam immutat, alteram generat

[a] Varro Eumenid.

rat apud nos: quamobrem præsente materia quæ formarũ oĩum successiuè capax est, duæ perpetuitatis caussæ ab eodẽ philosopho compluribus locis animaduersæ generationi præsunt. ita fit, vt quod in terra & elementis sigillatim fieri põt, omnibus simul nequeat euenire, atq. hęc est perspicua caussa ꝓpter quam elementa secundùm partes corrũpuntur, ab ipso philosopho non semel expressa, & suis locis exposita, de qua, ne verbum quidem 3. de cęlo factum fuerit, vt mirandum sit, quo pacto tanquam ibi conclusum in oĩum ore versetur: neque.n. idem est, ex sese mutuò gigni elementa, & secundùm partes gigni: nanq. oppositum consequentis huiusce cum antecedente consistere nil ꝓhibet: quando fingi posset, vnum elementũ totum ex toto fuisse transmutatum, quia sic aër in aquam, totus in totam, quemadmodum pars in partem conuerti posset, & circulus inter elementa tota fieri generatione & corruptione nunquam cessante, nisi aliæ caussæ obstarent, de quibus non sanè 3. de cęlo, sed alibi affatim disputatum est, nisi forte ex parte illa gigni conclusum fuisse diceremus, quia per segregationem non fierent, & quia tota prius extitissent, sed aliqua mutatione formę intercedente, quod planè verum est, sed id non quæritur in præsentia. Hæc de elementis. Verùm quantum ad hominem spectat etiã dubitare posset, an id reliqua item animaliũ secla attingeret, & vtrùm eadem caussa nec'ne in oĩbus animalium secli afferri posset: eteni n & illorum interitus variis de caussis euenire põt, & à variis impedimentis quæ ꝓpagationi efficiendæ opponantur: quanuis animi sui libertate, quemadmodum homines, id efficere nequirẽt, nisi ortum ex patre omnium animantium generi concedamus, quod tamen in perfectioribus & quæ ad sui absolutionem multũ temporis postulant, ægrè admodùm Peripatetici dabunt. An ꝓpagatio speciei ipsius opus est: cùm ad sui ipsius conseruationem tradita sit à natura, quæ primùm speciem ipsam curat; quanuis hoc suum desiderium expleat auxilio singularium, & ipsis species ipsa consistat: nam id quod in primis appetit, essentia est; hæc verò manet in specie, propterea si natura non errat in oĩbus, sed in paucioribus; verisimile quoq. est, appetitum & facultatem conseruatricem à specie proximè permanare ad indiuidua, eandemq. superare potentiam indiuiduorũ, quæ præter naturam est & rarò cõtingit. ita necessitas speciei superat contingentiã, quæ in indiuiduis est: ob eamq. caussam ad veritatis similitudinem videtur esse ꝓpensius, vt non oĩa simul accipiant contingentiam, neq. possint: etenim degeneraret contingens in id quod fieri non potest, & quod rarò esset, & per accidens, vniuersis eueniret: quare periculum immineret, ne oĩs ordo naturæ peruerteretur. in quo.n. distant functiones naturales ab iis, quæ præter naturam? nisi ꝙ illę plurimum fiunt, nisi semper: hę verò rarò; pendent illę à certis causis, hę verò ab incertis. Quanquam hanc speciei necessitatem non in oĩ specie ponimus, vt docebimus, cùm de vniuersi perfectione verba faciemus. Cùm etiam à libertate proficiscatur altera contingentiæ species, ea verò sit in singularibus & in paucioribus eodem modo dicemus, appetitum prolis, quia naturalis est, & speciei ipsius; superare humanam libertatem; non quidem in singulis, singula.n. contingentiæ sunt obnoxia, nec speciei ratio manet in singulis, vt.s. intereat ad interitum singulorum, sed in oĩbus simul ꝙ omnibus simul speciei ratio consistit, quæ necessitatem præsefert. Huc accedit, ꝙ ea quæ dirigitur ad ꝓpagationem, non est merè potestas animalis, vt potius in hoc animalis seruiat naturali, ꝗ contrà; nõ secus àc in respiratione & excrementorum deiectionibus vsuuenire sapientes asserant. cùm.n. simpliciter voluntariæ non sint, licet aliquando superent à voluntate, quemadmodum de seruo quodã scriptum legimus qui respiratione cohibita sibi mortẽ consciuit: at naturæ necessitas expugnat ipsam voluntatem: sic cùm appetitus sobolis à naturali necessitate deriuet; humanã superat libertatem: idcirco & hominis est quęrere sobolẽ, & leges optimę sobolis ꝓpagationi cõsuluerũt: quarũ munus est cõseruare naturã humanã, hoc est, hoĩes ex cõsuetudine tales reddere, vt imperio naturę parére possint. Sed hęc hactenus. E F G

Quemadmodum proponatur iterum primò de Generatione quęrendum, an generatio sit. Cap. I X.

SATIS hactenus existimauerit quispiam ex his esse conclusum, generationem in rerum natura poni oportere. veruntamen etiam postquam hęc ab Arist. tradita, & peracta sunt; profitetur ipse se rursus eiusdem rei demonstrationem aggredi 1. de Gen. quapropter & ansa data est eius interpretibus inquirendi caussam talis progressus. nec præter ea quæ afferuntur ab ipsis, desunt quæ vitij cuiuspiam in methodo contexenda suspicionem excitare possint: nam præter illud, ꝙ generatio in eo volumine scopus est, is aũt esse constituit; cùm ex hac controuersia Auerrois quidem sententia, facilè nos expedire succedat; nanq. illud de vniuersæ scientiæ scopo concedendum est, de scopo verò partis aliter pronunciandum, [a] quandò ipsum in tota scientia quærere non negatur, & illud sufficit solùm, si nobis ipsum esse perspectum sit, antequàm de illo quippiam demonstremus. Sed hoc vrget potius & premit, quod ab eo qui libros Aristotelicos aliquo cum iudicio versaturus sit, sine crimine præteriri non põt; nam præterquam ꝙ & eum qui quondam litterarum monumentis aliquid cõmendaturus sit, cursus dirigendi viam tanquã pyxis nautã monet; etiam Arist. ipsum pręceptorẽ summum ab importunorũ calũniis vendicat, & ab eo cuius animus suauissimis cõtemplationum epulis altus fuerit, pietatis ergô præstandum, vt quemadmodum ciconiæ parentibus nos etiam in multò delicatioribus cibis Arist. ἀντιπελαργῶμεν.i. alimenta rependamus. hoc igitur premit & vrget: H

[a] 4. de cęl. T.c. 34.

A ger: quoniam cùm oĩa hæc 3. de Cęlo peracta fuerint, eadem quæstio reperiat, & caussa varietatis inquiritur; ꝓbabile.n.est alio pacto hic, atq. ibi philosophum generationem esse docuisse; cęteroqui methodus hæc redundaret. Rationes autem varietatis hę potissimum esse viderentur, q in aliquo ex his locis generatim, in altero vero speciatim de generatione disputatum sit. Verùm neq. distinctio hæc satis idonea reputanda est; nam siquis fuit locus in quo speciatim de generatione fuisset agendum, erat ille liber qui ad ipsa tanq̃ a ꝓprio scopo inscriptus est, quo mag s ille liber in singulariũ notitia versatur, q̃ libri de cęlo: tamen profitetur Arist. se de generatione, item vniuersè in eo libro verba facturum. Posses fortasse dicere generalem eius speculationem esse duplicem: vel quia non distinguatur in suas partes, vtputa in eam quæ simpliciter est, atq. alteram quæ quodammodo; aut quia de nullius rei generandæ transmutatione disseratur, verùm de generatione ipsa, nulla habita ratione rerum quæ gignuntur: & reuera tale discrimen existit inter tractationem, quam habuimus 3. de Cęlo, & 1. de Gen. nanq. in 1. de Gen. de ipsa disputat, vt eam ab alteratione distinguat, & doceat, quemadmodum fiat. Cęterùm, etsi id ita est; attamen Arist. 2. de Gen. nobis explicat mutuam elementorum transmutationem, cõsimiliq. modo dum statuit Auerroës [a] Arist. ibi de generatione agere, quatenus est affectio corporum simplicium. in 1. verò de Gen. quatenus inest communiter ele- [a] 3. de cel. t. cc. & e vltimi.
B mentis & mixtis, statuit sanè differẽtiam inter has tractationes, sed prætereà multa pronunciat, quę nescio herclè, an admodùm firma sint: etenim de generatione & corruptione simplicium, si satis 3. de cęlo dictum est, cur iam agitatam quæstionem inculcare oportuit in volumine consequente? præsertim si generatio præcipuè conuenit elementis, & per illa reperitur in mixtis: nanq. sine crimine pars hæc quæ respicit elemẽta, dimitti potuit. Rursus de generatione & corruptione mixtorũ 4. Meteor. disputatum est. Vtreq. verò sententiæ, cum superior, tum etiam hæc in eo labuntur, vt rõ non reddat, cur iterum quæstio, an est generatio, agitetur, neq. se supernacanea sit. Auerroës etiam ipse parùm sibi constat, siquidem neget aliquando Arist. in eo libro disquirere, an generatio sit, sed quemadmodum fiat solùm; cùm libro 3. de Cęlo hoc ipsum abundè quæsitum sit. Sed eius dictum mirum in modum oppugnat ea quæ Arist. in eo loco professus est. Ideò ad extricandam hanc controuersiam eò reuertendum est, quod in exitu primi libri constitutũ fuit à nobis, etenim nosse quippiam esse, contingit bifariam, aut per se. i. per diffinitionem, & à priori, vt aiunt, ac distinctè: non sanè per vllum genus demonstrationis; neque.n. vllum est quod in substantiæ cognitionem nos perducat, sed per definitionem aperit solùm ipsum definitum, & in suæ definitionis partibus agnoscitur vniuersa eius essentia: non.n. cogit definitio, quemadmodum syllogismus, sed aperit, & manifestat solùm, vel noscitur esse per accidens. i. per signa, & cognitione quadam incohata & imperfecta.
C Quapropter dicimus, cùm differeret Arist. de generatione, quatenus est affectio corporum simplicium, sat habuisse, si quibuscunq. rationibus eam affectionem in corporibus simplicibus inesse conuinceret, & quemadmodum esset, quia. s. non per segregationem, aut congregationem; verùm q in se vicissim corpora prima transmutarentur, & ex se vicissim fierent, & præfinitis terminis illa disputatio conclusa est, & theorematis ad corpora simplicia solummodò contractis; hìc verò proponere ad spectandũ generationem & corruptioné per se, vt accuratè naturam eius tractaremus, ac distribueremus in oẽs suas species, eiusq. principia sigillatim teneremus, & à singulis aliis transmutationibus excepta latione distingueremus. idcirco generationis allata definitio, cęterarumq. transmutationum, vt quod iam per accidens notuerat, per se manifestũ euaderet. Cùm verò idem sit principiũ, per quod res per se à cęteris separatur (mitto enim accidentia, quorum officiũ in eo quod nunc indagamus, nullum oĩno est, neque.n. per ipsa afficimur ad quid est) & per quæ constituitur. ergo pretium operę facturi sumus, si differentias inter mutationes omnes diligenter perquiramus, & pręcipuè inter generationem & alterationem q mira inter has similitudo intercedit, & q ab antiquis philosophis ꝓ eodem propemodum acceptæ fuerint. Proptereà nostræ disputationis exordium inde capi poterit, vt quæramus an hæ mutationes secum differant; deinde, quoniam occasio distin-
D ctionis in iis mutationibus ab eo ortum ducere põt, quòd varia generationis primordia statuamus; sedulò vestigemus, id quod hũ transmutationũ volumus esse principiũ. hinc ergo nascet exordiũ.

An sit aliquid quod generetur simpliciter. Cap. X.

QVONIAM verò generatio cuiuspiam est, si ipsa est quam esse credimus; eaq. aut simpliciter, aut quodammodo; erit etiam id quod simpliciter, ac quodãmodo gignatur. Cęterùm id nobis inicit scrupulum, an aliquid sit quod generet simpliciter. idcirco breuibus erit hoc ante alia peragendum: præsefert.n. id dubitationem non leuẽ, & cuius solutio patefactura sit aditum ad ea quæ consequuntur. Nam si quippiam generatur, fit ex eo quod non est, sed cùm generetur aliquid bifariam, vel simpliciter vel quodãmodo, & cùm quodammodo generatur, fiat ex eo quod nõ est quodammodo: ergo cùm generet simpliciter; videbitur etiam fieri ex eo quòd simpliciter non sit: at nihil hoc est, ex nihilo verò nihil fit; nil ergo simpliciter gigni põt. quare neque etiam erit generatio illi respondens. Nihil aũt esse id quod non est simpliciter; ita licet ostendere. Nanque quod est cõmune ad vnum, quod ordine quodã certo plures partes comprehendit, vnam quidé primò

mò denotans, alias verò per habitudinẽ quam habent ad illam primã, prima illa simpliciter esse dr, cęteræ verò quodammodò, & aliqua ex parte: quapropter inter ea quæ sunt, sola substãtia dicitur esse simpliciter, reliqua prędicamenta nequaquã: homo.n.rectè dicitur esse, sed neutiquam albedo; verùm semper est aliquid aliud existens album, vt homo albus. Aut secundò sumitur id quod est, cõmunissimè quod amplectitur decem prædicamenta. Ex alia parte quod non est simpliciter, vel oẽ id est quod substantia non est; vel id quod separatum est ab oibus prędicamentis. Sed quocunq. modo accipiatur quod non est simpliciter, erit nihil: omne.n.quod est, decem prędicamentis continetur; ex his aũt substantia primum est, deinde cętera in substantia; ita vt illa sublata nullũ aliud reperiri posit: aliter accidentia sine substantia permanerent, atq. id quod est accidens, vbi separetur; in substantiã degenerare posit. Cùm igitur hoc quod non est substantia, non fuerit, nec quicquam aliorũ prędicamentorum consistet; multoq. magis erit nihil, si accipiatur quod non est simpliciter, quod è medio tollit vniuersa prædicamenta ad quæ tanq̃ ad sua capita quæ in rerum natura sunt, oia referuntur. ita & præter ea quæ adiecta sunt à Melisso, accedit etiã Aristotelica dubitatio. Veruntamen & eadem est rõ diluendi hanc ipsam difficultatem quæ itẽ vsurpata est 1. Phys. Quia tamen extat expositio nostra loci illius, & ea verba quibus continetur, satis perplexa sunt, non grauabimur itidem ab ipsis tenebras, quantum in nobis est, excutere. Scire igitur conuenit eius dilutionem fundari duabus distinctionibus eius quod est, quas antiqui ipsi non perspicientes à recta via lapsi sunt, neque.n.aliud vllum, atq. vnum eius quod est, significatum mouerunt: ideò neq. aliud, nisi vnum erat quod non esset quod nihil adęquabat: attamen & ens est multiplex; nec non ens est omnino nihil. Prima verò distinctio est in id quod est per se & per accidens: qua ratione aliquid ex quopiã fieri dicitur, & per se & per accidens: ea verò sic tractatur ab Arist. vt doceatur in primis illam pertinere ad artes; deinde ex hoc ꝙ conuenit artibus, ostendatur eam rerum naturæ optimè respondere. Igitur in oĩ effectione artis hęc tria concurrunt, id ex quo fit, quod fit ex illo, & faciẽs: omnibus autem licet aptare hanc distinctionẽ per se & per accidens: nanq. & faciens per se facit & per accidens; ac per se quidem certũ & determinatũ, cuius.s. habeat speciem, siue actu, seu virtute, & vt fertur, immediatè, neq. sanè, ꝙ respuat instrumentum, vel operationem mediam; nil.n.obstat hæc, quominus esse posit efficiens per se, sed ꝙ in aliam caussam ordinis eiusdẽ non resoluatur; vnde nascatur effectus. contrà per accidens, per aliud inhęrens & separabile, cuius item specie careat, & quoniã hoc quod inhæret, est fortuitum, quodcunq. faciat & nihil certum, velut medicus sanitatem facit, non ędificium, aut cultrum, & in animo speciẽ habet illã quam tribuere studet ęgroto; nec aliunde vim accipit dandi sanitatẽ, nisi quatenus instrumentum est, aut operatio, sine quibus eam nequit efficere, quatenus aũt non medicus, aliud quodcunq. facere põt, neque magis hoc, q̃ illud, neque eo sibi ꝓposito operat; verùm rationem alterius agentis assumens, vt dum ædificat, ædificatoris, vnde simile à simili quodammodo ꝓducatur, non à diuerso, aut etiam à contrario. Idcirco in antiperistasi frigus non efficit proximè calorem, sed cùm colligit; collectus alium calorem facit. Similiter id ex quo fit & per se & per accidens esse põt, ac per se quidem id quod põt esse simile rei faciendæ, hoc est, quod est generis eiusdẽ, sed specie separatur. Itaq. ex non medico fit medicus, & vicissim non medicus ex medico. Quòd ergo ædificet medicus, & ex albo fiat; hæc sunt prorsus per accidens. Quemadmodum igitur in arte hæc eueniunt & per se & per accidens; sic quoq. succedit in natura: nam faciens efficit per se & per accidens, & id ex quo fit aliquid, vel per se est, vel per accidens, & quod etiam fit ex illo per se, vel per accidens existit. Propreà constat eam distinctionem esse arti cum natura communem. Sed.n.nosse conuenit hæc adiecta per se & per accidens exprimere duas rerum notiones, naturam.s.& modũ quo res est, ac modum sanè, cùm significatur appropriatio cuiusdã attributi, vel ex caussã adæquata nascat, vel ex rõne formali, vt si dixerim animal seipsum mouere, quã est animal, ꝙ in seipso habeat idonea principia motus, vel ꝙ sit ipsa ratio animalis. itaq. quicquid seipsum mouet, animal sit necesse est, in quo animalis ratio non cõtinetur, id nullo modo seipsum moueat, & cùm moueat seipsũ ꝙ accidat animali, nec essentię caussa pendeat ex ipso; iam per accidens se mouebit; illud seipsum per se concitabit. Rei natura sic explicat, vt cùm in seipso caussas habeat ꝙ sit, veluti animal rationis compos est per se vnum, & linea recta vel curua, & vnum per se compositum ex materia & forma. Hoc posito veniat in mediũ Melissi ratio. Quicquid fit, aut fit ex ente, aut ex non ente: sed neque ex ente: eo ꝙ esset ante, q̃ fieret, neque ex non ente; siquidem hoc nihil sit; ex nihilo aũt fiat nihil. Vides huius assumpti duo membra; singulorum vitia seorsum significat & fallacia notat Arist. quia verò cum modi, tum rei cõmutatio Melissum decepit, ad vtrunq. membrũ binas affert solutiones. Primam ad id quod acceptum est fieri id quod fit ex non ente, quæ complectitur modũ, qui cum re cõmutatus fuerat à Melisso; quandò acceperat fieri quod fit, ex non ente, & ex nihilo, quod erat futurum subiectũ; atqui non ens significabat modũ, quia fieret ex non ente.i.ex subiecto, quatenus non est. ac non ens quidem, vt res erat nihil: itaq. id sequebatur quod inferebat Melissus; at modo huic apud nos supponitur aliquid ex quo fit id quod fit; vñ nõ est nihil. peccat igitur argumentũ scdm figuram dictionis, quia rem cum modo commutat. Sed ẽt in eodem argumento res cum re cõmutatur, & committitur illud fallaciæ genus, quod est secundùm accidens: etenim sumit fieri id quod fit, ex non ente per se, cùm fiat ex

non

A non ente per accidens, quod per se est ens; nempè ex materia, non ex priuatione; etenim priuatio est per se non ens; insidet hæc in materia; quapropter eius priuilegio materia non est ens quæ cęteroquin ex seipsa aliquid foret: ex hac igit fit id quod fit, quæ est non ens per accidens; ex priuatione verò si fit, ita fit, quia non remanet; ideò non constat ex nihilo. Ad illud autem, quo sumebat id quod fit, fieri ex ente; eadem item adhibita distinctione respondetur, sed solutionum ordo mutat; etenim de rei commutatione prius agitur, deinde de mutatione modi, siquidem fieri contingat & per se & per accidens, & ex ente & ex non ente, sed ex ente fit per accidens: accidit.n.illi ex quo fit, esse; nam quod debet fieri, postulat, vt non sit; illud nanq. fieri dicitur, quod cùm anteà non esset, post existit: ergo ex non ente fit per se, cui cùm accidat esse; fit ex ente per accidens. Caue autem ne coniungendo pecces: id verò dico ne conditionem per accidens enti, aut non enti apponas, sed ei quod est fieri: est.n.per se ens id ex quo fit, & per se non ens, sed ex hoc per se fit, ex illo per accidens. Deniq. per se & per accidēs accipiuntur vt modi: siquidē quod fit, fit ex ente per accidens, quia non quatenus est, & ex non ente per se, quia.s.quatenus non est. Secundùm caput solutionis petit à distinctione eius, quod est potestate, vel actu, quæ sanè distinctio, si rerum corticem spectes, satis per se trita est, & peruulgata, si quid diligentius optes, aut de 9. Met. petas, aut ab initio nostri voluminis accersas. Ergo vt per hæc eximatur oīs perplexitas ex argumento Melissi, sic dicamus.

B Cùm quęrit an id quod fit, ex ente fiat, aut non ente; atq. asserit ex neutro fieri posse; primùm dilemma hoc includere fallaciā à coniunctis ad diuisa: nam quod coniunctim accipiendum foret, ille diuisim sumit: etenim quod fit, & ex ente fit, & ex non ente: quapropter in ipso statim vestibulo occurritur argumento, quandoquidē si fiat ex non ente, non est antè, quàm fiat, & si idem est ens; iam non est nihil. Fit autem id quod fit ex non ente, quatenus non est, & ex non ente per accidens ente verò per se: ex ente verò fit per accidens; proptereaq id ex quo fit per se non est ens, accidit autem illi esse, & ita fit ex ente per accidens, quoniam fit ex eo, quatenus non est. Similiq. ratione id quod fit, fit ex eo quod est, & ex eo quod non est potestate, vel actu; cùm fiat ex illo quod est potestate, non aūt actu, quia verò quod potestate est, nihil nō est, & cùm sit potestate tantùm, aliud fieri potest; ita efficitur, vt quod fit ex eo quod est, fiat simul ex eo quod non est, neque tamen aut sit ante, q̄ fiat, aut ex nihilo ꝑducatur: esset sanè prius, q̄ fieret, si actu foret, aut nihil esset, si simpliciter non existeret; verùm existit quidem; nanq. etsi non est id quod futurum est; nihilominus est aliud, vt ex quo fit planta, est semen, quod iam est aliquid, & actu per suam formam. Non igitur est simpliciter, neque non est; quod cùm veteres ipsos latuerit; in errorem coniecti sunt. Hæc eadem ad quæstionem nuper propositam dicere conuenit. Sed antequàm ad eius explicationem ve-

C niamus, non inutile fore putauimus, si Aristotelis ipsius verba proponantur.

Explicatio quorundam locorum ex 1. Phys. Cap. XI.

SIC igitur affert Arist. plures modos quibus Melissi dilemma demoliatur, vt siquando duæ solutiones ab ipso notentur, altera quæ rerum distributione in quod per se & per accidens, innitat, atq. altera eius quod potestate est & actu, potius intelligantur capita solutionum quæ duo sunt, q̄ vitia quæ in eius oratione insunt, hæc.n.multa sunt, vt audisti quæ sigillatim tollenda sunt, si ritè soluendum sit argumentum: quandò solutio nil est aliud àc indicatio fallaciæ, quę, cùm multiplex in eadē obiectione possit esse; multiplicem quoq. indicationem postulat, & solutiones plures. At verò non ab re fuerit, si cōtextuum Aristotelicorum phrasin aduertamus, & verborum vim explanemus, vnde res nostra perspicua fiat, & Arist. consilium appareat; tametsi ab interpretibus inuolutum. Ergo Philosophus inquit [a] Ex ente aut non ente fieri quod fit, aut facere ens, aut pati nihil differt, ἢ τὸν ἰατρὸν.i.ac si dicamus medicum aliquid facere, aut pati, quo loquendi modo sæpius vsus est Arist. & in Analyticis [b] & in prima phil. [c] Quare cùm hoc dupliciter dicatur; manifestum est, ꝙ ex [a] 1. Phys. T. 73. [b] 1. Post. 16.

D eo quod est & id quod est, aut facere aliquid, aut pati. Vnde apparet, quemadmodū hæc distinctio accommodatur ad medicum, sic etiam ad id quod est & non, posse transferri, vt quod est & non est fieri dicatur vel per se, vel per accidens, & ex eo quod non est, & quod est fieri aliquid eodem modo; nempe ex non ente, quatenus non est, aut ex non ente per accidens, atq. ex ente fieri per accidens, aut quatenus non est, neque ex ente per se, aut non ente simpliciter. primùm verò ꝙ ex non ente fit, quatenus id ex quo fit, non est. post verò ꝙ non fiat ex non ente, quoniam fiat ex non ente per accidens, quippe ex materia in qua est priuatio quæ per se est nō ens, siquidem ex hac nihil fiat; etenim non remanet. Itaque inquit Arist. [d] γίνεσθαι μὲν οὐδὲν ἁπλῶς ἐκ μὴ ὄντος, ὅμως μέντοι γίνεσθαι ἐκ μὴ ὄντος οἷον κατὰ συμβεβηκός. ἐκ γὰρ τῆς στερήσεως ὅ ἐστι καθ᾽ αὑτὸ μὴ ὂν οὐκ ἐνυπάρχοντος γίνεται.i. Feri sanè nihil simpliciter ex non ente, veruntamen fieri ex non ente, vt secundùm accidens, ex priuatione.n.quod est per se non ens, quod non inest fit; ita.n.græcismi caussa vertendum id quod dicitur ἐκ ἐνυπάρχοντος; nam refertur ad precedens neutrum ὅ ἐστι quo quodcunq. genus exprimitur. Vt secundùm accidens verò, ꝙ non est simpliciter per accidens, velut ea quæ opponunt primò & secundò modo dicendi per se, in quibus.s.nulla pars essentiæ continetur, sed quòd cum materia sit suapte natura potestas; ei verò sit semper adfixa priuatio, quæ non ens est, fit posteriore [c] 7. Met. T. 4.2 T. 75.

riore quodam modo per accidens, quia per aliud quasi per caussam, & opponatur ei quod est idem, ac quatenus ipsum, quo priuatio est secundùm se non ens. Atq. hanc esse legitimam huius loci interpretationem, & appositã Melissi caussi solutionẽ illa testant uberrimè, quæ mox idẽ adscripsit, E
a T. 79. [a] Nos.n.materiam & priuationem alterum esse dicimus, & horum materiã quidem non esse secundùm accidens, priuationem verò per se. Atq. hæc quidem germana præceptoris summi sẽtentia. Tametsi Philoponus occasionem dubitandi dedit, quid esset hoc ens quod fieri dr̃, & ex quo: nam putauit ipse τὸ ἐκ τοῦ δε καὶ τόδε.i.ex hoc & hoc significare simul materiã & priuationem: ita vt nil aliud iis vocibus exprimatur, atq. oẽ id quod constituit terminum à quo, quod est materia cum priuatione; licèt vox illa posterior sic ad vniuersas priuationes accommodari valeat, vt non ea minus, q̃ priore notari posse videantur: quemadmodum his exemplis perspicuum esse põt; immusicus fit musicus, & ex immusico; eisdem verò quę locum materię subeant, nullo modo; ita ex semine plãtam fieri consuesse dici, non aũt semen fieri plantam, & statuã fieri ex ære, non aũt æs fieri statuam. cuius item rei rationem reddidit, eo quòd dum fit statua, mutatio fiat in ære, sicut in substantia; sic ex semine fieri plantã, quia seminis substantia non seruetur; verùm nomen rationemq. permutet, contrà euenit, dum album nigro cõmutatur; remanet.n.homo, & ex hoc etiam eò prouectus sit, vt existimarit Arist. in hisce appellationibus aliquando sibi non constare; quanuis id sibi cum cęteris eius loci interpretibus cõmune sit, & cùm anteà τὸ γινόμενον.i.fiens (sic.n perspicuitatis gratia verbum è verbo exprimamus) appellasset subiectum quod mutatur in aliquid, & ὃ γίνεται.i.id quod fit, id.s.in quod mutatur, quasi mutationis extremum, immutasse postmodò notiones hũi terminorum, & τὸ γινόμενον sibi velle mutationis extremum, ὃ δὲ γίνεται, subiectum [b] quod transmutat, F
b T. 64. & caussam immutationis hanc esse dicant, primùm quia testetur Arist. oẽ γινόμενον esse cõpositum; prætereà φ videatur ipse distinguere ὃ γίνεται in subiectum & oppositũ, quod est priuatio. Sed perpetua est earundem vocum notio apud Arist. nam duas attulit ipse locutionum formulas, quibus transmutationis primordia significarentur, τὸ ἐκ τοῦδε, καὶ τὸ τόδε; atque priore voce significatus est ꝓpriè terminus à quo quę est priuatio: sic rectè dictum est immusico fieri musicum, & subiectũ recto expressum, vt homo fit albus: omne aũt id quod constituit terminum à quo, significatũ nomine τοῦ γινομένου. id aũt in quod pòst euadit, quod continet terminum ad quem, dici ὃ γίνεται. Quòd siquandò etiam recto priuatio exprimitur, aut obliquo subiectum, id (quanquam rarò) ex eo primùm proficiscitur, φ immusicum vox est ambigua: nanq. accipitur interdum pro subiecto, nonnunq̃ est ipsa priuatio & prędicatum. Tum deinde φ vnà cum subiecto priuationem concipi-
c 1.Mc.c. T.25. mus; siquando priuatione careamus, & per id quod notius est, indicamus priuationem, [c] eaq. fuit Arist. ipsius sententia: neque.n.vidit Philoponus æs itidem mutari per accidens, non secundùm substantiam, sicut etiam homo, cùm ex albo fit niger; alteratur.n.quare eadem rõne dici posset ex homine fieri nigrum, nisi fortè æs opinat̃ mutare rationem, quia statua fiat, & æs non amplius, sed statua vocetur: habent.n.res artificiosę suam quæque categoriam, sicuti substantiæ. Sed non erit tunc rõ par æris & seminis, quippe φ æs adhuc in statua sit superstes & manifestum, & iure habeat̃ materia immanens; semen secundùm substantiam planè mutetur, & sit materia transiens; semen amittit formã, seu priuationem pręsentem, cuius beneficio secundùm substantiã mutabatur, æs in ea mutatione perspicuè formã, seu priuationem de prædicamento qualitatis amittit. Et quod attinet ad ea quæ post adiecit Arist. quæ necessitas est immutãdi terminos, si eadẽ terminorum significatione permanente seruari sententia potest? Neque vlla ex iis caussis quas Græci recensebant, habet momentum, cùm prius fiens & id quod fit, simplex & cõpositum esse testatus fuerit Arist. Facilè verò locus ille defenditur, vel statuendo Arist. vti μεταβάσει, quę cõsistit interpositione eius [quod fit] & distinctionem accommodari ad τὸ γινόμενον, aut siquis figuratam quidem, insuetã verò Arist. locutionem non approbet; dicamus illi Arist. vti sanè terminis eisdem sub eadem potestate, sed nos decipi fallacia secundùm cõpositionem & diuisionem qui coniungamus eam vocẽ [hoc] cum eo G
[quod fit] tanq̃ demõstratiuum eius quod fit, vt si lignũ nigrum fiat album, intelligamus fit hoc.i. album, quod autem, fit hoc, materiam; cùm tamen ad fiens adiungendum sit, tanq̃ demonstratiuũ illius quod in aliud transmutatur, quasi dixerit esse fiens & id quod fit hoc.s.fiens.i.illud in quod transmutatur fiens, atq. hoc quod transmutatur, est duplex, vnde facillimè oĩa patent. Ita Arist. per obliquum vtrunq. significauit, quod item supra vocauerat fiens, & per rectum id quod fit.i.illud in quod fiens ipsum, quod occupat locum termini à quo, euadit; est autem generationis terminus, & quod posteà remanet factum. Sed redeamus ad pensum. Ea quæ 1.Phys.tradiderat Arist. ad tollendas veterum philosophorum obiectiones, valent etiam ad euertendam propositam difficultatẽ. Cùm.n.quæritur. Vtrùm sit generatio simpliciter, an non: eam esse confitemur. Cùm pòst opponis. Quoniam ita se habet id quod simpliciter, quemadmodum id quod quodammodo generat. Etiam hactenus damus. Vbi posteà subiicis. At id quod gignitur quodammodo, fit ex eo quod non est aliqua ex parte. Ergo id quod generat̃ simpliciter, fit ex eo quod simpliciter non est, id quoq. concedimus. Cùm rursus opponitur. hoc futurum esse nihil: id verò negamus. Quòd si dixeris quod simpliciter non est, ei quod simpliciter est, opponi. Fateor equidem. At hoc, inquis, est nihil: id ego nunc inficior. Vrges, quoniam quod simpliciter est, aut est substantia, aut ens commune, quod H

complectitur

A complectitur omne rei genus,& per decem prædicamenta distribuitur,& quomodocunq. fuerit id quod non esse ponitur, siue substantiam tollat, siue etiam vniuersa prædicamenta, nihil oīno erit. Aio nunc id quod non est,ex quo generatio fit,opponi substantiæ. At hoc,inquies tu nihil est. Respondeo non ens & non substantiam esse multiplicem; aut.n.est non ens, & non substantia simpliciter,neque actu,neq. potestate: aut quia non est eiusmodi actu,sed potestate duntaxat: propterea dico negationem eius vniusmodi non esse; potest.n.seorsum negari, quemadmodum in ambiguis fieri solet: potest item vtrunq. negari. ac certè,si negetur vtroq. modo, substantia simpliciter non est,verùm non ex eo quòd ita non sit,fit id quod fit,sed ex altera parte tãtùm nimirùm ex eo quod non est actu,sed est in potentia,quod certè aliquid est,nec aliquid tantū,verùm etiam aliquid actu: licèt actu non sit id quod efficiendum est, ideò non est nihil: est.n.homo ex semine, quod quidem est homo in potentia, & aliquid actu,quia semen: sed quoniam non est actu homo, ideò ex eo fit homo: hoc aūt quanuis homo non sit; quis simpliciter non esse dixerit? nisi fortè negauerit tale esse indiuiduum,quòd nondum specteiur,neq. amplius obseruetur,quatenus intra eius quod est,siue substantiæ ipsius amplitudinē continetur; etenim neq. substantia tunc est,neq. quicquam omnino cęterorum; sicut.n.cętera simpliciter sine substantia simpliciter esse non possunt, ita neq. hæc accidentia sine hac substantia. nam certè nihil est hac rōne id quod generatur, neq. alicubi permanet,
B ideò consueta distinctione de qua multò prius disputatum fuerat; priorem dubitationem è medio tollebat Arist. Verumenimuerò id posteà planius fiet: nanq. etiam ab ipsomet Arist. in controuersiam reuocatum est,vt si fiat id quod est,ex eo quod est potentia, non fiat ex nihilo: sic. Cùm.n.id ex quo fit substantia, solùm actu non sit, sit verò potentia: id certè aut nullum est è reliquis prædicamentis,aut aliquid ex iis: quandò nequit esse substantia:nam quod simpliciter fit,substantia est: cumq. fiat ex eo quod non est,necessariò fit è non substantia. quòd si actu nullum est ex aliis prędicamentis: ergo sequetur,vt sit penitus nihil. quapropter eòdem reuoluetur hæc difficultas. Quòd si dixeris hoc quod non esse accipimus, significare prædicamentum quoddam quod actu sit excepta substantia; necessariò fiet,vt accidens à substantia separatum reperiri possit,quo nil minus certè fieri potest. Hoc ergo aduersus superiora dubitare contingit.

Quemadmodum generatio & corruptio perpetuò sint. Cap. XII.

SED ad intelligentiam propositæ quæstionis plurimùm valebit id cognoscere. ecquid sit caussę, cur generatio & corruptio rerum cōtinua sit; hoc est,quòd si temporis aliquid intermittit,post
C quandam periodum redit quæ tamen nullis temporis limitibus concludat. De hoc.n.maximè dubitandum fuit,eo quòd generatio transitus est de eo quod non est,ad id quod est; corruptio verò ex eo quod est,ad illi oppositū quod non est,itaq. si corruptio talis est; cur ergo non deficit aliquādo? deberet.n.intermitti nonnunquam,si in corruptione fit transitus ad id quod non est,quod neq. substantia, nec quantum, nec quale, neq. vllū ex aliis prędicamentis: maximo igitur spatio temporis intercedente oīa in id quod non esset,abire oportebat; ob eamq. caussam in nihilum cōuerti: quare nec quicquam debuit esse superstes,quòd in id quod non esset,mutaretur; nec ob id perseuerare corruptio: nam finitum, vt Physici dicunt, finiti ablatione consumi consueuit. Neque.n.est quòd ad infinitatem quãdam confugias. iam.n.è naturali philosophia infinitas actu explosa est, quòd siquis infinitatem illam in diuidendo accipiat, qui actus quidam imperfectus est,quām nos in natura concedimus; neque item id illi succeder, quod sperare posset: siquidem eiusmodi partitio semper ad minora procedit; quamobrem si fieret in tale infinitū corruptio infinita; generatio semper ex minoribus existeret. ita quæ fiunt, assiduè minuerentur, cuius tamen oppositum significat sensus qui tantundem terræ generari conspicit, vbi aqua exhalarit, & hyeme reparari videt ea elementa quæ æstate præcedente calor absumpserat. Nosse igitur oportet duo generaliter esse principia continuitatis motus; vnum quidem efficiens,atq. alterum materiam & subiectū: hoc.n.generationis & cor-
D ruptionis expers est per se,& siquo pacto mutationibus hisce obnoxium est; id accidenti tribuendū est,illi nimirùm quod in eo corrumpitur; hoc verò priuationem esse audiemus quæ sanè in oī generatione requiritur,atq. adeò in oī transmutatione,seu vera sit,siue etiam metaphorica:quicquid.n. gignitur,ex materia gignitur, in qua priuatio residet formæ producendæ: similiq. modo quicquid corrumpit,transit in materiã,&,vt propriè dixerint,resoluit in subiectum in quo succedit priuatio, quæ opposita est formæ præcedenti, ac si fieri aut corrumpi debuisset, ex alia profectò materia,aut ex nihilo ꝑducendo fuisset,& in aliam materiã,aut in nihilum abitura. idem quoq. iudiciū de qualibet mutatione faciendum est. Efficiens verò duplex; vnum quidem immobile, quod à materia, atq. ab oī concretione secretum est; est verò D. O. M. alterum autem mobile,& illud quidem perpetuum, huiusmodi verò cęlum est, quod sua perenni rotatione quæ opera planetarum, qui per Zodiacum contra primum mobile feruntur, absoluitur & completur; lumen ad nos affert, & modo tepefaciens elementa superiora producit,aliàs aufert idem lumen, & refrigerans illa corrumpit, & hæc inferiora propagat. hinc

Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. Inde posteà conspicimus,

Cęlum nitescere, arbores frondescere, E
Vites lętificas pampinis pubescere,
Ramos baccarum vbertate incuruescere
Segetes largiri fruges: florere omnia:
Fontes scatere: herbis prata conuestirier. & illa.
Frigora mitescunt Zephyris: ver proterit æstas,
Interitura simul.
Pomifer autumnus fruges effuderit: & mox
Bruma recurret iners.

Et quanquam de mobili illo efficiente posteà multa dicenda sunt; attamen illud non omittendum, quod facit in rem præsentem sicut in ortu & interitu rerum duo sunt obseruāda successio illorum, successionisq. perpetuitas; sic & efficientis illius mobilis esse duas actiones, motum diurnum, qui cùm semper idem sit; est caussa perpetuitatis, & annuum planetarum, qui cùm sit varius, est caussa successionis. Immobile, quoniam à materia secretum est, alterius certè negocij foret; verùm & nos cùm generales caussas motus in hoc volumine inquiramus, etiā aliqua licētia in hac methodo abutemur, & plura fortasse dicemus de illo, quàm physico par esset. interim verò de materia disseramus, & ab eius ingenio quæstionis ꝓpositæ caussam, & solutionem petamus. Ea quidem caussa est F istius perpetuæ rerum successionis, quod in ipsa imperfectio quædam est, & idcirco appetitus quidam formæ quo tracta semper exuitur pręsentibus, ac nouas veluti quidam Proteus induitur, qui, cùm perpetuus sit, in caussa quoq. est, vt materia semper nouis generationibus atq. corruptionibus subiiciatur, & subinde vt vnius corruptio alterius item sit generatio. Ergo non oīa in id quod non est, abeunt, neque oīno deficiunt; quamuis corruptio eò quod non est per se terminetur. neque.n. corruptio reipsa fit in id quod simpliciter nō sit, sed secundùm rōne tantùm, neque in id quod non est, hoc est, nihilum, desinit; verùm ex hac re certa quæ sit, in alia certam quæ non sit, abit, quemadmodū fit interitus hominis in non hominē, neque.n. in oēm non hominem, verùm in certum non hominem, vtputa, cadauer quod & si reipsa homo non est, & sic non est; at certè p se aliquid est, habens in se rationem solam eius quod non est, hoc est, non hominis. ab hoc ergo non abeunt in nihilum; neque generatio cessat. & contrà, siquid fieri debet; etiam necesse est, vt ex aliquo fiat quod habeat certam formam, cùm in ea sit ratio certæ priuationis per quam, dum corruptio fit; materia ad alteram formam transmutatur: cuius signum; quòd si alteram capere ipsa velit, spoliari presente necesse sit; ob eamq. rem id eueniat, vt cuiuspiam generatio corruptio sit alterius, neque.n. simul consistere formæ illæ possunt. ita quasi circulus quidam sunt generatio & corruptio, dum vno sublato alterum succedat oportet, & dum hoc fit, alterum necessariò corrumpatur. quem sanè circu- G lum, quòd elegantissimè expressum apud Platonem legimus; eius verba propter elegantiam hoc loco subscribere non grauabimur. inquit enim. *εἰ γὰρ μὴ ἀεὶ ἀνταποδιδοίη τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις γιγνόμενα, ὥσπερ ἐν κύκλῳ περιιόντα ἀλλ' εὐθεῖα, τίς εἴη ἡ γένεσις ἐκ τοῦ ἑτέρου μόνον εἰς τὸ καταντικρὺ καὶ μὴ ἀνακάμπτῃ πάλιν ἐπὶ τὸ ἕτερον, μηδὲ καμπὴν ποιοῖτο, οἶσθ' ὅτι πάντα τελευτῶντα*
,, *παύσαιτο γιγνόμενα*, quod est. Nisi.n. alijs alia succedant in lucem prodeuntia, tanquàm in orbem
,, circumeuntia, sed recta quædam generatio fit ex altero solùm in id quod est è regione; neq. iterum
,, ad alterum reflectatur, neque conuersionem faciat. scito omnia finem assequentia à generatione cessatura. &, si tantisper in re seria supercilium tollere licet: hæc rerum reflexio, siue circuitus ea rota sit, cui manus & pedes Ixioni Iunonis amore incenso à magno Ioue arctissimis vinculis astricta sunt, quæ voluitur in perpetuum, eiq. rotæ Ixion clamat, alligatus, benemeritis gratiam esse referendam: est autem benèmeritus Iuppiter, qui & iuuans pater est, & à Poëtis pater hominumque deûmq. dicitur, & O.M. & quidem antè O. idest beneficētissimus, quàm M. quia maius est certeq. gratius prodesse omnibus quàm opes magnas habere: hoc igitur pręstat quæ pulchritudine formæ incensa, à D.O.M. rotatur assiduè. Sed ad propositum reuertamur. Idem quoq. Plato Timęo cor- H ruptionem insinuans in generationem, monstrat corruptionem in nihilum non habire. Ex his etiam sumi potest occasio diluendi præcedentem quæstionem quæ quærebatur; ex quónam, quod non esset, generatio fieret, & an hoc quod nō est, ad aliquod prædicamentū referri queat, aut potius ab oī predicamēto expungendū, quia nō sit actu. Nanq. hoc quod nō esse ponimus, cum aliqua substātia sēper est, qn̄ assiduè comitat̄ ipsi aliqua forma, in qua manet futurę priuatio, vt hō fit ex non hoīe, qui non est nō sīpliciter, sed nō est hoc.i. homo: est.n. semen, in quo est materia, ex qua constituit̄ homo, & humanę formę priuatio, cuiꝰ beneficio materia illa humanā formā cōcupiscit: veruntamen habet ea materia formā quādā, nec vllo mō re, sed cogitatione dūtaxat ab ipsa separat̄. ꝓpeà nō fit ex nihilo. id quod fit ex eo quod nō ē, & ex eo qđ est potētia solùm, nō aūt actu: nā per se actu quippiā est & nō actu id qđ ꝓducendū est, ac potētia nō est quidē nō ens sīpliciter, sed actu hoc, potētia verò & nō ens id nimirùm quod generādū est, vt potētia formaliter sūpta intueat̄ solùm, vt ita dixerim; nō existētiā, qa quatenꝰ potētia, certè quicq̄ nō est & oīno nihil. ideò dixit aliqn̄ Arist. id qđ potestate est hō, nō esse hominē, & tū rebꝰ attribui q̄ sint, cū actu forēt. sed qa potētia hęc reipsa nō separat̄ ab actu à quo oīs caussa, cur quodcūq. sit, petit̄, idcirco illud qđ potestate ē, nihil ꝓrius nō ē.

Vtrùm sit

A

Vtrùm sit vna potestas ad contraria, nec'ne. Caput XIII.

SED quo pacto Arist. vnam materiã generationis corruptionisq. caussam reddidit, cùm eę videantur esse contrarię: contrariorum verò caussæ contrariæ sint? Postulat hoc quidem, vt propositionis huiusce veritatem in primis exploremus: nanq. & oppositum aliquando testatus est Arist. eandẽ ẽt contrariorum caussam esse asseuerans; neq. solùm id de potestate naturali ꝓfessus est, verùm etiã de habitib. animi nostri, quippe q̃ & scientiam eandem oppositorum esse defenderit, & artem, atq. facultatem, vt medicam & nauticam, interitus & salutis, ita & in hominis actionib. esse habitum boni & mali. quamobrem pars vtraq. problematis à philosophis munita argumentis est, vt ab instituto nostro non futurum sit alienum, si rem hanc mox vberius pertractemus. Nam q̃ eędẽ caussæ non sint, hoc inter alia persuadet: nanq. eorum quæ se vicissim respiciunt, eadem est ratio, sed actus & potentia sunt huiusmodi: quare sicut actus simul consistere non possunt, sic neq. potentiæ. Præterea potentię distinguuntur ex actib. & actus ex obiectis, quemadmodũ igitur obiecta contraria sunt, & à se inuicem separata, sic item potestates & actus. Sed quoniam potestates actuosę, aut patibiles sunt & ex actuosis quædam rationis compotes, nonnullæ expertes, nos ante alia de patibilib. agemus. Scire ergo licet potestatem esse indeterminationem quandam ad opposita incerto subiecta; [a] quoniã B non magis aptum quippiam sit ad vnum ex oppositis accipiendum, quàm alterum, & in quouis tẽpore. ac si hoc potius, quàm illud obtineat, id certè ab efficiente caussa proficiscitur quę potestatem ipsam deducit ad actum, non aũt ab ea potestate quæ deducitur, nam per se quidẽ si efficiens affuisset, alterum oppositum consimili ratione suscepisset. Propterea nos admonebat Arist. potẽtiam quę suaptè natura est indeterminata; egere alio quod dominetur, vt appetitu, & electione. Adesse verò eiusmodi facultatem ad opposita simul, eodemq. tempore ex eo percipitur, q̃ dum alterum ex oppositis præstò foret, alterum nunc accipere non valeret, siue adesset efficiens, siue etiam abesset: & tñ ẽt nunc id quod calidum est, frigidum fieri potest: sed illud obtinet quod ab efficiente quod præuenit, incussum est. veruntamen potestas ad aliud assiduè conseruatur: nam si minus, immutabile perpetuò permaneret, postq̃ alterum è contrarijs accepisset, sed ẽt potestas adest quæ est ad præsens cõtrarium, quo. n. pacto calidum actu sit, nisi esse potuit? Cęterùm si potestas veluti habitudo quædam accipiatur ad actum. sic non vna simpliciter est ad contraria, verùm totidem, quot sunt actus illi respondentes, ita non quia ad numerum vna sit, sic appellatur, neque. n. est vnum ad numerum sine actu, sed vna dicitur, si natura subiecti spectetur, non vna verò, si respexeris actus ipsos quib. potentia terminatur, at iam degenerat in ꝓximam. Primum illum vnius modum speciatim hac voce notauit C Auerroes, per indifferentiam, q̃ æqualiter se habet potestas ad vtraq. contraria, quo item modo audiemus vnam esse materiam primam. Sed præterea actus illi quib. aliqua potentia terminatur, aut positiui sunt, aut priuantes: & certè potentiã quę ad actus positiuos dirigitur, vnam re non esse planè existimo: at verò vbi ad formã fuerit, & priuationem, eam esse vnam prorsus aio, non solũ caussa subiecti, verum ẽt, quia reipsa vna sit: quia. s. nulla accedat subiecto ipsi habitudo ad priuationẽ, sed ad formam duntaxat. sicut. n. priuatio non distinguitur à subiecto, nisi connotato: hoc aũt est q̃dam habitudo ad formam; re uera tñ nihil est: sic neq. potentia ad priuationem ponit aliud, atque subiectum ipsum, sed habilitatem solùm in eo significat quæ per se ipsummet subiectum est sine forma, sed cum relatione ad formam, ꝓinde quoniam contraria ponunt aliud in subiecto, atq. habilitatem, & actus distinctos insuper afferunt, vna contrariorum potestas simpliciter non est, sed plures, vna verò simpliciter quę ad actum & priuationem dirigitur. Quòd verò ad actuosas spectat, hę sanè pendent ab efficiente, & forma, nanq. forma hoc loco in efficientib. numeratur, vtroq. verò modo potestatem vnam, & plures esse contingit, vnam quidem quæ sui præsentia efficiat actum, absentia verò imponat priuationem, etenim & priuatio dicitur carentia formæ: [b] quemadmodũ in libris de motu frequenter accepta fuit, atq. item carentia efficientis, quo pacto nauta dicitur, qui sui præsentia salutem, absentia verò molitur interitum. Vna igitur re ad opposita priuatiuè, plures ratione D atq. potentiæ proximę. Vtrum'ne verò par sit potestas ad opposita? Minimè quidem, primùm caussa essentiæ, quoniam vna simpliciter est, altera ambigua, hæc ambigua quæ cum actu coniuncta est, ꝓpriè verò quę abest ab actu, nanq. alterum ex oppositis actu inesse necesse est, quodcunq. illud sit. Neq. obest, quia sint contraria quib. interueniat medium, quorum neutrum in subiecto inesse necesse sit, quandoquidem media alterius contrarij potestatem semper obtinent. Quid si obiicias ignim in quo, cùm habeat contrarium, sententia non inesse videtur ad alterum? neque. n. frigidus ignis vnquàm cogitari potest. An vt ad contrarium in ipso potentiæ ratio non inest, quoniam se habet ad alterum, tanq̃ ad actum solùm, habet. n. rationem actus, non oppositi in igni caliditas, & tanq̃ differentia quæ constituit & complet essentiam, nisi & ipsa differentia propriè sit, veluti rationis capax, aut risus in homine. quamobrem, sicuti non dicitur hominem esse potentia ratione vtens, aut carẽs, aut risus compos, vel impos, sic neq. calidus ignis, aut frigidus. Etenim id quod potestate est, vniuocè vult conseruari, vt illa accipiat quæ sibi inhærere possunt. & postquam alterum acceperit, ẽt alteri locum dare, si opus sit, at si homo potestate sit ad rationis compos, vel impos, tum certè sine ratione sit, atq. homo sine essentia prorsus fuerit, quod nullo pacto cogitari potest, ita de calore & igni dicẽdum

[a] Alex. 1. Q. 19. Idem 2. q. 15. 9. Met. T. 10.

[b] 1. Phys. T. 64.

dum est. Etiam caussa propensionis inest in potestate disparitas, quandò ex oppositis vnum est habitus, alterum priuatio, vnum propter se expetendum, alterum aut fugiendum, aut saltem expetendū propter aliud. Et ea quæ anteà fuerunt opposita, nihil nos conturbant: quippe q æqualis non sit gradus potentiarum & actuum: actus .n. finiunt, & dant esse: ac duo, q vnum sint, fieri nequit, ita fit vt è duob. in actu non fiat vnum, q à singulis singula esse permanant, potentiæ, licèt ēt ipsæ pares esse non possint in vno subiecto, cùm imperfectæ sint, consistere possunt: ita quoq. species in vno medio contrariæ manent, quia completum esse non largiuntur, & contraria remissa simul in medio subsistunt. Cùm opponebatur secundò potentias distingui ex obiectis, quare, quemadmodum obiecta ipsa separata sunt, ita quoq. potentias esse conuenire. Primùm dicamus, contraria quandoq. sic se habere, vt ex illis alterum sit, velut habitus; alterum verò, sicut priuatio. quapropter vnum quodámodo in altero perspicitur, & ad id quod melius est, potestas ipsa per se ordinatur; ad alterum verò p accidens & per consecutionem, quocirca vna quodam pacto est ad vtraq. potestas. Quòd si in vtroq. contrario ratio quædam positiui inest, vt in albo & nigro, ēt respondemus; potestatem caussa subiecti, atq. illam quidem non remotam, sed ꝓximam, ꝓ actuum ratione multiplicari. quapropter ad hibita distinctione, multa loca Aristotelis quæ longum foret enumerare, facilè conciliari, atq. defendi possunt. Easdem quoq. distinctiones accommodare licet ad alteram illam ꝓpositionē communē quę talis est, vnam esse eandemq. contrariorum scientiam. Verùm nos alio loco sensum eius ꝓpositionis explicare constituimus. Sic igitur, vt eò redeam, cuius gratia digressus sum; materia caussa est generationis & corruptionis, vna tanquam subiectum, & est indeterminatum quid ad vtrunq. cùm cæteroqui contrariorum caussæ proximæ contrariæ sint, atque potentiæ, quas de nouo materiæ ex præsentia contrariorum efficientiam aduenire credendum est.

E

F

Vtrùm corruptio vnius sit alterius generatio, nec'ne. Caput XIV.

QVANQVAM generationis ipsius primò caussa est materia: omnis .n. res suopte impulsu inclinat ad bonum; hoc verò est esse: quod per generationem mortalia consequuntur, eadem quoq. respicit corruptionem: nec tibi non iure videbitur eam esse primā quoq. caussam corruptionis, hæc .n. in sola materia radices agere videtur, & ab ea sola ꝓficisci; quippe quæ necessitatem materiæ subsequatur. Sed ad hoc Peripateticè sic responderi posse credimus. quanuis corruptio & alterum ex oppositis quod est non esse, primò ꝓficiscantur à materia, nihilominus id quod dicimus primò ab aliqua caussa nasci, oratio simplex non est, sed ambigua. vel .n. ea oratione notatur collatio effectus cum caussis diuersis, vel ordo caussæ, seu facultatis ad eiusmodi effectum, siue actum libeat appellare. àc primò quidem modo sensus illius orationis est; cùm ꝓdeat effectus à plurib. caussis; ab vtrānam primò permanet, & cui'nam primò suam originem referat acceptam, altero aūt modo cùm caussa diuersos effectus atq. adeò cōtrarios directò spectet; quem'nam ex his primo intueatur, vt ex illis alter sit veluti scopus; alter verò tanquam ex accessione. Equidem arbitror priore illo modo corruptionem & non esse à materia ꝓficisci. sic .n. à materia primò pendent, vt à nulla alia caussa priore ꝓducantur: at non primò dirigitur ipsa ad corruptionem & nō esse. sic .n. vergeret ad malum, cuius tñ nullam principem caussam à natura constitutam esse Peripateticè defendimus. q malum apud Peripateticos idem sit àc nihil, quod sanè maiorem in modum naturæ instituta conuellit: sed omnis inclinatio naturæ inferioris est ad generationem & esse, ad corruptionem verò & non esse; non quidem intrinsecus, & familiari quodam nixu concitatur; sed à necessitate quadam videtur impelli, quatenus .f. generari forma noua non potest, nisi vetus aboleatur, ꝓpter repugnantiam. Ex his, quæ paullò antè tractata sunt, licet aliam quoq. difficultatem è medio tollere. Vtrum'ne corruptio generationi antecedat, an cōtra potius eueniat. Prius enim & posterius multiplex est. aut origine & tpe, aut pfectione. quanquā, quod ad tempus ptinet, vtrunq. in eodem tpis puncto absolui dictum est anteà: nam simul corrupta est forma vetus, & noua ꝓducta; origine verò pcedit corruptio, prius .n. corrumpatur hoc necesse est, quàm alterum exoriatur: nam forma rei quæ corrumpitur ꝓpter repugnantiam in eadem materia consistere non potest. At perfectione longè prior est generatio, quàm corruptio; quòd generatio prius appetatur, cum ab efficiente, tum ēt à materia, quæ semp appetit nouam formam, & cupit expoliari præsente, vt tanquam Tityus terræ filius in campo iacens vtrinq. à duobus vulturibus iecore attonsus, eos manibus repellere non possit. (libet .n. hîc, id quod Poëtæ sapientissimi in appetitu bruto posuerunt (nam

G

H

-Tityus nob. hic est in amore, iacentem
Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor:
Aut aliæ quæuis scindunt torpedine curæ.)

etiam ad appetitum naturalem transferre, qui per terrā & omnem mundi inferioris partem porrigitur) ipsa semp appetitu quodam, vt ita dicam, omniuolo quærat formam, & psente exui cupiat, quoniam cum ea coniuncta priuatio est, quam à se vult instar magni mali depellere. Inde vulgare illud ꝓnunciatum erupit. Vnius corruptionem, alterius esse generationem. Non multis aūt verbis explicare. libet sensum ꝓpositionis illius, de quo ita multa dicunt Latini nostri, vt cauillos cauillis accumulantes

A mulantes, velut ignem igni, ꝓcedant in immensum. Est aũt eius ꝓpositionis sententia: corruptionẽ .s. vnius alterius esse generationem, vt pro eo quod corruptum est, aliud natura sufficiat, quod habeat ꝓpriam formam, aut absolutam, aut priuationem, quæ est forma quædam; sicut in his, quæ per resolutionem generantur, veluti cadauer, aut vnum hoc fit, aut plura, quemadmodum ex vnius misti interitu plura fiunt elementa, aut contrà, vbi è plurib. elementis vnum mixtum componatur, atq. intelligitur hæc vicissitudo corruptionis & generationis in substantiis; seu res secundùm formam intereat, vt cùm ex animali fit homo, ꝙ animalis ratio ꝓpria mutatur, siue ẽt forma ipsa amittatur, vt cùm è terra fit ignis: qm̃ de his solis erat suspicio, ne in nihilum essent abitura. Quoniam verò posset obiicere quispiam sic. generetur minimum ignis, quod sit mole grani vnius, ex aquæ minimo, qđ sit decuplo minus: anteq̃ minimus ignis fiat; euenit, vt partes aquæ corrumpantur: cùm verò illarũ partium quantitate consistere ignis forma nõ posit, ergo fit vt aqua intereat, nil tñ ex illa gignatur. Ad hoc ita respondemus, indicantes aliqua assumi, quæ in Peripatetica Philosophia concedi nõ possunt. Atq. primùm id non necessarium esse dicimus, vt minimum aquæ corrumpatur secundũ partem quantitatis, cùm vel ipsomet Arist. auctore, posit agens transmutare subiectum secundùm oẽs suas partes, vnde species illa transmutationis efficitur quam ἀθρόαν Græci vocant de qua dictũ est aliàs: vbi patiens ab agente oppidò superetur, vt si ipsum vndiq. circunuallarit. Illud ẽt non concedendum. B quippe ꝙ repugnantiam præseferat. etenim ipsi volunt ex aquæ minimo fieri ignem, dein aquæ formam remanere ponunt, vbi iam quædam eius pars cõrrupta fuerit, at si. i. aut non est pręfinita ratio magnitudinis & paruitatis in reb. naturalib. quod tamen est falsissimum; aut si remanet forma, iam illud aquæ minimum non est, quemadmodum ipsi acceperunt. Postremò dicimus ẽt nil absurdi consequi, si fateamur eam aquæ partem, in qua nequit insidere forma ignis, ambienti corpori accessisse; cum eoq. coniunctam eandem formam suscepisse. Cetera verò, quæ aduersus eam ꝓpositionem afferuntur, digna sunt, vt silentio committantur. neque. n. philosophum decet quascunque persequi vel leues obiectiones, & eas quarum fallaciam quisq. vel mediocriter versatus in dialecticis, sine vllo negotio deprehendat. Verùm transeamus ad reliqua.

Redduntur caussæ, cur è mutationibus quædam simpliciter appellantur, aliæ quodammodo, & iudicium nostrum adscribitur. Caput XV.

EA tamen quæ ab Arist. decreta fuerant, ad primam illam controuersiam ꝓfligandam, etiã nouæ cuidam præbebant occasionem. esto. n. ꝙ vnius corruptio alterius generatio sit: qua nam ratione fit, vt aliqua corruptio vel generatio dicatur simpliciter; alia verò quodammodo? nam ꝙ ita C nuncupentur vtręq. ex vsu loquendi ꝑspicuum est: sunt. n. quædam quæ simpliciter generari & corrumpi dicimus, vt quæ fiunt hoc aliquid. verbigratia, cùm fit Socrates, aut animal, aut etiã, cùm intereunt; etenim transmutationes eorum sine vlla appendicula ꝓnunciantur: qñ aũt discens fit doctus, aut doctus dedidicit, non simpliciter fieri, aut corrumpi dicimus: sed hoc totum, cum hoc additamento, quod fit sciens, & totum quod corrumpitur; dum totum secundùm formã capiatur, quod in partium vniuersitate positum est: nã materia semper remanet. Ea est dubitatio à loquendi consuetudine accepta. De cuius tamen solutione cõplura dicenda sunt: tùm ꝙ Arist. ad eã tollendã tres solutiones in medio ponit: tũ ẽt quòd de prioris sensu nil eruitur certi ex interpretib. vt nihil ex hoc ꝓgressũ tã nob. constet, q̃ id ꝙ Arist. à confusis ad distincta nos sensim perducat. Cùm igitur hoc quærimus (vt tandem rẽ ipsam cominus aggrediamur) cur è mutationib. hæ dicantur simpliciter; illę quodãmodo, id certè à rerum differentijs exoritur, inter quas transmutatio fit: siquidẽ in oĩ motu duo sunt termini, à quo. s. & ad quem inter quos obitur mutatio vicissim, qui in generatione & corruptione sunt esse & non esse, vt sępius dictũ est. quia ergo ista duo inter quæ fit mutatio, secum differunt; inde efficitur, vt mutatio ex vno in alterum appelletur mutatio simpliciter: contrà verò posterioris huiusce in illud primum, mutatio quodammodo. Et quoniã generatio & corruptio, quem- D admodum posuimus suprà, se mutuò consequuntur; nec à se inuicẽ vnq̃ diuelli possunt: fit, vt corruptio simpliciter coniungatur cũ generatione q̃ est quodãmodo; & cũ ea corruptione q̃ est quodãmodo, generatio simpliciter. Exẽpligratia fit mutatio è terra in ignẽ, & contrà ex igni in terrã; cùm è terra fit ignis, generatio simpliciter appellatur: vbi contrà ex igni fit terra, ea est generatio quodammodo; consimiliq. modo, quando è terra fit ignis, dicitur corruptio quodammodo; quandò verò ex igni fit terra, simpliciter corruptio vocatur, propterea ꝙ terra & ignis ita distinguuntur, quòd ignis habet formã præstantiorẽ, siue dixeris efficaciores functiones, q̃ terra: idcirco ignis ipse videtur esse simpliciter, terra verò nequaq̃, quamobrẽ, siquando mutatio fiat ex eo quod præstantius est in oppositum, generatio quodamodo, & simpliciter corruptio nominantur: contrà verò, cùm ex imperfectiore perfectius efficitur, generatio simpliciter est, & corruptio quodãmodo. Hoc igitur pacto quispiã sententiã primæ solutionis exposuerit: nã siquis eã ad exquisitiorẽ trutinã examinare velit, aliũ illius sensum afferre cogetur. etenim concludit optimè Philoponus, ob duas caussas eiusmodi non esse vim primæ solutionis; quandoquidẽ in ea nunquã meminerit Arist. de præstantia aut ignobilitate formæ; formale inquiunt isti, aut materiale. Deinde, quoniã prima solutio cũ postrema con-

ueniret,in qua statuit Arist. discrimen inter generationẽ simpliciter & quodãmodo ex eo, ꝙ hoc formale sit, illud aũt materiale.quas ẽt rationes aduertens D.Thomas sic sententia Arist.explicauit, vt id quod est simpliciter,accipiatur,cùm materia formæ illi subiecta est . ad quam natura contendit, quæ.s.ad aliam formam perfectiorem non ordinatur,cuiusmodi est forma speciei illius,quam dialectici specialissimam vocant.hæc.n.ad formam perfectiorem non dirigitur; quæ verò tendit in aliã, & ab ea perficitur,est animalis forma: non esse verò simpliciter,qñ materia est cum priuatione,quæ ad aliam priuationem deduci nequit,qualis est priuatio cadaueris,cui succedunt elementa solùm in quæ dissoluatur,nõ autem priuatio hominis,in cuius locum cadaueris priuatio subit. Quare sic docet fieri generationem simpliciter,& corruptionem quodammodo,cùm fit res perfecta ex priuatione cui adiungitur forma imperfecta; quatenus.n.perfecta forma inducitur, est generatio simpliciter; quatenus verò forma imperfecta aboletur,est corruptio quodammodo, veluti cùm è semine fit homo,& contrà,cùm ex forma imperfecta perueniatur in priuationem perfectam,cum qua constat imperfecta forma,corruptio simpliciter est, generatio verò quodammodo: nanq. perfecta decedit; in eius verò locum imperfecta reponitur;veluti cùm ex homine fit cadauer.Atq. vt ingenuè fatear, hæc interpretatio admodùm subtilis est,an verò satis tuta & firma,nescio equidem: neque.n.video, quid ad eius loci explicationem conferat accessio illa priuationis, cùm ẽt si transeatur à forma imperfecta ad perfectam, corruptio quodammodò, generatio verò simpliciter dici possit: & contrà cùm à perfecta ad imperfectam fiat mutatio,possit ea corruptio simpliciter, generatio verò quodãmodo,ex eius viri sententia reputari: neq. ipse postmodo priuatione vtatur in afferenda caussa ꝓpositi ꝓblematis.quo fit vt eodem reuoluamur quod obiecerat olim Philoponus. Dicebat Alexander specialem esse sententiam Aristotelis in eà solutione, neq. ita vniuersè sumi oportere; sed ita, ꝙ esse & non esse forent accipienda, quemadmodum dixerat anteà Parmenides, ignem.s. & terram: nanq. illi esse,huic autem non esse tribuere consuerat. Cęterùm ea quoq. interpretatio mihi suspecta est,eo ꝙ Arist. ipse testatur,se non ita speciatim loqui;cùm mox subiecerit, nil vtiq. referre,si ponatur ignis esse,& terra non esse,aut aliud quippiam.& in hoc,vt mea fert sententia, decipitur Alexander; quia cùm statuit differentiam inter positionem Parmenidis, & Aristotelis eiusmodi, quia ponat ille corruptionem transire in priuationem simpliciter,non quemadmodum sanxit Arist.è medio tollit caussam perpetuæ successionis inter has mutationes,quæ sanè talis fuerat; quia corruptio non fiebat quidem in non ens simpliciter, sed in aliud quod esset. quod ẽt paullò pòst ab Arist.ipso collectum est,dum ea omnia quæ solutionib. hisce comprehenduntur,in vnum confert. itaq. vt ex his locis constat, non statuit Arist. [a] fieri transitum in corruptionib. ad priuationem simpliciter.

[a] 1. de Generat. Tt. 20.21.

Quamobrem ita opinor primam eius quod est,& non est,distinctionem esse accipiendam,quòd ꝓpriè sit ens, cùm materia perfectissimæ formæ substrata est; eademq. cum priuatione formæ imperfectissimę coniuncta. Contrà verò non sit,cùm materia sub imperfectissima forma collocatur,coniuncta verò est cum priuatione formæ perfectissimę, atq. aio posterioris huiusce formę generationem esse quodammodo, corruptionem verò simpliciter; prioris aũt generationem simpliciter,corruptionem verò quodammodo: nam sic ẽt sequitur, vt quamuis corruptio simpliciter fiat; tñ in nihilum abitio non procedat;& cętera quæ ab Arist.subijciuntur optimè concinunt cum hac mutatione;præsertim ea, quę ipse T.20.adscribit; quo loco differentias eius quod est, colligit; quandoquidem primam differentiam statuit inter substantiam & non substantiam: atq. illud discrimen intercedit inter priorem,& posteriorem distinctionem; cùm posterior à nobilitate ignobilitateúe formarũ accipiatur;prior aũt nostra ex hoc solo non deriuetur, sed in ea ratio quoq. adnexæ priuationis habeatur in illa materia,cuius priuationis beneficio fiunt generatio simpliciter & quodammodo:nam si formę perfectissimę priuatio fuerit,corruptio simpliciter dicta exoritur in illa, & ex illa simpliciter generatio: si verò formæ imperfectę priuatio fuerit, ex illa fit generatio quodammodo, corruptio verò quodammodo,quæ illa terminatur. Cumq. Arist.exemplum speciale sumpsisset ignem nimirum & terram in quo significaret propositum; monuit posteà nos, ne rem sic esse putaremus, ac si id solis hisce conueniret: nanq. ad alia subiecta fortasse eadem ratio generationis transferri potest: methodo autem nostræ sufficere: si in eo subiecto duntaxat generationis & corruptionis formula cùm simpliciter,tùm etiam quodammodo,indicata fuerit. Quocirca sine crimine arrogantiæ redarguere licet Alexandrum qui Aristotelis sententiam, vt speciatim prolatam interpretatus sit, eamq. contraxerit ad principia Parmenidis; cùm tamen Aristoteles se de hoc subiecto speciatim non agere in eo loco profiteatur.

Adhuc persequimur caussas eiusdem problematis, & quærimus vtrùm mutationes semper terminentur eo, quod est; an ne interdum finiantur quod non est. Caput XVI.

VIDETVR etiam ꝓbè accommodari posse ad quæstionem distinctio rerum quę à materiæ differentijs accipitur: ex eo.s. ꝙ magis accedunt ad formam, siue ad materiam; vel etiam ex eo, ꝙ perfectiores, aut imperfectiores sint: vt pura,differentia ignis calor est;differentia verò terræ frigus: calor frigore perfectior est,quia maiorem agendi vim,quàm frigus, atq. nobiliorem habet: viuificat

A cat enim: contrà verò frigus imbecille admodùm est. & enicat. deinde ita se habet calor, vt sit prædicamentum & forma, frigus verò sit priuatio; nec quicquam per se paullo plus minusúe sit: ad summam, vbi repugnantia præstò sit, illud è contrarijs quod perfectius est, rationem formæ & habitus obtinere censetur, alterum verò priuationis: itaq. cùm calidum cum frigido permutatur, hæc est corruptio simpliciter, quia fit transitus ex eo quod est, in id quod non est, & generatio quodammodò, cùm pducatur id, quod non est. è contrario quando è terra fit ignis, &c. n. illa est generatio simpliciter, quia fit aliquid quod futurum sit, corruptio verò quodammodo, cùm corrumpatur id quod nō est, ita hac secunda distinctione adhibita perspicuum factum est, vt generatio & corruptio simpliciter fiant, & quodammodo. In qua tamen est, ꝙ animaduertamus; vtrum'ne calidum, & frigidum accipiantur ab Arist. tanquam simpliciter sint, an potius ad significandam aliquam substantiam contrahantur. Credidit. n. Philoponus semper ab Arist. significari substantiam; eamq. solam illam esse, quæ cum transeat ab eo quod est, in id quod non est; tale esse non ens, vt aliquid etiam sit: quandoquidem accidentia multa possunt opponi, quæ ex aliquo non fiunt, quod sit nec in aliquod aliud qđ consimiliter sit, corrumpuntur: sed cùm absoluta priuatione commutantur; veluti scientia cū ignorantia, lumen cum tenebris, ex quo efficitur, vt illud idem periculum consequatur quod Arist. opponebat, in his nimirum, vt in nihilum abeant: ita pertinet id ad substantiam, non aūt ad accidens.
B Ego tametsi puto huic dubitationi satisfieri posse, si dicamus in iis mutationib. superstes esse subiectum, ideoq. id quod est, in nihilum non abiturum: attamen quia res à Græcis ad vtranq. partem tractata, cognitu inutilis non est; aliqua adiicere præterea decreui, nam Simplicius statuit contrà. Omne quod fit, ex eo quod fit, fieri, siue id substantia sit, siue accidens. Omne. n. quod fit, inquit, specie definitum est; quæq. aūt species habet sub eodem genere, quandam speciem sibi oppositam, aut saltem ab ea diuersam. quare, cùm fit figuratum, aut rotundum, fit ex alio figurato, veluti quadrato aut irregulari: nanq. & hoc figuræ species est; simililiter color qui generatur, est albedo; fit aūt ex nō colore, non quidem simpliciter, verùm ex nigredine, qui non color est; quoniam est alius color. Qđ si obieceris ea quæ ex puris priuationibus fieri videntur, respondebit Simplicius eas non esse priuationes simpliciter. i. simpliciter nihil, sed esse positiuum quippiam, hoc aūt erit habilitas subiecti ad alteram formam. Sed tñ in reliquis habilitas videtur esse adnexa priuationi, solumq. addit materiæ habitu dinem ad formam: quo fit, vt si in cæteris quæ magis esse videntur, habilitas nihil addit quod positiuum sit; multò minus efficiet id habilitas in iis quæ priuatione simpliciter fiebentur. Probo igitur sententiam Auerrois qui negauit parem esse rationem illuminationis, scientiæ, & huiusmodi consimilium mutationum, atq. earum de quib. nunc disputamus: quoniam mutationes il-
C læ tantùm fiunt ex alienæ rei præsentia, velut illuminatio ex præsentia lucis in pellucido, scientia ex obiecti præsentia in mente, non autem fiunt, aut non proximè per alterationem subiecti, & affectionem illius corporis in quo sunt: nostrates aūt mutationes per alterationem materię pximè obeuntur: vnde illę perfectrices, hę verò corruptrices dictę sunt, & de illis verè asseueratur eas non fieri ex contrario, sed ex eo quod non sit: de his aūt quæ sibi in aliquo subiecto succedunt, quadā illius affectione præcedente, nequaquam: sed omnes ex eo, quod est, & contrario fiunt. Veruntamen & ex his quæ hactenus decreta sunt, exoritur scrupulus quidam, nam docuit aliquando Arist. sic se habere contraria, ut alterum sit velut habitus: alterum verò vt priuatio: quandoquidem generationes fiunt ex contrariis, fiunt aūt ex forma & priuatione; ergo necesse est contraria sic affecta esse, vt vnum ex his habitus & forma sit, alterum verò priuatio: ob id in nihilum erit quoq. mutatio. Confirmatur item ppositum, pptereà ꝙ in hac posteriore solutione statuit Arist. calidum vt formam, frigidum verò vt priuationem. Attamen quicquid sit de oppositione caloris & frigoris, nam de hac aliàs agetur: permanentes in eadem sententia dicemus; vbi transmutatio fiat in priuationem simpliciter; non idcirco terminari, eò ꝙ non sit, sed in subiectum resolui quod post formæ ipsius amissionem conseruatur. ceterùm adiicimus, absurdum non esse, si priuatio quodam pacto sit forma, ob
D eamq. caussam non omnino nihil, quemadmodum antè à nobis expositum est, & Alexander [a] explanauit, vbi docet priuationem esse formam, quia pura priuatio non existat in materia, sed actum quandam sibi perpetuò supponat, cui comitetur habilitas ad formam oppositam. Videtur id et placuisse D. Thomæ Q. disp. & planè mihi arridet, ei rei signum dabo, quòd formæ quib. opponuntur purę priuationes, semper fiunt in subiecto, quod iam est in actu, vt lumen in aere. Sed plerunq. contraria per se actu existunt, & positiuè aliquid sunt. ita vt quandocunq. fiat inter opposita transmutatio, non in nihilum prorsus fiat. Ex quo dubitationi propositę facillimę occurri potest: quando priuatio in contrariis non ita accipienda est, tanquàm nihil absolutè, sed quia non sit id quod illi opponatur, ex quo facta est: quæ item ratio communiter inest contrariis omnibus: etenim ex quocunq. contrario mutatio fiat, ex eo fit, tanquam illud non sit quod est futurum. Cęterùm iis omissis quæ priuatiuè opponuntur, cùm per accidens pertineat ad ea mutatio, de positiuè oppositis agamus, hæc aūt inter se vicissim habent rationem actus & potestatis, proinde priuationis. Ex quo efficitur, vt inter se mutentur, & cùm fiunt ex altero alterum, fiant ex eo quod est, & ex non ente simul: quare non ex nihilo simpliciter: contra cum intereunt, habeant in non ens, quod cum quodam actu perpetuò coniunctum est. Quocirca longè alio pacto rationem priuationis in hac methodo sumendam

[a] 5. Met.

dam esse puto, ac in prima philosophia: nouimus.n.ibi è contrariis vnum altero perfectius esse: atque id quod nobilius est, formæ locum occupare; reliquum verò priuationis; id quod ea de caussa factum esse credo, q rerum natura, non vt mutationi subiicitur, sed vt in ea esse ipsum agnoscitur, exploratur: at si quatenus obnoxia mutationibus existunt, à nobis spectentur, in vtroq. communiter insidet ratio priuationis & actus: ita.n.ex albo fit nigrum, velut ex nigro album, & sicut album fit ex non albo, & corrumpitur in non album, sic nigrum ex non nigro producitur, & abit in nó nigrũ, nam quod generatur, ex eo quod non est, generatur: & quod corrumpitur, per se corrumpitur in id quod non est, sed non album est etiam nigrum, & non nigrum album. Sic repugnantia eorum quę per se gignuntur, ex habitibus est conflata quib. semper inhæret alterius certa priuatio. Vnde liquet diuersitatem speculationis quę intercedit inter methodum naturalem & metaphysicum eius discriminis esse caussam. Si quis aũt aliquam regulam desideret qua constituatur in quaq. mutatione, quodnam è contrarijs obtineat instar priuationis, ita dicendum esse opinor. Illud ex quo tanquam termino à quo mutatio fit, esse vt priuationem: alterum verò quod occupat locum termini ad quẽ, esse vt habitum; cuius rei caussam hanc esse duco; siquidem natura per se appetit generationem, nó aũt corruptionem, nisi per accidens; semper aũt respicitur finis, & ab eo denominatio rerum accipitur: at generatio per se fit ex priuatione, ex quo efficitur, vt id quod obtinet rationẽ termini ad quẽ; habitus & forma sit, quod verò tenet rationem termini à quo non sit, & priuatio statuatur, idq. placuisse videtur Aristoteli, qui fiens compositum esse voluerit ex subiecto & priuatione, est verò fiés sine controuersia in loco termini à quo; atque id mutationi substantiæ cum reliquis motibus videtur esse commune. E F

Vera Aristotelis sententia de eo, quòd corruptio finiatur eo quod non est, edisseritur. Caput XVII.

SVCCEDIT hisce duabus tertia distinctio quæ sumitur ab opinione plurium qui sensum veluti ducem sectantur, rationem ac mentem deserunt: distinguunt.n.id quod est, in sensile & nó sensile, atq. id quod sentitur, esse dicunt, quod verò sensum fugit, non esse predicant; & nihil in cado esse pronunciant, si ibi non fuerit vinum. Sic res omnes in hæc duo genera Cicero distinguebat, eas esse dicens quæ cerni tangiúe possent vt fundus, ædes paries, stillicidium, mancipium, penus supellex; illas esse negans, quæ tangi demonstrariúe nequirent, vt vsucapio, tutela, gens, & agnatio, quarum rerum nulla subest quasi corpus. Etiam Ptolemęus in proœmio magnæ constructionis entia vocat ea quæ sunt naturalia, & sensus afficiunt. Persuadere aũt conati sunt hoc suum placitum nonnullis rationib. nam quemadmodum se habent, aiunt, id quod sub scientiam cadit, & quod sciri nó potest: ita se habent sensile & non sensile: sed quod sciri potest, certè est; quod verò sciri nequit, est nihil. ergo sensile erit; quod aũt non sentitur, nihilum adæquabit. Deinde, quoniam animalia tum dicunt esse, cùm sentiunt: quando verò sensum amiserunt, non amplius esse existimantur: ita res esse cognoscimus, dum eas sensu comprehendimus; cùm verò sensum amplius facere non possunt; non esse existimantur. Cùm igitur ex insensili sensile fiat, erit quidem generatio simpliciter, quia fit aliquid quod sit, quemadmodum vbi ex aëre gignitur terra, corruptio verò quodámodo: etenim corrumpitur aër qui insensilis est, & non est: & contra, cùm ex terra fit aër; quia terra corrumpitur, cuius sensus vehemens est; corruptio simpliciter appellatur; generatio verò quodammodò, quoniam fit aër qui fugit sensum. Verumenimuero distinctio hæc, quemadmodum nota fuit Hippocrati, ita quoq. derisa, nec à cæteris sapientibus valde probata; quippe quæ non multum veritati cósonet; nam sæpe fit, vt id quod minus sensile est, sit longè perfectius, qualis est aër, si cum aqua & terra conferatur: quandoquidem ita constituta sunt elementa, quasi per quosdam gradus, vt continens multò præstantius eo sit quod continetur; & quò magis distat à nob. adeò vt cęlum quod à nobis inter corpora longissimè abest, diuinum sit; & id omnium perfectissimum quod ab his regionibus, & ab vniuerso corporum genere secretum est, vnde permanet vis illa naturæ quæ his quidem efficacius, his aũt languidius communicatur. veruntamen nihil eo prorsus sensum nostrum magis latet, ac cęlum, etiam si visui maximè subiiciatur, neutiquam satis ipsi expositum est, cùm sit fallacissimus, tactum certè non impellit. Sed quanuis hæc facere videantur ad illud intelligendum quod in quæstione propositum fuit, attamen id non est quod in pręsentia vestigatur: nanq. hoc fortasse verùm, vbi in eodem subiecto transmutatio voluatur, & ad substantiæ mutationem solùmodò pertinet. at nos nonmodò de substantię mutatione disputamus, verumetiam accidentium, quia cùm generatur, aut corrumpitur animal, vtraq. mutatio simpliciter appellatur. cùm verò fit ex ignaro sciens, generatio & corruptio quodammodo dicuntur: ratio verò discriminis huiusce potissimum talis est, quoniam id quod est, in decem pędicamenta secatur, è quibus substantia verè est, propriè & simpliciter est, quodq́. per se substat, nec alterius pędicamenti subsidium implorat. cętera verò sunt eius quod est, idest, substantiæ affectiones, nec sine substantia consistere possunt: neq. enim qualitas est, sed substátia qualis, ideò scientia non dicitur esse simpliciter, sed totum illud quod est homo sciens. Ab hoc ergo, q mutatio substátiæ fit, simpliciter nominatur: ab eo verò q mutatio fit secundùm accidentiá, dicitur G H

A dicitur esse mutatio quodammodò: quanquam si inter se conferamus ea quæ sunt eiusdem prædicamenti, fieri potest, vt in diuersis ordinibus collocentur, quędam.s. relata ad formam, & id quod est: alia contrà ad priuationem, & id quod non est, vt in genere substantiæ animal & cadauer, in genere qualitatis ignarus & sciens, & hoc pacto simpliciter fieri dicetur id in quo inest ratio formæ, & eius quod est, veruntamen nos ea quę ad diuersa prędicamenta reducuntur, hoc loco secum conferre constituimus, licèt etiam de illo quod non esse ponitur, ex quo fit id quod fit, secundùm vnumquodq. prędicamentum, & in quod transit id quod corrumpitur, accidat dubitare, quemadmodum accipiendum sit, an'ne.s. vt id quod per formam nobilissimam substat, tanquam sit haberi oporteat, pro eo verò quod non est, id quod habet imperfectissimam. an potius esse dicendum id quod actu est, non esse autem quod actu non est, sed potestate duntaxat, veluti materia, qua contrariorum vicissitudini subiecta est. Sed cùm etiam id quod est per imperfectissimam formam, sit aliquid: nam terra est substantia quædam, & grauitas est reipsa quędam qualitas; & omnino priuatio opposita semper est aliquid, existimandum potius est materiam quæ subiicitur contrariis, & in qua vicissitudo contrariorum fit esse. dici verò non esse quatenus non est, aut non futura est sub forma, in qua, aut ex qua mutatio fit, veluti materia seminis non est aliquid, quia nondum homo est, eademq. non est, quia mox non erit amplius homo. At verò cùm ignis è terra, & generatim contraria ex se inuicē fiant, ac materia contrarijs subiiciatur, igni nimirum & terrę. Vtrum'ne eadem est materia quę contrariis, vt igni, & terrę subiecta est? Ad alteram enim partem ipsius problematis confirmandam suppetunt argumentationes. Neq. enim eandem esse quispiam suspicetur: nam sicuti diuersarum rerū principia solent esse diuersa, sic & materia: neque.n. immutari naturam opinandum est, aut aliqua varietatis caussa reddenda. Contrà tamen generatio mutua fieri videtur ex contrariis in eadem materia, quin potius nisi materies eadem foret, non fieret vtriq. transitus ex vno contrario in alterū, talis enim est natura contrariorum, vt de eiusdem subiecti possessione quodammodò certent, sic visio & cęcitas in oculo fiunt; & auditus & surditas in aure. An eandem partim esse dicendum est, partim verò minimè. Cùm enim idem sit plurib. modis, quemadmodum albedo & Socrates, quæ vnum sunt propter subiectum, ac propter habitudinem, sicut eadē subiecto habitudo inter Sophroniscum patrem & Socratem filium, vel etiam propter rationem, vt Sophronisci ad Socratem; eadē certè materia secundùm rationem non est in genito atq. corrupto; veruntamen eadem subiecto, nanque eadem portio modò aëris est, aliàs ignis: at ratio eadem non est; cùm distinguatur, per formam cui subest, aliud.n. est esse materiæ, cùm habet formam ignis, aliud est esse eiusdem, vbi sub forma aëris existit. Itaq. si aciem mentis intenderis in subiectum & facultatem, quatenus respicit opposita,

C quod primo de ortu fecisse videtur Arist. est vna materia subiecto, ratione discrepat. Veruntamen si illam in composito spectaueris; nonmodo ratione eam distingui cognosces, sed ēt re, immo ēt subiecto, quod amplius quid est, etenim cùm forma terminatur, aliud numero fit. Atq. hic modus distinguendi materiam vsurpatus est, vt puto, ab eodem philosopho,[a] ad explicandum numerum principiorum. Nanq. & si scio verba illa numerationemq. in hunc sensum a plerisq. accipi, q. cùm in ratione principiorum contraria sint, eaq. non sola; verùm qn̄ in eodem subiecto vicissim sibi succedūt, altero è contrariis abeunte, altero aūt remanente, abeat verò id, quod habet rationem eius, quod nō est, nulli dubium esse, quin duo sint potissima rerum principia, materia nimirum & forma; præsertim cùm vnumquodq. quod fit, in vtriusq. rationem dissoluatur. sed de priuatione dubium est, quia non sit, quemadmodum à materia separetur: atq. ita solui quæstionem, eam vnum esse subiecto cū materia, &, vt dici solet, ad numerum vnum, ratione aūt & illam à materia distingui. nam quicunq. numerat ea principia, certè non numerat priuationem, sed subiectum, quemadmodum non dicitur vnum albedo, sed album. i. homo in quo est albedo. Verùm siquis hominem (in his.n. quæ sunt subiecta accidentium, magis perspicua res euadet) aut aurum assumat, & in ipso non tantùm rationem notet per quam homo est, & aurum, sed per quam album & nigrum fieri potest, nunc albedine carens, nigredine aliàs, is optimè dignoscet priuationem quæ est alterum è contrariis à subiecto. Qua-

D propter, cùm hęc duo sint priuatio & subiectum, adsit etiam forma. veruntamen hęc duo, priuatio.s. & materia sint vnum subiecto; (nihil.n. priuatio ponit) inde effici, vt duo & tria rerum naturalium primordia sint habenda, duo sanè, si materiam simul cū priuatione numeremus, quod efficiet vnū, & formam, quæ est per se; tria verò, si materiam à priuatione seiungamus. Hæc vulgò dici consueuerunt. Veruntamen neq. verebor ego ex eisdem verbis elicere alterum modum quo principia ipsa modò duo sint, aliàs tria: propterea quòd iam vnum esse contrariorum subiectum accipimus: ideoque numeratur modò subiectum quod cum priuatione, & forma opposita coniunctum est; aliàs idem subiectum cum forma qua nuper genita est. Idem.n. ad numerum non est subiectum, quod secundū substantiam permutatur, vt semen & planta, sed vtrunq. cum materia numeratur, cùm ēt per ipsam hoc aliquid, & indiuiduum existat. quamobrem duo ad numerum sunt. quoniam verò ratio formæ distinguitur à ratione subiecti, & ab eiusdem ratione priuatio separatur, hinc fit, vt non duo tātùm, sed tria rerum naturalium principia sint. Et certè formulam hanc distinguendi principia magis app̄bo, quia forma non numero quidem, sed ratione solùm à materia separatur, cùm ab ipsa cæteroqui seiungi non possit: vnde illud vnum quod prædicatur de forma, de illa non dicitur, tanquam sit vnū numero

[a] 1. Phys. T. 66.

numero, aut subiecto, quòd si vnum ratione est: ergo tria quoq. ratione sunt vniuersa principia. At si ita sint, quando erunt duo, nisi materia modò cum priuatione, aliàs cum forma numeretur? neque. enim esse numerabile formæ, aut priuationi per se primò tribuendum est, ita vt materia propter hęc duo contraria numerari posit, quandoquidem id contextus ipsius verbis admodùm repugnaret, quin ét accipimus hic indiuidui principium magis esse materiam, quàm formam, licèt non sine forma. Et præter illustrem illum locum, quem obseruamus Tex. 60. id ét magis respondere videtur E
a T.67. iis, quæ mox adscripsit Arist. a Quare neq. plura contrariis principia, & quæ seq. vbi perspicuè contraria numerantur. & materia cum alterutro, quòd in ipsa alterum semper existat, & vicissitudine quadā quæ nunq̄ peruertatur; ac si quo pacto separetur ab ipsis, ea sit non rei separatio, sed rationis. itaq. reipsa duo sunt, propterea quòd cum reliquis materia cadat in numerū: neq. tñ ipsa minus sit caput indiuidui: siquidem non priuatio seorsum, neq. forma numerentur, verùm perpetuò cū subiecto subiiciantur numero; sed essentia sola & à mente distinguantur: solum sensus assequitur numerum oppositorum, quòd composita sunt, & non extra materiam, ac formam quidem in materia per se: priuationem verò, vt absentiam formæ. Sic igitur fit, vt principia numerentur, & quodammodò duo sint, quodammodò tria, duo quidem re, tria verò ratione.

Quemadmodum materia sit vna numero. Cap. XVIII. F

VERVMENIMVERO valebit admodùm ad ea quæ dicta sunt, intelligenda constituere, quemadmodum materia sit vna numero, quo pacto vnam illam esse testabatur Arist. habet. n. aliquam difficultatem, & quædam mihi dicenda succurrunt præter ea quæ interpretes eius loci tradunt. Nam cū diceret Arist. eā esse vnā, vt hoc aliquid, potuit fortasse quispiā suspicari ipsum loqui de vniuersa mole materiæ quæ partem mundi inferiorem cōplectitur, & ad id approbandū vti rōne & auctoritate, qñquidem Arist. ipse, dum contra Heraclitum dissereret, omnia vnum esse dicentem, asserebat id fieri non posse, nisi vnum accipiatur, vt subiectum: quare sic oīa vnū esse subiecto concedebat. Deinde quæcunq. diuisionē non accipiunt, vnum sunt: materia verò per se diuisione caret, propterea ꝙ diuisio sequitur formam, at materia per se in formis est. Et tñ dici solet aliam esse materiam tuā, ac meā. Deinde non essent ꝓpria cuiusq. rei principia, quæ tñ sunt, quippe ꝙ vna foret quę cōiter oībus inesset. Tùm ét si in materia cuncta conuenirent, inter se cōmutari possent, hoc tñ sensus, & vsus preceptor eruditissimus oppugnant: nā quanuis inferiora corpora vel ꝓximè, vel remotè tēporis infinitate intercedente quā Peripatetici statuunt, inter se cōmutari possint: at de cęlestib. orbib. tum quod inter se ipsos transmutentur, tùm ét ꝙ cū hisce nostratib. aliquā coniunctionē generis habeant, nunq̄ obseruatū est. Paucis capitib. tota quæstio poterit explicari. Ac primum de omni materia siue cęlestium corporum, siue eorū quæ intra celi ambitū continentur, ponendo eam vnam esse analogicè, quod à nobis infra plurib. verbis agetur. Sed qm̄ hic vnitatis modus multis difficultatibus expositus erat, quia tñ nō erat loci præsentis, eas explicare, gratis id tunc ab Arist. fuit acceptū; quare ad aliam eius vnitatem veniamus. Hæc igitur aut cum forma spectatur, aut penitus notione formæ seclusa; quam tñ abstractionē ita constituimus, vt non re quidem à forma seiungi possit; qn neq. ét cogitatione, ne forte quippiam ab essentia sua separetur, non immemores actū esse de essentia potestatis, sed quia terminet in hac hypothesi cogitationē nostrā sic, vt quanuis pater & filius, neque mente à se inuicem seuocari possint: nihilominus illò mens nostra dirigatur, vt ea spectet quæ filium consequuntur; vt inferiorem esse, obsequētem, & in potestate patris: aliàs patem imperiosum inclementem, & durum, quæ sanè ab habitudine illa quæ inter patrem & filium intercedit, non absoluuntur, sed ad alterum ex illis primò pertinent, in alterum verò ꝓpter affinitatem redundant: ita de materiæ abstractione modò dicendum est. Si igitur materia sine forma consideretur, item distinguitur, vt potestate substantia est, & vt habet in seipsa distantiam, seu dimensiones. quòd si animaduertatur solùm, qua dimensiones habeat, eam esse vnā, & continuā dicimus, si verò vt potentia substantia: qm̄ actus est caussa distinctionis, nec sine illo multitudo est; actus aūt oīs aut est à forma, aut non sine forma; à qua nunc materia separatur, carebit oīno distinctione, ob eamq. caussam vna numero priuatiuè esse dicetur. i. non plures numero differentes, quem item vnitatis modū alio vocabulo exprimebat Auerroes vnum inquiens per indifferentiam; ꝙ per se non magis hoc, q̄ illud sit, sed oīa fieri possit equaliter. Quòd si materia formæ notionem cōprehendit, hæc item notio duplex est, aut. n. materia consideratur, vt iam accepit hanc formam, sed tñ cum habitudine ad oppositam, atq. ita materiā subiecto vnam anteà constituimus, ipso aūt esse discrepantes, aut quemadmodum mea nunc est materia cum mea forma, ac tum dicimus eam esse vnā numero positiuè; quo ét pacto materia consecuta est, quòd sit: quia. s. sit hoc aliquid, & positiuè per formam: sic tñ vt & si hoc aliquid in materia sit actu, & forma præsente, nihilominus si naturæ ordinem spectemus, esse positiuè sit à forma primùm, sed hoc aliquid & signatum ex materia nascatur, totum verò ex vtroq. Idcirco etiā docuimus antè distingui materiam, vt duo numero efficiat, vbi cum duob. contrariis alternatim cōcipiatur à nobis, & id nos maximè persuadet, ꝙ esse numerabile materię potissimum tribuitur. Ex eo que factum est, vt vnum numero 5. Met. definiatur per materiam: siquidem illa sint vnum numero, quorum G H

A quorum materies est vna.& Arist. ẽt 12. [a] Met. vnum numero accipit caussa materiæ. Vna etenim & eadem multorum ratio est, velut hominis, Socrates vero vnus.& 7. Met. [b] Tota verò iam talis forma in his carnibus & ossibus. Callias & Socrates. Itaq. nos eam singularis initium, libentissimè facimus.& auscultamus Platoni, [c] qui iudicat hoc aliquid ex permanentia, eã verò magis materiæ conuenit. Non obstat autem ꝙ interdum enunciet Arist. esse hoc aliquid per formam, aut ẽt testetur materiam esse hoc aliquid τῷ φαίνεσθαι, [d] idest ex apparentia, aut ẽt quod video viris illustribus, & qui non multò ante ætatem nostram floruerunt, & nostræ etiam ætatis obiici nobis. Primùm sic esse attemperata patiens & agens, vt nihil patienti concedatur, quin liceat & agenti. Ergo vt res caussa materiæ vna est, sic erit quoq. caussa formę. Confirmatur: nam cũ esse & vnum esse multifariam dicatur, quod propriè ἡ ἐντελέχεια ἐστί, quare principium indiuidui, forma & actus. Deinde. Quod aliunde tale est, ex se ipso ẽt tale sit necesse est. Cùm igitur forma vna sit in materia. Et per se ipsam igitur. Tertiò duo anguli numero differunt, & tñ sunt extra materiam: nã sic eos considerat mathematicus. Quartò Materia per se infinita est, & vniuersalis non plus ex se ipsa hanc, q̃ illam formam, vel hoc, quàm illud indiuiduum respiciens. Itaq. consequitur id per formam. Ergo & ꝙ vna sit, & indiuidua. Præterea illud ab Arist. [e] sumptum. Formam per quam est hoc aliquid actu. Sit enim materia per quam est hoc aliquid, at contingit id potestate solùm non actu, quæritur aũt, cur

B hoc, quod iam est actu, sit vnum. Siquidem in prima philosophia materiam spectet sub maximè ꝓprio significato, id verò est, vt est existentiæ principium, non aũt transmutationis. Nunc anteq̃ res sit, subest materia sine ordine, vt saxa & tigna seorsum, & hæc habentur materia domus, neq. sunt tñ: sed tunc verè sunt eius materia, cùm in ordinem adducta fuerunt: & tum ꝓpriè sunt hoc aliquid actu præsente fine quo non est hoc aliquid. Non me latet Syrianum interpretatum fuisse substantiã apparentem indiuiduam & sensilem, sic materiã sensilem ab Arist. vocari potuisse apparentẽ: nam re vera essentiæ principiũ est materia, non sanè sensilis, sed intelligenda. Quomodocunq. tñ nihil obstant hæc indiuidui principio. Quanquam & hoc aliquid non est simpliciter indiuiduum de prædicamento substantiæ: sed & est nota generalis eius prædicamenti, [f] & est nota actus, & essentiæ simpliciter; itaq. ẽt abstractis, quia per modum substantiæ exprimuntur, Græci [g] tribuunt hoc aliquid. & hoc aliquid nonnunq̃ ab Arist. acceptum pro determinato; & eo quod sub certa specie continet; vt cùm sit album; quasi dixeris cùm sit hoc, qualecunq. sit, dũmodò sub certa categoria comprehendatur. quin ẽt Arist. hoc aliquid esse vult quod certo nomine significatur, vt homo, lapis, album, atque id statuit medium in syllogismo, quod non esse singulare, aut non necessariò substantiam quis

C est qui nesciat? & apud Galenum quoq. τρίγωνον τόδε τι, & τετράγωνον τόδε τι. docet igit medium, in syllogismo nonnunq̃ vno termino exprimi, nonnunq̃ oratione: eius verba libuit adscribere, quòd Lectori Latinorum codicum, in quibus vis eiusmodi phraseos non obseruatur, facilè hæc imponunt. φανερὸν δὲ ὅτι τὸ μέσον οὐχ οὕτως ἀεὶ ληπτέον ὡς τόδε τι, ἀλλὰ ἐνίοτε λόγον, ὅπερ συμβαίνει κἀπὶ τῶ λεχθέντος. id est, planum verò, quod medium non sic semper accipiẽdum, vt hoc aliquid, sed nonnunq̃ orationem quod ẽt in dicto contingit. Ergo cõmittetur fallacia secundũ cõsequens. Est hoc aliquid: igitur indiuiduum. Secunda ratio qua plurimum Zimara pater institit, nõ distinguit possibile. Etenim potentia multiplex καταχρηστικῶς, & impropriè quæ est idem cum actu, vel primo, vel secundo. atq. illo quidem perfecto vel imperfecto, qualis est motus, & cùm vero que in æternis, in immaterialis quidem cũ secundo, & eo qui sit perfectus, itaq. idẽ est ibi posse & esse, esse & agere. in cęlo posse & esse quo ad substãtiã esse, & agere, & moueri. Ex actu primo potestas agendi in aliud, prout aliud. Propriè verò est indeterminatio siue ea sit agendi, seu patiendi facultas, & agendi quidem voluntas, patiendi verò quicquid obtinet rationem materiæ, atq. subiecti, quæ itẽ indeterminatio est cum ꝓpensione ad actũ, vel caret oĩno ꝓpensione: illa sanè naturalis, hæc in artificiosis. Nanq. ex ligno scamnum fieri põt, ac nisi posset ex eo fieri scamnum, ꝑfectò nunq̃ fieret, & è semine fit planta. Verùm in semine habilitas illa ordinata est, & penitus naturalis; in ligno nequaq̃,

D sed adscititia, & externa: huic consimilis est potestas in forma ad indiuiduum, & aliunde est, ꝙ contrahatur ad hoc, & hoc, ꝙ per se ipsam non minus hoc respicit, q̃ illud, vt certissimis monimentis in prima philosophia testatum reliquit Arist. [h] Ergo ꝙ sit hoc ex materia nascitur, & in formã recidit, non aũt est ex ipsa forma: neq. verò secus se habere videtur, atq. illa quæ consistere dicunt ex necessitate materiæ: Sic igitur per consecutionem quandam pertinet ad formam non primò. Et quod ille accepit ab Auerroe, tum verum est, cùm in efficiente & forma inest habilitas interna, & ordinata, ꝙ ibi contingit, vbi res est simpliciter, & ex æquo secundùm vtranq. naturam, vt homo simpliciter. Illud aũt quod dicitur. Quod aliunde tale est, ex se ipso ẽt tale fore necessariò, non admodum consentire videtur cum ea ꝓpositione quam vt perspicuam sumpsit Arist. [i] Nihil idem per se, & ab alio fieri posse. Nam si per se est, cur ex alio sit necesse est? si verò aliud flagitat, ergo non ex se. Et planè non pauca sunt quæ formæ accidunt præter eius ordinem, vt casus, monstra, & quæ sunt contra naturam simpliciter, quorum caussa est, vel materię proprietas, vel vitium eiusdem, vel ẽt violans; q̃ certè omnia tollerentur, si staret ea Zimaræ filij propositio. Obiicit ille iterum duos angulos numero separari qui tamen sunt extra materiam. Ad hoc idem censeo dicendum, quod 1. Priorum nos admonuit Arist. [k] Nimirùm sicuti non rectè concluditur hoc argumentum, Aristomenes intelligendus

[a] T. 49.
[b] T. 28.
[c] Timeo.
[d] 12. Met. T. 14.
[e] 2. de An.
[f] 1. de An. T. 78.
[g] Alex. 2. Top. c. 3.
[h] 8. Met. Tc. 28, 56.
[i] 1. de An.
[k] 1. Pr. Sec. 3.

dus semper est, Aristomenes est intelligendus. Ergo & Aristomenes semper est. quod hoc totum ac coniunctim verum non est, Aristomenes intelligendus est semper: siquidem intelligẽdum semper quidem sit; sed separatim Aristomenes sit mortalis, sic duo anguli sunt extra materiam. At qui numero differunt duo anguli, sunt quidem extra materiam, quia cogitantur extra materiam, veruntamen quoad sunt duo, sunt in materia. Oportebat igitur concludere, eos esse duos extra materiam, quatenus sunt, non quatenus cogitantur, illud aũt erat falsum. Quarta obiectio non distinguit id quod est terminare ab eo, quod est coërcere & limitare, illud est afferre perfectionem, hoc est minuere vires & facultatem. & corium finit artifex extrinsecùs, & calcei forma intrinsecùs, contrahentia fluxũ & infinitatem corij ad calceum quod erat item in potentia ad sagum & cothurnum. contrà bonus sutor ex malo corio pulchrum quidem calceum facere poterit, sed inutilem. & ex rudi corio calceum aptum nunq̃ conficiet. Itaq. id bonum quod efficiens præstare valebat, nõ potuit accipere materia, sed deterius fecit. & planè sine controuersia lumen aliter in aquis, aliter in aëre accipitur, atq. illud cõpertum formas pro materiæ merito contribui: ac forma quidem terminat materiã in specie, quod aũt sit hoc, aut illud vnum, pluraúe numero differentia, id ex materia potissimè nasci profitemur. Et cùm sit vnitas vel essentiæ vel existentiæ, illam ex forma pendere asseueramus, hanc ex materia: & in eo quod est hoc aliquid, supponi essentiam (semper. n. prius æternum est, q̃ mortale) vnde est vnum genere, vel specie; superuenire alteram; & essentiam ad vnum numero restringere, ideoq. ex illa prima vnum esse genere, vel specie, ex altera iam vnum numero extare, & hanc ad illam se habere vt existentiæ notam ad notam essentiæ, & vt singulare ad speciem. sicut ergo essentia prior est natura, q̃ existentia, & species quàm indiuiduum, & actus quàm potentia existendo tamen & actui potestas & vnum numero, ac subiectum ei quod est vnum specie & essentia, pręcedit; & vniuersitatem speciei contrahit, sic se habet vnitas numeralis ad vnitatem simpliciter. Igitur in eo quod est esse simpliciter, pręualet actus & essentia, in eo quod est esse hoc aliquid, potestas, atq. materia. ex his item confirmatio tollitur. Illud autem quod acceptum est ab vniuersitate materię, q̃ ineptum sit, paullò pòst ostendetur, cùm de similitudine generis & materię verba faciemus, etenim docebimus vniuersitatem esse formæ, materiæ verò infinitatem & partibilitatem. Quamobrem negabimus interim in materia esse vim vniuersalem, non inficiantes; & ad vnum indiuiduũ faciendũ formæ societatẽ requiri; sed illud aientes pendere indiuiduum ex materia primò, ex forma vero secundò: siquidem essentiæ superueniat existentia quæ tota proficiscitur à materia, est aũt indiuidui ꝓpria. Hęc ego de indiuidui principio volui tangere hoc loco, quamuis alibi multa de indiuidui natura disserueim; propter auctoritatẽ nonnullorũ qui in alterã partem frequentissimi hodie contra veterum philosophorũ decreta discessere, in quos me nullo odio, aut simultate scribere, testem Deum voco, sed vt mea dogmata Aristotelicè defendi posse significem. Ab his ad illa primò reuertor. Nanq. aduersus ea quæ constituta sunt, illa nihil vtiq. possunt quæ anteà dubitata fuerunt, propterea quòd Aristoteles contra Heraclitum acceperit materiam vnum esse subiecto non discernens cęlestem à caduca, gratificans, vti dictum est, Antiquis, & id concedens, vt perspicuum quod oppositum non sine rationibus efficacissimis decerni potuit; neq. ibi negauit habitudinem ad diuersas formas. & ita oĩa, aut nostratia saltem vnum esse posita sunt. Et secundùm item concedimus seclusa notione ipsius formæ. ita. n. est vna, atq. ea quidem continua: Cæterùm non negamus, in ea propter formam esse diuisionem, quam tamen bifariam accipimus: vel eam quæ ducitur ab essentia: quapropter homo non est equus, nec vna eademq. hominis & equi materia, quam primò ab ipsa forma proficisci perspicuum apud oẽs est: aut eam quæ in indiuiduis est: quamobrem Plato non est Socrates: quæ item sine præsentia formæ non completur: veruntamen eam in ipsa materia radices primas egisse puto: generaliter aũt in omni tali diuisione forma desideratur: ideoq. materia per se vna est, & continua. Sic argumenta pro altera parte problematis allata pertinent ad materiã quæ vna quidem non est, sed numerabilis, vt inquit Arist. & cuiusq. rei propria, atq. vnum propemodum, cum ipso composito existens. Quod addebatur, omnia inter se transmutatum iri: concedo planè, si in materia vnica conueniant, vel plurib. mutationib. interuenientib. neque. n. per se materia sufficit ad præstandam mutationem, sed præterea certa priuatio requiritur, quæ certum genus & certa contraria consequitur. Sic è substantia fit substantia, & quantum è quanto, & quale è quali; & ex hac substantia & hoc quanto, hæc substantia & hoc quantum.

Differentiæ materiæ & generis exponuntur. *Cap. XIX.*

AT verò de illa materia quæ vna est, vt inquit Auerroes, per indifferentiam, vel vt alij dicunt, vna numerò priuatiuè cum plurib. immò caducis omnib. cõicari possit, adhuc à Græcis & Latinis dubitatum fuit, vtrum communicetur reb. ipsis, quemadmodum genus partibus suis cõicatur; an alius quidam sit modus participandi materiæ proprius. Nanq. id fortasse nos persuadebit, quòd inquit Arist. ea quæ genere conueniunt; materia item necessariò conuenire. Præterea, quoniam genus materiæ locum rationemq. occupat in definitione. Negarunt id Alexander inter Græcos, [a] & inter nostros Achillinus omnium sectatorum Auerrois sine controuersia peritissimus, & multas ille

[a] 12. Q. 2.

differentias

A differentias attulit inter genus atq. materiam, vnde dicebat hic materiæ diuisionem in suas partes nõ
esse tanquam generis in species, verùm & totius quod esset quantum, in partes identidem quantitas.
Zimara contrà, eandemq. credit esse proportionem inter materiam primam, & ꝓximas eius partes
quæ totius esset vniformis; hoc aũt diuiditur in partes eiusdem rõnis, velut aquæ cuius item partes
aquæ sunt: q̃obrem ẽt aqua de singulis vniuocè prædicatur, & hæc & illa est aqua. Quinimmò si q̃-
tum ipsum spectes; & quælibet pars q̃ti est q̃ta, vt pars lineæ linea; quare rõnem totius assequitur.
Cur non igitur & materia suam rõnem cõicat suis partibus? Hoc certè inficiari non possumus origi
nem sanè generis naturalis à communione materiæ peti, nec non aliqua attributa generi, ac materię
communiter inesse. Nec quicquam vetare, quominus eadem res in varia partium genera secari va-
leat. Etenim caro in carnes distribuitur, & fortè in sanguinem & fibras. Lutum nonnunquam in alia
luta partitur, interdum in aquam & terram: fortè eius essentiæ partes erunt corpus æquè tempera-
tum ex humido & sicco: & cùm materiæ partitio cum partitione quanti vulgò conferatur. En quo-
que tibi lineam rectam, quæ secatur in lineas, vt quanta, eadem diuiditur in essentiæ principia inter-
uallum vt materiam, quod interiacet æqualiter inter duo puncta, vt formam: & omnino diuidi-
tur aliquid in essentiæ partes, in partes materiæ, & partes quanti, Porrò ex quanti, materiæq. parti-
B bus participatio nulla, quippe quòd in singulis totum dispersum maneat, & partis sublatione minua
tur, nec habeat quicquam, quod in eo genere totum in singulis conseruetur. Essentiæ partes etiam to
tæ retinentur in singulis, vt & in omnibus, & singulis totæ existant; & animalis vniuersa natura est
in cunctis animalibus, & in me tota, & in te consimiliter, itaque ex ablatione pártis nihil de essentia
tota deteritur. Probeque illud dicitur actum & essentiam quæ ipse actus est; semper communicari to
tum, materiam non semper: hæc enim suapte natura distat, & partibilis est; actus autem prorsus in-
diuiduus. & propriè communio partium essentiæ quæ vniuersitas appellatur; ex materia infinitas, q̃
multa quidem complectitur, sed inter se discreta, & numero segregata. Qua igitur est materia, & na
tura quædam distans, & infinita; profectò ex ea non est vniuoca prędicatio. Videamus nunc an pro-
pter aliam quampiam rationem posşit vniuocè communicari. Nos dissuadet Aristotelis auctoritas,
qui nonnunquam testatus est *ἐν ταῖς οὐσίαις τὸ τῆς ὕλης κατηγορούμενον αὐτὴν εἶναι τὴν ἐνέργειαν*.
[a] In substantiis quod de materia prædicatur, esse actum ipsum, ita vt materia prędicatione penitus [a] 8. Met.
excludatur. Cõsimiliter 14. primę philosophiæ elementa de illo, cuius elementa sunt, [b] nullo modo T. 6.
prędicari, neque enim homo terra est, neque arca lignum; sed ad summum denominatio ducitur à [b] C. 3.
materia: sic arcam dicimus esse ligneam, hominemque terrenum, atq. adeò, vt etiam ex ipsa materia
simpliciter denominata capiantur, vt *ἔνυλον* & *ἄϋλον* materiatum scilicet, & immateriatum: sed
C hoc esse materiam nihil omnino dicitur: nanque & si lignum de abiete prędicatur, quæ est arcę ma-
teria; non ita dicitur vt materia, sed vt categoria per se, resque simpliciter: proinde sicut arca est ab-
ietina, non abies, sic etiam lignea non lignum. Sed vt denique rem expediam, mihi sanè concisè ad-
modum quæstio prolata, & explicata videtur. Etenim in iis quæ vniuocè prædicantur, & natura ip-
sa, quæ communicatur, & communicandi modus obseruari solent; & sępe fit, vt commune referatur
ad singularia nulla ratione speciei generisúe conclusa, vt animal de singulis animalibus, aliquan-
do vt de homine & equo; tum verò prædicatur vt genus; quòd sic in eo differentiarum notio con-
tinetur. Ita Socrates est homo simpliciter; idemque ita homo, vt ab aliis omnibus animantibus
seiungatur. quapropter sic est homo, vt sub specie hominis. Itaque aliud est esse vniuersale simpli
citer; aliud esse genus, aut speciem: nanque vniuersale abstrahitur suapte natura ab illis respecti-
bus, differentiarum scilicet, & specificationis: genus & species in his consistunt: vnde generis est
diuidi per oppositas differentias; atque ita, vt ea sublata habitudine genus quoque tollatur.
Neque tibi molestiam afferat, quòd Aristoteles sæpius testatus fuerit, differentias extrinsecùs adue-
nire generi; quare nec genus de differentia; neque differentiam de genere prædicari: quandoqui-
dem retulerit differentias ad rem & naturam, quæ prædicatur; non ad modum prędicandi, ex
quo vniuersale efficitur genus, aut species, quemadmodum nos hæc nunc accipimus. Igitur e-
D tiam distinguendum fuerat; an'ne vt natura quædam communis, an potius vt sub certis his speciei
generisque notionibus vniuocè diceretur. Arbitror equidem materiam, quatenus est materia, hoc
est quatenus id potestate, quod futurum est, & in cuius naturam commeat forma suscepta, nullo
modo prędicari. Nam præter id, quòd prædicari est determinare & afferre, ac mutuare nomen,
à materia verò determinatio, vel nominatio nulla; etiam de quo vniuocè dicitur, illud item esse
dicitur, dicitur enim vniuocum secundùm nomen & rationem. Sed non dicitur esse materiam,
veluti mixtum esse elementa, verùm ex materia formaque compositum, in quo esse huius fit in
materia, [c] & illud est quod hoc dicitur, propriè compositum, vt cùm dicitur hominem esse ani- [c] 2. de An.
mal, aut corpus. Veruntamen, vt hoc verum puto, sic omnem vniuersitatem materiæ denegare er-
rorem esse puto. Nam sicuti dempta materia sensili, & abstracto hoc, ex quo reddebatur ho-
mo indiuiduus; superest homo communis, sic iis cogitatione separatis, vnde hæc materies efficie-
batur: opinor materiam fieri communem, & iis iterum sublatis, quibus speciei cuiusdam propria
fieret, imitari genus. Itaque & Socratis est hęc materies & in ea continetur materies hominis, in
hac animalis, & corporis naturalis, vnde etiam prædicatur in recto, partibusque subiectis aliquam

tribuit naturam, non partibilem, sed communem cuiuimodi illa sit, verbig. potestas. Itaque cum vere pronunciari possit materiam corporis & animalis esse materiam Socratis; & hanc huius materiam, corporis & animalis esse materiam, diligenter animaduertamus priore modo concipi materiam sub propria notione, vt ex illa fit aliquid, posteriore modo notari, vt hoc, quod est alterius essentia, quo pacto siquis diceret animal hominem esse; ꝗ fieri potest homo, & hoīem esse animal: etenim priore mō animal esset, vt ex quo, posteriore verò animal esset vt quod, illud nēpe, quod esse dr̃ homo. Materies igitur, vt materies & illud, ex quo, nullam affert determinationem, vel appellationē, sed vt natura quædā vr̄ vtrunq. posse præstare, nec vniuersitatem respuere, cùm plura sint eaque numero differentia (sunt verò illa ꝙ q̃titate separantur, hæc aūt semper est affixa materiæ) ꝙ hoc ipso segregantur à reliquis, ꝗ in seriē potentiæ continentur: etenim triplex est rerum series, actus potestatis, & cōpositi ex vtroq. Vt ergo compositū sub composito directò collocatur, sic & actus ad actum referuntur, & ptātes ad ptātem. Verunt̄ obiicies hîc è vestigio. Si materia per se ipsam potestas est; & ex ea prædicatio sumi pōt, quid oportuit nos admoneri ab Arist. quod de materia prædicatur esse actū, & elementa non prædicari de illo, cuius elementa sunt; prætertim, ꝗ non concedit Arist.[a] ἀντικατηγορίαν & mutuam illam prædicationem, ne qualitas qualitati cōtra naturę ordinē tribuatur. Si igitur actus de materia, non ergo materia vicissim de actu prædicabitur. Quo item mō verum præceptū fuerit Arist. negantis prædicationem materiæ, & tn̄ enunciantis genus de specie cuius est materia? An actus, vt res, est ipsa forma & essentia, & ab hac verè & ꝓpriè prædicationis rō deriuat, sed actus, est ēt modus rei qui ipsi assignat, quoad verbum præsentis tpis illi conuenit, qui sanè nulli rei denegari pōt, nam cuicunq. conuenit esse: dico ēt ab hoc actu prędicationem, licet minus ꝓpriè sumi posse, itaq. ens in locum prędicati transsumitur, eodem quoq. mō ptās & materia. Prædicatur ergo, de specie genus, & sumitur à materia prædicatio generatim, vel quia fit materia, quæ cadit in mentem, ea verò continet actum, licèt imperfectum, & accessione differentiæ formęq. perficiēdum, vel cùm dicitur ex materia peti prædicationem, intellige quoad actum quomodocunq. participat; & vt quod, non ex quo, tametsi sunt eadem ad numerum. Atq. hæc de eo, ꝗ sit vna materia. Quamobrem reuocetur, vnde huc deflexit oratio.

[a] 1. Post.

Definitio generationis assignatur. *Cap. XX.*

STATVAMVS aūt nunc veras ac primas harum mutationum differentias in quib. conspicuæ fient singularum definitiones, vn̄ nobis vnà quid illæ sint, & ꝗ sint cognitione certissima notescant. Ad earū verò differentias pernoscendas ea præponēda breuiter ex illis quæ olim tradita sunt, Oēm. s. mutationem ex his tanq̃ partib. seu primordiis necessariò constare ex terminis à quo, & ad quem, & subiecto circum quod: hoc verò est, aut prædicamentum, è quo transmutationis termini desumuntur, substantia q̃tum, quale, & vbi: aut est subiectum, quod dr̄ permutari. Circum substantiam fiunt gn̄atio & corruptio, in q̃to incrementum & decrementū, in quali alteratio, latio verò in ipso vbi. alterum subiectū ꝓpriè substantia sensilis est, & actu, & hoc aliquid, & deniq. cōpositum ex materia & forma, aut postremò illud, ex quo, tanq̃ superstite, primò fit mutatio per se quod est potētia, & est pars rei quæ dr̄ transmutari, & ad summā ipsa materia prima. Hac posita distinctione subiectorum; cùm ex his circum q̃ mutatio fit, quædam significent actu substantiam; alia verò passionē, & qualitatem: vbicunq. eadem substantia sensili permanente, circū qualitatē mutatio fiat, ea est alteratio: queēadmodū vbi ex ęgro Socratas cōualescit; bona & mala valetudo sunt qualitates quędā. Socrates est substantia, circū quā successio earū fit, qn̄ igitur ita mutatio cōtingat, hæc est alteratio: qm̄ idem permanet Socrates mō sanitatem accipiens, aliàs ęgritudinē: ita ēt qn̄ ęs fit mō angulare, mō teres, idem permanet: sed ipsius tantū qualitas & figura mutatur, idcirco est alteratio, quę inter contraria, aut ēt media gn̄aliter obitur. Erit verò tum gn̄atio, qn̄ totum cōmutetur, ne. s. aliquod sensile remaneat. (est aūt sensile subiectū, substantia indiuidua, q̃ actu existit) quod idē sit, verùm totū in aliud totū mutetur, & totū quidē categorematicè, neq. n. permanet immusicū, neq. simplex, neq. cōpositum [b] sicuti cū è genitura fit sanguis, fit. n. sanguis è tota genitura; quia tota transit in sanguinem. i. substantia geniture non permanet: cū cæteroqui permaneat in alteratione substātia, similiq. mō, cùm ex aëre ꝓducit aqua, aut contrà aqua corrumpit: nunc. n. non remanet aër, mox aqua non erit superstes, sed vno ex his deficiente alterū ꝓtinus succedit, ex ordine atq. via quā supra ex Arist. significauimus, q̃uis inualuerit vsus, & gn̄ationē, & corruptionem rei sensili tribuamus, nulla facta mentione rei illius insensilis, in quā, aut ex qua mutatio fiat. Verumenimuerò tametsi nullum sensile superstes est, tanq̃ subiectum: attamen id remanet quod est potentia: hoc. n. solùm capax est illius oppositionis q̃ pertinet ad substantiā; & dum substantię cōmutant inuicem, restat: propterea gn̄atio est mutatio totius in totum nullo sensili superstite, vt subiecto, sed eo quod est insensile tantùm, hoc verò. i. quod est potentia, cùm cæteroquin actu substantia remaneat, qn̄ mutatur accidens Quanuis aūt eueniat, vt cùm rei vnius in alteram fit mutatio, complura, q̃ insunt in re q̃ corrumpitur, cū illa commutentur: nonnunq̃ vna eademq. passio quæ est altera pars vnius oppositionis non aboleatur, sed ipsi cum genito quoq. cōis in eo resideat, veluti cùm mutatur aër in aquā, remanet in aqua pelluciditas;

[b] 1. Phys.

A luciditas; non est tñ φ vereamur, ne forte illa aëris permutatio generationis noïe non sit appellanda, φ aliquod subiectum accidentib. illis quæ permutantur, ét superstes esse videatur: ob eamq. causam hanc alterationem esse suspicemur; neque.n. formæ; inter quas mutatio fit, insunt in illo communi, tanq̃ accidens in subiecto. nam si ita sit, alteratio fuerit profectò, non aũt generatio: nunc ita inter se consequuntur; qm̃ insunt vtraq. in eodem subiecto quod mutatur tanquam materia: ideo; q̃uis restent nonnullę qualitates, nihilominus est generatio: quamobrem nihil prohibet cursum generationis, siquid ét cõe superstit, modò id non sit eorum subiectum inter quę sit mutatio; hoc autẽ est substantia: nanq. ipsa est proprium subiectum accidentis. At verò qm̃ exemplo quodam Arist. ipse vniuersam rem illustrare conatus est, inquiens. Vt cùm è genitura fit sanguis. neq. vt se habeat exemplum hoc in promptu est dicere, idq. eiusmodi vr̃ esse, vt ét immineat suspicio de falsitate aut menda, neglectumq. est ab interpretib. eius loci (vt opinor) φ Arist. alicubi in afferendis exemplis oscitantior deprehendatur: quia nos aliter arbitramur, liceat item nobis aliquam lucem ipsi afferre. Habet.n. Arist. è genitura tota fieri sanguinem, cùm tñ potius contra se res habeat: nanq. è sanguine fit genitura. est.n. ipsa excrementum, & redundantia vltimi vtilis alimenti; vltimum verò alimentum sanguis ipse est. Scire igitur licet Arist. distinxisse ortus nostri primordia in γονὴν & σπέρμα, i. genituram & semen, genituram verò propriè nuncupasse partem illam seminis quæ emittitur à mare in
B qua vis illa insidet actuosa ad simile producendum: semen aũt id quod è menstruo sanguine, vt materia & genitura, tanq̃ forma conflatum est. Menstruum verò ambiguè sanguinem esse putat Arist. quia non dum coctũ fuerit; fieri verò ipsum ait, sanguinem procedente coctione, & ex illo fieri partes corporis, vbi factus fuerit sanguis: & intra vterum ali: quippe φ eadem principia sint, è quibus conflamur, & è quib. conflati nutrimur. Menstruum hunc sanguinem, qui reuera sanguis non est, verùm fit sanguis per coctionem, vr̃ Arist. appellasse genitura, minus propriè sumpto vocabulo, & potius ex Antiquorum sententia qui genituram à fœmina mitti credebant, quæ foret ortus principiũ; velut illa est quæ effunditur à mare, esse verò ortus primordiũ; non mõ tanq̃ materiam, verùm ét vt efficiens & formam: q̃obrem eorum snĩa genitura fiebat sanguis, cùm reuera menstruus humor, nõ aũt genitura sanguis fiat. Passim verò, apud Antiquos habemus à fœmina genituram procedere. nã Polybius [a] inquit ἔξω χωρέει ἡ γονὴ ἀπ᾽ ἀμφοτέρων Hippocrates item in primis verbis libri de natura infantis sic ait ὧν ἡ γονὴ μάνῃ ἀπ᾽ ἀμφοῖν. Galenus itidem. [b] Sed etiã Arist. conformiter cum Antiquis vr̃ nominasse genituram, id quod tam viris, q̃ fœminis cõe est; vbi rationem reddit, [c] cur animalia pinguia minus emittant seminis & excrementi, cùm tñ propriè genita viro tribuatur, fœminæ menstrua: nam φ illa pars genituræ, siue menstrui transeat in sanguinem tota; persuadet illo
C signo Arist. φ cor ipsum, quod primum è corporis nostri partibus oritur, est viscus sanguineum.

[a] de Semi.e.c.9. [b] de Semi.c.3 [c] 1 de Gen.an.c.2.

Vtrùm potentia sit essentia materiæ, an illi accidat. Caput XXI.

EST igitur primum generationis subiectum materia quæ quidem est substantia, vt potẽtia. Sed vtrùm potentia sit eius essentia nec'ne, diu multumq. a Philosophis quæsitum est, quapropter & id hoc loco sine culpa tractabitur. Verùm, vt res planior fiat; scire conuenit essentiã & existere esse vel simplicia, vel cõposita; ac simplicium quidẽ simplicia, cõposita verò compositorum, cùm verò simplicia sint, vel φ respuant oẽm compositionẽ siue rei, seu rõnis, & rei quidem φ à diuersis principiis, quorũ aliquod sit quod vim hẽat actus; aliud verò siue vnũ, seu plura, ptãtis, rõnis aũt, φ eius essentiæ prior alia notio supponitur; vel ét φ non admittant cõpositionẽ rei duntaxat, consimili quoque mõ simplex sit essentia necesse est. sed cũ vtroq. mõ simplex sit Deus solus qui est O. M. in eo simplicissima erit essentia, & esse & essentia, sic erunt idem, vt nulla varietatis rõ, ne dum inesse, sed ne cogitari quidẽ valeat; in cæteris aliquid varietatis inhęreat oportet, & minus in iis q̃ secreta sunt à materia, plus in materiatis; veruntñ, quemadmodũ seruatur in ea rõ simplicitatis, sic quoq. proportione essentia simplex habenda est: hanc ergo nunc accipimus ita simplicem, quia respuat illã compositionem q̃ dr̃ esse rei: & sic materiam accipimus, vt opementis ab actu, & forma seuocatam, eo tñ
D mõ quo abstractionem ab initio fieri diximus. Porrò constat esse & essentiã diuersos gradus obtinere; quippe quæ pertineant ad oĩa illa quæ cõprehenduntur intra Deum, quod in gñe eorum q̃ sunt summum est, & ea quæ nihilo terminantur, ordine tñ quodã. Sed qm̃ essentia plerunq. peti solet, ab actu; id q̃ritur nunc, an essentia materiæ item ab actu petatur, queádmodũ essentiæ reliquorum quæ aut actus quidã sunt, aut constãt ex actu. Quia verò actu ptãs opponitur tanq̃ contrariorum in gñe eorũ q̃ sunt per se; altera pars nostri ꝓblematis illò spectabit, vt intelligatur, an eius essentia potius à potestate petenda sit, demum illud ꝓponitur. Vtrùm actus, an ptãs sint essentia materię. Alterã partẽ Græci defendũt, vt Themistius; reliqui Auerroes, & Latini cõplures. Auerroes ꝓfessus est, materiã, vt inquit ipse, sustentari perposse. Qm̃ verò in hanc positionem hoc afferri põt: essentiam nunquam separari ab eo, cuius est essentia; verùm potestas à materia separatur, qñ forma adueniente cessat ratio potestatis in materia. At dici solet (hæc enim inter alias responsiones mihi magis arridet) materiam obtinere geminam potestatem: alteram quidem certam, & quasi singularem: alterã verò vniuersalem & infinitam: atq. certam illam deleri fatentur: alteram verò permanere quæ infinita est, & vniuersalis, eamq. essentiam esse materiæ. Veruntamen si materia quiddam simplex est: ergo sequitur

quitur, vt tota eius essentia sit potestas: aliter materia quid concretum foret: oppositum verò nuper E
fuit assumptum. Atqui potestas ad aliud refertur: essentia igitur materiæ referetur ad illud: itaq. nõ
substantia, sed potius accidens: immò prędicamentorum omnium minimè natura quædam, aut sub
stantia, ac posterior tum quali, tum quanto, & quædam quanti passio[vt dictum est,] sunt aũt verba
a 14. Me. c. 3. „ hæc Arist.[a] (dictum verò fuerat de æquali & inæquali, magno & paruo, q̃ Pythagoras & Plato rerũ
„ naturalium primordia pòsuerant) sed non materia, aut aliquid aliud[subiectum] & oĩno cõi ad ali-
quid. i. generi ipsi, partibusq. eius, & specieb. substantia verò vult esse prior, itaq. nec motus est in iis
quæ sunt ad aliquid per se; sed illi perpetuò motus in altero prædicamento supponitur, eam verò a-
liud respicere non dubitandum, quia semper ad actũ referatur. Ob eã igitur caussam potuerunt Græ-
ci negare potestatem esse materiæ ipsius essentiã, præterq̃ φ opinionem suam huiusmodi argumen-
to confirmabant; quia si potestas essentia materiæ foret: materia igitur non esset materia, quod sanè
superat absurditate oĩa quantumuis absurda: qñquidem id quod potestate est, quatenus huiusmo-
di, nondum est, quare si materia talis esset, certè materia non esset. ex hoc ẽt efficitur materiæ aliam
quoq. materiam subiici; nam si id actum deduci debeat, vtiq. via naturali ab aliquo quod in actu
sit, & ex aliquo quod existat potestate, deducenda erit, hoc aũt iam est ipsa materia. φ si quæras ex il
lis, quam nam affinitatem cum materia potestas adepta sit, accidens illam esse respondebunt. Con- F
tra hæc. materia prior est origine, q̃ forma: itaq. si potentia quæ est in materia, cum accidente nume
ratur: ergo materia cum accidente formæ præcedit, sed materia cum accidente vnũ per accidens est:
materia verò cum forma vnum per se: ergo aliquod per accidẽs cũ sit, illi quod per se est, antecede-
ret. Deinde sequeretur substantiã non fieri ꝓximè è duob. principiis, materia nimirũ & forma, cuius
coniunctionis caussã nullã reddi posse dicebat Arist. qñ oporteret intercedere potentiã q̃ constituit
accidens. Ad hoc suo loco absurdum esse demonstrabitur. Quare dicendum est potentiã tanq̃ acci-
dens, inhærere materiæ non posse. Tùm prętereà quæro ex illis, cùm inquiunt materiam esse actu
materiã, an ne accipiant actu, quia constet ex actu, an quia sit actus: & quidem, si actu dederint: er-
go composita: φ si actum respondeant: at hoc à decretis Arist. alienum est qui formã ipsam actũ es-
se voluerit. Rursus aut actus est vniuersa sui ipsius essentia, aut non: si minus, idem ego iterum op-
ponam: nimirũ eã facturam non esse simplicem; φ si simplex est, quemadmodũ fateri cogimur: erit
igitur materia non sanè substantia, sed accidens: aliud. n. & sic materia respiciet: & ita accidens oĩa:
nilq. in rerum natura quod sit substantia: nã sicuti potestas refertur ad actum; sic ẽt actus retrò com-
meat ad potentiã: sicut. n. potestas ab actu perfici põt, ita actus potentiæ perfectio ponẽdus est; quod
verò fit ex accidentib. accidens sit necesse est. Proinde in materia duplicem notionẽ collocant erudi-
tissimi viri, alterã substantiæ, & alterã potestatis, & primam quidem substantiæ quæ à notione pote- G
statis abstrahitur. Vnde si potestas excluditur notione substantiæ; planum est, φ est accidens, & ex il-
la, quoad est substantia, substantiam fieri; potestatem verò esse conditionẽ per quam è materia & for
ma fit vnũ, & per consecutionẽ ex vtrisq. cõpositum. Sed his ẽt satisfaciendum est illis argumentis,
quæ nuper contra Græcos attulimus. Quanq̃ & de horum opinione mox agetur. At verò nos credi-
mus esse magis consonum doctrinæ Peripateticæ, si potestatem essentiã materiæ statuamus. Videtur
aũt positionis huiusce constitutio à duob. principijs deriuari. quorũ primũ est. Quod est diuidi per
actũ & potestatem, vel per partes & principia, vel per modos & attributa. Hæc tametsi libris supe-
b T. 37. rioribus enarrauimus, ẽt repetita adiuuabunt. habentur. n. potestas & actus elementa rerũ, vt 12.[b] pri-
c 3. Trac. Met. mæ philosophiæ eadem dicit Auerroes[c] sequi materiã & formã, velut vmbra sequitur corpus: pri-
mo mõ significant naturas, secundo aũt proprietates eorũ quæ sunt. Natura potestatis & actus sim-
plex est; modus est ꝓpriè cõpositorũ, illa. n. non sunt potestates & actus, sed potestate & actu, vt pa-
tet 3. Phys. Natura vt potestas est ens quod ex se ipso põt; actus quod per se ipsum est. Modus mihi
conuenit qui actu scribo, possum verò quiescere. Potestas & actus recto significãtur, modi obliquo,
& veluti per denominationẽ. Actus & potentia pertinent ad essentiã, modi spectant ad id quod est
existere, est. n. actu de quo prędicatur verbũ cõprehensa nota tpis pręsentis, potestate aũt de quo prę H
dicatur concepta nota futuri. Esse actu de illo dr̃ quod vnum est, atq. perfectũ. i. tale, vt edere queat
illa munera ad quę institutũ est à natura, potestate contra quod apparatur ad id, vt tale reddatur. Na
tura, qm̃ simplex, hẽt idem esse, vt essentiam. Sed & materia & forma, cùm sint identidem simplices,
hñt esse, & essentiam idem. Modus, etsi propriè compositorum est, põt ẽt transumi ad significandas
naturas simplices; & quanq̃ forma est actus, illi itẽ potestas conuenire põt vt forma ignis in hac cha
ta põt existere. Sic & actu materies est & oĩa de quibuscunq. vere dici põt esse, vt q̃uis potestas ipsa
d 1. Phys. T. 82. sit, eadem quoq. sit actu, quod esse cum de materia, auctore Philosopho,[d] perpetuò prędicetur, effi-
citur, vt actu esse ẽt materiæ concedatur. Cùm igitur potestas materiæ tribuitur, actus autem formę;
non sanè modus, sed natura accipitur, eoq. mõ ab Arist. nõ semel pronunciat materiã esse δύναμιν,
& potestatẽ, & sic necesse est, q̃a sunt principia substantiæ q̃ non pñt esse, nisi substãtia. & cũ mate-
ries & forma sint naturę simplices, sequit, vt idẽ sint, & ptãs sit essentia materię. Cũ verò sumit̃ ... mo
dus, φ actus ẽt materię cõueniat. Nã planè ptãtem, vt diximus habitũ fuisse materiam ea testant̃ q̃ ꝓ-
fitet̃ Arist. ἡ δὲ ὕλη δύναμις, inquiẽs τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια. Materia verò facultas, forma aũt actus est
non multo pòst τριχῶς γὰρ λεγομένης τῆς οὐσίας καθάπερ εἴπωμεν, ὧν τὸ μὲν εἶδος τόδε ὕλη, τὸ δὲ
ἐξ

A ἐξ ἀμφοῖν. τούτων δ' ἡ μὲν ὕλη δύναμις, τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια. Cum.n.tripliciter substantia dicatur,vt diximus,& ex substantiis hæc quidem forma,illa vero materia, & compositum ex his, harũ verò materia potestas: forma aũt actus.Sed multo quoq. prius Arist. [a] si rectè eius dicta perpendantur,materiam potestatem vocauit;eamq. ingenitam & incorruptam esse testatus est. Præterea docet nonnunq̃ Arist. [b] ipse potestatem esse caussam interitus,ergo ex regulis demonstrationis est principium in eo quod corrumpitur. At duo principia sunt materies & forma; ex forma verò est esse: ergo ex materia non esse.Et materies igitur potestas: eodem quoque modo actus vt modus;velut 3. Phys.cùm ego actu scribo,vt res 13.p.p.cùm inquit: de sensilium itaq. substantia, quę'nam sit dictũ est: in methodo quidem naturalium de materia, posterius verò de actu,id est forma & substantiis immateriatis. Nec plane vlla substantia potest esse æterna nisi sit actus; vel simpliciter, quemadmodum ęterna simpliciter siue incorporea,seu corporea,vel aliquomodo,& sicut ab actu deriuant, ẽt eo nomine quo quomodo potiantur. Itaq. cùm ẽt materia, non sit ingenita & incorrupta Peripateticis auctorib. non videtur pari ratione nomine actus excludenda. Ac si omne quod est, quatenus est, est ens, addo item actu,quod ita esse significamus nomine eius quod est actu esse; poterimus ẽt concedere Gręcis materiam esse actu materiam: nam sic licet ẽt pronuntiare potentiam esse potentiam,quanuis actus, & potentia sint opposita. siquidem potentia sit id quod est,& aliud nihil. Ac si

B velimus insuper hanc τοῦ ὑπάρχειν,& eius quod est esse modum cum subtilissimo Scoto actũ entitatiuum appellare, manum non verterim: sufficiat.n.mihi rei naturam percepisse. tametsi cogor ab eo dissentire,q̃ actum hunc vniuocum statuere compellitur, ideoq. apud illum sequitur actum esse actus,& qualitatem qualitatis contra ea quę decreuit Arist. [c] solet.n.commune vniuocum prius esse natura,& prędicari de partib.secundùm nomen,& secundùm rationem: propterea cùm forma sit actus,& idcirco ab aliis entibus secreta quæ sunt aut potestates,aut in actu, actus igitur de actu prędicabitur,& saltem vt quid natura prius: proinde essentia materiæ simplex non erit. Et hæc ẽt quæ nos asserimus,Arist. [d] patronum habent, qui statuerit principia non esse potentia: quare si materia potentia foret,principium certè non esset. Attamen & materia potestas est,& est principium. Quare ne inter Arist.dicta sit repugnantia,dicamus Arist.negare principia esse potentia,sumpta potentia vt modo,confirmatur quoniam principia se ipsis distinguuntur: aliter essent principia principiorũ. Sed materies & forma per actum & potentiam distinguuntur 2. de An. Aut igitur principia non distinguuntur ex se ipsis;aut idem sunt actus & forma,materies & potestas. Alterum illud est vt decernamus an'ne potestas illa quæ substantiæ pars est,sit absolutum quid,an potius aliud respiciat: hoc verò constituere difficile est propter hominum auctoritatem; nam pleriq. opinantur, materiam &

C potentiam in prima notione esse aliquid absolutum. Veruntamen auctoritas Arist. aliter me sentire cogit.Etenim primò talis consideratio physica nõ esset,& sic materia non exponeretur à physico diligenter,quod ipsi volunt,& Arist. ipse testatur. Probo quoniam sic non est principium transmutationis,sed ens,cuius speculatio est primæ philosophiæ.Deinde si talis esset eius notio,spectaretur,& definiretur à primo philosopho,atqui semper potentia definitur ab ipso per actum,& materia cum relatione ad formam.Et illa quoq. Platonis opinio fuit,vt docet abundè Syrianus 14.p.p. negationes,& potentias substantiarum non esse ad aliquid simpliciter, sed in eo duntaxat gradu quo vnum ab alio pendet.Sed esto,sit hæc imbecillitas methodi quæ non possit id assequi docendo, neq. aliter declarare principia;tamen neq. id tolerat natura,cùm id totum quod ipsa est,sit esse potens in se, & potestas ẽt per naturam pendeat ab actu.Propterea dico cùm apud physicum,tum ẽt apud primum philosophum inter materiam & formam naturalem necessariam esse relationem. Hîc te video planè insistere,& vereri repugnantiam naturę: quippe q̃ potestas habitudinem significet;hæc verò accidens est.Legimus aũt apud Philosophos geminam habitudinem; alteram quidem quæ est accidens: quam ἐπίσακτον vocat Proclus, [e] atq. hæc cũ essentia nullam hẽt affinitatẽ,veluti q̃ Socrates sit pręceptor,aut pater: nanq. ẽt si vtraq. hæc à Socrate vel re,vel ẽt mente seuocarentur,idem tñ Socrates permaneret,& hoc erat illud relatiuorum genus,quod aliis inhęret prædicamentis, & pręcipuè quã-

D titati,quod ẽt commune genus constituit,& seorsum categoriam facit: alteram verò habitudinem internam,& quæ pertinet ad essentiam σύμφυτον ipse vocat, & κατ' οὐσίαν qua dempta protinus rei substantia tolleretur, vt puta, si ab animo tolleretur actus esse corporis organici, quicquid dixerit Alexander.Relatio externa nititur fundamentis numero differentib. interna ẽt in eodem indiuiduo consistere potest.ea reperitur in diuinis,in obiecto & mente,atq. hanc assero substantiam esse nõ accidens,eamq́. nihil addere,quod re diuersum sit ab iis quorum est. Nam per hanc ex ipsis vnum fit, & ex principiis est compositum, Quòd aũt insit ea relatio,& quod nihil addat illa demonstrant. nimirùm quòd essentia syllabæ B A. non est B. & A. sed ratio B. ad A. & essentia mixtorum est ratio elementorum.Non addere aũt aliquid illa probant, q̃ ex materia & forma non fieret vnum per se., neq. compositum. Pręterea si constaret ex habitudine,in habitudinem quoq. resolueretur.at non resoluitur nisi in rationem materiæ & formæ. [f] Necnon substantia ex accidente existeret,etenim & vna substantia fit ex coniunctione actus & potestatis. Consimilem quoq. relationem inter accidens & substantiam existere arbitrandum est, quæ planè est de natura & essentia accidentis. Itaque dicitur accidentis esse est inhęrere, & esse in subiecto,quam nullo modo accidens esse dici potest:q̃n ea

[a] 1. Phys.
[b] 12. p.p.
[c] 1. Post. T. 35.
[d] 3. p.p T. 19.
[e] 2. in Ti.
[f] 1. Phys. T. 65.

relatio quæ est accidens, flagitat omnes alias categorias; hæc verò omnib. accidentis categoriis antecedit. Ergo inest in materia relatio, atq. illa quidem interna, & de ipsius essentia. Sic igitur si à potentia segreges esse perficiendum ab actu, aut contra, ab actu non esse perfectionem, certè vtriusq. essentia tollietur: eodem modo nunc de materia & forma putandum est, quanq̃ vt aliàs dicetur alia sit habitudo materiæ ad formam; atq. alia rursus formæ ad materiam; sed tñ vt in formis naturalib. hæc habitudo necessaria sit: si.n. auferas à materia non esse eiusmodi, vt à forma perfici possit, aut vicissim à forma non esse materiæ perfectionem; nullum vtriusq. essentiæ substantiæq. vestigium relinquas, ꝙ in naturalibus necessariò sese vicissim respiciant. quapropter huiusmodi principia non erũt accidentia, propter adiunctam habitudinem; sed nihilominus substantiæ permanebunt; ac potius erit ea habitudo, quia concipiatur à nob. sub figura eorum quæ se vicissim respiciunt, q̃ ꝙ sit quippiã quod materiæ formæq. extrinsecùs accedat. Et hæc videtur ẽt Alexandri sententia fuisse: quanquã ipse nonnunq̃ existimarit formam inesse in materia in secundo modo dicendi per se, quia definitur per subiectum. Sed cùm sic accidens esse videretur forma; quod tñ esse non posset, siquidem accidens adsit, & absit citra interitum: forma verò si pereat; afferat interitum: nam tollitur è medio cõpositum: dicta sua retractare coactus fuerit, & sententiam superiorem approbare.[a] Verùm quòd postea vbi docet, quemadmodum animus sit actus corporis physici organici; & cur non sit ex eorum genere quæ se vicissim respiciunt, inquit, eam significare substantiam, cui decidit alterius esse; & testari videtur hæc non sese intueri per se, sed quatenus illis vltra propriam naturam, atq. substantiã, accidit alterius esse; quasi relatio negetur omnib. quæ non sunt ex hoc ipso prędicamento per se, videtur opponi prorsus nostro decreto. Sed vt conclusio prior mihi placet; ita caussa suspecta esse debet; siquidem accidens existimari non possit ad id quod ad eius abitum interit: at quid vetat esse accidens ei quod ipso abeunte non corrumpitur? atqui abeunte forma interit compositum, sed materia conseruatur. ergo non tollitur, quin sit accidens ad materiam, sed ad compositum. Proinde opẽ ferre oportet Alexandro, & accipere materiam vltimam quæ est idem cum forma: idcirco etiam mutata forma corrumpitur: alterum prorsus non approbo: nisi & ita Alexandrum à repugnantia defendamus; vel quòd accidere communius capiat pro eo quod est, quomodocunq. inhærere, quòd habitudo, quamuis interna sit; tñ vt aliquid ratione diuersum spectetur à substantia ipsa quæ refertur; id quod euitari non potest, nanq. & si eiusmodi substantia reipsa simplex est; at quod alterum intuetur, quantumuis internum sit, rationis discrimen quoquo pacto subit: atq. ita vt aliud quid à substantia diuersum inesse videatur. aut ẽt quòd habitudo in animo, tanq̃ aliud quiddam à substantia concipiatur; quia accidens sit illi substantiæ quæ ante corporis organici productionem in semine continetur; postmodò verò illi accedens efficitur animus, ita vt eius essentia in eiusmodi habitudine sit posita. Quamobrem habitudo hæc illi substantiæ, dum manet in semine, adsit extrinsecùs, vt accidens; & ea relatione determinetur quæ dirigitur ad futurum; est.n. aliqua relatio talis in omnibus vbi potestas apparet: animi aũt, quatenus animus est; est verò tùm, cùm organa fabricata sunt; essentiam cõpleat. & seorsum id de animo pronunciatum sit, non generatim de omni forma. Ergo, vt redeam ad rem nostram, nihil officit nobis posterior Alexandri sententia: quapropter illa via, quam prius cum Alexandro iniuimus, non sine caussa retinebitur. At dices ad hæc fortasse; primùm esse substantiæ per se subsistere, & absolutum esse: certè id concedimus, si substantiæ compositę fuerint: etenim hę solę per se sunt: ideoq. separabiles nuncupantur. cęterę non omnes, sed actus incorporei, quiq. nullo pacto sunt per materiam, aut pręthereà cęlum solùm, quod in genere sensilium substantia simplex est, separabiles sunt: reliquæ per se non manent, cùm formæ pendeãt à materia: materia item prorsus pendeat à forma. ꝙ si maximè esse creduntur, quia substantiæ principia sunt: at id nullam penitus habet necessitatem: maximè est: ergo ẽt & maximè absolutum: ob id.n. ꝙ huiusmodi principia absoluta non sunt, in caussa sunt, vt compositum ex vtrisq. absolutum sit: magis sanè sunt, verùm non absoluta magis, & esse illis, vt entelechiæ tribuitur, non aũt formaliter, sunt.n. essentię caussa, non hypostaseos; hypostasis conuenit indiuiduo, eiusq. caussa, ꝙ sit absolutum, & in se ipso contineat omnia principia, quorum talis est nexus, vt alterum sine altero non existat: eaq. consecutio necessitatem obtinet in substantiis compositis solummodò, & separatis.

[Margin: E; a 2. Q; F; G; H]

Disseritur sit'ne signata materiæ potestas accidens, an substantia. Cap. XXII.

CAETERVM hæc ad infinitam illam potestatem pertinent, quæ generatim respicit omnem formam; quid aũt de illa singulari dicemus? Ex hac potentia, per quam constitui materiã dicimus, exoritur, inquiunt, altera quædã, sicut à corpore vmbra; eam verò signatã esse volunt, & accidens esse fatentur: quoniam salua materia corrumpatur. Mihi nunc aliud in mentem venit etiam definitam illã potestatem esse substantiã, & ita se habere ad materiã singularem analogicè, velut illa potestas indefinita ad materiã simpliciter, nec accidentis interuentu opus esse, vbi itẽ ex hac materia, & hac forma hoc vnum per se fieri debeat: immò ꝙ ex hac forma & hac materia per se vnum fit, & vnum maximè, quod est vnum ad numerũ, illud generatim collectum ex materia & formã fieri per se vnum. Atq. ita natura cõparatum est, vt quæ vniuersè sunt vniuersorum caussæ, eædem singulares sint singularium: vt animus animalis forma simpliciter, & hæc animalis huiusce forma; idemq.

A idemq. ſit, ſi illos audiamus, vt ſiquis hominem ſubſtantiam eſſe fateatur, hominem verò hunc eſſe accidens, quod eò foret abſurdius, quo indiuidua ſolent magis eſſe ſubſtantiæ, ac ſi rerum natura conſulatur. Cùm duæ ſint ſubſtantiæ partes, eſſentia & exiſtentia, vt ex forma pendet eſſentia, ſic ex materia ducat originem exiſtentia quæ iam efficit hoc aliquid: atqui materia, vnde hoc eſt, eſt ſingularis: itaque ſiquo pacto ratio diiungere queat eſſe ab eſſentia in ſimplicibus iudicandum ſit in actibus, eſſe ſubſequi eſſentiam, nam forma quæ eſt eſſentia, conſequitur, quòd tum ſit, cùm ponitur in materia; in materia contrà eſſentia ipſi eſſe ſuperuenire cenſeatur; oportet.n.formę ſupponi certam materiā, ex quo protinus exiſtit ſingulare: etenim eſſentia per ſe vniuerſalis eſt: materia per ſe ipſa numerabilis. idcirco materia particularis, cùm magis exiſtat, q̃ vniuerſalis etiā magis erit ſubſtātia, & poteſtas illa ſignata magis ſubſtantia, q̃ poteſtas illa infinita. At, inquis, interit ſalua materia, immo, inquam, ea poteſtate corrupta materia quoq. corrumpitur, & remanet quidē materia vniuerſalis, ſed interit ſingularis. Verùm vt quid illa ſit certius aſſequamur, conuenit ſcire eam quæ ſignata eſt, ab vniuerſali reipſa non differre, ſed κατὰ διορισμὸν.i.ex determinatione & limitatione; quādoquidem materia per ſe ipſa, vt diximus, eſt ſingularis, & ſemper cum quodā actu certo & præfinito: mens eſt quæ ipſam ſeuocat ab oī actu, & in ea collocat poteſtatē illā cōmunem ad oīa prædicamenta, & hæc non eſt cauſſa mutationis; ea quæ reapſe exiſtit, eſt infinita quidem, B ſed tamen hoc modo, quia cùm ſit ſub actu pręſente, reſpicit nihilominus oppoſitū, & hæc eſt cauſſa mutationis. Cùm igitur poteſtas & infinitas in materia ſimpliciter non ſit poſita in oī ſeparatione actus, ſed in ſeparatione actus oppoſiti, quæ ſēper adeſt, ꝙ alterum ex oppoſitis ſemper habet, altero caret: efficitur, vt poteſtas maneat ſemper affixa materię cum tēpore, quia olim ad hunc actū, nunc ad oppoſitū, mox ad alium in infinitū; vnde mens, quod collectiuè contingit, & particulatim in ſingulis, ſyncategorematicè concipit materiā, ſcilicet, tanq̃ ab oī actu ſecretam. Necnon ſequit̄, ꝙ in poteſtate ſimpliciter duæ ſint habitudines, altera qua pars eſt rei quæ actu eſt, altera qua futura eſt pars eius, quod nondum eſt. Ex hac poſteriore habitudine exorit̄ potentia ſignata, ex qua exiſtit principiū mutationis. idcirco eadem eſt materies, eadē poteſtas, à ſeipſa differens, vt indeterminatum prius, q̃ ſuſcipiat determinationem, niſi ꝙ illud prius nō ſanè tēpore, ſed natura ſumēdū eſt. Hoc efficit ſanè materiam proximam. Hęc verò habitudo atq. poteſtas pręſtatur ab efficiente; nam quod incurit formā, idem quoq. præparat materiā ad accipiendā certam formā, certam ſcilicet poteſtatē imprimens quæ itē naſcit̄ à forma, ꝓpter quam ſic olim docuimus affici materiam, vt certo motu ageretur ab efficiente, nec ſine illa materiæ poteſtas eſſet perfecta; neq. item natura materiæ: C quandoquidē ea poteſtas inſtituta eſt, vt materia per certas affectiones accipiat hanc, aut illā formā; at ſine illa planè non afficeretur; ergo ea determinatio eſt conſummatio poteſtatis, namq. etſi præbetur ab efficiente; nihilominus ſua ipſius eſſentia efficitur, & ex hac reddit̄ materia particularis; vniuerſalis.n.infinitè reſpicit oppoſitas, itaq. perpetuò remanet, hæc aūt variatur, & cum illa materia particularis. Quocirca ſi materiæ vis & natura poſita eſt in habitudine ad formam, atq. vna quidē eſt quæ iam cum ipſa coniuncta eſt, vnde extat cōpoſitum: altera verò qua oppoſitam reſpicit, vt cum illa vnū fiat; liquidò apparet eā determinationem, vnde cōſtituitur habitudo in materia ad formā futuram, ad naturam materiæ pertinere, ac ſi inhæret formæ præſenti, vt olim docuimus, & ordinat̄ ad oppoſitam; quemadmodum formæ iſtæ permutātur, ſic item determinatio variabitur; ea variata materia corrumpetur. Si ergo materia ad eius interitum corrumpitur; nanque vltimam corrumpi nobis eſt auctor Ariſt. planum eſt, quòd & poteſtas illa determinata eſt natura materiæ ſingularis. Et id perſpicuum eſt, ſiquidem materia ſit ꝓpriè, quatenus habet potentiā, ſed aduentu cuiuſlibet formę poteſtas illa variatur: etenim in ſemine materia poteſtatē habet plantæ. ideoq. eſt materia plantæ, in planta genita non eſt amplius materia plantæ, ſed trabis, quod pōt eſſe. Pręterea ſicut anteà dictum eſt de ratione numerandi principia generationis bis materia numeratur, ſemel cum priuatione, iterū cum forma, nec eadē materia conſeruatur, vbi ſpecies immutetur ad numerū. D Neque ab his ſententiis abhorret decretū Ariſt. [a] qui contra veteres diſſerens, eos hoc potiſsimùm nomine notabat, ꝙ facerent primum ſubiectū immobile ſecundùm ſubſtantiā, quia ſic alteratio foret, non generatio: neq. loquitur philoſophus de eo ſubiecto quod habet in ſe accidentia in actu; eſt aūt compoſitū, ſed de primo quod poſteà docet non poſſe ſeparari ab oppoſitis, cuius ſanè ſubſtantiā ſic mutari profitemur, non ꝙ materia quæ eſt fundamentū mutationis cōuellatur, permanet enim hoc perpetuò, ſed varias formas de prædicamento ſubſtantiæ accipiens, & ſigillatim varias poteſtates admittens, & commutans habitudines ſingulares, & ex eo ꝙ huius materia ſit, materia fiat alterius. &, vt dici ſolet, tranſmutetur formaliter, materialiter verò remaneat immobilis: omnis.n. determinatio formaliter naſcitur ab actu ſeu præſente in iis quæ iam ſunt, ſeu proximè futuro in his quæ mutantur. Itaq. ea determinatio naturam materiæ complebit, & ex hoc poteſtas illa ſignata, quam vocant: ſiquidem accidens & euentum eiuſmodi eſſe ſoleat, cuius

„ *Aduentu manet incolumis natura abituq.*

Quæ cum ſint; patet vnde huius materiæ, ſiue potentiæ natura petenda ſit, nimirùm ex coniunctione formæ, in qua eſt oppoſitio vt ſuperioribus libris docuimus. Quòd ſi quando teſtatus eſt Ariſt. [b] accidentia eſſe differentias materiæ ſenſilis, aut dicendum Ariſt. ea quæ ſunt accidentia formæ &

[a] 1.de Or.
[b] 10.Met.

cōposito, accepisse, vt respiciunt materiam solam: propterea φ sint eius actus & perfectiones, quatenus est potestas ad singula prędicamenta, aut eius differētias statuisse, quatenus est sensilis, & methodo consuluisse persequentem ea quæ perspicua sunt, & cùm sint adnexa certę formæ (fundantur.n. actu substantia) per ea talē formam nobis expressisse, vnde extat illa potestas ad oppositam, & efficitur singularis. Est igitur signata potestas natura materiæ singularis, & in materia singulari valet analogicè, quod in vniuersali potestas vniuersalis; est enim ratio existentiæ, & ad prædicamentum substantiæ pertinet. E

Diluuntur ea quibus probatur potestatem essentiam materię non esse. Cap. XXIII.

VIDETVR in materia sanè duplex esse notio, altera φ substantia, atq. altera φ potestas, & notio substantiæ longè prior esse, quippe φ abstrahi posit à notione potestatis, & potestas item sit necessariò substantia, vel accidens. Ad hoc dicimus substantiā vniuersè sumptam, & ipsam esse cōmune ad vnum: quare sicut olim constituimus, pendet eius notio, & ratio ex notione, & ratione partium actus, s. & potestatis. ergo natura posterior, & solùm ratione prior. itaq. tantum abest, vt potestas sit substātia posterior natura, vt multò etiā sit prior. Ergo, inquies, poterit esse aliquid substantia prius? certè hac cōmuni prius aliquid erit, sed & illud substātia. & perfectione quidē actus, origine verò potestas, ex quibus & cōposita existunt, & cōmunis illa substātia ad vnum. Nec ob id à notione substantiæ potestas segregat̃, sed à notione formali substantiæ cōmunis, itaq. non tollit̃, quin sit substantia simpliciter. Neq. illa itē obstabunt, quominus ita sentiamus, φ nullum determinatum indeterminatę rei sit natura: potestas aūt signata materiæ sit determinata; eius verò natura indeterminata. Deinde φ vna sit materia; multæ aūt signatæ potestates. Postremò φ potestas signata afferat pręuias affectiones quæ sunt accidentia. Nanq. illa prima cōponunt potestatē signatam cum materia prima: nil aūt vetat, vt accidēs habeat̃ ad illā, sicut species dicit̃ accidens generi; nos aūt dicimus eā esse substantiā materię determinatę quę ꝑpter extentionē & vim facultatis, quę nitens variis formis, ex earū successione distinguitur, & in numero differentia partitur, & successiuè diuersis formis informatur. Postremùm verò libris superioribus confutatum est, atq. ostensum prę uias affectiones ad substantiā esse referendas. Quibus positis siquis eam distinctionē tueri velit, accidens oportet accipiat, φ extrinsecùs accedat ea determinatio, nēpè ab efficiente, vel forma, aut eodē propè modo, quo species dicitur accidere generi, quandò & cogitari, & esse sine specie potest; veruntamen cùm est affectio pręuia, cùm facta est ꝓpria subiecti, itaq. reipsa est natura. Sic igitur erit materia δύναμις, & potestas, vt substantia: quapropter etiam potestas ab Arist. [a] substātia ponit̃ esse mortaliū. substātia igitur atq. illa quidē materia, neque.n è non substātia pōt existere substātia. F

[a] 12. Met. T. 30. G

Quòd siquandò nuncupetur materia δυνάμει. i. potestate; sic eam vocari dicemus. φ respicitur compositum. quod est terminus eius facultatis, nempè substantia, siquidem est potestate, & propemodū substantia composita, [b] sed per seipsa est potestas; nec tam essentia materiæ fuit expressa, quàm modus, quo ipsam participat cōpositum quod est proximū subiectum generationis, quia potestas illa semper est in cōposito, & composito terminat̃, quantum pertinet ad rem ipsā; licèt essentialiter materiam respiciat; sunt.n. aliæ appendices & rationes per quas materia est in potentia; non aūt sunt in ea potentia quam constituimus essentiā, siquidem modo supponatur essentiā, & quod simpliciter in essentia concipitur; non solùm rationis caussa limitat̃ in modo, sed reipsa notione futuri cōercet̃. Quare, cùm sit cōpositi ꝓprium esse in potentia; rem ipsam intuens Arist. non materia naturam; eam sicuti est semper in cōposito; illo modo expressit, qui cōposito cōuenit. Veruntamen in ea quę constituta sunt hactenus à nobis hæc afferri posse videntur. Nam materies est potentia cōpositum, eademq. prior composito. Potest igitur abstrahi, sic remanet materies in prima notione secreta ab oī habitudine. Prætereà falsum quoque φ potestas intrinsecùs inhęreat in materia, quoniam semper sibi supponit certā formam, nec aliter in ipsa est indeterminatio; nisi φ dum habet hanc formā, eam amittere, & oppositam accipere pōt. [c] Insuper relatio est inter duo saltem. Non igitur in vnico indiuiduo consistit. At verò quod ad primum pertinet, dicimus relationem internā esse in materia quidē, sed proximè ad formā, per formam verò ad compositū, eamq. duplicem signatam. s. & vniuersalem. Quantum verò est de potentia vniuersali, ea respicit formā & actū simpliciter, qui sanè simpliciter prior est, & cùm sit hæc pars cōpositi simpliciter; necessariò sequit̃, vt etiam materia cōposito simpliciter, simpliciter prior non sit. Quòd si accipiatur materia certè cōpositi, vt in hac charta materies ignis. hæc certè vel vltima, vel adhuc per aliquot promouenda mutationes, quòd si adhuc promouenda; iam est indeterminata, & natura posterior actu simpliciter, si vltima, hęc idem cum actu ipso singulari. Atqui oppono sic nunq̃ erit materies origine prior. An φ materia simpliciter, vt suprà dictū est, non distinguitur à materia signata subiecto, sed per certam determinationē. Cùm igit̃ materia simpliciter determinationi præcedat, ideò origine prior esse dicit̃ hoc indiuiduo. Quod attinet ad secundum. Dicitur inhærere potestatē materiæ intrinsecùs, quoniam illi inest vt cui, licèt per formā, vt per quod; nam quod pōt est ipsa materies, forma aūt ratio per quam potest, velut etiam per varios gradus priuatio, & oīs apparatus. Respondetur ad tertium. etsi reipsa compositum

[b] 1. Phys. T. 79.

[c] 1. Phys. T. 8. H

A positum non distinguitur à materia,& forma componētibus,tamen ratione separantur à cōposito; non inconuenit aūt relationem cōsistere inter duo quæ ratione tantummodò separentur. Neq. obstat,si dixeris nullam fore vim rationis Aristlelicę contra Parmenidē & Melissum, quia sic fieri posset adhuc,vt ens vnum foret; nam sic valet ea ratio contra illos,quia ponunt vnum ens simpliciter, & id quod ab illo segregatᷣ,non ens,atq. ita non ens,vt nihil oīno sit. itaq. nullo modo apud ipsos principij ratio conseruatur. His ergo sic constitutis ad obiecta respondeamus. Illud autem fuit primum. Quoniam essentia illius vniuersa respiciet aliud; accidens igitur. Sed hoc tolliṫ adhibita distinctione eorū quę sese vicissim respiciunt; nanq. esse accidens in ea valet quę habent extrinsecam habitudinē; at nos in caussis & principiis hūi habitudinem ponimus intrinsecā,& ad essentiā pertinentem. Cùm verò Græci concludunt, interire potentiam,remanere materiā,& hîc dico,si materia fuerit cōmunis; non interire potentiā communē; si interit eam corrumpi,quæ modus est,non natura: si verò fuerit materia singularis; hanc vnà cum potestate corrumpi. Consimiliter ad id materiā esse actu materiā, damus hoc illis in eū sensum,quia significetᷣ esse materiā id quod est,& aduersus positionem nostram nulla absurda consequuntur,eo quòd cum actu illo quē ponimus;consistit itē esse materiā & potestatem,nec propterea natura materiæ tollitur, aut id efficitur, quòd ex alia materia fiat: sequerentur hæc planè,si potēria sic materiæ tribueretᷣ,non vt essentia; sed vt modus,
B quemadmodū tribuitur compositis; hæc.n.cùm sint in potentia, non sunt, & ex alio ꝓducuntur: potentia corrūpi nequit,nec ex alio gigni,& si materia sic esset in potentia, foret aliquid institutum ad id,vt esset materia: sed.n.illa ad formā aliamq. actum à suo ipsius actu longè diuersum dirigitᷣ. Ex quo fit,vt in obiectione contineatur fallacia secundùm figurā dictionis,dum vox qua essentia significatur,transsumitur in modum quo res esse ponitur. est.n.materia potestas,vt essentia,nō vt modo; sed vt modo est actu,& in cōmuni potentia corrumpitur,vt modus; illa restat quę est essentia. præterea cùm dᷣ: Est actu materia; ergo per actum,sequeretur id si esset actu materia,quoad essentiam,sed est actu quoad modum; itaq. non est actu,sed per se ipsam,seu per potentiam quæ sanè est res,non modus. Si demū opponas,essentiā ex actu deriuari,fatear equidem absolutā,& partibus vniuersis expletā; at nos hîc illa abstinuimus, & eam tractauimus, quæ suaipsius materiæ propria est.

Vtrùm materia per se sit; an pendeat in eo,quòd est,ex forma. *Cap. XXIIII.*

POSTQVAM visum est potestatem esse essentiam materiæ tum indefinitæ & remotæ, tum signatæ & proximæ; potestas verò sic pendeat ex actu, vt sine ipso nec esse,nec intelligi queat.
C ea verò sit idē cum materia,& forma cum actu; cōsequens est,vt consideremus, an eius esse totū ex forma deriuetᷣ, an habeat ex se ipsa naturā,quæ sine formæ auxilio consistere queat,siquidē vtranq. partem problematis viri doctissimi defenderint. Poterat.n.apud illos auctoritas Arist.sæpe testantis materiā esse,non ens,aut ens,quod esse posset,itaq. ex se non esse actu. Et asserentis id per quod res est, esse formam. Tum præterea,si materia per se esset,non minus esset per se forma, quocirca cùm sit cōpositum, quod ex vtrisq. constat principiis; ergo tria esse diuersa in eodē supposito existent. cùm tamen vnū sit esse cuiusq. suppositi quod cum alio non consistit. Quin etiam,si materia non penderet in eo quòd est, ex forma; posset vtiq. esse sine forma, sic igitur id quod non est, actu esset. idcirco ex forma existit materia,non aūt ex se. Postremò Deus & materia in entium latitudine sunt extrema. Ceterùm Deus ex alio nullo pendet in eo ꝙ sit: igitur materia pendet ex alio in eo quòd sit. Ex altera parte ꝓbatur materiam sine formę auxilio per se existere posse: siquidem ita se habeat forma ad materiā,quemadmodū prędicatum ad subiectum. Sed subiectum prius esse videtur prędicato. Omne verò quod est prius,à posteriore separari potest. Et materies igitur forma prior est,& ab ea separabilis,& per se est igitur. Præterea tum res corrumpitur,cùm esse desinit. Si igitur materia per formā esset; ꝓpter variā formarū successionem infinitè variaret esse,& infinitis mutationibus obnoxia redderetur. Quapropter etiā formis immutatis interiret. Esto rursus, vt
D forma noua ꝓducenda sit, hæc certè cum vetere consistere nequit: atqui si materia impetrauit, ꝙ esset,à forma; vetere igitur extincta; materiā quoq. cum ipsa interire necesse erit, aut ergo noua materia gignetᷣ, aut forma noua per se sine materia subsistet. Quia verò posset quispiam sic respōdere ad argumentū,quòd ea materia quæ erat per antecedentem formā; discedente illa,quòd esset à succedente consecutā fuisse. tum quærere oportet; an sit eadē materia ad numerū, quæ sub vtraq. forma existit, an corrupta fuerit, ac si eadē fuerit ad numerū; ergo idem esse. sed.n.ab vtra forma? neque sanè ab antecedente,ꝗ iam interierit,nec à consequente,quòd hæc non erat, & tamen extitit materia, si non eadē conseruatur; interit ergo materia. Ex se igitur existit. Insuper prius est natura materiā esse,quàm accipere formas; nec non prius est formā copulari cum materia,quàm exhibere illi quòd sit. Igitur materiam per se esse oportet ante formam: quare non impetrabit à forma, quòd sit. In materia quoque potestas antecedit formæ, sed potestas est alicuius rei quæ sit ante formam: ergo id cuius est potestas, formæ præcedit. Forma igitur materiæ cuius est ea potestas, esse non exhibet. Veruntamen mihi magis arridet,quòd materia sit per formam. & id placuisse videtur Auerroi, [a] qui Arist. secutus,asserentem materiā & formam esse ad aliquid: propterea non posse al-

teram

a 2 Phys. T. 26 3. Phys. T.c.17.

teram ſine cōpare intelligi : pronunciauit difficile eſſe cognoſcere quiditatē primorum principiorū, E
nimirùm materiæ & formæ, intelligere aūt materiam ſine forma haud quaquam fieri poſſe. Sed
extrema diſplicent ; media via tutior eſſe mihi videtur. Vt.n.do materiam ſine forma nec eſſe, neq.
cognoſci poſſe, ſic totam eſſentiam ex forma deducere : arbitror inconueniens, & totam ſanè dico
ex forma pendere, neutiq̃ tamen ex toto. etenim ex acceſsione materię aliquid itē formæ, & cōpo-
ſito ſuperuenire perſpicio : quandò ab hac extentio, diuiſio, & multitudo deriuetur, facultas ad nō
eſſe, & ad oppoſitā, inexplebilis appetitus mutationis, ordo ad præſtātius, atq. eiuſmodi vinculum,
vt ſine ipſa forma non ſubſiſtat. Sed adhuc de exiſtentia diſtinguendū puto, ſiquidē ea ſit vel actu,
q̃ nonmodò verum ſit eam pręſenti tēpore notare, ſed eſſe quoq. demōſtrabile, & hoc aliquid, vel
virtute ſolùm : neq. hoc, quòd ſolùm reſpiciat tēpus præſens : verùm in ſuo principio duntaxat ani-
maduertatur, eaq. rurſus eſt vel abſoluta, vt in ſeparatis, in quibus eſſe & eſſentia ſunt idem, vel ex
alio pendens. Dico igitur eſſe actu oē, ſeu materia ſeu cōpoſitum ſit ; eſſe ex forma ; quanq̃ actu ſic
eſſe materiā, nihil eſt aliud reuera, atque eſſe indiuiduū ; verùm quòd ſit virtute, id eſſe materiæ pro-
priū, quòd ſcilicet actu eſſe queat : attamen quòd ita ſit, pendere ex forma; nunquàm.n.à forma ſe-
paratur, & poteſtas eſſe dr̄ non ſimpliciter, ſed ſubſtantia, quātum, quale & reliqua. exiſtit ergo per
ſe materia virtute, ſed eſſe illius eſt dependens, cùm ſe habeat vt ſeruiens & inſtrumentū, forma vt
imperans ; non efficiat verò natura inſtrumentū, niſi ſit quod illo vtatur : aliter eſſet fruſtra, quod F
maximè abhorret à rerū natura, atq. illa quidē tota pendet ex forma, ſeu totū accipimus vt quantū,
quia nulla eſt pars eius in qua non ſit forma, eiq. adnexa habitudo ad oppoſitā, & poteſtas ad illam
ſiue totum, vt potentiale quod aiunt, & conſiſtit certis potentiæ gradibus, quippe q̄ oīs eius gradus
ab infimo vſque ad ſummū certo cuidam actui ꝓ portione ſit deſtinatus. Quare dicam materiam
ſubſiſtere per ſe, quia.ſ.nullam habet cauſſam internam, ꝓpter quam ſubſiſtat ; quinimmo ipſa ſit
cauſſa cęteris, quòd ſubſiſtant, ſed externā cauſſam tantùm quę vim habet finis, vt ſępius teſtatus eſt
ipſemet Ariſt.[a] quæ & ſi reapſe non conſtituit ipſam, vt pars exiſtentiæ ; tamen ab illius rōne diuelli
non poteſt. Idq. apertius expreſſum eſt ab Auerroē,[b] cùm docet materiā eſſe ens & in ſeipſa, & in
ſui natura ꝓpter formā : ac ſi forma non eſſet, neq. fore materiā : intelligere.n.eſſe quod conuenit
inſtrumento, & ei quod eſt alterius gratia, vt ſic non adimatur illi ſuū eſſe ſimpliciter, vt eſſe ferrū;
ſed eſſe inſtrumentū, itaq. deficiente fine ambiguè foret inſtrumentū, neq. pugnant hæc in eo quod
eſt alterius gratia non eſſe id cuius eſt gratia, & eſſe id quod eſt gratia illius, ſed ſolùm efficitur, vt ſit
imperfectū & ambiguum, & ſicut id quod eſt fruſtra ; nihilominus eſſe pōt : ſic ſi non ſit forma, &
materia ob eam cauſſam ſit fruſtra ; non idcirco non erit ſimpliciter. Verùm hoc differunt inſtru-
menta noſtrę mentis ab inſtrumentis naturæ, q̄ illa fruſtra eſſe poſſunt ; non ſic ea quæ natura mo- G
litur, quòd actiones artis, & ſi certæ ſunt merito formæ : cùm.n.facit artifex ſemper, affert certam
formā : at cauſſa efficientis ſunt incertæ ; quandò artifex eſt agens liberū, ſed naturæ opera certa ſūt
tum cauſſa formæ, tum itē cauſſa efficientię. Cùm etiam artifex operibus naturæ vtatur ; ea prius eſ-
ſentia propria pollent, & ꝓpria munera exequuntur ; cùm alioquin ipſi naturæ ſupponat aliquid,
quod cùm ſit poteſtas, eius officium nullū ſine forma poſſet extare. Tamen ad id valet exemplum
vt videamus aliquid ex ſeipſo exiſtere, quod nihilominus ex alio ſua vi pēdeat, tanquam principio
externo, quod & ſi pars rei non eſt, attamen eſt pars rationis. Neque verò tibi ſuſpectū ſit, ſi forma
cōplet notionem materiæ formalē, ne fortè etiam ſit cauſſa conſtituens interna. Non.n.neceſſe eſt
notionem formalē ex principiis cōſtituentibus intrinſecùs eſſe conflatam, vt patet in ipſa priuatio-
ne, & in definitione illarum affectionū quas externas appellamus : accipiunt.n.externum in quid eſt;
ita de materia formaq. dicemus. Quapropter ad eorū argumenta, qui probare conantur materiam
eſſe ſimpliciter ex forma : ſic reſpondemus. Ad primum, quia materia dicatur non ens. Nam deno
minatio petit ab actu, vt fine & manifeſtiore. Dicitur ergo materia non ens, non ſimpliciter ; ſed
actu non ens ; eſt verò poteſtas, & hoc modo finibus entis concluditur. Aut ēt dicimus quòd in ſe
habeat, ſi obſeruetur, quòd actu exiſtat, vt anteà diximus, vnde quoque denominatio ſumi queat. H
Secundùm quoq. diluitur, ſiquidem forma ſit, non id per quod materia ſubſiſtit, ſed compoſitum;
neque.n.eſt cauſſa oīs eſſe ſimpliciter, niſi hîc etiā actu exiſtere accipiatur more conſueto, cùm res
eſt actu per formam. Tollitur item tertium, nanq. etſi tria ſunt quibus eſſe cōuenit diuerſis modis :
atqui non tria ſunt quæ ſubſiſtunt, ſed vnū ſubſiſtit ꝓpriè, quod eſt cōpoſitum ; materia ſubſiſtit, ſed
vt cauſſa, forma ſubſiſtit per materiam : quocirca tria ſunt, quæ ſubſiſtunt, ſed vnum verè & perfe-
ctè : cętera ſubſiſtunt modo quodam imperfecto. Nunc ea, quæ perfectè ſubſiſtunt, plura ſimul eſ-
ſe nequeunt : ſi imperfecta fuerint ; fieri pōt, immo ſic fiat neceſſe eſt. Nolim verò te conturbari,
quòd audias formā imperfectè ſubſiſtere ; quippe quòd ab ipſa perfectionis rō ducatur : nam ſuapte
vi præſtantior eſt eſſentia oī exiſtentia ſenſili, ita vt non ad perfectionē ſimpliciter ſocietatē materię
flagitet, ſed ꝓpter neceſsitatem : proinde ex participatione materiæ maculatur eſſentia : quoad igi-
tur eſſentia, eſt oī exiſtentia perfectior ; verùm quòd ſit hoc aliquid, & verè exiſtat, in ſuo genere
perfectius eſt cōpoſitum continens in ſeipſo cauſſas oēs, vnde perfectio proficiſcitur. Ad quartum
verò ſatis eſſe, ſi pendeat materia ex forma, tanquam ex fine ad id, vt nunquam ſit ſine forma : pro-
ptereaquòd fruſtra foret, & affecta eſſet præter naturā ; illud non neceſſariū, quòd pendeat ab ipſa

simpliciter,

[a] 2. Phyſ.
[b] 2. de par. an.

A simpliciter, sed adhuc posset, quantum est ex se, & ex interna ratione, subsistere; sicuti dolabra, etiã si nullus esset dolator; ea tamen importuna esset. Sed quod natura ipsa non præstat actu separãdo, verùm ordine tantùm, mens tua veluti separatam comprehendat, sic tamen vt in alterius relatiui comprehensione fieri quandoq. docuimus. In quinto monemus non aliud ex illa oppositione Dei materiæq. inferri, ac quod ex alio materia pendeat, siue vt in genere finis, siue vt ex forma; nihil asseri necessariò potest, & si opus fuerit; solùm de eo quod est esse actu, concedemus, tametsi tunc est magis propriè compositum. Percurramus nunc eorum rõnes, qui studebant probare materiam, vt sit, sine forma obtinuisse: quibus illud generatim dabimus, si loquantur de eo quod virtute existere nuncupamus, & modo & quem nuper expressimus, ea verè concludi, falsò verò, si aut de eo quod est esse actu disserant, aut oẽm pendentiam à forma denegent materię. Quapropter ad primum, quod est virtute hũi; materia prior est forma. Sed prius à posteriore separatur. Etenim materia prior est, si id respexeris, quod est existere virtute: nam si forma existit per materiam. Verùm quod actu sit, est verò tum cõpositum, à forma impetrauit. Deinde prius à posteriore separari dicimus ea conditione, qua prius est, non oĩbus modis. Sic cùm materia bifariam sumi queat, vel vt indiuiduo vel simpliciter, vt in indiuiduo materiã formæ præcedere probamus; ita eam simpliciter antecedere nolumus: ex hac.n. materia fit hęc forma; veruntamen ex ea non fieret, nisi alia forma antecederet, &
B cum materia constituatur ex potestate, sicut potestas sine actu nunquã cõsistit; etenim gratia actus, & ad eũ ab actu promouetur, atq. in actu existit; actus aũt est forma; sic materia nunquam potest existere; nisi cũ respectu formæ; nihilominus ex seipsa existit intrinsecùs. Si verò meministi, quod anteà significauimus, materiam signatam cum formis immutari; nihil erit, quòd te cruciet secunda obiectio: non tamen idcirco tollit, quin materia ex se ipsa habeat, quod virtute subsistat. Idem propemodum vitiũ existit in tertia rõne, quòd non eadẽ seruetur ad numerũ materies in genito, quæ fuit in corrupto, & quòd ex noua determinatione variatur. Cęterùm quia remanet subiectum, quòd indefinitè se habet ad hanc, & illã formã, & ipsum subsequitur ratio per quam ex seipso virtute existit, hinc efficit, vt ex seipsa materia subsistat, & vnà pendeat ex forma. Prius verò materia formas accipit quæ singularis est; quam non negamus esse priorẽ hac forma determinata; priorem tamen esse forma simpliciter non concedimus, & eã, quæ hanc formã susceptura est cum alia dicimus existere; neq. tamen fatemur eã illi exhibere quòd sit alio modo, atq. actu. Consimiliter ad illud respondeo, potestatẽ actui præcedere: est.n. quæq. potestas ex eo genere singularis: verùm nunquam absoluitur ab actu simpliciter, vt supra dictũ est: licet ex seipsa virtute subsistat. Ita igitur materiam cõcludemus ex seipsa subsistere, veruntamen ex forma perpetuò pendẽre. Sed.n. ex iis, quæ dicta
C sunt, adhuc maior scrupulus existit, qui nos angere, nec iniuria possit. Etenim acceptum est prius à posteriore separari, ac positum formã esse priorẽ materia simpliciter; igitur à materia separabitur; id verò absurdum ab Arist. reputatur. An ad hoc ita respondebimus nõ abstrahi formam à materia simpliciter, sed eo modo, quo prior est, vtputa, vel vt actus simpliciter, vnde actus hic in hac materia existit, siue tanquam finis in efficiente; ita.n. rationem efficientis obtinuit, quòd habet actu hanc formam: tamen ea forma, vt in patre, cõsideratur in materia, & illa posterior est cũ ex eius necessitate existat, & illius tanquam rei perficiendæ sit perfectio. itaq. si ipsius esse respicias; semper continet materiam; si verò spectes operari; sic ab ea seuocatur, cuius notio cùm sit tunc vniuersalis, dici iure põt esse abstractum quid à materia & est primę philosophię. Rursus cùm moueat, vt finis; ipse verò mouendo maneat immobilis; nec quicquam materiæ secedat ab efficiente, sed forma sola quę materiæ imponitur ab efficiente: sic etiã forma naturalis abstrahi dicetur à materia, quæ tamen est in materia, in eo cuius est forma. Possumus ẽt dicere formam naturalem simpliciter non abstrahi à materia; quia si non cogitatur cum hac vel illa materia sensili; at non repudiat materiã intelligendam, quæ scilicet facta est vniuersalis, & pars eius est: exprimi autem solet nomine generis in ipsa definitione, quemadmodum te docuit Aristoteles 7. primæ philosophiæ. [a] Sed hęc abundè exposita sunt lib. 1, vt nunc longioris sermonis non indigeant. Quapropter ad alia properabo. [a] T. 35.
D

Quemadmodum materia se habeat ad formam, & quæ sit eius definiendę ratio. Cap. XXV.

HIS ita constitutis non erit fortasse difficile explicare, quemadmodum forma consistat in materia, tum etiã quæ sit eius definiendæ ratio quę ab Alexandro non semel, ab Auerroë 2 Phys. intacta sanè, sed neutiquã completa, & ad finẽ perducta. Nam potuit aliquandò videri forma esse, vt accidens in subiecto: definitur.n. per ipsum; proinde refertur ad secundùm modum ipsius per se, quo ea continentur quæ illud assumunt in sui rationem de quo prędicantur. Ex altera parte, Cùm accidens adsit, & absit absq. interitu & pernicie illius in quo inest, forma verò non absit sine interitu compositi; profectò neq. vt accidens inesse potest. Necesse est igitur ad materiã, vt ex eorũ ordine, quæ sunt ad aliquid, forma referatur. Hucusq. Alexander. Vlterius processit Auerroës: siquidem eo recepto, vt debuit, quòd forma esset ad aliquid, exposuit nobis modũ & formulam eiusmodi relationis, inquiens formã sic se habere ad materiã, quia promoueat ipsam ad actũ; contrà materiam esse vehiculũ formæ, quamobrem & eã essentiæ partibus exclusit. Sed & nos anteà quoquo

modo præiudicium de rationibus Alexandri fecimus,&,vt anteà diximus, admodũ præcisè de hac E
relatione decreuit Auerroës; multa.n.mea quidem sententia,non sine caussa desiderantur. Etenim
non necessariũ nobis esse videtur,vt quicquid in secundo modo prædicat, id sit protinus accidens:
quandò quicquid caussæ tribuitur, quatenus illi tribuitur; &, ex ipsa est vt subiecto, & per ipsam
definitur analyticè; si illa constant quæ nos olim statuimus: non necesse est aũt omne id quod tri-
buit vt caussæ,sit accidens,vt cùm finis tribuit efficienti,vnde existit; veluti ambulauit, itaq. valet.
Neq. illud generatim concedendũ quicquid adest, & abest citra subiecti perniciem esse accidens,vt
de actu secundo nos olim constituimus. præterea rõ quidem Alexandri tum valeret si forma cum
cõposito,cuius est pars, conferretur: nanq. ea sublata tollit vnà cõpositum, sed non'ne materia re-
stat? & in hoc etiã aliud de materia simpliciter,& de proxima iudicandũ; proptereaquòd destructa
forma destruit etiam materia proxima,cùm hæc vtraq. vnà consistant. Proinde forma ad materiam
proximam erit substantia,non ad remotam. Aut igitur ita restringenda erit sententia philosopho-
rũ pronunciantium. Accidens est quod adest,& abest præter subiecti interitũ ad cõpositum,non ad
subiectum simpliciter,aut quod olim nos approbauimus,& ad id vt accidens sit, hanc conditionem
præterea flagitabimus, vt accipiat à subiecto perfectionẽ, non afferat. Quamobrem neq. finis acci-
dere dicetur efficienti,neque contrà efficiens fini; licèt vtraq. vtrisq. tribui possint, vt subiecto &
caussæ; quandoquidem vtraq. in suo genere in se mutuã perfectionẽ conferunt,hoc excitans & in- F
dicans bonũ,illud ad actum deducens. Sed & hæc quæ nuper exposuimus,& quæ superiore capite
narrauimus; facilè nos persuadere poterunt formã simpliciter ad materiã non esse vt accidẽs. Nam
præter id quòd principia substantię non possunt esse accidentia; liquet item forma sublata materiã
tolli oĩ eius officio cessante. Verùm cum forma non existat sine materia, placet illud formam &
materiã inter se respicere,quod sanè & Alexander & Auerroës decreuere. Tamen illud ego quę-
rebam. Cùm satis constaret formam & actũ esse perfectionem potestatis & materiæ,quę sit ea spe
cies relationis, & quanuis perfectio sit rei cuiuspiam perficiendæ, nihilominus percunctari liceret,
quemadmodum perfectio consistat in eo cuius est: cumq. perfectio non sit vniusmodi, speciatim
vestigare conditionem eius perfectionis quam formę concedimus. Mihi verò spectanti vim formę,
& modũ quo ipsam nobis exposuit Arist. succurrit eã esse finem. Porrò finis est duplex, externus,
& qui solet appellari cui,qui vel nunq̃ iungitur cum materia,vel ad summũ per intentionem,vel est
rei genitæ,vt functio,vel est eiusmodi,vt ex ipso,& eo cuius est finis, vnum per se fiat. ex hoc gene-
re sũt potestas & actus,& cõsimiliter materia & forma. Rursus forma finis est dupliciter,vel ipsius
materiæ,vel motus,vt finis generationis; siquidẽ formæ præsentia materia perficitur, & cessat mo-
* 12. Met. tus. Sed.n.œconomia rerum quæ cõmemoratur ab Arist. * me persuadet perfectionẽ generatim ex G
actu pendêre; quapropter & perficienda erunt,ex ordine potestatis: actus.n.& potestas inter se re-
spiciunt. Verùm quod attinet ad rem nostram,forma est,vt finis cum materiæ, tum generationis, &
materiæ quidẽ,vt cuius; generationis autẽ per quod; quippe q̃ per generationem materia quæ po-
testas est, actũ perfectionemq. consequatur, sed si meminimus eorũ quæ de forma, & præuiis affe-
ctionibus & horũ affinibus anteà disputata sunt; cùm forma constet ex genitis,tanquam formę par
tibus; genita verò sunt gradus potestatis in materia; dicendum erit formã non aliter esse perfectio-
nem materiæ quàm totum,q̃ sicut in toto partes oẽs,quæ per se ipsas dispersæ sunt, ἑνοειδῶς, idest
sub vna notione,& intentione continentur (neque.n.melius verbum mihi succurrit,quod hanc na
turã mẽtis oculis suggerat) sic materiæ partes in forma. & cum materia contineat in forma per eos
gradus,ac generatio sit forma fluens,eademq. fluxus eius; forma verò fluens sit materiæ gradus, &
potestatis; asseuerabo quoq. formã esse finem generationis & motus,quatenus est forma fluens non
aũt fluxus illius; fluxui finẽ assignabo quietem,quæ tametsi non differt à forma; at rationem quan
dã ab eius ratione differentẽ prælegerit, quatenus in progressu materiæ nõ promotio potestatis, sed
extentio cum successione spectatur,cuius extentionis est terminus quies: nihilominus eodẽ modo
se quies habet ad illum fluxum, quo forma ad materiam,& ad seipsam fluentem. Proinde vbiq. H
perfectio est vt totũ secundùm formã,quod sic se habet ad partes cõsimiles, vt sint eo priores origi-
ne, sed natura & perfectione posteriores. Sed præterea cùm totũ hoc sit terminus: continet.n.& se-
dat progressum vel extentionis,vel intentionis.eo planè modo referet ad aliquid,vt terminus:atqui
terminus ad illud cuius est,est vt rei terminandæ,sic igitur & forma erit materiæ terminus,& motus,
eademq. in materia, non vt in subiecto, sed vt totum in partibus cumq. eadem forma sit actus; ab
actu verò nominatio petatur; hinc efficitur,vt eadẽ forma dicatur de materia,vt subiecto. quod ta
men ita euenire puto,quia nomen compositi primò significat formam,quod cõpositum materia di-
citur esse potentia. Verbig. lignum potentia lectus,& aurũ potentia statua. Proin tres habitudines
existunt formæ ad materiam. Nunc ad eius definiendæ rationem veniamus. Hoc loco tantisper
digredi constitui,dũ explicem aliqua de relatiuorum natura, quibus afferatur lux iis quæ suprà de
variis partibus habitudinis expositum fuit,tum item q̃ ad multorũ intelligentiã faciunt quæ in phy
sicis tractari solent. Rerum ergo aliæ sunt quarum essentia cõtinetur illo supposito cuius est, vt al-
bum & bicubitum,ita vt cęteris cogitatione circumscriptis,& res existere & cogitatione cõprehen-
di valeat,his esse simpliciter Græcia tribuit; nos dicimus absolutas. Aliæ rursus quarum essentia sua
ipsorum

A ipsorum simplici notione contenta non est, fortè etiam neq. suo supposito, sed absoluitur externo. Hæc planè conditio rerum est, vt eius euenti alia nulla caussa reddi queat. Earum quarum essentia absoluitur externo, ratio duplex est, aut.n. pendent vt ex priore, aut vna cum compare existunt. Nec non aut spectatur earum subiectū & materies, aut ratio formalis eorum quæ sunt ad aliquid, vt esse Socratem qui filius est, & Sophroniscum qui est pater, & ratio patris & filij seorsum concipitur. Vnà existunt duplū & dimidium, atq. horum est reciprocatio, vt si vnum est, & alterum, & sunt natura simul, & tēpore, quæ sunt priora natura, si materiā spectes, profectò nō reciprocantur, neque.n. à priori conuertitur existendi consequentia, sed si formaliter ipsam rē consideres, & in his est reciprocatio; siquidem etsi Sophroniscus est antiquior Socrate, at ratio patris cum filij ratione simul exoritur. & Deus omniū primus est; verùm si Deum aduertas quoad est caussa; infert id perpetuò quod est ex caussa. Veruntamen cùm hîc mentis officiū requiratur, per se enim Deus est, & sine illis consistit, quæ nos relata concipimus; ea certè relatio nascet ex mente. Etiam illa relatio nascet ex mente qua album cum se ipso cōparatur, per se.n. album vnum est, quod tamen mens ipsa multiplicat. Relatio rursus suapte natura vel ex altero pendet quod numero distinguatur, vel manet in eodem supposito: caussæ profectò rei internę non transiliunt id in quo sunt. Quæ terminantur externo rursus aut natura simul existunt, aut vnum ex his natura prius est, vt caussa, quæ sunt natura B simul, ea reciprocantur, & ex se inuicem existendo, & intelligendo necessariò pendent: vbi ordo intercedit, nec adest reciprocatio, neq. alter terminus relationis cum primo reapse, verùm per rōnem solam coniungitur; illam quæ suapte vi terminatur externo quod simul existat natura, dicimus esse accidens, quæ non requirit subiectū numero differens, aut quod prius natura sit, essentialis à nobis anteà cum Proclo nuncupata est. Sic relatio inter accidens & subiectum non est accidens, nec inter res à Deo pendentes, & Deum. Eorum quæ reciprocantur erit perfecta relatio, quorum reciproca non est, ea metaphoricè relatio nuncupabitur. At verò quæ sunt ad aliquid, aliquo semper innituntur quod existat simpliciter, itaque semper superueniunt, & ideò posteriora ponuntur oībus prædicamentis. Atqui non vniusmodi est quod illis supponitur absolutum, siquidē sit vel ratione tātummodò prius, vt habitus priuatione, vel ad nos, vt cōpositum in quo vis materię formæq. perspicitur, vel vbi relatio fuerit externa substantia: nanque ita est accidens, & actu subiecto fundatur quod est necessariò substantia, & simul vel quantum, vel quale; sunt.n. hæc proxima fundamenta relationis, atq. illa quidem ingeminata vel re, vel ratione, vt dictum est: his ea fundantur quæ inter se repręsentant & ponunt, & termini dici solent, quibus eorum quę sunt ad aliquid, ratio cōtinetur, & vbi sint vtriq. termini natura simul, ad se inuicē referuntur, & oratione cōuersa explicantur ser- C uus domini, serui dominus, autoue casu, ꝙ si natura præcedat id ad quod refertur posterius; hoc dr̄ esse illius, illud autē non huius, sed cuius hoc est. In hac mutua repręsentatione posita est habitudo quæ est eius prædicamenti forma, quæ sanè cum in pluribus subiecto differentibus consistat, est accidens, & prędicamentum constituit: quæ aliter se habent, re vera non continentur sub ipso, sed ad ipsum per figuram dictionis referuntur. Ex hoc ordine sunt materia & forma. In his.n. est interna relatio, & in hoc genere collocantur ꝓpter figuram dictionis. Vt igitur illa imitantur quæ verè sunt ex hoc genere, sic etiam definitioni subiiciuntur: ꝓptereaquòd in his, tametsi natura & origine sunt simul, atq. ita se habent, vt alterum sine altero nec existat, neq. cadat in mentem; tamen fieri pōt, vt mens in alterū primò contendat; hoc veluti subiectum facit in enunciatione, & hoc definitioni est obnoxium: sic.n. se habet in hoc munere, vt per se subsistens, cui quippiam tribuēdum sit, vt cùm pater filio succensens inquit, sentiet me pro illo leni, ac indulgente patre factū esse durū & inclementem. Itaq. cùm & ea sint in primo modo, quę accipiunt prędicatum in sui definitione, & illa contrà in secundo, quæ per subiectum definiuntur, & vtraq. subiecta esse queant, & in subiecti definitione sumi; constat hæc caussa diuersarum rationum in vtrunque modum posse referri. Neq. illud arbitror esse necessarium, vt quæ in secundo modo, sint accidentia: fateor sanè pleraq. D esse accidentia, sed non idcirco relatiua excluduntur, neq. per aliud secundus modus definitur, à quòd subiectum in prędicati definitione capiatur, quod prędicatum etsi etiam inhęret simpliciter, & obliquè de subiecto dr̄, aut per orationem explicatur; nil obstat planè modis hisce dicēdi per se. Nec est illa cognitio circularis, neq. eiusdem per idem, vel quòd in vtriusque notione repręsentetur alterum, quasi vna sit vtriusq. cōprehensio, vt oppositio esse solet, vel potius, quia tametsi inter patrem & filiū vna intercedit habitudo; ea quidem est vna subiecto, sed ratione separata, atq. alia est ratio patris ad filium, & vicissim filij ad patrem; quapropter idem ex eo regressu non vtiq. cognoscitur, sed planè aliud. Hæc igitur omnia in definitionem materiæ & formæ accommodanda sunt, quibus & speciatim vtriusq. relatio cognosci possit, & à physico subiici definitioni.

Vtrùm aliquid formę generationi pręcedat in materia, an sola ipsa materia sufficiat. Cap. XXVI.

DEFINIVIT generationem Arist. inquiens, Eam esse mutationem totius in totum, nullo sensili superstite, vt subiecto eodem. Verùm ex hac ipsa definitione maxime difficultates erum

punt quæ per vniuersam philosophiam pertineant, & nos sæpenumero conturbent: nam sumitur E
inde occasio disserendi, quemadmodum in generatione totum abeat in totum, quod sanè nil aliud sibi vult, ac quærere id. Vtrùm in generatione ipsa fiat resolutio vsq. ad materiam primam, nec'ne: & quoniam indiuidua quæ generant & corrumpuntur, non modò secundùm substantiã, verùm ẽt secundùm accidentia transmutantur; quod ad substantiæ mutationem spectat, quæritur primùm, vtrùm formæ indiuiduorum quæ corrũpuntur, ita mutentur, vt nihil antiquæ formæ in ipsorũ materia restet, an aliquid veteris adhuc aduenĩẽte noua supersit. Deinde vtrùm mutatio fiat secundùm vniuersa accidentia, atq. adeò vt accidentium quoq. nullum quod anteà fuerit in corrupto; in genito itidem sit superstes, an potius aliquid adhuc resideat in materia. Cùm verò sigillatim de oĩbus his Peripatetici ad hunc locũ disserant; nos ẽt singula seorsum perquiremus. Cæterùm quòd accidentia formã consequuntur, nos antè alia disputabimus, superfit'ne in genito aliqua forma quę substantiam absoluat. At verò quoniam id quod in ipsa generatione restat, aut ex necessitate materiæ tale est, quia.s. talem mutationem consequatur, aut illi non repugnat, aut etiam est quemadmodum affectio quædã ad formã nouam accipiendam, veluti de corpore organico testantur ad animũ assumendum; sic nos hanc quæstioné in duo capita partiemur, quorum primo proponetur illud, an quippiam nouæ formæ præcedat in materia per quod ipsa ad nouam formã accipiendam idonea reddatur, quæ sanè quæstio continet illud, quemadmodũ ex materia & forma fiat vnum per se: illius.n. F
primæ quæstionis explicatus etiã monstrabit viam ad decernendũ de secunda. Legimus aũt multos in eiusmodi venisse sententiam, qui aut perpetuò, aut pro rõne nouæ formæ existimarint aliquid ipsius in materia residere, aut quippiã huiusmodi quod ad formæ inductionem, & cõpositi generationem conduceret; verentes ne fortè accessio formæ non esset generatio, verùm ex nihilò fieret, quam mutationem Theologi creationem vocant. Deinde ne illius productio naturalis esset, quandò talis generationis initia interna esse debent; hæc verò aut materia foret, aut forma: materia verò tale principium esse nequeat: est.n. ab ipsa perpessio solùm. necessariò agitur eam futurã esse formam. Quin etiam videbatur eorum sententiã confirmare dictum Arist. [a] aientis, à natura fieri, in

a 7. Met. T. 31.

quoruncunq. materia est, aliqua pars formæ, quę sic materiã moueat, sicuti mouetur ab extrinseco. Maximè verò id in substantiæ generatione oportunum esse; quandoquidem generationi accidentis aliquid in actu supponatur quod est indiuiduũ de prædicamento substantię, & materia sensilis quæ quodã pacto videtur esse affecta ad accipiendas certas accidentium formas: nil aũt mutationi substantiæ substernatur præter nudã materiam: quare non magis ad hanc, q̃ ad alias oẽs formas accipiendas prona per se materia foret. At verò quòd obiter no apud Arist. sola primordia generationis hæc tria perualgata poni, eademq. sufficere; materiam, priuationé, & formam, & ex his deleri priuationé, materiam verò superesse, & cõpositum cum forma efficere: ab hac opinione summopere G
me auertit. Prætereà quoniam ipsemet Arist. in hanc sententiam locutus esse cõperitur: nam sic forma partibilis foret, & materia vltima non esset idẽ cum forma: induceretur.n. ipsa secundùm partes, quòd si partes formę existimantur esse materia, quemadmodum libris superioribus docuimus: iam materia per se sine forma sufficiet. Item quia fit vnum ex materia & forma, atq. id in extrema generatione, cùm iã res ipsa genita est; quippe quòd vtrunq. eodem puncto tẽporis absoluatur; licèt ordine naturæ formæ copulatio cum materia prior sit; persuadent nullũ aliud esse generationis initium, præter illa tria, quorum duo cõstituunt fieri, & antecedũt ei quod fit tertium quod priuationi succedens efficit hoc aliquid. Quamobrem opinati sunt alij nonnulli nil formę quidem in materia præcessisse, sed tamen hęc primordia ad cõplendam generationem satis non esse: siquidẽ Proclus intrinsecùs etiam requiri putet harmoniã quandam, cuius interuentu dissociata colligentur: ex certa.n. materia & certa forma existere certum compositum. Hunc imitati quidam sunt è Latinis qui tametsi nil aliud in hac coniunctione ponunt, àc materiam & formã, at putant non esse materiam ipsam potestatẽ solam & purã, sed in illa prætereà rationé quandam seminis instar inesse, cuius beneficio ad quãq; formam accipiendã idonea reddatur: non secus, atq. in vtero fœminę sit materia, H
in qua vis inest seminis, ipsam apparans ad suscipiendam equi & leonis formam. Sed vis seminis duplex est, actiuosa, aut patibilis: actiuosa aũt obtinet instar formæ; verùm patibilis eadem est cum ipsa materia. quare aut etiã generationi quippiam formæ præcedere fatebuntur; quod tamen inficiantur: aut rõ ista seminis nulla prorsus est. Et harmonia Procli (ni fallor) est habilitas illa, vnde materia proxima constituitur, quare nec aliud quid à materia separatum habendũ est. Profectò qui de coniunctione materiæ & formæ disserunt, ij possunt hæc tria respicere principia, quæ cõiungunt efficienter, sunt verò externa, & ea, quæ reipsa non separantur à materia atq. forma, sed non remanent, veluti appetitus & priuatio: aut etiã internum, quod intercedat, & contineat in materia formã veluti gluten, aut clauus, atq. hoc nullũ est sanè: quandò satis ad id sit propria vtriusq. vis & natura. Proinde ad hanc coniunctionem præstandam intrinsecùs sola materia sufficit; nam cùm aptè fuerit affecta, ex se ipsa accipit formã, atque id in extrema generatione, quemadmodum alibi dictum est. Rationes aũt oppositæ facilè dissoluuntur: nam cùm obijcitur formã non iri quidem genitum, sed creatum; respondemus formæ supponi materiã in qua sit, tanquam in potentia patibili: eamq. efficientis actu consistere. Vbi etiam opponit generationem formę non fore naturalem, quippe quòd

A ab interno principio produci deberet. At sæpè dictum est ad constitutionem motus naturalis sufficere, si principium patibile fuerit, neque enim motus id impetrat à mouente, quòd sit naturalis, sed à patibilis principij propensione. Atque id præcipuè in generatione & corruptione animaduersum est ab Arist. semper hoc mutationum genus ab externo proficisci, nec quicquam posse generare seipsum; alter idem vna fore, & esse actu & potestate simul ad idem, vt patet, quanuis ea propensio non sine certa forma, & contraria consistat in qua sit priuatio formæ futuræ; quæ, cùm paullatim ab efficiente conquassetur, afficitur etiam idcirco materia per quosdam gradus ad nouam formam, ex quibus cùm forma existat, velut totum ex partibus sunt aliquid formæ, neutiquam tamen forma, sed materia. Quòd nisi quis hoc futuræ formæ præcedere in materia defendat; id quod etiam libentissimè damus, nullam aliam rationem superesse credimus, qua talis sententia defendi possit. Quod autem pertinet ad locum 7. Met. formam ibi dicimus nullo pacto intelligi essentiam, aut essentiæ partem, sed vim ab efficiente impressam, à qua mouetur, ac si præsens esset efficiens ipsum: non aliter atque euenire dictum sit motibus proiectorum; quanuis magnum discrimen intercedat inter ea quibus ab efficiente vis imprimi solet: in illis enim quæ proiiciuntur, ea vis externa erat, & præter naturam, non attingens rei substantiam, in his apparat materiam ad naturam, & formam, & finem. & de his quæ mouentur à vi impressa,
B siue ea sit violenta prorsus & aliena, siue etiam ad naturam perducat in efficientis absentia, modò in eius virtute, verba facit ibi Arist. hæc autem nihil ad formam, nisi quatenus materia pars est formę, dum continetur ab ea, quatenus enim propriæ fiunt hæ passiones materiæ, sic cum materia numerantur, sed cùm pendeant adhuc ab efficiente; etiam sine iniuria possunt efficienti attribui.

Quemadmodum priuatio sit principium rerum mobilium. *Cap. XXVII.*

SATIS hactenus de præcipuo generationis principio quod est forma, dictum est, & excussa materię natura. Cùm verò tertium quoque principium in generatione requiratur, & in vniuersa mutatione generatim quod est, priuatio flagitat etiam institutum nostrum, vt aliqua de illa disseramus. Atque vt à primis, ex ordine naturæ ordiamur: sunt verò prima secundùm naturam magis cõmunia, sic nos instituemus sermonem nostrum, vt cõmunia prius enarremus. Itaq. proponemus in primis ad inquirendum, sit'ne priuatio non ens: siquidem si non ens fuerit, multò minus poterit esse principium: si verò sit ens; ineptè negauerit Aristoteles ex ea nihil fieri, quia sit non ens per se.
C Verumenimuerò cùm priuatio sit multiplex: etenim opponitur actui simpliciter: actus aũt complectitur oẽ caussæ genus excepta materia, finem, efficiens, & formam: nanq. & absentia finis est, & imperatoris præsentia salutem; eius absentia affert interitum: nec non absentia efficientis. Itaq. & Sol ad nos accedens calorem producit, absens aufert. Consimiliter est absentia formæ priuatio, & de hac nobis in præsentia disputandum. Quia verò forma spectatur bifariã, vel vt actus primus & habitus, vel ẽt vt in actu secundo, & operans; etiam priuationis duæ sunt species, altera quæ tollit habitum, atq. altera quæ tollit operationẽ, vt quæ tollit visum lędendo oculos, aut aliquo impedimento, veluti dum conniuemus: hæc impedimento sublato tollitur absolutè, & ab hac fit reditus ad actum; quanquam non est idem actus ad numerum, ab altera non datur regressus, & actus specie differt; ex hoc postremò genere est nostra priuatio, cùm vicissitudo formarum, & ortus interitusq. fit in materia: nanq. etsi natura dirigit priuationem ad formã, continuè respiciens ipsum esse; nihilominus ex necessitate interuenit corruptio, & non esse: proinde commutatio formæ cum priuatione. Porrò priuationem puram negationem non esse testatur passim Arist. si quidem negatio nihil ponat; atqui priuatio desiderat genus determinatum: neque enim est non album simpliciter, ex quo fit album; sed hoc nõ album; quippe aut oppositum aut medium, & propterea affert subiecto, vel in eo saltem notat habilitatem ad nouã formam. est igitur aliquod ens. Sed quia prę-
D dicat Arist. priuationem non esse ens per se; ita quispiam interpretabitur non ens, quia non sit aliquid in re, sed in sola ratione, quasi sit ens rationis, quod mens ipsa effingat formando has harumq. consimiles propositiones, cęcitas est intolerabilis. Veruntamen difficile mihi videtur ponere principium in natura, cuius extet aliquod officium, vtputa appetitus, & id sit ex nostra mente solùm: nanq. vtar ego argumento Arist. [a] Prius elementa sunt, quàm homo. Ergo commutatio elementorum homini & menti præcessit: itaq. & priuatio. Præterea non'ne priuatio concipitur vt terminus simplex. igitur & aliquid ei supponitur; non ergo penitus est animi opus. Docet quoq. philosophus priuationem affirmatione significari, & ita refertur mutatio ex priuatione ad habitum oppositum, ad mutationem, quæ est ex subiecto in subiectum. Quin etiam refertur priuatio ad terminum à quo: at hoc est principium generationis internum, & aliquid igitur extra mentem. Quapropter, quòd dicitur non esse ens per se; in eum sensum accipio, vt non excludat esse ens per aliud, & valeat id ac si dicamus non esse per se coniunctim: ex quo non sequatur id quòd non sit disiunctim: inde etiam fit, vt propter aliud & sentiatur & intelligatur. Cùm sit aliquid sanè, sed propter aliud, per se verò nihil; ex ipsa quoque nihil esse per se potest, quia tamen aliquid est; ni-

[a] Pręd.

mirum propter aliud; est principium, quod non inest. Sed cùm sit propter aliud, etiam percunctari poteris quid'nam sit illud propter quod est. Ad quod respondeo bifariam concipi priuationem, vel propter ὕπαρξιν, idest id quod est subsistere: vel propter rationem formalem, vnde explicatio prima peti solet essentiæ, si spectes ὕπαρξιν; est priuatio ꝓpter materiam; si rationem formalem obserues; ea est ex forma: quippe quòd absentia formæ, siue forma absens. itaq. duo sunt potissima principia numero, materia scilicet & forma, quòd priuatio notat habitudinem formæ ad materiam; eademq. forma per diuersas habitudines & forma est, & priuatio: quapropter etiam in eodem genere sunt forma & priuatio oppositæ. [a] Sed & hæc ita se habet ad materiam, vt non insideat in ipsa, quatenus existentiam illam virtute habet, de qua supra dictum est, sed vt actu existit; etenim est assecla formæ cuiuspiam quæ iam inhæret in materia. nec, mea quidem sententia, tametsi coniuncta est cum habilitate, est caussa habilitatis: nam primùm inest in materia certa forma, eam sequitur potestas; illi inest priuatio; quandoquidem id quod esse potest, quatenus potest [b] (vniuocè sumpta potestate) nõ est; sed cùm ex eo quod non est, quatenus non est, fiat id quod fit: sequitur, vt ratio proxima mutationis sit ipsa priuatio, quæ cùm sit priuatio substantiæ; nil autem substantia prius esse possit; per se profectò nil est, sed siquid est, propter aliud sit necesse est, & propter formam primò, propter materiam verò non sine formæ interuentu. Sed enim forma illa cui dicimus hærere affixam, illic habetur, vt præcipua ratio patiendi; ex hoc efficitur, vt in materia ponatur: nam tunc est absolutè materia, cùm iam certo motu agi potest, quod aliunde non assequitur, infinita cùm sit; nisi à forma quam in se habet. Ergo eadem est priuatio cum materia, & non eadem. & eadem cum forma, & non eadem. Nam si formam futuram spectaueris; eadem ita est re ipsa, solùm discrepans habitudine; sicut idem est Sol qui sui præsentia calorem affert; absentia verò frigus, itaq. habitudine sola separantur. etenim forma simpliciter est cuius societatem materia requirat, vt olim docuimus; eadem est cum forma, quæ nunc est in materia, subiecto, sed ratione differt, cùm significet habitudinem ad formam futuram; forma autem præsens sit suo more absoluta. eadem est cum materia quoque subiecto, sed per formam; ob eundem respectum formæ futuræ distinguitur ab ipsa: siquidem habeat, vt suprà decretum est, materia suum ipsius proprium esse, quod est existere virtute quod formæ non refertur acceptum. & cùm per se nihil existat; nihil in materia ponit. Nec quicquam aliud est reuera ponere priuationem in materia, ac dicere materiam esse sine forma: idcirco dicimus intercedere solùm differentiam rei connotatæ, qua nihil additur extrinsecùs illi, in quo residet ea differentia, sed aut varietas modi, aut habitudo priuans, & ab Aristotele dici solet relatio priuans, [c] nec tamen est in materia nuda, quam dicimus esse virtute; cùm certam aliquam formam consequatur; veruntamen materiæ comitans illi quoque communicat, quòd non sit; quapropter materia illud non ens est, ex quo fieri potest compositum, quia non sit, antequam fiat, nec quia sit prorsus nihil, sed quia propter certam priuationem non sit illud quod fieri debet; Vnde priuatio est principium non rei genitæ, quia simul absentia & præsentia rei eiusdem vnà non consistunt, nec in rationem priuationis, sicut in rationem materiæ & formæ dissoluitur compositum, sed generationis, quòd obtinet instar termini à quo; quem nos olim motus essentiam constituere docuimus. ob id cùm in generatione tantùm existat, rem genitam non attingat; accidens esse perhibetur; quatenus id quod essentiæ pars non est, accidens appellari consueuit: etenim imitatur in eo verè accidens, quòd sicut ipso absente res adhuc conseruatur; sic res est, cùm abest priuatio. huic forma respondet quæ est ipsa essentia, proximè verò occupat locum termini ad quem; tametsi, si priuatio contrario fundatur, & ipsa forma obtinet vim termini à quo, sed remotè; oportet enim intercedere priuationem quæ potentiæ comitatur, vt ad substantiam mutatio fiat, aliter ex ente per se fieret id quod fit. Quæ cùm sic se habeant, ex his & iis quæ antea longo sermone fuerunt exposita octo differentiæ, colliguntur inter priuationem & materiam: quandoquidem priuatio non sit ens per se materia sit non ens per accidens; priuatio sit ens propter aliud; materia sit ens per se, potestate tamen: priuatio sit opposita; materia non sit opposita: priuatio accidens, & terminus à quo, qui pellitur è subiecto, materia pars substantiæ, & subiectum, quod remanet: priuatio numeretur cùm subiecto; materia sit hoc aliquid, & numerabile per se: priuatio pereat adueniente forma, materia cum ipsa forma componatur: priuatio sit appetitus caussa materiæ; materia appetat. Ex his differentiis multæ sunt quæ communiter pertinent ad formam. Nanque & forma existit per materiam, & per illam numeratur, est opposita; & semper eius ratio saluatur; differt ab aliis communiter, quod est actus & appetendum. seorsùm verò à priuatione cùm sit essentia, perfectio & caussa proxima & per se boni: priuatio non ens, imperfectum & caussa proxima mali, boni autem per accidens. hæc secundùm naturam, vt terminus ad quem; illa vt terminus à quo. A materia verò, quod existit per ipsam; materia verò per se; perficit hæc & terminat, illa perficitur & terminatur: hæc actus, illa potestas. Verùm quòd natura semper respicit esse per se, non esse verò molitur per accidens, ita priuatio consideratur in transmutationibus àc si destruatur; itaque priuatio permanet in materia, quousque forma rei generandæ successerit, quod puncto fit temporis; cùm forma consistat indiuiduo, eousque verò rem non esse dicitur verè: fit enim

sic, vt

[a] Simpl. c. de Qual.

[b] Lib. περὶ ἑρμ.

[c] Elen. c. 3.

A sic, vt vltimum non esse priuationis commutetur cum primo esse rei, quæ tum genita est, & tum potentia illa signata deficit, cui priuatio tanquam comes quædam fidissima semper hæret affixa. Sed tamen exorta est controuersia inter Græcos philosophos, quod nam ex his sit natura prius, an ne. s. priuatio materiæ præponenda sit; an contrà materia priuationi antecedat. Philoponus enim atque Simplicius arbitrati sunt [a] priuationem afferre materiæ potestatem, neque. n. esse puram negationē; verùm in subiecto idoneo: ex hoc aũt effici, vt res vnà quippiam non sit, eademq. illud quod non est, esse possit. Alexander [b] contrà potestatem voluerit in materia præcedere priuationi, & potestatē esse naturam materię, proinde priuationem esse veluti consequens, atq. esse solùm caussam proximam mutationis; nihil ad constituendam potestatem conducere, quia sic etiam foret essentia materiæ ꝓpter illam regulam. Quando alterum de altero prædicatur, vt de subiecto. Nunc Arist. essentiam materiæ in sola potestate collocat. Verumenimuerò priores illi, à priuationis essentia decepti, ex priuatione potestatem nasci crediderunt: est enim essentia tanquam accidentis quæ traditur per subiectum: ideò quauis assumatur in definitione priuationis esse idoneum; nil sanè vetat, quominus etiam multò prius habilitas illa attineat ad materiã, & pullulet ex eius natura. Quod pertinet ad Alexandri decretum; illud quoq. non caret difficultate: siquidem potentia non materia, sed contrario fundetur, & vt ipse autumat & Aristotelē hēt auctorē, [c] & ipsam quoq. rationem,

[a] 1. Phys. T. 7 1.
[b] Q. 24.
[c] 3. Phys.

B quia contrarium suapte natura ab altero secretum est, & cum alio propter communionem subiecti potest commutari. Sed si potentia contrario nititur, & hæc est essentia materiæ; contrarium quoq. ad essentiam materię conducat necesse est: hoc verò est forma: ergo & materia cõstituetur ex forma, quod sanè fieri nequit: esto enim vt sit actu per formam; at quòd sit materia; neutiquam dabo. Quamobrem vt nunc est, sic existimo potentiam in materia sine forma non esse, sed infinitatem potius & indeterminationem, neque tamen nego potestatem pertinere ad materiam. Potestas enim materiæ posita est in accipiendo, at materia sola accipit: est enim id quod restat in se habens formã nouam: contrarium & priuatio delentur; veruntamen accipit per contrarium & priuationem: sic non accipiunt hæc, neq. potestatem habent, sed materia per hæc & accipit, & habet accipiendi potestatem; nec quòd omnia hæc per contrariũ & priuationem consequatur; prohibet quominus ex sola potestate constet: etenim potentia determinatur actu; hic in habendo positus est: atqui sola materies habet ob eam quæ dicta est, caussam. Ergo potestas, vt id in quo prius inest in materia, vt per quod in contrario; nec ob id hæc ad essentiam materiæ referuntur, quia sunt vię quędam ad actum, & transeunt: itaq. sicut de præuiis affectionibus vos ipsi dicitis, quòd non sunt in essentia materiæ; licèt materia per ipsas accipiat formas: sic & nos vobiscum de contrario & priuatione dicemus.

C Nec mihi videtur id quod non habet, habere posse, vt credam ex priuatione nasci potentiam: sic enim omne quod non habet, quatenus non habet; habere posset, sed contrà id quod habere potest, quatenus potest; non habere: omne enim quod est eiusmodi, non habet, sed cùm mutetur, quatenus nòn habet, cùm possit: nam si haberet; non mutaretur: erit quidem potentia caussa priuationis, sed prima mutandi ratio nascetur ex priuatione: propterea non temere principium generationis habetur, non autem rei genitæ & accidens in materia, quia nil ad eius essentiam conferat, cùm cętera sint principia quę respiciant essentiã rei quæ fit, & cõstituant rem, postq̃ genita est. Neque hîc audio Philoponũ, quia tria principia suo quæq. modo esse voluerit, vnum generationis, quod esset priuatio; alterum generationis & rei. s. materia, ac tertium, quod rei genitæ duntaxat; nimirùm forma: fortè quia forma non esset nisi ad extremum, & postquàm motus esset absolutus, qui vtrosq. terminos essentiam motus conflare didicerim, & anteà docuerim in qualibet parte motus existere genita quædam quæ sint partes rei quæ ꝓducitur, & in ipsa forma sint, veluti materia, quæ tamen formam participent; non quòd ipsam diuiduè suscipiant, ac si quanta esset, sed quòd sibi potestatem actui propinquiorem comparent.

D *Vtrùm partes habeant aliquam formam à totius forma secretam de prędicamento substantię, nec'ne, & Latinorum opiniones recensentur.* *Cap. XXVIII.*

SED spectatur is, mox, vtrũ in materia propter eius necessitatem aliquid sit formæ quæ pertineat ad substantiam, quod in re genita superstes sit; illud negociũ instat in primis, vt generaliter exploremus, vtrùm plures, quàm vna forma simul consistere queant, an'non, de qua sanè re cõplures circunferuntur opiniones, & magna volumina conscripta à maioribus, & ab amicis nostris multa satis egregiè monumentis litterarum tradita, sed tamen omnia nos compēdiaria via persequemur. Neque verò nos perturbet, eò vergentes, vt earum multitudini patrocinemur, siquid sigillatim de forma corporis, aut etiam forma partium contra decretum nostrum subueniat; nam de forma corporis acturi, qua de principiis incrementi, & de motu secundùm quantum; accipiemus ea quæ ibi Deò approbãte cõcludentur. interim de partiũ forma disputabimus; pręsertim ꝙ & alio noīe cõducet hęc cognitio ad ea, quę de generatione scribũt ab Arist. Nanq. inter alias culpas, quas ĩ rerũ generatione tractãda Platoni Arist. ipse obiecit, ea fuit, ꝙ solùm elemẽtorũ generationẽ speculatus sit, quo aũt mõ carnes & ossa, aliaq. id genus fiãt, ne tetigerit quidẽ: ꝓpeà dicet quispiã: ergo hæc Arist.

sententia gignuntur. quin etiam partes has augeri testatus aliquando est Arist. atqui auctio generatio quædam est, & generatio est via ad formam simpliciter; auctio verò ad formam quantam. Ergo partes istæ, si generentur & augescant, propriás formas & essentias obtinebunt, aut certè, si proprias singularum partium formas explodamus, vnamq. communem toti cum partib. esse fateamur, Arist. iniuria reprehenderit Platonem, qui de totius generatione differens, partium ipsarum generationem posthabuerit: neque.n. fuerat opus: etenim, cùm propria forma carerent, non gignebantur. Ideò construendum prius est, an singulæ partes habeant propriam sui ipsarum formã aliq̃ quæ constituat, à totius forma secretã. Quia verò disputatio propter viuentium partes initur, cum plantarum, tum ẽt animalium, ꝙ has à toto rationem diuersam obtinere perspicuum est, cùm cæteroquin animo carentium partes sint vniformes, nos sigillatim de huiusmodi partium formis agere instituimus. Has aũt, vt ponamus, persuadent complures rationes præter Arist. auctoritatem, qui auctionem fieri testatur secundùm substantiam, non aũt secundùm quantũ solùm, siquidem fiat caro. Primùm quidem, quia concedet vnusquisq. quamuis parum in philosophia versatus. Quæcunq. proprium nomen habeat, & definitionem propriã secundùm nomen; ab alijs specie & substantia separari. verùm singulæ partes proprium nomen habent, & propriam definitionem secundùm nomen, & à sui inuicem, & à totius nomine & definitione seiunctam. itaq. & à se inuicem & à toto, specie, & substantia distinguuntur. Deinde quæ differunt quibusdam nunc munerib. inter se, substantia discrepant: partes aũt inter se ita differunt. quin etiam eodem modo distinguuntur à toto: aliud.n. totius, atq. partium munus est & officium. Quod item confirmatur: nam si de substantiarum discrimine iudicium à functionũ & accidentium differentijs non accipiatur; eriperetur profectò è manib. philosopho methodus inueniendi rerum naturas in quas sensus, quia penetrare non potest, per accidentia demum, resolutionis auxilio peruenit. Insuper ẽt membra sese vicissim afficiunt; igitur habent diuersas formas. cor.n. calefacit, frigefacit cerebrum: nec si formis secernerentur, sed vna omnium foret; euitari posset, quin eadem forma moliretur sibi ipsi interitum. Postremò, si qua caussa est, cur partes propria forma non fulciantur, ea est quia sint in toto: itaq. separentur ab ipso, aut ipsę nihil erunt, aut aliquid: & certè si manus amputetur, agnoscetur esse manus: aliquid ergo erit. Atqui omne quod est, est per suam formam: erit igitur manus forma, atq. illius quidem propria. quinimmo partes extra totum ab Aristotele in substantiis apertissimè numerantur. Ad approbandum verò alteram partem problematis, singulas animantium partes percurramus, hæ sunt, aut compositæ, quemadmodum pes, manus, & caput: aut simplices, veluti caro. os, & neruus. De compositis quæ alio nomine difformes appellantur, id sępissime pronuntiauit Arist. eas esse per animum: ac si careant animo, atq. a toto seiugentur, ambiguè manus, aut caput esse. & eiusmodi, ac si lapideę forent: at animus forma totius est. Quòd si fuerint vniformes; ostendit Arist. [a] eas distingui per accidentia, & per diuersas coniugationes qualitatum: non igitur propriis formis quæ substantiam compleant, prædirę sunt. Duæ de hac controuersia sententiæ circunferuntur à se inuicem discrepantes: altera Scoti. D. Thomæ altera. statuit aũt D. Thomas per eandem formam esse totum & partes. Vnum.n. inquit ipse. esse totum, vnum verò per vnam formã. Alia quoq. adiecit ille nobilissimus auctor quæ, ꝙ probabilia potius, q̃ necessaria sunt, seu rectius dixerim, necessarij specimen habeant, de industria prætermittuntur. Contrà verò Scotus singulas partes tam simplices, quàm cõpositas, habere censuit proprias formas è quib. omnib. vna integra extaret quæ totius esset: hanc verò formã organizationis appellat: existimauit aũt, eã esse tanq̃ affectiones in materia, ad animũ ipsum excipiendũ, eamq. item animo exhalante in cadauere superesse. Muniuit ẽt ipse opinionem suam hisce argumentis. etenim perspicuum est animũ actũ esse corporis organici, physici, vitã potestate habentis: aliq̃ ergo formã animo pręcedere oportet, per quam corpus organicum fiat: idq. optimo iure: siquidem forma nobilissima subiectum nobilissimum postulat, cuiusmodi est corpus hoc organicum. Deinde manifestum est, animal in duas partes secari, alteram sanè quæ per se moueat, atq. alteram quæ per se moueatur: prima illa quidem animus sine dubio est; altera hæc aut est actu, aut non. si postremũ dederis moueri non posset: si alterũ fateatis, at id quod actu est, huiusmodi est per formam: sed quænam obsecro alia forma excogitari potest hac ipsa excepta quam dicimus organizationis? Tertiò nisi foret talis forma in rerum natura; corruptio sine vlla generatione fieret, quod iis aduersatur quę non multò antè probata sunt: vt cùm occidit animal, nisi.n. forma illa superstit, animus quidẽ iam exhalauerit; nec vlla alia forma ipsis succederet, neq. ipsam in obitu animalis ꝑduci dicendum est: etenim effectus idem à diuersis agentib. effici nequit: atqui interitus animalis occasiones multæ sunt; & plures igitur formas cadaueris esse oporteret: cũ verò vna in omni specie interitus extet; hanc vnam quam dicimus organizationis, eius formam esse statuamus. Postremò vnus motus mobilis vnius est: itaque, si fingamus nunc animal è sublimi dari pręceps, & in præcipitio strangulari; vnus esset ille motus: ergo & mobile vnum. ꝙ si vnum est; vnum verò est per vnam formam: vna igitur erit ipsius forma quæ certè alia esse non potest; atque ea quam sępè iam organizationis formam vocauimus. Hæc Latini: nanq. apud Græcos nulla disputatio talis obseruatur.

[a] 2. de par. an.

Argumenta

A *Argumenta opposita de partium forma diluuntur.* Cap. XXIX.

LITES sanè inter hos philosophiæ proceres acerrimę; atq. ita ambiguę, vt non sine magna difficultate perspici posit, quo se quisq. recipiat, vt tanq̃ in portu, collocetur in tuto. sed quantum ego nunc intelligo; certior & magis Peripatetica mihi videtur sententia D. Thomæ, neq. enim video ꝙ in viuo & mortuo posit esse organorum forma superstes, quoniã eiusdem munera eadem forẽt, eædemq. affectiones: at in viuente sunt ad vitam, in cadauere aũt minimè (quantũ tñ patitur ordo naturę, & omni diuina potestate seclusa) aliter mortuus reuiuiscere pollet, quemadmodũ te docuit cap. 2. 2. de An. Philosophus. Præterea docet Arist. instrumenta esse instituta ad finem, quę est forma: instrumenta igitur ordinata sunt ad formam cuius sunt instrumenta; & per illam consecuta sunt ꝙ sint huiusmodi. Quapropter, vbi sunt in toto, per eandem formam existunt per quam est & totum; ille verò est animus. Nam viuens solùm per se constat congerie partium specie differentium. Cùm verò separantur à toto, sicuti animo exhalante noua cadaueris forma succedit, quæ posita est in priuatione, aut ad summum in certa elementorum dissolutione quæ inerant in viuente: sic quæq. pars existit per priuationem caloris quem in viuente obtinuit, & in certa dissolutione virtutum, ex quib. anteà constabat. Neq. enim negandum est animum in sua materia postulare certas affectiones, cùm
B in partib. simplicib. tum ẽt in compositis, quę sanè in partib. à complexione primarum, & secundarum qualitatum proficiscuntur; in compositis autem à figura, à quibus omnibus assequuntur, vt sint instrumenta: quapropter etiam qualitatum huiusmodi complexio, atq; figura illarum esse substantiæ dicuntur. Idcirco Aristoteles[a] vniformium formas esse qualitates ipsas aliquando testatus est; & Auerroes[b] asseruit pedem esse per suã figurã, & hoc pacto intelligendũ est, in his esse speciei varietatem. i. qua sunt instrumenta, & in eundem sensum, nisi fallor, Auerrois verba 6. Phys. accipiẽda.[c] Quamobrẽ ita diluemus argumenta opposita. Nam cùm primò dicitur: Quæcunq. habent nomen & rationẽ diuersam, substantia differunt, ita conceditur: si forma quæ essentiã cõplet, intelligatur, à qua deriuatur, esse quodcunq. illud sit; hoc aũt est vel simpliciter, vel quodammodo: sed simpliciter & sigillatim existimo falsum: neque. n. puto partiũ formas quo ad sunt partes, hoc est, in toto aut instrumentorum qua talia sunt eiusmodi esse, vt in categoriam substantiæ referantur: & sicuti duplex est esse, vel simpliciter, vel quodammodò: ita ẽt duplex esse formarum genus, arbitror; alterũ, quod tribuat esse simpliciter: atq. alterum, quod exhibeat esse aliqua ex parte; & id quod dat esse simpliciter, in prædicamento substantiæ poni, perspicuè monstrant exempla. homo. n. simpliciter est, & per eam formam existit quæ in prędicamento substantiæ collocatur, quæ animus est,
C vt ratio. Idem quoq. albus est; quod est esse quodammodò, ꝙ aũt huiusmodi sit, impetrauit ab albedine, albedo. n. est hominis albi ratio quæ est de prædicamento qualitatis. Quinimmo quædã sunt, quæ secundũ formã per quã consecuta sunt, ꝙ sint quodãmodo, habent nomina ꝑpria, & definitiones suas quæ significent talẽ modũ, quo sunt, veluti μύδρος. i. ferrum candens, & calx, quæ lapidem combustum nob. exprimit, in quib. ẽt si dissolutio fiat, nihilominus actus ille qui substantiæ ipsius proprius est, integer conseruetur, veluti in ferro & lapide, cùm alioqui calx ablato calore deleatur. sed de hoc genere formarum aliàs dicetur commodius. Hæc igitur oĩa suam essentiam habent: sed quoniã ea non est simpliciter, vt si dematur; protinus omnis actus vnà tollatur è medio, non est absurdum, eam ipsam peti à forma, quę non sit de prædicamento substantiæ. sic ergo dicendum de partib. hæ quidem, vt substantiæ quædam sensiles, adeptæ sunt formam de prędicamento substantię; dum viuunt habent animum, cuius beneficio viuunt, nutriuntur & augescunt; dum seiunguntur à toto, formã aliam sibi peculiarem consequuntur, siue ea sit animi certa priuatio, siue alia quęcunq. de nouo succedat in materia, licet ẽt temperies ipsa cum ordine ad formas elementorum, in quæ partes demum dissoluuntur; nil in pręsentia moramur. Et quatenus instrumenta; cùm habeãt, ꝙ ita sint, quodammodo; habent quidem formas, quæ sunt illorum essentia, & sine quib. earum essentia cõstare non potest; attamen illę non sunt substantię, nisi fortè secundùm similitudinẽ, & vt verbis Arist.[d]
D vtar, habent categoriam, i. figuram dictionis quę substantię solet assignari. Secundam verò obiectionem tollimus hoc pacto. Cùm inquiunt. differunt accidentibus, ergo substantiis: negamus id consequi quod existimant, nanq. essentia sanè distinguuntur, sed substantia nequaquam. est. n. quid communius essentia, cùm sit illorũ itẽ quæ sunt quodãmodo, & per aliud, substantia verò simpliciter existat. Neq. ob id occluditur via philosopho naturali per quã perueniat in essentias rerum: immo noscentes accidentia, per quæ separantur; hęc, vt instrumenta, illa aũt vt substantias absolutè dignoscimus; cũ ab vtroq. essentię genere propria cuiusq. munera deriuentur. Ex eodem quoq. propugnaculo defendi possumus ab oppositione tertia: nam quia illorũ essentię per se accidentia sunt; sese itẽ vicissim afficiunt: & quia partium formę sunt, ideò quoq. secũ differunt: neq. inde efficitur eandẽ formã in sui ipsius interitũ niti, immò vera & absoluta forma est animus, cuius ergo sese vicissim afficiunt: nã varietas illa partium ad animi conseruationem, qua diutius viuit indiuiduum, instituta est; & ad varias functiones quę secundũ animum sunt, pręclarè obeundas. Neq. inficiamur, eas à toto seiunctas, formam sibi propriam obtinere; & per ipsam actu esse, siue ea sit priuatio, siue ẽt quid positiuum, nil referat in pręsentia: qñ ẽt, Alexandro auctore, priuatio ipsa quidam est actus. His ex-

[a] Meteor. 2. de part. animal.
[b] 1. de cel. T.c. 39.
[c] T.c. 59.
[d] 2. Phys.

peditis, quæ in fronte quæstionis allata fuerunt; ad argumenta Scoti veniamus, quæ sanè acerrima sunt, quemadmodum ēt vir ille acerrimus fuit, & ingenij perspicacissimi; ita vt de illo dicere nobis in philosophia Peripatetica liceat quod de Pericle Græcia prædicabat, ἄνω καὶ κάτω πάντα διεκύκα, nam sicuti ille consilijs suis susq. deq. permiscebat Græciam, sic si diutius iste vixisset, totam hercle nostram philosophiam suis inuentis, non sine veritatis lucro conturbasset. Proinde cùm opponit, organorum formam quandam requiri, quandoquidem animus corporis physici, organici sit actus: dicimus organorum formã referri acceptã differentiis illis à temperie figuraq. desumptis, dũ manent in toto, postq̃ seiunctæ fuerint, frui forma illa quam priuationem esse non negamus, aut elementorum potestatem. ante verò, quàm animus accedat, eas non esse, sed simul, eodemq. tempore, organicum corpus absolui, animumq. actum eius esse, interea tñ ab eodem animo conformari, quæ potestate tantùm est & vis formatrix habetur. organis quib. vtatur, nondum constitutis à quorum vsu vniuersa animi definitio & essentia postmodùm pendent. ideò ad animum accipiendum præparatio postulatur, non quidem in illis ad eã substantiam, quæ venit extrinsecùs, sed ad organorum vsum, qui tñ ab eadem substantia paratur quę cùm illorum vsum obtinuit, animus est, eorumq. forma simpliciter: anteà verò formatrix virtus habebatur. Ita quoq. cùm probabat ipse, partem per se motam esse actu, cõcedimus eam actu esse, sed per animum, qui in animato duplicem habet vim; formæ nimirùm per quã dat esse animato; & efficientis per quam mouet animatum; tametsi quod actu mouet in animato, tale est propter aliquam speciem conceptam, & motum ab eius virtute cõcitatum, quo possit agitare partem sibi contiguam quæ actu quidem est substantia per animũ, & potentia mobilis, cùm quiescat. Quod item opponit. Cùm pars à toto separatur; non amplius frui forma totius: planè verum est, sed tñ iam diximus, vt habeat tum nouam aliquam formam; quapropter neq. corruptio fit sine noua generatione, quemadmodum ipse suspicatus est. At absurdum esset, nisi sit ea forma cõis, à diuersis efficientib. eam produci. An, ò bone vir, habes tu pro absurdo, eũdem effectum à plurib. caussis ꝓficisci, quod tamen ab Arist. conceditur, eãdem significante sanitatem esse quæ fit à medico, à natura & casu, vt ex aquæ frigidæ potu? Quòd postremò adscribit. Vnũ motum mobilis vnius esse, fugiamus hîc Latinorum ineptias, atq. fateamur, vnum esse mobile, quod viuens è turri precipitatur & occidit in sublimi. est verò vnum; quia spectanda est rõ per quam fertur deorsum, & initia motus illius, huiusmodi verò oĩa petuntur ab vnius elementi prædominio, qđ in viuo mortuoq. idem seruatur. quamobrem eadẽ est ratio eademq. motus initia in vtroq. & mixtum illud quod tale est, idem est, ideoq. mobile idem: atq. vt aliàs dictum est, sat fuerit, si τὸ ὑποςὰν & suppositum fuerit vnum. Hæc certè ita sunt: quanquam scrupulus quidam ex ipsiusmet philosophi verbis hæret adhuc in animis nostris: nanq. ipse specificas differentias ab organis sumi docuit, vt bipes, alatum; & cętera id genus. at differentię sunt ipsęmet formæ, aut saltem significant formas. quocirca ēt organorum videntur esse peculiares quædam formæ. Verùm nos ad hæc ita respondemus; id facere Arist. vel quia potentiæ quæ sibi vendicant illa organa, sunt ignotæ, notiora aũt organa: quapropter accipit à notis eas differentias, quæ potius veras imitantur, quàm ꝙ verę sint. atque ita fert opinio cõis. Vel secundò dicamus, eas esse differentias materiæ sensilis quæ in rerum naturalium definitione sumi debet. amplectatur quisq. quã volet; posterior mihi magis Aristotelica videtur.[a] Ex his manet firma reprehensio Platonis. cũ.n.n. partes ipsę peculiarem generationis modũ assecutæ sint propter præcipuum & germanum quendam modũ, quo sunt, quem assecuta sunt à natura; de illis ēt fuerat disputandum, atq. ostendendum, vt cum toto generantur; & quemadmodum à toto secretam generationem adepta sunt; id quod cùm Plato neglexerit, iure optimo ab Aristotele accusatus est. Sic ergo constat, partium formas ad futuram disputationem nullum habituras esse momentum.

[a] 1. de par. an. c. 4.

Recitantur opiniones aliorum de multitudine formarum. Cap. XXX.

AD reliqua nunc properamus; ad quorum tollendã prolixitatem paucis illud repetiisse præstabit, nanq. ex hoc inanis quædam multiplicatio formarum, quã importunè Iandunus inculcauit, poterit facilè profligari. est verò huiusmodi. Quæ sunt ad vnum, non prędicari in quid est de subiectis, ideoq. non posse significare nob. aliquas formas cões, quemadmodũ ab vniuocis indicantur, quo fiet, vt, ẽtsi plures formas in vno composito statuamus, non tñ fingamus formas, quæ à cõmunibus ad vnum significentur, quæ nusquam profectò extent. Cęterùm, vt totius quæstionis statum melius teneamus; scire oportet, formas inter se varium ordinem obtinere, nam cùm ex his quędam simplices sint, cuiusmodi quattuor elementorum formæ: quædam sint formæ mistorũ, quattuor elemẽtis: rursus è formis aliquæ sint cões, nonnullæ speciales, hunc habent ordinẽ inter se: nam mixtis simplices supponuntur. præterea seu simplices, seu mixtæ fuerint, quędam ad alias institutæ sunt, atque eum in modũ, vt per transmutationẽ quandã totius accedant, sicuti forma vini ad formã aceti se habet, similiq. rõne simplices ex se vicissim fiunt, vt forma ignis & terræ; vel tanq̃ perfici per illas possint, quas vti vias ad illas quæ perfectiores sunt, optimè censueris, quẽadmodum vapor & exhalatio viæ sunt ad elementa, aut semen ad animal & plantam: atq. iterum ex mixtis simplices fiunt per resolutionem,

A solutionem; quando nullũ habeant ordinẽ ad alias formas, sed in elementa necessariò dissoluantur. Atq. ita se habent cões ad speciales, vt sint generatione priores: nã prius in nob. alens animus, q̃ sentiens sese prodit;& hic rationi pręcedit. De formis illis è quib. aliæ fiunt, cũ sint in eodẽ gradu, simplices sint, siue mixtæ, nulla controuersia est: neque.n. superstites sunt, cùm sint quodã pacto contrariç, sicut olim docuimus. sed de illis est vniuersa disputatio inter quas ordo originis intercedit, quemadmodũ simplices se habent ad mixtas,& cões ad speciales, quarũ itẽ virtutes in re facta remanere solent. Vtrum'ne verò formæ elemẽtorũ supersint in mixtis, sedulò posthàc exponemus, interim eiusmodi principia statuamus in nostra quæstione, è quib. occasio non præbeatur impediendi rationes q̃ ad alterutrã partẽ problematis illius afferri possent. Ergo tantũ hoc examinandum relinquitur. Vtrũ in generatione remaneant oẽs formæ cões à quib. genera denominantur, quæ in quid est, de re genita dicuntur;& vtrùm in ipsa sint formæ quæ per genera illius rei significantur, vt quoniã prius quã fiat homo, est planta, deinde animal: an'ne cũ factus homo est, in eo superstites sint forma animalis, & plantæ. Multas formas in vno eodemq. subiecto consistere putauit Iandunus. Asseruit D. Thomas, oẽ compositum ex vnica tantùm materia & vnica forma constare. propterea solùm vltimam formã verè existere, sed in ea reliquas superiores virtute contineri, hoc est, vltimam formã, atq. omnib. numeris absolutam quæ est specialis, munera formarũ cõium obire posse quæ quidem materiã
B nudam informaret, neq. tñ nudam relinqueret, cùm idem foret instans, quo antecedens aboleretur, & succederet consequens. Atq. hæc breuiter de illorum sententiis allata sint, mox singulas rationes explorabimus: nã satis hæc esse ducimus in pręsentia, vt inde facilius veritatem colligere queamus. Dico igitur, si ita existimauit Iandunus, esse multas formas in composito, quæ omnes essentiam vsquequaq. compleant, ipsum decipi; quoniã oẽ quod est vnum, est huiusmodi per vnicã formã, veluti Socrates per vnam tm̃ formam vnus est. Neq. satis est, si ita rñdeatur quod faciunt quidã dicentes, Socratẽ non mõ vnum hoiem esse, sed vnũ aĩal, vnum viuens,& vnum corpus, atq. vnum hoiem per hoĩs formã, vnũ aũt aĩal per formã aĩalis:& sic de cęteris. qm̃ id qđ est actu, est hõ, ergo vna tantùm est hoĩs forma, nec plures. Sententia quoq. D. Thomæ laborat quibusdam difficultatib. nanq. probandum est à nobis libro sequente accidentia cõia consequi cõe subiectum, cõe aũt est per formam cõem: Itaq. non vna forma est, atq. postrema in vno composito, sed plures. Et qm̃ propter rerum pondus, auctorumq. existimationem disceptatio conuenienda non est. attende obsecro quibus rationib. fretus, hanc partem problematis approbauerim; multę.n. sunt ad manus, quib. nonmodò ad illorum sententiam conuellendam, sed ad nostram quoq. confirmandam probè vti valeamus. Specta primùm prædicationem, ex qua cõstat enunciatio, tum rationem & methodum definiendi;
C mox iudicium ex functionib. ab Arist. de rerum substantia latum. Postremò naturæ progressum; videbis oĩa secum congruere,& nobiscum facere. Dicimus igitur primùm; Nunq̃ verè dici posse hominem esse animal, Nam quia vera est, vt dici solet, enunciatio, quoniã res est;& sub quocunq. tempore fiat, ita vera est; quia fuit tempus, aut erit, quo verùm fuit, aut erit dicere homo est animal, Nũc planè dicere non licet hoiem esse animal; iam.n. animal amplius non est, sed neque olim dum fiebat. quia dum fiebat homo, erat quidem animal, sed non homo. postq̃ homo factus est, non est amplius animal: sic ẽt contingeret, vt subiectum prius pędicato non esset. Quoniã verò posset obiicere quispiam potestatem illã quã logicam appellant.i. non repugnantiam terminorum, atq. attribuere veritatem huic enuntiationi; quia tametsi non insit pędicatũ in hoc subiecto, nihilominus inesse posit, dicimus hos terminos esse oĩno repugnantes, iam.n. ratio animalis ab hominis ratione seiungitur altera pereunte. neq. aliter euenire, àc siquis albũ & nigrũ coniungat: & hæc vnà consistere opinetur; sunt.n. formæ quæ sibi succedunt in materia cũ alterna priuatione coniunctę; quapropter ἀσύςατα. Fortè respondebis. Cùm dicitur hoiem esse animal, sic intelligi, quia quod postea fuit homo, prius erat animal. sed nec sic dicere licet. Nam quæro de hoc ipso, necesse est.n. vt aliquid illi supponatur, & id aut actu quippiam, aut potestate; ac si actu fuerit, tum duo actus vnà consistent; quod ipsi negant, aut si penitus est potestas; oĩs prædicatio de materia fiet. Ita superiora omnia non de inferiori-
D bus, nec genus de specie, neq. species de indiuiduis, nisi ineptè admodùm pędicabitur. siquidem in illis actus quidam eluceat,& sint cõposita, propterea ꝙ de illis aliquid prædicetur, inerit caussa materiæ. ergo cùm eodem modo subalterna prædicentur de inferiorib. quo de illis superiora prædicantur, vtrobiq. enim prædicatio est vt de subiecto, pędicatio & quiditas à materia sumetur. Nã si de animali corpus, vt de materia,& animal de homine vt materia prædicabitur, & cùm materia secundùm nomen non prædicetur, non erit vniuoca prædicatio superiorum de inferioribus. pręterq̃ quòd actus ille est, vnde pędicatio sumitur. Et oĩs scientia illò dirigetur, vt sciamus quid materia sit,& pro eo quod negatione cognoscitur,& per analogiam; recta pędicatione explicabit', quib. positis ruet, vt vides, vniuersa methodus dialectica;& multa Arist. iudicia de notitia & explicatione materiæ tollentur. Ergo & hic homo est homo & animal, Neq. dicere licet hominẽ esse oĩa hæc per vnam hominis formam, qm̃ ipsius forma seclusa cognoscere possum hoc esse animal, atq. eò, ꝙ mouetur, esse corpus, vt sit, cùm ipsum eminus agitari cernimus. Neq. debet quispiam suspicari ab hoĩs forma seuocatis accidentib. quæ sunt indiuidui propria, genus colligi, aut animal vniuersale. nanq. homo solus colligitur ab his hominib.& animal ab hoc & illo animali,& vnumquodq. cõe ab iis singularib.

quæ

quæ addito charactere illo pronominis demonstratiui, τὸ δὲ τί, i. hoc aliquid significantur. Prętereà E concedunt oẽs interpretes differentias obtinere locũ formæ. & Arist. ipse dum explicat nobis genus caussæ formalis, ẽt genera collocat in eodem ordine. Idem quoq. cum in dialectica, tum in prima philosophia diuersum ordinem facit generis & differentiæ, ex quo perspici põt alterũ in altero non contineri sicuti partem, cuius actus extinguatur, & ab altero suppleri queat. Quapropter ẽt definitio & essentia dicuntur esse difformes. Prætereà non rarò fit, vt multę differentiæ requirant ad vnius rei definitionem, ẽt ex Aristotelico pręcepto: neq. id solùm accidit, quia propriis rerum differentiis careamus, sed à rei natura proficiscitur: nanq. vbi plura differentiarum paria inter se disiuncta, quę dialectici disperata vocant, ad vnicum genus diuidendum concurrant, illorumq. pariũ mẽbra cõmisceantur: veluti expes & multipes, brutũ & rõnis cõpos; sunt. n. quędã animaliũ species quæ simul habent vtriusq. paris membrum, ita vt dicere nequeas, è brutis quædam expeda sunt, alia pedes habent: & omnia tùm habentia, tùm carentia pedib. ad bruta referre: sed etiã è rationis compotib. quę quædam pedes habent: in his docuit Arist. definitioni alterum membrum è singulis parib. adhibẽdum quæ item inter se nullum ordinem pręseferant, vt quocunq. vltimo loco pronuntiato nihil referat ad explicationem ipsius quid est: atq. id nonmodò præceptũ, verùm ẽt ab Arist. obseruatũ esse perspicimus, qui tametsi vox ab omnib. aliis sonis eo noĩe discreparet, quoniã animi notiones significare posset; at ẽt adiecit alias differentias, quib. à cęteris sonis sigillatim distingueretur. & si ad F regulas definitionum tradendas Mathematica valent: idem quoq. è definitione circuli persuadetur, in qua postrema differentia cum circulo ipso cõmeat & reciprocatur. nullius. n. alterius figuræ proprium est, habere lineas quæ à centro ad circunferentiam ductæ sint æquales: & tñ aliæ differentiæ anteponuntur. Quòd cùm ita sit; ẽt confutatur D. Thomas qui vnam formam, atq. illam quidem postremam in composito esse censet. Quamobrem illud dictum oĩno falsum quo posteriorem differentiam reliquas oẽs antecedentes virtute continere decernitur: nam sicuti sunt nonnullæ differentiæ quæ non continentur in aliis; ita sunt quædam formæ quæ in aliis contineri non possunt. Et si quando dixit Arist. superiorem differentiam in inferiore contineri, non id absolutè pronunciauit; sed eas differentias accepit, quas ipse κατὰ συνέχειαν, id est, secundùm continuationem vocat, cuiusmodi illæ sunt quæ per alias differentias diuiduntur, veluti pedestre per bipes & multipes, per quadrupes. & centipes; vnde qui pronunciat quadrupes, multipes simul & pedestre significat. Quare ne cõmittatur nugatio, si quis dicat animal habẽs pedes multipes quadrupes, aut contrà quadrupes multipes pedestre, solùm iis vocib. definitio contenta est; animal brutũ quadrupes. & ad brutum quadrupes adiungitur, aut contrà. qm̃ hæ differentiæ inter se ordinem connexionemúe non habent: aut ẽt contineri idem valebit, atq. iungi & terminari, quemadmodũ libro 5. narrauimus: id quod solùm postrema differentia pręstabit; nanq. accedente illa tum definitio absoluta est, & vniuersa rei essentia patefacta. G Huc accedit quòd si definitio affertur, vt explicat omnia principia quę in reipsa reperiuntur: explicat aũt per genus formam cõem, per differentiam verò formam propriam, ergo forma communis inerit in definitione simul cum propria, aliter nil explicaret definitio, & id afferret, quod nunquã fuit, aut erit. Neq. ex ea & definito fieri posset vna enuntiatio vera: & enũciatio quæ per se vera esse deberet (est. n. demonstrationis initiũ) multò minus esset vera, quàm conclusio. Neq. id, propter qđ vnumquodq. tale est, esset magis tale, contrà quàm ab Arist. in eodem explicando proposito decretum fuerit, tum 1. Post. tum ẽt 2. Met. Consequitur verò id necessariò cùm vera sit enunciatio cũ res est; sed est conclusio: quia prædicatum, quod est demonstrabile, & accidens; verè inest in subiecto, neque. n. formam subiecti superueniens demolitur, aut veluti repugnãs ab ea repudiatur; & tñ probatur per enunciationes quæ nonmodò minus essent verę, quàm conclusio, sed fortè ẽt falsæ. Nam q̃uis separare genus à forma sit mentis officium, tñ non efficit aliquid de nouo mens separans: sed id quod cum altero intricatum erat, sine illo percipit solùm. Quin etiã si tibi placeat formarum explicatrices esse differentias, ex his aũt complures à materia sensili sumuntur. hæc aũt sine controuersia remanet in re genita: planum ꝙ etiã formæ quæ per illiusmodi genus differentiarũ significantur, in re genita supersunt. H & quis in gallo bipes esse negauerit? Num in rationis impote contineri dicet, cũ disiungi possint, & esse rationis impos sine bipede, & contrà sine rationis impote bipes? Nescio quoque videre, nisi plura principia, quæ ad essentiam pertinent, definitione & differentiis plurib. explicentur, quid afferat cõmodi pręceptum illud. Ne in differentiis in definitione ordinandis aliquas prętergrediamur. Non possum quoque conicere quorsum euadat illud Theorema de 2. p. p. in caussis formalibus non esse ꝓcessum in infinitum, ex eo, ꝙ prædicata in quid in immensum non excrescũt. Nam si fuerit vnum solùm id quod occupat locum formæ, vana profectò quæstio fuerit. Signum est igitur totidem esse formas in cõposito, quot sunt prædicata in quid. Adde & hoc. Ea per quorũ alterum conueniunt cum aliquo, per alterũ discrepant, secum differunt. Sed homini & equo per animalis formam conuenit, per propriam inter se distinguuntur. Ergo non sunt eædem formæ hominis, & animalis, equi & animalis. Sed hæc satis.

Alia

A *Aliæ rationes afferuntur ad multitudinem formarum approbandam, & nostra sententia recitatur.* Cap. XXXXI.

AD Aristotelis iudiciũ confugiamus. Ipse ꝑfectò iussit, vt de rei substantia perquisituri functiones eius ꝑprias obseruaremus. Ergo si in homine vnus tantũ animus existit, non satis apparet, quemadmodum brutæ functiones rationis cõpore feriante administrentur, & præsertim si animus immortalis est. Atq. equidem verisimile esse puto, & naturę consentaneũ: siquid sit quod & suũ possit, & alienum, vt suo potius & natiuo, quàm alieno fungatur officio. sic.n. insimulari natura posset, vt curiosius ille senex cui obiectum fuisse legimus.

-Tantum'ne est ab re tua otij tibi,
Aliena vt cures, eaque quæ nihil ad te pertinent?

sui ipsius vnumquodq. sollicitum cum primis est, seipsum suapte natura tuetur, quantum potest, sibi ipsi placere studet. sed tum maximè pulchrum est, cùm est in officio. Tum deindè quod mouet naturaliter, ita mouet, quia sit actu, & secundùm actum illum qui est à se transferre in aliud, operetur: hîc nihil illius proprium, nec aliud ad hoc, ac curiosa muneris alterius executio. Quinimmò non tãtum feriatur vna facultas, altera est in officio, sed secum pugnant, & in contraria contendunt, vt in B continente perspicuum est, pugna inter appetitũ & rationem exorta. Vix aũt cogitatio capere potest ab vna facultate duo contraria vno eodemq. tempore ꝑficisci, sit.n. facultas, siue habitus, qui contraria possint; at vicissim vtraq. præstabit. Neq. verò est hoc iudicium nostrum, sed Arist.[a] ipsius, vbi probat phantasiam non esse ex sensu & opinione compositam ob id, ꝙ ex pugnantibus in actu non existit vnum. Cùm igitur appetitus & ratio pugnẽt; ex his vnum fieri nullo modo poterit. Nam ex quibus vnum fit, aliquid rationem actus obtineat oportet, cętera potestatis, & quod est potestate, silet, neq. insurgit cum victoria, aliter esset dissolutio totius: & tũ pugnam continuam appetitus & ratio committunt, vt superet appetitus, & sępe cohibeat, quemadmodum apparet in illa parte consilij quæ dicitur sustentatio, vel irresolutio. & qua ratione fieri potest, vt si appetitus officium sit à mẽte, idem sibi ipsi non moliatur interitum? Prætereà doceri velim, qua ratione fieri possit vnum ex his quorum officia se vicissim perimunt: semper.n. officium posterioris extare necesse est. atqui nõ semper extat, & in animali sic disposita sunt, vt cùm ratio polleat, alens ocietur, vbi rursus vigeat alens, ferietur intelligens. Sic igitur in Ethicis, & lib. de somno, diuersas animi facultates ostendit esse Philosophus. Multò verò minus ex duob. quæ inter se perimant, vnum fieri probabile est, quàm ex certantibus: etenim concertatio instituta est ad victoriam. Etiam pugna est inter actus secundos. Quòd C si nil vetat eos in vno subiecto consistere, multò minus vetabit ẽt consistere primos. Neq. verò te cõmoueant dicta Scaligeri, qui verens hanc formarum multitudinem in homine, veluti monstrum & Chimæram, affectus ab ἀλόγῳ remouit, & contra iudicium Arist. in λογικῷ collocauit ita sophismo se implicans. Si affectus ἐν τῷ ἀλόγῳ, ergo & vitia & virtutes. atqui virtutes nihil aliud sunt, quã affectus temperati recta ratione. recta ratio est essentia virtutis. ergo & virtus in ἀλόγῳ ergo & in ἀλόγῳ recta ratio. neque.n. vidit in virtute geminas esse partes: alteram quæ posita esset in commotione, cui non est obnoxia ratio, sed appetitus: & alteram quæ terminum tali commotioni afferret, quæ ratio foret. Ergo materialiter in ἀλόγῳ, virtus, sed secundùm formam in ratione, & cuius actus apparet in ἀλόγῳ, pendet nihilominus, vt ex sua entelechia, ex ratione. Adde item [b] ꝙ in animante sunt varia principia motus. Sin, consimilis esset perpetuò motus eius. atqui nõ modò partes corporis ab animo secũdùm naturam, sed contra naturam mouentur, quæ tamen moueantur ab animo, & secundùm animum, neq. verò mouetur animal secundùm animum, vt dum ruit præceps animo tamen inuito. Multum quoq. tribuendum est naturæ progressui, quem in re consimili spectare possumus, vt nisi varietatis caussa afferri possit, idem vbiq. expectandum sit. Docet Arist. Naturam nihil moliri cuius non sit aliquis vsus; nec quicquam producere, vt productum confestim destruat.[c] D Neq. simul contrarios motus exhibere; sunt verò inter contrarios terminos. Cęterùm hîc cur animal gigneret, nisi ipsum conseruari vellet? si etiam dum Aristo & Phęnareta gignunt Platonem, gignunt animal, atq. ẽt hoĩem, & homo est non animal; simul ergo generant animal, & non animal; quod fieri nequit. Docuimus ẽt suprà in qualibet mutatione esse quædã mutata quæ cũ reliquis superuenientib. consistunt, vt fundamenta cũ parietib. quæ non sunt eiusdẽ rationis cũ eo toto quod postea factũ fuit. Præterea si fit non animal, aut non planta, ibi mors erit, hîc, vel exiccatio, vel marcor: sic fętus non semel in vtero morietur & renascetur. Neq. sufficiet, opinor, si fortè dixeris nullã esse mortẽ, quia succedat alia forma, quę gerat vices prioris. Tùm quia, percunctabor animal, nec'ne, postquã factus fuerit homo. Nã si est animal: ergo plures formæ, si minus, ergo corruptio. Atq. vt à capite cõ plures Arist. auctoritates accersam. Est locus quidã apud Aristotelem, quo perspicuè plures animi „ partes, eędemq. simul in corpore inesse ponuntur; inquit.n. [d] Quòd si hæc vegetalis anima est, ea„ dem quæ generet quoq. est, idq. natura cuiusq. est insita, & in plantis & in animalib. omnib. Cętere „ animę partes aliis insunt, aliis desunt animalib. Manifestè igitur asserit Arist. animã vegetã, atq. aliàs in eodem animali simul esse. ac verisimile est hanc animã in viuente remanere, ꝙ illius opera necessaria sunt quæ ab aliis animab. præstari non possunt, quæ non sunt insitæ in corpore, neq. materiam possident,

[a] 2. de An. T. 158.

[b] 9 primæ P.

[c] 8. Phys.

[d] 2. de ge. an. c. 4.

possident,quemadmodũ vegeta.Neq. dicere licet rationis cõpotem eius fungi munerib.qũ in gene- E
ratione hominis officium nullum rationis ipsius compotis est,neque.n.ipsa sibi simile facit, nec inferiores producit,adest tamen officium vegetæ; quin potius alterutrius officio vacante,alterius continuò viget. Addamus & locum Septimi Met. quo mulum ab eo vniuoco produci testatur qđ equo & asino cõmuniter inest. Addo item auctoritaté eiusdem Arist. cùm 7.Phys.vbi diuersis affectionib.
a T. 10. obnoxium animal esse docuit,& inanimi propriis,& animati.tũ ẽt 9. Met.[a] quo in animato testatus est,inesse duplex potestatũ genus ratione vtẽtium & rationis expertium,ipse verò paullò ante T.3. monuerat ratione præditas esse solas esse,non à natura,sed ab aio,reliquas aũt,quæ naturales sunt, à natura,quam non sanè materiam;sed formam habendam esse persuadeor, cùm facultates illæ sint actuosæ.Mitto verò caussam quam tradit Arist.cur interdum filij parentib.similes euadant,nonnunquam homines solùm,& aliquando animalia quib.omnib.liquet plures formas in vno eodemq.cõposito manere posse. Sed illud adiiciendum puto; ꝙ etsi multę formę possunt in composito reperiri, nihilominus reliquæ oẽs,& si per se ipsas formæ sunt;tñ ad suppositum iã perfectum locum materię occupant,ea quæ postremò aduenit,forma est,quæ item si per differentiam significatur,sicut inter differentias illas disperatas ordo non est;& quælibet ex illis,si postremo loco afferatur,definitionis cursui nihil obstabit.constat ẽt,quæcunq. illa sit ex iis quæ per tales differentias significatur,vltimam esse posse,& esse specificum exhibere : nanq. ab ea quæ vltimò pronunciatur,& definitio completur,& proficiscitur esse specificũ.Sed quia species continet materiam,nos verò agimus de forma; & è differentiis nonnullę petuntur à materia, his omisis de illis tantũ disseramus quæ indicant formam. Hęc vetus sententia fuit interpretum Arist. Nanq. vt exordiar ab Alexandro , vt clarè patet 2.Q.24.ipse materiam proximã compositorũ,non materiã simpliciter , sed hoc aliquid esse voluit. & 2.de An.c. 9. corpus naturale simplicium genus esse docuit , cui quoq. dicit attribui suum ipsius quid est,quod definitione explicatur. Themistius item in digressione 3.de An.multas formas inter se ordinem habentes approbauit quarum vna materię locũ obtineret, altera formę : ex quo effectũ est,vt mens agens appellata sit forma formarum.cui.s.oẽs reliquæ formæ substernerentur, & seruirent,veluti reliqua instrumenta corporea manib.vnde ẽt manus ipsa instrumentum instrumentorũ appellata fuerit. Hoc egregiè declaratum fuisse scimus à Philopono , dum explicaret hanc vocem subiectum.inquit aũt. Dictum est.n.& rectè dictũ : ꝙ genera differentiis in generatione pręcedunt , & cum ipsis post generationem consistunt . In generatione.n.hominis in materia primò fit corpus , deinde huic subiecto,vt secundę materię,animal accedit : & huic iterum , vt propinquiori materiæ humana forma. Vnde ẽt materiæ rationem genera ad differentias habere dixit Porphyrius. Hæc Philoponus: quib. adde tu,si materia remanet,eaq. distincta,si non re,saltem rõne à forma:ergo & genera superiora oĩa remanent à forma distincta . Eiusdem quoq. sententię fuit Simplicius,qui in animali ponit materiam partes vniformes; attamen non sunt materia simpliciter , nec omnibus modis
b Tr. 3. Met. ἀῤῥύθμιστον , & numeris modoq. carens, sed quodammodo. Ipse quoq. Auerroes, [b] vbi exponit quotupliciter aliquid ex alio fieri dicatur,inter multas huius termini notiones, hanc affert: quando id, ex quo aliquid fieri dicitur,habeat esse suum in actu,propter quod à nobiliore forma perfici idoneũ sit.& affert exemplum nutrientis,quę est in potentia ad sentientem. Verùm subiicit , in ea re plures esse actus vel,ꝙ idcirco dictum esse crediderim,quia forma nobilior perfectius quoq. subiectum postulat,q̃ sit materia prima, vel ꝙ finem respexerit, quo natura suas dirigit actiones. imperfectum.n. in perfectius ordinatur. id verò per ea verba significauit,quib.has formas in actu esse testatus est,quia sint aptæ perfici à forma præstantiore. neque.n.sunt absolutè in actu ꝓpter hoc, sed sunt in actu ob id,vt præstantiorem formam suscipere possint: eodemq. modo interpretari debemus id, quod ipse in eodem volumine multò antè pronunciarat,nimirum,ꝙ actus posteriores in caussa sunt,cur priores existant: non.n.caussa sunt,tanq̃ formæ,vt.s.per eiusmodi actus anteriores subsistant;vtputa animal non est per formã hominis,sed propter illum videlicet animal est,vt hominis formam recipere queat: nanq. animal non inuenitur,quod materiæ desiderium expleat per se;licet nonnunq̃ ab omni forma specifica seiunctum sit; sed perpetuo sub quadam animalis specie consistit, & natum aptũ est ad eam consequendam. Neq. verisimile est sic accipi dicta Auerrois,neq. item cum rerum natura concordat,formas istas cõiores & præcedentes,tanq̃ ꝓxenetas, qui conglutinent homines inter se stipulantes & vendentes,& inito contractu discedant;sic interuenire, vt formam perfectiorem cum materia componant: mox è medio tolli.in cęteris.n.cernimus eas quæ affectiones præuiæ nominantur,non interire;sed vna cum forma noua conseruari.Et cum pro Auerroe in hanc sententiam ab aliquib.viris doctisimis eius factionis scriptum fuisse videam; minus mihi intelligo in eius confirmatione esse laborandum. Ac si ita dixerimus, optimè interpretari poterimus Aristotelis dictum , qđ est huiusmodi.Ita se habere facultatem alentem ad sensum,in eaq. consistere,quemadmodum trigonum in tetragono: atqui trigonum per se forma est,quãuis materia sit tetragoni,quippe cùm sit eius pars,& habet in tetragono trigonum lineas, & angulos actu distinctos,& à lineis & angulis quadrã-
c 2. Sen. An. Tt. cc. 89. 92. guli segregatos.Sed vide ẽt tu hanc opinionem ab Auerroe [c] defensam, qui semel,atq. iterum testatus sit de animab. quasdam illarum esse subiectum quarundam . idque etiam mirum in modum respondet dictis Aristotelicis: qui 7. Met. constituit genus esse partem formę : sicut ergo pars non interit,

A terit,sed remanet in toto,solumq. variat actum quo est,quem formalem vocamus,ita quoq. de genere dicemus. Auerroës ēt [a] differens. Vtrùm remaneant elementa in mixto ad illud argumentum quod in se ipsum construxerat,nimirùm. Omne recipiens esse oportere spoliatum à natura rei recipiendę. Ergo opus est ēt materiam carrere omni forma substantiæ,vt aliam assumere valeat, vt formam mixti. Respondet non oportere ipsum denudari à toto genere recepti,sed à natura specifica tā tùm. Sed rursus contra ea quæ dixerat insurgens opponit. Si ita sit. & materies igitur, cùm sit sub aquæ forma,poterit adhuc formam ignis assumere. Itaq. in fine com. exponens eam propositionem cōem decernit recipiens oportere esse spoliatū omni forma eiusdem ordinis eiusdemq. generis physici,non aūt ab omni forma alterius ordinis,vt si fuerit forma generis remoti. Quare perspicuum est & Auerroëm quoq. cum Græcis in hoc theoremate consensisse. Ex his quæ hactenus enarrata sunt; hæc tanq̃ corollaria colligamus. Primùm quidem,cùm hæ generales & cōmunes formæ ad superiores formas accipiendas natura comparatæ sint: reuera non efficere hoc aliquid,sed hoc postremis ꝓpriè tributum esse,quæ sunt absolutæ: ex quo efficitur, vt distinguere valeamus formas in eas quæ faciunt hoc aliquid,quia per illas respondeamus interrogati quid est,& prædicantur in quid sub nominē generum,quę sunt veluti denominatiua quædam à cōmunib. illis formis deducta; & eas quæ rem in actu absoluto constituunt: huiusmodi verò sunt illę quę species specialissimas complent. Deinde,quia dictum est formas superiores accipere conditiones materię & in eius naturam quodammodo transire,adnotandum quoq. est eas euariari pro ratione diuersarum formarum quas ipsæ subeunt, & à quib. perficiuntur: etenim materia per se quòd sit hoc aliquid,beneficio formæ consecuta est: vt ergo formæ ipsæ variantur,ita quoq. in materiæ ratione varietatem fieri necesse est. sic igitur non est idem animal,quod fit equus,atq. id quod fit homo. Neq. id ab Arist. prætermissum fuit, qui Pred. cap. de substantia docuerit alio modo accedere contraria substantiæ àc cęteris. nam substātia sic illa admittit; vt vna numerò seruetur; at color idem numero non est albus & niger: ergo nouę formæ accessione mutatur. Postremò ex accidentib. quædam sunt cōia,quædam propria: de iis quæ propria sunt,optimè dici posse,quòd formam consequantur, quia ab vltima forma, quæ verè forma est,emànent. De communib. verò quòd materiæ comitentur: non quòd in materia proximè insigantur; sed quia sequuntur illas formas communes, quæ in generatione ipsa, & rei constitutione materiæ rationem sibi vendicarunt.

[a] 3. de cęl. T.c. 67.

B

Respondemus ad obiectiones quæ à Thomistis afferuntur de multitudine formarum. Cap. XXXII.

C

EX dictis aūt via facilè patet ad ea tollenda quæ contra formarum multitudinem à D. Thoma,& ab aliis,cum eius sectæ viris & veterib. & iunioribus, tum etiā ab aliis aliarum partium patronis obiici solent. Nam D. Thomas [b] ita opponebat. Si indiuiduum, vt Socrates, per vnam formam est homo,per aliam substantia, necesse est igitur aliæ formæ superuenientes per quas in inferiori genere speciéue collocatur,sint accidētia. Ex illo.n. differt forma accidentis à forma substantiæ, quòd hæc accedit subiecto quod est potentia,illa verò ei quod iam est actu. At verò iam esset actu Socrates per formam generis; ergo speciei forma esset accidens. Rursus neq. per aduentū formarū posteriorum,earumúe subtractionē erit ortus,aut interitus simpliciter, sed aliqua ex parte solummodò: esset.n. transmutatio de eo quod est actu; atqui ortus simpliciter est ex eo quod non est simpliciter, ita eo quod simpliciter non est,terminatur interitus. Itaq. definitus est ortus mutatio totius in totū. Etiam 2. contra Gentes [c] concludebat vir ille sapientissimus. Vires quæ inter se impediunt,nisi contrariæ fuerint,radices agunt in vno principio. Alens & reliquæ inter se impediunt,neq. sunt contrariæ; & earum igitur vnum erit cōe principium: neq. sanè corpus;aliquæ.n. ex his corpore non vtūtur,vt mens,nec non esset id omnis corporis proprium. Ergo oīum illarum facultatum cōe principium erit animus necessariò. Opponitur & illud. Duas formas naturales vnum subiectum vnà non posse perficere;quippe ꝙ vnius rei sit vnicum esse,quod ab vna forma deriuatur. Vna ergo cuiusque rei forma. Mihi quoq. memini hæc obiecta fuisse à viris eruditissimis quæ si inuoluere silentio velim,minuam profectò beneficium quod veritatis ergo me fateor accepisse. Vtuntur illi hisce hypothesibus,prima quidem: Formam posteriorem esse perfectiorem, de qua nulla lis est. alia verò: Formam posteriorem posse quicquid potest prior,& aliquid insuper,cùm contineat priorem,quemadmodum tetragonus continet trigonum. Quapropter formæ sunt sicut numeri, vel figuræ mathematicæ in quib. imperfectius,seu minus in perfectiore,siue maiore cōtinetur, ita vt quod perfectius est, illorum quoq. munera possit obire quæ continet. Achillinus item secundam illam hypothesin, & hoc argumentum ea ratione confirmabat. Prior.n. forma,dicebat ipse,à posteriore specie non separatur,sed priuatione: nanq. in illa est habilitas;hæc verò semper cum priuatione coniuncta est. Quòd si duæ formæ simul in eodem consisterent;efficeretur,vt forma,& illius priuatio simul permanerēt. His ita positis conficiunt has rationes. Si posterior ea præstat quę prior: ergo posterior sufficit,prior omnino redundat. Prætereà subiectum generationis est materia prima quauis forma carens. Ergo forma pertinens ad substantiam vna est. Antecedens ex Arist. depromitur;& ita probatur, quia nisi

[b] Q. de spi. creat. ar. 1.

[c] c. 58.

D

E careret omni forma, moueri posset; non mouetur aũt neq. per se, neq. per accidens. Sic aliquis motus generationi præcederet in eodem indiuiduo, sic etiã nõ ens enti præiret, cùm substantiæ nil antecedat; ea verò cùm fiat, non dum est. Consequens sic probatur. Nam si qua forma existeret in materia, aut idcirco existeret, vt appararet subiectum ad accipiendas formas perfectiores, aut id eueniret per accidens, etiam si subiectum sit capax earum. Sed vtroq. modo tollitur antecedens: etenim si appararet; materia prima non esset subiectum in omni generatione. Si per accidens, aut ergo non necessarium; proinde & vna forma, aut si necessarium per accidens; materia prima non erit subiectum, & id quod non dum est, moueri poterit, & non ens enti præibit. Nos tamen ex his formarum multitudinem haud tolli, & ad obiecta haud ęgrè responderi posse credimus: percurramus aũt singula. In primis autem ad ea dicamus quæ D. Thomas opponit. Illud sanè primum facilè profligatur ex dictis. Etenim forma posterior nõ aduenit priori, tanq̃ actui, sed tanq̃ potestati: ideò ex illis vnum per se fieri potest, velut ex actu & potestate, quod certè non euenit in iis quorum alterum priori, tanq̃ actui superuenit, quemadmodum fit in accidente: proinde ex eo & substantia est vnum, sed per accidens. Ad secundam rationem, quæ sumitur à definitione generationis. Quanq̃ dicere licet, Aristotelem ibi definire primam generationem quæ est corporum simplicium: tamen vniuersè accipiendũ est totum secundùm formam. i. quod consistit in vniuersitate omnium partium, & hoc mutatur in omni generatione, & fit aliud totum. quod. n. erat antea, verbigratia, totum hoc aqua, fit ẽt eadem F materia superstite totum hoc äër, & similiter in compositis. Oppones: cùm fit è planta animal, & remanet planta, nõ videtur totum mutari, immò totum restat quod est planta. Cogita, in planta inesse propriam rationem per quam contra distinguatur ab animali; & reddatur idonea commutari tanq̃ oppositum cum opposito. quod est commune omnibus quæ inter se commutantur, vt ẽt apud eos qui oppugnant formarum multitudinem, sit ratio per quam prior forma cum posteriore cõmutetur atq. hæc ẽt auctore D. Thoma posita est in subiecto præcedente, addita nota priuationis, quia licèt priuatio per se sit non ens; tñ vna significat habilitatem in subiecto ad formam futuram, quæ habilitas adueniente illa forma destruitur, & cum forma & actu commutatur. Sic ergo non remanet totũ, ẽt si planta remaneat in animali; quoniam ratio illa per quam poterat esse animal, in planta destruitur. Tertia aũt obiectio sic diluitur. Concedo primùm vires quæ inter se impediunt, conuenire in vno principio, nisi contrariæ fuerint, (addo ẽt si contrarię sint; est. n. vnum commune subiectum de quo contraria dimicant) sed in hoc principio conuenire contingit bifariam, vel ꝓximè, vel remotè, ac proximè quidem: nanq. idem est organum quod augetur & sentit, remotè verò, quoniam mens siue in corpore sit, vt in materia, siue alio sublimiore modo, pendet ex corpore, vt phantasia quæ cũ sensu ꝓximè iuncta est. Ideò negatur, quin radices agant hæ facultates in corpore. Deinde esto, ꝙ G alia sit ratio mentis, quia tametsi corpore vtitur, in eo non est per modum formæ, siue dixeris, in materia, primùm magis apparet id quod dicimus, erunt. n. duo formarum genera inter se omnino separata; illę nimirum quę in corpore radices agunt, & alia quæ corpore vtitur, vt organo duntaxat. Præterea esto, ꝙ commune earum principium sit animus; non idcirco efficitur esse animum vnum qui contineat omnes eas facultates, nisi vt totum quoddam, quod vocant potentiale, neq. his repugnare quin communior in minus communi contineatur, vt potestas in actu. Illud ẽt facilè tollitur. Cũ obijcitur duas formas naturales vnum idemq. subiectum non posse perficere. Respondemus ad id primum per antiparistasin, ita esse concedentes. Sed quantum ad rem nostram pertinet; hîc non vnum subiectum simpliciter à diuersis formis perficitur, sed duę res sunt quæ ab illis formis complentur: etenim ab animalis forma animal, ab ea verò quæ hominis est, homo perficitur: atqui homo, & animal non sunt prorsus vnum idemq. subiectum. Deinde respondemus per enstasin inficiantes id qđ obiicitur, & indicantes nullam esse oĩno propositionis illius necessitatem; duas. s. formas idem subiectum perficere non posse: quinimmò hoc interdum necessarium esse dicimus in iis nimirũ formis quæ habent ordinem, ꝙ si vera sit eiusmodi propositio, ibi tantum habet locum, vbi formæ plures sint ordinis eiusdem, velut hominis & equi, quæ sunt omnium extremæ, nec quicquàm illis addi potest, quod pertineat ad essentiam, & actus officium sibi vendicet; sed materia sensilis ex qua constat H indiuiduum. Quòd igitur plures ex his ad vnã rem constituendã concurrant, fieri nequit; cùm singulæ perfectiones in suo genere summæ sint, neq. aliud quiq̃ desiderent, vt ab eo perficiantur in genere caussæ formalis, quoniã sunt actus absoluti. Conuerto me nunc ad alios. Et quod attinet ad hypotheses: est altera, Formã posteriorẽ posse quicquid põt prior, & aliquid insuper, cùm contineat priorem, sicuti tetragonus continet trigonum. Ea sanè si detur, vt accipitur, vtiq. vicerint, sed neq. illa danda est in eũ sensum ab eo qui multitudinem formarum defendat, nec à me qui fortè nõ accipio prorsus veterum sententiam vllo pacto danda est. Etenim continere non tollit vsum eius quod continetur, sed sine illo non consistere quod continetur. Nã & forma continet materiem, & animus continet corpus, & posteriores caussę continent priores. i. accedunt forma materiæ, & animus corpori, & caussa posterior priori, & oĩa hęc quę continentur, optimè seruantur, immò & necessariò retinentur, & aliud est officium formæ quæ continet, & aliud materiæ quæ continetur, atq. aliud munus animi, aliud corporis, atq. alia vis caussæ posterioris, ac prioris. & aliò materia vergit, & sępè ad formã oppositam, atq. alio propendet corpus, atq. animus. & caussa prima mouet in certum finem:

caussa

A cauſſa ſecunda poteſt ab eo declinare. Conſimiliq; modo differentia quæ eſt forma ſpecifica, con-
tinet genus quæ eſt forma communis: nihilominus vtriuſque officium in definitione,& eſſentia ne
ceſſarium,& alia rei pars eſt, quæ genere ſignificatur, & alia quæ per differentiam patefit. Verùm q
differentia generi ſuperuenit, nec ſine illo ſaluatur; efficitur, vt differentia contineat genus. Idem
quoque apertè apparet in trigono & tetragono; quemadmodum nuper expoſuimus. Et hæc ſatis de
ſecunda hypotheſi: nanque pro ea mihi ſumendum eſt: Formam poſteriorem continere priorem,
& fungi vice prioris, quia poſteriori ſuperueniente fit totum quoddam quod dicitur eſſentia,
quod ab vltima forma, tanquam fine denominatur,& omnia præſtat quę prędarent ſingulæ partes,
veruntamen per vnam explet hoc munus, per alteram alterum. vtputa, tota hominis eſſentia deno-
minatur à facultate ratiocinante,& per eam conſtituitur, totaque & nutrit,& cognoſcit ſingularia,
& vniuerſa, ſed cùm ſuperueniat alenti; per alentem facultatem nutrit, & per ſentientem ſingularia
cognoſcit; per ſe vniuerſa. Quapropter ad rationes. Eſt prima ratio ducta ex ſecunda hypotheſi. Si
poſterior ea pręſtat quę prior; ergo poſterior ſufficit, prior redundat. Profectò, ſi continere ſe habet
quemadmodum accepimus nos,& ſi accedente poſteriore ex priore,& ipſa fit vna tota eſſentia quę
poteſt omnia quæ poſſunt ſingulæ partes; nec ipſa aliis extinctis earum fungitur officio, nec aliæ ſu-
perfluunt, ſed & neceſſariæ ſunt, quia ſine illis non conſiſtit poſterior, & totum per ſingulas partes
B obit ſua munera, & remanent quidem exhibentes eſſe, licèt non vltimum & ſpecificum, ad quod
eſſe ſi referantur, dici poteſt eas remanere materialiter, non formaliter; iam enim acceſsione ratio-
nis appellatur homo; veruntamen idem eſt adhuc animal & corpus. Secunda ratio. Subiectum
generationis eſt materia prima quauis forma carens. Ergo forma pertinens ad ſubſtantiam eſt vna.
Qui nobiſcum ſenſerit, negabit antecedens. & ad probationem quæ petitur ex 5. Phyſ. reſponde-
bit animaduerſa conſuetudine Ariſtotelis in explicandis iis quæ ſunt communia ad vnum, vt prius
agatur de primo. Nunc inter ea quæ generantur, eſt ordo, cùm ſint ſimplicia, vel mixta, ſic & ge-
nerationis eſt ordo, cùm pręcedat generatio ſimplicis, vt elementi, generationi mixti, vt plantæ &
animalis. Agitur ergo de generatione ſimplici, & ſimplicis corporis, ea verò ſubiectum habet ma-
teriam primam quæ caret omni forma. non ſic fortaſſe, cùm ex vino fit acetum: quia ſat eſt, ſi reſol-
uatur vinum in materiam, vtputa, aquam, vel aqueum, & ex materiis quędam ſunt propinquio-
res, alię remotiores; quæcunque tamen ad aliquid habent rationem potentiæ, dicuntur illius eſſe
materies, & ita priuatæ ſunt, nec ſunt id quod eſſe poſſunt; & quatenus priuatæ, & non entia,
non mouentur vt ſemen quoad priuatum eſt alente facultate, eſt non planta: ideò quatenus non
planta non mouetur, nec per ſe, nec per accidens, mouetur tantummodò vt ſemen, quia habet ali-
C quem actum ſibi proprium, & quatenus habet talem actum non eſt materies, nec eſt in potentia
ad alentem facultatem. Quare ad probationem conſequentis. Cùm quæritur cur multiplicen-
tur iſtæ formæ, aut enim vt apparent ſubiectum ad accipiendas formas perfectiores, aut ſubiectum
per ſe eſt capax formæ perfectioris, veruntamen accidit, vt habeat illam formam, vtroque autem
modo tollitur antecedens. Do primam illam partem, quemadmodum etiam alicubi Auerroes,
etenim nobiliores formę requirunt ſubiectum nobilius. Nec tollitur antecedens; quia vel ea ratio
generationis quæ indicatur 5. Phyſ. T. 8. pertinet ad elementa, vel etiam reperitur in omni genera-
tione, quoad conſideratur in ſubiecto priuatio & potentia, quibus neutiquam conuenit motus. Di-
ces hîc. At ſi res ita habet, ſaltem moueri poterit hoc totum non ens ſecundùm accidens, vt priuatio
plantę quę eſt in ſemine, & potentia ad facultatem alentem, negat tamen Ariſtoteles hæc moueri
per accidens. Admoneo te, longè aliam eſſe rationem non albi, & priuationis ac potentiæ ad ſub-
ſtantiam: nanque non album mouetur per accidens; quoniam ſupponitur illi homo, & ſubſtantia
quę iam eſt actu. Sed priuatio & potentia ſemper referuntur ad formam & compoſitum quod
non dum eſt ſubſtantia: ideò non ens ſimpliciter: eſt enim in ſemine priuatio facultatis alentis, &
potentia planta, non vt in aliquo quod ſit actu, ſed quod non ſit & eſſe poſsit, ideò non mouentur
D hęc per eius actum, vt non album mouetur per actum hominis. Repetes. at ſunt hęc in ſubiecto ſe-
mine. Reſpondeo ſunt in ſubiecto, non vt in quo, ſed vt ſubiectum per ea accipiat formam futu-
ram, qua ratione non eſt actu ſubſtantia, ideò non ens: (antecedit enim ſubſtantia omnibus aliis)
quapropter nec per ſe, nec per accidens mouetur. Tollitur item Achillini confirmatio, primùm
retorquendo argumentum: nullum verò magis lubricum probandi genus eſt, quàm ſi quod in te
concluſum eſt, contra aduerſariũ facere demonſtres, ſic. Materia retinet priuationẽ, forma verò per
fectionẽ. Res igitur ex materia formaq. conſtare non poſſunt, eademq. ratio militat, qñ in eodem
ſubiecto forent vnà priuatio, atq. perfectio. Si verò tu id euenire neges, vbi altera pars locum mate
rię ſubeat, ita quoq. nos reſpondebimus, cõiores formas hr̃e vim materię; ppẽà cum poſteriorib. in
compoſito ſupereſſe poſſe. Siquis aũt deſideret illius argumenti ſolutionem: nanq. vt dici conſueuit:

Nil agit exemplum, litem quod lite reſoluit.

dicat in materia, licet vna ſubiecto ſit, duo tamen ratione ſecreta ſimul eſſe, materiam & priuatio-
nem, ac forma accedente diſcedere priuationem, ſolamque materiam eſſe ſuperſtitem; ſic dicemus
nos, in generibus ineſſe quoq. cum propria forma priuationem perfectionis,& eam ſupereſſe, hanc
verò deleri: ſic in eodem ſubiecto non eſſe ſimul priuationem & formam.

Argumenta D. Thomæ aduersus id quòd è communiore forma, minusque communi fiat vnum, tanquam è potestate & actu. Cap. XXXIII. E

HABITVDO illa quam nos sine vllo auctore ponimus, antiquitùs ẽt videtur vsurpata fuisse,
neutiquàm tñ a D. Thoma recepta. Quapropter ipse quoq. in eius patronos inuehitur acerri-
mè trib. argumentis, Q. de spir. creat. art. 3. & ẽt lib. 2. contra gentes c. 58. quarto formarũ multitudi-
nem oppugnat. Itaq. nobis instat nunc eorũ vim perpendere diligenter, ne quid ambigui restet in a-
nimis nostris. Ille igitur persuaderi non põt, quin oẽ illud quod actui superuenit, sit accidens necessa
riò, nec in eo rõ potentiæ poni possit. quare sic agit. Oẽ subiectũ cõparatur ad accidens, vt potentia
ad actũ. Puto verò eius argumenti sensum esse talẽ. Oẽ subiectũ habere rõnẽ potestatis ad accidens.
Vñ non satisfacit illa habitudo quæ tribuitur formis cõib. vt. s. pp hoc ex cõi & speciali fiat vnum se
cundũ substantiã; quia rõnem potentiæ subeat; qñ ẽt nil vetat id quod superuenit esse accidens, & ex
subiecto, & eo qđ superuenit, vnũ fieri per accidens. Præterea cõpletior esset forma cõior, q̃ minus
cõis, quia quò magis redderet subiectum idoneũ accipere, eò quoq. magis in rõne potentię colloca
ret. Quò magis esset potens, eò quoq. foret imperfectior. Sed forma minus cõis, magis redderet ido-
neũ ad accipiendũ: ergo magis tribueret de potentia, sic esset itẽ imperfectior. Accedit tertiò auctori
tas Arist. Cũ n. n. veteres materiã in actu statuissent, idẽ voluerunt esse gigni & alterari. Quæ cũ ma- F
ximè distent, Arist. subiectũ generationis ab alterationis subiecto distinxit, ꝙ hoc actu existeret, illud
aũt potentia. Quãobrem rõ potentiæ superaddita formis cõib. nihil adiuuat caussãm nostrã. Postre-
mò sic argumentabatur D. Thomas. Quæ tribuuntur alicui eidem scđm diuersas formas inter se præ
dicantur per accidens, sicut albũ & musicũ. Ergo si alens & sentiens distinguuntur in eodẽ subiecto,
viuens de animali, & animal de hoĩe prędicabitur. Dicas tu nunc cõiora esse, materiã minus cõium,
& ex hoc ordine fieri, vt prędicatio per se cõseruetur; iam sequetur hoc non esse per eũ modũ dicen
di per se qui accipitur secundùm formã, sed per eũ qui est scđm materiã & subiectũ. At verò forma
hìc subiicitur, & materia prædicatur in quid. Non igitur viuens de animali, aut animal de hoĩe p se
prędicatur. Magna quidem hæc sunt, eiusmodi tñ vt diligens naturæ scrutator ex iis non difficilè se
expedire valeat. Dicamus ergo ordine ad singula. Cùm verò putat ipse eandem rõnẽ obtinere sub-
iectum ad accidens, atq. potentiã ad formã; non vt̃ admodũ Peripateticè sentire. Qm̃ id est accidens
quod aduenit ei quod est in actu, quatenus actu est, & quod non ordinatur in illud, quod supuenit,
tanq̃ in formã; sed quod aduenit, consequitur & est in actu per actum antecedentẽ; ideoq. cùm id ad
uenit, suam rõnẽ conseruat: sed formæ quæ superueniunt, addunt perfectionem, & immutant essen-
tiã priorũ potestatem terminantes; nec à priorib. vt ab actu pendent, verũ n vt caussa ex suppositio- G
nis necessitate præcedente, & è potestate deducunt ad actũ & hoc aliquid efficiunt. Cùm igitur ani-
malis forma vltima non sit, & in vlteriorẽ formam suopte nixu contendat, & rõnem potestatis obti-
neat, humanæq. formę accessione perficiatur; ex illa & hoĩs forma vnum per se fit, tanq̃ ex materia
& forma, & ex actu & potestate. Id planè verò asseritur accidens spectari aut in materia pura, aut in
actu substantia, & ad materiã puram se habere vt formã, qñ ipsa est potestate non mõ substantia,
sed quale & q̃tum, oẽsq. alię categoriæ. Quare accidentis ad tale subiectũ est eadẽ rõ, atq. substãtiæ.
Sed vbi subiectũ actu sumatur; similitudo inter accidens & formã substantiæ nullo mõ concedenda.
Cùm scđo loco opponit cõpletiorẽ esse formã cõiorem, q̃ minus cõem. Etiam dicimus in eo lapsum
apparere, ꝙ potestas in subiecto dupliciter obseruatur. vel scđm latitudinem quæ, s. comitatur oĩbus
gradib. contrarij: nam semper in altero è contrariis inest potestas, quousq. in alterũ penitus fuerit cõ
mutatũ; & hęc quò amplior, eò quoq. maiorẽ imperfectionẽ notat, & distãtiã à perfectione & actu,
consideratur itẽ potentia scđm intentionẽ, qñ remotior est aut ꝓpinquior: atq. ea q̃ ꝓpinquior est
maiorẽ habilitatem affert ad formã, sicut ẽt nos antè ostendimus, cùm rõ reddita est, cur q̃ mouẽtur
ex natura, velocius in fine moueantur; eaq. perfectior. Nunc dico formã cõiorem plus continere po
testatis scđm latitudinẽ; at forma propinquior continet plus potestatis scđm intentionem. Non ergo H
sequitur maior habilitas oẽm rõnem potentię, neq. item oẽm potentiæ magnitudinẽ perfectio. Ex
quo non põt inferri, quia maior habilitas existat ex forma propinquiore, q̃ ex remotiore, ꝙ idcirco
ꝓpinquior sit imperfectior; esset certè imperfectior, si maior habilitas inferret maiorẽ potentiã scđm
latitudinẽ. Et ad Arist. auctoritatem dicimus veteres ab eo accusari, ꝙ posuerint subiectum formarũ
id in quo nulla esset ratio potestatis, itaq. accidens erat quodcunq. producebatur, nec vlla erat ge-
neratio simpliciter. Ad vltimi explicationem ꝓpositio cum primis est notanda. Nanq. vbi sumitur:
Quæ tribuuntur alicui scđm varias formas prędicari per accidens id non vniuersè accipiendum vẽ
etenim habet locũ in formis non essentialiter ordinatis, ꝙ si ordinem essentialem consecutæ fuerint;
dicimus nil vetare, quominus intercedat p̃dicatio per se, atq. id ab opponente tollendũ fuerat. Con
similiter ego dicam in ea ꝓpositione cõprehendi oĩa attributa, sed ea duntaxat quę per accidens in-
sunt. Si verò fuerint essentialia, posse itẽ extare cũ varietate formarũ. Et id quoq. tolli oportuit. Pro-
cedamus vlterius. Deductionis D. Thomę (ἀγωγὴν ego accipio quã nostri replicationẽ vocãt) hmõi
vis est. Si eorũ foret prędicatio per se, ea planè vel esset in primo mõ dicẽdi p se, vel in scđo, in nullo
verò est; nec per se igit. Neq. verò in secundò, quoniã quod est vt forma, de subiecto prædicatur, &

accipit

A accipit in sui definitione subiectum. Sed.n.communiora quæ sunt instar materiæ, de inferiorib. quæ vicem formæ consecuta sunt, prædicantur, & in eorum definitione sumuntur. Itaq. prædicabuntur in primo. Non est aũt ita. Nam quæ prædicantur in primo, prædicantur per modum qui accipitur secundùm formam. Cæterùm prædicatio magis communium de minus cõibus non est huiusmodi: nec igitur in primo, neq. omnino per se. In primis aduertere oportet quid sibi velit hoc, quæ prędicantur in primo, prædicari per modum qui accipitur secundùm formã: nanq. est ambiguum, & potest intelligi in primo illa accipi quæ prædicantur in quid de subiecto: sed tunc assumptio falsa erit; quandò communia de minus cõibus in quid est prædicantur. potest item accipi hoc dictum ꝙ id quod est, vt forma de subiecto dicitur, tanquàm materia, sicut animal de homine, quia sit forma hominis, quo pacto etiam genera ad formas referuntur ab Arist. 2. Phys. Vnde cum superiora ponãtur à nobis velut inferiorem materia, non prædicantur per modum formæ, nec in primo modo. Ad quod ita dicam & si obtinent instar materiæ, non sunt planè materia simpliciter, sed habent aliquid actus, ex quo prędicatio sumitur, vt ẽt suprà dictum est à nobis. Deinde formam esse vel quæ est actus materiæ, & vnde existit compositum, vel ratio qua explicatur quid est, quæ mente consistit; & quemadmodum forma duplex est, sic etiam materia: nanq. ea est quæ capax est formæ, & obtinet locum potestatis in composito, atq. altera quam intelligendam nuncupat Philosophus, quæ in defi-
B nitione continetur, & tale solet esse plerunq. genus, cùm differentiæ vicem formæ sustineant. Cùm hæc ita sint, animus in prędicatione non necessariò respici formam & materiã quæ sunt partes rerũ natura constantium, sed quo ad sunt partes rationis, quib. non repugnat esse materiam, prętertim apud illum ipsum auctorem, quem nos in hoc placito sectati sumus, cùm velit ẽt essentia partẽ à sensili materia duci. Quamobrem, etsi locum materiæ sibi vendicarunt in natura, nihil obstat quominus sint in primo modo per se. Cùm igitur ex his quę à nobis constituta sunt, aduersariorum argumenta dilui queant; certissimum indicium erit exploratę viritatis: illud.n.est eius ingenium, atque efficacitas, vt per ipsam omnia concinant, & concordent.

Scotistarum & Patauinorum argumenta de formarum multitudine diluuntur. Cap. XXXIV.

SVCCEDVNT his argumenta posteriorum Scotistarum, & præcipuè Patauinorum quibus etiam multitudinem hanc formarum oppugnare conabantur. Duæ formę, inquiunt ipsi, de se vicissim prædicari nequeunt in recto: at animal de homine prædicatur in recto: non igitur sunt duæ formæ distinctę. Deinde docet Arist. [a] speciem definiri posse bifariam, vel per genus remotũ, [a] 7. Met.
C & differẽtias multas, vel per genus proximum & vnicam differentiam, quòd si in homine tot essent T. 43.
formæ, quot prædicata in quid, species igitur definiri non posset, nisi per summum genus, & plures differentias, quibus illę tot formæ explicarentur. Postremò verùm est dicere hominem esse hominem & esse substantiam: quæro quãnam forma potissimùm homo sit; an'ne ea quæ cõpleat substantiam, an ea quæ sit accidens? Si respondeas, vt opinor: neque.n.aliter licet; ipsum hominẽ esse per formã quæ pertinet ad substantiam: per eandem igitur formam homo erit, atq. substantia. Hæc sanè inter alia solent afferri de quibus aliqua nunc dicere decreuimus, atq. ostendere, vt neque ẽt tales rationes ab instituto nos diuertere debeant. Nam quod ad primum pertinet. Scire cõuenit vniuersalia quę per species & genera significantur, non esse formas ipsas; indicare quidem, sed pręter formas comprehendere quippiam, quòd attineat ad essentiam; nempè materiam. Quapropter ea quæ vniuersalibus reipsa respondent, sunt reuera cõposita, vt animal & homo, sed præterea vniuersalis rõ ex eo proximè constituit, ꝙ ea natura quæ nomine illò significatur, multis cõmunicari posit, significantur aũt primùm formæ tum communes, tum propriæ substantiarum in materia, & sunt potius denominata quædam ab illis formis, vt si ab anima dixeris animal. Cùm verò superiora materiæ locum habeant ad speciem vsque specialissimã, à qua nulla ratio materiæ potest expectari, habet.n.formam perfectissimam, & oĩa quæcunque speciei superueniunt, accidentia sunt aut saltẽ
D ab essentia semota, à materia verò denominatiuè sumitur prædicatio de composito: nanq. statuam æneam appellamus; pari quoque ratione animal de homine prædicamus, vt quasi anima per animal in homine agnoscatur, velut æs per æneum in vase: quamobrem non abhorret id à ratione, quod vniuersalia de suis inferioribus tanquam denominatiua prædicentur exprimentia formas ipsas cum subiecto, quod suum ipsarum, & peculiare existit. ac siquis etiam in indiuiduis non essentiæ quidem rationem spectet, sed eius quod est existere: audebo etiam affirmare speciem ipsam à qua prædicatio deriuatur; materiæ locum occupare: quandò indiuiduum compositum quiddam est è natura specifica & accidentibus quę nascuntur à materia sensili, vel ab eius quadam singulari facultate, vnde obtinuit indiuiduum, quòd sit, sicut species à forma. proinde in hac hypothesi pars est species indiuidui; pars autem ad totum solet haberi materia. Neq. verò tibi videatur absurdum formę ipsi materię nomen adscribi, cùm testimonio philosophorũ materia nõ conueniat vnquàm cum forma, aut ẽt quòd aliquando testatus sit Arist. prædicationem esse ex actu, quam tamen nos materiæ concedimus. Etenim prędicatio non administratur sine nomine, nomen aũt primò significat formam, secundò illam significat in materia, ex quo etiam nomen significat compo-

situ, significat autem nomen formã in materia sensili; itaq. à materia sensili denominatio nõ est, sed à forma quæ dicitur de materia sensili, seu quomodocunq. tribuitur ipsi. Nunc in ordine eorum quæ prædicantur, cum superiora sint inferiorum partes (addunt.n. aliquid inferiora superioribus) efficitur, vt superiora sint partes & materia, non sanè sensilis, sed quæ cadat in mentem. Quare materia in prædicatione ꝓpriè non accipitur, principium.s. transmutationis, sed metaphoricè, vt materia definitionis solet constitui genus. Et Aristoteles prædicationem certè decreuit ab actu pendere, & nos etiam rectè tribuimus prædicationem materiæ, in qua tamen aliqua forma continetur, potentia simpliciter & materiæ primæ, ac sensili prędicatio denegatur, & cùm obtineat nomen per formã & actum, vt didicisti 2. Phys. prędicatio formæ & actus de materia constituitur. Illuc, vnde abij, redeo. A communioribus prædicatis extat imago quædam denominationis. & id erat quod dicebat Arist. [a] Ea quæ prædicantur, esse eadem cum subiectis, quia significant principia ex quibus constat subiectũ, vt ex partibus quam nos appellamus materiam. Nec non prædicationem à materia concessit; cùm accipiatur à formis cõmunioribus quas in composito materiæ locum diximus obtinere, easdemq. fecit formarũ partes, quòd perfectæ formæ non sunt, sed materiæ specimen prę seferunt: idcirco & materia in mentem cadens ad differentiam veræ sensilisq. materiæ vocatur; ex qua definitio quælibet, siue naturalis, siue mathematica foret, aut etiam metaphysica, necessariò cõstaret. Ad argumentum igitur ꝓpositionem dicimus esse falsam. Neque.n. forma de forma prædicatur, sed genus de subiecto, quod est cõpositum, tanq̃ denominatiuum quoddã à forma ad speciem vsque. Nihil ergo rõ prædicationis obstat illi, quominus formę plures in vno eodemq. subiecto consistant. Diluitur item secunda ratio, quę colligitur ex Arist. nam tantum abest, vt illud argumentũ oppugnet nostram sententiã, vt potius conuincat ꝓpositum. (imitabor.n. hîc Arist. qui ex eo, quod principia generationis, & eisdem & diuersis casibus exponuntur; colligit ea non esse diuersa simpliciter, sed ratione solùm diuersa, idem verò subiecto) Ex eo.n. quòd multæ differentiæ cum genere vno sumi possint, signo est plures formas in vna specie contineri: ex illo verò, quòd vnum genus ꝓximum cum vltima differentia capiatur; indicat reliquas superiores differentias, se habere, tanq̃ materiã; postremam verò simpliciter esse formã, per quam præcipuè definitum existit quod est species specialissima, [b] quousq. definitio, scientia, methodusq. procedit. [c] Cùm præterea quæritur cuiusmodi nam sit hoĩs forma, an ne essentiam attingat; an sit ex accidẽtium numero, dicimus, vt debemus, eam cõducere ad essentiã, ac fatemur eandem penitus esse formã per quam homo est, & substãtia, eodemq. plane modo, si sumas cõmunissimum genus prædicamenti illius, quodcunq. sit; nihil.n. refert. Ergo, inquies, erit per eandẽ formã homo, animal, & viuens; atq. ita plures formę nõ erunt in composito. At meo quidem iudicio, committis in hoc argumento fallaciam secundùm figuram dictionis, assumens aliquid prædicari secundùm substantiã, aliàs cõcludens esse substantiã: præterea fallis, dum accipis similitudinẽ prædicationis in substantia & animali, cùm animal genus verè sit, & vniuocum; substantiæq. partem exponat, substantia verò, non sanè substantiæ partẽ sub oculos ponat, sed quendam modum, quo res sunt qui non differt à rebus ipsis, quibus attribuitur: ideoq. non significat aliquam formam cõmunem quæ prædicetur in quid est. Cęterùm ad radices occurrentes asserimus hominem esse hęc oĩa per vnam formã, quia reliquæ sint eius partes, & instar obtineãt materiæ. sed seorsum est animal per formã animalis, & viuens itidem per formam viuẽtis. Itaq. peccat argumentum à simpliciter ad id quod est quodammodo. Verùm ipsi Scotistæ, nil mirum, si lapsi fuerint. neque.n. substantiam, & id quod est, vniuocis excluserunt. Attamen & si quis hoc gratis illis condonet, ex iis quæ postremò adiunximus, obiectio illa sine vllo negocio expeditur: quanuis apud eos propter lapsum eius sectæ peculiarem maximi ponderis habeatur.

[a] 7. Met. Tt. 20. 21.
[b] 7. Met.
[c] Porphy.

Zimarę argumenta de formarum multitudine percurrimus, & reliqua Scotistarum apponuntur. Cap. XXXV.

VENIANT in medium mox argumenta Zimaræ, qui magna cum vehementia Iandunum insectatus est, sicut etiam in aliis cõpluribus cum eo lites maximas exercuit, qua de caussa nescio. Vir hic primùm inter alia argumenta, quibus concluditur solùm formas superiores ab inferioribus rõne quidem, non aũt re discrepare, quod item prius ex sententia nostra constitutum est, neq. libet repetere studio breuitatis, non ponit differentiã inter formas quę sũt ordinis eiusdem, atq. diuersi: cùm tamen eæ quæ sunt eiusdẽ gradus in eodẽ subiecto consistere non possint; nil verò prohibeat, quin cę formæ quę sunt alterius ordinis, in eodẽ supposito maneant: deinde hæc adiicit. Definitionem à genere & differentia constare. Sed genus & differentia sumuntur à principiis, quæ in reipsa continentur, in re verò tantùm vnica forma est. Ergo genus & differentia non sunt duæ formæ à se inuicẽ separatæ. Non videt aũt miser hoc argumento cõcludi, vnam esse formã absolutam, quæ verè hoc aliquid efficiat; cùm tamen plures classium diuersarum in eodẽ subiecto permanere non sit absurdum. Addit propterea suscitari sententiam Platonis ex hoc placito, qui treis animas in cõposito collocarit: [d] quare non esse vnũ animal ipsum hominem, sed animalia plura, quemadmodum aduersus eundem conclusit aliquando Arist. Nil etiam fore, quod plures formas ita dispersas copularet

[d] 1. de An.

A laret & contineret. Irretitur iste quibusdam laqueis, quos sanè eminus conspicit, sed euitare non potest: nam planum est habere pōdus hoc argumentū, vbi plures sint formę perfectæ, sed cùm vna sit in hoīe forma perfecta, non efficit, vt ipsum plura animalia necessariò futurū sit. Quòd si quęras hoc loco, an homo simpliciter vnus sit, & quemadmodum: aio, reuera ipsum vnum esse per vnam formā, eamq. postremā, sed vnum hominē, nec plures homines: verùm non ita vnum, quin sit etiā plura non animalia, quia sit vnum animal simpliciter, neque.n. animal rationis compos est idē formaliter cum animali simpliciter accepto, consimiliq. modo de viuente dicamus, ac si quid aliud cōmunius sit quod de homine prædicetur in quid: at vnus est homo, vnū animal, & vnum viuēs, quę secum formaliter differunt & quidem animal vnum per formā animalis, atq. vnum viuens per formā viuentis. Neque id necessariò sequitur. Est homo per vnā formam; animal aūt per aliam: ergo vnus homo plura est animalia; quasi sint eædem essentiæ, sed est plura animalia, quæ diuersi sunt ordinis; cùm vnum simpliciter sit: alterum rōnis conditione restrictum, quod est idē atque homo: solumq. id colligit, quòd vnus homo sit, atque animal vnū, quæ certè non dissident, sed in vnum necessariò, non aliter atq. æs & figura ad conflandam statuā cōspirarunt, vt.n. diximus alibi vnum est ad numerū propter materiā quæ est vna, & plures istas formas recipit ordine quodam. Quare cùm materia sit vna quidem, sed habeat plures rationes; differunt illa formaliter. non aūt numero, sic

B sunt homo & animal, verùm homo vnus & animal vnum. Sic ergo laborat hæc rō fallacia, quæ est à secundùm quid ad simpliciter. Si percuncteris iterum, quid'nam sit illud, quod tot formas in vnum redigat & retineat. Respondemus suā cuiusq. ipsarum naturā huius euenti caussam esse, velut optimè nobis explicauit Arist. [a] se.n. habent veluti potestas & actus, imperfectiore forma rationē subeunte potestatis; at cur vnū è potestate & actu fiat; nulla caussa est, ꝙ inquirat: sua.n. singulorū natura talis est; cùm actus sit perfectio potestatis, quā suapte natura expetit oīs potestas, quippe quæ sit non ens, vt eius præsentia perficiatur, & perducatur ad esse. Verùm de hac re multa dicta sunt antè; transeamus ad reliqua. Ducit itē Zimara argumentū aduersus formarū multitudinem, consimili ratione, quam tenuit Arist. contra Platonē, [b] quia posuerit Ideas auctores generationis. Nam si alia sit, vt aiebat Plato, animalis Idea, bipedis alia, non esset homo vnū simpliciter; quasi innuat nobis Arist. genus & differentiam afferre duntaxat vnam formam. Verumenimuerò Arist. argumentū pondus habet contra Platonem; at Zimaræ argumentū nullam habet vim contrà sententiā nostram; propterea ꝙ Plato bipedis & animalis Ideas ponit quæ singulæ habeant esse absolutum, & tanq̄ species specialissimę per se cōsistant, nec inter se habeāt rationē potestatis & actus. Nos aūt differentias & genera constituimus, è quibus genera per se sola subsistunt, differentiæ verò

C generi tanq̄ actus materiæ superueniunt: itaq. non plura per se sunt, vt ex Platonis dicto sequebatur, sed vnū absolutū, quod erat species, & quod esset hoc aliquid simpliciter. Hæc ad Zimaram dicta sufficiant: nam reliqua, quæ totidē numero sunt, aut ex his, quæ hactenus accepta fuerunt, diluuntur, aut dum cęterorum argumenta confregimus, exitū inuenerunt; aut, ꝙ ex peruersa verborū Arist. interpretatione deriuata, neglecta fuerunt à nobis. Video verò multum his attribui quæ sequuntur, ad multitudinem formarum è medio tollendam. Tum ꝙ efficeretur, vt ignis & elementa non essent corpora simplicia, quemadmodū oēs philosophi vno ore testantur: etenim è corporis forma constarent quod est genus de pędicamento substantiæ (nam tale genus in rerū natura ponendū esse posteà demonstrabimus) atq. ita potuit hoc argumentū apud nonnullos, è quorum numero Zimara fuit, vt ex eo se corporis formā euertere posse censerent: ita erat in animis hominū confirmatum, quattuor esse corpora simplicia quæ identidem à simplicibus formis, & quæ in alias priores dissolui non possent, constituta essent. Ex eodem quoq. fonte manabat Zimaræ argumentū aduersus multitudinē formarum quo concludebat oīa fore composita, si genus & differentia nobis subiiciant diuersas formas: nanq. etiā sua genera, suasq. differentias habent accidentia per quæ definiuntur, & ex quibus illorū essentia conflatur. Quare si quæcunq. pędicātur in quid, locum for-

D mæ tenere statuantur, plures certè essentiæ ad vnā speciem, atq. illā quidem simplicē efficiendā conueniant. Cùm verò differentiæ quæ constituunt accidentia, vel à ꝓprio subiecto arcessantur, vel petantur à genere ipso & categoria, ad quā referuntur; verisimile est intelligi eas differentias quę sūt ex eodem prædicamento. Nam quod attinet ad differentias quæ sunt alterius ordinis, eę profectò vel non faciunt cōpositionem, vel si minus nulla accidentis essentia simplex erit, nisi fortè accidens à substantia reapse disiungi velimus, quod sanè potius admirabile videtur, q̄ quòd cōsideratum probari possit: sensus.n. cuiusq. & rerum natura quodāmodo clamat se adduci non posse, vt accidens sine substantia consistat. Ex hoc efficitur, vt absurdius sit, si principia illa quæ non pertinent ad essentiam, per se ipsa sint essentiæ & formæ, quæ tamen reuera neque etiam prædicentur in quid. Sed iam properemus ad solutiones.

[a] 8. Met.

[b] 8. Met. T. 11.

Reliqua Scotistarum argumenta de formarum multitudine tolluntur. Cap. XXXVI.

GENERATIM verò ad hæc respondere licet, ea non efficere cōpositionem, nisi quemadmodum materia & forma. quòd siquis hæc aliquo pacto concedat ex materia formaq. constare

quarum essentiæ & naturæ diuersæ quidé sint; attamen in vnū coëant, neq. idcirco dicit esse cōposita; sic absurdum censere non debet, è generibus & differentiis hæc constare, neq. tamen appellari composita. Nam, quod attinet ad elementa, non ideò simplicia corpora nuncupantur, quia non habeant aliquod genus quod oīa communiter amplectatur: immo, si genus a materia peti debet, elementa verò conueniunt in materia: aliter inter se permutari non possent; necesse est item sit elementorum genus quoddā cōmune, vt docuit quoq. Alexander,[a] sed ob id simplicia nuncupantur, quòd non resoluuntur in alia corpora quorū formæ tales sint, vt per ipsas cōposita queant actu subsistere, quemadmodū elementa, atq. oīno quia non constent è formis quæ ordinis & gradus eiusdē sint, quasi compositio è formis quæ sunt ordinis diuersi, non emergat. Verùm, si genus à materia sumitur, inquies tu, cur ergo generis ꝓpriam aliquā formam ponis? An ea forma quæ conspicitur in iis quæ conueniunt in materia, genus ipsum constituit, non aūt materia sola: neque.n.sola materia prædicatur in quid est, aut certè non proximè, quia nō sine denominatione prædicatur, & vbi in ordinē transit secundarum, in qua iam actus quidā elucet. Quòd verò spectat ad accidentia; nouimus ea sic esse, quia substantiā participant: genera verò & differentias illorū essentiam non absoluere; itaq. requirunt subiectū, & caussas ꝓpter quas insunt in subiecto, potiusq. pertinere genus & differentias accidentis ad conformandā primam notionē, qua nobis prætenendū est, quid est illud quod tali voce significat, vt apparet in eclipsi & priuatione luminis. Proinde accidentia tanq̄ formæ reputantur; quasi eorum genera & differentiæ non præseferant essentiā quæ solet esse in cōposito ex materia & forma. Opponunt insuper. Mixtum bis fore mixtum; semel quidē per formā generis, atq. iterum per formā speciei: dicimus ēt mixtum simpliciter esse per formam generis, per formā verò speciei non esse simpliciter mixtum, sed tale mixtū, & sicut homo per sentientem est animal, per rationē verò animal tale, sic etiā vt animal mixturam animali conuenientē obtinuit, longè aliam verò vt homo; Sed.n.neque posteriorum essentia repugnat essentiæ priorum, neque ratio specifica mixtionis rationi cōmuni, verùm aliquid addunt tantummodò, quibus ratio quidem, non aūt res ipsa prorsus alia fiat. Ceterùm ab hac vltima determinari tum essentiam, tum ēt mixtionis ipsius rōnem. Atq. id optimo iure, quandò res esse dicitur ex forma, non aūt ex materia. Quare cùm genera superiora in locum materię transeant; ab illis essentia capienda non est. Succedit tertium argumentū, quod difficile semper ab oībus iudicatum est: nanq. vbi diuidimus genus in suas species per differentias oppositas, velut animal per rationis compos & expers; hoc quod dicimus rationis expers, aut aliquid positiuū significat, aut priuans: siquid positiui significet; ergo plures animarum differentias indicabit: quare non erunt tantummodò tres, alens, sentiens, & rōne vtens, sed tot fortasse, quot sunt species animalium, si verò quid priuans notent: ergo non erunt, nisi paucę admodū species animaliū, nec tot formæ in cōposito, quot sunt prædicata in quid; etenim priuatio est non ens; nec forma igitur. Eadem quæstio de plantis excitari potest, atq. cōcludi, vel plures esse animas alentes, quæ specie seiungantur, siquid positiuum sint, aut non esse tot formas, quot prędicata in quid, si numerentur in priuationibus. Equidem priuationes per se nec differentias, nec formas esse fateor, sed quia docui suprà quemadmodū priuationes, essent formæ, sunt.n.in certo subiecto, & in illo certam inferunt habitudinem: his etiam eo decreto vtendum esse puto: etenim & ipsæ vim habent determinandi materiā, sed cùm ita sint priuationes, vt per se nihil addant ei in quo inhærent, ex eo fit, vt partes animæ non multiplicentur, quia verò sunt aliæ differentiæ quæ nonmodo petuntur ab anima, sed à corpore; hinc exoritur, vt plures animalium species esse queant, & multò plures quàm sint animæ partes; atq. ita fieri poterit, vt tot sint formæ in cōposito, quot sunt cōmunia, quæ prędicantur in quid, cùm & ipsę differentiæ priuantes in quid prædicari valeant. quas item illo ordine constitutas esse profitemur, vt posterior ad priorem se habeat, vt forma ad materiam. Neque est quòd hic opponas in homine non tantùm esse plures formas quæ nō ordinē inter se non habeant; immo prorsus distinctæ sint, vt earū sæpe acerrimas pugnas experiri cogamur, velut in incontinentiæ continentiæue statu inter appetitū brutum & voluntatem, quòd etsi pugna est inter illos appetitus, intercedit tamen ordo secūdùm naturā, quia brutus alterius dicto debeat audire, & ex vtroq. in hoīe studioso qui secundùm naturā affectus est, vnum fieri vt qd' semper adspirat ad rectum. Nec mirùm, si in iis quæ ad vnius rei cōstitutionem conueniunt, ꝓpensiones diuersæ reperiantur, vt aliàs de materia & forma dictum est. Quocirca docuit Arist. in animali duplex esse functionum genus naturale, & animale, & potestates geminas, brutam & rationis compotem: quarum quoq. ingenia, si diligentius spectes, ita instituta esse perspicies, vt nobiliori ignobilius obsequatꝰ. Veruntamen nolo hic omittere, quin ēt indicem è re nata locum, in quo non satis accuratus lector labi posset; nā cùm anteà didicisset in expositione primordiorum naturaliū, è contrariis ita fieri, quod fit, vt vnum intereat, alterū succedat & priuationem corrūpi, quæ cùm formæ sicut pedissequa comitetur, monstret etiā abire formam, cuius lateri adhęret, insuper vnius ortū alterius esse interitum, nam sic, quomodocunq. ex animali fieret homo, animal interire cogeretur. Etenim amplior est hūs effatorum virtus, q̄ quiuis existimare posset. Hęc vt certius teneantur, aduertendum censeo. Naturam in extremū collimare, & nisi per se in id quod absolutum numeris oībus existat: si secus eueniat, eius impediri progressum, veluti si fiat abortus. Ex hoc efficitur, vt cùm in semine quod in mulieris vtero

com-

[a] 1. de An. c. 9.

A comprehendit, inſit vis efformatrix, vbi materia probè affecta fuerit, producitur homo: ſic cùm in ſemine ſit ea facultas, ſtudebit natura hominem ſem.per efficere, aliter eſſet fruſtra. Ergo illa eſt per ſe, & primò hominis generatio; cętera partes erunt, & genita imperfecta, quia terminabũt motum anteq̃ natura ad finẽ peruenerit. Modo quia eſſe multis modis accipitur, & pro eſſe actu, & pro eſſe quod dicunt formale, quod cuiuſq. rei propriũ eſt, ſi per ſe, & ſeorſum ſpectetur, & atq. etiã pro illo principio, vnde cognoſcimus quid eſt, & id rurſus vel cõmune, vel ꝓprium, ac ſi proprium fuerit, vel imperfectum, &, vt cùm Auerroë loquar, diſponens, vel vltimum & abſolutum, in vnaquaq. mutatione dicimus attendi, generatim eſſe formale; nanq. id in oĩ mutatione commutatur. ab hoc pendet generalis interitus priuationis & eo corrupto priuatio, quæ illi inhęret, protinus interit, ac ſi priuatio corrũpatur; affert ſecum generaliter huius formæ interitum, & in eo ſubiecto notat habilitatẽ ad formam oppoſitã, vt in animali ineſt carentia formæ hominis, ideò natum aptum eſt, vt ſit homo, & animal eſt, non homo, ſit homo & interit non homo: ſic non eſt amplius animal, niſi poteſtate, ꝙ contractum eſt à ſuperueniente differentia, neq. verò ſic eſt poteſtate, vt per ſe ſit actu nihil, ſed ꝙ vt pars; non ſecus ac in duitate, & vt dici ſolet, ſecundùm materiã: in duitate.n. duæ continentur vnitates: attamen quia non ſunt ſeorſum, ſed vnà ſunt; ipſa duitas eſt: quas ſi ſeparaueris; iam ſingulæ apparebunt, & tamen ꝑſpicis eas eſſe duas vnitates quæ in duitate non amplius
B ſunt, itaq. ſunt vnitates in duitate ſecundùm materiã, ſecundùm verò formã non ſunt, nec tollit id, quin actus adhuc ipſius eſſe conſeruetur, ſed quia non conſeruatur ea ratio, quam prius habebat, dr interire: nanq. & in duitate ẽt retinetur actus vtriuſque vnitatis, vt ſi nos ambo colloquamur, & in angulo quiſpiã manens me audiat, te prætereat; is certè vnitatem per ſe, & ex actu ꝓprio cognoſcet quæ tamen in duitate eſt in potentia. Proinde dicimus vtraq. illa effata largius accipi poſſe, vt amplectãtur eſſe actu, & eſſe formale; quanquã prima & potiſsima mutatio eſt inter formas ſimplices, quæ cùm ſint oppoſitæ; nonmodò corrumpuntur formaliter, ſed ẽt materialiter, & ex toto, vt mox explicabimus. Vltimo loco nos interpellat Theophilus Zimaræ filius, qui vt ætate poſterior; ita quoq. doctrina ſuperior. Ipſe verò ſic argumentatus eſt. A minori, Ex pluribus potentiis vnum fit: ergo magis ex pluribus actibus. Argumenti ꝓbabilitas inde ducitur, quòd vnum melius eſt, atque præſtantius multitudine, ſicut ergo actus eſt poteſtate præſtantior: ſic etiã magis eſt idoneus cum alio actu coniungi. Verumeninuerò multa ego vitia in hac argumentatione perſpicio. Primùm vt ex multis poteſtatibus vnum fiat, quod aſſumitur. Etenim vbi è duobus fit tertium, vt ex materia & forma cõpoſitum, vel cùm vnũ fit alterius, velut animal, cùm fit homo; neceſſe eſt intercedat ſẽper ratio poteſtatis & actus, vt id quod infinitum eſt, determinetur; eaq. ſententia fuit Ariſt. cùm
C 7. Met. inueheretur in ideas Platonis; etenim inquit, ſi ſubſtantiarum ideæ forent, eſſent animalis, bipedis, & ratione vtentis: ergo hæc actu cõſiſterent: non igitur ex illis vnus homo exiſteret. Deinde eſto, quòd verum ſit antecedens, adhuc quod infertur, non ſequitur ex illo: quandò actus ſuapte natura ſecreti ſunt, & ideò cauſſa totius diſtinctionis in natura. Quapropter eo nomine tantùm laudatur Heraclitus, quòd vnum omnia poſuerit cauſſa materiæ; nam formæ ſeipſis diſtinguũtur. Præterea non vniuerſè verùm eſt, quòd coniunctio ſit ſeparatione perfectior: neque enim coniunctio ac ſeparatio ſunt vniuſmodi: alia eſt.n. coniunctio quæ multa atq. diſperſa colligit in vnum, vt ea, quæ fit in mente, cùm ex pluribus indiuiduis, vnũ commune efficitur, atq. altera, cùm fit appoſitio formæ & eſſentiæ, vt cùm formis mathematicis accedit materia, aut etiã quidditas applicat ad materiã ſenſilem, & ſeparatio quoq. multiplex; etenim & quidditas à materia ſenſili ſeparatur. & eſt altera, qua ſingula ſparſim & ſeorſum cõprehenduntur, vt in ſenſu & phantaſia, quę naturam cõmunem in ſingulari perſpiciunt. hæc ex materia, illa verò ex forma, illa pręſtãtior, hęc ignobilior illa etiã longo interuallo ſuperat cõpoſitionẽ ſibi oppoſitam. Et ea prorſus perfecta copulatio, in qua illa, quæ iunguntur; ſuam naturã ſic conſeruant, vt in aliud non transformentur: exẽpli cauſſa, materia traducit in cõpoſitum ex formæ coniunctione; & accidens, cùm ſubſtantiæ ſuperuenit,
D efficit ſubſtantia tãta, vel talis: at ex mente & obiecto fit vnum, vt mens non conuertatur reipſa in obiectũ, ſed per intentionẽ & ſpeciem ſolùm: & ex cęlo, & Deo ſic fit vnum, & vtraq. ſuam naturã ab altero ſecretã tueantur, & ibi actu corpus eſt, atq. ſubſtantia, hîc mens & eſſentia ſegregata. Itaq. falsò ex coniunctione ad perfectionem argumentatur, & ex perfectione coniunctionis opinatur actus ipſos eſſe magis coniunctos. Sed de his hactenus; reliqua nunc perſequamur.

Ex definitione generationis colligitur an'ne reſoluatur quod interit, vſque in materiam primam.
Cap. XXXVII.

CAETERVM ad quæſtionis ſubſequentis notitiam non erit inutile explicare, quid materiæ nomine ad quam differitur, an'ne reſolutio fiat, intelligendũ ſit. facilè aũt id ſuccedet, opinor, poſtquam didicimus, quemadmodũ formæ ſe habeant ad compoſitum. Inde verò futuræ diſputationis exordium capiatur. Materies ab Ariſt. quandoq. ponitur ſubiectum primum quæ pura tãtum poteſtas eſt, nec vllius actus particeps; nonnunquàm verò vltimũ ſubiectum, & quod potentiã proximã obtinuerit ad recipiendã formam. hanc nos tanq̃ proximũ generationis initium accipere

debemus, cui semper inhæret priuatio quæ perpetuò coniuncta est cum certa forma, hoc est, cum forma cõtraria; quapropter ab Arist. dictum est acetũ non fieri, nisi in ea materia ex qua fit, inesset forma vini, & à nobis sæpius repetitum est, hũc repugnãtiam esse caussam proximam, cui noua forma inducatur, nec non agens illud optimè apparaturum materiã, si formam oppositã ei quę mox ꝓducenda est, in materia posuerit; ea verò est quæ continet potestatẽ certam, & priuationẽ formæ proximè successuræ, & maximè distat sub eodẽ genere proximò, quia nihil continet de ratione formali rei producendæ, & nullã in se partẽ habet quæ non repugnet, ideoq. in extremo, & indiuiduo posita est: sequit᷑ nihilominus formã pręcedentẽ, etsi quantum est de ratione non entis quod priuatio cõtinet, est minus non ens, q̃ quodcunq. non ens in vniuerso illo progressu existat, vt tum fœtus esse pot homo, quando iam factũ est animal, & sentire cœpit; est. n. animal proximè non homo, & inest in ipso potestas proxima ad id vt fiat homo, atq. hæc est affectio pręuia materiæ, non alteratio puta quæ fit per primas qualitates; licèt sine illis non incutiat᷑, sed immutatio materiæ sensilis, eaq. cum illò prouecta est, vt in extremo sit, & prouexerit materiã vsq. ad vltimã potestatem: ea verò plus habet de actu, tunc aduenit forma, & extat compositum. His prænotatis commodè statuere licebit. Fiat'ne substantiæ resolutio vsq. in materiam primã, de qua re proximè instat vt agamus, si præuertamur iterũ ad euoluendam definitionẽ generationis, nanq. in ea latent adhuc aliqua quæ valeant admodùm ad hũi controuersiam dirimendam. Ea verò talis erat. Mutatio totius in totum nullo F sensili superstite tanq̃ subiecto eodem. ac mutatio quidem, vt distinguatur à motu, ꝙ fiat inter terminos priuatiuè oppositos, cùm motus alioqui sit inter contraria. Totum verò πᾶν Gręci dicunt.

a 5. Met. [a] Duo verò sũt vocabula, quæ significãt integritatẽ totum & oẽ, ὅλον, & vniuersum, quod dr̃ ἅπαν. Totum verò significat id cui nullæ desunt partes, vt vniuersale, & continuũ cuius partes sunt in potentia & illud ẽt dr̃ totum cuius partes habent aliquã differentiã in positura. i. quæcunq. cõstant ex partibus certam positurã postulantibus, etenim animal constat è partibus quæ certã posituram obtinent in corpore, & planta, ac mundus: quod verò è tali partiũ genere constatũ non est, ἅπαν, siuè vniuersum vocat᷑, vt aqua & reliqua corpora simplicia seorsum. Præterea si spectemus ordinem, qui est inter partes rei quæ generat᷑, materiam. s. & formam, totum est, si verò id totum quod primò genitũ est, cùm sit è partibus consimilibus est vniuersum. Ergo generatio est totius in totum mutatio, vel etiã vniuersi in vniuersum, i. mutatio illius substantiæ quæ simplex est, neq. constat è partibus diuersis. Ex quo coniecturã facimus Arist. definire generationem quæ conueniat corporibus primis, atq. simplicibus, siue sint quattuor dicta elementa, nulla habita ratione formarum superiorũ, cùm instituantur ad alias formas perfectiores; siue ẽt prima sint, quia consideretur mutatio inter primas differentias, calidum, frigidũ, humidum, & siccum, nanq. alia est generatio quæ pertinet ad G mixta, quatenus hũi; nimirùm quandò qualitates actuosæ dominant᷑ patibilibus, & alia quæ viuentium ꝓpria & peculiaris est: vnde etiam noĩe separato vocat᷑ ortus, eiq. opposita corruptio interitus, & ortũ sic expressit Arist. primã calidi participationẽ in humido. Non remanente verò aliquo sensili, vt subiecto: quippe ꝙ in alteratione subiectũ sensile superstit, quod est substantia prima: ab illa. n. accidentia proximè pendent quæ sensilis est, neque immutato accedente conuertitur in aliud subiectũ, subiectum verò generationis est materia prima quæ sensui non exponit᷑, aut si quo pacto sensum pellit, vt fit in materia secunda, non remanet eadẽ, sed noua forma superueniente variatur. Ita fit, vt ex his ipsis verbis geminus sensus elici possit: alter quidẽ, ꝙ mutatio pertineat ad substantiam singularem quæ non permaneat eadem, vt si hæc aqua transformetur in aẽrẽ: non. n. remanet aqua quæ transmutatur, quemadmodũ remaneret, si ea mutatio qualitates solas attingeret: alter aũt sensus est: cùm sit generatio, vt nullũ superstes sit idem sensile, vt subiectũ idem, sed possit esse quidem sensile, quod remanet, nec tamen idem, quia sit, puta tu, corpus quod remanet, vbi aqua in aërem conuertitur, sed nõ est idẽ, quandò mutatum est, quia nouæ formæ accessione factus est aër, vt animal, ex quo fit homo, sensile est, sed postq̃ rõ successit, non amplius animal est, simpliciter, sed homo. Quanq̃ ex eisdem verbis & id colligi posse videat᷑, non prohiberi, quominus in trãsmutatione subiecti quoddã accidens, quod vtriq. substãtiæ cõmuniter inest, & ei quæ nuper genita est, H atq. illi quæ anteà deleta fuit, sit superstes: quapropter etiam accipere debeamus vniuersum collectiuè, non aũt distributiuè permutari: hoc est, vt non sit necesse mutari singulas partes; verùm aliquas tantùm, non oẽs; etenim forma delet᷑ à qua totius rõ quæ perfectionẽ & integritatem significat, accipienda est, ac nos quandoq. accepimus materiã necessariò remanere, id aũt quod appellabat᷑

b 1. Phys. Tt. 59. 60. cõpositum, quòd è subiecto & priuatione constaret, interire. [b] Quamobrem ex his quæ dicta sũt, duo tanq̃ corollaria colligi queunt quæ pertineant ad explicandã quæstionem de resolutione substantię, hoc modo. Primum. In tali formarũ genere resolutionem fieri vsque ad materiam: si. n. sensile est substantia quæ habet formã, eaq. superstes non est, certè aliquid resolutio ad materiã vsq. procedit. Alterum verò, si remanet aliquod sensile; tametsi idem non permanet, nisi secundùm materiã, sed cùm forma variat᷑, nõ necesse erit resolutio fiat vsque ad materiã primã, sed eò vsque dum forma recipiat᷑ quæ nouæ formæ nõ repugnet, & profectò sic dicendum est, si qua est forma cõmu-

c 4. Met. nis oĩbus elemẽtis, quemadmodũ paullò antè monuimus. Vtraq. dicta Arist. [c] auctoritate confirmari possunt qui generationẽ fieri testatus est in quibusdã, vbi materia sensilis existat, veluti cùm è

dulcibus

A dulcibus pinguia fiunt, è pinguibus pituita. Neq. vereri debes hãc mutationẽ, quod fiat è cõtrariis, esse secundùm accidens, cùm hęc itẽ ex priuatione fiat, & secundùm hoc aliquid: neq. dixerit Arist. in oĩ generatione naturã sic progredi, sed vbi mixtũ quoddam foret extremũ, quemadmodum cadauer, aut bilis: eaq. tum resolui in elementa prima testatus est, quare de mixtis quibusdã sic enunciare verùm est, resolutionem fieri vsq. ad materiã primam, atq. illam quidem non absolutè primã, sed in elementa. Neque nobis illud officiat, ꝙ hoc loco de mixtorum generatione non agamus: si quidem nil prohibeat, quominus hoc idẽ attributum analogicè transferri queat ad simplicia, quantum.s. attinet ad id quòd restent formæ cõmuniores quæ cõmuniter complectuntur genitũ & corruptum. Eadem quoq. sententia confirmari põt auctoritate [a] summi doctoris ita dicentis, resolutionem fieri vsq. ad materiam in aliis generationibus, verùm nihil de materia prima quæ est potentia remota, sed de illa quæ cõtinet primã rationem per quam fiat illud cõpositum quod generatur, vt cùm ex vino fit acetum, quod eò maximè nobis est approbandũm qui in ipsa trãsmutatione plus valere materiam, formamq. proximas arbitramur, quàm remotas. Sic igitur statuere licebit. Fieri resolutionẽ vsq. ad materiã, nec quidem primam simpliciter, sed illam in qua posita est rõ suscipiendi formã quæ proximè debet induci, ne frustra laboret natura in eadem re producẽda, velut etiam liquet ex iis exemplis quæ Arist. ibidem attulerat, nisi interitum illũ formalem ponere placeat (sic B enim liceat explicare ꝓpositum, quando subiecti ratio mutatur) qui latissimè patet, & omne genus materiæ pertentat, sed hoc pacto nonmodò subiectum sensile, sed ne vllum quidem in generatione substantiæ permanebit. Et hæc de prima parte disputationis institutæ nostra sententia.

[a] 8. Met. T. 14.

Diluuntur obiectiones, quę solent afferri in eam sententiam, quam nos de substantiæ resolutione defendimus. Cap. XXXVIII.

QVANQVAM aduersus explicationem nostram obiici posse videntur Achillini argumẽta quæ sunt huiusmodi. Primùm, quia forma illa cõmunis oĩbus elemẽtis, esset expers interitus. siquidem in oĩ elementorũ transmutatione permaneret. Deinde redundaret, quoniã formæ elementorum ipsi materiæ puræ accedentes sine vlla corporis forma possunt elementa cõstituere; id quod etiam Græci sensisse videntur qui ex materia prima, & primis qualitatibus elementa proximè conformari dicunt. At verò nos ex iis quæ antè posuimus, vtrasq. obiectiones facilè profligamus. Nam docuimus olim è formis esse nonnullas, quæ actu per se non subsistant, neque à natura tanꝗ primi fines expetantur, sed tanꝗ media per quæ procedat ad formam nobiliorem, ideoq. in hoc formarũ C genere non immorari; idcirco materia, mediumq. transitus appellari solent, velut semen ad plantã. Prętereà dictum est non oẽs formas accedere materiæ primæ quæ ab oĩ actu secreta est; verùm postulare certas affectiones in materia quę nonnunꝗ nascit͂ à formis cõmunibus, interdum etiam à cõtrariis: itaque cùm formæ anteriores perficiant͂ à posterioribus & ipsis quodãmodò substernantur, in potestatẽ materię transeunt, ex quo efficitur, vt eius conditiones, & proprietates obtineant inter quas sunt hæ duæ potissimùm; prima quidem, vt, cùm sit vna per se, pro varietate formarũ tamen immutet͂, vnde ab Arist. numerantur vt duo, materia priusquàm res genita sit, vel cum priuatione formæ futuræ, vel cum forma cõtraria, & postꝗ res ipsa genita est, cum forma noua: ita vt duo sint indiuidua, atq. id quidẽ optimo iure, siquidem tale rerũ genus sic consideratur tanꝗ potestas: atqui potestatis ingeniũ est, vt in seipsa sit infinita, determinentur aũt iis actibus à quibus ipsa perficitur. Altera verò conditio quæ 1. Phys. exposita est, ꝙ ortus & interitus expers sit. Cùm igitur forma corporis degeneret in potestatẽ & materiã, per se ipsam immutabilis permanet, nec gigni põt, sed eadẽ diuersarum formarũ acceptione variatur, atq. ita illi euenit, quemadmodum dicebat Arist. vt si ex animali fiat animal, [b] velut ex rubecula ruticilla, & atricapilla ex ficedula: [c] erat.n. prius auis; nec gignitur auis, sed non talis auis, & fit hoc quod anteà non fuit: sic corpus erat olim, & nũc est, itaq. D non fit corpus, sed cùm hoc corpus non esset; factum est illud, quod prius non erat, quod itẽ eiusmodi esse potuit, vt ex priuatione posterioris formæ cõstitueret͂, quod ad ea pertinere dicimus quæ per cõpositionem gignunt͂, & intereunt per resolutionẽ; qũo ex planta animal generari volumus, & hominẽ ex animali, in quo cõmunia constituunt͂ per formã suam cõmunem quæ tamen notatur priuatione posterioris: sic cõmunia non mutantur, velut ẽt statuit͂ de materia: nisi fortè si Porphyrio credimus, ita differunt, ꝙ materia mutationem extrinsecùs accipit à formis, hæc communia à differentiis & formis, quæ ipsis intrinsecùs inhæreat: quasi in materia sit potestas solùm ad accipiẽdas formas; at differentiæ à genere præbeantur speciei, ꝙ in ipso virtute continentur. Sed Arist. [d] teste differentiæ quoq. generi extrinsecùs accedunt, etsi continet; non ita continet vt caussę nobiliores, & ἐντελέχειαι, verùm vt colligens in vnam naturã quæ per plura dispersa erat. Quamobrem coniunctum prioris argumẽti negatur, neque.n. permanet eadẽ forma simpliciter, neq. idẽ hoc aliquid, sed ex accessu formæ posterioris fit aliud hoc aliquid, aliaq. substantiæ species, & remanet solùm tanꝗ subiectũ, à quo nulla ratio sumitur eius quod est esse hoc aliquid, sed ab ea forma qua trãsmutatio terminat͂ (dico verò hoc aliquid, vt hic homo, non ꝙ hic, sed ꝙ homo: nam ꝙ hic, materiæ tribuo) quã respicientes Gręci dixerunt, qualitates primas materię primæ soli accedentes efficere elemẽta:

[b] 1. Phys.
[c] 9. e hist. c. 49.
[d] 4. Top. 10. Met.

cùm

cùm.n.ab illa forma per quam iam corpus est, aut per aliã quancunq. cõmunem propriè non efficeretur hoc aliquid, habitæ sunt ꝓ materia. Quod additur secundo loco, quia superflueret, anteà docuimus in materia requiri affectionem ad nouã formam suscipiendã; quandò illa est ratio per q̃ materia formis posterioribus subiici põt. ita dicimus hanc affectionẽ ad elementorum formas accipiendas à corporis forma præstari. Verumenimuerò quanuis definitio generationis à nobis antè exposita primùm conueniat elementis; nihilominus, ꝙ etiam pertinet analogicè ad reliquorum oĩum ortum; hoc loco expediet, vt indicemus itẽ modum quo ortus in mixtis, & præsertim in animalibus obeatur: etenim dum eorũ generationem cõstituimus, imminet aliqua difficultas: nanq. vnicuiq. perspicuũ est, materiã in se habere priuationẽ formæ producendæ, eamq. à veteris formæ latere (vt ita dicam) nunq̃ discedere; nouaq. forma superueniente deleri. Si igitur animal ad hominẽ se habet tanq̃ materia; animal igitur in seipso priuationem formę cõtinebit: ergo forma hominis ipsius accedente tolletur è vestigio priuatio, sed cùm ea cum antecedente forma coniuncta sit, probabile quoq. est formã animalis esse defecturam. Accedit ẽt secunda difficultas, quia dictum est corruptionẽ terminari per se, non eo quidẽ quòd simpliciter non est, sed alterius esse generationẽ; quæro igitur cùm fit mutatio animantis in cadauer, quid'nam in ea transmutatione generetur: nam cadauer significat animæ totius in corpore priuationem. Tertiò quæritur: nam postquàm in hominis ortu prius fit viuens, deinde animal, vltimò homo; an'ne ordo quidã certus in hũi formarum dissolutione seruetur. Quantum verò ad primum spectat: nosse oportet esse rei quo generatio terminatur, in habitudine positũ esse actus ad potestatẽ, & formæ ad materiam. Cùm igitur hæc habitudo sit multiplex, & formã variis modis ꝓduci necesse est, & generationẽ ipso esse finiri. Sed.n.quod attinet ad actum illum qui erumpit ex vera generatione, cunctis illa quidem generaliter insunt, ꝙ oẽs existant ex mutatione materiæ, & amissione priuationis, sed specialis habitudo actus ad potestatem mihi vr̃ esse triplex: vel.n.formam alterã specificam sibi positiuè contrariam inuenit, veluti cùm ex aëre fit ignis, aut ex frigido calidũ, si quod tale sit per essẽtiã: vel formam quæ per se quidẽ imperfecta est, sed eiusmodi quæ sit pars alterius perfectioris, & in ea finẽ faciat, vt dictum est de formis cõmunibus & generibus: vel etiam ꝙ cùm antè extiterit, expectet materię mutationẽ, quod iam animæ ꝓprium est: cùm.n.ea substantia quæ gubernatura est corpus, in semine cõprehensa fuerit, expectat instrumentorum absolutionem, quibus ipsa vti possit, & ita formare & animare viuentia. In iis planè quibus formæ specificę sunt oppositæ, non dubiũ est, quin cum priuatione forma funditùs intereat, & ratio atq. essentia perdatur: in reliquis ratio duntaxat amittitur; res ipsa retinetur, & quæ per se prius extitisset, & hoc aliquid facere poterat; in altera perfectiore continetur, & degenerat materiam: nam quod prius erat animal per animalis formã, fit equus per formam equi, & id animal est, & non animal, & animal quidem ꝙ ea vis adhuc remanet in equo, non animal autem ꝙ aliquid vlterius habet per quod est non animal simpliciter, sed tale animal, & quanuis ita dicatur esse animal: homo sic est animal, ꝙ in ipso inest animalis ratio tanq̃ pars, non vt terminans notionẽ, &, vt breuiter explicem, amissa ratione formali per quam est ipsum animal, & denique vt pars quiditatis; non aũt simpliciter quiditas: nanq. eo cognito, ꝙ sit animal, adhuc quærit mens nostra quale'nam sit animal, quia non sit animal simpliciter. Itaq. duplex est genus priuationis, quod attinet ad generationẽ: vnum, quod essentia simul, & ratione fundatur: atq. alterũ quod rõne sola consistit; ex quo formã veterem contingit amitti bifariam, vel ꝙ prorsus extinguatur, vel ꝙ non retineat rationẽ suam ꝓpriam, & quæ terminet notionem, cùm aliud sit, atq. animal, etenim tunc est animal quoddam. At verò sicut & formæ degenerant in materiã, cùm fiũt partes formæ posterioris, sic etiã cogitandũ est se habere materias quæ sunt ꝓpriæ singularũ; vt puta, talis est forma viuentis, vt simpliciter in calore sic temperato consistat; fingamus nunc aliã superuenire formã quæ aliũ calorem postulet, si maiorẽ quidem exigat, alterũ tanq̃ partem in se habet, si temperatior requirat, ita natura consuluit, vt prior ille in certo loco seruaretur; alibi esset quod temperaret, verbig. minor est calor in planta q̃ animali, & in animali simpliciter q̃ in homine, ꝙ in homine, ꝙ reliqua animalia, si ex hominis statura fit iudiciũ, sunt eo frigidiora. Ergo hominis calor in se continet eum calorẽ quo animalis essentia consistere valeret, sed cùm idẽ homo ꝑpter sensus & mẽtem calorem tẽperatissimũ flagitet; in corde calor ille maximus existit, sed in capite temperatur. Generatur verò sicuti sunt formæ communiores; sic materiæ maior est latitudo, & infinitas quæ posteà coërcetur à forma specifica, vel aucta in gradu, vel etiã temperata; neutiq̃ tamen abolet, vt funditùs intereat, sed, vt dictũ est, sola ratio perdit, quemadmodũ nos etiã suprà docuimus, vbi de potestate materiæ definita disputauimus. Secunda obiectio sic tollitur. Etenim priuatio forma quædam est, itaque in ea positum est esse rerũ quarundam, ꝙ illi subiiciat alia forma per quam res est id quod est; itaque affirmatione significari põt, & quomodocunq. est natura & principium transmutationis proximũ, & terminus à quo. sic igitur per tale genus formæ existit cadauer, quod priuatione notatur; ea verò inhæret in certa tẽperie; tametsi à notiore, & perfectiore denominatur ab eo quod interiit, & quod pertinet ad eius essentiam, reapse consecuta est non à vetere forma, sed beneficio formæ futuræ ad quam cadauer adspirat: ita.n.se habet cadauer ad elementa, sed conuersim; sicut semen ad animal: itaq. semen ad animal se habet vt ad ens, quia perfectius; cadauer est via ad absolutam animalis internecionem;

A ternecionem; ideoq. ad non ens; attamen resoluitur in elementa quæ per se ipsa existunt: itaque cadauer est elementa potentia, & in se ipso priuationem cōtinet elementorum quæ in certa tēperie collocata est,& à cōposito tendit ad incōpositum; attamen in illo, dum in elementa,velut in finem contendit, adhuc remanet ἴνδαλμα & imago quædam cōpositonis,vnde ꝓprius quidam actus existit,quanuis imperfectus,qui.s.naturæ progressum non terminet, atq. oinō quod immutata ꝓportione se habeat ad nō ens & elemēta,quemadmodū vapor & semen ad ens & elementa, & animal. Sed num'ne sic dabit̃ forma organizationis quæ in cadauere sit superstes? Minimè verò,quandò ꝙ sint organa, ab anima impetrarunt,quæ iam exhalauit; nec eadem tēperies conseruatur quæ in viuente extiterat, neque remanet eadē facultas, sed postq̃ interiit viuens, etiam temperamentum immutatur,& aliā formam respicit ab illa in cuius erat potestate,longè dissimilem. Quantum est de tertio: hîc oportet in primis considerare, quemadmodū facultates & formæ se habeant secundùm naturam: nam sunt origine priores; cùm sine reliquis esse possint, cùm etiam minus adstrictæ sint materię conditionibus sine illis aliæ non existūt: etiam verisimile est quò minus cōmunes subit; eò quoque serius confici: solent.n.quæ perfectiora sunt generari posterius,& inter organa sensuū oculi tardius absoluuntur, cōtrà facilius etiā iri corruptum: nam facilius est de multis vnum perdere, q̃ multa corrogare;sic alens vsq. ad extremū permanet, quod patet ex pulsu, sensus corruptus est.

B Quòd si tardius orit̃ animal; citius interit,& ex eius ortu elementa corrumpuntur,gignuntur ex interitu; profectò & celerior ortus eorū fuerit,& corruptio difficilior,vt quasi materiā imitantia quę subsistit; esse suum oī labore tueantur. Sed illud prætermittendū non est formā vltimam vim habere eius totius quod dr̃ secundùm formam,quod sanè totum nō est, nisi ēt fuerit minima quæq. eius particula; idemq. etiam in minima quaq. particula seipsum tuetur,vt si homo gignendus sit, futurum est animal,rōne vtens,bipes, mortale: nunq̃ homo est, nisi hæc oīa prius extiterint, sed quia nonmodò est hoc totum; verùm ēt & mortale,& bipes & ratione vtens, & animal, atq. alia multa quæ in extrema illa forma vnū existūt per se,non rectè dicit̃ homo fuisse corruptus; nisi hæc omnia quæ sunt eius essentiæ partes,interierint,vel immutata fuerint aut secundùm essentiā,aut secundùm rationem formalē,& illę partes quæ inerant, abierint in non ens, & aliæ genitæ quæ non erant, sed cùm sint illa cōmunia priora natura, in eius interitu quod oīum primum fuerit, positum erit vltimum non esse rei quæ corrumpebatur,tum verò contingit,cùm veteri noua successit,& nomen antecedentibus formis est elargita; accidit autem in primo sui esse, cùm iam perfecta est, & mutatio consecuta est suum finem. Hic igitur erit ordo in corruptione formarum.

C *De resolutione accidentium in materiam.* *Cap. XXXIX.*

CONSERVNT etiam ea quæ dicta sunt,ad dissoluendā alteram questionem quę versatur in eo: Vtrùm resolutio fiat vsque ad materiam primā in accidentibus, hoc est, vtrum'ne eadem accidentia quæ fuerant in corrupto,postmodum in genito reperiri possint, an non. In quā sanè re Greci cum plerisq. Latinis consenserunt: neque.n.ipsi putarunt eadē accidentia in genito superesse quæ præcesserant in corrupto. quinimmo eò prouecti sunt eorū nonnulli, vt albedinē quæ in diuersis subiectis insideret,vt in cerussa & niue,eiusdē speciei non esse asseuerarent, his cōmoti rationib. Accidens semper inest in substantia cōposita quæ est actu, neque ab ipsa separari pōt, atque ita vt de vno subiecto nunq̃ migret in alterū. ꝙ si in generatione substātia permutet̃, atq. idem accidēs in succedente substātia superesse ponatur; accidens ꝓfectò subiectū cōmutabit: id verò absurdū est. Deinde vbi sensus indicat aliquam differentiā,rō consulenda nō est,qua discrimen euertatur. At sensus aliā pelluciditatē aëris esse,aliam aquę monstrat: itaq. pelluciditas quæ in aëre fuit,non eadem in aqua conseruatur. Tertiò dicunt Arist.accepisse vnū esse accidens ex eo,quòd vnū esset subiectū, ex quo colligunt,oē accidens habere subiectū,cum quo reciprocetur,quod etiā datur à nobis iuxta

D canones illos,ꝙ accidentia fortuita non sint,& indiuidui materiā consequant̃, & ꝙ species nōmodò ex natura ipsa,sed à mente consimilia singularia in vnum cōmune colligēte fabricentur, quod sæpè fit in notitia præsertim incohata & imperfecta. hoc ergo subiectū,inquiunt,aut genus est, aut species,aut indiuiduum; & reuera indiuiduū nō est idē, quod genitum est cum eo quod fuit corruptū, vt cuiq. patet: nil.n.certius est q̃, quòd hæc quæ fuit aqua, non amplius sit: neq. item species vltima,quoniā mutatio fit inter contraria, neque etiā genus, quia sic non fieret resolutio vsq. ad materiā (nam partem hanc problematis huiusce defendebant) in cunctis formis substantiæ,aut si nobis hoc non placet: cum determinentur vltima quadā forma,etiā aliud factum est,vt alius color niger & albus. Ergo secum specie differunt, & numero igitur: sic.n. sequitur in his quæ ad idem prædicamentū ordine quodā referuntur; quare & accidentia, quæ eiusmodi subiecta cōsequuntur, etiam numero distinguent̃, quòd si diuersa non fuerint, neque igitur res quæ genita est, erit ab ea diuersa quæ fuit corrupta. Sed cùm eadem esse videantur, neq. illa eadem esse inficiaretur Arist. dum exponeret eam particulā, quę in ortus definitione posita est: nullo.s.sensili remanente eodē,vt subiecto,quemadmodū pelluciditas aquæ & aëris: ea sanè quæ succedunt præcedentibus æquiualere fatētur,eadē tamen esse negant. Si quęras ex illis,vndènam noua hæc accidentia tēporis puncto pro-

ficiſcantur. Reſpondet cum Alberto & D. Thoma pro illis Pomponatius hæc à generante produci. nam quod dat formã,dat etiam cõſequentia formã, quoniam verò cõſimilia accidentia præceſſerũt quæ itẽ à conſimili temperie ducebant originem, affecere materiam ad noua illa è veſtigio contrahenda. Hæc aũt opinio nunquam potuit mihi probari, neque.n.perſpicio, cur fruſtra tot ſpecies albedinis inculcentur,cùm vna ſufficiat quæ modò perfectior ſit,aliàs imperfectior,& eiuſmodi varietatem conſequatur ex varietate materiæ, à qua non ſatis firmũ puto rõnem ducere diſcriminis, quod inter ſpecies intercedit,eaq́. maximè ſi ſtatuamus,accidentia,ſi non oĩa,quædã tamen habere ſubiectũ commune,quod per multas ſpecies fundi poſsit. Accedit eòdem, ꝙ plus & minus in accidentibus ſpeciẽ non immutant, niſi cùm illorũ eſſentia à certo termino deducat̃, vbi plus & minus differentiæ rationem præſegerunt,quæ pertineat ad eſſentiã, velut in affectibus, quorum eſſentiam terminis quibuſdã certis metimur,ac definitis cancellis cõcludimus,mediocritatem laudantes, plus aũt & minus vituperãtes,quod animaduerſum fuiſſe ſcimus ab ipſomet Ariſt.primùm.pòſt à Theophraſto,in eo libro quem à materia de affectibus inſcripſit,qui tametſi ad noſtras manus non peruenit,ab Alexandro tamen & à Simplicio citat̃ ad præſens propoſitum. Verùm albedo ceruſſæ & niuis, hũi terminis contineri non videntur: quare nulla cauſſa eſt, cur ſpecie differentes habeantur à nobis. Adde poſtremò,quòd ſi adęquat accidens,quod in re genita ſuccedit,illud quod in re corrupta præcedit, eadem erunt vtriuſq. munera: non eſt igitur quòd in poſteriore illo producendo laboret natura,quandò tantundem hoc poſsit,quantum primò illi tribuebatur. Neq. conuenit dicere ad hoc id quod prius eſt,à poſteriore forma non tolerari, aut ẽt illius diſceſſum conſequi pro neceſsitate materiæ,quę tranſit ad aliam formã,tum quia tolerat ea forma temperiem,à qua accidens illud emanat,multò igitur magis accidens ipſum tollerare debebit; tum etiã, quia non apparet, vt hoc accidens intrinſecùs varietur: ergo per ſeipſum nõ magis cum priore, q̃ cum poſteriore forma conueniet, aut pugnabit. Poſteriores Latini Gręcorum ſententiam non approbarunt, idq́. optimo iure (ni fallor) & vt ꝓpoſitam controuerſiam dirimerent,ad Auicennam cõfugerunt, qui quidem oẽ accidens in tria mẽbra diſtinguebat,inquiens alia ex ipſis conſequi cõpoſitum, nonnulla formã, cętera materiã: & quemadmodum permanet materia quæ genito & corrupto cõmunis eſt, ſic etiã manere putarunt accidentia, quæ materiæ comitantur. Quantum tamen hæc diuiſio poſsit ibi demonſtrandũ eſt,quà de primo ſubiecto accidentium diſſeret̃: interim accipiamus eã diſtinctionem parum aptã eſſe,& aggrediamur ad alia,è quibus nonnulla primùm ſtatuemus partim aut alibi concluſa,aut etiã poſthàc concludenda, quædam item è quæſtione ꝓxima petentur. Statuimus autem nunc accidentia ſemper ab actu ſubſtantia proficiſci, ſiue ea ſimpliciter ſit,velut indiuidua, aut etiã ſpecies ſpecialiſsimę, ſiue quodãmodo, cuiuſmodi ſunt corpora quædam imperfecta, quæ ſunt potius aliorũ materia,q̃ certi quidam actus,& genera quæ per ſe eſſe apta non ſunt, niſi vlteriorẽ perfectionem à ſpecificis formis accipiant. quanquam & ex his quædã pullulant à materia ſenſili, ſiue in illa certam habeant ſubſiſtendi rationẽ,ſiue etiã incertam & caſu,ſed tamen,vt ſemper actu ſubſtantia ſupponatur; ab hac.n.nullum genus accidentium ſeparari põt. idcirco in multis, & indiuiduis in ſpecie, item ac genere differentibus eandẽ accidentis ſpeciem reperiri non erit abſurdum, vel per ſe,vel caſu,vel merito materię ſenſilis,cuius maxima latitudo eſt,atq. licentia: ab vniuerſis enim hiſce principiis accidentia terminari nõ inconuenit,quanuis quod fortuitum eſt,reſoluatur in materiã ſenſilem, ſed tamen & ipſa habet aliquod accidens adnexum per ſe, vt quod dĩ exoriri ex neceſsitate materiæ. Sed omiſſo fortuito,etiam perpendamus geminũ genus, alterũ quo quæq. res ad certã categoriam refertur,atq. alterum phyſicum,quod originem ducit à materia,non eſſe verò abſurdũ hæc commiſceri. ſic verum ſubiectũ albedinis in anſere & niue conſiſtit, quæ ſunt generis admodũ diuerſi. Nos planè accidentia,quæ naſcunt̃ ex materia collocamus in genere phyſico, quæ ſunt in altero genere, ſunt ex forma. Ita non neceſſaria eſt Simplicij ratio qui pro ſubiectis generibus logicis accidentiũ ſpecies diſtinguebat; cùm.n.cõmunium beneficio pluribus cõmunicari poſſint, ab his præfinientur quæ cõmunia ſunt,non aũt à quaq. ſpecie ſubſtãtię, quod tamen ſic accipi- velim,prout aliàs à nobis decretũ eſt,ſubſtantiã ad accidentis eſſentiã,eiuſq. internas differentias facere,neque.n.negari põt, quin & ex ſua ipſius ratione aliquid afferat ipſi ſubſtantia. Diximus ẽt ſubſtantias iſtas communes in ipſa generatione materiæ locum occupare. Prætereà non neceſſariò ſubſtantiæ reſolutionẽ vltra materias illas procedere,quæ genito & corrupto cõmunes eſſent. Cùm igitur hæc ita ſint: quid prohibet,quominus,ſi actus quidam cõmunis ſuperſtes ſit,accidentia item quæ illi comitant̃,cum ipſo ſuperſint? Finge.n.tu (vtar.n.ſæpius exẽplo Ariſtotelico ad hanc ipſam rem aperiendã quo docuit,quemadmodũ fiat id quod fit,ex eo quod eſt, & eo quod nõ eſt ſimul) fieri equum ex cane, vtriuſq. materia eſt animal, atq. idẽ animal; hoc ſanè permanet: ergo etiam accidentia permanebunt,quæ animal conſequuntur. ita mutari illa defendemus, quemadmodum de cõmunibus formis anteà decretum eſt: etenim eorũ ratio formalis eſſentia remanente variatur. Nunc ſi ſubſtantiã hanc materiã appellare libeat in hunc ſenſum,optimè etiam dixeris ea accidentia ſupereſſe in genito, quæ fuerant in corrupto, cùm pendeant à materia. His poſitis facilè tollimus argumenta Gręcorum: nam dum accidens inquiunt in ſubſtantia cõpoſita perpetuò manere, concedimus; cùm verò ſubiiciunt, ſi ineſſet in re genita,atq. corrupta,de ſubiecto migraret aliò: negamus

A mus hoc. neque.n.migrat accidens,sed illam substantiam sectatur quæ in re genita restat: migraret sanè,nisi proprium illius subiectum in eo quod genitum est,superesset,& cùm sequatur non tonem eius formalem,sed materialẽ quæ permanet,cum illa quoq. consistit. Quòd adscribunt secundo loco,sensum perspicere differentiã inter aëris,& aquæ pelluciditatem, dicimus eã differẽtiam esse per accidens; nec ipsius principiis exoriri,sed à cęteris conditionibus materię cõmunis vtriq. pullulare quæ sensilis est,& essentiã rei non attingit,vtputa,à raritate & densitate,cuius sequelæ sensus iudex esse non potest, etsi esset, nihilomagis ad essentiam pertineret. Quod autem opponebatur tertio loco, cùm complectatur id cuius oppositum anteà constituimus, per eius inficiationem poterit facilè profligari: negamus enim fieri resolutionem vsque in materiam primam, & ad id quod ex nostra hypothesi ducebatur, dicimus accidens sequi rationem materialem substantiarum communium. Quare cùm hę restent in composito. ergo nec accidentia variantur, & esto quòd eorum rationem formalem dixeris immutari, sat esto ea nõ mutari intrinsecùs,vt ipsi volunt,sed extrinsecùs solùm.

Initia generationum fatalium, & quasi proœmium ad ea quę de fato complectitur. Cap. XL.

B HIS de generatione & corruptione generatim expositis,accedamus nunc ad eorum modos, & species enarrandas, inter quæ primùm ea distinctio sese offert ex Arist. in eos qui sunt εἱμαρμένοι, atque alios qui sunt præter naturam; fatales autem illos appellant. Sed quænam sit harum differentiarum vis,& rei ipsius quæ per eam vocẽ explicatur, inscitia, & variæ de illarum notione sententiæ faciunt, quominus assequi facilè possimus, ideò nec ab instituto nostro remotum puto, si paucis exponam quid εἱμαρμένη Peripateticis existimari potuerit: exordiar autem ex Aristotelico præcepto primùm à confusis. Cùm enim in rebus quæ tum à natura, tum etiam à nobis fiunt, duplex caussarum genus ab aliquib. positum fuerit; alterum quod incertum, & indefinitum esset in iis quæ secus se habere possent, quod vbi illa proficiscantur,à nobis appellaretur fortuna; in iis verò quæ fiunt à natura diceretur casus: alterum certum ac definitum, atque id vel necessariò, vel saltem plurimùm: hoc verò est quod,nisi impediretur,in actum prodiret: genus illud caussę quod necessariò efficeret, fatum dictum esse videtur,quod sanè caussis illis indefinitis esset extremè oppositum. inualuit autem ita vulgi,necnon quorundam philosophorum opinio,vt tale caussarum genus, & effectuum foret, vt etiam cuncta à tali caussarum genere exoriri censerent: ideoq. nullum casum, aut fortunam, neque in humanis actionibus neque in naturalibus, aut aliquam rationem
C contingentiæ ponerent, & caussas quidem fatum nuncuparunt, effecta verò secundùm fatum. εἱμαρμένη καὶ εἱμαρμένα, καὶ καθ᾽ εἱμαρμένην ἀπὸ τοῦ εἱρμοῦ, τοῦτ᾽ ἐστὶ τάξεως τινὸς θείας. quod est,nexus quidam,& ordo diuinus, quasi series cèrta caussarum notetur, & euentorum quã consequentia cum præcedentibus auctoritate diuina,quadam perpetua necessitate coniuncta sint;quam quòd sapiens præfari posset,à Latinis fatum,ego vocatam putarim,vnde fatale. Huius autem ordinis ratio duplex habetur,altera qua,tanq̃ auctore consistit in mente diuina, atq. altera qua aptat ad effectus; ob primam illam prouidentiæ nomine decoratur,ob alteram dicitur fatum; tametsi pij viri vocem fati repudiarunt; nam cùm res ipsa repudiaretur,veriti sunt,ne consortio nominum fu meretur erroris occasio. Nos quibus est curę quid philosophi sentiant,postq̃ de fato planè eloquuntur; pro nostro iure de vtraq. ordinis diuini ratione disceptabimus, & illa in alium reiecta locum qua pendet ordo rerum ex mente diuina, quo ad naturæ effectibus accommodatur, hîc explicare constituimus,quia verò Peripateticorum placita tueri volumus in hac methodo, quid de hoc censuerit Arist. explorandum est. & edisserendum, quatenus in hac philosophia fatum in natura admittendum sit. Neque.n. quòd hęc quęstio negligenda sit; nec prætermittendum,an'ne communis illa opinio quę de fato apud omnes increbuit,vera sit: cùm enim hæc secum pugnent necessitas,in-
D quam,& casus; suspicari quis possit aut fatum è natura eliminandum,aut casum abiiciendum, aut si vtraq. sunt,& illud casus est,seu fortuna quod paullò ante monuimus, vt pleriq. quasi magistra, ac duce natura fatentur,ratio nobis excogitanda est,qua fatum etiam,fortuna & casus sese tolerare possint: nec agitur profectò de re leuissima, quippe quòd ex alterutrius sublatione magna rerum pars euertatur,inducta quidem fortuna,rerum pulcherrimarũ,earundemq. planè diuinissimarum ordine cessante,posito aũt fato,tanquàm è manibus homini ipsi quicquã agẽdi facultate præcepta. Nam quòd fatum sit, cùm etiam qui inter sapientes suæ cosmopeiæ fortunam fecerint auctorem, Anaxagora excepto fateantur: solus enim ipse fatum repudiauit, quanto magis à nobis, qui naturam, aut etiam Deum à quibus nil vnquam temere, aut frustra, nec sine summo consilio (si tam humili vocabulo superioris substantiæ prouidentiã exprimere fas est) administratum fuisse quisq. vel etiam facilè intelligat, concedendum est? & vulgus, si quid mali præter spem euenerit, fatum incusare solet. Neque vllum cuiuspiam clarioris viri volumen habeamus, seu philosophus ille sit, siue poëta; quo de fato non meminerit. & aliquid fati opera gestum fuisse non memorat, vt dubitare an fatum sit,contra communem opinionem,tantorumq. hominum auctoritatem, non minus hebetis quàm impudentis existimandum sit.

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
Longaq; per certos signantur tempora cursus.
Nascentes morimur, finisq. ab origine pendet. E

Verumeninuero, vt hoc nobis facilè concedetur; ita illud euadet obscurum quod ꝓposuimus ad inquirendum; quemadmodũ talis eius natura, atq. essentia ponatur, cum qua fortuna & casus, & oĩno caussæ rerum incertæ constare poſsint, quòd huic positioni reclamat etymum eius vocis, hoc est populus vniuersus qui pro rerũ conditione vocabula vsurpare consueuit, repugnant, Peripateticis exceptis, omnes alij cuiusq. sectæ Philosophi, quorum oĩum caput & ducem, fecerit alterum philosophiæ lumen Platonẽ qui cursim eius volumina lectitarit: neque.n.creditur ipse fatum à necessitate seiunxiſſe quam in rerum caussis videtur frequentiſsimè cõmuneraſſe. vnde etiã quia fortuna in numerũ caussarum referret, priores philosophi, ne fatum & fortuna secũ dissiderent, in alia notione fortunam accipere coacti sunt, eamq. in numinibus diuinis, & caussis certis, quanquam nobis ignotis collocare. Sed, quemadmodum facilè constitit nuper, casum & fortunam incertas rerũ caussas esse; idemq. vulgus, vbi rei cuiuspiam caussæ lateant; neque eæ quæ per se sunt, ad præstandum effectũ, & ad absoluendam quæstionem sufficiant: ecq. maximè, vbi euenta ex eadem caussa ꝓpinqua nonnunq̃ extent, aliàs non succedant, vbi easdem hominũ actiones effectus disimiles cõsequantur: denique ingeniorum, morum, rerumq. cursus inconstantes, atq. fallaces, negocia perturbent: mali successus caussam fato adscribit, se verò boni prædicat effectorem, vt inde & fatum, & præter ipsum, aliã quampiam rerum humanarũ, seu naturalium fore caussam, facilè colligamus, sic necessitatẽ à fato remouere valde operosum fuit, idq. potiſsimũ, quia non desunt rationes quib. ij qui necessitatem cum fato iungunt, placitũ suum confirment, & quibus contrà de Peripateticorũ sententia, pars altera problematis defendatur. Ergo nostrum munus erit, quid quæq. philosophorum sectæ profiteantur, vniuersè, & sigillatim explicare, rationes earum quæ vim aliquam afferre videantur, explorare: ac demũ Arist. sententiã significare, & ꝓpugnare cũ ꝓpter Physicen ipsam, tũ etiam, quòd in huiusmodi quæstione ciuilis facultatis elementa constituentur: ex hac.n.aut eripit, aut conseruatur humano ingenio libertas, figuntur leges, & refiguntur; pietas etiam aduersus Deũ, aut defenditur, aut euertitur. Et quoniam multa dicuntur à piis viris, & innumera fermè à Platonicis de hac ipsa re conscripta, tum antiqua, tum etiam noua perspicimus, inter Peripateticos ab Alexandro libros duos; à Iulio quoq. Sirenio opus illustre, summaq. industria elaboratum, in quod oĩa quę passim apud quotquot auctores qui de fato cõmentarios ediderunt, corrogata reperimus; nuper etiam Thuscis decus, & lumen Gymnasij Patauini F. Piccolh. non multa illa quidem, sed planè diuina de fato litteris consignauerit, atque vniuersa viri isti, quæ cum Philosophi, tum ẽt Theologi profesſi sunt, ita explanauerint, vt accurato lectori nihil vltra flagitãdum sit. tñ ne mutã personã in hac Peripateticę veritatis scena videamur agere, sic sermonẽ nostrũ instituimus, vt non minori cõmodo futura sint ea quę nũc dicent, si nõ ob aliud certè; at saltẽ, quia nos admirabili quodã studio puros Peripateticę philosophiæ latices consectati sumus, & breuitati quantum licuit consuluimus. F G

Complures Antiquorum sententię de fato breuiter recitantur. Cap. XXXXI.

VENIAT igitur in medium problema discutiendum. Quęritur an fatum, & incertæ caussæ simul cõsistant. Quoniã verò id ex eo elucebit, cùm perspectũ fuerit, vtrum'ne fatum sit nexus rerũ necessarius, & qui nunq̃ interrũpi poſsit, an ẽt quandoq. interpelletur: nam pugnãt hęc oĩno, ita vt si nexus ille rerũ necessarius fuerit, nulla ꝓfectò caussa incerta existat, & cõtrà, si qua caussa incerta sit, vt certè est, ẽt nexũ hunc nõ sanè necessariũ, sed dissolubilem esse oporteat. Stoici in primis, & cum his Astrologi quidã, de quibus meminit Plotinus, oĩa fato, hoc est, ineuitabili quadã necessitate fieri autumarũt, & vt intereà mittã loca quibus cõplures, immo ferè oẽs hanc fati necessitatem prędicãt, quibus hæc sñia dialecticè probari posset, vident' hę rõnes ex ipsa philosophia deprom præstatis efficaces. prima quidẽ quã adhibuit Arist. nanq. in hãc rõ ab Alexãdro nõ semel allata resoluit. De quolibet verũ est asserere, aut negare: ergo ẽt de futuro. necesse igit' est rẽ fore, aut non fore: quicquid ergo fuerit, erit necessariò tale. Deinde oĩa caussã habent antecedentẽ, sed caussa antecedens effectũ consequentẽ necessariò respicit, ergo effectus consequens ab antecedente caussa necessariò pendet, & fit igitur necessariò. Prętereà Deus oĩa futura prænoscit: euenient ergo necessariò: nã si minus: efficietur protinus, vt eius notitia fallax sit, siquidẽ ea quæ fore nescit, poterunt aliqñ non euenire. Quòd aũt Deus hæc prænoscat, & leges credere iubent, neque inficiatur Alexander, magnus alioqui mortalitatis nr̃æ patronus. Persuadet itẽ, Dei sapientia, à qua pẽdet oĩs ordo rerũ, è quib. conflatus est mũdus. Cõfirmari ẽt põt hũi sententia ex ea facultate quæ μαντική, idest, diuinatio nũcupatur, siue ea sit per somnia, seu portẽta, & omina, siue auguria, aut extispicia, aut ẽt per astrologiã; nam singulæ hę facultates futurorũ prędictiones profitentur: etenim ab iis futurũ prędicitur quod nõ necessariò succederet, prædici non posset, atq. ita frustra facultates istæ laborarent. Sed & illę maiores angustię, quæ ab Alexandro monstrant'. Nẽpe vnũ esse mundũ, qui vniuersa complectat' à vitali & intelligente natura gubernatũ, serie quadã, atq. ordine procedentẽ œconomiã perpetuò consecutum, in qua priora posteriorũ caussa sunt, eademq. ita inter se cõnexa, vt hoc ex hoc H

necessariò

A necessariò cōsequat̃. Quæ si secus euenirēt, à priorib. posteriora distrahi possēt, & sic mūdus vnus nō esset, & motus sine caussa, nec vno eodemq. nutu oĩa regerent̃: quare neq. itē mūdi natura cōser uaret̃, q̃ in ordine ipso, atq. ornatu posita ē. Est verò huic simile argumentū, qđ à Scoto accepimus. Secundæ caussæ mouent eo modo quo mouent̃ à prima: at secundæ mouent̃ à prima necessariò, & cūctæ igit̃ consequētes necessariò mouebūt, & cū assumptū cōcedat̃ ab Aristotelicis; ēt ex eorū snia cōuincet argumentū ea quę fiūt, necessariò fieri. Adde ēt locū Arist. ubi docet, cur mundus inferior lationi superiori cōtinu⁹ sit, quam itē sniam repetiuit vbi verba fecit de certis rerū periodis, vtputa, mutationibus elementorū quæ statis tēporibus fiunt: nanq. & ipsæ necessariò sequi videnť. His atq. aliis hūi plurasus quispiā tuebit̃ ea quæ fiūt apud nos, oĩa necessariò fieri. Cęterùm, vt hęc necessariò fiant, & quemadmodū talis necessitas à certis caussis emanet, quinq. snias apud Plotinum reperio. Prima quidē est, oĩum eorū qui rerū naturaliū primordia corporea statuerunt: cùm.n. aliam caussā nullā excepta materia cognoscerēt, nulli alij caussarū generi necessitatē adscribere poterāt, ac materię: dixerūt igit̃ eā esse necessitatē in reb. qm̃ hac materia posita sequeret̃ hoc, neq. aliud quicquam. sic dicebat Empedocles attritionē cibi à dētibus administrari, q̃ ossei forent, & plani: indeq. ēt necessariò fieri, vt tales essēt impetus animi nr̃i, quales à principiis eiusmodi redderent̃, & oĩa deniq. profitebat̃ ex hac materiæ necessitate pēdēre, vno cęlo excepto: quo magis id admirandū, cū tāta ordi

B nis cōseruatio spectet̃ in cęlo. Eiusdē quoq. sententiæ fuēre Democritus, [a] Anaximenes, & Anaximāder. sed cùm sola hæc caussa, materia nimirùm, ab ipsis primordiū posita esset, in eo se præclarè gesserūt: nanq. is est præcipuus sui muneris obeūdi modus, q̃ materię ipsius ꝓprius est, itaq. materię necessitas attribuit̃. Alij tatū altius extulere, ponentes ipsum caussā oĩum efficacissimā, cūcta mouētē, neq. solùm ea gubernantē quæ fiūt à natura; verumetiam dirigentē cognitiones nr̃as motionib. suis nō aliter àc ab animo singulæ animantis partes agitent̃: neque.n. à seipsis mouent̃, sed à principe facultate quæ tanquam rex in solio residet in corde, aut tali principio, quod ipsi pro ratione respondeat. sic igitur ad ipsum vniuersi principiū sese attollentes eam primam caussā quæ per oĩa diffunditur, & peruagatur, statuunt fatum. horū oĩum Stoicis primę deferuntur, inter eos autem Stratoni Lampsaceno: quapropter etiam de principio quodā vitali facere mentionē, tanquam de caussà prima à qua velut à primo fonte, cunctis corporibus viuere, & esse benignissimè affunderetur. Quamobrem etiam de prouidentia meminisse coguntur: ita.n. fatum à prouidētia seiungi censetur. quòd hæc sit ordo ille qui perspicitur in rebus fatalibus, quatenus in deum & caussàm primā refertur, & ab ipso proficiscitur, cùm fatum sit in rebus ipsis quæ ꝓducuntur. Potest autem confirmari probabiliter hęc opinio ex iis q̃ attulit Arist. de duce exercitus, vbi oĩa quę sūt apud nos, ab vno illo oĩum

C sūmo principio ꝓgredi sāctissimè asseuerat, ex illis itē quę legim⁹ apud auctorē libri de mūdo, vbi ēt ordo referť ad illas caussas quę supra cęlestia corpora sese receperūt. Idē quoq. cùm poëtis ꝓdicauit aię quodāmodò oĩa plena. Pręterea cū ea q̃ sūt apud nos, vniuersa à motu cęli descēdāt, vt ēt cōtinēs ipsū sit caussa motuū q̃ in animali fiūt, cęlū aūt ex appetitu primi illi⁹ boni necessariò ꝓpetuoq. moueat̃, vniuersa igit̃ ab illo primo, si nō ꝓximè, saltē remotè ciebunť, qđ cū necessariò operet̃; illa ēt q̃ sūt ex ipso, necessaria sīt. Tertia fuit Astrologorū opinio, q̃ magis sēsus iudicio, q̃ mētis attribuētes solùmodò rerū caducarū primordia posuerūt mot⁹, atq. cōfigurationes cęlestes, sy derū, inq̃ tam errantiū, q̃ inerrantiū à qbus vī quandā oībus q̃ gignunt̃, influere quodāmodo. & ab iis singula fieri testant̃, eamq. virtutē ab actu ipso influxū vocare solēt. Pręcipuè verò nitunt̃ suis obseruationib. & prædictionib. nā sigula tm̃ cęlestiū corporū circuitus, astrorumq. motionēs disponi vidētur, prout inter se habēt ad tēpus meridianū, & situs, ortus, occasus, atq. cōgressus, & nō tm̃ de futuro euētu, verùm ēt de cogitationib. ipsis fiūt ꝓdictiones. Ad hęc animalia, & plātas ab ipsa illorū cōsessione, & quasi cōspiratione regi, ac modò crescere, aliàs imminui, quēadmodū Luna crescēte arbores, & vngues īcisæ citius augescūt; capilli secti celerius canescūt; fœminę rarius cōcipiuntur, cācri replent̃. & oua plena nascuntur: similiter ē regionū & cęli dissimilitudine variat̃ admodū natura plantarū, & animaliū in

D quanto, & quali, hīc enim albi, nigri ibi exoriuntur, vt enim doctissimè ille poëta nos docuit.

„ *Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt,*
„ *Fluminibus salices, crassisq. paludibus alni*
„ *Nascuntur, steriles saxosis montibus orni.*
„ *Littora myrtetis lætissima: demq. apertos*
„ *Bacchus amat colleis, aquilonem & frigora taxi,* – & reliqua.– idq. adeò latè

patet, vt sic etiam differant homines ob cœli varietatem, & adipectus ad solem, & moribus, & ingenio, & corporis animiq. cultura. Quamobrem & de Italia nostra cecinit idē nobilissimus auctor.

„ *Hęc genus acre virûm, Marsos, pubemq. Sabellam,*
„ *Assuetumq́ malo Ligurem, Volscosq́. eruto*s
„ *Extulit–* vsque adeò, vt ex primo cuiusq. ortu euentura præfigi possint; q̃uis aūt nonnulla secus. q̃ prædicta fuerint, cadāt; fallaciis, aut ignorātiæ prædicentiū erit tribuēdū; ex quo fides arti derogata sit, cui⁹ tñ clara documēta apud Antiquos extiterit. Postremi hęc de fato ꝓnūciarunt; ipsū esse mutuā cōplexionē caussarū, desup emanantē, per q̃ posteriora semper priorib. obsecundēt, & consequentia in antecedētia reflectātur: vtpote quę per ipsa fiant, & absq. ipsis effici

[a] 1. de par. an.

nequeant: ex quo fit, vt antecedentibus semper subsequentia seruiant; quanquam id confusè admodùm ab iis decretum est: nam cùm ordo inter caussas spectari possit, vel ꝓpter tẽpus, vel propter naturam, quandò Socrates intuet Sophroniscum patrẽ; respicit etiã continens cęlum, & Deũ; ex his nonnulli videntur spectare solùm originem & tempus, & talem nexũ inter caussas statuere, licet eum nõ satis explicent; alij contrà. quamobrem in duas sectas distributi sunt, cùm ex his oĩa quidam ad vnũ principium referri putent; alij verò non oĩa ab vno principio deriuari confirment. Posterioris sententiæ auctores videntur etiam ex eo commoti, quia sunt item actiones hominum propriæ quæ tametsi necessariò fiunt, habent tamen ꝓpria principia à quibus necessariò mouentur. illi primi à connexione & ordine vniuersi ad id adduci potuerunt: cętera parùm distant à superioribus, ideoq. eisdem propemodum, aut similibus argumentis eorum sententia constabiliri posset. E

In eos qui omnia necessariò euenire putabant, & generatim & sigillatim disputatur. Cap. XXXXII.

SED illorum opinio qui generatim posuere necessitatem ineuitabilem in natura, quantum absit à vero, ex his opinor, quę dicentur, vnicuiq. constabit. Hìc autem, vt voto potiamur, obseruandum erit Aristotelicum pręceptum: iubet.n. ipse, dum vrget Parmenidem, vbi quippiam colligendũ sit, antecedentia spectari, & ex iis, quæ comperta sunt, ponere aut tollere consequens; non aũt contrà ex obscuris euidentia oppugnare, sic cùm secum pugnent necessitas & infinitas caussarũ, ex his aũt necessitas obscurior sit. igitur ex infinitate caussarum potius euertetur necessitas, quàm contrà caussarum infinitas à necessitate oppugnetur. Atqui caussarum infinitas ex his maximè sese prodit. Tùm quòd vnusquisq. sanę mentis approbat casum, atq. fortunam, easq. si diligentius inspexerit, caussas per accidẽs esse cõperit. neq. solùm id est in caussis per accidẽs, verùm ẽt infinitas & indeterminatio in agentib. aut patientib. per se: nanq. in reb. natura constantib. est principium quoddam quod potestas patibilis nuncupatur, & materia quæ contradicentia complectitur intra se: non igitur magis ad hoc, quàm ad oppositum suopte impulso propensa est. Rursus & nos ipsi videmur esse nostrarum actionum potentes: quòd si necessitatem imponas, leges sanè tollerentur, pœnæ pręmiaque è statu reipublicę deturbarentur, quæ tamen sensu communi approbante in ciuitate bene instituta recipiuntur. Quæ item dementia est, dicere tot pulchra ædificia, tot quoque opificia ad corporis cultum pertinentia fato, non aũt humana industria facta fuisse, & Orpheum tam egregiè fato lyram pulsare? non erit itidem aliqua vis, aut omnino quicquam præter naturam; cùm tamen quisq. saxũ vi sursum ferri perspiciat, ibiq. non sine vi manere: indeq. sine vlla violentia segregari, cùm ex inferiore loco magno conatu abstrahi ipsum oporteat. Et deniq. si non redundat natura, neq. item deficit, quandò vis consultandi, & hoc præ altero seligendi nobiscum orta atq. educata est: ex quo fit vt sic aut aliter agere, pariq. ratione non agere possimus: certè negare non licet, quin aliqua necessitate illa fatali non eueniant: nam si fatum sit; omnia profectò concidant: nec quicquam in nobis ipsis erit, aut etiam contingens, quod ad vtrumlibet appellant. Sigillatim verò contra priorem sententiã disputabat Plotinus. nam sic efficiunt isti caussas corporeas quę tamen non sufficiunt ad ea ꝓpaganda quæ fiunt in eo mundo, qui intra Lunæ sphæram comprehenditur, hoc aũt ꝓbè conficere potes ex perpetuitate motus, & ex his, quæ cum 8. Phys. tum ẽt 12. Met. longo ꝓgressu ab Arist. conclusa sunt. Mitto verò quòd aliena ratio nimis esset, si omnia materiæ tribuentes potissima caussarũ genera despiciant, formam nimirùm efficiens, & finem. Huc accedit, quòd ẽt caussæ istę conseruari nõ possunt, si maneat fatum: siquidem fatum præsefert ordinem: nam caussæ illæ, præsertim atomi, apud Democritum, sine vllo ordine, per inane concitantur. quemadmodum igitur citra vllum ordinem mouentur, ita etiam sine ordine, & necessitate efficere censendum est: nam si infinitè agitentur, ẽt id quod ex earum motu infinito compactum est, infinitum fit oportet: cùm tñ obseruemus ea, q̃ sunt à natura instituta, ex ordine quodam certo constare: semper enim cum hoc partium ordine, quem nunc obtinent, equus & homo producuntur, vt nonmodò & finis formæq. successus sit in natura certus & definitus; sed efficientia certa sic efficiente quoq. & non aliter operante, nisi fuerit impeditum: quod certè ex incerto illo atomorum concursu fieri non posset. Prætereà non liceret ex arte præsagire, vtputa, medico: nanq. hæc incertè variarentur, ars autem versatur in certis, vt si pronunciarit medicus, eum in quo sit Hippocratica facies, extrema emortua, plumbeus color, obiturũ quàm celerrimè diem suum: nisi.n. opera fati intercedat, aut ẽt si in oppositum nitatur, poterit sanè conualescere. Multa quoq. in homine insunt quæ ab atomorum concursu non pendent. quę.n. obsecrò, atomi illę erunt quæ caussa sint, cur ego sim philosophus, hic medicus, ille sculptor? Prætereà sic fieret vt omnis motus à corpore, nullus aũt ab animo nasceretur: atque ita efficeretur, vt in nostris functionib. corpori semper obsequeremur, aut potius seruiremus. At quàm sæpæ fiunt in nobis alij motus, & omnino corporis propensioni repugnantes, vt dum contemplamur, dum continenter, aut temperanter, aut etiam fortiter agimus? declinat enim corpus interitum, quantum potest: nihil illi magis hosticum: vir autem fortis, si fuerit opus, vitam sexcenties in die fundet. Auctores aũt secundę sententię Stoici fuerunt. Contra ipsos etiam multa differuntur, & ea pręcipuè illos oppugnant q̃ F G H

A generatim aduersus fati necessitatem paullòanteà fuerunt allata: quanquam multò melius ille quãuis fati patronus, Stoicum seruum refellit qui cum fecisset furtum, & à domino plecteretur, ad excusationem fatum allegarat: & ego, inquit ille, iniuriam tibi non facio, nanq. vt sic faciam, me fati necessitas vrget. Verùm & ipsi pertinaciter resistunt, neq. pudet eos inficiari quicquam esse in nob. aut contingentia tollere, aut casui fortunæq. repugnare: nam quicquid ita fit, etiam à caussà quæ necessariò efficiat, autumant proficisci. Sed ignotis inniti & axiomate minore vti (ἔλαττον ἀξίωμα illud Græci [a] vocant, in quo minor est fides axiomatis, quàm conclusionis) vt ex iis confessa & perspicua destruantur, viri nil planè intelligentis est. Quid aũt ipsi dicant videbimus posteà diligenter. Interim verò cùm ipsis etiam sigillatim dimicemus. Cæterùm suis sese armis oppugnant, quoniam & ipsi cõsulunt & monent, & persuadere nituntur, & in errantes animaduertunt, quorum sanè nil necesse foret, si fati virib. & nutu omnia regerentur. Insuper & ipsi rerum omnium prouidentiam concedũt: quamobrem negare non possunt, quin Deus omnium malorum caput, & auctor sit. etenim mala & peccata à natura, & à nob. committuntur. hæc si fato fiunt, & prouidentia quæ diuina functio reputatur, omnium caussa est: sequitur profectò, vt & ipsa malorum omnium caussa sit; quod tamen à tanta maiestate prorsus abhorrere censendum est. Inuehitur idem Plotinus acerrimè etiam in Astrologos. Primùm cùm subiiciat eorum sermo fato ipsi perturbationes, vitia, impetus animi, voluntates,

B nob. nihil assignat quod nostrum sit; verùm facit, vt nos non aliter certè atq. lapides ad alterius arbitrium, susq. deq. agitemur. esto.n. vt continens, & cęlum corpora nostra possit agere, atq. afficere; non omnia tamen imperium in nos habent & potestatem. quòd etiam cum eisdem caussis naturalibus mores diuersi cõsistant. Tùm præterea siquid est, in quod plus virium obtineat ambiens ipsum, id est corporis nostri temperamentum: sed ratio sæpę illi aduersatur. Quin ẽt si fateantur Astrologi, nonmodò significari euenta ab astris, sed etiam proficisci, sæpe mentientur; tùm quia non succedet interdum id quod significatur: tùm etiam ꝙ effecta nonnunquam syderum configurationibus antecedunt, veluti cùm iudicium ferant de generosa stirpe nati: iam.n. stirps generosa fuerat, generis continuationem generositate exprimente. Nec non eadem configuratio multis erit communis, quæ tamen maximè variantur, vt ẽt idem effectus ex diuersis adeò configurationib. euenire possit, vt qñ trucidatur exercitus qui ex innumerabili hominum multitudine conflatus est: variis.n. temporibus orti fuerant; & tñ vniuersi simul eodem fato functi sunt. Iudicant ẽt ipsi de fortuna parentum ex filiis qui nondum geniti sunt: Præterea de filiorum fortunis ex conditione parentum; nec dum tamẽ in lucem filij prodierunt. Ad hæc porrò à fratrum genituris eorum mortem, & ex mulierib. virorum sortes; neç quicquam ex his ab hora geniturę proficisci potest. Nam quanuis hîc respondere possis,

C ea mutuam ad sese habitudinem habere, veluti frater ad fratrem: ideò quod fit de fratre iudicium, etiam de altero, tanquam sub eandem rationem cadente, & ad ipsum spectante fieri. Fateor equidẽ sanguinis coniunctionem multarum similitudinum caussam esse posse quæ cùm item afferant easdem cogitationes, & eisdem perturbationib. obnoxię sint; etiam consimiles euentus habere possint: at ꝙ ea quæ generatim eueniunt, quæ sensus communis aliunde esse iudicat, & rarò euenire, neque certis de caussis obseruat; ex fato deduci haud vnquam audebo affirmare. Legi apud varios auctores gemellos eisdem morbis per stata tempora conflictari: hæc sanè intrinsecus ortum habent; sed ꝙ hic infeliciter nauigaturus sit, ille studiis operam daturus, alius domi re bene gesta ceteris vitam celibem agentib. otio fruatur, quid sanguinis coniunctio faciet? nihil'ne prorsus valebit in filios disciplina, & exemplum domesticum imperiumq. paternum? At cur, inquam ego, non in omnib. idẽ iudicium de vtroq. fieri potest? mutuò.n. sese intuentur, atq. vna ipsorum cognitio, vnaq. facultas, vt dici solet. Non igitur fuit, vt vos Aegyptij & Babylonij, vnde hæc opinio primùm emanauit, tantum camporum vestrorum patentium ęquorib. tribueretis, ex quib. nihil emineret, quod contemplationi cęli possit officere, omnem rerum mortalium curam in syderum versione poneretis. Ex his igitur & aliis quibusdam persuadebitur facillimè quiuis. Astrologorum quoq. sententiam quæ cun-

D cta à cęlo vice necessaria ducat, inanem prorsus esse. Sigillatim etiam contra postremas disputat idẽ auctor. quia sic foret, vt nullum esset opus cuiusq. proprium; aut non secus, ac si non pedem moueri diceremus. neque.n. pes mouetur, sed nos per pedem, sic. Deus ille erit qui per nos intelliget, per terram generabit: quia nullum aderit ibi principium mouens aliud quod secundùm propriam suam naturam à mouente motum diuersum excipiat, neq. nos ipsi intelligemus, neq. terra producet: sic ẽt mala per nos Deus ipse efficiet, atq. item vniuersa motui subiecta & oppignerata erunt, nihil omnino mobile ex seipso: ita fiet, vt exiftant imperfecta solùm, perfectum nullum: nullus.n. inerit act[us] in iis proprius; at perfectius est actum aliquem possidere, quàm eo carere. Accedit eodem, ꝙ si caussæ proximæ cum remotis conferantur, vtriq. singulari magis dominari proximæ videbuntur; Itaque magis extabit in filio matris effigies, q̃ auiæ, & ignis calorem prius efficiet, q̃ ꝙ hyeme cogat frigus Præterquam quòd de Deo nullam prorsus mentionem faciunt, sed de cęlo tantummodò; atqui in animum nostrum cęlum nullam habet potestatem: nam quod materia constat ius, non habet in ea, quæ sunt à materia secreta. Hæc sigillatim contra huiusmodi sententias breuiter dicta sint.

[a] Lib. de lin. insec.

Ad responsiones eorum qui asserunt fatum, nonnulla dicuntur. Cap. XXXXIII.

ATTAMEN & ex huiusmodi nodis eripere se conati sunt earum patroni; quamobrem nostrũ munus erit ẽt, si quid ipsi ad obiecta responderint, vt aduertamus. Inter hos aũt præcipuè Stoici, aduersus quos multa Alexander, è quib. complura nos selegimus, quæ contra fatum opponeremus generatim, cùm ab ipso sigillatim in Stoicos allata fuerint. ideò nos eodem tẽpore duplici munere perfungemur. Quod ergo pertinet ad ea quæ de casu & fortuna fuerunt obiecta, dicunt ipsi nos decipi existimantes casum & fortunam esse caussas infinitas, sunt.n. certę, & per se, non autem per accidens: verùm in caussis per accidens numerantur & incertis, quia latent. Cæterùm aduersus Stoicos. nam si tales habentur, quoniam occultę: certè ex regula analytica caussę omnes occultæ infinitæ reputabuntur, & per accidens: sic erunt caussæ per accidens veneficia amuleta, tractio ferri à magnete: & omnia demũ quæ fiunt in natura per sympathian & antipathian. Rursus ẽt eorum, quæ dicimus esse fortuna & casu, non omnium caussæ sunt occultæ. Præterea eædem quibusdã notæ, nonnullis ignotæ: quamobrem fiet, vt eædem res sint & non sint vnà fortuna & casu: sint sanè ignaris fortuna & casus; scienti verò nequaquam: sic ergo ficulnum auxilium, vt prouerbio fertur, afferunt lapsui priori. Videamus & nunc quid respondeant ad secundùm quod ducitur à natura eius quod fieri potest, & contingentis. Aiunt verò id quod fieri potest, non eo modo accipiendũ esse quo vulgò circunfertur ea vox; sed ita definiendũ, quod quando non est, non prohibetur, quin sit: at quod non prohibetur, ex certa caussarum serie quandoq. sic erit, atq. id necessariò. quod igitur esse potest idem quoq. necesse est aliquando esse; & contrà, quod prohibetur, quominus sit, fieri non poterit. idcirco non erit, nisi.n. prohiberetur, esset, atq. ita necessariò foret: impeditur; ergo non erit: quapropter necessariò quoq. non erit; si minus, ergo esset, neq. id impediretur: itaq. quod esse potest, necesse est vt sit, ꝙ si non fuerit, non sanè non fieri posse existimandũ est; sed ꝙ nullo pacto fieri queat. sic ergo quod esse potest idem est àc necessarium. Sed contrà hæc, si necessarium cum eo quod fieri potest, conuenit; hoc aut esse potest solùm, aut ẽt non esse. si dicas ipsum solummodò esse, vtiq. fiet, vt nomine solùm necessarium, & id quod fieri potest, distinguantur: atq. ita quod esse potest, sonus inanis quidam sit: quòd si contrà potest non esse, erit item necessarium non esse: idem.n. est ex eorũ sententia, quod fieri potest, & necessarium: si rem spectes quæ ipsi supponitur: ergo & eodem apposito nulla variatio consequetur; quare necessarium & posse non esse concinent, quod est omniũ absurdissimũ. Adde nunc: hoc igitur quod fieri potest, necesse erit esse: quare non continget non esse: atq. ita contingentia explodetur. Prærerea, vt dicit Alexander, necessarium duplex est: aut æternum, quod. s. sine intermissione fit, vt syderum cursus: aut ex necessitate, hoc aũt non semper est, vt eclipsis, sed aliquando tamen; sic ꝙ ego nunc scribam ex necessitate est: non necessarium tamen, quia nõ semper scribo, sed ea vis est fati, vt sit id quod ęternum est. hoc igitur quando æternum non est, nullo modo subiicitur fato. Dixerunt alij quod fieri põt, & necessarium in hoc etiã cõcordare, ꝙ ex his item quæ fato fiunt, quædam huiusmodi sunt, vt non impediant opposita, quominus fiant. quãobrem, ẽt si non fiant, fieri tñ possunt; & fient: ac nisi fient, id idcirco eueniet, quia fieri non poterunt. Cùm igitur quod esse potest idem sit, atq. id quod non impeditur, quin olim sit: ergo idem erit necessarium, atq. id quod potest esse. quòd aũt impediatur quominus sit, ita probant: afferas.n. tu in medio aliquid impediens. Mitto primùm, ꝙ isti probent nullum impediens adesse, quia lateat. ꝙ ita naturæ ordinem peruertant: nam cũ scientia reb. posterior sit; ij scientiam reb. anteponunt. Tùm ẽt ꝙ apud præscientes fieri poterunt, apud ignorantes verò nequaquam; specto solùm ꝙ in hac positione assumptum fuerit, idq. falsò, nullũ obstare impediens eo, ꝙ id quod est caussa, vt hoc fiat, in caussa quoq. est, quominus fiat oppositum: nam sic nullus modus, nullaq. via succurrit quib. vnà defendere possint, quod esse potest, contingens & fatum. Ad id verò quod opponitur de eo, quod est in nob. de legib. de pœnis & prẽmiis. quantum ad id quod in nob. est: id negant, tantummodò concedunt, quædam fieri per nos homines; neq. tñ à nob. & id potissimum; quia sine caussa fierent: at nihil sine caussa fieri posse putant: nanq. nostrorum motuum caussam fingunt ipsi phantasiam, hęc verò ab externis obiectis, & à continente agitatur; sed cùm ẽt fato obediant, faciunt quidem, vt fato phantasia moueatur; & sic nos ab ea necessariò mouemur. Opinionem hanc plurib. locis agitauit Alexander, atq. conclusit demum, vt res est; non esse motus eosdem in nob. & qui à phantasia fieri solent. Tum quia sæpe phantasiæ repugnamus, tùm ẽt, quòd sic à bestiis non differremus. Testabatur item Plotinus: quoniam si ita ageremus, vti dicunt, fieret, vt moueremur assiduè ad corporis motus: at nos sæpe etiam aduersus eius propensionem mouemur. Multa quoq. dicit Alexander ad ostendendum, vt in nob. est motus; sed de hoc aliàs. Quod adiungunt illi, quoniam fieri posset aliquid sine caussa; animaduersum est ẽt ab Alexandro; & hoc soluere conatur ipse bifariam; primò per antiparastasin aliquid sine caussa fieri concedens: nam quod per accidens est, verè non est: [a] vnde caussa per accidens caussa non est, in quo ẽt probabat Arist. [b] eos qui nihil à fortuna fieri dicerent, quia non fieret quicquam ab ipsa per se. Propterea falsum est, id quod fit, habere semper caussas per se, & subinde necessarium nexum cum illis. præterquam ꝙ ẽt fieret ex hoc ordine, vt consequentia omnia forent, atq. antecedentia: quandoquidem, vt hoc ex illo; ita ex hoc aliud exstitit: vt.n. ante hoc illud extitit

[a] 6. Met.
[b] 2. Phys.

A extitit, sic ab hoc & post hoc aliud existet in perpetuum: atqui multa sunt quæ sunt effectus simpliciter, & nullo modo caussæ. quare etiam patet, quantum aberrauerint in eo, quòd nihil attribuerint nob. sed in libro de fato, vbi dicitur à Stoicis, aliquid fore sine caussa, respondet Alexander per entia sin; id esse falsum eo, q nos ipsi caussa sumus: nam, cùm deliberamus, resoluimus oē nostrum consilium in aliquod primùm, quod spectamus, vtrùm in nob. positum sit nec'ne: ac si tale fuerit ceptum propositum aggredimur: hinc dictum esse, nos esse futurorum principiorum. [a] Quod verò pertinet ad leges; alio modo rem ipsam Stoici, ac Peripatetici tractarunt: nanq. ex eo q essent Dij, leges item esse concludere tentarunt; argumentabantur.n. hoc pacto: si non est lex, recte facta non sunt: ergo si rectè facta sunt, lex sit necesse est. Deinde si non rectè facta, nec virtus. si non virtus; neq. etiā Dij; sed Dij sunt: ergo virtus, recte facta igitur, itaq, lex. nec vident leges obuiare necessitati, neq. ēt pœnæ, aut pręmia: neq. nob. indicare quid agendum sit: sed quod'nam bene, aut perperam gestum fuerit, ea tamen omnia necessariò fient. At hoc ita videtur absurdum, vt confutatione non egeat: neque vnquam hoc ratio cōuincet, modò sensui cōi, atq. iis quę à Peripateticis argumentis certissimis peracta sunt, imitatur. Ad id aūt, quod à diuinatione contra illos assumptum est, prouidentiam ponētes ita dicunt, hæc à Diis ipsis effici; propterea pręddici posse, quemadmodum sunt. At opponit Alexander, neq. vaticinij rationem constituram, neq. vsum: non sanè rationem, quia vaticinium est indicatio, B non aūt caussa efficiens: neq. vsum: quoniam ita succedet, nec præmonere iuuabit, quandò sic nulla custodia poterit adhiberi: semper.n. succedet nullo aduersus id præualente impedimento, aut illo etiam per necessario. Satis hactenus aduersus Stoicos disputatum est: conuertamus modo nos ad Mathematicos. & quanquam hoc loco de celesti influxu multa dicenda nobis suppeditant Mathematici; quia tñ id alio loco tractandum commodius est: & quia de cęli instrumentis in Meteorologia verba facturi sumus; interim; tametsi complura in Astrologos allata nouimus; quib. eorum ars eleuetur, & à Pico Philosopho Theologoq. illustri multis argumentis acta res est. hæc ex Iulio Firmico & Plotino dicamus, quantum ad illa pertinet, quæ nos in eorum sententiam olim induximus. Cęlum sanè nostratia corpora agitare eaq. miris modis; animam tñ. non oēm quidem, sed eā quæ rationis compos est, superare non posse. hæc.n sola sui iuris est, vt plurib. argumentis, neq. id infrequenter Alexander ipse persuasit; quem imitatus est postea D. Thomas; [b] verùm q anima ēt corporis est affinis, ex hoc item effici, vt eius mores, nisi aliter instituatur & temperetur; id quod ex assuetudine succedit, corporis temperiem consequantur; quemadmodum nos item docuit vberrimè Galenus. Idcirco ēt per accidens euenit, vt cęlum ius habeat, atq. imperium in animam nostrā, non aūt necessariò. Ex hoc efficitur, vt Astrologi nil aliud prænunciare possint, atq. ea quæ ex tem C perie corporis oriuntur: quæ item præuidere posset naturalis philosophus ex crebra animaduersione qualitatum primarum, & eorum quæ notata sunt, obseruatione diuturna quæ certè in reb. omnibus peritiam affert incredibilem. Præterea neq. absolutè possunt cęli superare materiā, cuius rei caussa reddetur aliàs accuratè: nanq. ab ipsa existit aduersitas, & pugna, atque impedimenta quæ caussæ contingentiæ fore monstrabuntur. licet nexus inter caussas & effecta plurimum seruetur; natura enim maiore ex parte ad exoptatum finem peruenire consueuit.

[a] Lib. περὶ ἑρμ.

[b] 3 Cōtra Gēt. c 87.

Aduersus Pomponatium qui Stoicos defendebat. Caput XLIIII.

CVM Alexandro pro Stoicis accerrimè dimicauit Pomponatius in eo libro quem ipse de fato scripsit copiosissimè: quanquam (vt mea fert opinio) liber ille typis excusus mutatus est mirū in modum ab eo quem olim manuscriptum in manib. habueram: nanq. vt ille Peripateticorum dogmata defensurus, parum habuit curæ, quantum discederet à legib. itaq. ne opiniones illæ falsæ imbiberentur ab adolescentibus non tantum ea semota sunt quæ videri impia potuissent; idq. hactenus bene: sed temeat, inseuit ille corrector non pauca quæ vniuersam illam scriptionem fœdarent turpis D simis repugnantiis quicquid sit, in Alexandrum pro Stoicis inuehitur, & cùm obiiciebat ipse aduersus eos qui fortunam cum fato consistere profiterentur; q ita casus diceretur: quoniam caussa occulta foret, sed nihilominus certa; quandoquidem caussa infinita esset, & per accidens. contra dicebat Pomponatius, effectus etiam qui casu subsistit, est à caussa definita: propterea q est à caussa illa quæ, plurimum sanè operatur per se: veruntamen alio modo disposita efficit id quod raro spectatur. Deinde caussa cuiuspiam effectus aut est integra & absoluta, ac prima, vt ea.s. primùm posita consequatur effectus, aut nō plena, sed imperfecta: certè quiuis effectus à caussa illa integra per se producitur: ergo & ille qui casu successit. quare ēt talis effectus à caussa definita nascetur: ita falsum deprehendetur id, quod Alexander obiecit: rectè.n. dici poterit, quoniam spatiabar in foro, amicum offendi. Antiquam verò fuisse sententiam hanc, atq. adeò ipsius Hippocratis, vel Galeno teste nouimus. ipse.n. à fortuna quicquam fieri negabat, sed omnia caussas certas, à quib. emanarent, obtinere: fortunam verò & casum, ad nos esse solùm, & tale caussarum genus ab existimatione nostra potius, quam è naturę sinu erupisse. eius.n. verba sunt hæc. ἡμῖν μὲν αὐτόματον, αἰτίᾳ δὲ οὐκ αὐτόματον. id est nobis quidem casu; caussæ verò non casu, cui quoq. sententiæ subscripsit Plutarchus, eaq. ab eruditissimis quoq. viris hodie tenetur. Veruntamen & si habent singuli effectus suas caussas, atq. etiam

proximas,

proximas, vnde proficiſcantur: non tamen hoc ꝓhibet, quominus ſint fortuna & caſus: nanq. poterant illæ cauſſæ non eſſe, neq. in rerum ſucceſſu certam ſeriē ſibi vendicarunt, eoq. maxime, ꝙ è poſtremis hiſce cauſsis à quib. fortuna pendet, & caſus, nulla per ſe idonea eſt effectum producere: ſed aut eſt veluti inſtrumentum, quod à ſuperiore quadam cauſſa dirigi oportet, aut ad alium finem ordinata, cui cùm cauſſa illa poſtrema non ſeruiat; per ſe incerta eſt, & in caſum fortunamq. degenerat: ac ſiquis vim cauſſæ finitæ velit exquiſitius explicare, is eam collocabit in hoc; ꝙ in certum ſcopum dirigitur, atq. illum per certa media conſequitur, niſi accidat impedimentum, quæ cùm abſint à fortuna & caſu, cauſſæ quidem ſunt, & definitæ ſic; quoniam ab illis effectus quidam emanet ſingularis, ſed ipſe per accidens eſt, quoniam à cauſſa primò mouente, non requirebatur: neq. item cauſſę ſuperiores ad eiuſmodi effectum inſtituebantur. quamobrem definitæ cauſſæ minus proprie ſunt habendæ: tuq. qui in anguſtiis hiſce verſaris, hoc dictum tibi tolle, & memoriæ commenda. Confirmatur ēt propoſitum ex natura accidentis: etenim ſic ſpectatur, quatenus alteri ineſt: quapropter cauſſa albedinis certa eſt, & in muſico, qui per accidens albus eſt, tamen ꝙ in muſico inhæreat, eſt per accidens. idcirco ex maiore neceſſaria & minore contingente contingens concluſio colligitur. ita cauſſa inueniendi Theſaurum definita & certa per ſe eſt, ſed ꝙ fodiens gratia plantandi Theſaurum inueniat; & cauſſa, & effectus ſunt per accidens, & infinita. Non obſtat igitur caſui & fortunæ, vt à cauſſa definita propagentur, dum eiuſmodi non ſint, ſi cum illo conferantur, cui dicuntur euenire fortuna, & caſu. Non vidit igitur id Pomponatius. Præterea falſum illud reputo, ꝙ à cauſſa à qua per ſe producitur effectus, plurimum ꝓficiſcatur; alia verò ratione diſpoſita fiat id quod minori ex parte ſuccedit. nam ſi inde erumpit effectus, hoc eſt per accidens; & in eo poſita eſt ratio fortunæ & caſus. Rurſus vbi teſtatur à tota cauſſarum complexione effectum illum quoq. deriuari, quamuis tota illa cauſſarum complexio ſit eius euenti cauſſa, & vbi ita ſit, maneant adhuc cum cauſſæ certitudine fortuna & caſus. At, tametſi extat illa cauſſarum complexio, eaq. certa illius euenti cauſſa, tamen per accidens eſt. illa per ſe complexio cauſſarum eſt, vbi ad hominem producendum ſol, & homo concurrunt: atq. inter ſe ita connexa & apta ſunt, vt vtrunq. ex his per ſe, alterum quidem primò, alterum verò proximè ad effectum conducat. ideò quod vir hic, cęteroqui maiorum noſtrorum multò doctiſsimus eſt profeſſus, culpa non vacat. Nam quod ēt ille ſubiūgit has omnes cauſſas ad eiuſmodi effectum propagandum per ſe conueniſſe ex imperio cauſſę vniuerſalis; (ad hanc. n. tanquam ad aram confugiunt è Latinis complures, vbi à propria rerum natura cauſſas euentorum reddere neſciunt) & hinc nil per accidens euenire teſtantur; ſed propter illius vniuerſitatem omnia ab hac per ſe ipſa pendere. Hoc item nil aliud eſt, ac principium ſibi dari velle: nanq. oportebat cauſſam illam ſuperiorem ad talem effectum dirigi, id quod in præſentia dubitamus: idq. ſi eſſet; effectus ille non ſemel, aut bis, ſed plurimùm eueniret: neque. n. cauſſa illa prima operatur, niſi vniformiter, & plurimùm; ſi non neceſſariò: & quod plurimum eſt, per ſe & ſecundùm naturam eſt, quod aūt rarò, per accidens, & præter naturam; & ſine quo tantum abeſt, vt natura non conſiſtat, vt ſi non abſit, lōgè melius ſe habitura ſit. Illud item pro Stoicis dictum eſt: nanq. vbi opponitur, fruſtra nos habere conſulendi facultatem (nam quod ipſe pro Stoicis aliquando prædicauit, nos item de neceſſariis habere conſultationem, non placet) & negat ipſe, quia conſultatio non facit, quominus ea geramus q̄ gerere neceſſe eſt, non admodum firmum eſſe puto: neque. n. video, cur fruſtra data non ſit homini conſultatio, quandoquidem etiam ſi non conſultemus, id quod euenire neceſſe eſt, ſine dubio eueniret. Non concedunt etiam facilè argumentum illud quod ab arbitrij noſtri libertate ductum eſt: nam inquiunt, arbitrium noſtrum in eo ſolum eſſe poſitum, ꝙ velimus, aut nolimus; ſed dum volumus, nolle non licet: idq. ita perſuadebat Pomponatius, quoniam ab eodem quatenus idem, non niſi idē proficiſci poteſt: ſed hìc velle ineſt in voluntate: ergo ita vult, vt nolle non poſsit. At verò mihi placet ipſam etiam, dum vult, poſſe nolle: nanq. eſt facultas quædam quæ ſuopte impulſu ad oppoſita contendit, & ex duob. appetitibus compoſita participe rationis & bruto, diuerſos habet fines: pro finium ergo ratione, & appetitum adeò contrariorum certamine modò vult, aliàs aūt repudiat: atq. id quod anteà volebat, poſteà non vult. Fateor planè eodem temporis puncto non poſſe ſimul velle, & nolle; neque. n. duo actus oppoſiti conſiſtunt, ſed cùm libertas humana ſit poteſtas, poteſtas aūt reſpiciat oppoſita, cum viciſsitudine autem, dico effici, vt id quod nunc vult, alias nolle queat, aut noluerit: & in hoc poſita eſt humana libertas. Do etiam libertatem nō pertinere ad primum finem: neque. n. poteſt hoc non optari, ſed eorum quæ ordinantur ad ipſum, dico eſſe libertatem. Aſſero itē etiam dum vult, neceſſariò velle, nam quod eſt, quatenus eſt, neceſſe eſt eſſe. ſed cùm velit id quod nolle potuit, cùm actus ille pendeat ex ipſa, ſic & in electione, & deliberatione, & executione libertas apparet quæ neceſsitati aduerſatur. Sed de his vberius aliàs.

Vtrùm omnia contingenter, an neceſſariò fiant. Cap. XLV.

HACTENVS viſum eſt, neceſsitatem ad vniuerſa quæ fiunt in mundo, non pertinere, quemadmodum Stoici, Aſtrologi, atq. alij nonnulli Peripateticè profeſsi ſunt. ſupereſt igitur, vt fiāt contingenter. Sed hìc dubitari poſſet, vtrùm nihil neceſſariò fiat, verùm omnia contingenter, aut potius

A rius quædam tantùm. In qua sanè disceptatione tres ego sententias patronũ habuisse perspicio. Pri-
mam quidem, quam defendebat Epicurus qui omnem ordinem in rerum natura, fatum prouiden-
tiamq. omnem impudentissimè negauit, faciens Deos omni mortalium cura exemptos, ideò creber-
rima, atq. illa quidem tristia cadere in bonos, læta apud deteriores esse. Alteram verò quam approba
uit Democritus qui quidem posuit contingentiam in motu principiorum, necessitatem verò in iis
quę ex principiis oriuntur. Ac tertiam mediam quandam, cui nos item, quantum in nob. erit, ex Ari
stotelis iudicio patrocinamur, quicquid M. Tullius dicat, qui Aristotelem cum Democrito, Heracli-
to, & Empedocle numerat quorum ea sententia fuisset, omnia ita fato fieri, vt id fatum vim necessi-
tatis afferret, esse nimirum principia quædam necessaria, nonnulla contingentia, indeq. prodire quos
dam effectus necessarios, alios aũt contingentes. Epicuri sententia ab illo potius optata, quàm defen-
sa & munita rationib. Sed eum persuadere potuit infinitus iste numerus caussarum, infinitas & enor
mitas euentorum. Tùm ẽt ꝙ sicuti caussæ fortuitæ cum Democrito ab ipso sunt positæ, sic ẽt, quantũ
ego intelligere possum, satius esse censuit, si effectus fortuiti, quàm necessarij ponerẽtur, quemadmo-
dum fecerat ante ipsum Democritus, nam caussæ proximæ semper effectib. proportione respondere
debent, eisq. similes esse. Tùm præterea ꝙ existimauit Deos, his ẽt adde cęlestia corpora, quandoqui
B dem & ipsa dij sunt habita, viuere beatissimè. quamobrem ab eorum cura abhorrere, securumque
æuum degere, ob eamq. caussam ordine vacare, & subinde temere inconstanterq. propagare suos ef
fectus, cùm cæteroqui sine cura hæc administrari non possent: ea verò vitam ipsorum beatissimam
vndequaq. macularet. Cęterùm quot res dabant, vt persentisceret Epicurus, alicuius finis ergo ope-
rari naturam? Atq. Arist. complura in auctores huius sententiæ conclusit, docens naturam spectare
semper finem quę poterat Epicurus ipse optimè considerare signo illud esse, quòd natura eandem
agendi rationem & viam perpetuò retineret: neque, n. ex semine leonis coruus, aut ex equi semi-
ne aquila fiebat. Præterea venatus est via motus primum mouens a quo omnis ordo cælestium pri-
mò, deinde caducorum per cælestia penderet: ideò missam faciamus hanc sententiam, tanquam om
nium absurdissimam, & cõuertamus nos ad eas quæ placuit Democrito: ea verò se habebat in duo
capita, prout ipse in principijs geminam rationem spectabat: alteram quidem absolutè sumptis, ne-
que relatis ad suas caussas, alteram verò, quantum ad caussas referebantur, & in ipsis per se continge
tia collocata est; in effectib. autem necessitas. Sed cùm pars hæc posterior satis anteà confutata fuerit
qua docuimus ex ipsis principiis effectus etiam non necessarios, neq. necessariò consequi, at quod at
tinet ad principiorum constitutionem, reprehendit illum acerrimè Arist. [a] Primùm quoniã vbi for- a 2. Phys.
tuna dominatur, ibi parum ordinis est: sed hîc in principijs & caussis ordo maximus: quis igitur il- T. 45.
C la posuerit esse fortuita? Rursus efficeretur, si principia fortuita forent, vt quippiam ipsis antecede- T. 67.
ret: itaq. nullo modo statui possent principia. Primum, n. vult esse principium, neq. ex alio produ- T. 77.
ci, sed fortuitum sine caussa antecedente nunquam subsistit, neq. principium igitur. est, n. fortuitum
quod euenit in illis quæ fiunt à mente humana: quamobrem mens ipsa fortuito præcedit. Nec non
ea quæ fiunt à fortuna, sunt ex iis quæ raro eueniunt, & infrequenter admodùm; at principia sunt
frequenter, & ex iis multa perpetua manant, quæ non nisi ex consimili caussa deduci queunt: non
igitur à fortuna, tanquàm à principio, proficiscuntur. Præterea caussarum naturalium quædam sunt
fines, aliarum finis est, vt efficientis & materiæ; fortuna neq. finis est. quis, n. constituat finem actio-
num suarum instabilem & incertum, & quomodo collimet in scopum sagittarius, si scopus euage-
tur, neq. hæreat fixus è regione? neq. item gratia finis est: nam quo pacto ab incerto principio cer-
tus exitus erumpet? neque, n. magis ab ipso succedet, quàm adeptio scopi ab imperito sagittario, tẽ
mereq. sagittam iaculãte. Fortuna igitur naturale principium esse nequit. Postremò, quæ fiunt à for-
tuna, fortuita sunt, hoc est, infirma & instabilia; quamobrem, si fortuna principium foret, ea quæ à ta
li principio ortum ducerent, neq. certa neq. perpetua, aut ẽt maiore ex parte euenirẽt; atqui multa
quidem ordinata & certa in natura fieri iugiter obseruamus; non ergo fiunt à fortuna. quapropter
D neq. illa principium omnium rerum statuenda est. Restat igitur, vt si contrarię falsæ sunt, quemad-
modum conclusimus. quæ sub illis sunt, verę sint; nimirum, ꝙ è reb. natura constantib. quædam fieri
contingat, alia necessariò fiant. Ex his etiam sequitur, vt aut non omnia fato fiant, si ipsum necessita-
tis vim pręferet, aut fatum ipsum contingentiæ non aduersetur, aut tertiò neq. omnia fato, neq. itẽ
fatum prorsus arcere contingentiam. Horum autem vtrum ex Aristotelis sententia quam hoc loco
nos persequi constituimus, dicere oporteat, posthàc videndum est. Sed quoniam ad ea quæ de fato
mox dicenda sunt, atq. ad illa quæ pósthàc de prouidentia disputabimus, nec non ad ea quæ de ca
su & fortuna disseruntur ab Aristotele, conferet admodum cognitio contingentis & necessarij, non
ab re fore existimabo, si rem hanc aliqua diligentia tractauero, & vtriusq. naturam paucis explica-
to. Vt aũt id è sententia succedat, in iis explicandis ordinem hunc tenere instituimus, vt primũ po-
testatem eiusmodi vocum exponamus, deinde euoluamus, vnde sint, hoc est, à quib. caussis profici-
scantur vltimò quid ipsa sint, breuiter colligamus. Ergo, quod nos contingens appellamus, Græci nũ
cuparunt ἐνδεχόμενον ἐνδέχεσθαι verò idẽ valere generatim videtur, quod ἐν αὐτῷ δέχεσθαι, hoc
est, in se excipere: vnde ἐνδέχεται ὑπάρχειν & ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν. quoniam alienum sit à re
de qua prædicatur: idcirco etiam habet ancipitem naturam, & ad id, vt insit, atq. ad oppositum: cùm
alioqui

alioqui necessarium sit id quod inuariabili modo se habet, quoniam familiare & internum sit. Cùm etiam δύναμις infinitatem illam præseferre videatur quam potestatem dicimus nos, siue potentiam, licèt ambiguo nomine notantes habitudinem rei ad actum, & indeterminationem illam de qua nũc agimus, quas ab Arabib. Auerroe teste, diuersis expressã vocib. fuisse scimus, atq. habitudinẽ ad actũ potestatis, indeterminationẽ verò possibilitatis noĩe fuisse significatã. contingens aũt neq. tollat habilitatẽ, & infinitatẽ vna significet, ẽt factũ est, vt cõtingens alio noĩe, vt fieri possit, hoc aũt est δυνατὸν nominet. Et quanq̃ ab ipso Arist. δύνατον (vtar.n. crebrius hac voce, quam etiam idem expressurus M. Tullius frequentissimè vsurpauit) & contingens disiuncta fuerint; quoniã contingens id appellatur [a] quod quidem non est, esse potest tamen. δυνατὸν verò, quod nunc sanè est, sed non esse potest, nihilominus hæc distinctio rationis, quàm rei potius est. Vtraq. verò & communiter & propriè dicũtur: nanq. tam δυνατὸν, quàm contingens considerari possunt, aut secundùm habilitatem solã, cui nomen Græci dederunt ἐπιτηδειότητα, aut infinitatem, aut vtrunq. ac si ex habilitate sola spectentur, ita etiam complectuntur id quod est actu: neq. solùm hoc, sed prætereà necessarium ipsum: ẽt si fuerit simpliciter: si spectetur ratiò suæ infinitatis, etiam communiter sumi possunt: nanq. ex his quæ sunt indeterminata adesse & ad non esse, quædam actu sunt quæ item δυνατά & contingentia dici queunt, quia tametsi actu subsistunt, non esse possunt; & ita sunt, vt quandoque non fuerint aut futura non sint. Propriè verò secundùm vtrunq. accipiuntur spectata ratione habilitatis.s. & infinitatis, quo pacto veluti contraria necessario opponũtur, atq. adeò, vt vnius negatio cum alterius affirmatione conueniat, quemadmodum quod fieri nequit, & ἀδύνατον cum eo quod necessarium est. Hic verò de tertio hoc significato, quo cum habilitate spectatur infinitas, agendum est.

[a] 1. Prior. c. 12.

Quid necessarium sit, & eius species, & caussæ generatim exponuntur. Cap. XLVI.

CONTINGENS autem in natura rerum dari dubium esse non debet; nam complura talia sunt quæ varios exitus habeant, cùm in natura veluti q aqua tepida sit, aut frigida, saxum humi, an suspensum: tum ẽt apud nos, vt q ego sim æger aut sanus, mihi hoc facienti id succedat, aut aliud quid: & medico vt sanet, aut occidat, quæ videntur, vt dicebat Alexander, magno interuallo seiungi ab alijs quibusdam, quorum non nisi vna facultas est, atq. actus vnus, siue ea sint æterna, & immortalia, siue mortali concretione conflata: neque.n. eadem est ignis ratio: nam semper est calidus; ac si illi calorem eripueris, è vestigio interibit: Huc pertinent ea quæ de casu & fortuna dicuntur, etenim sunt indefinita, nec plurimùm succedunt. monstra item, neq. certum habent euentum, nec ex ordine naturæ subsistunt, quemadmodum posteà dicemus. ita vt de eo q tale rerum genus in natura consistat, dubitari non oporteat, ideò properemus ad alia. Cùm verò contingens hoc cum potentia coniunctum sit, & quodammodo non sit, quod verò non est, & potentia per ens & actum cognoscatur; hic aũt elucet in necessario, de hoc ipso rerum natura postulat, vt in primis agamus. Necessarium autem illud est primum, vt rudi interpretatione declarem, quod aliter se habere nõ potest: hoc aũt plures habet partes: est.n. necessariũ simpliciter, atq. item necessarium quodam modo: simpliciter aũt illud accipio quod perpetuò permanet, & immutabile est, quale primum omnium principium esse debet; quodammodò verò, quod actu non est, nec esse potest: quandoquidem, quod tale est, necessarium quoq. est non, esse sanè, sed non esse. Prætereà id quod mutabile est, nam quod est, dum est, necesse est esse: licèt aliquando non fuerit, & posthàc futurum non sit, quia non põt nõ esse, dum est. Rursus necessarium simpliciter est primum propter se, hoc aũt per aliud nullum caussam consecutum est suæ necessitatis: quare propriè necessarium quod simplex est: hoc.n. non potest multipliciter se habere: quapropter nec aliter & aliter: etenim multipliciter se haberet: hoc verò pendet, vt puto, ex eo q compositum formet: at id ex actu & potentia constat, ceterùm potentia, quatenus huiusmodi, mutabilis est; neque.n. natura per se potentiam struit, sed vult promouere ad actum. quia verò id quod promouetur ad actum, ab actu antecedente promouetur: ergo non primum ob id simplex, perpetuum; nec quicquam in eo violentum, & idcirco etiam simpliciter est immutabile. cùm.n. à seipso nihil mutari queat, hoc aũt ab alio nullo muteť, quia nihil est eo superius, à quo pendeat, cùm primum sit; sequitur, vt necessariò modisq. omnibus immutabile sit: hoc verò Deus est ante omnia; quandò ab alio tanquam primo, q finis rationem prçsegerat, vniuersa pendẽt, ipsum verò à nullo, sed de hoc posteà, analogicè verò essentia. Est quoq. necessarium aliud non primum, siquidem necessario non repugnet ab alio pendêre; & ita motus cęli necessarius est, necessitas autem hæc; quoniam est rerum ab alio pendentium, sine alio non est; eoq. pacto se habet conclusio demonstrationis ad propositiones, nanq. & conclusio simul & propositiones necessariæ sunt: verũ hæ quidem per se necessariæ sunt, conclusio verò suam necessitatem à propositionib. impetrauit. sic omnes proprietates quæ pendent à subiectis quæ necessaria sunt, propter subiecta necessitatem adepta fuerunt, & effectus habent suam necessitatem à caussis quæ per se necessariæ sunt, in quib. omnibus habitudo & pendentia spectatur. Rursus necessarium aut immobile est, aut mutari põt, & hoc quoniam idem ad numerum redit, vt astra per conuersionem; ideò vates cecinerunt

" *Soles occidere & redire possunt.* Et elegantissimè Flaccus

Alme

A *Alme sol curru nitido diem qui*
Promis & celas: aliusque & idem.
Nasceris. aut ad speciem, veluti caduca per propagationem, id quod lascinus ille poëta nob. etiam cum cæteris reb. caducis commune esse credens lusit.
Nobiscum semel occidit breuis lux.
Nox est perpetua vna dormienda.

In necessarijs quodámó ea connumerant quæ à violentia oriunt, nam dum à violante caussa superātur, nō possunt non ita mutari & agi, queādmodū aguntur à caussa, q̄ alioqui deficiunt, atq. id breui patiunt, nullum.n. violentum potest esse perpetuum, quo fit, vt, quod perpetuum est, neq. violentiæ sit obnoxium, neq. ei quod est præter naturam, quanquam & hæc necessitas multiplex est, etenim pertinet communiter ad inanima atq. animata, cum bruta, tum ēt capacia rationis, eademq. simpliciter inuita & aduersa est, & quodammodo est, nanq. & terra sursum agitur ab impellente necessariò, & equus aliquo cursu arrepto habenis aliò præuertitur à sessore: & ille è Tarpeio præcipitatus est. atq. illa quidem, neq. natura inclinante, neq. propendente appetitu, seu voluntate, nauta verò merces in mare proiecit, & iacturam fecit inuitus, atq. coactus, vt maius.s. malum declinaret, nā cæteroqui, vel Arist. ipso auctore, quæ mala appetitu superante, rationeq. prostrata & afflicta perpe B tramus, coacti non facimus, & certè ridiculus ille sit qui se à voluptate coactum amici vxorem violasse dicat, aut fuga plagas euitasse præ dolore, quod.n. hanc necessitatem allaturum est, extrinsecus accedat oportet, at verò, quę nos dolore aut voluptate compulsi patramus, in nob. posita sunt, ni dolor fortè magnitudine sua naturam superet humanam. Cæterùm hæc alterius negotij, nob. autem hoc loco satisfuerit omnes partes necessitatis paucissimis verbis enumerasse, vt ex ijs multis quæ nostra intersunt, seligi & definiri possint. Est & illud necessarium, quod si libet appellemus rationis, atque hoc duplex, pronum est inter consequens & antecedens, alterum quoniam his positis, & hoc ēt consequitur, necessitas aūt hæc in omni syllogismo reperitur, ideoq. necessitas syllogistica nuncupatur quæ conclusionis ipsius est ad propositiones. Sunt item caussa, quamuis non æternæ, quemadmodum singulares huius effecti singularis, aut effectus cuiusdam necessariæ, quare positis illis etiā ponitur effectus qui item non est necessarius; eaq. necessitas, quia non simpliciter est; proprio nomine nuncupatur ex hypothesi: est & necessarium, sine quo non est ipsum bene, hoc verò est materia, sine qua forma, quod bonum est, non extat: hæc opponitur necessario simpliciter, atq. ita se habet. vt necessarium simpliciter & sine quo non est bene complectātur vniuersa, quapropter ēt duo principia in ordine rerum natura constantium communissima ponūtur à philosophis τὸ βέλτιον, id ve- C rò Deus est, & quæ essentiam illam imitantur; & ἀνάγκη. quæ est materia: sic necesse est orta accidere, & omnem coagmentationem corporis vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactari & frangi, & ad morbos senectutemq. compelli. Nob. de caussis necessitatis, non quidem violentæ, nec syllogisticæ mox agendum est: nam caussa quæ vim affert, manifesta est, licet ea infinita sit, vtpote per accidens: ad actum.n. qui proficiscitur à violentia, nulla est propensio in eo quod vim patitur, syllogisticę aūt necessitatis caussa est dictum de omni quod pendet ab anima colligente vniuersale ex indiuiduis & plura indiuidua comparante, sed hoc maiorem quandam vim continet, & latius patet, quàm hîc exponi conueniat, nec eius cognitio, ad huius methodi partem aliquā adiungi potest; separatim longi temporis, & magnę arduæq. cognitionis indiget, sed de reliquorum caussis agendum est quæ propemodum sunt naturales, quòd in eo quod est huiusmodi, semper est habilitas, aut fuit; cùm eadem, quatenus huiusmodi, sint coniuncta cum actu: quapropter in æternis esse, & posse idem simpliciter esse dicuntur, in reliquis actu potestas antecedit.

Explicatur quid necessitas sit, vtrum'ne res, an modus. Cap. XLVII.

GENERATIM verò necessitas non est res, sed modus rei, seu modus, quo res est; atque externus quidem, vbi vir intercedat; nulla enim est habilitas in eo subiecto; in cæteris intrinsecus; nō D secus àc cùm id quod est, dicitur esse vnum actu vel potestate. modos autem, vt aliàs dictum est, appello notas, quæ solùm rem ipsam significant; nec quicquam addunt rei, tanquam accidens, & natura alienum: sicut idem est id quod est, vnum, & quatenus est, eatenus est vnum, contrà quàm si homo albus esse diceretur, album.n. aliud addit Socrati quod Socrates ipse non est, ꝓpria pollens essentia. quòd si quo pacto differunt necessitas, & id in quo inest; ea est differentia, quam solemus generatim vocare rationis, quia significatur res per modum quo ipsa est. qui solùm ratione separatur. Vnde verò ꝓgrediatur, & quemadmodum se habeat, explicauit Arist. referens omnem necessitatem naturalem ad tria capita (tam.n. necessitatem quæ contra naturam aut appetitum est, & prorsus à violante nascitur, tanquam à proposito alienam relinquimus) duo quidem, quæ ab habitudine non segregantur, quorum alterum est, vt antecedentis ad consequens, quod ad formam reijci solet, quo pacto dicitur aliquando, si debet esse talis forma, talem materiam præcedere necesse est: vnde materia dicitur esse ex hypothesi formæ. sic si bene valere debet, eum purgari oportet, aut vti phlebotomia: omnium igitur illorum necessitas ducitur à natura formæ & finis, idcirco solet à quibusdam necessitas indigentiæ nuncupari: hoc eodem modo crediderim esse necessarium id, si est homo, & animal

igitur: est.n.animal,vt hominis materia,& analogicè quoq. illud, si est homo, est animal rationis compos: homo.n. aliquid addit ipsi formæ, nempe materiam sensilem: qua ratione forma fit eius pars,& cùm ad hominis constitutionem pertineat,idcirco natura præcedit. Ad idem caput etiam ob eandem rationem id referri posset, Socrates animal est. Est & secunda necessitas quæ est tanquam consequentis ad antecedens: vt si hoc est,necesse est hoc consequi: vt si ex materia constat, ergo caducum: hoc verò antecedens obtinet instar materiæ & subiecti, quæ sanè ratio pertinet ad eũ caussarum genus: nanq. omne id quod habet rationem posterioris, & vt rectius dicam,effecti; si ad id referatur, vnde proficiscitur, illi tribuitur tanquam subiecto,quod item duplex est;vel id,quod primum excipit, vel id cuius est aliquid primum excipiens: hæc autem necessitas ad materiam commodè referri potest.hoc modo dicimus hominem esse risus compotem,& si ratione preditus, ꝙ docilis: atq. ita videtur se habere necessitas rei demonstrabilis ad principia per quæ demonstratur.Igitur in demonstratione duplex est necessitas;rerum.s.quæ nunc exposita est;& altera quam syllogisticam suprà nũcupauimus eodem pacto credi potest,eam esse necessariam: si est animal rationis compos; ergo & homo;aut omnino,si definitio est: igitur & definitum: nanq. vt primum definitio est,etiam definitum ponitur,& tanquam effectus è caussa ipsa proximè consequitur. Possis etiam tu, si libet, duplicem hanc necessitatem naturalem cum habitudine referre ad materiam ea ratione potissimũ, ꝙ caussa subiecti locum sibi védicet,quemadmodum de priore modo dictum est: sed tamen, si rem ipsam interius spectes,longè alia ratio progressus est: nanq. priore modo quod obtinebat vicem cõsequentis,origine pręcedebat;posteriore verò consequẽs,si non origine, saltem natura posterius est. Quanquam de necessitate propositionis illius. Socrates animal est,inter Græcos & Latinos exorta est controuersia; quandoquidem ea refertur ad primum modum dicendi per se cui cum attributũ, ꝙ omni insit,supponatur;etiam perpetuitatem postulare videbitur. Ex altera parte, de eo quod non est,nihil verè prędicari potest.quamobrem Alexander eam quidem necessariam esse concedebat,nõ tamen simpliciter; sed cùm conditione & lege διορισμὸν, Græci vocant; dum.s.Socrates est. & certè physicè sic dicere conuenit. At logicè ẽt ea mihi videtur semper esse vera: nam veritas affirmationis duplex est in qua.s.vtrunq. conseruatur, & subiectum & prędicatum;& altera posita est in coniunctione prædicari cum subiecto: neque.n. verbum est,alio tunc officio fungitur, quàm vt copulet cũ subiecto prædicatum: de subiecto verò per accidens prædicatur quomodocunq. necessitas illa absoluta non est habenda,sed quodammodo: nam vel subiectum non permanet, vel aliqua limitatione opus est. Quoniam verò ex materia nihil omnino exoritur,nec siquid ex ipsa fieri debet,pura esse potest, verùm cum aliqua conditione,& denique cum actu quodam, vel non sine quadam habitudine ad ipsum;hinc fit,vt quicunq. sit ille modus quo in materia necessitas est;aut aliquid necessariò pendet,vel ab ipsa,vel ab alio quopiam sub ratione materiæ;vt adsit opera actus: etenim corrũpi rem sic pendet à materia,vt in eo sit positum,quòd contraria sibi succedunt in eadem materia; nec non materia necessaria est ex hypothesi propter talem formam; quare ẽt necessitas ab actu nunquam seiungitur: atq. in separatis necessitas est ipsemet actus;in reliquis autem est per actum.Est & vltimus modus necessarij, qui est eius quod absolutè est; describitur aũt ab Arist. quod simpliciter est,nil in se continens aut potestatis,aut priuationis,atq. actus solus: vnde etiam species hæc necessitatis ineuitabilitas,aut immutabilitas appellatur. & ab hoc principio cęlum & natura pendet, per quosdam gradus mentium & corporum deductis essentijs omnibus vsq. ad potentiam & priuationem qua materia fundatur: in quib.item est, ꝙ analogicè vim suæ cuiusq. necessitatis inesse arbitremur, quæ in illis extat continuè cum habitudine ad necessarium primum.quapropter in illis dubitationi locus datus est;cuius nam modi foret, an eius,qui referretur ad formam & finem; an potius illius,qui resolueretur in materiam;sed vtroq. modo secundùm diuersa consilia necessitas hæc agnosci potest. Nam ex eo, ꝙ Deus est,qui dator est omnis boni,& à quo cuiusq. esse,tanquam ab vberrimo fonte deriuatur;hæc ita sunt,qua propinquiora,maiore ꝑfectionis gradu pollent: quæ longè absunt, imperfectissima: ita vt ordine quodam essentiæ rerum ex actu simplicissimo in putam degenerent potestatem. hic autem fuit secundus ille modus necessitatis: sed & primus ille in has res analogicè per bellè accommodari potest: propterea quòd, si summum bonum adepturi sumus, hoc autem imitando consequimur, non habendo: tales esse oportet: nos enim; quia tales sic, & non aliter ipso potimur.hic quidem clarius, ille verò obscurius, ꝓut etiam adepti sumus,quòd in natura rerum simus. Sed hæc aliàs. Quare siquis explicare velit nobis quid sit necessitas,hæc natiua;ita dicere mea quidem sententia poterit.modus intrinsecus quo res ipsa est,qui pendet ab actu,vel simplex ille sit,vel ex hypothesi,vel sit ipse actus,vel etiam quomodocunq. erumpat ex actu,interno, & proprio. Quod item fieri nequit necessarij quędam species est,& ἀδυναμία modus quidam necessitatis; ideoq. ad superiora referetur;sed meo quidem iudicio, tanquam priuatio: quamobrem easdem ferè partitiones tolerat: nanq. simpliciter est, & aliqua ex parte: vnde & hæc quoq. per actus priuationem describentur; & totidem gradus, & propemodum casus ab actu erunt eius quod fieri non potest. Et hæc de necessario.

Natura

A *Natura contingentis explanatur. Cap. XLVIII.*

NECESSARIO contingens opponitur, vt ẽt multò magis illi repugnet, quàm id quod esse non potest: nanq. hoc aliquam necessitatem significat; at contingens omnem aufert necessitatem: quapropter contingens, & necessarium contradicentia sunt, & vsquequaq. disperata; necessarium, & quod fieri nequit contraria; sicut ergo contradicentium; quàm cõtrariorum oppositio maior, sic & contingens necessario magis, quàm ἀδύνατον opponetur. idcirco videtur id quod fieri nequit, easdem cum necessario conditiones aliqua ex parte posse sortiri: sunt.n. quædam conditiones oppositorum quæ communiter vtrisq. conueniant pp eiuidem generis participationem à qua contrariorum ratio nunquam segregatur, sed & contradicentia, quanq̃ multò remotius, ad idem genus referre oportet, vt ens, & non ens, siue simpliciter, siue in determinato quodam genere sumpta; nec non & eorum casus & coniugata. quapropter & necessarium & contingens, & ex cognatione necessitas, & contingentia. ob eam igitur rem & contingentia ipsa modus erit quidam rerum, quoad contradicentia sunt indeterminatæ. Hoc verò multiplex est, aut.n. plurimum fit; aut æqualiter fieri, ac non fieri solet, aut raro: atq. hoc itidem, vel accidens simpliciter; vel fortuna, & casus; vel certum quid est, vt de capneo fertur, vel etiam monstrum: quandò hæc omnia rara sunt, & aliquib. differen-
B tiis disiunguntur. Sed vndénam talis infinitas in natura nascatur, siue à caussa per se, siue incerta & fortuita, fortasse dubium est, nec de omnib. faciendum erit idem iudicium. Hoc non dubium in contingente vim potestatis agnosci; ac primùm quidem ex eo genere, quàm logicam vocant: etenim cũ sit; non esse potest; & vbi non est; nil repugnat, siquando actu esse ponatur, atqui & cùm in eo commutentur potestas & actus; & transeat ad opposita, quòd sine agentis concursu fieri nequit, necesse quoq. est in eo sit aliud genus potestatis; atq. eius quidem, vt altera sanè, vim habeat mouendi; altera verò, qua sit patibilis; & cùm actuosa facultas sit, vel absolutè naturalis, vel rationis compos. (naturalem hîc voco, quæ distinguitur ab animali) hac ipsa primùm proposita, tùm quòd de rationis cõpote dabitur aliàs dicendi locus: tùm ẽt, ꝙ hãc nostram aliqua ex parte imitatur; sic ordiamur. Quãtum igitur ad ipsam pertinet; quia nihil ad actum à seipso traduci potest, si actum respiciamus in cõtingenti; vniuersum profectò ab extrinseco præstari oportet. Sed hoc nonnunquam contingenti, ac necessario nihil interest: quandò & aliquod necessarium ab alio pendere potest: itaq. vlterius procedendum est; atq. insuper adnotandum infinitatem qua contingens à necessario separatur, esse quãdam speciem ἀταξίας, id est, carentiæ ordinis: nunc ea carentia non existit sine impedimento, quod obstat cursui natura, vel illum penitus tollit: nam cùm materia suaptè vi contendat in formam, eoq.
C ab efficiente deducenda sit, nonnunquam contumax est; neq. patitur se vinci; ideò non consequitur exitum suum, & ita frustra operatur; aut pugnans ẽt superatur ab efficiente quadam ex parte; suatum vi concitatum aliò diuertitur, ac primum naturæ consilium fuerit, idq. aut certum ex efficientis & materiæ conflictu, seu potius victoria materię nascitur, aut incertum, & infinitum; erat illud ex natura materiæ; hoc prorsus contra naturam, illò vergente materia, hoc vtriq. cum materia, tum eo qđ mouit, repudiante. ex horum lucta aliquid etiam sequitur, vt adnexum, quod sæpe incertum est, & ideò statuitur accidens. Vbi natura finem non assequatur; efficiens est simpliciter priuans, nihil enim ex actione illa succedit; in accidente quod sequitur, non intenditur tantùm, sed habet caussas, vnde nascatur: non reijcitur aũt, quia non fouet, neq. labefactat naturam. Quamobrem accidens nec secundùm naturam, neq. præter naturam habendum est. at in reliquis vtræq. caussæ nituntur quoad possunt; sed superante materia, quod inde exoritur, est ex natura materiæ, vtraq. verò caussa de suo cursu deflexa quod existit, est contra naturam: quocirca impedimentum quadam ex parte priuat, tãtum, quatenus.f. id non succedit, quod optabatur, succedit aũt aliud, à quo abhorret. Cùm igitur ordo & natura conuertantur: in illis est ordo planè, vbi superet ex toto efficiens, tum secundò in ijs, q̃ ex materia nascuntur. in cęteris ordo nullus & infinitas: quare neq. in his habenda ratio naturæ; nisi quantum fiunt à natura, hoc est, interuentu caussarum, quæ sunt in natura. Nã cùm à natura fiant,
D cùm item, ꝙ nisi hoc esse posset, nunquam deduceretur ad actum; quandò nisi è ligno scamnum fieri queat, nec vnquam fiet; ac scamnum fieri nequeat, nisi è ligno, nec non quoniam impedimentum à contrariorum pugna & alterutrius victoria, seu prohibitione victoriæ proficiscitur: igitur nisi talis natura præcesserit in potentia pabili., vt repugnantiam & diuersos actus intueatur; profectò nec aliud quicquam certo exitu, & actu posset excludere caussas. quapropter in necessarium degeneraret id quod accepimus esse contingens. Huc accedit, ꝙ infinitas ita videtur affixa materię, vt sit ex eius natura, cùm cæteroqui forma sit finis. Igitur si hæc contingentia; eam quoq. intrinsecus insidere in materia confitebimur. Attamen ordo est ex rerum natura; quicquid ordinem minuit, etiãm vim naturæ prosternit. Ergo cùm in contingentibus ordo seruatur, ibi contingentiam modum internum faciemus, vt in iis quæ plurimum fiunt, & prout ex naturæ ordine se habuerit contingens; sic erit magis minusúe internus; eius quidem quod plurimum fit, magis quàm illius quod cùm raro fiat, nihilominus aliqua ex parte naturæ ordinem retinet, vt cùm sequitur propensionem materiæ: cæteri cõtingentis modi penitus externi; quòd ad illos nulla prorsus habilitas est rerum; sed totum vel accidens est, vel præter naturam, Neq. illa obstant. est à natura ergo internum: nam sic etiam, quæ sunt

 ex arte

ex arte sunt à natura, quatenus vtitur ars instrumentis naturalibus, aut naturæ ministrans efficit qđ desiderat. nihilominus ad ea nulla potestas interna, neq. q̃ nisi esse posset, nunquam fieret, nec si talis natura non præcesserit: propterea quòd non omnis potestas est interna & familiaris, multoq. minus habenda est natura, sed vniuersa pendet ex externo quod eadem vi affert potentiam & actum, nec quicquam imprimit in subiecto quod eius proprium fiat. Nec illud, quòd impedimentum oriatur ex pugna contrariorum, in materia verò sit habilitas ad contraria, nō id pōt quod probare contendis. oritur sanè impedimentum ex pugna, & in materia est habilitas ad contraria; veruntamen, q̃ illud succedat, ex contrariorum pugna, hoc indefinitum est, & præter naturam. certant album & nigrum, vt sit alterutrum, & horum alterum vult obtinere natura, nascitur glaucum quod ipsa nolebat, sed hoc item extra ordinem est, proinde nulla præcesit habilitas in materia, & quicquid antecedit potestatis, id aliunde est, & extrinsecùs: & modus igitur extrinsecùs; Illud autem quòd infinitas sit materiæ propria, nō est verum vsquequaq. siquidem infinitas sit duplex, aut absoluta, aut aliqua ex parte, atq. infinitas quidem simpliciter, vim naturæ peruertit, illa quæ constat ex natura, est quodammodò duntaxat, quatenus. s. alternum contrariorum successum respicit in materia, quæ vtraq. vicissim capiendi materies assequuta est habilitatem, & dum hoc habet, alterum possidendi, & illud prius amittendi. Idemq. iudicium de infinitate materiæ, ac de priuatione faciendum est. Nam priuatio simpliciter est prorsus contra naturam: neque. n. vnquam appetitur non esse simpliciter, sed ea priuatio quæ ordinatur ad formam futuram, est ex ordine naturæ. Quare vbi sit tale genus priuationis quod non instituatur in formam succedentem, id est omnino præter naturam; atque huiusmodi priuatio fortè existit in monstro, q̃ priuatio quæ est in illo, nullo alio actu terminatur. Ita non vniusmodi faciendum puto iudicium de contingente ad vtrunlibet, cùm ex illius ordine quædā sint omnino indefinita, vt q̃ homo aquilinus, aut simus oriatur, alia sint eiusmodi, vt cum hoc magis exo pter natura, nihilominus alterum certum efficiat, vt in mare & fœmina producendis. Etenim, vt aliàs dictum est, duob. principiis potissimis per se & intrinsecis generatio consistit, materia, inquam, & forma. & quanquam materia ad formam instituitur, eiq. obsequi illam oportet secundùm naturam, veruntamen, & ipsa dominatur in quibusdam, neq. vinci se patitur à forma, quin potius ita superat formam, vt planè vtrius victoria sit frequentior, incertum nonnunquam habeatur. Quapropter cùm in materia sit ordo ad formam, sit etiam cupiditas eam consequendi insita atq. innata; sit ēt suum materiæ robur, perspicuum est tale quoq. contingentiæ genus esse internum; quanuis neque ipsa penitus insideat in materia, quandoquidem ab iis qualitatib. quæ materiam occuparunt, vniuersa concertatio proficiscitur: nam materia per se patitur solùm, nec quicquam vllo tempore efficit, sed quoniam existunt illę qualitates antequàm res genita sit in materia, tribuimus eam pugnam vniuersam ipsi materiæ. consimili igitur modo mas & fœmina pariter in vtero progignūtur. Etenim materia dominante producitur fœmina, mas autem superante forma efficitur. Verùm in ea potētia, quæ vires agendi obtinuit, & rationis est compos, duo spectanda sese obiiciunt, euentus rerum. s. & conditio caussæ, quantum est de rerum euentu, per accidens etiam secus euenire potest: neq. enim debemus facere nos veluti Danaides

„ *Quod memorant laticem pertusum congerere in vas,*
„ *Quod tamen expleri nulla ratione potestur.*

sed aggredimur semper id quod consequi deberemus, nisi afforet impedimentum: cùm verò extra ordinem rerum positum sit impediri. Ergo & modus erit externus. De caussa verò, cū potestatis ratione prēditæ duo sint initia, primum, quo vim habet agendi hominem ad hoc, aut illud efficiendū, atq. alterum, quo ipsi ab obiecto præscribitur ad sic, aut aliter agendum, quod subit rationem patibilis potestatis, quo ad patiēdi facultatem respicimus; idem iudicium, ac de materia facere debemus: nam cùm hoc, in quo solo è viuentibus in inferiore mundi parte eiusmodi principia reperiuntur; è duab. partib. constet, mente nimirùm, & phantasia: cùm ipsæ facultates patibiles sint; ab alio, nempe ab obiecto, & appetendo determinantur; & q̃ ab hoc, aut illo potius incitentur, suaptè natura sunt indefinitæ: quandò res eadem modò bona, aliàs non bona videri possit, vtriq. simul, & alterutri seorsum. Rursus quo ad agendum; cùm hæc sit tanquàm materia, illa verò sicut forma, ob eamq. caussam secundùm naturam phantasia seruire debeat menti, & quod vincatur & cedat imperio mentis, & quod repugnet, neq. vinci se patiatur, quin obtineat ipsa non rarò victoriam, secundùm illius naturam est; quamobrem interna est eiusmodi contingentia, sed interior materiæ quàm formæ, hoc est, phantasiæ quàm menti: siquidem secundùm naturam semper est phantasiæ, quod agatur impetu proprio; & rationis impetu ducatur: at phantasię motus non est secundùm naturam mentis ipsius, si tamen ex vtroq. coniunctum spectatur, ēt talis infinitas ipsius interna est. Adeò vt vniuersa cōtingentiæ semens proximè, vel remotè redundet in materiam, quippe q̃ aut in materia posita sit, aut non existat sine materia: nanq. ex illa infinitate, quæ respicit aliquem ordinem in natura, nascitur illa quæ extra ordinem est & à natura prorsus aliena per errorem & impedimentum, quod efficienti opponitur, in materiæ conditionibus optimè numerari potest, tum quia fouent propriam materiæ passuræ propensionem non permittentia materiam consequi finem suum, quæ est forma, quæ adhuc extra ipsam est, dum fit res, tùm quia simpliciter esse potest in ipso efficiente quadam affectio, qua à

contrariis

A contrariis,& materia tota proficiſcitur,vt ſi feruor ignis qui ſyluam comburſturus eſt,à vento reſtan te temperetur. Ob eamq. cauſſam Iandunum non audio, qui nihil fore contingens apud naturam, ſed quo ad nos ſolùm quandoq. opinatus eſt. quanquam multas protulit rationes ad id approbandum, de quib. poſteà dicetur. deceptus eſt.n.in eo,ꝙ neſciuit diſtinguere id quod fieri non poteſt ab eo quod nunquam futurum eſt, quanuis fieri poſsit, neq. vidit, ab eo quod fieri nequit, actū ſimul, habilitatemq. negari,& ab eo quod nunquam futurum eſt, tametſi eſſe valet, actum negari duntaxat,& cùm in eo quod poteſt corrumpi, ſi perpetuandum ſit, non actum ſolum, ſed habilitatem ponere opus ſit: nec quicquam obſtet, quominus id quod poteſt corrumpi, quondam corrumpatur, immo neceſſarium, ſit ipſum corrumpi, id verò, quod generari poteſt, nonnunquam valeat impediri, idcirco ſi quod generari poteſt nunquam generetur, abſurdum non erit: illud autem prorſus alienum à natura, ſi id quod poteſt corrumpi, reddatur perpetuum.

Contingentis cauſſe diligentius explicantur. *Cap. XLVIIII.*

B ERGO contingentia cauſſa materia ipſa ponenda eſt; quoniam materiæ beneficio in omni quæ actu ſubſiſtit, ineſt hūi propenſio ad oppoſita, ſeu potius eorū capacitas, ac generalis quidem, qua materia facultatē habet accipiendi contradicēria, & formas contrarias: id quod ab Ariſt. præclarè animaduerſum fuiſſe ſcimus. primùm docente ea, quæ natura, aut arte fiunt, habere vim qua fieri poſsit, vt ſint pariter, & non ſint vnumquodq. eorum; hoc autem eſſe cuiq. materiam. [a] Præterea ſingularium non eſſe neque demonſtrationem, neq. definitionem, aut oīno ſcientiam: quia.ſ. hæc æternorum ſunt, & quæ aliter ſe habere non poſſunt; at ſingularia perpetua non ſunt; quoniam è materia conſtant, cuius ingeniū tale eſt, vt ad eſſe, & ad non eſſe ſimul propenſa ſit; ob eamq. rem auctor eſt laſsitudinis in caducis: neq. patitur virtutem finitam tempore infinito moueré, quia poteſtate, non aūt actu exiſtat. Quòd item eorū, quæ rarò fiunt, cauſſa materiæ ſit adſcribenda, [b] teſtatur idē quoq. philoſophus hiſce verbis. Quare materia erit cauſſa contingens eius quod aliter accidit, quàm illud quod vt plurimum eſt. quo etiam loco pōt cōplecti contingens ad vtrunlibet, eo modo, quo ſupra dictū eſt è 4.de Gen.An. Inde quoq. efficitur, vt obnoxia ſit erroribus ad quos licèt ſuopte impulſu propenſa non ſit: etenim alieni ſunt errores ab oī natura; tamen ꝓpter eiuſmodi infinitatē in ipſa locū habent: nam cùm contraria de poſſeſsione eiuſdē materiæ pugnēt, & id ad quod ipſa ab efficiente dirigitur, victoria potiatur; res bene,& ſecundùm naturā procedit; idq. ſimpliciter ad vtrunq. principium materiā nimirùm & formā; ſiquando oppoſitum vincat, ea

C victoria, quanquam non frequentiſsima: aut certum exitū, aut contrà incertū adepta eſt: ac ſi certum habeat exitū; eſt ſecundùm naturam materiæ ſolùm: ſi verò incertum, eſt oīno præter naturā: nam tum formæ materiæq. ſimul aduerſat, ſed tamen, vt incertitudo, hæc radices egerit in ipſa materia: quanuis ex ipſa non ſubſiſtat, nec in ea poteſtatem ponat; niſi admodum externā, & oīno abhorrentem à rerū natura. Hinc fit, vt multę conditiones requirātur, ſi futurum quippiā ſit: quarū aliqua ſublata, aut nil euenire prorſus, aut longè ſecus oporter, q̃ agentis conſilium ſit, & appetitus materiæ. Quamobrem non poſſum in hoc non laudare, atque admirari Marſilium hæc egregiè dictantem libro ſuo de Prouidentia. In hac vaga motionum ſorte naſci contingentiam, dum quę ita
,, mouentur, à ꝓprio nonnunquam ſolitoq. ordine digredi, & præuaricari videntur: nam cùm per
,, plurimos ſubinde agentium gradus & virtus efficax cęli minuatur,& cōplurima tandem repugnan
,, tium formarū cōfluat multitudo; ſequitur, vt ꝓpria queq. natura deficiat interdum ab officio ſuo;
,, & paullatim debilitata de curſu ſuo facilius deflectatur. itaq. ſic plantæ, aut animalia prolem ſuam neque ſemper, neq. opportunè pariunt, ibique, neque perfectam. quin proceſſu temporis genus ipſum labefactari conſueuit: vnde etiam à poëtis ſæpè prædicatum.

,, *Iamq. adeò affecta eſt ętas, effœtaq. tellus.*
D ,, *Vix animalia parua creat, quę cuncta creauit*
,, *Secla, deditq. ferarum ingentia corpora partu.*

clamauitq. nō ſine acerbo dolore ſapiētiſsimus ille Lyricus Romanorū generi iā ætate ſua cōtigiſſe.

,, *Damnoſa quid non imminuit dies?* ,, *Aetas parentum peior auis, tulit*
,, *Nos nequiores, mox daturos* ,, *Progeniem vitioſiorem.*

Et quanuis tum efficientia, tum ēt materia à cauſsis certis agantur, nimirùm à D.O.M. & corporib. ſuperioribus per motiones illas, quæ ratę firmæq. ſunt, vt ſi quid aliud; tamen in effectuum ſingulorū propagatione cauſſæ proximæ plus poſſunt, q̃ remotæ. Ex quo item efficitur, vt à propinquis illis potius, q̃ à longinquis effectus iſti denominationes adepti ſint: nam multę conditiones ad effectū queq. producendū requiruntur, quæ in agentibus primis & vniuerſalibus poſitæ non ſunt, ad quas poſtq̃ ſermocinando deuenimus, ēt vtile erit ad præſentem contemplationem, de ipſis aliqua dicere. multas verò cōmemorari ſolitas à philoſophis non ignoro, ſine quibus, aut non obiri, aut non rectè quæq. actio poſsit: nam tot propemodū Scotiſtę recenſent, conueniens agentis interuallū: ne terminus actioni fuerit impoſitus: ne virtus agens impediatur: ſi adſint ſocia quæ requiruntur, ſi ea quæ ſupponi actionibus oportet, præſtò ſint, ſi ēt agens non liberū ſit, ſed naturale. Horum

[a] 7. Met. Tt. 22.53.

[b] 6. Met. T. 5.

enim aliquo deficiente nullā certè, aut non absolutam actionem consecuturā dicunt. Veruntamen quāuis hæc verè pnunciata sint, [a] maiore methodo ab Arist. sunt exposita; propterea quòd ad agēs & materiam vniuersa relata sunt. Inquit.n.eo quod patiendi vim habet, & agendi talem naturam habentibus, qualem sæpè diximus. Hæc aūt est vt illud actu sit, hoc aūt potestate. Cùm acciderit vt hoc quidē vim habeat agendi, hoc aūt patiendi, nihilq. deficiat eorū quæ in vtriusq. rōne sunt, confestim hoc quidē facit; illud aūt patitur. Hoc idem quoq. ad hæc duo capita relatū fuisse nouimus in 9. Met. quod ēt aliàs à nobis explicatum est. Vtriusque.n. distantia cōmunis est, vtriusq. etiā est, quòd modus imponatur, & terminus adsit, nam quemadmodū forma terminus est materiæ, sic etiā efficientis; licèt intrinsecùs sit ipsi materiæ, extra verò efficiens. impediri ēt agentis pprium est propter contrariū, & materię; quoniam aut actus cōtrarij, aut habilitas ad ipsos ea fundatur; socia sunt pars efficientis, quæ supponuntur, sunt affectiones in materia: esse aūt naturale, aut liberum agentis differentiæ sunt. Vtrum'ne verò contingens se habeat tanquam priuatio, an sit forma. Placet, si de ipso primùm distinguatur: etenim aut aduertitur modus, aut res ipsa, cui tribuitur modus. ac modus quidē ille mihi videtur, quo vni multa opponuntur; hic verò est vt priuationis & habitus; & reuera est ex ordine posteriorū, quorum ratio ex priorum ratione cōponitur: quandò vnum in multorū definitione continetur: sed si res ipsa attendatur, vtiq. opponuntur vt æternum, & mortale, quanquam reipsa nihil aliud sunt, itaq. se habent vt opposito in eodē genere, nimirùm substantiæ, eò sanè modo, quo substantia pōt vniuocè de vtrisq. prædicari, essentia.s. & prędicatione considerata Metaphysicè. Neque id officit, quòd accidens his differentiis sit obnoxium: nam meministi nō esse verè differentias, sed transcendentia quæ plura rerū genera peruagantur. Necessariò contrariū est impossibile. quòd etsi naturā quandam humiliorem præsegerit, at quendam actū in se habet, quo non est; cuius itē beneficio positiuum imitatur, illi vt contradicens opponitur non necessariū, quòd de quolibet tam de eo quod est, quam de eo quod non est alterū ex illis verè prædicatur, & per illud contradicit necessariò contingens. necessarium verò & impossibile non omne genus amplectuntur. Non me latet exortam fuisse controuersiā inter Auicennam & Auerroëm de natura contingentis illius quod plurimùm est. existimante Auicenna necessariū & contingens plurimùm secundùm naturā non differre, sed pter impedimentum quod est per accidens, atq. itidem ponente necessariū & contingens, vt plurimū idem secundùm rem, solumq. variari quo ad successus diuersos. Contrà Auicennam Auerroës, & melius mea quidem sententia. Tum quia sequeretur, contingentia plurimùm fore per se necessaria: sunt.n. inquit ipse, hūi, quoniam impediuntur; impedimentū verò per accidens est, & sine ipso res consistere queunt. si igitur hoc tollatur quod auferri pōt, erit profectò, quod plurimum fieri consueuit, necessarium per se. Deinde foret, vt non esset contingens, neq. rarò, neq. frequenter secundùm naturam. Consentiunt hæc sanè mirificè cum placito Arist. etenim in contingenti plurimùm contradicentiū vis apparet; at vbi hoc, ibi potestas quæ est ipsius materiæ natura; non ergo per accidēs id qđ frequenter est, sed per se ipsum, & per naturā ppriam à necessario separatur, & videtur Auicenna confudisse rerū naturam cum merito & officio methodi, in methodo.n. sola eius quod per accidens est, ope mentis ipsum ab eo, quod plurimum est secernentis, ratio nulla habetur: quamobrem eo repulso quod rarò fit & per accidens, atque illo remanente quod per se est, id quod plurimum fieri solet, cōuertitur in necessarium, ob eamq. caussam eius scientia tradi potest; at re ipsa nō absoluitur omnino ab accidente id quod plurimum est. sed hæc mox apertiora fient, nanq. instituimus hoc loco digressionē Auerrois ad hanc ipsam rem attinētē explicare, qđ itē ad ea q̄ de fortuna & casu disputātur, nō mediocriter cōducere arbitramur.

Auerrois digressio explicatur ex T. 48. Secundi Phys. de contingente ad vtrunlibet. Cap. I.

VERBA Philosophi è 2. Phys. T. 48. præbent nobis occasionem, vt aliqua disquiramus de illa specie contingentis quam ad vtrunlibet vocant, & eius naturā indagemus, & è re nata doceamus, quemadmodū se habeat ad fortunā & casum, Græci.n. & Arabes in contrarias factiones diuisi sunt, concedentibus quibusdam. è Gręcis etiam ad contingens æqualiter pertinere fortunam & casum, & cum illis inter Arabas Auicenna, negantibus aliis quib. posteà subscripsit Auerroës. Qui defendunt partem problematis aientē nituntur diuisione quam assignauit Arist. eorum quæ fiunt: nanq. aut necessariò fiunt, aut plurimùm, aut nec plurimùm, neq. necessariò: huiusmodi verò aut æqualiter, aut rarò fiunt. Si ergo fortuna & casus in iis est quæ nec plurimū, neq. necessariò fiunt: igitur in iis versabitur, quæ æqualiter & rarò contingunt. Addebat secundam rationem Auicenna: nanq. visitaui amicum, & fortè cubabat; hoc ad vtrunlibet est, cùm nō minus non succedere, quàm succedre possit. Opponunt quidam è Gręcis eo quòd in iis explicandis quæ casu & fortuna fiunt; Arist. vtitur interdum hac voce, vt in paucioribus. Pręterea Philoponus ita pronunciabat. Quod est in nobis non esse fortunæ: contingens aūt æqualiter esse in nobis, non igitur esse fortunæ. At hæc leuia sunt, quandò id quod dicit Arist. in paucioribus ita nonnulli è Græcis interpretantur, quia sit vel simpliciter, vel comparatè ad ea quæ semper, aut plurimùm fiunt, atq. Arist. accipere hanc vocē non simpliciter solùm, sed etiā cōparatè. Quod aūt Philoponus opponebat falsum prorsus est, quia

contingens

[a] Lib. de motu ani. c. 5.

A contingens ad vtrunlibet, nonmodò est in nobis, sed in natura, & in potentia, quæ patiendi vim habeat: quoniam vestis hæc vri potest, & non vri, sed incidi, & materia per se obtinet æqualem potestatem ad contraria. Illud acrius quod à Simplicio affertur, licèt ab Auerroë Themistio tribuatur, quòd contingentia ad vtrunlibet, etsi pariter à sua potentia pendent; nihilominus, vbi promouentur ad actū, casu, fortunáue non fiunt, vt possum ego ambulare, & non ambulare, siue hoc, siue illud fecero; neutrum à casu est, vel à fortuna. huius aūt rei caussam hanc esse puto: quoniam vbi finis, & appetitus antecedunt, non est id fortuna & casu, sed actioni in iis quæ ex ęquo eueniunt, hæc antecedunt: in his igitur neq. casus, neq. fortuna versantur, atque ita motiones in animalibus fiunt. Veruntamen ad hanc rationem respondebat Auicenna dicens absurdū non esse, vt vna eademq. res necessaria sit, aut plurimum, si cum hac comparetur; cum alia verò fortunæ casuiue subiiciatur. sic igitur ambulare & non ambulare cum potentia motrice, aut cum appetitu comparari possunt atq. ad potentiam quidē sunt hæc ad vtrunlibet, quoniam potentia non magis ad hoc, quàm ad illud dirigitur & ordinatur: at si appetitum spectes, hęc per se sunt & necessariò, aut saltē plurimùm, quia possit appetitus impediri, ne expleatur, neque.n. necessariū, inquit Auicēna, distat ab eo quod plurimum cōtingit, nisi quia necessariū expers est oīs impedimenti; cuius sanè particeps est id quod B euenit plurimū: quòd si impedimentū ab eo, quod plurimū fit, repelli posset, vtiq. necessariò fieret. Ad potestatē igitur ambulare casu fortunáue est id quod æqualiter euenit: at per se existit, si ad appetitum refertur; eaq. ratione acceptum esse dici posset à Simplicio casum & fortunam repudiare contingens æqualiter. Contra Auicennam Auerroës argumentatur eo quòd actio nulla proficisci potest à caussa, quæ ad duo opposita sit æquè affecta: si ergo debet actio præcedere, opus est, vt ab aliquo determinetur, vtpura, ab appetitu. Tum quæro ego de hoc determinante, aut.n. necessarium est, aut plurimùm, aut æqualiter: atqui ad illa duo casus & fortuna non pertinent, restat igitur tertium. sed cùm hoc item infinitum sit, ab eo nulla actio nascetur; superest igit, vt ad id quod in paucioribus est, casus & fortuna pertineant. Secundò inuehitur in Auicennā, qui ponit eandem rem, si diuersa respiciat, necessariò plurimumúe esse posse, quia sic foret, vt non esset contingens, neq. rarò, neq. plurimùm secūdùm naturā; id quod prorsus superat opinionem: nanq. illud quod in aliquo inest secundùm naturā, ad vnumquodq. vniusmodi semper est, aut igitur est absolutè necessarium, aut plurimùm, aut rarò solùm suapte natura. Tertiò vrget alio nomine Auicennam Auerroës: nam dixit ipse necessarium ab eo quod plurimū est, non differre, nisi propter impedimentum. contrà inquit Auerroës: nam sequeretur, vt contingentia plurimùm per se necessaria forent: etenim huiusmodi non sunt, vt ipse volebat, quoniam impediuntur; at impedimentum est accidens, quod ergo C plurimum est, per se necessarium existet, huic aūt dicto valde reclamat Arist. qui est communi hominū sensu docet necessarium à quocunq. contingente separari, vsq. adeò, vt etiam contradiction non eodē modo contingens & necessarium subiiciantur in futuris. Ita confutato Auicenna ad solutionē quæstionis accedit Auerroës; hæc aūt eo consistit, quòd constituat, in quibus'nam sit contingens æqualiter. Dicit igitur Auerroës geminas esse potentias; alteram.s. quæ vim habeat efficiend vt in igni ad calefaciendum, & in anima ad mouendū corpus; atq. alteram, quę posita sit in patiēd vt appetitus in animali & materia prima. Quę facultate agendi pollet, testatur nunquam obnoxiā esse contingenti æqualiter; solas aūt patibiles hoc attributo esse decoratas. Rationem huius rei talem reddit: quoniam, si esset agens quod æqualia posset, natura foret ociosa: nam potestas ad esse & ad non esse, in eodē per se æquales existerent: sic igitur idem tēpore eodē simul agere & non agere posset; quamobrem ab oī actione supersederet. Quòd siquis obiiciat Auerroi, in materiam quoq. idem incōmodum redundare; quia potestatem æqualē obtinet ad duo opposita; propterea non esse id absurdum, quod Auerroës ipse opponebat. Negat Auerroës, materiam posse simul opposita, sed successiuè, vt calorem æstate, hyeme aūt frigus. At agens illud accipitur agere posse tpe eodem: est.n. actu per se; nec aliud quicquam expectat, q̄ præsentiam patientis & affectionem, & D in se habet indiuiduè formam, quam vult exhibere patienti; hæc autem omnia partibiliter sunt in materia, vt dictum est aliàs. Cùm igitur actio proficiscatur à gemino principio, actuoso, inquam & patibili; q̄uis patibile sit æqualiter in potentia ad opposita, quia tamen actuosum non pōt habere potentiam æqualē ad vtraq. fit, vt non reperiatur actio, quæ sit contingens æqualiter. Disserit etiam de discrimine quod intercedit inter necessarium, & id quod est maiore ex parte; hoc verò autumat esse, quoniam contingens plurimùm cōtinet in se naturā potentiæ; necessarium verò potentia caret ac si quādo potentiā illi tribuimus, ea cum actu coniuncta est, & ambigua. Hęc apud Auerroëm.

Quæ sit animi nostri sententia de contingente æqualiter. Cap. LI.

DICAMVS modò nos, quæ sit animi nostri sententia de contingente ad vtrunlibet. Quoniā verò tria tractat Auerroës: primùm, Ab ea potestate, quæ respicit æquè opposita, nullam edi actionē: alterū, Idem ex diuersis rationib. esse non posse contingens simul & necessarium: tertium, Necessarium & contingens non obtinere eandem naturam, nec ex accidente solùm discrepare; nos quasi Homericè exordiemur ab vltimo; sic.n. succedet facilius, vt cum sequētibus dicta cōnectant.

Inprimo igitur quantum eſt de hoc tertio probamus Auerroëm: conſentit.n.mirificè cùm Ariſt. E nanq. in eo quod plurimum contingit, repugnantiæ vis apparet: at vbi hoc, ibi poteſtas, quę ſuapte natura materiæ comitatur. hæc.n.ſola repugnantiæ radix eſt, itaque id quod plurimum contingit, non ſeparatur à neceſſario per accidens, ſed per ſe, & ſuopte impulſu. Quantum verò pertinet ad ſecundum; probare certè non poſſum. idem, ſi conferatur cum diuerſis, non habere rationem eius quod eſt per ſe, & eius quod eſt per accidens. malè.n. feciſſet Ariſt. frigiditatem in aliquo naturam, in alio verò accidens; nanq. natura eſt in aqua, accidens aũt in aëre, & aſcenſus in igni ſecundùm naturã, & per ſe, in terra verò pręter naturam & per accidens. ſed hæc alibi. & quantum pertinet ad ꝓpoſitionem noſtrã, quis negat id quod hominẽ per ſe gignit, ſedigitum generare per accidens, & lapidem per ſe deſcendere, per accidens autem vulnerare? Mitto illud, quòd negat Auerroës ſimilitudinẽ inter materiã, & reliquas poteſtates aſſerens materiã eſſe in potẽtia æqualiter ad vtrunque oppoſitum, cęteras verò nequaquam. Sed oẽs poteſtates, modò non ſint impropriè, ex æquo mihi videntur oppoſita ſpectare, & per ipſa definiri, & ea viciſſim accipere: quandoquidem in oĩbus æquè exiſtit gradus & ordo propinquioris & remotioris, & oĩs ſemper eſt cum altero ex oppoſitis, & alterum iam iam exceptura, & cùm determinata eſt, non amplius vim potentiæ retinet, ſed conuertitur in actũ, proinde altera pars contradicentium eſt ipſius actus; potentia ſibi vendicat infinitatem. Illud proſequi volo quod ſuſcepimus antè nimirùm, etſi naturis diſconueniunt neceſ- F ſarium, & id quod plurimùm fit; attamen conuenire ſubiecto, atq. ita vt indiſſolubili quodammodò ſint deuincta. Atqui huic placito vniuerſa Peripateticorum ſchola reclamat, accipe ſine offenſione quæ dicimus; neq. id prius quàm quale ſit explicauero, repudies, & audi nos illud dare bonis Peripateticis, contingens in neceſſarium non abire, dum vna ratio, atq. habitudo conſeruetur; dum etiam natura ipſa rei aduertat; ſi verò diuerſæ ſint rationes & habitudines, ſi ẽt mentis officium attendamus, & quemadmodum cadit contingens in cogitationem noſtrã; haud habeam pro abſurdo confiteri nonmodò cum neceſſario conuenire, ſed in neceſſariũ degenerare cõtingens. Nil dico nũc an'ne ſic eſſentia rei conſiſtat; de hoc in extremis libris cumulatè dicturus. Atq. vt id planius fiat, ſic exordiamur: aut.n. ſpectatur vis & natura contingentis, aut eius principia, aut exiſtentia; dico verò ὕπαρξιν, & ὑπόςασιν, aut nexus quo cum cęteris coniunctũ, & quaſi conglutinatum eſt ipſũ contingens, aut vt cadit in cogitationem: ad hæc.n. capita commodè referri poſſe videtur quę nuſq̃ animaduerſa comperio; licèt eorum quæ ſigillatim afferemus, cõplura ab eruditiſsimo Sirenio fuerint antè occupata. Quod igitur ad contingens ſpectat; quoad in rerũ natura conſiſtit, aut ſimpliciter ſumitur, aut ſingulare, vt quòd ſim ruris amator, atq. hoc quidem ſic abhorret à neceſſario, vt nunq̃ cum eo congruat, niſi ex hypotheſi, & cùm deductũ fuerit ad actũ. atq. hoc eſt ꝓpriè contin- G gens. alterum cum neceſſario conſiſtit; quanq̃, vt opinor, ex conſecutione. ſiquidem oppoſitorum quę ſunt extra mentem. (neque.n. valet hoc in verum & falſum quæ ſunt cauſſa mentis) ſi vnum fuerit in natura, & alterũ quoq. nonnunquàm ſit neceſſe eſt, ſi nõ hoc; at illud. Prętereà inter actus eſt repugnantia & ἀσυςασία, & poteſtas igitur quæ ſit repugnantium capax; ergo & ex contrariorum lucta contingentia. Cùm igitur materia poteſtas innitatur; efficitur, vt ſi materia ſit; ſit quoque contingens. atqui talis natura ſit neceſſe eſt, itaq. appellatur ἀνάγκη. Proinde & neceſſarium, & contingens cauſſa materiæ conſiſtunt. atq. eſſentialiter eſt neceſſarium; contingens ꝓpter euentum. Sed cùm intendat actum natura; repugnantia ſit vel per accidens, vel vt cauſſa ſine qua nõ, quemadmodum materia; hinc eſt vt illi non ὑπόςασις abſolutè, quemadmodum neceſſariò, ſed tanq̃ à primo intento naturæ deflexo conueniat potius παρυπόςασις. ideſt, exiſtentia deprauata; vt ẽt malo. Quin etiam cùm è duobus principiis iunctæ ſint ſubſtãtiæ ſenſiles, è poteſtate.ſ. & actu; etiam contingens & neceſſariũ vnà conſtent oportet: ab actu.n. neceſsitas erumpit, quandò eius natura determinat eo quod eſt eſſe ſolùm, à poteſtate verò contingentia manat, quia poteſtas inſtituta eſt ad oppoſita. Quia verò poteſtas ad oppoſita duplex eſt & rationis cõpos & expers; etiã liquet, ſi eſt poteſtas rationis cõpos, eſſe neceſſariò cõtingẽs, eſt.n. volũtas ex hac cõtingẽtia, neque.n. volũtas H in iis verſatur quæ eodẽ modo ſe ſemper habẽt; aliter eſſet fruſtra. Propterea cum merito materiæ, tum etiam repugnantiæ quæ eſt inter formas, exiſtit contingens: idem quoq. cauſſas habet efficientes, vt planetarum motus per Zodiacum, vnde contrariorum viciſsitudines oriuntur in natura. Si exiſtentiam & ὕπαρξιν ſpectemus, ideſt, vt eſt actu: neceſſe item eſt eſſe omne, cuiuſcunq. ordinis ſit, dum eſt; multoq. etiam magis, poſtquàm fuit, vnde illud ex Agathone apud Ariſtotelem. [a]

[a] 6. Eth.

Et celitum ſummo negatum eſt id quoq.,
Ratum quod eſt patiare poſſe non ratum.

Inſuper aut vtraq. contradicentiũ pars in ſubiecto ſpectat, aut altera duntaxat, ac ſi vtraq. pars accipiat, neceſſaria ineſt, altera aũt nõ niſi contingenter. Et ex aliquo rerũ nexu cõtingens fit neceſſariũ: nã ſi certę quędã cauſſæ cõcurrant, q̃uis rarò & fortuitò, neq. ex naturæ cõſilio, ẽt cõtingẽs alioquin ex eo cõcurſu neceſſariò naſcetur. Nexus itẽ cõtingentis cum quadã neceſsitate coniũctus obſeruat, à quo exoritur alterum neceſſariũ ex hypotheſi, vt ſi currã ego, quod mihi contingit; neceſſariò tñ mouebor, ſed ẽt de hoc diligentius aliàs: nam de his certum eſt artificiũ conſtitutum, quod contingentium conſecutiones exponat: verùm nobis ea libaſſe ſufficiat, quæ ad munus naturale pertinere

A censuimus: nunc, vt instituimus, ad nostra redeamus. Vltimus omnium modus est, quia tametsi res cótingenter fiat, possum pronunciare de ipsa verè, quòd sit. quòd si oratio vera est & ex eo quod vera est rem esse necesse est: igitur & id quod posuimus esse contingens, euadet necessarium, quod de oratione decernit, ad opinionem etiam accommodari pôt, quandò elocutioni præcedit opinio: vox.n. nota est earũ notionum quæ in anima præcesserunt. Significauimus etiã paullò antè cum necessariò continges in methodo commutari. Non est item absurdum, opinor, vt ex diuersis rõnibus contingentiũ modi cõmutentur; etenim dubiũ non est, quin eadẽ actio mihi succedat ex consilio; tibi verò fortuitò, neq. pugnant hæc, aut philosophorũ dogmatis aduersantur, quia rei natura non cõmutatur: est.n. perpetuò ad caussas ex quibus pendet, eiusdẽ ingenij, sed modus ex habitudinum varietate fit alius; illud philosophi commutari negant, mutari aũt modos experientia docet. Ex his apparet contingentiũ quoq. modũ esse internũ qui nascit ex potentia, seu potius indeterminatione quæ inhæret in materia singulari, quatenus hũi, per quę sanè partim cum necessitate, tanq̃ opposito conuenit (sunt enim eiusdem generis) partim discrepat, etenim principia oppositorum proxima sunt opposita,

B *Tertium caput eiusdem digressionis expenditur diligenter quo docetur, an necessarium & contingens accidente solo distinguantur.* Cap. LII.

De tertio illo quod est princeps disputationis huiusce membrum. Erat aũt. Necessarium & contingens eandem naturam non obtinere, nec ex accidente solùm disiungi; puto oportere distingui contingens pro diuersis rationibus quas obtinet: etenim aut accipitur, vt non dum est in actu, sed vt relatum ad suas caussas in quib. virtute continetur, vt quòd ego nunc non sim sacerdos, aut quando est actu iam, ita verò dicatur contingens, ꝙ olim actu non esset. Rursus contingens intuetur potestatem actuosam, aut patibilem quæ item distinguuntur: quoniam sunt aut naturales, aut liberæ. Deinde signandum illud, nempe fortunam & casum pertinere ad caussas efficienteis. Neq. illud prætermittendum, Agentia quorum actiones casus, seu fortuna sectatur, non quoad se ipsa solũ habere affinitatem cum fortuna & casu, neq. quo ad actiones quæ pendent ab illis proximè, & per se, verùm ad illa solum quæ ita pendent ab agente, vt consequantur actiones quæ proximè & per se ab ipso proficiscuntur. Cùm hæc ita sint, illud generatim statui potest. Contingens quodcunq. illud sit, vt respicit potestatem patibilem, siue fuerit naturalis, vt materia; siue in nobis, vt voluntas, quã ad obiectum docebimus aliàs esse facultatem patibilem; cum quantum spectat ad corpus, è numero a-
C ctuosarum fortassè non sit expellenda, eiici è casu atq. fortuna. Præterea contingens, vt potestate solum est, nam casus, & fortuna versantur in actionib. quæ cuiuspiam rei gratia fiunt. Spectemus ergo, vt casus & fortuna possint esse circa contingens quod iam relatum sit ad actum, & quoad potestatem actuosam pertinet. Credo autem sic nihil prohibere, quominus contingens ad vtrumliber fortunæ, casuiùe obnoxium sit, cùm quia per accidens actioni meæ quippiam euenire potest quod sit è genere huiusmodi contingentium, tum ẽt ꝙ aliquid per accidens inesse potest in actione quæ sit ex eodem genere, veluti positum est in me, & in te ambulare, & non ambulare, accidit, vt, dum te conuenio, spatieris, & me spatiando pellas. ꝙ ego, ac tu ambulemus, vtraq. contingunt æqualiter. sed ꝙ vtroq. ambulante pulsio fiat, hoc est planè fortuitum, addo ẽt rarum, ꝙ vtriq. sępius ambulabimus, nunquam tñ fortè inter nos offendemus. Quin etiam sunt quædam artes, quas philosophi Stochasticas appellant eo, ꝙ coniectura contineantur, & sint opinabiles, hoc est, ambiguum finem habeant: in his agnoscitur fortuna, vt in imperatoria, arte dicendi, & medica, cùm.n. instrumenta & actiones quib. exoptatum finem consequi possint, varia sint, oportet, cum eo quod eligitur, concurrat, & concordet propensio quædam rerum tractandarum, hoc verò in fortuna situm est: electio mediorum contingens est; & tamen ibi fortunæ vis apparet. idem quoq. iudicium de sortib. & ludo faciendum:
D nanq. & si scopus se sorti committentis, aut ludentis est aliquid obtinere, at media tamen incertitudinis, & infinitatis plena sunt, ex quo fortuna existit. Sic imperitus medicus agit inconsultò, & incertè tamen, si talem actionem aggrediatur quæ in ægro propensionem reperiat, consequitur sanitatem: hîc adest fortuna; & actiones mali medici contingentes, quo fit, vt philosophi prædicent vbi plurimum artis, ibi fortunæ parum desiderari; & arti fortunam repugnare. Nam quod dicebat Hippocrates, fortunam artis esse pedissequam, intelligebat rerum euenta solùm, neq. ipsorum principia respiciebat. Non ergo simpliciter in his casus, atq. fortuna spectari possunt: etenim si vt iam actu existentia, & vt pendent proximè, & per se à caussis suis efficientib. accipiantur: iam video nihil in his esse casus, atq. fortunæ. verùm ꝙ iis quatenus actu sunt, adnexum sit aliquid quod fortuitum sit; inficiari non audeo; atq. id ex rarò euenientib. esse puto: propterea fortunam & casum optimè constitui reor ex iis quæ minus succedunt; idq. sibi voluisse credo Simplicium, & Auerroẽm; & id solũ eorum argumenta concludere posse dicimus. quæ nos sanè damus semper defendentes naturam nõ mutari, sed modum; & fortunam ad ea pertinere non intrinsecùs; sed propter adnexa. Auicennæ verò sententiam accipiemus in eam partem, vt æqualiter contingentia non sint quoquomodo absoluta à fortuna & casu: quippe ꝙ aliquid adnexum habere queant, quod rarum sit & ideò fortuitum;

& hoc

& hoc etiam probant rationes Auicennæ quæ ab auctoritate Aristotelis,& experientia sunt acceptę. Quia verò doctissimi viri confirmant nob. rationib. alteram partem problematis: age spectemus & nos,vtrum'ne contra decretum nostrum quicquam ponderis habeant. Hæc igitur ipsi opponunt. Effectus iudicari debet qualis sit ex caussa principali,sed ambulatio,puta tu,quæ contingens est,proficiscitur à voluntate secundùm determinationem : at quod ab ipsa sic affecta proficiscitur, fortuna non est. Deinde fortuna est in eo genere quod agit ex intellectu & electione : ergo si ambulatio fortuita foret;id profectò ambulanti acceptum referendum esset,quatenus eligendo agit,sed merito voluntatis fortuna non est. Tertiò ambulatio proficiscitur à virtute : atqui hæc aut definita est,aut infinita : at ab infinita nihil vnquam proficisci potest. ꝙ si definita fuerit;at iam ibi fortuna non collocatur. Huc accedit,ꝙ virtus motrix,aut habet finem, aut caret fine: si fine ipsam carere dixeris : at fortuna ponitur in illis quæ finem habent. ꝙ si contrà finem habeat ambulatio,nõ igitur fortuita. Quintò si merito virtutis ambulatio fortuita foret,sequeretur,vt fortuna esset caussa certa & finita,quod tamen Peripateticæ sententiæ prorsus aduersatur. Quid ẽt prohiberet,quominus instrumenta omnia fortuito seruirent? nam per se infinita sunt,ab agente verò determinantur. Postremò velle & intelligere essent actiones fortuitæ : quia virtus ad vtraq. indeterminata est. Apparet.n.perspicuè in omnib. hisce argumẽtis,actionem illam quam ponimus esse fortuitam, non sanè ad actionem principem esse relatam,cui contingere dicimus id quod est ad vtrunlibet; sed principem ad initia sua, à qua relatione casus & fortuna repudiantur,& ita instrumenta operantur, quia diriguntur à fine & efficiente,nec tamen absurdum est,vt suprà indicauimus exemplo mali medici, ipsa fortuito quippiam operari. Et à nob. actio fortuita ponitur in illis quæ finem habent non sanè ꝙ ipsa habeat finem; verùm ꝙ illi sit adiuncta,quæ habet finem. Et quanuis velle & intelligere sint virtutes quæ respiciunt opposita,& vbi in actum prodeunt,determinentur,& à fortuna casuq. absint : tamen, quin iis,quæ à voluntate & intelligentia proficiscuntur; aliquid fortuitum possit affigi, nunquam ea ratio conuincet.

Quæ de fato censuerit Aristoteles : & dubitationes nonnullæ diluuntur. Cap. LIII.

SEQVITVR mox, vt ad Aristotelicæ sententiæ explicationem nos conferamus. hoc verò non magni negotij nob. erit,quippe ꝙ Alexander hanc rem vberrimè,atq. appositissimè explicarit. Inquit igitur ille. Eum qui dixerit fatum, significare caussam efficientem : dicimus.n.hoc à fato factum fuisse,perspicuum verò est efficiens operari gratia finis : quare etiam fatum ad ea pertinebit q̃ sunt cuiuspiam rei gratia. Cęterùm finis alicuius gratia operantur,ratio quemadmodum vnusquisque experitur; tum ẽt natura, sicuti multis probatum est ab ipso philosopho : ergo & fatum, aut ad ea pertinebit quæ fiunt à nob. aut ad ea quæ fiunt à natura. At verò ea quæ facimus nos, arbitratu nostro facimus:nec eorum caussam dicimus esse fatum : quare efficitur,vt spectet ad ea quæ sunt natura. Rursus ea quę sunt natura,aut plurimum sunt,aut semper; nec etiam in his quę semper sunt, nec vnquam fiunt,fati vox vsurpatur : neque.n. fato binarium dicimus esse parem,quamobrem in his quæ plurimum fiunt,comperitur fatum : hæc iterum aut sunt,aut fiunt. ea item quæ sunt,arcentur à fato,quatenus sunt. [a] ergo ita sunt obnoxia fato,quà generationem intuentur. si ergo ea quæ sunt vt plurimum,sunt natura : fiunt etiam natura,quæ plurimum fiunt : atq. hæc fato fieri dicuntur. planum ꝙ fieri natura,& fato sunt idem. Ad hæc ea quæ fiunt,aut ita fiunt, ꝙ habeant ἀταξίαν .i.ordine vacent,aut fiunt εὐτάκτως.i.ordine conseruato. hæc verò si fiunt perpetuò, sic quoq. separantur à fato: si verò conturbetur ordo; cùm ordo sit amicus naturæ, eius perturbatio molesta & odiosa : quapropter ex ordine res naturales plurimùm fiant, raro extra ordinem, si fatum est in ijs quæ natura fiunt; ideò & fatalium rerum productio segregatur ab eo quod extra ordinem naturæ, raròq. contingit. Prætereà quæ fiunt,singularia sunt, vniuersale.n.non est per generationem,neque per corruptionem non est: ergo fatum erit efficiens in his singularib. quæ cùm gratia finis sint,in natura sunt, quæ ordine vacat interdum; sed ordinem ipsa consequuntur. Eius quoq. sententiæ fuisse Theophrastum in Callisthene suo testis est Alexander. Iis quæ plurimum fiunt ea quæ raro eueniũt, opponuntur,hæc aũt non natura,sed præter naturam esse dicuntur. sicut ergo sunt præter naturam; sic erit aliquid ẽt pręter fatum : nanq. eò vis contrariorum perducit, vt si vnum è contrariis de altero prædicetur,ẽt compar de compare pręditari necesse sit. Ex his etiam sequitur,vt aliquid fato quidem fiat,aliquid autem quod fato non sit obnoxium. Prætereà vt cum fato ipso contingentia consistat : nanq. vbi adest illa perturbatio,atq. carentia ordinis; & res fato fieri conueniret, non necessariò fiunt : sed interrumpi quandoq. possunt. Repellebat item Alexander ibidem à vi fati,tum successionem tempestatum,tum ẽt elementorum mutationes. Attamen ex eiusdem Aristotelis auctoritatę non possumus in Alexandri venire sententiam: nanq. ipse certas rerum mutationes, vtputa, tempora ortus & decrementi. & periodos καθ᾽ ἃ τὴν εἱμαρμένην.i. secundùm fatum vocat.ac re vera in his est idem plerunq. naturæ cursus,qui nonnunquam interpellatur: siquidem æstate media magnos æstus vrgere soleant : attamen ẽt quandoq. multæ pluuiæ præter consuetum frigus efficiunt. Nisi fortè voluit Alexander notare solùm eorum successionem quæ videtur esse necessaria propter reditus

[a] Alex.2. de An. c. 27.

A reditus astrorum. Hæc ergo etiam facto subsistunt, cùm vnà cum ordine retineant item ataxian quã
dam; ꝙ per certas qualitates constituuntur, quæ non perpetuò seruant eosdem progressus; ideò medi
ci non spatia temporum, sed temperaturas obseruari iubent. Verum enimuerò aduersus hæc Stoici
disserebant: quia sic sentiemus secundùm fatum, & bene maléue agemus: quoniam etiam natura
homini datum est, vt bene maléue agat. Respondet Alexander, facultatem quidem sentiendi & ra-
tionem esse secundùm naturam; sed actum esse ab anima; & male agere secundùm naturam est & se
cundùm fatum: quia talis facultas homini insita est à natura, verùm ꝙ ita aut aliter agamus, & cùm
bene agere possimus, malè operemur: id neq. necessarium est, neq. fato, neq. natura: quamobrem
ex illo primo neq. laudamur, nec vituperamur: at illud secundum laudes & vituperia consequun-
tur; sic igitur etiam manente nexu naturalium caussarum, nob. tamen electio vitæ relinquitur. Hæc
ita sunt auctorib. Peripateticis. Quare venio nunc ad solutionem argumentorum quæ cum genera-
tim, tum etiam sigillatim ad approbandam fati necessitatem allata fuerant. Prima autem ratio ab iis
accepta, quæ de enunciatione dici solent, ab Arist. quoq. diluitur. De quolibet verum esse asserere
diuisim, aut coniunctim; quæ item ei qui vel primorib. labiis dialecticen degustarit, perspicua sunt.
Secunda sic infirmatur. cùm. n. opponitur, omnia habent caussam antecedentem; concedimus adhi
bito diorismo & limitatione, vel per se, vel per accidens Præterea cùm adiicitur; ex hac caussa mana
B re effectum. Hic opus est explicare modum quo effectus in ea mundi parte quæ intra cœli sinum con
tinet, à suis caussis pendent de qua item re est, ꝙ consulamus Aristotelẽ, è cuius sententiis oĩs quæ-
stio probè dissoluitur. Ipse igitur eo sumpto, quod communis hominum iudicio pollentium sensus
facillimè recipit, ita respondet: quædam. n. inquit, necessariò fieri; nonnulla contrà communis loquẽ
di vsus attestatur, qui ea quæ respiciunt tempus futurum, duplici nomine exprimere consueuit, nũc
ἐσόμενα vocans, aliàs μέλλοντα & ea nuncupat ἐσόμενα. i. quæ erunt quæ à nullo, vel etiam malo
fato subuerti possunt: atq. ita pronuntiat, erit solstitium, & erit bruma: μέλλοντα verò, hoc est, futu
ra quæ vel quauis leui occasione impediri queant, vt parum absit, quin ipsa sint: atq. ita loquitur:
fore, vt Romam proficiscar: similiq. modo nos admonente natura quædam esse quæ necessariò sint;
non omnia verò; quoniam ratio eadem est eorum quæ sunt, & eorum quæ fiunt: sicut ergo sunt
quædam quæ non fieri nequeant; sed necessariò fient; vt ꝙ Sol ingrediatur arietem; sic erunt quoq.
necessariò quædam; ita, vt quando præsentia fuerint, de illis enuntiare liceat ꝙ necessariò sunt. sic ẽt
quædam reperiuntur quæ non necessariò sunt; sed fieri possunt, vt, ꝙ ego Romam profecturus sim;
attamen manebo Pisis. ita Romam proficisci mihi non necesse erit; & quando illò profectus fuero;
id non necessariò fecero. non omnia igitur necessariò fiunt. His ita constitutis; cùm planum sit vniuſ
C modi non esse necessitatem, aut. n. simpliciter est quæ. s. nulla ratione peruerti potest; aut quodam-
modo, siue ex hypothesi, dubitare cõtingit, quemadmodum necessitas inest in his quorum ortus &
interitus habet, vt inquit ipse τὸ ἀμαρμένον, & quemadmodum ait Hippocrates τὴν πεπρωμένην
μοῖραν, quib. vtrisq. fatum significatur à Græcis: an. s. cùm hoc fit post hoc, id quod posterius fit
nobisq. propinquius est, necessariò factum fuerit. [a] illo iam facto quod ordine naturæ antecessit; [a] 2.Post.
vt si domus ædificanda sit; fundamenta iaciantur oportet: ac si fundamenta iacienda sint, necesse est,
præstò glaream & calcem esse quibus ipsa fundentur. Vtrum'ne si glarea & calx adsint, fundamen-
ta necessariò fiant, & si iacta fuerint necessariò domus ædificetur? Respondet igitur Arist. ad quæ-
stionem, dicens hoc nullo modo necessarium esse, nisi ẽt suapte natura id quod posterius est, aliqua
vi cogente præditum sit, verùm si qua est necessitas, ea est ex hypothesi, à posteriore. s. ad prius: vtpu
ta, si struendum sit ædificium, fundamenta excauanda sunt, & si debeant iaci fundamenta, calx &
glarea sunt cogenda. Intelligimus aũt posterius habere aliquam necessitatem quæ cogat, vt nullo
modo prohiberi possit, veluti Sol est nunc in piscib. ẽt necesse fuit illum esse ibidem, quando erat in
Aquario: & nunc eum esse in Geminis necesse est: quare, quando erit in Aquario, necessariò item
erit ibi: non quidem, quia nunc sit in Geminis, sed ꝙ ea res per se illiusmodi necessitatem præsefert,
D cùm tamen pluere tum non sit necesse. Verùm hæc fortasse nimirum generalia sunt, & potius typo
tradita; quàm accuratius tractata censeri possint. quamobrem præstat nunc, vt hoc negotium pro-
lixius agamus, cùm cæteroqui nec ab Aristotele neglectum fuerit.

Explicatur ratio necessitatis inter caussas, & effecta quæ fatalia constituimus. Cap. LIIII.

ITAQVE sic dicendum de his quæ fiunt, siue necessaria sint, seu non necessaria: si postremum
est, necesse est esse prius, & esse deniq. necessitatem ex hypothesi: verùm si prius sit, non necesse
est esse posterius, præterq̃ in his quæ etiam si posteriora sint, tamen suæ necessitatis caussam adiun-
ctam habent, ꝙ in ipsis circulus existit, vt si posterius hoc sit, etiam necesse sit illud antecessisse, & si
prius hoc sit, necesse itidem sit illud alterum consequi: quandò alioquin in iis quæ ex hypothesi
sunt necessaria, solùm sit ordo posterioris ad prius, non contrà: propterea [b] assignatum est simplici- [b] 1. de par. animal.
ter necessarium perpetuis, quod verò ex hypothesi omnib. his etiam quæ generationi subiiciuntur;
quare orbis quidem in necessariis simpliciter obseruabitur qui valdè alienus est ab his quæ necessa-

ria sunt

ria sunt ex hypothesi. id tantùm apto exemplo poterit explicari, si fingamus has res in quib. apparet necessitas, esse dispositas secundùm lineam quandam, & ex iis aliquas circulũ imitari, quæ ad prius à posteriore procedant, atq. iterum à priore commeant ad posterius: aliàs verò quarum ordo solus est à posteriore ad prius, esse dispositas secundùm lineam rectam, quòd vnum tantummodò processum præseferant, à posteriore nimirùm ad prius, nec à priore redeant ad posterius, sed ad nouas caussas assiduè progrediantur. Profectò processus hic notatur in caussis & effectis, & vtroq. modo finitus est, aut infinitus. De caussis principio differamus. Vbi verò res circulum imitetur, nullus extat ordo consecutionis, cùm id quod priori succedit, non propter prius, sed per se ipsum fit necessarium. necesse quidem sit hoc antecessisse, si hoc est, & si est hoc, & illud consequi, neutiquàm tamen, vt hoc sit, vt illud consequatur, neq. vt hoc consequatur, quia fuerit illud. Vbi autem res rectà procedat, necessarium simpliciter nunquàm existet, neq. si fuerit linea finita, neq. si infinita, sed id ad summum quod est ex suppositione, à posteriore ad prius, non contrà: nam si fuerit domus etiam necesse est iacta fuerint fundamenta, si verò fundamenta iacta fuerint, non est idcirco necesse domũ fuisse ædificatam, & planè vinculum necessitatis in linea recta infinita non reperitur. quare neq. simpliciter necessarium: nam quocunq. dato semper aliquid prius accipere contingit: vnde & ibi caussa non est, quia nihil primum. Sed neq. item ibi necessitas est ex hypothesi; quandoquidem in hoc & est ordo primi, idest, quoad nos, ad secundum quod.s. multò prius extitit (neque.n. primum omnino tempore sumendum est etiam Arist. nos admonente; atq. id vberius explicante Alexandro [a]) at in infinito nil huiusmodi obseruatur. Neq. item rectus ille ordo, qui linea finita designatur; perpetuus est: quandò caussam antecedentem non necessariò consequitur effectus. sin, iactis fundamentis, prohiberi non posset, quominus extrueretur domus: atq. id fieret, vt quod semper est, quippe simpliciter necessarium; nō semper esset. Et quoniam eadem est ratio eius quod fit, & eius quod est: ita vt siquid ex necessitate est, semper fit, & si fiat ex necessitate, semper etiam fiat; atq. itē contra; si non sit ex necessitate, neq. & semper fit: ac si non necessariò fiat; neq. itidem semper eueniat. ideò si ex necessitate fiunt, igitur etiam semper fiunt. Hæc eadem quoq. non fieri contingit, quamobrem non semper erunt eadem: itaq. semper, & non semper existent. & quoniam est eadem ratio eius qđ fit, & eius quod est, eadem quoq. semper, & non semper euenient. Neq. inficiari possumus hæc esse contradicentia: ita vt non verearis, ne simul consistant: quinimmò planè repugnant: neq. sese vicissim patiuntur: quia quod est necessariò, non potest non esse: at hoc quod accepimus, potest non esse: posse verò non esse, & non posse non esse locum contradicentium occupant: erit ergo necessitas simpliciter in his quæ circulum præseferunt in quo sine intermissione series, ac nexus ille rerum fatalis continuari poterit. Itaq. sic vniuersum hunc discursum hoc dilemmate comprehendemus. Aut .n. finem nunq̃ assequetur naturalium rerum generatio, aut demum finietur. Terminus verò ipsarum procreationi adscribere fas non est, permanentib. in sententia Peripateticorum: erit igitur progressus in infinitum; hic igitur aut rectus, aut in orbem: atqui rectum esse non posse demonstratum est, quia non sit ibi principium: at verò generatio nulla sine quodam principio consistit, idcirco si velimus seruare perpetuitatem generationis; opus est occurrere cuidam principio rerum quod sempiternum sit: sicuti etiam iugis hæc rerum caducarum successio sempiterna est. nullum verò aliud melius esse potest, quàm id quod in circuitu omnia versat; nec mutabile est; neq. aliter se habere potest, nanq. in eius motu apparet necessaria reciprocatio prioris & posterioris. vt.s. ita ordinatis reb. si prius sit, posterius necessariò consequatur, & si fuerit posterius, non potuerit non præcessisse id quod anteà fuit. atq. hoc modo constituamus necessitatem in his quæ fiunt: & id erit quod fatum ab Arist. solet appellari. Consistet ergo necessitas absoluta rerum quæ sunt obnoxiæ generationi, volutatione cælesti, quæ cùm sit, necessariò res apud nos oriuntur; neq. alia necessitate rerum vniuersitatem gubernari putandum est; atq. hanc esse legem fatalem, quæ à cælesti ratione producitur qua à priore ad posterius progredi, & à posteriore ad prius regredi necesse est. Itaq. hæc series in æternis sub imagine Palladis expressa est, quæ est scientiæ dea, qui est habitus habens necessitatem; in nostratib. verò sub imagine Neptuni aquarum dei, quæ sunt in assiduo fluxu. Atq. hæc de ordine caussarum. nunc contemplemur effecta. In effectis item est, q conseruetur ea necessitas, quia fiat reditus ab eodem in idem; vtrum'ne idem sit id quod redit, an'ne alia ratione dispositum. mox videbimus: nam in aliquibus idem esse videtur, vt si è nube pluuia fiat, & iterum pluuia de nube. at è Sophronisco fit Sorates; ex ipso verò non amplius Sophroniscus; & in illis est necessaria connexio & reflexio à nube ad pluuiam, & contrà à pluuia ad nubem, in qua videtur inesse genus illud necessitatis quod appellamus simpliciter: at in posteriore solùm necessitas est aliquo modo, vt si debet exoriri Socrates: oportuit prius esse Sophroniscum, non autem contrà. Scire igitur licet ea quæ remeant, aut eadem esse ad numerum, aut speciem: redeunt eadem ad numerum quæ perpetua sunt; vt idem Sol ad idem punctũ redit, vnde olim discesserat, sed reliqua redeunt eadem ad speciem: neque.n. prorsus eadem est pluuia ex qua facta nubes est, & in quam eadem nubes est conuersa; nisi ad speciem solùm, quod enim corruptum est semel; non amplius reuertitur, sed ad speciem idem necessariò, vt ex homine semen, è semine rursus homo, ita ex homine ad semen, atq. iterum à semine ad hominem fit reditus ille qui circulum imitatur: etenim illud nonmodò in ortu elementorum perspicitur, sed eorum etiam quę

ex ipsis

[a] q.22.

A ex ipsis conflata sunt; quò fit, vt vniuersi fabrica tam variata & exornata sit reb. omnib. quas è suo si nu copiosè natura potest efferre. Habet ergo continuata generatio suos progressus secundùm circulum qui conuersionem cęli imitatur, hic autem verè continuus est, & perpetuus, eisdem redeuntib. non ad numerum quidem, sed speciem duntaxat, nisi forte per accidens eueniat aliud, quemadmodum in iis quæ gignuntur ex putri, sed hæc, cùm rarò fiant, in methodo naturali negligenda sunt. Vnde constat fatum esse ordinem inter species qui tamen extat tum, dum indiuidua propagantur in quib. solùm necessitas est ex hypothesi, hoc est à posteriore ad prius.

Reliqua argumenta diluuntur, quibus ostendebatur fatum & contingens non congruere. Caput LV.

EX his quæ postremo loco attulimus, optimè diluitur argumentum illud aduersariorum: falsum est.n. id quod assumitur, quippe caussam antecedentem necessariò consequentem effectũ respicere: Deum verò cuncta necessariò prænosse; quamuis antecedens hoc sit veritatis infallibilis: at tamen neque etiam apud Theologos vllam necessitatem sequelæ præsefert: quoniam, tametsi prænoscit, permittit, vt agantur pro ratione suæ naturæ: inde effici, vt interdum sese vicissim impediãt, B videt etiam impedimenta singulorumq. prænouit successus, etiam si contingentes sint, atq. impediri possint. Verùm quòd hîc longè aliam personam sustinemus, eamq. quam sensus ope scientiam paramus, in præsentia defendere volumus, non bene concedimus à Deo cognosci singularia: nanq. ipsorum cognitio pertinet solùm ad facultatem sentientem. Alij dicunt vniuersè Deum cognoscere, ideoq. illius cognitioni fatum & contingentiam non repugnare, quippe quæ in singularib. tantummodò versentur. Neq. item hoc placet: vniuersale.n. ita fit, quia seiungitur auxilio mentis à materia sensili, hęc autem separatio non fit, nisi sit imago rei sensilis in phantasia recepta per sensum, qđ sanè naturæ diuinæ mirum in modum aduersatur. Nonnulli hæc eum virtute cognoscere dicunt, quatenus.s. in ipso sunt, à quo omnis essentia pendet, cum.n. Deus omnis essentię largitor sit essentiam suam perspiciens, aliorum quoq. cognoscit essentiam. Sed id fortasse concedendum foret si in Deo cuncta formaliter, vt aiunt, inessent. At ea sunt, vt docebimus aliàs, vt ab ipso, seu potius ipsius gratia, non aũt vt in ipso, nec ea ratione cognosceret qua res est obnoxia fato, quandò & singulare, & dum fit, fato subiicitur. Non possum itẽ in Peripatetica schola probare, Deum cognoscere vtranque partem contingentis, tanq̃ præsentem & necessariam; quia sic fieret, vt eodem momento temporis contradicentia simul specularetur, cognoscit.n. vt in eodem puncto me ambulaturum, sed in eo- C dem quoq. nouit me non ambulaturum, ergo simul & me ambulaturum, & non ambulaturum cognoscit. Finge tu nunc hæc transire in presens, [a] Quod.n. verum dicere quòd erit, oportet hoc esse quandoq. vtrum quòd est. cognoscit igitur vnà me ambulantem, & non ambulantem, sic contradicentiam indiuidua cognitio, quod fieri nequit. Quòd si in hac schola proteruias & formas ἀσυςάτας in separatis à materia ponere velis; at id quod ex eiusmodi ratione significatur, nempè id quod mihi diuiduè, temporibusq. partitis succederet; ostẽdet ẽt, talem cognitionem pendêre ex tempore definito, & vt nunc est; aliqua ex parte falsa est; cùm ex eo sit apta veritas, quòd res sit, falsitas aũt, quòd non ita sit: atqui nunc ambulo: verum igitur me ambulare, non ambulare falsum: quin hoc ita necessarium, vt tametsi dum ambulo, sit necesse me ambulare; tamen id oĩa contingentia complectat̃, semper.n. aliqua contradicentium pars in contingentib. est vera; & ea sequentur, quæ philosophi iis opponere consueuerunt qui voluntatem Deo sempiternam tribuunt ad mundi creationem quæ à certo quodam temporis initio futura sit. Illud ab Arist. pronunciatum scimus seipsum cognoscere tantùm. Aut ergo Deus hæc non cognoscit: aut non eo modo quo admittunt contingentiam, quæ versatur in singularib. quatenus commutari possunt: quare nihil ad contingentiam. Sed illud planè motori diuino Peripatetici tribuunt, ꝙ simul operetur, & adiuuet opera naturæ singula suæ propen- D sioni dimittens. quanq̃ de hac re posteà copiosius; sed hæc breuiter hoc loco demonstranda fuerant. Ad argumentum verò quod ab arte vaticinandi ducebatur; hæc dicebat Plotinus: neque.n. inquit ea pronuntiat id quod erit necessariò, sed potius id quod futurum est, atq. id quod hoc modo sequi deberet, nisi quippiam obstaret, sed obstat sæpe voluntas; obstat ẽt materia non obediens, neq. fatũ vincit omnino materiam, neq. nostram voluntatem, quin & nostra voluntas aliquid potest in fatũ. Quamobrem præclarè Zoroaster σύγε ἄυξανε τὴν εἱμαρμένην, hoc est, auge fatum, à quo item nõ abhorret illud, astris sapientem fore dominaturum. Quę verò è monumentis Stoicorum attulit Alexander à natura nimirùm, constitutione perpetuoq. ordine mundi, à Plotino aptissimè dissoluũtur, ꝙ in illo ordine sunt item res quæ sunt caussa priuationis, & eius quod non est, à quib. omnis infinitas, & contingentia proficiscitur. Cùm opponunt etiam secundas caussas ita mouere, quemadmodũ mouentur à prima; primam verò necessariò mouere, ita dicimus eas moueri quidem ab illa, tñ iuxta suum cuiusq. captum: sic ea quæ materia constant, propter materiam quæ potestate continet repugnantia; sunt obnoxia contingentiæ. Neq. nob. officit Aristotelis sñia caussam reddentis, cur mundus inferior superiori sit contiguus, ea verò fuit, vt omnis virtus inde gubernaretur: nanq. ita gubernatur, vt virtus ipsa naturalis saluetur; sed tamen ob ea quæ propter conseruationem naturalis virtutis

[a] 2. de Ge. T. 64.

tutis efficiuntur, & ordinata sunt ad constitutionem naturalem, accidit vt aliquid præter ordinem fiat; quando ad eorum tutelam cõtrarijs & materia opus est, à quib. vtrisq. ducitur error & ataxia.[a] Proinde nonnunquam ipse naturam ex societate materiæ φύσιν ἀτακτοτέραν appellauit. Nec illa etiã quæ de certis rerum periodis contradicuntur, sunt extra omnem aleam ἀταξίας. Rerum nanq. natura latissimè vagatur; nec terminis angustiorib. se coërceri patitur. Illa ẽt, quæ sigillatim à singulis sectis afferuntur, ex his quæ posita sunt, facillimè corruunt. Nunc quod ad constabiliendum Democriti placitum prolatum fuit, nempè quod res sensiles constent è materia quæ caussa est omnis ataxias, ita tollitur, quia materia non sic ordini repugnat per se, quoniam tendat huc solùm, quin primò tendit ad formam, à qua omnis ordo descendit, sed ordinis carentia suæ ipsius naturæ comitatur: propterea quod expers sit omnis formæ per se, & habeat ad contraria propensionem: sic ex euento vacuitas ordinis à materia proficiscitur, ex euento tamen, quod ipsi perpetuò sit affixum: siquidem facultas omnis, cùm sit ad bonum & malum; per se ad bonum est, ad malum verò per accidẽs. ex quo mirum tibi videri non debet id quod per accidens est, intrinsecùs esse posse, quanquàm non ab eo separatum, quod est per se: itaq. habilitas materia sola fundatur, quæ infinitas quædam est, tametsi actus ab alieno est; & ita se habet, vt conuersio quæ licèt à Deo sit, est tamen intrinsecùs cęlo quia solùm in ipso existit habilitas ad eiusmodi motum. Vbi verò secunda secta nos oppugnare conatur ab iis, quæ pronunciauit Arist. de ordine exercitus & imperatore, nil in medium affert quod arguat necessitatem: singula. n. mouentur ad imitandum illud bonum pro suæ naturæ ordine: quocirca res quę materia constant, varios euentus habent, nonnunquam formæ repugnante materia. Et quanquam omnia mouentur à cęlo vel proximè vel remotè, non tamen extra suæ naturæ aleam aguntur; ex quo in ipsa redundet error & casus. Quantum verò possent Astrologorum prædictiones ex Plotino dictum est satis. At neq. casum deorum securitas inculcat, quia non consulit cognoscendo Deus, sed concitat per essentiam, & inde pullulat ordo qui simpliciter est in æternis, in caducis autem cum perturbatione quadam copulatus. Ita fit vt tandem eò redeam, vnde digressus sum, vt fatales sint generationes, neque tamen perpetua necessitate deuinctæ.

[a] 3. Met.

F

Quæritur definitio monstri. *Cap. LVI.*

QVEMADMODVM in eo mundo qui intra cæli complexum continetur, sunt generationes fatales quas easdem esse cum ipsis naturalib. antea docui, sic etiam sunt præter fatum, atque præter naturam, idcirco & ad eandem methodum de his agere pertinebit, ea verò monstrorum potissimum esse censetur: de monstris igitur hoc loco non erit inutile disputare, & exponere quid Arist. senserit de natura monstrorum de qua ipse & communiter in Physicis, & speciatim in libris de animalib. verba fecerit. Cęterùm vt res planior fiat; explicemus in primis quid sibi velit hæc vox monstrum. Videtur aũt apud Latinos idem significare àc vox illa τέρας apud Græcos[b] quæ apud ipsos idem valet àc θαῦμα. Latini miraculum vocant; vnde etiam τερατουργοὶ sunt iidem, atq. θαυματοποιοί est verò miraculum, quando quippiam fit in natura, cuius sanè caussa ignoretur;[c] vnde efficit in animo desiderium inquisitionis, quod initium philosophandi fuit. quocirca testatus est Plato[d] maximè proprium esse philosophi eiusmodi affectum, & à poëtis illud decantatum. Irin Thaumantis filiam. quod ego sic interpretor, gyrum rationis quo mens ipsa modò ab effectis procedit ad caussas, mox à caussis regreditur ad effectus qui ex admiratione totus exortus est, vnde & auctore Pythagora admiratio cogitatione leuata, atq. omnino sublata; nec quiquam est in studijs humanis, aut in hac exigua vitæ breuitate, quod magnum sapienti, cui oĩs æternitas, totiusq. mundi magnitudo perspecta sit, videri possit: animo. n. sic excubat, vt nihil accidat illi improuisum, nihil nouum. & quoniam inualuit superstitio in mentib. vulgi, vt monstra mittantur à diis ad nos præmonendos de negotiis, & rerum successib. præsertim terribilib. cùm apud Græcos, tùm etiam apud Latinos mõstra idem valent, atq. prodigia: ex quo τερατοσκόπους ipsi vocant, quib. iniunctum est munus interpretandi & expiandi monstra: sed nos illorum caussas nunc tractabimus, vt sunt in natura miraculum quoddam, & pręter ipsius ordinem; siue hęc sint in humana specie, siue alterius animalis; siue etiam in plantis: nanq; & sua monstra plantas habere credendum est, & inanima pręttereà; atq; adeò elementa: quare præter solitum magna vis pluuię monstrum appellatum est ab Horatio. Hęc sanè quòd sint, dubitandum non est; ac siquid dubitationem presefert, illud est, an'ne sint quędam monstrorum species, de quib. agitur passim, cùm apud Poëtas, tum apud Plinium, & Solinum, quod cùm ad generalem monstri contemplationem, quæ nob. hîc proponitur, non conducat, hilari fronte relinquetur. Arist.[e] hoc ipsum monstrum generali quadam ratione nob. exposuit dicens esse vitium naturæ, quemadmodum vitia quæ in arte eueniunt, quib. præter scopum artificis aliud quid succedit, vtputa, si malè scribam, tametsi bonus scriptor sim, quòd aut charta bibat, aut atramentum aqueum sit, aut calamus mollior: neq. plura in hac generali institutione traduntur; sed eiusmodi tamen, vt nob. viam recludant ad colligendam communem monstri definitionem, methodum Aristotelicam obseruantib. Eorum igitur quæ fiunt, quædam necessaria sunt, quædam aliter se habere contingit. rursus eorum quæ aliter se habere possunt, aliqua fiunt cuiuspiam rei gratia, quædam nullius, & ex his

[b] 2. Phys. 4. de Gen. an.
[c] Q. Mech.
[d] Theæteto
[e] 2. Phys. T. 85.

G

H

A his nonnulla fiunt à nob. alia fiunt à natura, atq. item quædam plurimum, aliqua non plurimum, sed aut incerto euentu, aut rarò. Stante hac rerum partitione quam vsurpauit Aristoteles, facilè admodùm fuerit resoluere monstrum in suas differentias; primùm verò accipiamus monstrum esse ex his quæ pertinent ad contingentia, excludi autem necessariis: quæ enim huiusmodi sunt, aut perpetuò manent, aut certas habent periodos: ideò nemo appellauerit monstrum, aut ortum astri cuiusdam, aut eclipsin Solis, aut Lunæ: quòd hæc necessariò fiunt, licet perpetua non sint, & preter hanc naturam nihil fit. Prætereà cùm ea quæ fieri contingit, sint à natura, vel à nob. non dubium est, quin monstra sint in iis quæ fiunt à natura: neq. à nob. fieri monstra dicendum est, aut saltem sine interuentu, atq. affectione, & perturbatione naturæ, vt si fortasse mulier in abortum nitatur, neq. ipsum assequi valens vi formatrice labefactata gibbum aut curtum pariat; aut catulum ob admirabilem paruitatem futurum delitias, includat in caueã, quod Melitæis olim fieri testatur Aristoteles: sed ea quæ fiunt à natura, aut plurimum fiunt, aut rarò; atq. hæc quidem vel ordine certo, vel cum perturbatione ordinis monstrum ita fieri videtur, vt sine vllo naturæ ordine gignatur, & rarò fiat. At verò ex his quæ rarò fiunt, nonnulla sunt omnino per accidens: ita vt dum ipsum efficiens, & natura deniq. operatur, gratia quidem vnius certi finis operetur, aliud autem ipsi succedat, cuius gratia non agebat, tale verò pleriq. omnes casum esse concedunt. Hìc autem satis esse perspicio Aristotelis interpretib. si ad ea quæ sunt casu referant monstra; quare & sine lite subscribunt ea esse in his quæ fiunt B alicuius rei gratia, ipsa tamen neq. ab efficiente, neq. à natura expetuntur, quanquam de hoc extat controuersia, licet non admodùm ab ea diuersa quæ de casu & fortuna facta est, vtrum scilicet id quod casu fit, sit per accidens prorsus, an'ne ad quampiam caussam, siue communem, seu singularẽ per se se habeat, & ordinatum sit. Sed id mihi falsò, atq. precisè dictum videtur, vt mox intelligemus quandoquidem monstrum fit à natura: aut ergo secundùm naturam, aut prȩter naturam; & quoniam quod est secundùm naturam, aut est secundùm naturam formȩ, & idcirco materiȩ, vel secundùm naturam materiȩ solius; ac præter naturam formȩ solius, vel vtriusq. quod est casu per accidẽs sanè est ipsi naturæ; nec secundùm, nec præter naturam: at monstrum videtur esse præter naturam. ꝙ si quo modo casus est præter naturam; ita est; quoniam est præter naturȩ consilium: veruntamen, vt neq. in hoc casu cum monstro conueniat: quandò hoc simpliciter est præter naturam, quia naturæ ordinem peruertit. Nam præter naturam dicitur saxum moueri sursum, dum proiicitur à nob. dumq. à vento agitatur: quia item ex calfacta tumet, & sursum tollitur; ac moritur animal iugulatum præter naturam, & peruertitur embryo membrum in vtero; quorum oĩum certè maximum discrimen est; nam q̃diu saxum est, neq. ad alteram formã propendet, ascensus illi est præter naturam C simpliciter. i. contra naturam; quia non est ille motus ipsi formæ conueniens, neq. ẽt illò vergit materia; propterea ꝙ non nisi per leuitatem illò inclinaret, quam tñ à proiiciente non est assecuta, vnde ẽt si sexcenties ipsum in aërem protruseris, in fine tñ descendet secundùm naturam, vt prius. quare motus ille simpliciter violens est: & omnib. modis extrinsecus accedit. & aqua excalfacta, licet secundùm naturam agatur deorsum, tñ quia per calorem alium impetum eius materia contraxit, atque ascendendi appetitus illi incussus est; mouetur præter naturam quidem, sed non simpliciter, verùm pp veterem formam, cùm cætero qui, si motus ille ad materiam & nouam formam refertur; moueatur secundùm naturam; sic ẽt si mors ex senectute contingens corrumpat formam præsentem, tamẽ est secundùm naturam materiæ, quia per ipsam ordinatur ad nouam formam. Est & præter naturam, hoc est præter consilium naturæ, vbi agit quidem natura, & spontè mouetur; quare non est prorsus externum; atq. hoc habet quidem multa capita, quæ sic colligere licebit. Quoniam aut natura consequitur id quod vult, aut non consequitur: rursus si consequitur id quod vult, aut illud simpliciter obtinet, aut præter id quod vult, aliud aliquid, quod non vult. Quòd si non consequitur, aut eo caret simpliciter; aut pro eo consequitur aliud quippiam, quod nollet. Præterea nolle aut est negligere, nec operari quicquam, vt assequatur ipsum; aut ẽt repudiare. Vbi natura simpliciter consequatur id quod vult, est natura ipsa, & functio numeris omnib. absoluta. Vbi autem non venit eò, D quo volebat, dicitur frustra, atq. hæc nihil ad rem nostram. ad alia transeamus. Si dum agit natura, & finem exoptatum assecuta est, simul etiam quiddam non cupitum succedat, id existimo casum: at si non consequitur id quod vult, sed pro eo quippiam aliud, quod ipsa nollet, & repudiaret; hoc ego perhibeo monstrum Cùm igitur in his sponte natura moueatur; differunt ab eo quod est priore modo præter naturam; sed tamen differunt à monstro; ꝙ inhærent in eo quod est secundùm naturam; sed negligitur à natura: monstrum oĩno refutatur, indeq. est, vt vitalia monstra non sint, quemadmodum ea quæ sunt secundùm naturam. Quapropter ab iis quæ sunt natura, differt monstrum; quia natura finem consequitur in naturalibus in monstris autem non peruenit ad finem; ab iis quæ frustra sunt; quòd ibi natura nihil assequitur, hìc aliud atq. ipsa velit; à casu, quia natura consequitur ibi quod vult, & aliud quod negligebat: hìc non consequitur id quod vult, sed aliud quod repudiabat: ab iis quæ præter naturam formæ, aut materiæ: quoniam sit præter vtriusq. naturam: ab iis verò quæ præter vtriusq. naturam sunt, quoniam ea non fiunt à natura, sed ab alieno: hoc autem fit à natura, sed illa quidem peccante.

Vtrum'ne materia an efficiens sint monstri caussæ. *Caput LVII.* E

VERVM quoniã ea quę à nob. assumpta sunt,cõi hoĩum opinioni repugnant; hausta sunt tñ ex ipsomet Arist. cuius placita nunc tuemur,locum quendam hîc nob.animaduertendum esse duximus,vñ sñia nostra deprompta est.locus aũt ille est.[a] Monstrosum est.n.res præter naturam, sed præter eã quæ magna ex parte fit: nam præter eam quæ semper, & necessariò est,nihil fit: verũ in reb.iis quæ magna quidem ex parte ita fiunt,sed aliter ẽt fieri possunt, euenit quod præter naturã consistat.nam & inter eas ipsas quib.accidit quidem preter hunc ordinem,sed nunq̃ quolibet modo, (ἀεὶ μὲν μὴ τυχόντως.i.semper aũt non quolibet modo,quod idẽ valet ac si eiusmodi sit,vt certum habeat euentum) minus monstrum esse vr: qm̃ ꝙ præter naturam sit, idem ẽt sc̃dm naturam quodammodo est,cùm materiæ naturam natura formæ non superat.q̃obrem nec ea monstri noie appellantur;neq. vbi fieri aliquid solet,vt in fructib. Vitis,n.quædam est quam aliqui capneum vocant, q̃ cum vuam albam soleat ferre;si nigrã tulit,monstrum id esse non putant;quoniã sæpissimè id facere ea soleat: caussa est,ꝙ sua natura inter albam & nigram est; itaq. non longè discedit, nec præter naturam ferè;non.n.in aliam naturam transitur. Semper aũt non quolibet,sed eodem modo,nanque id si mutatur,& succedit præter naturæ ordinem, hoc est formæ; sic tñ,vt definitum quid succedat, hoc monstrum non est; tum igitur est monstrum,qñ non obtinet forma, nec exitus vllus certus est materia dominante.Idem quoq. testatus est Theophrastus,[b] cùm inquit,ẽt si sit præter naturã quippiam;quia tñ ita euenire consueuit,non dum est præter naturam; ita ordinis perturbatio proficiscitur forma non dominante materiæ, vnde soluuntur, motus qui fiunt ab ipsa, qui tñ, si certum exitũ habent;est à natura materiæ;atq. ob id ẽt effectus naturalis est,si incertum; omnino præter naturam tale igitur monstrum est.Ita monstrum quodammodo frustra est, nanq. est illud quod agitur à materia,& forma,ex alterutrius aũt appetitu non successit.immò, vt anteà significauimus,contra vtriusq. appetitum. At verò cùm monstrum existat,vbi efficiens fine suo non potiatur;aggrediatur quidem opus, sed fine suo frustretur obstante impedimento, vel ab actuoso principio, vel patibili vel ab vtroq. quæsitum ẽt illud est,quæ'nam sit caussa quæ naturam prohibeat, quominus suum finem consequatur,efficiens'ne ipsum an materia, & discrimen aliquod est,& extat repugnantia inter uerba Aristotelis;& diiudicare difficile est: ille.n.qui statuit efficiens semper agere pro summa facultate, & semper gratia finis, & per se facere quale ipsum est, aut actu, aut virtute, ꝙ si non efficiat, ab alio prohiberi,ac prætereà videt Aristotelem assiduè fateri materiam esse omnis mali caussam propter potentiam & aduersitatem, à qua exoritur renitentia & pugna, ac victoria præter agentis consilium, vitium omne materiæ libenter attribuet. Adstipulatur, & his Aristoteles accusans Democritum qui monstrorum caussam in seminum miscellam retulerit, & inquiens. Sed enim ex toto potius caussam in materiam constituendisque conceptibus esse centendum est,& paullò infra, vbi quæsitum est,vtrùm apes monstra gignant,nec'ne,ita concludens. Vnde apertum est, caussam euentorum huiusmodi in materia esse putare oportere: Verùm contrà ipse Aristoteles tribuit caussam monstrorum semini, cum inquit;Quod si desit, vel accedit,rem quæ fit,aut deteriorem aut læsam efficit, aut mancam: Quin etiam ẽ corruptione seminis, quod item efficiens est, monstrum exoriri autumat ipse Aristoteles. Rursus cur fiunt monstrosæ generationes, [c] aut à senibus aut ab adolescentibus,nisi quia parum calore polleant? Idem quoque testatus est 10.sect.prob. [d] Prætereà quis neget ambiens & locum in efficientibus numerari,& tamen etiam hisce caussis monstra adscribi? Ergo etiam efficiens videtur esse caussa talis erroris; præterquàm quòd efficiens debet certa proportione superare materiam, qua si careat,quantumuis materia ad accipiendam formam satis commodi parata sit;non producitur tamen effectus. Respondebat ad hæc Albertus vtranque monstrorum esse caussam; verùm si secum vtraque conferatur, potiorem caussam illorum esse materiam, quàm formam,seu efficiens. At cùm quisque effectus ex efficientis & patientis habitudine pendeat, censeo quoque proximam monstri caussam ex hac habitudine proficisci, sed materiæ potissimè adscribendam esse:efficienti verò per accidens;quippe ꝙ impotentia materiæ redundet in efficiens;neque enim mihi efficiens erroris caussa videtur per se; nanque ab ipso traditur impetus materiæ sine vllo errore;cùm sit certum & vniforme agens,& agat quantum potest: materia per se est omnis erroris caussa pp suas conditiones,infinitatem videlicet,& habilitatem ad formas contrarias. ideoque corrumpit habitudinem conuenientem;& cùm agens non sit liberum à materia & contrarijs,inde effici,vt pro sua facultate nequeat operari. Neq. obstant ea quæ obiiciuntur è problematis; qñquidem id quod adscribitur ambienti & angustijs vteri,ad materiam perbellè referri põt; qñ pertinet ad fęminam,q̃ in constitutione fętus obtinet locum materiæ. Quod siquis suspectam habeat hãc responsionem pp illa,quæ affert Arist.in prob.vbi caueæ caussa monstri ponuntur,quę certè sunt è genere efficientium,hîc dicemus item à materia pendêre oẽ vitium, quia.s.ea tanta sit, vt à loco capi non possit,manet locus, suamq. naturã conseruat adamussim. id mutatur & peruertitur qđ à loco capiendũ est;signo illud erit,nã si catulus in cauea nõ excresceret,neq.monstrũ à loco efficeretur:est itẽ paruitas in cauea cõditio materię, signo illud idẽ,quia cauea, non quatenus cauea,sed quatenus parua corrumpit,ac si iusta foret,non corrũperet.Ita ẽt qđ opponit de putredine seminis,aut semen

F

G

H

[a] 4 d Ge. an. c. 4.

[b] 5. de caus sis plant. c. 9.

[c] 4. Sect. Probl. 14.
[d] Probl. 14.

intelligitur

A intelligit id qđ ēt ex menſtruo cõpoſitũ eſt;hoc aũt refert ad materiã,aut ita dicẽdũ;ea verba ex De
mocriti ſnia fuiſſe prolata , ſicut ēt conſtat ex his q̃ ab eodē philoſopho , libroq. eodem accuratè di-
ſputata ſunt,vnde etiã ſubſcripſit aliam cauſã,nempè locũ quem vniuerſum materiæ tribuimus,vt
ſuprà dictum eſt. Quanq̃ quid eſt,ꝙ vereamur referre locũ ad materiam,cùm ab Ariſt.ad id cauſſę
genus relatum fuerit 4.Phyſ.ſi quõ locus eſt cauſſa: habet.n.id ꝙ ſuſcipiat,vt materia. Quis etiam
negare poteſt locũ, ſi cum qualitatibus alteratricibus ſpectet, aut oppugnare vim efficientis , & ita
reſiſtendo materiã adiuuare,aut cum efficiente operari : quare tũ non mali, ſed boni cauſſa fuerit?
ſi verò opponas incongruam ꝓportionem efficientis ad materiã ; etiam hoc ego vniuerſum per ſe
materiæ acceptũ referri oportere dicam : nanq. materia illa eſt quæ debet ordinari ad formã,& effi-
cienti ſeruire ſecundùm naturã,ſecundùm quam imperfectius perfectiori miniſtrat. Ita etiam cùm
ab adoleſcente,aut ſane plerunq. gigni monſtra dicimus, quod videt intueri ſolùm ipſum efficiens,
reſpondemus eius ſeminis imbecillitatẽ à cruditate proficiſci ; hoc verò iam eſt ipſius materię vitiũ,
cui non minus obſtare pōt ſuaipſius,& interna materia,q̃ externa,& eius quod patitur : ſic,vt huic
malo caput ſit materia. Interna materia cęlo nõ aduerſatur,itaq. propter hoc monſtrorũ, caſuſq.
culpa in ipſum cõferenda non eſt : atqui quòd ꝓpter materiã varietur eius habitudo, & efficacitas;
B vnde ēt fiat aliquid inordinatũ,atque monſtroſum,quis audeat negare ? vt ſi ex nimio flatu notorũ
magnus æſtus hyeme contingat,& ex eteſiarum impetu ſub cane intolerabile frigus oriatur,neque
enim perpetuò materia motibus obtemperat cęli; vnde itē aſtrologorum præſagia parum firma eſ-
ſe ſolent. Itaq. laudatus eſt Cretenſis Epimenides ab Ariſt.quòd vatem ſe præteritorum, quanuis eſ-
ſent obſcura , profiteretur;futurorũ verò nequaq̃. Nam cùm pręterita neceſſaria ſint , futura aliter
ſe habere queant,illa quidem verò enunciari,hęc aũt in diuinationem cadere non poſſunt.Proinde
augures irridebat qui futura præſagire ſtuderent. Ex quo item cauſſã reddidit Ariſt. cur difficilius
eſſet in deliberatiuo genere,q̃ iudiciali verſari. Et quanuis motus cęli ſit ordinatus, nec vnquam in-
termitti poſsit; vnde exiſtimandum ſit cęlum eſſe agēs vniforme,& ordinatiſsimum;at hoc quidem
quantum ad ſe ipſum eſt ; ita ſe habet,ſed exitum reſpice; cùm ſit officium cõmune agentis & ma-
teriæ; inde eſt,vt amittatur ordo,& res inſtituta non perducatur ad finem. Poſſem hîc ego hanc ſen
tentiã corroborare dicto Ariſt.de 2.Phyſ.[a] vbi monſtra diſtinguunt à caſu,ꝙ eorum quæ caſu fiũt, [a] T. 64.
cauſſa externa eſt,interna verò monſtrorum. Cùm verò ex forma non naſcatur malum ; efficiens
ſit cauſſa externa ; reſtat, vt materia ſit prima cauſſa monſtri. Sed cùm Piccolhomineus in eum lo-
cum primus oſtenderit , in eo tractando longior eſſe non debeo . Cùm igitur,& ſua ipſius efficien-
tis materies,& aliena, atq. ſubiecti, ſint erroris huiuſce cauſſa,& in efficientibus ordinatis,vt cęlum
C vitia naſcātur ex ſocietate materiæ , materiam ipſam principem monſtri cauſſam eſſe cõcludemus.

Vtrùm efficiens fine potiatur quodammodo,dum efficit monſtrum,an non. Cap. LVIII.

ILLVD etiam animaduerſione dignum eſt. Vtrùm natura dum efficit monſtra,finem ſuum ita
efficiendo conſequatur, nec'ne ; nam ſi ita ſit,certè monſtra non erunt ex eorum genere quæ re-
ſpuat natura ; cùm tamen id à nobis ante acceptum fuerit; nam quod habet intra ſe rationem finis,
id per ſe ipſum eſt expetendum. Quod.n.ita ſit , rationes multæ ſubueniunt quibus confirmetur.
Monſtra.n.ſpecie non ſemper diſtinguuntur , ſpecies aũt à natura experi ſolent.igitur ſi ita fierent,
quemadmodũ diximus, eadē ſpecies à natura ſimul expeteretur & repudiaretur , quæ cùm repu-
gnantia ſint,vnà permanere non poſſunt. Deinde monſtra conſtant ex materia & forma naturalib.
ergo ſunt à natura . quòd ſi natura ipſa gratia finis agit ; erunt igitur hæc etiam finis generationis.
Prætereà tam in eo quod eſt fruſtra , quàm in caſu ipſo & in eo quod eſt præter naturã ſimpliciter ,
cauſſæ ſunt infinitæ : at cauſſæ monſtrorum finitæ ſunt . aliter.n.ab Aſtrologis non prædiceretur ex
mutuo Mercurij Venerisq. adſpectu androgynos exorturos . nõ igitur à caſu,aut fruſtra, aut omnino
D contra naturam. Quin etiam ſi pręter naturæ ordinē forent,non nutrirentur : nutriuntur autem ;
ergo nec pręter naturam. Contrà monſtra ſunt mala,malorũ verò non eſt appetitus,nec monſtro-
rum igitur. Reſponderent ad hoc Platonici, [b] quos etiã ſectant inter interpretes Ariſt. Ioan.Gram. [b] Plotin.
[c] pluribus locis,ſed præcipuè,dum exponit quid ſit natura. Simplicius etiam, dicentes monſtra & [c] 2. Phyſ.
mala eſſe quoq. ex ordine vniuerſi : nihilq. in natura ſubſiſtere, quod non habeat aliquē ordinē ad T. 7.
vniuerſi naturam ; licèt ad ſingularē naturã præter ordinē eſſe poſsit . nam quemadmodũ pictores
ēt,dum ſtudēt turpibus quibuſdã obiectis aſpiciētiũ oculos delectare; ſiquidem, etſi per ſe turpes
ſunt,in toto ipſo tñ ſunt elegantes : ſic de monſtris autumant euenire. Nituntur confirmare pro-
poſitũ auctoritates Ariſt.aientis,in natura nil eſſe quod ordine vacet : ſunt verò monſtra ad bonum
in vniuerſo ; quippe ad ornatũ, ꝓpter mirã illam varietatē quæ vniuerſi eſſentia cõſiſtit. Cęterùm,
neſcio quõ id fiat,cùm quicquid agunt apud nos cauſſæ ſuperiores, agãt per cauſſas proximas quæ
illis obediunt ſanè,ſed tamen vt earum ꝓpria vis nihilũ quidem immutetur. ſi igitur eſt aliquid ex
conſilio naturæ cõmunis,itidem eſſe debet ex voto cuiuſpiã naturæ ſingularis, ſed monſtra ex nul-
lius ſingularis naturæ voto exiſtunt. quare neq. ēt ex illius conſilio quæ cõmunis eſt. Neq. malum [d] 2. de An.
quicquam officit ordini vniuerſi, vt docet Alexander , [d] quandò minimã huius mundi particulam c. 24.

attingit;ita,vt sit quemadmodum næuus in corpore candidissimo. Sirenius vir clarissimus putauit monstra posse spectari vt species, atq. ita non esse præter naturæ consiliũ: eaq. caussas habere finitas & per se: quatenus verò præter agentis huiusce consiliũ forent,esse per accidens,& à caussis infinitis,sed quoniã ipse non docet,vt mõstra sint species, eiusq. rei cognitio nos adiuuabit in hoc placito statuendo; conabimur nos id pro viribus aperire. Hinc ergo exordiamur. Efficiens omne particulare,quod non est sponte natũ,nec imperfectũ,neq. labefactatũ: hoc aũt est, quod per se consistere possit; nec tanq̃ materia vel instrumentũ ad aliud apparetur: ac demum, vt ab ipso functiones sũmę descendant.solet aũt hæc esse species specialissima:suapte natura cupit efficere sibi simile. huic innato desiderio corporis instrumenta cum seruiant; illa quoq. optimè ab efficiente disponantur necesse est; eiusmodi verò species in se multos gradus essẽtiæ cõtinet,& perfectionis. Agit verò efficiens naturale quantum maximè põt. in hoc.n.differt cum voluntario,quòd non potest limitare suas actiones,quia facultas non est,quæ opposita respiciat,sed vbi quippiã obstet impedimenti, tantum agit,quantũ ipsi permittit: etenim in eo primùm oĩs eius opera versat,vt superet impedimẽta, atq. obicem repellat,& interim afficiat materiã, ac nisi victor è prima illa pugna discedat, fine suo priuetur. quòd siqua tãtum ex parte succedat,vt arceat illa,pro viribus suis agens,aliquẽ perfectionis gradũ materiæ tribuit ex iis, quos habet ἐντελεχέια, vel actu. Sic igitur homo qui continet in se facultatẽ sentientem,atq. alentem,si impedimentũ omne superaret, affectione congrua materiæ præcedente, formã hoĩs impertiret: si impediretur ex toto, nihil ageret prorsus, quemadmodum in sterilibus & impotentibus euenit. quod si non ex toto prohibeatur,cùm animal sit,& vitã plantę contineat; agit vt planta, agit ẽt vt animal: atq. ita facit animal,aut plantã. cùmq. inter animalia, & plantas sint diuersi perfectionum gradus, ꝓ ratione impedimẽti põt facere solùm id quod viuat affixũ,cuiusmodi est mola in vtero fœminæ. illi etiam sensum contribuere valet, facit id quod habeat quidem oẽs alios sensus,careat tamen vi phãtasiæ perfecta,quemadmodũ Antipheron ille potuit esse,aut ẽt vi motrice,sed cùm in se contineat oẽs eius perfectionis gradus,non est absurdũ pro graduũ illorũ portione monstrum habere causã per se,& à natura expetitum esse; vnde aliquando ab Arist.dictum est; non fieri ex homine oliuã aut platanũ,sed animal,aut id quod alente tantummodo polleret. Quia verò hæc expetuntur quidẽ,sed per aliud,non per se; neq. vt ipsa faceret,suũ opus aggressum fuit efficiens,sed ea fecit,vt hominẽ produceret, in hoc fine suo frustratur; immo, vt ita dicam, maximè adit; atq. ita fit monstrum: quare siquis rectè vim monstri inspiciat, assequit id quòd sit ab eius formæ priuatione, quam primò & per se cupiebat efficiens: eoq. suas machinas oẽs dirigebat. quòd si priuatio dat esse specificum,quoniã etiam ipsa numeratur in formis;dicemus monstra esse speciem; sed reuera,quoniã vniuersa determinantur fine potissimo; monstrum verò finem nõ attingit in natura tam cõmuni,q̃ particulari,aut insuper,quod vtraq. natura recuset,quoniã & malum est,& consequitur ex impotentia,erit præter vtriusque naturæ ordinẽ: quare species nõ erit ꝓpriè, neque per formã simpliciter. Neque id absurdum est; nam sicuti concessum est aliquid præter fatum,ẽt concedi põt aliquid præter ordinẽ eius naturæ, non sanè quòd necessitatẽ materię sequat:esset.n.scđm naturã materiæ,sed ꝙ oriatur ex vitio pp contraria q̃ sunt in materia:quapropter ab vtrisq. iactata fluctuat, & demũ huc illuc præcipitatur incerta quo fertur. Interim qđ pertinet ad rationes,quibus muniebatur. altera pars problematis,facilè est respondere: assumebat aũt prima,specie monstra non semper differre; quanquàm verò specie differre latiore modo ẽt illa dici possunt quæ per priuationes ab iis quæ per oppositos habitus, atq. formas constituuntur: quo etiam modo distinguunt genera à quacunque sua specie,dum fiunt,interuentu.s.rationis cuiusdam formalis quæ exoritur ex priuatione,quę inhęret in certo subiecto,& habilitatẽ quandam notat ad formã futuram,quam ẽt suprà docuimus sufficere ad id,vt inter terminos motus sit differentia specifica,& inter tales species mutatio procedat. Sed quoniam sunt etiam quędam quæ specie non distinguuntur,vt homines gibbi,aut claudi,ac miris distorti modis, quibus ꝓpagandis natura censeri possit,fine suo potita fuisse; tamen quia non solùm in actũ primum collimat efficiens,licèt generando vsq. ad ipsum procedat, nec quippiã prætereà faciat,sed etiã in actũ secundùm: quippe quod & hic sit quodãmodo finis; is verò continet oẽs functiones,quæ perfectæ speciei debentur,quibus organa corporea seruiunt: etiamsi igitur efficiens exhibeat actũ primùm; nihilominus,quia functiones corpore deprauato non possunt obiri; est etiam ꝙ finis in illa specie desideretur.Ideoq. inest ibi quoq. specimen monstri,tametsi infimi cuiusdã gradus. Falsoq. illud assumptum est: quęri species à natura simpliciter; quęruntur.n.sed non simpliciter,vt quocunque.s.modo forma insit, sed absolutè,tum verò sunt hũi,cùm suis muneribus optimè fungi possunt: quamobrem non est simpliciter eadẽ species quæ quęritur à natura simul,& negligitur,aut potius refutatur, sed quæritur perfecta, non perfecta verò non curabatur,atque repellitur. Neq. id pro absurdo habendum est,eandem speciẽ experi simul,& non experi à natura,& eadẽ quidem expetitur,& non expetitur, nõ eodem modo se habens,sicut & eadẽ sanitas, quatenus fit ab arte & à natura, & cùm in quaq. specie duæ sint partes,materia.s.& forma,quod sanè ex forma est, appetit, quod est ex materia non semper, immò nonnunq̃ respuitur, & in hoc ipso monstri natura consistit. Audiuimus aũt ex Arist.esse naturam quæ cõplectitur materiã & formam; esse id quod est à natura: hoc aũt est id quod habet naturam;

id verò

A id verò cōpositum est è duabus naturis; est & id quod est secundùm naturã, velut ea quæ à forma, aut materia certo quodã ordine originē ducunt sunt: & ea'q fiunt à natura, hoc est, quę nullũ aliud efficiens consequi potest, neque vllum aliud materiæ genus constituit; ab ordine tamen naturæ discedunt: talia verò sunt monstra. Quare tollitur ex his obiectio secunda, dum inficiamur id quod in consequente affertur, ex antecedente pendere: fiunt.s. à natura: ergo sunt natura. Et quanuis ab opere cessare videatur efficiens, vt suspicari possis adesse finem: at scito hæc fieri, natura finem nō adepta, neq. ille finis est, sed terminus motus qui item per accidēs est. ibi.n. efficiētis actio terminat', quòd vlterius progredi prohibetur: nanq. tum natura est, quemadmodum viator, qui cum Florentiam pedibus ire contendat, multis sarcinis onustus, in medio tamen itinere ꝓpter imbecillitatē labescit, vt demũ quiescere cogatur: quiescit sane, sed nondum itineris finem consecutus est, & inuitus: ac siquando reficiet vires, iter suum persequetur: ita & illa ꝓter materiam, & æqualem pugnã contrariorum defatigata succũbens opus ceptum non absoluit, quæ ceteroqui si vires instauraret, ad exitũ perduceret, quemadmodũ fortè ibi factum est, si vera narrant historiæ, vbi è fœmina extra vterum mas euaserit, illud planè verum quod ab Arist. scriptum est 7. de hist. Multis viris eue nisse, vt cùm anteà generare possent, pòst nequeant, deinde rursus facultatem generandi recipiant. Neque admodũ repugno, si ab hoc crimine vendicare velis per se efficiens, & totũ materiæ tribuas,
B vt si calcearius malo corio suppeditante malos calceos fabricet, aut imperator si ex vitio tēpestatis exercitũ perdat. Itaq. agentia, cùm sint naturalia, nihilominus non naturaliter agere contingit; agũt sanè naturaliter non impedita, cùm prestò sit obex, agunt non naturaliter; addo ēt cōtra naturam. Quod obiicitur, eorũ caussas esse certas: iam docuimus, vt etiã illę caussę infinitæ sint: quare non est ꝙ de hac re plura subiiciamus. Cùm dicitur; si essent præter naturæ ordinē, non alerentur: nescio profectò ambigua'ne sit hæc obiectio, & an'ne consilium naturæ spectetur, an potius humanum, vel quia.s. naturali facultate qua possent ali, prædita non essent. nanq. non aluntur inanima solùm, & quæ inter viuentia perfectissima sunt, sed imperfecta, & plantæ item. Cùm possit igit' esse monstrũ vt equus, non aũt vt planta, vt planta verò se habere secundùm naturã; veluti dictum est; nil certè mirùm, si ipsũ quoque nutriat', & viuat, licèt multò deteriore conditione, spatioq. breuiore, quàm ea quæ à natura fuerint absoluta; nam cùm ex naturæ consulto nata non sint, sed imperfecta, forma diuersa contra legem naturę producta fuerint, edurare non possunt, [a] conditione formæ diuturnitati repugnante: quod, n. male se habet, statum mutare cupit. itaq. cùm sępius malis conditionib, aut conflictemur, aut conflictari videamur; habita est μεταβολὴ πάντων γλυκύ. Quòd si id sibi velit; quoniam aluntur in ciuitatibus & ēt in cœtum bonorũ referuntur; hoc quidem Christiana
C pietas iubet, vbi.s. extent vestigia humanitatis, & salua vltima forma corporis, organa sint tantummodò deprauata, sed veterũ legibus tale viuentium genus exponere licuisset, [b] forte etiã tollebat'; neque.n. nefas, aut impiũ habebatur, tollere infantes: quanquam ea lex ab Arist. correcta fuit, & illucusq. concessa, quo ad viuerent vitam plantæ: nam sensu producto facinus ea tollere iudicauit. Et quod inquiunt, si forent præter naturæ ordinem, non nutrirentur: fortasse concederem; si ita essent præter ordinē, quia cù m in formam perfectiorē, & ad præstantius opus instituta sint, ordine carent, quia non assequantur id in quod instituta fuerunt: at quoniã partem ordinis habent quod itē bonũ est, ideò & nutrit ea natura, & ciuitates alunt; nec tamen id tollit, quominus mōstra sint, quia satis præter naturã se habent, si fine non potiuntur: nam partem solùm adepta sunt, totum non attigerunt. Afferunt & id ex Arist. naturam nil carens ordine tolerare. damus; ideoq. dicimus ea quæ secundùm naturam sunt, plurimum fieri, statisq. modis, atque temporibus. monstra verò, quia sunt præter naturam, ordine carere, & fieri raròo, ac facta non esse viuacia. Ita igitur generatim patet, vt in productione monstri natura committat errorem, & finem non assequatur.

[a] Alex. 1. Probl. 48.

[b] 8. Polit.

De caussis monstrorum sigillatim. *Cap. LVIIII.*

D POSTQVAM hactenus caussa monstrorum generatim comperta est; haud erit ab re, si speciales eorum quoq. caussas summatim exponamus. Videntur verò ad hæc capita referri, paucitatem, copiã, & contumaciam materiæ, quæ nascitur à qualitatibus; atq. hæc, aut seorsum, aut coniunctim, & oĩa, aut plura. A paucitate verò materiæ proficisci solet vitium magnitudinis, numeri, & vtriusq.; prætereà celeritas temporis in terminis vitæ perficiendis, & deficit magnitudo atq. alimentum, aut pro toto; sic totum pusillum exoritur; aut pro parte, vt pede; sic aut abest pes, aut pusillus est. Ita etiam vbi menstruum desit in animalibus multiparis, vnum aut duo ad summũ parientur, eaq. pusilla; nisi & pro illorum iusta magnitudine materia suppetat: cōtrà vbi affluat materia, fiunt molis maioris numeri, aut mēbrum redundabit, atq. hoc vel requisitum ad integritatē corporis, sed tamen ex iis, quæ post genita sunt, veluti dentes: inde infans obseruatus, qui cum dentibus ortus sit: vel non requisitum, vt sextus digitus in Volcatio. qualitas etiam actuosa, aut patibilis materiæ, tum menstrui, tum ēt eius, quo genitura consistit: licet.n. à corpore separet', in corpore tamen residet. Hinc macies aut pinguedo insignis, à magno.n. calore pinguedo proficiscitur, à modico macies, ab his etiam vtrisq. plusquàm par sit, contendentibus exoriri pōt Androgynus. Ad hæc accedunt

dunt extrinsecũ agens, velut ambiens, & locus, vis etiam phantasiæ, à qua fiunt in embryi corpore notæ illę quas cupiditates appellamus, ab imagine rei concupitę quę in spiritibus mollissimisq. partibus fœtus quasi informatur. ac pręter loci amplitudinẽ vel angustias qualitates ẽt tactiles iuuant, aut nocent, cùm in siccis parua corpora plerunq. gignantur, in humectis maiora. horum caussæ sigillatim in probl. explicatę sunt. Alia fiunt tanquam ex duobus vnum, quorũ distinctionẽ ex corde perspicere licet, è quibus magis vitalia sunt, quorum præcipua mẽbra minus lęsa fuerunt: quędam etiam vel extrinsecùs affecta sunt, vel intrinsecùs: inde mẽbra aliter habent collocata, q̃ facere natura consuerit, aut ẽt pauciora; quapropter hæc sine splene comperta, sine iecore alia, quanuis nõ sine toto, nec sine integro corde; licet historiæ quædam in sacrificiis contrà obseruatũ fuisse testẽtur: sed cur aruspicum imposturę non sunt? quibusdã inerat duplex lien, sic monoculi ab his eisdem caussis exorti sunt, vel seorsum, vel ẽt coniunctim. homines cum particula caudę ad nates, & talia generis eius cõplura, sciopodes, bicipites numero pedũ aut manuũ duplicato: hinc septencipitis hydræ, cerberiq. trifaucis, centimaniq. Gygę commenta, & alia multa quorum, vt fabulosa nõ sint, eædem caussæ prorsus existunt. Inter hæc autem minus infrequenter monstra conspiciuntur, quæ pariunt plures fœtus, & oua plura, & hic morbus gallinas pręcipuè vexat, quia pariunt ouũ constans è duobus vitellis, sed sicui minus arrideat hæc caussa, quia non ex vitello, sed ex albo fiat pullus, dicat vbi album ipsum multũ sit, nec per membranã in partes distinctũ, cui materia facilius è duobus vitellis suppetat. sic euenire põt in cellulis muliebris matricis: nam singula embrya suis membranis distinguuntur. Vitiata verò plerunq. sunt ea quæ distant à corde, quia minus ibi pollet virtus formatrix à corde infusa, in quo postquam genitũ est (generatur aũt omnium primum) residet ea facultas. At verò vtrum'ne, quemadmodũ monstra fiunt in animalibus, sic etiam fiunt in plantis & reliquis? asserunt Gręci interpretes; experientia docet: nanq. etiam ætate nostra A.S.M.D.L.V. narrant historię Britannorum in litore Britannico, quod orientẽ spectat certo quodam in loco Suffolcię inter Alburnum, & Oitfordium oppida saxis insidentia (mirabile dictu) pisa nulla terra circunfusa autumnali tempore sponte nata, adeò magna copia, vt sufficerẽt vel millibus hominum. sed id minus ipsi apparere inquiunt, quia latet magis. Cur autem lateat magis, ex eo ratio [a] redditur, idq. optimè à Philosopho, quia quo partes sũt distinctiores, eo sunt ẽt magis actu, magisq. perspicuè eorum functiones, & consimiliter earundẽ priuationes. Ita testatus est Arist. quia partium difformium functiones magis in aperto sunt, ob id, vbi demortuę sint, ambiguas haberi: quare neq. manum dici illam, quæ mortua sit, sed totũ hoc, manum emortuã, sicuti manum lapideã; caro, quanuis mortua sit, retinet nomen, & sine vlla appendice caro appellatur. Spectatur etiam ratio monstri nonmodò in figura, vt dictũ est, & forma rei genitę, sed ẽt in ortus ipsius tẽpore & absolutione functionũ suarum, quorum oĩum sicuti certa est ratio magnitudinis, & paruitatis, sic ẽt statum tempus, & certæ cuiusq. periodi, vnde ẽt generationes eiusmodi præter naturã sunt, [b] & ab Arist. pręter fatum vocãtur, quamobrem puer ille in mõstris numeraretur qui vt primùm prodiit in lucẽ, locutus, & male suæ prouinciæ auguratus illico extinctus est: neque.n. tum fine suo natura potitur, cùm ordinẽ habeat in natura nonmodò formæ, verùm etiã illarũ functiones, & visio inter munera sensuum postrema perficitur, & loquela inter motiones organorum. Verumenimverò varia illa quæ vulgò circunferuntur, ad historię fidem reiicimus, quibus satis est nunc, si è multorum obseruatione regulæ quædam, atq. illę quidem generales colligi possint seruata habitudine earũ quam sibi forma quæq. vendicat, neq. enim indiuiduo consistit, quanuis si valde transiliat hos cancellos, aut fabulosum, aut specie diuersum existimandũ sit. Ad ea verò quæ de partuum mistura dici solent, cauẽdum vt partus animaliũ diuersorum æquali tẽpore absoluantur, aliter fore meras nugas. Itaq. illud falsum quod ortum ex muliere & cane vulgus fabulatur. Etenim vt optimè Theophrastus 5. de hist. non minus in animali quàm planta δεῖ ὁμοι ὁπαθῆ εἶναι τὰ μέλλοντα συμφύεσθαι. Ex tauro igitur & equa hinnum gigni, vt nunc est Pilis, non absurdum, q̃ tempus vteri gerendi, seminisq. maturandi in vtrisq. est æquale. Illud fortasse non erit absurdum, si fateamur aliqua monstra degenerare in ea, quæ fiunt secundùm naturã, sicuti degenerat triticum in genus quoddã frugis, quod posteà conseruatur. sic hominẽ, qui casu figuram quãpiam obtinuerit alicui generi, aut ẽt prouinciæ cõmunicare posse. Hinc ea quæ de humero eburno in Pelopidarum familia tradita sunt & in iis, quos γυγενεῖς appellabant, hasta. sic sunt heriditarij morbi, quæ postq̃ inueterata sunt, non amplius pro miraculis, aut monstris habentur. Inter monstra etiam ab Arist. recensentur illi filij qui parum, aut nihil similes sunt parentibus, quanquàm monstrũ est degenerare in alienũ; degenerare.n. simpliciter nõ rarò fit. Omnino tamen ars aliquid potest, & cùm labi plantis frequentissimum sit, optimè cultura corriguntur. Proinde Maro de seminibus hæc disputabat.

Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis
Maxima quęq. manu legeret: sic omnia fatis
In peius ruere, & retro sublapsa referri.

Ex his igitur patet, quænam mutationes fatales ab Arist. dictę sint, quę item pręter fatum, quod nos explicare conabamur, & caussas altius fortasse repetiuimus, quàm methodus instituta postularet.

[a] 2. Phys. 2. de Gen.

[b] 5. Phys.

De

A *De periodorum caussis in viuentibus.* Cap. LX.

SINT ergo, dicet aliquis, generationes fatales; sint & ea quæ certum ordinẽ seruant: illę verò quæ sunt extra ordinem, sint monstrosæ quodammodo: age nunc explica nobis vndénam sit hoc quod fatum dicis, hoc est, vnde certi illius ordinis caussa sigillatim petenda sit. Arist. ergo geminã huiusce eueni rationem reddere visus est; alterã quidem, quæ intuetur efficiens; atq alteram quæ spectat materiam: efficiens verò cęlum ipsum est in quo duo diuersi motus obseruantur; alter quidem qui diurnus est, quo fit, vt perpetuus quidam tenor in rebus caducis propter magnã illius vniformitatẽ conseruetur: alter verò qui est planetarũ, atq. hic inæqualis, vnde alternatio, & vicissitudo proficiscitur inter quos cùm pręcipuus sit Sol, & ab ipso Luna, quorum cursus certi quidam termini sunt, illius quidẽ annuus; huius verò menstruus. inde est, vt quæ sunt apud nos, ortu obituq. ordinem certum teneant, aut qui mensem imitetur, aut ẽt annum, vel partes ipsorum, & siqua sint quorũ ortus, aut interitus in anno cõpleri non posit, annis pluribus conficiantur; ita mensium aut annorũ complexum quẽdam absoluant. Ex huiusmodi ergo serie motuũ cęlestium ducitur ordo vitæ rei cuiuslibet, ac definita periodus; hoc est, certũ durationis tẽpus, & æqualis ortus obitusq. sui tractus, idest, suæ promotionis ad certã vsq. perfectionẽ, & contrà declinationis, dum varias qua B litates imponunt materiæ, vt per illas ẽt Hyppocrates singulis cęli variationibus manifestis singulos humores adscribat, quibus animalium vita sustinetur, aut labefactatur: nam vere sanguis augetur, æstate flaua bilis; atra autumno; hyeme pituita, vt generatim motuum cęlestium efficacitas nobis appareat in exẽplo figuli rotam voluentis quæ neq. retro, neq. prorsus meat, sed motus vtriusque particeps simul vniuersi imitatrix oĩs generis figuras exprimit & effingit: ita & apud nos ex eisdẽ elementis homo nunc, aliàs aliud ꝓpagatur, & hoc modo nũc, alio aliàs eundem hominẽ & cetera effecta produci conspicimus, dum eidem cęli rotationi subiiciuntur: sic oĩa ex eisdem, simile nihil, eisdem instrumentis, ex siccis humida facta, & contra ex humidis sicca, è caussarum suarũ cõplexu prodeunt in lucem. Conuersioni proximè subiiciuntur elementa; sic æstate superiora gignuntur, hyeme inferiora. Sed cùm in quolibet mixto semper dominet aliquod elementum; ita etiã necesse est affici pari propè ratione mixtũ, atq. elementum. Proinde naturarum hę quidem ad hyemem, hę verò ad æstatem bene maléue se habent. Hæc verò quantum est de caussa priore. Sed vt secundam assequamur, more consueto quæstionem proponemus. Vtrum'ne habeant oĩa præfinitam atq. pręscriptã sibi à natura periodum, qua orta occidant & aucta cõsenescant, an non. Vt verò melius hæc percipiantur, scire conuenit hæc duo tempus in viuente significare, vitam. s. & periodum, aut si C velimus ẽt inanima cõplecti, durationem, ac terminos durationis. Veruntamen vita & duratio videntur habitus esse rei ipsius quæ durat & viuit, qua mansio formæ per quoddã spatium temporis indicatur. At periodus notat mansionẽ formæ, quoad motum cęlestem: nam definiuit ipsam Arist. certum numerũ dierum mensiũ & annorum, aut alterius cuiuspiam mensuræ cęlestis, siue maioris, seu minoris quæ eadẽ reuertatur; huiusmodi sunt Lunæ volutationes, plenilunia, nouilunia, & deniq. termini, quibus cõmutantur adspectus ad solẽ, quorum vtriusq. motus mensis est mensura cõmunis. De hac ergo mensura quærendum nobis est, vtrùm sit, deinde caussa illius exponenda. Nam quòd nulla sit, ab his cõmotus aliquis existimare posset, in elementis primùm, quòd opponitur ignis, qui per se pōt interire, quia tamen in sua sphęra caret contrario, non interibit. Deinde docemur experientia vitã hominis auxilio medicamentorũ posse produci. Necnon rei duratio non videtur aliunde proficisci, quàm ab exuperatione potestatis ad cõtraria corrumpentia, sed exuperatio illa in infinitum secari pōt, & potestas igitur; nulla ergo periodo continet, & clauditur. Postremò duratio à potestatis exuperatione descendit: at ea potestas maior est quæ diutius permanet. ergo cùm cęlũ duret in infinitum; potestas igitur cęli infinita sit necesse est, quod cùm illa oppugnet quæ 8. Phys. decernuntur, falsitatem quoq. antecedentis ostendit. Veruntamen hoc dicere nil est aliud D profectò, quàm recedere à sensu, cùm videamus quædã vnica cęli conuersione mutari, quemadmodum auctores animaliũ historiæ docent de Ephemero apud Hypanin fluuium, quod ab vnius diei vita nomen duxit; nonnulla menstruo Lunę cursu finiri; nam singulis quibusque Lunę reditibus cancri replentur, annuo cursu iumentorum partus absoluuntur; biennij spatio elephantorum ac plurimę stirpes quattuor anni tẽpora attingunt, cùm autumno serantur, & solis accessu primùm è terra pullulent, eiusq. progressu paullatim adolescant, ad summũ perueniant, & recessu demum arescere occipiant; donec tabescentia paullatim ortũ cũ interitu permutarint. augentur nonnunquàm corpora, & ad summum perueniunt cõpluribus annis, atq. itidem pari temporis interuallo collabuntur: vnde quæ tardius succreuerunt, & ad statum serius peruenere, tardius etiam concidunt: sic & crescere tardius in vtero; extra vterum verò citius constat mulieris, & equæ corpus, quàm maris longissimam, homini vitã esse, elephanto excepto, testatus est Arist. Itaq. illud monstrùm si historiis Gallicis credere dignũ est, ꝙ Ioannes quẽ ab annis cognominarũt, ẽt elephantũ vitæ longitudine superarit. plura exẽpla siquis volet, cõsulat Lucianũ, quanq̃ hoc M. Polus Venetus in itinerario suo natiuum esse docet in ea regione, q̃ Loac, siue Lac vocãt: nam plerunq. C L. annos conficiũt, putat ipse, nec malè, propter castitatem. Animaliũ ætates Hesiodus hisce carminibus cõplexus est.

Γ'ινέα

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
Ἀνδρῶν ἡβώντων, ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος
Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται, αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ
Ἐννέα τοὺς κόρακας

Ab his illa deducta.

Ter binos, deciesq. nouem superexit in annos
Iusta senescentum quos implet vita virorum.
Hos nouies superat viuendo garrula cornix.
Et quater egreditur cornicis secula ceruus.
Alipedem ceruum ter uincit coruus; at illum
Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales.

Oppianus etiam de ceruo.

Ζώει δ' αὖτ' ἔλαφος δηρὸν χρόνον, ἀτρεκέως δὲ
Ἀνυπρώπων γενεῆς ἐφήμισε τετρακόρωνον.

Hinc quoque mutationes ætatum in animalibus certis quibusdam temporibus obeuntur, quæ cùm terminis vitę cuiusq. congruunt; nam quæ diutius viuunt, eadē quoq. ad statū peruenere diutius: hinc etiā mutationes in habitu sanitatis, per hebdomadas, aut dierum aut mensium, aut annorum; quibus natura quandā crisin facit, & tractus certi morborū, qui diebus criticis designant̄. pertinent & tales periodi ad fluxus aquarū; idcirco æstus in mari, qui duobus contrariis, certisq. motibus definitur πλημμυρίδος καὶ ἀμπώτιδος, quos nostri fluxum refluxumq. vocant. mitto æstatem illam hyememq. magnā, quæ ad vniuersas propemodū mutationes elementorum pertinent, de omnibus his alio loco dicturus. Attamen, vt ex his optimè liqueat eum qui periodū è natura tollat, naturam ipsam quoq. vniuersam sublaturum, hæc notare libuit. Eius caussam anteà quadam ex parte tetigimus; nam cęlum efficiens nos ipsi constituimus, licet Philoponus eius rei caussam internā esse testatus sit, qui non vidit huius euenti duas esse caussas, materiam.s.& efficiens, & caussam internam esse materiā, à quà motus cōno nullus est; efficiens verò intrinsecùs agere nō posse; aliter quæq. res sibi ipsi necem afferret, & siqua mutatio est, quæ ab interno principio pullulare videatur, ea certè est putrefactio: tamen etiam calorem postulat ambientis, vt absoluatur, aut igitur falsum accepit Philoponus, aut præcisè admodū animi sui sententiā elocutus est. Et Astrologi ipsi multum motui cęlesti, aut numero dierū tribuentes, dum huiusmodi euenta illis adscribunt, sine dubio falluntur; nisi fortè à terminis tēporis, & numeris regulæ desumant̄ ad dignoscendas eiuscemodi naturæ mutationes, quàm vt illorum caussæ sint; nam siquid astra suis volutationibus efficiunt præter primas qualitates, & eas quæ ab illis emanant, in methodo naturali adhuc perspectum non est: etenim numeros nullā prorsus habere vim, contra Pythagoręos abundè conclusum fuit in prima philosopia, vt q̄uis à Boetho dicatur. [a] Omnia quęcunq. à primęua rerum natura constituta sunt, ex numerorum videre ratione esse formata; neutiq̄ sumatur ratio numeri tanq̄ effectrix, sed vt signum prouidentiæ diuinæ, per quam ex vno fonte oīum entium gradus scaturiunt. Verùm efficiens per se materiā respicit, in qua contraria resident, vnde oīs ratio cum agendi, tum patiendi duci solet: ita vt oīs actio proficiscatur ab exuperatione efficientis ad patiens, seu materiā quæ sanè in mundo inferiore sunt contraria, quorū ingenium est, vt semper se oppugnent, siue in simplicibus subsistant, siue contineantur. in cōpositis à forma mixti, & ambiens potissimum, quod variis modis affectum à diuersis cæli motibus ac syderum posituris, semper aut adiuuat, aut impedit opus naturale. quapropter etiam optimè dictum scimus à Theophrasto. Annum non autem solum ferre. ἔτος φέρει οὐχὶ τὴν ἄρουραν φέρειν. Et quoniam ambiens plurimum vniformiter alteratur, inde est, vt plerunq. vniformiter afficiat, ac siquando prohibeatur, id casu fit, &, vt dicere solent philosophi, propter infinitatē materiæ; ἀοριστίαν vocat Arist. quod etiam à Simplicio legimus approbatū, qui facultatum mensuras ex repugnantia deducat, ita ab exuperationis gradu fit, vtputa, tantum calorem in tantum humorē per hyemem, in tanto tēpore agere posse; ætate verò in minore, & maiorem eiusdē gradum, aut molem in minorē tempore multo breuiore, seruatis illis rationibus quas superiore libro recitauimus. Ac credendum est, talem ꝓportionem producere mutationes oēs in natura, siue per dierum hebdomadas, seu mensiū & annorum, siue alterius cuiusq. temporis, atq. inde peti in criticis rationē mensis; non aūt ab alio remotiore principio; præcipuè à syderibus & à Luna præsertim, quandò & ipsa spectatur in naturali philosophia, quatenus repercutit ad nos variis modis lumen à sole acceptum, quo pacto afficit ambiens, & siquid ab aspectibus est petitum; oē id ad vim luminum referre oportet, atq. id sat est ad reddendam oēm periodi cuiusq. caussam. Si igitur sufficit ratio naturalis, quæ à proportione efficientis & materiæ quibus cum aut ambiens concurrit, aut contrà venit, per se cōtendens ad calidum, per accidens aūt ad frigus humore exhausto; non est quòd alias caussas dubias inculcemus. Rationes autē ab initio quæstionis allatæ facilè profligantur: nam dicimus ignem vbiq. obtinere contrarium beneficio quidē formæ, quia calidus & siccus est; merito autem materiæ, quæ est exhalatio, quæ per se terra est; ideò frigida suapte natura, calida autem qualitatis alienæ beneficio: quare postquam humidū absumpsit calor; gignitur excremētum quod est cinis,

atq. ita

[a] Arithm.

F G H

A atq. ita corrumpitur vbiq. ignis duplicē ob caufsā, externam fcilicet, atq. internam. Ad id verò ꝙ vita producatꝰ, ita refpondemus, falfum opinantes vitam per fe produci, fed medicus tanq̃ naturæ minifter, ita producit vitam, quia repellit prohibentia vitā, quæ fi non adeſsēt, viueret vtiq. animās. adfunt; viuere nequit, quare fi remoueantur, adhuc viuet; id autem adhibita opera medici fuccedit: nec tamen illius indiuidui vitam producit vltra periodum fpeciei totius, idq. fi eueniret, etiam in monftris numerandum foret. Tertium ita tollitur exuperatione diftincta: nam confideratur interdum vt quantum, nonnunq̃ vt gradus formæ cum facultate naturali: concedimus aũt ipfam diuidi infinitè, fi accipiatur vt quantum; at quatenus notat certũ formę gradũ, non diuiditur infinitè, quin fi tantifper imminuas, fieri poteft, vt nil amplius moueat: hoc fufius ibi declaratum, vbi verba fecimus de terminis facultatis naturalis. Quod item poftremo loco opponitꝰ, quia femper virtus excellit materiā, & maior virtus requiritur ad maiorem durationem: quo fit vt infinita virtus in cęlo fit futura. An exuperatio virtutis, à qua periodorũ termini ducuntur, eft ad noftratem materiam quæ ab illa fubftantia repudiatur, in noftrate verò finita eft ea virtus, licèt hic diuturnior, ibi minus, quod fanè vniuerfum exquifitę proportioni principiorum materiæq. indiffolubilitati dandum eft: etenim cùm apud nos per lumen & motum producant & perdant, ex motu verò cæleſti B varietur eorum habitudo ad terras, efficitur vt cęli quoq. virtus finiatur, & variis modis afficiat materiam. Ita dicimus quercum efle perfico diuturniorem: nanq. humor quo nutritꝰ eius calor, pinguior eft & conftantior, neq. facilè poteft difsipari: in æternis eft infinita duratio, ꝙ eorum materia nulla eft, aut eiufmodi quæ nō habeat in fe poteftatem cōtradicentium, fed de earũ rerum periodis in præfentia nō agitur, immo excluduntꝰ periodis. quoniam extra ipfas funt, cùm illarũ cauffæ fint. At verò, quod fcimus ab aliquibus fuiffe pronunciatum; maiorē eſſe periodum fimplicium corporũ, quàm compofitorum, quia fimplicia caueant interna repugnantia quæ fanè vrget cōpofita, vanũ puto. quandò mixta denfiora & robuftiora folent eſſe. Præterea facilius fefe vicifsim afficiunt ea quæ magis contraria funt, quàm remifsiora, at in mixto funt remiſſa. quapropter ad mutuam perniciem minus agunt, fed quafi fœdere contracto manent coniuncta: ob id etiam temperata diuturniora funt, licèt à pluribus caufsis eorum tēperies immutari pofsit. ac generatim vbi materia fuerit, ibi femper eft adnexa priuatio, quæ per fe cauſſa eft interitus: itaque ad interitum fuopte impulfu contendunt, & eius priuationis acrior eft eo ftimulus, quò contrarium, quod vndiq. circunftat, efficacius; efficacius verò, quò fimpliciter.

Nonnulla de profpera fortuna ex Ariftotelis dictis adfcribuntur. *Cap. LXI.*

C POSTQVAM de fato difputatum eft quantum vis humani ingenij fert, & illi adnexis fortuna & cafu; confequens eft nũc, vt aliqua dicamus de bona & mala fortuna; fitꝰne, & quidꝰnam fit; eodemq. modo Philofophi fententiā ftudeamus explanare: neque.n. admodùm clara eft, licèt ipfe non femel eius explicationē aggreſſus fuerit. Quanuis aũt ea confideratio potius ad moralem, q̃ ad naturalem methodũ pertinere videatur; valde.n. conducit ad humanā beatitudinem; ideoq. inibi fedulò habita (nam liber ille qui infcribitur de bona fortuna è duobus fragmentis de Magnis moralibus, & Eudemiis ineptè cōfarcinatus eft) tamen ꝓpter magnam affinitatē quam habet cum iis quæ de neceſſarò & cōtingente dicta funt, & quia principiis naturalibus afsignatur, non videtur inuoluendum eſſe filentio. Communi ergo oīum fenfu receptũ eft quofdā eſſe bene maleúe fortunatos, ita vt illis, quicquid agant, femper in bonum cedat; his contrà in malum, quinetiam nonnulli ad aliquid agēdum à quodā animi impetu cōpellantur quod plurimum è voto fuccedat, aut etiam quo optato fine fruftrentur; agantur aũt ab animi impetu per appetitum, nullo rationis difcurfu præcedente, nec vllius certę cauſſæ interuentu, atq. id plurimum: nam ab eo quod rarò euenit, denominatio peti non folet. Tales autem multos, ne dixerim omnes, eſſe compertum eft. Itaq. etiam D confpicuum eſſe bonam malamúe fortunam. Quare cauſſę talium euentorum veftigandæ quę itē effectibus fuere cognomines. etenim & effectus ipfi & cauſſæ nominibus bonæ malæꝰue fortunę decorantur. Hæc à dęmone bono vel malo proficifci multi cenfuere; redarguit eos Arift. cùm verifimile fit Deum eſſe iuftũ, & cuiq. tribuere quod fuum eft; fæpe aũt eueniat, vt rudes, ftolidi, & temerarij fummis bonis potiantur; prudentes aũt fapientes, & docti cōtinuis infortuniis affligētur. Præterquàm ꝙ fas non eft Deum habere curā malorum, negligere autem bonos. Multò minus hęc Deo illi O.M. tribui debēt, cuius cogitationes in feipfo tantùmodo verfuntꝰ, Arift. auctore, ni fallor. Quamobrem huiufmodi euentorũ cauſſa natura, aut anima, aut ēt ꝓpēfio corporis, aut aliqua cauſſa indeterminata. Neq. verò habenda eft cauſſa aliqua infinita rebus his auctor & caput; quandò ea rarò operatꝰ, in iis aũt quos bene maléue fortunatos dicimus, frequētia funt & ꝓpè perpetua feu bona, feu mala fint, euenta confimilia. Verùm neq. etiam eam caufsā eſſe naturā facilè perfuadebit, quòd natura femper, plurimùmúe efficit: atqui ēt humanarum actionum funt varij fucceſſus, neq. in fingulis tenor idem feruatur. Dices fortè particularem naturā eſſe cauſſam hũi fucceſſuum; ea verò talis eft priuilegio materiæ, vtputa, temperamenti. At id defendi non poteſt: quando intercedit opera appetitus, & bruti præfertim; nam voluntas eft cum ratione; ea verò præter rationem

fuccedunt,

succedunt: q; si ab appetitu proficiscuntur; cùm sæpè feratur in malũ, ex malis verò principiis plerunq. mala effecta nascantur; nulla caussa certè videtur, cur frequentius bene agere cõtingat. Restat igitur vt videamus, an ab ea animi parte fiant quæ diuina est in nobis. Cęterùm siue id ex corpore existat, siue ex animo, inquit Arist. eos perperã bene maléue fortunatos dici, sed potiꝰ bona maláue natura prædíti appellabuntur. Mitto quòd si diuina, non aberrabit; sed semper in bonum diriget: mala aũt fortuna frequentior est q̃ bona. Quamobrem res hæc nõ sine caussa difficilis habẽda est. Huius nodi solutio talis est mea sententia. Bonam malamq. fortunam esse vocẽ ambiguam, & in oĩbus perperam eodẽ significato vsurpari. est.n. bona maláue fortuna quæ fortunæ species est accedente differentia magnitudinis, aut frequentiæ successũ, quæ planè est ex caussa infinita, & per accidens, atq. hæc propriè εὐτυχία & δυστυχία nominatur; altera est ex impetu interno, & hæc καταχρηστικῶς, & impropriè sic dicit, & ob id potissimè, quia sit caussa præter rationẽ, & nobis ignota. Quare cum verè fortuna præter rationẽ efficiat, & nobis ignota sit; fallacia consequentis plerique homines decepti hanc etiam fortunę noĩe expresserunt, rectius aũt diceretur εὐφυΐα, & illi opposita κακοφυΐα, bona malaq. indoles, à qua etiam ignari quodãmodo trahimur ad aliquid agendum: certior hæc est, & plurimùm præstat cõsimiles exitus rerum; rarior illa, & magis infinita. Sed cùm sit hæc posterior ex impetu interno, non sit aũt impetus corporis, nec appetitus solius; neque.n. etiã rationis; profectò partis eius esse censebitur quæ ratione excedit, ea verò mens est. At cùm mentis sit ratio duplex; altera quę cum ratione est, & cum sensitrice facultate coniuncta rerũ caussas speculatur; altera quæ versatur in apprehensione principiorũ. ea verò sunt è duplici ordine verum, & bonum. & quæ respicit verum ꝓprio nomine contemplans nominatur. quæ aũt bonum, practica: quia sine ratione efficiuntur ea quæ tribuimus bene fortunatis, de altera illa mente nobis agendum est quæ inclinatur ad bonum, atq. illa quidem practica, non speculante. Quanq̃ id vtriq. cõmune, q; suopte nixu ferantur in verum quod est principiũ cõtemplationis, & bonũ quod est principium actionis, nisi contagione corporis, & appetitus obcęcentur. Hoc illis est ingenitum, & ab earum natiua ꝓpensione deriuatur, non aliunde contrahitur, nec opera præceptoris accedens, nec studio cõparata, sed illarũ appulsu ad ꝓprium obiectum exorta. Proinde ex natura quidẽ est non sanè corporis, sed animi. Nunc animus noster siue cõtemplans, seu practicus ob naturæ pręstantiã imperat appetitui & corpori; idem quoq. cùm sit corpori obligatus, ab eius societate, eiusq. virtutũ, quales sunt bruti appetitus, se duci patit, & quanq̃ nunquàm sine appetitu concitatur ad agendum; nihilo minus agendo imperat illi, vel cedit. Atq. hæc oĩa ex eius naturæ conditione. Quando igitur cùm appetitus imperio inclinatur ad bonũ; sequitur, vt bene agat, & cuncta illi prosperè succedant, nec sanè q; bona fortunæ consequatur, neque.n. hoc est bene agere & εὖ πράττειν, quod vult Arist. nec illa in naturæ principiis posita sunt, sed ex caussa incerta pendent, & cœca; verùm vt id agat sine consilio, quod bene consultans ageret: contrà, si nutui appetitus obtemperat; illi eueniant quę malè ratiocinanti solent succedere. Simile aũt est illi quod dicitur. Fortunam artis esse pedissequam, de qua re suprà, nisi q; ars cum ratione bona, ἀτεχνία cùm mala operantur; hîc purus mentis appulsus ad obiectũ. Hęc illa portio diuina, hic ille Deus ab Arist. dictus, qui facit in nobis motus, & verè Dei verus imitator contendit ad bonum: multò magis quandò cõtendit ad verum, qui etiam in furiosis & atra bile affectis ꝓpter motum corporis turbulentum, variasq. formarum oblationes se continere nequit, itaq. in diuersa rapidissimè fertur: quare cogitatione ẽt in futura extenditur, & agitationes in corpore admirabiles efficit, qualia de Maraco, & Hercule cõmemorat Arist. Cętera dicimus oĩno casus esse, atq. fortunæ, si Perapeticè loqui volumus. Sed iam satis de fato, ad reliqua mox quæ de ortus caussis supersunt exquirenda, veniamus.

An à diuersis ordinis eiusdem caussis proximis idem nasci possit effectus, an alius ex aliis, & complura argumenta ad alteram partem problematis afferuntur. Cap. LXII.

PERTINET ad ea quæ de ortu disseruntur, & id tractare diligenter; idem'ne effectus à diuersis caussis effici queat, vt à diuersis efficientibus, aut ex diuersa materia, an vnicuiq. caussæ singuli respondeant effectus, vt idem non existat qui ex me & te sit futurus. Cùm verò idem sit vel ad speciẽ, vel ad numerum, quod sanè ad hanc posteriorem quæstionis institutæ partẽ spectat, & facile est, & breuibus explicari potest, sed illud controuersum magis, quod speciei differentiã tangit proptereà quæ gignuntur ex putri, & opera Chymistarum. Chimistas ego voco, q; meminerim me legisse apud M. Polum Venetum Scythas profiteri treis arteis Limian, Simian, & Chymian; pertinet illa ad amores, altera ad adspectum decipiẽdum, tertia ad immutationẽ metallorum; tametsi in his appellationibus potuerunt imitari Græcos; quasi Limia deducta sit à lamiis, quæ erant veneficæ mulieres, ea verò Gręcorum vox est; altera ἀπὸ τοῦ συμμύειν, quod est conniuere & simulare se nõ adspicere, ac permittere se decipi, tertia ἀπὸ τῆς χύσεως, quæ est fusio, satis apta vox ad exprimẽdã affectionem metallorum. Sed his omissis, magna lis exorta est inter philosophos, dum rerum naturã speculantur; sit'ne idem aurũ quod natura produxit, & quod aëre effectum est, inter medicos etiam, ne forte idẽ sit in medicamentis vsus auri naturalis. atque factitij, & inter Theologos, ne fraus

A fraus afferat animo interitum. Sed cùm ea quæ tractantur in illa quæstione, multa specialia de metallorum notitia desiderent, quæ nos ob eiusmodi rerum imperitiã fugiunt, vel aptiore loco sunt explicanda, quod methodi præsentis esse videbit, causas generales perquiremus, & eas tantum rationes ponderabimus quæ ex principiis cõmunibus in quorũ explicatione versamur, deducta fuerunt, quorum magna pars accõmodari etiam põt ad genita ex putri, de quib. ij multa disseruerunt, quib. Auerrois auctoritaté sequi placuit, sed fortè, dum nimis eius studiosi sunt, ab Arist. sententia discesserunt. Atq. vt rem breuiter doceamus; primùm perspicere libet; idem'ne effectus, & vnus ad numerum à pluribus caussis numero, & loco separatis effici queat, & cùm hæc quæstiuncula duo mẽbra complectatur; an'ne idem effectus à diuersis caussis proximis ordinis eiusdẽ, velut à Sole (tunc enim Sol obtinet vim caussæ propinquę) & hoĩe effici possit, aut à Socrate & Platone: vel esto, ꝙ hoc nunc, & hîc effectum fuerit; an'ne aliàs & alibi, aut ab eisdem, aut à diuersis caussis proficisci potuerit: vtraq. membra vnica ꝓpemodum ratione conabimur expedire. Ea verò petenda est ex his quę multò antè confecta sunt de natura motus. siquidem actio pendeat ab agente, cùm sit quidam actus eius secundus, vt à quo. Sed vnus actus vnius suppositi, quod est vnum per vnã formam; vnà aũt forma vnius est materiæ duntaxat: neque.n. eundem forma ad numerũ põt informare diuersas materias, neq. vnà, neq. successiuè, ꝙ forma vna ad numerum vna materia determinat, quæ

B vna ad numerum est, vel per continuationem, vt in animo carentib. vel per connexionem, vt in animatis: nam cùm per seipsam fuerit vna forma secundùm rationẽ, accepta à materia fit vna ad numerũ, & plures pro multitudine portionũ materiæ, quæ accipiunt illam. Deinde ea quæ est actio, vt ad agens, est in patiente passio; eodem quoq. modo passio est vna pro ratione suppositi. Cùm igitur motus, & cuiusq. rei productio posita sit in actione & passione: ergo vnus motus ab vno mouente, & mobilis vnius; itaq. etiam producentis vnius vna productio, necnon vnius, quod producitur. Quapropter cùm statueret Arist. quínam foret vnus ad numerũ motus; hęc requiri docebat, ꝙ vnus esset motor, & mobile vnũ, quæ sanè tanq̃ caussæ motum vnum constituebant, sed præterea tanq̃ à signo vnum tempus in eo poni volebat. Adde hoc. Cùm motus à forma, non, nisi ratione distinguatur, quia motus præsefert vim & specimen fluxus, forma terminum quendam significat, nihilominus continet veluti partes ea quę per motum comparata fuerunt; ideò quoque vbi motus vnus & forma item, & cõpositum vnum sit oportet. Ex his igitur neq. simul, neq. diuersis temporibus vna actio potest existere in diuersis suppositis, neq. vnus effectus ad numerũ è pluribus caussis numero tantũ differentibus emanare. Verùm possit'ne à pluribus caussis proximis vnus effectus ad speciẽ produci, res est ad iudicandũ difficilis: conabor t̃n in hoc placito Aristotelem imitari, quã

C tum possum. Cùm primis id distinguendum, quod habet caussas, cùm sit substantia, vel accidens. De accidente primùm ea profitebor, nihil obstare; quominus idem accidens à diuersis specie caussis propagari possit: nanq. eadẽ valetudo ab arte & casu pręstari potest, & à natura: natura n. morborũ medicatrix est, & artifex medetur, & error affert bonã valetudinem, & casus item, vt de Iasone Pherço fertur, qui desperatus à medicis, in prœlium se coiiciens curatus fuit vomica ab hoste qui pilo pectus eius aperuit, necnon Cato, qui in prælio contra Cimbros, in quo multa hostium millia ceciderunt, quartana pugnans liberatus est. Et Sol eliquat ceram, & ignis eliquat. Proptereà facilè inducor; ne dixerim me nõ dubitare, vt idem accidens à diuersis caussis produci valeat. Veniamus ad substantias. Et mihi libet hîc sectari philosophos qui de forma, & essentia rerum iudicium fieri volunt ex functionibus. itaq. & ex earũ conditionibus solent formarum gradus colligere spectãtes, vel actionis ingeniũ, ꝙ sit, vt puta, materiata, vel extra materiã posita, vel durationem; quippe ꝙ æternum non æterno perfectius esse videatur, vel medium, vt ꝙ princeps, aut ministra; simplex, aut composita, naturalis, aut non naturalis, & effectũ; veluti ꝙ caloris actio qualitate terminetur, aut ad substantiã vsq. procedat. ita quoq. &, vbi erit actio differens, habebitur iudicium discriminis, quod est in forma: quare vbi eadẽ functio, formam quoq. eandem esse facilè crediderim. Cùm igitur ignis

D ex silice excusus eadẽ præstet, quę naturalis, & ascendat, & vrat, & luceat, & postquàm extinctus est naturalis; alter ille subrogatus eadem officia tueatur. quin etiam cùm fiat aër ab aqua corrumpente siccitatẽ ignis, & ab igni superante frigus aquæ, patet & in natura eandẽ speciem ex diuersis efficientibus; addo etiam materiebus effici, modò non sint vltimæ, similiter obseruamus multiplicari myrtulos ex adiecta materia, [a] necnon easdẽ plantas varijs oriri modis, vt ex semine, ex talea, per aplantationem, per adnationem, & siqui sunt alij.

> *Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)*
> *Truditur è sicco radix oleagina ligno.*

negare non audebo, quin eadem species efficiat à natura, & ab alijs caussis in genere substantiæ. At verò admodùm similis est, non eadem. quis mihi, aut qũo persuadet? Etenim videtur in primis ea regula satis fallax, & indicium periculosum, vt ex functionibus formæ dignoscantur, & sępè cùm mihi ex actionibus eandẽ formã probare volueris; eandem ego prorsus esse negabo, sed dicam planè esse cõsimilem. Atqui opponam rõnes. inquies, addam testimonia Philosophi, quibus tibi cõfirmem has esse species natura distinctas. Cùm igit̃ ab actione iudiciũ non sufficiat, experiamur quid & rõnes & auctoritates valeãt. Hæc asseclarũ Auerrois argumenta. Mitto nunc ꝙ omnes species, quod voluit Auicenna, possint ex putri fieri simul,

[a] 5. de hist. an. c. 15. 3. de Ge. an. c. 11. p.m. lib. 9. c. 36.

[a] 10 sect. probl. 15. 64. simul,& ex semine, non ignarus ab Arist. [a] caussam reddi, cur animalia quædam è putri gigni non possint, sed id specto nunc: esto ꝙ fiat aliqua species, vt mus, & ex semine ex putri sit'ne eadem species; an similis. Tu eandem non esse probas ita differens. Primùm, quia forma & materia se vicissim respiciunt, vna igitur immutata alterã quoq. immutari oportet. Et cùm materia sit pars essẽtię, mutata materia cum illa quoq. essentiã mutari fatebimur. Quare dicetur ambiguè mus per ꝓpagationẽ genitus cum eo, qui sit ortus ex putri. Deinde quisq. effectus ex certa caussa pendet; quapropter scientiæ, & demonstrationi subiicitur. at hîc vnus esset effectus, nec tamen caussa certa, quia non solùm ex semine ortum ducit, sed ex putri. non ergo licet inferre caussam propriam, ex qua sit aptus iste effectus. Ne igitur hoc sequatur quod absurdum est, confitebimur ea quorum non est eadẽ generatio, non esse eadem. Tertiò naturale & non naturale specie distinguuntur. Orta ex putri nõ naturalia sunt; orta ex parentibus sunt naturalia: secum ergo specie differunt: illa.n.rarò fiunt; hęc verò plurimum. Tum etiã natura nihil frustra molitur, nec quod superuacaneum sit. Si igitur vnus ex his modis generationis sufficit ad speciem conseruandã; neq. profectò caussa vlla fuit, cur natura duplicem modum in muris generatione vellet adhiberi, & tam fuisse de hoc vno sollicitã, vt nihil aliud æquè curare voluisse videatur; ideoq. tot machinis & ingeniis eius conseruationi cõsuluerit, perinde ac rueret cęlum, si species murium fortè deficeret. Quinto vbi termini motus differunt; differunt quoq. mutationes, vbi mutationes, & res quæ fiunt per illas. Sed in his quę oriuntur ex putri, & quæ ex semine propagatur; termini specie differunt: ergo & mutationes, & proinde effectus: nam semen non est eiusdẽ rationis cum materia putri. Quòd si ad hæc respondeas, sat esse, si terminus ad quem sit vnus, ꝙ hoc ipso res efficienda determinatur: atqui, inquam, terminus à quo, & terminus ad quem contrarij sunt: efficietur igitur, vt vni duo contraria sint. Quin etiam si forma cognoscitur ex operatione, nec est eadem vtrisq. muris operatio; nec igitur eadem forma. Non esse verò eandem operationem liquet ex eo, ꝙ ille qui ortus est ex putri, non gignit similẽ, quemadmodũ ille qui ex semine. Postremò, si quod genitum est ex putri esset eiusdẽ speciei cum altero, haberet eundem generationis modum: atqui non habet, nec eiusdẽ igitur est speciei. Addebat item Philosophus [b] ea quæ generantur ex putri, non posse gignere aliud: etenim vel esset eiusdẽ generis cum illo, vel alterius: nõ sanè eiusdem, ꝙ sic etiam genitum fuisse oporteret illud primum: non alterius, quia sic fieret progressus in infinitum; id autem maximè oppugnat naturam quæ semper tendit ad finem. Ergo non idem genus; nec igitur eadem ratio, neque species eadem.

[b] 1. de Gen. anim. c. 1.

Defenditur altera pars problematis, & diluuntur eę rationes quibus concludebatur eundẽm effectum à diuersis caussis nasci non posse. Cap. LXIII.

HAEC sunt propemodum quæ in medio sectatores Auerrois afferunt, quorũ mehercules pondus est maximum, sed non eiusmodi tamen, vt à forti Peripatetico sustineri non possit. Quapropter experiamur vires nostras, & opponamus propugnacula quorũ ope tantos ictus eludere valeat vnius sectator Aristotelis. Quod igitur pertinet ad primã obiectionem. Scire conuenit materiã non esse vniusmodi, sed aliquã remotam, aliam verò proximam; proxima est quę nulla mutatione indiget amplius; verùm proximè ex ea forma excudit᷑: remota indiget adhuc aliqua mutatione. Porrò mutatio materiæ vr᷑ ad hęc capita referri ab Arist. [c] transfigurationẽ, appositionẽ, oblationẽ, cõpositionẽ, atq. alterationẽ ex quib. mutationib. apparet duplicẽ esse rõnẽ materiæ remotæ; nanq. altera quidẽ remanet vniuersa in re, quę fit; altera verò quadã ex parte, primã dici volumus immanentẽ; alterã vocamus transeuntẽ. Ea sanè q̃ permanet, non nisi vna esse põt, quæ per varios gradus ad extremũ forma terminat᷑: transeuntẽ esse variã non inconuenit, vt constat in cibis: etenim ex pane non minus q̃ ex carne fit sanguis, atñ, & si transiens est varia, retinet nihilominus in se partem aliq̃, q̃ sibi sit cum altera materia cõis, veluti si architectus extruere velit domum regiã è lapidibus & habeat in promptu multas priuatorum domunculas, ædiculas & tabernas, sed & maiore ex parte lateritias cum paucis lapidibus ipse sibi materiam parat hæc oĩa; veruntamen nihil aliud accipit ex illis, q̃ lapides; ita natura terram productura facit ex hoĩe, equo & lapide eam.s. partem sibi terræ sumens, quæ continetur in ipsis, illa oĩa sunt materia transiens; ibi lapis, hîc homo, & quod est terra virtute, est materia proxima. Quamobrem ex multis atq. adeò variis materiis remotis idem fieri contingit, ꝙ in illis cõmuniter inest aliqua pars, quæ fungitur officio materiæ proximę, sic euenit in alimento. Cùm igitur ea, quæ fiunt ex putri, fiant per secretionem partis dulcis ab amara, & in vtero etiam mẽstruus sanguis fit ex secretione dulcium ab amaris; natura sibi sumente dulcem partẽ, & relinquente amaram, dicam ipse eã partem dulcem in vtero, & putri materia contineri: itaq. vt ex ea parte fit animal in vtero, sic extra vterũ ex parte consimili fieri posse. Ergo & diuersæ materiæ ad vnam rem constituendam concurrere possunt, si fuerint transeuntes, & cum eiusdem generis materiæ portionem contineant, ex qua forma existit, eadem species conseruabitur, ac si materia sit accipienda, velut essentiæ pars in definitione; efficietur, vt adhuc vniuocatio seruari possit eadem materia retenta, quanq̃ ea quæ subiectum proximum generationis est, ad essentiã nihil attinet, sed est substantiæ pars, vt existentiæ. Respondeo verò ad secundùm non omnes effectus ad quancunq. caussam

[c] 1. Phys. T. 63.

A causſam relatos,& quomodocunq. ex ea neceſſariò pendere, ſed ex proximis tantùm, neq. ex proximis ſimpliciter, ſed quæ ſint vltimæ ſecundùm rationem: propterea non ex oī cauſſa fit ſcientia ſimpliciter,ſed nonnunquàm ipſius quòd eſt. Idcirco ſi non pendet ex vlla ex iis materiebus quod naſcitur ex putri; non tollitur,quin pendeat ex ea proxima,quæ communiter in vtriſq. continetur. Sic verò ad tertium reſpondere poſſumus eſſe ſecundùm, vel præter naturam non eſſe differentias, quæ faciant ſpecie differre; ſed rerum modos,qui etiam circum eandem eſſentiam conuerti poſsūt, vt enim aſcenſus eſt & ſecundùm & præter naturam,ſic & quod contingit in aliis,ſi in hoc ipſo ponatur; abſurdum videri non debet. Igitur, quòd rarò ſic fiat, aliter frequentiſsimè ſpeciei varietatem non efficit, eſſentiā non attingens. Quartum verò tollimus admonētes quicquid fit in natura, non ſemper fieri conſultò,ſed nonnulla fiunt ex neceſsitate materiæ, quædam ſunt adhærentia, caſu alia,& mala quoq. ſunt in natura. Cùm igitur ea quæ fiunt ex putri,ſint caſu, ſunt quidem in natura, vel à natura; neutiquàm verò ex conſilio naturæ. Naturam verò dicimus,dum conſultò facit, nihil producere ſuperuacanei, at ꝙ aliquid ſuperfluum fit in natura, vt ſextus digitus, haud fieri non poteſt, ſic ergo euenit in rem noſtram. Ad pellendam verò quintam dubitationem; partim patefecimus aditum,cùm doceremus, quemadmodum elementa media ad vnum eundemque terminum ferrentur, eodemq. loco conſiſterent,tametſi à diuerſis terminis eò mouerentur.etenim

B docuimus ibi fieri poſſe, vt vnus re terminus, atque vna forma complectatur plures habitudines; ideoq. reſpiciat diuerſos terminos. ſic medium fit ex extremis & virtus ex diuerſis vitiis efficitur, & contrà è virtute vitia & extrema de medio.accidit etiam,ſi rem diligenter aduertas,vt in vna forma ſit quædam ratio communis, quæ pertineat ad plures materias; veluti cùm fit æquale ex inæquali,quod maius minuſue eſſe poteſt,aut viciſsim maius & minus ex æquali, ſiquidem conueniat vtriſq. vt ſint æqualis priuatio. Dicam igitur in illis materiis remotis cōtineri quandam materiam cōmunem, in qua ſit priuatio formæ futuræ; velut in æquali priuatio maioris & minoris; nec communem quidem ratione prædicationis, ſic.n.proxima non eſſet,qualem nos in præſentia conſtituimus, ſed remotior,& adhuc per aliquas differentias reſtringenda; verùm ratione partitionis, quia ſcilicet plures eiuſdem materiæ portiones,ideſt,eius, cuius vnica ſit ratio,diſperſæ ſint per illas materias remotas. ſic ex carne & pane fit ſanguis, & è menſtruo atq. eo dulci quod intra ſe habet materia putris,efficitur mus. Nec inde conſequuntur ea quæ Auerrois aſſecla obiiceret; nimirùm mutationes eſſe differentes,quia termini varij ſint, ſiquidem illa materia, quæ fortis eiuſdem eſſe perhibetur ſubuariis formis,eſt ſubiectum eius mutationis proximum,& ea quę in ipſa ineſt priuatio, conſtituit terminū à quo rationis vnius,cuius merito determinatur vna forma, & vna ſpecies dun-

C taxat: reliqua ſunt ſubiecta ſecunda & remota vnde mutationis ratio non accipitur,quia nec oppoſitionis: quare termini à quibus ſpecie non differunt,licèt ſint in diuerſis ſubiectis,quia comprehenditur in illis materia quædam proxima in qua eſt certa formę futuræ priuatio,ex qua efficitur vnus terminus à quo, quem opponi dicimus vni termino ad quem, ſpecies illę diuerſæ, in quibus hæc materia proxima continetur, non opponuntur: itaq. vnum tantum vni opponitur, non multis. Qui ſexto argumento vtatur,exiſtimari poſsit noſtro nos gladio iugulare, qui antè acceperimus ex operationibus dignoſci formas, ſed audiat etiam nos hîc eadem fuſius declarantes. Operatio, quæ Græcè dicitur ἐνέργεια, complectitur autem non minus patibilem,quàm actuoſam; propterea clarius proprietas,vel paſsio diceretur. Omnis inꝗ operatio vel paſsio,vel proprietas,vel ſequitur formam,vel materiam; neque ſanè materiam ſolam: nihil.n.per ſe ineſt in materia nuda, ſed eſt ſola poteſtas,aut ad ſummum ponitur in ea priuatio; verùm ſic ſequitur materiam, quia potiſsimè naſcitur ab ipſa,veluti rubigo in ferro eſt paſsio materiæ: grauitas,denſitas,durities, inſequuntur formam. Dico igitur ex operationibus ſignificari & diſtingui formas,ſi fuerint operationes ex eo genere ſolùm, & quod formam conſequatur, & ſecundùm naturam ſimpliciter; itaq. cùm operatio per quam ea quæ ex putri, ſeparantur ab iis quæ oriuntur ex ſemine, ſequatur materiam, non for-

D mam (poſitum.n.hoc ſit,quod poſteà magis intelligetur) igitur ex ea varietate varietas eſſentię nō concludetur. Sed video te hîc inſiſtere & opponere generare eſſe opus formę, nempè animæ alentis,atq. illius quidem,vbi fuerit abſoluta,atque perfecta. Do id quidem, ſed non generare ſimile, quod proprium eſt eorum quæ gignuntur ex putri, pendet ex materia; quippe quòd propter materiam denegetur illis ea facultas: nam forma eſt affecta præter naturam ex vitio materiæ. Quocirca forma conſeruatur eadem, quanuis deficiat ea vis; veluti in androgyno; habet enim formam plantæ,& animalis, & hominis; neque generat tamen, ꝙ forma eſt affecta præter naturam, ſed vitium materia fecit. Igitur ad argumentum. Illę operationes,quę ſunt ſecundùm formam,& ſecundùm naturam ipſius afferunt diſcrimen ipſi formæ; quāuis vt ſignum, proinde cùm hęc operatio, ſeu potius priuatio naſcatur ex materia; nec non ſit præter naturam formæ, ſpeciei mutationem non arguet: vitium verò factum eſt ex inopia caloris, vnde mari vis mouendi materiam ſuppetere non potuit, neque materia futura fœtus in fœmina apparari: vtraque enim officia calorem quendam exquiſitum flagitant,& cum ea moderatione;qualem propter locum & ambiens in viuentibus natura collocauit,ſub dio & extra viuentia præſtare non valuit, itaq. paſſa non eſt formas illas perfectiores,& quæ cum curæ maioris, tum longioris temporis indigeant, non niſi certis in locis & ex

agente certo produci, & inconstantes concurrentium caussarum vicissitudines, quoad potuit, conata est euitare. Quia septimum argumentum nititur verbis & auctoritate Arist. & assumit hoc principium. Quæ non habent eandem generationem eiusdem speciei non esse; duplex munus eodem tempore faciemus; nanq. aliquam lucem loco illi conabimur afferre, cui vel plus quàm par sit, vel minus tributum fuisse perspicimus, & vnà dissoluemus argumentum. Delusit igitur philosophos ambiguum, quod continetur in ea voce [genus] cùm putent omnes accipi ab Arist. genus quod est pars essentiæ. Cęterùm non dicitur vno modo genus, & ne alia non idonea significato percenseamus eius vocis: est genus quod significat continuationem propagationis, vnde γενναῖα.i.generosa, & εὐγενῆ.i.boni generis (nobilia Latini vertunt) animalia dicuntur: prima illa quidem, in quibus generis facultas, & vis conseruatur, hoc est, auitum tẽperamentum, & mores qui tali temperamento comitantur. Generoso opponitur degener, vbi temperamenti, morumq. mutatio succedat. Nobilia sunt quorum maiora præstantia fuerunt: si præstantiam seruent; nobilia sunt simul & generosa; si minus, nobilia quidem sunt, sed degenerarunt. Hoc genus positum est in principiis materialibus generationis; quippe ꝙ circum eandem substantiam mutantur; inde sexus discrimina ducuntur: itaque genus maris & fœminæ dicitur quæ sunt differentiæ materie, [a] neque tentant essentiam. Huius igitur significati genus seruari negat Arist. in genitis ex putri, quòd affecta sit materia præter naturam, quia non seruatur huius significati genus in parentibus. nullos enim maiores consimiles habent ante se, quemadmodum illa habent in quibus ponitur genus. Cùm hæc ita sint, si mutatur ratio generis in successoribus quid vetabit, quominus in infinitum natura progrediatur immutans genus? nunquàm enim retineri potest generis eiusdem ratio: vel enim retinetur, vel abiicitur, nec retinetur quidem, quòd etiam maiores eodem modo natos esse oporteret (ita enim generis huiusce ratio postulat) at sunt genita ex putri: non ergo retinetur: non abiicitur autem, quia sic mutatio generis abiret in infinitum, ꝙ sic in vnaquaque successione mutatio fieret. ab hoc verò natura maximè abhorret: ergo huic incõmodo natura consuluit vi ꝓpagandi sublata. Nihil igitur hæc ad essentiæ principia, vt optimè vides. Quamobrem propositio falsa est. Quę non non habẽt eandem generationem, non sunt eiusdem speciei: quia scilicet non sint eiusdem generis. sunt eiusdem speciei, multoq. magis eiusdem generis, si genus accipiatur illud commune, quod prædicatur in quid est, ecquis audet ea negare esse animalia, vel plantas? non sunt verò generis eiusdem, quod ad antecessionem maiorum pertinet, sed hoc nullam habet vim immutandi essentias, cùm ducatur ex principiis rei materialibus nec habet affinitatem cum ratione, specie & definitione. Fortè hoc loco nobis aduersaberis mouens, si principia materialia nõ seruentur, fore, vt nec eadem species consistere queat: etenim materia respõdet pro portione formæ, multoq. magis id eueniet, si materia pars essentiæ ponitur, veluti nos arbitrabimur. Atenim meminisse oportet duplicem esse materiam sensilem, quædam enim prior est composito, vt corpus organicum prius, quàm animal, & ea quæ contineuit ex primi genere, ideoq. sumitur in definitione, & nos eam partem ducimus essentiæ, cùm sit essentiæ specieq. principium: est & materia, quæ est toto posterior, quemadmodum semicirculus, qui posterior est & natura, & ratione circulo ipso: hæc ad indiuidua pertinet solùm, non ad speciem, præbet accidentia, quæ separari possunt, quæ quòd non habent vim immutandi speciem, nec, si auferantur, vnà speciem tollunt, à dialecticis accidentia vocantur indiuidui. tale materiæ genus nec est speciei principium, nec essentiæ pars, nec sumitur in definitione. Ex hoc igitur ordine est genus illud de quo loquitur ibi Aristoteles, & illa principia quæ constituunt huiusmodi genus, & afferunt differentias sexus in animalibus. Quapropter, si quid hæc valent, vt opinor, defendi quoq. poterit à diuersis ordinis eiusdem caussis proximis eundem effectum ad speciem posse propagari, quarum altera, si non est vniuoca, nec habet actum rei propagandæ; at eo tempore virtutem habet, quæ si cęteroquin est caussa vniuersalis; nil etiam vetat, vt ab initio methodi nostræ dictum est, in aliquem effectum proximè concurrere.

[a] 10. Met.

Aliqua notantur ad mutationes elementorum pertinentia. Cap. LXIIII.

ATQVE ea succurrebant, quæ de generatione communiter diffsereremus, non inscij fore prętereà nonnulla, quæ seorsum de elementorum generatione dici possent: verùm quòd ea cum rebus quæ fiunt in sublimi, summam affinitatem habent; illò quæstiones eius generis referre decreuimus, paucis quibusdam exceptis, quæ generalibus rationibus tractari posse videantur. Nanque inter alia constitutum fuit illud ab Aristotele, quanuis ex sese vicissim cuncta elementa fiant, non esse tamen inter omnia parem processum mutationis, cùm ex iis alia citius, & facilius, nonnulla serius & difficilius commutentur. Etenim quòd secum pugnant, vel per alteram qualitatem, vel per vtrasque, quibus obtigit repugnantia ex altera tantum qualitate, hæc per alterius similitudinem permutationem minus impeditam & implicatam obtinuerunt: quæ planè singula percurrenti facillimè patebunt, vt cùm ignis è terra, aut ex aqua producendus fuerit. ægrè enim admodum eius generatio perficietur ex aqua: quippe ꝙ vbi pugna sit inter plura; maior lis extet. Quanquam illa difficultatem videbantur afferre, quòd facilius aqua mutaretur ab igni, quæ binas qualitates aduersas

A uersas habet, quàm terra, quorum vna tantùm est repugnantia. Deinde fit actio inter contraria potius, quàm inter consimilia, sed magis contraria sunt, quorum est repugnantia duplex, quàm eorum, quorum est simplex. Igitur & actio maior. Tertiò docet Aristoteles, actionem pullulare ab exuperatione agentis ad patiens, sed eadem est proportio totius ad totum, quæ est partis ad partem: quinimmo maior vis in binis agentibus, q̃ in singulis: quando proportio à partibus ad totũ solet augeri. Sed hęc tolli possunt his adnotatis: siquidem facilior & citior transmutatio potest referri ad extremam formæ introductionem, aut ad acceptionem qualitatum. Dico igitur aquam mutari citius & facilius, non sanè, quia prius immutetur secundùm substantiam: difficile enim admodùm siccitas humidis corporibus imprimitur, [a] sed propter humiditatem, quæ valdè est obnoxia mutationibus aqua citius, & facilius alteratur. Ergo respiciebat Aristoteles non alterationem, sed extremam formæ introductionem. Ad secundam obiectionem respondemus eodem proposito fundamento, quòd extrema introductio formæ statuatur: maiorem quidem existere pugnam, quo plura sunt aduersa, sed minorem victoriam, quasi dicas maiorem actionem extensiuè, quia plura certantia, sed minorem intensiuè, quia minor fiat progressus: velut in pugna duorum copiosissimorum exercituum clades est sine dubio maior; attamẽ progressus ad victoriam paruus: B nanq. vbi intercedit similitudo, hæc se habet veluti affectio materiæ ad alteram qualitatem: propterea minus debet laborare natura: veluti cùm semen ad animal vsq. produxit; affecit magis ad equi formam suscipiendam. Ex hac autem affectione materiæ fit, vt augeatur in parte proportio, non in toto: in toto enim nulla præcedens affectio, quæ in parte spectatur. Illud fortè verum, si vtraq. paria ponantur, hoc est, vnum ad vnũ, & duo ad duo, nec ibi cogitetur aliquid, quod afferat affectionẽ ad formã futuram; idem negocium fore, si duo conuertenda fuerint, ac vnum. Atque hæc, vbi singula elementa secum commutantur. Sed etiam fieri potest, vt duo elementa inter se afficientia conueniant in vnius tertij generationem, veluti cùm ex aëre & terra fit ignis, nanq. aër quidem inflammatur, terra sustinet flammam, quæ apparet in recremento quod post humidi consumptionem residet; est autem cinis. Eas etiam mutationes à cęteris in difficultate discrepare verisimile est; quandò non sint ita faciles, quemadmodum illę in quibus altera tantùm qualitas immutatur; quòd in his vtranq. immutari oporteat, neque ita difficilis, vt cum alterutra vtriusque repugnantiæ pars sit mutanda, cùm restet altera repugnantiæ pars in alterutro elemento illæsa, & non idem sit subiectum quod amittere debeat vtranq. qualitatem: neque enim ex vtrisque elementis fit tertium vtraq. repugnantiæ parte permutata; cùm semper hoc quod fit, cum reliquis, ex quibus fit, vnam qualitatem communem retineat, & vnum elementum vni solùm per vtranq. opponatur, C ac si plura fuerint vno elemento, conueniens semper intercedat: proinde, vbi vnum è duobus est gignendum, illa duo ex quibus tertium fit, similia, & consequentia nequeunt esse, quòd aut vna tantum qualitas in elemento superesset, aut quòd contrariæ qualitates idem constituerent, id verò neque cogitari, ne dum fieri potest, aut conseruabuntur eadem elementa quę mutari debebant: demus enim ex igni & aëre tertium gigni, aut aëris humiditas interibit, & siccitas ignis, aut vtrisque calor, aut alterius, quòd si aëris humiditas & siccitas ignis deleantur; supererit vna tantùm qualitas quæ non sufficit ad vnum elementum constituendum, si verò vtriusque caliditas extinguatur, humiditas aëris & siccitas ignis quæ contraria sunt, in vna eademq. substantia remanebunt. si calor alterutrius solùm destruatur, & maneat humor, fuerit aër, si contrà siccitas, ignis igitur nulla mutatio inter elementa consimilia fuerit consecuta. Quamobrem tertium elementum è duobus omnino cõtrariis tantummodò gigni poterit. Aliam quoque caussam facilitatis huiusce reddebat Alexander, quia scilicet binæ qualitates tollerentur, reliquæ restarent; neque iis, quæ iam sublatæ sunt, alię succederent: perit enim, puta tu calor ignis & humor aquę: restant siccitas & frigus: neque calori iam extincto humori vt exhausto noua qualitas alia succurrit, sed vbi vtraq. repugnantiæ pars discedit; tum alias sibi surrogat. Non me latet Philoponum eam caussam confutasse; quippe qui diuersorum elementorum similes qualitates specie differre defenderit: at nos cùm Alexandro consentien- D tes, plagam Philoponi hypothesin inficiando repellimus. Non obstant verò illa q aëris calor igneũ producere nequeat, quòd sit eo longè inferior, tum quòd dicam non esse maiorem gradum caloris in igni, quàm in aëre, sed propter societatem humoris in aëre mitiorem esse, in igni verò acriorem propter adnexam siccitatem, tum quòd non excludi fatebor his caussis specialibus caussas communes, à quibus per lumen & motum igneus ille calor producitur. Aut illud etiam quod Auerroës opposuit, ostensurus è duobus elementis, tametsi consequentibus fieri posse tertium, vt ex aëre & & aqua ignem, per aquæ calefactionem & rarefactionem vtriusque: quippe quòd illud tertium quærimus quod ex vtrisque fiat secundùm vniuersam illorum substantiam, vt alterum scilicet sine socio tertium efficere nequeat, & vtraque pares operas præstent. sed hìc ex aqua sola per calorem & siccitatem, & ex aëre solo per siccitatem ignis efficitur. Vtrum verò sicut omnia quoquo modo ex se vicissim producuntur. proximè ne fiant; an alterius cuiuspiam medij generatio requiratur in nonnullis, vt Galenus [b] & Themistius opinantur ea ratione commoti: nam signis ex aqua fieri debeat; aër prius gignatur oporteat. Caput hoc neglexisse visus est Aristoteles. Veruntamen vbi aduerto duplex medium in mutationibus vel formæ vel transitus, & materiæ: vtranque partem

[a] Alex. Q.

[b] 3. ed têp. c. 2.

problematis ita conciliari posse puto, vt adsit quidem materiæ medium, non autem formæ, & quòd per vniuersum illud tempus habeat aqua alteram aëris qualitatem quæ insit præter naturã, atque alteram propriam, sed aliqua ex parte affectam, quæ sanè essent in aëre secundùm naturam. ceterùm quia sensus cognoscit qualitates, sint'ne verò secundùm præterúe naturam mens ipsa discernit; medicus qui solum consulit sensum, videns in aliquo subiecto qualitates aëris; aërem esse constituit, sed eo vsque est aqua, dùm cum eius vltimo non esse sit primum esse ignis: attamen neq. altera pars problematis ita absurda est, vt etiam defendi non possit; etenim ex aliquo fieri philosophi vel proximè, vel remotè concedere non verentur vt apparet in ea generatione quę circulum imitatur. Illud ad extremum te celare nolo hucusque in libris de Cęlo, & in lib. de Gen. in elementorum transmutationibus eorum formas spectasse potius Aristotelem, quàm materiam; hoc est, quòd graue potius & leue aduerterit, quàm aërem, vel aquam; sic etiam calorem, & frigus in lib. de Gen. & ex illis elementa proximè cõstituisse potius, quàm corporũ ipsorum rationem habuisse. Mouent autem me ad ita decernendum ea quæ in vniuersa naturalis methodi parte, quæ sequitur ab his libris, nisi turpem notam repugnantiæ ponamus in Aristotele, ea statuuntur, vt ratio corporum ibi, hucusq. virtutum habita fuisse videatur. Itaq. nos qui audimus Auerroi, & Aristotelem consulimus in omni methodo; iubent verò, vt ad trutinam sensilium vniuersalia principia reuocemus etiam cum ea quę hactenus vniuersè tradita sunt, in sequentibus sigillatim tractentur. ad illa hęc vniuersalia volentes accommodare, generalia constituere sic studuimus, vt cum illis congruant adamussim: inter hæc magnum habet momẽtum id quod nunc indicauimus. Hęc igitur de generatione simpliciter, & de elementorum mutatione generatim disputata sufficiant: veniamus nunc ad alias species mutationis naturalis.

FINIS LIBRI SEXTI.

FRAN-

A

FRANCISCI BONAMICI

PHILOSOPHI FLORENTINI, IN PISANO GYMNASIO PVBLICE PROFITENTIS.

DE MOTV

B

LIBER SEPTIMVS.

DE INCREMENTO.

Proponuntur ea de quibus agendum est, & incrementi subiectum indagatur. Caput I.

ROXIME est ab ortu & interitu mutatio secundùm quantum; quippe quæ sit aut generatio partium viuentis, aut saltem sine ipsa fieri nequeat; atq. via sit per quam substantia primum instrumentum sibi comparat, cuius beneficio sensilibus qualitatib. substernatur, & præclarè functiones illas edere possit, ad quas instituta est, quarum potissima est alterius sibi similis productio, tum verò præstatur, cùm animans ad certam quandam magnitudinem promotum fuerit. Quæ sanè disputatio perdifficilis est, & obscura; neq. solùm philosophos, sed medicos, nonmodò antiquos, sed omnes ad hanc vsq. diem vexauit. C De ipsa verò duo nob. inquirenda sese offerunt: primum quidem, quo distinguatur à cæteris mutationib. & præsertim generatione, & alteratione: alterum verò modus quo functio hæc à natura, siue animo præstetur: quorum theorematum sunt etiam veluti graminis iam inueterati multæ, atq. illæ quidem altæ radices quæ sigillatim nobis tanq̃ ex abditissimo profundo eruendæ, & funditus extirpandæ sunt. nam, quod ad primum spectat; disputatio quattuor in partes ferè diuiditur: quarum prima est, vt ante alia quæramus, an incrementi subiectum à ceterarum mutationum subiecto distinguatur, nec ne, quasi verò de subiecto conueniat inter omnes; solummodò differant nonnullis attributis. Secũda est autem quę docet qualis materia sit incrementi, hoc est, illud ex quo fit incrementum. Tertius locus est, quoniam incremẽtum significat accessionem quantitatis quo nam modo quantitati fiat accessio. Quartum, de quo et quærendum est, per quod auctio fiat, quid. s. sit augens, quid illud, quod augetur: & secundũ quid auctio fiat, cui. s. primò tribuatur. Hæc ea, de quib. agendum est. Talis autem methodus à nob. obseruabitur, vt acceptis euentis quibusdam quæ nouit vnusquisq. comitari incremento; inde illius essentiam colligamus. Non est verò quòd priore loco disputemus an auctio sit, tum quoniam id ope sensuum perspicuum satis est, tum quia sophismata non succurrunt, quib. iudicium sensus labefactetur. D Quod ergo spectat ad primum caput quo vestigatur, an differant à ceteris mutationib. auctio & diminutio (iam. n. hæc vocabula quamuis parum polita, propter vsum quotidianum, & casus, & cõiugata, quib. vti frequentissimè cogimur, vsurpare decreuimus) quoniam motus secum vel subiecto vel attributis distinguuntur, vtroq. modo dicimus differre mutationem secundùm quantum cum cæteris. Quia verò subiectum mutationis est triplex, vel ipsa materia quæ est primum fundamentũ omnium mutationum generatim, præcipuè verò generationis & corruptionis, vel substantia composita quæ est subiectum & stratum mutationum quæ fiunt circum accidens; vel id secundùm quod fit motus; hoc aũt est prędicamentum, inter cuius species transmutatio procedit, quod aliàs quadruplex esse accepimus, substantiam, quantum, quale, & vbi, quòd in his solis est per se progressus de potestate ad actum, qui progressus est ipse motus. Materiã protinus esse subiectũ generationis olim docuimus, substantiam ęquè reliquis omnib. transmutationib. substerni diximus, quapropter auctio in hoc à cæteris motib. non separatur: superest ergo, vt genere illo subiecti distinguatur, ad quod mutationis termini rediguntur: nanq. vbi è potestate substantia fiat actu substantia, generatio dicitur; si è potentia vbi actu vbi, latio nuncupatur: vbi igitur è potentia quanto fiat actu quantum, erit auctio, illiq. opposita diminutio Quamobrem differentia inter auctionem cęterosq. motus intercedit

dit propter subiectum quod appellamus secundùm quod, quia auctio inhæret subiecto quod est potentia quantum, aliæ verò subiecto, quod est potentia aut substantia, aut quale, aut vbi: differt item cum reliquis hæc mutatio nonnullis attributis: nanq. id quod augetur aut minuitur, necessariò mutat locum, dum augetur occupans spatium maius, dum decrescit, sese quasi recipiens in angustias: sed quod alteratur aut mutatur secundùm substantiam intra eosdem terminos sese plerunq. continet: neque.n. quando fit cadauer, aliud spatium obtinuit, quàm obtineret anteà, dum viuebat; sic dũ Socrates, cùm in Sole apricans fit niger, plus aut minus spatij non tenet, q̃ antea fecisset. Verùm quia mutare locum videtur eius esse proprium, quod mouetur secundũ vbi; ẽt ab iis quæ sic mouentur, segregatur id quod augetur, siquidem id quod mouetur secundũ locum, aut rectà aut circulo fertur quod aũt rectà mouetur totũ locũ commutat, vt.s. in eo motu longè aliud sit spatium quod occupat postq̃ motũ fuerit, atq. illud, quod obtinebat ante, quàm moueretur: at id quod augetur, ita mutat spatium; quia mutat dimensionẽ permanens in eodẽ loco, quẽadmodũ metalla quæ malleo ducta super eadem incude extenduntur: eius verò quod circulo mouetur, partes mutantur. existentes nũc ad ortum, mox ad occasum; ita tñ, vt æqualis sit locus semper eiusdem partis, totum verò permanet; neq. locum mutat; & manet idem locus eisdem corporis & loci terminis conseruatis, cũ cęteroquin in auctione iidem vtriusq. termini varientur. Quanquam & huiusmodi differentiæ reuocari posse videntur in dubium, nanq. interdum id quod rectà mouetur, totum locũ non mutat; vt si bicubitum per vnius cubiti spatium moueatur, erit ille quidem motus secundùm locũ, sed aliqua loci pars solùm, non oẽs aũt mutabuntur. Præterea id ẽt quod circulo mouetur, totum mutari perspicitur. Quin ẽt acceptum est id quod alteratur, non mutare locum, tñ 1. de cęlo monstratum est nullã alterationem fieri sine auctione & diminutione, quoniã fiat rarefactione, aut densatione intercedente, quas ẽt in motib. secundùm locum ab Arist. nouimus esse numeratas. Ad primum aliqui dicunt, loci mutationem esse ex centro iudicandam, ita vt cùm aliud sit centrum loci prioris, ac posterioris; loca ẽt diuersa existimentur: cùm igitur in eo motu centrum mutetur, in auctione verò maneat idẽ; manifestũ discrimen inter mutationes vtrasq. conspicitur. At mihi videtur ille qui ita putat, statuere locum tanquam distantiam, notans in eo centrum, & aliquid præter extremã superficiẽ corporis continentis, quæ sententia à nob. olim explosa est. Idcirco dicerem, locũ totũ priorẽ cum posteriore toto in iis quæ rectà mouentur, formaliter vt aiunt, & categorematicè toto sumpto, esse conferendum, neque.n. erunt idem; qñ non oẽs partes prioris sunt ẽt partes posterioris; at in auctione permanet totus prior locus, qui pars est posterioris, & termini duntaxat aliqua facta accessione variantur. quare permanet idem prorsus materialiter acceptus, immutatur aũt secundũ formã. Quanuis autẽ de motu sphęræ quædã posteà nob. dicenda sint, asserimus interim ipsam posse quidem mutare positurã, veruntamen non moueri, sed moueri per se partes, ad earũ aũt motum posituram totius cómutari: cùm cæteroquin auctio sit mutatio loci, atq. id in toto. Quod itẽ opponebatur tertio loco alterationẽ esse mutationẽ secundùm locũ, ita censeo dicendũ, Aristotelem, siquando id asseuerauit, aut non spectasse internam rationẽ alterationis, neque.n. mutatio loci ita inhæret alterationi, quẽadmodũ auctioni, qñ mutatio loci consequitur proximè quantũ, ad quod per se auctio refertur, per accidens aũt comitatur alterationi: quoniã ipsa per se motus est secundũ quale, aut Aristotelẽ loci mutationem animaduertere noluisse; quia quanuis eueniat in alteratione, sæpe fallit sensum. Si verò disputans cũ veterib. accepit alterationem esse cũ cremento coniunctam, hoc fuit rem ipsam, vt existit, & naturali modo spectare, non eius essentiam quæ formaliter ab omnis aliorũ motus essentia separatur: at ibi rem persecutus est, ostensurus nullam esse speciẽ motus quæ à latione prorsus absoluatur. Verùm neq. illud prætereundũ; quo pacto se habeat locus ad ea quæ augentur: nam si quãto locus per se debetur, & hæc sunt quanta, igitur & in loco sint per se necesse est; quid ergo prohibebit, quominus auctio item sit motus quidam secundùm locum, & eius species? An locus, vt forma in prædicamento ipsius vbi, per se & primò terminus est motus secundùm locum, & eius perfectio, quod secundùm locũ mouetur, quatenus ita mouetur: ei verò quod augetur, quatenus huiusmodi, extrinsecum quid est; neq. illius profectio, sed consequens eo, quia dum augetur, per se procedit ad certos quantitatis terminos, qui sibi intrinseci sunt, quib. adeptis cessat motus: at cùm sit quantum, ideò conuenit illi esse in loco: propterea per se auctio ad terminos quantitatis est, secundò aũt ad terminum motus & locum; quod item, & si pertinet ad alterationem aliquantò remotius inest, & magis per accidens.

De modo quo fit auctio, & de ipsius materia. Caput II.

NVNC agendum nob. est de modo quo fit auctio; cuius sanè speculationis tres erunt partes, etenim quærendum nob. erit de illius materia: nanq. etsi dictum est auctionem esse motũ circum magnitudinem, & è potestate quanto in actu quantũ; adhuc quærendum superest, quod nam sit hoc potentia quantũ ex quo fiat auctio. Deinde cùm in hisce motib. fiat viuẽs maius, aut minus, ea verò vel aliquo extrinsecùs accedente, aut contrà intrinsecùs abeunte; vel ẽt per rarefactionem & densationem, differendum est de ratione qua id quod augetur, fiat maius, minus aũt id quod decrescit.

A crescit. Postremò quoniã auctio fit in viuente, quærendũ erit, beneficio cuius auctio fiat, hoc est, explorandũ, quod'nam sit auctionis principium, tam efficiens, q̃ ratio & forma, secundùm quam efficitur. Cæterũ quod ad primũ pertinet, antè docuimus, in quolibet motu substerni quoddã cõe subiectum, quod materiã nuncupamus. Deinde præter hoc motib. secundũ accidens subiici substantiã ipsam quæ actu est; ac tertiũ, genus illud subiectũ secundũ quod fit transitus è potestate in actum, hoc aũt in auctione & decremento ponitur quantũ. Cùm igitur auctio sit transitus è potentia magnitudine in actu magnitudinem, quæritur ante alia quid'nam sit potissimum hæc magnitudo, quã in potẽtia constituimus. An'ne quippiã sit magnitudinis prorsus expers, an verò magnitudinem quandam possideat; sed non tantã, quantã adeptum est, postq̃ absolutũ est incrementum. Non.n. quippiam magnitudinis expers esse censendum est, & potestate tantũ corpus; q̃ñquidem aut per se subsisteret aut in alio, quorũ neutrũ esse põt: neque.n. per se subsistit; quoniã vacuũ foret, aut punctum, aut insensile aliquod corpus, velut atomi Democriticę; quorũ oĩum absurditatẽ mox indicabimus. Neq. item aliquod cũ magnitudine iunctũ; ppea quòd aut esset pars, aut affectio eius, quod augetur; aut ad illius essentiã conduceret; quæ item oĩa naturæ ipsi repugnant, vt iam dicemus. Nanq. illud, ꝙ vacuum nusquã sit, satis anteà demonstratũ est. Quòd item punctũ, aut insensile non sit. ex hoc concluditur: quoniã id quod augetur, alicubi est: ergo ẽt id ex quo paratur incrementũ, sit alicubi necesse

B est. etenim id quod augetur ex eo, quod aliunde accedit, occupat maiorẽ locũ, ergo ẽt id quod accedit, anteq̃ adiiciatur, aliquẽ locũ si non per se & actu saltẽ per accidens & in potentia & in alio corpore occupare oportebat. At neq. punctum, neque atomus alicubi sunt; siquidem, aut ibi forent secũdùm naturã, aut præter naturam: ac si in vno loco præter naturã, in opposito secundũ naturã, & contrà; at ea quæ sunt huiusmodi, grauia sunt, aut leuia: & ita ignis, aër, aqua, & terra: hæc verò perspicuas habent qualitates; neq. igitur punctum, neq. corpus quoddã insensile potest esse, q̃ñ nulla eorum grauitas aut leuitas, aut alia deniq. conditio sensilis, existit. Non potest ẽt quicquã esse cum magnitudine copulatum. Nam quod est in alio, plerunq. solet esse tripliciter; vel vt in continente, quẽadmodũ aqua in vase, vel vt accidens in subiecto, vel vt pars in toto. id quidem quod est, vt in vase, in eo sic est, vt illius pars, aut aliquid oĩno non sit. atqui materia incrementi necessariò aliquid illius est quod augetur, vel pars, vel accidens. Tùm quia sequeretur vt infinitum actu dari possit. nam si materia auctionis in quopiam contineri ponatur, quod eius pars non sit, nec aliquid prorsus, eadẽque non sit actu corpus, sed potestate duntaxat; in vno eodemq. subiecto plures, immò infinitas materias collocare licebit, quod absurdum est; nanq. in natura eorum quæ continentur ab aliquo, perpetuò residet illud, vt simul consistere non possint eò, ꝙ obtinuerunt dimensiones, & sunt actu q̃ta;

C quorũ oĩum distare propriũ est, nec sese vllo modo vicissim penetrare: sed.n. nos quantitatem separauimus ab eo corpore quod cõtinetur. ergo nulla est ratio, cur simul esse nequeant materiæ plures. Tùm ẽt quia cùm ex aqua fit aër, qui maioris est molis, non ita fit, ꝙ aliquid ex aqua permanente exprimatur, sed vniuersa aqua in totũ aërem mutatur. quamobrem patet, materiã illã ex qua constituitur auctio, non ita se habere, vt sit aliquid illius quod augetur, neq. pars, neq. accidens. sin, aër fieri posset è materia quæ continetur in aqua, nullo subsequente ipsius aquæ detrimento, confugies eò fortasse, vt illud accidens sit, quoniã accidente sublato de substantia nihil deteritur. sed si doceo, & peruinco ratione, & argumento firmissimo hoc accidens non esse, iam conatum tuum facilè refregero, nam vides'ne tu in hac mutatione substantiam vniuersam corrumpi? erit igitur eius aliquid, vt pars. De hac iterum quæres, an actu sit, aut potestate: ac si potestate illam esse fatearis, in eodem cœno te volutabis. erit.n. aut vacuum, aut punctum, aut corpus aliquod insensile. Ergo necesse est ponamus auctionis materiem actu, quantum, non aũt potestate solùm, quæ nonmodò subiectum sit auctionis, verumetiam cæterarum mutationum, atq. illa quidem inseparabilis ab omnib. formis cum substantiæ, tum accidentis. quapropter actu semper erit, & cum quantitate, & cæteris attributis, qualitate scilicet, loco, & aliis, si qua sunt alia, atq. adeò vt eadem sit materia reipsa in omni transmutatione, & in quacunq. re naturali, aut saltem in iis quæ intra cęli ambitum continentur, ratione verò

D diuersa. quoniam vbi sit, veluti materia generationis, est in potentia ad nouam substantiam, seuocata quidem vi cogitationis ab ipsa qualibet forma, ita vt ẽt ab ea omnis quantitatis ratio repellatur: neque.n. generationi subiicitur, quia sit aliqua certa quantitate affecta, eodemq. modo res procedit, vbi alterationi materia supponatur: nanq. in eo materia alterationis ab aliis separatur, quoniam ẽt segregatis omnib. aliis formis, fit mentio de qualitate solùm, sed reipsa facta separatione ab omnib. formis successiuè, nec vllo formarum genere sine quantitate materiæ accedente. Proinde cùm subijcitur auctioni, nonmodò accipitur vt potentia ad nouam substantiam, sed etiam, vt habet adiunctã quantitatem. Ex his verò ita positis euitabitur illud incommodum in quod imprudentes Antiqui lapsi sunt, dum puncta, aut lineas, aut plana ad summum initia corporum facientes, è non quanto quantum producebant, & vacuum inducere cogebantur. erit.n. materia, ex qua corpora fiunt, actu coniuncta cum formis substantiæ pariter & accidentis, quantitate. s. qualitate & cæteris, & actu quidem corpus, cuius extrema lineæ sint, atq. puncta. Præterea seruabitur in auctione progressus qui communis est omnib. aliis mutationib. qui quantum fieri potest, obseruandus est à philosopho naturali, vniformiter assiduè natura operante, nisi caussa secus efficiendi prȩstò sit, quam item notare

& oppo-

& opponere oportet, si instantiam velis afferre: conuenient.n.in caussa efficiente; nam sicut in alijs mutationibus oẽ id quod fit, fit ex sibi simili, vel actu vel virtute; & sibi simili actu, vel specie, vel genere, vt homo ex homine, & animal ex animali; sic in auctione quantum ex alio quanto fiet; neque ex non quanto quantum: ideoq. ad horum similitudinum materia auctionis erit semper actu quanta, non aũt potentia. & quanq̃ oppositum asserit Arist. qui quidem ex illo docet differre generationem substantiæ à cęteris motib. quòd in ipsa debet semper aliquid actu præcedere, à quo fit id q̃d fit, simile illi rei quæ facienda est; in alteratione aũt & motu secundùm quantum, hoc necessarium non esse, sed sufficere, vt præcedat id quod est potentia tale, aut tantum, nihilominus is esse potest sensus verborum Aristotelis, vt doceat plerunq. substantiam ab eo fieri quod sit eiusdem rationis, vt ab homine hominem, & ab equo equum: at incremento sat est, si actus in genere conseruetur, neque enim bicubitum fit à bicubito, sed non bicubito nisi potestate veruntamen actu quanto: sed hoc postea pluribus.

An sit corpus de prędicamento substantiæ. Caput III.

REI sanè difficilis & obscuræ explicationem postulat proposita dubitatio, quæ item, ꝙ ad notitiam generationis & incrementi valde conducit, hoc loco non videtur conniuenda; pertinet autem ad naturam quantitatis in cuius explicatum celeberrimus quisq. philosophus operam non vulgarem contulisse perspicitur, & ab ætate Philoponi ad hæc vsq. tempora caligine pluſq̃ Acherusia fuisse offusa; tentabat verò difficultas hęc ea quę supra ab hinc non longè de generatione constituta fuerant: cùm.n.quantum è non quanto fieri à natura prorsus alienum reputetur; & omnia quę fiunt, ex materia & forma producantur quæ per se quanta non sunt; quo pacto contingit ea esse quãta quæ ex illis facta sunt? aut.n.è non quanto quantum fieri poterit, aut materia & forma per se quãta erunt; & quoniam ad eam dubitationem pro tempore satis aptè responsum fuerat, quemadmodũ in auctione etiam dictum est; materiam semper alicui formæ substerni, quæ propterea quia quantitas perpetuò, & actu inest in composito, quanta est actu quidem, sed per accidens idcirco quantum è non quanto in actu nunq̃ fit. pro re verò parum. nanq. ẽt remanet scrupulus, vndénam quantitas adsit composito, quandò in ipso nil subsistere debeat, quod à principiis, è quib. conflatum est (sunt verò materia & forma) non oriatur. hæc aũt rursus aut actu quanta sunt, aut potestate: atq. ita τὸν αὐτὸν ἀνακυκλήσομεν λόγον, & eadem quæstio reuertetur. Quamobrem vt omnis controuersia dirimatur, quantum in nob. est, altius, hanc rem aggredi decreuimus. Quoniam verò cùm de quanto mẽtionem faciunt, oẽs intelligunt id quod habet tres dimensiones, longitudinem, latitudinem, atq. altitudinem: nam cætera quanta superficies, inquam, & linea sunt illius termini; cùm de quanto verba facimus, etiam nos de corpore (in hoc.n. tres dimensiones existant) cuncta accipi volumus. Hoc in scholis philosophorum duplicem notionem præseferre animaduertimus, aut quatenus est termin⁹ substantiæ naturalis; aut tanq̃ genus quoddam de prędicamento substantiæ, seu pars aliqua eius p̃dicamenti: ac de vtriusq. natura inter se altercantur: ideò nos etiam de vtroq. agere constituimus hoc loco, atq. vt ab eo quod primum est, exordiamur; est verò corpus vt substantia; conabor demonstrare perperam è naturali philosophia, tanquã à mari putridum cadauer, eiectum fuisse à genere substantiæ, atq. id ẽt consensu Auerrois [a] ponendum esse conuincam: enitar ẽt illius necessitatem patefacere, quod erit tantò facilius, quantò nec ab eo abhorruisse perspicio veteres Peripateticos, licèt magnę lites inter eos extiterint, quemadmodum ad genus substantiæ referendum sit, vel vt idem cum materia ipsa, vel vt tale per quandam propriam formam existens. Nam credidit Philoponus ipsum esse de genere substantiæ quidem, verùm qualitatis omnis exsors, & opinatus est se describere materiam; quia viderentur omnes formæ superuenire materiæ quæ iam quanta esset. Confirmat ꝓpositum; quia si corpus non esset materia, alteram materiam postularet: ergo ẽt in illa, seu potius ex illa fieri deberet: at quod ex materia fit; ex contrario fiat oportet: itaq. cùm corpori nihil sit contrarium: ergo corpus non fit. quamobrem ipsum est verè materia: hæc.n.sola per se contrariorũ, & idcirco generationis & corruptionis expers est. Prætereà manet corpus in omni mutatione; hoc verò solius materiæ peculiare propriumq. est. quapropter corpus erit subiectum, & materia transmutationis. eoq. prouectus est audaci ę philosophus iste more Alexandrino, vt nimium sibi ipsi confidens Aristotelem aliquando deseruerit. Cùm.n.doceret præceptor admirandus vnum esse sensum tactum, eiusq. subiectum vnum, corpus sensile nimirum, quod qualitatib. tactilib. subiiceretur, ipse Philoponus accipiens corpus sensile materiam esse tactilium qualitatum, ex illo item quòd simili ratione foret materia saporis, soni, coloris, atq. ẽt odoris, concludebat; si tactus vnus est, quia subiectũ qualitatum tactilium vnum sit, cùm sit ẽt vnum subiectum oĩum qualitatum sensilium, vnus igitur erit sensus oĩum sensiliũ, non aũt quinq. vt monstrat vsus, & ratio ipsa confirmat, aut igitur allata ratio conuincit vnum esse sensus oẽs, aut si vllo modo labefactari potest; neq. item patiemur ab Aristotele persuaderi sensum tactum esse vnum. Hæc Philoponus ipso etiam Arist. reclamante professus est. In hanc opinionẽ plurib. inuectus est Simplicius, veluti ꝙ Aristoteles subiecerit corpori materiam aliam ab eo diuersam: dicebat.n. Aristoteles esse materiã corporis, & magni, & parui: quod autem

[a] 1. de cel. Cap. de specie.

A autem corpori subiicitur, non est corpus, neq. magnũ & paruum: ex quo facillimè refelli põt error Philoponi, q̃ faceret corpus hoc qualitatis expers primum subiectum naturalis transmutationis: etenim mutatio fit inter magnum & paruum; & hæc corpora sunt: magnitudo igitur fit circum subiectum quantitatis: quamobrem per se quantum non est. Prætereà si corpus esset materia; permaneret: nunc aũt corpus ipsum transmutatur; neque.n. est idem corpus quod erat antea semen, & postea factum est animal. Tùm ẽt non eadem cognitione nob. notescunt corpus & materia: nanq. illud sensu cognosci potest, & κατὰ περίπτωσιν, vt Stoici dicunt, & per speciem propriam, at materia solùm mente percipitur, & per analogiam, speciemq. alienam. Postremò corpus est actu quantum; materia verò potestate solum. Hanc Philoponi sententiam vtrùm nouerit Auicenna nec'ne, non possum discernere; sed illam in eius scriptis non agnoscimus; quoniam ipse cernens quantitatẽ perpetuò comitari materiæ, statuit formam corporis in prædicamento substantiæ, ex qua & materia fiat corpus quod nunc accipimus esse summum genus in eo prædicamento, quam sanè formam à materia nunquam diuelli autumauit, & per illam materiæ ceteras formas accedere. Ij qui partibus Auerrois operam dederũt, adspicientes Auerroëm acriter in hac positione Auicennam confutare, existimarunt abiiciendam esse prorsus hanc formam, & constantem sententiam Auerrois esse crediderunt formam corporis de prædicamento substantiæ falsò, frustraq. methodo naturali obtrudi, B quo fit, vt dum quæritur de corpore quod est substantia, sensum hunc habeat quæstio; an sit corpus quod est vt genus, & aliquid actu; licet valdè imperfecto, de prædicamento substantiæ: Credidit id Auicenna; negant sectatores Auerrois. Arbitramur nos rerum naturam desiderare talem formam, neque item ab Auerrois doctrina remotam esse. Rationes quib. videri potuit Auerroës eiicere talem formam, huiusmodi sunt. Si materia prima formam corporis in se contineret quæ ad prædicamentum substantiæ referretur; nulla foret substantiæ transmutatio; hoc verò fieri non posse constat ex iis quæ libro superiore constituta sunt. id aũt consequi sic ostenditur, nam differentia quæ intercedit inter transmutationem substantiæ, & accidentis, illa est; quoniam transmutatio accidentis requirit in materia formam quæ pertineat ad essentiam, cùm cæteroqui substantiæ forma ea materia contenta sit, quæ potestate solùm est: atqui materia iam hîc in actu esset per formam corporis. Deinde materia non esset in potentia ad omnes formas; quod item illius naturæ creditur omnino repugnare. siquidem formam corporis adiunctam haberet. Postremò formæ naturales diuidi non possent, non multiplicari; non subijci motui; quandò substantia præcederet ipsi quanto à quo vniuersa diuisionis, multitudinis, motusque ratio proficiscitur.

C *Explorantur rationes Auerrois in Auicennam, & corpus in prædicamento substantiæ collocatur. Cap. IV.*

VERVNTAMEN ex animo mihi exseri non potest esse corpus hoc quod referimus ad substantiam: & ita esse persuadeor ex iis quæ alibi tradit Auerroës, & rationes aliquot ex Arist. depromptæ conuincunt.[a] quandoquidem incipientib. à dialecticis, & totam ferè philosophiam Auerrois perlustrantib. sexcenties occurrat nob. hoc corpus de prædicamento substantiæ. Præterea dum ille idem auctor accusat Themistium qui Platonem à calumniis purgare conabatur, putabat aũt ipse res naturales componi ex planis; tuebatur aũt Platonem sic, quia forma corporis esset Platonis quidem sententia planum. Illum verò hoc pacto oppugnat Auerroës: nanq. accidens substãtiæ principium efficeretur, nimirum superficies quæ est accidens, corporis, quæ est substantia. Rationes aũt quib. concludere licet propositum, huiusmodi sunt. Quandocunq. inest aliquod accidẽs per se plurib. specie differentib. in ipsis inest beneficio cuiusdam communis quod est primum eius subiectum. Sed quantitas inest per se in omnib. substantiis naturalib. ergo est vnum primum, & medio vacans subiectum quantitatis quod cõiter prædicatur de omnib. illis substantiis in quib. & quantitas ipsa collocatur. Tum quæro vtrum'ne subiectum hoc cõe sit accidens, an substantia, nec sanè accidens; tùm quoniam accidens accidenti per se non inhæret: tum ẽt; quia si inesset; demum resolueretur in subiectum cõe quod è prædicamento substantiæ petendum esset: ergo substantia: Et planè mihi videtur hoc posse confirmari canonib. dialecticis, quib. si propositio necessaria fuerit, assumptio verò contingens; inde complexione contingentem exoriri monstratur. Nunc si prædicatum illud commune insit in alio accidente, pari ratione per accidens inerit in subiecto; cùm tñ acceptum sit illud inesse per se. Siquis verò parum habeat fidei huic argumentandi rationi, is in Auerrois doctrina parùm versatus esse deprehendetur: quandò ipse hoc eodem argumento commotus statuit 2. de anima[b] conuenire sensus omnes in vna eademq. natura, quod ad medium spectat ex eo, q̃ plures sensus in eodem attributo per se conueniunt. Verùm quid Auerrois opem implorare oportebat; cùm & eodem modo construxisset rationem Philosophus.[c] Si duo mouerent mens nimirùm, & appetitus; communi quadam specie mouerent? Vtimur in re non dubia testib. non necessariis. Cùm igitur substantia sit id genus cõe in quo primò quãtitas insidet, aut genus est, seu forma cõis, aut materia: non sanè materia; quandò nullum accidens ab ea potest excipi: neq. ẽt quantitas, vbi terminata sit, vel ipso auctore, nisi forma substantiæ quædam, si non futura & singularis, saltem vetus, & simpliciter

D

[a] c. de specie 3. de cælo.

[b] T. c. 116.

[c] 3. de An. T. 50.

simpliciter præcesserit. restat igitur, vt sit aliqua forma cõis, seu genus de prædicamento substantiæ, quod primum quantitas ipsa consequatur: atq. id per primam & potissimam speciem quantitatis describatur quæ corpus est, more certè non insueto philosophis, qui vbicunq. lateant formæ rerum, per accidentia propria solent eas, neq. id Auerroe repudiante, circunscribere. Rursus ea genere conueniunt, quæ inter se comparari possunt. At substantiæ naturales, saltem caducæ, secundùm quantitatem conferuntur. ergo genere conueniunt. eas aũt in quantitate conferri significat illud Theorema de decupla proportione elementorum. Quæ verò nuper attulimus, admonent esse cõe vniuocum quod de substantiis illis prædicetur: etenim id in quo collatio fit, vniuocum est. [a] Cùm ergo id sit quantum, & illud vniuocum sit oportet: ergo etiam vniuoca sunt ea, quæ secundùm quantũ conferuntur. Neque.n.me terrent illa quæ contra vniuocationem quantitatis ab Auerroe conferuntur, nempe ꝙ in diuersis scientiis natura quantitatis exploretur, cùm vna sit vnius generis subiecti scientia; ꝙ item inter eius partes ordo existat. Etenim & idẽ prædicamentum à multis artib. tractari posse docuit Arist. 1. Eth.c. 6. Et quanuis Aristoteles vnius generis subiecti scientiam vnam esse fateatur, non idcirco valet à genere subiecto ad alias notiones generis, quas multas esse nõ debes ignorare: est.n.genus, vt categoria, in quo obseruatur communio nominis, & habetur essentiæ ratio: sic substantia genus esse potest immortalis & caducæ, cùm in vtrisq. eadem nuncupatio compareat, & ratio communis, quippe ꝙ non in alio, sed per se consistat; & hoc verè distribuitur per illud differentiarum genus, quæ dicuntur secundùm formam, inter quas vicissitudo non intercedit, & ꝓpriè spectantur à primo philosopho, qui rem considerat quo ad est. Est & genus physicum quod conuenit in materia, & obtinet differentias quæ dicuntur secundùm materiam, quæ inter se commutantur, & à naturali attenduntur, quia caussas commutationis solerter explorat. Est & tertiò genus scibile, qđ constat ex gemina ratione, altera quæ materiæ vicem sustinet, quæ res ipsa est, quæ tractatur; atque altera qua restringitur res ad certam tractandi formulam quæ sanè, ẽt si illi rei possit esse accidens: est.n.ratio considerandi semper accidens: sed illud vnde petitur non necessariò: neque.n.esse ens enti accidens esse potest; quanuis illi sit accidens, ꝙ consideretur quo ad ens est: attamen quatenus est obiectum mentis, & scientiæ methodiq. subiectum, ex iis vnum per se fieri non inconuenit mente sub certa ratione rem illam comprehendente, & vnum ex illis tanq̃ ex actu & potestate faciente. Hoc nil vetat esse genus supremum, aut ex alio ordine, vt ad vnum. Cùm id ita sit, commutant illi genus huius tertij significati cum genere physico vel metaphysico. & est quidem vnum genus tertij significati in quaq. scientia; tamen non idcirco est vnum, vt aliis modis acceptum necessariò. Nec ordo partium tollit vniuocationem metaphysicam, quanuis ẽt vniuocatio naturalis inter corpora existat, cùm inter se corpora commutentur quæ præcipuè spectantur à naturali. Quantum igitur est vniuocum. Accedit & alia ratio quam ex Arist. explico: qui quidem tùm in libris de Gen. tùm ẽt in libris de An. corpus sensile statuit genus cõe elementorum; & in ea distribui docet per differentias tactiles quas nuper secundùm materiam nuncupauimus, ꝙ inter se commutantur, quod sanè materia esse non potest: neque.n.ipsa sensilis est, vt nuper dicebat Simplicius: esse verò genus euincit ratio: quia si tanquàm materia subijceretur qualitatib. tactilib. argumentũ quod ex Philopono non multò ante recitauimus, vrgeret Aristotelem; quod, ne committatur à nob. asseuerandum est eam certã fuisse sententiam Aristotelis, vt corpus commune elementis, tanquam genus daretur; ex quo nõ poterat à Philopono confici, aut oẽs sensus vnum esse, aut tactum ipsum vnum esse non posse: non.n. eadem ratio est corporis ad qualitates tactiles, atq. ad oẽs alias differentias sensiles. quòd eæ sunt aliquid essentiæ, vt posteà docebimus, hæ verò accidentia: ideò ratio generis ad illas in corpore conseruatur: hinc verò tantummodò subiectũ arguitur. Perspicuè verò de corpore naturali meminit Aristoteles, idemq. distinxit ab eo quod est de prædicamento quantitatis 2. Phys. vbi ponebat differentiam inter philosophum naturalem & Mathematicum, & hoc quod est de prædicamento substantiæ, σῶμα vocabat, Mathematicum potius μέγεθος, & Mathematicum faciebat terminum corporis naturalis. Et quanuis negare videatur corpus vllum esse quod elementis antecedat: & profiteatur ex materia primisq. qualitatib. fieri prima corpora, & ea quæ antiquitus elementa dicuntur: at nõ repudiat ipsum corpus simpliciter, sed quatenus non est per se subsistens, & in actu perfecto, & à cæteris formis sensilib. separatum, quod veteres opinabantur, ideoq. pluribus locis ab Arist. confutatum fuit, vt initio libri de ortu; & primæ qualitates acceptæ, vt eorum formæ; quia sint eiusmodi, vt afferant hoc materiæ, vt vltimo illo actu subsistant, & quia sint primi gradus, quib. appetitus materiæ sedetur; ꝙ tamen eiusmodi forma cõis non sit in his corporib. quæ per se actu subsistant; non impugnat Aristoteles: aliter in caducis nulla ratio vniuocationis inesset: sic mutuæ perpessionis ratio tolleretur quam à cõione materiæ proficisci discemus: ab ea verò cõitatem generis peti docet primus philosophus. at iam genus est per suam formam. Siquis ẽt alium ipsius vsum in natura desideret cui quoq. non reclamet Auerroës; neq. illi deerit vsus: quandò forma hæc primus erit gradus per quem materia ad perfectiores formas instruatur, afficiatur, & promoueatur: nam sicuti si perfectè album futurum sit, atq. id in octauo gradu prius in tertio, & quarto sit necesse est; & sic gradatim tendere ad supremum: ita etiam natura in producendis substantiis per gradus quosdam progreditur qui sint formarum subsequentium partes, & quasi affectiones ad posteriores formas, atq. perfectiores

[a] 7. Phys.

A ctiores, veluti de alente dicitur ad sententiã, & de hac ad mentem humanam. Ita fit, vt transmutatio nobis cõmune genus ostendat quod à cõmuni materia ducit, vnde genus erũpit, & ordo productionis substantiarũ illud planè requirat. Neque ẽt aduersus hanc sniam valent argumenta illa quib. tantũ roboris attribuunt sectatores Auerrois: nã si rectè spectet eorũ vis; non eo noĩe contra Auicennã afferunt, quia posuerit corpus de prædicamento substãtiæ, sed quia defenderit formã corporis in materia perpetuò, & cõstantissimè permanere, ac si diligenter explorentur, facile perspicies aduersus illã eius sententiæ partẽ habere momentum. Nã cum obiicit primùm nullã fore substãtię mutationẽ; verum prorsus est, si materies adnexã habeat perpetuò talẽ formam. Pone verò tu hanc formã, sicuti cęteras, cõmutari; ideoq. materiã ad illã, sicut ad alias esse in potentia; quid vetabit, quo minus in materia transmutatio substãtię fiat? mutat aũt quęlibet forma cõmunis in materia, & specie, & numero, vt suprà docuimus, vt cum ex albo fit nigrũ, & restat solũmodò ratio cõmunis quæ se habet ad superueniẽtes actus, veluti materies. Ideò quod accedit non inest tanq̃ accidens, sed vt actus & essentia: quapropter ea transmutatio pertinet ad substãtiam. Siquando igit admonet nos Alexander [a] materiã simpliciũ corporũ esse diuersã à materia mixtorũ, quod mixtorũ mixta sit, elementorũ vero simplex: aliter illa etiã cõposita fore, eamq. esse oĩ qualitate priuatã, omniq. forma [a] 1 de An. c. 2. 2. Q.
B planè carentẽ, atq. eã materiam non esse simpliciter, & mixtorũ materiã per se quandoq. consistere simpliciter verò minimè, & nisi in cogitatione collocatã; ex quo si cum ea corporis formã permaneret, vt nos opinamur; composita esset: eius dicta sic interpretari licebit, vt differat de formis quib. actus absolutus existendi datus est, neq. media quædã, aut viæ sunt ad alios perfectiores actus assequendos, cuiusmodi sunt elementorũ formæ quæ seorsum per se terminant naturæ progressum: quapropter id est compositum, quod ex hoc formarum genere existit; ex altero formarum genere compositio non exstat. Itaque corporis forma quia per se actum existendi non elargitur, sed in alium quendam actum instituta est; aliunde constituitur, neque in materia compositionem facit. eaq. sententia non abhorret à placitis Aristotelis; quia, tametsi perspicuè collocatur aër in ordine corporum simplicium, tamen illum ex aspiratione & vapore componit Aristoteles: etenim & hæc sunt imperfecta corpora, vt semina in quorum constitutione non sedat impetum suum naturæ, sed vlterius quoque promouere conatur. Propterea non omnis coniunctio formæ cum materia compositum efficit, sed vbi fuerit ex illo ordine qui suo ipsius actu contentus est. Quocirca ad secundùm Auerrois argumentum quod erat tale, Materiam non futuram in potentia ad hanc formam corporis, quòd eam semper habeat actu; sic dici poterit, ad eam sic fore in potentia, quemadmodum ipsa mutatur; etenim forma omnis vel materialiter, vel formaliter alia fit in mutatio-
C ne, & ad vtrunq. formarum genus materiæ potestas concedi potest: & ego hîc quæram eo constituto, quòd nullum corpus sit sine colore, sit ne in materia potestas ad colorem, an non? si minus; nec igitur ad omnem formam: si fuerit; ergo erit in potentia ad id quod semper habet actu. Ergo mutatio nulla. Sed ad omnes est in potentia, quia ad omnes specie numeroq. differentes quomodo etiam mutatur. [b] Atque ego te semper admonui potentiam in materia esse per se indeterminatam, non vniuersalem, & ad hoc & illud, non ad genera simpliciter. eodem modo est mutatio ad corpus. Quid etiam vetat formas quæ accedunt materiæ, fore diuiduas, & hanc corporis item, cùm reperiat in materia distantiam, seu quantitatem interminatam, vel eiusmodi quæ ab antecedente forma terminos impetrauerit? Ita nulla necessitas est argumentorum Auerrois contra sententiam nostram, neque omnino contra formam corporis, sed aduersus Auicennam solùm qui talem formam omnibus modis immutabilem in materia ponebat. Non me latet etiam Achillinum in hanc problematis partem acerrimè fuisse inuectum. Verùm & ipse eodem nomine redargui potest quo alij sectatores Auerrois à nobis paullò ante reprehensi sunt, & ea quæ ipse opponit eisdem principijs innituntur quæ nuper in aliorum placitis indicauimus. idcirco quæ hactenus disputata sunt in præsentia sufficiant. Argumentorum verò Philoponi, cùm ex iis ea tollantur de quibus [b] Præd.
D posthac dicendum est; ad illum locum solutio reiicietur.

Aliæ doctissimorum virorum rationes recitantur contra corporis formam. Cap. V.

ATQVE ea quę de corporis forma dicta sũt hactenus, ꝓ re nobis satis esse videbant: verùm qa postq̃ nos hęc professi fuissemus, oblata sũt nob. scripta philosophorũ quorundã arida modo pumice, vt ille inquit, expolita, quib. veteri Auerrois assectarũ sniæ conatu oĩ patrocinati sũt; &, vt ingenuè fateamur, sic rẽ tractarũt, vt nihil accuratius, nihil subtilius vnq̃ apud quenquã legerimus: visũ non est id cõmittere, vt silẽtio preteriremus, & illis ẽt nr̃i decreti rõnem quoquo pacto nõ redderemus; nec sanè quia cõsiliũ nostrũ sit illos qui quacunq. via suas operas in illustrãda veritate collocarũt, accusare, ne vel inanis cuiusdã gloriolę captatores existimemur, quę sępe de cęterorũ virtute detrerẽdo cõparari putat, vel inuidi & maleuoli animi, qđ ab ĩgenua phylosophi synceritate valde abhorret: verùm ꝙ in eo perpetuò laborauimus, vt id quod olim in Aristotelica disciplina posuissemus; siquando nouum, & inauditũ, vel obsoletum habeatur, dum ab Arist. contextibus ad Arabum, Latinorumue expositiones delabimur, postq̃ pro viribus cõfirmatũ fuerit; ab aduersis etiã vin

dicemus; id quod sine diligenti iuniorum lectione,& exquisitione accurata neutiquam succedere potuisset. Tum etiam quòd si eorum scripta in manus auditorum nostrorum peruenissent; nisi illorum iudicium admodùm intelligens esset (praeut est hominis ingenium) titubarent ancipites, & paullo momento ad contrarias sententias impellerentur. praesertim cùm valeat multum ad eas toto animo imbibendas consuetudo, & auctoritas, & cupiunt ipsi quidem, si diligentius aliquantò philosophentur, non haec confirmari solùm, sed à difficultatibus praetereà repurgari; saepeq. iactant. At hoc aliter ille; non vidit hic. oportebat item & ea refutare, vt sua nobis persuaderet: proinde nos eiusdem veritatis studio compulsi,cùm in opus quoddam de physicis rebus longissimis elucubratum vigiliis incideremus, superioribus iam exaratis, salua illorum auctoritate, & illa animi propensione conseruata, quae tantae virtuti debetur, iudiciiq. nostri caussa defensa, praestabimus id nunc, vt illorum rationes contra decretum nostrum, si quid possint experiamur. Omni igitur impetu & industria nonmodò ex Peripatetica philosophia, sed etiam ex vniuersa, hoc est, ex omni natura, siquid fortè Peripateticum lateat, hanc corporis formam exterminare conantur: multaq. in medio ponunt, quibus haec sententia confutetur. Cùm verò nonnulla in expositione quaestionis praetentata fuerint, & ex iis aliqua posthàc suo loco tractanda succurrant; ea nos hîc adnotabimus quae supersunt, vt omni controuersia sublata nostra magis approbentur; si quem sui studiosum fortè inuenerint. Haec verò sunt. Primùm quidem,quia cùm vellet Aristoteles [a] ostendere generationem non esse motum, sic, aut parùm dissimiliter argumentabatur. Quoruncunque non est idem subiectum, ea non sunt eadem. Sed generationis & motus idem subiectum non est; itaque generatio non est motus. Assumptio verò probatur hoc modo. Subiectum motus esse debet ex eorum genere quae sunt, & in loco: at subiectum generationis non est, neque occupat locum. Cùm hoc ita sit: si ponamus, inquiunt, aliam formam corporis in materia; certè aliquid erit, & alicubi: quid enim illi deerit, quominus alicubi sit; quandò certam obtinet quantitatem, & actu est, & suis ipsius circunscripta cancellis? aut igitur ea non esset subiectum generationis, aut generatio necessariò motus esset. Secundò inuehebatur Aristoteles in Antiquos ea de caussa, quòd posuerint subiectum in actu vnum, & immutabile secundùm substantiam, quia nulla certè generatio foret, sed alteratio duntaxat. Tertio loco dum mentionem faceret Aristoteles de multiplici compositione, quae reperitur in animali; triplicem tantùm esse commemorat, ex elementis quae est ipsius mixti inanimi, & vniformis; ex vniformibus quae est difformium; postremò è difformibus quae iam est totius animantis. Tum sic si compositum quippiam foret ex materia formaq. corporis; iam tribus accederet haec compositio: sic imperfecta esset Aristotelica distributio, nec prima compositio foret ex elementis, vt ipse Aristoteles accepit. Quartò concluditur idem ab elementi definitione: nanque id ponitur esse elementum quod in alia specie diuersa diuidi non potest. finge tu nunc adesse formam corporis in materia, & ex hac fieri elementum: diuiditur ergo elementum in hoc quod specie differt, nimirùm in corpus. Praetereà forma haec aut naturalis est, aut mathematica, aut metaphysica: neque verò vlla ex his postremis; cùm sit in materia, nec sine ipsa concipi queat, & certè, si quid est,ea est forma naturalis. at naturalis forma non est: nulla igitur: nam si numeraretur in formis naturalibus principium profectò cuiuspiam motus esset; nullius autem motus est principium; quandò motus omnis, vel in superiorem, vel inferiorem locum esse solet, vel in orbem, aut ex his conflatus; singuli autem certis principiis adscribuntur ab hac forma diuersis. Rursus officium formae est distinguere, & imponere gradum quendam materiae: at haec certè nihil ab alio separaret: quippe quòd, siquid ea separatura esset, id foret substantia separata: per hanc enim formam corporea substantia ab incorporea seiungeretur: sed tales substantiae non distinguuntur per huiusmodi formam cum materię praesentia, atque carentia sint eius discriminis caussae potissimę. Insuper prima ratio, qua vtitur Aristoteles ad perducendum nos in materiae notitiam, à motu desumpta est: quoniam transmutatio nos introduxit in materiam. sedenim, si tale compositum foret, hoc sanè ex motu notuisset, non autem materia: sic methodus Aristotelis esset imperfecta & manca. Postremò quae necessitas obsecro talis formae? vel enim existet materia propter ipsam, vel materiae quantitatem, & extentionem dabit ad eum vsum, vt in pluribus partibus varias accipiat formas, vel ad appetitum in materia producendum, vel ne creatio detur, vel propter materiae motum. Atqui nihil ex his est: nullius igitur vsus in natura, sed omnino frustra. Quòd si natura frustra nihil efficit, neque item erit forma haec opus naturae. Quòd enim ob ipsam existat materia, falsum est: etenim ipsa per se est id quod est, sine formae vllius auxilio; quin ipsa cuilibet formae supponitur; neque ab ea forma proficiscitur extentio; cùm sit hoc totum munus quantitatis interminatae de qua posteà differetur: neque illa caussa est appetitus: siquidem ipse à priuatione ducat originem, neque ante hanc formam appetitus inesset in materia; vnde ergo ad eam quoque capessendam materia duceretur? neque à creatione periculum imminet vllo pacto; siquando non ponatur haec forma: nil enim formae supponitur in generatione quod eius pars habendum sit; sed aduenit ex toto materiae: neque motus est materiae prima mutatio; verùm generatio substantiae primùm fit in materia; deinde accedunt ordine quodam reliqui motus. Haec mihi praecipua

[a] 5. Phys. T. 8.

A cipua videntur, quæ contra nos valere censeantur, quorum item nonnulla communis erroris affinia quoquomodo iudicamus: etenim statuunt in materia formam hanc immutabilem simpliciter, quam nos tamen aliqua ratione mutabilem esse defendimus.

Reliquæ rationes contra formam corporis allatæ diluuntur. *Cap. VI.*

AT nunc singula percurramus: sic enim falsitas cuiusque facilius iudicabitur. Quoniam verò primi illius argumenti potestas, & robur assumptionis approbatione consistit; ad eam nos conuertamus. ea sic habet. Subiectum motus est aliquid, & alicubi: subiectum verò generationis, nec quicquam est, nec vllum habet locum in quo consistat. Ego tametsi dicere possem ad hoc, quemadmodum ille ipse auctor quoq. scripsit alicubi propositionis illius sensum euoluens; videlicet subiectum generationis esse duplex, & materiam, & id quod verè generatur, est autem compositum: neque enim materia dicitur generari, sed homo; hoc autem est id quod non est in loco, quia non est; nam, dum fit homo, quatenus fit, non est: de eo verò quod non est, quatenus non est; nihil prædicatur: ideoq. possem ita diluere obiectionem negando materiam cum forma corporis esse tale subiectum, quale, vel ipso auctore descripsit ibi Aristoteles, atque ita eius propugna-
B culis vti, quod ipsum fortè præterit, vt sit humanitus, cùm in hoc totus esset, vt corporis formam repelleret. addam tamen id effici quod obiiciunt, si forma hæc materiam sic constituat, vt per ipsam prorsus existat, aut quòd sine vlla mutatione perpetuò maneat affixa materiæ: tunc enim foret actu materia, locumq. occuparet, sed ea forma superueniente non est amplius materia simpliciter, sed ex ipsa & forma fit vnum quoddam compositum, quod est corpus de prædicamento substantiæ, & iam hoc est aliquid actu, & in loco per se, materia quædam secunda. Quòd si obiicias etiam materiam actu in loco futuram, quia nunquam ab hac forma diuellatur, & ita nos eisdem nexibus retineri conuinces. An hic laqueus biffatiam solui potest: etenim id sequeretur, si corporis forma penitus eadem seruaretur; sed est ex eo formarum genere quæ cum perficiantur ab aliis; earum quoque aduentu speciem mutant, & si remanent; ita remanent quòd superstites sunt, vt materia, secundùm formam verò extinguuntur: neq. enim est idem ad numerum corpus quod erat in semine, & est posteà cum homine: propterea remanet quodammodo materia mera. Dici etiam potest, quodcunque ex iis quæ sunt, quod aliquo pacto materię rationem occupauit; hoc est, vim retinet potestatis ad aliquid, esse non ens, & attributis entis ob eam caussam vacare. sic corpus, cùm & per se sit corpus, & materia viuentis, vt corpus, in loco est; quoniam actu consistit, vt ma-
C teria verò non est, quòd tantummodo existit potestate. Quamobrem si materiæ merita spectentur; eam nullibi esse pronunciatum est; eamq. sic considerauit in eo loco Philosophus, & asseruit id quod non est, esse subiectum generationis, neque vllibi esse, neque item motus esse subiectum. Hęc verò à doctrina Aristotelis aliena non esse partim constat è superioribus, vbi ostensum est materiam generationis cum quodam actu semper esse coniunctam, partim ex iis quæ testatus est Aristoteles in libris de Gen. cùm docuit quantum fieri semper è quanto, sed hoc quantum ex alio quanto, non hoc. quare cùm sit quantum, est actu, & in loco; quatenus autem non est hoc; idem & non est, & nullum occupat locum. Sed quid hoc loco diutius insisto, cum etiam lib. superiore, dum responderē ad Thomistas pro multitudine formarum, vim sententiæ illius sedulò exposuerim. Quod verò pertinet ad secundum: id etiam communi errore laborat: quandò hanc formam non ponimus immutabilem, neque materiam cum eadem forma corporis assiduè permanentem, sed variabilem. propterea non est omnis materiæ mutatio motus, & alteratio, sed est aliqua generatio: & quamuis cum ea forma materia sit actu, quia tamen actus ille imperfectus est, quòd ad reliquas formas obtinet rationem potestatis, non tollitur item hoc pacto generatio, siquando prętiores aliæ formæ superuenerint. æquè enim est àc si potestati nouus actus accedat, vt etiam
D supra demonstratum est. Cùm inquiunt fore, vt compositio triplex non sit, sed quadruplex; neque prima ex elementis: tametsi de hoc anteà ad Alexandrum aliqua dicta sunt, tamen propter auctoritatem aduersarij non nihil etiam repetere non grauabor. Fateor planè compositionem esse multiplicem, neque omnem ab Aristotele recitatam in libris de partibus, sed eam quæ esset rei, non rationis, & ex substantiis per se subsistentibus & materiæ vim in animantis corpore occuparet, non vt ex forma & materia; nec è principiis quæ naturæ motum non finiunt, cuiusmodi sunt halitus & aspirationes è quibus aëre componi docuit Aristoteles. quinimmo cùm corpora perfecta, tribus modis componantur, vel per appositionem, salua figura & substantia rerum quæ miscentur, vel per confusionem, vbi ex diuisione propriæ vires amittuntur; vt in pharmacis, vel per mixtionem, si salua substantia virtutes elementorum & principiorum componentium per totum extenduntur quæ iam mixti ipsius est: huic succedat vniformium compositio; ab hac difformium, mox compositio totius accedat: apparet non omnes compositionum species ab Aristotele fuisse numeratas, sed eas tantùm quæ ad viuens proximè pertinerent, & materiam complecterentur: atqui compositio ex materia & corpore; ex corpore & differentiis sensilibus est, vt ex materia & forma de qua sanè verbum nullum in eo loco.

Quantum verò est de elementi definitione: ea certè accipienda est analogicè, prout etiam multa analogicè comprehendit elementum; accipitur enim communiter, nonnunquam propriè, & omnes caussæ dicuntur elementa, tum caussæ internæ, mox prima corpora quæ actu subsistunt & vnū quodq. elementum est, & in aliud nullum specie diuersum resolui potest, quatenus elementum. verbi gratia in ordine corporum actu existentium quattuor corpora ignis, aër & reliqua sunt elementa, quòd in aliud nullum corpus retexi valent, quod per se existat; non sic partes difformes, quia resoluuntur in vniformes, & hæ constant à corporibus simplicibus, attamen nihil prohibet, vt in alia ratione differentia dissoluantur, vtputa in materiam & formam, aut etiam in alia quæ perfectæ species non sint, veluti de aëre docuit Aristoteles, dum ipsum in halitum spiritumq. dissoluit. sic resoluitur elementum in corpus, non vt in materiam, sed vt in genus & essentiæ partem; nec ea ratione qua ponitur ipsum elementum esse cęteris corporibus. Non immoror autem in eo, quòd hæc forma sit naturalis, aut mathematica, aut metaphysica. Do illam esse formam naturalem. Ergo, inquies, erit principium motus: erit planè. at cuius'nam obsecro? non ascensus, non descensus, non conuersionis, & nullius igitur. omnium inquàm, sed principium imperfectum, quod cum leuitate concurrit ad ascensum, cum grauitate verò ad descensum: itaque etiam nihil moueri potest, nisi corpus. Et id conuincit Aristotelis consilium, qui demonstrauerit omne quod mouetur esse necessariò quantum 6. Physicorum. Formam verò distinguere; corporis autem formam nequaquàm: multiplex est & à nobis hoc loco sigillatim perquirendum. Nam distinguere in formis, accipi potest pro eo quod est cohibere, & coërcere certis quibusdam terminis profusionem, & infinitatem materiæ: ex quo efficitur, vt cuiusque rei naturalis determinata sit ratio in magnitudine & paruitate: propterea forma sibi vendicans certam materiæ portionem reliquam relinquens aliis formis, separat, & distinguit. hoc item officium nos primùm tribuimus ei formæ quam corporis esse dicimus; etenim illi subiicitur infinita materia nullos terminos habens; ea dat materiæ terminos, atque eos quidem latissimè patentes; quippe quæ communissima sit, & capax aliarum omnium formarum naturalium: quare vbicunque termini sint in materia, communis huiusmodi formæ ratio necesse est intercedat, & tum maximè, cùm certi materiæ termini apparent; neq. tamen adhuc generatio completa est, vt, dum aqua vertitur in aërem. Cumq. omnis forma naturalis habeat eam vim, vt coërceat infinitatem materiæ, dabimus huic formæ primum, atque imperfectum gradum eius finitionis; vltimum, atque perfectum formis extremis, vnde specialissimæ species existunt: nam quòd sint varij finitionum gradus in materia; satis patet in procreatione apum, atque aliorum animalium, velut equi & hominis: siquidem in vtero quod primum comprehenditur, est paruæ molis, & in eo vita plantæ solummodò existit; suppetente materia quidam sensus adest, itaque est simpliciter animal, vt cùm adhuc in apibus

teneris tepefactus in ossibus humor
Aestuat, & in visenda modis animalia miris
Trunca pedum primò. sed tum sunt apes vbi
-Stridentia pinnis
Miscentur, tenuemq. magis, magis aëra captant.

aut etiam vbi ex pluuia tempore æstiuo ranæ gignuntur, quarum
Altera pars viuit, rudis est pars altera tellus.

neque enim tum absolutæ sunt ranæ, sed cùm exiliunt, atque coaxant. Sic ergo & varij formarum gradus varios terminos materiæ flagitant. Quòd igitur termini cuiusq. formæ sic proprij sunt, vt sui cuiq. debeantur; inde est, vt quæq. forma facultate distinguendi sit prædita. Sed transeamus ad alteram distinctionem, & doceamus quantum formæ conueniat separare id cuius est forma, quod pertinet ad essentiam, quod planè acceptum fuisse arbitror in sexto argumento. Porrò omnis forma distinguit determinans potentiam materię ad alterā partem contradictionis, cùm vtranq. per se ipsam respiciat; necnon exhibens cuique proprium esse, quo ab omni alia re separatur. Et hæc distinctio multis modis à forma præstatur: etenim priuatio per ipsam distinguitur ab alia priuatione; necnon potestas quæ ordinatur ad ipsam: consimiliter aliqua forma distinguitur ab alia tanquàm primum in eorum ordine quæ sunt ad vnum, atque id vel ad nos, vel ex natura, in quibus à nobis ponitur compositio rationis, vt pòst abundè ostendemus: aut etiam quod pertinet ad vniuoca, distinctio solet afferri à forma bifariam; vel quòd ponat in re cuius est forma, rationis solius discrimen, aut etiam rei: nanque animal ex ratione propria distinguitur ab homine: itaque verè dicimus hominem non esse animal: idem quoque animal nonmodò per rationem, verùm etiam reipsa separatur à planta, atque inde ratio differentiæ constituitur: nam cęteroquin alia diuersa sunt. Cùm hæc ita sint; dicimus per formam corporis substantiam compositam à simplici & incorporea segregari quo ad nos, quòd ex ordine naturæ contrà se res habet: per eam formam distinguitur substantiæ genus à cæteris prædicamentis; per eandem quoque seiungitur summum genus à subalternis, & specie specialissima. At inquies, per materiam distingui substantiam corpoream ab incorporea. Dico rem secus esse; cum materia per se indistincta sit, & omnem distinctionem petat à forma, sed quia forma sese nobis ostendit per

materiam

A materiam sensilem, & nunquàm forma corporis à materia separatur; nos igitur materiæ tribuimus, vt caussæ rei, quod tribuendum est, vt caussæ cognitionis, nec quidem perfectæ, ne fallaris; sed illius quam præstat sensus, qui semper in eo versatur quod est hoc aliquid, & materia concretum & lubricum; vbi nos quod perpetuò cohæret difficile disiungere valentes, socio (vt est humanum ingenium) damus, non ei, quod est princeps: quasi sic in eo ludamus, vt Pop. R. in Bibuli ludis: nam cum ædiles essent: impensam fecit Bibulus; nihilominus Cæsari sunt attributi. Vt ad hoc distinguendum exprompto iudicio sæpe est opus. Video verò 7. illò spectare, vt arceat à corpore rationem materiæ; siquidem efficiatur ex hoc, vt transmutatio nos in corporis notitiam perducere debeat, non autem materiæ. Verùm fac corpus continere formam, cui more aliarum formarum materia substernatur: motus, seu mutatio sic nos ad notitiam materiæ deducit, vt semper actu innitatur, vt è duobus actibus ferè sit compositus, nempè duobus terminis à quo & ad quem; horum autem vicissitudo est circum idem subiectum; id nos materiam facimus. & motus, cùm sit commune ad vnum; seorsum quisque nobis aperit materiam; quatenus illi motui subiicitur; vnde per augmentum quanti materia quę est distantia, cognoscitur; per lationem materies ipsius vbi, vt dictum est, interuentu semper earum formarum B quæ commutantur, atque id omnes materiæ gradus attingit, vt si mutatio fiat inter rationis compos & impos; agnoscatur animal, quod remanet, si inter animal & plantam animatum, & ex eo, quòd non est idem corpus, quòd erat antè inanimum, post animam sumpsit, etiam rationem communem corporis superstitem esse perspicimus, quam volumus eorum esse materiam, & cùm è paruo magnum fiat; corpus & magnitudinem mutari videmus, eique subiectum esse distantiam. Sic etiam per mutationem corporis, quod est de prædicamento substantiæ, substantiam esse intelligimus, quæ varias corporum formas sustineat. Vides igitur optimè vt motus, dum monstrat nobis corpus, nos item in notitiam materiæ primæ perducat; etenim huius formæ nulla alia antecedit: cognoscis etiam, vt, dum motus in materiam corporis deducit; simul etiam materiam nobis ostendit; accidit enim vt & circum illud aliqua mutatio fiat, dũ ad vlteriores formas promouetur; itaq. est secunda materia. Quare motus indicat materiam, proximè'ne an remotè; primam'ne an secundam, neque ait, neque inficiatur Aristoteles. Falsum est igitur assumptum. Postrema non peccat, vel quòd aliqua pars assumpti sit falsa, vel quia non accipiat omnia membra diuisionis: etenim aliæ sunt caussæ propter quas detur ea forma communis, vtputa; quia sit primus substantiæ gradus, & affectio materię ad formas perfectiores accipiendas. Cur etiam non est in ea forma communi priuatio formarum posteriorum, quibus substernitur, & per illam appetitus in materia? C quis contra hoc aliquod intendet tormentum è Peripateticorum supellectile quod habeat vim propulsandi caussas istas? nullus, opinor.

Proponitur quæstio de quantitate interminata. Cap. VII.

TRANSEAMVS nunc ad alterum genus quanti quod accidens esse perhibetur, & prima species quanti, vt tandem aliqua de illius productione dicamus. Hæc autem quæstio tractata est ab eruditissimis viris ita subtiliter, vt vix ab eorum laqueis effugere valeamus: certant enim secũ Auerrois & D. Thomæ sectatores: (etenim ab Auerroë primùm hæc opinio manauit) vbi verò litigant hę partes; rem sic dubiam perplexamq. reddunt, vt Oedipo quodã opus sit. Differunt igitur hi philosophi de æternitate quantitatis, atque hi materiam volunt comitem sibi adiunctam habere quantitatem: alij contrà conantur ostendere, eandem numero quantitatem cum duabus formis sibi succedentibus non posse consistere. Sunt qui defendant vtranq. factionem: quoniam verò nil aliud faciunt, nisi quòd cùm vtriusq. partis argumenta diluere studeant; rationũ aduersarũ debili- D tatem significant, & id efficiunt, vt doceant potius quid pro falso repudiandum, quàm id quod pro vero habendum sit; eorum rationem habeamus, quantum res ipsa patitur apud eos qui in veritatem toto pectore incumbunt. Pertinebit item quæstio nostra ad ea quæ de generatione quondam exposita fuerunt, cuius occasio quoque ex ipsiusmet Aristotelis oratione depromitur: etenim dicebat ipse eadem esse vniuersarum mutationum eleměta, materiam, formã, & oppositum; & materiam esse potestate, sic ex ea fieri substantiam, quòd esset potestate substantia, & actu quantum, quia foret potentia quantum. quare cùm quod potest esse, quatenus potest, non sit; sequebatur, vt à non quanto produceretur; id verò fieri non posse ostensum est anteà. Difficultas quidem maxima, quam vt philosophi sapientissimi tollerent, asseuerarunt varia de quantitate quæ'nam sit scilicet huiusmodi quantitas, & quemadmodum insit in materia, magnaq. lis inter illos de vtroque exorta est. Quid de ipsa Philoponus dixerit, ante audisti, quid item professus fuerit Auicenna, quæ contra Philoponum disputarit Simplicius, exposuimus suprà. Quoniam verò in Auicennam ex Auerroë tantùm nomine sumus inuecti, quòd posuerit in materia corporis formam de prædicamento substantiæ fixam & permanentem; nihil autem ad quantitatem pertineret; hæc fortasse ex Auerrois disciplina repetita licebit afferre. Cùm forma hæc corporis,

quam in categoria substantiæ collocamus, ipsi quanto præcedat, igitur neque per se, neque per accidens diuidi poterit: anteit enim, cùm sit forma substantiæ, reliquas omneis: ergo etiam quantum: ab eo verò proficiscitur omnis ratio diuidendi: siquidem accidentia materiam non informent, nisi per formam quæ sit de prædicamento substantiæ: propterea, quamuis omnium formarum sit capax, cum quodam ordine tamen obtinet illam habilitatem: vnde efficitur, vt accidentia proximè fundentur composito; materia verò prima remotè. Si res ita sit, vna igitur aderit forma solùm materiæ; quamobrem ex iis vnum quiddam fiet indiuiduum, & atque illud immobile, neque enim mouetur quicquam, nisi diuidatur. Quia verò posset aduersarius opponere, formas suapte natura distingui gradibus quibusdam interiectis, quibus ab optimo & perfectissimo distant, quod sanè aliunde nõ obtinuerunt, sed habent insitum prorsus, & ingenitum; at de eadem forma saltem, velut equi, & platani constanter enunciari poterit: nam cùm per se non distinguatur, sed priuilegio subiecti; nisi sit in eo continuitas, & ratio numeri; neutiquam distingui poterit, [a] sic vnus equus, & platanus vna, atque illa quidem quæ diuidi nequeat. Idcirco nonnulli, vt vniuersa hæc incommoda euitarent, posuerunt in materia quoddam genus quantitatis quod interminatum vocant; tametsi in ipso explicando discrimen aliquod extat inter auctores, quibusdam putantibus eandem re prorsus esse quantitatem terminatam & actu, atque eam quæ foret interminata: neque.n. significant hæc, inquiunt, differentem quandam naturam, sed modum, rationem, siue habitudinem; quatenus.s. huiusmodi sit ad formam futuram, quia nondum certos terminos ad illam consecuta fuerit. aliter alij, nimirùm quòd hæc quantitas intrinsecùs inhæreret materiæ, quà materia foret, omni ratione formę seclusa, & quemadmodum materia diuersas formas accipere potest, habetur autem in formis, q̃ careat ipsis, sic cum quantitas in variis materiæ portionibus diuersos terminos accipere queat, q̃ nullos habeat certos, interminata vocetur: quasi terminatum & interminatum se habeant ad materiam, velut forma & priuatio: propterea quoq. sicuti materia supponitur omni formę; non alia ratione ferunt quantitatem ab oĩ forma requiri quę pertineat ad substantiam, quæcunq. materiæ superuenerit; inde effici, vt formæ, quæ perficiunt substantiam, per accidens diuidi, multiplicari, & moueri possint. Omnes tamen illam in materia perpetuam faciunt, cum propter ortum, vt nuper expositum est, tum quòd vbi quippiam debeat augeri, necessaria sit accessio nouæ materiæ: ita vt si nulla prorsus accesserit; nihil fiat maius. Signo igitur hoc est quantitatem insidere sic in materia, vt ab ea nunquàm diuelli queat. Rursus, si quantitas æterna non esset, sed transiret in aliud, quemadmodum reliquæ formę, ex non corpore fieret corpus, & ex non quanto quantum produceretur: nam quantitas quidem formæ præcedentis abiret; vnde verò ad succedentem noua quantitas adueniret, nihil esset. Præterea nulla caussa est, cur quantitas aliquando deleatur: nanque omne quod interit, aut à contrario corrumpitur, aut tollitur vnà cum subiecto, sed quantitas contrario caret, eius subiectum quod est materia, nequit interire. Additur illud. Si noua quantitas oriretur; lationem temporis puncto futuram: nam quando è terra fit ignis, vt primùm substantiæ forma inducta est, extant etiam dimensiones ignis quæ locum, & spatium maius occupant, quàm terræ dimensiones: ergo vel dimensiones continentis erunt vnà cum dimensionibus corporis quod nuper genitum fuerit, vel continens locum cedet: primum sanè dicere non licet: quandò corpora sese non penetrant: cedet igitur dimensioni continens: atqui cessio latio quædam est: ergo latio fiet vnà cum dimensionibus corporis quod ante genitum est, sed hæ cum forma rei sunt inductæ, temporisq. puncto cum ipsa forma accedunt: igitur & ipsa cessio; proinde latio temporis puncto fiet. Contra hos ex D. Thoma: quia sic eueniret, vt vnum idemq. accidens in diuersis subiectis specie numeroque differentibus seruaretur: id verò ex illis est quæ fieri non possunt. Seorsum verò contra primam sententiam: nanque ea tollit potentia quantum quod materia fundatur: illa enim sola ab Aristotele ponitur potentia quantum, & actu quantum fieri dicitur: at si ita esset, quemadmodum illi dicunt; certè potestas & actus sola quantitate niterentur. Confirmatur etiam, quia sunt eadem elementa substantiæ, & quantitatis analogicè: actus igitur, & potentia quanti, non in quanto residet, quatenus huiusmodi, sed in elementis, quæ sunt materia & forma. Huc accedit quòd interminatam eandem reipsa cum terminata esse volunt; quasi nunquàm interminata sit à terminata seiuncta: est enim, inquiunt, interminata solùm ad formam futuram, sed dicant mihi, cùm ex aqua fit aër, nec dum est; sit'ne illa terminata quantitas ad aquam, quæ est in assiduo fluxu, & illi inest præter naturam, non arbitror equidem eos terminatam esse dicturos. Contra secundam verò, quia sumitur in ea quantitas, quatenus accidens quoddam, sed accidens per se, & proximè non inhæret in materia, nec sine forma quæ sit de prædicamento substantiæ, potest adesse substantiæ.

[a] 5. Met.

In medio ponuntur aliæ veterum rationes contra quantitatem interminatam. Cap. VIII.

ERAT id mihi certum & hoc loco quam multa prætermittere quæ contra genus hoc quantitatis à Latinis olim recitata fuissent: quia verò & ad hæc à grauissimis viris sedulo subtiliterq. responsum

A responsum fuisse nouimus; huius quoq. temporis ac loci fore visum est, si rationes illorũ diligentius exquireremus, vt iudicare liceat, satis'ne ex his nostris explicentur. Quanquam verò plura sunt quæ solent à veterib. afferri, nos illa secernemus, vnde occasio præbeatur ea notandi quæ dissentiant ab illis, quæ à nob. posita sunt, vt vndiq. concinant, atq. concordent, illud vnum, quoad fieri potest, conantib. vt Socrati pareamus: [a] is aũt Gorgiæ dicebat multò præstare lyram & chorum cui sis præpositus, esse sibi discordem; & complures homines oratione sua repugnare, quàm à seipso dissentire. [a] Pl. Gorg. Nos verò hęc in præsenti volumine approbamus: & ea, nostra quidem sententia, sunt ita vera, vt eius rationis iudicio quæ petitur à sensu, & experientia; refutari non valeant. Primum Accidens nullum in materia præcedere substantiæ; quòd scripsit Aristoteles. [b] Alia omnia, vel dici de primis substantijs, vel in iis esse tanq̃ in subiecto: sed.n. prima substantia semper est actu, vel per formam vel per aliquid formæ respondens, vt in cęlo; & accidens igitur in eo semper est quod est actu. [b] Præd. proptereà quantitas interminata cùm sit, vt ipsi volunt, accidens; eadem quoq. pendebit à forma, vel actu, non à materia. Deinde nos ita credimus substantiam [c] esse priorem accidente, ratione, natura, & tempore: cùm & affectiones præuiæ comitentur actui; vel ꝙ eo fundentur, quod est actu, atq. contrarium; vel etiam ꝙ partem formæ consequantur, velut esse in loco partem formę grauis, aut leuis; ꝙ generans elementum parem formæ gradum tribuat, & officij: nec materia consistat vnquã [c] 8. Met. T. 4.
B ab actu separata. Vnde item efficitur, vt prius natura sit id quod est simpliciter, q̃ id quod est aliquomodo, & prius hoc aliquid, quàm hoc tantum, aut tale: ij tamen putant in materia simplici, & quatenus omni caret actu, ante omnes alias formas, atq. alios actus existere quantitatem istam termino vacantem: proptereà si res ita se habet, vt ipsi ferunt, accidens natura, & tempore substantiæ præcedet. Patiar item me ab illa ratione persuaderi, ꝙ materia per se sit potestate quantum, atq. ita vt in eius descriptione talis potestas optimo iure sumatur; quanquam quid dico de potestate quanti, cùm sit eius esse, esse potens, vt dictum est, & omnia prædicamenta potestate; licet ordine quodam, vt prius potestate substantia, q̃ quantum, & prius quantum, q̃ quale, aut vbi; sic prius actu substantia, q̃ actu quantum, & hoc prius q̃ in loco: proinde anteq̃ sit alicubi, erit actu quanta; nec locus ipse repugnabit qui videtur corpori conuenire per quantitatem vsq. adeò, vt si cætera omnia vi cogitationis abstrahantur à materia; [d] solaq. magnitudinis ratio relinquatur; adhuc in loco futurũ sit id quod est. Neq. verò quantitas hæc interminata est immensa, vt à nullo contineri valeat: ita.n. non datur infinitum: quare neq. illud habet pondus quod posset dicere quispiam, materiam non esse in loco; siquidem respiciat formam futuram quam nondũ exceperit, sed actu esse in loco, quia sit cum forma procedente; quoniam & illi conuenire potest locus, vbi sit quanta etiam omni alia [d] 8. Phys. T. 76.
C forma circunscripta: nam locus primò conuenit quanto. Prætereà verum & illud est, meo quidem iudicio. Formas omnes materia concretas esse caducas & commutabiles; aliter materiæ non respiceret contradicentia: nanq. & materia cæli, quatenus est subiectum ipsius vbi, loci varietates admittit: tanto igitur magis ea materia mutatur quæ est potestate substantia & in qua manifesta est repugnantia formarum quæ se vicissim de eodem subiecto expellunt: in his autem numeratur quãtitas in qua mirifica est ἀσυςασία, tùm ꝙ propter extentionem partium nunq̃ in eodem subiecto consistant plures ad numerum quantitates, tùm item quia termini quantitatis intrinsecùs distant; ita vt varij nusquam conueniant: proptereà quantitas immutatur, & forte plurib. modis accipit mutationes, quam quęlibet alia forma; quandò cũ materia, quod euenit in incremento, & sine materia, quod fit in rarefactione, mutatur; & per seipsam accipit aliquam varietatem, & quatenus est substantiæ instrumentum, quomodo ergo defendi potest vnam esse quantitatem in materia, atq. illam quidem perpetuam? Est ẽt sine controuersia firmum illud & inconcussum fundamentum. Accidentis formam à forma substantiæ separari. ꝙ hęc accedit subiecto quod est potestate, & ipsum perficit: accidentis aũt forma subiecto inhæret, quod iam actu existit, & ab ipso perfectionem sumit. Quin etiã placet. Si materia semper haberet adnexam, veluti suam ipsius propriam quantitatem, fore, vt cõ-
D iunctio maior fieret è materia & quanto, q̃ è materia & forma: sic potestas materiæ prius erit ad quantum, q̃ ad substantiam, immo nulla erit ad quantum; nec medio vacabit vtriusq. coniunctio; quapropter ex materia & forma per se non fiet vnum, & aliqua intercedet caussa propter quam copulentur; cùm tamen asseueret Arist. huius euenti caussam non esse quærendam; ꝙ id ex vtriusque natura nascatur. itaq. non duo tantum interna rerum principia; accedente quantitate quæ formam cum materia coniungat. Approbo etiam, si quantitas in materia, tanq̃ in suo primo subiecto ponatur; eam definitum iri per materiam; sic per ignoteus: nam cùm formæ procedat; ab ipsa abstrahi mentis ope valebit à qua vniuersa intelligendi ratio petitur: id formæ de categoria substantiæ non accidit: nanq. ipsa materiam suscitat, & promouet ad actum, ac terminans ei facultatem præbet, vt intelligatur. Nos tametsi alium modum constituimus, quo materia intelligenda reddatur, hunc tamen accipimus, ꝙ & defendi potest, & multis video placere, atq. illis item in quos hæc diriguntur: at quantitas eiusmodi vim materiæ non exhibet, ac si exhiberet; & ipsa per se posset intelligi, & materia per formam de prædicamento quantitatis intelligeretur primò, contrà q̃ docuerit Aristoteles [e] qui in illa analogia, per quam vult materiam posse cognosci, substantiæ formam, non quanti sumpsit: nanq. à substantiæ forma potest materia seiũgi, at cum forma q̃titatis est perpetuò coniuncta: [e] 1. Phys. T. 69.

quia verò præcedit quantitas formæ quæ pertinet ad substantiam, atq. ea prima est quæ præfinit materiam, eamq. intelligendam facit, eadem quoq. per seipsam intelligatur oportet. Hæc, inquam, & si nos approbamus; quia tamen ab aliis vsurpata, præteriri placebat. Cæterùm, ꝙ post ad ipsa complura dicta esse videremus; operæpretium facturos putauimus, si singula perpenderemus; ne fidem nostris abrogent, si omissa fuerint, aut si frangi non possint, apud æquum lectorem pro veritate demus pœnas; quod philosophus recusare non debet: amicissimam.n. veritatem esse oportet. Ea verò ad ipsa scripta fuisse comperimus (breuiter omnia complectar) etenim ad prius argumentum quod ab Aristotelis auctoritate deducitur, ita dicitur. Accidentia quidem esse in prima substantia; verùm non omnia modo consimili; quædam.n. ipsi inhærent, alia communicant nomen; inhærent illa quæ per formam insunt in materia, denominant quæ cum pendeant ex materia per se, pertinent ad compositum; quia materia pars est illius. à quantitate igitur prima substãtia denominatur; & dicitur homo quantus; sed quantitas inhæret in ipsa materia primò non in ex substantia composita: albedo, cum insit per formam, inhæret in prima substantia. quapropter & si inest quodq. in prima substantia, non inest tamen in ipsa primò: neq. id constituit Aristoteles: nam satis illi fuit, si cætera docuit ab actu substantiæ primæ non disiungi; nunc siue insit in substantia prima per formam; siue per materiam solam, siue simpliciter, siue ex parte; siue vt illius gratia: nihil ibi decretum est; & fieri potest, vt omnib. his modis ea quæ sunt in substantia, ad primam substantiam referantur; & ea corrupta deficiãt: nam dempto fine demuntur ea quæ sunt ad finem: & substantia prima sublata cũ fieri possit, vt partes cum ipsa tollantur; nihil erit profectò quod sustineat accidentia. Tollunt secundam obiectionẽ sic. dictam Aristotelis interpretantes, vt non fuerit locutus Arist. distributim; sed collectim, hoc est, voluerit eas proprietates vniuersas simul inesse in singulis substantiis, sed hanc quidem substãtiam esse omnib. modis priorem; aliam verò vno, vel plurib. atq. illud solùm sibi voluerit, quanquã substantiam; si cùm accidente conferatur, illo quidem esse priorem aliquo ex his modis, nec tamen omnem omnib. sic quantitati interminatæ substantia non omnis antecedit, sed materia duntaxat, neq. simpliciter, quia non tempore. Propterea quod est ens per se, & hoc aliquid, prius est eo quod est aliquomodo, & quod est tale, vel tantum; non vniuersè sanè; quia singula singulis, sed generatim, ꝙ in hac, vel illa re, nihil prohibeat aliquod ens per accidens anteire illud, quod sit per se, quemadmodũ constat in præuiis affectionib quæ formæ producendæ præcurrunt. Ad tertiam obiectionem sic respondent. primùm, cùm testatur Arist. non ens non esse alicubi, pertinere illam sententiam non ad materiam simpliciter, sed ad compositum quod gignendum est; id.n. nihil est: vel ẽt si materiam sub eo dicto comprehendere libeat; locũ ibi non accipi sub vulgata significatione quæ est è genere quãtitatis, superficies. s. extrema continentis; sed locum naturalem qui iam præditus est qualitatib. vel conseruantib. vel corrumpentib. atq. hic materiæ denegatur; alter ille potest respicere materiam, nihilominus de ipso nihil agi 5. Phys. cùm locum non enti negat Arist. Quòd verò dicitur formã materia concretam esse caducam; exponunt formam substantiæ, nec sub ea propositione contineri volunt formas accidentis in quarum numero est quantum. Cùm opponitur formas accidentis requirere subiectum quod actu sit; ad eas accommodari dicunt quæ sunt determinatæ, non esse verò id necessarium, si termino careant, qualem ponunt ipsi quantitatem. Inquiunt ẽt maiorem coniunctionem bifariam sumi posse; vel ꝙ arctior sit & interior, vel ordinis ergo, quia propinquior, vt ita dicam, veluti proxeneta, lena, & interpres, vel internuncius, aut ẽt medius terminus in syllogismo: nãque coniungunt omnia partes distantes, emptorem & venditorem, amicum & amicam, conciliant animos dissentientes internuncij, medium copulat cum subiecto prędicatum: sed longè arctior est eorum coitio qui ab his iam copulati fuerunt: sic quantitatis est coniunctio maior caussã ordinis, quia propinquior, at materiæ & formę coniunctio maior, quòd interior. Aiunt etiam non esse absurdum materiam per se, cùm sit natura prior, accipi in definitionibus earum affectionum quæ sibi insunt seorsum, veluti quantitas.

Ad ea quæ de quantitate interminata contra veteres Aristotelis interpretes dicta sunt. *Cap. IX.*

EXPERIAMVR nunc in hoc illustri certamine veritatis vtra plus possint: hoc est, vtra magis approbata ab Arist. fuisse videantur, & deductione per tria responsiones eorum euertamus. In primis autem hæc præfabimur. Aut.n. quantitas hæc est materiæ propria; aut non: si negaueris, ea non denominabit solùm compositum, sed inhærebit ipsi, erit.n. à forma, vel à composito: si propriã esse fatearis; actus aliquis materiæ tribuetur, à quo nihil magis abhorret; atq. hæc vel opposito vacabit, vel aliquid illi opponetur, opposito ipsam vacare nescio verò satis'ne sapienter asseratur; cùm interminato terminatum opponatur, & in qualibet generatione sit forma quæ terminet materiam, & ex interminata terminatam reddat, [a] & in quaq. re naturali determinata sit ratio magnitudinis & paruitatis: ꝙ si mutatur quantitas, mutatur autem variatis terminis, igitur & materia, sic materia non erit ingenita & incorrupta, non aliter àc si variato calore ignis ipse intereat, & immutetur. Neq. enim ipsis id inficiari licet, cùm ponant hanc quantitatem interminatam in materia prima, quę semper est

[a] 3. Phys.

A per est eadem. Prætereà si ad formæ diuisionem præstandam sufficere potest ea caussa quam affert Arist. [a] cùm docet, vt è non quanto fiat quantum; non est quòd alia sit inculcanda, multoq. minus nouum quoddam genus entis: atqui demonstrauit Arist. è quanto fieri quantum; quod illud ex quo fiebat quantum, erat item per se quantum: sic cùm forma noua imprimatur in materia quæ cum alio quodam actu coniuncta est, & per se est actu quanta, diuisioni reddetur obnoxia. Quòd si in vlteriorem caussam adhuc diuisionis ratio resoluenda sit, ea sua ipsius est materiæ, & ab eius essentia repetita, quam 1. de ortu neglexit Philosophus, satis habens ibi solùm occurrere rationi Democriti: nam cùm flagitet notitiam actus & potestatis quæ non sunt methodi naturalis, sine culpa omitti poterat; adhuc caussa diuisionis quam isti deducunt ab accidente, vacabit multò magis. Non video verò parem esse rationem primarum qualitatū, seu, rectius dixero, caloris, & similium, quòd proximè cum materia copularentur, quod tribuitur Græcis scriptorib. siquidem velint eas formas esse substantiæ, non qualitates simpliciter: igitur aut non inhærebit interminata quātitas in materia per se, aut non erit accidens, vt ipsi placet. Libet etiam perpendere diuisionem quanti ab Arist. factam per finitum & infinitum, atq. eius dogma de infinito quod actu accipiendum non esse monuit, ad hoc igitur aut refertur hæc quantitas interminata, aut non. quòd si refertur, vt puto, eos quoq. daturos; certè idem iudicium de interminata & infinita quantitate faciemus: si qua sit alia quantitas, non video, quin aliquod in methodo naturali, aut diuina vitium posit obiici Aristoteli qui ne verbum quidem fecerit de tali genere quantitatis. Hæc præfatus ad primam illam distinctionem descendo: eius B sanè potestas est, vt ex accidentibus quædam solùm denominent substantiam primam, alia denominent, & inhæreant simul. Atqui dicebat Arist. alia omnia præter secundas substantias inesse in primis, vt in subiecto. Dabitur hoc intelligo. sed ita dicetur inesse in primis, si respiciatur eorum actus, quòd cùm materia non separetur à forma, quicquid est in rerum natura, necessariò sit prima substātia. Res ergo illuc deducetur, vt aliqua sint accidentia sic materiæ propria, vt nullo modo respiciant formam, atq. adeò, vt si posit aliquo casu materia separari à forma, inessent tamen in ipsa. Poterat hoc confirmari, cum trita illa ac peruulgata distinctione accidentium, quòd quædam ipsius formæ sint, nonnulla compositi, alia materiæ, nec non quòd aliqua sint ex eius necessitate, quemadmodum rubigo ferri. Quin etiam docuit Porphyrius accidentia, vel esse indiuidui, vel speciei: album sanè est indiuidui, sed disciplinę capax speciei. Verùm ea quæ sunt indiuidui, referuntur ab Arist. [b] ad ea quæ sunt materiæ, cętera sunt formæ vel communis, vel specificæ: sic esse marem, aut fœminā sunt differentiæ materiæ tantùm, & moueri sunt formę. Quocirca, quamuis ea commutentur, adhuc species ipsa saluatur: siquando hæc tollantur; necesse est species vnà intereat. nec, & texit homo, sed C per animam. Mihi tamen videtur esse eundem ordinem singulorum accidentium ad substantiam compositam, atq. omnib. vtrunq. principium supponi, materiam nimirum & formam, siquidem materia vel prima sit, & communissima, vel speciei, vel indiuidui. & planè cùm quantitas ab omni forma generatim flagitetur in materia, necesse est sit ex illo genere accidentium quæ materiam primam consequuntur. Sed quæcunq. materia fuerit, ea non sine actu accipit accidentia; nanq. etiam caducum quod est ex materia communiter, & ita, vt nihil illi interius esse videatur, sine oppositione formarum non existit. Nullum igitur accidēs ab actu separatur. Etenim quæ speciei materies est, est specie prior, & illa est quam intelligendam nuncupauimus, exprimitur autem per genus in definitione, atqui exultit ex forma communi. indiuidui verò materies est specie formaq. posterior: superuenit. n. formæ. Quamobrem tantùm abest, vt accidens antecederet formæ, & propterea quantitas, vt ea necessariò posterior esset. Ita illa incommoda redirent quæ Auerroes afferebat. Restat igitur, vt sit materia prima. Cæterùm ipsa nihil est actu per se, sed omnia potentia. Et inane igitur, vt obiecit Arist. & nos in eadem quæstione perpetuò volutabimur, vnde. ortum ducat actus iste quantitatis, & si nascatur ex forma, iam caussa cadant aduersarij necesse est. Itaq. tria simpliciter elementa sunt omnium prędicamentorum, & quæ sunt primordia substantiæ, sunt item ordine quodam pri- D mordia reliquorum. Sic fit, vt accidentium processus idem sit, quòd sunt in primis substantiis per materiam & formam, licet per vtraq. suo more, vt alibi ostendetur. Proinde nihil inest in prima substantia, quin ex vtroq. genere caussæ pendeat. Veruntamen fac id esse proprium quantitatis interminatę, vt ipsa speciali quodam munere affecta sit à natura, siue quòd sit primum naturæ instrumētum, siue quòd imitetur omnium maximè substantiam, cùm sit proximè à substantia, & hoc etiam refutat Aristotelis auctoritas. Cùm. n. interminatio, siue infinitas vel sit affectio quanti, vel (vt aiunt) materialiter accipiatur illa quantitas cui tribuitur infinitum, profectò infinitum, quatenus infinitū, vtitur quanto. Nunc aut hoc idem cum materia, aut ab eo diuersum, si idem, frustra illa quæ de inhærentia quantitatis in materia, si aliud, frustra Aristoteles qui vsus est quanto in ratione contra Melissum: satis. n. per se ipsum constabat esse duo, non vnū quæ sunt, neq. fuit confugiendum ad quantū, vt ibi factum est. Ergo est ea infinitas posterior quanto. Sed eadem est ratio quanti ad materiam, atque aliorum accidentium: nanq. & ad illud est in potentia materia prima, sicut ad reliqua, & in cæteris consequitur formam. paullò verò pòst id planius intelligetur. Ergo & infinitum multò magis actum substantiæ flagitabit. est. n. quantitate posterius. Quòd si infinita quantitas accipiatur materialiter, reipsa quantitas est, cui tribuitur infinitas. Itaq. & in idem recidet hæc ratio nostra. Persuadent

[a] 1. de Ge.

[b] 10. Met.

[a] 7. Met. c. 3. dent nos item dicta Philosophi. [a] Nam cætera quidem, inquit Arist. corporum sunt affectiones, E
effectiones, atq. facultates: longitudo aũt, latitudo, & altitudo qualitates sunt quædam, non substan
tiæ: quantitates porrò substantia non est, sed id potius est substantia, cui hæc ipsa primùm insunt. Igi
tur idem cursus est quantitatis, qualitatis affectionum, effectionũ, & facultatũ; non proprius quan-
titatis; siue substantia cui insunt primò, sit materia, seu compositum. Et quamuis aliqua nos persua-
dere videantur hæc inesse primò materiæ; tamen in rem ipsam intendenti aciem mentis aliud est iu-
dicandum. Nam quia materia nihil est absolutum per se; verùm ꝙ sit, ex alio pendet: necesse igitur
est, vt ibi nos admonet ipse Arist. accidentia, in quib. etiã numeratur quantum, sint in materia pro-
pter formam: propterea sunt in composito: tñ, quia compositum est posterius materia & forma;
indicat Arist. omittendum esse compositum. Quamobrem id quod inest in substantia, primò inest
in forma, deinde in materia, postremò in composito. Ergo cuiusq. accidentis subiectum præcipuum
est forma; cùm tria sint quæ subiiciuntur, vt paullò antè docuerat, materia, forma, & compositũ. Sed
cur accidentia primò materiæ tribuuntur? An id contingit vt Aristotelico verbo vtar τῷ φαίνεσθαι,
quia. s. nobis ita videatur, iudicium sensus insequentibus; at oppositum ratio conuincit; & monstrat
alia omnia dici de forma, hanc verò de materia. Cætera quæ ex Porphyrio, & Arist. opponuntur, sic
interpretabimur actu supposito ex quo genus illud materiæ pendet, vt suprà docuimus. Neq. enim F
simpliciter ex materia, sed ex materia ferri rubigo proficiscitur; & ex impotentia materiæ quæ subij
citur humanæ formæ, fœmina exoritur: iam. n. tale materiæ genus certæ formæ sese addixit. Neque
verò tu verearis hìc, ne cũ à materia simul, & forma nascãtur accidentia, vtraq. verò sint cõpositũ,
id consequatur quod olim contra aduersarios nostros de principijs motum efficientibus oppone-
bamus, quòd ea de caussa compositi munus esset non principiorum componentium: in illis. n. quæ
formaliter agunt, non efficienter; sat est si rationis discrimen existat. atqui in accidentis productio-
ne quæ fit in composito, ex suis ipsius principiis, est actio formaliter, vt antè docuimus; non efficien-
ter, qualem nos in animo carentium latione quærebamus. Quicquid sit; sat mihi est, ꝙ tùm ad ma-
teriam, tùm ad primam substantiam vniuersa se habent consimiliter: itaq. distinctio posita nullius
erit vsus. Mitto quòd omnis inhærentia principiis, non composito tributa fuisse videatur. Nam 6.
Top. vbi monstrat in omni accidente duplex esse subiectum, compositum & caussam, quod in eius
definitione sumendũ sit; quia caussa non denominatur, igitur inhærebit omne accidens in caussa, si-
miliq. modo 4. Phys. & locum, & colorem in corpore per aliud esse docet; denominatio tñ perti-
net ad corpus: igitur inhærentia principiorum propria reputabitur; compositi verò denominatio.
Eodem modo 5. Met. inhærentia ponitur in accidente propter principia: nec non 7. Met. vbi adscri-
bitur inhærentia caussæ, vnde fit illud genus prædicationis, quod appellant dialectici αἰτιῶδες. nã G
calor ab Arist. ponitur in motu. Quocirca denominationem libentissimè concedam composito, in-
hærentiam verò principiis. Ex his apparet, vt ẽt nihil ad rem nostram faciat interpretatio propositio
nis illius, substantiam esse priorem accidente: nam cũ prius origine accipiendum sit in quantitate
interminata, & sola materia prior origine ponatur: hoc ex supradictis falsò assumptum fuisse con-
stat: siquidem oĩs substantiæ pars, & materia, & forma, & compositum sint origine priora, quàm
accidens, & sic quod est ens per se, & simpliciter, est eo, prius quod est per aliud, & quodammodo.
Iam verò ꝙ non enti locum negamus auctore Arist. vt pertineat ad non ens quod gignitur, non ad
materiam dictum est aliàs. At nihilominus ratio nostra complectitur materiam, quæ per se non est;
atq. ita non est in loco; sed cùm habeat quantitatem, non videtur euitare locum. Respondemus lo
cum esse duplicem, finitum & infinitũ, atq. illũ esse alienum à materia, hunc verò cũ materia conue-
nire. Porrò locus indefinitus in vniuersa physiologia tripliciter sumi posse videtur, vel ꝙ careat cer
tis qualitatib. ex quib. aut est secundùm, aut præter naturam: vel ꝙ id quod mouetur ad locũ ęquè
respiciat oẽm locũ, & vbicunq. esse valeat, pro ratione verò certę cuiuspiam formæ determinetur,
vt ex leuitate, quod sit in loco superiore, vel ꝙ non dum peruenerit in suum locũ, vt id quod moue-
tur, quatenus mouetur, occupat locum, sed ille non est definitus, ꝙ eius termini non sunt actu, sed po H
testate: cũ actu erunt termini, iam locus erit definitus, at cum quiete coniunctus. Cùm igitur mate-
ria non moueatur, planũ quòd non erit in hoc genere loci. Quòd si in loco materia ponatur, quia fa-
cultatem habeat, vt assequatur certum locum, at hoc ingenitum est in materia, (suapte. n. vi mate-
ries est ẽt potentia vbi) pertinet ad eius essentiam, non est ex accidente: non igitur ex quantitate, aut
quantitas non erit accidens. Sit igitur in loco illo indefinito, quatenus caret qualitatib. naturalib. in
quo sanè est merito quantitatis, vt didicimus ex 4. Phys. erit ergo in loco qui est extremus terminus
corporis continentis, ille. n. est locus simpliciter ab omni qualitate segregatus. Si terminus: ergo &
illud quod continetur ab eo loco erit ẽt terminatum & illud item per quod. sed continetur in eo lo-
co per quantitatem. Et quantitas igitur erit terminata, nõ interminata, aut infinitum actu dandum
erit. Quàm verò ineptum est negare formas materiatas esse caducas? etenim tollitur è vestigio ra-
tio materiæ quæ potestas est, & contradicentia respicit. Si verò quantitate vtitur infiniti ratio, &
quantũ requirit actu subiectum, perspicuũ est ẽt ab infinito subiectum quod sit actu, flagitari. Quia
verò dicere posses id non esse proprium cuiusq. quantitatis, sed eius quæ finita sit: infinito verò non
supponi subiectum quod sit in actu. Id esse generale quanti simpliciter illa persuadent quę supra
citauimus

A citauimus ex 7. Met. cùm terminis ablatis solã materiam remanere docuimus. idem quoq. post confirmabitur, vbi cogitata nostræ mentis enunciabimus: Nulla quantitas igitur interminata, aut hæc à materia non separatur: multoq. minus est accidens. Quod autem pertinet ad illud, q propinquius materia cum quantitate, quam cum forma copuletur, licèt non arctius. Profectò non aliter in generatione substantiæ quantitatem, quantitatem inquam, interponi credam, q̃ præuias affectiones, sed nos olim docuimus eas quoq. consequi aliquid factum esse in re quæ fit quod deriuatur à forma. Quandò Aristoteles ipse nullum discrimen agnouit inter quantitatem, & reliqua accidentia, quantum est de cuiusq. productione. Cùm.n. doceret 8. Phys. quemadmodum generans efficeret accidẽtia, vtputa ipsum vbi, & quòd tantundem contribueret de accidentib. quantum de formã exhibuisset; idem euenire testatus est in quantum & quale. magnum verò & admirabile factum aut naturam in hoc vno variare; aut variationem ab Arist. non animaduersam, nec caussam tam dissimilis effectus ab eo fuisse redditam. Postremò accipiunt materiã nudam in cuiuspiam suæ proprietatis definitione sumi posse, quæro aũt quid patefaciet ea definitio qua per ignotissima traditur: fugit.n. materia sensum, & fugit mentem; & si notescere debet; cùm quantitas prior sit substantia, & proinde reliquis accidentibus; per hanc quantitatem sese nobis ostendet, sed interminatum est species quædã
B infiniti: infinitum verò est quantum, vel quale quoddam ignotum: sic per cęteros actus, qui petuntur à substantia, cæterisq. prædicamentis materia cognoscetur. itaq. proximè in definitione quanti substantia composita ponetur, remotè verò actus; ad extremum materia, Quare quantitatis definitio non aliter construetur, quàm definitio reliquorum accidentium, nec absoluetur per materiam solam, quemadmodum acceperat aduersarius.

Exponitur opinio nostra de natura quantitatis interminatæ, & veterum Peripateticorum auctoritate confirmatur. Cap. X.

AT verò, vt omnes controuersias extricemus, operę pretium est explicare, quid sibi velit apud Aristotelem vox illa *quantitas*, & quo distinguatur ab ea quantitate quam isti collocãt in materia; demũ quid affinitatis habeat cum ipsa. Quantum sanè cõiter complectitur & continuum, & discretum, ποσὸν dicitur à Græcis, continuum quod Græci speciatim πήλικον appellant, vel in successione positum est vt tempus, vel permanet, hoc propriè μέγεθος & magnitudo vocatur ab Arist. [a] Quicunq. verò dicit quantum, necessariò significat terminos, quippe quòd rem proponat, quæ vel æqualis sit, vel inæqualis, & in qua posita sit proportio quæ planè consistit terminis. atque [a] 1. de cæl.
C adeò vt finiti ad infinitum; addo ẽt infiniti ad infinitum nulla extet: nam proportio est similitudo rationum; rationem verò inter se habere magnitudines illæ dicuntur quæ possunt multiplicatæ sese mutuò superare; sed infinitum nec ab infinito, nec à finito superari contingit: igitur in infinito nulla ratio poni potest, nec igitur proportio. Quicunq. verò statuit terminum, ponit ẽt formam, propterea quòd omnis terminus a forma deriuatur. Porro forma duplex, aut è genere substantiæ, quæ est quodammodo extrinsecus, cũ n sit alterius ordinis, aut ex eodem prædicamento originem ducens; & ab illa quidem, quòd formaliter existat per illam, sicut reliqua accidentia quæ formã consequuntur, atq. vt eius instrumentum: cuiq. enim formæ certa magnitudo debetur quam si non fuerit cõsecuta, dicitur imperfecta, [b] ab ea verò quæ est generis eiusdem, & multò interior atq. propinquior, [b] 8. Phys. certa magnitudinis species exoritur, eius tres differentiæ primæ longitudo, latitudo, & altitudo, vel, T. 33. vt ipse aliquando dicit, esse diuiduum ad vnum, duo & tria, vnde primæ quantitatis species existũt, linea, planum, & corpus, qui sunt termini substantiæ naturalis, & quibus etiã circunscribitur quodque interuallum, & quorum beneficio à reliquis quęq. materiæ portio separatur; eos aũt primos esse in natura, cum quib. minimis naturalis forma conseruatur, & si Aristotelẽ audimus; per quos prima quantitas efficitur sensilis; [c] cùm cęteroquin in mathematicis vlterius ea distinctio ꝑgredi pos- [c] Lib. de lin.
D sit; quanq̃ terminos semper designatione facta consequitur; sic ẽt mathematicè figura finita est, [d] [d] Lib. 1. de cælo. & mens item mathematica abhorret ab infinito. Hos esse primos & intrinsecos quantitatis terminos ea monstrant quæ de 4. naturalis auscultationis sæpius hîc reperiuntur, necnon de 7. primæ philosophiæ, cęteri termini ex quib. iam figura existit, extrinseci sunt; ideoq. qualitates & accidentia. Signum q demonstrationi sunt obnoxia. Quòd linea longa sit, & ad vnum, superficies lata & ad duo, corpus ẽt profundum & ad tria, non demonstratur. Illud demonstrari potest. q nulla magnitudo tribus excedat, quod faciunt Mathematici. Quòd siquando Arist. [e] asserit remota circunferentia re- [e] 3. Phys. stare materiam, vt opinari possis eam esse speciem quantitatis, itaq. torquearis, quod figura sit, & ex ordine qualitatis; duo, mea quidem sententia, in qualibet figura spectare conuenit, & vim termini, & rationem, formulam, seu modum terminandi, quę posita sunt in dispositione, multitudine, & habitudine terminorum; siquidem in circulo est circunscriptio quædam interualli, seu superficiei qua vnum sit, & ab alijs segregatur; quòd aũt lineæ à centro ductæ ad circunferentiam sint æquales, iam est figuræ proprium, & qualitatis. sic tricubitum quãti species est; angulare, tetragonum, tripleuron, & pyramis sunt figuræ quarum angulus initium esse videtur, vt lineæ punctum, & positiuè quidem in reliquis; in circulo priuatiuè: quapropter orbis inangularis ab Arist. vocatur: angulus autem, vt indicat

[a] Q.Mec. 8. iudicat Arist. [a] non modo terminus est, sed spatium comprehendit: etenim in rota quæ voluitur in sublimi, docet angulum a terra suspensum esse, proinde continet spatium. Quare etiam diuiditur quilibet angulus; est.n.spatij proprium posse diuidi. Et quanquam demonstrauit Euclides angulum contactus esse omnium minimum; neq. vllo pacto secari posse; sic opinor oẽm controuersiam Aristotelicè tolli posse, spectando in angulo spatium, quod comprehenditur, aut rationem figuræ: spatium certè diuidi potest; etenim suapte natura est infinitũ; at in figura est finitas, itaq. in angulo, quatenus est figuræ principium, nulla diuisio: finitam verò oẽm esse figuram didicisti 1. de cælo. Quãobrem dicam, Euclidem ponere illum angulum minimum habita ratione anguli & figurę, quem tamen diuidi posse non negauerit, si spatium aduerterit, Non igitur terminus, nec indiuiduus, quia sit terminus; nec simpliciter minimus, verùm propter spatium diuiduus, minimus aũt, vt figuræ principium, idest, quoad facit terminorum dispositionem variam, qua item ratione est principium qualitatis. Nam cæteroqui si inter contactum lineæ ab extremo diametri ductæ ad perpendiculum multi immo infiniti anguli circulorum maiorum inseruntur, vt nonnulli fatentur, non video quopacto Euclidis ratio defendatur. Quæro.n.an diuidant angulum illum, nec'ne; si negent: ergo angulus nõ est quantitas, vt ipsi volunt: eius.n.est posse diuidi in infinitum: si dederint, vti debent: at quod diuiditur à maiore, multò magis à minore diuidetur; sed diuiditur à linea circulari: ea verò multò maius spatium comprehendit, & longior est, quàm recta. Multò igitur magis à recta diuidetur. quòd si diuiditur. Intercedit igitur angulus rectilineus. Præterea quis vnq̃ didicit sectionem quantitatis nõ administrari linea recta? illa.n.est omnium mensura magnitudinum: quippe quòd certissima, & breuissima, ideoq. oĩum prima. Proinde citra anguli rationem diuidi poterit, vt secundùm latitudinẽ; habita anguli ratione illa consequentur, quæ significauit Euclides. Hæc nos, tametsi à proposito nostro possent aliena censeri; nihilominus, quòd ab Arist. quoquomodo significantur, & philosopho naturali possint exhibere negotium: nam quod absurdum est in mathematicis idem quoq. vexat naturalia; in hac re quoq. patientia lectoris abuti, q̃ silentio veritatis ergo præterire malui. Ita ergo, vt eò redeam, vnde diuerti. In quantitate duplex est terminus à forma substantiæ, & à terminorũ natura desumptus, qui diuersa ratione quantitatem, & qualitatem afferunt: etenim nec quantitas eadem est cum figura; quandò contingit eandem esse figuram, non aũt eandem quantitatem, veluti cũ gnomone circumposito quadratum fit maius, & lõgè priores natura sũt termini; q̃ eorum certa dispositio, siquidem terminis immutatis etiã figura varietur oportet, vt si ceræ pilula fiat tetrapleuros, aut rhombus. Quare quicunque concipiet quantitatem, vnà quoq. intelliget formam. Quantitas igitur veluti reliqua accidentia non existit ex materia, sed ex composito. Inde colligetur hoc corollarium. si termini varientur, necessariò quoq. variari species quantitatis, quòd si termini nascuntur à formis; prout igitur formę permutantur, vnà & terminos & species quantitatis immutari oportebit: nisi fortè quippiam obstiterit: attamen ita se habent secundùm naturam, propterea sublato impediente reuertuntur ad statum naturalem. Proinde quantum fit è non quanto, non sanè è non quanto simpliciter, sed ex opposito, quod scilicet cùm sit quantum, non est id quod producendum est, id est, non habet eos terminos quos habet quantitas producenda, aut in natura non habet eos qui cum forma futura conueniant, ideoq. imperfectum dici solet, & ad perfectionem est deducendum, idest, eousq. quoad ad formam futuram sit accommodatum, vt in ea magnitudine si tueri possit, & illa vti ad sua facienda officia. Verumenimuerò quantitatis terminos bifariam mutari contingit, vel eadem materia permanente, quod fit in rarefactione, & densatione; vel accessione, & detractione materiæ, velut in viuentibus, & in vero incremento & decremento: & quanq̃ ratio varietatis terminorum est in vtraq. mutatione cõis; attamen extat maxima difficultas de ratione rarefactionis & densationis: nanq. altera illa non fit sine interuentu materiæ, & sine eius quantitatis accessione, quæ iã est actu: licet fortasse ratio illa quæ à terminis accipitur, eadem esse valeat: cuius rei signũ: quia tantundem loci occupat aër bicubitus, quantum & planta eiusdem magnitudinis; qui sanè locus conuenit corpori beneficio terminorum, solùm differunt caussa materię: nanq. aër bicubitus ex aqua digitali genitus suam amplitudinem intrinsecus est adeptus; planta alimenti mole assumpta maior est facta. Cæterùm in quaque mutatione quamuis illud quantum quod fit, ex actu quanto perpetuò fiat, nec vnq̃ è non quanto simpliciter; attamen in illo quod fit sine materia, inest sua potestas quæ cum termino à quo coniuncta, mutatur in actum rei futuræ: quocirca cum mutatio quanti sit duplex, rationem quoq. potestatis in vtraq. mutatione parem non esse censebimus; q̃ in incremento potestas ad terminos egeat externi: in rarefactione verò sit tota interna. Propterea quantitas cõstat è duob. elementis, quemadmodum substantia, potestate nimirùm, & actu, materia, & forma, atq. id analogicę, hoc est, vt partim sint eadem, partim diuersa: nam subiecto & ratione conueniunt; itaq. non differunt genere, sed ordine, q̃ substantiam prius constituant, deinde consequentia substantiam. Sic igitur in quantitate termini locum formæ occuparunt; quapropter ab Arist. qualitates appellantur. forma.n. & differentia sunt quædam qualitates. quod materiæ vice fungitur ab Arist. Græcisq. interpretibus Alexandro, & Simplicio διάστημα, seu διάστασις appellatur. significat aũt dimentionem interuallum, & extentionem sine terminis; ea verò potestas est ad accipiendos oẽs terminos. Ita-

[b] 7. Met. T.sui c.30. que materiam circuli dicebat Alexander [b] esse interuallum: hoc est materiæ; termini sunt ex forma: idcirco

A idcirco Philosophus infinitatem posuit in continuo caussa materiæ, finitatem verò per formam, sed & hæc multò planius exposita sunt ab ipsomet Arist. [a] qui eiusmodi infinitatem, & facultatem accipiendi terminos in materia collocauit; atq. adeò, vt à materia ipsa non distinxerit. Verba.n.eius hæc sunt. Quatenus aũt locus, videtur esse dimensio magnitudinis materia, nanq. hæc diuersa est à magnitudine: hæc aũt (idest dimensio) & id quod continetur sub forma, ac definitur sub plano ac termino: est aũt tale materia, & indefinitum; cùm.n. remoueantur termini & affectiones à sphæra; relinquitur nihil præter materiam. Consentiunt hæc item cum ijs quæ 7. primæ philosophiæ seruata sunt. Nec verò detracta longitudine, latitudine, & altitudine quicquã reliquum cernimus, nisi siquid est id quod ab his determinatum est. Sed quod determinatur, est materia. Patet igitur in materia ipsa dimensionem esse, hoc est, infinitatem cum facultate accipiendi terminos, ex quibus magnitudo fiat; accipiendi verò à forma. Verùm quòd infinitas est ipsa materiæ natura: est.n. materia per se indefinitum, aptum verò ad definiendum ab omni forma; infinitas item illa quæ respicit quantitatem, & magnitudinem, non aliunde erit, neq. vt accidens; sed eiusmodi, vt expleat rationẽ materiæ, quippe quæ partim afferat potestatis ipsi materiæ quæ sua est ipsius essentia: quapropter inest perpetuò; cùm tñ quantitas immutetur: ideoq. formæ præcedit in singularib. quemadmodum actui potestas

B antecedit. Ita ex potentia quanto fit actu quantum; & velut in generatione substantiæ potestas primò priuatione, mox actu cõtrario fundatur; remotè verò materia, sic in productione magnitudinis fit actu quantum ex actu quanto, non eo sanè, quod sit id quod producendũ est; sed quod sit aliud, non hoc: sed in auctione potestas consistere duob. actib. existimatur; altero qui inest in eo quo viuens augetur, altero verò qui est viuentis ipsius, vtraque.n. quanta sint oportet; & immutent magnitudinem; veruntamen ꝙ viuens conseruatur; corrumpitur alimentum, potestas ad magnitudinem viuenti est assignanda, & viuens est propriè quod cùm sit actu quantum, non hoc; fit aliud actu quãtum. in eo priuatio magnitudinis existit, & quantitas opposita quæ est imperfecta. Sed redeo ad interuallum quod materiæ proprium esse docuimus, atq. ita, vt à materia non distinguatur: idcirco ẽt Simplicius [a] διάστημα voluit esse substantiam, quæ foret principium quanti. Quamobrem si rem deducere velis ad tenue, siquis eam quantitatem appellare velit; is non quantitatem simpliciter appellabit, sed totum hoc quantitatem interminatã: est.n. contradictio in adiecto, non aliter àc si hominẽ mortuũm simpliciter hominem esse diceremus. ergo quantitas est interminata coniunctim, nec vllo pacto diuisim. Fortè nobis hîc aliquis eadem arma opponet, quibus in aduersarios vsi sumus: nempe infiniti rationem vti quanto. Cùm igitur infinitas in materia per interuallum ponatur; ergo & q̃titas. De his idem ego faciendum arbitror esse iudicium àc de informi fieret, vbi materiæ tributum

C est esse informe: est.n. vox ambigua quæ notat varias naturas. vnde ambiguo delusus aliquis suspicari posset materiam corrumpi, quia, cùm suapte natura sit informis, vbi formam exceperit, iam non erit amplius informis, nec materia igitur. Sed.n. informæ in materia significat naturam per se ipsam quæ sit sine forma, quòd sit alia essentia, à forma diuersa, significat ẽt priuationem certarum formarum quæ est quædam res aduentitia: informitas illa prior est natura materiæ, & ẽt in formæ præsentia conseruatur, nimirùm, ꝙ formę extrinsecùs accedant ad materiã, sed altera illa informitas adueniente forma mutatur, ꝙ cùm forma aduenit, non caret forma. Eodem pacto de interminato dicemus, aliud.n. ponemus internum, & suum ipsius materiæ proprium, quo priuatio quantitatis in materia notatur, quia materia sit natura quædam à quantitate diuersa: aliud est interminatum quod est priuatio certa magnitudinis, hoc externum est, quòd quantitas aliunde accedit, velut aliæ formæ, & alia prædicamenta, illud perpetuum, hoc variabile: illud à nobis in materia ponitur, & cùm ita sit, dicimus esse extra quantum, immò prius esse natura quanto, quippe primordium quanti, & eodem modo procedere, & afficere materiã, sicut aliæ potestates: nam sicut per alias potestates materia non denominatur simpliciter, neque substantia, nec quale, sed cum hac appendice propè substantia, propè quale, & potestate substantia, & reliqua, vt siquis materiam vocet substantiã, aut qua-

D le, incidat in eam fallaciam, quę est à secundùm quid ad simpliciter: sic infinitum hoc in materia nõ est simpliciter quantum, sed potestate quantum, nec vtitur eius ratio quanto, vt subiecto illud infinitum, quod externum facimus, & alienum à potestate, quãtum iure optimo appellatur, & assumit in sua definitione quantum, quòd actum quendam intra se habet, vnde accipit denominationem. Licebit ẽt dicere infinitum sumi bifariam à veteribus & ab Arist. siquidem veteres infinitum vocarẽt, quod omni fine excederet, & nunquam accipere posset finem, & vt dici consueuit, positiuè, Arist. autem fine quidem carens, sed eiusmodi vt finem accipere valeret, & priuatiuè. Dicimus ergo infinitũ positiuè vti quanto, non aũt id quod est priuatiuè, hoc est, in materia, & de ipso nunc agimus, de illo verò testatum fuisse Aristotelem, quòd vteretur quanto. Vel ẽt dicendo infinitum quomodocunque vti quanto, quoniam quantum, cùm sit actu, perspicuum est, & est ratione prius, at nõ idcirco, quia sit ratione prius, ẽt prius natura sit necesse, est quod in alia multa euenire non negat Arist. natura aũt, idest, origine, sicut actui potentia præcedit. Sed res per difficilis, & quæ tuas aures fortè nõ attigerit, adhuc ad se reuocat, & alia nos animaduertere iubet, quæ te auertere possent ab hac cogitatione, nisi fuerint expedita: siquidem hæc placito nostro prorsus repugnare videantur. Cùm.n. constitutum sit dimensionem esse non accidens materiæ, sed essentiam, protinus obiicies totidem esse

[a] 4. Phys. T.c. 11.

[b] 4. Phys. Dig. de loco.

potestates, & actus; quot sunt prædicamenta, ita vt suus actus, suaq. potestas cuiq. respondeat: ergo etiam potestas est accidens. Præterea sicut se habet actus; sic & potestas. Sed actu quantum est accidens: igitur & potestate quantum accidens sit necesse est. Secum verò congruere potestates & actus; satis id persuadet, quòd potestas ab actu præfinitur. Tertiò quæro sit'ne ordo inter has potestates, nec'ne. & negare quidem ordinem est detrectare prorsus auctoritatem nobilissimi præceptoris qui quandoq. docuerit esse tria rerum oĩum principia, materiam, formam & priuationem serie quadã tamen obseruata. Quòd si intercesserit ordo, iam quod prius est, erit essentia solùm, cętera quæ consequuntur, illi accident, ita cùm potentia quantum substantiam potentia consequatur; erit certè accidens, non essentia. Veruntamen hęc ille euertet qui norit, quemadmodum se habeant primordia prędicamentorum; ac naturam potestatis optimè tenuerit. Sunt enim principia prædicamentorum tria remota, quæ sunt principia substantiæ primum, deinde reliquorum: terna singulorum propria. Pendent hæc ex illis pluribus modis, cùm idem in suo quæque prædicamento præstantia quod illa faciunt in categoria substantiæ, est enim aliquid in singulis, quod in perfectionem contendat; est perfectio sua cuiusque propria, atq. illi opposita priuatio: ergo omnium ratio quædam communis: tùm item quòd sine illis existere non possint; nam cùm hæc in alio sint, illa esse oportet, quibus hæc accessura sunt. ergo principiis accidentium principia substantiæ supponuntur, & eorum rationes: tùm postremò, quòd quanuis accidentium ratio formalis à ratione formali substantiæ separetur; nec nõ principiorum cuiusque prædicamenti illius ordinis; nihilominus & vt caussis quæ secum afferant reliqua, veluti consequentia, substantiæ referunt acceptum quæq. accidentia; quòd sint; & sicut ex obiectu corporis vmbra propagatur, sic ex substantiæ principiorum præsentia existit accidens in cõposito. Non igitur substantiæ principiorum ratio tantùm supponitur accidenti, non etiam, quia substineatur ab ipsis, sed & eius essentia resoluitur in principia substantiæ. Quocirca prima principia accidentis sunt verè substantiæ, earumque principia quæ tria sunt. Igitur & prima potestas ad quantũ, nihilominus erit substantia, sicut dictum est; eam nos cum Græcis dicimus esse distantiam. Verùm pone tu nunc principia cuiusque propria quæ ratione formali seiunguntur à substantiæ primordiis; hæc insuper obseruanda actus ipsos, & per actus singula prædicamenta à substantia quodam ordine, veluti numeros, ab vno deduci; quare afferunt aliquid ad substantiam propter quod accidentia sunt; hoc ipsorum est propriũ, vt termini quantitatis, loci conuenientia ipsius vbi; propterea per id à reliquis singula separantur; hoc iam est accidens ipsum. Sed cùm tria cuiusque principia sint actus, potestas, & priuatio, longè aliud iudicium de actu cæterisq. principiis esse faciendum rei natura nos admonet. Actus.n. per se distinguit, cætera in seipsis indistincta, vel quia non sint simpliciter, vt priuationes; vel quòd id quod habent adiunctum, nihil habeat in se, quod reipsa, vel essentia distinguatur, sed ratione sola, & propter aliud, quod ab eo notetur, talem dicimus esse habilitatem quę nil est aliud, quàm res ipsa habilis vna significans solùm quod ipsa potest habere: quapropter per se ipsam cùm sit eadem, per aliud separatur; & vt vno verbo dicam, intrinsecùs eadem est, differt propter extrinsecum. Proinde naturæ fundamentum nihil distinctum pręseferre philosophi profitetur, quòd nullam contineat internam caussam distinctionis; sed vniuersa deriuetur extrinsecùs ab actu. Neq. verò tibi noua distinctio videatur: habes.n. Auerroëm præmonstratorum, qui de mente speculatricæ disserens, eamque vnam ad numerum esse defendens, intrinsecùs vnam esse affirmauit, plures extrinsecùs, ꝙ caussa phantasmatum quæ plura sunt, euariaret. Vna igitur est essentia per seipsam quæ sustinet omnes potestates, & intrinsecùs vna natura, quæ est planè suastantia; sed cùm potestas ex actu distinguatur, idcirco quod intrinsecùs est substantia; propter aliud, & merito connotati rationem subit accidentis: neque sanè quia natura substantiæ transformetur in accidens; sed quòd modus existendi commutetur; veluti cùm sit homo substantia per se; est tamen accidens in seruo; modus hîc non natura mutatur, & caussa habitudinis substantia degenerare videtur in accidens: attamen non est accidens; nisi quòd in eo ponitur modus existendi qui accidens imitatur: quod enim per se, & in seipso existit. alij tribuitur vt consequens, & per aliud hanc ergo mutationem modi pluribus tibi persuadere conarer, nisi anticipata fuisset à philosophis illustribus, & si ex meo penu depromeretur, sed & de illa meminit inter alios Zimara Tab. vbi disserit longo sermone satis accuratè de ente & essentia: quibus etiam illud addere libet, quod & si ipse non approbo, tibi tamen noui placere; non esse, scilicet, inconueniens in hunc modum, si accidens habeatur pro substantia, quemadmodum fieri videtur, vbi accipiatur, vt aiunt, in abstracto, veluti candor & calor, vbi aliquod proprium de ipso demonstretur, quod tu vis fieri in mathematicis; addo etiam, vbi exponatur definitioni: hîc id quod est accidens, ita tractatur, ac si substantia fuerit; nec tamen eius natura peruertitur; sed modus ipse tantummodò variatur. idem quoque de actu primo, & secundo decretum esse scio à doctissimis viris, qui cum sit idem re cum actu primo quæ est substantia, corpori & composito inesse ponitur, vt accidens: & nos item antehac tali distinctione sumus vsi; sed eius repetitionem non duximus importunam: rerum enim difficilium iteratio non inutilis. Pluribus hæc agenda fuerunt, vt id quod tibi fortè admirabile videretur; & aliis placere, & cum rerum natura conuenire perspiceres. Ab his ad oppositorum dilutionem me confero: & ad primum dico etiam elementa proxima accidentium esse accidentia, vel ex natura, vel ex modo, atq. actum

quidem,

A quidem,& illi oppositam priuationem ex natura; subiectum verò & facultatem ex modo extrinsecùs, & per aliud,& beneficio connotati;cùm cæteroqui non distinguatur à substantia. In eundem quoq. sensum damus secundùm: immò dicimus ex actu potestatem transire in accidens; sed quod tale sit ex modo,non ex natura. Ita quoq. ad tertium dico,in subiecto & potestate esse quidem ordinem,sed cùm ordo in iis per se non sit: etenim potestas & subiectum sunt indefinita & inordinata per se;petitur ordo vniuersus ab actu,cuius etiam beneficio subit rationem accidentis.Ita vides,vt facultas in materia ad quantum sit nihilominus essentia,& principium sit accidentis,id quod ostendere volebamus.

Ea diluuntur quę de interminata quantitate dubitata sunt, & ad exitum quæstio perducitur. Cap. XI.

CVM hęc ita sint,fatebimur item fore idem interuallum,vbi sit eadem materiæ portio: verùm quia quantitas habet terminos qui sępe mutantur; eandem formam quantitatis sub variis terminis conseruari posse negabimus. Itaque in incremento viuentium nonmodò termini variantur, B sed accessione materię dimensio permutatur: in rarefactione, quia nihil accedit; de quanto quod est potestate solùm, fit actu quantum. Propterea prima illa obiectio quæ sumebatur è non quanto fieri quantum; multò maiorem impetum facit in rarefactionem, q̃ in verum incrementum: ibi enim actu quantum non est,sed oïs amplificatio terminorum ex ipsa dimẽsione permanat,& erumpit è materiæ potestate; cùmq. modicum spatium prius occuparet; paulò pòst multò maius obtedit, ita vt hîc non videatur valere quãtum fieri ex actu quanto; ex eoq. illa verè consequi quæ pro absurdis obiecit Arist. & vacuum fore separatum, & alia multa quæ ille induxit, si è non quanto simpliciter fieret quantum. Verùm & in rarefactione vim habet argumentum, si per se ipsam & intrinsecùs accipiatur variantia quantitatis; attamen huic incommodo occurrit natura per accidens: etenim pepulit vacuum,& impleuit hoc spatium corporibus humidis, quæ facilè contraherentur in angustum,dilatarentur,cederent,& in aliena loca confluerent,vnde in rarefactione,quanuis crescat corpus, non idcircò penetrat aliud,nec in densatione restat vacuum eo quod continet in quantitatis contractæ locum, subitò migrante. Propterea consuluit ita natura mutationibus istis per se in incremento viuentium,dum adiecit aliud corpus; in altera mutatione per accidens,addendo operã continentis,& auxilia constituit quæ motuũ ingenio responderent: nam sicut auctio motus est per se; sic per se illi natura prouidit; sicut rarefactio motus est per accidens; ita præsidiũ per C accidens apparauit. Nunc ad illa transeo quæ de quantitate interminata Latini obiecerunt. Et ad illud,quo quantitatem inesse in materia perpetuò probabatur,ꝙ opera materiæ semper in augmento & decremento flagitaretur; satis esset factũ,si diceretur illud quod materia comitatur,esse distantiã per se; idque, cùm sit potestate quantum ad actũ posse deduci. Sed cùm sit hoc incrementi proprũ,vt materiã postulet,quæ sit actu quanta; factum est, vt quod pertinet ad incrementum per se, materiæ tributum sit,& quod conuenit materiæ incrementi quæ iam est actu substantia,translatum sit ad materiam simpliciter, siquidem incrementum illud est quod actu quantũ desiderat, & informatũ,sed hoc est accidens tali materiæ; materia simpliciter sola dimensione contenta est: nam,quo viuens augendũ est anteq̃ copuletur,est contrarium; simile verò,vt primum accessit, cùm sit informatum,& quantũ igitur: neque.n.è quanto simpliciter, nec quantum simpliciter fit in incremẽto; sed substantia quanta ex altera substantia, quanta producitur, & cum transmutatione substantiæ perpetuò coniuncta est mutatio quãtitatis. Ex quo factum fuisse puto, vt iudicium de mutatione, & terminis quantitatis aliud fieri debeat,ac fiat de aliis mutationibus accidentis: etenim quantitas ad substantiæ formã in auctione refertur,& ad eã se habet,vt perfecta & imperfecta, quasi instrumẽ D tum,quod fine determinat: reliquę mutationes sine formis substantiæ pręstantur; ideò non subeũt instrumenti rationẽ,nec earũ termini sunt imperfectũ,atq. perfectum. Proinde quantitas ad substantiã sensilem se habet,sicut accidens,ad auctionẽ,vt essentiæ pars: dimensio, vt essentia materiæ simpliciter,secundò & remotè pertinet ad auctionem. Inferunt verò,vt absurdum deperire quantitatem,& confirmant,quia contrario careat: Nos & eam dicimus habere in suo genere cõtrarium; eandemq. mutari. Porrò cõtrarium dicimus id generatim,vbi vnus quidã actus cum alterius actus priuatione coniunctus est, ita tamen vt cum illo cõmutari queat. Atque hoc contrariorum genus in quantitate duplex esse perspicimus: etenim vel pertinet ad quantitatẽ,quatenus est quoddã prędicamentũ ab aliis essentia separatum, & quatenus sustinet motũ qui separatur ab aliis, [a] vel etiam quoad est cum substantiæ forma coniunctũ: illud internũ est,hoc aliunde descendit: etenim nascitˀ à substantia,ꝙ illius instrumentum sit; itaq. aptũ & ineptũ,perfectũ & imperfectum opposita sũt; cùm habeant actũ in quo alterius insit priuatio,& idcirco habilitas ad alterã formam suscipiẽdam: quare vicissim cõmutantur, dum ex imperfecta & inepta quantitate transit in aptã & perfectam, aut contrà: illud positum est in ἀσυμμετρίᾳ quadam terminorũ, dicere mihi liceat intolerantiã, seu repugnantiam; quapropter & bicubitum non est tricubitum; eiusmodi tamen, vt fieri possit, atq.

[a] Præd.

hoc communiter quidē pertinet ad auctionē & rarefactionem, sed ad auctionem per accidēs, per se verò ad rarefactionem, quòd hæc sola potestate materiæ, distantiaq. fundatur, & potentia quanto; illa eo quanto quod est actu. Propterea non placet id quod nonnunq̄ professus est Alexander, [a] qui videns actionis & decrementi terminos esse magnū & paruum quæ contraria non essent; dixit aliunde repugnantiā redundare in quātum: in eaq. rationē haberi solùm perfectionis & imperfectionis quæ pendet ex formis quatū ipsa foret instrumentum: nanque ipse id quod internū & familiare est eius prædicamenti prætermittens aliena persecutus est: neque vidit in quolibet prædicamento, nedum in eo quod motui subiiceretur per se; suam esse potestatē suumq. actum, & quanq. potestatē actu finiri, cui quippiam sit oppositum: siquidem per se contradicentibus potentia terminetur. Tantùm igitur abest, vt quantitas exsors sit repugnātiæ, vt gemina repugnantia sit prædita, vna quidem aliena, quatenus est instrumentū, atq. altera propria: tametsi repugnantia quæ tribuitur quantitati, quatenus est instrumentū, duplex esse pōt, & cum materia, quemadmodū fit in viuentibus, & sine materia, velut in corporibus inanimis, quòd habent hæc molē suæ naturæ conuenientem, & disconuenientem, ac præter naturā de qua mentio facta est 8. Phys. [b] sed cùm eius mutatio fit per accidēs; idcirco videtur fuisse neglecta. Quicquid sit tamen, in quantitate est repugnantia terminorum, & propterea mutatio, & eius noua generatio, atq. corruptio. At quanto contraria negat Aristoteles. Fateor, sed talem huiusce facti caussā assigno, quòd in prædicamentis iudicium vulgi secutus eorum extrema elementa noluerit persequi, vulgus aūt contraria iudicat illa quæ secum sensiliter pugnāt, ea verò sunt ꝓpria qualitatis, & eorū quibus qualitas ipsa supponitur: at acutius inspicienti cōtraria sunt, vbi actus, & potentia reperiunt, & vbi mutationis specimen obseruatur. Quamobrem continent rationes illæ genus illud fallaciæ quod ex figura dictionis, cùm dimensionē cum quantitate mutent: illa sanè perpetuò manet, nec habet oppositū, huic aliquid est cōtrarium, & accidit mutari bifariam. Nec D. Thomas in argumento suo distinxit à dimensione quantitatem: nos aūt in dimensione credimus esse absurdū; est.n. potentia cuius est ingeniū diuersos terminos accipere, & sustinere varias formas. Quanq̄ non debuit hoc nobis afferre molestiā qui accidētia communia cum variis formis existere posse defendimus, & nō rem ipsam, sed rationem variari docuimus. Ex his etiam quæ hactenus decreta sunt, occasio sumi pōt ad ea respondendi quæ iā pridem cum à nobis tum itē à Philopono dubitata fuerant. Nanq. vbi opponebat ipse corpus esse materiā, quia formæ oēs materiæ quæ foret quanta, superuenirent; deceptus est non videns se id tribuere corpori, & materiæ per se, quod eueniret ex accidēte: etenim id fit ex eo, quòd materia quæ debet accipere formam, semper est cum forma opposita qua terminatꝛ, & vnā obtinet q̄titatem: sed subest ibi dimensio, q̄ est materia corporis, & vnā reuera, & primò partitionē formæ vniuersæ consequuntꝛ. Ad confirmationē quoq. dicemus corpus item fieri circū materiam, & hr̄e contrariū eo quē diximus, mōꝗ. quippe quòd è dimensione tanq̄ materia, terminisq. vt forma conflatū sit. Quamobrem terminis immutatis ēt corpus vnà mutari oportet sola dimensione remanente, q̄ semper hęret affixa materiæ. Ex hoc efficitur, vt illud quoq. sit falsum quod assumpsit tertio loco; nimirùm corpus in oī mutatione superesse; cū supersit sola dimensio, &, quod est potestate corpus diuersos corporis actus accipiens, immutetur. Neq. illud probari potest lationem temporis puncto futuram; quòd dimensiones extent, vt priꝰ ū forma noua fuerit inducta quæ temporis puncto solent induci: nanq. oportebit locū cedere continēs, cessio verò loci species est lationis quæ vnà cum dimensionum ortu existit. (huc.n. tota illa ratio deducitur) non probari pōt inquam, propterea quòd extat ēt dimensio ante formam; nec dimensio gignitur; sed termini illi dimensioni comparantur; postulant verò tempus, quippe quòd inter quosq. terminos, vt optimè docet Philosophus, [c] sit magnitudo, & extentio cuius priuilegio ponitur tempus in ea mutatione. At verò, cùm termini sint in quolibet motu indiuidui, tempore quidem comparantur; sed in eius puncto existunt. Terminorū productionem cessio sequitur qui motus est; terminis ipsis respondet locus, qui terminus est cessionis & lationis. Itaq. locus cum terminis dimensionis in puncto temporis existit; cessio quæ est latio, cum extentione in tempore obibatur. Negamus igitur dimensionem cum forma induci; quia non inducitur, sed existit, neq. si magnitudinem pro dimensione velint audire; ea subitò existit; sed in tpe; & hanc cessio sequitꝛ: nec igitur puncto tpis, vt ipsi opinantur. Ex dictis apparet quonam à veterum snīa nostra distinguatur. Etenim opinati sunt illi q̄titatem interminatā à terminata nō differre, atq. oēm esse accidens & actu. Addidit Achillinus vtranq. terminum esse substantię. Nos aūt quantitatem interminatam à terminata vt substantiam ab accidēte disiungi putamus, & solam terminatam terminū esse substātiæ credimus, & actu, cùm interminata sit potentia. Itaq. per hæc ēt tolli arbitramur argumenta Achillini, quæ contra oppositionem quātitatis intendit quā non mō priuilegio formarū contrariorū illi tribuimus, sed per se quoq. ꝑ asystasian terminorum. Horum primum fuit. Ex eadem materiæ portione cū prius terræ foret, aq̄ fieri. Cum verò rerum natura constantiū certa sit magnitudo & paruitas, eo posito quòd q̄titas per se mutetꝛ iidem tn̄ termini forent vtriusq. substantiæ. Scdò oīs forma esset indiuidua, & indiuiduè reciperetꝛ in materia, qa si q̄titas mutatꝛ, & illa non pōt proximè inhęrere materię, sed p formā substantiæ: ergo forma substātię prius inhęret in materia q̄ est sine q̄titate, cū verò diuisionis rō petatur à q̄titate, si quantitas non antecedit, ergo nulla ratio diuisionis inesset in ea forma. Tertiò si esset oppositio in quanti-

[a] 1. Q. 7.
[b] T. 32.
[c] 6. Phys.

A quantitate esset mutatio secundùm accidens. Oĩs autem mutatio secundùm accidens fit circum actu substantiam, hoc autem est per formam substantiæ. ergo forma substantiæ præcederet quantitati, ideoq. esset indiuidua. Verùm si terminata est actu, interminata verò potentia, cùm potentia nunq̃ separetur ab actu: ideò ponimus in quacunq. re naturali duplicem hanc quantitatem, sicut in substantia composita duplicem substantiam simplicem materiam, & formam. Quarè sicut in generatione substantiæ materia manet, & forma commutatur: sic in productione nouę quantitatis superest quantitas interminata, mutatur autem terminata, alios terminos consecuta ac prius habuerit. Ideò ad argumenta Achillini, ad primum dico falsò supponi omnem quantitatem esse terminum substantiæ, cùm sit substantiæ terminus quantitas terminata solùm, cuius species variatur, vbi termini commutentur. sic non sunt eidem termini terræ, & aquæ, nec eadem quantitas, licèt eadem sit q̃titas interminata. Ad secundùm ponitur à nobis quantitas interminata intrinseca materiæ, & idcirco perpetua; circa quam quantitas terminata variatur, sicuti formę circa materiam: quia tamen semper est aliquis terminus in natura, sicuti aliqua forma in materia, quemadmodum quando forma fit in materia, & generatur compositum, compositum fit ex materia per se, & ex altero composito per accidens; sic quando fit quantum, fit per se è quantitate interminata, per accidens ex altero quanto. sic ẽt forma cùm adueniat materię quę hẽt intrinsecùs q̃titatem interminatam, p accidens aũt est B terminata, necessariò est diuidua. Ad tertiũ conceditur mutationem q̃titatis fieri circa substãtiam actu; ideoq. præcedere substantiam; verunrũ quia hęc substantia fit in materia quæ per se hẽt quantitatẽ interminatam, & per accidens terminata est; efficitur nihilominus, vt forma substantiæ possit esse diuidua. Atq. hæc occurrebant quæ de q̃titate interminata priuatim diceremus; ad alia veniamus.

Aliqua exponuntur de natura quantitatis. *Cap.* XII.

AB his quæ dicta sunt, edisserere complura licebit quę ad intelligentiam ptinent eius quantitatis quam cęteri cum hac differentia terminatam, nos q̃titatem simpliciter appellamus. Et q̃uis hęc ab aliis vberrimè disputata sint, vt qui ea declaranda suscipiat, laterem lauare credatur; attamen nos aliqua tantùm delibabimus quæ ad dictorum nostrorũ concordiam facere videantur. In primis.n. ex his quę nuper & anteà constituta sunt, apparet. Vtrùm q̃titas idem cum substantia sit nec'ne, siquidẽ cùm duplex sit in omni q̃titate principium, materia.s. & potestas; forma & actus: quod ad potestatẽ materiamq. spectat, est verò illa dimensio; hæc à materia non seiungitur, vt ostensum est, aut ratione sola, eaq. pp actum connotatum non per se, nec per essẽtiã, & de hac parte Græci Simplicius & Alexander verba faciunt; cùm illam à substantia non distinguunt quæ pars continet formam & actum; C ea differt à substantia, velut accidens; affert.n. aliquid essentiæ, atq. substantiæ quod earum pars non est; nec quidẽ ita re differt, vt subiecto vnq̃ separetur q̃titas à substãtia, velut alibi dictũ fuit à nobis, dum de abstractione mathematica tractaremus, nec à q̃titate substantia: nã q̃titas semper dimensione fundatur; hæc aũt nunq̃ diuellitur à materia; materia verò pars est substantię, nec vnq̃ actu ab aliqua forma secreta, vbi iam q̃titas actu consistit, sed ita re separatur, q alius sit vtriusq. actus, & alia substantiæ & q̃titatis essentia. Proinde materiæ potestas ad q̃tum est simpliciter ad substantiam q̃tã, sed ea duplex, vel q generetur q̃titas in substantia, vel ẽt q q̃titas cum substantia producatur. illud quidem necessariò fit in incremento, hoc plurimum in rarefactione contingit. Nanq. etsi rarefactio cum productione substantiæ sæpe coniuncta est, at nonnunq̃ est per affectionem, nullo accepto substantiæ detrimento. Ex hoc efficitur vt diuersi sint motus in substantia, & q̃to, neq. necessariò motus scdm q̃tũ, fiat vna cũ motu scdm substantiã, vt cap. de motu docuit Arist.[a] Quia verò q̃titas à dimẽsione, seu distantia necessariò pendet; atq. illa quidẽ vna per se est, eademq. cũ extentione q̃ tres differentias respicit, inde est, & vna sit cuiusq. substantiæ q̃titas, nec aliã possit admittere, vndecunq.n. extenditur; illæ q̃ non vndecunq. extenduntur, aliam q̃titatẽ admittũt, sed sunt imperfectę q̃titates, & termini magis q̃ q̃titates, vna sola est absoluta, quod est corpus. At cũ, veluti posteà copiosius agetur. D vnicuiq. rei, vel accidens sit, vel substantia; natura certos præfixerit terminos, & nonnunq̃ accidentia salua substantia varient', aut ẽt terminis conseruatis substantia noua gignat', nõ est q verearis in eodẽ supposito variari q̃titatẽ, sed eadẽ prorsus existit natura q̃ solum modũ immutat; quippe q vnius sit scdn naturã, alterius verò cõtrà, aut est scdn naturã sppositi cuiusdã cõloris, vt in animali viuo & mortuo. Cùm itẽ q̃titas dimensione consistat q̃ posita est in materia; ea verò pferat rõnẽ extentionis, & rei quæ terminari possit; ex quo diuisio, diminutio, partiumq. ratio videatur extare; sequitur rationem diuisionis, & partium ad substantiam primò pertinere, mox redundare in quantum. Potest hoc ita confirmari q diminutio materiæ tribuitur ab Arist. deinde ratio partium solet in potestate collocari, potestas est materiæ propria. Verùm quòd diuisio duo continet veluti primordia, extentionem, & terminos, ex extentione verò & terminis existit protinus quantum; hinc efficitur, vt diuisio quæ vt à priori petitur à substantia, quo ad existentiam q̃to inhæreat, & habeat' ppria q̃ti: Atq. vt vno verbo expediam, originẽ sanè ducit à substantia diuisio, sed formaliter inhæret in q̃to. Quanq̃ potuit hoc loco quispiam non sine caussa dubitare. Siquidẽ motus insit primò in substantia, deinde in q̃to: patet verò id duab. constitutis hypothesib. quarũ prima accidens in accidente non inesse, sed vtraq. in substantia. Cũ igit' motus sit accidens, efficitur, vt primò substãtiæ cõueniat.

Altera verò sic se habere potestates & vias, quemadmodum actus. Quamobrem cùm actus substan
tiæ præcedat actui accidentis; ergo & potestas & via; quare & motus. Itaq. generatio præcedit aliis E
motibus, quod etiã suprà de 5. Phys. abundè expositum est. Sed oĩ motui, quoad motus est; suppo-
nitur subiectum diuiduum. Quamobrem & diuiduum primò substantiæ conuenit. Neque solum
caussà distantiæ, atque dimensionum quæ sunt quantitas in potentia, sed caussa formæ, vndè proxi-
mè existit quantum. Itaq. & tota ratio quanti substantia fundatur. Quòd si dixeris quantum per-
tinere quidem ad rationẽ motus, sed ex consecutione respicere substantiam: opponam motũ inesse mobili, quatenus est quantum. Quapropter omnis motus erit secundùm quantitatem. Et ne-
cessariò igitur auctio, vel diminutio. An non idem est conuenire alicui quatenus quantum est, &
moueri secundùm quantitatem: hoc.n. significat subiectum secundùm quod fit motus: illud autẽ
rationem, vel modum inhęrentię: in quo.n. motus est, est diuiduum: atq. id cùm moueatur secun-
dùm locum, etiã actu substantia; proinde actu quantum. Sed ad generationem, cuius subiectum
est potestate, hoc quod est esse actu quantum, non primò pertinere videtur & per se, verùm potius
per accidens. Etenim etsi generatio pręcedit omnibus aliis motibus, pręcedit quidem in indiuiduo,
sed latio simpliciter antecedit: ideò semper in effectu est in subiecto quãto. Cęterùm sicuti diuiduũ
potestatem significat, potestati verò ratio actus supponitur; sic diuisioni supponitur ratio quanti.
Propterea tametsi caussa diuisionis & quantitatis exurit radicitùs ex substantia; proximè tamen ap F
paret in quanto. Sic occurrimus secundæ hypothesi inficiantes generationẽ præcedere simpliciter
aliis motibus, & vniuersam rationẽ quanti ex substãtia duci, sed rationem diuisionis & partium de
quanto necessariò petendam. Quocirca diuiduum esse re uera prius est natura quanto; propterea
sumitur in eius definitione. Neq. nobis negociũ facessat sniã quędã Philosophi qui nonnunq̃ decre-
[a] 8 Phys. T.68. uerit lineã per essentiam esse continuam, [a] accidere autem illi, vt in infinitum diuidatur; itaq. cùm
sit accidens, & posterius est, & excluditur definitione siquidem vel, vt ait Simplicius, per accidens
intelligitur potestate: id enim verè est, quod est actu: vel etiam ꝙ Arist. ibi cum Zenone certans qui
motum per infinitam diuisionẽ è medio tollebat, non respiciat eam diuisionem quæ manat ex ipso
continuo, sed quæ refertur ad mobile, quoad super ipsa mouetur: etenim quatenus mouetur, acci-
dit, vt numeret infinita dimidia; reuera tamen mouetur super linea finita, quatenus finita est; nec
secus atq. ille qui vnicam continuã magnitudinem vnico adspectu nõ intueatur. Neque illud ob-
stat, ꝙ si partes sunt in potentia, quod verò est in potentia, non est quantũ, quòd cùm diuidatur ali-
quid in partes, aut ex iis componatur; resoluatur in non quanta, & è non quantis existat: nanque
non sic dr̃ diuidi quantũ in quanta, aut effici è quantis, quia sint actu quãta, sed quòd post diuisio-
nem quanta erunt, & erant quanta ante compositionẽ, & cùm in toto totius quantitate pollerent, G
obtinuere ꝓpriam, & postea propriam deletis terminis amisere; eaq. potiꝰ sunt quæ totius est.
Itaq. in hunc sensum accipitur quicquid de eiusmodi compositione & diuisione demõstratum est
in Physicis, lib. de Cęlo de Gen. & separatim in lib. de lineis insectibilibus contrà Democritum.
eodemq. modo interpretanda illa propositio. Rerum natura constantium determinatã esse magni-
tudinẽ & paruitatem in toto & partibus. Neque etiam concluditur illud quod censuere nonnulli,
quantitatẽ à substantia nequaquam discrepare, quia partes existant ex substantia; atqui vbi partes,
illico ratio quantitatis: nam dicimus ibi rationẽ esse substantiæ diuerso modo, ac quantitatis: quan
dò ratio substantiæ intrinsecùs & reapse eadem est cum ratione partiũ, sunt.n. partes ipsamet mate-
ries quæ intrinsecùs extensa est, & potentia quantum, veluti sunt partes: quantitatis aũt ratio forma-
liter in partium rõne cõprehenditur, neq. aliter oĩno, atq. actus in ratione potestatis, qui sanè actus
cùm proximè pendeat ex forma, & insit in cõposito; iam est accidens. Ex quo sequitur, vt cùm par-
tes anteà cum materia conferrentur, aliquid ab ea diuersum non essent, relatæ ad formã, differant à
substantia, & degenerent in accidens. Contingit igitur partes quæ idem cum materia sunt, origine
priores esse quantitate, ideoq. ipsa per partes definitur, in quarũ extensione continuitateq. cõsistit.
Quoad verò respiciunt actu quantum, rõne posteriores esse quanto, & vicissim definiri per quanti- H
tatẽ, nam sunt quantæ in potentia. Cùm verò quantitas sit semper ex forma, necessariò posterior
est substantia. Quapropter ita partes existunt ex substantia vt eædem intrinsecùs cum ipsa, quoad
est materia; pendent ex quantitate non effectiuè, sed formaliter; hoc est natura quidem quantitati
præcedunt, rõne autem & perfectione superantur. Ideò ratio par non est substantiæ & quantitatis
ad partes, neque proinde sunt idem quantitas & substantia. Itaq. habere partem extra partem ad
quantum, sic se habet, vt natura prius, & vt elementum quantitatis, idemq. est vinculum per quod
ex substantia quãtitas apta est; cùm penitus inhæreat materiæ & terminis à forma susceptis, efficiat
quantitas. Neque obstat, quòd partes semicirculi sint toto posteriores: quandò partes & cum cir-
culo qui est figura, & certã formam affert quantitati, & terminorum quandã præsefert habitudinẽ,
& cum quanto ipso cuius sunt termini, conferantur: ac planè cõprehensa ratione figuræ partes eo
modo sunt toto posteriores; ipso autem quanto per se sumpto sunt priores, ei rei signũ est, quòd vt
semicirculus dicitur esse posterior; non vt pars quanti simpliciter. Eadem ratio cõmuniter & vni-
uocè, vt arbitramur, inest oĩ speciei quantitatis siue continua sit, siue discreta. Eius verò prima spe
cies est corpus quod solidum magis ꝓpriè diceretur ad differentiam corporis naturalis, quod est de
prædicamento

A prædicamento substantiæ, cuius quantum seu proximè, siue remotè terminus esse perhibetur: nam solidum primus est terminus cui subiectum primum respondet in ordine substantiæ in quo inest propensio ad quendam locum naturalem, & cui conuenit locus primò: superficies & linea sunt termini solidi quibus certè nihil per se, proximeq. subiectum esse opinor quod subsistat; verùtamen aliquid in eo quod per se subsistit quo, videlicet, terminatur, & habet certam posituram in corpore: est n. in corpore & substantia naturali extremitas & terminus; est & id in quo extremitas illa locatur; vt ẽt terminus inest in eo cuius est terminus; inest aũt vt eius, quod alibi declarauimus. [a] Itaq. hæc vt termini sunt solidi, & in eo sic insunt, vt termini; in corpore aũt naturali tanq̃ in subiecto, & à se inuicem essentia, non loco discluduntur, atq. aliquid reipsa in substantia naturali cum qualitatib. & formis sensilib. complicata. sine quib. cùm spectantur à mathematico, transeunt in notiones, quib. tñ aliquid respondeat in rerum natura, licèt non eo modo quo cogitantur. In eorum continuitate positum est vnum quod est principium numeri, in diuisione verò numerus, quæ sunt ratione tantùm priora continuo, q̃ continuum aliquid vni numeroq. apponit, nimirùm positionem, sed sunt posteriora simpliciter, q̃ nascuntur ex ipso, fortè non eo modo quem nobis exposuerunt Auerroes & Albertus super eo loco. [Vt n. numerum consecuta sunt, ita & diuisionem scilicet, quia tres habeant dimensiones: primam quæ est longitudo, alteram quæ est latitudo, ac tertiam B quæ est altitudo: quando ex diuisione continui numerus in infinitum porrigatur; ea verò de qua disputat Arist. ternario terminetur: sola aũt illa infinito subijci queat quæ fit biperritò: neque item quia reperiatur vnum idemq. continuum, quod aliquando visus est asseuerare Philosophus [b] numerum in tempore collocãs ex replicatione vnius eiusdemq. instantis. Etenim sic interpretarer ex eiusdem vnius repetitione numerum procreari repetito eodem continuo, & ratione vnius formaliter accepti quod est principium discretæ quantitatis, & vt cùm semper inhæreat in continuo, cum ipso cõtinuo coniuncta, vnaq. & coniunctim eodem vno quod est in continuo, sumpto. cùm tñ ratione segregentur, vel ẽt numerum illum non simpliciter esse opinabor in tempore, sed esse numerũ motus, ex quo in fluxu positus est, & eget auxilio mentis, aut tanq̃ vnum idemq. non accipi instans quo tẽpus numeratur, quia quodam accidente distinctum sit, veluti quadam præfinitione temporis, vt puta, antecedentis & consequentis, sicuti distinguuntur pluuia, ex qua prius vapor, & quæ posteà ex vapore 2. Post. Quem vero ordinem consecutæ fuerint in natura continui partes, haud est explicatu facile. Nam corpus in quo tres mensuræ continentur, Arist. autumat perfectum: tamen cùm sint termini, quib. distantia, quæ erat potestate quantum, fit actu quantum, videntur esse quemadmodũ formæ, & afferre perfectionem. Rursus natura priores sunt; cùm ratio corporis in terminorum ra-C tionem resoluatur, non aũt contra: [c] siquidem linea & planum sine corpore cogitentur, at sine his corpus in mentem cadere nequeat: etenim continuò in corpore termini subijciuntur. quòd si mens non separat corpus ab illis, multò minus ea diuellet ipsa natura, multò. n. magis valet mens separando, quàm natura. Item mensura potior est, atq. simplicior, quàm id cuius est: sed reliquæ sunt mensuræ corporis. Et priores igitur & simpliciores. Accedit & argumentum ex Aristotele ipso depromptum. Omne. n. finiens esse perfectius eo quod finitur. Superficies aũt & linea finiunt, corpus verò finitur. Quin ẽt verba eiusdem asserentis, si corpus esset substantia, magis substantiam fore superficiẽ, ac lineam, quàm corpus. Equidem puto quantitatem posse considerari bifariam, vel per se ipsam cogitationis auxilio, non habita. n. ratione corporis naturalis, siue more Aristotelico non extra substantiam, sed non sine substantia, seu via peruulgata mathematicorum qui Pythagoram & Euclidem imitati sunt, extra substantiam; aut ẽt in substantia naturali physico more, non est nunc disserendi locus; vbi ergo per se ipsam spectetur, illa sine controuersia valent quæ nos obiecimus, nam sic ab illis corpus informatur. Etenim auctorib. Ptolemæo, atq. Theone non dissimiliter ab Arist. nostro superficies termini sunt, & formæ, figuræ verò qualitates: itaq. sunt eo simpliciores, & ideò mensuræ, vt verò sunt termini substantiæ naturalis, obstare videtur auctoritas Aristotelis. Atq. item quia su-D perficies & linea veluti priuationes habentur, & per corpus definiuntur. Igitur ita dicerem Philosophum spectasse quantitatem, vt substantiæ instrumentum: ideoq. cùm in rerum natura cæteris omnib. substantia supponatur, atq. illa quidem cõposita, effectum fuisse ẽt vt existat, non linea, vel planum, sed corpus, & solidum in quo continentur omnes dimensiones: sic. n. superficies & linea vocantur. Licet ẽt dicere terminos quantitatis esse duplices essentiæ nimirùm, & extentionis, per illos aũt species quanti constitui, qui sunt longitudo, latitudo, & altitudo, siue diuiduum esse vnico, duplici, ac triplici modo, vnde existunt linea, superficies, & corpus. Ex quo effectum est, vt cùm species quanti constituant veluti differentia, qualitates, non aũt quantitates appellentur: atq. hi sunt naturales, & prorsus inuariabiles. At verò termini extentionis in quanto sunt quoquomodo per accidẽs, & indefiniti, cùm in quolibet signo possit diuidi quantum, & accipere terminos, neq. tantùm ex natura pendent, quantum ex cõsilio & casu. Dicimus ergo terminos essentiæ perfectiores esse eo cuius sunt termini, terminos verò extentionis haud quaq̃. Proinde Aristotelem comparando corpus cum superficie, ac linea verè pronunciasse corpus esse perfectius. Sed si quis etiam putet corpus conferri cum terminis illis quos essentiales appellauimus, sic caussam defendet. Etenim sicut actu substantia quæ est composita, resoluitur in alia principia longè priora, sic etiam corpus in hos terminos, quòd

[a] 4. Phys.

[b] 4. Phys.

[c] 3. Met. T. 17.

tales terminos in genere quantitatis consecutum fuisset, longitudinem. s. latitudinem, & altitudinem quib. certa & præfinita magnitudo clauderet, sed cùm postmodò appareretur rebus naturalib. sic ad substantias naturales quid posterius essent corpore, cùm sit hoc præcipuum & potissimum substantiæ instrumentum, verùm in ordine quantitatis essent primæ, sicut terminus, & actus sunt potestate priores. Noni Græcos inter ὅρον & πέρας eam differentiam ponere, quòd ὅρος sit cuius gratia, πέρας, sit extremitas solùm, in illo perfectionem collocare; huic nullam tribuere perfectionē, ac superficiem punctum, & lineam τῷ ὅρῳ noīe nō dignari, sed τῷ πέρατος. itaq. corpus appellari πεπερασμένον. Quàm verè iudicet ille, qui I. de Cælo corpus τέλειον, & ὡρίσθαι viderit ab Arist. testatū. Mitto quòd lib. de An. motu πέρας accipit Arist. pro eo quod est τὸ οὗ ἕνεκα ibidemq. mox πέρας pro termino, non pro fine motus. Verùm fac ita esse, & in hæc etiā valere quæ multò antè nos monuerat Arist. non esse extremū, esse finem, vel bonum. Dicimus item finiens esse duplex præcipuū, & secundarium, & in magnitudine præcipuum finiens esse formam; eius. n. officium est terminare, atque ea posita in materia subitò quantitas existit. quòd ibi linea sit, aut superficies quibus distātia generatim claudat, & speciatim corpus, totum id externum est, vt suprà diximus. Idcirco dicimus tum finiens esse perfectius eo quod finitur, cùm termini præcipui sunt, non aūt secundarij, & ita videt statuere Syrianus, licèt vix ex eius verbis aliquis sensus elici possit. Ex quo efficit, vt corpus cum iis collatum eos perfectione superet. Quòd sicubi testatus est Arist. eos terminos fore magis substantiam, q̄ corpus, cum Mathematicis agebat eo tēpore, ij verò terminos volebant esse principia: quippe quòd ex fluxu, seu vestigio puncti cuius est nulla magnitudo, quod in motu ipso super plano relinquitur, docerent effici lineam, & cùm punctū careat oī magnitudine; effici lōgitudinem, sed oīs expertem latitudinis; ac superficiem produci testarentur ex motu lineæ in transuersum; nam quod ex hoc motu vestigium restat, erit longum ex longitudine lineæ, ex tali verò translatione latitudinē contrahet; cùm verò linea profunditatem non habeat; latitudo illa profunditate carebit: consimiliter accepta superficie ponerent eā vel attolli, vel in transuersum ferri, ex quo corpus efficeretur in quo tres erunt termini, longitudo ex linea, latitudo ex superficie, ex hoc posteriore motu profunditas & altitudo. Physici quoq. Democritus & Plato corpora à punctis planisq. componebant. Ergo qui erant verè termini, vsurpabantur pro principiis. Quòd si superficies, & linea priuationes habeātur, id quoque factum est, quia perspicuitati magis, quàm naturæ ordini consultum est; atqui corpus ipsum est actu, & quia totum sensui notius: eodemq. modo, licèt vnum sit prius natura multitudine, quia tamen multitudo notior: efficitur, vt vnum existimetur priuatio multitudinis. Neq. semper ratio mēsuræ sumitur à perfectiore & priore natura, sed à notiore, & simpliciore nonnunq̄; tametsi posterius est, vt cū tpe metimur motū. Ceterū terminos cum corpore comprehendi necesse est: infinitum. n. quatenus huiusmodi ignoratur, nec adspectus ipse qui oīum sensuum est acerrimus, vt docent optici; sine terminis aliquā spectat magnitudinem: siquidem oīs adspectus in formā pyramidis ad rē adspectā feratur; eaq. non tota rem adspectabilem occupet, consimiliter & alij sensus cum certa figura, hoc est, sub certis terminis oēm accipiunt magnitudinem, qui contactu vtunt, tantum magnitudinis esse iudicant, quantum tangitur, qui eminus operantur; etiam analogicè de magnitudine iudicium ferunt: omnino verò omnes moderatum flagitant, & à maximo corrūpuntur, à minimo non mouentur. Quanq̄ verò etsi par esse videtur lineæ progressus, & longitudinis, plani, & latitudinis, corporis, & altitudinis; noli tamen putare eandem rem prorsus esse lineam, & longitudinem, ac reliquas consimiliter: etenim longè distant, & magna est quarundā ex his vocibus ambiguitas, & longitudinis & reliquorum similium propria notio est terminus ille internus qui coërcet fluxum distantiæ determinans ad vnū, duo, & tria; & ꝓpriè qualitas, vt anteà diximus, ac cùm significet actū, vnde nomen accipi consueuit; hinc etiam effectum esse putandum est, vt dimensiones, quia potentiæ sunt, ideoq. nomine vacant, inde nomen suū mutuauerint: superficies, & linea sunt per se species quanti, cùm per se extendantur, & diuidua sint in infinitum; itaq. linea diuiditur, & fit maior & minor, longitudo, & latitudo per se non diuiduntur, sed linea per longitudinem, superficies per latitudinem, corpus per altitudinem. Et quanuis diuisiones, & termini sint, sunt modo quodam materiali, quasi tollentia continuitatē, licèt non simpliciter termini sint, sed ad ea semper quorum plures existunt diuisiones vt linea superficiei, superficies corporis. Secundò longitudo pertinet ad exprimendā formam corporis, & aliquam figuræ conditionē, quæ referri solet ad quartā speciē qualitatis, itaq. longitudo, latitudo, & profunditas proprietates obtinent qualitatum, siquidem oppositū habere manifestò videantur, & plus minusq. accipere, quantum plus, minusq. repudiat, neque subiicitur contrariis: nam longo breue, lato angustum, & alto humile opponuntur, & longius itē, latiusque existit. Sed nonnunq̄ longitudo à mathematicis pro quantitate ipsa sumitur, vt in lineę definitione constat, dum ponitur longitudo latitudinis expers: in qua item definitione aduertas persequi eā definitionem Mathematicum quæ rem per se obscuram per euidentius patefaciat. Est enim latitudo notior ꝓpter colorem quo semper est affecta, ideò per eius priuationē longitudo declaratur, & per longitudinem, tanq̄ proximè ex latitudine cognitam, vt essentiam, linea definitur. quicquid sit apparet, eas esse voces ambiguas & aliquam significare naturam quæ distet à quātitate, quæ iam est linea, superficies & corpus quibus veluti propriū inest, esse finitū,

vel

A vel infinitum & fortè magis,quàm æquale & inæquale : nanq. hęc seorsum in vnico indiuiduo possunt inesse,cùm cęteroquin æquale & inęquale sint propria generis, vt genus, non vllius separatum, sed semper ad alteram quantitatem. Neque illud obstat, q̃ Aristoteles abiecerit infinitum, quando non omnibus modis infinitum natura excluditur,sed id quod est in actu,quod verò est in potentia,recipitur ab ipso,& ostenditur esse necessarium. Propterea proprium esse censebimus infinitum ipsius quanti eo modo quo esse potest infinitum,potentia scilicet,& ad minus non ad maius;in actu imperfecto,non perfecto, & in quolibet signo seorsum, non in omnibus simul.

Tangimus aliqua de quantitate mathematica propter Achillini dubitationem. Cap. XIII.

HAEC nos ita esse defendimus,quemadmodum ab Arist.constituta sunt, in hoc quoq. negocio parcentes alienis,quicquid verò separatim decreuerim exponentes. Igitur in primis docebimus quæ sit quãtitas mathematica,mox quibus modis infinitũ esse cõtingat : declarabimus an'ne hoc munere possit aliquando fungi natura,& rationes aduersariorũ conuellemus. Hinc verò ducemus exordium. Illud extitit decretum nostrũ Mathematicas nõ abstrahere à materia simpliciter, B quippe non à materia quæ foret exors sensilium qualitatum. Cęterùm sic opponebat Achillinus, illas item ab hoc materiæ genere fore abstracturas. Nam si minus,ergo neq. à forma substãtiæ quæ pendet ex materia. Probat verò consequentiam,quia tametsi materia & forma se consequuntur in eo q̃ sint,tamen in eo q̃ intelliguntur,non se consequuntur;etenim materia per formã cognoscitur. Quia verò ambigua sunt admodùm illa verba, ita vt etiã sensus hic ex iis elici posse videatur. nempe non se consequi inesse,sed in eo q̃ intelliguntur,quia materia prima separatur à forma,non contrà ; cùm verò sint ex ordine eorum quæ sunt ad aliquid,vtrunq. in vtriusque definitione ponatur; etiam hoc sensu constituto sequitur, vbi materia prima concipiatur, ibi quoque concipi formam. Propterea Mathematicas, si nõ abstrahunt à materia prima, neq. etiam à forma abstracturas. Ideò nos ad hæc aliqua dicamus. Reperenda verò sunt ea. Principia mathematica vti inductione naturali : sola.n.sensilis est qualitas illa quæ est in materia sensili. Præterea materiam,etsi tota respicit formam, neutiquàm tamen ex toto : habere enim aliquid suipsius proprium quod ipsa non mutuet ex forma,quod etiam composito tanquàm pars eius communicet,vtputa,rationem potestatis, existentiæ,extentionis,partitionis,indiuiduationis. Pręterea cognosci aliquid,cognosci per aliquid, & cognosci in aliquo. aliquid sanè cognoscitur quod per se est, quatenus per se, quia quatenus ens C habet rationem qua potest mouere mentem. per aliquid cognoscitur cuius est aliqua caussa : nanq. omnium caussas habentium notitia per caussas comparatur. in aliquo cognoscitur vt caussa in effectu, imago in speculo,vbi est significatio quidem,sed non ratio caussæ. Sic in sensilibus intelligenda spectantur; per caussas effecta cognoscuntur, & omnia generatim per actum, & quæcunq. sunt, mouent quoquomodo mentem sic,vt ab ea comprehendantur.His adde; varios esse gradus abstractionis;primum,cùm à singularibus cogitur vniuersale in notitia confusa, alterum.cùm essentia separatur à materia sensili quę toto posterior est. tertium,cùm habetur ratio formæ solius, quod facit primus Philosophus. quartum,cùm componuntur vniuersalia secum & formantur rationes cõmunicationis, siue notiones logicę. Postremò abstrahunt Mathematicę ab omni sensili qualitate, spectantes formas quæ ex quantitate sola existunt, quam dicimus inhęrere in materia prima, eas autem separabiles esse natura nos admonet,cùm quantitas in substantia præcedat omnibus aliis categoriis. Inter hos abstractionis modos est ordo. & quo ad mentem, & quo ad naturam. primo enim occurrit vniuersale confusum,quod indefinitè materiam sensilem refert,quòd proximè noscitur ex singularibus, mox vniuersale quod est forma, ab hoc exurgit materię notio, quia comprehenditur forma facta resolutione compositi, ideoq. altera pars,vt ab ea distincta concipitur. Quare etsi non sine forma, & in composito cognoscitur, adde item per formam & actum ; restat illi ni-D hilominus illud quod per se est, & habet vim mouendi mentem. hæc est abstractio tertia in qua materiæ notio licèt per formam & in composito peruenit ad mentem, tamen sine forma & composito cõseruari põt in mente : ita vt velut in via pendeat ex actu, sed in fine viæ per se moueat mentem. Verùm enimuerò moneo te in hisce progressibus obseruare duplicem modum abstractionis, confusæ scilicet, atque distinctæ : neque enim volo sic semper resolui compositum in formam & materiam,quia rei quiditas ex toto perspicua fit, sed ero contentus aliquando, si in hoc toto nihil hominis speculer ; altiorem aliquando requiram, vt eius quid est in sua primordia dissoluam. hic planè modus omnium difficillimus,vt fortè non nisi summè exercitato succedat, succedat tamen : quanquàm neq. confusus,neque distinctus methodi cuiuspiam proprius mihi videtur, sed à mente sola præstari per habitum physicum : methodus enim principia semper refert ad ea quorũ sunt. Hunc igitur tertium abstractionis modum, sed confusum dico supponi Mathematico. Ex quo vides consequentiam argumenti oppositi locum non habere in hoc genere abstractionis.

Infinitum in natura, & quibus modis esse contingat. Cap. XIIII. E

INFINITVM multis ſanè modis & poni & excogitari poteſt: nam præter id quod & de continuo, & de diſcreto prædicatur, vel actu conſtituitur, velut à Democrito, & Leucippo mundi, & intermundia infinita; ab Anaxagora infinita homœomereæ, ab Anaximene aër, aqua à Thalete. Nullus enim eorum qui vnũ elementum poſuere, atq. illud infinitum poſuit ignem, aut terram. Infinitum quoq. habitum, quod habet ſucceſsionem perpetuã, veluti motus & tempus, quæ cùm in ſucceſsione poſita ſint; ideoq. ex toto non extent, ſed per aliquas partes, ſeu potius terminos; attamen antecedenti ſemper noua ſufficitur; vnde etiam infinitum κατὰ πρόσθεσιν, & ex additione dici cõſueuit. Infinitum præterea quod in partes infinitas ſecari poteſt, ideò vocatur κατὰ διαίρεσιν, ideſt, ex diuiſione. De oĩbus his infinitis varia ſunt ab hominibus ſeparatim iudicia facta. Nam Democritus qui actu ponebat infinitum; negabat ipſum diuidi in infinitum, ſed diuidendo ad quaſdã minimas magnitudines perueniri quæ vlterius ſecari non poſſent; alij motum olim cœpiſſe profitentur, nonnulli motũ tempori antecedere, vt Xenocrates & Platonici qui ex inordinato in ordinẽ mundum adductum fuiſſe volunt; at non ex aliquo tempore. Sed infinitum actu ex oĩ natura cogitationeq. exturbatũ nouimus ab Ariſtotele: tempus & motũ infinita eſſe ſecũdùm additionem in extremis libris oſtendetur. reſtat vt de illo dicamus quod eſt ex diuiſione; magnumq. negocium fuit ætate Ariſt. defendere tale genus infiniti propter auctoritatem & doctrinã Democriti, F Platonis, atque Zenonis; in eoq. placito conuellendo plurimùm laborauit præceptor admirabilis, oſtẽdens id quod eſt diuiduum, ex indiuiduis nõ poſſe cõponi, ſed in ea quæ adhuc ſeparari valeant, & libellum ad eiuſmodi ꝓpoſitum ſcripſit: nam quòd germanus ſit ille liber Ariſt. clariſsimis monumentis antiquiores eius interpretes Græci teſtantur. Rationes quibus eſt vſus Ariſt. partim naturales ſunt, partim mathematicę, tametſi mathematicę potius ex notis nobis q̃ ex prioribus natura ſunt effectæ, iam enim indicauimus hoc eſſe principiũ in ea facultate. Complures verò ſunt huiuſmodi rationes, ſed eas huc corrogare ſuperuacaneũ ſit, & ab aliis acta agere ineptum: hæc tantummodò ſubiiciam, quibus ope mathematicorum decretũ Ariſt. aliquãdo confirmatum fuiſſe video, aliquã lucẽ deſiderent: ſiquidem duæ rationes inter alias vſurpãtur à mathematicis efficiendi propoſitum; altera qua conſtituũt triangulum æquilatus; cuius baſin in duas partes ſecant, & vni eius portioni alteram ab aduerſo latere æqualẽ amputantes parallelam ducunt ad baſin; cùmq. in parallelas rectas lineas recta incidens linea, & alternatim angulos ad inuicem æquales, & exteriorem interiori & oppoſito, & ad eaſdẽ partes æqualem, & interiores ad eaſdẽ partes duobus rectis æquales efficiat: atq. oĩs trianguli maius latus ſub maiore angulo; nec non oĩs trianguli maior angulus ſub G maiore latere ſubtendatur. ex quo anguli & latera ſecum cõgruũt, ſi igitur æquales anguli; latera itidẽ æqualia eſſe oportebit. & contrà. manifeſtum eſt etiã ex hac partitione exoriri alterũ triangulũ æquilatus. idem quoq. eodem planè modo ſecari poterit, & ob eãdem rationẽ alterum æquilatus efficietur: nec vnquam ea diuiſio ceſſabit: nam ſemper duo latera quomodocunque aſſumpta reliquo ſunt maiora; ſic verò contingeret, vt ſi ad apicẽ trianguli æquilateris peruenire liceret vt terna forent indiuidua ternis reſpondentia lateribus, ſed cùm indiuiduum additum indiuiduo nõ faciat maius, ſi duo illa indiuidua cum tertio conferantur, neutiq̃ maius extabit, quod fieri nequit. Etiã Simplicius 3. Phyſ.* quanuis parùm diuersè à ſuperioribus, in idem. n. abſurdum deſinit eius demonſtratio, triangulũ æquicrus & rectangulum ſumpſit, in eoq. conſtituit baſin vtroq. latere maiorem: mox amputatis æquis portionibus ab vtroq. latere duxit rectam ab vno ex illis punctis ad oppoſitum quæ æquè diſtat à baſi: nanque ab æqualibus æquè portiones amputatæ ſunt, ideoq. & reliquæ ſunt æquales: ex his H produxit conſimile triangulũ æquicrus, & rectangulũ, propterea q̃ anguli ex parallelis æquales producunt, vt ſuprà dictũ eſt, & rectus vtriq. triangulo cõmunis; erit aũt minus, nec vnquam diuiſio poterit abſolui, tametſi triãgulum ſubinde fiat minus; cùm ſemper duo latera ſint tertio maiora, & ab vtroq. id amputari poſsit, quo exuperat baſin, ac ſi nõ poſſet quippiam amputari; non exuperarẽt duo latera tertium, quod fieri non poteſt. Sit enim triangulum æquicrus A B C. à lateribus A B. A C. æquales portiones amputentur A D. A E. & iungantur per lineam rectã puncta D. E. exiſtet linea E D. parallela baſi B C. Dico item ſuper lateribus A D. A E. alteram parallelam eidem baſi conſtitui poſſe, & inde effici triangulum minus ipſo A D E, quod tamen ſit æquicrus, atq. rectangulũ. Nanq, accipio duo latera ſimul A D. AE, eaq. comparo cum baſi D E. ea ſanè latera maiora ſunt baſi: ſumantur D A. AE, notetur pũctus in altero ex illis lateribus quo exuperat baſis D E. ſit aũt F.

* c, tt, 31. 32.



A & cùm earundem quantitatum ad easdẽ eadem ratio sit æqualitatis & exuperantiæ; consimiliter,
si cum eadem base E D cõferantur latera E A. A D. erit exuperatio, vt in G. quæ necessario par erit
alteri, quæ in F. Ergo F E. & G D. sunt portiones æquales æqualium laterum. Itaq. ab F. ad G. du
ci poterit altera parallela basi B C. & sic in infinitum. Non ergo stat diuisio continui. Verùm in Sim
pliciano codice subsũt mẽdæque sic tolli possunt. Εἰ δὲ καὶ τοῦ τριγώνου αἱ δύο πλευρὰς ἀεὶ τῆς λοιπῆς
μείζονές εἰσιν, ἐὰν ἐν ἰσοσκελεῖ ὀρθογωνίῳ τριγώνῳ ἐν ᾧ ἡ βάσις ἑκατέρας ἐστὶ τῶν πλευρῶν μεί-
ζων, ἀπ' ἀμφοῖν τῶν πλευρῶν ἴσον ἀφελόντες διὰ τῶν γενομένων σημείων παράλληλον ἀγάγωμεν
τῇ βάσει, τὸ τρίγωνον ἔλαττον ποιήσομεν ὅμοιον τῷ ὅλῳ, ὀρθογώνιόν τε, καὶ ἰσοσκελές καὶ τοῦτο ἀεὶ
τριῶν δυνησόμενα. ἀεὶ τὰς δύο πλευρὰς τῆς λοιπῆς μείζονας εὑρίσκοντες, ὥστε ἀπ' ἀμφοῖν ἴσον
ἀφαιρεῖν. καὶ διὰ τῶν σημείων τῇ βάσει παράλληλον ἄγειν. idest. Si verò etiam trianguli duo latera ,,
sunt reliquo maiora; si in æquicrure rectangulo, in quo basis vtroque latere seorsum maior est, ab ,,
ambobus æquali portione ablata per puncta notata parallelam basi ducamus; triangulum minus ,,
efficiemus toti simile, tum rectangulum, tum ęquicrus, & hoc perpetuò facere valebimus. neq. n. ,,
stabimus triangulum perpetuò minus facientes; cùm semper duo latera tertio maiora inueniamus; ,,
ita vt ab ambobus auferamus æqualem, & per puncta notata parallelam basi ducamus. Ergo con- ,,
tinuum diuiditur in infinitum, nec ex indiuiduis cõponi potest. At cùm id mathematicè cõclusum
B sit, & necessariò ponendum, prę́stat'ne hanc partitionem ipsa natura? videtur. n. sic facere debere:
nam cùm sit eiusmodi, vt diuidi possit; frustra sit ea facultas; nisi quandoq. deducatur ad actum:
si verò deducatur; aliqua erit magnitudo tam parua, vt in ea forma cuius certos terminos esse opor
tet; neutiq̃ se tueri valeat: itaq. materia sine forma extabit: persequamur. n. diuisionem vsque ad
minimũ, quo terra consistit; illo sanè nil minus esse põt, cùm minima quãtitas oĩum corporum ter-
ræ conueniat: hoc adhuc diuidetur, aut non; si neges: ergò Aristotelis placitum corruet, si dederis,
ergo nulla in ipso forma exister. Rursus, quod est obnoxiũ diuisioni; interitui quoq. subiacere cre
ditur: cùm. n. cuiusq. rei determinata sit ratio magnitudinis, ex diuisione efficitur, vt adeò minima
quantitas esse queat, vt in ea forma nõ consistat: quòd si cęlum concluditur à Philosopho esse per-
petuum, neq. igitur vnq̃ diuidet. Audisti quondã varias philosophorum de cęli diuisione sñias. So-
lus Philoponus, teste Simplicio, professus est vtraq. corpora cõsimili rõne diuidi posse, q̃ existimaret
vtrũq. corp⁹ eiusdẽ esse naturę & vtrunq. pariter caducũ faceret. Cęterùm Philoponi rõ dimittẽda.
Nã qui dubitat ĩ Lyceo cęlũ corpus esse caducũ, negare quoq. possit intra oleã os esse, & extra nucẽ
putamen. Attamen quemadmodum cęlum non est vninocè substãtia cum caducis; ita neq. illi pro
prietates eiusdem rõnis quadrare poterunt; verùm q̃ habet etiã similitudinẽ aliquam cum hisce no-
C stratibus, negari non põt, quin & ipsi quædam ratio diuisionis attribuenda sit; ea mox explicanda.
Nam si aduertas ea quæ de continui diuisione constituit nonnunq̃ Philosophus, & naturæ proces-
sum spectaueris; nulla tam grauis caussa poterit occurrere, quæ te dissuadeat, quominus credas hãc
partitionem in infinitum à natura quoq. præstari, & illa seiungi, in quibus est eiusmodi potestas:
etenim duę conditiones in ea separatione requiruntur, vt scilicet, perpetuò fiat in partes ex propor-
tione minores, veluti dimidias, quartas, octauas; cùm cęteroqui diuisio quæ fit in partes æquales,
oĩno ad finem perueniat; neque. n. plures sunt, q̃ tres tertiæ, quatuor quartæ: tum deinde, vt fiat
secundùm quodq. signum; non secundùm oĩa simul, vt si in hoc secta fuerit magnitudo, non sit eo
tẽpore secta in alijs; veruntamen, vt nil vetuerit, quo minus in alio secta esse potuerit, & dum in ali
quo ex illis secta est, alia manent indistincta, nihilominus eandẽ retinentia potestatem. Ex quo ef-
ficitur, vt ea potestas in continuo sit imperfecta, & ad actũ imperfectũ dirigatur, qui est in fieri, non
in facto esse; in diuidendo non inesse diuisum. Sed si quando minimũ quoddam obiectum sit; ta-
metsi forma quæ inerat, deperit; at materiæ priuilegio non denegatur ei diuisio, & quidem, vt Sim
plicius ait, manente rerũ æternitate, nullum erit punctum in quo diuisio non fuerit, aut futura non
sit: infiniti. n. sunt earum ortus, qui certos magnitudinis terminos sibi vendicantes, hanc partem
D ab illa, eamq. rursus ab alia seiungant, & quãuis forma tollatur; non remanent idcirco sine forma;
sed aliam accipiunt, vel per se, si sustinere queãt, vel si minus, è vestigio sese adiungunt ad contiñẽs,
& eius forma potitur. Num'ne remanent indiuiduę? nequaquam: sed cùm per se existere nõ pos-
sent, vbi separatæ erant, in eo toto ad quod ipsę sese applicarunt; adhuc diuisionẽ accipient. Neque
te latere puto in minimis id quod per se ipsum non est, huiusmodi in toto fieri, vt puta signum per
ipsum visile non est, aut alia quędam minima particula; tamen in toto efficitur visilis [a] sic cùm per — a Lib. de
se partitionem fugiat, illã obtinuit in alio. Nec quicq̃ vetat, quin eo modo quem diximus, per oĩa — sen.
alia signa diuidi valeat parte altera in toto ad quod accessit remanente; altera secreta, vel cum alia
parte totius; ideoq. conseruari possit, vel per se, vel vbi conseruari nequeat; cedente in ambiens.
Sic ergo diuisio fit à natura in quoq. signo; nec superest materia sine forma, quod alioqui vereri
potuisses. Quantum verò est de diuisione corporis cęlestis; alio loco res hæc ad veritatem satis ex-
posita est, vt inde peti queat huius explicatio dubitationis; non grauabor tamen in re difficili, non-
nulla quasi delibare, vnde veritas illustrari valeat. Auspicemur propositum ab iis quæ sunt euiden
tissima nobis. In iis quæ mortalia sunt, iam perspectum est, quemadmodũ sectio præstetur, seu sal-
ua, siue et labefactata forma: nunc memẽto caduca esse vel vniformia, vel difformia, & organica.

Quantis

Quanuis igitur eadem possit esse ratio continuitatis & diuisionis in vtroque genere corporum; E
atqui natura etiã aliam continui rationem, atque diuisionis ex motu molita est ea continua faciens quibus vnicũ motum assignauit totius & partium: illa non continua quorũ motus idem non est in toto & partibus. En tibi corpus inanimum: eodem motu partes agitantur & totũ, neque vllus est partium motus, quin ex eo quoq. totum moueatur. Specta animal, in eo potes obseruare non esse motũ eundem neq. totius, neq. partium: mouetur manus; totum & reliquę partes manent; certo quodam motu manus concitatur; alio motu pedes aguntur, & crura. proinde in his solis pars per se moueri potest, cùm in cęteris, aut cum toto, aut ad eius motũ solummodò cieri valeat. Caussa est, quòd inanima sunt continua simpliciter; hæc in continuitate retinent discontinuationem, & sunt adnata & adnexa potius, q̃ congenita & coëxtenta (liceat.n.mihi nunc rem voce magis apta, quàm polita exprimere) quasi non extent & pullulent ex vna radice materiæ. Vides ergo quemadmodũ natura diuidat continua, vel.n.subiecto & loco discludit, vel officio atq. virtute. Propterea cùm cęli partes eodem motu non moueantur illis tardius agitatis quæ circulos minores describunt; etiã sic cęlum ex officio diuiduum ponere licebit, & illi diuisionem ea rõne tribuere quæ ꝓpria sit corporis organici, in quo genere etiam reponitur cęlum, si non substãtiæ, saltem figuræ beneficio: quapropter etiã motus eius in primis pertinet ad partes, cùm in cęteris corporibus inanimis extra suas vniuersitates alioqui pertineat prius ad totum. At verò cùm organorũ certa sit figura; quamobrem & certi termini; vel non videatur ex hoc continuum huius generis in infinitum diuidi, sed in certis illis terminis, quibus organorum figura coërcetur; vel etiam quòd in cęlo non sit propter vim figuræ rotundę pars vlla quæ natura distinguatur; ideoque summa continuatio, diuisio nulla. F
Verumenimuerò quòd certa sit figura, & termini, quibus ipsa concluditur; est quidẽ in nostratibus, sed his materiæ priuilegio diuisio, quæ deducatur ad actũ, conuenit in quoque signo. In cęlo termini sunt quidẽ natura distincti, cùm sit ibi pars oĩum prima, quemadmodum nos docuit Arist. 2. de Cęlo, & nos posthàc illo auctore copiosius explicabimus, sint & partes quæ tempore eodem plus, minusue spatij sensiliter conficiunt, veluti climata, & signa apud astronomos; veruntamen ea distinctio non sanè respicit locũ, sed virtutem, & officium, atq. initia motus, vnde item discontinuatio petitur in natura. quod ad magnitudinẽ spectat, in singulis orbibus continuatio mira. Quocirca principium motus inest in vnoquoque puncto, cùm venerit ad ortum, vbi Deũ vetustas veneranda collocauit, vt quanuis etiã 6. Phys. partes in eo quod in orbem mouetur; designationi subiiciantur, quatenus versamur in physicis; ab his muneribus non videantur esse separandæ; neque.n.nihilominus ea designatio cum rerum natura cõsentit; ex quolibet.n.puncto motus initium, velocitatisq. discrimen existet. Ergo & diuisio ex officio, ac virtute spectat vnumquodq. punctum in cęlo, sicut G
diuisio quanti quę reipsa ministratur in caducis. Igitur ex natura, non ex designatione & ex officio, non loci distinctione in quolibet signo tamen, & per successionem obitur in corpore cęlesti diuisio: quamobrem generatim complectitur omnia corpora.

Notantur eorum fallaciæ qui contra Aristotelis sententiam de infinitate decreuerint. *Cap. XV.*

EX his apparet quemadmodum quantum, diuiduum, & infinitum cõueniant analogicè corpori cęlesti, & iis quæ continentur à cęlo. In nostratibus.n. variabiles termini sunt & tales, vt ad oẽ punctũ accõmodentur, in cęlo pleriq. semper actu existant: hîc diuisio, siquando procedat vlterius, tollat formam; ibi cum eius salute consistat: in his diuisio deducatur ad actũ partibus subiecto separatis; ibi virtute & officio distinctis. Neque enim officia, quicquid dicat Simplicius, loci separationem flagitant, q corpus eo tẽpore nõ diuiditur in terminos quibus conueniat locus: actu.n. eos esse oportet, quod attinet ad molẽ corporis; cùm huic terminorum generi locus aptetur, & videtur ea diuisio contenta esse sola differentia posituræ cuius beneficio partes, quanuis in corpore conseruent, & existãt potestate, anteriores & posteriores esse cognoscimus, superiores & inferiores, dextras H
ac sinistras, & illis impropriè terminos attribuimus qui notant locum; veluti cum dicimus hîc esse caput, ibi thoracem, tametsi toti propriè conueniunt. Constat etiam quæ fallacia vexarit antiquos, dum sectionẽ in infinitum detrectant, & aliò diuertunt, q̃ veritas ipsa patiatur. Etenim potestatem in natura semper actu quodã perfecto definiri voluerunt, quod tamen neq. necessarium, neq. perpetuò verum est: itaq. eos fefellit ambiguum. Quis actus ille sit, & quotuplex, & quæ potestas, antè ostendimus, dum exponeretur, quemadmodũ potestas oĩs ad actum dirigatur. Delusit eos item figura dictionis, dum quod singulis collectim, & indefinitè, oĩbus & singulis distributim conuenire putant, & quod categorematicè verum est, accipiunt, ac si verum sit syncategorematicè, quæ oĩa vitia tanquam ad suũ fontem, ad figurã dictionis referũtur. Ex quibus liquidò constat, vt in continuò potestas ad diuisionẽ falsò logica reputetur, quę posita est in non repugnantia terminorum, cùm sit etiã naturalis. Idcirco summa constantia defendemus continuũ in infinita continua secari, & vt in continua resoluitur; ita cõponi ex illis. & quemadmodum per infinita signa secatur; quando fiunt actu, sic per illa partes iunguntur, quæ sunt in potentia, infinita quidem, sed potentia planè cùm ita sint, facilè pertransiri possunt, si actu forent, sigula permetiri oporteret; haud liceret tamen eo, quòd

infitum

A infinitũ actu pertransiri nequeat. In eo Zeno decipiebatur; & existimabat, si motus aut spatium secarent in infinitum, effici, vt in tpe finito trãsiret infinitum. Ad eã difficultatem respondebat Arist. 6. Phys. idẽ quoq. iterauit solutionem lib. de lineis insectil. neutiquàm tamen satisfit ex iis dictis dubitationi Zenonis, vt ipse quoq. Philosophus nos admonuit 8. Phys. siquidem statuatur finitum & infinitum ab illis bifariam, vel ad extrema, vel ad parteis; neq. habetur incongruum, quod finitũ sit ad extrema, parteis infinitas continere. Cùm igitur vtraq. rõ spectari posit in tpe & stadio; quando tẽpori terminus quidã, vtputa, vnius horę prescribitur, nanq. ambo, ꝙ cõtinua in infinitũ secari queunt: cõmutat ipse ꝓportionem accipiens tẽpus finitum ad extrema, & spatium ꝓpter parteis infinitũ: sed eodẽ planè modo spatiũ ad extrema finitum est, vt tẽpus, & tẽpus habet parteis infinitas, vt stadium: propterea sicuti pertransitur tẽpus, quia finitum ad extrema, sic pertransiri põt stadium cuius itẽ extrema sunt finita. ac si stadiũ pertransiri non põt, ꝙ partes habeat infinitas; ita neq. pertansibitur tẽpus, cùm ex infinitis partib. existat. Hæc quidẽ satis ad hoĩem & rõnem, vt rationis fallacia significet, & mala suspicio pellat ex aĩo, sed non satis ad rẽ: neque. n. caussa explicat, cur infinitum pertrãsiri valeat: ea verò est caussa, ꝙ sit infinitũ potestate duntaxat: id pertransiri non põt, quod est actu; nã singulas parteis numerare oporteret: idq. diuersis tpis punctis. si igitur infinitæ forent, nunq̃ absolui possent, ꝙ semper nouæ succederent. &

B velut aĩa non põt numerando assequi infinitum. multò minus ipsa natura, eoq. minus, quo motus animæ sunt velociores, q̃ motus naturæ. Maneat igitur hoc nobis continuum posse diuidi in infinitũ, & si fuerit permanens, non successiuum, excrescere nõ posse infinitum. Quanq̃ hoc loco posis insistere, quia necessariò magnitudo, sicut in infinitũ minuit, in infinitum quoq. augeri posse videatur: nã quantum de vna subtrahitur, tantundẽ alteri concedi põt. Infinita sunt quę subtrahuntur: ergo & infinita accedere valebunt: ex accessione aũt partium infinitarũ infinitũ existat necesse est. Atq. Aegydius quidẽ confessus est quantũ augeri posse in infinitum: si minus naturale, at mathematicum: cęterùm nõ videt obseruasse Philosophũ qui statuit eandẽ esse quãtitatẽ naturalem & mathematicã, & in hanc degenerare naturalẽ, siquando à materia sensili separetur. Præterea liquidò negabat Arist. mathematicũ accipere q̃tum infinitum, & docebat infinitum ita sumptũ nihil conducere mathematico, atq. explicabat illã propositionem. Continuũ crescere in infinitum, quia quantunlibet, quod est potius interminatum, q̃ immensæ magnitudinis, ꝙ ingenium figurarum exploret, & illi maius, aut minus sufficiat, nec quicq̃ curet sit ne linea quadrati digiti vnius, an palmi, idemq. conficiat ex linea pedis vnius, ac centum. Sit igit auctio quantitatis in infinitum opus ipsius animæ; at non idcirco est opus mẽtis mathematicę. Tametsi

C etiã in munere mentis illud obseruat infinitum actu non posse ab ea cõprehendi, sed id semper quod cadit in cogitationẽ, esse finitum. rõ talis euenti in prõptu est, ꝙ id quod cadit in cognitionẽ, per actum cadat necesse est; atqui vbi actus, ibi terminus. Sed ad ꝓpositam dubitationẽ lego sic ab optimis philosophis responderi: sicut in diuidendo non oĩs ratio partium conficit continuum, sed earũ tantùm quæ sunt certæ magnitudinis; vbi verò minores fuerint partes, & ex proportione minuantur, tametsi infinitæ sunt, nihilominus aliquid etiam restat de finito; sic ex accessione partium ꝓportionalium non augeri in infinitum magnitudinem: verùm si partes quæ adiiciuntur, sint certę cuiusdã magnitudinis. Attamen ita arbitror; cùm accessio fiat alicuius magnitudinis actu, etiã si minima sit magnitudo; eam fieri tanto maiorem: erit fortè insensilis amplificatio; nihilominus erit, ac puncta quidẽ, quia sunt indiuidua, maius nõ efficiunt, quantum necessariò facit quantum, etsi plura sint quæ accedunt, q̃uis minima, eò quoq. maius efficient, & in maiore tpe differentia percipi poterit. quare, si infinitæ partes accedant, non puto vitari posse infinitum. fateor equidem ꝓportionem auctionis iri deminutum, quod partes accedant tanto minores, sed quin augeatur quantitas alterius, vel etiam minimæ quantitatis adiectione, nunquã inducar vt credam. Sed video planè, vnde error illorum nascatur; neque. n. satis attendunt pro-

D cessum rõnis Aristotelicę, neq. accipiunt in cõtinuo diuisionem, quemadmodũ natura quãtitatis admittit: siquidem in primis Arist. oẽ corpus quibusdã terminis claudi docuerit, eoq. posito infinitum vel in successiuis, vel in permanentibus secundùm parteis, & secundùm sectionem collocauerit. hoc posito, quantũs in infinitum sectio fiat; attamen non amplius addi potest, q̃ id quod ex eo desumitur, quod secabatur: id autem erat actũ finitum. Præterea dum constituunt diuisionẽ, volunt eã fieri in parteis quæ separatæ subsistant, & quod sibi sumunt ad diuidendũ, per se existere putant. Fortè etiam idẽ esse suspicantur multiplicare, atque addere, cùm tamen differant admodũ r. & de multiplicatione planè verum est, ꝙ nõ semp auget: verùm vbi integra sint quæ multiplicant, vbi autem partium rõnem cõsecuta fuerint, vt tertiæ, vel quartæ, per multiplicationẽ quantitas imminuitur; nam tertię in quartas multiplicatę efficiunt duodecimas: additio semper facit maius, vt vna quarta, & vna tertia faciunt septem duodecimas. Fac modo tu, vti dictũ est, ita obiri diuisionem, vt successiuè & per singula, nũc per hoc, per aliud fiat aliàs, atq. interim, quod aliquando sectũ est, cum alio coniungi; nec non subiici sectioni vel per se, vel in alio: & deniq. vt sectio partium nunq̃ sit actu infinita, nullo modo efficietur actu infinitum, ꝙ actu infinitũ ex partibus vel infinitæ magnitudinis, vel ad numerũ actu infinitis existere oporteat; illę tam ẽ ex

diuisione nō sunt infinitæ ad numerum, nisi potestate & actu sunt finitę. sume additionem, vt fecit Arist. Cùm res ita se habeat, apparet vt diuisio quę fit in parteis assiduè minoreis, nunquàm consumat continuum, sed additio consumat: quandò id ex additione efficiatur quod erat anteà finitum. Atq. hęc de natura quantitatis breuibus perstringere libuit eo sanè consilio quod perpetuò profitemur, vt veritas, quoad fieri potest, defendatur, & placitorum constantia cōseruetur. E

De terminis rerum natura constantium. *Cap. XVI.*

VERVMENIMVERO sit ea diuisio quam hucusq. tractauimus, ipsius materiæ. Certè formæ termini magnitudinis paruitatisq. debentur, & oībus mortalibus auctio data est propriè quidem viuentibus, cōmuniter autē inanimatis, vt idoneā quātitatem consequi possint, quæ tamen in infinitum non excrescat, eumq. naturæ terminum in hoc officio posuit quisq. sapiens. Hoc quanq̃ vbiq. cōstanter asseueratum, à Philosophis tamen acutissimis in dubium reuocatum est, vt tum de veritate ꝓpositionis, tum ēt de ratione & formula quà certa hæc quātitas sumenda sit, parum certi succurrat, & quod multis aliis in reb. euenire solet, multò facilius possit quod alij dicunt refelli, q̃ quod probabile sit, confirmari: quapropter instituimus etiā pro loco rē hāc pluribus edisserere. Cùm verò naturaliū rerum termini analogicè sumant, ac primùm ipsius quāti per se, quod reuera corpus est, deinde quantorum per accidens, vt substātię & qualitatis, cum tertiæ speciei, tum etiā virtutū, seu potestatum, quos terminos graduū noīe explicare Latini consueuerunt, quia quātitas in natura est instrumentū vtriusq. generis formę, substātiæ scilicet, & accidentis, & de his terminis actū à nobis est, dum rō quantitatis exquireretur: idcirco disseremus, vtrùm termini sint rerū naturalium quæ sunt quātæ per accidens, vt substantiarū, aut qualitatū, aut ēt potentiarum, nec'ne: ac de substantiis quidē, vtrùm singulæ substantiarū species certā magnitudinē postulent quæ siue crescant, siue minuant, in ipsa nō amplius se tueri possint, an'non. De qualitate quoq. vtrùm sit maximus calor, quo maior dari non possit, & minimus, vt eo minor in natura nō consistat. De virtutibus item, vtrùm sit aliqua virtus infinitā, nec'ne. Quoniā verò de oībus terminis excitantur dubitationes à Latinis, potissimè verò de terminis substātiarū; nos ēt quæstionem generalem cōstituimus, sed præcipuè substātiæ terminos exponemus, nisi fortè quædā sigillatim de quali tractādą sint, aut ēt ad eum locū dimittenda, quo vtrùm Dei vis infinita sit, an non, quærendum à nobis est. Exordiemur aūt à terminis substantiæ. Hos è natura quidā eliminare conātur hisce rationibus. Primùm quia non detur maxima magnitudo in quaq. specie: siquidem maximus ignis reperiri nequit, cùm oblato cōbustibili in infinitum excrescat. Deinde argumentantur ex his quæ tum 6. tum etiam 8. Phys. ab Arist. longo progressu conclusa sunt: nam decretum est in successiuis nihil esse primum, sed extremum: quia non possumus indicare principiū motus; solumq. licèt vltimū eius ostendere, quod rei ipsius est forma: contrà in permanentibus cùm primùm genita fuerint, assignari pōt primùm esse; cùm intereunt, vltimū esse non agnoscitur, sed vltimum non esse duntaxat. At si ponamus aliquod minimum, quippiā consequetur quod alicui ex sententiis hisce refragetur: accipiatur. n. minimus ignis, eius aūt dimidium (id quod fieri pōt) efficiatur aqua; aut igitur reliqua pars manet, aut priore secreta corrumpitur. si eam manere dixeris: ergo dabitur minus minimo. quòd si illam interire fatearis; certè sine vlla affectione præuia corrumpetur: ita ad corruptionem non erit quidem vltimū non esse, sed vltimum esse, quod fieri nequit, quia nunc est, in proximo puncto nō erit. Adiiciamus ēt auctoritatem philosophi,[a] qui mentionem faciens de elementis asserit ea diuidi in infinitum: quasi neget in minimis vsq. partibus sisti posse diuisionem. Attamen naturali philosopho certi cuiusq. formę naturalis termini ponendi sunt, intra quos illius quantitas cōtinet' quos tamen ita certos, corpore cęlesti excepto, datos nō esse perhibemus, vt idem sēper sit minimū, & maximū, aut hoc minimum maximū illud, sed intra imum & summū quādoq. variari, vt, dum fit animal, id primum quod in vtero viuit, minimum est; maximum verò quo promouet natura, per incrementū perfectū: hi tamen termini non iidem sunt mei & tui, neq. ad imum neq. ad summum, eiusmodi tamen, vt illi primo nō exequentur quod viuit in ortu formicę, aut illi sūmo, quousq. formica excrescit. Et quoniā hoc solius sensus auxilio notescit, neq. demōstrari pōt, quia principium sit in methodo naturali, similib. quibusdā persuadebitur. Primùm quidē eo q̧ ita se habet ars ad naturā, velut exemplum ad exemplar: quare id quod reperitur in arte, probabile quoque est in natura, multoq. prius, perfectiusq. cōtingere: atqui artis instrumēta magnitudinis definitę sunt: sic erunt etiā certæ quantitatis instrumenta naturæ. neque. n. vtilis omnino fuerit serra digiti vnius fabro lignario, neq. item si fuerit vnius stadij; nec malleus vnius vncię poterit ferrū prę lenitate cudere; nec mille pondo prę nimio pondere ab artifice tolli poterit: sic cubitalis manus oneri virib. nostris erit futura, semidigitalis verò nō capiet, aut sustinebit instrumēta, quib. vitā tuemur. Sic ergo cuiq. rei naturali certa mensura tribuēda est. Idem quoq. de terminis ciuitatis differens testabatur Arist.[b] Itaq. & partiū vsus nōmodò in toto cuiusq. separatus, sed etiam promiscuus, vt si atrium sapientiæ quod est nostrum gymnasium, diuidatur, & vnicuiq. nostrū, vbi consistat,

F G H

[a] Lib. de sen. c. ue co lor.

[b] 7 Pol. 4.

A consistat, bini pedes assignentur; tamen promiscuè toto, quàm propriè parua frui parte mallemus. Quod si æstuent hîc dubitatione nonnulli, & se in vtranq. partem mente versent, & partim manus dent his persuasionib. atq. admonitionibus (nanq. ea quæ ita manifesta sunt, explanari tantummodò solent ea formula disciplinæ quam Græci παραμυθίαν vocant, quia nulla propositio certior occurrit qua confirmari possint) partim à rationib. oppositis in alteram sententiam retrahantur. vnde hac adhibita distinctione partes aduersas problematis huiusce concilient; nimirùm, rerum naturalium quasdam simplices esse, nonnullas compositas, & ex his aliquas animatas, cæteras inanimas, ac putent id verè asseueratum fuisse de compositis, non autem de simplicibus quæ sunt elementa ipsa, audiant Aristotelem contra Anaxagoram sic disputatem: si tota finita fuerint, partes quoq. finitas fore necesse esse. si minus: ergo neq. tota futura: & 1. Meteor. accusantem priscos philosophos, quòd cęlum igneum esse voluissent, & ostendentem quamuis aër ad cęlum vsq. tollatur eum non esse tamen vniusmodi, ne conficeret alia elementa. Neq. opus est tergiuersari dicendo, Aristotelem partes illas accepisse quæ iam in composito subsisterent: has. n. esse finitas: extra compositum verò etiã infinitas esse nil impedire: quandò frustra essent illæ partes extra compositum; quæ prorsus officio carerent: quapropter ẽt docuit extra totum ambiguè partes esse. In vtroq. autem genere partium optimè à natura factitatum est, eo quòd vtręq. pollent formis, quarum munus est terminare, atq. finire:
B quamobrem quærens Aristoteles, cur animalia multipara non vnum potius animal, atq. illud maius producant, id quantitati quæ cuiq. formæ debetur, adscripsit. Idcirco concludamus oportet cuiusq. rei naturalis certos esse terminos intra quos illius paruitas & magnitudo claudatur: eosdem quoq. qualitatib. & cæteris accidentibus quadam proportione tribuimus, vt calor ad certam quantitatem deducit subiectum, quæ siquando immutetur, etiam per accidens illi affert interitum, quòd crescendo magis afficiatur à contrario, decrescendo verò magis afficiatur è seipso: illo. n. modo rarior fit, minusq. resistit: hoc aũt minus perspirat, & magis suffocatur. Veruntamen Scotus animaduertisse perspicitur, etiamsi tam simplicium, quàm compositorũ maximum minimumq. sit, tñ in simplicib. qualia sunt elementa, maximum, & minimum esse idem, propterea quòd vbi exuit primum minimum elementi cuiuspiam, quicquid illi accedit, vnum cum illo non fit, sed id totum, quod ex his partib. constat, adhuc in easdem dissolui potest quæ seorsum quoq. permaneant: quasi reuera vnũ ex illis non conflетur. Nos itidem fatemur vltra minimum, quæcunq. superueniet moles, eam nõ esse necessariam: quia certam figuram veluti viuentia non requirant. Atqui hoc pręmium est eorum, quæ sunt ὁμογενῆ id est, vnius substantiæ, vt totum quod verè totum est, in partes per se subsistentes dissolui queat, & rursus ex eisdem consistat: aliter si totum ex illis non fieret, plura essent ignis elementa, non vnum, & quælibet pars ignis in loco posset esse per se, dum adhuc in sua vniuersitate cõ
C tinetur, quod tñ ab Arist. confutatum fuit: [a] seiunctæ. n. forent à toto, & à sese vicissim, nec ex illis vnũ quoddam maius confici posset, pręsertim cum ẽt quæquę elementa figuram obtinuerint, vt demonstratum est 2. de Cęlo. qui verò dicit figuram significat terminum, qui sanè quando negatur partib. tribuitur aũt toti de sententia philosophi, me mouet ad credendum vnum fieri è partibus, quod quidem terminos suæ magnitudinis habet. propterea libentissimè desererem hunc auctorẽ. Et quãquã nobis ea ratio probatur auctionem non necessariam esse in animo carentib. quoniam minimo consistunt, dici fortasse potest non necessariũ esse illorũ amplificationẽ, vt edant opus perfectum, sicut in animatis: sed tñ ẽt cum aliis partibus iungi posse, in quibus omnibus vna sit ratio totius, & terminus vnus: neq. enim ego id inficiari audeo, cũ elementa sint cæterorũ partes, quæ modò maiora, aliàs minora esse contingit; illa etiã variis iungi modis oportere. Verùm quia remanet adhuc infinitas in tali corpore, dum nunc maioris, aliàs minoris mixti pars existit: nos aũt illorum terminos indagamus; quamuis hæc verè dicta fuerint, illud itẽ adiungere voluimus elementi duplicem esse rationẽ: alteram qua respicit mixtũ, atq. ita mistionis ergo ad minimũ absolutè deducitur: atq. alteram qua corpus simplex est; & certã in vniuerso sedem sibi vendicat: sic verò existit vnũ quod oĩa illa minima comprehendit, certos terminos certamq. figuram possidens, & quantitate sic vtens; quia maior
D virtus in q̃to maiore, qua se melius tuetur, & validius oppugnat aduersum. Ab his inanima reliqua quæ mixta sunt, non habentia formas ἀληθινάς, idest, euidentes, quemadmodum animantia; quasi per consecutionem, & ex necessitate materiæ adepta sunt eiusdem modi conditiones; & ad hoc eadem profectò ratio quadrat, atq. ad figuras, quas cũ sibi tota præfiniant, nihilominus absunt à partibus. Inde etiam animo carentia certas figuras præter admodùm pauca non habent, vt iris, aut genus lapidis, quod vulgus fulmen esse putat; est tamen glossopetra, & quædam species adamantis; & si qua sunt alia quæ me latent; omnia taĩẽ consecuta figuram, vt puto, beneficio mixtionis in qua plurimum calidi pro illorum natura dominatur. vnde ẽt fiunt in iis locis, vbi item metalla producuntur; aut ẽt ignea sunt, vt ex illis facilè ignis excudatur: nanq. ignis progressus imitatur pyramidem: quamobrem in mixtura quoq. figuram consimilem retinet. sed hæc alterius loci, atq. negotij. Termini igitur diuersi minimũ maximumq. ponantur. Non est verò prætereundum illud, geminam esse posse caussam terminorum, tùm certam materiæ multitudinem, quam tribuimus animatis; tum certam eius qualitatem, ob quam eadem materiæ moles modo maiores terminos, aliàs minores assequitur, quod pertinet ad rarefactionẽ: ignis. n. minimũ quamuis in eadẽ materiæ multitudine sub-

[a] 4. Phys.

sistat, in qua minimū terræ; at maius spatium obsidet, q̃ terra propter raritatem, quo fit, vt si vtraque caussa superstite, materiæ. s. multitudine, & certa qualitate termini varientur; vt paulò ante significauimus. Quocunq. tñ interit id quod minimo minus est; in ambiens abire consueuit, & fit eius pars, eosdemq. terminos & ad maximum, & ad minimū consequi solet, ac si quo pacto in hoc & in alia quacunq. re naturali ponenda sit infinitas; ea est vniuersa dimittenda materiæ. Ex his antè positis argumenta contraria facillimè tolluntur. Nā quod obijciunt ignim auctū iri in infinitū; interpretare quantūlibet, & in re proposito id sibi volebat Aristoteles ignim transiliturum certos limites, qui cuiq. animalium speciei conueniunt, neq. tñ in infinitū absolutè protensum iri, ita vt oēm superet magnitudinem. Sed quid ego hæc itero, cū alibi planè fuerint animaduersa? Quod item opponitur secundo loco minimū quoddā sine affectione præuia corruptū iri, negamus id prorsus, neq. vlla machina suppetit ad illud comprobandū quod fuit assumptū, quo maximè insistere video nonnullos. Etenim dicam ambiens in illud agere, & quemadmodū perdit ipsum, sic quoq. interitum illi parare. q̃ si ex se ipso corrumpatur, veluti de igni dictum est, inopia nutrimenti; adest item affectio præuia ad eiusmodi corruptionē: quia non fit hoc sine auctione caloris in humidū, quæ flagitat tēpus. At dices per illud spatiū manet saltem, dū corrumpitur; ergo infra minimū est. Atqui qūo rectè manere dixeris id quod tendit ad interitum? At per aliquod temporis interuallum verè de illo dicitur esse ignim: fateor, sed sic affectus est præter naturā: verùm nos de terminis agimus qui sunt ex rerū natura, & quos ipsa natura consectatur. Eodem prorsus modo soluimus illud vulgare argumentū. Sit homo quispiā maximæ magnitudinis, vt illa maior in humana specie dari non possit, & transfigatur à vespa; aut non tumebit locus, aut maius maximo ponetur: nā maximū statuimus ex natura, quapropter augeri nequit secundùm naturā; tumor aūt est præter naturam. Memini ēt me dicere virium in argumento subesse; quòd in hypothesi repugnantia continetur. etenim si maximum simpliciter, & omnib. modis statuitur, cogitari non potest q̃ aliquid illi addatur, si quidem iam maximum non erit, quod maximum esse dicebatur: perinde ac quod Stoici obiecerunt Aristoteli opināti nihil esse extra mundum; siquis vltra manū porrigeret, aut. n. aliquid extra foret, aut porrigere nō posset: itaq. hypothesis in hoc argumentandi genere, generatim non est admittenda. Verùm hæc logicè magis, illa magis naturalia. Aristotelicus autem locus in bonam partem accipiendus est; nanque vbi elementum in immensum diuidi pronuntiatur, interpretari conuenit in longè minimas particulas, atq. adeò vt fugiant omnem sensum; quandò guttula vini plenum aquæ cyathum inficit, & parum croci triti per multum aquæ diffunditur.

De caussis efficientibus quantitatem. Cap. XVII.

HACTENVS apparet, vnde quantitas originem ducat, vt ex potestate; vel. n. sola dimensione fundatur, sicut in rarefactione, vel ēt requirit actu quantū quod extrinsecùs accedat, velut in auctione viuentium in qua sola ratio quantitatis habetur, vt natura studeat quantitati, cùm cæteroquin in rarefactione; dum ipsa generat, aut alterat ad summum, magnitudinem quoq. producat, ex quo sequitur, vt potestas ad quantum, & si simpliciter est in eo quod augetur: at modò insideat actui substantiæ, quemadmodum ipsum vbi, & ea quæ in actibus secundis olim reposuimus; vt quātum. s. de forma, seu potius formæ partib. insit; tantundem adijc quoq. de magnitudine; alias duplex potentia requiratur, & in eo cui fit accessio, & in illo quod accedit, quando vtrunq. fieri maius oporteat: nanq. & viuens fit maius, cùm ex bicubito factum est tricubitum; & quod accessit ēt, maius factum est. erat. n. antè cubiti vnius, idem pòst accepit actum tricubiti; & suam magnitudinem exuit; induit alienam: sed cùm ex eius accessione maius factum sit viuens, & tanto maius, quantum est id quòd accessit, in illa auctione quæ sequitur formā, quod efficit maius, est semper externū; in hac quæ ex alterius accessione constat, efficiens est pars eius magnitudinis, quæ facta est. Cùm igitur sit efficiens, idemq. pars: pars verò ad materiam referatur, ēt fit vt in hac mutatione efficiens vnà cū materia conueniat. idem in prima illa mutatione quæ sine extrinseco obitur, non est vniuocum, sed duntaxat virtus, atq. perfectio: in hac quæ requirit extrinsecum, & vniuocum est, & non vniuocū, nec vniuocum quidem, cùm faciat id quod ipsum actu non est: efficit. n. tricubitum, cùm esset cubiti vnius, vniuocum verò, quia tanto maius reddidit illud ad quod accessit, quantum anteà fuerat: erat enim cubiti vnius: itaq. vno ēt cubito magnitudo vetus est aucta. Proinde velut in substantiæ generatione contingebat, vt substantia. s. ex substantia fieret, tùm quod pertinet ad efficiens, (etenim homo fit ex homine) tùm item, quod spectat ad materiam: sic ēt quantum fit ex quanto, vt efficiente, & ex eodem, tanq̃ ex materia. Hæc quidem cum rerum natura congruunt, & ab Aristotele ipso proficiscuntur: attamen aliquid controuersiæ præseferunt. siquidem testatus sit Arist. inter generationem, cæterasq. mutationes hoc intercedere discriminis, vt efficiens in ea sit vniuocum: at id quod quale: quantumúe facit, esse alterius ordinis: etenim homo hominem producit, at calor efficit maius, & inficit corpus. Rursus constanter negatum est à Peripateticis efficiens cum materia concurrere. quid. n. concurrere possit, cùm efficiens actu determinetur, materia verò potestate, quæ tota diametro distant? Nec non seorsum philosophi negent vim efficiendi quantitati, aut si quā illi concedant

A cedant ea pertineat ad sensus immutandos. est.n. sensile quoddam cõe: Præterea declaratum fuit ab Arist. efficiens cum forma conuenire, solumq. ratione & numero differre, cũ sit eadem essentia. propterea de auctoritate Auerrois periculum factũ est ab eius assectis, vbi pronuntiauit faciens partes magnitudinis esse magnitudinẽ. Quod ad primã pertinet, illi qui Arist. neglecto obseruãt Auerroẽ, facile se eriperent ex hac repugnantia: nam docens ipse, quemadmodũ id quod fit, ab vniuoco non producatur, de qualitate solũ mentionem fecit, & testatus est id quod facit album, vel nigrum non esse necessario simile, sed de quantitate verbum nullum. Nam quod ait Arist. [a] eodem modo produci quale, ac quantũ, & à potentia quali fieri actu quale, sicut è potentia quanto actu quantũ, mõstrat solùm similitudinem ex parte eius quod fit, nihil attingit efficiens. Propterea negare possent id euenire quod opponitur, in illud quod efficeret quantum. Opinabatur D. Thomas hoc attributum complecti materiam, quod ea simpliciter est potestate, quanta non actu: proinde non fit quantum à simili. sed hoc præsefert repugnantiam multò maiorem: nanq. hoc est quod testatur Arist. materiã crementi esse actu quantam. Nos etsi tetigimus ab initio libri præsentem difficultatem, & ea posuimus in medio quæ repugnantia conciliarent, hîc tñ aptiore loco rem à capite repetemus. Itaq. meminisse oportet quantitatem gigni dupliciter, vel ex accessione materiæ, vel ex sola ipsa distãtia: nec non efficiens esse duplex, & quod primũ est, & quod est instrumentum, vel efficiens secundum: B ac tertiò materiam non oẽm esse gradus eiusdem; est.n. ea quæ prorsus est potentia, altera quæ adhoc est in potentia tantùm & secunda solet dici, eademq. vel transiens, vel remanens. Cùm materiæ propriũ, quatenus est materia, sit ab alio moueri, & instrumentũ ab alio moueatur, nihilominus & ipsum moueat, ẽt philosopho licet ad duo caussarum capita referre instrumentum, & ad materiam & ad efficiens: ad illam sanè, quia positum est in eo quod est, ab alio moueri, ad hoc aũt, quia præter illud, quod mouetur ab alio, ipsum quoq. mouet: est.n. actu quippiam nec potentia prorsus. Itaque vbi materia seiungatur ab efficiẽte & forma, ea est, quæ est potestate simpliciter, nil obtinens actus, vbi aliquid actus habeat adiunctum, propter actũ (ab illo.n. facultas agendi proficiscitur) ẽt cum efficiente cõuenire potest. Etenim lapis est materia parietis, idem quoq. sustinet alios lapides, alios opprimit, quia non est pura potestas. est.n. in mixto calor, veluti materies, idem præterea sustinet partes mixti, ne collabantur & diffluant: & animal est vt materies hominis, idemq. affert sensum & motum: & è potestate traducit ad actum, à potestate animali efficiens animal. Id igitur, quod est in potestate simpliciter, & ad id ad quod habet rationem potestatis, cum forma & efficiente conuenire negauit Aristoteles: sed ꝙ ad aliud, & quatenus est actu, posset esse efficiens, non fuit negandum. ꝓpterea Græca dialectus, quæ ad rerum naturas exprimendas est oĩum accommodatissima, eodẽ chara-C ctere sæpius vtrunq. caussæ genus exponit, & accipit vocem [ex] significare materiam, & efficiẽs: nanq. ex hoĩe nonnunq̃, & ex semine fieri prædicat hoĩem, & oĩum sæpissimè materiam, quę transiens appellatur, in qua est forma opposita, velut ex colore colorem fieri, & ex sapore saporem. Sed descendamus ad caussas incrementi, & solutiones dubitationum. Cùm fiat dupliciter incrementum & accessione materiæ, & ex potestate distantiæ; dicimus in mutatione quantitatis, quæ fit sine materia, efficiens esse semper alterius rationis; cùm sit id quod est actu, seu virtute calidum. atqui in altera crementi specie necesse est interueniat efficiens vniuocum; vniuocum verò cuius est eadem ratio, vel specifica vel cõis; id verò est quantum. Idcirco non dubito Aristotelem 7. Met. & 1. de ortu de diuersis his incrementi modis verba fecisse, & 1. de ortu de vera auctione fuisse locutum. 7. verò Met. accepisse rem generalius, vt ẽt complecteretur augmentum, quod rarefactionem consequitur. Quare factum fuisse puto, vt ibi indeterminatè locutus sit dicens non necesse esse, vt semper quantum fiat ab vniuoco, quasi sit id quòd debeat ab vniuoco fieri; atq. alterum quod ẽt fiat à dissimili. 1. verò de ortu definitè, ꝙ vera auctio fiat ab vniuoco. Hæc verò melius intelligentur, si specialius aliqua dicamus de caussis efficientib. auctionem veram, & simul reliquæ difficultates euertentur. Ergo quod auget, viuens, non est vniusmodi, quando est anima primùm, quæ motus oẽs in viuente ꝓ-D ducit: sunt & alia quæ in hoc munere obeundo seruiunt animæ, & in mouendo mouentur. calor natiuus, & quantitas quæ accedit ex alimento. ab omnib. his cõiter auctio ministratur. atqui calor natiuus à quanto, quod est in alimento, magno interuallo distat: etenim & illud habet vim mouendi, licèt in alterius virtute moueatur; & per rõnem quam in se habet, cal. faciẽs, & id efficiẽs in viuẽte quod faceret extra; nisi ꝙ anima eius actioni modum imponit: imponit aũt veluti finis, vt.n. sit, is planè calor requirit̃ qui hoc possit, nec quicq̃ plus. at q̃tum per rationẽ propriã nihil facit, sed sępe vt ab alio motum. itaq. & extra viuens nihil operaretur, nullam in se ipso rationem continens quã cõicet materiæ, tametsi est aliquid actu, sed mouet & immutat, quantum ab alio mouetur: itaque nos calorem numeramus in caussis secundis; quantum verò in instrumentis, quib. nulla vis conceditur per seipsa mouendi, sed tamen à materia separantur, quia materia neutiq̃ mouet, instrumentũ mouet quando mouetur. Hęc generatim ita distinguuntur ab Arist. ꝙ anima est augens; reliqua sunt quib. augetur, id verò est viuens. Cùm igitur sit instrumentum id quod est actu quantum, atq. idẽ pars eius quod augetur, ideò materia simul, & efficiens esse perhibetur: neq. hæc secum pugnant, subit.n. rationem materiæ, quia mouetur, quia pars, sed cùm materia simpliciter non sit, verùm promouerit aliquid, idemq. moueat, idcirco etiã in efficientium ordine collocatur. Idem quoq. ex efficientium

[a] 2. de ort. an. cap. 4.

cientium ordine pellitur, quia nihil agit per rationem propriam, sed quatenus ab altero mouetur, quapropter est efficiens non simpliciter, sed vt instrumentum, & vt quo, non vt quod. Idem ergo rei pars, & instrumentum esse nil vetat: quapropter Aristoteles agens aliquando de instrumẽtis hęc pronuntiauit. [a] Neque.n. instrumenta in iis quæ efficiuntur, inesse, neq. ipsum efficiens necesse est, quib. necessitatem huic quidem attributo adimit, non negat aũt facultatem. Vnde cùm philosophi denegant efficiendi vim quantitati, nil aliud sibi volunt, q̃ q̇ nihil agat per se, neq. sit efficiens absolutum; cùm verò inquit Arist. quantum ab vniuoco fieri, & ex actu quanto fieri actu quantum, atque item Auerroës faciens partes magnitudinis esse actu magnitudinẽ, efficiens accipiunt non absolutè, sed vt quo, & vt instrumentum. Sic igitur quantum fit ab vniuoco, vel ex vniuoco. Sed.n. cùm vniuocum sit in genere vel in specie: nam calidum ex calido fit, quod est eiusdem speciei, color ex colore, qui est generis eiusdem; satis esse videtur Aristoteli, si maneamus in exemplis quæ ipse attulit, si vniuocum in genere habeatur: ita.n. fieri dicitur quantum ex quanto, vt quale ex quali. Verum tamen si rem distinguere & diligentius enucleare placeat, sic ordiamur. In reliquis actus efficientis ab actu rei quæ fit, vt nuper audisti, est omnino separatus, & in specie plerunq. conuenit; hoc idem necessariò quoq. cõe genus participat, nonnunq̃ virtute, non actu tale est, quale reipsa est id quod efficitur, & in eo quod efficitur, inest vniuersa potestas, in efficiente de potestate nihil, sed penitus actus. Quoniam verò quantũ actu est vel per rarefactionẽ, vel per accessionem materiæ, quod fit p rarefactionem, id seorsum habet, vt non alio fiat, sed ab alio duntaxat quod perpetuò separatũ est, & virtute simile tantum, actu nunq̃, vt puta, calor, idemq. ex aliquo fit, quod habet vniuersam potestatem internã, nec actu separatum est ab eo quod augetur. nã quod accedit, id totũ elicitur è sinu materię. At cùm fit in viuente incrementum, assumitur noua materia quæ ita facit actu q̃tum, vt quo, quod alio nomine vocatur ὑπερβολή, & exuperantia, vel elatio; quod fuerat antè separatum, sed factum est posteà pars; nec eiusdem speciei potest esse; & virtute, non actu tantùm est, quantũ est id qđ fit; cùm sit illud quod fit, exempli caussa tricubitũ; quo verò fit vnius cubiti. Potestas in his duplici nititur actu, & propterea præsefert duplicẽ priuationem: primã quidem quę nascitur ex sola quantitate, vtrobique.n. inconstantia terminorũ existit: alterã verò quæ petitur à substantia, cuius est instrumentũ; & in hac opposita sunt perfectũ & imperfectũ: At verò habita ratione quantitatis in vtraq. & ea qua fit, & illa quę fit, inest sua potestas ad aliud quantum: nanq. & cubitus quo fit tricubitum, est potentia tricubitum, at si hæc ad substantiã referas; eius mutatione fundatur mutatio quantitatis in incremento: neque.n. fit solùm quantitas, sed fit substantia quanta, quandò illud quo fit quantũ, amittit formam; quod verò factum est maius, actũ suum tuetur, potestas huic soli tribuenda est: nihil.n. non enti, quatenus non ens, tribui conuenit. Etenim permanet viuens quod augetur, alimentũ cum viuente commutat essentiam. His igitur modis quantitas efficit quantitatem. Quanquam de eo quo fit auctio plura post hac & generatim, & speciatim dicenda subuenient, & quemadmodum moueatur ab alio, & vim mouentis, hoc est, augentis assequatur; quid sit illud quo consistit. Nunc videamus quo pacto distinguatur quantum quod spectat ad incrementum, ab eo quod in ortu substantiæ supponitur: nanq. hoc item valebit ad significandas differentias quæ inter auctionem, aliosque motus intercedunt.

[a] 2. de Gen. c. 4.

Vt id quod est potestate quantum, sit in ortu & auctione. Cap. XVIII.

ERGO auctio est mutatio de magnitudine actu in consimilem actu magnitudinem; quapropter ab omnibus aliis mutationibus per se facilè segregatur: nam quia secundùm quantũ mutatio sit, ab alteratione seiungitur, quæ secundùm quale est; ab ipsa latione, quæ est secundum vbi, & à generatione quæ versatur in substantia. & quoniã fit ex actu magnitudine; differt ab altero illo motu qui fit secundũ quantum qui rarefactio nuncupatur: nanq. in illa sola mutatione fit actu q̃tum è potentia quanto: quæ tota interna est: & rarefactio est generatio corporis; cùm in auctione ipsa nihil de corpore gignatur, aut intereat, sed magnitudo altera præcedenti accedit, aut contrà demitur à præcedente. Verùm si auctio differt à generatione, quod auctionis materia sit actu quanta; multa sunt quæ dubitari contingat. Primùm quia materia ponitur principiũ patibile oĩum transmutationum, & ea ratione qua potestas est: ideò quoq. principium mutationis est secundùm quantũ, præ vt potentia quantũ. non igitur ex actu quanto conflatur auctio, sed è potentia quanto. Deinde, si ponatur materia generationis esse potestate substantia, erit item potestate quantũ: nam reliqua accidentia substantiam actu desiderãt. quid ergo vetat, quominus illa absurda consequantur quæ ab Aristotele quondam intenta fuerunt contra ponentes è non quanto fieri quãtum? Rursus si materiæ tribuatur dimensio quæ est potentia quantũ, idem efficietur, ac quod primo loco allatum est: si contrà nos eam actu statuamus, eadem erit materia generationis & auctionis, non re solũ, sed ratione ponẽda. Præterquamquòd in promptu est Arist. ratio qua persuadeamur materiã generationis esse potestate, non aũt actu quantum, siquidem locus non repugnat ei quod est quantum, quatenus huiusmodi: at esse in loco repugnat ei quod gignitur: etenim quod gignitur, non est: quod aũt non est, in loco esse non potest. Itaq. si generatio tunc est, cùm materia de potestate transit ad actum: non igitur

A tur est quanta. Ex altera parte quòd fit actu quantũ. Nanq. ei quod est actu quantũ, nil locus aduersatur: ei quod generatur, non repugnat itidem locus: est igitur actu quantũ: est.n. embryon, quod in vtero generatur. Quorum.n. eadem cõsequentia, sunt, & illa eadem sint oportet. Præterea quodcunq. cum materia sensili coniunctũ est, occupat per se locũ; siquidem leue est, aut graue: sic sursum deorsumúe tendit secundùm, vel præter naturam: at quod fit, tale est. Ad horũ verò sublationẽ hæc prænotare libet. Non esse inter alios modos contingere dupliciter, vel per se, vel per accidens; & ei quod non est per se; nihil actus, siue de prædicamento substantiæ, siue accidentis posse conuenire: tale genus est priuatio. quamobrem de priuatione pronunciatum est ab Arist. ex ea nihil fieri, quia tũ fieret id quod fit, è nihilo per se, quod verò per accidens non est, aliquo pacto est; ideò nil prohibet aliqua attributa, & actus nonnullos ipsi quadrare vt motum, & ex eo fieri quippiam à natura non abhorrere, ꝙ cùm ita esset, non esset nihil omnino. Deinde quod generatur aio duplex esse id. s. quo generatio terminatur, vt quando fit homo, gigni dicitur ipse homo: alterum, quod est, vt ita dixerim, in ipso transmutari, & euadit in hominem: id aũt, quo generatio terminatur, propriè fieri dicebamus, hoc verò fiens. At id quod fit, quatenus fit, profectò nihil est; sed fiens esse quippiam necesse est; & cum aliquo itẽ actu prius q̃ incipiat transmutari, & postq̃ transmutari cœpit: tametsi actus

B ille sit, vel ratio per quam sic mouetur, & ad veterem formã pertinet, vel actus imperfectus in subsequentem proficiscens: & vtrunq. in oĩ generatione præcedere asseueramus; quibuscum manet, esse in loco, & esse quantũ. His prænotatis ad caussam dubitationis verè puto dici posse. Generatim materiam cum generationis, tum auctionis esse actu quantã, eoq. potissimũ nomine differre, quòd auctionis materia nunq̃ seiocetur à quantitate, quemadmodum materia generationis: nanq. etiam si mutationis huiusce materia sit actu quanta, eademq. obtineat dimensionẽ quæ potestate quantum est, totum tñ ipsi tribuendum, quatenus est antecedentis formæ subiectum. ad consequentẽ verò est potentia substantia simul & quantum; & vbicunq. peruenit ad actum, assequitur eam q̃titatem quę cõuenit nouæ formæ, & locũ illi substantiæ naturalem, quæ nuper genita est: sed auctionis materia q̃ta est actu simpliciter, ẽt ad antecedentem formã secundùm quã fieri ponitur mutatio quãtitatis, ob eamq. caussam tanta fit accessio priori moli, quanta est illius substantiæ, quæ accessit. Quòd si obijcias auctionis item materiam potestate quantã esse: fit.n. motus secundùm quantũ: motus verò omnis est eius quod est potentia, quatenus huiusmodi: memento potestatem in tali materia nouos terminos intueri, qui extant ex quantitate præcedente, & ea quæ mox accessit; non aũt simpliciter esse potestatem, & puram dimensionem; nisi in altera illa mutatione quantitatis, quam dicimus rarefactionem. Cùm vrges item secundo loco: si generatio fit à materia quæ potestate quanta est; eadem

C igitur absurda consequentur quæ contra id allata fuerunt, si quantum fieret ex nõ quanto: Dicimus eam fore potentia quantã ad id quod gignendũ est, actu verò, & simpliciter esse quantam: nanq. etsi dimensio potestas est, ea tñ ab actu nunq̃ segregatur. Quòd autẽ non sit eadem prorsus auctionis ortusq. materia, caussa hæc adiungitur: quoniã accidit materiæ generationis esse actu quantam, sed auctionis materiam actu per se simpliciter esse oportet, tametsi non tantam. Illud item quod opponebatur ex Arist. multas fallacias continebat: nanq. propositione admissa respondemus ad assumptionem: fuit verò hęc. Ei, quod generatur non repugnat esse in loco: s.n. sumpseris fiens, quando quippiam actu est; concedo. si accipias id quod fit, prorsus inficior: hoc.n. non est, nec vsquam est; nec vllum penitus habet attributum, deq. ipso testatus est Arist. neq. motui, neq. loco subiici posse. Cùm opponitur etiam. Id, quod generatur, non est; quod verò non est, neque ẽt est in loco: dicimus hæc verè prędicari de illo quod fit; de fiente verò nequaquam. Et huius argumenti propositio vera est de eo, quod simpliciter, & per se non est, falsa aũt de eo quod non est per accidens. Et oppositas item rationes ex antedictis reprehendere licebit: nam prior argumentatio continet in se fallaciam: quandoquidem accipit fiens, nos aũt hæc illi tribuimus, qđ fit: & huiusmodi est in vtero embryon: etenim est aliquid actu per se, & materia sensilis ex eo genere, quod transiens appellatur. Vnde etiã

D soluit eodẽ pacto postrema obiectio: sensile.n. est fiens ipsum, quod verò fit, nullo pacto sensile est.

Conditiones communes auctionis exponuntur, & docetur quid'nam augeatur. Cap. XIIII.

MVLTA de incrementi materia dicta sunt. reliqua persequamur nũc, & explanemus quid'nam illud sit quod verè proprièq. augetur; vtrum'ne quantitas illa quæ existebat. hæc verò est viuentis ipsius, an potius illa quæ accessit; hæc aũt inerat in alimento: nanq. & hoc problema prębet ansam de nonnullis item, nec sine caussa dubitandi, atq. auctionis essentiam miris modis cõturbat. Verùm, quia non parui momenti censemus esse ad veritatẽ ipsam dignoscendam, eaq. certius tenenda q̃ posthàc de auctionis ingenio decreturi sumus, illa speculari quæ cõis sensus ipsi tribuere cõsueuit. atq. eniti, vt per ea quæ dicentur à nobis illa cõmunia defendantur, [a] nam magnũ veritatis argumentum illud est, si ex acceptis inhęrentium caussæ reddi possint, ea nos in primis constituere satius esse putauimus. Tria verò sunt attributa quæ facilè quiuis inesse in auctione cõcedat. Primùm quidem, vt id cuius quãtitas immutatur, vel à minore mole, & imperfecta ad maiorẽ, atq. perfectã, quod in adolescentia contingit, vel contrà à perfecta, & conueniente ad imperfectã, atq. ineptam;

[a] 4. Phys.

ficuti fit in senectute, idē permaneat ad numerū à principio ad finem vsq. incremēti & decrementi tantum abest, vt Heraclitea positio nobis recipienda sit, vt neque in manifesta corporum mutatione quæ fit secundùm quantum, ne dum in perspicua rerū constantia mutabilitas illa à cōmuni hominū sensu approbetur. Alterum verò, vt auctio fiat accessione facta cuilibet corporis parti: sic contrà diminutio quodam ex quacunq. parte detrito, quandò id quod augetur secundùm partes omnes sigillatim amplificari perspicitur, vt nulla sit pars in viuente quæ quodammodo non intumuerit, & maior facta sit: ita in eo vicissim quod minuitur, de quacunq. parte deteritur, vt omnes pariter factæ sint minores: partes aūt istę minimæ intelliguntur, in quibus forma subsistit, quæ sanè licèt materiæ beneficio diuidi queant; tamen priuilegio formæ diuisionem non accipiunt. ideò cùm partes hę signa nonnunquam ab Aristotele ipso vocētur, & nomine sic appellata fuisse dicemus, quatenus respiciunt formam: cùm cęteroqui signum simpliciter indiuiduū sit, neq. maius minusúe fieri possit: partes aūt istæ simpliciter diuidantur: nanque etsi merito formæ diuidi non possent; propter adiunctionē materiæ sectionis reddi obnoxias nihil obstat. Postremum verò, vt auctio fiat aliquo corpore extrinsecùs accedente, & contrà decrementū aliquo intrinsecùs abeunte: conuersę n. conditiones sequuntur vtranq. mutationem. tametsi id quod extrinsecùs accedit, sensui conspicuum est, cum sit alimentū: neque. n. ij sumus, qui credamus odoribus animal, aut alio quopiā insēsili vesci. sed id quod deteritur, cęcum & insensile plerunq. est; tamen ratio dictat partem quandam corporis extitisse; cùm corpus è quo diffluxit, minus factum est.

Nec porrò quęcunq. æuo, macieq. senescunt:
Nec mare, quę impendent vesco sale saxa peresa
Quid quoq. amittant in tempore, cernere possis,
Corporibus cæcis igitur natura gerit res.

Ex his igitur positis oīa soluere conandū est, & illud in primis, quemadmodū quārum è non quāto fiat, si id quod accesserit, incorporeum fuit, aut si corporeum sit, vt euitetur penetratio corporum. Neque. n. tu hîc confugies ad amplificationem terminorum quæ fit sine accessione materiæ: quandò non est par vtriusq. mutationis ratio. aliud. n. est augeri corpus, aliud intumescere: neq. tumor hic sine absoluta substantiæ mutatione fieri videtur: nanq. aliud est, quod maius est factum, atq. illud quod olim fuerat, nec illa conditio retinetur, quam certò nouimus inesse in auctione, quòd idem nimirùm superfit ab initio mutationis vsque ad finem. Neque item in eo confidenter restabis; licèt aër, aut aqua non augeantur: at id augeri, quod est vtrisq. cōmune; hoc verò corpus est, quod secundùm magnitudinem mutatur, quòd cùm anteà pusillum foret, dum suberat aquæ formæ, factum est maius, vbi formam aëris excepit. quia nil etiam extrinsecùs accedit in hac transmutatione, sed eadē materia varios terminos accipit, neque manet fortassis idē corpus, quoniam terminis variatis ipsū varietur quoq. necesse est. Cęterùm, quia continet totam hanc quæstionem ea ratio quæ est de illo. Vtrum augeatur, an id cui fit accessio, quod est viuens; an illud quod extrinsecùs aduenit; hoc verò est alimentum, idq. si obtinemus, stabit illud quidem quod locū hunc continet, de quo agimus; eam exploremus in primis, & hinc solutionē quæstionis auspicemur, quod item præsefert occasionem dubitandi, quia, sicuti si vino æqualis aquæ portio infundatur, maius factum est vinum; maior itē facta est aqua; sic & illud quod accedit, & id cui facta est accessio, increuerunt. Prætereà quòd alimentum videtur etiā conuerti in spiritū, & intumescere; quispiam iure suspicari possit, alimentum'ne verè crescat, an viuens. At verò si illud esse dictū videtur. Id quod augetur, ab initio ad finem vsq. conseruari; idq. si tenemus quod mihi quidem non videtur posse conuelli; facilè succurret exitus propositæ quæstionis: etenim quia videmus interire alimentum, manere aūt id quod nutritur, ita dicemus augeri id quod alitur, non alimentum. ac si rectè cōsulamus rei naturā, vbi aqua vino addatur, aqua, aut vinū denominari videtur ab eo quod manet: illud aūt manere dicitur, cuius apparent functiones. sunt. n. illę certissimum inditiū earum formarum quæ materiæ præsunt. ideò si colorem, odorē, saporemq. vini seruari adhuc cernamus; haud ambigendum est auctū vinū fuisse: contrà si videamus alias qualitates, & apparere perspicuū, & cętera quæ aquam consequuntur; tum verò eam creuisse dicemus. Idem quoq. constat multò euidentius in alteratione: nam si è mutatione qualitatis cuiuspiam euarietur substantia rei, neque maneat, iam ea non erit alteratio, sed interitus rei præcedentis, nouæ autē exortus. Quòd si substantia, formaq. permaneant, vtputa, carnis; hæc erit alteratio propriè: sic, nisi placeat interitum, aut ortum introducere pro incremento, statuere cogimur id augeri propriè quod seruatur. Cùm ergo maneat viuens, intereat alimentum quo auctio ministratur, non alimentum, sed viuens crescat oportet. Vnde etiam, si cibus amplificetur, dum caloris ope digerentis in spiritum mutatur; nihilominus quia non manet; reuera non augetur; est enim æqualis propemodùm mutationis vtriusq. processus, cùm ab vtraque alteratione scilicet & incremento subiectum actu, atque illud quidem permanens requiratur quod salua substantia secundùm aliud perturbationum genus immutetur: vtraq. enim accidentia sunt, & actu substantia fundantur.

Quid

A *Quid sit id quo augetur, & explicatio T. 34. Primi de Gen.* Cap. XX.

AT verò sicut inter mutationes istas conuenientia maxima existit; permagnum discrimen inter
cedit inter id quo auctio ministratur, atq. illud quo fit alteratio. Sed cùm verba illa, quibus
hoc eorum discrimen significauit nobis Arist. obscura sint, & sententia perdifficilis; neque verò mi-
hi solus hic scrupolus visus sit, sed etiā diù torserit ceteros interpretes Arist. tum quod ad singulorū
naturā vestigandam pertinet, tum ēt quantum spectat ad veram sententiam Arist. ipsius exprimen-
dam; haud iure simus accusandi, si aliquam item operam in explicationem hūi rerum conferamus.
Ea vero perspicua differētia cōspicit̃: nanq. id quo alterat̃, aliquādo manet inalterabile; id verò quo
augetur, alteratur, & in se principiū sui motus obtinet. Ceterùm prestabit opinor ipsius philosophi
verba subscribere. Ὧι δὲ ἠλλοίωται, ὅτε μὲν οὐδὲν πέπονθεν, οὐδ' ἠλλοίωται ἡ οὐσία, ὅτε δὲ κἀκεῖ-
νο, ἀλλὰ τὸ ἀλλοιοῦν καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως ἐν τῷ αὐξανομένῳ καὶ ἐν τῷ ἀλλοιουμένῳ ἐν τούτοις
γὰρ τὸ κινοῦν. ἐπεὶ καὶ τὸ εἰσελθὸν γένοιτ' ἄν ποτε μεῖζον, καὶ τὸ ἀπολαῦσαν αὐτοῦ σῶμα. οἷον εἰ εἰσελ-
θὸν γένοιτο πνεῦμα. ἀλλ' ἔφθαρταί γε τοῦτο παθὸν καὶ τὸ κινοῦμεν ἐν τούτῳ. Quo verò alteratum
" est, aliquando quidem nihil passum est, neque alterata est ipsa substantia: quandoq. vero & illud;
" sed alterans, & principiū motus in eo quod auget̃, & in eo quod alteratur: in his.n. mouens: quan-
B doquidē & quod ingressum est, fuerit quandoq. maius, & quod ipso fruit̃ corpus, vt, si id quod in-
" gressum est, spiritus factus sit, sed corruptum est hoc, cùm passum fuerit, & mouens non in hoc.
" Ad horū verò intelligentiam hæc prænotāda sunt, nimirùm multiplex esse genus alterationis quod
tentat animātia. Cùm.n. è variis principiis constent, & ex elementis vt corpora naturalia, & ex ani-
mo vt animata; sic etiam variis vtuntur adminiculis & variis modis alterantur; vt naturalia, pro-
pter potentiā quam habent ad quale, primas qualitates accipiunt; & ita motus sunt naturales, & for
mæ pro materiæ potentia inductæ vnà extendunt̃, & accipiuntur ὑλικῶς facta. s. permutatione ma-
teriæ, vt animata; cùm sit eorum partes animus & corpus, etiam animi caussa contingit corpus bifa
riā subiici alterationi, & qua corpus simpliciter, & conflatū ex elementis, & qua animatum. de prio
re dictum est. de altera scire licet in partibus animalis existere geminam alterationē: alteram quæ sa
lutaris est, qua organa sensuum à rerum sensilium formis afficiuntur sine materia: alteram, qua spe-
cies istæ impressæ in phantasia retinent vim primarū qualitatum. quamobrem cōmouentes sangui
nem & spiritus in quibus cōsistit calor innatus, faciunt mutationē circum cor in parte insensili qui-
dem propter magnitudinem, sed virtutis efficacissimæ, vel pellentes ad ipsam, vel ab ipsa repellētes
calorem, ita rubores & pallores efficiunt, & nos forma calidi frigidíue concepta, & per eas iucundi
C ac molesti incalescimus, letamur, algemus, atq. tristamur. ab his existit mutatio loci quæ ꝓpria est
animalis perfecti. hæc planè sine animæ interuentu non succedunt. Sed & alia vis animæ, quæ non
vtitur specie, imperiū quidem habens in corpus, verùm materialiter immutans, nihilominus non vt
natura, ꝙ intra illud est quod ipsa immutat, cùm ceteroqui naturalia habeant extra se principium
mouens; prætereà quia naturaliū interna principia sunt caussa motus primò; hęc vtitur instrumē-
to. instrumentum verò cōmune animorum oīum est calor natiuus qui suapte natura materiam ma
terialiter mutat. hic cùm sit instrumentum, mouet sanè, verùm quoad mouet̃ ab eo cuius est instru-
mentum, sed enim cùm sit affectio, & forma materiata; habet etiam contrarium à quo possit oppu-
gnari; cùm etiam sit instrumentū, non dicitur alterans, sed anima alterans, ille verò quo alteratū est.
Hoc calore vtitur anima etiā in auctione, veruntamen auctio præter hoc quo alteratum est, flagitat
quo augeatur id quod augetur; est aūt viuens. Itaq. in his animæ officiis est alterans, id quod alte-
ratur, & quo alteratur; augens, quod augetur, & quo augetur. Ergo agitur de alteratione qua ani-
ma materialiter immutat citra speciei officiū vtens calore, & eius opera transformans alimentum
alterans & augens etiam viuens. Itaq. continet hoc explicationem duorū theorematum quibus ex-
ponuntur caussæ quæ conficiunt incrementum. Primò igitur monstrat Aristoteles, vt se habeat al-
D teratio ad instrumenta, ex quo colligit̃ differentia quæ intercedit inter id quo alteratur, & quo au-
getur; deinde quæ sit prima alterationis caussa à qua corpus alteratur, & augetur. Quod ad primū
pertinet, distinguitur id quo alteratur, ab eo quo augetur κατὰ τὸ ἀπαθές. i. in eo ꝙ sit perpessio-
nis expers. Nanq. id quo alteratum est, nonnunq̄ permanet nullam accipiens labem; aliquando ēt
mutatur, neq. secundùm qualitatem solùm, ꝙ eius qualitates retundant̃, sed etiam quòd de eius sub
stantia quippiā deteratur: quandoque.n. integer est calor, & inter agendum nihil oīno repatitur, vt
in adolescente bene sano; aliquando etiam ab alimento labefactare. est.n. contrarium & etiam de-
minuit̃ vt ætatis progressu, & in morbis: nanq. interdū fit, vt tum deiectus sit calor viuentis, ac ne-
queat alterare alimentū, quantū sat est: neque alteratum apponere; vnde atrophię illę oriuntur de
quibus medici plura. Quanq̄ verisimile est Aristotelē de illius alteratione naturali potissimè ver-
ba facere, quæ sequitur ætatem. Atqui alimentum necesse est immutetur, si minus animantis inte-
ritus existeret: oportet n. tandiu nutriri viuens, quoad permanet: signo pulsus est qui nos cum vita
relinquit; exoritur aūt auctore Philosopho ex alimenti confectione. Secundo loco nobis exponit
Aristoteles veram caussā, primumq. principium alterationis. Nanq. alteratur etiā calor: at non id
est ex anima: etenim nihil habet illa per se quo alteret, sed quicquid agit alterando, vel nō sine spe
cie

cie concepta, vel non ſine calore præſtat; nec ex ordine formæ eſt quòd ille calor alteretur, verùm eſt cauſſa materiæ; habet.n.calor intra ſe cauſſas interitus,& quicquid patitur calor ab anima, ideſt ꝙ ab illa tanq̃ a fine dirigitur & gubernatur,quod potius eſt perfici q̃ affici. Itaque alteratio non à calore primo,quoniã eſt inſtrumentum,nec in calore, niſi ex neceſsitate materiæ, ſed ab anima per calorem,à qua alteratur alimentũ,& id quo augetur,& per hæc alterat̃,& augetur corpus viuentis; alteratur aũt ab alimento irrigatum ac calfactũ, quod exhauſto humore & calore diminuto, areſactũ eſt,ac refrigeratũ,vt igitur ad natiuã temperiẽ deducatur,offertur alimentum, cuius hæ ſunt virtutes humectare,& amplificare calorem. Intus aũt condi vim quæ primo alteret, & augeat, ſigno eſt ꝙ alimentum intus ſuſceptũ intumeſcit,& cõuertitur in ſpiritũ, idemq. additur corpori in partes eius transformatum. Ergo alteratum eſt alimentũ; alteratum eſt corpus viuentis: hoc vt quod: illud vt quo; alterans,& augens eſt anima quę per calorẽ alterat,& per calorẽ & alimentũ auget,ac per calorẽ qui interdũ impatibilis eſt,nonnunq̃ afficitur; per alimentum verò quod ſemper afficiat̃ oportet. Cęterùm cùm alterationes & auctiones in animato diſtinguantur in priores & poſteriores; E
a 2. de ort. an. cap. 6. priores.ſ.illas,vnde conſtituit̃ viuens: fiunt aũt auctore Philoſopho [a] à ſpiritu nõ parentis,aut ſuo, ſed eo qui defluit è cęlo,eouſq. quo conſtitutum eſt quidem, ſed in primo & in minimo ſui eſſe, vt dici ſolet; poſteriores verò quę progreſſu ætatis in ipſo,&,vt inquit Ariſtoteles, per ipſum miniſtrantur,ſiue in vtero,ſiue extra in animali (neque.n.abſurdum reputo,cùm in hoc etiã Theophraſtum habeam pręceptorem, ſi animal accipiatur ſpeciatim, quia plantæ ſemper augentis extrinſeci beneficio creſcant) ne verearis excludi hìc primas alterationes & auctiones, cùm earũ principium in eo ponat̃ quod primũ alterat̃ & augetur. Etenim alio mõ ſe hẽt generãs in animato, & inanimo. in hoc.n. eſt ſemper externum, at in animato intus eſt quod generat, & in ſemine & materia continetur vis illa formatrix quę fabricat animatum: itaq. in illo generans,alij comparat,in viuente ſibi ipſi,& illud alterat in quo primo cõprehendit̃,& illud auget,itaq. perpetuò alterãs & augẽs primũ, ſiue priores ſint,ſiue poſteriores alterationes & auctiones; eſt in eo, qđ alterat̃ & auget̃. ſed cùm in ipſo cõceptu ſit minimũ,& vniforme; in ſe ipſũ agere nequit,ſed in aliud neceſſariò; ꝓinde alterãdo eget externi; necnõ cũ meatus pręparuitate nõ admittat,& ſit veluti cęcũ;extrinſecùs ſibi ſumat, & agglutinet neceſſe eſt,& afficiat eã materiã quę circumiacet,donec maiore mole cõtracta, vaſibuſq. formatis fiat alimenti capax,& ex ſe ipſo nutriat̃.quia tamen ſibi ſumit,& ex accedẽte, & eo cui ſit acceſsio,vnum ſit,quod in animo carentibus non euenit; ita principiũ hoc ponitur in eo quod alteratur & augetur. Quare primum alterans,& primũ augens eſt intus abſolutè. Tametſi Theophraſti dictũ,quod vbiq. profitemur; videtur huic decreto obſtare; quandoquidem plantæ sẽper egẽt externi: nutriuntur.n.illo auctore ab ambiente. ergo planè extra eſt alterans, & augens primum. G
At in plantis eſt primum alterans & augens: ſiquidem vis ambientis, intellige verò lumen ab aſtris affuſum euiuſque facultates, ſit generale augens, ideoq. egeat terminantis; cùm verò talis ſit anima cuiuſq. plantæ,efficitur vt ex externo & terminante quod eſt intra,fiat vnũ agens principale,ideoq. illi iure tribuat̃ alendi & augendi poteſtas. Sic & in plantis etiam ineſt principium alterandi & augendi,ſi non abſolutum,at proximum. Nec illud obſtabit,quòd principale ſit inter efficiẽtia quod remotius: eſt.n. principale efficientiæ roboriſq. cauſſa,ſed nimis vniuerſale, ideoq. opus habet determinante,&,vt Auerroiſtarum verbo vtar,appropriante quæ eſt cauſſa ſecunda,ex quibus vna integra cauſſa efficitur quæ adęquata eſt,& oĩbus ſuis partibus abſoluta. Neque ideo melior eſt hìc conditio determinantis,cùm cauſſa ſecunda ad primã ſit vt materia, propter quam ſi dicatur eſſe efficiens, non intelligitur, vt eius gratia, ſed vt illud exiſtere poſsit. at verò vbi calor intra viuens eſt productus; iam dirigitur ab alijs cauſsis internis tanq̃ à fine: propterea calor in viuente eſt inſtrumentum. Ergo anima cum virtute cęleſti eſt primum agens & adęquatum,quod quęrimus in pręſentia. Dicere etiam potes ex cęlo eſſe calefacere ſimpliciter,& in hoc munere primum eſt; exercere animę munera in viuente,hoc eſt animę primum. Ex his efficitur,vt non laudem interpretationẽ Philoponi exiſtimantis Ariſtotelem in his verbis [Quod verò alteratur] mentionem facere de H
anima,aut vi auctrice, quam notarit Ariſtoteles interdũ pati,non pati ſanè,vbi ſe habeat ſecundùm naturam; pati verò,vbi pręter naturã affecta ſit: neque tum pati,cùm cibus ingeſtus fuerit cõgruus, ꝙ ſi ineptus ſit,id quod accidit tribus de cauſsis,qualitate,quantitate,& tempore oblationis, ipſam pati: quanq̃ ſubijcit idem auctor etiã ſi ſecundùm naturã ſe habeat; nihilominus pati ſemper; impatibilem verò dici,quia multò minus afficiatur; non laudo,inquam,interpretationem hanc, quia vis auctrix eſt principiũ alterationis;id.ſ.quod alterat & auget,non aũt id quo alteratur & augetur. Præterea neſcio equidem quo pacto cum eius interpretatione cõſentiant ea quæ Ariſtoteles de hac ipſa virtute mentionẽ faciens adiiciebat; præſertim iuxta lectionẽ eius interpretis: appellat.n.eam, tanq̃ formam immateriatam,ideoq. impatibilem. vnde etiã non eſt,ꝙ ſuſpicemur illud,vt quo,notare formam. eſt.n.forma anima quæ auget; non quo ſit auctio,ſed hoc alimentum. Nec quęritur hoc loco ratio formalis,ſed cauſſa efficiẽs,cuius duæ ſunt partes,anima,& inſtrumentũ,quo auctio, vel alteratio miniſtratur. Noui ego aliam circunferri verborum interpretationem, vt de alteratione loquatur Ariſt. quæ ꝓpria animalis eſt: huiuſmodi aũt eſt coctio & nutritio teſte Galeno, eamq; diſtinguat à cęteris alterationibus quæ materiã conſequuntur; cùm doceat,in his duo requiri,nempe

pe

A pe carnem actu manentem,& affectionem quæ illi per se,ideſt,propter formā,non autem ꝓpter materiam ineſt; acquiſitam per alterationem,& per hanc affectionem non quidem nutrimētum, ſed carnem, quæ ipſum recipit, aliquid paſſam fuiſſe dici : cumq. poſteà Philoſophus adſcribit. [Quo verò alteratur] ea verba referantur ad nutrimentum hoc modo,ꝙ id quo alteratur,ideſt, nutrimentū aliàs ita ſe habet,vt ipſius gratia duntaxat caro alterata;ipsū verò perpeſsū nihil eſſe dicatur : quod tum cōtingit,qn̄ habitu ſano,& integro ſm̄ naturā ſe habuerit carnis ſubſtantia. Aliàs verò ipsū quoq. paſsū aliquid in officio nutriendi fuiſſe dici; vt, ſi nō ſimpliciter caro, ſed caro melāchòlica fiat, in quib.quod nutrit̄, quemadmodū ſimplex nō eſt, ſed aliquo mō affecta caro; ita ēt nutrimentū aliquid paſsū fuiſſe exiſtimandū ſit,de qua re Galenus.Sed interpretatio indigna reſpōſione:mirumq. mihi vr̄,Ariſtotelē fateri nutrimentū cōuerti in ſubſtātiā viuētis,& corrūpi; id qđ fit potiſsimū,vbi ſit habitus corporis ſanus & integer : modo aūt negare ꝙ quicq̄ patiatur,immo patit̄ maximè,vt cōtrà minus patitur,vbi nō poſsit amplius ab alēte facultate mutari,quod accidit,ſi corporis habitus ſit deprauatus.Hęc,niſi fallor,certa loci huius interpretatio.

Explanatur Textus lib.2.de Anima,& diſſeritur quid eſt id quo nutritur. Cap. XXI.

B PARVM ab hoc diſsimilis tum quo ad ſententiam,tum etiam quo ad obſcuritatem verborū eſt alter ille locus Ariſtotelicus, qui talis eſt. ἔςι δὲ ᾧ τρέφεται διττὸν ὥσπερ ᾧ κυβερνᾷ ἡ χεὶρ καὶ τὸ πηδάλιον τὸ μὲν κινοῦν ϗ κινούμενον τὸ δὲ κινοῦν μόνον. Eſt verò id quo nutrit̄, duplex, quemadmodum quo gubernat manus & temo; hoc quidem mouens, & quod mouetur; illud verò mouens ſolùm. Qui item cùm & pręſens hoc noſtrum inſtitutum aliquo pacto iuuare poſſit,non dignus viſus eſt,qui conniueatur à nob. cuius certè difficultatem ſi verbis amplificare velim,non magnū mihi negocium impendere perſpiciam : nam de lectione controuerſia inter Gręcos eſt,tum quòd poſtquam lectio conſtituta eſt,in afferenda vi verborum imminet magna perplexio; ita vt nobis dicere liceat,quemadmodum Chremeti Terentiano conſiliū petenti ab aduocatis: Incertior ſum multò,quàm dudum. Eſt autem varia lectio : quandoquidem vbi exponit Ariſt.ſpecies eius,quo nutritur; aliqui dicant alterum ex his moueri,& mouere ſimul; alterum mouere tantùm. Alij verò diſtinguant ipſum in id quod mouet & mouetur vnà,& alterū quod ſolùm mouetur : nec vtriq. ſectę ratio ſuæ deſit interpretationis : nā de ſcopo Philoſophi in eo Tex. nulla eos vrgebat difficultas : proptereaquòd vbi Ariſt. enumeraſſet oīa quæ concurrunt ad nutrimentum : eaq. ad tria capita retuliſſet,ꝙ nutritur,eſt aūt viuens,quod nutrit,id verò eſt aīa,& quo nutritur : cùm hoc quo nutritur multiplex ſit,diſtinctū oportuit,nequis ſcrupu-
C lus oīno ſupereſſet in animis noſtris; quantum ad ipſius nutrimenti notitiā ſpectat, vt inde vim nutriendi teneremus. nec de eo litigatur. id quo nutritur,eſſe duplex,ſed hoc quo nutritur, qūo duplex ponendum ſit : nam dicebat Alexander illud eſſe duplex, ꝙ alterum moueret tantùm; alterum verò moueret ſimul,& moueretur : mouens aūt ſolùm animā eſſe credebat, quod verò mouet & mouetur,calorem natiuum; mouet.n.aīa ſolùm; quòd eſt princeps cauſſa nutritionis, & à nullo dirigitur; quin contrà cętera dirigit & gubernat : calor verò natiuus mouet & mouetur : mouet quidem,quia dirigit nutrimētum; quia verò gubernatur ab aīa; mouetur : nam per ſe calor neq. ab inutilibus vtilia ſegregaret,neq. materiam cogeret in certam figurā;nec per loca præfinita diſpenſaret,ſed calefaceret & vreret in infinitum; niſi regeretur ab aīa : quæ gubernatio tamen à nobis intelligenda eſt,vt tanquam à fine deriuetur,cuius quidem appetitu ſuapte natura ducuntur oīa quæ gratia quorundam inſtituta ſunt, [a] neque.n.cognoſcendi vis eſt naturæ tribuenda, ſed naturalis quædam boni communicatio,quod vt conſequantur,hoc & hoc modo agant oportet,& calor iſte natiuus diuerſa admodùm officia pręſtet pro ratione multitudinis,& temperamenti. Atqui probabile non eſt,Ariſtotelē ſpatio tam breui nos ambiguo deluſiſſe : ſuprà.n.diſtinxerat ea quæ ad nutrientē pertinent,in nutriens,quod nutritur, & quo nutritur; nu-
D triens autē fuerat aīa; quò verò nutritur,alimētum,& quaſi inſtrumentum, & materia nutritionis : quare non debuit Ariſt.id quo nutritur, tam paucis interpoſitis verſibus tranſumere in nutriens. Prętereà nil cōferret exēplum, quod ipſe adiunxit : neque.n.clauus,aut manus hūi ſunt, vt moueāt immobilia permanentia,cuiuſmodi vult eſſe aīa in officio nutritionis. Neq. me mouet,ſi dixeris manū eſſe immobilē,quia,quod mouetur, ſeparatum ſit neceſſe eſt : at manus cum toto colligata eſt,nec mouetur igit̄. falſum eſt.n.nanq. mouetur manus per ſe,atq. ita,vt corpus totum per ipsā moueri dicatur : nec ita preſsè ſeparatum accipiendū eſt,vt nullā cùm cęteris connexionē prorſus habeat,ſed ſeparatū quoq. cōtiguo conſeruatur, vt quaſi diametro opponatur illi ſpeciei continui cuius motus vnus eſt. Quamobrem Philoponus altera lectione recepta referebat aliò verba illa dicens,Ariſtotelem diſtinguere inſtrumenta mutationis : hæc.n.eſſe duo calorē.ſ.innatum, & mēbra. nanq. nutritio quoq. certis partibus corporis adminiſtratur,ore,ventriculo,meſeraicis,iecore,& corde in perfectis:in imperfectis aūt conſimilibus quibuſdam partibus,& pro portione reſpōdentibus & in plantis, terra & radicibus. calor aūt id eſt quod mouet, & mouetur : nā cietur ab aīa; mouet autem & mēbra; cùm ſit primum motionis inſtrumētum,

[a] Lib. de ſpir. c. vlt.

& alimen-

& alimentum etiã, quia coquit ipsum: membra verò mouent, nec quicquã aliud mouent, & sunt instruméta simpliciter: ac si mouent quippiã, mouent solùmodò vt materiã, quippe q immutét substãtiã, quæ in hoc officio tantùm moueat, siue sint partes viuétis q̃ tantùmodò nutriunt, siue sit alimentũ quod in rei nutriédę substantiã conuertit. Et q de organis tantùm verba faciat Arist. cõfirmabat exéplis: qm̃ vtraq. sunt organa manus, & temo. At neq. vir hic ista sua interpretatione cõficere vř id quod cupit; propterea q distribuens parteis eius quo nutrit; non meminit de alimento quod tamen illius est pars, si nõ id solùm sibi vendicarit. Præterea non defendit vim exẽpli: nanq. vbi venit ad parteis quæ mouent solùm; quoniã, tametsi mouent aliquid, at non mouent, quatenus instrumentũ est, sed quatenus materia. obiiciã ego clauum cui similia reputat auctor ille mébra qui tamen agitat nauim, non quidẽ vt materiã, sed vt instrumentũ. Quin ẽt partes ille nutriunt, non aũt materia qua nutritio ministratur. Idcirco ille ẽt sumpsit id quo mouet, quod tãtum mobile sit, pro nutrimento. Attamen aduersus hoc dictũ verba Arist. expressa sunt, cùm velit Philoponus numerari alimentum in instrumentis nutritionis. Aristoteles aũt paullò ante testatus fuerat alimentũ moueri vt materiã, non aũt vt instrumentum. Non me fugit, quosdã aliã fuisse cõmentos huius loci interpretationé, q̃ item Arist. auctoritate munire conentur, q ipse de principibus caussis nutrimenti nihil prorsus ageret: supra.n. eas fuisse satis expositas, sed de caussis sociis: has aũt geminas esse; alterã quidem caloré qui coquit. hic verò igneus est, de quo ẽt ꝓpter Empedoclé anteà meminisset Arist. & mox iterũ facturus esset mentionem; esse & aliud calidum insitum. [a] Hæc igitur in oĩ corpore animato subsistere, quæ nõ sint aut aĩa, aut eius aliqua facultas, nec alimentum: siquidẽ hoc est materia; illarum verò officium est animare & formare alimẽtũ: nõ igit caussæ simpliciter sunt, sed sociæ caussæ: munus verò caloris esse coquere. Ex geminis caloribus ille qui igneus est, mouens est, & motũ: mouens quidẽ, quia coquit: motum verò, qm̃ ab animali calore gubernatur. calor animalis solùm mouet, neq. id simpliciter, eo q mouet ab aĩa, sed quia regit igneũ illũ, & hinc analogiã peti à Philosopho inter manũ & clauũ ex altera parte, & calorem animalem ex aduersa; quia calor igneus est, quemadmodum clauus, calor aũt animalis, veluti manus. Verumenimuero & hæc interpretatio longè est aliena, & à vi verborum, & à doctrina Peripatetica. Primum quidem, quoniã exponit Arist. ipse id quo alitur, & hoc docet esse duplex: sed tum esset triplex, quoniã ibi esset vterq. calor, & tertio loco nutrimentum. Deinde q ex snĩa calor animalis ab igneo segregatur: sed.n. igneus in animali nõ est, neq. nutrire idoneus. Postremò calor ille, qui coctioni famulatur, vnus est in viuente, qui à corde per venas ad mébra deriuatur. [b] Propterea lectioni Philoponi recepta, quæ talis est. Hoc verò quod mouet solùm. sic explicaré ego hunc locum. Vt faciamus, Aristotelem separare id quo nutrit, & cùm suprà tantummodò pronunciasset, alimentũ esse id quo nutritur; monere posteà nos id quo nutrit, non esse solùm nutrimentũ, verùm ẽt calorem; è quib. vnũ mouet, & mouet; alterũ mouetur tantùm: mouet sanè, & mouet calor quem iã non igneũ esse accepimus; ineptus .n. foret ad animæ functioneis, sed animalé. [c] mouetur aũt nutrimentũ; quoniã est materia cuius munus est pati. Sed quemadmodũ calor moueat simul, & moueat, docet Arist. [d] naturalẽ ab artificioso & igneo distinguens, q calor naturalis nonmodò instrumentũ est, sed per opus ipsum diffusus vnà cum cęteris substantiam ipsius explet: calor ignis in arte pars operis non est. quare mouet calor naturalis, quatenus coquit; mouetur aũt, quatenus est pars operis, & quodãmodò materia: propterea cum reliquis corporis partibus, & delabit, & delapsus instauratur. Proportio verò inter manũ & clauum ex vna parte, & caloré & nutrimentum ex alia talis est, vt calor sit quemadmodũ manus & nutrimentũ, sicuti clauus: nanq. manus mouet, & mouet, & est pars primi mouentis, qui est hõ; clauus mouet tantùm, neq. mouet, sed ad ipsius motũ ꝓpter contiguitaté nauis agit, & quasi ordine quodã, vt si rõnem principatus exceperis, non sit ei dissimilis quo partes nr̃i corporis agitãtur à corde, cùm ex illo sint aptæ; tanq̃ sit ea pars vt caussa, sine qua non, quæ referri solet ad materiã: sic calor natiuus ab aĩa, vt fine cõcitatur; quanquã per rõnem rei præstãdę, quã in se habet, & per se est efficiens, forma verò, quia p ipsã est id quod est subiectũ in quo est. & cùm sit pars animãtis, est materia: nutrimentũ verò materia tantùm est; qñ cõmutat essentiã, & alterius rõnem sibi sumit, neq. principiũ motus est, vt actus quidã, & vt de genere caussarũ, quas *κυρίας*.i. dominas & ius habentes in alia vocãt, sed vt sine qua non. Nam q sit calor id quo nutrimur, tanq̃ mouẽs & mobile simul; docebat posteà paucis interiectis verbis Aristoteles: est.n. illud quo coctio perficit; at ea fit calore: quocirca necessariũ fore cõcludebat, vt huiuscemodi calidũ in oĩ viuẽte dominaret, si viuere, hoc est, nutriri ipsũ oporteat. Quòd si obieceris aliquas parteis, quę sunt instruméta nutritionis, os, stomachũ, iecur, & ĩteras, nõ tãtum esse duplex, sed triplex id quo nutrit. Si etiã quia sic calor, seipsum nutriret; nĩl autẽ à seipso moueri posse. Ad hoc dicã nõ se nutrire primò & p se, sed per aliud; illud verò quodã reprobatũ seipsũ mouere primò & per se; atqui calor seipsũ nutrit per alimẽtum. Ad illud verò ꝓ iure meo respõdebo è partib' quarũ extat officiũ aliquod ĩ nutritione, quasdã principes haberi, vt cor apud Aristotelẽ, apud medicos epar; nonulla instrumenta, vt venas. Dico igitur reponi principes in efficiẽtibus, & cum calore percenseri: neque.n. calor simpliciter accipit, qui nutritioné faciat, sed calidũ, quod in certa

[a] 2. de Gen. an. c. 3.

[b] 3. De par. Anim. c. 7.

[c] 2. de An. T. 41.

[d] Lib. de spir. c. vlt.

A in certa parte consistit, & eius auxilio coctio paratur, & nutritio perficitur: de instrumentis autem sic iudico, vel illa cum principibus numerari. Signo id esto, quod omnes inde instrumenta deducunt, vbi collocant eius officij principatum. Sic cùm ea vasa sint venę sine controuersia, qui iecur huic muneri faciũt caput; eas à iecore deriuari profitentur; Aristoteles, qui statuit cor auctorem eius functionis, illas autumat à corde proficisci, vel quòd exilis admodùm & quasi cœcus huiusmodi partium vsus; earum habitam non fuisse rationem: capiunt.n. solùm vt locus, & sine illis absoluitur aliquando nutritio, velut in principe parte, quæcunq. illa fuerit: siquidem neq. hepar apud medicos, neque cor apud Peripateticos per venas nutriantur.

Quędam ad intelligentiam illius attributi communis afferuntur, vt auctio fiat secundùm quodlibet signum. Cap. XXII.

AD illam verò dubitationem profligandam, eamq. seruandam notionem quam de incremento cõcepimus, vt auctio fiat secundùm quodlibet, hoc est, minimam quanq. partem; nec tam aut ex incorporeo fiat incrementũ, aut corporum penetratio consequatur; hoc adprimè valebit, si ante alia statuat. Vnumquodq. corpus animatum in duo genera partium dissecari, alterum vniforme quod habet B partes eiusdẽ rationis cum toto, atq. alterũ quod difforme vocamus; id aũt diuidit in alias partes quarum rõnes, & essentiæ diuersæ sunt, quibus vtrisq. auctio tribui posse videtur: augetur.n. manus, auget itẽ caro: sed reuera manus per se & primò non auget; verùm beneficio partium vniformium, quę solæ per se augentur, vt caro, neruus & chartilago. cùm.n. difformes nil aliud sint ferè, q̃ partes vniformes coniunctę, & nullam propemodum habeãt propriam qualitatẽ præter figuram, à qua nulla est πάθησις, & actio, siue alteratio, sed officium: vniformes autem ex elementorũ differentiis constitutæ sint, [a] & in illis propriè vita consistat, quippe calor, qui est primum vitæ instrumentum, iure conuenit illis auctio quæ ministrari nequit sine auxilio primarum qualitatum. Mox illud quoq. sumamus; Vniformes partes esse ex materia formaq. cõpositas, quemadmodum reliqua corpora naturalia; ideòq. illarum materiam quandoq. spectari, nonnunquam formam: nam caro interdum materia carnis appellatur, vt cum carne humana Lestrygonas & Channibales vesci audiuimus; aliquando forma eiusdẽ, vt cùm amputatur; siquando ex atrophia contabuerit; sic etiam nauis dicitur lignum considerata solùm materia; animaduersa verò in tali materia certa figura, & fabrica nuncupatur nauis, vt forma, atque ille qui serno iubet, vt nauim inopia materiæ comburat; non respicit formam, sed materiã nauis quæ lignum est: ita vt si aliunde ligna suppeterent; nauem libenter amitteret. Christiani verò nominis hostes cum tri-C remes nostras in mari prædantur; iubent comburi non ligna quæ sunt materia, sed naues, idest, ligna in quibus est eiusmodi forma: nam si in mari esset Hercynia sylua; non comburerent eam, nisi forma & figura nauis informata esset: quare dr̃ nauis vtroq. modo, propter formam, & ꝓpter materiam; non quidem, quod eius forma, aut materia vocentur nauis, sed totum cõpositum eo nomine notatur; verùm quod nauis est, tum ratione formæ, tum etiã ratione materiæ, & talis appellat spectata forma, aut materia; sic dẽ partibus vniformibus asserendum est, earum noie significari formam nunc, aliàs materiam: nam, tametsi nomen dicitur primò significare formam, at vnà significat item materiam. Ergo siquando dicatur auctio fieri secundùm quamlibet partem, scire licet in eum secundùm accipiendum esse hoc pronunciatum, vt ad formã pertineat, non autem ad materiam. Quoniam verò multum valent exempla ad persuadendum; eaq. valde necessaria sunt, vbi res ita sit obscura, vt nonmodò fugiat sensum; verùm etiam vix moueat mentem, cuiusmodi est hæc nostra, non deserit nos Aristoteles, sed exemplo perspicuo totũ id quod de incremento constitutum est, quatenus fit secundùm formã, nobis ponit ante oculos: fingamus.n. vas quoddam, velut vtrem, & liquidum quoddam eo metiamur; liquidum illud sanè variat, & modò vna eius pars ab vtre, mox alia continetur: nanque altera priore diffluente sublabitur, manet aũt idem vter, & prout maior, aut minor insit humoris illius copia, sic etiã vter ipse crescit, aut D decrescit. Ita igitur cogitandũ est formam carnis permanere; materiã verò, vt sanguinem ex quo fit caro, diffluere, dissipatũ.f. & exhaustum ab innato calore, & modò plus ibi adesse, q̃ dissipatũ fuerit, vt in adolescentia contingit; quandoq. tantundem, vt in ætate virili, minus aliàs, vt in senio, quo fit, vt forma carnis modò amplior, aliàs minor sit eadẽ permanens, sicut etiã permanet eadẽ forma nauis, si eadem figura retineatur; quanuis moles ipsa varietur. Sed quid clarius postulamus, quàm id quod exemplo Aristotelico expressum est? est.n. certè appositissimum: quoniam tendit vter plenus; inanis considit; ita & in corpore nostro venę quæ cõplectuntur vniuersũ nutrimentũ, & ex quibus fit caro, & tota corporis moles, quodãmodo intumescunt, & deprimunt, & velut in vtre quælibet pars figuræ modò maior, nonnunquam minor apparebat ꝓ copia liquoris, qui prius in ipso continebatur; ita quoq. forma carnis, ex qualibet parte crescit, & imminuta est, sed forma carnis latet: nanq. functiones animę, & forma animalis ipsius quæ generatim per suas ꝓprias functiones deprehendi solet, extant magis in difformibus q̃ in vniformibus; ob eamq. rem, si manus amputata sit; nihilo plus appellatur manus, quàm si lapidea foret. vt ẽt totum cadauer animal nõ appellat. Vnde optimè tragicus ille de mortuo dicebat.

Βέβηκεν, οὐδ' ἔτ' ἐστὶν Αδμήτ τι γυιῶν. Atq. ille alter iacet sine nomine corpus, caro autem, etsi à corpore seiuncta; nihilominus eodem nomine potit, non ob aliud, quàm quod latet forma carnis; forma verò manus euidentior est: idcirco putare non oportet, ne forte, si caro crescat, non crescat

[a] 2. de par. an. cap. 1.

secundùm formã; augetur enim secundùm formam, non apparet aũt, ꝙ eius latet forma. sed quemadmodum creuit, aut decreuit manus forma; licèt non primò, non autem materia; sic partes vniformes potissimũ creuere secundùm formã, non secundùm materiam: hæc.n. iugiter effluxit; forma verò permansit. Quæ cùm sint, facilè defenduntur ea quę cõstituta sunt de attributis huiusce mutationis, nẽpe, vt permaneat idem id quod augetur, ab initio vsq. ad finem: manet.n. idem secundùm formam, quæ non immutatur: vt etiam secũdùm quanlibet partẽ excreuerit, & accessio facta fuerit, quia.s. additio facta fuerit secundùm quãlibet partem formæ, & vt ab extrinseco, quippe ab alimento. Prætereà vt non sit inane, neq. penetratio corporum: illud quidem, quia subit assiduè materia, quę cùm magnitudine coniuncta est; neque item penetratio corporũ, quia non fit additio cuilibet parti materiæ, sed formę partibus accessio facta est, & veteri materiæ noua succedit occupãs eius locũ, quæ inde migrauit, & effluxit, & quemadmodũ vbi, dum vas exinanitur, & aqua noua infunditur, aut consequens antecedentẽ subsequitur; non est penetratio corporũ quæ tum sit, si retineatur præcedens, aut, nisi vas dilatetur; sic in auctione contingit. Proptereà cõsimiliter Galenus [a] docens officium auctricis facultatis illud esse dicebat ἐκτᾶναι τὰ πεφυκότα, hoc est, extendere partes innatas: ita aũt partes solidæ corporis appellantur arteriæ, venę, nerui, ossa, chartilagines, mẽbranæ, ligamenta, & omnes tunicę quas etiã elementales, & simplices ipse nominari testatur, tametsi continent humores & spiritus quæ impetum facientia vocauit Hyppocrates, sed in his cùm duplex insit ratio, altera quidem substantiæ, atque altera cauitatis in qua recipiuntur spiritus & humores; augetur quidem substantia vasorũ per se facta extentione secundùm vnamquamq. partem; ex hoc aũt æquatur amplificatio cauitatis, vt siquis vesicam suis atterens, & flatu implens eam extendat in amplum, illo solo excepto, quòd crassitiem non conseruat, nec substantiæ quicquam superuenit, sed sola cauitas amplificatur. quòd si inter augendum crassitiem retineret, quod sanè faceret aliquem humorem combibens; esset illo planè modo auctio naturalis. Ita fit auctio, & secundùm formam. Neq. obstat, siquis opponat nobis augeri carnem, quæ est materia manus, vt verearis augeri materiam: nanq. auctio fit secundùm formam huiusmodi partium, quę primò augentur: diximus autem eas esse vniformes, quòd si accidat ipsis esse materiam difformium, non est, quòd auctionem secundùm materiam fieri concedamus: quandò difformes potissimum, & per se non augentur: ideò laborat obiectio fallacia secundùm accidens accipiens eas augeri, quatenus sunt materia difformiũ: cùm tñ id illis accidat, si ꝓpria ipsarũ forma spectet, secũdùm quam fieri posuimus auctionem.

E F

[a] 1. de fa. cul. nat.

An per se totum, an partes potius augeantur. *Cap. XXIII.*

PERVENIMVS eò nunc, vt aliqua nos attigerimus de quorum veritate non pauca dubitanda sint: nam cùm dictum sit augeri primò partes vniformes; possit hęsitare quispiã eas primò viuere: augentur.n. primò, igitur nutriuntur: quare etiam primò viuunt. [b] Idem quoq. Philoponi argumento confirmatur: quoniam oblata quacunq. parte vniformi animal intereat necesse est: at non organica sublata. Veruntamen Aristoteles ita animam definiuit actum corporis organici, potestate vitã obtinentis: viuit ergo primùm corpus organicum. Huc accedit, quòd viuere est ἐνεργεῖν, idest fungi; atqui hoc organorũ proprium est. Rursus auctionẽ fieri diximus secundùm minimas partes: ergo tantùm animal per partes augebitur: id verò, quod per partes mouetur, etiã mouetur per accidens: & animal igitur per accidens augeri oportet. Quantum verò est de prima dubitatione; scire conuenit id esse discrimen inter partes vniformes, atq. difformes: nanq. vniformium sũt alterationes & passiones, tum naturales, tum etiam animales, vt sensitrices; difformiũ sunt actiones, vt tractiones, tentiones, laxationes, pulsiones, flexiones, & alia id genus, quę πράξεις ab Aristotele nuncupantur. Cùm verò difformes ex vniformibus conflatæ sit; ita vt organum nil aliud sit, q̃ multæ partes vniformes in vnum collectę; per illas ipsum viuere necesse est. hoc verò est nutriri: administratur.n. per primas qualitates, & per calorem, qui partibus vniformibus impartitur: ideò primò etiam illę viuunt; ita nutriuntur, & augentur. At quoniam non sibi soli quæq. nata est, sed omnes in corpore mutuas sibi operas prę́stãt; sustinet.n. illud, vt os, alterũ fouet, vt caro: proptereà quoq. cõmuni nomine partes omnes viuentis organicę nuncupari queunt; atque ita anima cùm illarum sit actus; organici corporis naturalis actus est. Nec propriè organorũ est ἐνεργεῖν, sed πράττειν: ἐνεργεῖν autem præsentiam actus significat, siue in id se habeat quod est pati, siue in id quod est agere: quamobrẽ partium oĩum cõmune est fungi, quod est ἐνεργεῖν, sed organi solùm est πράττειν; ideò sequitur, vt à vita non arceantur partes vniformes, quia non agant; eo, ꝙ auctio quæ viuenti tribuitur, non est πρᾶξις, quæ organorum propria est, sed est ἐνέργεια, quæ itẽ pertinet ad partes vniformes. Quantum verò est de posteriore difficultate sic eã tollebat Auerroës [c] concedẽs auctionem, & decrementũ esse motũ partium per se; totius aũt per accidẽs: inquiebat.n. auctionẽ verè fieri in toto, sed cùm partes eius quod augetur, secundùm locum per se moueantur; ideò etiã augeri ꝓpriè secundùm partes. Idem quoq. testatus est alibi, [d] sed aliã eius rei caussam reddidit, quam itẽ obiecit Anaxagoræ Aristoteles existimãti partes esse infinitas, quarũ totum esset finitum. quoniam.s. tanta est magnitudo instrumentorũ, quanta partium vniformium. Verùm quantum pertinet ad primam caussam scire licet totũ per accidens moueri dupliciter, [e] vel vt cęlum, & id oĩno quod circulo mouetur, super eisdẽ polis, & circum axẽ eundem: in ipso.n. partes per se mouentur; totũ verò per accidens: cùm maneat ipsũ in eodẽ loco perpetuò. Deinde vbi vna pars per se moueatur,

G H

[b] 2. de An. T. c. 60.

[c] 1. de An. T. c. 39.

[d] 2. Coll.

[e] 4. Phys.

A ueatur, aut aliquę tantũ, non oẽs; veluti dũ ſedens ipſe ſcribendo manũ agitas. Miſſo primo illo ſignificato eius quod eſt moueri totũ per accidens (nil.n.facit ad rem noſtram) de altero diſſeramus. etenim contingit, vt pars vna propter quamuis occaſionẽ ſaluo reliquo corpore creſcat, aut decreſcat; ſed hęc eſt auctio & diminutio quadã ex parte, non vniuersè quam nos in præſentia quærimus. Alteram nunc ſpectemus quæ ſimpliciter eſt: ſi.n.auctio & diminutio ſunt motus ſecundùm locũ, hoc eſt, quemadmodũ nos anteà diximus, quia.ſ.amplificatis terminis eius rei quæ aucta eſt, maior locus ab illa, quàm ante occupetur: at maior iſte locus partiũ non eſt, ſed totius. neque.n. partes, dum manẽt in toto, ſunt in loco per ſe, ſed poſtquam ſeparatæ fuerint: idcirco ẽt incrementũ & decrementum toti primò conueniũt, non aũt per accidens, & beneficio partiũ. conuenit.n.auctio rei, quatenus mutat locũ; at locum per ſe mutat totũ; pars verò nequaquã: conuenit igitur auctio toti per ſe & primò, non autem parti. Rurſus aut pars vna, ſeu plures, aut omnes itẽ augentur: ſi non omnes augeri dixeris; ergo neq. eſt auctio ſimpliciter, ſed quodãmodo: ſi dixeris oẽs; at hę nil aliud ſunt, q̃ totũ, & totum igit̃ per ſe creſcet. Accedit eòdem, quòd valet eadem ratio quæ ſuperius allata eſt à partium loco deducta, tametſi partes omnes augeri concedatur; neque.n. partes omnes, ſi ſeorſum capiantur, nec, quatenus iunguntur in toto, locum ſibi per ſe vindicant, & primò ſic res contrà potius ſe habebit, vt partes merito totius in loco

B ſint, quàm totum id partibus acceptum referre debeat. Prærerquamquòd, ſi partium foret auctio per ſe, aut omnes ſimul augerentur in toto, aut ſeorſum. ſi primum dederis, vtiq. & totum id erit quod augebitur per ſe: ſi verò ſeorſum, certè non vna tantùm fuerit auctio, neq. vnicus motus. (mitto nunc, ꝙ vnus ſit ab initio ad finem vſq. ſine interpellatione: nanq. hoc poſteà diſquiretur) ſed multæ ſimul auctiones, adeoq. innumerę ſimul erunt in eodẽ ſubiecto, cùm tamen vnã totius auctionem cõmunis ſenſus eſſe teſtetur. Quęro etiam, quæ'nam ſint illę partes quæ per ſe augentur, an vniformes ipſę ſimpliciter, an maiores quædam, aut etiã minimè ſecundùm formam, id quod nos arbitramur: nam ſi maiores pro Auerroë dixeris, cùm etiam iſtę poſsint in alias ſecari, quibus auctio tribuat̃, non per ſe, vt ipſe vult, ſed per accidens excreſcent: quòd ſi per ſe maiores, cùm ad minores ſint veluti totũ, non igitur toti repugnabit, quà totũ eſt, per ſe augeri; ſi verò minimę fuerint ſecundùm formã, tum rurſus, aut oẽs, aut quędã: ſi quædam ponant̃: ergo non auctio ſimpliciter: ſi oẽs, ergo & totum, atq. ita sẽper in eodẽ luto prouoluemur. Argumentor etiam, quia ſi motus in toto foret per accidens, & merito partium, aut eſſet, quatenus eſt sĩpliciter quantum, aut quatenus in materia certa, & vt quãtum naturale. ſi quatenus quantum ſimpliciter, præter id ꝙ quantũ à materia ſenſili ſecretum eſt mathematicũ, neq. ad rationem noſtrã pertinet vllo modo, ẽt cõſtat, vt illud itẽ per ſe totũ mutari poſsit, velut apparet in auctio

C ne & diminutione quadrati vel circũpoſito, vel circunſcripto gnomone: totius.n.eſt illa mutatio, idem quoque ſpectare licet in numeris, vt cũ è quadratis fiunt altera parte longiores, aut cũ cõtrà quadrant̃. potes ẽt, ſi placet, eã rõnem transferre ad mutationẽ quãti quæ fit in raritate & denſitate, atque potius à raritate totius partes rarę vident̃ exiſtimandæ, quàm à partiũ raritate totum: quando, ſi totũ rarum ſit, partes etiã raras eſſe contingat, non aũt contrà, vt quando vna, aut altera tantùm fuerit: nam quòd id ratione materię ſenſilis toti non repugnet, ſatis perſpicuũ eſt ex denominationibus plerunque ex maiore parte ſumi conſuerunt, rarò ex principe; vnde orta fallacia à ſimpliciter, & quodãmodo. Quod ẽt ipſe idem Auerroès alibi profeſſus aliquid abſurdi pręſefert: neque enim ſufficit ſpectare vnde incrementũ redundet in totũ, quod ipſe ſolùm aduertiſſe vr̃, ſed auctionis ipſius finis reſpiciendus eſt, & ex eo cũcta determinãda: oĩa verò quę ſũt in animali, ſunt ꝑpter animã eiuſq. functiones: atqui aĩa tale tãtumq. corpus expoſcit totũ quo vſura ſit in obeũdis ſuis officiis: at ſi totũ tale tantumq. ſit neceſſe eſt; ergo & partes difformes: ſi verò hę tales tanteq. fuerint, vniformes ẽt ante alias tales eſſe tantaſq. oportet; ſiquidẽ vniformes ſũt gratia difformiũ, atq. hę deniq. grã totius animalis. hoc eodẽ progreſſu rõnis vſũ fuiſſe cõperimus Ariſt. dum inueheretur in Anaxagorã, qui infinitatẽ partiũ conabatur inducere, quo quẽ auctorẽ meliorẽ quęrimus? quẽ à rei natura, atq. illa quidẽ pręſtantiſsima, petiuit. Ideò ẽt fit, vt cùm horũ oĩum finis ſit totũ, idẽ quoq. terminus erit auctionis, & ei⁹ actus extremus, ex quo itẽ ne-

D ceſſariò ſequit̃, vt per ſe augeat̃ totũ, non aũt per accidens, vt exiſtimauit Auerroës, qui quidẽ actus ille eſt, quem perfectum rõne formæ vocabat Alexander, cui minimum ſecundùm formam aduerſat̃, quod quidẽ eſt imperfectum, illud ſcilicet in quo primo conſtituto anima ſubſiſtit, quod ſanè etiam ambigi poſſet, vtrùm ſit vniforme tantùm, an potius difforme; videoq. nonnullos cenſuiſſe minimum hoc eſſe difforme, vt opinor, quia maximo & toti oppoſitum ſit, oppoſita verò in eodem genere collocẽtur: quare, cùm totum ſit difforme, quod eſt maximum: minimum quoq. difforme ſit neceſſe eſſe. eiuſq. partes minimas vniformes ſimul in vna ſcilicet communitate totius. At mihi ſcrupulum facit id quod de prima auctione ab admirabili præceptore dici perſpicio: [a] vult enim carnem augeri primò, quoniã cor, quod eſt caro ſimpliciter, & ab eo poſteà partes alias proficiſci: ſi hoc eſt, non igitur difforme, ſed vniforme primum auget̃. Idcirco, adhibita diſtinctione Ariſt. nõ inſueta, defendo partem vtranq. problematis: etenim aut in principio, aut in proceſſu ſpectat̃ augmẽtum, atq. in principio quidẽ fateor augeri carnem, quæ pars eſt vniformis; in progreſſu verò vniformes in difformibus &, vt dictum eſt, in cõmunitate; deinde, etiam animaduerſa natura & ſubſtantia cordis: eſt.n. ipſum vniforme ſecundùm ſubſtantiam; difformè verò ſecundùm figuram. ita & id quod primum augetur, vniforme eſt, nimirùm propter ſubſtantiam, ſed figurę beneficio difforme: ob id item mutatio fit inter oppoſita quę ſunt eiuſdem generis, & ab vniformibus incipit vniuerſa ratio incrementi.

[a] 2. de ge. an. c. 4.

Quo fiat auctio sigillatim exponitur. Caput XXIIII.

E

QVOD'NAM verò sit illud cuius accessione maius factum esse dicat id quod augetur, siquis è nob. quærat; respondebimus esse alimentum quod quidem in corpus ingestum, siue suctum per radices, quemadmodum in plantis, siue deglutitum per os, vt in animalibus, ab illorum proprio, aut à calore solis affectum propriam amittit essentiam, & conuertitur in naturam eius quod augetur, illius formam accipiens æquè ac si humidum sicco adiiciatur, & ętate procedente ex humido siccum fiat: humidi. n. accessione, quod in eius naturā conuersum est, auctum erit siccum. Quòd si interroges iterum qua ratione id quod augetur, augeatur accessione contrarij; debet. n. caro fieri maior: hoc aūt fit alterius carnis accessione, non aūt panis, aut alterius cuiusuis obsonij. Nosce id quo fit auctio, quodammodo esse simile, alio aūt modo dissimile: est. n. cùm primùm offertur, dissimile: ad extremum verò, quoniam oblatum iā transformatum fuit in carnem; simile factū est. Et factum est simile; quandò erat potestate tale, quale id quod augendum est; eiusmodi. f. quod mixtum foret, & ex materia constaret quæ capax esset diuersi temperamenti, quod sanè pro gradu & proportione simplicium repugnantię compos esset: nam quod anteà liquidum fuit, posteà concreuit; & concretum dissolutum; & ab eo factum est actu tale, quod tale foret actu, seu virtute, & ab anima & calore primò, à carne & simili proximè, quia calor in carne carnem faciat, & in vena venam: quanq̃ sic omnia primùm ex carne, ꝙ ex corde: Nutrimentum ergo rei quæ nutrienda est, oportet esse contrarium, vt illius formā propria amissa suscipiat. Quapropter ortus quidam & interitus in auctione intercedit: tñ tantùm differt hæc alimenti mutatio in auctione ab eo quod in ortu mutatur, ꝙ in hoc id quod fit, per se fit; in auctione verò accedit alteri quod prius existebat; & fit in alio quodammodo: neque. n. fit ex alimento caro simpliciter, sed caro vetus maior facta est huius accessione quod in carnem mutatū est. Modus aūt & ratio quib. id à natura præstatur, quem nuper attigimus, talis afferri solet. Etenim fit actu nutrimentum ex eo quod potestate est, ab illo quod eiusmodi est actu: nanq. actu caro facit actu carnem propter virtutem, quam obtinet immutandi nutrimenti, siue ea virtus insita sit; siue etiā influens; nihil hoc loco referat: ibi. n. calor influens affert consimile temperamentum. Ita verò fit actu caro è potentia carne ab actu carne, quoniam secatur in minimas partes alimentum, & cum ipsa carne commiscetur: postq̃ verò in minima diuisum est, cùm carnem tangat, alteratur ab illa, immutatur; & demum in naturam carnis abit, ex quo fit maior illa quæ præcedebat. Vt si vino generoso aquam fingamus infundi; ita vt aqua per vniuersum migret in minimas, adeoq. insensiles partes dissipata: quia verò vinum generosum sit, immutet aquam in sui substantiam. sed cū vino præcedenti adiungatur; fit moles maior prioris illius vini: atq. hæc ipsa erit auctio. Consimiliq. modo si igni materia noua apponatur, eademq. à virtute præcedentis ignis cōbusta mutet formā; erit certè incrementū ipsius ignis. Verùm si transeat aquæ substantia in vinum putrescens in vite, quemadmodum cecinit quondam Empedocles, aut ligna flammā concipiant non accedentia flammæ priori; tum certè illa non erit auctio, seu vini, siue ignis existimanda, sed noua vtriusq. productio. Proptereà medici docent alteratricem facultatem, cuius auctrix est pars, fungi trib. officiis προσθέσει, προσφύσει, ὁμοιώσει, appositione, agglutinatione & assimilatione, quæ sic perficitur, auctore (ni fallor) Arist. postq̃ à somno digestio facta est in corde, & attenuatum alimentum, ac vitali spiritu plenū, seu potius in halitū transformatū ex venis commigret in arterias mox poros à vi caloris innati productos penetrans, quasi specimen edens sudoris partib. iam cōstitutis adhæret; ac cùm fuerit aqueū; vbi virtutū caloris decliner, in gelu conuertitur, si & efficitur pinguedo, si fuerit terreum, ex eo partes solidę fiunt, quod, tametsi actu est aqueū, vt facilius per quemq. meatū, quanuis exilem & cœcū diuerti possit, virtute tñ est terreū, & caloris ni concrescit, & accipit formā partis pro ratione caloris immutantis & elementorū prædominij quod est in ipso: hoc facto tum nutritio cōpleta est: ac siquid desit ex his officiis ingruit ἀτροφία, cuius prima species ἀνασάρκα, in qua apponitur quidē alimentum, neutiq̃ tñ cum partib. corporis iungitur, altera vitiligo, λεύκην Græci vocant, & ἄλφον in qua facta coniunctione similitudinem non accipit alimentum. Porrò bene omnia præstat non magnus & vehemēs calor, sed conueniens & attemperatus; vitia facit & quidem infirmus ἀνασάρκα, nimius (vt puto) vitiliginem, vel in toto vel in parte, quippe ꝙ videatur esse colliquatio nutrimento non in carnem ritè cōuerso, sed in humorem quendam crassum & spumidum dissoluto, ex cuius compressione candor exoritur: itaq. fit in pectore, vbi magna existit copia caloris, & spumidi humoris abundantia. Quamobrē potissima illa vis quæ facit alimentum, non nisi cordi, Arist. quidem snīa, tribuenda est; & vna verè coctio ponenda, atq. illa quidem in corde; reliquę aūt coctiones impropriè dicuntur, siue affectiones pręuiæ ad coctionem, siue post coctionem in corde administratā διὰ τὸν τόπον & caussa loci, hoc est, ꝙ facultas quæ residet in corde, in hac vel illa parte sic temperata sit, vt faciat os, aut carnem. Sed illud ab Aristotelis interpretibus in dubium reuocatum fuisse scio quod ab ipso exempli caussa fuit acceptum ad propositū explicandum. Vtrùm aqua naturā vini accipiat: quapropter ēt pro ratione huius loci tātisper à nob. tractetur. Non me latet complures eius esse sententię, vt id fieri nequeat; verentur. n. ne simplex mutetur in mixtum, ex quo item negarunt nos aqua nutriri posse: simplex aūt in mixtū non conuerti planū, ex eo potissimè fit, ꝙ vnū idemq. corpus simplex contrarios actus intra se vno eodemque tempore contineret, qui ad mixturā conficiendam necessariò flagitantur; hoc autem natura non potest pati; cui quoq. rationi consentit & id, quoniā è simplici mixtum sine mutatione fieri nequit, hæc autē

F

G

H

inter

A inter contraria procedit, ex quib. mixtū constituitur, & in quę constitutum ætatis ꝓgressu dissoluitur: ergo aqua mixtum non sine siccitate efficiet quæ in hac hypothesi ex alterius cōtrarij præsentia nequit accedere. Ergo in eodem subiecto contraria consistant oportet. At quicquid sit de conuersione aquæ in vinum, neq. id ea ratio conuincit, quā ipsi afferunt, nec ea caussa est, cur nos aqua simpliciter non alamur. Siquidem sic ratio refutari potest: contraria in eodem subiecto consistere, quorū alterum sit ex habitu, alterum verò ex passione, vt in aqua feruente fieri posse, neq. absurdum esse. Caussa aūt hæc, quæ accipitur ex Meteoris, mihi magis placet, ꝙ vertitur in vaporem, neq. concrescit, itaq. non possunt ex ea partes solidæ recreari. quod ēt volo accipi seorsum, quandò item aquæ cum cæteris alimentis in tertium transformari possit, atq. ita effici alimentū. Proinde Arist. iubet iis qui alimento sicco plurimùm vescuntur, vt rustici, aquā propinari non vinū. Quāuis aūt multis rationib. & experientiis Rondeletius vir illustrissimus persuadere conetur simplex posse nutrire, nunq̄ me tñ coget, vtpote qui probè norim aquā & cætera elementa in rerū natura per quandā similitudinē consistere: propreteà cùm dicitur aut talpā vesci terra, aut aqua pisces; & terreū & aquæum est; ac piscib. hoc aquæ genus ꝓpter imbecillitatē caloris, & substantiæ tenuitatē sufficere potest; respirantib. propter copiā caloris & substātiæ crassitudinē suppetere nequit, aut ita exiliter, vt eius habenda sit ratio nulla. Quamobrem simplex nō nutrit. Verùm hac disputatione præterita, ꝙ alibi copiosius ea de re disputatur; ad institutum redeo. Ego verò nullam censeo tantū esse vim cuiuspiā vini, & aquā in sui naturā cōuertat, quin potius opinor partes vini tenuiores in aquæ naturā migrare: summè.n. frigida aqua est; at vinū q̄tuncunq. calidū, tñ est tale remissè. Sed nob. id videri potest, qui nullā sensilē mutationē in vino factā esse cognoscimus. quinimmo, vbi quippiā aquæ vino infusum fuerit; vinū putrescit. argumento illud est, ex aquæ infusione calorem illius esse labefactatum. Quòd si iubent ij qui de re rustica scribunt, ad vini conseruationem adiici aquā marinā; summaq. laus est eius generis, quod ab effectu τεθαλασσωμένον Græci vocant, at cōseruationis caussa salsedo ipsa est, quæ cū aqua coniuncta, cum qualibet vini parte facilius cōfundit, Ath. lib. 1. itaq. non mutatur eo tempore aqua in substantiā vini; sed vinum appositione maius factū est; nec simpliciter totum: signū huius, quia variabitur calor, vel ab aqua debilitatus, & afflictus, vel etiam à sale acrior factus, nec conseruationis eius caussa ab aqua, quatenus huiusmodi, petenda est; verùm à sale qđ aquæ fuerat inspersum: ꝓpterea sufficiat hoc tanq̄ exempligratia appositum apud Aristotelem apud quem pro exemplo sufficere potest id, quod ita esse apparet, licèt non ita reuera existat.

De subiecto auctionis & differentia inter auctionem, & alias eiusdem generis mutationes. Cap. XXV.

C QVÆ præterea dicuntur ab Arist. de auctionis obiecto, siue subiecto, pertinent ad indicandum discrimen inter auctionem, & alteram mutationē illi comitē, & pernecessariam nutritionem: quāobrem ēt faciunt multùm ad præsens institutū, eoq. maximè aduertenda, ꝙ nutritio cùm alioqui ponderis maximi sit in vniuersa philosophia naturali, potius ab Arist. neglecta, aut certè pretermissa, q̄ sedulò tractata fuerit, siue ꝙ parum, aut nihil à generatione substantiæ differre reputata sit; siue ꝙ non potuerit absolui sine iis quæ de animalib. & plantis eorumq. obseruationib. constituenda fuerant, aut ꝙ itē verius arbitror; quia sine alimenti notitia res peragi non poterat: hoc verò pertinebat ad methodum de plantis, quippe quarū facultas esset tantummodo alens; aut ꝙ peculiari quodam libro tanq̄ cōi plurib. methodis fuerit exquisitū: nanq. & ad id credendum me mouent Aristotelis verba, quæ sunt huiusmodi. [a] Rudius igitur quid nutrimentū sit dictum est; explicandū verò posterius est de ipso in [a] 2. de An. propriis sermonib. talis.n. est eorum sensus τύπῳ μὲν οὖν, τίς ἐστιν ἡ τροφή, εἴρηται· διασαφητέον δὲ T. 50. ἐστὶν ὕστερον περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις. vt agnoscas eius animaduersionem libro quodam peculiari ac separato traditā fuisse. Neque.n. illud explet animū meū, ꝙ Arist. ēt si id seorsum perfecturum se polliceatur; tñ potius indicarit tractationis necessitatem, quasi eius tractatio peculiare volumen postularet, q̄ id quod ab Arist. præstitum posteà sit in methodo naturali, quasi mutarit consilium cōmodioris doctrinæ gratia; & id quod seorsum tractare instituisset, propter vim methodi contulerit alio; idque confecerit in libris de ortu animalium, vbi multa de natura illius facultatis, de subiecto & ratione nutriendi sunt exposita, quandoquidem ibi absolutam non fuisse tractationē illam ipsemet Arist. nobis significat, [b] vt ēt moneat ea quæ de auctione fuerint tùm in libris de generatione, tū ēt 2. de An. at- [b] 5. de Ge. que item in libris de ortu animaliū enarrata, non fuisse absoluta, sed prætereà requirere accurationem anim. c. 4. tractationem hoc est, minus cōem: quid.n. clarius, q̄ hæc quæ ex ipso subscribentur? quorū sensus hic est. Accuratius aūt de hac caussa posteà dicendum in iis quæ de auctione & alimento. inquit.n. Ἀκριβέστερον δὲ περὶ τῆς τοιαύτης αἰτίας ὕστερον λεκτέον ἐν τοῖς περὶ αὐξήσεως καὶ τροφῆς igitur & à nobis siquid auxilij contribui poterit ad eius notitiam, non alienū à re nostra, non erit fortasse negligendum. Ante alia verò nob. adnotanda quædam in generatione quanti atq. substantiæ, quòd vtræque circa singularia fiunt, ea sanè circum hæc quanta, hæc verò circum has substātias, quemadmodum reliquæ actiones oēs, ita vt sint compositorū, & deniq. vnius, quatenus vnū est: materia.n. per se iners est, à forma pendet oīs actus; ab actu verò actio. nanq. aliud nihil actio est, quàm actus secundus agentis, qui prodit ex actu primo & habitu: at forma sine materia non consistit, vbi aūt forma extitit ex materia, iam adest compositum, & singulare quod ipsum quidem agit hoc per hanc formam, atq. ēt si fue-

rit forma per se consistens,& suapte natura secreta à materia; functio ipsius est, quæ vna quidē est, non vt vnius indiuidui: quandò per materiam non definitur, sed tñ vt vnius substantiæ, quæ tametsi nō est vnum vt indiuiduum vnum; at est natura vna, siue essentia vna, incommunicabilis. Cæterùm est, ꝙ aduertamus, ēt si substantia, & quantū in eo conueniant, quia singularia, non aūt cōia fiant: ideoq. è subiectis singularib. non aūt cōibus attamen ita opinione hominum discrepare, quia quantum fit ex hoc non quanto, quod est aliud quidem, sed semper est quantū: at homo ita fit ex non homine, vt nonmodò non sit hic homo, verumetiā non sit homo simpliciter; ita vt illud, ex quo substantia fit, & numero & specie, id verò quod fit ex quanto, numero solùm, non aūt specie distinguatur. Neque verò vulgus ἀσυστασίαν terminorum concipit in quanto; nec specie distinguit id quod in altero manet veluti pars. Quapropter in auctione cùm duæ sint mutationes, altera secundùm substantiam, atq. altera secūdùm quantum, quatenus caro mutatur secundùm quantū, fit quidem ex aliquo, quod specie non distinguitur, nimirùm ex quanto, non sanè ex eo quod prius aderat, numero.n. differt: sed tñ quanto: fit autē à non carne, non solùm, quia non esset eadem ad numerum caro cum ea quæ crescit, verùm ne caro quidem foret, sed aut sanguis, aut aliud quippiam. Quærenti verò caussam huiusce differentiæ Philopono succurrit illud, quòd diceret id ex eo proficisci, quòd mutatio quanti semper desiderat treis dimensiones, quæ sanè non variantur in transmutatione secundùm quantū, sed eædem perpetuò manent obtinē tes locum materiæ: quasi significet in substantiæ transmutatione materiā proximā non manere: quare ēt specie variari substantiam. Verùm tametsi nos eo nomine sniam Philoponi plurib. antehac agitauimus, quòd faceret corpus qualitatis expers, hoc verò idem fuit àc dimensio, materiam proximā transmutationis secundùm substantiā: at hîc est ēt, ꝙ ipsum acriter reprehendamus: quia vult item ipse, q̃. uis naturæ veriq. non sordidus, neq. spernendus auctor, treis dimētiones esse subiectum in generatione elementorum, & locum materiæ proximę occupare: non igitur specie discernerentur elementa inter se: par est.n. mutationis vtriusq. ratio: siquidem hîc materia proxima est, & est quantū: ideò nō fit mutatio secundū n speciē in quanto: ita ibi est materia proxima, & substantia. quapropter eodem modo neq. fit mutatio secundùm speciem in substantia. Prætereà dictum est olim variari quantitatem ꝑ terminis ipsis, vnde ēt ſi restent materies & dimensio, tñ alia quanti species est; quippe ꝙ non à materia, sed à terminis ratio denominatioq. speciei sumatur. At verò si se res sic habet, nullum igitur intercedit discrimen inter mutationē secundùm substantiā & secundùm quantum; fiet.n. similiter & quantū cōe ac specie diuersum, quemadmodū substantia; perperamq. procedit Aristotelica comparatio inter mutationē substantię & quanti: neq. pares termini (id quod recta comparatio postulat) assumpti erūt. nanq. substantia specialis erit, quātitas verò vt genus, nec vniuersè sanè, sed sub eiusmodi termino qui cōitatem generis designet: neque.n. pugnant hæc, vt siquis diceret hoc animal, & hoc corpus, ac si accepta fuisset species quantitatis, vt bicubita, substantia verò vt genus, profectò canonem quoq. Aristotelicum inuertere licuisset, nempe quantum hoc fieri ex hoc non quanto, quod numero & specie differret: substantiam verò è non substātia, quæ numero quidē, non aūt specie separaretur. Ita igitur bicubitum nonmodò fit ex hoc non bicubito, sed bicubitum simpliciter ex non bicubito item simpliciter, & substantia itidē, nonmodò hæc ex hac substantia, sed substantia simpliciter è non substantia consimili. Propterea, vt error omnis eripiatur, dicerem Arist. consuluisse rei naturam, quæ talis est, quantitatem per se in auctione seruari, quia tanto dicitur aliquid auctum esse, maius q. factum, quantū est id quod accessit, vt si carni bicubitum adijcias, excreuit caro, factaq. maior est bicubito, quo fit, vt auctionis ratio bicubitum propemodū sit, cùm tñ in ea substantia quæ accedit, forma & species immutetur. Atque id quod à nob. contra Arist. dictum est, obtinet veritatem in transmutatione quanti quæ fit sine accessione materiæ, verbaq. Aristotelis in eo loco generatim accipienda non sunt, verùm pro subiecta materia. Quòd siquis opponat auctionem notare mutationem secundùm quantum, respondebimus eam significare talem mutationem in eo quod augetur. nos autem illius habere solùm rationem, ex quo auctio fiat, hoc verò per se ipsum non mutatur secundùm quantum, sed accedens ei quod augetur terminos ipsius immutat, tantoque ipsum adauget, quantum ipsum est.

E

F

G

H

Quæ affinitas inter auctionem, & cæteras eiusdem generis mutationes intercedat. *Cap. XXVI.*

EX eo verò cognoscetur potissimùm, quid sit auctio, quid nutritio. nanq. etsi sine nutritione auctio fieri nequit, tamen ratione separantur. Etenim duo spectantur in auctione, quantitas eius qđ apponitur, & forma. quantum ad formā pertinet, vbi forma carnis accedat sine quantitate, nutritio fit; auctio verò tum pręstatur, vbi quantitas cum forma carnis addatur. Vnde id quo fit auctio, cùm sumi possit, aut vt tale, aut vt tantū, quatenus tale, id est, quo nutritio conficitur; quatenus tātum id est quo fit auctio. Ne credamus aūt formā carnis sine quantitate consistere, sicuti contrà nec sine carne quantitatem, sed in auctione quantitas in carne subsistit, in nutritione item caro cum quantitate: differt hoc, ꝙ in nutritione tanta est, quanta possit conseruare quantitatē eius quod nutriri oportet, nec amplius quicquam cùm.n. corpus nostrum exhauriatur assiduè à calore innato; ob eamq. caussam egeat refectione & restauratione humidi, siue interni, quod animalib. in prima sui productione contingit; & iis item, quæ hyeme degunt in latebris, quæ Arist. φωλεύοντα nuncupauit, siue extrinseci; id quod euenit plantis & animalib. iam perfectis; vbi humidum quod restituitur, tantundē fit, quantū id quod collapsum

A lapsum est;nulla mutatio fit secundùm quantũ, sed secundũ substantiam solam : vbi verò maius fit id quod accedit,quàm id quod de corpore detritum est;non solùm fit mutatio secundùm substantiã; verùm ẽt secundũ quantum.fit.n.maius id quod nutritur,atq. illa propriè nutritio; hæc verò auctio perhibetur.Idcirco,quanuis in quantitate forma carnis insit;nihilominus animaduertitur in ipsa nutritione,ac si foret sine quantitate : verùm in auctione quantitatis ipsius habetur ratio ; licèt non per se , sed quatenus est in carne . Hæc eadem quoq. te docuit elegantissimo carmine Lucretius.

" *Nam quæcunque vides hilari grandescere ad auctu*
" *Paullatimq. gradus ætatis scandere adultæ ,*
" *Plura sibi adsumunt , quàm de se corpora mittunt ,*
" *Dum facilè in venas cibus omnis diditur , & dum*
" *Non ita sunt latè dispersa , vt multa remittant ;*
" *Et plus dispendi faciant , quàm vescitur ætas .*
" *Nam certè fluere , atque recedere corpora rebus*
" *Multa, manus dandum est ; sed plura accedere debent ,*
" *Donicum olescendi summum tetigere cacumen .*
B " *Inde immutatim vires , & corpus adultum*
" *Frangit , & in partem peiorem liquitur ætas .*
" *Quippe etenim quantò est res amplior , augmine dempto .*
" *Et quo latior est in cunctas vndique partes*
" *Plura eò dispergit , & à se corpora mittit .*

Differt igitur à nutritione incrementum ratione duntaxat,non aũt subiecto: nam caro,quatenus huiusmodi , nutrit solùm,quatenus caro quanta, nonmodò nutrit,sed auget ẽt : nam sic est tum caro in nutritione,quanuis in materia sit,& cum quantitate,ac si foret ab vtriusq. secreta : neque.n.efficit quicq̃ beneficio quantitatis,ꝙ si cum quantitate spectetur ea caro quæ prius operabatur sine materia,& tanquam forma,facultasúe materiæ expers;cùm potestate quanta sit;euenit,vt maiores sint formæ carnis, impropriè quidem ea quæ accedit,propriè verò cui fit accessio . Quemadmodum verò idem subiecto sunt,& id quod nutritur,& augetur,& quo nutritur,& augetur item;atq. auctio quoq. & nutritio;pari ratione virtutes,quarum hęc sunt subiecta,aut instrumenta;subiecto easdem esse oportet,ratione autem differentes. Quæ tñ ratio eiusdem, & diuersi quõ accipienda sit, non satis fortasse constat : quamobrem vt superuacaneæ operæ futurum fuerit plura de superioribus adnotare;hæc tñ,quæ ad hunc locum adscribentur , non sunt cuiuis fortasse notissima : videtur aũt ita esse accipienda conuenientiæ disconuenientiæq. ratio,vt nutrix referatur ad nutrientem;quippe ꝙ sine nutriente seruari non possit:tamen ab ipsa separetur , quatenus nihil rei nutrici cum quantitate : auctrix aũt proximè quantitatẽ intuetur. Atq. idem his ipsis virtutib. accidit,quod sentienti & phantasiæ: nanq. eodem vtræq. subiecto consistunt : tñ hæc obiecta interna respicit;illa versatur in externis . Putauit Pomponatius talem esse coniunctionem nutricis & auctricis, vt semper ab actu viuentis ad eius interitum auctrix cum alente coniuncta esset;& certè ab initio semper auctrix adest alenti: nihil.n.exoritur cum quantitate perfecta, hoc est , cum ea quæ suæ formæ debetur , hæc verò auctionis auxilio comparanda est ; nanq. ea quæ nascuntur in vtero , propter angustiam loci perfectam quantitatem consequi non potuerunt : & alibi propter inopiam materię,seu caloris infirmitatẽ,qui in materia molli existens,adhuc parũ valet. Quæ nascuntur per asplantationem,quoniam sunt partes abscissæ à toto,carent ẽt debita quantitate,cũ pars integralis solùm,vt aiunt,ea sit,non aũt totum;verùm ætate procedẽte debeat fieri totum, tum quo ad materiam,quia paruũ;tum ẽt,quo ad acquisitionem partium reliquarũ,quæ complent totũ:quia sunt instrumenta viuentis. Quin ẽt Arist. huiusce rei caussam generalẽ tradidit inquiens.Materialia principia generationis esse valde humida ; quare ab illis suffocari calidum innatum : oportet ergo desiccari, quod quidem extentio ipsa consequitur;id quod ita euenire puto. (hoc.n.addo de meo) quòd humi-
D dum consumi contingit dupliciter,vel ꝙ à calore exhauriatur;vel ꝙ sicco terreo temperetur : at priore modo humidum consumptum minui solet conuersum in halitum & abiens per insensilem perspiratum,aut ad summũ ex aqueo fit aëreũ,quod cùm careat consistentia , facillimèq. diffletur , non est nutrire idoneum, altero aũt modo necessariò fit prolixius : ita igitur à calore fit humoris extentio , ꝙ ortus nostri primordia satis aquea sunt,& in aërem aptè transmutantur , & cùm terreo mixta per alimentum in pingue quoddam & oleosum conuertuntur , quod est vitæ fundamentum : id actu liquidum est , tamen potestate terrenum & constans : itaq. maiorem molem contrahit simul, atq. conseruat : & certè hoc modo potissimè auctio ministratur . At in ætatis processu , quemadmodum infra liquebit, vis nutriens quantitatem afferre non potest,sed reparat tantum id quod amissum est;& ad extremum reficere nequit,quantum fuit dilapsum. Nam quod accipitur ex Aristotele seniora fieri corpulentiora,aut ẽt è Theophrasto plantas augeri in senectute,vel crocodilum,vel vrsum,quem crescere aiunt vsq. ad extremum senium,contra q̃ reliqua animalia faciant; quantum est de dicto Aristotelis,interpretamur sic,ne auctionem in senio fieri persuadeamur, corpulentiam illam fieri ex excrementis pituitosis,quæ remanent indigesta;non aũt ex vtili nutrimento quod in partes viuentis iam abierit. Neq. obstat quia pinguedo fiat,quæ pars sit viuentis:neque.n.pars est simpliciter,sed cum modo quodam; nec prorsus vtilis ad vitam , sed via ad interitum : aduersatur.n.& ipsa naturæ animalis , quippe

quæ impediat sensum & respirationem : atqui auctio à natura instituta est,modò ritè procedat, vt for- E
ma conuenientes sibi functiones edere queat . Propterea seduli pastores equos admissarios ante ipsa
tempora initus pingui solido & concreto distendere student,& herbas florentes offerunt; farra & dul
cis aquæ copiam suggerunt,vt labori venereo superstint .

„ *Ipsa autem macie tentant armenta volentes .*
„ *Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas*
„ *Sollicitat , frondesque negant ; & fontibus arcent :*
„ *Sæpe etiam cursu quatiunt , & sole fatigant .*
„ *Cùm grauiter tonsis gemit area frugibus & cùm*
„ *Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes ,*
„ *Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior vsus .*
„ *Sit genitali aruo , & sulcos oblimet inertes :*
„ *Sed rapiat sitiens venerem , interiusque recondat .*

Quanq̃ verò caussa melior reddi poterit,nimirùm ꝙ meatus materiæ fœtus peruij reddantur: vtamur
tamen euentu.Idem quoq. obseruatur in piceis,quas Græci δᾶδας appellant, [a] tædas Latini , quæ fiũt,
vbi multum humoris oleosi & pinguis per venas arborum illarum transuehatur; & calorem suffocans F
ipsas extinguat,aut seniora comparatè exponemus;non quia vetusta sint;sed ꝙ ætate aliquantum pro-
uecta : veruntamen extrema vitæ pars affert deminutionem. Fieri fortè potest,vt tempus deminutio-
nis,q̃ crementi breuius sit : nam quæ durioris sunt concretionis,vt difficilius extenduntur; sic contra-
huntur facilius : huic simile quiddam plantis & crocodilo euenire si dixerim;cùm sit animal,chartila-
gineum;quis me iure confutare poterit ? Adde & alteram caussam,ex pituitę,videlicet,copia similitu-
dinem incrementi. Posteriorem dubitationem soluebat Theophrastus inquiens,eam non esse verè au-
ctionem;neque.n.vsquequaq. fieri,quippe nec in radicib. aut trunco,sed in ramis;eamq. potius esse
nouam plantæ nouellæ generationem,q̃ veteris incrementum : in illis.n,seorsum quoq. vitalis inest fa-
cultas qua producere sibi simile possunt ; cuius ẽt rei signum attulit; quandò item condita in vrceis as-
plantata vere appetente prægerminant. & habent maxima pars plantarum vim in seipsis generandi ; vt
quercus viscum;& fœtus à radicib. edunt . Ita non auctio illa,nisi quodammodò , & per similitudinẽ
quandam . Et quanq̃ nititur Pomponatius placitum suum ex eo tueri, ꝙ auctricem vocat eam virtutẽ
quæ absolutè quantũ respicit,siue maius fuerit,siue æquale,aut ẽt minus; decipitur ; tùm quia vis ipsa
genitrix,ꝙ sine quanto non efficit (certa.n.magnitudo requiritur , in qua forma consistat) auctrix es-
set : & auctrix ab initio foret , quæ, nisi ætate procedente,non existit;tùm etiam,ꝙ Arist. vim nutrien- G
di quantitatem non respicere testatus est .

[a] Theoph.

Quemadmodum nutrix & auctrix distinguantur . Caput XXVI.

AB his quæ nuper exposita sunt, concludere licet tres esse facultates auctricem , alentem , atq. gi-
gnentẽ,quæ eodem subiecto fundentur,tñ ratione seiungantur : at nos missa gignente dicamus
de reliquis ; præsertim ꝙ auctrix ab alente nunq̃ separatur,& sine ipsa nihil omnino potest. De his au-
tem,ꝙ in eodem subiecto insint,dubium non est : ꝙ ratione distinguantur,ita declarat Philosophus: si
quidem nutriendo simile reparatur ; nec vlla ratio quantitatis habetur : in auctione verò simile sanè
accedit;sed aliquid quantitatis apportat. Verũtamen hæc omnia melius ; si statuamus vniuersum opus
altricis in alimenti mutatione versari, in qua quidem re conuenit ipsi cum gignente; soloque hoc ipso
cernuntur : nam gignens dat aliam formã numero differentem. suam verò alens impertitur; qua rõne
ductus Albertus asserebat ab altrice nouã speciem non produci; quandoquidẽ in alio faciat, non abso-
lutum. Eadem quæ conuertit alimentum,si plus(à robore aũt proficiscitur)transformet in rei substan-
tiam,q̃ fuerit dissipatum; auctio vocatur . quapropter eadem reuera altrix erit,& auctrix,robore so-
lùm differentes;& alens eo tempore auctrix optimo iure dicetur,quo plus,q̃ prius adesset;mutabit in H
rei substantiam quæ nutritur.& hoc est quod testatus est Arist. auctricem ab alente non subiecto , sed
ratione disiungi : nanq. eadem facultas alet & augebit : sed hoc faciet,vbi cùm sit robustior; in rei nu-
triendæ substantiã plus alimenti conuertat, q̃ collapsum fuerit; alet solùm, sicubi tantundem reficiat.
Quoniã verò animæ instrumentũ creditur esse calor;in ipso.n.viuente maximè apparẽt opera caloris;
quippe motus alimenti ad circunferentiam corporis,humidorum exiccatio, eorumq. concretio , quæ
terrea sunt,atq. hic non elementarius,quemadmodum existimauit Empedocles, cùm inter elementa
solùm ignem perspiceret in sui substantiam conuertere res oblatas , & accipere alimentum : qua-
propter ali etiam tribuit vulgus igni . Itaque illud.

„ *- Est mollis flamma medullas .* & illud alterum
„ *Mollis alit flammas ; grandior aura necat .*

Et certè hoc officium quo fungitur ignis,dum se conseruare studet, ad viuens videtur esse translatum,
& cum eo calore qui proprius est animantis , mirificè conuenire : siquidem species ignis tantummo-
dò permanet,partes eius assiduè mutantur, in viuente remanet eadem forma simpliciter : atqui calor
in nob. eum planè imitatur continuè pabulo consumpto delabens,eo solo distinctus ab igni , ꝙ tempe-
ratus est, & appetitu quodam naturali functionib. animæ seruit, quia remissior, etiam terminos habet

A sui progressus. Cæterùm etsi non permanet calor (tametsi hoc dubitabitur) nihilominus animalis permanentiæ non officit, q̀ vita in partib. solidis & consistentib. collocatur. At verò cùm ali præseferat quoddam specimen salutis quæ propter solidarum partium consistentiam existit in viuente, non autem in igni, vox illa viuentium propria facta est. Itaq. ab Arist. accusatur Empedocles; quippe quòd ignis modum non habeat; eorũ verò, quæ viuunt certa sit magnitudo & paruitas: neq. sanè, q̀ in omnem dimensionem fundatur (vt quidā ferunt) quia sic non repugnaret incremento, quod fieri vult in oēs partes, sed quòd se certis terminis non obstringat, aut iis saltem, qui videntur esse viuentium. Ignis igitur in viuente non est calor ille natiuus, sed moderatus; nihilominus illum imitatur, dum alieno corpore depascitur; & eo consumpto conquassatur: igitur alimentum flagitat, & cùm ab initio sit illi cōtrarium, ab hoc asiduè oppugnatur, vt longiore processũ temporis & labefactetur, & ad extremũ non possit tantum alimenti conficere, quantum valeat ad augendum; sed tantundem restauret, quantum dilapsum erat; mox afflictus tantundũ reponere nequeat, ex quo sequitur illi oppositum decrementum. Ita igitur asserimus alentem augentem sola ratione distingui: verùm, quoniā vbi hæc nos admonet Arist. obscurè varièq. nonnulla sunt posita, atq. alia de harum facultatum distinctione dubitantur ab aliis, non erit, opinor, ineptum si locum illustrare & enodare dubitata conemur. Etenim vetus tralatio longè discedit ab ea lectione, quam Græci agnoscunt: nam pro eo, quod est, ὥσπερ ἄυλος δύναμίς τις ἐστὶν ἐν ὕλῃ sic habet. Similiter aũt & quodcunq. organum. Neq. nob. ansam præbet excogitandi quippiam ad purgandũ à macula, siqua inhæserit, codicem Græcum. Præterea vbi legitur ἔτι ἔσονται μείζους ἄυλοι nemo docet apertè de quib. nam reb. loquatur Arist. nam videtur Philoponus ex Alexandro locum interpretari ad hunc sensum, vt hi quib. accedit quātitas, seu caro, siue os, in quibus est quantitas, fiant maiores immateriales; augeantur secundùm formā, aliena sanè locutio; & illi deficit, ad quod referatur ea vox οὗτοι, quæ est pronomen demonstratiuum. Quidam in neutro referũt dicentes, Hæc fient maiora. cùm tñ Græca vox prolata sit in genere maris, & quamuis aliquando notatus fuerit hic lapsus in texib. Aristotelicis, at quandò commodè vitari potest; non est, q̀ à nob. frequenter vsurpetur, quod item me dissuadet, quominus hîc admittam, de hac ipsa re Græcos interpretes verborum diligentissimos ne suspicionē quidem vel tenuissimam habere. Alij ad formam referũt vt Perionius, quasi ea sententia sit. Erunt maiores sine materia formæ. Sed apud Græcos forma duplici voce notat, τὸ εἶδος, quod est neutri generis, & τῆς μορφῆς, fœminę. quapropter cum illis non conuenit οὗτοι, qui est maris. Non desunt qui ad facultates, sed itidem δύναμις est fœminæ: aliqui ad partes, at Græcis μέρη, vel μόρια neutro nomine nuncupantur, aut μοῖραι nomine fœminæ. Video maiores nostros immutato accentu legisse αὐλός, quæ est fistula, quod item confirmare videtur vetusta tralatio, cùm legitur. Similiter quodcunque organum. Veruntamen & alia lectionem hāc oppugnant,

C tum quòd adiectum est, δύναμις, quæ non conuenit cũ altera αὐλός, tum quòd manet fistula, nō sic maior; itaq. exemplum non esset idoneum, tũ ẽt quòd in numerum multitudinis transitur, neq. item vllum vestigium videtur extare eiusmodi lectionis. Adijciam ego hîc suspicionem meam, eiusmodi tamen, vt ea tollatur omnis huius loci salebrositas, quam siquis non probabit, susq. deq. habebo, eiq. libenter assentiar, qui à me dissentiens sententiā afferet probabiliorē, vt. s. pro eo, quod dicitur οὗτοι, legamus οὕτω, id est, sic parua admodũ facta mutatione: reliquas aũt voces referamus ad carnes proximè, remotius ad facultates, σάρκες, inquam, & δυνάμεις, quib. cum congruit ea vox ἄυλοι, quæ est mari fœminæq. cōis: carnes aũt sunt ea quę accedit, & illa, cui fit accessio quæ sanè sunt sine materia, quatenus sese non obstringunt legib. quantitatis, quòd in nutritione spectantur nulla habita ratione quantitatis; facultates verò, quæ insunt aut partib. corporis, aut vtriq. carni ea. s. ratione qua prius cum quātitate nil affinitatis habuerant, quin ẽt sunt sine materia, quatenus manu sub pluri, aliàs sub pauciore materia consistunt, nec vlli certæ quantitati sese addicunt, sed planè de vtroq. genere carnis ibi tractabat Arist. itaq. & ad proximè antecedentia referetur Aristotelica phrasis, nec vlla structuræ inconcinnitas consequetur. At verò, etsi ex his cōstat easdem has esse quoquo pacto facultates, eodemq. instru

D mento, nō desunt vti qui ipsas nihilosecius opinent esse diuersas hisce rationib. persuasi.[a] Nam termini motuum solent arguere facultates mouentes, cum actu quale fiat ab actu quali, & actu quantum ab actu quanto quare si iidem termini fuerint, eadem quoq. facultas erit habenda, & contrà non eadem, si diuersi: arbitror aũt sic illos existimare, vt subiecto item diuersæ facultates futuræ sint, aliter nullus esset huiusmodi argumentorum fructus. Sed termini motus qui fiunt ab alente & ab auctrice diuersi sunt, siquidem altio substantia terminatur, auctio verò magnitudine. Præterea diuersa instrumenta, nisi subseruientia fuerint, & aliud ex alio aptum, diuersas significant facultates: atqui nostrarum facultatum instrumenta non eadem esse constat: non calor qui auctricis est instrumentum, longè robustior est, q̃ ille qui est instrumentum altricis. Rursus altricis subiectum est potestate ens; auctricis verò est actu. Postremò quorum tempora diuersa, ea quoq. diuersa sunt, altricis aũt, atq. auctricis tempora diuersa sunt: nanq. alentis perpetua sunt officia, auctrix in ætatis vigore suo munere defungitur. Ad hęc Philoponus ita dicebat: nam statuebat easdem esse tres istas facultates, alentem, augentem, & generantem, quia. s. vnus esset exitus omnib. cōis, nimirùm productio similis, & in eo speciei tutela: sed eum proximè gignens attingeret, reliquæ aũt remotè. Idem quoq. censuit Auicenna.[b] Sed ad eas item vel iungendas, vel distinguendas plurimùm valere puto obiectum & functiones, per quæ solent definiri facultates; & hæc definitio fortasse subtilior, aliæ potius opinionis vulgaris. Obiectum verò, quod

vtræque

[a] Concil. dif. 55.

[b] Sum. de virt. c. de virt. nun. nat.

vtræque elaborant, nempe alimentum, & quòd vnà obeant sua munera, vnam docent esse facultatem, E
solùm q. accidentium merito & ratione differre, vel modo, quemadmodum dicebat Auerroes. [a] Idcirco ad primas illas duas rationes ita respondebimus, si generatim sumantur, interpretando propositiones illarum: vt.n. diuersi termini & diuersa instrumenta, sic esse diuersas facultates, sed termini & instrumenta non differunt, nisi ratione & per accidens, seu modo, vt cum Auerroe dicamus; ideò nõ possunt indicare differentiam facultatum, quæ in re posita sit, atq. natura. etenim non quantitas simpliciter est terminus auctionis, sed substantia quanta; nec robur solùm, sed robur natiui caloris est instrumentũ: at substantia quanta solo accidente à simpliciter substantia separatur, & accidente solo calor, qui est auctionis instrumentum, nempe magnitudine, seu multitudine ab eo seiungitur quo nutritio ministratur. Si verò propositiones illas ad differentiam subiecti coarctent, tum verò vtrasq. inficiamur. Peccat item obiectio tertia in ea fallacia quæ est à secundùm quid ad simpliciter: accipit.n. simpliciter subiectum nutritionis esse potestate; cùm tñ eius subiectum sit viuens: nanq. hoc est, quod nutritur: neque.n. nutritio est generatio per se, sed in alio quod est actu; siquid est per se, est interitus, vtpote cõuersio nutrimenti, verùm neq. id per se, quia nutrimentũ non corrumpitur ẽt per se, vt panis, sed ita corrumpitur, q alij adhæret; sic non oritur, neq. interit substantia simpliciter, quemadmodum petebatur in argumento. Ad quartum verò dicimus, ex varietate temporũ non absoluta necessariò discrimen absolutum reiq. ipsius inferri non posse, sed nonnunq̃ cum rationis differentia consistere, quemadmodũ F
contingit in iis, quæ ratione discrepantia manent tñ in eodem subiecto, præsertim cùm vna ex altero pendeat, vt rationis risusq. compos in eodem homine, quorum alterum caussa perhibetur, alterum verò effectus. Ita se habent altrix & auctrix: etenim versantur in eodem subiecto, & quodammodo sunt sibi caussæ vicissim: nempe altrix vt origine prior, auctrix autem vt eius finis.

[a] 1. de ort. Tex. c. 39. 41. 2. de an. T. c. 42.

Natura decrementi colligitur ex supradictis. Cap. XXVIII.

OPPOSITORVM nouimus vnam esse, eandemq. disciplinam: proinde cùm auctioni decrementum contrarium sit, admonet nos hic locus, vt aliqua ẽt separatim de ipso dicamus. pertinet.n. & illa mutatio ad quantitatem, eademq. non sine nutritione consistit; quandò animans vsq. ad interitum assiduè nutritur. Sed vtrum'ne ab ea ratione sola distinguatur, quemadmodum de auctione decretum est, an ẽt re, aut saltem inter decrementum & nutritionẽ quædam differentia maior intercedat, q̃ inter illam & auctionẽ, ex his intelligi fortasse poterit. etenim decrementum processus est ad q̃tum minus & imperfectum; est item interitus partium quæ prius in viuente extiterant, nutritio verò est generatio quædam: quare tantùm abest, vt nutritio & decrementum eadem subiecto ponẽda sint, G
vt opposita potius habeantur. Nisi dicamus ita se habere decrementum ad nutritionem veluti priuationem, quod de ipsa nutritione deterat aliquid hoc modo; quia sit languida nutritio, cumq. partium interitu, & amissione quantitatis. Quamobrem non est simpliciter interitus, sed ad aliquam generationem adiunctum, & illam quidem imperfectam: nanq. ẽt tum nutritur viuens; nec vllum vnq̃ tempus est, quo natura viuentis tale munus intermittat. propterea cum ipsa conuenit in subiecto non minus, q̃ incrementum, atq. id meritò, siquidem sit, quemadmodum eius priuatio: nunc idem vult esse subiectum priuationis quod fuerat habitus. Verùm talium quoq. mutationũ differentiis vltimæ stetere caussæ, gradus caloris qui vitam regit; quãdoquidem nutritio fit à calore simpliciter; auctio fit à maiore, ab imminuto & debilitato decrementum, quia sibi fatum sit machinatus, dum ex hausto humore natiuo, qui in partib. solidis impressus erat, & progressu ætatis ab alimento, quod in principio cõtrarium fuit, retusus, atq. afflictus, vbi olim propter humoris multitudinem partes protendebat, eo consumpto patitur, vt præ natiuo frigore contrahantur. & vbi quondam transpirabile fuerat vniuersum corpus, aditumq. alimento præbebat, nunc ariditate cæcum quasi factum, nihil, aut ægrè admodum ipsum admittit. Sed hic defectus, vt dixi, successu temporis existit. At ab ipso statim incremento calor adhuc molẽ conseruat, licèt non amplificet: non amplificat aũt, q humor antecedens constantior est factus partib. tenuiorib. exẽptis; & mẽbra obduruere. quapropter parum diffunditur calor; & durities nõ permittit, H
vt partes extendantur: quia tñ concretior humor est, ideoq. difficilè soluitur; & cũ adhuc aliqua humiditas sit superstes, parùm conficit calor; & partes aliqua ex parte accipiunt alimentum, propterea non imminuit calor, & siquid expromptum est, facillimè restituit. Mitto naturę ipsius finem quæ studet deducere viuens ad conuenientem & iustam magnitudinẽ, ad quam cũ prouexerit, nihil vlterius satagit: nanq. ipsa item apparat ad eum finem efficientia, materiem & instrumẽta. de cæteris ago caussis. Itaq. vbi parum fit caloris ẽt vult pauca alimenta subministrari; neque.n. requirit multũ alimenti debilis calor; neq. item sustinet. Ergo senib. parum conuenit alimẽti. quin id quod assumitur, facilè degenerat in excrementum quod est potissimè pituita: ea.n. sola inter humores qui in corpore continẽtur, alimenti cruditas est, quandoquidem sanguis, aut illi pro portione respondens, & deniq. dulce, leue, atq. potabile talia sunt, vt his solis animantia nutriantur; bilis aũt vtraq. nimis à calore affecta, & terra propemodum facta non sunt ad nutriendum accommodata: sola pituita dulcis est & potabilis fieri potest: sed auctionem caloris in ætate prouecta declinauit. Huc accedit, q cùm flagitet natura tale nutrimentum, quod simile futurum sit partib. nutriendis, hę verò solidæ existant, tum prætereà cõtrarium, siquãdo vltra limites efferatur habitus naturalis, cùm valde exiccatum fuerit corpus, velut in

senio,

A senio; ad corrigendum lapsum humidius offertur alimentum, propterea senes omnium bibacissimi qui tum parum sicci alimenti deglutiunt: at facilè propter naturæ conuenientiam humidum alimentum degenerat in pituitum: sic pituita quandoq. nimis abundans fertur per vniuersas corporis cauitates, & in eo tumores efficit, vt ita ipsum excreuisse nonnunq̃ suspicemur, id tamen, quod accessit, omne alienum & extrinsecum sit, reapse verò partes ipsæ comminutæ fuerint. Accidit item, vt neq. ẽt tantum caloris supperat, vt per totum habitum corporis dispergantur humores illi crassi & frigidi meatuum superueniente cæcitate: quocirca ad loca proxima feruntur, nempe ad cauitates thoracis, aut inter dormiendum refrigerati remanẽt in capite; ideò cum corporis extenuatione magna catarrhi redundantia consequitur. Hinc ẽt paullo concocto alimento somni breues, & leues quidam susurri: siquidem alimentum non oppleat venas carotidas, idcirco relinquit aditum spiritib. qui sunt instrumento vigiliæ. Vniuersa hæc contrà eueniebant in adolescentia. Quamobrem veluti procedit calor tum vires acquirendo, tum eundem tenorem obseruando, tùm ẽt decrescendo, corpus nostrum augescit, consistit, atq. minuitur. à quo progressu caussam ætatum & periodi vitæ cuiusq. cum à philosophis, tum ẽt medicis optimè sumptam fuisse opinamur: quanq̃ eæ longè minutius à medicis, & ante ipsos auctore Arist. à poëtis distributæ fuere, q̃ à philosophis; quæ caussa poëtas impulerit ignoro. medicis ea caussa B fuisse videtur, q̃ habentes rationem sanitatis & ægritudinis, quæ consistit in temperie; gradus ætatum ab eius insigni varietate deduxerint. Siquidem caloris efficacitas in humore, qui est illius materia totidem gradus obtinuerit: ortus.n. principia, quæ ducuntur à materia, sunt humidissima, inde mollia corpora leuiaq. sunt. hæc verò est pueritia, paullatim humor iste dissipatur, & ea corpora, quæ tenella erant, obrigescunt, & euidenter asperiora fiunt; ac pili quos postgenitos vocant, exoriuntur; hanc autumant adolescẽtiam posteà calor consistit, & humor, qui iam concrescere cepit (aliquid.n. terrę habet adiunctum) haud facilè dissoluitur à calore: quapropter ætas consistentiæ nuncupatur: hinc humido insigniter exhausto & confecto, vt est eius ingenium; senectus instat, vbi posteà siccum nimis excedat, est ætas decrepita quæ est vitæ supremum. Neq. desunt qui ẽt supradictas ætates in alias partes distribuant, vt septem ferè existant, aut ẽt plures. Attamen maximè naturalis est ea trimembris distributio, maximeq. ad humana officia, cursumq. naturæ quod vtrunq. in primis philosophi sibi proponunt, ac commodata, nimirum in crementum, statum quem Græci vocant ἀκμὴν & decrementum, vnde adolescentia, media ætas & senium, siquidem ea sint humana officia, discere, agere & consulere, seu sapere. ad discendum valeat mollities, firmitas ad agendum, quies sedatis animi motib. deferuescente calore & longa experientia rerum ad consulendum & cõtemplandum. Neq. me fugit Aristotelem quandoq. bipartitò creuisse ætatem,[a] ex more, s. & natura, & cum sui cuiq. ętati propriiq. mores cõueniunt, cùm C fieri possit vt ex consuetudine certi aliarũ ætatum mores comparentur, quicquid de annorũ numero sit, eos ex moribus senes, vel iuuenes appellari: nam si quis adolescẽs doctrina & vsu impetus animi temperasset; is haberetur senex, & contrà, si quem in extremis tẽporibus ætatis libido vinceret, & inscitia teneret, adolescenti non haberetur dissimilis. sed nos hîc ætatis cursum ex natura partimur. Vbi igitur humidũ abundat; adolescentiam facimus: vbi tenuiores eius partes exhalarunt, & constantius factũ est; ætatem mediam: vbi ad extremum & iam exuctum est; senium: vbi multus est calor, adolescentiã: vbi acrior, ætatem mediam; vbi debilior, senium: eo consumpto sequitur interitus. est.n. vita mansio animę, seu caloris in humido naturali. Optimè verò progressus hic, licèt satis per se cõspicuus; explicabitur exẽplo grandis illius vini, quod accepimus suprà: illi.n. si aqua ab initio infundatur, quia mutatur in vinũ; eius virtute pręualente facit ipsum maius, si nihil, aut vix affundas, adhuc vinũ conseruatur: sed si plus adieceris, ita vires eius, alioqui potentissimi, generosimiq. labefactabis, vt ad extremũ conuertatur potius in aquã, quàm fiat maius: & quanq̃ moles totius humoris est maior, nõ idcirco maius est vinum. Sic igitur in vnientibus oblatione cibi, dum calor est potens; efficitur incrementũ, dum constat, neque dissipatur, neq. accipit multũ, consistentia sequitur: si rursus affligatur à contrario nutrimento calor concutitur, & ad extremũ deperit; existit senium: eoq. tẽpore parùm alimenti vi sugit humoris; abeunt cętera in redundantias: itaq., quanuis fiat maior corporis vniuersi moles, D non idcirco fit maius ipsum viuens, immò decrescit. Et quanq̃ obiciet aliquis alimentũ desumi extrinsecùs, hoc verò quandoq. præstò non esse, vt in primo ortu quo non dũ venis vmbilicis confectis embrya nihil exsugunt, aut dum pulli manent etiãdum intra oui putamen. Prętereà quia multa animalia latent dormientia per multos mẽses in cauernis, & nos itẽ audiuimus puellã quandam Germanam sub Leone X. P. M. multis mensibus sine cibo viuere solitam. Scire est alimentum extrinsecum esse, vel intrinsecũ, & quanuis extrinsecũ omne alimentum ab Arist. appelletur, exponenda nobis est potestas earũ vocũ quæ sunt ambiguę: nanq. extrinsecũ id est quod à viuente separatũ manet extra viuẽs, & est remotũ, vt panis, aut quod nondum formã rei nutriendę consecutum est. Necnon intrinsecum, vel quod est in maioribus vasis solùm, vt ventre & intestinis, aut quod vel eandem formã accepit, vel proximè accepturũ est. Ita igitur accipimus alimentum extrinsecum, aut quoniã omne ab initio fuerit extra corpus, aut quia nondum formã viuentis conceperit, nec proximè concepturũ sit, licèt intrinsecũ esse possit, quia contineatur in vasis. Quamobrem in vtero instar pullorũ in ouis quæ vitello vescuntur, sanguinem menstruũ sugunt, eoq. fruuntur, & animalia quæ latent in cauernis, propter voracitatẽ plus in vigiliis deuorantia, q̃ in somnis dierum singularũ coquere possint, per plures menses abstinere cibo coguntur, & iam collecto nutriri, atq. interim, velut ebrij crapulam, edormire: pulli etiam, qui in putamine

[a] 1. Eth.

in putamine continentur, quatenus intus habent id quo vescuntur, intrinseco dicuntur ali, extrinsecū tamen est, quia nondum vltimam formā est adeptum: nanq. ouum in duas partes distribuitur album & luteum, quorum alterum pertinet ad constitutionem membrorum, alterum verò ad alimentum: quanquam a medicis & Aristotele disceptatum fuerit, vtra pars nutriat. At nos controuersia ad alium locum reiecta cum Aristotele vitellum pro alimento ponamus. Sed hæc hactenus. E

De fine auctricis vberius disputatur. *Cap. XXVIIII.*

VERVMENIMVERO tametsi hactenus elementa mutationum istarum à nobis tradita sūt, vt facilè possit aditum sibi parare perspicax auditor ad dissoluendas perdifficiles & perobscuras huius loci quæstiones, & Aristotelis sententia satis illustrata est, tamen disputationis huiusce subtilitas, & ingenium philosophantiū, hoc est, rerum ipsarum naturam vestigantiū non permittit, vt ea quæ posita huc usq. sunt, sine magna disquisitione prætereamus, & aliqua ex his quę suprà recepimus, acutius inspiciamus, & explanemus vberius. Igitur vt aliqua ratione, & via res declaretur, distinctis eiusmodi vocū significatis, eoq. recepto de quo est controuersia, communibusq. notionibus repetitis primùm de principiis auctionis, fine scilicet, & efficiente dissseremus; deinde singularum auctionū naturā sedulò explorabimus. Manifestum est igitur auctionem capi tribus modis, vno quidē impropriè qui est appositio plariū corporum extrinsecùs, vt cùm saxū fit amplius ex accessione materiæ, altero magis propriè qui est rarefactio, cùm eadē scilicet materia extendit, vltimoq. maximè ꝓpriè qui est per sumptionē alimenti, quare viuentiū proprius est: etenim ea sola nutriuntur. De hoc significato disputatum hactenus est, & elementa illius assignata, quod etiā primo loco, more consueto in explicandis iis quę sūt ad vnū, tractabitur à nobis de secundo posteà dicturis, primo illo prætermisso, quod est noui corporis generatio per se: appositio verò per accidens. potest.n. subsistere in mole longè minore id, quod excresci t: sic etiam id quod appositum est, natura nullā aliam quantitatē sibi vendicante & præfiniente, q̄ minimā illam primam cum qua se tueri pōt, & officia sua, si non optimè, saltem cōmodè pręstare: cùm alioqui mutationes reliquorū significatuum, vt instrumenta formarum substantię ponenda sint, & illa præcipuè de qua nunc explicare certum est, cuius tria esse attributa quondam accepimus. Vt id quod auget, à principio ad finem vsq. maneat idem. Vt cuilibet parti fiat accessio. Vt aliquo extrinsecùs adueniente absoluatur. Quæ sanè oīa multis difficultatibus inuoluta perspicimus ita naturā & definitionē huiuscemodi mutationum cōturbantibus, vt ea cuncta seruare, atq. defendere maioris cuiusdā negocij futurum sit, atq. ingenij nō pigri. Sed iam ad primam caussā incrementi veniamus. hæc aūt finis est: hinc.n. constituimus auspicari disputationē nostram, q ex hoc elucebit efficiens, & reliqua cōmodè disponi poterunt: semper.n. finis ea quæ sunt ex ipso, fidelissimè gubernat, sic ab efficiente supponitur; quippe quòd eius gratia prodeat in opus, & finis est quod est prima forma, & actu maximè, quia minimùm moueat, tanq̄ à materia separat. Finis aūt sic notescet, si accipiamus illud esse naturæ munus, vt inducat formā in materiā, vbi ipsa præstò fuerit, aptè affecta, & cum illis cōditionibus quas olim me exposuisse memini, & ne otio lectoris abutar, mihi ad cōmemorandum non necessarias. quocirca si cōditionibus hisce prædita tanta materiæ portio reperiat in qua forma suum ius retinere possit; illico res producit, & quoniā parua materiæ portio in animantium productione congregat ob multas caussas: nanq. hæc maiorē magnitudinē requirunt, q̄ eam in qua prima constiterunt ad sua munera exhibenda, quæ sine organis administrari non possunt. itaque certas figuras, & propterea certos terminos esse oportet; ideò fit, vt res ipsa sit ab initio tanquam in minimo quodā, & in magnitudine quadā imperfecta, cuius auxilio fulta non pōt officiis illis fungi ad quæ nata est apta: siquidē oīa viuentia, aut oriuntur è semine, aut per asplantationē, aut è putri, atq. è semine, siue in terrā proiecto, quæ tāquam vterus est, siue in vterū: cùm semen ipsum sit adeò paruæ molis (est.n. vltimum alimentū, & vtile suapte natura, solùm quantitate non virtute exuperās, hoc est, per multas coctiones procedens, in quaq. verò fit quædā secretio partis inutilis, ita vt demū in hoīe sanguinis moles, si transformetur in semen, fiat nonē partibus minor, & maxima pars eius in vsum corporis impēditur) cùm sit, inquam, adeò paruę molis, sufficere nequit ad tantā materiam apparandā, quæ debitę viuentis magnitudini sit satis, cui quoq. in iis, quæ vtero gerunt, accedit angustia loci, quod si per asplantationē oriant, quia partes sūt, totius officio rite fungi non possūt: multa.n. organa prætereà desiderant. Adiiciunt alij diuturnitatē, cui quantum pōt, cōtulit, ipsa natura, ne id citò amittat quod esse optauit, & in nouo efficiendo quod itē permāsurū non sit, veluti Tantalus quidā in latice, pomisq. capiendis frustra laborare cogatur: ea verò præstat facilius, si res augendo procedant: quasi natura dederit facultatē augendi viuentibus, vt eorū vita foret diuturnior: nā si cum perfecta magnitudine orirent, vires citò lāguescerēt, & tēderēt ad interitū. Cur etiā non, quia, quòd maius est, se facilius tuetur, q minus lęditur ab externis? Sed quanq̄ id pro vero habendū est: non accipio tamen illud, nisi tanquā finē cōmunem, quin etiā nec fortasse finis est: qū id magis natura obtinuit in imperfectioribus, q̄ in perfectis: quocirca sæpe quętit genus humanū garrulæ cornici duroq. robori, quorū paruus admodū vsus est in natura, cōplures annos elargitā prodigè fuisse naturā, quàm homini ipsi, qui Deo propemodū similis est, ac si natura diuturnius viuens esse voluisset, non consuluisset ei magnitudine, sed aliā illi materiā firmiorē, sicuti cęlo substrauisset, ac præparasset, sed ipsa tanquam finē sibi proponit functionū perfectionē, qua præstantia formæ nob. indicatur.

Cùm

A Cùm igitur varias ob caussas natura non potuerit ortus initio tantū efficere, quantum oportebat; nec debitā illi magnitudinē assignare, factum inde est, vt viuenti facultas auctrix attributa sit quæ magnitudinē tēpore procedente perficiat, vt per ipsā sua munera corpus viuens obire possit. Et huic fini perbellè respondet ortus materiæ: nā, sicuti sæpius significauimus, ea quæ oriuntur, ab initio, mollia sunt, humida, plenaq. calore natiuo: quare facillimè extendunt, & excrescunt in amplitudinē; veluti contra, vbi corpora senio effœta sunt, neq. ita calida, & humida, potius contrahuntur: humidi aūt gratia facilè esse appositionē alterius substantiæ docet Galenus, & philosophi persuadent, qm̄ siccū per se nō agglutinatur. Huiuscemodi actio obit ab interno principio, quod anima nuncupatur. Cęterùm quoniā vita & anima calore fundat, cuius ingeniū est humido continuè vesci, ex hoc efficitur, vt humidi illius refectione viuenti opus sit: hęc aūt est nutritio: cumq. inter viuentis officia principalia sit illud, vt species, hoc est, forma, & natura conseruetur; conseruat aūt per propagationē sibi similis: inde quoq. est, vt in eo generandi vis insit. Quamobrem sequit, vt tres oīno fines sint animæ illius cōmunis, quam nominamus alentē, conseruare indiuiduum, perficere ipsum, & tueri speciē: conseruat autē indiuiduum per nutrimentum, perficit per quantitatē, generat simile per se, tanquam caussa prima, & per semen, vt instrumentum, (neque.n. semen obiectum est genitricis, mea quidē sententia, sed indiuiduum quod à genitrice numero, & subiecto separatur) ita fit, vt nutritio & incrementum in eodē fiant, generatio verò in
B eo quod numero disiunctum sit. Prætereà generatio fit totius ex toto, nutritio verò, & auctio totius per partes; & quoniā inter has facultates ea pręstātissima qua species ipsa reparat, ideò quoq. perfecta quantitas existimabit ipsius viuentis, cùm ad illū terminum prouecta fuerit in quo simile gigni possit. Hæc igitur finis est ob quam auctio data est animanti, vt quantitatem. s. perfectam assequatur, cuius beneficio perfectissimū opus præstare possit, id verò est speciei propagatio, vel per semen, vel etiam per asplantationē in animantibus quæ talem habuerint facultatem, hūi verò sunt non mutilata & manca, vt excastrata, nec imperfecta vt muli, neq. genita ex putri, vt mures: etenim hæc oīa sterilia sunt, nec perfectissimū munus in natura præstare possunt. In quibus etiam ab ea functione, quam perfectissimā edere pro rōne possint, debita magnitudo existimanda est: veruntamen vt obseruem etiā in mutilis & imperfectis naturā ad summū procedere, quantum pōt, & illa conari efficere quæ perfectiora, quantum licet imitentur, & velut in talpa; quamuis inutiles oculos fabricata sit, tamen tantam eis magnitudinem tribuit, quanta propemodum foret, si vtiles futuri essent: nam quod ipsa planè assequi non potest, studet tamen imitari, semper nitens in id quod perfectum est, eò vi suapte inclinans, & illò ab eo quod perfectum est, ob appetitum perfectionis incussum attracta, in ipso conatu defecerit, rem propè ad extremum perduxit, finem attingere nequiuerit. Id etsi vsui cuiquam adscribi posse videtur in tal-
C pa, debebat.n. degere sub terris, vbi oculi officium non erat necessarium, & in efficientes caussas, & vitium materiæ probè referri potest. Sed vtrum'ne, si robur illud caloris quod est auctricis instrumentū, quandoq. deficiat, facultas item ipsa simul deleatur, an etiam conseruari possit? Hæc quæstio generatim sic explicari posset. Vtrum deficiente instrumento cuiuspiam facultatis vnà facultas interimatur, nec ne. vt siquis excęcetur, vtrum'ne videndi facultas salua supersit. Atq. Arist. ita decernere vr̄ etiam labefactato instrumento virtutem eandē remanere, si.n. inquit, senex oculum iuuenis recuperaret, aspiceret, quemadmodum iuuenis. Cęterùm si potestas illa frustra esse censetur quæ in actum prodire non potest: deficiente verò instrumento cessat itē actus, cur ea quoq. frustra non sit? An sicuti videndi vis eadem est in Socrate iuuene & sene, non tamen prodit in opus ita egregium in sene, velut in iuuene, sic cum eadem re sit nutriendi, & augendi facultas solis accidentibus separata, & egregiè operans nutriat, & augeat simul, debilior facta nutriat solùm: ita non suo munere simpliciter, sed munere perfecto desistit, sic inter eas differentia rei ponenda non est, aut etiam interitus alterius arguendus. Et quanquam frustrà fore videtur facultas orbata instrumento: dicimus in indiuiduo absurdum non esse frustrari potestatem naturalem. Quāquam neq. frustra fuerit illa potestas, quæ quandoq. prodierit in actum, sed perfectionem adepta est; sunt verò aliquæ habilitates, quæ sunt ad tempus: itaq. sat est, si suo tempore fuerint in officio.
D

Quęstio proponitur, an auctio sit motus continuus, & Auerrois opinio recitatur. *Cap. XXX.*

SED redeo nunc ad incrementum. Eius igitur obiectū primum & terminus cùm sit quantitas, hæc verò ex non quanto fieri nequeat, etiā patet quantum esse illud per quod incrementū fiat. Quoniā verò non separatur incrementum à nutritione, cuius terminus est substantia, constat itē è quanto simpliciter non fieri incrementū, sed è substantia quanta: vnde etiam colligitur, cuiusmodi sit iste motus incrementi, in substantia'ne, an in quanto, simplex'ne, an cōpositus, & ex quibus'nam cōflatus. Et quod attinet ad hoc secundùm problema, quia nutricatio requiritur in incremento; constat aūt è cōpluribus motibus. hinc etiam fit, vt multos motus flagitet incrementum; nanq. alimenti sectio desideratur, quæ ore ipso cōficitur, digestio cui multa membra inseruiunt, ventriculus; iecur, & reliqua viscera quorū cor primum est, secretio redundantium quæ per intestina ministratur, per renes, per vesicam fellis, per venas; addunt & alij testes, atq. ita generatim vel per exitū euidentem, vel insensilem perspiratum, agglutinatio, & conuersio nutrimenti in substantiā partis vniformis. Idcircò non est vnus motus simplex ipsa nutritio, nisi spectemus solùm ipsius substātiæ mutationē qua propriè nutritio completur & per quam nutritio constituitur. Quare etiam dicemus idem de comite incremento, multo q. plus cum

& ipsum quippiam sit vltra nutritionem, & materialiter sumptũ complectitur plures motus, sed si formã terminumq. incrementi spectemus cogitatione secretum ab o͞ibus aliis mutationibus, ita asserimus esse motũ simplicẽ, & secundùm quantitatem. Cauendum tamen est ne dicamus, veluti Latini quidã, [a] incrementum esse partiũ extentionem, licèt Arist. auctoritate placitum suum munire cõtendant qui aliquando dixisset partes eorum quæ augent, mutare locum, sicut ea quę extenduntur: nam pro eo, ꝙ accipere debẽt formam. f. auctionis; accipiunt id quod attribuitur formę, & est tanquam apparatus ad auctionem, siquidem extentio videt̃ præcedere incremento: neq. credendum est incremẽtũ esse formaliter extentionem, [b] cùm per aliquod extrinsecùs assumptũ fiat incrementũ; extentio verò aut sine externo: quemadmodũ in rarefactione cõtingit aut productione dimensionis vnius, vt puta longitudinis, & cęterarum cõtractione, vt crassitiei: sic vesica illa suis de qua meminerat Galenus, extendebatur; nõ autem crescebat. Plura etiã contra hos Pomponatius. [c] Neq. illud cõsilium fuit Arist. in eo loco incrementi definitionẽ tradere, sed amplificationem partium exẽplo illo declarare, vt quod in ea re quæ sub exemplo proponeret, in vna dimensione apparebat, nos id etiã cogitaremus in reliquas euenire, dum corpus verè crescit; ita tamen vt præcipuè ratio longitudinis, dein latitudinis, postremò altitudinis habeatur. [d] Vtrùm verò nutritio & incrementũ tempore quodam, an tẽporis pũcto fiant, siquid est, quod moueat philosophos ad suspicandũ tales mutationes sine tẽpore absolui, illud est, quia substãtiã & quantitatẽ contrario carere arbitrantur, sed cùm in earũ materia specimen extet partitionis; cùm ẽ neutrũ ex illis contraria quoquo pacto subterfugiat, quemadmodũ suo loco pluribus ostensum est, dubium apud nos non erit vtranq. mutationẽ spatio quodã tẽporis, neq. puncto expleri. neq. plura nũc adiiciemus inde peti volentes, siquid ad quæstionẽ de hac ipsa mutatione transferri oportebit. Verùm ea quæ nuper attigimus, euadent clariora, si proponatur ea quæstio ad explicandum. Vtrum. f. auctio sit motus continuus, nec'ne, quę item etsi à Zimara [e] satis acutè, atq. accuratè tractata est; nihilominus de Auerrois sñia diluta est, nec quid rei natura forrassè postulet, magis inquisitum est, q̃ quid in ea disciplina sentiendũ sit: nobis tamen, vt perpetua placitorũ constantia conseruetur, etiam atq. etiam explorãda, & danda opera, vt cum positis ea consentiant quæ mox adscribentur. Verumenimuerò cum ea quæstio duo capita cõplectatur: alterum quidẽ, vtrùm auctio fiat in tẽpore, an cõtrà puncto temporis absoluatur: alterum verò vtrùm auctio tota à primo. f. ortu, quo minima mole consistit id quod genitũ est, quousq. ad magnitudinem sibi conuenientẽ peruenit, vno tẽporis tractu, nulla interpellatione intercedente ministretur, ac de vtraq. rediffèrant Auerroës [f] & Latini, quo loco summus ille vir digreditur pluribus tum ẽt capite de incremento, [g] nos etiam sigillatim vtrunq. caput tractare constituimus & quod ad primũ membrum nostræ disputationis attinet, Auerroës quẽ multi sectantur è Latinis, opinatus est incrementũ non esse continuũ, neq. tempore fieri, sed temporis vestigio duntaxat, ꝙ à cõmuni rõne commotus est quæ duci solet à generatione substantiæ quam puncto temporis fieri perhibent. Inquit. n. incrementum esse nutritionem, hanc autẽ acquisitionem esse substantiæ: cùm verò substãtia puncto temporis absoluatur, & nutritio igitur, & incrementum deinceps tẽporis puncto fiant oportet. Quod etiã confirmat ab ingenio nutritionis: etenim hęc cùm fieri debeat secundùm quodlibet signũ; necessariò per minima conuenit ea administrari: verùm minimum quodq. fit in instãti; & incrementum igitur ita fiat necesse est. De secundo etiam ita differunt, cùm incrementũ per minima fiat, nõ posse fieri, vt vno tractu tẽporis obeatur. Quod item persuadet nobis ipsius incrementi processus, ꝙ primùm lõgè varios motus postulat, cùm pręcedere oporteat alimenti susceptionẽ, alterationem eiusdẽ, mixtionem cum succo natiuo, diuisionem, dispensationem, cõuersionem in rei nutriendæ substantiam, appositionem, & agglutinationem quæ cum specie secũ differant, contiguæ quidem esse possunt, vt olim docuimus, cõtinuæ verò nequaquam. Adde & incrementi progressum citra omnes alias socias mutationes: nanq. infans augetur vsq. ad annum quintũ, hoc tempore ob aliquem morbũ intermitti põt incrementum; eo verò cùm liberatus fuerit, postmodò crescendo proficit; sic augetur cum intermissione, quousq. ad debitam magnitudinem peruenerit. Ex quo colligimus incrementum. Auerrois quidem sñia, distribui in integrum & absolutum, siue vniuersum quod ab ortu ad iustam vsq. magnitudinem protendit; & id quod pars illius est, quæ vtraq. puncto temporis obiri censet. quin ita dicere cogitur: nam cum partes incrementi temporis vestigio fiant, totum quoq. incrementum vnico temporis puncto ministrari dicendum est. è punctis enim, nisi punctum consurgere non potest. Confirmabat item Auerroës hoc placitum argumento quodam, quod instar demonstrationis efficacissimę creditum est. Si enim, inquit, incrementum continuum foret, neque interrũperetur, cuilibet parti temporis pars magnitudinis per incrementum cõparatę responderet: id verò fieri nequit. Nam sit viuens quod in anno magnitudinem digiti vnius adipiscatur; partes profectò magnitudinis huiusce cum parte qualibet temporis conuenire non possunt: ita enim necesse foret, vt vniuersa illa quantitas qua constitit incrementum, diuideretur in adeò tenuem magnitudinem, vt nulla forma naturalis in ea manere posset, & in animali præsertim: nam tametsi magnitudo per se secatur in infinitum; ea tamen quæ gignenda est, sensilis esse debet, & præcipuè tactu, & tanta denique, vt in ea rei producendæ forma consistat, cuiusmodi sanè illa non esset quæ secta foret pro ratione partium temporis quo incrementum omne administratum est. Hæc ex Auerroë.

[a] Burl. laud. 3. Phys.
[b] 1 de or T. ...
[c] 1. de auct. c. 9.
[d] Auer. 5. Met.
[e] Tab. §. Motus definitio.
[f] 8. Phys. T. c. ...
[g] 1. de Ge

Right margin letters: E, F, G, H

Explorantur

Explorantur Auerrois dicta defendentis incrementum non esse continuum. Cap. XXXI.

A NOBIS certè qui generationem tempore obiri defendimus, rō à nutritionis ingenio ducta nullum negocium exhibet: possumus.n. vt dici solet, ad ianuam occurrere inficiando.f. nutritionē, quia fit generatio substantiæ, fieri temporis puncto. Verùm siquis etiam flagitet rationes ab auctoris natura petitas, quibus oppositum cōuincatur, nequid desiderari posit quod ad talem fnīam cōuellendam quoquo modo pertineat; eas etiam eiusmodi subiiciemus quas ex eodem propemodum fonte dixeris emanare, vt si incrementū vniuersum tempore absoluatur, etiam necesse sit eius partes tēpore quodā fieri; & contrà, si illius partes tempore fiant; vniuersum quoq. tempore quodā absolutum fuisse necessarium sit. Illud verò facillimè nobis notescet complura loca percurrentibus è Physicis, quibus Arist. sententia perspicuè continetur, & è quibus colligere liceat rōnes quæ multum valeant ad propositum confirmandum: nanq. ita argumentatur Arist. Vbicunq. mutetur quippiam; necessariò mutationem illā tempore absolui: aliter idem simul moueretur & motum esset: licèt autem ista ratione dicamus. Si incrementum puncto tēporis absolueretur, idem simul cresceret & creuisset: nam si puncto temporis obitur incrementum, aut in eodē puncto perfectum est, aut alio quodam: quod si aliud punctum esse cōcedas quo creuit, ab eo quo crescebat: ergo mutatio in tempore facta est: si dixeris in eodem: simul B igitur crescit corpus, & creuit, quod fieri nequit. Prẹtereà vbi tardius & velocius est, adest ibi tempus: nam tardum & velox tempore definiuntur: cùm tardum sit quod multo tempore spatij parum conficit, contrà velox quod breui tempore permeat multum. Sed incremento velox & tardum tribui solet: dictumq. est fœminas citius augeri, quàm mares, & meminit apertissimè Arist. de incrementis tardis, atq. velocibus in tempore igitur. Sunt & innumera loca Arist. quibus docuit tempus esse mensuram cuiusq. mutationis, & seorsum de incremento mentionē fecit: ergo incrementum tempore quidem, non subito fiet. Ad hæc Latini quidam more consueto distinguentes incrementum duob. modis in eā partem quæ est cōuersio nutrimenti in rei substantiam, atq. alterā, quæ est extentio partium, primam illā è vestigio fieri testantur: ortus.n.est. Præterea si tempore absolueretur, cùm fiat secundùm quodlibet signum, sic fieret incremētum in infinitum, & sic id quod creuit, esset infinitum. At posterior pars secum affert motum in incremento. Cęterùm quis docuit eos in incremento cogitare nutrimenti conuersionem sine quantitate & extentione? nam mitto nunc extentionem ab incremento seiugari: quā nuper id à nobis, vt se habeat ostensum est, cùm eo nomine distinguatur incremētum à nutritione, nec quantitate remota incrementi essentia & natura sequetur. Et certè quantitas est primus terminus incremēti cum etiā illud quo cōficitur, quantū sit, ac si cōuersio illa parē apporter quātitatē ei quę collapsa C est, nutritio vocetē, non aūt incrementū: tum est incrementū, cùm plus accedit. Insuper neq. idē indiciū de incremēto & ortu faciendū est, quantū spectat ad tēpus: non est.n. rō par vtriusq. mutationis, vt etiā suprà monuimus, cum eo quod est actu, reuera fundat incrementum, ortus aūt eo quod est potestate duntaxat, hoc verò tēporis punctū vel ipsis auctoribus tolerare posit; illud oīno repugnet. Quin ēt incrementū, quod itē nutritione reipsa nō separat, sed rōne solùm, mutatio nō est, sed motus: quare, vt ipsi volunt, in tēpore item fiet. Neq. id quod ipsi afferūt ad fnīam suā constabiliendā, pondus habet: quā neque valeat apud nos: ortus est: ergo subitò absoluit: neque etiā illud. fit fm̄ quodlibet signū, ergo si in tpe fiat, erit infinita mutatio, quod itē posthàc planius explicabit. Idcirco dicebat pro Auerroë Pōponatius. Incrementum sanè per se esse cōparationem quantitatis ex accessione nouę materię quæ tū reuera nō fit in tpe: quamobrē neq. est verè cōtinua, quia notari nō posit profectus diuiduus in quātitate cuius beneficio motus cōtinuus est, & in tpe fit: verùm siquo pacto cōtinuus est hic motus, illud est, quia vis nutriens per totā vitā conseruatur: nec mirū, quia nō est eadem rō continuitatis in motibus vniuersis, sed analogicè: etenim in latione continuitas absoluta inest, & in cęlesti pręcipuè: in cęteris, alteratione nimirùm & incremento (nanque, vt aiunt ipsi, ortus expers est cōtinuitatis) inest eo modo quo potest. Verùm id verè pronunciatū sit, nō esse consimilē rōnem cōtinuitatis in oī motu: at quantum est de re nīa; pro eo quod docere vult iste vir, nutritionē atq. itē incremētum esse mutationē quæ actus quidam D imperfectus est, explicat ipse, quemadmodū fit energia, quę tota diametro distat ab ipso motu: mansio enim illa facultatis energia quidē est, non aūt motus: energian aūt vocat Arist. eam quæ tota simul est, vt non magis sit nunc, quàm olim fuisset: tales verò sunt visio & vita. [a] Rursus cogitur aut ponere mutationem in quātitate per accidens, quia.f. ad generationem substantiæ referatur, nō igitur quattuor mutationes per se, aut non minus ēt in relatiuis mutatio per se fuerit, cum ea quoq. consequatur alias mutationes, quod si per se respicit quantum: est igitur etiam cùm propria successione: neque.n. dicere rectè potest idem ipsi euenire, atq. substantiæ quæ versatur in materia quæ solùm potestate est: nanq. fit incrementū in actu substantia. Rursus est quædā latio: cum diuisione igitur. Non itaq. satis perspicio, quēadmodū auctor ille defendi posit. Neq. illius ratio momēti alicuius est: assumit.n. nutritionē à generatione nō distingui, cū generatio sit absoluta mutatio; nutritio verò in eo quod est actu. Præterea sumit aliquid auctioni conuenire simpliciter quod illi quodāmodo tribui debet: naq. id auctioni adscribit per se, quod in illa inest merito nutritionis: accipit enim auctionem esse nutritionem simpliciter; cùm ipsa cæteroqui nutritioni quantitatem adiiciat: quapropter etiamsi nutritio temporis puncto fiat incrementum, tamen in tempore futurū sit; & quanquam ipsum incrementum per minima conficitur: tamen adiectio minimorum, in qua quidem manet vniuersa ratio incrementi; non idcirco subita esse conuincitur: sunt enim & ipsa diuidua caussa materiæ, & pręcipias affectiones requirunt.

[a] 9 Met.

Quid nobis decrementi continuatione placeat, edisseritur, & opiniones aliorum conuelluntur. Cap. XXXII. E

HOC igitur, iudicio nostro, necessarium: illud autem prorsus probabile quod ab Arist. indefinitè pronunciatū ipse Auerroës vniuersè assumpsit; nimirùm incrementum esse motum interpellatū: quis.n. est qui nonnunquam auctionē continuatam ad exitū vsq. produci non credat, si planta quędā robustissima fuerit, neque à morbo vllo vnquam tēpore vexata & præpedita? quid.n. erit illud, quod eius continuationē impediat? accipio verò plantam, quia robustior esse solet, q̄ animal; cùm pauciora habeat instrumenta, maioremq. temperiei latitudinem: hoc autem, ꝙ fieri possit, natura morbi nobis significat, quæ reponitur in contingentibus; ideoq. facile potest abesse, ac siquis id in eiusmodi planta, atq. ita se habente euenire negarit, optauerit ipse potius, q̄ quicquam illi firmi occurrat quo persuadere queat nobis istud optatum, cui quoq. temporum variatio repugnat, quæ nunc externis, mox internis partibus, nisi magnum quid obstet; alimentū assiduè subministrat. Neque temporum varietas obstat, immò auget continuitatem: nam siquid impedit frigus ambientis, ne crescant externa; id planè cōfert in interna, etsi interna deseruit calor, mox restaurat in externis. Quapropter planta quidem, vt plantā semper augebitur, intermissio verò fortè per illius partes fiet. At nos continuitatem eius motus per se contemplamur. Nam quantum est de rationibus allatis, peccant profectò, cùm ex eo quòd accipiunt multos motus ad essentiā incrementi cōplendam requiri; tum etiam quòd ponunt partes magnitudinis non posse respondere partibus temporis, quo absoluitur id quod augetur: quandoquidem per accidens obtinet incrementū, quòd ob varias mutationes, quas postulat, cùm intermissione fiat, neq. illos motus incrementi partes esse concesserim, nisi quatenus dum aliquē ex illis motib⁹ natura aggreditur; simul ēt corpus extendit, vt cùm amplificato nutrimento simul item vasa porriguntur. Sed spectemus tantummodò illā mutationem, in qua è potestate quanto fit actu quantū, an'ne fit necessariò motus interruptus: ac certè siqua est ratio qua nobis id probetur; illa est, quæ accipit à proportione, quæ intercedit inter tempus quo ministrat incrementum & quantitatē adiunctam, quę item nullius roboris est: quandoquidē obiici possent incrementa velocissima, in quibus tēpore breuissimo quantitas immensa cōparatur, cur, obsecro, in eo motu partes quantitatis partibus tēporis nō respondebunt? verùm quid cogit nos has machinas cōminisci; quandò quęlibet magnitudo finita in infinitū secari non minus pōt q̄ tempus? Præthereà si fateamur partes quantitatis non respondere partibus temporis, vt si tempus in dimidia, partes aūt incrementi in aliud genus partiū dissecentur quid inde absurdi colligitur? At dicit incrementū sic fieri nō posse; propterea ꝙ flagitat ortū minimorum quorum sanè quātitas est definita. Merę nugę, non.n. vidit ipse Auerroës necessariā fore productionē minimorū, vbi per se subsistāt, sed qđ in alio fit, non necessariò minimū est: nam dimidiū minimi vertit in ambiēs, & ad ipsū adiunctū illius forma potitur. Iam verò audiuimus nutritionem & incrementū non esse generationes rerū per se subsistentiū, sed in alio: quare minimorū generatio necessaria non est. Pōponatius item, philosophus in Peripatetica disciplina nostrorū patrum ętate clarissimus, opinatus est incrementū esse necessariò motum interruptū ea rōne ductus, quoniā illa quæ cōueniunt cōmuni, quod sit ad vnū, ordine quodā de illius partibus prædicantur: motus aūt est cōmune ad vnū, continuatio verò inest in motu cōmuniter: ergò quibusdam perfectius, aliis verò minus perfectè, & lationi quidē perfectissimè. explanat aūt eiusmodi sentē, hoc modo: nanq. is ordo vr̄ inter reliquas species motus intercedere, vt proximè de alteratione, postremò de auctione dicat: quo fit, vt auctio inter motus parū admodùm retineat naturæ, & proprietatū ipsius motus. Cùm.n. debeat vnus esse suapte natura motus; est verò vnus, tum quia subiectū mobile vnū est, tū ēt quia tpe vno, atq. cōtinuo fieri pōt. & hę cōditiones potissimū in latione spectent, necessariò motus erit pręcipuè. Eędē cōditiones in alteratione quoq. verùm minus exactè reperiunt, ꝙ alteratio vr̄ esse affectio quędā ad īteritū substātię, & ad nouā generationē in quib. idē subiectū nō oīno cōseruat, sed aliud potius quod adequet. Vltimò adsūt hę cōditiones, sed lāguidissimè in incremēto: nō igit pollet eisdem pręmiis quib, cęteri motus. Primùm.n. qđ spectat ad id ꝙ vnū sit subiectū, in auctione adest corruptio nutrimenti, & generatio partis exhaustę. Deinde qđ attinet ad id ꝙ tēpus sit vnū, auctio fit per ortū minimorū quę intermissa est: vnde ēt sequitur, vt auctio motus quidā sit interruptus. Multa verò sūt q̄ reprehēdere possimus in hac sñia: nanq., vt vestigiis Arist. insistamus, exploremus in primis necessitatē cōsecutionis. vbi inquit, Motū esse nomē. ad vnū fatemur. ergo cōditiones quę insūt ī motu, partib. ipsius ordine quodā tribuent. & hoc ēt damus. Igit cōcludit & cōtinuationē. & hoc quoq. concedat. Sed illud postremū eā. s. in auctione lāguidiorē futurā, neq. necessariū, neq. verū putamus, ac siqs ei⁹ cōclusionis cōfirmationē postulet; certè nō aliūde petet, q̄ ab ipsis initiis q̄ nup sigillatī repudiauim⁹. Pręterea qđ ait alterationē verè vnū nō esse motū eo, ꝙ subiectū illius vnū prorsus nō est, sed qđ tātundē valeat, nō minus fateri debet elementorū lationē vnā nō esse sm̄ naturā, dū à generante ꝑducit, neq. ēt vnū esse motū quo moueor ego, dū sine intermissione spatior: augeor.n. neq. idē ego sū, nisi ex æqui paratione, atq. adeò vt Heracliti opinio reuertat, nil prorsus idē duob. pūctis permanere posse censētis, q̄ itē oīa, cùm sint ꝑ accidēs, in explicāda rerū natura nob. negligenda sūt. Quin ēt ipse tribuit auctioni, ꝙ vna esse nequeat, hoc tñ nō per se illi cōueniret, sed merito nutritionis. Neq. vidit Pōponatius, etiāsi interitus alimēti, & ortus substātię requirat, essentiā tñ auctionis ī eo cōsistere qđ potētia q̄tum est: hoc verò idem permanere docebimus. posteà, quia. s. maneat eadem forma, atq. id quod est potentia quantum, illud est quod nos asserimus esse verum subiectum incremēti, & quod verè dicimus permanere.

F

G

H

Neque

A Neq. spectandum esse minimorũ productionẽ quæ fortasse nõ impedit, quominus vnus sit motus beneficio temporis, quoniam incrementum se habet in extentionem partiũ (hæc.n.ratio est, & essentia ipsius incrementi, licèt non fiat, nisi per nutritionem, hoc est, productionem, & appositionẽ partiũ quæ sunt actu quantæ) quam nemo vnquam necessariò interruptam fore probarit. Verùm quia conclusum aliquãdo est ab Arist. motum esse diuiduum, quod idem valet atq. continuum (eadem est.n. vtriusq. ratio) ex eo ꝙ subiectum partibile fuerit: duo præterea sunt quæ hîc aduertenda censeam. Primùm sicut aliqua eius pars põt esse continua; de reliquis item consimile iudicium fieri posse. Deinde quid'nam sit hũi subiectum quod partibilem & continuam efficiat auctionẽ. Dico verò ad hæc subiectum auctionis esse substantiam animatam, atq. illam quidem mortalem. quantã, vt quãta est, quæ cùm potestate quãta sit, fieri debet actu quanta; quãdò ex hisce terminis in alios accesione nouæ substantiæ quantæ transmutetur. Quãobrem tota illa quantitas substantiæ quæ cõprehẽditur intra terminos à quo & ad quem est primum subiectum auctionis, quæ cùm ex accessione quanti permutetur, hæc verò suapte natura partibilis sit, in caussa est, cur auctio diuidua sit, & continua, &, vt vnico verbo oĩa complectar, auctio quanta est, quoniam est acquisitio quantitatis, aut substantię ipsius, quatenus quanta est: cùm cęteroqui, si non ita diuidua sit, verùm merito substantiæ quæ generatur, indiuidua; nulla certè sit ratio, quãobrem partes auctionis item continuæ sint: nam quæ, obsecro, continuitatis rõ in illa vnquam reperiatur, si eius adeptio per eiusmodi munera procedat, quæ

B temporis vestigio producuntur? ita verò ab omni rõne motus abhorrebit, & erit aggregatio pluriũ mutationum, quod tñ cõi omnium sensui reclamat qui in motibus eam sine vlla controuersia reponunt, & certè cùm in tempore absoluatur, & terminos habeat positiuos, vt bicubitum & tricubitum, omni dubio procul est motus: eoq. maximè, quod è compluribus mutationibus non nisi mutatio existit, quæ item diuidi non põt, quia mutationes illæ per se indiuiduæ sunt, vt ipsi ferunt. Nec quicq̃ obstat, ꝙ auctio sit processus ab imperfecta quantitate ad perfectam, vt transitum à priuatione ad habitum esse verearis, quia quantitas imperfecta illa est in qua primùm viuentis forma consistit, quę profectò aliquid actu est, ideò per se terminus motus.

Vtrùm crementum, & decrementum sint continui quidam motus; an status inter vtraque intercedat. Caput XXXIII.

POSTQVAM auctionis continuitatẽ seorsum cõsiderauimus; age nunc, & illud contẽplemur, quẽadmodũ se habeat ad decrementũ; nanq. etsi perspicuè ponit à medicis & philosophis ἀκμὴ, seu vigor, ac media quædã ætas, vt virilis in qua natura quiescere vr̃; at suspicari posse q̃spiã hoc ita sensum iudicare qui admodũ exquisitus iudex esse non solet; attñ oppositũ ex rõne cõuinci, quę vis

C est multò accuratior in iudicando, nunc ratio dictat inter hos motus statum quendã interponi non posse; siquidem spectata motus vtriusq. caussa sic effici posit argumentũ: Auctio & illi opposita diminutio pendent ex ꝓportione caloris ad alimentũ: ꝙ auget calor, vbi sit efficax; nã superat, & apponere põt; minuit, vbi sit languidus & non efficax, quia superatur: atqui inter efficax & non efficax nihil intercedit; nec igitur intercedet quicq̃ inter argumentũ & decrementum. sunt.n. contradicentia, proinde aut superabit calor, aut superabitur necessariò: superans augebit, superatus diminuet: itaq. in viuente vel auctio, vel diminutio necessariò. Deinde in auctionis extremo vel erit æq. robusta, vel minus: si neges, ergo non erit status, sed diminutio, si æq. validã fatearis; cur nõ item augebit? igitur incrementi nulla finis extabit: hoc quidem naturæ magis aduersatur quæ semper in finẽ contendit, & infinitũ declinat oĩ conatu: ergo proximè succedet auctioni diminutio. Quia verò clamat Arist. effici non posse, vt motus contrarij sint cõtinui: siquidem motus oĩs fine determinetur: itaq. cũ sit vnus cuiusq. cõtinui motus; ergo, & idem erit finis motuũ cõtrariorum, si continui fuerint. quapropter id quod augebitur, vnà diminuetur, & quatenus augetur; diminuetur ẽt; & cõtra augebitur, quatenus diminuitur, quorũ nihil, neq. tolerat natura, neq. mens humana consequi põt: si non continui sunt; dicemus eos esse contiguos, ꝙ ab vltimo prioris termino accipiatur initiũ subsequentis. At & Arist. rõ, qua vsus est 8. Phys. & ea quã nuper attulimus, euertunt huiusmodi placitum. Etenim docuit Arist. inter duos motus cõtrarios intercedere quietẽ, & idcirco tp̃s; qñ tp̃s est vtriusq. mẽsura

D motus. s. & quietis, itaq. n. concludit. Vtitur vno pũcto vt duob. ergo cadit media quies: ꝙ inter duo pũcta semp extat cõtinuũ, aliter cõponeretur ex indiuiduis. Ergo sunt duo puncta, alterum, quòd est finis incrementi, atq. alterum ꝙ est principium diminutionis. itaq. & quies & tempus inter vtrosq. motus intercedant oportet. Neq. fieri põt, vt in eodem subiecto, & inter eosdem terminos existant motus contigui qui sint oppositi, eorũ necessariò vel aliud est subiectum, quòd fertur ab opposito termino, vt si tu eodẽ puncto discedas à calce quo ego ad ipsum perueni: vel alij termini. aut si cum primum perueni ad calcem, ego sudare incipiã: nanq. & hoc naturę cursum peruertit, qui adnotatus est ab Arist. nimirum quòd natura ꝓducit, vt ad statum deducat, & in eo, quo ad licet, deductũ conseruet. Præterea, aut punctum illud quod est initium futuri motus, & finis antecedẽtis, vnum est aut differt: si differre dixeris: ergo tempus & quies intercedat necesse est. si idem esse volueris; aut Arist. ratio corruet, cùm ponat ipse tp̃s in vsu eiusdem puncti ad diuersos terminos, aut motus, oppositi cõtinuabuntur, cùm idẽ sit punctũ, quod est vnius finis, & alterius principium, & eadem absurda retertentur, quæ paullo ante obtrusimus. Itaq. ô bone Suessane est hîc, ꝙ tuum illum statum momẽtaneum, inquis tu, admiremur inter auctionẽ & decrementum, qui etiam non videris statũ suapte na-

tura tēpus afferre. Similiter ô doctißimè Theophile, quia quies existat solùm inter motus cōtrarios, vbi ꝓximè sibi succedant, cōtinui fuerint, qđ negat incremēto & decremento interuenientib. aliis mo E
tib. & appositione & agglutinatione & assimulatione, nō possum ego apꝓbare, qui nouerim cremen tū & incrementū esse inter oppositos terminos, conuenientē. s. & disconuenientē magnitudinē, & videā hunc motū à cæteris essentia separari. Ego vel cōtinuabunt oppositi motus, vel quies intercedet. Melius Egidius, qui inter oppositos illos motus statū esse putauit, sed quasi latebrā q̄rens eum finxit insensilē. Veruntñ neq. ipse cognouit ex eo dicto vim suæ rõnis oĩno labefactari. Nā si ex hoc statum non interponi censet; quia nascatur ex illo, ꝙ caussæ se habeant vt cōtradicentia, deinde subrogat statū insensilē, aut caussæ non se habebunt, vt contradicentia, secus, atq. ille sibi sumpserit: aut inter cōtradicentia medium non negabit, q̄ñquidem insensile poterit intercedere; sed quis audiit vnq̄ cōtradicentia medio vacare, non simpliciter, sed eo quod sit sensile, insensile tñ admittere? Mitto q̄ falsum illud sit, cùm & longißimū, & cuiq. ꝑspicuum poßit esse status interuallū: & ex functionib. perfectis ēt cęcutienti sese ꝓdat. Ergo nos mediū statum inter vtrosq. motus esse credimus, atq. illū quidē sensilē? Quanq̄ de illius ingenio, & essentia dubitare licet, sit'ne aliquid positiuū an potius priuans, quéadmodū opinatus est Gandauensis: ipse. n. statū collocauit in hoc ꝙ natura nec augeret, neq. minueret. Etenim eo tpe nutrit, & conseruat: hoc aũt sunt ex præsentia caussæ, & rõnem positiui præsefe-runt. Rursus, ita se habet status in hoc munere, vt terminus motus: etenim crescit viuens, vt ad debitā magnitudinē deducat, qua cōparata quiescit, quicquid ex eo statu deponit, est ꝓcessus ad interitū, vt F
si, postq̄ homo extiterit, vel morbo, vel senio cōtabscat, qui motus non respicit aliquā naturā ꝑfectā, veluti finē, sed sequitur ꝓrsus necesßitatē materiæ, quare tum forma est q̄ & positiuū simpliciter, est & perfectum. Idcirco non aliter hîc dicerem, atq. consueuerim, cùm motum confero cum quiete naturali; etenim si fluxum spectes, habetur optimo iure habitus. magis. n. sensum pulsat, q̄ faciat quies: si rē quæ fluit, quies est longè perfectior, quia sequitur actum, & eiicit oēm ptātem è materia, sic status imitatur actum; reliqui motus: aut illo tanq. fine terminantur; aut sunt ad eius perniciem: & motus illi sensui sese magis ostendent: ergo, quà fluxus crementum, & decrementum rõnē obtinet habitus, quà verò res, quæ fluit, & secundùm naturā, status est vt finis & habitus, & planè positiuum, non priuans, vt ille dicebat. His sic expositis conuerto me ad rõnes quæ ab Egidio & Suessano ꝓpositæ fuerāt: & ea quidē qua vsus est Egidius eadem fallacia laborat; quā sępius aduersus Scotum in hoc volumine indicaui, cū inter vniuoca & ambigua medium nullum cadere concludebat. inter contradicentia planè medium non cadit, sed vt contradicētia sint; simpliciter accipiantur oportet: nanq. vt aiunt dialectici, cōditio distrahit de repugnātia, ꝓinde album & nō album sumpta simpliciter cōtradicentia sunt, & intereà nihil intercedit, si albū summè intellexeris, & non album, qđ est hmôi, vt nihil habeat de albedine: ꝑfectò inter illa est aliquod mediū; nec contradicunt: est. n. aliquid, quod nec G
summè albū est, nec summè non album, sic in re nostra efficax & non efficax, si simpliciter acceperis, contradicentia sunt, & medio vacant: vtrùm si cum cōditione sumantur, & medium est inter illa, & vna consistunt. Igitur aut simpliciter efficax, & non efficax accepit Egidius, & tunc falsum erit, ꝙ in statu quoq. calor non sit efficax: non est fortè summè efficax; nihilominus, nō oēm efficacitatem deposuit: si summè efficax & non efficax acceperit, at hæc non sunt contradicentia, mediumq. hñt, in quo statum ipsum collocari dicimus. At effectus, inquies, non sunt euidētes? in statu, quippe ꝙ ibi sit conseruatio tantùm, sed in auctione, aliquid ēt, ꝑstatur vltra conseruationem. Dico, vt ēt dicto meo medici consentiant actionē & efficacitatem in duob. esse positā veluti principiis præstantia formę, & ꝓpensione materiæ. Propterea, q̄tum pertinet ad formā, eadem est vis & essentia, putatu, caloris innati, & in augumento, & statu; sed quia materia minus humida est vitæ ꝓcessu, magis item resistit, & minus obedit agenti, ideòq. ꝑfectus minor esse vr̄: at verò si ꝓportio diligentius vestigetur; ea fortè maior est in statu q̄ in augumento. vr̄. n. calor esse intentior, & magis igneus, at minus ꝓmouet, ꝙ magis ei materia resistit: itaq. proportio patientis ad agens, cùm aucta sit; ētsi robur idem fuerit, opus idem non efficit. Ex hoc quoq. tollitur obiectio posterior: nanq. ēt si demus æq. robustam esse vim nutrientem; at ēt multò est resistentia maior: idcirco non vis ipsa variatur scđm substantiam, sed ex euento, cùm immutetur ꝓportio inter agens & patiens. Præterq̄ ꝙ ēt si concedatur, virtutem in extrema auctione minus esse robustam; nō ob id sequitur, vt sit diminutio: etenim ex repaßione victoria quidem cessare potest: at non protinus ceßio succedit, sed pugna vtrinq. æqualis: nec ceßio ex H
quacunq. virium diminutione vel amplificatione succedit, sed certam repugnantis exuperantiā postulat. totum id igitur quod inter exuperantiam prioris, & exuperantiam posterioris intercedit, in tpe positum est, & efficit statum, prius ex æquo loco decertantib. postmodùm eo discedente inferiore quod anteà fuit superius. Ergo non oīs virium debilitatio infert ceßionem, sed cùm id quod antè vincebatur, victoriam ꝓcessu temporis adeptum est: atq. ita fit in augumento, & decremento, quandò superante calore fit auctio; cùm amplius non superat. contingit verò ex impotentia patiendi, quę est in materia; cessat auctio: cùm posteà nutrimentum dominatum fuit, cępit diminutio.

Eius quæstionis ergo Idem'ne perpetuò conseruetur id quod crescit ab initio vsq. ad finem; differitur generatim, an id quod interijt, idem numero reuerti queat. Cap. XXXIIII.

QVICQVID aũt sit de cōtinuatione incrementi, & de succeßione decremēti; vnum id maneat nob. qđ his est obnoxiū mutationib. esse aīatum, atq. illud quidē mortale, qđ ex vi naturę cōmunis

A munis ad vnũ; quia nob. notũ; simpliciter animatũ poni pōt: idem quoq. subiectum est nutritionis, & oium mutationum quę ad eam cōplendā requirunť, quas itē multas esse nuper accepimus: neque. n. Alexandri sniam probamus; quanuis assentiatur illi Philoponus qui nullam viuentis, quatenus hũi, propriam esse alterationem putauit, sed quà corpus est & naturale: nanq. alias animantium peculiares significat nob. Arist. & ipsa natura: siquidem digestio propriè fiat in animato; neq. n. calor qui digerit, est simpliciter naturalis; sed planè superata propensione natiua regitur ab anima. digestio verò per se, & primò non substantia, vel quanto, sed quali terminatur: similiter viuens, vt viuens è genere mortalium alitur & augetur; nō forma, aut figura, quicquid dicat Philoponus, multoq. minus materia, quemadmodũ censet Auerroës: multo. n. magis abest à constantia, & firmitate quæ requiritur in eo quod augetur, materia, q̃ forma, sed siquo pacto augeri dicunť, accipiunť veluti subiecta quæ prima excipientia vocamus, de quib. nil hactenus exposuimus vberius, singula mox patefacturi. De hoc igiť subiecto, quod est corpus viuens, idq. mortale, magnæ lites extiterunt. Vtrùm idem ab initio ad exitum vsq. nec ne permanere posit; nam cum materia forma collabi vř. Verùm si ratio conuincit indiuiduũ, postq̃ interierit, idē posse reuerti; cur non magis idē permanebit, quod viuit adhuc; & retinet eandem formã; aut saltem fungitur eisdem munerib.? Hæc sanè speculatio tametsi apud Arist. non videtur habere locum, ꝙ acceptum sit veluti principiũ per se notum, id,[a] quod interiit, idē non posse redire, quemadmodũ indicat nob. ea nota subcontinuatiua ἐπειδήπερ, qua ibi vsus est Arist. [a] 5. Phys. T. 36.

B & cuius vim frequenter audisti ex Græcis, ꝙ valeat ad indicandum id quod assumitur nonmodò verũ esse, sed ēt perspicuum: vti non expositum sit in calce II. de Ortu, eadem simpliciter æterna sola reuerti ad numerũ, caduca verò nequaq̃, & sensus ita monstrat: quia tñ aliquib. rationib. aduersus eã propositionem pugnatum fuisse nouimus, & eius cognitio pertinet ad methodum naturalē. nos hîc ēt adhibebimus ἀπαγωγὴν & abductionem, ac rem physicè tractabimus id perpetuò monentes, hęc illo animo litterarũ monumentis cōmendari, si quid contra veritatem concludatur, non vt maiestas diuina, pietasq. Christiana labefactetur, sed vt humana arrogantia minuatur. Quicunq. igitur ꝓbare potuerit eadem eius esse principia quod interiit, atq. alterius quod subinde nascetur, is oē negotiũ confecerit: etenim caussas effecta imitantur, vt quemadmodũ caussæ generales sunt effectuũ generalium; sic & easdē caussas eorundem effectorũ esse oporteat: itaq. si caussæ sunt eædem numero: ergo & effectus iidē numero sint necesse est. Proinde Arist.[b] vsus est in Empedoclem illo argumento, ꝙ nō esset noui mundi generatio; si elementa è sphæro in hunc ordinē adducta constituerent mundũ; sed alteratio tantũ, non secus àc si è puero quispiam fieret senex, & rursus è sene puer: etenim eadē erāt elementa numero, eademq. numero efficientia, lis & amicitia. Sic igitur argumentabor. Vbi eadē sũt numero principia, idē quoq. erit numero effectus. Sed eædem numero sunt caussæ eius qđ interiit, [b] 1. de cęl.

C atq. eius qđ posteà genitum est: ergo & illa eadē. Nã caussæ sunt materies & forma: materia verò cũ sit vel prima, vel proxima: de materia prima dubium non est, quin ipsa sit in oī indiuiduo superstes vna eademq. simpliciter. quare q̃tũ pertinet ad hoc principium, nihil obstat sanè quo minus idem numero reuertatur. nullã. n. discriminis occasionē continet in seipsa carens oī forma, & æqua lege oium capax, vt ēt cuncta vnum esse huius materiæ priuilegio concesserit Heraclito Arist.[c] Faciamus nunc primæ huic materiæ superuenire formã; veluti Græci dicunt, qui elementorũ formas quæ vel sunt primæ qualitates; vel primis respondent qualitatib. in nuda materia ponunt, siue illi ēt qui formas illas cōes auersantur, siue aliquam cōem oium primam, quemadmodum nos ipsi defendimus: hæc item erit vna necessariò, quandoquidem per seipsam forma est vna; quicquid hēt discriminis, & multitudinis, id acceptum refert materię, cæterum ipsa est vna: ergo & forma. Procedamus ad materiam secundam: cùm hæc item sit materia prima forma quadam prædita, & hæc vnum indiuiduũ, idemq. perpetuò faciat: ergo & ipsa est vna: & eadem rursus hîc ea subiiciam, quæ de forma opposui: siquidem & ipsa vna eademq. futura sit; & indiuiduũ igiť vnum, & idem. Prætereà spectemus ipsam materiam seorsum: ea sanè pōt esse, & non esse: sit nunc, eadem non esse pōt: rursus vbi non sit; nil vetat, quo minus ea sit: aut igitur illud idem est esse àc prius; ideoq. indiuiduum idem; aut aliud esse, si fuerit aliud; eam potentiam qñq. frustrari contingeret, id verò absurdum est. Nam finge tu ma- [c] 1. Phys.

D teriam mundi, quæ vno indiuiduo tantummodò terminatur, eam quoq. terminari opposito; pereat mundus; aut materia retinebit eandem potestatem ad mundum; aut non: hoc dari non potest, ꝙ de natura potestatis sit repugnantia respicere: si concedas, aut idem erit mundus, aut alter: si alterum fatearis, aut igitur mundus non vnus; aut potestas quæ statuitur ad illum, frustrabitur: si eundem fore dixeris; ergo idem numero remeare poterit. Idcirco videtur mihi Simplicius[d] confiteri elementa eadem oīno redire, tametsi composita variari concedit? Alexander, & Auerroës, cum his item Auicenna consensit; id constantissimè negarunt, neq. existimare potuerunt eadem esse principia geniti, & corrupti, quin idem specie foret; q̃uis ēt simplex esset: & ea Auicennæ verba celebrant. Deũ gloriosum dare vnicuiq. temperamentum proprium cuius particeps aliud esse nō posset: ideòq. ēt palam professi sunt idem numero non redire. Sed cuīnam ex his principiis id adscribendum sit, lis est inter Auerroēm & Alexandrum: namq. Auerroës aliqñ id totum materiæ tribuit. Alexander in calce II de Ortu ipsi formæ: quanq̃ sui immemor ibidem Auerroës in Alexandri sniam cessit. Verùm si ab efficiente materia præparatur, & in efficiente idem actus inest qui anteà fuerat: vt in candela accensa actus idem luminis per quem afficitur altera. quapropter & eadē forma, cur itē non erit idem effectus? Deinde cōtra id, ꝙ materia sit huius rei caussa, vt olim dixit Auerroës, ita oppono: quia rea [d] 1. de cęl. T. 128.

impetrauit, vt esset, à forma potissimum: ergo & q eadem sit, formæ beneficio cõsequetur: nanq. idē est quidã modus vnius, sed esse vnũ ex eodē principio pendet, ex quo pendet, q sit, ergo & esse idē: atqui tale principium est forma. Præterea contra Alexandrum. Materia variata variatur & forma; qñ semper est ex necessitate formæ: vt si gladius est, & ferrum; ppeà nisi fuerit ferrũ; neq. gladius. Igitur ab opposito forma permanente conseruabitur item materia. Non igitur formis tribuendum, quominus idem permaneat indiuiduũ. Equidē sic opinor nullũ ex his principiis idem superesse numero, ppeà quod olim interierit, idem esse nunq̃ futurum. Hoc quoq. ibidem testatus est Auicenna; licèt occasionem dederit inquirendi caussam talis differentiæ: qñquidem ipse moneret ad id, quòd cõpositũ vnum foret numero, vnã quoq. numerũ formã flagitari. Si verò forma vna sit; efficiēs vnũ esse oportere, q̃obrem ex caussis externis, ad extremũ effectuũ distinctionē pmanere statuebat: quasi verò ab vna candela plures non accenderentur: nec indiuidua per se ipsa, & intrinsecùs haberent, vnde distinguerentur: potuit sanè obseruare, si diuersa forent efficiētia: existere quoq. effectũ numero separatum, sed nõ continuò, si effectus diuersi, conficientes caussa idcirco diuersas fore posuit affirmare. Itaq. nõ dubito, quin illud discrimen ab internis initiis rei proximè nascatur, ab externis aũt remotè: quo circa sicut à caussis remotis demõstratio negãs extruitur, sic dicemus, si effectus iidē, ergo & efficiēs idē, & cõtra, si nõ idē efficiens, ergo neq. idē effectus. Et pfectò cũ duo sint initia rerũ interna materia. s. & forma, materiam primũ caput huius distinctionis esse placet, formã verò scdm. Quãuis aũt multa de hac re dici soleãt, hîc nos, ne cũcta in vnũ locũ nõ satis aptè cõferamus, pauca afferemus quib. placitũ, licèt cõplureis habeat patronos, è re nata pbetur. Etenim duo munera opposita ab eadē caussa pximè proficisci nequeunt. Sed differre & cõuenire sunt duo munera diuersa: non igitur ab eadē caussa proximè pendent. Cæterùm formæ rõ multis indiuiduè cõicatur: materia per se ipsam distat, & est incõicabilis. Ergo vniuersitas & conuenientia primò nascetur ex forma, differentia verò à materia ducet originem. Hæc sanè siue propter illum accidentium cumulum qui in oĩ supposito reperitur, vt idem non in alio sit, siue pp suam naturã quæ partibilis est, & seorsum consistēs, non cõis in caussa est, vt hoc ita sit vnum, vt aliud esse non valeat. Vt. n. contra Platonē Philosophus[a] vna ex materia vna quidem mensa sed ab vna forma pdeunt multæ. Hæc cùm sit forma subiectũ, ideòq. actio q̃ descendit à forma sit cõpositi, & efficiens cõpositum ex hac materia, tametsi forma se ipsam est vniuersalis, hanc formã facit, & hoc indiuiduum pducit, vt aliud ex ea materia pducere nequeat: veruntñ, vti dictũ est, primò differentia pendent ex subiecto, q est in potentia res efficienda: siquid ab eodem efficiente singulari plura indiuidua pcreari possint, vbi materiæ plures offerantur: nã q ex eadem materia plura indiuidua gigni queant, quoad eadem cõseruatur, haud facilè crediderim, neq. n. diuersæ speciei poterunt esse nisi fortè per accidens: q agens naturale per se vnò determinatur: est illud agentis voluntarij ex eodem subiecto conficere plura numero differentia: neq. itē eiusdem speciei, qñ ex vna potentia pximè non nisi vnicus actus erumpit. Igitur si fuerit idem lignum, & cõburendum sit, ab eodem igni semper vnicus ignis existat: & quanuis aliqua accidentium variantia videatur inesse, nihilominus ea nõ immutabit indiuidui substantiã: vtq. n. accidentia cuncta variant diuiduum, qñquidem non esset idem Socratem sedens & ambulans, sed quæ sunt extum secus, illa non immutant, quę pendent intrinsecus, siue à materia, siue à forma nascantur, afferunt indiuiduo mutata perniciem; & aliã speciem efficiunt, vel instrumenta formarum & efficientium contrariorum, vel habilitatem materiæ tollentia. quapp ea forma non pōt in tali materia conseruari, sic obsessus à frigore extinguitur ignis, & si desit humor, etiã conficitur ex se ipso, quanq̃ prior illa mutatio primò contra speciem facit, ex hac altera species secundò deperit. Sed quemadmodum natura pōt ex eadē materia facere vnum indiuiduum, quoad vna eademq. conseruatur, possit'ne eadē materia ab interitu sæpius occurrere, atq. perpetuò, hoc est, illud explicare, quod instituta quæstio ppo nit. Mihi quidem vr̃ id naturam præstare non posse, quicquid est aut superat vires naturæ, aut nõ est Peripateticum, eius euenti caussa, petitur à cõditione materię, in qua reqritur certa affectio, certaq. ptãs, vt ex illa hoc, non aliud oriatur, atqui potestas suaptè natura respicit opposita, & ne frustretur, actu p̄sente ipsam spoliari oportet: rursus in ea sunt opposita quælsecum cõmutari necesse est: ergo necesse est item subsequatur interitus; itaq. & variantia potestatis & affectionis; hæc. n. sicut anteà docuimus, actu certo nituntur qui necessariò commutatur. Attñ vt præceptoribus nostris, quantum in nob. est, gratiã, referamus, eos. s. cõciliare conemur, & ostendamus ita sentire, quemadmodũ à nob. anteà cõstitutum est. Dico igitur, Auerroëm nõ simpliciter accepisse materiã, quatenus à priuatione seiungitur, sed materiam nõ insueto noĩe vocasse totum id quod habet in seipso rationem patiendi quod ex priuatione cõstat, quæ cùm forma funderur, habet etiã certã formã, cuius auxilio sic mutetur, vt aliter mutari nõ possit: Alexandrum verò rõnem hanc aduertisse per quã materia certã habet priuationem, & certis motib. agitur; hæc verò est forma, q ab ea potestas illa indefinita determinatur in materia, sic redditur principium pximum, per quod res naturales hos, aut illos motus accipiant. Itaq. Auerroēs etiam hoc spectans rem planius elocutus cum Alexandro consensit, & à seipse non discrepauit. Iam verò q opponebatur formam non esse huic distinctioni caput; cùm eadem esse possit q affectio eadem ab eadē forma deriuetur & ab eodem efficiente; sic euertitur quoniam etsi per se ipsa forma est vna in vno efficiente, retinet tamen ad huc rõnem communicabilem, propter quã pōt informare nouas materias. cùm verò ad alias sese adiungit, ex illarum præsentia fit altera: cumq. materiæ subiecto separatę sint, & non easdem affectioneis numero, sed specie duntaxat admittunt: quapropter

[a] 1. Met.

A propter neq. vna & eadem est forma simpliciter, sed specie tantùm. Vbi item concluditur rem obtinere quòd sit, à forma: ergo etiam ꝙ eadem sit: primùm retorqueo rationē in aduersariū. Res impetrat à materia, quòd non sit: ergo & quòd non sit eadem: pariq. ratione procedet vtrunq. argumentum: nam si illo insistas ex eo variari rationem; quia non vtriq. principio, quòd idem sit indiuiduum, potest ęquè assignari: at optimè ipse defendam materiā esse primam indiuidui caussā. Verùm quia nil prodest exēplum quod non minus in controuersiam vocari pōt, q̃ id de quo dubitatur: etenim quod est eiusmodi lite priore dirempta nouam ex se gignit: dubia tamen apertis, & certis doceri debent: addo nunc in argumento vitium latêre eo, ꝙ verè illud consequeretur, si forma esset caussa simpliciter, ꝙ res esset, sed ad id, ꝙ res sit, cōuenit etiā materia: nec idem est modus eius quod est esse quod descendit à forma, atq. illius quod nascitur à materia. illud. n. est essentiæ, hoc est subsistentię; illud speciei propriū, hoc indiuidui. quamobrem, vt respiciunt esse singula hęc principia; sic etiā sunt caussæ, quòd sit eadē res: forma quidem specie, materia verò numero: at in argumento accipiebatur formā esse caussam simpliciter ꝙ res esset, & quòd item res eadem consimiliter esset: ergo ratio cōtinebat fallaciam ab eo qđ est quodāmodo ad id quod est simpliciter. Ad illud verò argumētum, quod mouit Simpliciū ad opinandū eadē elementa redire, est quòd primùm respondeamus: si vera sit ea ratio nō effici solùm, vt elementa eadē numero reuertantur; sed quidquid est caducū in vniuerso, quemadmodum indicāt ea quæ de materia

B secunda paullò ante subiecimus. Deinde quòd ipse deceptus est, dum id quod fit secūdū mentē, in natura quoq. simili via pręstari putat: nanq. hoc est secundùm mentē, quòd materia prima sit ab omni forma separata, eiq. forma superueniat, nulla habita ratione formarum præcedentiū: sed natura ipsa semper ita facit, vt hoc efficiens in hac materia cudat hanc formam: sic in ortu elementorum, velut in ortu corporum quę conflantur ex elementis. Cùm igitur neque potestas neque affectiones eodem numero sint ob eas caussas quas anteà recitauimus, efficitur, vt materia non sit eadem, nec proinde elementum, nisi specie ad summum idem. Ex eodem quoq. fonte dimanat solutio posterioris obiectionis: etenim potestas est in materia ad esse, & non esse, & cùm aliquando non sit; esse nihilominus potest: nam dico eam esse posse ad idem specie, non numero. tu proximè addis fieri posse, vt aliqua potentia frustraretur: quippe ꝙ potestas ad mundum, quem ponimus esse vnū ad numerum, nisi mundi plures sint, ea necessariò frustra erit. Ad hoc noto repugnantiam in hypothesi: nam si vnus est ad numerum mundus, in eius materia non pōt esse potestas ad nō esse: atq. vbi talis sit, neutiq̃ fieri posse, vt mundus sit vnus. Accedit etiam, quòd illud quod sequitur, absurdum est ex hypothesi, & si detur illud quod fieri nequit, id verò eo tempore degenerat in necessarium, vt aliàs te docui. Antecedens verò est, quòd vnus sit ad numerum mundus, addo etiam æternus, & in eo materia ponatur cum potesta

C te ad non esse, quæ fieri nequeunt. Neq. planè potestas in materia est ad mundum simpliciter auctore Philosopho: nam sic posset non esse mundus, sed est ad mundi partes, ita vt vna intereunte reficiatur altera, cū qua item ratio mundi retinetur. Atq. hoc nobis Peripateticè disputata sint, secus semper pro veritate dicturis.

An idem sit ab initio vsq. ad extremum id quod augetur, & ad hoc institutum Auerrois digressio declaratur. Caput XXXV.

DESCENDO nunc ad priorem illam quęstionem qua proponebatur, an idem à principio ad finem vsq. perseueraret id quod augetur. Illud autem ferè omnes pro comperto habuerunt, vbi forma cum materia diuiditur, & extendatur. ex materiæ fluxu formam quoq. necessariò collabi; quoniā verò è forma & materia indiuidua, quā signatam vocant: constat indiuiduū ipsum quoq. cum sua forma, suaq. materia mutari. Cùm igitur in incremento perspicuè materia mutetur, etiam visum est quibusdam idem non esse simpliciter indiuiduum ab ortus initijs vsq. ad extrema; sed eiusmodi, vt tantundem valeret; alijs placuit idem esse indiuiduum; tametsi partes immutantur; quia non omnes intereāt,

D sed aliquæ duntaxat; quasi sit satis, si quædam partes conseruentur ad id, vt idē sit indiuiduū, quòd in illis adhuc indiuidui ratio maneat, ac si vniuersæ dilabātur, fore vt tùm varietur indiuiduum. Etenim totum trifariam sumi consueuit, aut illud quod in omnib. suis partib. est positum, cuius si quædā pars etiam mutetur, è vestigio tollitur; itaq. dicebat Aristoteles, antequàm res fiat, esse compositum ex subiecto & priuatione; postq̃ res fieret nec oppositum remanere, nec totum, quòd eius altera pars nimirùm oppositum deperisset; est rursus totum quod ita consistit omnib. suis partib. vt nisi omnes sublatæ fuerint; adhuc totum non interijsse dicatur. vt siquis maculę cuiusdam vestigio superstite totam deletam non fuisse confirmet: est tertiò totum, quod in partium successione positum est in quo deperditis aliæ nouæ substituuntur assiduè, veluti Senatores in Republica non dicitur vniuersa; quia non omnes eius partes vnà sublatæ sunt, sed nunc vna corrumpitur, aliàs illa; & eadem Resp. perhibetur, modò ex antiquiorib. aliqui sint incolumes. Non me latet à Latinis hoc genus totius appellari secundùm formam, ad eius differentiam quod omnes partes simul, intuetur, & idcirco dicitur totum secundū materiā; & à veterib. Latinis illud totum categorematicè nuncupatum; posterius hoc syncategorematicè: nam syncategorema vocatur signum in enunciatione quod ita conuenit omnib. vt respiciat singula; veluti cùm dicimus omnem hominem esse animal; non sic, cū pronunciamus scientiam fieri ex omni genere caussarum; quia verè dicitur vniuersè scientia sumpta, & collectim hæc & illa: at non singulę fiunt ex omnib. caussis, nec distributim, & seorsū hæc & illa cōstāt ex omnib. quicquid sit de vi & vsu huiusmodi

vocum non differo nunc: sed noto solùm totius essentiam continere partes omnes; siquæ desit, iam totum dici non posse, & rationem totius immutari, nihilominus ita se applicare ad partes, vt sicuti totum non est, nisi præstò sint vniuersæ, ita nec totum fuerit interemptum; nisi omnes vsq. ad vnam sublatæ fuerint. in prima illa ratione totius forma continetur, in hac posteriore materia. Sed in eo quod respicit omnes partes coniunctim; licèt vna, aut altera pars dilabatur; quia non omnes vnà corrumpuntur, idanc totum esse creditur quasi pendeat non ex ipsis partib. sed ex earum coniunctione, propterea secundùm formam dicitur: quia non partium ratio, sed coniunctionis habeatur. Sic igitur idem & non idem aliquid esse contingit & à primis temporib. habuit hęc distinctio locum. Nam meminit Plutarchus in Thesei vita nauem, qua cum pueris ipse nauigauit, & qua rursus in patriã redijt incolumis 30. fuisse remorum; & vsq. ad Demetrij Phalerei tempora conseruatã ab Atheniensib. vetustis lignis subtractis aliisq. quotidie nouis validisq. coniectis vt posterius in disputationib. vsurpata exemplum philosophis ambiguitatis manserit aliis eandem, aliis verò minus esse affirmantib. Hoc igitur modo totum omnes remanere fatentur id quòd augetur, ab initio vsq. ad finem. Verùm quòd hoc totum nõ proximè substantiam respicit, sed partes ex quib. constat viuens, quod ad substãtiam pertinet, animaduertitur hoc genus totius esse duplex, vel quòd aliquæ partes eius quæ à constitutione fuerunt, adhuc cõseruentur, vel quòd aliæ nouæ, licèt successiuè, illis substitutæ fuerint, vt si cogitemus Remp. Romanam dum adhuc viuebant illi C Patres, quos conscripserat Romulus; & postea, cùm per longũ temporis interuallum conscripsit eos Cæsar dictator, & alios veterib. nouos arrogauit: si primi non extent; Remp. non eandem planè esse putant; sed eiusmodi, quę pristinã adæquit; siqui sint adhuc à constitutione superstites; eandem esse opinantur. Itaq. ex hac opinione non videtur aliud inquirendũ; nec certè re ipsa, proponitur aliud à philosophis in hac quæstione, ac superstes nesit aliqua pars in viuente, propter quã, essentia conseruetur eius quòd crescit; an omnes permutentur, & sit aliud indiuidũ. q tantundẽ valeat. Priorem partis problematis defendebat Alexander; idem quoq. probasse videtur Auerroës, licèt aliam viam persecutus sit, vt perueniret quo vellet: alteram complures è medicis latinis antiquiorib. nàm planè obsoleuit hoc placitum. Verùm quòd Alexandri sententia pependitur in quadam digressione 1. de Ortu; [a] & ad eius explicationem, & confutationem multa contulit illuc scriptor ille sagacissimus; pro eo etiam nos venia dignos haber, si eum locũ sedulò tractemus; eoq. maximè, quòd ex illius verbis multa dubitare contingit quæ tùm ad eiusmodi auctorũ decreta percipienda spectent, tùm ad naturã auctionis ipsius colligendam. Nos perspicuitatis ergô distribuemus eum sermonem in quattuor partes, quarum prima recitabitur Alexandri opinio caussaq. adscribetur quæ illum induxerit ad discedendum ab eo præceptore, quem omnes maximè admirantur nunq̃ satis laudant. Secunda continet Auerrois disputationem contra Alexandrum. Tertia Arabis illius opinio constituitur. Postrema secum vtriusq. sententiæ conferuntur. Quod ad primam pertinet; vnicam rationem proponit Alexander qua doceat se cogi ab Aristotele dissentire: nam dixit Aristoteles incrementum fieri merito formæ: quia id quod angetur, idem ab initio ad exitum vsq. permanere debet: quamobrem, cùm materia dissoluatur; maneat autem forma, fit auctio secundum formam; non autem secundum materiam. Sed inquit Alexander, oppositum potius accipiendum esse; quia non minus materię beneficio q̃ formæ permanet idem viuens: cùm enim forma viuentis quæ alens esse solet; generatim sit in materia, & cum materia [illegible] fundatur; pro illius fluxu ac refluxu necessariò fluit, & refluit: non igitur auctio minus fieri debet propter materiã q̃ propter formam; si vera est ratio quam ex ipsiusmet Aristotelis verbis accepimus. Ne igitur incidamus in hoc absurdum, excogitemus etiam viam quandã qua doceamus aliquid etiam materiæ superesse, cuius meritò forma eadem numero ad interitum vsq. saluetur. Huiusmodi autem materia fuerit; si ponatur humidum ab ortus initio contractum in quo anima collocetur, quòd per vniuersas partes corporis dispensatum, & adiunctum ad alimentum, ipsum in naturam partium viuentis immutat, atq. transformat; eiq. pristinam figuram beneficio formæ terminantis imponit. At quid de Aristotele dicendum, qui longè secus existimasse videtur? Certè dicemus, inquit Alexander, ipsum vulgi aurib. & iudicio voluisse inseruire, & probabilia potius in hac quæstione, q̃ vera, & certa secutum fuisse. Hæc quidem Alexander; si Arabi credimus; neq. n. tale scriptorum genus peruenit ad nostras manus. In ipsum inuehitur Auerroës, eoq. nomine principiò insimulat; quia putauerit Aristotelem 1. de Ortu probabiliter non accuratè de incrementi essentia disputasse. Et planè si ita sensit Alexander, quemadmodum adscripsit illi Auerroes: nescio equidem culpa'ne carteant, aut, ille, aut Aristoteles; hic, qui rem tanti ponderis etiam loco idoneo probabiliter, non demonstratiuè tractarit; præsertim cùm alibi nihil obseruemus, quod ab hoc ipso decreto dissentaneum sit; neq. fuerat ob difficultatẽ rei dimittendum: aut ille etiam, qui si hoc naturaliter non dialecticè tractatum sit; consilium Aristotelis ignorauerit. At mihi in primis non liquet vtrùm hæc sit Alexandri sententia, nec'ne: nam neq. id à Philopono, qui maximè obseruauit Alexandrum in ijs commẽtarijs, animaduersum est; neq. vlla extat nota apud eundem Alexandrum lib. de Mixt. [b] vbi complura edisseruit quæ pertinent ad explicandũ modum, quò fieri putat incrementum. Præterea in eo problemate quo de ipsius sententia quæstio nostra discutitur, litem finire videtur, quemadmodum 1. de Ortu fecit Aristoteles. Sed enim non fuerit Alexander, sed alius quispiam (frequenter. n. ipsius scripta, quæ venerunt ad nos quod linguarum imperitiæ datur; auctorum nomina permutant) sit quispiam alius, qui sic imprudenter ab Aristotele discesserit; & sic ita de incremento decreuerit: pugnat cum ipso Auerroes quibusdã rationib. quas dũ nob. exponit, simul etiam animi sui sensum enunciat. Primum inquit, ille, qui hæc pronuntiat, existimat

[a] T.c. 38.

[b] 1. Q. V.

A mat velle Aristotelem fieri posse incrementũ in forma seorsum à materia,cùm adscripsit auctionẽ fieri secundùm formam,& non secundùm materiam:hic tamen non est sensus verborũ Arist.quoniã forma non augetur citra materiã;neq.n.augetur forma per se,sed forma, vt quanta,quæ sanè extra partes,& materiã cogitari,nedũ esse,nequit. At si quando dixit Arist.auctionẽ fieri secundùm formam;id ea de caussa factum est:quoniam id quod augetur,idem perseuerat ab initio vsq.ad finem : atq.idem non manet per materiam,sed per formam. Præterea si non formæ,sed materiæ subueretur; fieri non posset, quin auctio foret penetratio corporum,aut saltem appositio : non negatur idcirco, quin ad efficiendum incrementũ opera item materiæ requiratur. Adde quòd, vt ipse vult,inquit Alexander,alimentum permisceri cùm humido per membra disperso:sed si ita auctio ministretur; fit per humorem : nàm, sicut infra declarabimus;humida sola sunt obnoxia mixtioni : at verò humoris essentia non constituitur ex quantitate veluti principio; ea verò est incrementi subiectum : non igitur fit per humorem, neque per admixtionem. Atque hæc quidem opponit Auerroës. Verumenimuero siquis probè experiatur quantum possint rationes Auerrois in hanc sententiam; vereor profectò, ne ob eas ipsas ab Alexandro sit discessurus: nanque videtur in eo pugnare cum Alexandro, quòd opinionem quandam commentitiam affixerit Aristoteli. Sed quæ'nam sit ista opinio vera, certatur adhuc; nec certè quicquam constitutum habetur. Insuper cùm dicitur fore, vt auctio sit penetratio corporum;si meritò materiæ B fiat, ita dicet auctor ille fieri incrementum propter materiam eo planè modò quo ipsam fieri putat Auerroes: & quod solùm ponitur humor infixus & permanens, vt eadem forma conseruari possit quæ certè,si vniuersa materia diffluat;cum ipsa quoq. necessariò collabetur. Postremò etiam si prima ratio mixtionis humiditas esse ponatur : at non idcirco dicitur humorem hunc esse omnis quantitatis exortem. Sed spectemus nunc Auerrois ipsius sententiã. Ipse quoq.longè alia se professurum pollicetur:id verò est & auctionem fieri propter materiam; quia misceatur cibus, aut apponatur partib. humidi ab ortu contracti,quòd rudiores medici radicale vocant;quia sit vitæ radix & fundamentum qđ per membra dispersum est : sed ꝙ auctio respicit quantitatẽ,quatenus habet formam. Quòd verò ita dicendum sit;concludere se posse putat ex eo,quòd acceptum est inter ea quę sensus communis adscribit incremento. I.e.quod augetur,idem ab initijs ad exitum vsq.conseruari:sed non permanet idem propter materiam quæ diffluit;sed propter formam,quę semper est eadem : probabile est.n.vt si quod augetur idem permanere debeat;illius caussà crescat quod permaneat idem : sed cùm stet totum; partes dissipentur;hæ pertineant ad materiã; illud per formam consistat;igitur auctionem formæ tribuemus,non autem materiæ. Quantùm verò Auerrois expositio præstet alteri illi quàm tribuit Alexãdro; & quod'nam discrimen inter vtrunq.ponendum sit;ex his etiam persuadet Auerroes;propterea q. Ale- C xander pro eo quod est interpretari dogma Aristotelis, & soluere quæstionem, ipsam cum alia commutat:nam ꝙ auctionem fieri dicit per admixtionem cibi cum humore natiuo; superest adhuc ab illo quærendum,quemadmodum id fieri possit:quandò auctio secum affert quantitatem : humor autem, quatenus huiusmodi,segregatur à quantitate:nihil igitur illi cum auctione. Et planè vitiũ est maximũ, ad explicationem quæstionis cuiusdam,alteram quæstionem assumere quę fortasse nõ sit minus obscura; est.n.species quædam non probandi propositum,si argumentemur ex ignotis per seipsam solui con fuerint,sed spuria solutione,quæ est ad tempus. [a] Præterea quid erit dicendum de partib.solidis:nam, si auctio sit per humorem:partes igitur quæ nullum continent,vt ossa; non potuerunt augeri quæ tamen augentur;& nisi ita faciant;neq.organa item crescant. At nos,inquit ipse, caussam reddere possumus horum omnium;si dicamus illius humoris innati beneficio non fieri incrementum; sed facultatis alentis,quę rarefacit partes,& reserans poros inseruit alimẽto; mox in substantiã rei nutriẽdę transformat;& plus apponit q̃ fuerit à calore interno exhaustum. Quapropter ita fiet incrementum secundùm formam,quia fiet à forma. Sed eius pace dictum sit. Ipse ipse quæstionem commutat;quia,dum vestigat primum subiectũ eius quòd augetur,id est,id secundùm quòd fit auctio; respondet afferendo caussam efficientem. Præterea quæ ab Alexandro dicta sunt,non repugnant huic caussę:neq.negabit Ale- D xander in incrementi officio desiderari animæ præsentiam: sed non id quæritur nunc: verùm illud cui tanq̃ primo subiecto,& rationi proximæ tribuẽda sit auctio. Quin etiam remanet salua, & integra illa dubitatio, quo pacto.s.eadem forma ab initio ad finem vsq. conseruetur partib. materiæ collabentib. D.Thomas,& ex ipso [b] Pomponatius hoc in illa digressione voluere nos monitos, quod in eo quoque cum Alexandro consensit Auerroës quod pertinet ad humorem illum natiuum,qui per omnia membra distribuitur,quòd item legimus apud eundem auctorem [c] sed quòd reprehenditur Alexãder;quia nesciuerit ex Aristotele docere, quemadmodum fiat incremẽtũ,& Philosophi dicta tueri quæ sunt,auctionẽ fieri secundùm formam,& idem remanere quod augetur, ab initio vsq. ad finem,quos sic conseruantur;quia fiat secundùm formam,& à forma:non autem secundùm humorem & ab humore. Quamobrem sic eorum sententia quæstionem diluet Auerroës, quia talis sit sensus verborum Arist.vt primùm de caussa efficiente disserat : deinde statuet eandẽ esse formã viuentis ab initio vsq. ad exitum illius humoris beneficio qui ab ortu contractus est. At verò & hi mihi videntur omittere rationẽ formalẽ per quàm viuens augetur,& id velle ab Arist.inquiri,quòd etsi ita est,vt ipsi fuerunt,non omnino mihi probatur hoc loco tractari; neq.affertur ab Arist.in explicatu propositæ quæstionis,nec dubitationem pellit;quia dubium est an'ne aliquid materiæ ab ortu ad interitũ sit superstes. Placet quidẽ totum originem incrementi ab his principijs arcescere;sed quòd in caussam efficientem præsens quæstio resoluatur; haud placet.

[a] 8.Top. 1.Phys.

[b] 2 sent.d. 30. Q.2.

[c] Parap. 1. de Gen.

Quemadmodum

Quemadmodum forma viuentis beneficio caloris & humoris innati conseruetur. Cap. XXXVI. E

PVTAVIT igitur Auerroë referente Alexander, nec in eo dissensit ab Alexandro Auerroës, superesse partem quandã materiæ in qua primùm existeret, & se tueretur forma viuentis, quæ quidem variari nõ posset, & indiuiduum eius ope idem permanere: illam verò existimant philosophi esse humorem innatũ qui in semine cõprehensus est: hunc.n.permanere, eandem substantiã retinentem, atq. alterari tantisper: totum nullo pacto diffluere, vbi verò vsquequaque exhaustum fuerit, cum illo quoq. animã exhalare, & perire funditùs indiuiduum. Magnum certè negocium est aliquid de hoc humore decernere: ideoq., nequid temere ponamus, libet hoc loco de ipso disputare, de quo item plura cum à philosophis, tum item à medicis eruditissimè disputari consuerunt. Primùm an idem ab initiis vsq. ad extrema conseruari possit, quemadmodum existimasse fertur Alexander. Deinde, si collabatur, possit'ne aliqua via reparari, atq. restitui: quando non desunt qui ipsum penitus exhauriri putent, sed refici à natura, ꝙ alteri dilapso substituat similem, & alij multò meliorem posse reddi opinant, quàm olim fuisset. Nam ꝙ non maneat humor iste, vt censuit Alexander; approbant quidã argumentis efficacissimis è quibus etiã colligunt neq. item merito illius humoris idem esse posse id quod augetur, ab initio vsque ad finem. Primùm, quia videmus in embryi formatione, [a] velut etiã semen in arboribus fœtum vix esse sensilem: vnde narrabat Auicenna mulieres embrya coniicere solere in frigidã, vt aliquid distinctum perspiciant. Non igitur credibile est rem tam exiguã dispensari per oĩa membra, præsertim quę tantopere crescant: multoq. magis admirandum est de tantulo grano fici surgere arborem tantæ altitudinis. Superat item admirationem id quod spectatur in plantis quæ per asplantationẽ perpetuæ propemodum fiunt: nam si pars abscissa retinet aliquid primi illius humoris; profectò quod ab initio contractum est, infinitum fuerit oportet; illud oĩum absurdissimum, si ab infinito tempore species illa fuerit propagata: nihilominus certæ immò cuiusdam modicę magnitudinis esse apparebat. Præterea vix mente capi põt tam paruam materiæ molem quæ.s.ab ortus initio cõprehensa est in genitura, fixã & immobilem ad interitum vsq. perdurare, & illam tantã diffluere quę ex humore qui inerat in alimento, contracta fuerit, eoq. maximè ꝙ ea quæ hauritur è nutrimento, sit recentior, humidior, & minus defatigata; quippe quæ nihil, aut parum agens vires suas non insumat, sed ad id instituta sit, vt afficiatur ab alio solùm. Contra se habet humor ille qui ab ortus initio fuit conceptus. Adde etiã, ꝙ nutritio fit ex similibus, ergo necesse est sint eiusdem rationis humor accedens, & ille qui præcedebat. Absurdum igitur est tam paruam molem sustinere tãtum oneris, quantum ex humore qui per alimentum cõparatur, accedere perspicuum est. quinimmo si hic quem affert alimentum qui maior est, dissoluitur, multò magis alter ille minor exhaurietur & dissipabitur. Põt etiam concludi propositum à natura caloris, qui assiduè vescitur humore, ipsumq. sine intermissione consumit: at si partem affligit, cur non & totum? quòd aũt conficiat ipsum satis apparet ex eo, ꝙ interit animal secundùm naturam, vbi humor ille sit oĩno exhaustus, atq. exuctus. Postremò permanet aliquandiu vita sine extrinseci alimenti sumptione: non potest verò calidum non vesci humido: propterea cogetur aliquando humore illo interno depasci: quare non immobilis vtiq. perseuerat: quin potius calor quo vita consistit, cùm humido ipso labascit assiduè. [b] Nullo igitur pacto neq. materia eadem, neq. forma remanebit, & dissoluetur igitur, & cum ipsa indiuiduum. Verùm esto ꝙ dissoluatur, inquiunt nonnulli: at põt restaurari & refici: Id verò confirmatur auctoritate Arist. [c] & oĩum sapientũ qui tametsi de hac ipsa re controuersantur inter se; nihilominus vno cõsensu testant̃ eandẽ esse materiã nutritionis quæ fuerit ortus. Ad hæc quidã inter quos Iacobus Forliuiensis nõ ignobilis ætatis suæ philosophus & medicus, aiebant renouari quidẽ humorem natiuum; non tamen, ꝙ innouaretur eius substantia; verùm functiones, immò etiam redderentur meliores, quia processu s.ætatis & temporis, humor ille talis euaderet, eius beneficio meliora naturę officia sequerentur: reddi verò tamen non ex substantia, sed ex qualitate; hoc est, si calidum innatũ in quodam gradu statuamus, vtputa sexto, & in præfinito humore, vt si consimilis ei fuerit: nam vescitur humore semper: ideò fit humida illa materies, vt quinq., & exacuitur calor: atqui efficitur, vt, si calor acrior fuerit, & humidũ remissius; multò meliores functiones edi valeant: neque id à decretis Arist. abhorret qui meliores sensus ætate prouecta, & mentẽ firmiorẽ ætatis processu fieri cõfirmarit, quia spirituũ alimentiq. motiones adeò turbulentæ nõ sint. At quid ad illud, obsecro, dicẽt. Cùm hoc humidum tale effici fateantur per mutationẽ; per eam verò qualitas nonmodò corrigatur, sed ẽt substantia reparetur? Ob eam igitur caussam concludendum foret humoris innati substantiam nutrimento refici, quod itẽ à medicorum institutis non abhorret, & id diuersis experientiis ab ipsis approbatur, cùm pueri leprosi qui restituitur pristinæ sanitati, tum etiã tabescentis qui euasit incolumis. Veruntamen hæc mihi scrupulum non mediocrẽ iniiciunt: quia si tandiu viuitur, quãdiu conseruatur hic humor, atq. hic idem restitui potest; nunq̃ vita cessabit. Noui etiam medicos opponere hoc loco partes solidiores, quas spermaticas vocant; easq. testari nõ posse refici, ꝙ humore illo spermatico quo ab ortu constitutæ sunt, extra vterũ careant, sed cùm Peripatetici caussam huius euenti aliã assignent, ꝙ opera caloris, quæ extra vterum est, non est ita efficax, quo in vtero esse solet, opinor, propter duritiem partiũ quæ accedit, postq̃ fœtus in lucem prodit, libenter medicorum ratione non vtar. Preterea constat igenitum calorem ab Arist. vino diluto cõparari, quod ab initio quidem, cùm robustius sit, conuertit aquã in suiipsius substantiã, post affligit̃ & euanescit: idq. optimo iure, quandoquidem oĩs mutatio proficiscitur à contrariis, & oẽ agens quod in materia cum patiente, inter agendum quoq. afficitur:

[a] 2. sent.

[b] 2. Met.

[c] 2. de ort. anim.

F G H

A nunquam tamen, nisi in extremo vitæ exhaustum esse concedimus. Nutritionem verò ex simili fieri, & nos eisdem ali ex quibus ab initio constituti sumus. Hic ego duplex alimentum, & duplicem constitutionem esse moneo: nanq. est prima quidem constitutio, cùm primùm anima comprehenditur in semine, quæ existit ex eo primo, quod vitæ capax esse potest: altera constitutio viuentis est, quousque perfectum est, & ad debitam magnitudinem perductum, aut ad eum terminum, quo ipsum promouere potest efficiens, vt homo, quousque facit hominem: illa quidem prima constitutio fit ex internis principiis solùm; requirit altera aliquid extrinsecùs accedens. Nec non alimentum externum est, vel internum, vt quo primo pulli in ouo nutriuntur. Nunc, quod attinet ad primam illam constitutionem, aut eius est nutritio nulla; quippe quod seipso contentum sit id quod ab initio constitutum est, aut quod verius puto, id ex quo constitutum est, est ipsius proprium alimentum, quod tandiu manet, quoad vita conseruatur. in secunda constitutione desideratur externum, ideoq. & alimentum externum est, idcirco etiam cum salute dilabitur, & tale refici potest, quale est illud ex quo constitutum est, si liceat ipsi experiri debitas vires illius primi caloris qui est animæ fundamentum: nihil.n. obstat, quin aliud externũ reperiri possit, quod habeat eandem potestatem. Generatim igitur ex eisdem constamus, & alimur. Sed quòd idem sit quod accedit, cum eo quod primùm comprehensum fuit, id planè inficior. At non sustinebit tantum oneris, quantum est alimenti,
B quod superuenit. & id tibi do: proptereà dico fieri prauam assimilationem in ægrotis, in iis quos medici, vel neutros, vel insalubres appellant, & in senibus inde carnes producuntur quæ non simpliciter eiusmodi sint, sed aut melancholicę, aut phlegmaticæ: & idem quoque euenire fateor, vbi prauos & corruptos cibos adhibeamus. [a] Et humore vescitur assiduè calor: ideò minuitur, & extinguitur ad extremum, sed in eius primi consumptione tempus aliquod flagitatur, quod est vita ipsa: illud quod est in partibus quæ superueniunt, variatur; at ex eo vita non pendet: est enim materia non sanè generationis, in qua anima ipsa primò consistit, sed incrementi, quæ pars essentiæ non est, sed posterior essentia: duplex enim est ratio partium materiæ. quandò sunt quædam toto priores, sine quibus corruit totum & essentiæ rationem mutat, vt carina, & prora: sunt alię toto posteriores, quibus variatis etiam totius ratio conseruatur, vt hi, vel illi asseres & claui: & planum & circunferentia sunt circulo priores, semicirculus est posterior; cùm sit aliquid circuli. Sed quid immoror in exemplis, quorum turba me certè fatigat? Ita igitur partes corporis nostri se habent: nam quæ primum est animæ subiectum toto prior est, nec sine illa viuens, aut esse, aut cogitari potest: quæ per incrementum suppeditant, posteriores sunt, & sine illis viuens & anima possunt & concipi & existere; licèt non vsquequaq. perfecta sint, sed & illa prima temporis tractu tabescit, vltimò interit. Itaq. vita est prima
C participatio calidi in humido, eiusdemq. mansio ætas, & hoc primum existit, & vltimũ interit: vnde in iis qui anguntur à fame, membra exteriora prius exiccantur, deinceps ea quæ cordi propinquiora sunt: vbi contabuit id quod est in corde, protinus deperit animal. Experientia quoq. pueri leprosi, & tabidi qui conualuerunt, non indicant mutationem quæ ad illud humidum pertineat, quod facimus primum formæ subiectum, sed ad alterum illud quod aduentitium, & externum, & incrementi subiectum ponimus. At video te insistere, & locum multò salebrosiorem notare, quàm ille sit quem aduersarij defendunt: quippe quòd si in minimo collocatur hæc forma, & in materia quam dicimus esse ortus, non auctionis: anima igitur alens non poterit diuidi cum subiecto: quamobrem caro, ossa, & nerui non erunt animata. sic nutritio non erit substantiæ generatio, quæ omnia cùm sint præter opinionem, faciunt item, vt hæc positio fallax existimari debeat. Postulat hæc disputatio profectò disputationem illam qua vestigatur, sit'ne anima tota in toto, & tota in qualibet parte, sed cùm alterius loci temporisq. sit; inde tantum delibabimus, quantum satis erit ad aperiendam hypothesin nostram. Meminisse ergo oportet eius distinctionis, quòd è viuentibus quædam perfecta sunt, alia imperfecta, vt suprà diximus. In perfectis anima (nam de hac est controuersia, quanquam in singulis segmentis eadem est animæ ratio in insectis & perfectis: semper enim se habet vt primum quoddam
D à reliquis partibus subiecto separatum) continetur in ea parte quæ primo viuit, & ad cęteras per spiritus, vel coniunctionem (siquidem omnes aliæ partes adnatæ sint ad eam primam) suas vires transfundit, vt calorem; nec sanè quòd extendatur, sed sine sui præsentia distribuit sua munera singulis. Etenim ea vis est caloris, vt extra se eminus emittat speciem suam. itaq. dicitur in illis esse animam, & eas partes habere animam & viuere; non quia singulis eius præsentia præstò sit, sed virtus cui ministret appetitus partium naturalis. Ergo non est idem formæ genus anima, atque forma terræ, vel aquæ: hęc enim æquè partibus ac toti communicatur: proinde pars toti est cognominis, & aquę pars est item aqua: hæc totius est solum, non partium singularum: vnde item partes non habent eandem appellationem, ac rationem cum toto, nec partes animalis habent animam, quia tamen subsistunt per animam, quòd pendent ex illo primo in quo residet anima; habetur optimo iure anima illarum forma, vt nulla sit alia forma præter animam, vnde hauriant essentiam, tamen anima ipsa primùm est forma totius: etenim illis anima frui contingit, quatenus in toto sunt: eo fit, vt à toto separatæ etiam rationem propriam, & nomen amittant. Igitur etsi non potiuntur animæ præsentia, sed eius virtute participant, illius primæ beneficio cui sunt adnexæ, & animatæ sunt, & viuunt, & substantiæ perhibentur: sic verè gignuntur, earumque nutritio, & incrementum ortus quidem est, non alteratio. Ea prima pars continet calorem & humorem natiuum qui est subiectum, & pabulum eius; hic est instrumentum stellarum & spiritus, in quo vis est aiendi & vegetandi, & facultas accipiendi rerum

[a] Probl.

formas sine materia: hic primus aduenit, & vltimus abit, ac quo lentior, eo quoque contumacior. E
Hinc factum esse putabimus, vt hæc virtus habeatur ἄυλος, & sine materia cum se non applicet ad singulas partes, sed vbi pars idonea præstò sit; adsit gubernandi facultas, vbi recesserit, & virtus inde ..., nec quicquam de illius substantia, vel accessione partium amplificetur, vel recessu minuatur; veluti quidam Sol qui si præsens perspicuum fuerit, illustrat; si minus, illustrandi officium vacat; nihilominus de illa luce primogenia, nec quicquam ex præsentia perspicui crescit, nec ex eiusdem absentia deteritur, sine vlla suspicione migrationis, quam video veritos esse nonnullos; quandò hanc, vel illam partem, nunc informat & animat; mox deserit & necat: nam virtus sola diffunditur: esset autem sine dubio migratio, si sua presentia singulis partibus adesset. Cùm dictis mirificè conuenit exemplum Aristotelicum ab vtre desumptum, qui manet idem, modò plus, aliàs aquæ minus accipiens, & nunc contrahitur, post amplificabitur, & porrigetur, vt videas ... nam eandemq. formam secundùm substantiam permanere, & plus minusue materiæ sine vllo detrimento capere. Quòd igitur animæ substantia non concutitur ex ea partium mutatione quę contingit in incremento; efficitur, vt idem sit, quod augetur, nec per aliquam formam quæ respiciat omnes partes simul, & in earum partium coniunctione sit posita, nec quia materia substituatur quę tantundem valeat; quoniam etsi succedunt, in eis anima non collocatur: nec ab aliis essentia pendet: sunt enim toto posteriores, vt suprà diximus. F

Vt id quod augetur, ex qualibet parte fiat maius, & quod partium genus alij posuerint.
Cap. XXXVIII.

OSTENSVM hactenus est, quemadmodum id quod viuit, ab initio ad finem vsq. eandem retineat formam, quòd ortus materia simul etiam conseruetur; ea solùm diffluat quæ est post genita, & animato illi primò superuenit: itaq. illius effluxus nihil attinet ad formæ perniciem: tamen ea non est caussa propter quam auctio dicitur fieri secundùm formam; nec illa est prima ratio per quam animanti tribuitur augeri, vt planè monstrant verba Aristotelis. Ideoq. & hæc nobis explicanda est; si viam discere velimus, & modū quibus fit incrementum. Id verò intelligetur, vbi nouerit, quomodo quælibet pars eius quod augetur, fiat maior: hoc verò, quemadmodū ex sensu communi desumptum est, ita apud eruditos præsefert difficultatem non spernendam. propterea res hęc diligentius inquiretur: sic verò tractabitur, vt primùm statuatur, quæ'nam pars accipienda sit à nobis, deinde qua rōne fiat incrementum secundùm quodlibet signum. Quia verò sunt in hoc loco aliorum sententię perpendendæ, vt nobis aditum referent ad inueniendam veritatem; eæ verò propè omnes rem conficiunt ex G
modo quo in viuentis corpore nutritio ministratur: quanquam res ipsa per se commentarium totum postulat; breuibus tamen vniuersa re exposita, hinc solutionis exordium capiemus: enitemur autem illa hunc transferre; quæ tametsi non ab omnibus approbata, tamen Aristoteli placuisse intelligemus. In primis igitur in corde in animantibus, aut tali principio quod ipsi pro portione respondeat, alimentum dispensatur: hoc huiusmodi est, vt actu humidum sit, quod facilè & propemodum in infinitas particulas differetur, vt per quoscunque, vel exiles meatus transuehi queat, & cum siccioribus multo negocio coire: idem quoque potestate terreum, nec exhalet, sed caussa constantiæ caloris ope concrescat: nisi tale fuerit; nutrire non est idoneum: præstat autem velut efficiens hæc omnia calor, non igneus ille qui comburit, & nescit in agēdo modum tenere, sed ille vitalis quod est animæ præsidium, & firmamentum per quattuor officia: coctionem qua probè temperantur alimenti partes, vt tales euadant, quales anteà significauimus: tractionem, talis enim est vis calidi humidi: [a] retentionem, quæ ex eadem petra scaturit, vnde tractio: etenim retentio finis est tractionis: ab eisdem verò principiis & finis præstatur, & ea quæ sunt instituta ad finem: nec aliter, atque locus naturalis trahat, & moueat, idemq. apud se conseruet: & extremam assimilationem, vt certam sortitæ temperiem, qualesq. factę, quales sunt partes nostri corporis; animæ dicto perbellè audiant, & adherentes animatæ reddantur. H
Verùm quòd humor etiam magna pars est constitutionis animantium; eo verò vescitur assiduè calor; ex hoc fit, vt partes exhauriantur, & terra quæ dominatur in ipso, transeat in halitum: proinde pori creantur, per quos exhalant insensili perspiratu corpuscula cæca, atque ita patent nonnunquam, vt præbeant exitum perspicuum corporibus quæ visui se non celant, vt sunt sudores, & præcipuè si sanguinei fuerint. Ob hanc operam caloris, & confectionem partium animantis alimento opus est, & est, vbi recipiatur. Quoniam verò didicimus alimentum ab eo quo viuens augetur, non, nisi quantitatis ratione discrepare, propterea si cogitemus alimenti plus accedere partibus, quàm a calore consumptum fuerit, auctionem eo tempore fieri cognoscemus. Sed quemadmodum singulis partibus accessio fieri valeat, & quæ'nam partes istæ sint quibus accessio fiat, sequitur, vt proximè doceamus. Quod ad primum spectat; audiuimus anteà singulas partes meatibus quibusdam esse interceptas, & quasi distinctas: quasi verò hæc orificia venarum tenuissima quibus excipitur alimentum, & per halitum, seu vaporem partibus solidis expirando communicatur, & quanuis actu calidū, quia potest esse frigidum, vbi ad extrema illa orificia peruenerit, in humorem cogitur, quem medici rorem vocant, deinde concrescens, efficitur, vt inquiunt ipsi, cambium; postmodùm, quādo instat copulatio; id quod ipsi vocant gluten. Quamobrem non est, quòd aut inane, aut penetrationem corperū quisquam vereatur; eo quòd meatus isti pleni sunt, aut illo spiritu qui exhalat, aut humore, aut nouo

[a] 2. de ge.

A alimento qui in exhalantis locum succedit: sunt item ipsi pro ratione materiæ variabiles, vt nos alibi separatim docuimus (quicquid Philoponus iudicet) Aristotele & Galeno auctoribus, quanquam neque magna admodùm concertatio de hac re, aut inter medicos extat, aut philosophos; sed hoc ipsũ maximè litigatur, quemadmodũ fiat appositio cuilibet parti. Primùm, quia sunt in corpore viuentis quædam partes duræ, vt ossa quæ nulla ratione penetrare posse videtur alimentũ; sed forinsecùs adhęrere, quia nullæ sunt cauitates in quibus recipi queat: itaq. nec singulis eorum partibus, nec aliunde alimentum, nisi extrinsecùs apponetur. Ex hoc effectum est, vt non eadem pleriq. philosophi de partibus istis iudicarent: ac nonnulli distinguerent corporis nostri partes in materiales & formales, in eũ sanè sensum voces has accipientes, quòd illę formales haberentur quæ poris scaterent, materiales aũt solidæ & plenæ, & putarent auctionem verè effici, vbi partes essent porosæ, solidas auctionis esse expertes, conuenire aũt illis appositionem quæ non secus fieret, ac si terra terræ apponatur: nam porosæ suscipiunt intra se alimentũ, ideoq. verè, & propriè nutriuntur, & augentur: illud etiã complectitur inanima, sed de viuentium partibus agamus: hę quas porosas esse nouimus, per se quidem crescunt; illæ ex appositione fiunt sanè maiores. itaq. crescunt ex. euento nam solidis porosæ finiuntur, vnde etiam præbent illis partem alimenti quod acceperunt. Alij quoq, eisdem vocibus ad aliam rem significandã vsi sunt: quandò formales, organicas esse crediderunt; materiales verò vniformes, ea ratione cõmoti

B quam Aristotelis afferebat: propterea quòd anima & forma lõgè magis eluceret in difformibus & organicis, q̃ in vniformibus atque arbitrati sunt auctionem fieri per partes organicas, ad vniformes autẽ non attinere, sic verè manus & pedes augeri; carnes & ossa nequaquam. & cùm ea conditio sit eorum quæ verè augentur, eadem in toto cursu vitæ conseruari; permaneant verò organa suam dispositionẽ, figuramq. retinentia, partes aũt quas Theodorus similares appellauit, sine intermissione conficiantur à calore natiuo, & caussa substantiæ varientur; verè augeri volunt difformes, negant consimiles, & vniformes. Quamobrem occurrunt isti propositæ quæstioni ad limen, nec eam prodire patiuntur: negant.n. partes vniformes augeri. quare non existit controuersia, quomodo partes solidę augeãtur. Eadem quoque partium distinctione, sed in longè alium sensum D. Thomas auctoritate Alexandri se vti profitetur: nam spectat geminos illos humores seminalem.f.& eum quem nutricium vocat, illum sicuti formam esse testatur, quia permanet; hunc obtinere vicem materiæ, quia dissipatur. Cùm igitur auctio fiat secundũ n formam, & id augeri dicatur quod permanet; fit, vt ille vult, per humorem illum seminalem; alter humor nutritius; cùm dilabatur, auctioni non erit obnoxius. Quocirca cum difficultas instet, quomodo partes solidæ crescant, cùm alimentum non excipiant; ita videtur ex dicto D. Thomæ tolli posse: eam nisi falsa hypothesi, quòd auctio fiat per humorem alimentitium;

C cùm fiat per seminalem qui æquè in vniuersis partibus Auerroës continetur. Auerroës autem partes formales sensiles interpretatus, idest, minima quibus vniformium ratio consistere & conseruari põt, singulis, quæcunq. illę forent, poros assignauit, itaq. oĩbus per poros adiectionem fieri posse censuit, & idcirco omnes auctioni subiectas esse iudicauit. tametsi mirum videri potuit medicis, quorum iudicium sensu potissimè vtitur, qui raras admodùm venas, & exiles per ossa ferri perspiciunt, quòd ossa per alimentum intra se susceptum auctioni obnoxiæ redderentur. Proinde etiam atque etiam considerandum est.

Aliorum sententiis refutatis exponitur quid placeat nobis de eo, quòd auctio fiat secundùm formam. Cap. XXXIX.

HAS, aut parùm ab his dissimiles accepimus antiquorum interpretum rationes, quibus illam cõmunem crementi notionem, ꝙ auctio nimirùm fiat secundùm quodlibet signum, defendere conarentur. Attamen, vt mea sñia fert, omnes aberrant à vero; id autem perspicuum fiet, si singulas pro virili nostra redarguamus. Nam quod ad priorem illam pertinet qua statuebatur partes porosas propriè

D crescere, & illarum caussa solidas: repugnat ea profectò his quæ scribit Aristoteles: etenim cùm distribueret partes in eas quæ sunt secundùm materiam, & quæ sunt secundùm formam, vt ipsi censent, nonmodò complexus est illas quæ poros haberent, sed eas etiam quæ nullas haberent cauitates; easq. omnes in formam & materiam secari voluit: nam pro exemplo afferebat in medio carnes & ossa: siqua verò è partibus corporis abhorret à poris, os ipsum est; nec carnis, aut ossis partem quandam quæ forent quanta, constituit formam, reliquam materiam sed materiã & formam ex officio distinxit quod erat, functionibus perspicuis, vel obscuris esse præditum, vt optimè cernas formã & materiam à partium quantarũ natura non fuisse desumptas. Quod item confirmatur ex his quæ proximè adscripsit Arist. ipse persuasurus modũ quo fit incrementum vtris exẽplo, è quo certè nil suspicionis elicitur qua partes in porosas & solidas partiri credamus, multoq. minus, ꝙ porosæ crescant, eo ꝙ præcipuè, quia potius permanent solidæ, q̃ porosæ: quocirca solidę magis augeri debuissent: id.n. maximè crescit quod permanet; solidæ permanent, porosæ variantur & diffluunt. Mitto etiam, ꝙ si porosæ quæ spiritu plenæ sunt, augentur, alimentum erit tantundem, atq. spiritus ille qui migrat è poris. Nulla igitur auctio, sed tantum, quantus fuerat anteà porus, aut solidas et crescere oportebit. Multò etiam magis ij peccant, qui partes organicas augeri per se putant; vniformes autem per accidens: quandò & ipsi manifestè oppugnant Arist. ita dicentem augeri primùm vniformes; per has verò difformes, quæ sunt organa ipsa; nisi dixerint augeri vniformes per aliud, quia gratia difformium crescant. At nos hîc non

r̃onem quærimus auctionis, sed subiectū primum, hoc est, primā partem cui fit accessio nutrimenti, de qua primò prædicamus augeri, & rõnem primam per quam augetur, quatenus hūi, & subiectum facimus partes vniformes, & rõnem primam incrementi formam. Præterea distinctio partium secundùm formam & materiā vtriq. partium generi, cum vniformiū, tum difformium cōmunis est: tantū abest, vt forma organorum, materia verò vniformium propria sit: sese planè prodit magis in difformibus latet verò in vniformibus ipsa forma. Quapropter id quo primo posita est anima, & vita, est vniforme propter substantiam. Eidem quoq. periculo exponitur D. Thomæ distinctio: siquidem humor, siue spermaticus, seu nutritius sit, è duplici illo principio constat, & habet aliquid quod formæ respondet, vt calorē, & aliud quod partes materiæ sustinet, quo calor natiuus innititur. Præterquàm q̃ manifestè meminit Arist. de partibus difformibus & vniformibus & ad eas, non ad humores, vt censuit D. Thomas, illā distinctionem accōmodauit. Auerrois aūt sñia non iniuria suspecta esse debet: nam si ex eo loco partiū distinctionē sumpsit, vbi Arist. iussit, vt formæ, non materiæ rõnem haberemus, est quòd illi inconstantiā possimus obiicere: proptereaq; ibi doceat Arist. auctionem respicere formā, non materiā. quòd hæc varietur; illa permaneat. Si igitur forma apud Auerroëm sunt partes istæ sensiles: has quoq. remanere oportebit: atqui ipse antè constituerat solùm humidū seminale superesse. Præterea, quia nihil obstat minimo diuidi in materiā & formam: quādò caro per se in eas partes dissecetur, siue igitur minima sit, seu maior; nihil ad illā partitionem. Postremò eodem modo variatur minimum sensile, sicut materia per se quidē, si fuerit vniforme; per accidens autem, si difforme: in vtroque. n. partium genere minimum esse contingit.[a] Quamobrem alia via videtur ad exitum huius quæstionis adspirandum. In ea verò duo declaranda succurrunt; primum, quemadmodum partes omnes accessionem alimenti participent, deinde quo pacto maiores euadāt. Equidem nihil appositum legi magis, q̃ id quod ab Alexandro scriptum[b] est. Et quod ad primum pertinet, sic habeto; non ita fieri incrementum, q̃ aliquid accedat partibus quæ spectentur, vt materia; hoc est, quatenus oĩ ratione formæ seclusa sunt subiectæ diuisioni quæ conuenit eis, quà continuæ sunt: ita vt cuilibet parti quæ materiæ caussa pōt per se subsistere, quippiā accedat: nam sic opus esset, vt vniuersum nutrimentum per vniuersum corpus viuentis itidē penetraret, id quod necessarium non est: neque itē fieri pōt, quia materia propter distantiā magnitudinē vndecunque non admittit: verùm beneficio formæ, quæ cum per se distantia careat; accessione nouæ materiæ fiat vsquequaq. maior; cùm sit in pluri materia: neque item sic fieri, q̃ accedat quidpiam singulis minimis, seu primis sensilibus: nanq. oporteret meatus per quos fertur alimentū, quacunq. pertinere; apparet aūt quidam eorum terminus, vt venæ & arteriæ, & magis hoc perspicuū est in partibus solidioribus ossibus & ligamentis, sed vndecunq. consimilis accedat particula; totum illud quod præcedebat cum parte adiecta factum est maius: quo etiā dicebat Auerroës addito cyatho vini cado maius vndecunq. factū est vinum, neque tamen vndecunq. facta est appositio. Deinde aduerte in incremento seruari figuram partiū organicarum quæ sibi ad animæ officia perfungenda debetur: hoc autem fieri, q̃ partes à calore pellantur; probabile verò est, eas primò pelli quæ sunt superiores, hoc est, ad fontē caloris & vitæ; has aūt pulsas subsequentes superficiē versus obtrudere; nec certè secus atq. cernamus in vnguibus & pilis, vbi quædā nota fuerit inusta: siquidem in anteriorē partem semper cōtendit, & discedit à radicibus eousq. procedens, dū pro portione figura partis organicæ porrigatur; est aūt vbi finitur potentia caloris innati. Idcirco etiam figura crescit, sed per accidens, & ex consecutione. Eūdem quoq. materiæ processum nouimus ab Arist. obseruatum, dum exponeret,[c] quemadmodū tota terra esset rotunda: partem. n. inferiorem pars superior impellebat, donec oēs, quoad liceret, locum naturalē assequerentur ad quē cum singulæ parē propensionem consecutæ fuerint, dum eodē fine potiri cupiunt, suis nutibus æqualiter vndiq. conglobantur. Sed hæc quidē ad figuram, nihil ad incrementum. Specta nunc insuper extentionem partiū præcedentium superioribus superuenientibus iā singulæ maiores existent, vt dimidia maiora, tertiæ maiores, & ex vna tantum parte facta erit accessio: hæc, q̃ extrinsecùs augescunt, facultate natiua nihil operante, ex appositione maiore facta esse dicuntur. Cogita modò tu eam appositionē virium internarum, & instrumentorum ope ministratā, facilè tenebis modū quo incrementum fiat in viuente, & cognosces auctionem per materiā non esse factā, quia singulis partibus aliqua materies accesserit, sed per formā, q̃ quælibet pars maiores terminos consecuta fuerit sine accessione materiæ. Nec aliter oĩno, ac si constitueris totū maius esse factū partibus vniuersis vnà cōsideratis, non singulis societatē materiæ cōsequentibus quod ẽt totū dici solet secundùm formā, cùm id cuius habetur rõ caussa singularū partiū, nominetur ex materia, cuius instar & hîc accipiatur quod dr̃ secundùm formam. Sed nunquid hîc item habetur rõ formæ quæ cōstituit substantiam? Maximè. Nam carnis rõ permanet, etiāsi materia mutetur, &, quanuis anima sit eius prima forma, sic tamen consideratᷣ vt addicta certo tēperamento per quod sic habetᷣ essentia carnis, vt nō sit eadem nerui; cùm tamen oĩum sit æquè vnica forma quæ totius est. At nūquid, ex hoc absoluitᷣ vniuersa rõ incrementi? Certè non opinor incrementi rõnem satis explicasse Arist. si eo formæ, vel materiæ genere tantummodò instituisset: nanq. adhuc supererat caussa quærendi, quemadmodum quælibet pars, quæcunq. illa fuerit, seu sensilis & minima, siue ẽt longè minor (nihil. n. refert, vt supra scripsi, cuiusmodi sit pars, vbi fiat in alio, nec per se subsistat, quia sat fuerit, si ex iis multis vnū totum sensus excreuisse cognoscat) adhuc, inquam, supererat inquirendum, vndénam accederet extentio formæ: neque. n. ipsa per se extenditur, cùm sit per se indiuidua; nec, cùm diuidatur per materiā; habet vnde diuidatᷣ, quia sine accessione materiæ partes sunt factæ maiores, neq. sic, vti deberet, petitur

a 1. Phys.
b In calce lib. de mixt.
c 2. de cæl.

E F G H

A petitur incrementi rō à conditione quantitatis quæ est primum subiectum, secundùm quod fit ea mutatio. Quamobrem, vt principiis consentiant exitus: redi in eorū memoriam quæ suprà de quantitate decreuimus: etenim collocauimus in ea duas partes, alterā quæ materiæ potestatisq. vicem subiret, nimirùm interuallū, atq. distantiam, & alterā quæ locum formæ, & actus obtineret; quippe terminos eiꝰ distantię; docuimus, itē quemadmodū termini quoquomodo separarentur à distantia, cùm sine illius accessione, & obitu termini & amplificari & restringi possent. Fac ergo, vt cogites partium terminos immutatos, sed nō simpliciter sine interuentu materiæ & distantiæ, quemadmodum fit in rarefactione & densatione, nec per materiā, quia singulæ partes non acceperūt aliquā materiæ portionē, qua distantia consisteret, sed ex accessione materiæ & dimensionis, quæ facta fuerit alicui parti in toto; terminos totius & partiū fuisse mutatos, & cū materia quæ accessit, foret actu quanta, tantū fuisse productos, quanti fuerant eius materiæ termini quæ apposita est, sed per interna principia: nanque illo itē modo fiebat appositio, sed vniuersa pendebat extrinsecùs. Itaq. auctio fit secundùm formam cum substantiæ, tum quanti, & hoc modo factū est quodlibet signū maius, sine materia tamen, & ex actu quanto factum est actu quantū, nec simpliciter quantū, sed substātia quanta: remanet aūt id quod augetur, ab initiis vsq. ad extrema per formā quæ est substantiæ principiū, & per humorē qui in semine conceptus est, ea materia dilabente quæ primæ constitutioni viuentis accessit in qua anima non est posita. Sed contra ea

B quæ decreta sunt, aliquis fortasse dicet ossa, cùm durissima sint, non esse subiecta pulsioni, neq. tolerare appositionē quæ fieri debet intrinsecùs. Præterea cùm fieri possit in partibus mollioribus quales sunt carnes, vt singulis appositio fiat, cùm orificia venarum extremis carnibus terminentur, & quæq. pars ope caloris, vbiq. meatus accipere queat, quo ingenio declinabitur illud, quin auctio fiat ex duplo, aut saltē singulis momentis insignis, atq. ita viuentia cuncta, tanq̄ Aloidę fratres excrescant, quos singulis mensibus auctos palmi mensura fuisse poëtæ fabulantur? immò quo pacto crescent, cùm alimentum accipiat in poris, & necessariò tantum occupent loci, quanta est amplitudo canalium? Philoponus ita dicebat ad primā, ossibus appositionē fieri extrinsecùs, nulla materia per illorū substantiam penetrante: quapropter eius viri iudicio, ossa illa pulsione sunt libera. Verùm q̄uo ipse ostendere poterit, ossa ex appositione sola fieri longiora salua figura? augebuntur sanè ex crassitudine, sed breuitas antiqua manebit, si extrinsecùs appositio tantùm facta sit: itaque si tale partium genus vestiant carnes; nō hoīes sanè, sed culleoli verius habebimur, quemadmodum M. Tullio Caius quidā P. Clodij canis aliquando obiecit. Ergo intrinsecùs itē aliquid ossiū partibus accedat oportet, & in iis quoque pulsio ministretur. Propterea nosse conuenit, dum viuunt ossa, tantā habere mollitiē quæ cedat viribus caloris innati, & exhauriantur humore ingenito, porosq. faciant, longiore fortè tēporis tractu, quia durio-

C ra, sed tū faciant. Neque efficitur ex hac adiectione, vt insignis sit auctio quotidiana: siquidem continuè dilabit̄ aliquid, quod anteq̄ auctio sequatur, est resarciendum: præterea quod accedit, potest esse insensile, & per seipsum minimo minus, cùm in alio nō per se ipsū consistere debeat: ad extremū oporteret accessionē fieri cuilibet minimo, & secundùm materiā, cùm tamen satis sit, vt alicui parti fuerit adiectū, & maius sit id quod auget̄ per formā, & fallit hæc obiectio propter figurā dictionis. Quòd verò tantùm reficiatur, quanta est amplitudo canaliū; credere poterit ille, qui non aduertat etiā humorē, qui à calore afficitur; molem cōtrahere maiorē sine materia: necnon eā substantiam quæ ingreditur, non excipi semper à poris, cùm fieri possit, vt per poros quidē excepta extrinsecùs adhæreat partibus, etenim sanguis fluit per venas, sed ad extrema venarū sunt carnes; iis aūt fit appositio, nec in earum poris solummodò accipitur alimentum. Sic igitur nos incrementū secundùm formam fieri defendimus, neque tamen inficiamur, quin omnia veterum dicta in comparatione difficilia sint ad iudicandum.

Rationes Philoponi quas instruxit contra decretum Aristotelis de natura incrementi diluuntur. Cap. XL.

D VERVM quia Philoponus in quadam sua digressione in Aristotelis sententiam inuectus est; age ēt ad ipsum aliqua dicamus: hoc.n. perpetuò morbo Alexandrini philosophi laborarunt ab Ammonio, quem omnium antiquissimum in ea secta reperimus, & Antonino quodam eius discipulo inde per successionem ad Eusebium Cæsariensis ecclesię pręfectum, & huius nostri Grammatici doctorem vsq. ad Olympiodorum, quem habemus extremum, vt Atticos & eos, qui Bizantii profitebantur, paruo admodum honore prosequerentur: iam.n. ibi Christiana religio radices agebat: quamobrem, vt fas erat, cùm religionis partib. fauere cuperent, & sapientiæ specimen vnà dare; nec rationem persequēdo, quę duceretur à sensib. cui plurimum tribuebant; Peripateticorum dogmatis esset facilè reluctare, si quis ea resecasset ad viuum; iam apertè existimationem tanti viri oppugnare quibuscunq. modis occœperant, vt adolescentium animi illius sapientiæ minus addicti; se magis persuadere paterentur; atq. ipsi liberarentur periculo conferendi rationes, si fortè auditores ab Aristotelis auctoritate sui sunt allecti. Cùm igitur audiuerimus Aristotelem asserentem auctionem fieri secundùm formam; instat Philoponus: nisi totum subeat & penetret; sed sparsim se solùm applicet, & adiungat ad corpus viuentis ea substantia, qua perficitur incrementum; dubium'ne id est, quin partem crescere nullo modò dicendum sit? id quòd in primis ad auctionem pertinere decreuit Aristoteles: nam quòd non tota subeat; ex eo potissimè constat; quia corpora inter se penetrare nequeant. Quòd si secundùm figuram partes auctas esse concedas, neq. materiæ caussa, quemadmodum nos opinamur; sequitur vt aliud sit, cui facta

est accesio, materia nimirùm, & aliud per quod totum ex omnib. partib. auctū esse dicere debeamus: cùm tamen incrementum eiusdem esse videatur, quòd auctum fuisse dicitur: nec aliud auctum repute tur; & aliud id cui facta fuerit appositio. Atq. adscribit Philoponus ita visum Aristoteli fuisse, vt acces sio materiæ tribueretur; amplificatio verò prorsus rei formæ, atq. figuræ, nec quidē illi præcipuè, huic verò ex consecutione, quemadmodum nos anteà fatebamur: sed figuræ ipsi potissimè: fortè vox illa μορφὴ, quæ ab Aristotele refertur in quartam speciem qualitatis & corporis, delineamenta significat, illum induxit, in huiusmodi suspicionem: quasi verò non innumeris in locis pro forma quæ est essen tię principium, ab Aristotele fuerit vsurpata. Quacunq. igitur persuasione commotus Philoponus, iu bet nos spectare; an secundùm formam sic crescere posit corpus, quemadmodum professus est Arist. Et primùm quo pacto corpus nostrum contrahit amplitudinem: aut. n. ipsa per se caro cedendo secū dùm omnes suæ figurę partes extenditur; aut humor qui in semine continetur, aut alter aduētitius qui in alimento comprehenditur; & se roris instar in particulas quasq. nutriendas insinuat. At non exten tione carnis absoluitur auctio: cur. n. ea quæ in corde pueri fuit; in adulto ad extremum pollicē pedis non pertenit? sed neq. humores illi dum crescunt, suo loco propelluntur ampliore specie crescentes, qui cæteroqui facillimè diuidi possunt; & quanque figuram accipere; & constituunt, vt fertur, certas corporis nostri partes: ille quidem qui est in semine candidiores, vt ossa, neruos, mēbranas; itaq. sper maticæ vocantur à medicis; alter verò alimentarius eas quæ speciem habent rubicundam, vt carnes; nā quòd pertinet ad humorem natiuum: suus cuiq. particulæ proprius insitus est qui absq. illius interi tu nequit inde arceri, cùm vicem subeat elementi; & obtineat vim complendi substantiā. quapropter eius dissolutionem qua ex vniuersis membris nonnunquā deduci solet, vel vrinis immodicis vel alui fluxionib. vel etiam sudorib. ἀναστοιχέωσιν,[a] idest elemētorum resolutionem vocabat Galenus. Neq. id etiam præstat alter ille humor adscititius: vocare est. n. id, quo fit auctio vndecunq. contineri; id ve rò succedere prohibet natura corporū quæ nullam penetrationem patitur: ex quæ efficietur, vt tali in cremento totum sic augeatur, vt interim nulla pars eius aucta dici queat: quod certè à natura totius abhorret; cùm positum sit in partib. & ab ingenio talis motus à partib. in totum redundat: augetur. n. organicæ auctis vniformib. Quoniā verò posset aliquis adhæc dicere; quia quælibet figuræ pars ampli ficata est, vt si circulos multos magnitudine & paruitate distinctos per corpus animantis designatos animo comprehendamus, & cum per latitudinē, tum etiam per altitudinem quàcunq. protentos; atq. horū vnumquenq. factum fuisse maiorem, non sanè quia secundùm quanlibet partem formæ qua res ipsa definitur, atq. essentia circunscribitur excreuerit; est item aliud quòd huic rationi repugnet; nēpe quo demonstratur nullum esse incrementum secundum longitudinem; sed ad latitudinem solā perti nere: hæc. n. sola figurata est non autem longitudo: quandoquidem figura per latitudinem, non autē per longitudinem definitur. Hæc ex Philopono, quorùm summa hæc est: primùm, φ penetratio corpo rum necessaria sit ad hoc, vt auctio fiat secundùm quodlibet punctum; ea verò non datur: deinde, quòd accedat materia materiæ; sed auctio fiat non id eius caussa cui fit accesio, verùm propter formam; φ absurdum esse videtur; cùm id augeri dicendum sit cui facta fuerit accesio; additur. n. aqua aquæ, & aqua fit maior: tertio φ figura per se crescat; cùm tamen formę per se fuerit attributum incrementum. Cęterùm si ita opinetur Philoponus, penetrationem non esse concedendam, quia partes, quæ adijciun tur, eandem occupent dimensionem; neq. requirant amplius spatium, quàm antè obtineret illa, cui fa cta fuit accesio; verè quidem enunciaret; sed necessarium non esset ad incrementū: verùm si penetra tionem sic acciperet, φ quæq. pars aditum quādoq. præberet alimento, & quòd alimentum rarefactū, diuideretur, & in adeò minimas partes dissectum cum partib. misceretur; id quidem fieri posset, & for tè deciperetur Philoponus, si negaret. De eo verò, φ aliud sit, cui fiat accesio, atq. id quod auctum fuis se dicitur, & partim falsò fuit assumptum; & partim non inconueniens, vt ipse arbitratur: Nanq. & ma teriæ fit accesio, & formæ simul, & compositum est, cui fit additio, & quòd item factū est maius. Neq. item absurdum est accesionem fieri materię, & auctionē tribui formæ: quod enim accipit est mate ria, nec tamen accipitur à materia denominatio, verùm à forma, fine, & actu. Res exemplis euidentis simis illustrari potest: nanq. additur sago & centoni si angustiores sint, pannus, idemq. additur alii pan no, ex quo sagus centone conflabant: & maior factus est pannus, & maior sagus: neq. tamen iusserit do minus augeri pannum, sed sagum: neq. etiam, si panno quocunq. modo facta fuerit adiectio; maior è ve stigio factus fuerit sagus, sed fortè pannus auctus, sagus eodem modo, quo prius erat, erit angustus: spe cta pannum rursus in instrumento textorio, addè subtegmen & stamen, auctus erit pannus: signum, φ habetur ratio formæ & actus, atq. inde sumitur denominatio: stat hic pannus, & vis augeri pannum, in sago non vis augeri pannū, sed amplificari sagum & in natura non quæq. accesio quæritur, sed illa cū qua forma & natura consistat, vt si fiat accesio digito, non reliquo corpori, maius quidem factum sit totum, sed non idcirco administratum fuerit incrementū? quia non est habita ratio formæ, & in instru mento textorio pannus habet rationem actus; in sago subit vim potestatis. itaq. in sago non attribuitur auctio panno, sed sago. & planè motus omnis materia nititur; nec tamen dicitur moueri materia, sed subiectum, & albefieri dicitur, non propter materiam; sed ex fine, quę est albedo: sic accesio est veluti motus in materia, auctio est compositi, & est ad quantum, quod respicit formam: & cùm sit motus se cundùm prædicamentum accidentis; etiam complectitur formam substantiæ: neq. n. accidens a substā tia separatur: & in incremento qui motus est in viuente, cum mutatione formę in eo quòd accedit; & eius conseruatione cui fit accesio: ab hac ergo quæ conseruatur, accipiēda denominatio; nanq. hæc est

[a] 5. de sym pt. caussis. 5

A finis;& per illam rectè augeri dicitur viuens. Itaq. consuetum est in alijs quoq. motib. affectionem mei te in materia;sed a forma peti denominationem. De tertiò vero; mihi persuaderi nõ potest figuram id esse quòd potissimè crescat; sed ex consequenti & fortuitò. Primùm; quia si formę tribuitur auctio; quòd permanet;figura autem nõ permanet planumq. figuræ tribui nequit:nanq. infantes figura pomiliones imitantur; a & ætatis processu in latitudinẽ,atq. altitudinem viuentia porriguntur:puli: pars posterior anteriore sublimior est; prouectiorib. anterior impleritq. fit altior & procerior: capi longiores euadunt. Deinde forma ab Arist. sumitur, vt alterum principium,quod materiæ præcedat: & partes vniformes complectitur quib. præcipuè fit accessio,& quarum ratio conseruatur:nanq. semper est caro; figura non semper:& figura est accidens simpliciter; licèt ad organica sit vt forma. habet.n. caussam in viuente,& pendet ex actu alterius substantiæ,nempè animæ sicut item organa ipsa:nam quauis proximè figura informentur,at non id præstat absolutè figura; sed per animam, sicut a nob. dictum est de partib. vniformib. etenim temperamento determinantur,attamen animæ præsentia,seu virtus flagitat: auctio planè ex accessione pendet quæ fit ad vniformes, & proptereaq; earum ratio præcipua quę exoritur ab anima & propria quæ in quadam certa temperie posita est,perpetuò conseruatur,primò pertinet ad vniformes,deinde ad difformes quarum ratio propria consistit in figura. Quapropter mihi verisimile non fit, vt illi primę tribuantur in auctione, ad quod pertinet ipsa per aliud: sic.n. foret ad idẽ B primò,& non primò,quæ penitus secum repugnant. Et quanq̃ Philosophus ad id persuadendum exẽplo vteris visus est quo figurã permanere doceat: tamen accipienda est ex ea parte similitudo, qua conuenit: conuenit autem in eo, q; forma superest in ijs quæ verè augentur, velut in vtre;& dicendum Aristotelem eo in loco rem quæ cadit in mentem atq. obscuram per sensilem, & perspicuam explanare voluisse. Non negamus item partes omnes figuræ crescere & decrescere;sed hoc consequi dicimus auctionem corporis secundùm vniformes. Idcirco satis patet quid dicendũ sit ad argumenta Philoponi. Nã primùm accipit fieri penetrationẽ in incremento quę nõ est necessaria,sic neq. id redũdat in auctionem quod ipse inferebat. Secundùm etiam accipit vt absurdũ id quòd est ex ijs quæ fieri possunt: itaq. id quod concludit ex ipso nihil habet absurdi. Ad tertium de figura,negamus eam primò respicere incrementum,sed per accidens,& secundo loco. In quarto primùm sumebatur pulsionem esse ineptã, q; caro quæ est in vna parte,ad aliam quoq. tenderet:hoc & necessarium,& perspicuum,vt nos exemplis ostendimus. Quanq̃ ille processus in natura ordinatus est, siquidem habet suos terminos qui sunt secundùm processum vatorũ ad certas corporis partes ex quib. certè quæq. membra constantur, veluti processus materiæ vnguis ad vnguem,& pili ad pilum;& spongiosæ illius & laxæ substantię,non ad talos,sed ad nares & linguam. & partes sequũtur eum cursum ad quẽ incitat illas calor innatus,siue aniC ma per calorem innatum,pro ratione cuiusq. naturæ: tametsi in plurib. hoc præstet natura per vltimũ vtile alimentum,& per venas, apponens eam materiam quæ sit in potentia proxima substantia consimilis:attamen hic processus, vt dixi,non repugnat etiam partib. quæ sunt in actu. Sumebatur item in illo argumẽto auctionem postulare penetrationem corporum, quemadmodum in primò,propterea sic dicetur ad ipsum, vt ad primum. licèt ad vtrunq. dici perbellè poterat hæc non requiri,si auctio fieret secundũ formam, vt voluit Arist. etenim quęcunq. pars fit maior citra id, q; ad ipsam aliquid accedat. Vltimum planè nugatorium: quamuis nihil pertineat ad nos,sed vt pondus obiectionis expendas. Figura latitudine finitur: ergo auctio non efficiet longitudinem: quasi verò figura nõ complectatur etiã solida tanquam species & partes;& non definiatur per latitudinem, veluti per id in quo prius existat: nam si fuerit solidum,latitudinem quoq. continebit; at si latitudinem habeat,non erit idcirco solidũ: & quasi vbi latitudo ibi quoq. non habeatur virtute longitudo. Sed hoc de Philopono satis. Ex his quæ hactenus disputata sunt,colligere licebit incremẽti definitionem quæ complectatur omnia genera caussarum. hæc vero talis est. Mutatio in amplitudinem cuiusq. ordinis,viuentis atq. caduci secundũ formam,& terminos quantitatis, ab anima, per calorem,nutrimento quòd actu quantum est, vt perfecta quantitas comparetur. In hac definitione licet contemplari formam, siqua via tale genus caussæ D tribui pòt accidenti,sed sit ratio quæ per genus exponitur, vel simile generi; est autem mutatio secundùm terminos quantitatis: pręterea subiectum, vel predicamentum, vel substantia in actu, nẽpè viuẽs, & subiectum primum excipiens, quod est forma adest efficiens primùm, quòd est anima, & secundũ sine instrumentum & hoc duplex, vel quod eum efficiente numeratur, & est calor, vel cum materia, & est id, quo fit auctio vel si placet efficiens proximum: illa principaliora necnon finis qui sunt termini perfecti magnitudinis naturalis. Ex oppositis conditionib. decrementi definitio conflari poterit, præterquàm quòd finis adijciendus non erit: nam decrementum imitatur interitum: quandò solùm ex necessitate materiæ nascitur: etenim permãnat ad viuens ex essentia caussarum naturalium.

a Lib. de [illegible]

In quam'nam speciem motus rarefactio referenda sit. *Cap. XLI.*

AVCTIONEM anteà docuimus esse nomen ad vnum primosq. ad caduca è viuentib. attinere, tum deinceps ad inanima quemadmodum ea sunt quæ nouã accipientia formam maiorẽ quoq. minorem've molem consequuntur,& ideò pertinet ad alimentum quod mutat formam, si debet actu nutrire & ordine quodam ad animata ipsa quia constant, ex inanimis. Hactenus illius incrementi naturam quod inest in viuentib. exposuimus: de altera nunc restat, vt aliqua differamus, quam cum maior moles nulla forinsecus accedente materia comparetur; rarefactionem nomine proprio nuncupari
mouimus:

nouimus: tum quòd est mutatio quantitatis, tum quia non minus est via qua formę terminos naturalis magnitudinis consequuntur, quàm in viuentib. incrementum. itaq. non erit alienum ab instituto nostro E
qui naturam magnitudinis hoc loco persequimur; si non nihil de hac posteriore specie conscribamus. De ipsa verò tam variæ doctissimorum hominum, tanquàm discrepantes existunt sententiæ, vt magno argumento esse debeat, rem neq. facilem explicatu fore, neq. satis certam. Sed hoc (nisi fallor) ad huius quæstionem aperiendam methodus aptissima fuerit, si in primis exploremus, in quod'nam prędicamentum mutationis huiusce termini referantur: siquidem motus omnis determinari, & denominari consueuit à termino ad quem; & eiusdem generis esse motus, ac species ad quam est; vt id solum discriminis intercedere videatur inter motum, ac formam, siue speciem; quia species notet quiddam permanens quod motus cum quodam fluxu significet. Verùm in quo'nam predicamento raritas reponatur quę terminus est rarefactionis, & illi opposita densitas ad quam motus est rarefactioni contrarius, ipsa nimirùm densatio, hoc statuere graue admodum semper existimaui. Nanq. Aristoteles [a] rarū & densum in eorum numero collocauit quæ se respiciunt; quia certam partium posituram notent: idemq. aduersus ea quæ in prędicamentis decreta fuerunt, vtraq. qualitati adscribit: [b] nam rarum & densum cum calido frigidoq. confert, & in eisdem spectat plus & minùs, quæ primò qualitati conuenire censentur, & reliquis, vt qualitatem quandam participant. Atqui ponamus eas esse qualitates; non minus operosum est id sancire, è quo'nam genere qualitatis habenda sint: etenim facilè quispiam suspicetur, eas esse F
potentias, vel impotentias patibiles, cùm id quod rarū est, procliuius cedat cōprimenti; densum verò nō sine labore. Putabit alius, has esse qualitates patibiles de tertio genere, vel eius prima species existāt; nam de his iudicium sensus ferre solet; vel secunda; quòd ex antecedente perpessione nascantur: etenim terræ densitas tactui sese prodit, & caliginis adspectui. cùm verò sensus oppositorum sit vnus, vnius quidem, vt habitus, alterius verò vt priuationis; eisdem quoq. sensib. raritatem subijci oportebit. At verò nos hîc prius insistendum putamus, & notandum longè aliud esse rarū & dēsum de quo nunc agimus, ab eo, quod indicat vulgus, & quod forsan accepit Arist. cap. de iis quę ad aliquid. nanq. spongiam rarā nūcupare consueuimus, quòd eius partes alieno corpore, & illo quidē cæco, vt puta, aëre plurimo sint interceptæ: densam verò ebenum, quòd nulli sint in ea meatus conspicui: sed hoc modo sumpta rarum & densum nihil habent dubitationis: nam iure optimo referuntur in ea quæ inter se respiciunt; quandò è certa partium positura constant. hæc à vicinia distantiaq. partium nominantur, quæ vtraq. sensui perspicua sunt, cùm in sensilia communia cooptentur. Quoniam igitur hæc cunctis euidentia sunt dimittantur, & ad aliud eorum genus transeamus, quorum beneficio modò diffunditur aër, & occupat spatium maius; aliàs angustatus loco minore continetur: & quæramus sint'ne potestates quædā naturales, an ex ordine patibilium qualitatum. Atq. vt ex me rem paucis habeas, & summatim; non arbitror G
ipsas in secunda specie qualitatis esse numerandas; cùm eas prętermittat Arist. in Meteorologicis [c] vbi singulas species potestatum patibilium (essent. n. huiusmodi rarum & densum) diffiniendo persequitur. Prætereà quod cedit comprimenti (est verò cessio corporis acceptio cōseruata continuatione) ab Arist. ceterisq. bonis philosophis non attribuitur mixtis, nec rarum, sed molle dicitur quod contra renititur, non densum, sed durum; & in simplicib. σερεὸν, siue ἀντιτυπές: nanq. oppositum nomine vacat, quia tamen habet vim priuationis ad sensum; horum negatione exprimatur eadem fortè conditio eius, quòd facilè diuidi, cogi, & amplificari valeat: atq. eadem vtriusq. attributi caussa princeps, nempè inopia copiáue materiæ, sed differentia, notioq. formalis non eadem: neq. hoc in rari definitione continentur, tametsi ipsam hæc omnia cōsequūtur. Quòd itē aër, quia rarus sit, habeat facultatē transmittendi lumen, terra verò, quia densa, repercutiat, non autem admittat. id neq. raritatis est in aëre proprium, neq. densitatis in terra: sed illius rei caussa in aëre pelluciditas est, huius verò in terra opacitas. & planè eas in ordine tactilium qualitatum non collocarem: cum Arist. [d] septem tactilium differentiarum oppositiones recensuerit; de raritate verò & densitate verbum fecerit nullum: quare si tactui quoquo pacto subiiciūtur, id illis euenire dicemus caussa mollitiei vel ἀντιτυπίας. Aliud ergo genus huiuscemodi accidentium nob. excogitandum est, quàm sit qualitas. Græci [e] profectò ita existimarunt densum & rarum in hoc item significato ex eorum esse genere quæ ad sese vicissim referuntur: nanq. ex H
ijs constant & per illa definiuntur quæ sunt ad aliud: quorum verò tales sunt definitiones, ea quoq. ad aliud sint necesse est: dicitur. n. rarum, quòd cùm sit in pauca materia, magnū habet tumorē ὄγκον, dicere volo: contra densum, quod cum multum materiæ contineat, in paruam amplitudinem extenditur: atqui magnum & paruum, multum & paucum sunt ad aliud. Sed hæc etsi magna ex parte nos in rari densiq. notitiam perducunt, nihilominus ipsam rei medullam vsquequaq. non attingunt: idcirco studio laboreq. nostro illa omnia supplenda, quæ deficere videbuntur. Nos autem suprà, cùm de dimensione diceremus, docuimus in ipsa quantitate duo spectari: alterum, quod rationem potestatis obtineret, quòd interuallum, seu distantiam vocauimus: seu quātitatem interminatam, cuius caussa materia potest esse quantum & magnitudinem ipsam quæ, cùm habeat terminos, iam est actu quantum. Verùm quòd substantiæ nonmodò certos quosdam terminos, sed certam materię portionem sibi vendicant, & præfiniunt: ex illa sanè infinitate & potentia quę est in dimensione ad magnitudinem, & actu qui in eius terminis est positus, euenit, vt certa materię portio nunc terminos angustiores subeat, vnde nascitur densitas & aliàs ampliores, vnde efficitur raritas; quæ item plus & minus accipiunt pro materię portione, & pro ratione proportionis terminorū & amplitudinis, quē Græci nuncupant ὄγκον. Quapropter in raro & dēso duo spectātur: alterū quòd pertinet ad eā partem quæ vicē materię sustinet; ea verò

[a] c. de quale.
[b] 4. Phys. T. 84.
[c] 4. Met.
[d] 2. de or.
[e] Sympl. 4. Phys. t. 8.

A verò duob. consistit materię dimensione & διαστάσει atq. ὄγκῳ & amplitudine: alterum verò quòd est formę hoc autem est proportio quæ inter magnitudinis terminos, & amplitudinem, atq. distantiam siue dimensionem intercedit: itaq. non temere numerabuntur in ijs quę sunt ad aliud, cùm ex iis constituantur quę inter sese respiciant.

Rarefactionis definitio perpenditur, & purgatur ab obiectis. Cap. XLII.

ITaq. concludimus motum rarefactionis esse secundùm formam ex eorum genere quæ respiciunt aliud; sed fundamentum relationis à quantitate desumi: propterea nō est motus in magnitudine simpliciter, sed quatenus magnitudo maiorem minoremue materiæ portionem intuetur. Hanc quoq. sententiam maximè consentire puto cum Græcorū placitis Themistii, Philoponi, atq. Simplicii. Nam quod hos motus in magnitudine simpliciter esse credamus, nulla nos caussa commouet: in primis. n. præter illa quæ earum vocum anticipatio, notioq. solet afferre, me quoq. persuadet, quòd in cęteris motib. subiectum semper actu flagitatur, quod est ipsa substantia; & mutatio est inter formas eius prædicamenti quod aliàs diximus esse subiectum, secundùm quod, vt puta, quantum, vel quear, at in rarefactione & densatione, vel ex Arist. ipsius expressa sententia, [a] mutatio pertinet ad substantiā; vsq. adeò, vt hæc sit quodam pacto generatio: vt illud ex hac auctoritate colligi possit; aut eos non esse motus secundùm quantum; aut saltem ex consequenti, & per accidens: siquidem videatur ea Philosophi consuetudo fuisse perpetua motum non adiungi ad illud prędicamentum, inter cuius terminos variatio fiat, nisi fuerit ea mutatio per se, hoc est, vt non consequatur alios motus; ita quanuis termini ipsius vbi varientur in incremento; quia tamen per se non variantur (locus enim permanet idem) non existimauit Aristoteles eam mutationem esse dignam, quæ latio vocaretur; sic etiam si cùm ex aqua fit aër, fiat item mutatio secundùm primas qualitates; non idcirco habetur illa alteratio, sed tota generatio nuncupatur, quòd hæc mutatio generationi sit adnixa; quòd si substantia permanente accidentia circumillam mutarentur; foret ea vel latio, vel alteratio, vel incrementum. sic etiam, quanuis alimenti natura, & eius quo fit incrementum, in hoc motu varietur, at non ei quod variatur, attribuitur, vel generatio, vel incrementum, sed illi quod permanet, neq. nutritio generatio vocatur, quia non fit substantia simpliciter, sed in alia quę iam est actu. Propterea cùm rarefactio motum in substantia cōsequatur, easq. mutationes quæ sunt affectiones præuiæ ad substantiam, in ordinem substantiæ, non quantitatis relata fuerit ab Aristotele, auctio propriè motus habeatur secundùm quantum, quòd in ea sola contingit seruari substantiam, & citra substantię mutationem fieri mutatione per se secundùm quantum; & si verò generatio intercedit, vt quantum fieri possit; at generatio non ita se habet hîc, atq. alibi: est enim vt via & instrumentum ad auctionem; cùm alibi sit vt caussa princeps. Itaq. termini quantitatis sunt principium & finis illius mutationis per se, nec est illa generatio propriè, sed incrementum. Vnus motus elementi, dum fit, excipitur de quo seorsum verba fecerit Aristoteles, & voluerit esse per se, sed nec per se quidem, quia sit motus absolutus ab ortu, sed quia non existat ex aliqua caussa externa, & per accidens, ob id etiam quia motus simpliciter habet esse extra generationem, & genito & ingenito communiter inest; & quia propter euidentiam maxima pars est methodi naturalis. Accedit eodem, quòd si motus fine determinatur, nec modò variatio terminorum quantitatis, sed eorum habitudo ad dimensionem materiæ rarefactionem densationemq. constituunt, hi motus non magnitudini sanè adscribentur, sed iis quę dicuntur ad aliud. Atqui, quòd neq. item iis quæ sunt ad aliud vllus motus per se conuenit, sed planè consequitur eorum mutatio cęteros; motus rarefactio verò & densatio mutationem substantiæ primò, & alterationem, quatenus est affectio pręuia: ideò factum est vt rarefactionis per se ratio nulla haberetur à Philosopho, sed ad alios motus adiungeretur. Nam q̄ Aristoteles [b] rarefactionem, & densationem in lationis ordinem retulerit, gratificari voluit veterib. philosophis qui hæc secretionem & concretionem esse opinabantur. Itaque si omnem constitutionem eiusmodi mutationum ritè retexere velimus; earum tria principia reperientur, magnitudo, cuius terminos variari ponimus; habitudo ad dimensiones, qua terminatur variatio magnitudinis quæ propriæ mutatio dicenda est, non motus & alteratio, siue generatio substantiæ cui rarefactio tanquam fundamento inhæret, vt lationi mutatio columnæ è dextro in sinistrum. Neque nobis officiat id quod testatus est admirandus ille pręceptor, ita se habere materiam ad rarum & densum sicut ad calidum, & frigidum; & quemadmodum fit calidius aliquid nullo forinsecus accedente, sed eo solo quod potest esse in materia, deducto in actum: sic rarius densiusq. fieri nulla eorum parte quæ cum materia sit accedente, vel recedente, sed ea solùm in actum de potestate tralata contrà, quam fieri soleat in incremento & decremento, vt inde rarum & densum qualitates esse opinemur. Et profectò cùm ea quæ sunt ad aliquid, proximam potestatem in subiecto non fuerint assecuta, sed quatenus alienis motibus, & potestatib. aliorum prædicamentorum affixa sunt: si hæc in materia proximam nacta fuerit potestatem, veluti verba Aristotelis sonare videntur, qualitates non ad aliquid esse videbuntur. Neq. item quod opponunt has formas accipere plus & minus, quod est proprium qualitatis. Aut illud etiam, quòd in his varietur locus, qui magnitudini debetur, vt credamus has mutationes esse secundùm quantum. Nam quod pertinet ad illam potestatem quam ad rarum & densum Philosophus in materia collocauit: fatemur generalem esse planè potestatem in materia ad vniuersa prędicamenta, sed eam duplicem vel proximam & pręcipuam, vel ex consecutione & sequela, atq.

[a] 2. de cęl.

[b] 8. Phys. T. 77.

atq. hunc posteriorē potentiæ modum in eorum quoq. prædicamento reperiri quæ inter se respiciunt, quæ tamen distinctio potestatum ab Aristotele ibi animaduersa non est; sed comprehensa generatim, & sub illa item potestas quæ est ad eam habitudinem, quæ est terminorum qualitatis ad materiæ distantiam quos ipse amplificari docuerit nullo extrinsecus accedente, sed vnius meritò potestatis, sicuti calidius, non calido quodam superueniente; sed eo quod est in materia potestate, actu facto ab eo quod est actu, & facit esse in actu nulla materia secedente ab ipso sed ex hibita forma sine materia. [a] sic ex sola materię distantia quæ potestatem habet ad ampliores terminos, fit in raro maius: vnde hęc mutatio separatur ab auctione, in qua fit maius aliquo extrinsecus accedente quod sit actu quantum: vt cùm ignis & propter materiæ multitudinem lignis superiniectis amplificari valeat, & propter gradum flamma concepta, nullo forinsecùs accedente fit auctio, veluti, cùm ligna superponuntur, rarefactio, veluti cùm flamma corripit ligna quæ iam incaluerint. Proinde sub potestate generali materiæ comprehenditur, & ea vera quæ est dimensione ad magnitudinem per se cum accessione materię, & altera quæ non est simpliciter ad magnitudinem, sed quatenus est ex aliis motib. & cum certa habitudine, quæ non flagitat aliam materiam comitem. Nec ob id conuincitur rarum & densum esse qualitates, quòd nulla proxima neque principalis insit potestas ad ea quæ sunt ad aliquid: itaq. si ad rarum & densum proxima quædam potestas inest in materia; sit eorum ratio aliunde petenda; quoniam, quatenus huiusmodi nullam habent in materia talem potestatem, sed remotam atque pendentem; aut si quam proximam potestatem de nobis extorqueas in materia propter distantiam ad terminos & magnitudinem; at in his rarum & densum nondum consistunt: vbi primùm eorum habitudo ad dimensiones spectetur; tum primùm densitas raritasque suboriuntur: quare non obtinuerunt hæc proximam potestatem in materia. Neque item proximè pertinet ad eadem plus & minus; vnde qualitates eas esse credamus: sed plus & minus extensionem consequuntur, non aliter atque latius & angustius; habent enim plus & minus aliquid simile his differentiis quantitatis: his postremò succedit auctio & diminutio proportionis, quæ inter quantitatis terminos & materiæ dimensiones intercedit in quibus densum & rarum protinus existunt; vt per extentum funem mihi facilius ire posse videaris, quòd rarum & densum qualitates esse conuincas. Et quod vltimum de loco opponunt; mihi sanè refert: nam committitur in obiectione fallacia secundùm accidens: etenim quod magnitudini terminisq. ipsius per se conuenit; transfertur ad illam proportionem quam inter quantitatis terminos, & dimensionem materiæ constituimus, cui certè locus nullus per se debetur: quamobrem dum rari densique termini iidem sint, idem locus à raro densoque semper occupabitur. ex quo non licet concludere; quamuis locus ex raritate & densitate varietur, quòd raritas & densitas idcirco sint termini magnitudinis, & quædam species quanti. Hæc igitur fuit caussa potissima, cur has mutationes solùm per transennam indicare nobis voluerit Aristoteles, pluribus explicarit, vt ceteros motus. Hactenus de rari densique constitutione actum est: quantum verò ad efficientium caussarum notitiam pertinet, tot dixisse sufficiat. Horum omnium caussa communis est generans, cuius consilium est transmutare substantiam, sed est alteratio, nisi mutatio substantiæ perficiatur; secundùm naturam verò generatio, vt cùm ex aqua fit aër, quod ministratur auxilio caloris cuius officium est extendere, & quodammodo inflare, aut vbi ex aduerso fit aqua ex aëre, id quod præstat frigus comprimens, & cogens ad centrum: quapropter natura solertissima sedes angustissimas corporib. densis, nempè centrū mundi apparauit; raris autem amplissimā, circunferentiam nimirùm concessit. Est item caussa secunda raritatis & densitatis [b] quæ tamen omnia corpora caduca generatim non attingit, sed humida tantùm, sine ea per se talia sint, siue humoris permixti beneficio, quale nos antea nutrimentū esse docuimus, impulsio scilicet & attractio, de quibus item meminit Arist. & impulsio quidē sit à motu ventorum, tum etiam ab aliquo aërem extrinsecùs agitante, ex quo sic cogitur, vt maximè durescat, velut in folle; & inflammatur etiam, vt in motu sagittæ. [c] Ex eo quoq. vi ventorum coacto docebat Theophrastus æstate pluuias in Aethiopię vallib. exoriri, quanq̃ & huius rei certior caussa nob. affertur in Meteorologicis: sed tamen, vt videas etiam tantum philosophum pulsionem caussa densitatis esse censuisse; contra verò caussa raritatis attractio quæ fit ope vacui: nanq. vt corporum continuitas seruari possit, dilatantur, & præter consuetam sibiq. naturalem amplitudinem deducuntur ad maiorem. Sed hæc hactenus.

[a] 1 de gen. an.

[b] C. de gen. aa.

[c] 2. de cęl. T. 24.

E F G H

Quemadmodum rarefactione posita vacuum non introducatur. *Cap. XLIII.*

CVM verò dubitaret Aristoteles, ex quo'nam conficeretur incrementum: neq.n.è corporeo, neq. incorporeo fieri posse: nec ex illo sanè; quòd sequetur penetratio corporum; nec ex altero itidem quòd existeret inane: digressus est item Philoponus; & inde sumpsit occasionem vestigandi, quemadmodum non sequantur hæc absurda; siquando rarum è denso fiat; aut contra densum è raro: nanq. illud maius spatium, quàm prius occupabit; alterum longè minus. itaq. sic argumentabor, ego, inquit ipse: hæc terminorum dilatatio fit è corporeo, vel incorporeo: ac siquidem ex incorporeo fiet; quantum è non quanto procreabitur: si minus; erit ergo penetratio corporum. subeunte eo quod amplificatur, in locum corporis ambientis: consimiliter, si fiet densum è raro, cùm minus occupet loci, quam prius; ergo restabit inane: neq. minus ab aduersario stabit ea ratio, quòd ab eius auctore Aristotele; quinimmo plus vrgebit Aristotelem: nam ponitur auctio fieri ab externo: ergo quod crescit, occupat

A occupat locum eius quo increuit: & si fortè minuatur; quod discedit, in pristinum locum remigrat: at hîc intrinsecùs amplificatur ipsa substantia, vt cùm terræ pugillus in ignim conuertitur, quando postquàm factus est ignis; occupat spatium millecuplo maius: ac si contra fiat ex igni terra; fit millecuplo minus nulla re recedente: quamobrem dimensiones in seipsas recedunt: & sic efficitur manifesta penetratio corporum. Respondet ad propositam quæstionem Philoponus ex aliorum sententia primùm; deinde cùm eam refutarit enunciat propriam: atq. ita vt alium esse virum agnoscas, atque illum qui commentarios in Phys. volumen edidit. Dicit ergo nonnullos, vt vacuum, corporũq. penetrationem declinarent, existimasse, quantum terræ fieret hîc ex aëre: tantundum aëris alibi è terra restitui; & idcirco ex ea penetratione natura neutiquàm inane moliri. Attamen quàm sit hoc vanum, & ab ordine rerum abhorrens, eæ rationes ostendent, quas à Peripateticis occupatas hîc adscribemus: sequeretur enim inquit, vt fluctuaret vniuersum quemadmodum Xuthus quidam objiciebat. Necnon quid vetaret, quominus alibi tantundem aëris in aquam arbitratu meo conuerteretur? hoc autem maximum figmentum est, ne dixerim monstrum: vt si mihi liberet hic olla ad ignim apposita cyathum aquæ in aërem transformando, partem quandam aëris, qui Athenis esset, in aquam permutare. Præterea qui finis istius conuersionis esset? etenim si ibi mutatur aër, qui huic respondet; etiam pro illo aliud corpus mutari oportebit in infinitum. Adde quòd latio temporis puncto

B succederet, si dum natura tantam aquæ molem verti in aëre, per maximum spatium fieret illius aquę repensatio, vt puta cùm modò flumina in nostra habitabili sint exhausta, & crescant elementa superiora, apud antichthonas flumina redundent, superiora verò elementa decrescant: vnde enim tanta continuatio motus, & tam velox; eoq. maximè cum experiamur ventos, & terremotus, quorum agitatio, vt est captus rerum naturalium in hac inferiore mundi sede, vehementissima perhibetur regionem nostram maximo impetu, atque fragore concutere, proximam tamen esse in tranquillo? Mitto nunc quòd maximè sensum pelleret tam velox & subitus motus: nam tum certè.

—maria, ac terras, cælumq. profundum:
Quippe ferant rapidi secum verrantq. per auras.

Quapropter, inquit ipse, dicemus hanc esse elementorũ mediorũ naturã, vt denseri & rarefieri queãt; eademq. modò maiorẽ molẽ, posteà minorẽ obtinere. propterea, quãuis intumescat aliqua pars aquæ in proximo; pars aëris cõtigua cõstipat; & in angustius, atq. in se ipsã quodãmodo contrahit, & cõtrà, si pars aëris cogat, proxima rarefiat, sic vbi denseat aqua illi cõtigua, vicinus aër rarefiat: ita cedendo & dilatãdo cõpleant inane, & penetrationi corporis occurrant. Neq. verò dum in sese corpora contrahuntur, est illa penetratio, sed diminutio terminorum & molis, eadem corpulentia, atq. distantia;

C quippe eadem materiæ portio, quæ nec augescit, neque minuitur; sed molem terminosq. commutat. Proinde duo sunt modi, quibus natura solet occurrere vacuò, vel per corporis contigui successionem, nulla mutatione substantiæ præcedente, vel interuentu rarefactionis: ille expeditior, hic posterior pro remedio secundo, quasi natura secunda nauigatione, vt aiunt, vtatur; ac sæpe fit cum aliqua perturbatione naturæ: quandò etiam quælibet res certam protentionem distantiæ flagitat illa cum salute substantiæ præstatur. quòd igitur vnaquæque res se conseruare cupit, quantum potest; prior ille modus est magis naturalis: itaque primò sic succurrit vacuò natura, secundo vtitur, vbi sua natiua mole contigui corporis ingressus non sufficiat. Quare non succedit corpus, ne rarefiat, vt aliquando dixit Cardanus; sed rarefit, si quando succedens suum statum conseruans non fit satis: neq. sic rarefieri est prorsus secundum naturam: quin ipsum quandoque natura declinet, & dum ita facit, quin faciat iacturam; siquidem nimium quoq. afferat interitum. Vnde autem elementorum, raritas & densitas oriretur, certè nesciuit explicare Iandunus [a] & innuit id à calore proficisci quòd item docuerat Auerroës; [b] veruntamen anceps postea de veritate dimisit eiusmodi rei disquisitionem: sed totum hoc multò antea suppleuerat Philoponus (nec dum enim scripta Græcorum, quod fuit ætatis illius infortunium; philosophorum manib. terebantur) Ille igitur à sua ipsius propria natura proficisci putauit, vt idem elementum varios terminos in eadẽ materiæ portione susciperet ob eam potestatem quã

D ad diuersos terminos habet in seipsa materia, propter quàm item sic coguntur, aut etiam amplificantur, vt naturam commutent: itaque Theophrasto & Hippocrate auctoribus aër descensens in aquam conuertitur; & in seipsa constipantur, & constipata dilatantur, vt si sphæra gossypij, vel lanæ maiore quadam vi comprimatur, & compressa suæ naturæ posteà dimittatur, præterquàm quòd in gossypij globo aër interceptus est, sed in eo, quod est tale secundùm naturam, eadem est substantia quæ restringitur, quasi partes eius arctius copulentur, nihilominus retineant continuitatem nullis neq. spatijs inanibus interceptis, neque poris aliquo tenuiore corpore quod cedat, stipatis; sed sola ipsa distantia coarctata, & amplificata, aliaq. prorsus ratione, ac vasi cineris, vel arenæ contingat: etenim cùm sint corpora minutissima; facilè accipiunt aërem, & ab eo sustinentur propter paruitatem, sicut ramenta in aquis: itaque sub ingrediens aqua secumq. trahens partes exiliores in profundum, valde minuit eius molem; idem multoque magis cineri contingit; quòd cùm adhuc igneam vim conseruet habet item adiunctam leuitatem qua partes sustentatæ inter se minus opprimunt, quapropter etiam more huiusmodi corporum concurrit ad molis paruitatem propria facultas quę est ad densitatem ex frigore aquæ superinfusæ. Cęterùm & hæc & secundùm naturam huiusmodi esse valent, & præter naturam; atq. vbi præter naturam fuerit affecta, remoto obice recuperare statum naturalem; eademq. nisi post aliquod tempus recuperent, interire: quandò ratio magnitudinis & paruitatis non sola terminorum,

[a] 4. Phys. Q. 10.
[b] 7. Phys. T.c.15.

verumetiam distantiæ protentione consistit. Hæc in elementis medijs medio quodammodò se habet; in extremis extrema est: veruntamen, vt medium quid est in medijs, ita facilè commutatur. vt enim dicebat Aristoteles, [a] id magis est obnoxium mutationibus, quòd habet differentias minus insignes: attamen etsi extremorum extremæ sunt conditiones; non verebor etiam dicere propter naturam illas augeri posse, vt calorem & frigus in igni & glacie quorum raritas & densitas esse solent affectæ. In mixtis densitatem sanè maiorem, quàm in corpore simplici Philosophi concedunt, velut in plumbo, raritatem maiorem in mixto, quàm igni & flamma reperiri non audio, neque opinor: caussa illa esse potest, quòd mixtura frigidorum, quæ solet abundare in mixtis. Alterius ratio, quicquid sit de veritate, hæc erit dominium aquæ quæ concrescit à frigore; & terræ quæ cogitur à calore. Tametsi siquis inspiciat diligentius; illa dẽsitas quę est ingenita materię, & à contractione dimensionis exoritur, facilè iudicabitur in simplicibus longè maior esse, quàm plumbo, ea quæ vulgò in multitudine materię, partiumq. frequentia ponitur, plumbo rectè assignabitur: est enim corpus minimè porosum propter humoris illius continuationem, ex quo ab initio constitutum est: sed dimensio laxior, vt sic dixerim, atq. solutior, & consistentia mollior, propterea comprimenti cedit facillimè, & densum valde constringitur; terra, quæ caussa dimensionis, & intrinsecùs est densissima; propter ariditatem in minimas partes distributa corporib. alienigenis intercipitur. huiusmodi est arena, de qua suprà dictum est: itaq. non interna cessio, velut in aëre & plumbo; sed alieni corporis expulsio. Hęc quidem (vt mea fert sententia) caussa cur rara corpora sine alteratione constringantur, ac densa dilatentur: & hoc est quòd in pręsenti capite quærebatur, cuius sanè caussa non est calor, vt suspicabatur Iandunus. Non nego tamen ex calore nasci raritatem, vt contrà ex frigore densitatem, quemadmodum testabatur Auerroës: sed hoc in pręsentia non agebatur. Atque ea de motu secundum quantum, de caussis, & differentiis eius dicta sufficiant.

[a] 1. Phys.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

FRAN.

FRANCISCI BONAMICI

PHILOSOPHI FLORENTINI, IN PISANO GYMNASIO PVBLICE PROFITENTIS.

DE MOTV

LIBER OCTAVVS.

DE ALTERATIONE.

Nonnulla disputantur quę ad accidentium mutationem pertineant generatim, ac primo loco de fine. Cap. I.

OTVVM genera duo sunt quorum alterum, cùm sit implicatũ contrariis, ad illam partem substantiæ pertinet quæ mortalis est; alterum, quia contrariis exemptum, corporibus inhęret diuinis: illud quod in substantiis inest quæ oriuntur & intereunt; tametsi omne perniciem substantiæ respicit; tamen aliquę partes sic eius ortui & interitui sunt affixę, vt sine his mutationibus in natura non existant; veluti motus inanimorum qui est per se, nutritio, & incrementum; consimiliter rarefactio: alię quoq. C salua substantia possunt obiri, vt loci mutatio, quæ contingit inanimis, cùm genita fuerint. ex hoc ordine est alteratio de qua nunc instat, vt disseramus. At verò cùm mutatio quę est comes alterius, veluti cùm fit lux, aut perspicuitas, vbi generatur aër, more non insueto philosophis in illud ipsum prædicamentum non referatur, vnde termini petuntur, sed in eo genere collocetur, in quo est princeps illa mutatio cuius hæc est comes, vt rarefactio in ortum, & in incremento mutatio loci in incrementum: illa retineatur in prædicamento quæ per seipsam consistere potest: sic nos de qualitatis mutatione dicturi, eam quæ per se nõ est, cum aliis motibus quibus ipsa adhęret, volumus esse numeratam; hîc illã considerabimus quæ per se, & cum salute substantiæ pręstatur, quam verè in categoriã qualitatis adscribi, & ἀλλοιώσεως nomine à Gręcis significari nouimus; eam nos, quia non satis eius potestatem exprimunt neq. cõmotio, vel perpessio, neq. perturbatio, neq. affectio, ꝙ cõmotio & perpessio quid cõmunius est, q̃ vt indicet mutationem qualitatis, perturbatio mihi potius notare videtur πάθος, nec satis conuenire cum eius attributo τελειωτικόν, hoc est, perficiens, & affectio speciatim animi conturbatio; nonnunquàm significat id quod alij dispositionem vocant; alterationem trito vocabulo nominare constituimus. Sed cùm ἀλλοίωσις ἀπὸ τοῦ ἄλλου ceciderit; id verò cõmuniter omnem D differentiã complectitur accidentis, sicut ἄλλο discrimen essentiæ: etiam ipsa videbitur posse transferri ad significandam oẽm mutationem, quæ fit circum accidentia: propterea nobis, dum de ἀλλοιώσεως, hoc est, alteratione verba facimus, aliqua generatim de accidentiũ mutatione tractare placuit: itaque benignus lector hoc loco veniam dabit, si tantisper digrediamur, dum de fine mutationis accidentium, de efficacitate, subiecto, & natura eorũ explicetur; nec sanè alieno loco, quandò ea quæ nos expositu-ri sumus, elucent primùm in mutatione qualitatis, & illi primò tribuuntur. A fine verò auspicabimur, ꝙ sicut ille regit oẽs alias caussas, ita quoq. nostras cogitationes moderatur. Ergo quodcunq. fit per se, indiuiduũ est, & ex sensili materia conflatũ cuius etiam priuilegio forma in ipsa sit singularis, ab his duobus initiis alia oĩa pendent ad quæ materia potestatẽ habet, & quibus actum forma elargitur quæ sunt idcirco secundùm naturã, & accidentia quidẽ substantiæ: verùm, vt aliquid tamen conducant ad esse, siquidem ea sint hũi, vt formam consequantur, sic vt animam vita, vel ortum ex materia ducant: vbi fuerint sanè ex forma, cùm sint formæ perfectio; planum ꝙ siquid illa peruertat, iã formę ipsi damnum afferet, violabit, & perimet: efficiet.n. aliquid in natura quod fuerit affectũ præter naturã, & planè otiosum & frustra; cùmq. talia euenta sint reipsa formæ, accidentia corpori & materiæ, q̃ aliquando possunt impediri, qui functiones impediat, aut tollet; vnà quoq. formã affliget, & iugulabit: si fuerint ex eo genere quod pendet ex materia: quandò materia potestatem habet ad oẽs formas cùm substantiæ, tum accidentis; erunt perfectiones: vniuersa verò perfectiones indiuidui, cùm indiuiduum

constet ex vtrisq. principiis & materiæ, vt nos arbitramur, acceptum præcipuè referat, q existat, ea salte perfect[illegible] quam vocant [illegible] & vsus, si non eminentiæ, per quam apparet actionum initia bene se habere, quemadmodum ex amicitia virtus, & ex voluptate agnoscitur habitus. Ergo, siquid accidentium fuerit, è natura [illegible] per materiam labem accipiet. Quoniam verò forma existit in hac materia, hac conuulsa, formā quoq. profligari continget. ita ex accidentium mutatione detrimentū, substantia patietur [illegible] natura facultasq. principiorū, vel proximè, vel remotè: non permanebit diutius (etenim oē breue, quod est contra naturā) propterea, vel pristinū statum recuperabit, vel cōtendet ad interitum. Mitto nunc minimas, & ferè insensiles perturbationes, q modicum solet tolerare natura, & a illuc optimū consueuit haberi, quod minimis vitiis vrgetur. Itaq. in eorum professione quæ sūt secundùm naturā, posita est quomodocunq. salus, in aduersis consistit interitus. Proinde ignis in loco superiore se probè tuetur; in inferiore corrumpitur, & in quadā raritate conseruatur, seipsum perimit, si densescat. Cęterùm q operatio est optima conditio substantiæ, & ipsi inhęret, nisi impediatur: ergo quod dat esse, dat item operari eodē modo quo dat esse. Igitur cùm à substantia pendeat accidens, necesse quoq. est eius operatio pendeat à substantia. Verùm cùm vnumquodq. quod agit secundùm naturā, sic agat, q sibi expetat bonum; id verò est vel vt sit, vel vt benè se habeat, atq. in caducis, vt sit vel indiuiduū, vel species, & natura: ergo & accidentia, cùm pullulent ex substantia secundùm naturā, ea quoq. erunt propter substantiā, vt ipsi substantiæ bene sit, vt ēt se, speciem'ue suā tueantur. itaque erunt instrumenta substantiæ, cùm ab ipsa deriuentur. Porrò cùm res sint propter formam, eaq. primo à natura expetetur; ergo & oīa cum primis erunt gratia formæ, & ipsius instrumenta præcipuè. Sic ergo substantiæ se per accidentia tuebuntur. quia verò se tuentur per suā formam, vt speciei curā habeāt, necesse est intercedat vis efficiendi sibi simile; propter quam forma degenerat in efficiens. hæc verò iā inest in re perfecta; non pōt id sine primarum qualitatū auxilio, quæ est earum natura, præstari: ita.n. se habent ad efficiens, vt gladius ad militē: quare, quemadmodum gladij in concertatione prius tangunt & feriunt, iidemq. hebetantur, sic primus est qualitatū conflictus: sunt.n. secundi actus primarū differentiarū corporis sensilis, inter quos verè contrarietas intercedit, & pugna, atque adeò vt hę ipsę qualitates nonmodò primæ dignæ sint appellari, q ex earū efficientia reliquę nascantur, sed q inde oīs propè mutationis sumat exordium. Ex hoc fit, vt accidentia sint instrumenta vel formæ simpliciter, vel efficientis quæ est forma perfecta. Verumenimuero etsi formæ accidentis oēs aptæ sunt ex substātia, singulæ tamen afferunt aliquid propriū quod substantiæ superueniens eas à forma substantiæ seiungat; quod certa figura dictionis exprimitur, & certū substantiæ modū notat, & certā categoriā constituit. Sed & illa quæ sunt eiusdem generis, inter se differunt, & pro varietate suarū conditionum miris modis substantiæ seruiunt. Itaq. aliquę sunt patibiles; aliis data est vis agendi; nonnullæ solo contactu efficiunt, vt quantitas; aliæ quoq. afficiunt mediū, vt calor; quædā habent contrarium: reliquæ carent. ex hoc sequitur, vt ad diuersa officia formæ accidentibus vtantur, ad immutandū agentibus, & iis potissimè quæ eminus afficiunt, vt calor & frigus ad id, vt mutatio in eo quod mutatur, sit facilior; iis in quibus est patiendi propensio, ad se tuēdum illis quæ magnā habent impotentiā patiendi. Sunt aliquæ ex his quæ per mutationē substantiæ sequuntur, aliæ salua substantia fiunt, atq. harū nonnullæ, q actu substantiæ nitantur; aliæ verò, q non eo promouentur, vt materiā labefactent: illarū bonę sunt conditiones, harū ratio deterior: totum.n. id ex agentis impotentia nascitur, quod vult quidē efficere substantiā, sed in medio cursu impeditur. Ad has est alteratio propriè, his natura vult vti ad gignendū, aliis ad formæ salutem. hę sunt efficiētis instrumenta, illi formę solius: hæ præcurrunt, illę comitantur. Verùm sicuti iussit natura accidens esse propter substantiā, sic verum eorum finem quæ materiam cōmouent, esse voluit vt eā conseruent, & qua substantia terminantur, cum ea consistant, & quæ efficiētis instrumenta fuerunt, eadē sint assectæ rei quæ genita est. itaq. antecedūt & consequuntur; dum antecedūt; adhuc pendent ab efficiente: dum consequuntur; sunt eius propria, in quo sunt, vt in subiecto, dum res fit, ad eius productionem conducunt, dum est facta tuentur. vt mihi res omnino similis esse videatur; ac si Rex aliquis potentissimus amicū in cuiuspiā regni possessionē mittere velit, & regē eius regni creare quod ab alio rege fuerit occupatum, ipse verò oī studio & omni labore, & magnis coactis copiis retinere conet, ita vt ad arma veniendum sit: nam suos milites premittit; (nullos.n. habet amicus) qui cum alterius regis exercitu confligant, amoliantur propugnacula, eius copias fundant, regē occidant, amicū in regno collocent: is verò illorum vtatur pręsidio quorū opera in regio solio constitutus est. iis stipendia soluens: iidem.n. milites antecedunt & consequuntur. prius erant alterius regis: posteà sub hoc merentes, facti sunt noui reges; per eosdem in regno positus est, & retinetur: eos imitantur affectiones illę preuiæ, de quibus anteà multa dicta sunt, quæ ab initio pendent ab efficiēte; nec materiā mouerunt, sed mox cōmouere incipient, & eius fieri paullatim, donec ex ipso pēdeant vniuersè; prius alteri seruierunt; huic quod genitū est, posteà; quasi ipsi milites antequàm experti sint liberalitatē, & fortitudinē noui regis; nihil ipsius caussa velint, sed eius qui misit: mox iis bonis in nouo rege perspectis illū obseruare incipiant; ipse verò eorum animos paullatim suis beneficiis sic alliciat; ac demū sibi omnes adiungat, vt alium nullū regem velint, quàm eum quem ipsi creauerint; proinde quicquid agunt, & agunt propter illū, & eius existimatione, & potentia fulti. Igitur vt hæc ad pauca redigam. Accidentia sic sunt à natura instituta, vt pellant contraria, materiam afficiant ad accipiendam certam formā. postquam ea producta est, illam tueantur, quantum possunt, atq. id in eius virtute faciant, cùm sint ex illa, & propter illam, sicuti milites ad nouum regem missi illum voluerunt, & eius

opibus,

E F G H

A opibus, & sapientia nixi, illum & regem habent, & defendunt. Ex his etiam datur occasio propulsandi quandam maximam dubitationem quæ de vi & facultate accidentium proponi solet. nanq. hoc pluribus tractari consueuit à philosophis.

Quoad facultas accidentis generando procedat. *Cap. 11.*

ADVERSVS ea quæ decreta sunt, ab aliis viris doctis multa dicta comperio, & in alia oĩa discessum. Etenim cùm fuerit anteà constitutum, substantiã, vt generetur, egere accidentibus quorũ ope materia possit affici ad formã futurã, visum est aliquibus non esse opus accidentibus, sed substantiam proximè generare substantiã: aliis placuit oppositum, nempe substãtiã nihil agere, sed actionem accidentis esse propriã, itaq. accidens efficere proximè substantiam. Deniq. nihil minus approbarũt, q̃ quòd accidens operetur in generatione substantiæ, vt instrumentum substantiæ. Nam quòd non sit accidens instrumentum, sic conficiunt. Primùm acccidentia quæ habent agendi facultatem, sunt quatuor primæ qualitates; hę verò proximè inhærent in materia prima, & ordine generationis antecedunt formis substantiarũ: ergo non sunt illarũ instrumenta. Deinde productio ignis ab igni distinguitur à calefactione, aut non: si distinguitur; igitur ignis efficit ignim sine ope accidentis: si minus: ergo ignis B producit per calefactionem, sed calefactio caloris est. igitur substantia non virtute propria producet, sed ipsius caloris. Tertiò valde leue est illud, aiunt, & nugatorium, dicere accidens agere in virtute substantiæ, aut.n. est dirigi ab ipsa, vt instrumenta motus ab artifice diriguntur: sed.n. quemadmodum accidens à substãtia dirigat, neutiquàm cogitari, ne dum credi pōt, aut est ponere quendam influxum. Sed neq. influxum dicere tibi permittam, ꝙ opponam hunc esse ignobiliorẽ accidente: propterea, nisi accidens agat virtute propria, multò minus aget ex vi talis influxus. Rursus siue influxus iste sit, seu virtus, est accidens: quæretur vnde habeat vim producendi substantiam; nam si id facit virtute substantiæ, non sua. at quomodo illi communicatur ea virtus? & de hac item quæretur, vt à substãtia pendeat, & in infinitum quæstio procedet, ꝙ si sua virtute fateatis efficere substãtiã; cur etiam nõ dabatur idẽ ab initio quæstionis? Cùm verò nonnulli respondeant accidens ex natura virtutem esse substantiæ, quippe ex ea pendens, & illius instrumentum. Contrà hoc nihil erit aliud, nisi relatio accidentis ad substantiam. atqui relatio neq. terminus est mutationis per se, neq. principium. Præterea falsum est, ignim produci à calore, quia sit virtus ignis: quandò ẽt ab aëris calore producit᷑, cùm ex aëre & terra fit ignis. Insuper ignis etiam gignitur ex lumine & motu quæ sunt accidentia: non igitur ex virtute substantię. Quod verò in quorundam mentem cadit calorẽ per se agere, exẽpli caussa, vsq. ad gradum C septimũ; in octauo autem, vel eo qui afferat proximã affectionem, & imprimat in materia postremam illã potestatem ad accipiendã substantiæ formã, duntaxat ex substantiæ virtute efficere, totũ est aliud: nanq. ignis naturaliter agit, & eodẽ igitur modo perpetuò. Prętereà calor est idem qui ad septimũ vsq. gradũ operatus est, nec quicq̃ aduenit, dum prouectus est ad octauũ, quod eius facultatẽ mutaret: ergo quemadmodũ propria virtute prius agebat, sic etiã propria virtute necesse est agat in extremo, quoad enim permanet idem; idem quoq. semper agere aptũ natum est, idẽ verò permanet: nanq. eadem est caloris vtriusq. definitio: similis fortè non est; at hæc differeptia quæ per accidẽs est; tantum nõ posse videbitur, vt ea producat quæ toto genere separantur, cuiusmodi sunt accidens & substantia. sicut.n. similis differentia caussæ solet efficere similẽ differentiã in effectu; sic & dissimilis eam ponet in effectu dissimilitudinẽ quæ prius extiterit in caussa: caussa quidẽ continet differentiam per accidens. ergo effectus essentialem differentiã continere nequibit. Itaq. non aget accidens ex virtute substantiæ. Restat igitur, vt aut non agat, aut quicquid agit, agat ex propria, non aliena virtute. Quòd sicubi asseueratũ est à sapientibus accidens agere ex virtute substantiæ; id ob aliquã ex hisce caussis pronunciatum fuisse dicemus, vel ꝙ actio denominat cõpositum quod est substantia. quare dicimus ignim calefacere, vel quia substantia nititur, vel ꝙ ab ea determinat᷑: quia.s. tantus calor, non calor simpliciter, ad hanc substantiã producendã requiritur: neque.n. in eodem gradu aërem potest efficere & ignim: proinde à ta D li substantia, non vt efficiente, sed fine determinatur. Non igitur aget ignis, sed calor propria facultate. Non agere aũt opinatus est Scotus, & ad id confirmandũ hæc valere videbantur. Etenim vulgò etiam dici solitum; nullũ agens suo gradu, suaq. ipsius virtute excedere. Cùm igitur accidens substantiæ cedat; neutiq̃ producet substantiam. Hoc primum est, sequitur illud. vsurpabo aũt id solum, quod ad hanc methodum pertinet: est.n. argumentum Theologorum. Aut igitur hoc nascitur ex perfectione substantiæ, aut imperfectione, sed nil ex his esse potest: nanq. ita se habet substantia ad substantiam, velut accidens ad accidens. Sed accidenti non repugnat producere accidens: ergo neq. substantię repugnabit generare substantiam. Datur etiam generatio vniuoca, & à simili. Ergo & substantia producitur à substãtia. Extremum illud est, ꝙ quid est ipsius subiecti est caussa proprię functionis, siue omnis, siue alicuius, quid verissimè constituatur, alius erit considerandi locus. veruntamen non secundùm virtutem patibilẽ, quòd oĩs huiusmodi potestas respicit repugnantia, sed est functio perpetua; igitur per actuosã facultatem. Ergo substantia pōt aliquid proximè producere, ꝙ si producit accidens, cur non & substantiam? multò.n. maior est conuenientia inter substantiam & substantiã, quàm inter substãtiã & accidens quæ videtur obseruari in natura: calor.n. à calore, & frigus à frigore per se producitur, & omnino vniuocum ab vniuoco. Attamen actionẽ accidenti negare est apertè oppugnare auctoritatem Aristotelis,[a] qui testatur ignẽ non agere, quoad est ignis, sed quoniã calidus. Idemq. 2. de ortu saltem instru-

[a] Lib. de sen.

instrumenti rationē concessisse videtur accidenti. Idcircò oēm actionē tribuunt alij accidenti,substantiæ nullā,nisi per consecutionē quandam, caussam aliā non afferunt huius attributi, nisi q ea sit accidentis naturæ,non substantiæ. Neq. desunt rōnes quibus hęc pars problematis confirmetur,siquidem actio procedat inter contraria. At verò cōtraria non sunt in substantia. Neque igitur actio. Prętereà docent clarissimi philosophi idē esse agens quod afficit materiā,atq. affert formam. Sed accidentis est afficere: ergo & generare: asserunt etiā formas non habere vim agendi,nisi beneficio primarum qualitatum: nā semen per calorē natiuum efficit actu animatum. Postremò ignis,non à substantia,sed ab accidente producitur,vt à motu & lumine. Vis ergo gignendi non est attribuenda substantiæ,sed accidenti. Verumenimuerò nulla ex his rationibus apud me tanti est, vt me de mea sententia cōmouere possit,& illę plus valere mihi videntur quas contrà mox afferemus. siquidem docuerit Arist. idem esse finem,efficiens & formā in natura,rationeq. solùm,numeróue discrepare,non essentia. Deinde vtor argumento Aristotelis. [a] In omni genere, vbi est patiens, ibi esse quoq. agens oportet. Sed in substātia est propensio ad id vt generetur, & materia quæ patitur: ergo & in substantia est generandi facultas & actuosa. Itaq. ita veram esse arbitror apud Peripateticos eam propositionem,vt in illa etiam genera valeat quæ non sunt vniuoca simpliciter: nā dubium id non est de mente patibili & actuosa: tantò minus in vniuocis,de quibus vniuocum ab vniuoco fieri sæpissimè testatum est. Tertiò si accidens ageret,& produceret substantiā,prius esset non substantia,q̄ substantia: id verò ab Arist. reputatur absurdum, atque id falsum foret substantiam natura,ratione, & perfectione priorem esse omni accidente. Quartò substantia gignetur ex consequente. Neq. ego hic illud inficior,quin inductionē preuiarum affectionū consequatur,sed aio quoq. fore caussa finis ex consequenti,non primò expetitam. Nam si accidens non est instrumentū substātiæ; nec videtur ēt substantia ab illo,tanquàm efficiēte experi principaliter: vnumquodq. enim quod agit; agit propter seipsū primò,& aliud vult, vt sibi ipsi sit bene. Cùm igitur efficiendi facultas non sit in substantia,sed in accidente,& hoc propter seipsum velit.quicquid vult,in substantia non erit appetitus ille substantiæ,nisi patibilis; in accidente non erit primus;ergo neq. ratione finis substantiæ generatio præcedet: itaq. ex consequenti prorsus erit productio substantiæ. Non me fugit ad hæc egregiè responsum ita,vt verè caussa ista solùm caussam non habeat,cæteris reb. abundet: ac mea quidem sententia caput vniuersæ responsionis hoc est. si propriè facere sumatur;id non esse propriū formæ quæ constituat substantiā, sed ad illam pertinere quandam speciē actionis impropriā,& methaphoricā; quatenus actio denominat substantiā; quatenus est subiectū accidentis. & quatenus determinat sibi gradum accidentis,ex quo existat; actionem verò propriè esse ipsius accidentis. Sed arbor hęc,vt opinor,excisa,non euulsa est: itaq. q̄ fruticetur,vide. In primis Arist. accusabat Democritū, [b] q generandi vim tribueret accidenti: ac monebat eum qui tales caussas generationis afferret; generare λίαν ὀργανικῶς, idest, quòd instrumenta poneret, non principes ortus caussas. Deinde hoc me persuadet substantiā verè,& potissimè agere: nanq. agere,quod est efficientis,est educere de potestate ad actū,& dare formam, [c] sed hoc substantia facit,vt animal & Sol. Ergo & substantia generat. Mitto q Aristoteles vim efficiendi concesserit animo,cùm docuerit eum esse tribus modis caussā in viuentibus,idemq. enunciarit naturalissimū viuentiū munus esse sibi simile propagare:quib. dictis ij viderint,quemadmodum quadret illa interpretatio. illud animaduerti volo,q dum explicant, quemadmodū formæ tribuatur agere,vim efficientis quæ formæ dari solet, funditùs euertunt: etenim illius aiunt,esse efficere quæ determinat,sed determinat ea quæ gignēda est,vt ipsi fatentur: atqui efficiens tēpore antecedit,quod actu est,qui potestati præcedit simpliciter. Nam si velint, vt nos, formam determinare formaliter,& intrinsecùs,extrinsecùs aūt efficiens,&,vt vulgò fertur,efficienter; iam efficientiā,vel inuiti in substantia collocabunt: terminat.n.forma scamni lignū,dum illa tanq̄ termino cōcluditur; terminat ēt faber, dum auferendo partes ipsum figurat: ita ēt fit in natura,nisi quòd in natura efficiens vniuocū est,in arte diuersum. huius actu materia sine propensione,illius est potestate,eaq. ordinata ad actum: in natura efficiens per se semper in actu certo, & alterius actus consecutio certa, artificis certissimus exitus, vt si hæc ritè fiant, id vtiq. successurum sit,sed functio ad arbitrium. Hæc ego cùm diligenter animaduerto, non possum induci, vt credam efficiendi vim accidenti, non autem substantiæ esse delegandam. Hoc igitur constituto videamus quid ad rationes oppositas dici queat.

[a] 3. de An.

[b] 1. de Ge.

[c] 1. de Ge.

E F G H

Diluuntur rationes quibus oppugnatur accidens in ortu substantię non esse instrumentum. Cap. III.

MIHI verò videtur vtraq. secta plus distantiæ vel accidentis naturæ tribuisse,q̄ ipsorum conditio tolerct,dum vel substantiā sine accidente vim efficiendi volunt habere, vel dum accidens per se substantiā producere putant. Nobis sanè placet substantiam sine accidente nihil producere, atq. accidens in substantia producenda alterius substantiæ sēper esse instrumentum. q nulla sine præuiis affectionibus & apparatu materiæ gigni videt,& q in substantia non esset appetitus innatus ad id vt aliud sit,per quod efficiens constituitur,& cęteris caussis segregatur: itaq. accidens non sanè princeps agēs, sed instrumentum substantiæ verè censebitur: neque.n.appetitus est in forma,neque in fine,sed hic appetitur: forma habet: ideò non appetit. in materia inest quidem appetitus, sed ille patibilis est, non actuosus quo determinatur efficiens, ideoq. & hunc præcedere oportet. Et rationes quæ contra hanc sententiā afferuntur,Cristicῶs potius cumulatæ sunt,quàm sensibus & experientia stabilitæ. Cùm verò multum insistant in illo aduersarij, q accidens non vt instrumentū, sed propria virtute efficiat, ad

eas

A eas in primis aliqua dicemus. Quod igitur aiunt, primas quattuor qualitates insidere in materia prima sine interuentu formæ quæ constituat substantiã, non caret maxima dubitatione, neque id efficit fortè, quod optant. Etenim & dubium est, sint'ne ipsæ elementorum formæ. & esto ꝙ non sint, haud dabo illas proximè inhęrere in materia prima, & iis supponã quoquo modo substantiam. Nanq. illa non me valde cõmouent quæ de consimilibus qualitatibus afferuntur quas superstites esse in elementorũ mutatione testantur philosophi, nec ꝙ affectio formę nouæ præcedat quæ per accidentia ministratur, aut illa oĩno quibus probatur accidentia in genito eadẽ remanere posse quæ fuerant in corrupto, cùm formas cõmunes acceperimus quibus accidentia cõmunia comitentur, quas non materialiter, sed formaliter solùm mutari docuerimus, & eodẽ modo accidentia quibus illa sunt affixa, & illa accidentia in ea materia ex qua noua species est gignenda; sic inesse docuerimus ab initio κατὰ πάθος, & secundùm passionem, non secundùm habitũ, & ab efficiente pendere, non à subiecto, ac similiter subiectum quod afficiendũ est, non esse materiã simpliciter, sed aliqua forma & contrariis informatã, atque munitam: aliter nulla affectione præcedente opus esset: quandò materia per seipsam non minus ad hanc, q̃ ad quamlibet aliã formam propensa sit. Deniq. actuosæ illę qualitates quibus vtitur efficiens ad afficiendã materiam, ipsius efficientis substantia fundatur eo tẽpore: ergo non proximè inhęrent in materia; nisi sit aliquod tempus quo materia vtraq. forma & veteri & noua sit priuata, quod certè fieri nequit.

B Quantum verò est de secunda obiectione: tametsi postulat ea quæstio longiorem animaduersionem, an ignis productio distinguatur à calefactione, an sit idem; tamen hîc ego pauca, & ea summatim, quę valeant ad indicandã argumenti fallaciam. siquidem hoc accipiam ignis productionẽ & calefactionẽ esse idem subiecto, ratione tñ, & fine proximo segregari; & vnã esse dicam actionẽ totam quæ est productio substantiæ, ꝙ huc naura collimat; sicut vna est actio meæ manus & calami, dum scribo, sed manus, vt primi mouentis, calami verò, vt instrumenti, & oĩum deniq. quorum est nexus ille, vt ministri, & imperantis, vt alterũ sine altero suo fungi officio nequeat, veluti nec calamus sine manu, nec contrà manus sine calamo exarare. Itaq. etsi ignis per calefactionem producit substantiam, & calefactio est ex calore: nihilominus substantiæ ꝓductio non est ex calore simpliciter, sed vt instrumento substantię. Et planè non videtur habere vim hæc consecutio: substantia generat per calefactionem: ergo generat calor, quod argumentũ conuincere volebat, & in eo fallacia latet: nanq. assumptum continet habitudinem instrumenti, dũ statuitur ignẽ agere per calefactionem, & est cum aliqua conditione: consequẽs infertur simpliciter: calorem. s. producere: ita vt neq. etiã si concedamus ignẽ vti virtute caloris; neutiq̃ tamen illud valeat, vt virtus caloris hoc perseipsã præstet, vt si calamum probè attemperatum habeã, & eius auxilio bene scribam; non idcircò bene scribet calamus, sed ego bene scribã per calamum bonum.

C Tertia ratio flagitat, vt doceamus, quemadmodũ agantur instrumenta à caussis principibus, sed non tanta de re propositũ est hoc loco disputare. inferius agetur copiosissimè. nunc sufficiat ex iis quæ ab initio libri præsentis constituta fuerunt, obiecta diluere. Nam quod quæritur accidens, cùm agit in virtute substantiæ, vel ita agere, ꝙ à substantia dirigatur, vel ꝙ ipsi aliquid substantia cõmunicet; quamq̃ primam partẽ ego facilè tueor, neq. tamen vehementer me sollicitant ea quę alteri opponũtur, vt verear, nequid in cõmodi ex illis oriatur. Ex his igitur quæ suprà sunt exposita, dicimus accidens à substantia dirigi bifariam, vel, vt à fine, vel, vt ab efficiente. est.n. eius actio, siqua est, gratia substantiæ, vt afficiatur materia ad formã nouam, & cùm eius actio non distinguatur à motu reipsa: sicut motus est gratia termini ad quem, & formæ: est.n. terminus hic finis motus non interrupti, sic & hũi actio est gratia termini ad quẽ, & formæ, ac naturæ ordine gratia formæ quę sit substantia; nam sicut illa est maximè; sic maximè expetitur in natura: simpliciter autem singularum actionũ finis, vt perfectio materiæ & indiuidui. Neque id vllam habet caussã, sed est vniuersa rerũ natura qua materia contendit ad formã, & sanatio terminat bona valetudine. Et ab efficiente quoq. dirigitur accidens: eius.n. primus scopus est speciei tutela, proinde vult esse hanc formã, & ex consecutione igitur expetit hunc motum, vt eã præstare valeat, & totum hoc itẽ continet noxum finis, & eius quod instituitur ad finem: sunt.n.

D actiones aliarum gratia, [a] sed cùm ad aliud dirigantur: non sunt ipsę propter fines, sed propter aliud: & illud ẽt est rei natura, vt in illo ordine posteriore nascantur ex antecedentibus velut ex purgatione tẽperies; ex hac salus, & demum, vbi sint plures actiones quæ oẽs quibusdam gradibus atque ordine tendant ad vnũ finem, in iis est vinculum efficientis & finis, quo antecedens vult consequens, & prius hoc, mox aliud, & consequens erũpit ex antecedente ex vi natiua, nec aliũde accersita, ac proximè quidẽ hoc, illud posterius, & cuius vinculi alia caussa nequeat assignari, q̃ ipsa rei natura, atq. hoc quidem sat esset ad obiectionẽ illam euertendam. Sed cùm & alterum membrũ tangat influxus qui qualitates habentur, & à quibusdã solent acerrimè defendi; neq. fortassis absurdũ fuerit influxum ponere propẽsionẽ illam antecedentium ad consequentia, vnde dictũ est hoc huius gratia facere, & hoc nasci ab illo, & cùm operari sit perfectio rei quæ est ꝙ hoc extet maximè in accidente, cùm accidẽs impetrarit à substantia, ꝙ sit: ita vt nulla dubitatio debeat existere, quin accidenti vis à substantia tribuatur: cùm hæc quæ contra influxus inferuntur, valeant ẽt aduersus hanc cõmunicationem virtutis, siue directionem; euidentiæ caussa, hanc partẽ disputationis expendamus. Influxus, aiunt, est ignobilior accidente: non igitur ex eius virtute aget accidens. Specto primùm argumenti formam, tametsi est nobilius accidẽs, cur non agitur ab illo? dicam enim influxum non per se agere, sed alterius, vnde est virtute fultum. At hoc, inquies, effici non põt, quando ẽt quæri de processu talis influxus eodem modo potest. Proinde cùm dicitur agere per influxũ, non aliud ex iis verbis significari putes, ac actũ illum virtutis quæ com-

[a] 2. Phys.

municatur à substantia, vt processum formæ ab efficiente ad materiam: sicut ergo processus habitudinem notat ab efficiẽte ad subiectum: re uera tamen est forma ipsa procedens, vt docuimus, cùm de essentia motus ageremus; ita nulla est per se virtus eius processus, & influxus, nisi vt re non differt à communicante, vel excipiente virtutem, sed habitudine sola. Ergo poterit esse iste influxus, nec accidens eius virtute confirmatũ agere oportebit. Atqui non sana est illa sequela, in qua oppositũ eius etiam toleratur ab antecedente. Argumenti fallacia sic melius detegetur. si assumpta hic ordinentur (neque .n. immutatio formæ syllogisticę peruertit nexũ, vel infert repugnantiam rerum assumptarũ) Si foret influxus: accidens ageret ex eius virtute. At non agit. ergo neq. est influxus: non agit autem, q̃ nobilius non agit ex virtute ignobilioris. Ad assumpti probationem dicimus non esse inconueniens nobilius agere ex virtute ignobilioris, si pendeat ex alio, qualem tu vis esse influxum, vel id negabimus, q̃ intercedat hîc ratio nobilioris & ignobilioris, cùm sit discrimen habitudinis, non aũt rei. Ad consecutionem: dico non esse necessariũ, vt accidẽs agat ex virtute influxus, sed sat esse, si ex virtute eius quod excipit, aut à quo communicatur. Quapropter iste influxus quòd ignobilior sit accidẽte, cùm sit reipsa idem cum forma, seu virtute quæ influit; haud facilè dabo. Similiter, q̃ sit accidens; est.n. hic de quo nunc disserimus, pars generationis substantiæ, aut vis efficientis quã ad substantiam referri nos ea monent, quæ olim de generatione constituimus: nam si respicias vnde est, erit actus efficientis, quæ est actu substantia, si vbi excipit̃; est promotio materiæ & potestatis ad actũ & formã, & via certa ad substantiam. Cęterùm sit accidẽs: sicuti tu existimas speciẽ nõ habere vim mouẽdi, sed obiectũ mouere p speciem: sic credito vim esse in efficiente, tribui aũt per influxum, & vt re functionis huiusce magis affini propositum explanetur. accipito agens; hoc efficere non põt, nisi præsentia sua; nec tamen virtus agendi est in ipsa præsentia, sed in agente; præsentia verò est eius conditio; sic influxus est vna è conditionibus, nec in eo sita est aliqua virtus, & sicuti præsentia quoquo modo põt haberi accidens quę, tametsi nihil operatur; nihilominus est, per quod efficiens operatur: ita si ponatur accidens esse influxum; nihil tamen obstabit, quominus per ipsum operetur efficiens, & alij consimilem vim quoquo modo tradat; tametsi ipse nil efficiat, ac quæstio procederet, si vis esset in influxu, vt in subiecto; at est per ipsum, non in ipso: in ipso vis est, in accidente tamen, vt per aliud, & ex alio pendens, nõ absoluta, sed inefficiente præcipua. Ad illud verò, quod adscriptum est. si accidens foret instrumentum substãtiæ, effici, vt sit relatio, quæ nullo modo est principium motus. si relationem formaliter esse censeas instrumentũ, & nihil vltra relationẽ afferre, non est ita: est quidem in relatione positum, cùm sit semper alterius gratia, sed aliud addit habitudini, nempè rem ipsam cuius est habitudo, q̃ si relatiuũ accidens esse non placeat, quia sit ens absolutum: ad id multa libris superioribus, & dum efficiẽs, & subiectum motus explicarentur, disputata fuerunt, & ostensum relationem accidenti principiiq. non repugnare, eam nimirùm, quæ foret interna. Neq. obstat illud, q̃ virtute ignis calor non agat, cùm aëris et calor idẽ præstare valeat, & prætereà quædam accidentia, vt lumen & motus. ad illud.n. respondebo, quod sit fieri ab vniuoco, vel in genere, vel in specie, sic ex equa & asello fit aliquid, vt ab vniuocis in genere [a] eo modo fit ignis ex aëre & terra: nunc dico calorem aëris agere non per se, sed in virtute illius substãtiæ, seu efficientis quod est vniuocũ in genere. Qui verò norunt lumen esse instrumentum astrorũ, etiam virtutẽ à cęlo, & astris diffundi prędicant quæ cõmunicetur per lumen. Et motus ita producit ignẽ, quia partes corporũ, quæ sunt virtute calidæ, exerunt actus suos. calor.n. & vis ignea inest in corporibus, verùm silet & repressa est; sed per motum congregat̃, & aliis modis afficitur quibus quod erat virtute calidum, exit in actũ, quasi ex motu impedientiæ tollantur, aut calida colligantur. ergo non est in eo vis illa ἐνεργητική, sed in corporibus motu tamen, vt instrumento suscitatur. Quantum verò est de eo, q̃ calor in vniuerso motu agat eodẽ modo: mihi prorsus arridet, q̃ vnus est eius scopus perpetuò, nimirùm substantiæ productio: quam non assequitur, & aliquando pręstat qualitatem per alterationẽ solam, nonnunq̃ peruenit ad formam: id totum est per accidens. itaq. caloris officium in alteratione & generatione caussa eius quo contendit, idem est; discrimen existit ex successu: nam formæ successio quandoque prohibetur: quanq̃ ea mox pluribus exponent̃. Nunc reliquas rõnes perpẽdamus, quib. aut efficientia substantiæ sine accidentis interuentu est cõtributa, aut prorsus adempta substantiæ. Atq. ad eas aliquid dicamus, quibus agendi facultas substantiæ soli tribuitur, accidenti nulla. quæ itẽ mihi videntur eo morbo laborare, q̃ id efficere velint simpliciter quod inest cum aliqua conditione: esto.n. quòd nihil agat vltra gradũ suum per se, & secundùm constitutionem suã naturalem: at quia pendet ab alio quod plus valeat, ab ipso sic regi, & confirmari põt, vt id faciat quod per se ipsũ non posset, vt si cum viro potentissimo mihi litigare non liceret; ope tamen Magni Ducis Etruriæ fretus, cum ipso litigarẽ, & vltra vires meas agerẽ, aut si bene affecta esset materia, vt eò quasi sponte properaret, quò illam deducere vellẽ, velut si oĩa iura mecum perspicuè facerent: quorum ille alter esset amicus, aut ipse non litigiosus. ita igitur quanuis accidens substantiæ cedat, habet tamen ius in substantiam alterius substantiæ quæ actu sit, opibus fretum & fultum. Quapropter in manifesto errore deprehenduntur, dum id quod accidens per se ipsum nõ põt, etiam nullo modo posse opinantur: necnon quod vno modo non conuenit, quia nullo modo conuenire putant; in alias tenebras incidunt. etenim etsi accidens per se non facit̃; nihil vetat, quin aliud faciat per ipsũ, vt si calamus non scribit, non idcirco tollit̃, quin ego calamo scribam & cõmutant, vt patet modũ cum modo, vt quo fit, cum eo quod facit; est verò deceptio secundùm figuram dictionis. Neque conuincit secundùm (quicquid sit de assumpto: nam de hoc statim disseretur) substantiam agere per seipsam, nullum accidens flagitantem, vt instru-

[a] 7. Met.

A vt instrumentum, quod ostendit solùm actionem pertinere ad substantiam, quo aũt modo, nihil ostendit. Idem quoq. põt tertium argumentũ nec quicq̃ amplius. Igitur ad quantum. Substantia generat accidens, vt formæ ꝓpriam functionem : ergo & multo magis substantiam. Et nos antea, quamuis docuerimus proprietates ad formam se habere veluti cõsequentia, & esse actus quosdam secundos, ac se habere ad primos, vt ad potestatẽ, atq. vt perfectum ad imperfectũ; etiam Auerrois auctoritate cõfirmati. [a] ita vt nobis negare liceat antecedẽs, neq. nobis officiat in his, nisi sit actuosa potestas, fore potestatem contradicentium, qui actũ secundùm in singulari separari posse credamus, & ab euẽto impediri, & esse aliquod genus potestatis ambiguũ, quod idẽ cum actu existat : at ad cętera quæ adscribuntur, respondemus, effici solùm quòd ad substantiã vis efficiendi pertineat, quod autem id sola per se proximeq. conficiat; nihil ex ea rõne concludi, quod necessariũ sit. Restant nunc eorũ rationes qui opinantur nullã esse vim efficiendi in substantia, quarũ prima ab Arist. auctoritate deducitur qui ignẽ vult agere, quatenus calidus, non vt ignis est, & substantia : in quo item argumento duplex fallacia latet, atque altera quidem, quod ambiguum ea ratio continet : agere.n. propriè sumitur. est aũt mutare qualitatem [b] ποιὸν ἀπὸ τοῦ ποιοῦ. i. à quali, est & agere cõmuniter : atqui in proprio significato sumit ibi agere Arist. quod est ipsius qualis : itaq. verè asseueratum nõ esse illud ignis, quatenus ignis est, sed quatenus est calidus. Deinde, qui tribuit aliquid calido, quatenus calidũ est, non accipit accidens solùm, sed cùm eo quoq.
B substantiam cõplectitur cui propriè conuenit actio, cuius signũ, quia siquod est prædicamentũ, cui tribuerit efficacitatẽ Philosophus; illud est quantum, quod hoc solùm necessariò facit actu quantũ, vt superiore libro declaratum est : at neque id sine substantia põt quantum vllo modo præstare : multò igitur minus hoc efficient reliqua accidentia, & erit illud fallaciæ genus de figura dictionis, quod dialectici nostri vocant in sensu cõposito & diuiso. Quare substantia per quantum efficit quantum, & calidum per calorẽ, & erunt hæc instrumenta, non efficientia. Consimili ratione actio fit inter contraria quæ sunt in qualitate, si propriè sumatur, & sit alteratio: sed si cõmunius accipiatur, vt in illis inest actio cum analogia quadam, sic & contraria per analogiã in quoq. prædicamento collocabimus. Idem verò esse agens quod generat, & afficit materiam; verum est dupliciter, quod idem, scilicet suppositum, siue indiuiduũ quod afficit qualitatibus materiã, & inducit formam, vt Socrates; in illo.n. vtraq. vis inest. quòd simul est substantia, quantum, & quale. quare per substantiæ formã producet substantiã, per formam qualitatis ipsum quale : falsum igitur, quod accidens afficiat per se : vel secundò afficere est mutare potestatem materiæ sensilis, quæ iam est mutatio substantiæ; atqui hæc mutatio fit a substantia, non ab accidente, sed tamen à substantia non sine accidente. Paullò antè verò explicatum est, quemadmodum motus, & lumen ex virtute cuiusdam substantiæ producant ignem, nec per seipsa, quod nobis illi doctissimi vi
C ri probare conabantur. Itaq. constantissimè defendamus accidens sua propria virtute non producere substantiam, sed hoc substantiam ipsam præstare, nequaquam tamen sine accidente.

Vtrum qualitatum sit actio quædam propria, nec quatenus sunt instrumenta substantię, an non. Cap. IV.

ERGO substantia substantiam verè gignit vtens accidente, vt instrumento. Sed vtrum'ne quemadmodũ qualitates sunt instrumenta formarum, vt sine his substantię nihil efficiant : proinde est aliquod munus quod ipsæ præstent, vt instrumenta, sit'ne item aliud quoddã quod per seipsę præstare possint, id non cõstitit hactenus, & ab ipsis philosophis sedulò animaduersum est, idcirco ad pleniorem intelligentiã motu qui fit secundùm qualitatem, officio meo functus, si de hac re aliqua subiiciam. Quoniam verò id sine dubitatione receptũ est actiones esse singularium, nõ formarum : prohibet hoc, quominus existimemus formas ipsas agere per se, & tanquam à materia separatas; itaq. non quæretur id à nobis, sed accipiemus problema de calido & frigido quod iam è materia formaq. cõstatum est, quæ in genus qualitatis referuntur citra actũ, & potestatẽ quę pertinent ad categoriam sub-
D stantiæ : hoc est, sit'ne actio qualitatum sic propria, vt erũpat ex illo genere actus & potestatis quæ sunt in qualitate sola citra oẽ opus quod potestas & actus in prædicamento substantiæ præstant; an etiam requiratur opera principiorũ substantiæ : nam duas sententias oĩno repugnantes in hac disceptatione reperio : tum quod ij qui putant primas qualitates esse elementorũ formas, fateri coguntur eas esse agẽtia principalia, nõ instrumenta. propterea statuunt, quemadmodũ legimus apud Simplicium ex Alexandro [c] eundẽ esse processum ad substantiã & qualitatẽ, req. ipsa & sine alterationẽ cum ortu conuenire; solumq. successu, terminorumq. processu differre : nam quod parùm fuerit à calore commotum, quia nondum attigit substantiã; alteratum fuisse dicitur, sed illud idem, si in calore profecisset; aliqua item ex parte labem accepisset in substantia : demumq. aliud in eius locum suffectum fuisset, sed finis caloris erat attingere substantiam ad quam si non peruenit obex aliquis, & accidens in caussa fuit. tum etiam quod tametsi primæ qualitates accidentia reputantur, non desunt qui opinent illas agere perpetuò, velut instrumenta substantię. valet.n. apud eos plurimũ Arist. auctoritas qui contra veteres philosophos inuectus sit, quod rerũ generationẽ calido & frigido tribuissent, & valdè organicè. i. quod ea principia sumpserint quę non sunt prima, sed instrumenta : ideoq. verum ortus principiũ est forma. & hęc opinio defensa est à D. Thoma. Sed certè non tantum põt auctoritas illa, vt hoc nobis persuadere valeat, siquidem ibi de principiis ortus verba faciat Arist. quę nonnulli ponebant primas qualitates : atqui etsi illorum auxiliũ est necessarium, neutiq̃ tamen sunt principia mutationis illius, verùm forma substantię : ea verò sunt

[a] 3 de An. T. c. 14.
[b] 1. de Ge.
[c] 1. de cęl.

sunt instrumenta: veruntamen nihil de hoc quod in presentia querimus, sit'ne aliquod illarũ officium ab officio substantię segregatum: censet D. Thomas: alij negant: nam quia spectant duplex officiũ primarũ qualitatum; diuidunt actiones earum pro ratione terminorũ ad quos ipsę procedunt: etenim vel qualitate sola terminantur, vel ẽt pertentant substantiam: ꝙ si intra terminos qualitatis se cohibuerint; tum esse aiunt prima principia & per se, nec earũ officium cum officio substantiæ esse coniunctũ; si verò tetigerint substantiam, tum esse instrumenta substantiæ. Cùm igitur ignis ita agat, vt modò calefacit solùm, aliàs ẽt alium ignem producat; calefacit primò per calorẽ: gignit aũt per formam quę sit de prædicamento substantiæ. per calorẽ verò, vt instrumentũ, & per eum primò, non quia pręcipuè, sed quoniã proximè, vt baculus, quo ianuã pello, & ita dictum ab Arist. fuisse, dum saporum principia perquireret quæ in alteratione solam se habent, ignẽ agere, non quatenus est ignis, sed quoniã calidus. Attamen facere non possum, quin hoc loco tibi meã coniecturam significem. Nanq. opinor equidem mihi facilè datum iri, sicut actus accidentis non separat' ab actu substantię, sic neq. accidentis operationẽ ab operatione substantiæ posse diuelli: quare non calor ipse calefaciet, sed substantia calida. & calefaciet ignis, quatenus calidus ad summũ, non calor. itaq. substãtia & accidens in hoc officio operabuntur vnà. Cęterùm hoc, vt dixi, facilè dabitur, nec quęritur in præsentia. quęritur illud, vtrùm illa productio caloris actui substantiæ prius tribuenda sit, an actui accidentis. & hoc probandum, quapropter & id sic confirmari potest. Ita se habet operari, quemadmodum esse: est. n. operatio consummatio rerum, & ita inhæret in actu primo, vnde est esse, vt nisi contra naturã non separetur. At prior est actus substantiæ: ergo prius operat'. Neq. illud obstabit, quod aliquam veritatem præsefert, accidens in eodem singulari posse antecedere, vt apparet in præuiis affectionibus, nanq. in his ẽt accidens, dum fit, insidet in ea parte substantiæ quę iam facta est. itaq. tantum solet habere de ipso vbi, quãtum de forma, aut operatio est substantiæ perfectæ. talis. n. substantiæ propriũ est producere sibi simile: atqui talis esse non pôt, nisi per actũ substantiæ, atq. illum quidẽ optimè, hoc est, secundùm naturã se habentem, etsi tale fuerit, vt in subiecto esse possit sine cõmotione substantiæ, quemadmodum in alteratione cõtingit; nihilominus illi supponit' actus efficientis, à quo ipsum pendere probamus. itaq. actus substantię simpliciter illi præcedit. Poteris illò confugere, actũ quidem substantiæ præponi simpliciter, vt eius actus planè requiratur; attamen non pertinere illius actũ ad hoc genus mutationis. Neq. id necessariò consequi. dat esse: ergo gignit: nanq. dare esse multis quidẽ modis euenire pôt, subiectiuè, quod materia formæ præbet, & cõposito, vt cuius gratia, quod est illo modo, si hoc sit, vt finis: tale item erit instrumentum, formaliter, vt definitio definito, effectiuè item, quod efficienti conceditur. est verò generare. i. de potestate traducere ad actũ, ac generatim caussa oĩs agit per consecutionem. i. vt illi, tanquam antecedenti. i. supposito tribuatur effectus. Itaq. etsi substantia dat esse accidenti, dat sanè vt antecedens, & per cõsecutionem, ob eamq. rem συμβεβηκὸς appellatur, sed quòd de potestate transferat ad actum, id continuò negabo. Confirmarem quoq. propositum eo fundamento, ꝙ accidens in tẽpore producitur; at Arist. auctore, generans efficit in instanti, atque vbi materia fuerit conuenienter apparata; nisi olim, cùm de motuũ successione disputarem; ille locus in aliã sententiã fuisset expositus. Erit igitur accidentis caussa substantia, quia sine ipsa non possit esse accidens in officio, vel quòd accidentis actũ sustineat. Sed ego tibi probabo actũ substantiæ in hoc munere non esse immanentẽ solùm, sed, vt aiunt, transeuntẽ, & accidentis generationẽ spectare, eiusq. auctorẽ esse, vt quemadmodũ accidens impetrauit à substãtia quòd sit, ita ẽt obtinuerit, quòd gignatur. Nam quod agit secundùm naturã, semper agit quãtum pôt, neque contrahit in angustum vires suas, nisi aliquod impedimentum obstiterit. Verùm summus eius actus est agere secundùm substantiã, & proximè propter se, præcipuè ad speciei tutelam, sed hoc fit per generationẽ quæ functio transiens est: itaq. nisi impediatur, perpetuò sibi simile faciet. Nunc quod plus efficit, minus quoque potest efficere; plus verò est generatio substantiæ, q̃ accidentis: plus est itẽ dare esse q̃ gignere, dum. n. gignitur tendit ad eam perfectionẽ, quam communicat id quod dat esse. Ergo & quod dat esse gignit. cùm verò gignere sit (vt aiunt illi) afficere materiã, & tribuere qualitates, vt nos, immutare substãtiam per qualitatẽ; profectò & gignens alterabit, & efficiet accidẽs. Proinde ignis agit calefaciendo nimirùm, vt similem suæ formã inducat, & calefacit tantum, nisi opus suum perducere possit ad finem supremũ, qui est generatio substantiæ. Præterea res est infirma, & nugatoria, cùm videamus ignim nunc calefacere lignũ, antequàm ipsum comburat, distinguere de calefactione, & hanc à forma esse dicere; illam verò à sola qualitate: cùm, si calefaciendo profecerit; ipsum quoq. fit cõbustura. quando. n. cœpit agere secundùm formã, aut cur agebat secundùm qualitatem solùm, vbi ipsum ab igni remoui, priusq̃ exureretur, quòd si diutius ibi commorari permisissem, exustũ fuisset? certè mihi non fit verisimile, duas hasce functiones reipsa disiungi, nisi successus, quia. s. sit eadẽ forma quæ vtrumq. efficiat, & promouere substantiã cupiat; tamen, propterea ꝙ materia nondum apta sit ad accipiendã formam, non promoueat secundùm substantiam; nihilominus agat secundùm substantiam, quia substantiæ formã inducere nitatur, &, nisi prohiberetur, induceret. oĩs autem ille conatus, quia finem non attingit, quæ est substantię permutatio; redundet in accidens. Itaq. primus finis est generatio substantiæ, primaq. opera est substantiæ: fit accidens ex consecutione & præter naturæ ordinẽ, cursu naturæ. s. impedito. Verùm fit accidens ex ordine naturę, & illud ẽt fit ab eo quod genuit: nam quemadmodũ generans producit substantiam, & contribuit locum, sic etiã simul efficit quantum & quale: quapropter idem iudicium de omnibus his accidentibus ab Arist. factum fuisse cõperimus.[a] Ergo accidẽs ex consecutione, & à substantia producitur, & eadem actione, qua substantia generatur; nec

[a] 8. Phys. 2. de an.

A nec vnquam ab eius actione siue imperfecta, siue perfecta separatur. Non tollimus tamen, quin aliquibus accidentibus vtatur ad accidẽs propagandum, vt calore: nec tamen oĩa huiusmodi esse cõcedimus; veluti ꝙ ad faciendam quantitatẽ in igni vtatur quanto, aut etiã albedine ad album faciendum, quod aliquando censuit Galenus; ideò negatum est ab Arist. quale fieri ex quali: vt ut se res habeat; accidẽs agit vt instrumentũ substantię, seu faciat ad formæ productionem, seu suipsius specieiq. tutelam, neq. enim par est vsus oium accidentium, & quędam faciunt ad materiæ mutationẽ; alia semper id sequuntur quod de substantia genitum fuerit: ex illo ordine sunt primę qualitates; ex hoc quantum, & vbi: proinde corruptrices illæ habentur: latio dicitur afferre salutem: illis afficitur materia ad nouam formam, hæc adest propensioni iam factæ, sed siue sic est, siue illo modo, nihil agit accidens ex seipso.

Instituitur quæstio de strato accidentis, & Auicennæ sententia perpenditur. Cap. V.

CVM visum sit, quemadmodum alteratio & quælibet accidentis mutatio suapte natura sit instrumentum generationis & oĩno substantiæ, semperq. ex actu substantiæ pendeat: itaq. duplex sit subiectũ ad quod accidentis mutatio pertinet, & id quod à mutatione nominatꝰ quod est substantia, atq. alterum secundùm quod mutatio fit, & ex quo mutationis illius termini sumuntꝰ, quod est vnum B à generibus accidentis; consequens est nunc, vt perscrutemur, quemadmodũ termini accidentis se habeant ad subiectũ: quod idem valet, ac quomodo accidens actu respiciat suum subiectum. Cùm verò satis perspicuum sit quid de subiecto illo quod est genus proprium accidentis, sit dicendum, tum ex iis quæ olim constituta sunt, nimirùm quòd est vt materia, & ꝙ vt mutatꝰ secundùm formã solùm, remanet secundùm materiã, veluti cùm ex colore albo fit niger, tum item, ꝙ verè mutatio accidentis est in tribus generibus quanto, quali, & vbi; in cęteris est per consecutionem: nos ad hęc tria genera accidẽtis sermonẽ nostrum contrahemus, & inquiremus solùm de altero illo genere subiecti quod est substãtia: maximè.n. dubitatꝰ, sit'ne materia; quando ipsa est quæ per se põt esse quantum, quale, & in loco: & aliquibus visum est nonnulla accidentia consistere posse in materia prima; an substantia quæ iam ĩ actu: siquidem formæ accidentis substantiæ forma perpetuò supponatur, atq. illud à philosophis approbatum sit, hoc accidens à substantia distare, ꝙ ea producitꝰ ex subiecto quod est potestate, illud aũt in subiecto quod est actu: quapropter ad exquisitã accidentis & motus intelligentiã id mox agere decreuimus. Ne verò nimis in longũ excrescat oratio nostra, differemus hoc loco de subiecto accidẽtium quæ pertinent ad substantias quæ in sinu & cõplexu cęli continentꝰ: cęlum verò ab hac tractatione segregabimus, neque.n. põt esse vlla controuersia de subiecto; proptereaꝙ illud subiectũ quod est actu, C in aliud subiectũ non dissoluitꝰ, quod habeat naturã potestatis. necnon attributa Dei O. M. præteribimus; quippe ꝙ nihil aliud, ꝗ̃ Deus ipse sint; nec inueniunt dubitationẽ apud quenq̃ approbatum scriptorem. Quæritur ergo de subiecto accidentiũ quæ insunt in rebus caducis, sit'ne substantia ipsa composita, quod Gręci defendunt; an materia quę capax est oium formarum. Vt hanc dubitationem pelleret Auicenna, vsus est quadã partitione accidentium; nimirùm ꝙ ex ipsis alia formæ comitentur, vt cogitare; nonnulla sint adnexa materiæ, velut quãtum; quædam sint cõpositi, vt irasci, nere. Cùm igitꝰ probabile sit hæc in eo primo inesse cuius asseclæ perhibentur; dicemus item ex Auicennæ sñia quędã inesse proximè in materia, nonnulla in forma, reliqua in composito. Sed Auicẽnæ dictum illi primùm confutare coguntꝰ qui ponunt in subiecto habilitatem, potestatemq. patibilem; siquidem hæc respiciat cõtradicentia quæ nulli videntꝰ esse in forma: sunt.n. ea solummodo, vbi adestꝰ libertas. Nos qui facimus eã potestatẽ secundam, & ipsam perfici ab actu secundo, & hunc ab ea si non per se, saltẽ ex euento separari posse: nullum credimus esse rationis illius robur: itaq. valeat ad hominum certorum opinionem. Veruntamen hoc cum decretis nostris consentit, vt cùm ipsa operatio, non essentia, sed connotato differat à forma, & ratio potestatis in ipsa sit propter materiã, & ex impedimento; reuera subiectum non sit forma; sed si quod est subiectum, id sit vel compositum, vel materia: quandoquidem D illud sit verè subiectũ, in quo est habilitas & potestas, quæ contradicentia respiciat, sed hæc aut inest in substantia cõposita, aut in materia: iis igitur subiecti rõ tribuenda, non formæ, aut ad summũ analogicè, quatenus.s. est subiectũ attributionis. Deinde non sedat hęc solutio dubitationem, ꝙ materiæ tribuitur esse capacẽ oĩum formarum, vt patet ex 1. de ortu: atqui esset capax solùm quarundam, & earum quæ ex ipsa pendent. Tertiò non inessent oĩa in substantia cõposita, quod falsum esse mõstrant ea quæ docet Arist. [a] vbi voluit vniuersis accidentibus actum substerni qui est de prædicamento substantiæ; ea verò est forma. Non me fugit etiam, Bononienses pręceptores nostros, & demum collegas, eosdemq. viros sapientissimos fuisse conatos infringere sñiam doctissimi Auicennæ, & allatam distinctionem illo nomine demoliri voluisse, ꝙ imperfecta foret, quia reperiri posset aliquod accidens quod sub eã non caderet, vtputa calor: neque.n. formã consequi videtur, inquiunt, neque cõpositum: nam quando ex aëre fit ignis, cùm forma varietur; calor item vnà variari deberet: igitur duo calores. Ita cùm mixtum ex aëre, & igni conflетur; ipsum quoq. è gemino calore, nimirùm igneo, & aëreo constet necesse est, id quod abhorret à rerum natura: quandò duo accidentia solo numero secreta in eodẽ subiecto permanere nequeunt. Neque item insidet in materia: proptereaꝙ eadem materia remanente idẽ accidens esset quoq. superstes. At id non contingit, vt patet, cùm fit ex aëre terra. remanet.n. materia quæ cõmuniter vtriusq. formæ subiicitur, & ramẽ interit calor. Sed impetus huius argumenti facilè declinari põt ab eo qui cum Auicenna consentiat, aut Græcis. Itaq. cùm in aliorum sñias inuehimur, duo sunt obseruanda.

[a] 7. Met.

uanda, vt aut ex veris simpliciter concludamus, aut vt illis viam præcidamus, vnde ex suis decretis obiecta diluere queant. neutrum præstat hoc argumentum: tum q dubium est pluresne formæ extent in vno subiecto; tum item qleius animi fuerit Auicenna, q sint aliæ formæ quæ plus pateant, quàm formę elementorum, veluti forma corporis, de qua pluribus aliàs: proinde dicet calorem insequi talem formã quæ igni cum aëre communis est, sed eiusmodi, vt non conueniat cùm forma aquæ, vel terræ: quocirca restat in igni, in terra extinguitur. Consimiliter id quod accipit duos esse calores, vt inde inferat absurdũ, eos necessariò fore simul in eodẽ subiecto, & à Græcis est receptum, qui putant ex subiecto distingui formas naturales, nec eandẽ esse albedinẽ in niue quę fuerit in cerussa, & quod infert, vt absurdum, vel eiusmodi non reputatur, vel illi occurritur: nam qui elementa in mixto superesse opinantur, ij dicunt vtrosq. calores in suis subiectis esse superstites: alij, quia nõ vident oppositum ab Arist. enunciatum fuisse, & in eodẽ subiecto plurium accidentiũ solo numero seiunctorum officia perspiciunt, veluti caloris febrilis & naturalis, vel id fieri posse putant, vel alterum in altero contineri fatentur, veluti triquetrum in quadrato & adhuc suã facultatem ἐνεργητικὴν retinere, vt cùm astrorum lumen à maiore occultetur; attamen remanet & confert aliquid virium, vt vbi Sol & Mars coniuncti fuerint Mars.n. non aspicitur; veruntamen acuit potentiam Solis. Latini subiecta partiuntur, alterũ statuentes, vt qđ & alterum per quod illud cõpositum esse volũt, hoc materiam. Mihi, tametsi maximè accedit ad verum opinio Latinorum, præcisè tamen, nec plenè, & perfectè videtur esse pronunciata, quia non modò tale genus subiecti materiæ tribuendum est; verùm etiam forma sub eo cõprehenditur, siue sit substantiæ, siue etiam accidentis. Et verò de forma substantiæ liquet in libris primæ philosophiæ, [a] vt nihil ea re posset afferri illustrius: de accidente item scriptũ reliquit Aristoteles, vbi monet infiniti rationẽ assumere quantum; [b] hoc verò formæ locum in ea prædicatione occupare ex formæ descriptione perspicitur. nam cui conuenit infinitas, illi conuenit per quantum, q sicut album est corporis albi forma, quatenus album est, sic quantum est forma substantiæ quantæ, quatenus huiusmodi. Verum enimuerò parcamus illis, quoad possumus, & ita materiam sumi concedamus, q accidentia pendent ex omni genere caussæ, tanquàm ex materia: siquidem ita conueniunt, quia si hoc sit, id necesse est consequatur, qui modus consecutionis est ipsius materiæ proprius: attamen non illucusq. deducitur solutio quæstionis, quò contendimus: accipimus enim vera substantiæ principia, & cognoscere volumus, ad quænam primò pertineant accidentia, quod ea solutio non præstat. Hæc certè dubitari potuerunt. Sed quoniam ad exitum nostræ quæstionis interueniendũ mirificè cõfert nosse quem ordinem habeat accidens ad substantiam: eaq. res non satis explicatu facilis ob varias sententias auctorum illustrium, & miram grauissimorum hominum inconstantiam: propterea nos hinc auspicati rem vniuersam ordine aperire conabimur inde sumpto exordio.

E F G

[a] Lib. 5. Lib. 7.
[b] 1. Phys.

De concordia accidentis cum substantia, vbi Simplicij sententia defenditur. Cap. VI.

QVICVNQVE opinantur id quod est, vniuocè complecti vniuersa prædicamenta non aliter decernere posse videntur, nisi accidens ipsa materia fundari: quandò par est omnium prædicamentorum ratio: quapropter à se vicissim separari valent. Quoniam verò à Peripateticis approbatũ non est vniuocum esse quod est; nanq. ita perspicuum est inter substantiam & reliqua seriem quandam intercedere quam qui dubitat; is quoq. sitne sol, an nullus sit, dubitare possit: idque ex illis est, quod ita cognitum comprehensumq. animis habemus, vt stabilis eius opinio permaneat, ac temporis diuturnitate confirmetur; & vnà cum seculis ætatibusq. hominum consenescat: cùm cæteroqui fictæ, vanæq. opiniones diuturnitate temporis contabescant: protinus.n. ab ortu cogitatione cõcipimus aliquod esse quòd quantum sit, quale, alicubi, & olim esse aut nunc; & cernimus tanq. oculis de substantia dupliciter interrogare licere quid, & cuiusmodi sit; & cõis hominum sensus, vnde vocum significatio traxit originem cui nullo modo repugnari põt; prædicationem denominatiuam reliquis generib. attribuit præter substantiam: ob id ẽt neq. ipsa materia vnicum subiectum statuenda est accidentium. H Verùm eo posito q ad vnum sit id quod est; cùm ẽt de modo quo partib. suis communicatur, extet cõtrouersia; neq. in ea re explicanda satis sibi constiterit Simplicius; [c] nihil alienum à munere meo fecero, si quod tantus vir de illius participatione constituerit, hoc loco adscribam: qñ item ex eo perbellè colligetur quodnam iudicium de subiecto accidentium faciẽdum sit. Ipse igitur statuit aliqñ quod est primùm de substantia prædicari, deinde de reliquis prædicamentis beneficio substantiæ: sed interim testatus est esse ideam quandam cõem per quam singulis cõicetur: nam quemadmodum dicitur ordo secundùm cõem quandam notionẽ de vno primo, deinceps de reliquis: sic & quod est, primò de substantia dici arbitratur, deinde verò de accidente. neq. de accidente per substantiam, sicuti neq. tria per duo, sed post duo ab vno. Proinde si velit ipse ordinem accidentis ad substantiam declarare manens in hac sñia pronunciabit esse sanè ordinem inter accidens & substantiã, prorsusq. necessarium: nam sine substantia non consistit accidens; verùm per accidens: quia.s. non agit radices in substantia, sed quoniam in materia subãstia pręcedit; eam verò consequitur accidens. At nescio quo pacto ipse cõem statuat ideam inter accidens & substantiam secreta ratione cõi quæ afferat vniuocationem. Præterea videtur in eo decipi, q assumit ordinem prius de vno dici, deinceps de consequentib. per cõem quandã notionem: siquidem ordo significat habitudinem solam inter prius & posterius, & est vi [illegible] nisi.n. foret vnum; neq. item plura: quare neq. ordo quoq. adesset. Eodem argumento [illegible] est Alexander

[c] 1. Phys. Tt. 50. 56.

A der [a] ad concludendum quod est, ad vnum esse prorsus, nec vllo pacto vniuocum. Verùm & ipsemet [a] 1. Q. 2.
Simplicius [b] perspexit huius sententiæ vanitatem: nanq. aliquando confessus est accidentia existere [b] 8. Phys. T. 1.
propter substantiam. Non igitur est idea cõis eius quod est; sed accidentia sunt; quia sunt aliquid eius quod est simpliciter: quamobrem adepta sunt τὸ τί ἐστιν, vel τὸ τί ἦν εἶναι, quidditatem vulgò dicunt; non sanè sui ipsorum propriam & absolutam; sed quæ ex substantia pendeat, & principijs eius. Quanquam ille ipse auctor [c] rem multò antè, & optimè, vt mea sententia fert, exposuerat: & quoniam tale [c] 1. Phys. T. 20.
iudicium mihi probatur; id nunc proponere decreui. eius verò sententia, vt magis declaretur, & cum iis quæ constituta sunt à nob. conuenire valeat, sic exordiri placet. Triplicem esse substãtiam, materiã, formam, compositum; atq. accidens esse duplex; id quod pertinet ad formam primò, cuiusmodi sunt quædam propriæ functiones; vt sphęræ tangere planum in puncto aliud quod inhæret in materia, & formam commutare potest. Id quod est formæ proprium, non est simpliciter accidens; sed ex modo, ꝙ propter coniunctionem materiæ sibi accidit esse separabile; simpliciter tamen est perfectio formæ, velut actus secundus ipsius habitus, & secundę potestatis, ex quo ẽt perfectum dicitur indiuiduum simpliciter, vbi sit in officio, quod suæ ipsius formæ proprium sit, vt dum contemplatur. etenim cuiusque esse potissimum in forma positum est: ideoq. eius perfectio simpliciter in formæ perfectione consistit, quæ ab actu secundo non disiungitur. Hæc cùm superioribus libris vberrimè explicata fuerint, pauca nunc, atq. ea summatim dicta sufficiunt. Accidens quod est alterius ordinis, ꝙ sub eadem forma cum
B contrario commutatur, & per alias formas pertinere potest, accidens verè est, [d] cùm & sine illo queat [d] 10. Met.
conseruari substantia, & sine ipsa illud item esse valeat vicissim, idemq. materiæ tribuitur quæ tolerat mutationem formarum, atq. item sub eadem forma tantisper afficitur, vt cùm vinũ acescere occœpit. Atq. hoc vel insidet in materia, quatenus ad certam formam dirigitur, aut aliunde totum est, atque id vel incertum, & fortuitò succedens, vel etiam propensionem materiæ deprauans. illud solum est ex rei natura, quod inest in materia quæ in certam formam instituitur, & à nob. reponitur in instrumentis, quib. aut præsens substantia se tuetur, aut noua producitur, atq. id si non huic inest secundùm naturã: at aliud est, cuius naturæ inseruire possit. cętera sunt, vel casu, vel præter naturam simpliciter. quibus tametsi supponitur actus substantiæ, tamen ex ipso non existunt, sed aliunde tota sunt. His dimissis de illis in præsentia disseramus quæ nos facimus secundùm naturam, iisque pręcipuè quæ in re iam facta quatenus huiusmodi, consistunt, vt albedo in cygno, raritas in igni. Ea, si cum materia conferantur, eius planè perfectio sunt, cùm materia sit potestas ordinata ad omnes actus, itaq. ex ipsa & accidente vnum per se fieri potest, tanq̃ ex actu & potestate, & materia formaq. fit vnum: sed illud aduertendũ, sit'ne actus accidentis ab actu substantiæ natura secretus, hoc est, vt sit ordo necessarius, & per se inter materiam & actum accidentis, vt, tametsi forma substantiæ semper intercedit, nihilominus ex ipsa
C materia suaptè vi accidens erumpat, & interueniat substantiæ forma fortuitò, an & ad eius constitutionem substantiæ forma requiratur: itaq. per se, primoq. accidens sit in composito, non in materia; & id est quod in præsentia vestigatur: atq. altera pars problematis ita confirmabitur: nanq. prima coniunctio est ex potestate & actu: siquidem prima coniunctio illa est quæ per se est. Sed coniunctio potestatis & actus est per se, cæteræ sunt per accidens. Ergo coniunctio potestatis & actus reliquis antecedit. Verùm sic se habet accidens ad materiam: potestas. n. ad quodq. genus ipsa sola fundatur; ad cõpositum & substantiam est veluti consequens; quippe ꝙ sine accidente simpliciter existat substantia, & habeat hoc adnexum, non vt finem; sed ꝙ ea posita hoc item inesse contingat in substantia, quod sanè si inde pellatur; nihil detrimenti sit acceptura: nam siue ego sedeam, siue non, haud minus idem fuero: sine me tamen illud esse nequeat. proinde accidens substantiæ perfectio non reputatur; sed contrà substantia, perfectio accidentis. Contrà actu accidentis est ex actus substantiæ: nanq. in singulis prædicamentis sunt sua cuiusq. potestas & actus; & actus ex forma est, ex materia potestas. atq. ille quidem actus, seu forma prius est substantię principium, deinde reliquorum. & actus substantiæ verè actus aliorum determinat: vsq. adeò, vt etsi cuiusq. prædicamenti propria sunt actus, atq. potestas; ea tamen in actum potestatemq. substantiæ resoluantur; neq. secundùm rationem solam; ꝙ imitentur eius princi-
D pia, verùm ẽt reipsa, ꝙ ex eisdem principijs necessariò pendeant; & illorum gratia sint, & seruiant, vt instrumenta formarum. atq. ita tria sunt omnium categoriarum primordia, & totidẽ analogicè, quot sunt categoriæ, neq. genere discrepantia. Propterea non materia primò innituntur, sed actu substantiæ, atq. composito. Accedit eodem, ꝙ accidentia sunt perfectiones materiæ sensilis. atqui materia sensilis essentiæ superuenit, & assumitur ab essentia, at verò essentia actus est: ergo materia sensilis adiungitur ad actum substantiæ: multò magis igitur accidens. Illud sanè perspicuum è substantia & accidẽte vnũ non sic esse; ꝙ in eodem subiecto conueniant: neq. id euoluit nob. vniuersam rationem qua accidens vnum est cum subiecto: siquidem & simitas, & sapientia Socratis caussa subiecti sint vnum; ab hac verò coniunctione longè admodùm accidentis & substantiæ coniunctio discrepet. Nec planè est eadem copulatio, ac materiæ & formæ & potestatis & actus, vel actus secundi & primi: quandò actu semoto illius ratio quod habet vim & habitudinem potestatis, ẽt peruertitur; sed indiuidui ratio, multoq. magis ipsius substantiæ salua remanet accidente immutato. Mihi planè videtur ea fuisse mens Aristotelis, vt patet iis qui in prima philosophia versati sunt, ipsum quid est esse ad vnum, primumq. esse substantiæ, tùm deinde accidentium; atq. ita, vt accidentia quidditatem suam substantiæ quiditati acceptã referant, ea verò compositi ipsius est: neq. accidens esse potest, nisi sit in substantia composita, quia nõ fit albedo, sed album, neq. materia candida, sed nix & charta. Ex hoc efficitur, vt non, nisi per substan-

tiam in qua primò insunt, illa definiri oporteat: si minus; definitio vana fuerit, & potestatem nominis potius, q̃ rei nob. aperiet. Sed quamuis eorum essentia pendeat ex subiecto, reapse quidem ab illo separatur, nec certè, quia per se quicq̃ sit extra subiectum, si Peripateticos audimus; verùm quædam pars eius, quod est, cuius, quemadmodum fatetur ipse Simplicius, [a] natura parumper declinet; id, quod ipsi Græci verbis idoneis, aptèq. rem nostram exprimentib. appellare solent ὑφαμένην ὑπόστασιν: atq. ita, vt semper in alio sit, cuius sanè hypostaseos plures sint gradus, ac totidem, quot accidentis genera existant, quib. item significatur, siquid obtinent proprij quo separentur à substantia, quod tamen ab illa nunq̃ segregatur absolutè, neq. sine illa concipitur, vt dicere liceat totum accidentis essentiam, ex essentia substantiæ pendere, neq. tamen ex toto. Non est verò nob. illud timendum, quod Calaber [b] aliquando verebatur, accidentis essentiam fore ex eorum genere quæ inter se respicerent, itaq. distinguebat [esse in] in esse imperfectum, quod accidentis naturam constitueret, & in id quod coniunctionem accidentis cum subiecto significaret, hanc verò proprietatem accidentis esse testabatur, non essentiam & naturam: fallebatur autem, ꝙ proprietas initium habet essentiæ suæ: atqui in effectu differentia similem quoq. differentiam in caussa demonstrat: ad aliud igitur & accidentis ratio refertur. Cæterùm nos antea de hac relatione copiosius, & docuimus aliquam internam esse & rei, & rationis in quib. relata numero non differrent; rationis verò tantùm, vbi alterius comparis ratio supponeretur, eam quæ rationis est solùm, neq. substantiæ denegari posse arbitrãtes; nam talem ponimus in forma & materia, in his & composito, quæ rei rationisq. sit, sed etiam ratio primæ caussæ illi supponitur in gradu entis. At verò cùm accidens vnum sit ad numerum cum subiecto, relationem accidentis ad substantiam & rei & rationi interna esse censemus. Neq. tamen eam relationem, atq. habitudinem cõem & vniuocã vniuersis accidentib. esse volumus, ꝙ omnium habitudo ad substantiam nec est vniusmodi; nec in ea sola posita est ratio prædicamentorum, sed habẽt singula certum modum quo sunt, & actus proprios suapte natura disiunctos, licèt imperfectos, & substantiæ inhærentes, quib. rerum formæ, varijq. gradus ipsius esse in substantia notantur, vnde categoriæ prędicandiq. ratio proficiscitur: proinde neque simpliciter entia dicuntur, sed aliquid entis. A tali igitur natura rerumq. conditione efficitur, vt vnum è substantia & accidente fiat quod est vnum per accidens: nam principia quæ substantiæ sunt, & ipsius quid est, ordine quodam principia sunt accidentis quod in illa existit, veluti corpus opacum est vmbrę caussa; & per accidens copulari dicuntur, ꝙ prius à posteriore caussam essentiæ non impetrauit, sed tribuit; licèt & secundùm naturam, & per se inesse dicantur à dialecticis, quippe qui rerum nexum non obseruent, sed rationis, vt si hoc sit; & illud necessariò consistat in quo est; & doctrinæ, qua sanè quid, qualeúe quippiam sit, & vestigari, & exponi solet: itaq. ea per se inesse dicunt in iis sine quib. non consistunt, & quorum auxilio doctrina comparatur: etenim philosophus ita se habet ad album & Socratem, vt Socrate dempto corrumpatur, & ostendat qualis ipse sit; albo discedente conseruetur; quid autem, qualeúe sit philosophus per album, nihilo plus intelligatur. Eodem quoq. modo gignuntur accidentia: nanq. substantiæ forma prius accedit materiæ, tum accidentia consequuntur. Itaq. vnum omnium mutationum cõe subiectum constituit Arist. [c] sed ortus quidem primum & maximè propriũ; modo autem quodam, nec simpliciter aliarum transmutationum, quia substantiam perpetuò comprehendant qua nitantur.

[a] 1. Phys. Tt. 21. 22.

[b] Q Met.

[c] 1. de Ge.

Expenduntur ea quæ de subiecto accidentis in vtramque partem differi solent. Caput VII.

APPARET igitur ex his quæ dicta sunt, accidentis subiectum esse duplex, materiam. s. & substãtiam compositam: verùm magnum esse discrimen inter vtrunq. subiectum, ꝙ sit actus, & perfectio materiæ; nihilominus pendeat ex actu substantiæ compositæ, & ab ipsa perficiatur: attamen & si illius est perfectio; neq. est perfectio prima, neq. simpliciter, neq. potestas itẽ in materia ad ipsam prima est, neq. simpliciter. etenim primò inest in materia potestas ad substantiam, deinde ad reliqua: sic actus aliorum prædicamentorum flagitat actum substantiæ, nec sine ipso potest informare materiam. Ex hoc igitur est accidens; quoniam est actus ex actu; & perfectio potestatis, quæ nititur alia potestate. propterea natura posterior est q̃ substantia, tametsi prior ea potestate, quam ipse sibi seorsum præfinit: quandò simpliciter in ipsa materia nihil est distinctum, idcirco nihil est in ea quod à substantia sit alienum, quemadmodum suprà ostensum est, cùm de quantitate interminata loqueremur. Quamobrem philosophi hunc ordinem obseruantes accidentia tribuunt substantiæ compositæ, & Arist. ea semper in substantia composita collocauit. & cùm ea sit accidentis conditio, vt semper existat in substantia cõposita, tametsi accidentis productio nonnunquam productioni substantiæ præcedit, vt ab ortus initio ferunt de præuiis affectionib. quæ insunt præter naturam, nec dum violata substantia, quia sic est eorũ natura: hunc ordinem nob. exprimunt potius qui est originis, quàm illum quem seruat natura, dum generat hanc vel illam substantiam. ꝙ aut tum prius substantia gignitur, si non tempore, saltem natura, aut accidentis mutatio fit circum substantiam quæ iam genita fuerit, aut prorsus existat: nunquam illam nudæ materiæ videntur adscribere. Propterea dictum est ab Aristotele materiam esse subiectum primum generationis, quodammodo verò reliquarum mutationum; ꝙ fierent circum substãtiam; nec fieret ens simpliciter, sed quale, vel quantum. sic de actu substantia prædicantur, ꝙ in ipsa existunt: & cùm in syllogismis & demonstrationib. quæratur an sint, & cur, substantiæ tanq̃ subiecto tribuuntur: verùm ꝙ ẽt caussam, cur sint ex ipsa substantia ducunt; per substantiam definiuntur, & pro differentia

substantiam

A substantiam sumunt sic naturæ ordine postulante, qui maximè obseruari debet in orationibus quibus doctrina cōparatur: nam quemadmodū differentia determinat genus, vt actus materiæ superueniēs, sic actus substātiæ præfinit accidens, & illud quodāmodo deducit ad actū, si nō effectiuè, at formaliter. Sed tamen modus productionis imitatur modum illum caussę quem materiæ Philosophus adscribit, nempe quòd hoc posito illud consequatur, vt rubigo posito ferro. Sed hæc alterius loci, atq. consilij. Quanq. ex hoc explicatur, vt etiam se habeat accidens ad formā, vnde ipsum proximè pendet: cùm.n. se habeat ad ipsam, quemadmodum se habet ad materiā, locum ēt materiæ forma videtur obtinere, hoc est subiecti, quia tamen non sine materia potest actus accidentis extare: est.n. ipsa omnia potestate; nec forma sine materia consistit; licèt accidens proximè inhęreat in forma; dicitur nihilominus esse in substantia composita, sed per formam. Cùm verò ad alteram problematis partem confirmandā vtantur qualitatibus consimilibus quæ sunt superstites in re genita, & præuiis affectionibus quæ substantiæ præcedunt, & iis omnibus quibus fieri probatur resolutio ad materiam primam, & eas consimiles qualitates ex communi quadam forma proficisci posse docuerimus, atq. affectiones præuias inniti forma antecedente, nec non vltimum non esse rei quæ corrupta est, conuenire cum primo esse rei quæ gignebatur, nec vnquàm oī forma exui posse materiā, satis liquet accidentiū subiectū proximum esse formam, & compositum, materiā verò remotum. Restant illa quæ superiore capite recitauimus

B ad quæ item patet exitus ex decretis: siquidem, etsi accidens habet rationem actus ad materiam, & coniunctio potestatis & actus sunt per se, nihilominus è potestate materiæ & accidentis actu non fit vnum per se proximè, sed per se quidē, non autem proximè: quandò potestas ad accidens non est potestas simpliciter, sed in materia per substantiæ formam, nec actus accidentis simpliciter actus, verùm actus cui quidam alius actus supponatur. At verò quod contrà opponitur accidens actu substantia fundari, non tollit, quin materia remotè, & interuentu formæ quæ substantiam constituat, sit accidentis subiectum. Quamobrem paucis hisce verbis hoc theorema comprehendi poterit. Ex materia & accidente vnum fieri per se, sed remotè. Ex forma & accidente fieri vnum proximè, sed non per se. Ex subiecto & accidente si qua inest, spectaueris, vnum proximè fit, sed remotè, quia per caussam; cùm verò caussa protendatur vltra essentiam, fit è substantia composita & accidente vnum per accidens. Atenim si accidens est perfectio materiæ sensilis, & ex materia sensili efficitur indiuiduum; profectò erit etiam perfectio indiuidui: sic accidens erit natura prius quàm substantia. Hic est quòd & antecedens aduertamus, & id quod ex eo consequitur: cùm enim sumitur accidens esse substantiæ compositæ perfectionem; in eum sensum sic accipi debet, vt non credamus accidens esse illius actum, vt formam ponimus esse materiæ, sed quòd tum bene se habet, vbi illa obtinuerit quæ suæ naturæ conueniant; sic enim melius se custodit: quare sunt perfectiones; non sanè quòd priora sint natura; ve-

C rùm vt instrumēta formæ & essentiæ quasi, q; habeat bonum, & illud etiam quo tale bonum tueatur, vt siquis militem fortem perfectum esse dicat, cùm omnibus suis armis ornatus incedit: etenim aduersus oēs impetus est paratus, & tamen arma sunt instrumenta. Perfectio igitur quę petit ab accidente, non est sui ipsius gratia, sed respicit formam, & eo nomine sibi perfecti rationem vendicat, q; ordinatur ad id quod ex se ipso perfectum est, neq. id solùm, verumetiam ab ipso descendit, & ibi æquiuocè perfectio, quia signum perfectionis, & effectiuè, non caussaliter, vt olim de perfectione compositi disserentes ostendimus. Itaq. non est cur opinemur accidens sic esse substātiæ compositæ perfectionem, vt eam solam respiciat, & sit eius veluti principium quoddam: nanq. est gratia formæ, & est ex ipsa forma. Tum prætereà ponatur, vt est, accidentis esse actum quendam, & perfectionem eius potestatis, ex qua existit indiuiduum: nihilomagis est substantiæ compositę principium: quandò est actus materiæ sensilis, & indiuiduę quæ excluditur essentia, & est perfectio in ipsa substantia composita materiæ priuilegio, non per se ipsam, vt dictum est, interuentu formæ, quæ respicit substantiam, non proximè: quæ sanè omnia prohibent, quominus arbitremur ex indiuiduo & accidente fieri vnum per se, velut è materia & forma, & potestate & actu, & natura prius esse quàm substantiam, sed planè accidens est consequens ad substantiam. Sic igitur de accidentis subiecto vniuersè constitutum sit nobis.

D

Quæritur an duo accidentia quæ numero differant, in eodem subiecto consistere valeant. Cap. VIII.

QVOD duo accidentia speciei eiusdem, soloq. numero differentia in eodem subiecto non consistant vulgò receptum est. quanquam ēt Aristotelis [a] auctoritate munitum, q; pronunciarit illa esse diuersa quæ sunt in eadem substantia, quasi si eadem sint, consistere nequeant. Tamen de hoc nihil ab Aristotele decretum est, eiusq. dicti longè alius est sensus, nam pertinet ad eas substantias quæ sub eadem specie numero segregātur, veluti Callias, & Socrates. hęc.n. inquit, eadem esse specie, neq. substantiā sumit ibi vt subiectum, verùm vt essentiam. Sed planè persuadet ipsa natura, cùm frustra superadiectum videatur esse secundùm, nanq. aut est gradus æqualis, aut minoris, aut maioris, si remissius fuerit, alterius pars efficitur, si intentius, alterum continet vt partem, si æqualis tantundē poterit ac prius: itaq. nihil efficiet. Sed hoc potuit excitare admirationē, quemadmodum calor febrilis in animalis corpore consistat, diuersos.n. eos esse dictat ratio quæ sumitur ab vtriusq. officiis: etenim vtriusq. adsunt opera separata, coctiones, sensus integri, ratio firma qua vtuntur calore natiuo, atque illo quidē vegeto, acredo in tactu, & intentio quæ sunt ex calore febrili. Quamobrē dicebat Alexan-

[a] 5. Met. T. 16.

der in suo commentario de febribus vnum esse calorem febrilem nempe innatum qui iam conuersus in igneum fuerit, idest, multo intentior factus, q̃ naturalis temperies corporis postulet. itaq. cum contineat in potentia calorē natiuum, sicuti quartus gradus continet tertiū, vel trigonum tetragonus, opa caloris febrilis exequitur & naturalis vnà. Ceterùm, etsi hæc sñia à doctissimis viris approbata est; neutiq̃ tamen mihi satis arridet; quippe q̃ nouerim semper naturam agere pro summo suæ virtutis: itaq. vbi in partem degeneret, sicuti tertius gradus in quartum, pro quarti rōne agere: at vbi vnum alterum contineat, & minus vtriusq. separatum conseruetur, & ea pars, licèt habeat ad alterā materię rationem; nihilominus actum suum non amittat: etiā perhibebo multas esse species, non vnam. Hic distinguendum esse opinor de calido: etenim est primus fomes caloris, siue sit ille natiuus, seu febrilis. vterque, n. habet materiā quandam subiectam in qua consistit, vt natiuus semen, qui animali constituto comprehenditur in corde; febrilis spiritus humores siue intra vasa, siue extra. & partes solidas, si proueharur. Est & ille qui influit ab hoc, & fertur quasi sine materia per vniuersum corpus, & in eo potius inest κατὰ πάθος, q̃ vt in ꝓprio subiecto, de vtroq. separatim est dicendum, de primo autem in primis agamus. Ego verò quemadmodum decreui lib. 6. cùm de formarum multitudine agerem; absurdum non habebo contineri tunc in corpore duos calores, aut ad summū in hectica solùm q̃ tum verè calor natiuus conuersus est in febrilem, & prout in aëre duplicem calorem in eodē puncto temporis obseruo: alterum naturalem per quem est aër, & alterum à radiorum feruore illatum sic, vt hoc discedente remaneat proprius, aliter nullo generante nouus exortus fuisset; ita & in corpore nostro adest vnus ꝓprius, vnde vita existit, alter aduentitius, qui etiam illo saluo discedit. aut superans labefactat, ac demū interimit, tametsi per accidens eo planè modo quo maior flamma tollit minorem. Ergo sunt duæ diuersæ substantiæ, & quemadmodum specie distinguuntur, sic etiam numero eosdem esse nego, & subiecto quidē eosdem esse profiteor, sed simpliciter non item. Nam q̃ specie distinguantur ex eo conuincitur, quia si Aristotelem sectamur in Pręd. natiuus est in prima specie patibilis qualitatis, sicut in melle dulcedo; neque, n. exoritur ex perpessione, febrilis est in prima specie. & affectio potius, q̃ qualitas, cùm extrinsecùs accedat, & perpessione in subiecto præcedente nascatur, idemq. eadē perpessione procedente confirmetur, vel si ipsum audimus in 2. de part. anim. natiuus est natura & habitus, alter ille perpessio. Ceterùm, inquies, sunt eadem subiecto, ergo & numero. Præterea quæ conueniunt in materia, conueniunt ēt in forma: sunt. n. ad aliquid forma & materia; quare habent attributa consimilia. Demum quæ differunt per plus & minus, in eadem specie conueniunt. Conueniunt in specie, in eodem subiecto, in eadem materia subsistunt: ergo sunt vnum numero. Itaq. nobis in memoriam redeundum est in materia geminam esse potestatem: alteram quæ ꝓpria est prædicamenti qualitatis ex qua existit alteratio, secundùm quam fit quale tantùm: alterā multò interiorem, quæ ēt sequitur potentiā de pędicamento substantiæ, sicut in aëris productione contingit. nam quod dat formā, dat illi quoq, debitum calorem: sic euenit in animali. est igitur ille febrilis ἐπιπόλαιος, quasi in superficie, ille se condidit interius. Quare dicimus, in materia duo considerari, extentionē & gradum materiæ, q̃ scilicet occupet eandē materiā, & q̃ hoc, vel illo modo occupet. Quanuis aūt vnū numero sit quod vnica materiæ portione cōsistit, at verò vnū numero extrinsecus per extentionē, aut quia sibi supponat eūdē materiæ gradū; & intrinsecùs q̃d īrē eādē essentiā sibi supponit, ex gradu aūt materiæ, n̄ō extentione rō essentiæ nascit̃. Idcirco subiecto & extentione sunt idē, neutiquā tamen idē numero simpliciter. Posset item distingui subiectum, q̃ alterū denominet, vt Socrates febriens, alterum cui inhęreat passio, vt spiritus, vel humores. Quamobrem etiamsi demus Socratem denominari viuens à calore natiuo, & febriens à febrili; tamen subiectum inhęsionis potest esse diuersum. vt si natiuus in corde contineatur, febrilis in humore, at q̃ sint idem numero ꝓpriè, flagitat idem vtrunq. subiectum, si minus etiā cōtraria essent idem numero, cum in eodem singulari ꝓ diuersis partibus existant. Et planè vitalis in corde est, nec facilè patit̃ à quouis: neque. n. tolerat insignē aliquā lęsionem, sed deperit valde affectus, atq. hic non in vniuerso corde diffusus est, sed in dextro sinu: idcirco etiamsi calor febrilis occupet cor; non necessariò cōprehendit eam partem, in qua vitalis collocatur. Quare etiam sic numero distinguuntur vtriq. calores, Ex dictis itē apparet nō eandem esse caloris vtriusq. materiam, quippe q̃ aliter insideat in materia calor natiuus, atque febrilis, & ille plures gradus eius obtinuerit. Sed cùm ex materię gradibus potestas materiæ varietur, & de remota & propinqua iudicium ex hoc ordine gradnum fiat, perspicuum est non eandem esse materiam vtriusq. proximam; à proxima verò species determinari solet, vt si homo producatur ex aliis gradibus materiæ præcedentibus est planta, aut animal, ex vltima homo. Ad vltimum duplex exitus succurrit, nimirum per ἔνστασιν; negamus. n. ad hæc pertinere plus & minus: nam quæ sunt huiusmodi, in vniuoco conueniant oportet. non conueniunt autem eo, q̃ maior hic quàm ille calor; sed copiosior natiuus, acrior febrilis. Aut etiam per ἀντιπαράστασιν, concedendo hæc per plus minusúe differre. Sed vbi res posita est in certa ratione; effici, vt vbi ea ratio commutetur, non eiusdem speciei sint quę conferuntur, in certa aūt ratione positus est calor natiuus qua si excedat, euādit nō naturalis. Id verò cùm multò ante ex Theophrasto & Simplicio nob. explicatum fuerit, nunc ad præsentem difficultatem tollendam sine longis ambagibus assumatur. Transeo nunc ad alterum calorem qui inest per affectionem, & influit ab eo quem primogenium facimus, in vniuersum corpus, & hos ēt diuersos esse persuadebit, q̃ diuersorum suppositorum diuersas actiones esse necessè est, cumq, idem subiecto sint actio, atq. perpessio, à diuersis igitur suppositis siue efficientib. existent diuersę perpessiones, sicut ēt à diuersis ignibus diuersa lumina deriuantur

A riuantur: sic vtrisq. saluis opera diuersa præstari possunt. Neq. hîc licet tibi dicere febrilem qui maior est, continere minorem: siquidem vincet ille natiuus, cùm sit efficacior eo, q plus inualuit in materia, cùm sit alter in superficie. Prẹtereà maior effectus consequi solet, vbi propensio maior: sed in partib. corporis animati maior est propensio ad suum, q̃ ad alienum: ergo maior quoq. profectus. Proinde scire conuenit formas esse è duplici ordine; quędam.n. accipiuntur in materia, sed immaterialiter, hoc est non variant materiæ potestatem, & cum salute subiecti accedunt, quemadmodum lumen, & colorum species in pellucido: accipiuntur alię cum aliqua perturbatione materię, verùm immutata sola potentia ad quale; nonnullę etiam cum permutatione substantiæ, sed his qualitatib. omissis, q generationem substantiæ consequuntur, & nihil ad rem faciunt; dicamus aliqua de primis: vbi sanè formæ priore modo adsit materiæ, nil vetat ēt diuersas esse actiones pro ratione suppositorum, vnde existũt ab initio: sunt.n. formæ simpliciter; itaq. per se ipsas omnino distinctæ, vsq. adeò vt ēt oppositæ in eodem subiecto consistant, veluti species albi & nigri in medio, neq. secum pugnent; quoniam tametsi pugna est inter contrarias formas; nihilominus tum exercetur, cùm sunt in materia in qua potestas est ad vtraq. Ergò in formis omnis distinctio & conciliatio nascitur ex absentia materiæ: pone materiam; iam aderit pugna inter contraria, & inter similia concordia quæ prẹsto est ibi, vbi intercedat ratio potestatis & actus, propter hæc enim è pluribus vnum fieri solet, id aũt bifariam contingit, vel pluribus æquè ad idem officium concurrentib. sicut elementis ad mixturam, & remigibus ad nauim mo-

B uendam, vel quòd vnum ex ḥis sit princeps, alterum secundarium, veluti cùm eadem actio nascitur ab efficiente, & instrumento, vel ēt cum vnum sit vt pars alterius, vbi.s. est plus & minus. Quapropter in formis quæ cum aliqua materiæ perpessione insunt, & plus & minus adest, ex plurib. fit vnum. Illa item obseruanda in calore natiuo, materia subiecta, & forma quæ est ipse calor, quòd si materiam respexeris; certè alia est caloris vtriusque materia, quando materia natiui mollis est, & temperata, febrilis autem aëris, & intenta. Quare materialiter differunt. At verò si caloris vnius merita spectaueris, ita eiusdem speciei, & rationis esse videntur, ideoq. vbi conueniant in subiecto, vnus est eorum sensus, sicut etiam vnum subiectum: hinc.n. pendet vnum ad numerum quod est sensile: nam q à diuersis principiis oriatur, hoc est ex euento, & extrinsecùs multiplicat numerũ. Quia verò existimatur quod plures materiæ gradus occupauit intentius esse, & verò asseritur ēt: considerandum tamen est qualitatem aliquam geminam habere latitudinem, vel simpliciter, vt puta, calor vsque ad octauum gradum, qui ipsius est flammæ, vel ad formam cum qua consistit, cuius.s. est natura. omnis aũt forma est ex certa materia quæ gratia illius est, & si hanc formam acceptura sit, etiam talis existat oportet. Nunc & in materia propensio, & insinuatio formæ, pluriumq. graduum possessio secundùm naturam non exce-

C dit eo termino quo forma consistit, & quicquid est citra hunc terminum quo termino propinquius, eo quoq. plus inualuit in materia, & in materia ipsa propensio maior, & efficacior actio procedit, non quidem simpliciter. sed pro natura talis formæ, cuius ēt vires si à caussa violante superentur, non erit absurdum. Exempli caussa sit aliquid producendum in loco superiore quod occupet aquæ superficiẽ, velut aër, natura talem materiam apparabit ex qua nascatur consecutio loci illius, & ita promouebit, vt assequi possit eum locum faciendo graue, illoq. contendet, & quo magis ad grauitatem peruenerit, eò efficacius aget, in illa sanè materia propensio summa, summa etiam velocitas, attamen vsq. ad eum terminum, quare efficiet graue aliqua ex parte, non absolutè, neq. tale, vt mergatur in aquis, nihilominus extat etiam huiusmodi quiddam quod mergatur in aquis. Sic etiam in materia natiui caloris, & membris, partibusq. viuentis adest summa propensio, magna efficacitas, veruntamen certis terminis obuallata, non simpliciter talis. Ex quib. patet quid dicendum sit ad obiectiones. Et ad primam quidẽ, q vnitas non pendet per se in formis cum materiæ perturbatione susceptis ex agentib. sed ex subiecto. Quare committitur in primo fallacia secundùm accidens. Lumen autem ex illis formis est quæ sine materiæ perturbatione informant. quare illius vnitas non sumitur à subiecto, sed ab ipsamet forma, & efficiente. Ad posteriores verò quia non aliud concludunt prẹter id, q propensio & efficacitas maior ad certum terminum qui formæ proprius est, non simpliciter. Neq. illud obstabit, quominus sit vnus

D calor natiuus, & extraneus, quòd in corpore distincta vtriusq. officia compareant, vt cum febre ardentissima species aliqua coctionis, neque.n. illi dandum est hoc, q remaneat calor natiuus etiam cum febrili ab eo segregatus, sed latitudini temperamenti, cum qua functiones illæ adhuc conseruari possunt. Quamobrem vt eò redeat oratio, vnde ab initio deflexa est; plura accidentia numero in eodem subiecto non inhẹrent, ea tamen conditione, si cum materię perturbatione accipiuntur.

Vestigatur vtrum potestas in qualitatibus, an substantijs reponenda sit. *Cap. VIIII.*

SEQVITVR vt dicamus nunc quod'nam sit subiectum suum ipsius alterationis proprium; proptereà quòd & si cuncti qualitatem esse profitentur; at illud dubitatur an'ne per vniuersas eius species alteratio propriè dicta peruagetur, quas aut tres, aut quattuor vulgò perhibent dispositionem, & habitum, potentiam & impotentiam, passionem, & patibilem qualitatem, atque extremam figuram. Quamobrem & hoc disquirebat Arist. [a] & id quod ipse approbabat, difficultatis expers nõ erat: quin potius reddit nos ancipites, quid de ea quam secundo loco numerauimus, statuendum sit: etenim tres tantùm species qualitatis commemorat primam, tertiam, & quartam, à prima & quarta alteratione seiungat; secundam prætermittit; nec quod'nam eius consilium fuerit in ea re constat, vt reprehẽsori vi- [a] 7. Phys.

deatur occaſio data notandi ſummum præceptorem; neq. iniuria, quandoquidem vtens argumēto di- E
uidente, quod deſtructis alijs conſequentib. id quod reliquum eſt, complectitur: vnum ex iis omiſerit
quod in eo genere argumentandi vitium maximum; quippe qui ſic concluſerit. Si alteratio eſt; vel eſt
in habitu, vel figura, vel paſsione: ſed non eſt in habitu, neq. in figura: in paſsione igitur: cùm etiā in
coniuncto & aſſumpto de potentia & impotentia mentionem facere debuiſſet; atq. item ad eiuſmodi
ſpeciem non pertinere, genus illud mutationis oſtendere, aut ibi cauſſam ſignificare, cur in qualitatis
partib. exponendis iam vulgò receptam partitionem ſequi noluerit. Quoniam verò in explicandis ar-
gumentis, eiſdemq. diluendis ratio formæ in primis habenda eſt; nos inde inſtituemus noſtræ diſputa-
tionis exordium, vt ſpeciem illam iure prætermiſſam fuiſſe doceamus, ex quo robur argumento, ple-
naq. fides conſeruabitur; id autem ex eo colligetur, ſi potentiam non vniuocè qualitatem eſſe demon-
ſtremus, quod certè ſine magno negotio nobis non ſuccedet: quandò certamen cum D. Thomæ aſ-
ſeclis ineundum eſt quorum ego doctrinam plurimi facio, nanq. ipſi contrà contenderunt: & poſtquā
potentiam numeraſſet in qualitatib. Ariſtoteles poſterius quoq. conſilium ipſius, & veteri quaſi repu
gnans defendere ſtuduerunt. Verumenimuero, vt res euidentior fiat, more dialectico quæſtionem gene-
ris ad ſpeciem tranſumamus; & quod vniuersè cōcludi volumus, de anima vna proponatur. Ita igitur
ad alteram partem problematis argumentantur. Si potentia non eſſet qualitas; eſſet potiſsimè ſubſtan-
tia: verùm ſubſtantia non eſt: qualitas igitur. Subſtantiam verò non eſſe potentiam ſic concludunt; F
Nam ſi poteſtas & ſubſtantia forent idem; quemadmodum vnica ſubſtantia ſubſiſteret; ita etiam pote
ſtas vna foret. eorundem.n. eadem conſequentia ſint neceſſe eſt; at non vna vnius ſubſtantię poteſtas
eſt; ꝙ ſiue ponas animam vnam in homine ipſo quæ brutam virtute contineat, ſiue etiam vnam, atque
illam ſimplicem ſpectes, vt alentem; eius ſunt nihilominùs plures facultates ad nutriendum, augendū,
atq. gignendum. Iidemq. hoc modo. Varij ſunt animæ vnius actus: ergo per varias facultates, variaq.
inſtrumenta præſtantur, & erumpunt ex ipſa: ſiquidem anima per ſe non magis ad hunc, q̃ ad hunc
actum producendum affecta propenſaq. ſit. Cùm igitur modò cernat, mox audiat anima, patet eam
ab organis, & facultatib. certam contrahere propenſionem, & ad certos actus eorum beneficio dirigi:
& tamen vna eademq. ſubſtantia conſiſtit. Pergunt iidem, & vrgent anguſtius. Facultas, inquiunt, inte
rit anima ipſa incolumi, vt cùm eruto oculo deficit videndi facultas, nihilominus animal viuit. Item ſi
cut ſe habet eſſentia ad eſſe, ſic poteſtas ad agere. Ergo ex commutata proportione, vt eſſe ad agere; ſic
eſſentia ad poteſtatem. Sed in ſeparatis ſolis idem eſt eſſe & agere. ibidem igitur poteſtas eſſentiaq. cō-
a 7. Met. c. 3. ueniunt, in cęteris non item. Proinde Ariſt. [a] etiam alibi conſimiliter iis quæ docuerat prædicamentis
hanc ſpeciem reponit in qualitatibus. Attamen ex altera parte nob. ſuccurrunt quæ opponamus. Pri-
mùm, quoniam idem eſt principium, vt res ſit, & aliquid agat. At principium cur ſit res, eſt forma: & G
principium igitur cur res ipſa quippiam agat. At qui principium cur res agat, poteſtas ipſa eſt: ergo
forma eſt ipſamet poteſtas. Et verò hęc eadem eſſe oportet, ſi eadem definitione potiuntur. Idem verò
eſſe principium quòd ſit res, & quòd agat, vt paucis perſtringam, atque concludam preſsius; ex illo
confirmatur quod libris ſuperioribus longa oratione peractum eſt: nimirum agere, ſiue operari in
habentibus operationem pro eodem ſtare quod eſſe, vt tum verè ſit res, cùm eſt in officio: ac quod
nihil agit, prorſus non eſſe videatur. Præterea primus actus & poteſtas ſecunda quæ proximum
principium functionis eſt, in idem conueniant: quod enim à ſecunda poteſtate functionem ſegregat;
id omne extrinſecùs eſt; nec huius ablatio principium functionis eſt, niſi per accidens. Sed animā
eſt actus primus, à quo remotis oībus impedimentis functio proximè proficiſcitur, vita. ſ. & munus oē
viuentis: at hoc nihil aliud profectò eſt, q̃ eſſe poteſtatem. Quare conficietur ex his poteſtatē ab aīa
reipſa non diſiungi. Quid certè de tam grauibus auctoribus tantiq. ponderis argumentis iudicandum
ſit, noſſe arduum eſt, nec ſine periculo. Veruntamen hanc poſteriorē ſnīam ego ſemper approbaui, cùm
b 7. Phyſ. T. c. 20. quia tribueretur Alexandro, & aliquando fuiſſet ab Auerroē [b] defenſa. tum item ꝙ videretur ea magis
fuiſſe perpetua ſnīa ſummi philoſophi. Nam præter illa ad idem hæc quoq. valent, ꝙ dempto acciden
te ſubſtantia non perimitur: agendi verò facultate ſublata tollitur è veſtigio: nanq. acumine ſublato H
ſecuris interit, & quòd manus amputata non eſt; niſi ſolo nomine manus, non ob aliud, niſi quòd vis
agendi, quatenus eſt huiuſmodi, ab ea ſegregata eſt. Vnde liquet ipſam facultatem ab accidentis inge-
nio prorſus abhorrere, & accedere ad ſubſtantiam. Quoniam verò è formis & ſubſtantiis quædam
prorſus à materia ſeparantur: aliæ ſeparari non poſſunt, quia de ſubſtantiis ſeparatis controuerſia nō
extat, ꝙ in illis oēs vno conſenſu confitentur eſſe & poſſe, ſiue eſſentiā & poteſtatem modis omnib. eſ-
ſe idem: his dimiſsis de naturalibus agamus quæ non exiſtunt ſine materia. Ii qui tuentur hāc partem
problematis, in medio ponunt locum illū è 7. Phyſ. & ab eius argumenti ſtructura quod nuper attuli-
mus, ſnīam ſuam confirmare nituntur hoc modo: nam cęteroqui claudicaret vno articulo, eodemq.
neceſſariò amputato. Quapropter Alexander, Auerroē teſte, dicebat, cùm poteſtas in ſubſtantiarū nu-
mero referretur, & antea motus fuiſſet ab ea ſublatus, ex eadem rōne confectum fuiſſe, vt neque item
poteſtas motui ſubiiceretur. Non me latet, ſocios D. Thomæ, vt vim eius argumenti nob. indicarent;
ſolitos aliter reſpondere, atq. D. Thomā ad eius loci explicationem diuerſam cauſā attuliſſe, quia. ſ.
accepta fuerit potentia naturalis: verùm ex huiuſmodi acceſsione ſignificari opus eſſe, vt immutatio
pręcedat in natura de qua cùm anteà diſſeruerit, Ariſt. tanq̃ perſpicuum dimittat, & vt iam cōfutatum,
ꝙ alteratio teneat poteſtatem. Veruntamen hos, meo quidem iudicio, non extricat oēm nodum. quā
dò & figura ineſt in nonnullis corporibus ſecundùm naturā, vt globus in cęlo & elementis: in anima-
libus

A libus itē, & plantis inest configuratio naturalis, vt capitis & cordis, atq. adeò, vt ea variata partis etiam natura peruertatur: ob id igitur neq. de mutatione figuræ verba facere oportebat Aristotelem. Quòd si dicas de figura fieri mentionē, quòd non oīs est secundùm naturā, siquidem corrumpi valeat; vnde etiā medici quandam morbi speciem secundùm figurā vocant, at potestas naturalis est hūi perpetuò: protinus opponā primas qualitates quæ insunt in primis corporibus secundùm naturā, eædemq. perpetuæ remanent, vt nisi natura muteť, neque ipsę certè deficiant. Ob id igiť, neque de primarū qualitatum mutatione verba facienda fuerant. Sic secundùm nullā speciem qualitatis alteratio foret, quamobrem neq. alteratio. Poteris hìc item respondere illas ēt mutari, plus minusue accipere. Atqui opponam id euenire qualitatibus istis quo ad insunt κατὰ πάθος, habitus aūt non immutari, sed persistere vsq. ad necem. Aut igiť secundùm eos non erit alteratio, cùm tamen ab Arist. indefinitè conclusum fuerit in sensilibus inesse alterationem, aut ea sñia distinguenda fuit, quod tamen ipsi non faciunt. Omnino caussa quam afferunt, nō satis idonea mihi videtur, quādò potestas aliquā subit mutationem citra substātiam, vt cùm in actum prodire prohibeť: idcirco & de huius mutatione videbať aliquid esse dicendū. Verùm cur pluribus in ea confutāda moror, cùm clarissimos eius discipulos hac interpretatione relicta posteriorē cogitasse sciam, putasseq. huius membri confutationem ab Arist. fuisse dimis-
B sam, quia potestas afferat habitudinē & relationem: at iam constitutū fuerit alterationem ad ea non esse quæ inter se respiciunt. At verò mala quidem illa sunt, sed meliora ipsi non faciunt; nanq. etsi potestas significat habitudinem; at illā præsentat, quatenus instituiť ad actum, non ad illud cui tanq̄ subiecto assignatur. Esto igitur, vt ea rōne qua referť ad actum, potestas sit habitudo: tamen vt in subiecto radices agit ea potestas, non habeť habitudo, sed fortè qualitas. itaq. & de hoc ipso dubitať, & controuersiā præsefert; an'ne cum alteratione exoriatur. & hoc ibi quæriť à Philosopho, nec tamen numerať in qualitatibus. At quantum est de loco illo 7. Phys. satis. Venio nunc ad alterum multò illustriorē, [a] vbi potentiā separat à qualitate, ac dum species, seu partes qualitatis enumerat, potentiā non recenset. Præterea dum potestatis essentiā se dilucidare profitetur: [b] nam primùm distribuit ipsā in actuosam, atq. patibilem; actuosā ponens esse principium transmutandi aliud quà est aliud; patibilē verò principiū quo transmutetur ab alio prout aliud. At quod'nam obsecro principiū transmutandi aliud, nisi forma & efficiens per formam? [c] & quod'nam quæso principiū quo transmuteť ab alio quippiā, nisi materia? Quòd si vis agendi qualitate quoquo pacto tribuenda sit; ea non erit è secunda, sed è tertia specie qualitatis: sunt. n. primæ illę qualitates elementorū, quibus agere & pati conuenit. sed his vnis exceptis agendi principiū non est qualitas. Atq. hoc ita perspicuum est in disciplina Peripatetica, vt de illo non sit dubitandum, siquidē reddens Arist. rationem, cur naturalia corpora vicissim sese afficiant:
C [d] id ex eo proficisci testať, quòd è duobus principiis, actu. s. & potestate constarent; materia nimirùm & forma: quocirca per formam efficiunt, per materiam verò patiuntur. Itaq. forma est agendi principium: patiendi verò materia. Sed tale principium potestas est. Ergo cum materia, tum forma potestates optimo iure statuenť. Igitur aliqua potestas est substantia. Rursus efficiens & forma sunt idem vniuersè accepta, numeroq. solùm distinguuntur. Atqui efficiens aut est tale principium, aut certè per tale principium constituiť, & efficit per ipsum: agit verò per formam. Forma igitur & potestas in idē recidunt. Hæc est Alexandri ipsius interpretatio, & planè valde cum Arist. sententiis congruit, ad cuius item confirmationem magnum pondus accessit Auerrois iudicium.

[a] 5. Met. T. 17. 18.
[b] 9 Met.
[c] 3. Phys.
[d] 1. de Ge.

Quę nos de potestatis natura constituimus, & obiecta diluuntur. Cap. X.

SATIS ad vtranq. partem disputatum est. Properemus iam ad solutionē tantæ difficultatis in qua multa censeo prænotanda. Primumq. omnium. Esse composito nil aliud esse, q̄ operari secundùm naturam. nam tum propriè res est, cùm facit officiū suum: ex quo efficitur, vt idem reuera principiū sit, q̄ res existat, & suo munere fungať, vt animanti esse est viuere: per idem ergo principium est,
D & viuit, quod anima ipsa est sine controuersia; ideoq. substantia simul, & potestas. Quoniā verò quęlibet forma non semper est in actu secundo, cùm impediri possit; ideò quoquo pacto contingentiæ adnexa est, quo fit, vt aliā rationem potestatis adepta sit, atq. superiorem, & habitudinem retineat ad futurum. iam. n. potestatem illā vocauimus, quod principiū foret, q̄ res ipsa sit, & in actu secundo verseť. nunc quia functio propter impediens externum perpetuò non adest; sequitur, vt infinitas & nouitas quædā præstò sit, & habitudo ad functionē. hanc nos accidens esse planè concedimus, sed ipsam collocamus in iis quę se respiciunt; sicut etiā apparet ex iis quę docuit idem philosophus. [c] Cùm verò res vna simpliciter per vnam formam subsistat, ab vno autem quatenus vnum est; non nisi vnum per se proximè, permanet; si fuerit agens naturale, non autem voluntarium; & actuosum quidem non patibile: nam à ab vno plura per se proficisci remotè; à patibili item & voluntario propter habitudinem quam huiusmodi efficientia præseferunt ad opposita, non est absurdum; non vereor asseuerare, quin vna vnius formæ, vniusque suppositi functio prima sit: quòd si fortè plures vnius suppositi functiones esse videantur, alias omnes vnius primæ ministras esse affirmo quam reliquarum finem, omniumque perfectissimam esse statuo. Quamobrem etiam sicuti finis ea sibi perscribit quæ ad ipsum consequendum, vel commoda, vel necessaria sunt; sic etiam credibile est vltimam functionem quæ cuiq. pro generis sui ratione conuenit, alias sibi præstituere, & præfinire, & vltimę illius ergo diuersa esse in corporib. instrumenta quorum item exercitationes varię sint, vel q̄ ab anima diuersis modis agantur,

[c] 7. Phys. T. 20.

vel etiam ab obiectis: & pro conditionib. quæ materiæ comitantur: nam per omnia hæc, cùm diſcri- E
mina, tùm perfectionis ſuæ gradus conſequuntur: etenim alens, vt inde petatur exemplum quod ex
ſuperiorib. ſatis apertum eſt; merito obiecti quod eſt quantitas; modo nutrit, aliàs amplificat, & calo-
ris beneficio qui ſemper humidum paſcitur, & ſubinde exhalat; etiam minuit: ita vt non ſecus atque
Phœbi fax, quæ cùm eadem ſit, & radios eoſdem proiiciat; hęc quidem corpora peruadat, ab illis reper
cutiatur; hæc condenſet, illa colliquet. Ita ignis habet vim calefaciendi, & gignendi alterum ignem, &
calefacit, vt comburat: & ab initio, dum non ita materiam pertentauit; calorem duntaxat incutit: vbi
plus profecit: propriam quoq. formam elargitur: idcirco neq. varius eſt; neq. varias habet poteſtates:
quoniam calefactio via ſit ad ignis productionem, niſi generationem ipſius eam eſſe defendamus,
quemadmodum liquet ex iis quæ nob. olim decreta ſunt; cùm oſtendimus idem eſſe generans, & affi-
ciens materiam. quòd ſi ad vltimam formæ inductionem non procedat, id omne impedimento adſcri-
bendum eſt. ſic ergo dicendum eſt generatim de ſubſtantiis naturalib. operantur. n. pro ſummo virtu-
tis, & efficacitatis ſuæ gradu; niſi prohibeantur: prohibentur verò, vel quòd materia non ſit ſatis affe-
cta; vel ab imbecillitate cauſſarum ſociarum, & conficientium: ita functiones variantur, ſalua tamen
poteſtas eſt: prohibentur verò, vel vt minus, vel vt peius, vel vt etiã nihil omnino agant: inde triplex
actionum lęſarum genus à medicis habemus ablatarum, imminutarum, & deprauatarũ. Ergo functio-
num alternatio nõ ab interna cauſſa, ſed ab externa tota proficiſcitur. Quòd ſiquis etiam infinitatem, F
& ordinem ad plures actus, quæ pululant ex impedimentis, velit item nomine poteſtatis exornare, da-
mus libentiſsimè, negantes tamen eiuſmodi poteſtatis genus idem eſſe, atq. ſubſtantiam; ſed accidens
eſſe planè dicimus, & ex eorum genere quæ inter ſe referuntur. Verùm quia mens noſtra ſubſtantiã à po
teſtate quoquo modo ſeiungit, vt ea diſtinctio probè teneatur, ſcire licet ipſas res multifariam ſepara-
ri poſſe, vel ſubiecto, quemadmodum Socrates à Platone; vel per accidens, ſicuti Socrates ſanus à ſe ip
ſo ęgroto, vel re, ceu contraria, quę tametſi circum idem ſubiectum vertuntur, nihilominus in eo ſi-
mul conſiſtere non poſſunt, vel ratione, velut ea quæ, cùm ſint in eodem ſubiecto, in diuerſis prędica-
mentis à generib. reponuntur, atq. hæc vel ſicut accidens à ſubſtantia, vel etiam ſicut accidens ab alio
accidente, ſeu tanquam diſperata, quemadmodum ſpecies, & differentię, quę pariter ſub eodem genere
collocantur, ſiue ratione formali, veluti ſpecies à ſuo genere: nanq. etſi homo eſt animal; & per ipsũ
exiſtit, abſoluta tamen hominis eſſentia ab abſoluta animalis ipſius eſſentia ſegregatur, vel poſtremò
res aliqua ſeiungitur connotato, cùm quippiam ſubiecto non accedit quod in numero ponatur, ſicuti
de materia & priuatione dictum eſt; & nos antea de primo ſecundoq. actu docuimus. Quæſitum eſt
igitur hactenus, an'ne poteſtates ab anima, velut accidens à ſubiecto ſeparentur. nobis autem videtur
eas non ita diſtingui, ſed connotato ſolummodò; quia non intrinſecùs differentiæ ſuæ cauſſas adeptæ G
ſint; ſed omnis ratio diſcriminis ab externo naſcatur; hoc aũt habitudo eſt, quam ex inſtrumentis, eo-
rumq. diſpoſitionib. cauſsis conficientib. & contrariis impedientib. ad ſuos actus quæq. res materia-
ta contraxit. Ex his verò argumenta obiecta facilè diluuntur. Nam dum Ariſtotelica auctoritate nos
vrgent, quòd in qualitatum ordine collocetur, alteram ex his cauſſam huius conſilij fuiſſe cenſemus;
vel quòd Ariſtoteles ibi qualitatis ſignificata deſcripſerit, non eius ſolùm, quæ vniuoca eſt; & per ſe conſti
tuit prædicamentum, ſed illius etiam quæ tali appellatione decoratur propter ſimilitudinem prædica-
tionis, & ita dicitur (vt aiunt dialectici) ſecundum figuram dictionis; quo ẽt differentiæ dicuntur eſſe
qualitates, quòd in quale dici videantur; vel ẽt quòd Ariſt. ibi recenſuerit eas quæ ſunt vniuocè, & re-
ipſa qualitates, quippe habitus, ſeu qualitates patibiles, ſed modum inſuper accipiant, quòd adiungant ad
habitum patibilem'ue qualitatem habitudinem quandam ad externum, more quidem ibi non ſemel
vſurpato: nam calor & habitus eſt, & patibilis qualitas, item rubor in prima, & ſecunda ſpecie quali-
tatis non ob aliud, niſi quòd modis quibuſdam ſeiũgantur, hoc quòd efficit ſenſus, aut naſcitur ex præ
cedente paſsione, illud quòd facilè moueatur, qui perſpicuè ſunt modi, & habitudines qualitatum: ſic
de potentia dicimus, quæ conſtituit ſecundam ſpeciem qualitatis. Itaq. cum re ipſa non differat ab ha
bitu, vel qualitate patibili, ſolumq. afferat habitudinem ad externum, quia ſatis conſtitit vt ad ea quæ H
ſunt ad aliquid, non ſit motus per ſe, nec ad habitum, aut qualitatem patibilem ſecundi ſignificati; ſed
ad eam quæ eſt primi duntaxat ẽt liquet, vt hæc ſpecies qualitatis ſe habeat ad motum: quapropter à
philoſopho merito prætermitti potuit. Vtraq. interpretatio (poſſum falli vt humanus) facilè defendi
poteſt. Quòd igitur aut qualitas non eſt, aut cum altera qualitatis ſpecie conuenit; eam dicimus in ar-
gumento tum nõ oportuiſſe: & ſic rationem Ariſtotelis à vitio vindicabimus. Poſterius ita diluitur;
quia ponimus vnam poteſtatem ſolùm quę eadem eſt cum ipſa ſubſtantia; varietates verò ex adnexis
ipſi tribuimus. Nam quemadmodum vnus eſt actus cuiusq. rei primus, & ſummus, ad hunc ẽt vnica
poteſtas eſt quæ eſt illius rei ſubſtantia; ad reliquos verò actus poteſtatem non eſſe volumus, vt princi
pium functionis internum, ſed per accidens, & ab externo, vt dictum eſt; aut ſiqua ſit illius vnius mini
ſtra, vel pars, in illa vna contineri profitemur. In tertiò verò aſſumitur falſum, nimirùm interire poten
tiam, permanet. n. ipſa cum ſubſtantia; & quemadmodum ipſa conſiſtit indiuiduo: quod ſi non prorũ-
pit in officium; id totum obici eſt adſcribendum. Quare ſi vi mentis ab oculorum conſuetudine cun-
cta abducentis priſtinos oculos natura cœco reſtitueret, vtiq. videre poſſet: & quamuis actus inter-
pelletur, facultas tamen eadem conſeruatur: itaq. ex vnica poteſtate plures actus deriuari poſſe ſapiẽ-
tes aſſeuerant: ac ſi qua poteſtas acceſsione actus deficere videatur, ea poſita eſt in habitudine, & acci
dens habetur. Poſtremum obiectum ſcatet quamplurimis modis. Et. n. ſimilia non ſunt illa: quando
eſſe

A esse est vt superadditum essentiæ, deteriores efficiens eius cõditiones; agere perficiat potestatem. Præterea esse pendet ex materia sensili; agere autem ex ipsa potestate. Tertiò esse perfectũ & agere sunt idem. est. n. perfectè res, vbi agit. non agere aũt est per accidens. Proinde esse & agere per accidens differunt: ita igitur & essentiam & potentiã per accidens differre dicemus, cùm sint intrinsecùs eadem. Et Aristoteles 7. Met. facultates in qualitate collocauit nõ accipiẽs eas generatim, sed speciatim, quemadmodũ in Pręd. molle & durum & quæ sunt ordinis eiusdem. Nunc è cõclusis affero corollarium. Potestatem quam cum substãtia numeramus, eandẽ originem esse consecutam, ac substantiã, & actuosam quidẽ cum forma existere, patibilem cum materia; nec aliud esse quicquàm, q̃ earũ naturas; neq; enim vlla est caussa, cur ab actu nascat᷑ actio, vel à materia passio: & illud quod immutat materiam, nil aliud efficit, q̃ ꝙ immutat potestatẽ, vel promouens, vel peruertens: proinde nulla rõne potestas à substantia, tanq̃ caussa pendet, quod opinatos video fuisse nonnullos. Illud planè fateor ex hisce principiis emanare aliud genus potestatis, quod in habitudine collocatũ est; vbi interrũpitur actus. Verùm ꝙ hoc est totum contra naturã, accidens esse opinor, cuius origo non alia certè existimanda, q̃ relatiuorũ ex suis terminis: est. n. vel eorum præsentia, vel absentia. Postquam hæc exarata fuissent, venerunt ad manus nostras explicationes doctissimi Genuæ in libros de Anima, vbi ipse rem hãc subtiliter, & copiosè persequens alteram partem problematis solicitè defendit, & affert argumenta acutissima,
B quibus eam confirmet; eorum quoque rationem, (quæ est eius viri auctoritas) habere æquum est. Duo verò sunt, quæ examinanda supersunt, cùm tertiæ fallacia facilè pateat ex superioribus. Ita igitur opponit. Id quod agitur, & id quo agitur, sunt in specie cõsimilia. Sed potestas est id quo agitur accidens: & accidens igitur: ignis. n. calefacit, quia calidus. Quòd si calor est accidens; id ergo quo ignis calefacit, est accidens: huiusmodi verò est potestas. Præterea potestas sequitur coniunctum: accidens igitur. At nos nullam earum rationum necessitatem esse credimus, quod, vt planum fiat; sic primùm retorquere libet rationem. Id quod agitur, & id quo agitur, sunt specie consimilia. Sed potestas est id quo agitur substantia, & substãtia igitur; ignis. n. producit ignim, ꝙ ignis est. Quòd si ignis est substantia: id ergo quo ignis calefacit, est substantia; talis aũt est potestas. Idem quoq; cõprobari potest. Aristotelis auctoritate, qui id quo substantia fit, etiã voluit esse specie simile: sic. n. scribit. [a] Generatim aũt & vniuersè, tam id ex quo, q̃ id quo fiunt, natura dicitur. Quod. n. fit, naturam habet, vt id quod oritur è terra, & animal. Atq; in ẽt à quo fit (nanq; ad efficiens refert Aristoteles id quo fit) & natura est ea quæ ex forma dicit᷑ quæ eadem eiusdem est speciei: ea verò in alio est: homo. n. hoiem gignit. Atq; hoc quidem modo ea quæ fiunt à natura, oriuntur. Ergo quo fit, potest esse substantia. Sed ad argumentum. Assumitur, id quod agitur & quo, sunt specie consimilia, quod siquis neget, illo auctore vti poterit: siquidem ipse velit, sentire & intelligere esse accidens animę; tamen anima est qua pri-
C mò sentimus & sapimus; aut igitur anima est accidens, aut quo fit accidens specie consimile esse non oportet. Itaq; distinguendum fuit de eo quo fit aliquid, & assumere id quo fit aliquid proximè, hoc esse accidens. Veruntamen neq; ita dicere est vniuersè verum; quando id audiuimus libro superiore tribui solùm quanto, ꝙ illud quo fit, eiusdem quoq; speciei sit: non sic de quali statuendum est. Ergo neq; hoc in specie conueniat necesse est. Accedit his, ꝙ actus & potestas in duo se habent, aut in substantiam, aut in certum genus accidentis, vtpura, qualitatem. Et quanuis ad substantiam vim accidentis obtineant (quod tamen de actu concedimus, potestatem in materia non distinguentes ab eius essentia, sicut anteà dictum est) attamen ad suum cuiusq; genus accidens esse negabo. & quis dicere audebit potestatem quæ est elementum qualitatis, accidens esse in qualitate, aut actum quoque? nanq; is item dabit colorem esse accidens in albedine: quare etiã si sint accidentia substantiæ, non efficitur inde, vt sint accidentia simpliciter, & cuique. Quod accipitur secundo loco quæ anteà de motu, actu, & potestate, nec non de essentia materię dicta sunt, significant etiam falsum illud esse potestatem esse coniuncti: est. n. principium & elementum, & insidet in forma ac materia prius, quàm in composito, ꝙ si semper existit in cõposito; id non est ex rei natura, sed ex origine, ꝙ materia nunq̃ separatur à forma simpliciter, nec existit forma sine materia, sed planè actus atq; facultas in ipsis substãtiæ principiis insident penitus; ne dixerim esse easdem essentias. Sic igitur defendimus potestatem esse essentiam.

[a] 7. Met. c. 7.

D

Quęritur an'ne secundùm figuram sit alteratio. Cap. XI.

De necessitate argumenti Aristotelici satis dictum est, nunc ad assumpti probationem veniamus. Primùm verò concluditur ad figuram non pertinere alterationem; verùm si forè mutatio secundùm figurã fiat, illi præcedere aliã mutationem quę secundum aliã speciem qualitatis obeatur, aut alterius pędicamenti: nanq; ea quorum figura est essentia, velut in iis quæ molitur ars; immutant figuram, vel ex cõpressione, vel extentione partium, vel subtractione, vel appositione, vel etiã cõpositione, atq; vbi partes extendantur, aut contrahantur, formula quędã crementi & decrementi spectatur: neq; enim ꝓpriè sunt, quandò siquid hìc ex vna dimensione crescit, ex altera decrescat necesse est: oĩno verò & hæc & subtractio, & appositio, & compositio sunt loci mutationes. & ibi quidem, quia dimensio variatur. in subtractione, quæ in eodem loco iuncta permanebant, in diuersas regiones migrant; in compositione & appositione disiuncta, è diuersis locis in vnum coalescunt. Quare sic argumentabor. Non primò & per se motus est secundùm figuram. Sed in alteratione contingit motum esse primò & per se. Ergo alteratio non est secundùm figuram. Præterea mihi sumo locum, qui nititur modo

quo

quo res ipsę per voces exprimuntur, cui multum tribuit Arist. vbi probabilia consectatur, sic. Quæ alterantur postq̃ mutatio perfecta est; ambiguè nonnunq̃ dicuntur cũ iis qualitatibus secundùm quas alteratio facta est. [a] Verbig. calidum, & frigidum cõi noĩe, sed ꝓpria prorsus ratione subiectũ, & qualitas appellantur: neque. n. abhorret à consuetudine, ꝙ eodem noĩe subiectũ & qualitas quæ in subiecto est, exponatur, ꝙ per rationem cõem conueniat idem nomen vtriq. neutriq̃ fieri potest. Inde Græci τὸ θερμόν & calorem, & calidum quod ab eo denominatur, appellant, & alia complura nomina sunt apud illos quorũ figura, modusq. significandi sunt planè similes. Ne dixeris aũt denominatiuè & παρωνύμως, vt quidam qui phraseos Aristotelicę potestate parùm animaduersa multas ineptias attulerunt. Sed cùm statua fit, æs ipsius nomine non appellatur; verùm & subiecto & materia denominatur ænea statua, vel marmorea. Tùm item quando fit aliquid vel à natura, vel ab arte, vt in suã perfectionem contendat; non dicitur alterari. quis. n. alterari dicat id quod perficitur, quatenus ad suam perfectionem procedit? siquidem alteratio semper indicare videatur noxiam mutationem, & cum interitu rei quæ mutatur: at verò cùm domus, & homo fiunt, ac figuram sibi conuenientẽ adipiscuntur; consummantur & ad perfectionẽ tendunt, nec vllo modo alterantur. Non me pręterit Aristotelicas rõnes ab interpretibus fuisse confusas nonnullis eas accipientibus ac si duæ forent, cùm tamen tres agnoscantur, nec approbantibus in secunda ὁμώνυμον. i. ambiguum, vel æquiuocum fuisse propriè sumptum; nec in tertia cõprehẽdi processum ad formã & finem, sed fieri, quatenus est fieri, quod. s. in potestatem se habet, cùm cęteroquin alteratio rei sit quæ iam facta est: quapropter vrgentur quibusdã difficultatibus & nouas denominationes, aliaq. nonnulla cõminisci coguntur: nam si in posteriore argumenti prædicatio denominatiuè sumeretur, vel figura fuisset accepta, tanquàm à subiecto mente seuocata, quod aiunt abstractè; vel vnà compl[illegible]teretur subiectum: ac primo quidem modo subiectum de ipsa figura nonmodò non prędicatur, verùm nec de vlla alia qualitate; neque dicitur album esse lignum, nisi per accidens admodum, & prędicatione, quæ naturæ aduersetˀ: posteriore verò non solùm cęteræ qualitates de subiecto dicuntˀ, sed id ẽt cõmune cum figuris habent: quid. n. dictũ est, hoc est gibbus, aut simus, aut vir tetragonus, nisi ꝙ figura de ipso denominatiuè prędicatur? quid plus? à figura etiã figuratum ἐσχηματισμένον deducitˀ, vt nonmodò à speciebus indiuiduis denominatio sumatˀ, id quod ꝓprium qualitatis habetˀ (est. n. qualitas, à qua quales quidam denominamur) sed ẽt à genere ipso. Quanq̃ figura (vt opinor) ꝓpter vim abstractionis imitatur substantię formã: propterea sicuti substantiæ forma efficit figuram dictionis, & formulã prædicandi substãtię consimilem, vnde domus, statua, & lectica nũcupantur; tametsi [b] nonnunq̃ euenit vt eodem noĩe, ratione tamen diuersa, & figura, & eius differentia exprimatur, vt τετραγώνι, τριγώνι. sed illi genus subiicitur, quòd in ꝓpria differentia continetur nimirùm σχῆμα, non secus àc siquis pronunciet rationis particeps, & intelligat animal; non idcircò rationis particeps, vt species habenda est, sed vt differentia cui supponatur animal, quod propter differentiæ conuenientiam & affinitatem reticetur. Quo fit vt Galenus aliquando & trigonũ & tetragonum τόδετι, & hoc aliquid appellauerit, cùm de methodis scriberet ad Hieronem. Hic est etiam, quod excitet aliquam admirationem, ꝙ reliqua accidentia, ne dum qualitates ipsę, neutriq̃ à subiecto denominetur: solum verò quartũ genus qualitatis denominationẽ suscipiat à subiecto. Etenim rara illa quę dicuntˀ à subiecto in aliis, vt calor igneus, humor aqueus. Ea profecto discriminis huiusce caussa afferri potest. Nanq. vbi subiectum de cõposito prædicandum sit, & remanere vult saltum nulla facta mutatione secundùm suam ipsius potestatem, & habere priuationem formæ futuræ noĩe vacantem: proinde neq. semen denominat animal, ꝙ potestas, quam intra se habeat ad animal, immutatur, similiter ꝙ albedo habet oppositum, cuius est nomen; de albo non prædicatur subiectũ: in arte, ꝙ æs nullius potentiæ naturalis beneficio mutatˀ, & oppositum quod est altera pars eius quod fiens olim vocabatur, nomine caret; eam ob rem de composito prædicatur. Ob id etiam ꝙ remanet elementũ in mixto nec amittitur potentia prior, factum esse puto, vt & aëreus calor & ariditas terrea nuncupetur. Sed illud prætereà notandũ diuersa ratione & fieri & alterari, tribui accidentibus nanq. & calidum fieri, & non alterari verè dicitur: nam si calidum fieri dicimus, quod fit eo concepto, qui terminus est motus, non sanè alteratur: illud alteratur quod est fiens, & euadit calidum; hoc verò est frigidũ. sic calidum alteratur, dum frigidum euadit: atqui fieri quod non est alterari, est id quod pertinet non ad fiens, sed ad id quod fit. Et in hac disceptatione Auerroëm probo; licèt caussã eius non accipiam: neq. tamen eã quam ipse attulit, vt falsam repudio. Neq. me auertunt ab hoc cõsilio D. Thomę obiectiones, & Egidij qui, cùm diceret Auerroës alterari non esse perfici, ꝙ alteratio fieret in tpe, perfectio verò maneret in indiuiduo; opponebant vltimum rei gradum subito aduenire: at id quod corrumpitur, ẽt atq. etiã à perfectione recedere. Prætereà perfectionem non ita contrahi in angustũ, quin tantisper pateat. homo. n. magis & minus studiosus est. Quin ẽt sicut vltimum perfectionis est in vestigio tẽporis; sic etiã gradus extremus caloris. Ergo sicut calor accipit plus & minus; sic & ipsa perfectio. Nanq. ita dicam in accidẽtibus ante postremũ gradum caloris in subiecto formã designari, quòd diuidua sit, id quod substantiæ non contingit. Et substantiæ perfectio sic extremum est, vt ante ipsam nulla sit forma: neq. ea vox perfectio significat aliquem motũ, sed consummationem quæ idẽ est, atque id quod consummatum est; velut ẽt ipsi de generatione, & re genita profitentur, eiq. respondet quod est τελειότης apud Græcos reipsa non disiuncta à fine, non τελείωσις, quæ progressum significat. Quod cùm sit: non magis minusúe à perfectione recedetur in interitu, sed ea perfectio accedet ad extremum, quo tum homo est, & ad vltimum vsq. non esse cõseruabitur, illucusque. n. semper homo

[a] Pręd.

[b] 2. Phys. [illegible]

E F G H

A homo subsistet. Falsumq. illud est omnem perfectionem esse diuiduam, sed quæ sic accipitur, vt nos antè monuimus, est indiuidua: siquidem est assecla formę: omnis autem diuisio nascitur à materia, vt etiam plus & minus composito tribuendum sit. [a] Non est igitur ad figuram alteratio. [a] Cap. de qualit.

Vtrùm alteratio sit ad dispositionem & habitum, an alius quidam motus. Cap. XII.

NEQVE item ad dispositionem & habitum per se motus est, quod facilè ostendetur, si species singulas habituum percurramus: habitus aūt voco constantes & absolutas in aliqua re perfectiones; dispositiones verò mobiles & incohatos progressus, eaq. aut corporis sunt, veluti sanitas, quæ in partium vniformium temperie consistit; & ea quæ nuncupatur εὐεξία. posita est aūt in sanitate, bonaque instrumentorum dispositione, ac robore quib. vnumquodq. disponitur ad optimum, vt. s. tueatur naturam suam, & optimè faciat officium suum; & his opposite mala valetudo, & καχεξία: aut ad animum pertinent; cùmq. duæ sint eius partes; altera bruta, atq. altera rationis particeps; sunt item brutę ipsius habitus virtutes. s. morales, & vitia; & eius quæ ratione vtitur, ars, prudentia, scientia, sapientia, mens. Si igitur alteratio foret ad habitum, certè secundùm quampiam ex hisce formis esset: atqui secū dùm nullam ex his est. Non igitur ad hoc qualitatis genus alteratio pertinebit: neque. n. alteratio est ad B eos habitus qui corpus intuentur, siquidem in habitudine quadam consistant, exemplig. bona valetudo in habitudine primarum qualitatum quæ sunt virtutes elementorum in vniformib. aut in proportione quam obtinent partes ad ambiens: nam duæ morborum caussæ generatim percensentur, internæ, vt intemperies, & asymmetria; & externæ: is verò potissimè est aër, cui vel resistit corpus, vel etiā iuuatur, aut contrà cedit, & lęditur: robur ēt continet exuperantiam quandā virium ad corporis partes, & instrumenta. Sed ad ea quæ respiciunt aliud, neq. potestas est in materia per se, neq. motus, verū quæ mutant habitudinem, aliis motib. agitantur. Nec igitur in corporis habitu collocanda est alteratio. Non est item alteratio ad animi virtutes, quandò ipsæ sunt perfectiones: at quod perficitur, quatenus ita mutatur, nullo pacto subiicitur alterationi, quēadmodum suprà docuimus. Virtutes aūt perfectiones esse, & quemadmodum sint; ab initio longè prius explicauimus; & aliqua rursus afferentur. Insuper & ad virtutes ipsas neq. motus, neq. alteratio per se est: sed cùm virtus animi duab. eius partib. immitatur, appetente. s. & ratiocinante: alteratio duntaxat in appetente præcessit; aut quia deducta sit ad impatibilitatem, velut Stoici censuerunt, ꝙ. s. per virtutem ad nil patiendum redderemur idonei; vel per memoriam, quemadmodum quandoq. passi fuimus, vel per sensum; quia sic nunc patiamur; vel ēt per spem, quia sic aliquando passuri simus, aut ēt, ꝙ certa extiterit perturbatio, vt non eximia, C neq. nulla omnino sit, sed mediocris. Itaq. virtus animi aut ex perturbatione, quæ in appetitrice præcurrit, exoritur; aut si mediocritas est; in eorum genere numeratur quæ referuntur ad aliud: ad hæc autem neq. motus, neq. alteratio datur. Multoq. minus pertinet alteratio ad virtutem quæ ratiocinantis ipsius est: nanq. virtutes mentis ex quiete existunt, & tranquillitate quæ iam instrumenta sensuum cū externa, tùm interna occuparit, siue suapte natura accesserit, vt in senib. siue ēt ex consuetudine; siquidem spiritus, & humores in adolescentib. præ nimio calore turbulenti sunt; hic verò ætate succedente contabescit: & ex diuturni temporis vsu, & periclitatione partes corporis ad certos quosdam motus instruuntur: idcirco alteratio corpus attingit, & ipsius animæ instrumenta commouet solùm; atq. inde mores, & habitus consequuntur. Veruntamen hìc quæret fortasse quispiam, non'ne habitus sunt quædam species qualitatis ab aliis cum eiusdem prædicamenti partib. tum item oīum aliorum segregatæ? maximè igitur, si ea ratione spectentur, qua sunt qualitates, amplius vestigandum superesset; an'ne ad eos quoq. pertineat alteratio, ob eam præcipuè caussam, ꝙ Aristoteles ipse testatus est [b] sanitatem in calidis, vt habitum esse collocandam; calorem verò in corpore, tanꝗ passionem: ex quo vel geminā sanitatis rationem licet agnoscere, vel ēt illam, vt speciem qualitatis accipere: ideò si quatenus species qualitatis animo comprehendatur, nil fortè prohibebit, quominus ad eam quoq. pertineat alteratio. [b] 4 Phys. T. 28.

D Necnon alteratio procedit ad contraria. sedenim hęc etiā complectuntur habitum. cur igitur alteratio non spectat ad habitum? Postremò si ob eam rem neq. per habitus, neq. per figuras alteratio funditur; nec ēt per ea quæ sese vicissim respiciunt; ꝙ motus per se contendat in alias formas: ergo ēt multæ sunt sensiles qualitates quæ alienos motus consequuntur, vt colores, odores, sapores; & complures è tactilib, ad illas igitur alteratio non erit, quæ tamen vulgò conceditur, & ratione confirmari potest: nanq. albefactio motus quidam est; neq. ortus, neq. incrementum, aut latio: quapropter alteratio. Singula te fortasse non moueant; vniuersa certè inter se connexa, atq. coniuncta mouere debebunt. Attamen, vt primum tollatur, nosse oportet inter habitus animi & corporis hoc interesse, ꝙ in habitu corporis hæc duo sunt spectanda, ratio formalis, ac materialis; atq. hæc quidem posita est in habitudine: siquidem ex eo, ꝙ ita se habent humores inter se, & sic attemperati sunt; exoritur ęgritudo, vel sanitas. At verò cùm talis attemperatio postulet humorum mutationes secundùm primas qualitates; efficitur, vt per alterationem contrahatur; ea tamen attemperatio est ad aliquid. Itaq. materialiter, vt sic dicam, sanitas est de tertia specie qualitatis; & ad ipsam quoquomodo est alteratio, quatenus est habitudo, repudiat motum. Verùm ꝙ non modo in his sanitatis natura collocatur, sed ēt primæ qualitates insigun tur in humorib. in habitib. reponuntur, cùm tum & alteratio omni habitus secreta ratione consistat, & habitus addat nouam rationem alterationi, & primis qualitatib. nimirùm permanentiam, & vim contractam exterius: ex eo fit, vt habitui per se non tribuatur alteratio. [c] Neq. verò tuum illud nos conturbabit [c] 4. Phys. T. 28.

turbabit, quòd motus sit in quodam genere; in alio termini qui fatearis affectiones præuias esse de prædicamento qualitatis, formam pertinere ad substantiam; neq. id absurdum repures, vbi vna mutatio nascatur ex alia. Sed nob. quib. placet præuias affectiones ad substantiam quoq. referri, varietatis huiusce caussa reddenda est: ea verò inde arcesscetur. Etenim indiuiduum formæ attributum est, materię diuiduum conuenit: quod in materia diuiduum est, id & caussa interualli existit, & caussa potestatis quæ per varios gradus ascendit ad formam. Indiuiduum in forma à ratione termini deriuatur: nam terminus per se indiuiduus est: atqui forma est terminus essentiæ, necnon terminus mutationis, quæ fit circum substantiam, qua terminus est essentiæ, id generatim conuenit omni generi formarum, seu substantia sit, siue accidens, vt in quadam extrema differentia collocata sit, quam si uaries; rei quoq. essentiam protinus immutabis. Animal in eo consistit, vt sit corpus sensu preditum: nisi sensus accedat; animal non est; si quid item vltra sensum adiiciatur, vt ratio, neq. item formalis eius ratio conseruabitur, sed transformabitur in hominem. Proinde animalis essentia tota manet in sensu, velut termino & ita est indiuidua: multò magis illæ indiuiduæ, quæ non constant è genere, neq. constituuntur ex accessu differentiarum, sed in iis idem terminus est, & cuius est terminus. cuiusmodi sunt illæ quæ liberæ sunt ab omni materia. quapropter in essentiæ notione veritas inest, quæ non opponitur falsitati: nanque hęc in compositione versantur, at in essentia veritas est simplex, opponitur ignorantię, cùm quia sit indiuidua, vel mente tota concipiatur, vel nulla pars eius attingi valeat. Quantum pertinet ad id, ꝙ sit terminus mutationis bifariam sumi valet, vel ꝙ certam sibi pręfiniant magnitudinem, vltra aut citra quam consistere nequeant. Quòd igitur est extrema quędam magnitudo formarum naturalium, sic indiuiduæ perhibentur. Secundò sunt indiuiduę, per se quidem, quia tota essentia cuilibet parti cõmunicetur, attamen eiusmodi vt materię priuilegio extendantur, & cu ipsa distribuãtur in parteis, eiusmodi sunt omnium inanimorum formę: vel ẽt sese in quandam subiecti sedem receperint, tanquam reges in arcem, indeq. per virtutem, non pręsentiam informent, & agitent vniuersum corpus, quales antea nos animas animantium perfectiorum constituimus. Quę cum materia diuiduntur, & prorsus materiatę sunt, habent idem principium, quod ipsę informant, & quod afficitur ad informationem: & ibi accipiuntur, vbi affectio pręuia pręcessit: itaq. ad idem principium pertinet forma ad quod affectio, præcurrens, sed habitus illi qui ad animum spectant. Non dico nunc animi facultates quas idcirco Aristoteles habitus appellauit, quòd sine vlla promotione materię deducantur ad actum secundùm, nimirum sensus appetitus, & mens, quæ protinus operantur (operantur aũt patiendo generatim) vt primũ sese species obtulerit; sed habitus qui tractant verum, mens, sapientia, scientia, prudentia, & ars, atque illis oppositæ quæ recipiunt falsum: constant vero ex rerum simulachris, & notionibus has imprimi phantasiæ, ibiq. retineri nos docet Arist. [a] Attamen nosse oportet, eas esse in phantasia, vel vt formas; ita verò afficiunt spiritus, & humores; vel vt simulachra, atq. vt simulachra, prout variis modis afficiũtur, vel quòd in diuersos fines instituantur, vel quòd sic, aut aliter componantur, & disponantur, vel separentur, & illustrentur, effici obiecta diuersarum facultatum, & producere habitus illos qui verum spectant, & illis oppositos, in quibus inest fallacia; propterea respiciunt vnà phantasiam & mentẽ; sed quia nulla retinendi facultas est in mente, vt nos opinamur; idcirco scientia ad mentem, nõ vt habitus se habebit; sed vt principium, per quod essentias rerum contemplamur; habitus aũt erit in phantasia, seu potius in eius instrumento, qui sunt spiritus, & humores; cùmq. accedant extrinsecùs; & ibi conseruentur, tum verò sint formæ, & accidentia, & qualitates, & habitus esse censeo: ad facultatem verò cognoscẽtem esse vt ad aliquid, tùm quòd sunt simulachra rerum quæ sunt extra animã; tum item quia sicuti lumen est præsentia lucidi in perspicuo, [b] sic intellectio est præsentia formæ in animo, tum etiã quòd est perfectio & terminus potentię cuiusdam, atqui terminus in eo cuius est terminus, inest vt ad aliquid. [c] Oppones scientiam habitum esse ratiocinantis, & mentem in habitu dici. An, inquam, non ita nuncupantur, ꝙ in iis aliquid imprimatur, sed cùm sint facultates quæ se habent in pati: & cùm primum incurrerint in obiecta, suo munere funguntur; ex agilitate ad operandum, quomodocunq. operentur, analogicè vocantur habitus: etenim & talis conditio comitatur habitibus: facilius aũt operantur, quo facilius in ipsa rerum simulachra incurrunt, tum verò incurrunt facilius, cùm obfirmata fuerint, & ritè disposita. Ergo ex habitu notionum quæ insident in phantasia; scientiæ primò vocantur habitus, mox quia sint habilitates in facultate cognoscente. ex quibus sequatur agilitas ad prompte operandum. sic ex imaginum firmitate quasi materialiter, ex operandi facilitate quasi formaliter habitus habebuntur. Itaq. cum habitib. aliqua affectio soleat antecedere; si vera sunt ea quæ cõstituimus; affectio quidem habitib. animi præcedet; at cùm varia sint significata habitus, non efficietur necessariò, vt ibidem sit habitus, in quo præcessit affectio; sed in primo significatu tantùm, in secundo aũt nil vetabit quominus in alio antecedat affectio, & ad aliud principium pertineat, atq. id cui habitus ipse tribuitur: neq. abhorret hoc à natura, vt in illo secundo modo habitus altiore modo dicatur, ac primo, ac si primo fuerit accidens, & perfectionem suam consecutus fuerit per subiectum; posteriore sit perfectio subiecti; & præseferat quidem qualitatis imaginem & figuram dictionis, vt & cæterę formæ, reuera aũt ex alio sit ordine; & essentiam potius imitetur. Potest res explanari exemplo valdè perspicuo: fingamus. n. aërem denseri paullatim & densendo contrahere lucem, ab ea mox illustrari pellucidum: erit sanè lux in aëre per affectionem quæ præcurrit in ipso, & qualitas, & habitus, eademque ex eius præsentia in pellucido, veruntamen erit eius perfectio atq. alio modo in aëre, alio in pellucido: in mente sola facultas inerit, quæ ab incursu imaginum prompta reddetur ad contemplandum, & agilitatem,

[a] Lib. de Mem.

[b] 3. de An.

[c] 4. Phys. T. 109.

A tatem, vt sic dixerim, concipiet, quæ ab eius essentia non distinguetur, quãuis veniat ab externo, sicuti nec habilitas in materia ad formam ab efficiente, ac disponente inculta secernitur ab essentia materiæ (nanq. huic similes sunt animi facultates, cùm ad vltimum deductus est habitus) itaq. suopte impulsu cum forma copulatur: iam.n. nihil amplius afici illam oportuit ab efficiente; siquidem ad extremũ promouerit, restat aũt solum, vt exhibeat formam. idem tu cogitato de mente. Ex his efficitur, vt sicuti forma ad materiam illam vltimã se habet, vt ad aliquid; nihilominus est perfectio materiæ, atq. illa quidem propter essentialem potentiam quæ est in materia, sic & animi habitus sunt perfectiones propter essentialem potentiã, quam habet animus, dum est adhuc veluti tabella, in qua nullæ litteræ fuerint exculptæ. Quapropter vt etiam virtutes ipsę meliores habente reputantur, tanto magis scientiæ, quanto etiam mens appetitui pręstat. eaq. fuit Arist. [a] expressa sententia qui cùm doceret nullam esse Dei virtutem, sic ratiocinatus est, quòd sit omni virtute præstantior: itaq. non virtute probus: nam tũ virtus esset Deo melior. Hunc secutus Alexander [b] ostẽdit vberrimè virtutem esse homine meliorem: quia rerum natura constantium est aliquid cuius gratia quod iis quæ sunt eius gratia, longè pręstãtius est. Cùm igitur homo sit aliquid natura constans est alicuius gratia, nempe virtutis. Et virtus igitur homine melior: quanuis etiam bonitas illi propter actionem sit tribuẽda simpliciter, vt olim docuimus: sed cùm ex habitu promptum reddatur habens ad agendum, & agere queat, nisi obstet impediens, inde est, vt bonitas simpliciter habitui concedatur. Ad reliquorum verò solutionem meminisse conuenit, ẽt si contraria compleant essentiã motus, at non omnia esse huiusmodi, verùm ea quæ prima sint in genere quodam, nec in alia resoluantur. Itaque cùm contrariorum prima sint calor & frigus, mox ariditas & humor, hinc efficitur, vt ad ea solùm alteratio pręcedat. Quòd si alteratio motus'ue cæteris contrariis attribuitur, id potius est ex sensu vulgi, q̃ ex veritate. Sic etsi actus & habitus opponunt, nihilominus alteratio nõ est ad ipsos; nec inter contraria secunda: tametsi ista magis accedunt ad alterationẽ: propterea q. inter actus & habitus succedit mutatio, cùm in alio præcesserit motus: vt in sensu, & phantasia producitur affectio; sapientia tamen ipsius mentis est. at hîc eidem quod antea calefactum est, nigrities, aut cãdor accessit: ideo pauliatim fit, & tẽpore quodã absoluitur hęc trãsmutatio, vt verã imitetur; nisi quòd alterius beneficio fit, nec per se simpliciter. sic igit posterius obiecta diluunt. Ergò, quia neq. sm̃ habitũ figuramúe alteratio fiat, neq. potẽtia sit qualitas, aut à cęteris qualitatis partib. nõ separet: alteratio quidẽ ad tertiã qualitatis speciẽ pertinebit, q̃ passionẽ, seu patibilẽ qualitatẽ nuncupamus. Quoniam verò patibilis qualitas est duplex, vel quæ afficit sensus, vel quæ ex alia passione nascitur; & ad has, quia posteriores sunt, alterationem iam pertinere negauimus: restat vt alteratio sit ad eas quæ sic dicuntur, q afficiant sensus: & cùm ex iis aliæ primæ sint, aliæ posteriores, ex dictis etiam constabit ad primas quæ sunt calor, frigus, siccitas, & humor; esse alterationem, quæ item quia cum veteris formæ interitu fiunt, seruant vniuersam notionem eius ipsius motus quem alterationem propriè dicimus, licèt generatim omnis mutatio qualitatis alterationis nomine notari censuerit.

[a] 1. Mag. Mor. c. 6.
[b] 4. Q. 10.

Quæ veteres de elementorum formis decreuerint. *Caput* XIII.

CVM verò qualitates tactiles sint primæ simplicium corporum differentiæ: illa igitur quæ primũ alterantur, corpora simplicia sunt. Cęterùm si differentiæ sunt corporum simplicium; scrupulus inde nouus exoritur, quemadmodum ea sit alteratio, non ortus: erit.n. mutatio secundùm substãtiã: quamobrem aut eas non esse primas elementorũ differentias dicere oportet, aut ab hisce corporib. alteratio tollenda est: ac si non teneat huiusmodi corpora, profectò neq. per alia pertinebit: ita.n. dicebat Aristoteles animata esse obnoxia mutationib. vniuersis, [c] iis quidem quę fiunt, quatenus animata, per sensum, illis verò quæ fiunt secundùm naturam, per elementa, ex quib, ipsa conflata sunt. Ad hanc dubitationem etsi id Alexandro, Simplicioq. dicere licet [d] spectandum fore progressum eiusmodi qualitatum: nanq. vel ad rei substantiam vsq. perueniunt, vel ipsam non attingunt, ac si substantiam labefactent, esse generationem: si verò non eò vsq. prouehantur, esse alterationem solùm: tñ cùm ad ea q̃ de motu secundùm qualitatem adhuc dicenda supersunt, multũ conferat exploratio primæ illius quæstionis, vtrùm primæ qualitates elementorum formæ sint nec'ne; ẽt nos illã discutere cõstituimus hoc loco. Problema per se satis incertum & obscurũ: quippe q in elementorum essentia versetur quæ vnico gradu distat ab ipsa materia quã suaptè natura ignotam philosophi pręedicant; & quæ per se sciri non possit, sed ex proportione notescat: verumetiã redditur controuersum, & difficiles habet explicatus ex eo, q pro parte affirmante stant innumerę clarissimorum virorum auctoritates pro negante verò rationes firmissimę. Nanq. non raro ipsemet Arist. [e] eas primarum differentiarum nomine nuncupat; eæ verò videntur esse formæ quæ pertinent ad essentiam: siquidem soleant eadem esse principia ipsius quid est, & caussę distinctionis. Deinde sæpè testatur quattuor primas qualitates elementorum esse virtutes; [f] at nos antea facultates cum essentia conuenire docuimus. Planius adhuc 3. de An. [g] vbi dicit rationem calidi & frigidi esse carnem ipsam: hoc est qualitates sub certa proportione esse quidditatem carnis. Si ergo sunt principia mixti, eadem quoq. elementorum formæ sint necesse est. Quartò quoniam secreto humore continuò perit [h] aqua; & calore item ab igni sublato concidit ignis: quare calor hîc, ibi humor essentiæ iure optimo: censebuntur. Alexander, Ammonius, Philoponus, & vt vnico verbo complectar; omnes Græci auctore illo excepto qui sub nomine Simplicij in libros de Anima circunfertur: is.n. solus inter Græcos accidentia, quib. cum qualitates patibiles comprehendit, maximè

[c] 7. Phys.
[d] 7. Phys. 1. de cęl.
[e] 1. de Or.
[f] 2. de par. anim.
[g] T. 10.
[h] Alex 1. Q. 6.

mè abesse dicit ab iis quæ sub mentem cadunt;idque substantiis solis euenire confirmat. itaque cùm calidum & frigidum per se sentiantur, non poterunt esse substantiæ: omnes, inquam, Græci quos hodie legimus; nihil de hac re dubitarunt; atque ita opinati sunt elementa constari, quod primæ qualitates informarent materiam primam, nec vllam aliam formam quæ ipsis antecederet, de accidentium more flagitarent. non enim ponebant in materia qualitates, vt video factitasse nonnullos; sed quod accederet proximè materiæ, formam & substantiam esse statuebant; præcipueque Philoponus [a] qui in ipsis etiam formis aduersorum repugnantiam collocauit: quanquam & ipse alias primas elementorum differentias, non sanè calorem & frigus, sed rarum recepit & densum, ea ratione commotus, quòd nulla generatio, vel mutatio inter prima corpora sine rari densique interuentu procederet: quapropter etiam reliquas omnes qualitates ad has duas, veluti capita referre conatus est, & vtraque hęc contraria voluit alterationis esse principia. Veruntamen ipse viderit quàm feliciter id illi successerit: nam præter Aristotelis testimonium monstrat etiam sensus, si quippiam rarefacere libeat, id nos igni exponere, cuius actio prima sine controuersia est calefactio, ex calefactione rarefactio, nunc prima contraria oportet esse principia quę non fiant ex aliis, sed alia ex ipsis. & fallax sit eius viri argumentum, quòd sic nonmodò ea principia ponenda sunt alterationis & ortus, verùm etiam alię multę qualitates: quia nimirum nullum corpus gignatur, quin & ipso interueniant, vt opacitas, perspicuitas, grauitas, leuitas: & in eo deceptus ipse est, quòd consequens omne principium fore existimauit: sed tamen cum aliis in hoc decreto generali consensit, vt primę qualitates corporum simplicium differentię sint; in his etiam numerare libet Galenum; tametsi ex his auctoribus quidam singulas, alij binas, pluresúe simul iunctas elementorum formas esse volunt. credunt enim nonnulli calorem duntaxat ignis, aquę verò humorem tantummodò formas esse: calorem alij cum siccitate; quidam his adiecerunt lucem, leuitatem è quib. coniunctis vna forma integra, & absoluta constaretur: ita de differentijs quæ his opponuntur, & de cæterorum corporum formis enuntiarunt. Neque me præterit quosdam hîc multum insistere, quòd elementorum essentia in vna tantùm qualitate, pluriumúe collectione ponatur: tamen quantum ad præsentem disputationem spectat, inanis est hæc animaduersio: quandoquidem omnes sunt æquè primæ, aut ex his quædam priores, aliæ posteriores, ac si ita se habuerint, vt ex iis hæ primæ sint, illæ secundæ, hæ profectò principia non erunt: quòd si in eodem gradu fuerint omnes, easdem præseferent difficultates, ac si vna tantùm qualitas singulis elementis, binæúe tribuerentur: nanque eædem, quatenus est de re nostra, singularum conditiones erunt, atque eius quod è pluribus qualitatibus constat: etenim & definitio, & partes eius, & coniunctim, & seorsum in primo modo eius quod per se est, prædicantur de iis quorum essentiam patefaciunt, & multæ differentiæ coniunctæ valent idem àc si vnum foret nomen quod eas coniunctim significaret, eiusque penuria plurimum facit, vt multis vocibus eadem natura debeat exprimi; veruntamen oratio variatur; natura prorsus eadem retinetur. Auerroës, [b] D. Thomas, Ægidius, Monachus [c] in hanc sententiam acerrimis argumentis inuehuntur quorum primum accipitur ab ipso Aristotele, nempe. Quod vni accidit, alteri non potest esse substantia: calor autem & frigus accidunt corporibus mixtis; accidunt ergo & elementis. Quin potius non solùm perspicuè mixtis accidunt, sed etiam corporibus ipsis simplicibus. aqua enim ita calefit, vt etiam magis calefaciat, quàm aër; & aër à frigore sic perturbatur, vt magis item refrigeret, quàm aqua, vel terra. Vtuntur secundo loco argumento Simplicij, de quo suprà dictum est, quippe quòd nulla substantiæ differentia sentiatur, quod eleuat item eorum sententiam qui grauitatem & leuitatem corporum simplicium formas esse putant. Tertiæ formæ quæ sunt principia substantiæ, solent esse indiuiduæ, nec plus, minusúe accipiunt: ita verò non sunt affecta calor & frigus: atque hoc argumento vsus est Proclus in Timæo. Nam si plus & minus acciperent formæ, pari item ratione quæ ex formis eiusmodi constarent, plus & minus haberent; at substantiæ, mirum quantum ab hoc attributo abhorrent: quare neque etiam formæ substantiæ sunt obnoxię tali attributo. sic euitari non posset, quin in substantia composita contraria forent, & protinus ipse motus. Postremò substantię numeros imitantur: quibus si apponas, aut adimas vnum, continuò numeri forma variatur; at qualitates elementorũ miris modis substantia salua distinguuntur, & omnino multos gradus accipiunt: non est igitur, quòd eas substantias esse suspicemur. Ob hęc ergo atque alia multa persuadebitur non magno negocio quispiam primas qualitates non esse formas quę elementorum essentiam compleant, ac differentias, communius appellatas, aut quo ad describunt differentias primas eorum: quia liceat nob. eas designare nominibus accidentium, si fuerint ignotę, ex quo item factum sit, vt accidentia quandoque sumantur in definitionibus & tale genus exponendi quid est descriptionem dialectici vocare consuerunt. ita tanquam tormentis validissimis Gręcorum sententia concussa caruit propugnatoribus. Sed certè obscuræ admodum tenuesque veri & falsi sunt notæ, vt non nisi oculatissimis eas internoscere succedat, vt mox patebit.

[a] 1. Phys. T. 4. 3. Phys. T. 50.

[b] 5. Phys. T. c. 10.

[c] c. 2. artis vis.

E F G H

Afferuntur in medio nonnulla quæ pro Gręcis de elementorum formis dici possunt. Cap. XIIII.

EA quæ de partium formis in animante constituta fuere, te fortè persuadebunt aliquod esse propugnaculum in quod se recipiant, & inde impetum hui rationum infringant: nã sicut anteà dictum est, vna est forma totius quæ est anima: partes à temperie, figuraq. impetrauere q̃ essent, aut bonam essentiæ partẽ illis acceptam retulerunt: sic igitur dicere licebit mundũ esse velut animal quoddã cuius

vnica

A vnica sit forma quæ constituat totũ; verùm si partium rõ spectetur; ea petatur ab accidentibus. Nam ꝙ vna sit forma totius, accepimus aliquando ab Arist. [a] cùm demonstratũ est mundũ esse vnum, quod [a] 1. de cęl. verò vnum est, vnius formæ beneficio solet esse tale. Adde etiam, ꝙ caussam reddens Arist. [b] cur vbiq. [b] 3. de ort. an. c. 11. animalia gignantur ex putri; vniuersa animæ quodammodo plena esse testatur, cùm vis cęlestis quacunq. pertineat. Quamobrẽ rationes olim in medio positæ non tollent, quo minus qualitates elementorum formæ reputent̃, quà sunt vniuersi partes. At verò hoc decretum multis obiectionibus expositum est, quia tametsi vnus est mundus, idemq. vnus per vnicam formã; aliud tamen illud formę genus est, atq. id à quo animal, eiusq. partes informantur: etenim forma animalis est totius quidem primò, deinde partium; ita vt in toto etiã partes eadẽ forma potiant̃ per eandem subsistentes, & quanuis temperie figuraúe distinguantur; ea sine ope animo nihil oĩno efficiunt: quandò manus à toto diuulsa, licet eandem figurã retineat, ambiguè sit manus. vniuersi forma est extra totum, & per associationem, & conseruans, & retinens in officio, singula dirigens ad suũ munus, opem ferens principiis per quę partes mundi subsistunt, non ipsa constituens, aut si posita est in partibus eius, è plurium per se subsistentiũ coniunctione, cuicuimodi illa sit, exprimitur & erumpit: nec est vna simpliciter, quemadmodũ neque mundus ipse simpliciter vnus est: quandò elementa cum cęlo connexa, & oĩa per cęlum & cęlũ ipsum proximè ex D.O.M. sunt apta, & vnum efficiunt, cuius partes in toto non sint potestate, velut in nobis
B singula consecuta sunt proprios actus, quanquàm eiusmodi, vt foueri debeant à caussa pręstantissima, tamen ordine quodã, hæc sanè clarius, illa verò obscurius. atq. ita ordinẽ hunc tueri volunt, vt si eo priuent̃, malè cum ipsis agatur. Proinde essentia mundi ponit̃ ordo quæ est habitudo rerum, quatenus existunt. vnde non tollitur ex his formis, quominus aliæ sint propriæ formæ rerum: immò sint neces- [c] 12. Met. T. 49. se est: siquidem cõmunis illa forma vniuersi quæ ponitur ab Arist. [c] D. inquam O.M. proxima rei cuiusq. rõ nequeat esse, eoq. maximè si res illa caduca fuerit, neque. n. ab æterno principio fas esse ducunt Peripatetici quippiã proximè proficisci quod caducum sit: cuius etiã rei signum, ꝙ elementorũ partes, licèt à toto seiungentur, vt dum in alieno loco versantur; retinent quoq. suam naturam. Neq. sat est, si dicatur ea nunq̃ à forma totius absolui posse: quandò illa vsquequaq. pertineat: etenim per continuationem cõmunicatur, quæ tamen quandoq. interrumpitur; vnde mutãtia locum progressu tẽporis intereunt; ab vtero assumunt aliã naturam, eius nimirùm quod continebat. Neq. item illud obstat, ꝙ anima oĩa plena sunt, quoniam si accipiant animã quæ fons est & origo motus intra animatum, & cognoscendi facultatẽ, & aliquod vitæ genus affert, quid hîc cupressus cum naufragio? quis elementa viuere fatebitur? & tamen tribuet formã, & quoddam principium esse concedet per quod sint substãtię, & his, vel illis muneribus suapte natura fungant̃. Sed quid opus est hîc immorari, cùm animã, velut ele-
C mentorum formã pluribus argumentis confutauerit Aristoteles? [d] Hactenus deiectũ esse arbitror pri- [d] 1. de an. mum Gręcorum propugnaculum: alterum nũc inuadamus, & spectemus satis'ne defensionis in eo sit positum: est verò tale. Calorem & frigus in elementis non esse vniusmodi: quippe ꝙ ita insint, vt sẽsum vehementissimè pellant: insint etiam sic, vt oẽm fugiant sensum; illa plus & minus accipiant; hęc sine vlla varietate permaneant, vt quanuis aqua ferueat; nihilominus in ea vis insit frigoris, cuius auxilio se tuet̃ aqua: illa esse accidentia, has esse veras elementi differentias. itaq. ab Arist. non accidentia simpliciter, sed virtutes elementorum vocari: contra illa nitendi rõnes illatas, cõtra has Arabum, Latinorumq. argumenta nihil ponderis habere. Et ita Simplicius elocutus est, & manifestè geminum calorem in aëre posuit. Verùm si res ita sit, non quattuor primę qualitates, vt oĩum ferè consensus hactenus approbauit, sed octo videbuntur. Quanuis etiam inter Latinos auctores de hac ipsa re magna dissensio fuerit, nõnullis in Græcorum sniam cedentibus & præter primas istas qualitates vnicuiq. cõspicuas asserentibus alias esse, quæ tactu non discernant̃: quapropter eas cum Arist. virtutes appellant, atq. ab his ipsis differre sic persuadent. Quòd nulla qualitas adsit in mixtis quæ non præcesserit in elementis. Sed in mixtis insunt qualitates quędam quasi silentes: eædem igitur inerant prius in elemẽtis. Verumenimuerò in hanc assertionem Bononienses acerrimè inuehuntur: nanq. præter id ꝙ octo erunt
D qualitates in elementis, nec quattuor, vt sensus ostendit, etiam, inquiunt, nulla nos vrget caussa ponendi eiusmodi qualitates, vt elementa statũ antiquum propter illas obtinerent: quinimmò tantum abest, vt qualitates illę silentes auctores sint elementis, vt pristinas qualitates recuperent, vt oppositũ potius, & id quod fieri non possit, ex ea positione consequatur: sic. n. fieret, vt idem à seipso sub eadẽ ratione pateretur. itaq. ne monstrũ hoc probare cogamur, primum illud repudiãdum. Nam quod aiunt quidã geminos esse actus atq. potestates formales nimirùm, & virtuales: neque id esse absurdum, si, quatenus in actu virtuali sunt, seipsa suscitent de cõsimili potestate ad actum formalem: absurdum planè fore, si seipsa immutarent de potestate formali ad eũ actum qui formalis esset; hoc inquiunt, quod illi aiũt, nulla ratione posse placere: propterea ꝙ sic eriperetur quasi de manibus via philosopho naturali qua demonstrare posset motorẽ primum ab oĩ concretione materiæ separatũ esse: nanq. vbi argumentatur Aristoteles. Omne quod mouet̃, ab alio moueri, atq. id à quo mouet̃, ab alio moueri perpetuò, vel in immobili insistendũ, & illud fieri non posse, ꝙ infinitũ: immobile igitur; ideoq. materiæ exors: semper respondere licebit ad Arist. argumentum inficiando illam propositionem. Omne quod mouetur, ab alio moueri; quoniam si in actu virtuali fuerit, non ab alio sanè, verùm à seipso concitabitur. Ita cùm argumentando ad primum mobile quod est cęlum, quasi gradatim ascenderimus; nihil vltrà quærendum esse dicemus, à quo moueatur, mobile sit, siue immobile, sed ipsum ex se moueri, neq. id à natura rerũ abhorrere; quippe ꝙ actum virtualem obtineat. Et certè magnum pondus habere debet

hæc instantia, si Peripateticorum placitis hæreamus: nam siquod corpus est, in quod ea distinctio cadere possit; id cęlum esse videtur; siquidem animal ab Arist. reputetur: atqui id animalis propriū perhibetur, vt à seipso cieatur. Neq. est, inquiunt, quòd robur illiusmodi rationū vereamur: quandò nob. aliæ caussæ succurrunt quibus aquā in statum suum restitui putemus. Neq. id quod apparet in mixtis, de qualitatibus illis ociosis, & quasi silentibus exhibet negocium, qui multas esse mixtorum vires accepimus quæ elementorum propriæ non sint, sed è mixtura ipsa pullulent, & erumpant. Propterea facessant hinc isti duo calores, & forma longè diuersa à qualitate statuatur. E

Auerrois sententia de elementorum formis proponitur. *Cap. XV.*

AVERROES quem multi sectantur è Latinis, longè aliter de elementorum formis sanxisse comperitur. negauit.n. calorem, & cęteras eius ordinis formas, siue sensum mouerent, seu laterent in occulto, ad elementorum essentiā pertinere, sed alias formas intus esse conditas quæ elementa constituerent, easq. nomine vacare. Cęterùm aliud esse illarum ingeniū, atq. earum, vnde mixta existunt. quandò mixtorum formæ in indiuiduo consistant, nec plus minusúe accipiant, & sicubi superuenerit alia forma, præcedentes aboleantur: forma elementi diuidua sit, & multos gradus intra se habeat potestatis quorum caussa intendatur & remittatur; & remissa cum alia forma opposita in mixto superesse valeat. nasci verò hūi varietatem ex eo, quòd elementa parùm discedunt à materia; propterea continent plurimū potestatis: idcirco illorum formæ non sunt substantię simpliciter, quemadmodum formæ mixtorū, sed tantisper à substantia declinantes accidens imitantur, in medium quoddā, velut albū & nigrum in fuscū, aliumúe quendā medium colorem, migrantes. Videntur verò inducti, vt ita crederent à natura generationis: etenim natura gignendo mediis conuenientibus & proportionem inter se habentibus vtitur; nec non vult antecedere præuias affectiones quarū ope materia oīum formarum gradus accipiat: itaq. cùm per se sit absoluta potestas, & euehi suopte impulsu queat ad oē formarum genus in ordine mortalium aliquid interuenire oportuit quod & materiā superaret, & summā perfectionem non attingeret, sed quasi gradum substerneret cęteris quæ supremum locum in naturæ ordine sibi vendicarent: itaq. & elementa constituta quæ forent corpora quædā imperfecta, nimirùm, quòd sicut vnaquæq. res sensilis è materia, tanq̄ immanente principio constat, sic ex elementis, vt superstitibus mixta conflarentur. Ergo formas esse necesse erat quę non essent indiuiduę: sic.n. consistere simul poterant aliquid de natura sua remittentes, & tamen elementū in mixto retinentes, ac materiā ad alias superiores formas apparantes. Huc igitur nos rerum natura ducebat; ideoq. decretum eas accipere plus & minus, & in mixto retineri refractas, & medias quasdā naturas esse inter accidens & substantiam: alias verò qualitates esse, & verè accidentia, & contrariorū rationem fuisse consecuta quę maximè abhorrent ab oī substantia; veruntamen, quod veræ elementorū formæ laterent, & nomine vacarent, factū esse, vt primarum qualitatum nominibus exprimerentur. illud.n. maximum signum esse videbatur, q aqua accipit calorē, vt nil propemodū frigoris in ea relinquatur, & tamen constat aquā frigiditate abiecta, aut prorsus, aut magna ex parte esse superstitem; hæc igitur accidens quæ substantia salua discedit, & alia quædā forma adest per quam frigore abeunte se aqua tutatur. Neq. verò Græcorum fugæ ex periculo eos eripere possūt, aut eorū tormenta nocere. Nam q aliqui se velut in tutissimum portū conferre possent, ad coniunctionē, inquam, plurium qualitatum; quasi non sit essentia, quia sola non sufficiat, in cōpositione afferat essentiā; quapropter haberi accidens; fateor non esse totam essentiā, sed nihilominus esse partem; nanq. ea quæ concurrunt ad essentiā constituendam, seorsum quoq. sunt in primo modo dicendi per se, & ea variata forma aquę permutet oportet: ac si dixeris eam formā adhuc in vno frigiditatis gradu perseuerare, iā aquæ formam ab eiusdem frigiditate diuersam facies: nanq. ea remissa, vel propemodum collapsa, tamen superest facultas cuius ope aqua in pristinā frigiditatem restitui possit. sic etiam si statuas in elementis illud qualitatū genus quod philosophi quidam mediciq. virtutem vocant; protinus alias formas à qualitatibus ipsis effeceris, à quibus qualitates calor & frigus, vt illorum opera, vel instrumenta nascantur. His illud item adde quod pronunciauit Arist. ignem.s. agere, non quatenus est ignis, sed quia calidus, vbi perspicuè statuit discrimen inter naturā ignis, & eius qualitates. Et planè magnum opus aggrediar, si quę in eam sententiā dici possunt, huc congerere velim, quibus accidens nonmodò haberi debeat eo nomine, quòd non explicet essentiam totā, sed quòd sit planè accidens. Neq. argumenta pro parte affirmante conclusa contra posteriorem sententiā quicq̄ habent momenti. Nam quòd Arist. sæpius appellarit primas qualitates differentias, aut virtutes elementorū, dicimus eū vsum fuisse transumptione, vel descriptione, & per ea nomina, tanq̄ notiora elementorū essentias alioqui nomine carentes expressisse. Illud etiam quod acceptum est, ab eo q ignis calore perempto ipse etiam tollitur; ab Auerroë perbellè reiectum est, neque enim vera est illius argumenti propositio simpliciter accepta, nimirùm. Id quo sublato aliquid tollitur, eius esse rationem, sed addi oportet primò, id quod in proposito euenire negamus: nanq. vnà cùm calore formam ignis aboleri contingit, ideoq. simul ignis ipse deperit. Et verò habent formæ quædam accidentia quibus se tuentur, vt ignis calorē, & raritatem, quæ, si vnq̄ ab illo segregentur, è vestigio destruatur: nam præ densitate suffocatur, frigus aūt afficit eius materiā ad accipiendam nouā formam. Possumus & dicere species ignis ab Arist. positas esse duas alteram quæ est exuperatio caloris, qui quidē non respondet aquæ pro portione, vt multi opinantur, sed glaciei: alter ignis est vt fumus, & est aër

iam

A iam præparatus ad accensionẽ, hoc est, vbi exhalatio à copia vaporum exonerata fuerit, ita tamen, vt non oĩs humor inde fuerit prorsus exhaustus, & cùm iam à calore fuerit attenuatus. primus ille ignis ineptus est ad ortum, & mixturã, [a] & in summo solùm conseruatur, [b] cùm eius essentia in exuperatione consistat; quapropter vbi illa exsuperatio remittatur, [c] ignis amplius non est, sicut cùm frigoris exsuperatio minuitur, non est amplius glacies. Hæc ipsa profert Arist. vbi cùm statuat ẽt igneum hunc per se non subsistere, sed esse semper in aliena materia, dicere item possent ipsum non esse verè substantiam; ideoq. definiri per accidens quod est calor, cui quoq. sententiæ adstipulatus est Alexander: alter aũt ille qui fumus est, diminuto calore nõ interit, sed remissionem tolerat, alteratur, & cùm cęteris elemẽtis ad mixtorũ propagationem cõfunditur, itaq, argumentũ de tali ignis specie nõ fuisse cõclusum.

[a] 2. de ort. an c. 3.
[b] 2. de Ge. c. 3.
[c] 3. de ort. an c. 14.

Auerrois sententia de elementorum forma perpenditur, & id pręcipuè, an'ne intendatur, & remittatur. Cap. XVI.

ABSVRDVM non putant Auerrois sectatores elementorum formas esse medias inter accidens & substantiam, & eadẽ plus & minus accipere. Res sanè plena periculi: quamobrem hoc nos in primis tentare constituimus, & firmitatẽ huius theseos explorare. Nam multa sunt quæ me ab hac sñia reuocent: mitto.n. quòd inter id quod est esse in subiecto, & nõ esse, mediũ non incidat, cùm oppo- B nantur vt contradicentia; ex quo efficitur, vt quicquid est, sit necessariò substantia, vel accidens: mitto etiam ꝙ ex membri vnius accessione multiplicarentur partes entis; quanq̃ iis solummodò visum fuisse Aristotelẽ in vniuersa sua philosophia cum diuina, tum naturali sic cõpertum est, vt hæc multò certiora sint, q̃ illa, quæ apud Sagram: siquidem hac adiecta nota absoluta esse.s. in subiecto absolutè, & non esse consimiliter; vim minuerent cõtradicentibus; quapropter in illis medium esse posset. Illa pręterire nequeo, ꝙ ens ita distributum est in decem prima genera, & decẽ figuras dictionis, atq. ita singulis generibus elementa propria, quæ sunt actus & potestas, singulis assignata seorsũ, vt ex illis fiant propositiones negantes quæ medio vacent. Ergo sicut nihil est mediũ inter quantum & quale, substantiam & reliqua accidentia, sic necesse est, nullum medium interueniat inter accidens & substantiam; præsertim quòd accidens sit cõmune ad vnum; id verò nihil aliud ponit, q̃ partes: itaq. medium esse oportebit inter substantiã, & aliud quoddam è singulis generibus assignetur igitur. Cui quoq. perspicuum non est Aristotelẽ, [d] dum explicat substantiæ partes elemẽta numerare in substantiis, eundem q. substantiã statuere formam, quodcunq. fuerit caussa quòd sint, omnibus quę sic sunt, vt non dicantur de subiecto; hoc est, non insint in subiecto? Sic.n. argumentabor è contextu. Omne quod est principiũ existentiæ iis quæ non sunt in subiecto, est substantia. Forma elementi est principium existentiæ ele- C mento quod non est in subiecto, vt ait ibi Aristoteles? Ergo forma elementi est substantia. Præterea manifestum est substantiam è non substantia fieri non posse, & formã magis esse substantiam, q̃ materiã, & compositum. [e] Vel igitur elementum non erit substantia, & per consecutionẽ neq, illa, quę constant ex elementis: proinde periculum imminebit, nequid intra cęli complexum substantia sit, cùm vel elementum sit, vel ex elementis, vel forma minus erit substantia, q̃ compositum & materia: nanq. & materia, & cõpositum sunt planè substantiæ, forma quiddam minus, q̃ substantia plus & minus accipiens. Huc accedit, quòd de elemento prædicantur primæ qualitates, quas tu vis esse accidentia. Cęterùm accidentia tribuuntur subiecto per eã substantiã quæ de materia prædicatur: atqui talis substantia actus est, atq. ille quidem vel mixtus è pluribus entiũ generibus qui non datur, aut ex ordine substantiæ, [f] itaq. substantia: sunt.n. tres eius partes, actus, potestas, & quod ex ambobus. Rursus id quod continent accidentis cui'nam, obsecrò, erit accidens? an'ne materiæ? vnde ergo ipsa, cùm sit potentia substantia, promouebitur ad actu substantiam? sic accidens per se substantiam facere poterit, quod fieri non posse suprà ostendimus: an'ne composito? erit igitur vnum per accidens, si ex substantia & accidente confletur: an'ne sibi ipsi? atqui hoc erit multò ineptius, atq. illud quod passim sequaces Auerrois obiiciunt. Quod vni est accidens, alteri non posse esse substantiam, vel alicui substantiam D accidere: erit enim sibi ipsi accidens. Et verò nihil per se magis quàm quòd homo sit homo: aliter esset homo & non homo. His adde, quòd si media quædam est natura inter accidens & substantiam, vel est per negationem, vel participationem vtriusque extremi; dic etiam, si placet, vt Zimara, per collationem. At verò per negationem medium esse nequit; aliter aliquid esset quod decem genera generalissima non continerent: si ex participatione medium feceris, in alterutrum mutari poterit: tale.n. est ingenium eius medij: quin & extrema secum mutabuntur: nam quæ ita cõponuntur inter se mutuas habitudines obtinent actus.s. & potestatis: [h] ita viridis color & albus & niger fieri põt, & albus conuertitur in nigrum. Sic igitur elementum modò substantia foret, aliàs accidens, & in accidens substantia migraret. Et vtar hîc argumento Aristotelico. Quæ non sunt in eodem genere non habent medium. Accidens, & substantia sunt eiusmodi, vt sub eodem genere non cõprehendantur. Ergo accidens & substantia non habent medium. Sed enim nec ꝙ huiusmodi sit per collationem: cũ etiam vos oẽs Auerrois asseclæ prædicatis. Id quod tale est per se, cuiq. cõparatum eiusdem modi semper esse. Verùm sit vel vt in animalium genere Zoophyton, quod est plantæ simillimũ, vt cùm sit animal, nihilominus propter similitudinem planta quoq. habeatur; viuit.n. affixum vt planta: fortè accipit alimentum forinsecùs apparatum: quæ'nam erit ista similitudo formæ elementi & accidentis? ea profectò, ꝙ accipit plus & minus, in quo videtur imitari qualitates: earum.n. proprietas hæc est, vt

[d] 7. Met. T. 15.
[e] 7. Met. T. 7.
[f] 7. Met. T. 8.
[g] 10. Met. T. 6.
[h] 10. Met. T. 22. 23.

quicquid aliud accipit plus & minus, ſeu fuerit ad aliquid, ſiue ex eo quod eſt agere, vel pati; ꝙ plus E
& minus accipiat, qualitati acceptum referre videat. Atqui multò minus diſtant æra lupinis. etenim
[a] Præd. qualitas ipſa ſemper eſt eadem & indiuidua: quale eſt, [a] non qualitas quod intenditur & remittitur:
hic contra ſe res habet: ſiquidem formæ plus minuſq. accipiant, quod eſt in materia maneat idem:
nec verò magis minuſue dicitur aqua, vel terra nec quicq̃ magis repugnat ſubſtantiis cõpoſitis, ſed vt
ipſi autumant, forma terræ & aquæ. Nec planè quicq̃ magis aduerſatur Peripateticorum dogmatis,
aut formæ, quatenus forma eſt, q̃ quòd intendatur & remittatur. Nanq. Ariſtoteles voluit formas eſſe
ſimiles numerorũ, & iis plus & minus denegauit, ac ſi quo pacto cenſuit plus & minus, ad ſubſtantias
[b] 8.Met. T.20. pertinere [b] id illis conceſsit; quatenus ſunt cum materia. Præterea Porphyrius apertiſsimè ſumpſit
in genere & differentiis nullã rationem intentionis & remiſsionis eſſe poſſe; propterea ꝙ ſi horum eſ-
ſet aliqua varietas, & res, quę ſunt ex ipſis vtiq. variarentur in eo, quòd eſſent: at hoc eſt prorſus inua-
riabile, & genera igitur, & differentiæ. Cur ergo non ſic argumentabimur & nos? Si formæ intendun-
tur & remittuntur, ergo & elementa. Sed elementa non mutantur; nec eorum formæ igitur. Inſuper
ſi & mixta conſtantur ex elementis & horum principia remittuntur & intenduntur, efficietur etiam,
vt mixta ſimiliter afficiantur: ergo oẽ ſubſtantiæ genus intendetur & remittetur, ſiquidem omne ſit
aut elementum, aut ex elemento. Accedunt & illa quæ perpetuò profeſſus eſt Ariſt. commotis princi- F
[c] 8 Phyſ. 2.ad Eud. piis, ea quoq. cõmoueri, quæ ſunt ex principiis. [c] Itaq. illorum iudicium eſt, vt pariter & formæ, & ea
quorũ formæ ſunt, immutentur. idcirco ſi forma variabitur, & elementum non permanebit, ac ſi per-
maneat elementum, formas item inuariabiles eſſe oporteat. Illa quoque me diſſuadent, ꝙ forma vbiq.
finis generationis ab Ariſt. poſita eſt, & indiuidua, atq. eadẽ cum vltima potentia, necnon quòd ſi plus
[d] 5. Phyſ. T.19. & minus haberet ſubſtãtia, ſubiiceretur etiã contrariis & motui, [d] ato, ita, vt id verbo ſignificante ne-
ceſsitatẽ nobis expreſſerit Ariſt. quæ cùm abſint à ſubſtantia, non video quo pacto plus & minus ipſi
tribui poſsit, niſi vt proficit in poteſtate, quemadmodum multò anteà declarauimus, quod illi materię
priuilegio non beneficio formæ contingit. Hæc atq. huiuſmodi paſsim ab Ariſt. approbata, & generatim ſum
pta ſine vlla diſtinctione formarum. quare non poſsũ non admirari rẽ tanti ponderis omiſſam fuiſſe.
Verùm fac eam diſquiſitionem acrioribus ingeniis fuiſſe relictã, & Auerroẽm vidiſſe Ariſt. dicta perti-
nere ad formas perfectas; imperfectas verò non attingere, ſpectemus etiã nunc, an ne ea diſtinctio pla-
cere potuerit Ariſtoteli. Atq. vt à generalibus ordiar, & hęc quæ profecti ſumus ex Ariſt. communiter
accepta, & ad ſimplicia corpora potiſsimè pertinere vis methodi nos admonet; nã generalia ſunt prę-
ponenda ſpecialibus & elementorũ conſideratio conſiderationi mixtorum. quapropter veriſimile eſt
ea quæ de generatione & alteratione aliiſq. motibus ab Ariſt. conſtituta fuerunt in methodo naturali
vſq. ad ſpeculationẽ eorum quæ fiunt in ſublimi, & oĩbus corporibus conuenire generatim, & ſpecia- G
tim primis, & elementis: aliter peruerteretur vniuerſus ordo tractationis; quippe quòd minus com-
munia precederent, & ea quæ pertinent ad mixta quæ ſunt poſteriora natura: ideoq. generatim defen-
denda, prӕſertim ꝙ non aliter vſq. decreuerit Ariſtoteles. Cominus accedo nunc ad ea quæ magis pro
pria ſunt noſtræ ſpeculationis. Formam vbiq. teſtatur præceptor admirandus extremũ eſſe, & finẽ ge-
nerationis: ergo in forma ſubſtantiæ plus & minus eſſe nequit. Quòd aũt conſequatur hoc, ita probo.
Nam ſi minus eſſet; vlterius adhuc generatio procedere poſſet, vt ſi fieret ignis & ad quintum gradum
perueniret; ignis eſſet, ſi forma diuidua, ſed cùm adhuc ad octauũ promoueri poſſet, iam forma exti-
tiſſet; nec tamen vltimũ generationis eſſet. Neq. verò te cõturbari volo, ꝙ ignis hîc fieri ſumatur, quaſi
aliter res proceſſura ſit; ſi ignis iam factus refringatur, & rurſus refocilletur, & inſtauretur: ſiquidem
idẽ ſit gradus, & idem medium, per quod tranſit, & vbi manet dum producitur, & prouehitur ad ſum
mũ, ac dum à ſummo ad mediũ deducitur: ergo vtrobiq. ignis, & per eandẽ formam, neque tamen eſt
ibi abſoluta generatio, vt optimè vides. Præterea generatio ſubſtantiæ fieret interceſsione medii: cęte-
[e] 5. Phyſ. T.26. rùm hoc eſt proprium motuũ, non mutationis, [e] cuiuſmodi ponitur generatio: nihil.n. eſſe poteſt inter
eius terminos: aut.n. eſt inter contradicentia, aut contraria, ſed inter contradicentia medium non eſt:
ergo eſt inter contraria, vbi contraria, ibi motus. Verùm in ſubſtantia negatis eſſe contrariũ, atq. mo- H
tum: nec medium igitur. Atenim, quòd hæc eſt ara, ad quam confugiunt, quòd hæc ad perfectorum
formas, non elementorũ pertineant, ſpecta etiam, quemadmodũ hæc eadẽ accommodauerit Ariſt. ad
[f] 8.Phyſ. elementorũ naturam: [f] nanq. agens de cauſsis eorũ motus, eas duas aſsignauit: alteram quę foret per
ſe; dicebat aũt eſſe generans: atque alteram quæ foret per accidens; erat verò arcens impedimentum.
Nunc ponamus ignim iã eſſe abſolutum, & aliqua vi de ſuo loco deturbatum, atq. aliquid amiſiſſe ca-
loris; iam, vt vos vultis, quiddã formæ extinctum eſt, recuperet mox priſtinas conditiones, reſtituetur
ẽt forma, ſed enim reſtitutio formæ eſt generatio. Vel igitur aderit generãs, & ſic non ſufficiet id quod
obicẽ pellit, nec erit motus per accidens, ſed per ſe, qui fiet vtiq. à generante, vel ex ſeipſo ſe ad priſtinã
naturam promouebit: ſic ſe ipſum gignet, & cùm habeat vim in ſeipſum & ſe traducendi de poteſtate
ſubſtantia ad actu ſubſtantiam: nil certè vetabit, quominus idẽ ſeipſum gignat ſimpliciter quod gene-
ratim reiectũ eſt ab Ariſt. in oĩ corpore, & præcipuè libro de motu animal. Valeat aũt hoc in virtute
illius argumenti quod intulit in Auicennã ille Arabs. Idem.ſ.iudicium de toto & parte eſſe faciendũ.
Vereor item ne hoc abſurdum recidat in hanc poſitionem, ſiquidem ẽt ſi forma refracta ſit, adhuc per-
manet ignis: aliter eſſet magis & minus ignis, quod ſanę mentis neruo confitebitur. eſt igitur, & actu
per ſuam formam. Sed quicquid ei ſuperuenit, quod eſt actu, vos accidens eſſe putatis. ergo & poſtre
mi formarum gradus erunt accidentia, & maior formæ gradus erit imperfectior, q̃ priores, cùm ſit illis
accidens. Præterire non poſſum, quòd non rectè illa decreta fuiſſent, nec ſatis valida ratione confirma-
ta, quòd

A ta, quòd in permanentibus vltimũ non esse vnius esset idẽ cum primo esse alterius: nã posset esse aqua simpliciter, nec dum ignis esset corruptus, & si amissio formæ est interitus, aqua non esset, quę tamen non dum corrupta fuisset. sic illud sequeretur quod obiecerat Arist. in eisdem punctis temporis contradicentia consistere. Quapropter aut contradicentia consistent, aut contraria: aut si vnà sunt, contraria non erunt, si non contraria, nec igitur ibi magis & minus: semper. n. illò reuertar. [a] vbi magis & minus in eadẽ specie, cõtraria necessariò inerunt: at hîc contraria non sunt, nec igitur magis & minus. [a] 5. Phys. T. 19. Existimabis fortasse idẽ contingere in formis elementorũ, atq. in qualitate (semper. n. qualitatem sumo, quòd elementorũ formæ qualitatẽ maximè imitent) quòd magis minusúe calidũ est, & fit calidũ, atq. est, antequàm sit absolutè calidũ: propterea calidum est, antequàm frigus vniuersũ discesserit, & non est frigidũ, priusquàm totum fuerit extinctũ, sicut ergo in his, neq. veremur contradicentia, aut contraria, & factũ est aliquid antequam extremũ generationis accesserit, sic de elementorũ formis esse dicendum. Tamen ratio valde dispar, quòd calidũ plus & minus est, & contraria fundantur actu substantia, & intra se potestatẽ habent quę sub varijs gradibus eodẽ actu potitur, itaq. & eandem denominationẽ solent admittere, & quamuis remissa, & refracta consistere, sed substantiæ fundamentum potestas est, & actu nihil eius quod futurũ est, adueniẽte forma est actu simpliciter, & simpliciter ens quod anteà non erat substantia, nisi quia poterat; itaq. generationis termini prorsus repugnant, nec quod fit
B alterius quicq̃ veluti partẽ continet, vnde est mutatio inter contradicentia. Et quanq̃ in oĩ mutatione contradicentiũ ratio comprehenditur, & in oĩ vltimũ non esse eius quod interibat, cõgruit cùm primo eius esse quod factũ est, tamen quia substantiæ quæ fit, nullus actus antecedit, actus aũt substantiæ semper accidenti subijcitur; ex hoc fit, vt caussa actus subiecti, accidens sub eadẽ essentia varietur, nec in indiuiduo consistat, nec inter contradicentia accidentis mutatio procedat, substantia contrà existit indiuiduo, vel. n. fit ignis, nondùm est, vel factus est, & iã est ignis, idq. in tẽporis puncto; si minus, illa oĩa sequerentur, quæ nos ex 5. & 8. Phys. retulimus. Neq. hîc valet admodum, si dixeris vltimũ non esse & primum esse fore imperfecta, & cùm forma substantiaúe, quæ tum gignit cõgruentia: nanq. ilico opponã consilium Arist. de 6. Phys. φ non erit eadẽ forma, nec eadẽ denominatio substantiæ: sunt. n. fundamenta, vel parietes, neutiq̃ verò domus. Addo etiam φ hę formæ partim non essent in subiecto, partim quoq. essent: specto partem illã, quæ est in subiecto, & quæro vndènam habeat esse, neq. sanè à materia, quia materia prima est huius formæ subiectũ, quæ non dat esse, cùm sit potestas, quòd si ab ea parte, quæ existebat in materia; ergo idẽ nonmodò ad aliud accidens & substantia, sed ad idem simpliciter. Illud oĩno commune oĩbus inanimis, quòd idem processus qui attinet ad motus, ergo ex caussa eodẽ modo se habente; atqui hæc est forma, & forma igitur in oĩbus inanimis eodẽ modo se habet.
C Nolo item prætermittere, quòd etiã nos monuit Arist. mutationem in eadẽ forma ad plus & minus esse alterationem, [b] eius. n. verba sunt quæ de industria recito, vt ex phrasi Græca generatim pronunciata fuisse perspicias. Ἡ δὲ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει μεταβολὴ ἐπὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἀλλοίωσίς ἐστιν. Mutatio [b] 5. Phys. T. 19. verò in eadem specie ad plus & minus est alteratio. Cęterùm si hæc protulit Arist. vt oẽm mutationem eius generis alterationẽ esse voluerit, aut progressus ad formã substãtiæ nuncupabitur alteratio, quod neutiq̃ dare conuenit, aut si non est alteratio, neq. iñ in plus & minus in eadẽ specie mutatio cõtinget, si speciatim verba Arist. exponamus, vt voluit Simplicius; nempe cùm geminus progressus in qualitate spectet, & è frigido in calidũ, & è minus calido in calidius, quòd docere voluerit Arist. vtrunq. progressum in alterationibus esse reponendũ, in eo loco, vbi profitetur se oĩum mutationũ nomina cum generatim, tum sigillatim tradere, desiderandũ erit adhuc, quod'nam iudiciũ de cęteris mutationibus sit faciendum, siquãdo fiant ad plus & minus in eadẽ specie, præsertim cùm talis mutatio non pertineat ad oĩa prædicamenta communiter. Etenim in bicubito, vel linea quæ mutatio põt euenire ad plus & minus, & vniuersè (ni fallor) ad ea quæ mutata cum cõparatione non exprimuntur? Sed mittatur hoc propter substãtiã, de qua nunc est controuersia, sit corpus in loco, vt ignis in superiore, planum est, φ ignis per se tum est in loco, cùm genitus est; verùm sit in infima eius loci parte, ascẽdat in superiorem;
D fiet'ne magis ignis? minimè quidem, aut. n. perfectus est, itaq. eius erit absoluta forma, aut solùm magis operabit' ex natura; atqui hæc est ἐπίδοσις & profectus, atq. alteratio perficiẽs, vt longo sermone nos olim significauimus. Restat mutatio substantiæ; atqui nec plus & minus accipit, quemadmodũ quantum. Quare concludendum est alterationem esse, & ad qualitatẽ spectare solùm eã mutationem quæ fit in eadẽ specie in plus & minus, atq. ad cõpositum, non ad formã pertinere, & alias mutationes hoc attributo fuisse exclusas, φ partes qualitatis solùm & in primis in eadẽ specie videantur habere latitudinem propter contraria, quæ propriè sunt in qualitate, & actum substantiæ subiectum. Hæc ita constanter ab Arist. approbata, & perpetuò consensu ab eodẽ retenta esse perspicio, vt quicquid ab his alienum pronuncietur, idem quoq. repudiandum putem, vt non Aristotelicum. Maneant igitur hæc elementi formã mediam non esse inter accidens & substantiam, & eandem plus & minus non accipere.

Aliqua ex Græcorum dictis afferuntur, & exponitur qui sit animi nostri sensus de elementorum formis. Cap. XVII.

QVOD aliquando de Græcorum sentẽtia dubitatũ est, in eorum vero philosophia sit ita illustre, vt nihil oĩno plus, hanc quorundã suspicionem minuere constitui nonnullis locis ex Alexandro citatis, quibus ita rem se habere luce ipsa meridiana clarius fiet, & quoniã locus extat qui ab interprete

 Latino

a 5.Met. T. 36. eius exp. b Lib. de mixt.

Latino imprudenter omissus est; nos vtriq. officio consulentes,& eũ tibi declarabimus,& nostra dicta viri illius auctoritate muniemus. Ipse igitur in substantia terræ siccum, a in aquæ verò humidum inesse palàm profitetur: idemq. hæc apertè pronunciat b quorum interpretationẽ te ex nobis audire voluimus, vt aliqua ex parte maculas ex eius libri versione tollamus, quæ innumeræ propemodum illuc irrepserunt. Cùm verò eiusmodi sint ea quę coëunt (vniuntur) vt habeant qualitates, iuxta quas ea quæ miscentur, agere patiq. valeant inter se (crasis.n.in his est quæ agere patiq. possunt) tunc & horum fit crasis: propter hoc.n.diuinum corpus abhorret à mixtione; quandoquidẽ efficacitatem habens non amplius à patiente ipso repati potest: sola.n.ea patiuntur quæ materia concreta sunt: idcirco sola hęc inter efficientia repatiuntur, quæcunq. participant eandem naturã: ea verò ex his quæ in eadẽ materia cõueniunt, re pati possunt, quæcunq. habẽt aliquã aduersitatem ad sese vicissim: non.n.quodlibet à quolibet fieri põt, vt patiatur: neq. item simile à simili: nanq. fieri nequit, vt inter se similia patiantur: siquidem inter differentia,& à differentibus, actio perpessio'ue nascatur. Verùm neq. oĩa illa quæ diuersa sunt aliquid à se vicissim patiuntur. neque.n.fieri põt, vt vox à linea patiat̃, quòd nihil à se mutuò repatiantur, quia nulla cõmunis natura subiiciatur quæ sit passionis vtriusque capax. itaq. agere & pati in his est, quæcunq. eandẽ materiam subiectã obtinentia, aduersitatẽ quandam inter se habent: nunquàm.n.fieri posset, vt à colore dulce, quatenus dulce pateretur, nec à calido siccum, sed neque à frigido humidum, quoniã hæc secum non pugnant, sed tum in contrariis, tum itẽ in mediis inest agere & pati: non.n.solùm à frigido calidum, calidumúe à frigido mutatur & patitur, neq. humidum à sicco, neq. siccum ab humido, sed & quę media sunt inter vtraq. extrema, quia misceri põt medium cùm alterutro ex extremis, cum alterius extremi vim retineat: accidit.n.supradictis, cùm possideant eandẽ materiã,& aduersitatem habere inter se secundùm formã: nam materiæ proprium est, cùm eadem sit, contrariorũ esse capacem. Etenim corpora vniuersa quæ ortui & interitui sunt obnoxia, in eadẽ materia subsistunt; differunt verò per formas,& passiones quæ accidunt. Itaq. quattuor corpora quæ elementa dicunt̃, hæc sunt, terra & aqua, aër & ignis, quæ eandẽ obtinentia materiã per formas inter se differentiã conseruant; etenim secũ differunt eo, ꝙ aliud ipsorũ calidum siccum q. sit: nanq. in his est esse igni ipsi: est item ipsi esse in materia quæ hæc accepit, sed in his certè tanq̃ differenti ab aliis. causa enim materiæ quattuor illa sunt eadem inter se: ex iis verò quoddam humidũ & calidum (in his.n. rursus positum est esse ipsi aëri) aliud aũt frigidũ atq. humidum (aquæ.n.ipsi esse est ex his) illud siccũ & frigidum (tale.n.est terra) quas differentias,& aduersitates cùm inter se habeant, inter se agẽtia, atq. patientia faciunt mutationes transeunte materia in illud efficiens, quod dominatur. Nam si vnum ex his alterũ superet eorũ quæ sibi cõtraria sunt,& tantũ præstiterit aduersitatibus quas intra se habet, vt materia subiecta abiiciens illam qualitatẽ quam prius obtinebat, participet eius formã quod dominatũ fuerit, tũ fit eius interitus, quod ita mutat̃; generatio verò illius, in quod mutatio facta est. Ortus igit̃ & interitus corporũ, quæ fiũt ex mutatione quæ ex actione, perpessioneq. nascit̃, hoc modo fiunt. In his igitur manifestè perspicis primas qualitates elementorũ formas haberi, nec vllã, vel tenuem suspicionẽ potes obseruare, ꝙ hisce differentiis, tanq̃ perspicuis aliæ quædã latentes formæ describantur: idq. solũ.n ab ipsis in controuersia positũ, an'ne quattuor primæ iam dictæ qualitates vniuersam elementorum essentiã compleant, an'ne aliæ prætereà requirantur. Hactenus audisti, quæ'nam Græcorum propè oĩum opinio sit de elementorum formis. Sed, mea quidem sñia, quantum spectat ad illud primum caput. Vtrum'ne primæ qualitates formæ sint, an non, neutri sectę sic tribuendũ est, quin aliquid alteri relinquatur. ægrè.n.admodùm fatear qualitates illas cõspicuas,& mutabiles elementorũ formas esse; nihilominus vniuersum officium constituendi corpora simplicia non auferã primis qualitatibus. Sed anteà distinguendũ puto de elementis & primis qualitatibus. Est verò perspicuum triplicẽ elementorũ rationẽ à philosophis haberi solitã, vel vt sunt vniuersi partes, & in ipso certã sedem occuparunt, vnde à Deo O.M. ritè gubernari queant, vel vt substantiæ per seipsa sunt, ignis, aqua, aër & terra, vel et quatenus illis accidit esse principia mixtorũ: nanq. etsi ad hoc officium ordinata sunt: cùm tamen & ex se ipsis existant,& eorũ forma generatio terminet̃, id non iniuria dici potest accidere. Rursus primas qualitates multis modis accipi monet Arist. c vel.n.sunt in actu, vt ignis, dum cõburit, vel in habitu, vt in calce, vel secundùm affectionẽ, vt candor in ferro, vel etiam virtute, vt natiuũ frigus in aqua feruente: atq. actus ipse adhuc, vel ex virtute, vel ex habitu nasci potest. Ego hic habitum à virtute longè diuersum pono; quippe qui virtutem intelligi velim genus illud potestatis quod ingenitũ est,& ex quo pendet intrinsecùs oĩs energæa, siue primus actus, quod item à forma non alienũ esse docui superius, sed cùm sit principiũ energæa etiam separari possit ab ipsa per obicẽ, potestas & virtus ab Arist. nuncupatur. Habitus ille à me dicit̃ qui describitur ab Arist. d & in prima qualitatis specie collocat̃, à passione patibiliq. qualitate primi significati distans, ꝙ aduentitius est,& pertinere põt ad animum; patibilis illa qualitas ingenita est,& est corporis proprietas solùm. sic in hectica febre laborante,& calce calor est habitus, in igni non est habitus nisi impropriè: veruntamen vterq. calor sensui subiicitur,& afficit subiectum. Sed calor ille qui in tertia qualitatis specie reponit̃, etiam distinguendus est: etenim vel est in eo in quo est, ex natura, vel intrinsecùs, & spectatur, vel vt in suo naturali subiecto, vel vt insigitur in alio nulla præcedente mutatione substantiæ, vt cum lignũ calefit, neq. ita calefactio procedit, vt lignũ conuertatur in flãmam. Quantum est in quodam subiecto ingenitũ,& ex natura, nenriquàm accidens habendũ est, neq. patibilis qualitas, neq. ad eam formã est alteratio, e nec ignis aut fuisse quicquàm perpessus aut alterari dicit̃, dum fit calidus, sed lignũ antequàm quicq̃ de forma ignis accipiat; sic &

c 2. de par. an.

d Præd. c. de quali.

e 7. Phys.

A sic & calor est passio in sensu, non in igni. Propterea sunt qualitates speciei tertiæ, & in primo significato, ad subiectum alienum, non ad proprium. & ad has est planè alteratio. Quod igit' in alieno subiecto passio, vel patibilis qualitas exitit; in eo in quo insitum est natura, aliud quiddam est, nec habitus sanè, vt dictũ est, sed actus secundus qui est ex primo, atq. idem re cũ primo, differens connotato duntaxat, vt diximus in primis sermonibus cui etiã actui primo nomen est ex actu secũdo, sed cùm à secundo per impediens separari queat, adiecto talem separationẽ exprimẽte notat', cùm dr̃ virtute calidum. Quare virtus est agendi principiũ, ab his descendit actus in aliud, vt à sole lumen; actus eorũ in alio est accidens, passio nimirùm in eo in quo est, & nisi prohibeat', est vnà instrumentum virtutis, vel substantiæ producentis. His ita positis assero elementũ, quo ad respicit mixtũ, ex primis cõstare qualitatibus, neq. virtutibus solùm, sed actibus. Etenim misceri est alterari; nõ possunt verò alterari, nisi sint in actu, atq. illo quidem secundo. Cęterùm ꝙ elementum continet habitudinem principij, & alicuius, nempè mixti, elementum est; atq. ad illud habet propẽsionem, ac suapte natura ordinatum est, vt interna hæc habitudo censeatur, & non discrepans ab essentia, quia tamen aliquid ex seipsa sunt, actuq. suo videnť esse contenta, facilè dabo eam habitudinem esse forinsecùs, & aduentitiam. remq. hîc ita se habere prędicabo, quemadmodũ in facultate sentiente: nanq. etsi illa in mentẽ instituit', aliquid tamen suũ ipsius possidet, ex quo itẽ in bruto citra mentẽ consistit: itaq. quòd ordinetur ad mentẽ, non est ipsius natura

B simpliciter: aliter frustraretur eius maxima pars quæ non copulat' cùm mente. Proinde elementi rõ quæ sumit' à calore, & consimilibus differentiis est tanq̃ ab accidente, & vt dicit Arist. per associationẽ, sicuti calor in sanguine & spiritu, vt si quis ipsum tollat, & sanguis, & spiritus vnà tollentur; aliquid tñ substantiæ residebit: ita si primarũ qualitatũ actus auferatur elemento, poterit fortè esse substãtia, non tamen erit elementum. Si verò vt substantia spectetur, asseuerabo calorẽ & frigus cęteraq. eius ordinis esse vel formas, vel formarum partes: verùm non simpliciter, sed quatenus virtutes sunt, hoc est, agendi principia notione seclusa actuũ secundorum, quæ si in actu secundo sint, tum maximè perfecta esse prædicabo: eaq. de his enunciabo quę multò anteà de actu primo secundoq. constitui. Neq. molestiã mihi afferent illa quæ possunt opponi de virtutibus motricibus quasi eæ corporum formæ esse debeant, quòd perfectiores sint, q̃ alteratrices, sicut etiam latio natura prior est, q̃ alteratio, & sint propriæ corporũ simplicium, quà cõponunt vniuersum, multoq. præstantior eorum rõ videatur esse, quatenus sunt vniuersi partes, q̃ quòd sint substantiæ per se ipsas, nec quòd eã suiam professus sit Auerroës [a] nõ semel, aliiq. illarũ partium fautores: nanq. etsi latio simpliciter est natura prior alteratione; tñ in corporibus caducis alteratio prior est origine, & prius illa affici oportet, quod fit per qualitates & passiones, q̃ gigni, & prius ipsa gignunt', quàm moueantur, & potius calor est caussa leuitatis, q̃ leui- [a] 1. de Ge. T. c 6.

C tas caussa caloris: itaq. grauitas & leuitas agendi principia nõ habentur; caliditas & frigus agẽdi principia ponuntur. Tum etaiam negamus vniuersũ prius esse suis partibus, quòd istæ sint ex eo genere partiũ quas formales appellant, sunt aũt toto priores, ideò per se subsistunt à toto separatæ, aliquid ex se ipsis habentes extra totum. Quare falsum est, ꝙ in illis esse sit præstantius, quod petunt à toto, quàm id quod sui ipsarũ est proprium: etenim ex ordine partium oritur totum. [b] Quòd aũt prius considerentur elementa, vt partes vniuersi, q̃ vt per se subsistunt, seu quatenus lationi subiciũtur, vnde eorum ordo ducit' in vniuerso, q̃ vt sunt insignita propriis muneribus & quasi entia quædam absoluta, rõ tota petit' ex vi methodi, non ex natura qualitatũ, & id pendet prorsus ex rõne formali subiecti, non ex essẽtia rerum: quandò motus est rõ formalis nostræ methodi, ille verò simpliciter prior & notior, qui respicit locum, q̃ qui dirigitur ad terminos cuiusuis alterius categoriæ. Posita ergo rõne formali physicæ methodi quæ sumit' à motu, & inter species motus ea prima constituta quæ est latio; ex ea verò appareat ordo corporum simplicium in mundo, factum est, vt corpora simplicia prius considerent', vt vniuersi partes, quàm vt substantiæ per se. Sic igitur primas qualitates elementorum formas esse defendimus, tum vt principia mixti, tum etiam prout substantiæ sunt simpliciter. [b] 1. de cæl.

D *Exploratur vis eius effati. Quod vere est nulli accidit.* *Cap. XVIII.*

VRGETVR potissimum Græcorum thesis ab illo argumento. Nihil idem esse quod vni accidat, & in altero sit substantia: propterea, cùm calor & in elemento sit, & in mixto; atq. in mixto sit vtiq. accidens; idem non poterit esse elementi substantia. Maximum sanè pondus huiusce rationis, quod semper insistã illo argumẽto, quod in veteres intendit Aristoteles. Principia illius quod verè est, esse item verè, hoc est, substantias: siquidem nisi substantiæ forent, & acciderent, atq. essent in alio, vt in subiecto, vel inessent in eo, cuius principia sunt, vt puta in hoĩe bipes, & animal, vel in alio quopiam; rursus sic inessent, vt ab eo in quo sunt, separari possent, quemadmodũ ea quæ per accidens insunt, vel inessent per se, & in secundo modo ipsius per se. Atqui nec insunt illa in hoĩe, vt ab eo separent', quippe quòd oĩs homo, idemq. perpetuò sit animal, & bipes. neq. etiam in secundo modo per se: quandò ea quæ sic insunt, accipiant in sui definitione subiectum: homo contra definiatur per animal & bipes. Verùm neq. insunt in alio tanq̃ accidentia, quia cùm ex iis homo constet; idem quoq. vt accidens, in alio insit necesse est. Sic igitur argumentari licet. Si calor est elementi principium; ergo idem accidens esse non poterit: aut.n. accidet elemento, vt igni: vel alteri, & cùm accidat, vel ab eo segregari poterit, cui ponit' accidere, vel accipiet id in quo inest, in sui definitione. At neq. sic inest calor in igne, vt ab eo sine sui pernicie segregetur, neq. definitur per ignẽ, quin potius ignis vit' calore, dum definitur. si alteri accidit:

ri accidit: ergo & ignis, qui ex calore constat, alteri quoque accidat oportet. Verùm si hoc enunciatur absurde, planum est quòd etiã calor accidens esse nequeat. Sed calor est accidens; non igit potetit esse substantia. Noui equidẽ accidens sumi pluribus modis, quemadmodũ etiam diximus ab initio: inter alios aũt ille erat, quòd aliquid esset substantia, vel accidens ex modo. De hoc aliquid in præsentia repetamus; mirificè.n.adiuuat propositum nostrum. De eo igitur quòd ex modo sit accidens, & ex reipsa substantia, atq. idem de illo quod sit accidens re vera, & ex modo substantia, nõ dubitatur: ex illo ordine differẽtiæ sunt, & potestates; ex hoc vniuersa accidẽtia possunt esse, cùm singula, vel vt in subiecto sumi possint, & syllogismo concludi, vel conclusa subiici definitioni in qua veluti per se existentia sumuntur. Nã de cognitione Dei ac nostra, quòd dicamus non est, quandoquidem ambiguè scientia sit in nobis, & Deo, vt quamuis in Deo sit essentia, in nobis autem accidens, vtrobiq. eadem natura nõ conseruetur. Sed innumera quoq. exẽpla suppetunt, quibus ostendamus id quod vni accidit, alteri non accidere, & vicissim, quod in vno est, vt subiecto, ad alterũ non vt ad subiectũ se habere. Nanq. etsi punctũ est accidens in substantia, nec non vnũ; at in linea punctum, & in numero vnum non sunt accidentia, neq. sunt vt in subiecto, & pater accidit homini, neque tamen est accidens ad filiũ; quippe ꝙ in eius ratione continetur. Non negant ẽt multi philosophi potestatẽ, quæ est in materia ad formas, ad subiectũ, & formas longè secus se habere: quandò idem sit cum ipso subiecto, itaq. substantia; cùm respicit formã, sit ex eorum genere, quæ referunt ad alud, & asserunt functionẽ ad formã esse substantiam; accidens verò ad corpus. & Philoponus 2.de An. functionem per se cõsideratam voluit esse accidens, coniunctã cum actu primo substantiam. Censuit Auerroës, figuram esse essentiã partis organicæ quæ est accidens in cera, & Arist. essentiam partis vniformis tẽperie terminabat: calorem sanguinis essentiã prædicauit. Et cui dubium, ꝙ calor in charta sit accidens, & in subiecto, in sanguine, nõ vt in subiecto? quòd accidens ita inest, vt nõ possit esse planè sine illo in quo est; veruntamen non sit eius pars, vt nihil oĩno rei quod est in ea, depereat, neq. de parte quanti, neq. de parte subiecti, neq. de parte essentiæ, si quando tollatur; verùm sublato calore à sanguine, continuo sanguinis essentia perimitur: est.n.totum quoddã sanguis, quod est humor terreus, vt subiectum, & calor vt affectio: quare calor est eius pars, eiusmodi quæ in eius totius rõne sumenda sit: non igitur accidens. Deniq. oẽ accidens licet ad substãtiam cõpositam sit, vt in subiecto; ad materiam forma est, atq. perfectio. Quid hîc opponam tibi Arist. qui prima contraria per se voluit esse accidentia, cùm adiungerentur ad materiã; degenerare protinus in substantiam? Nunquid'ne dicemus conclusũ probabiliter supponendã contrariis esse tertiã naturam, si contraria principia, quandò sic erunt accidentia? cùm ex antecedente falso cõsequens non verum per se inferatur, & Arist, ipse verã prædicet esse eiusmodi rationem. Num etiam fatebimur contraria aliter sumi, ac vt rem quę diuersis modis vtriusq. rationem subeant, accidentis.s.& substantiæ? Sic non reputabimus absurdũ, quod accidit in mixtis, siue in iis quæ sunt affecta præter naturam, in elementis esse partẽ essentiæ. Proinde illi propositioni non est assentiendũ simpliciter, sed accepta reipsa, neq. cum modo commutata: sic res quæ simpliciter est substãtia, non transformatur in accidens, aut contrà; at quòd immutet modũ, atq. habitudinem, negare non licet. Itaq. ad argumentum propositũ facilè respondebo, non habere locũ in re nostra, quibus sat est; si modus re ipsa conseruata cõmutetur. Sed illud ad maiorẽ lucem subiiciam, calorẽ eundem non esse quẽ substantiã ponimus, atq. eũ quẽ volumus esse accidẽs: est.n. calidũ actu primo atq. sc̃do; & illud planè quod est actu primo, siue in elemento siue in mixto (eo sumpto ꝙ elementa remaneant in ipso) est semper essentia, de actu secundo cùm insit in igni vt natura, in aliis etiam per affectionẽ, si item inest igni vt accidens, quod pleriq. placet; iam perspicis ad rem nil facere argumentũ, & falsam esse assumptionẽ, si actus secundus est absoluta rei perfectio, in qua est; dicam ego cõmutari modum, non rem. Si ergo continet Arist. ratio rem; nil oĩno contra nostra dicta concludit. Itaq. ad formam argumentorum. Quod attinet ad rationem quæ imitat Aristotelicam. Quod in elemento est principium, vel est accidens igni, vel alteri, quòd si igni, ergo separabile. si alteri, ergo & ignis alteri quoq. accidet. Dico quod in elemento principiũ est, id nulli accidere. ideò neq. separari ab elemẽto, neq. efficere, vt elementũ alteri accidat. Similiter cùm opponit. Quod vni est accidens, alteri non põt esse substantia, calor aũt est accidens in mixto: dicimus data propositione non esse eundem calorẽ qui accidit mixto, & quem substantiã elementi facimus. si idem calor accipiat, vel dabo illum etiã accidens esse elemento, vel accidẽs in mixto esse negabo, vel ex modo, non ex natura mutari. Fortè oppones eundem esse calorem qui in elemento ex natura inest, & contra naturam; nam tactus vtriusq. iudex est: itaq. si in eo in quo inest contra naturam, est accidens, & ibi quoq. erit accidens, vbi est ex natura; aliter non diceretur vniuocè. Deinde nonnulli generaliter instãt has elementorum non esse differentias, quòd Arist. [a] sumit humidum sine corpore non esse; accipitur aũt corpus perfectum, quia debet efficere interuallũ, & creare distantiã inter duo corpora quæ sint arida: atqui forma iungit cum quantitate interminata: humor igitur non erit forma. Nec non si calor in igni est substantia; corpus mixtum calidum, cùm ex substãtia & caliditate cõponatur, ignis haberet definitionem: præsertim si calor in vtroq. sit vniuocè. Quòd si in mixto qualitas, in igni substantia; non diceretur vniuocè. Nanq. ad primum dicimus sensum non esse iudicẽ caloris illius quem nos formã constituimus, & esto quòd sit iudex, non diiudicat modos quibus ipsa res est, & diiudicat actũ secũdùm, non modũ, & naturam; neque.n. discernit, sit'ne calor hic ex natura; ibi aũt contra naturam, & videt ridentẽ hominẽ, & animal vtens sensu; neq. tamen dignoscit sit'ne hæc functio quæ sit eadem cum essentia, an nõ, & an huic essẽtia sit, quod alteri accidit. altioris cuiusdam facultatis est hoc munus, non sentientis.

[a] 2 de An. T. 115.

A sentientis, essentia.n.est rei natura à conditionibus materiæ separata, quod sentitur est hoc calidum & frigidum quæ est forma in materia. Cùm verò in eadem ratione essentiæ vis vniuoci consistat, & hic essentia modo duntaxat immutato conseruetur; non sequit, quin vniuocè sit calor in igni,& lapide, ille planè idem qui sequitur ignis portionem quæ continetur in mixto. Ad secundùm verò respondemus,quamlibet formam naturalē esse in corpore & in quantitate perfecta,sed formā ipsam substantię sibi ipsi perficere quantitatē, accidens potiri quantitate perfecta ab alia forma,quippe à forma substantię.Propterea dicam ego humiditatē,si forma est,inesse in corpore perfecto,quod ipsa sibi formauerit, distantia præcedente in materia tantùm.Nanq. etsi natura antecedit forma perfectioni quātitatis,actu tamen, & tempore simul existunt, & forma in materia, & perfectio quantitatis. Tertium cùm resoluatur in id quod in primo assumptum est,& inde consequitur exitum.

Diluuntur reliquæ obiectiones quæ contra Græcos de elementorum formis afferri solent. Cap. XVIIII.

NEQVE verò minus efficax habebatur illud tormentum quod à sensus facultate petebatur; quo tamen ita liberè vtendū non erat, vt passim fieri solet. Etenim & substantia cadit in sensum, vbi
B singularis est,licèt non sine accidentibus, nam Callias noscitur Diaris filius ex eo, ꝙ est albus; vocem habet gracilem, vnguentis delibutus incedit, & tactu mollis est: deinde quod cadit in sensum non pōt accidens esse simpliciter, neque.n.separatur accidens à substantia: nam sic plus posset sensus q̄ mens; itàq. quod sentit non est dulcedo,sed dulce,& hoc est singulare quod iam est in materia. Quinimmo cùm è differentiis quæ cōplent essentiam,nonnullæ sint quæ sunt propriæ formæ, veluti brutum,& ratione vtens quæ sunt animæ ipsius, aliæ sint ex materia,quemadmodū bipes, & aquatile, cui dubium esse pōt,quin aliquæ si non oēs eę quæ à materia deriuantur,ēt sub sensum cadant? Itaq. forma & habitus, & oīno principia functionū ex actibus cognoscuntur; nam cùm cęteroqui sint indefinitè (oīs.n. potestas quatenus huiusmodi, infinitatē quandam præsefert) per actus ipsos qui sunt in singularibus ēt sensibus exponuntur: nam dum contēplatur homo iam spectat hoc A.cùm tamen habeat facultatē contēplandi oīa vocis elementa,sed cùm ita sint vt in materia sensili, iam sunt ipsum compositum:propterea sentitur propriè cōpositum quod est singulare,licèt per accidens,nec alio modo cognoscatur,vt nos opinamur,& sic substantia sentitur. Quòd sicubi substantiæ denegatus est sensus; hoc ita pronunciatum,quia cùm sit natura prior accidentibus & materia sensili,possit à singulari separari,& quæ per se materiata fuerit,in vniuersitate quadā persistere, in qua pręsentat nobis plura singularia, vel ita, vt
C ipsa ex oībus illis vinculis expedita nihil oīno præsentet. Cęterùm reipsa sic se non habet; verùm hæc oīa fiunt opera mentis,quæ substantiā,quæ alioqui semper existit in materia,& cum accidentib. est coniuncta, eademq. penitus singularis; sine his conditionibus intuetur,& ex illa prima informatione notitiā cōfusam creat, ex posteriore distinctā: itaq. si solùm cadit in intelligentiā, & fugit oēm sensum. Quamobrem cùm elementi essentia calor in actu primo ponatur; idemq. aliquando segregatus à secundo; cùm etiā essentia separetur à materia sensili quæ singularis est; quoquo te verteris; exitus quæstioni patebit. etenim illū sensu percipi negabimus,quatenus est in actu primo;sentitur.n.per actum, & in singulari;eo verò modo non est essentia, proinde falsò allatum fuerit calorē sentiri, & idcirco essentiam; conceditur.n.sentiri calorem, quia calidū sentitur, negat tamen sentiri essentiam, quia calor qui sentitur,essentia non sit. est.n.essentia non singularis, quod aūt sentitur,est singulare. At calor est forma, forma verò non est sensilis. Verè dicitur. Sed calor est forma, quatenus à materia distinguitur, & ita non sentitur, vt sentitur, est in materia, tum verò est compositum. Compositum ergo sentitur. Quod ad tertiam obiectionem spectat, satis suprà ostensum est,elementorū formas non accipere plus & minus. Verùm quid ego formas elementorū commemoro, quādò nec vlla qualitas alia magis & minus accipere videatur? etenim quæq. forma sic posita est in indiuiduo, vt nec plus, neque minus esse
D queat: calor.n.vt calor,idem semper est,sed id est plus minusúe in quo inest calor ex eo,quòd materia plus minusúe de forma concepit,salua tamen perpetuò rōne formæ, atq. adeò vt essentia nusq̄ fit, nisi in termino motus,nec vnq̄ perimatur,nisi ad extremū interitus.quod.n.calefit,calidum non est,nisi natura in quodā termino constiterit,& adhuc calidum est, quousq. in eo quisq. caloris gradus extinctus fuerit. Sic vltimum non esse eius quod interit,in idem recidit cum primo esse rei quæ genita est. Horū oīum caussa superioribus libris exposita est,& indicatū,quemadmodum rō formæ posita sit in indiuiduo,quatenus attinet ad mutationem. Cęterùm quod ad formæ rōnem spectat, ea semper est inuariabilis: nam quod est esse calori,seu plus, seu minus, est semper idē,vt ꝙ segreget ea quæ sunt diuersi generis, illa congreget quæ sunt eiusdem: hoc est illius esse; quotiescunq. id efficiat, plus minusúe nihil interest: semper est calor; etenim perpetuò caloris rō retinetur. Et ea planè quæ secum conferuntur, semper eandē rōnem participent necesse est. Ergo & rō caloris & esse calori, & calor ipse qui est idem cū suo esse,quotiescunq. seuocat à materia sensili,semper idē conseruabitur; oīs autem varietas ex societate materiæ nascetur,in qua inest infinitas,& partitio. Quapropter hoc intererit ei quod substantię forma perhibet.atq. alteri,quod plus & minus accipit in materia,& subiectū qualitatis more denominat,ꝙ denominatio quæ fit ex qualitate, cum latitudine materiæ conseruatur: at forma per quam res est, postq̄ successit debitæ affectioni materiæ,& contribuit rei,quòd sit, eadē permanet,quousq. altera forma superuenerit,quæ denominationē peruertat, peruertat aūt,cum sui pernicie, vel secundùm materiam,

teriam, vel secundùm rõnem. i. quòd vel reapse corrumpat, vel degeneret in materiã, atq. aliam rõnem accipiat, quemadmodum pluribus à nob. olim fuit expositum: oĩs aũt hæc mutatio existit in tempore indiuiduo. Quapropter optimè confertur cum numeris, q̃ est veluti quidã grex indiuiduorum, quorũ aliquo accedente, vel recedente denominatio variat̃ è vestigio, ratioq. oĩs amittit̃. Idcirco non est eadẽ mutatio, quæ fit ex incremento & decremento eorum quorũ ratio consistit, vt in accidentibus, atque illorum, quorum vicissitudo rationem tollit, vt in substantia: hæc est mutatio quæ similitudinem numeri præsefert; illa rõnem nõ immutat, & cum extẽtione quadã intra eosdẽ terminos eisdẽq; se cõtinet. E

Sint'ne ponendæ octo primæ qualitates in elemento. *Caput XX.*

HÆC si ita sunt; patet vt primę qualitates accedere possint materię proximè, nec vlterius formę interuentu egeant, vt existant in materia; atq. item vt accidens sine pręcedente forma quæ sit essentia, nequeat informare materiam: sunt. n. ipsę formę, si velut actus primi spectentur: itaq. proximè inhærent in materia. Neq. illud officit, q̃ qualitates appellentur: nanq. ita dicuntur quemadmodum reliquæ differentiæ, propter figuram dictionis, non aũt quia tales re vera sint: etenim differentia prędicatur in eo q̃ quid est de substãtia: accidens aũt non prędicatur, aut ad summũ prędicatur in eo quòd quale: nihilominus ex eo qualitas appellatur, quòd denominatiuè dicitur, vt qualitas, nam sicut ab albedine deducitur album, sic à ratione rationis compos. Græcè melius ἀπὸ τῦ λόγυ λογικόν, aut etiã dicemus Aristotelem obsequi voluisse veteribus qui affectiones & qualitates omnia præter materiam primam vocarent. Verùm quòd obiiciebant doctissimi Bononienses qualitates primas octo futuras, etiam flagitat instituta methodi ratio, vt & ad eorum obiecta nonnulla dicamus. Vt hęc ritè explicentur, in memoriam redeamus eorum, quę olim de elementorum motibus constituta sunt. Etenim per se mouentur, dum gignuntur; & quantum in forma proficiunt, tantundem sibi de loco comparant. Vbi ipsa genita sint, & affecta pręter naturam, moueri ab eo quod remouit impediens, eoq. remoto deleri quicquid ab ipso præter naturam iniustum fuerit, quòd adhuc pendeat ab externo, nec firmiter hęreat, nec iam suum ipsius proprium factum sit: nanq. aut iã materia cępit affici ad nouam formam, & habere illa quę ipsi comitantur, vt aliquod elemẽti principium, vtputa, cùm gignitur vapor, & halitus, aut id omne quod habet, aliunde est, neq. materiæ potestatem ad substantiam commouit, quod ad extremum quoq. restinguitur. Præterea dictum est geminum esse actum, primum. s. à quo res impetrauit, q̃ esset, atq. alterum posteriorem, qui est ipsius rei functio quę sanè non distinguitur à primo, nisi ex eo quod vnà significat; nempe, q̃ formã ponit in esse suo perfecto, quia verò tollitur actus hic posterior à contrario, & impedimento, fieri primùm, vt res non semper officio suo fungatur, ob eamq. caussam secundus ille actus habeatur accidens vulgò: tamen impedimento sublato protinus adest actus ille posterior. Ita igitur in elemento inest geminus actus, primus. s. qui est illorum forma qui vsq. ad extremum interitum permanet saluus, atq. alter qui fluit ab illo; idem quoque transfertur ad alterũ subiectum quia vim habeat afficiendi materiam, quatenus potestate qualis est, & eam deducendi de potestate quali ad actu quale: idem quoq. cohiberi, retundi, affligi, & conculcari se patitur à contrario: nam cùm pendeat ex materia quoquomodo, ad compositum est accidens, & materię caussę plus & minus accipit: sed cùm basis eius, & quasi radix sit actus ille prior, vbi remoueatur impediẽs illico, quasi nouum germen, aut Cacus quidam ab Hercule prostratus, vbi terram attigit, subitò consurgit. Ergo q̃tum pertinet ad qualitates illas quas Philosophus vocat virtutes, nos actum posuimus; atque illũ quidem primum, & elementi essentiam, qui sanè per se non disiungitur ab his qualitatib. quas sensu experimur. Quare siquis opinetur has qualitates ab elementi forma separari, nisi solùm ex eo, q̃ modũ significat quo est actus primus; is, vt puto, decipietur. Neq. id obstat, q̃ in mixtis inesse videantur qualitates quasi silentes, & oppressæ: nanq. & nos respondemus complures mixtorum qualitates ab elementorum qualitatib. non differre, nisi ratione sola, & habitudine quam obtinent ad contrariũ, propter mutuã perpessionem, quæ in mixtura contingit: plures verò non oẽs tales esse censeo; nimirum, quæ proximè ex intentione & remissione primarum qualitatum propagantur; qualis est, exempli gratia, tepiditas: non ignaris nonnulla esse quæ, tametsi primò à primis qualitatib. oriuntur; proximè tamen pullulant ex ipsa mixtura, vt alendi sentiendiq. facultas, quæ materiæ iam temperatæ superueniunt.[a] Nõ differunt igitur qualitates illæ superiores ex eo, q̃ sint in elementis, aut mixtis, nisi secundùm rationẽ; quia purę sint in elementis, & plerunq. in actu secundo; in mixtis verò temperatę, atq. refractę, & nonnunquam ita retusæ à contrario, vt lateant sensum; proinde & aliquæ in mixto vt naturæ, aliæ vt accidentia & per affectionem, atq. vt passiones, vel qualitates patibiles, è quib. sæpe fit vt illæ sileant quæ sunt ex natura, pellant sensus eæ quæ sunt per affectionem, at quia non oriũtur ex subiecto, sed extrinsecùs à vincente imprimuntur, illę, licèt victæ, consequuntur subiectum; si quando foueantur; & adiuuentur à simili, vel eorum virtutes amplificando, vel propulsando contrarias; aut ẽt separando, vt à cõtrario solutæ quodammodo reuiuiscant. sic aspicimus eiusmodi virtutes in medicamentis esse quasi consopitas; vt nisi suscitentur à calore natiuo; nihil prorsus efficiant; & vinum, quod ex aquea materia constitutum est, & actu frigidum; quia calidum virtute est, cùm affectum fuerit à continente, & multos conceperit habitus; non calefacit actu; quoniam prohibetur à contrariis qualitatib. aquæ caussæ dominantib. si tamen ingurgitetur, & experiatur vires natiui caloris, calefacit multum, vel q̃ halitus illi ex alterius contactu caloris excitentur, vel q̃ vis aquæ reprimatur, vel q̃ à contrariis exonerati ex ꝓpria natura F G H

[a] 2 de Gen. c. 3.

natura

natura tunc operentur. etenim talis est natura caloris, vt diuersa separet, similia componat: idcirco ef-
A ficitur etiam, vt cùm calidis ad calefaciendum faciat, cùm frigidis ad refrigerandum, sed illud quidem per se, hoc verò per accidens, & fortuitò. Sed hęc obiter dicta sint. illud instituti præsentis easdem esse qualitates primas in elementis & mixtis: & cùm in elementis sint, vel ex natura, vel ex affectione, & ab externo; ex eo euenire, vt etiam victa iaceant in eo in quo sunt ex natura, sic in mixtis aliquæ naturam eius materiæ consequantur quæ proximè pro rata portione conflauerit mixtum; aliæ sint ab altera materiæ parte inductę, vel etiam à cōtinente, & quæ sint cuiusdam partis proprię, sint virtutes quæ insint vt ab externo, & per affectionem, sint accidentia in eo in quo sic insunt: nanq. si forma elementi minus remanet salua in mixto; at aliquid illi succedere oportet quod ipsam adęquet, ad quod se habeat sicut natura, quapropter ad illud non erit simpliciter accidens. Ergo non octo qualitates, vt accidentia, sed quaternę virtutes ex dictionis figura dictæ qualitates, & quattuor verę qualitates, quæ sint actus secundi, sed in alio passiones & accidentia, in eo in quo sunt earum actus primi, vt naturę. Quāquam hîc te illud vrgere potest: ꝙ medium statuatur, quod ex accidente & substantia constet: siquidem siue remaneat elementum in mixto salua substantia, siue eius virtus quæ substantiæ respondeat; ad medium est veniendum; velut si ex igni & aqua vnum fiat; & mixtum nonmodò ex vtriq. compositum est, sed ex toto, hoc est, vt nob. placet, vbiq. temperatum. ergo ex calore ignis & aquæ frigore
B vnum fiat necesse est quod sit remissum: proinde cum calor in igni sit natura; in eodem sit frigus per affectionem, & vicissim frigus in aqua, vt natura, calor vt accidens, erit profectò quoddam tertium è substantia & accidente, quod iis aduersatur quæ nos paullò ante posuimus. At cur non erit compositū è duab. substantiis, quod item cōstet ex frigore aquæ, & calore ignis, quæ vtraq. sunt ex natura in suis subiectis? An & compositio, simul est substantiarum cum substantiis, atq. accidentium cum accidentib. de substantiis antea dictum est. nunc si accidentia respexeris, ēt compositio sic fit ex calore qui est aquæ affectio; & frigore, quod extrinsecùs est in igni. Quocirca nō est, ꝙ vereamur esse medium quoddam è substantia & accidente. Sint igitur quattuor elementorum formæ quæ sint in actu primo, & per se ipsas in actu secundo; si minus sit illud ex euento, & caussa prohibentis, atq. vbi fuerint ab eo solutæ, redeant in pristinum statum. Hoc si ita ponatur, & falsum illud esse constabit, quod nonnulli dixere elementum se ipsum de potestate, quam virtualem nuncupant, traducere ad actum formalem: & illud nihil oppugnat sententiam nostram, ꝙ intercluderetur via philosopho naturali indagandi primū motorem: siquidem etsi elementum de virtute ad actum transfertur, vt prius aliquid esse opus est, qđ pellat impediens. itaq. ēt si cælum esset in actu illo virtuali, nihilominus aliud mouens esse necessariū foret, quod ipsum deduceret ad actum. Et eadem est ratio, qua vsi sumus ad eijciendam illam dubita-
C tionem, quemadmodum aqua refrigeretur: dempto. n. obice recuperat veteres conditiones; ꝙ si qua sit caussa ob quam frigus eius magis intendatur, quàm foret natiuum, illa vtique erit ex accidente. Verùm nos alio loco rem omnem diligentius inquiremus, interim ea persequamur quæ adhuc de elementorum natura supersunt.

De ordine primarum qualitatum, earumq́ue gradibus in singulis elementis accuratè disquiritur. Caput XXI.

QVALITATES seu virtute, siue actu sint, quattuor esse demonstrauimus; ex earum verò coniugatione quattuor elementa conflantur: nam quattuor coire possunt, duæ quæ è contrarijs cōponuntur, asystati sunt; veruntamen neq. pariter in singulis insunt, neq. ēt ordine eodem. Quamobrē id nunc peragamus, nam pertinet ad elementorum & alterationis intelligentiam, ꝙ verò eisdem fundamentis solutio quæstionis vtriusq. nititur, vt ægrè admodum disiungi valeant, nos ita distribuemus sermonem nostrum, vt primùm rationes in vtranq. partem problematis construamus; deinde figamus nonnullas hypotheses, postremò rationes oppositas diluamus, quæ nec paucæ sunt, nec parui momen-
D ti; quandò de his inter Aristotelem, Galenum, & Auicennam maxima lis exorta fuerit, & mox inter eorum sectas cupiētes quoq. partes suas omni studio, conatuq. defendere. Nam quod ad ipsarum ordinem spectat, nouimus Aristotelem sic cuiq. elemento suas reddere qualitates, vt igni calidum tribuatur, aëri humidum, aquæ frigidum, terræ siccum; quod tamen decretum falsitatis multa conuincunt. Etenim, vt ab igni exordiar, videtur ipse multò siccior esse, q̃ terra; propterea ꝙ calor multò magis habet vim exhauriendi humidum, q̃ frigus; humidi interitum subsequitur siccitas: nanq. est ea natura contrariorum, vt sicuti inter se de eadem materia pellūt; sic ēt sibi vicissim in eadem materia succedāt; idemq. subiectum sine intermissione vlla temporis informent. Ignis igitur cùm sit calidus, terra autē frigida; videtur ignis humiditatem retinere minorem, q̃ faciat ipsa terra; ideoq. terram sicciorem esse cōcludemus. Quod item pertinet ad aërem & aquam, ponitur humidior aër: verùm si ab effectis iudicium de rerum essentia faciendum est; aquei verò humoris effecta pellunt efficacius sensum nostrum, quàm ille qui est in aëre: aqua igitur aëre humidior est habenda; quādoquidem humoris affecta sunt irrigare, & emollire. hæc verò vtraq. melius aquæ humor, quàm aëris præstat, quod item eiusdem Philosophi [a] auctoritate confirmare licebit; cùm etiam sic in meteorologia decreuerit. Præterea videtur [a] 4.Met.
aqua magis humidum esse, q̃ frigidum: namq. & si aqua ad summum calefit, retinet adhuc suam formam: at verò si humorem amiserit, aqua non amplius est, sed glacies, aut terra. propterea si deleto frigore potest aqua permanere, protinus aūt deperit humore defluente, probabile est humorem esse ma-

gis aquæ affinem,q̃ frigus. Postremò quantum est de terræ qualitatib. ei primùm tribuitur siccum, secundò frigidum; magis.n.seorsum mouet aquæ frigus, quàm terræ. Sedenim calor,& frigus ex præsentia solis & absentia, [a] vicinia quoq. & distantia ad inferiorem mundum producuntur, vnde efficitur, vt quo superiorem sunt,eò quoq. maiore calore polleant.sic ignis cætera calore vincit. Ergo ab opposito cum terra magis distet à cęlo,q̃ aqua,frigore aquã terra superabit. Adde huc ẽt loca quædam,quibus oppositum palam testatur Arist. [b] nanq. interdum pronunciat aquam imprimis esse humidam; necnon terram esse omnium frigidissimam, nec grauium doctorum auctoritas ab Aristotelem dissentit,cùm Olympiodorus [c] nonnihil caloris aquæ tribuat,& ipse etiam Arist.[d] humorem,& calorem sic connexos esse fateatur, vt sicuti calor sine humore non reperitur, ita vicissim humor sine calore non consistat. Præthereà cum conferret inter se opiniones Antiquorum, [e] eos anteponebat,qui aërem principium statuebant, illis qui aquam sumpsissent; & eos omnino qui elementa media rerum generationi præfecissent iis qui extrema defenderent: etenim media minus insignes habent qualitates, & quæ sensum lãguidius pulsent. Cùm igitur aqua media sit,terra extrema; frigiditas aquæ sit minus insignis oportet,q̃ terræ. Accedit eòdem, ꝙ qualitates ita iudicantur,quia sensus afficiunt: vt nisi sensui subijciantur,nulla ẽt ratione numerari possint in qualitatib. ergo quo magis feriunt sensus,insigniores etiã sunt: atqui in terra magis perspicuæ sunt,q̃ in aquis.in eis magis,q̃ in aëre: nam si aqua patiatur à frigore,concrescit,& terræ conditiones assumit.pondus item, quod nascitur ex frigore, maius; & terra promptius exiccat,q̃ aqua humectet; hinc fortè quod medici perhibent, facilius esse arefacere humida,quàm sicca humectare.non igitur primò humidus aër,nec aqua primò frigida ponenda est. De gradib.etiam qualitatum plures extitere sententiæ: deq. hac ipsa re non solũ philosophi,sed medici quoque decertarunt. Nam Galenus [f] summum calorem,summamq. siccitatem igni, aquæ verò summam tribuit humiditatem. Quin ẽt aëri humiditatem supremam assignabat, & ne singula loca percenseam quib. ille de qualitatum gradib. mentionem fecit; hoc de Galeni [g] sententia generatim constituimus, & constanter asseueramus vtrasq. qualitates in elementis esse summas. potuit autem opinionem suã approbare loco quodam cõi sic. [h] Nisi qualitates summæ forent in elementis,essent necessariò remissæ: remissio verò omnis ex contrariorum mixtura proficiscitur. quare nullum elementum simplex esset, neq. vna tantùm coniugatio qualitatum singula elementa conficeret: oppositum tamen auctoritas,& experientia conuincunt.Conantur eiicere sententiam hanc Auerroës & D.Thomas.& alter quidem testimonium sensus afferens quod in methodo naturali solet esse firmissimum, accipit humorem aquæ maiorem,q̃ aëris apparere;prętereà calorem ignis eum qui est aëris,sine controuersia superare. Verumenimuerò dices tu ex hoc illud colligi calorem primò ipsius ignis esse; verùm non id nunc agi, sed vtrùm in igni maior sit gradus caloris,q̃ siccitatis,an non.Ideò si ita spectentur hę qualitates,facilè item patebit propositum: cùm.n.aër summè humidus habeatur, sit aũt alius quidam calor maior,q̃ suus ipsius, calor in aëre profectò summus non fuerit: sic cogitandum de reliquis. Atq. Auerroës ita argumentatur. [i] commodius obiri mutuam generationem,mixturamq. elementorum,si è duab.qualitatibus quæ insunt in vno elemento,altera sit efficacior,altera verò remissior: nam sic ab efficaciore vim obtinebit immutandi alterum elementum,per remissionem verò vicissim poterit ab ipso immutari.Idcirco Auicenna, Auerroes, Albertus, D.Thomas in alteram sententiam discesserunt fieri posse negantes,vt vtraq. qualitas summa sit in singulis elementis.Et Albertus ex Auicenna (vt nos fuit in illarerum caligine ad vnum illum auctorem, tanquam ad saxum adhærere,neq. id iniuria: quandò vnus, Peripatum redolere videatur;& vnus post Aristotelem perhibeatur doctissimus) veluti constat ex calce libri sui de cęlo,censuit elementorum sola extrema,ignem.s.& terram summis esse prædita qualitatib. media verò non ita summas;sed aliquantulum remissas habere. nam summa siccitas exoriri videtur aut è maxima confectione humidi quæ fit à calore,aut expressione eximia quæ ortum ducit à frigore. Sed cùm summus sit calor in igni; in terra verò summum frigus: in vtrisq. igitur summa siccitas inerit. Quanq̃ D.Thomas,licèt Auicennę sententiam cætera approbarit,in eo tam ẽ dissensit,vt humorem magis à calore consumi,q̃ exprimi à frigore putaret: quapropter ignim siccitate maiore præditũ, quàm foret terra,prædicauit.In Auicennam verò & D.Thomam hæc admodùm valere videntur. Primùm,ꝙ natura claudicabit, cùm summè sicco humidum consimile non opposuerit: humor.n.summus non est,vt ipse vult,quia conuenit ipse solùm corporib.mediis,ea verò qualitates insignes nõ habent.Prætereà contra D.Thomam oppono auctoritatem Philosophi [k] qui maiorem vim terrę, quàm igni tribuit exiccandi,quantumuis ignis calore antecedat. Quare si caussæ conditio ex effectu solet iudicari, terra certè siccior fuerit.Caussam eiusmodi remissionis & inæqualitatis ex Auerroe nuper audisti,quæ item ex Alexandri dictis eruta est. Quoniam verò vtriq. vrgebantur ab illo argumento, ꝙ elementum simplex non esset, cùm haberet etiam nonnihil contrariæ qualitatis adnexum; concordes & ipsi respondebant,eam remissionem non administrari,sicut in reliquis,admixtione contrarij, sed à natura subiecti exoriri quod talem vim certæ qualitatis sustinere non posset,& ex inhabilitate elementi totam hanc remissionem proficisci.Atenim verendum fuerat,ne,quod ipsi profitentur,esset euertere funditus omnem rationem mutuæ perpessionis inter elementa,atq. vniuersam naturam mixtionis.qd enim,obsecro,afficit aliud,nisi contrarium? quid ẽt cum altero miscetur,nisi contrarium? & cùm terra conuertat ignim, eademq. siccior igni sit ex hypothesi; nonne debet igni præbere siccitatem, quam ipsa habet? certè. Ergo terra ignem siccitate afficiet.quare sequitur,vt illum afficiat,quatenus humoris aliquid retinet: & idcirco siccitas in igni cum contrario iungetur,aut mutatio ad eam siccitatem in igni

[a] 2. Met.
[b] 4. Met. T.29. 2. Met.
[c] 4.Met.
[d] 5.de ort. Anim.
[e] 1.Phys.
[f] 1.de nat. hum.
[g] T.16.
[h] 3.Top.
[i] 4.Met. T.c. 20.
[k] Lib. de sen.

E F G H

A igni non erit alteratio, sed interitus, quandoquidem alteratio procedat inter cōtraria, in hoc autem cōtraria non erunt, & interitus sine prævia affectione fiet, quia nulla alteratio præcedet, aut par in vtroq. corpore siccitas erit ponenda, quapropter ob æqualitatem actio nulla: quę cùm falsa sint, & repugnātia, necnon admirabilia, contraq. opinionem omnium, non facilè defendi possunt: itaque cùm his ea tollenda quæ ponunt, ex quibus hęc ipsa emanant,

Disseritur de caussis intentionis & remissionis *Caput XXII.*

POSSET vniuersum hoc negotium peragi paucis, & quibusdam hypothesibus constitutis absolui: tamen quia magni momenti res est in vniuersa philosophia nosse caussas intentionis & remissionis, & ex hoc theoremate multa colligere licebit quæ pertineant ad exquirendum alterationis ingenium, necnon ad ea quæ de elementorum essentia decernenda sunt, libuit & hoc loco digredi, & tam occultę rei caussas persequi, vt saltem, si minus huic disputationi studio, & industria nostra possit accedere, cùm volumina integra à Latinis extructa legamus, vno tamen compendio perspicuitati consuluisse videamur. More aūt solito prius ea recitabimus quæ docti viri de ipsarum caussis enunciarunt, quorum quattuor sententias hactenus collegimus: nanq. eam fortasse quæ paucissimis verbis exposita est à Philopono, vel non legerunt, vel animaduersione dignam non putarunt. [a] Primam verò defendebat Aegidius, [b] vbi quęrebat, vtrùm substantiæ plus & minus acciperent, nec'ne; & indagans cur id nonnullis reb. eueniret; eius euenti geminam caussam esse docuit, primam quidem subiecti ipsius affectionem: prout. n. magis affectum fuerit eo quoq. magis esse tale, vt, quoniam candor in niue spissitudini comitatur humoris: si magis humor ille spissetur, eo item vix erit candidior: alteram verò, quoniam nonnullæ qualitates ad se sic habent, vt vna velut alterius eos extitat; altera contrà vires illius retundat: nam calor in arido corpore efficacior, & acrior, q̄ in humido apparet. Vtraq. aūt hæc inquit habere locum in accidentib. abesse verò à substantia: propterea fieri, vt in substantia non sint plus & minus, sed planè in accidente. Ab vtrisq. verò abhorrere substantiam probat Aegidius in hac re sectatus D. Thomam, qui opinatus est formam quæ implet rei substantiam, cum materia proximi iungi posse, nullaq. affectione præcedente. quod cùm sit, necessariò sequitur materiam non esse magis, minusúe affectam ad aliquam formam substantiæ recipiendam, cùm item prius accedat materia forma substantiæ, q̄ reliquorum accidentium, non potest à quoq̄ præcedēte adiuuari, vel impediri: quamobrem neque intenditur, neq. remittitur. Verùm quod spectat ad hoc caput, cùm satis antea disputatum sit, eò nos lectorem veritatis cupidum reiicimus. Nunc id admonebimus tantùm, quod in pręsentem locum facit, caussam illam quæ prius allata est, admodùm pręcisè fuisse pronuntiatam: nam relinquit prætereà requirendum, vnde'nam maior illa conspissatio proficiscatur, ex qua niuis candor amplificetur. Et quia confugere posset ad efficientem caussam quæ frigus est, non id quęro nunc, sed rationem illam ob quam forma quæ residet in materia, varietur, vel affectio materiæ fuerit, vel qualitas antecedens, vt ipse vult, vel aliud quippiam. propterea cogetur ipse aut aliam ab his diuersam intentionis caussam afferre, aut ea quæstio procedet in immensum. Reprehenditur item caussa posterior: quoniam, tametsi societas adiuuat, non tamen intendit necessariò qualitatem. solùm videtur id patrare societas, vt efficacior forma sit, & promptior ad agendum, tamen q̄ formarum gradus immutet, nunq̄ ego confitebor. Auctor est nob. Arist. [c] qui cùm doceret, quemadmodum ad pernicitatem figura conferret, non idcirco dixit ex figura grauius, aut leuius effici, à quib. initiis proficiscitur motus naturalis: nanq. hæc permanent materia ipsa permanente. Atq. vt breui comprehendamus actus secundus intendi potest: sed nos de gradu formæ, qui primus actus est, in præsentia disputamus. & illi ita concederent qui pari gradu calorem in igni, & aëre collocant: nam solùm perhibent eos efficacitate differre: neq. illi certè negarent qui quanuis intentiorem in stupa calorem esse, q̄ in ferro asseuerant, nihilominus ferrum vehementius acriusq. q̄ stupam calefacere & vrere perspiciunt. Missa igitur hac sententia, veniamus ad alteram, quam Burleus philosophus acutissimus, vt ętas illa tulit, professus est, hęc verò tota in treis partes diuiditur quarū prima est. In omni motu nonnihil necessariò contrahi, quod sit vel forma, vel pars formæ. Confirmatur aūt hæc hypothesis ea ratione: quoniam vbi mobile peruenerit ad finem motus, aliquid noui per motum comparauit, aut nihil. Si primum concedatur, habeo quod cupio, si minus, inquit, ergo mobile eodem planè modo se haberet in exitu motus, atq. antea, dum mouebatur; aut etiam antequam moueretur, & ita mouebatur ad terminum quem prius obtineat. Hoc absurdum est: quare & illud, vnde hoc permanauit. Quòd verò id quod sequitur, absurdum sit, non magno negotio liquebit: siquidem habitib. in materia positis cesset omnis motus. Altera verò pars; quoniam putat iste doctor, nil superesse, cùm forma noua accedit, vel noua pars eius de illo quod antea contractum fuerat: conatur aūt sic conficere propositum. Nanq. alteratio non requirit maiorem copulationem formæ, secundùm quam est alteratio, q̄ latio requirat coniunctionem ipsius vbi, quatenus est latio: par. n. processus est in vtroq. motu. Sed in quolibet puncto temporis metientis motum in latione est aliud, & aliud vbi penitus nouum, accipiendo nimirum illud vbi quod dicitur proprium, quod. s. à circunscriptione proprij loci efficitur. Ergo etiam in alteratione quolibet puncto temporis ipsam metientis est hæc, & hæc qualitas numero diuersa, & penitus noua. Maiorem verò suæ formæ coniunctionem obtinere lationem, q̄ alterationem ex his perspicuum est quæ longo progressu in physicis acromatib. perorata sunt: nanq. ibi ostensum est lationem motuum omnium esse maximè continuam, maximeq. vnam,

[a] 1. de Ge.
[b] 1. de ora.
[c] 4. de cęl.

Marginal letters: B, C, D.

Quòd aũt sit aliud vbi quod denuo comparatur in motu differens à superiore, sic probat. Ponatur.n. primum instans quo quoddam vbi contractum sit: post illud instans aut aliquid illius vbi prioris superfuit in mobili, aut nihil: si nihil, ibi superesse fatearis; nil amplius addo: totum.n. recens vbi puncto posteriore successit: si minus; & aliquid in mobili de ipso superfuit, insuper de hoc ipso quæro, vtrùm prius extiterit in eadem parte, aliaúe mobilis, an non. si dederis hoc postremum, tum pars illius vbi ꝓprij de vno subiecto in alterum migrare cogetur: si verò manserit in eadem; eadem igitur pars in diuersis punctis idem vbi poterit obtinere: quamobrem quiescet; hoc tamen acceptis aduersatur; quippe ꝙ constitutum sit nob. totum moueri post datum instans. Adiicit & superiorib. tertium pronuntiatum, quod est huiusmodi. Formã reuera non intendi, neq. remitti, sed formæ subiectum, idemq. secundùm formã, quæ cũ sit ex sententia summi pręceptoris nostri, non desiderat hoc loco probationem. Ex his omnib. igitur colligit omnem vim intentionis & remissionis à forma proficisci, quoniã verò forma, seu pars formæ de integro comparatur; neq. forma ipsa intenditur, aut remittitur, fateamur oportet intentionem & remissionem à latitudine formæ deriuari: latitudo verò est quia species vna qualitatis conseruari potest cum forma quæ magis minusúe perfecta sit. Cùm verò non permaneat eadem forma ad numerum alia succedente; ex hoc efficitur, vt non sit eadem qualitas numero, quæ sub diuersis perfectionis gradib. conseruari queat; sub eadem specie dũtaxat. Hæc auctor iste, ni fallor, asserebat. E

Vtrùm verò prorsus approbanda sit hæc opinio, nec'ne; sequitur, vt nunc spectemus: nam multa mihi contrà succurrunt, quæ me in longè aliam sententiam trahant. Ac primum quidem illud consequetur, quod etsi non admodùm mihi probatum, at quod placeat multis. Omnem qualitatem sine motu corruptum iri, quod sanè absurdum est. Cùm.n. quælibet pars formæ temporis puncto fiat, & pari temporis puncto permaneat: ergo ẽt tota forma, & tota qualitas puncto temporis absoluetur. Neque obstat, si dixeris eius productionem plurib. instantib. obiri, quandoquidem instantia sunt indiuidua, è plurib. aũt indiuiduis non conficitur vnum, quod diuiduum sit. Neq. item asseuerare potes illius formæ partes ac gradus tempore aduenire materiæ, cùm eadem prioris posteriorisq. gradus ratio sit; atqui primum qualitatis gradum in materia puncto temporis esse concedis: ergo ẽt postremus indiuiduo tempore inducetur, qui, quemadmodum ipse censuit, à primo non differt, quantum est merito inductionis. primum verò gradum puncto temporis induci fateris, cùm si tempore induceretur; deberet induci per suas partes. Ac si id assumere libeat; ita oppono, partes istas, vel actu, vel potestate consistere; ꝙ si actu fuerint, protinus erunt indiuiduæ, & ita fient in instanti, si minus, alias, quæ sint potestate, continebunt: ac si id est; cur etiã postremi gradus priores potestate non comprehendent? est.n. par vtriusq. partis ratio: quamobrem si velit in sententia permanere, primum qualitatis cuiusq. gradum puncto temporis induci, velit nolit, fateatur oportet. Quòd verò hoc absurdum sit, inde colligitur: siquidem motus omnis tempore perficiatur: alteratio verò quidam motus est. [a] Præatereà quod dicitur calefacere, aut calefieri notat quoddam tempus: aliud.n. inquit Aristoteles, est mutari, & aliud esse mutatum, atq. hoc præsefert indiuiduum quid, illud aũt continuationem significat. Verùm si ita sit, quemadmodum scriptor hic asseruit, nihil neq. calefaceret, neq. calefieret; sed iam calefecisset, aut calefactum fuisset: nihil.n. continuum fieri posset, sed altera parte superueniente, priore deleta forma in nudã materiam induceretur: cur non igitur in instanti? Esset item quærendum, ecquid sit causę, cur si pars illa quæ pręcessit, non retinetur in posteriore, non item posterior nulla præcedente superueniat: eodem.n. modo se habet materies ante nullam partium inductionem, ac cùm postrema accedit, si pars antecedens interit, ita natura ab extremo ad extremum per debita media non transiret, & efficeret cõtinuò perfectissimum; eadem q. aliter efficiens frustra suas actiones ingeminaret. Neq. verò licet in ꝓductione qualitatis ita dicere, quemadmodum de substantia dictum est: si prior interit, eam tamen afficere materiam aditas, quæ sequuntur, quòd in materia superstites sint qualitates, quæ inerant in antecedente forma, quarum ope materia potest affici ad postremã: nam sunt istę qualitates ipsęmet affectiones, nec ad eas aliis affectionib. opus est: aliter in infinitum affectiones affectionib. accumularentur. Ratio verò, qua probat ille auctor id quod accepit, satis infirma est: nam cùm ducit argumentum à latione ad alterationem, fatemur equidem easdem vtriusq. conditiones esse, sed analogicè. Cùm verò posteà monstrare conatur partem ipsius vbi, idest, termini motus euariari sic opponens, aut aliquid prioris in illo mobili superfuisse, aut non. Respondeo ex his, quæ olim de ipso vbi constituta sunt, in eo duo spectari, locũ qui spatium spatijq. terminus est, quatenus huiusmodi, deinde ipsum vbi, quod est actus perfectus mobilis, quatenus mouebatur ad locum, quod eius perfectionem significat: propterea quantum pertinet ad hoc posterius significatum, sic se habet, quemadmodum reliquæ formæ: quamobrem posterior gradus etiam virtute continet priorem: at de loco illo qui terminum spatij designat; concedo sanè partẽ priorem non restare: nã cùm sit quantitas, cuius partes secretas esse oportet, etiam pars vna loci ab altera suapte natura discludetur, ex eodem.n. fonte, nimirùm distantia, fluunt hęc oĩa. Et cùm subiicit locum, siue vbi, vel in eadem, vel in alia parte substitisse, dicimus in alia prius extitisse locum. Cùm verò obiicit fore, vt accidens de vno subiecto in aliud migret, hoĩem facilè redargui posse puto, cũ suspicetᷣ ipsum vbi, seu locũ esse in mobili tanꝗ subiecto. est verò locus in corpore continente; qm̃ terminus illius est, nec vnꝗ migrat ab ipso: variatᷣ aũt iugiter eius habitudo, & partiũ ad mobile, & partes eius ex successione q̃ nascitᷣ ex motu. Quòd si vbi ipsum naturale sumatᷣ qđ affert aliꝗ perfectionẽ mobili, eaq. cũ semp amplificetᷣ, ex eo motus efficitᷣ nõ migrat hoc, ꝙ nouę pfectionis est gñatio in ea parte, quæ succedit. Si igitᷣ hęc reiicienda sunt; & illa quoq. vnde hęc nascuntur reiicere conuenit.

Alia

[a] 6. Phys. T. 50.

F G H

A *Aliæ sententiæ notantur de caussis intentionis & remissionis, & fundamenta positionis nostræ iaciuntur.* Caput XXIII.

IACOBVS Foroliuiensis medicus ætate sua celeberrimus asseruit intendi formas ea ratione, quia pars formæ perfectionis accederet parti præcedenti (quanquam hæc sententia prius a Scoto fuerat occupata [a]) & auctionis exemplo propositum confirmauit. Etenim quemadmodum fit accretio noua quantitate illi quæ prius aderat, accedente, sic fit intentio formarum. Posset et tali argumento munire suum decretum; quandò est idem subiectum motus qui est ab A ad B, atq. eius qui est à B ad A, solumq. ratione seiunguntur, cùm verò inter eius motus terminos intercedat medium, fingamus id esse C, per quod mobile ab A progreditur ad B. cogitemus nunc retrocedere motum à B. ad A. necessariò per C. remeabit per quod antea progressum fuerat. Ergo in reditu erit mobile in eisdem gradib. in quibus antea fuerat. Quamobrem constat etiã superstites esse gradus anteriores nec accedentib. nouis vtique refrixisse, vt censuit Burleus. ac multò probabilior est (vt mea fert opinio) Foroliuiensis sententia, quam superior. Verùm & ipsa nonnullis angustiis concluditur. Primùm si res ita sit, in eodem subiecto quędam qualitas inerit intenta simul, & remissa: adest.n. ibi gradus vltimus summæ qualitatis, atq. item gradus alij remissiores. Præterea sic eueniet, vt in eadem specie vnum indiuiduum suapte natura longè sit altero perfectius; quod item conditio rerum non tolerat: nanq. erit id quod est album, vt quattuor, longè imperfectius, quam id quod est summè tale. Postremò plures sunt istæ partes albedinis in actu: nam cunctæ seorsum consistere queunt: at è plurib. quæ actu subsistant, vnum fieri nequit. suo verò sibi ipsos gladio iugulo: noui.n. quantum sit robur huius argumenti. Videtur item hoc placitum palàm dicta Aristotelis oppugnare; cuius verba formalia prætermittam, sed horum sensus hic est. [b] Vnam esse materiam contrariorum omnium in natura, & ex eo quod est potestate, fieri id quod est actu, à quibus materia nequaquam segregari valeat, idem numero cum illis, cùm sit & essentia solùm differens, vt calidi & frigidi, calorum quoq. eadem, eademq. materia corporis & magni & parui, & deniq. in omnib. aliis mutationib. est materia quæ vnum è contrarijs est actu, alterum esse potest: itaq. ea suscipit alternatim. sic cùm ex calido fit magis calidum, fit sane nullo in materia calido facto, quod calidum non esset, quando minus calidum erat; quemadmodum neq. maioris circuli circumferentia & curuitas, si fiat circuli minoris, eadem cùm sit, aut alia. in nullo.n. factum est curuum, quod curuum non esset, sed rectum: neque.n. in eo quod intermittat esse calidum, magis, minusúe calidum fit. Vides hic tu certum Aristotelis dogma, nihil accedere partib. antecedentib. formæ in ipsa intentione? Et quamuis hoc loco tergiuersari possis inquiẽs, Aristotelem de partib. magnitudinis verba facere, quasi suspicetur aduersarius idem in qualitatis intentione contingere quod de grauiore & leuiore profitebantur antiqui, facile est eius dicta refellere: siquidem id ipsę inficiaretur, quod assumit ad probandum formæ partes [illegible] accedere. vult.n. id contingere intentioni quod incremento, atqui in ipso quando partes aliis [illegible]. id cùm sibi sumat, hoc repudiet necesse est. Præterea planum est Aristotelem includere formam: [illegible].n. calidum seu magis sit, seu minus. at est huiusmodi per formam, quia calidi ratio conseruatur in intentione, ea verò deducitur à forma, eademq. vt suprà dictum est, indiuiduo consistit. itaq. non potest aliqua pars formæ alteri superuenire, sed cùm sit ab initio forma eadem; caussas eius varietatis aliunde petere oportebat. hęc verò est materia quæ caput est omnis infinitatis & latitudinis: continetur.n. hoc totum in potestate materiæ. Quòd si fatearis etiam partes imperfectiores a perfectiorib. virtute contineri, propterea non per se constare, sed in perfectiorum migrare naturam; ob eamq. caussam non vnam formam vnam remissam, alteram verò intentam consistere. Sint sanè hæc omnia, vt dicunt: at illud euitare nequeunt, quin idem calidum sit quo ad essentiam, quod calidius fiat nullius accessione caloris, sed eo quod potestate solùm est ad actum traducto: & perspicuè meminit Aristoteles non de calido, sed de calore, cuius verba propter obscuritatem hic subscribere placuit, altius autem aliquanto repetenda sunt. Neq. accipere licèt aliquam flammæ magnitudinem, in qua & albedo & caliditas non insit.

D " Sic igitur & prior caliditas posterioris ἐλαμβάνετι, non accipit quicquam. Quare & magnitudo & paruitas sensilis molis materia nihil accipiente extenditur. Et argumenta quib. ea positio confirmatur, sine " vllo negotio diluuntur: siquidem in eo dissimile sit incrementum à cęteris motib. quod in ipso aliquid ex" trinsecùs accedat necesse est quo fiat. in reliquis aũt nil externum requiritur: sed id quod inerat in materia, tanquam in potestate patibili, ab efficiente promouetur ad actum. Præterea tametsi sit idem gradus medius per quem procedit mobile, dum tendit ad esse; & dum retrocedit, quando forma deletur; at est medium quod appellant transitus, & pertinet ad materiam, non formæ: vnde non licet inferre partem formæ alteri accedere quæ iam præcesserit. At verò si quæstio ritè dissolui debet, complura statuenda sunt, vt eorũ firmamenta quę dicentur à nob. In primis aũt exponemus, quęnã sit vera caussa, cur quęq. res intendatur & remittatur: deinde quis sit hic motus, quiúe termini eiusdẽ. Sępius igitur audisti vel Arist. testimonio, remissionẽ & intẽtionẽ ex contrariorũ mixtura proficisci: & ex eo quod plus minusúe adsit de certa qualitate: proptereà cũ plus & minus significẽt formę perfectionẽ & imperfectionẽ in suo quæq. genere; hęc verò sint ad vnum; intentionẽ quoq. & remissionẽ ad vnũ esse oportebit. itaq. plus & minus latè patent, vt substantiã quoque attingant, & vniuersè per oẽ genus rerum pertineant: proinde substantia magis est, quam accidens, & quantũ superat quale; hæc oĩa vincunt habitudinem, & species est magis substantia, quam genus attingant etiã rerum modos. & transcendentia. quippe quod magis & minus verum sit, nam maior est veritas principiorũ, quam cõclusionis, & magis minusúe necessarium, cùm principiorũ

[a] 1. sen. D. 17. Q. 3.

[b] 4. Phys. T. 84.

(Margin letters: B, C beside the text.)

necessitas maior itidẽ sit necessitate cõclusionis: idem quoq. iudiciũ de contingentibus fieri debet. superantur.n.effecta semper à caussis ea præstantia quæ in suo cuiusq. genere spectatur: oĩs.n.effectorũ rõ pendet à caussis, sed præcipuè plus & minus obseruantur in qualitate, & in iis quibus supponiť proximè qualitas, vt agere & pati. In oĩbus aũt generaliter est oppositio; in his verò quæ comprehendunt qualitatẽ, est contrariorum speciatim; vnde efficiť, vt ea propositio: Plus & minus ex contrariorũ miscella proficisci, si contraria ꝓpriè contineat, respiciat solam qualitatẽ: si latius euagetur ad alia quoq. genera pertinere valeat. Ex quo ẽt tribuit illis vsus plus & minus, & ea notis indicat quæ præseferunt cõparationem. Quare analogicè quoq. nunc in iis oppositio ponať, & oppositorum participatio caussa statuatur eius intentionis quæ quidẽ tum verè est, cùm pars aliqua contrarij, siue gradus quidã cum altero consistit quod sanè in primis fit in qualitate. in ipsa.n. opposita sunt aliquid actu per se, & agendi facultate pollent; eademq. pluribus insunt modis in subiecto, & in hoc in quo vnum est secundùm naturã, alterum contra naturam inesse põt. Proinde à qualitate more iis consueto quæ sunt ad vnum ordiamur. Nunc aũt contraria consistere statuamus rẽ hanc cęteroquin obscuram mox explanaturi. Profectò primo loco de terminis eius agendũ est, mox de caussis, tertiò illarũ attributa sunt exponẽda. Quantum est de primo, certè si est alteratio, vt nobis indicauit Arist. termini motionis eius sunt qualitates. At verò qualitas trifariã producitur, vel.n.ẽ non calido simpliciter fit calidum, & hæc est mutatio, vel è frigido, & hic est motus, atq. alteratio propriè dicta, vel è calido calidius, & hæc est intẽtio. Quare intentio est quidẽ alteratio, sed circum eandẽ formam. erit aũt à primo gradu quo.s. qualitas illa primùm sensilis est, ad vltimũ quo processus naturæ finiť, atq. hi termini quibus intentio cõprehenditur. Quod verò pertinet ad caussas sic agamus. Oĩs forma per se ipsã indiuidua est, nec plus minusùe accipit. Sed quod plus accipit & minus.i. compositum, seu denominatum. quare caussa materię nascitur intentio. Nã quicquid inest in cõpositis, illud est ex incõpositis, ea verò sunt forma & materia: atqui nõ ex forma; ex materia igiť. Propterea erit intentio alteratio secundùm speciẽ eandem qualitatis.i. processus materiæ secundum potentiã quam habet ad eandem qualitatem. Meministi.n. nos in materia posuisse cum Auerroë diuersos ordines potentiarũ ad formas remotiorũ, propinquiorum, & à potentia simpliciter qua materia cõiũcta est cum actu opposito, vsq. ad vltimã cum qua noua forma cõsistit. At verò in generatione substantiæ forma cùm foret indiuidua, non extabat antẽ potentiã vltimam, sed aliquæ partes quæ nomine formæ non poterant. in qualitate & aliis accidentibus etiã fieri poterat, vt partes eodẽ nomine nuncuparentur, ac totum. Itaq. totus ille progressus qui vnius est materiæ à primo gradu qualitatis, vbi primum denominationẽ sumpsit, ad vltimum vltra quẽ consistere nequit, intentio vocabiť, & deniq. acquisitio mediorũ quæ materiæ dicimus. Cùm verò diuiduæ sint qualitates, & earũ partes ẽt denominent subiectũ (caussas olim audisti) perspicuum est in iis esse geminã rõnem, potestatis, videlicet, & actus, & actus sanè caussa formæ, potestatis aũt priuilegio materiæ: atqui potestas semper cõtrario fundať, ex hoc efficiť, vt in oĩ intentione contrarij rõ subsit. Inde factũ est, vt plus & minus ex permissione contrarij nascať, atq. itidem vt quod minus est ad plus vicẽ contrarij subeat. Quoniam verò oppositorũ caussæ solent esse oppositæ, intentioni verò opponiť remissio, dicemus item remissionẽ esse processum ab vltima potestate ad primã è conuerso. Liceret ẽt dicere esse terminos huius motus qualitatẽ imperfectam, atq. perfectã, nec simpliciter qualitatẽ, sed cùm radix totius huiusce progressus in caussas nuper explicatas necessariò resoluat, illam primã rõnem, vt ex rei natura proximè deductã libentius amplectemur. Nihilominus cùm ẽt neq. hęc repugnet, in ea id aduertendum esse duximus, cùm perfectum dupliciter esse queat, vel ad speciẽ substantiæ cuius est comes, vel ad proprium genus quod continet terminũ quo vis naturæ fertur non impedita, in intentione non habendã esse speciei rõnem, sed progressus naturæ qui consistit in vniuersa latitudine potẽtiæ ad eã formam secundùm quam fit intentio, vt tantum capiať, quantum materia progreditur accipiendo calorẽ, licet cùm pernicie substantiæ. proinde siue sit calor iste secundùm, vel præter naturã, siue habitus, siue affectio, intentioni & remissioni subiici potest. Hæc igiť est caussa, cur in qualitate latitudo quædã consistat sine formæ, vel speciei detrimento, & motus per eã latitudinẽ intentio fit, atq. remissio. Veniendum est nunc ad substantiam. Sed cùm substantia sit oĩum prima; propterea materiã nudam offendat, accedit indiuiduè, nec aliquã latitudinem admittit: nam quicquid superueniret, aut substãtia non esset, aut aliquid prius q̃ substantia foret in materia, & in eius productione foret inter, quod nos olim confutauimus: nanq. huc ea conferri volumus quæ de substantiarum mutatione decreta sunt. Igitur alia remissionis caussa erit afferenda, & mea quidem sñia, participatio vel potentiæ, vel priuationis habenda est in suo quæq. genere. Sed cùm priuatio sit oppositũ, quod in iis quæ nata apta sunt, medio vacet, efficitur, vt eius discessio & aduentus formæ posita sint in indiuiduo. & verò rõ priuationis vsq. ad præsentiã formæ conseruatur: semper.n. dicere licet rem non esse, vbi adest forma primùm, tum res est: ideò neq. caussa priuationis erit in substantiis intentio, vel remissio. Quamobrem sic opinor esse dicendum: siue de substantiarũ, omniumq. rerum gradib. agamus, siue ẽt de quodam certo earũ genere, & categoria. Nam plus & minus ex gradibus priuationũ illarũ perfectionum quæ sunt in primo, quod est ex illo ordine, sumemus. Ita cùm ex animantium genere primus sit homo, in eoq. vita sensus, motus insit, & rõ; distabit equus ab homine, quòd ratione priuatus sit, ostreũ, quod etiam motu, plantæ, q̃ item sensu careant; elementa, quòd ẽt vita. Verùm quòd de hoc ordine plenius posteà disceptabimus, in hac re explicanda; non erit, quòd velimus nunc esse nimis accurati. Satis esto nunc indicasse, quemadmodum gradus isti collocenť in substãtiis ad quorũ item mutationẽ constituere placet eos gradus quos facit natura

A tura,dũ à forma cõmuniore contendit in specificam. Vbiq. tamen potestatis & materiæ latitudo oppositis est supponenda. Eodemq. modo de aliis oĩbus iudicemus quibus contrariorum rō non inest. Sic ex eo sumit quantitatum gradus, q̃ habeant, hæc posituram, careant alia, quòd hæc permaneant, illa fluant quòd permanentiũ quædã vnico modo diuidant alia bifariã, nonnulla oĩbus modis, priore semper indicante habitũ & formam, posteriore verò priuationem. Ab illo itẽ ordine priuationum ea deriuant quæ sunt ad vnũ in quibus est ὕφεσις.i.humilitas naturæ: nisi q̃ priuationes in his quæ sunt ad vnum, non ex vno fonte scaturiunt, vel genere, vel subiecto, verùm in singulis inferioribus separata priuatio collocatur solã absentiam notans, nec vllam habilitatẽ in subiecto cõmonstrans, quod secus euenit in vniuocis. In aliis etiã, quanuis transcendentia sint, elucet rō potestatis & actus, pro quorũ varia participatione plus & minus exoritur. Ex quibus apparet vt analogicè plus & minus ex oppositorum mixtione existat. Sed.n.cùm essentia modis oĩbus sit inuariabilis; sequit, vt quod plus, & minus accipit, materiã quasi cõplectatur, & figurã habeat denominati: itaq. magis, & minus verum: magis, & minus ens. non magis aut minus veritas & essentia. Ex quo efficit, vt cùm ab eo quod est quale, denominatio pendeat; plus & minus ad res qualitatis beneficio pertineat, & quicquid eam cõditionem subit, per modũ qualis quodammodò exprimatur. Quòd verò duæ sunt in eodẽ subiecto naturæ: altera per se, atq. altera per affectionẽ: persuadet nobis vnũ non esse quod remissũ est, vt in mediis gradibus,
B sed vnum esse, q̃ vna sit motio sensus, quæ simul ab vtroq. fit, siquidem vtrunq. efficiat, quantum pōt, sed ab opposito refractũ non queat efficere sũmum; vnde medium quid exorit, quod actu sanè vnum est, verùm potestate plura; veluti quies illa quæ fit, vbi quoddã continuum ad partes oppositas trahat æqualiter, vt ēt fit in articulis nostri corporis, dum à musculis oppositis intenduntur. est.n.ibi media quies quæ duabus virtutibus pollet: & est vna ad sensum, naturæ aũt longè diuersæ: sic medium quod est remissum vnũ est, quòd vno modo mouet sensum, nec plus illa possunt quæ de hoc medio, q̃ vnum sit, testatus est Arist. 5.Phys. sed modus, quo contraria persistunt in eodẽ subiecto, non idẽ, & penitus aliæ naturæ. Neq. est quòd hîc nobis opponatur, sic fore vt mixtio sit ad sensum, quod tamen ab Arist. [a] confutatũ est: nam de minimorum cõpositione verba in eo loco faciebat Arist. & refutabat eos qui nulla qualitatis mutatione mixtionem fieri profitebantur; ob paruitatem tamen corporum, tanq̃ vnũ quid tertium iudicari à sensibus, quemadmodũ fit in colorum miscellis quæ fiũt à pistoribus, vbi vnus medius color apparet, licèt plures vnà consistant, quòd paruitatis caussa latent: nos afficī contraria volumus, & passionem in materia collocamus; vnumq. ad sensum dicimus esse remissum, cuius tamen caussa non sit vna, & effectum subiici sensui; latẽre caussam. [a] 1.de Ge.

C *Queritur vtrùm contrariorum partes vnà consistant; an'ne inter se prorsus oppugnent. Cap. XXIV.*

VERVM quòd à nobis assumptũ est contrariorũ partes vnà consistere: variumq. est philosoforũ de hac re iudiciũ; nec defuere viri sapientissimi qui conuincere conarent contraria nulla ex parte inter se tolerare posse: propterea de hoc quoq. decernamus oportet: nam nisi ēt sic esse cõstet, eius caussam frustra persuadere conemur. Burleus ergo vir acerrimus in eadẽ disceptatione pluribus argumentis, atq. illis quidẽ difficilibus & acutis partẽ negantẽ probare contendit. Itaq. pretium operæ faciemus, si singula repetamus, eorumq. vitia notemus. Et quoniam solet è medio tolli nostra cõtrouersia posita distinctione contrariorũ quæ vel summa existunt, vel aliqua ex parte remissa, & vbi summa fuerint; negari simul ea constare; tum verò simul esse, cùm remittuntur; neque id tantum posse fieri, sed esse quoq. necessarium: idcirco arcẽ aggredit, & hoc disputationis mẽbrum tollere conat, atque conuincere; contraria quocunq. modo simul non posse manere. Primum verò nitit hac hypothesi. Contradictionẽ esse repugnantiã primã: quamobrem ēt reliquas oẽs repugnantias, & oppositiones cõplecti. Si igitur contraria simul consisterent, & contradicentia simul essent: etenim idem simul albũ, &
D nigrũ foret; albũ, & non album: at id quidẽ repudiandum. Deinde inquit extrema contraria secum magis pugnant q̃ mediũ & extremũ: multoq. magis, q̃ media secũ vicissim: atq. id probabile quidẽ est: quãdò maiore interuallo extrema ipsa, q̃ media & extrema, vel ipsa media disiungunt, & est oĩum mortaliũ cõmune iudicium media ex extremis esse conflata, & distantiã multò maiorẽ intercedere inter medium, & extrema, q̃ inter duo media: magis.n.distat viride ab albo, q̃ à flauo. propterea media multo magis, q̃ reliqua simul consistent. Sed hæc vnà non manent: itaq. multò minus id de extremis verè prędicabitur, Tertiò, motus ait Arist. esse contrarios propter repugnantiam terminorum: formæ igit contrariæ si vnà esse queunt, vt calor & frigus, simul quoq. fiunt contrarij motus, calefactio.s.& refrigeratio. quod tñ fateri extrema dementia est: nam si calidũ refrigerat, quatenus ita mouetur; frigiditatẽ versus agit. & eius motus est frigefactio. sed quoniã, dum frigidum fit, vt duo; fit itẽ calidum, vt sex; mouet identidẽ ad caliditatem, & eius est calefactio. Postremò sic argumentatur. In omni motu terminus à quo, & terminus ad quẽ sunt asystati. Sed vna forma cõtraria in quocunq. gradu potest esse terminus à quo motus terminati reliquo contrario pariter in quocunq. gradu. Itaq. formæ contrariæ cuiuscunq. gradus fuerint, inter se tolerare non possunt. Propositio verò sic approbatur. Nam cęteroqui si mobile posset esse in termino à quo, & in termino ad quem; posset vnà moueri & nõ moueri: quà.n.participaret terminũ à quo moueretur: quà verò foret in termino ad quem; iam quieuisset. Assumptionem verò sic confirmat Burleus. Quoniam subiectum quodcunq. contrariorum subie-

rit in quocunq. gradu; altero contrario priuatum eſſe põt,& quoniã priuatum eſt,obtinet poteſtatem E
ad illud, & pot ad ipſum moueri: hoc igitur erit terminus à quo: alterum verò terminus ad quem.
Forma ergo contraria in quocunque gradu põt eſſe terminus a quo motus terminati altero contrario,
cuiuſcunq. fuerit gradus. Et illud adiecit doctiſsimus Scaliger. Contraria eſſe per eſſentiã: atqui eſſen
tia non mutat gradus. Igitur in quoq. gradu repugnantia. Ex his ergo concluditur contraria,neque
itẽ in gradu remiſſo in idẽ coire ſubiectum. Verùm ſi in eodẽ ſubiecto contraria ſimul eſſe nequeunt;
nulla erit alteratio,ſed mutatio ſolùm:quoniã forma tota ſimul pũcto tẽporis acciperetur à ſubiecto.
nulla itẽ mixtio,quæ cùm prorſus aduerſent̃ iis quæ monſtrat ſenſus,& luce clariora sũt,cõpellunt nos
ad diluendas rõnes quæ in hanc partẽ problematis inferunt̃. Ad earũ verò explicationem properãtes,
vt viam muniamus,nonnulla prius exploranda ſunt ex quib.oẽs dubitationes profligari queant.Noſſe
ergo oportet eiuſmodi eſſe contrariorũ naturam, vt ſub eodẽ genere collocata maximo ſpatio diſiun-
gantur,& cùm maximũ ſit; quibuſdam quoq. terminis cohiberi (pugnant.n.maximum & infinitum).
vbi non maximè diſtent,ea non eſſe contraria. Quoniam verò contraria ſunt veluti formæ quæ tamẽ
ſub eodẽ genere comprehenduntur; in materia cõueniunt.& de illius occupatione quodãmodo digla
diant̃. Atenim in quocunq. contrario duo ſunt initia,poteſtas.ſ.& actus,atq. hæc vel prima,vel ſecun
da; proinde duo progreſſus, à poteſtate prima ad actũ primum, & à poteſtate ſecunda ad actũ conſi-
milem. prima poteſtas eſt in materia; ſecũda in cõpoſito quod gignit̃,aut genitum eſt. Actus primus F
vt habitus,cui ſemper manet affixus ſecundus ipſi pro portione reſpõdens,niſi quid vetet,actus ſecun
dus ad agendum neceſſarius, (oĩs.n.actio fit ab actu ſecũdo) atq. ille quidẽ eiuſmodi,vt quamuis actio
ſemper obeat̃ in alio ſubiecto; nihilominus ita ſe habeat, vt præſente ſubiecto, & reliquis quæ extrin-
ſecùs oĩs actio flagitat; protinus efficiat: veruntamen ab actu contrario labefactari valeat, & tum eſt
ſecunda poteſtas. Itaq. neceſſe eſt interueniat abigẽs impedimentũ,vt ſe res habeat ſecundùm naturã,
& depulſa poteſtate reſtauret̃. Actus ſanè primus anteq̃ contrahatur,& eget affectione præuia qua cõ-
trariæ affectiones quibus vtitur vetus forma,tollantur;atq. hęc vel eſt ex categoria diuerſa,veluti cùm
per calorẽ ſubſtantia gignit̃,aut rarum,vel ex eadem,ſicuti per calorẽ caliditas,niſi quòd hîc vt paſsio,
ibi vt forma; hæc ab initio tota externa eſt, ſed in progreſſu fit propria ſubiecti conſtituta certa pote-
ſtate,certoq. gradu materię,quorũ promotione tandẽ perficit̃,& iã abſolutus eſt primus actus; idemq.
per ſe talis,vt quantũ eſt ex ſeipſo,queat operari,ſed impedit̃ interdum, vel ex non apta præparatione
materiæ; ſic quamuis catulus habeat oculos; non videt, quòd præ copia humoris nequit palpebras at-
tollere,vel ẽt propter contrariũ,ſed & ibi materia præparari põt. & hîc arceri cõtrariũ; ex quo efficit̃,
vt euehatur ad optimũ gradum,quiq. ſit ei maximè naturalis. Cùm hæc ita ſint; contingit vt plus &
minus in cõtrariis inſint trifariã,vel.n.anteq̃ comparetur habitus,eiuſue pars,& oẽ id eſt ex affectione, G
præterq.naturã,vel cùm pars habitus acceſsit,atq.id eſt ſecundùm naturã,ſed illiuſmodi,vt ad sũmum
ẽt cum habitu promoueri poſsit,vel itẽ habitu contracto,ſi vitiũ quoddã inhęſerit quod adhuc detrahi
non potuerit,aut vbi perfectus ſit, & concutiatur à contrario: proinde habens non vtatur. ſic lignum
à calido afficit̃ cum quodã ſenſu,& plus minuſue inſigniter,& iã mutare cœpit naturã,& fieri ignis, ac
poſtq̃ ignis eſt factus vt carbo,flãmam cõcepit,& flãma abſoluta ab aquæ frigore afflicta,demũ excuſ-
ſo frigore victoria potita eſt. Cęterùm etſi oĩa cadunt in contraria ꝓpter materiã quæ pariter vtrunq.
reſpicit, & dũ alterũ accepit, adſpirat ad oppoſitũ,quòd in alterutro ſit alterutrius priuatio quam ipſa
cupit abiicere,non eſt idẽ oĩum modus: anteq̃ enim habitus tantiſper cõtractus ſit,motus eſt à contra-
rio in contrariũ; habitu contractu motus eſt in eadem ſpecie,& illa quidẽ verè,& propriè dr̃ alteratio;
hæc verò alteratio cõmuniter,quòd eſt ad perfectionẽ qualitatis;non ad qualitatẽ ſimpliciter,illa pro-
ductio qualitatis; hic profectus propriè, ſiue *ἐπίδοσις*,ille motus per ſe ab alterante, hic per accidens,
nẽpe à generante priuſq̃ abſoluatur; poſtq̃ verò abſolutũ eſt, à remouente prohibens, & ibi calidũ eſt
ad ſenſum; hîc ex natura: nã cùm fiat calidũ ex frigido; anteq̃ caloris habitus acceſſerit, licèt actu fri-
gidũ non ſit (immutat.n.ſenſum,quà calidũ) at in habitu frigidũ eſt, etſi verè nominare velimus, fri-
gidũ adhuc appellat̃, non calidũ, vt ẽt ſi ferueat aqua, frigiditatis nomen ẽt dum illi conueniat,quòd H
ſit frigida in habitu,& ex natura,atq. concaluiſſe, & aliquid perpeſſa fuiſſe rectè diceret, non calida;
ſignũ ſanè euidens, quòd non dũ calidum ſit per eſſentiã: ſiquidem eſſentia nuncupationẽ habitumq.
cõmutet. Vbi cœpit affici,& habitu contracto vel afficit̃ à contrario,vel affectũ priſtinum calorẽ recu-
perat: vtrobiq. tamen mutatio eſt ſecundùm calidũ,non dico,quatenus calidũ,quòd ſic mutaretur in
frigidũ:quatenus.n.hîc notat terminũ à quo,ſed ſecũdùm calidũ,quod indicat genus ſecundùm quod,
quoniam ſemper retinetur rõ calidi,& in his poſita eſt rõ intentionis & remiſsionis. His ita conſtitutis
apparet nõ vniuſmodi eſſe progreſsũ,atq. ordinẽ inter qualitates;etenim eſt vel ad eã quæ eſt habitus,
vel ad eã quæ eſt actus ſecundus,atq. in actu ſecundo,vel per ſe quod eſt,cùm ſequitur actũ primum,
vel per accidens,vbi actu primo permanente ab aduerſo ſecundus ipſius proprius oppugnetur; nihilo-
minus vt ex contrario. In oĩbus his progreſsibus ſunt termini,ſunt & media,quos gradus voco, ſed in
iis qui ſunt ex extremis eſt, ex toto genere repugnantia. quamobrẽ eſt cum alteratione coniuncta mu-
tatio inter ens & nõ ens,quæ terminat̃ ente: nam tum non eſt nigrũ,cùm album eſt factũ.& anteà qui-
dẽ fiebat albũ; nihilominus erat nigrũ,& quemadmodũ in productione ſubſtantiæ vltimũ non eſſe rei
quæ corrũpebatur,eſt idẽ cum primo eſſe rei quæ gignebatur; ſic vltimũ non eſſe nigri eſt primum eſ-
ſe albi: Neq. id prohibet ꝙ dealbatio ſit diuidua; nam quod attinet ad eſſe quod eſt comes eſſentię,&
formæ(per hæc.n.res eſt) hęc prorſus indiuidua ſunt: idcirco planũ eſt, ꝙ eſſentiæ contrariorũ nunq̃
conſiſtunt:

A consistunt: sunt.n.quasi contradicentia in eodē genere: quamobrem est ille progressus ex materia totus,& quanuis alteratio sit tēpori obnoxia, denominatioq. monstret particulatim succedere cōtraria, cùm in diuersis gradibus accidens possit cōmunicare nomen subiecto; at eorū formæ nihilominus indiuiduæ sunt; actus secundi sunt diuidui,qui itē sic aliquando prosternuntur,vt ne vllū quidem eorum vestigiū extet in sensibus nostris,sed sub contrariis vtiq.delitescant: nec minus iaceat forma cōsopita, q̄ anima,dū cibo somnoq. sepulta est: veruntamen hæc partitio interna non est,sed extrinsecùs, & ex euento,quandò per se quidem tota functio existit; at cùm pendeat ex motu impedimenti quod fit per successionē,etiam quodāmodò successioni obnoxia redditᵉ, sicut ēt cùm expergiscimur, sumus ab initio semisomnes,& obaudimus,post vbi crapulā edormierimus,vigilamus,& contemplamur;sic forma nisi superetur ab aduersario, ex illius vinculis expedita demū agit ex natura in cęteris successio per se adest quæ originē ducit à potestate materiæ, ꝙ si profligetur præualente contrario; materia gustante bonū,quod sperat ex altera forma; nouum habitū paulatim induit, & veterē deponit: ita tū vt quod accipit,& quod deponit,sit quidē formæ pars, forma verò nequaq̄, & exinde fit, vtᵉforma labefactata actus itidē secundi eneruentur,atq. frangantᵉ. Itaq. dupliciter minuuntᵉactus,& per se,vbi nihil adhuc de forma deteratur,& partibus eius,& ex consecutione,cùm forma afflicta nihil amplius præstare valet,& sicut æger diutius contēplari nequit,sed paruo negocio delassatur,& tamen integra mens est,sed

B corpus infractū,sic forma cōseruatur adhuc, sed causa materiæ paulatim deserentis redditᵉimpotens, vsq. adeò vt armis quasi de manibus ereptis oī præsidio destituta demū fatiscat: noua illa velut triumphans adepta victoria succedat,& actu veteris excusso suum proprium opponat. Hìc igitur actuū duplex est ordo, & graduū duplex, & actus quidem ante formā nouam qui externus est; alter qui fit ex habitu, ille quidē imperfectus; hic oībus numeris & partibus absolutus & gradus ēt proportione affectionis.s.& productionis à quibus itē consimilis aliqua forma induci valeat in materiā: ita.n.vrit ferrum candens,vt stupa ardens. Sed quemadmodum nō ille iustus appellatur qui agit aliquid iustè, sed qui agit ex iustitia; sic gradus illi non denominant qui sunt externi,verùm illi qui sunt ex forma: neq. minus in ea denominatione deciperemur, atq. ille qui iudicē auarum & iniquum, siquid iustè ageret; æquū virum appellaret: appareret sanè homini ignaro talis, non esset: ita nec aqua calida rectè dicetᵉ, sed incaluisse, & cui calida videbitur; is sanè sēsum iudicem nimis rudē consulet; rationem ad quam eius rei iudiciū pertinet,missam faciet,& eū similitudo fallet. Ibi igitur denominatio conuenit,vbi forma,& habitus antecedit. & ita pendet ex habitu nuncupatio,vt ēt si careat actu;tamen ex ipso dicatur, velut aqua,tametsi feruet;adhuc per habitum frigida perhibetur: cęterùm ꝙ inest in subiecto quod est actu,& intentio est mutatio quæ nascitᵉà materia circum eundē actū,atq. aliter,quàm in substantia cu-

C ius progressus eo ꝙ fiebat circum potestate substantiā,efficiebat,ꝙ res esset,& appellationem variabat; hìc actu saluo materia non mutat nomen. At verò siue sit intentio graduum per se in affectione,siue cum habitu,terminos habent; atq. in ortu quidem calidi sunt calidū & frigidum, in promotione verò secundi actus prima,& extrema pars sensilis: inter vtrunq. terminorū genus interiectū est inter,quod ēt sic distinguendum videtur pro rōne sensus, quatenus.s.ex progressu illo sensus euidenter immutatᵉ, & insignis oritᵉin ea forma differentia,hūi verò differentias etsi variis modis partiri licet; at perspicuitatis gratia ponunt octo philosophi. Intra hosce terminos includitur oīs potestas cuius priuilegio alterū è contrariis tendit ad interitū,atq. alterū intereunti succedit,& cùm ab actu actio producatur,à potestate perpessio,vtraq. agendo, & patiendo secū pugnant, donec aut afflicta iaceant, & concilientur, quia plus efficere nequeant,aut altero prępotēte quod inferius est in alterius imperiū cedat; inter eos aūt quibus eadē forma terminatᵉ, iacet oīs potestas quæ secunda vocatur. Veruntamen natura per se intendit, remittit per accidens, & per accidens corrumpit per se verò producit; quanuis vnius interitus cum alterius ortu,& vnius remissio cum alterius intentione perpetua societate iungantur. Itaq. vt extrema non cōsistunt,& cum absoluta quiete coniunguntur; sic vbi cœpit affici subiectū, & primus gradus est inductus,ēt summus eius gradus qui extabat,extinctus est, & ad septimū deductus promotio-

D ne facta vsq. ad secūdùm,sextus oppositus illi succedit,& sic deinceps,donec ille qui producebatur, ad octauū peruenerit,cum quo nihil amplius aduersi consistit,& tum finis erit oīs certaminis: intra extrema sese vicissim,vt tamen aduersa tolerant,& velut vna ciuitas continet: quidem seditionem, nihilominus animi ciuium,& arma disiuncta sunt; sic eadē materia retinet diuersos actus contrariorum,non planè perfectos,sed tamen repugnantes, & qui non amicè, sed ex impotentia componantur: at enim essentiæ repugnant omnibus modis.

Ex constitutis aliquæ dubitationes pelluntur, & nonnulla contra intentionem & remissionem disputantur. Cap. XXV.

EA quæ dicta sunt,mostrant nobis,quemadmodum motus se habeat ad mutationē. etenim in vniuerso motu inter se cohęrent,vt nunq̄ nisi ad extremū diuellantur: ac sunt iidem vtriusq. termini subiecto,rōne tantummodò segregati: nanq. mutationis termini sunt albū & non album; nigrum & non nigrū: motus verò albū & nigrum. nigrum paulatim deperit,& albū sensim producitur.& primò est albū secundùm affectū,& contra naturā; post fit albū secundùm naturā; ad extremum est albū. & cùm ad extremū sit,prius fieret, quod totū anteà fiebat, erat non ens: ergo inter albū & nigrum est aliquid inter quod appellatione extremorū quoquo pacto venit;excludit aūt ente,& nō ente: dealbatᵉ

enim & albescit,sed non dũ est album. Apparet itẽ ex dictis, vtrùm abiectio termini à quo,& cõparatio E
termini ad quẽ duo sint,an potius vnus motus.nam cùm motus quilibet è duobus terminis cõponatur
quorũ alter amittendus est necessariò,alter aũt contrahendus,& hic sit vnus ad numerũ motus: vnius
igit̃ amissio,alteriusq. contractio sunt vnicus motus. Neq. illud obstat quòd accidentia duo sint quæ
terminent vtrinq. motum,quia non efficiunt duos motus, nisi se habeant vtriq. & termini ad quos,
& vtriq. vt termini à quibus. Non est illud ẽt formidandum quod obiici video à nonnullis,plus & mi
nus respicere accidentiũ quorundam formas, vt illarũ proprietates quæ in ipsis intrinsecùs inhæreant;
quippe quòd dans nobiliorẽ effectũ formalem sit nobilius,& perfectius in essentia. Cùm igitur acci-
dentis forma sit hũi: in se ipsa igit̃ continebit gradus,nec forinsecùs accipiet. Nam forma per se ipsam
semper est perfectissima; si quid illi desit; alij,nẽpe materiæ caussa est adscribenda: ergo propter mate
riã dat effectũ nobiliorẽ,non simpliciter, sed simpliciter dat nobilissimum; verùm quòd impeditur ob
stinatione materiæ,plus minusũe nobilem effectũ cogit̃ exhibere. Quapropter formæ tribuitur per se
id quod illi alterius priuilegio conuenit,& per accidens. Attamen & alia grauiora sunt quæ nobis op-
poni queunt,quorũ rationem habere nos oporteat in hac quæstione,neq. in ea solùm,sed in quęstione
de motu inanimorũ de qua complura antehac scripsimus. idcirco prius q̃ progrediamur vlterius,con-
uellenda sunt, ne quis scrupulus animos nostros à veritate diuertat. Volumus,n.simul elementa mo-
ueri & gigni; & tum calidũ esse elementum, cùm fuerit genitum: aut si calidũ perhibetur esse forma F
substantiæ, sume rarũ: propterea duo sunt motus qui subiecto quidẽ conueniũt,sed rõne separantur:
nam subiectũ lationis,atq. alterationis est forma vetus; in noua forma motus vtriusq. termini inhęret.
At verò si ita sit,dicet aliquis, necesse est hæc absurda cõsequantur. Primum quòd non esset idẽ subie
ctũ quod alterabat̃,& alteratũ est,& ferebat̃ olim,posteà latum est: idem tñ esse debet subiectũ motus,
& formę q̃ terminus est ei⁹ motus: aliter accidẽs de hoc subiecto migraret in aliud. neque.n.tibi cõfu-
gere licet ad suppositũ quod cõe sit genito & corrupto: sunt.n.specie differẽtia aër & aqua. Deinde vel
est eadẽ calefactio qua afficitur aqua prius,q̃ fiat aër,vel diuersa,si eandẽ esse fatearis;ergo idẽ est calor
qui in aëre gignitur & aqua: nam si termini diuersi,ergo & motus.sed calor idem non est: quia sic ẽt
migratio sequeretur accidentis: nec igitur calefactio. Quòd si diuersas eas esse velis,alteratio fit in in-
stanti: fit.n.cum forma noua,sed hæc pũcto temporis existit,& calefactio igitur, ac perinde alteratio.
Tertiò alterabile quatenus huiusmodi,non desinit esse simpliciter,sed esse tale. Ergo calor in igni geni-
to non est terminus calefactionis aquæ. Postremò omnis motus habet terminũ intrinsecum,& medio
vacantem: vel ergo est terminus iste calor ignis,& magis q̃ forma eiusdem,vel est magis ipsa forma,si
primũ dederis;efficitur, vt accidentis forma natura præcedat introductioni formæ substantiæ: si alte-
rum fatearis,& calor igitur qui terminus est alterationis,ignis generationem consequetur: itaq. altera G
tio terminabitur ortu,& forma substantiæ. Quanq̃ nos ab initio libri professi sumus ea persequi de al
teratione,quæ suaipsius essent,& secundũ se,nulla habita ratione substantiæ,non ignari per se,& secũ-
dũ naturã,eam inseruire generationi substantiæ,illo verò modo erat à generatione secreta:cùm de ipsa
nihil adhuc ad generationem facta mentio fuerit;pro ea persona quam ille sustinet qui generalem de
motu disceptationem instituit,& ad hæc aliquid in præsentia dicemus. In primis igitur natura consũ-
lit generationi substantiæ,ꝙ illã maximè cupit esse,cùm sine illa nihil aliorum subsistere queat: ea for-
ma terminatur;ex hac omnes aliorum omniũ actus erumpunt,atq. ita vt locum ex forma prodire do-
cuimus: itaq. terminus aliarũ mutationum,non male creditur esse forma,neq. sanè,ꝙ sit internus, &
proprius mutationis cuiusq. finis: est.n.cuiq. destinata sua forma,lationi vbi, alterationi qualitas, &
quantitas incremento: sed quia formaliter esse inde accipiant;& quia natura satagat, vt substantiam ꝓ
ducat;ꝙ illa producta cętera quoq. consequantur;veluti medicus ille qui colorem bonũ ęgro restitutu
rus moderatur humores;illis.n.exæquatis exilit continuò color. itaq. forma eius prędicamenti secun-
dũ quod fit motus;est finis proximus,& internus alterationis,substãtia potius,cui potissimè natura pa
ret eiusmodi formam. Proinde factũ est,vt eorũ motuum rationem præcipuè videatur habuisse Philo
sophus qui perseipsos subsistunt. Deinde cùm sit aliqua actio,quæ habitui præcedat, atq. alia quæ na- H
scatur ex habitu;scire licet eas non esse easdem simpliciter,sed ad sensum,quippe ꝙ non ex causis eis-
dem,neq. easdem esse formaliter,sed vt ita dixerim, effectiuè,ꝙ eundem effectum pariant. Aut si rem
tibi diligentius enodari velis, accipe calorem,qui ab initio imprimitur ab altero,postq̃ substantia ge-
nerari cœpit extrinsecùs idem esse, differre intrinsecùs hoc modo, quia nimirùm cũ alteratio institua-
tur ad substantiam,& quo fit,vt calor quo substantia generat,sit eius instrumentũ, profectò & gratia
finis & efficientis erit idem: sed cũ in subiecto non insit eodem modo; quippe ꝙ modò vt passio, mox
vt habitus.vel natura,quia propriũ eius est inesse,ex differentia modi,quo inest,dico eum calorem: spe
cie naturaq. differre. Tertiò motum vnũ flagitare planè vnum subiectum;atq. illud quidem actu: sed
nunquid terminus eius motus esse debeat infixus in eodem subiecto,vt sit vnus? nescio satis sit'ne per-
petuum. fatebor equidem in illa alteratione, quæ separatur ab ortu,sic euenire;sed in omni necessariũ
esse negabo. Nam sicut vna est generatio lapidis; attamen generatio fundatur materia, cuius actus est
habitus,& aspiratio sicca,terminus verò est lapis qui specie differt ab aspiratione. & sicut in latione e-
lementi per se dictum est;ita quoq. de alteratione idem confirmare nihil vtiq. prohibebit. sat est illud,
si actu subiectũ consistat: consistit aũt,ꝙ habitus ille alteratur,ex quo factus est lapis. & hoc sufficiet,
ꝙ eadem sit materia,seu proxima,seu remota, vt subiectum in qua prima consistat ille motus quæ sa-
nè in re genita superest,& cuius beneficio quod alterabatur, post alteratum fuit. Aut ẽt longè melius,

A ꝙ cum eodem actu opposito qui est rei quæ corrumpitur; adest ĕt potestas ad actum nouum, & affectio præuia quæ specie non distinguitur ab actu nouo, sed vt imperfectum à perfecto. Cùm igitur in illa hypothesi inducatur qualitas in materiā, quatenus est potestas ad nouam formam, sic efficitur, vt idē sit subiectū quod antea gignebatur, mox existit. Quib. stantib. euitatur illa migratio quam aduersarij, vt rem absurdissimam opponebant. nulla, n. esset, foret sanè, si ex vna materia, & vno subiecto transiret ad aliud quantitate secretum: nunc idem subiectū, si non ratione, re saltem cōseruatur, & ex hoc tollitur obiectio prima. Secundū plura capita inculcat præter id, quòd accipit migrationem, quia calefactionem ponit in subiecto quod corrumpitur, & in subiecto quod postea genitum est; at in hoc nulla calefactio sed caliditas. accipit ĕt calorem in aëre gigni, & in aqua, atqui in aqua gignitur; sed genitus est in aëre. Neq. planè gignitur in aqua, sed ibi est passio, gignitur in eo quod est aër in potentia, & in hoc genitus est, neq. in hoc vt passio, sed vt habitus, & natura: propterea neq. hîc est alteratio verè, sed generatio. Quod opponitur tertio loco perturbare potest illos qui non distingunt finem cuius à fine cui, & in hac mutatione formam substantiæ finem cuius esse putant. Sed nos alterabile, quatenus tale, dicimus qualitate terminari, quod tunc est, cùm qualitas sic inducta est, vt ex potentia substantiæ non erumpat, sed ex potentia quali, & ad secundam speciem tertij generis, quo ad est: ex modo autem inhærendi in subiecto ad summum vsq. ad habitum deducatur, ꝙ aūt cum re genita sit vnà qualitas,

B id illi euenit ex ordine cuiusdam naturæ superioris, cui manet affixa propter natiuam suam conditionem qua est accidēs, non intrinsecùs, vt potest fieri quale, neq. ita vt qualitas sit alternationis terminus, sed consequens substantiam quæ genita est. Neq. tollitur ex hoc, quin calor in igni genito sit terminus eius calefactionis, quę fiebat in aqua, cùm & in subiecto calefactionis sit potestas, quæ per se terminetur caliditate, quę tamen suam essentiam cum ignis essentia consecuta fuerit; at non est terminus alterationis, multò, n. prius finem alteratio consecuta fuerat. Ad vltimum euertendum hæc omnia valent, nec sequitur inde, vt calor antecedat formæ substantiæ, ꝙ etsi calefactionis terminus est, & primus; at adest calor alterius ordinis qui superuenit formæ substantiæ, & ipsam sequitur ordine naturæ, nec quanuis ordine naturæ consequatur; idcirco substantia terminus est alterationis, addo etiam qualitatis, vt cuius, sed vt cui solùm. id verò ab aduersario probandum fuerat.

Mediorum speculatio proponitur; & multa de illorum natura tractantur. Cap. XXVI.

AB his eisdem primordiis originē media trahunt, de quib. ĕt speciatim plura dici solent. Sed vt res planior fiat; conducet admodum, si priore loco de mediorum partibus distinguatur quæ multæ

C sunt. Nam medium ex virtute distinguitur, vt. s. medium nuncupetur, vbi residet virtus; veluti cor in animali; sic tale medium foret ĕt caput, si quando ratio dictaret ex capite & cerebro, quod approbant medici, pendere functiones animalis; ac cùm in cęlo resideat virtus quæ patet per vniuersum mundū; idem quoq. & medium ab Aristotele, & caput à Proclo nominatur. Est ĕt mediū caussa loci, vt terra in medio, & in corpore animalis vmbilicus, eaq. ratione Delphi τῆς γῆς μεσόμφαλος & meditullium terræ dicti. Enna verò à M. Tullio vmbilicus Siciliæ nuncupata. Medium præterea dicitur ex comparatione, quando sic ad duo se habeat, vt alteri comparatum cedat, alterum verò superet; sic media vox est inter acutum & grauem, & eadem vox quæ ad alteram fuerat acuta, ad aliam potest esse grauis; & aqua media inter aërem & terrā, ꝙ aëre grauior est, terram verò superat leuitate. Necnon medium est inter plus & minus, idq. vel rei, vel ad nos. [a] rei medium est, quatuor inter sex & duo; siquidem ab vtrisq. distet æqualiter, ob id ĕt medium Arithmeticè vocatur, ꝙ in ea distantia conseruetur Arithmetica proportio: hoc idem est perpetuò, quod ad nos est medium, ratione habita eius ad quod refertur, medium constituitur: neque. n. inter plus est, ac minus simpliciter; sed cauetur ne illi plus minusúe sit, ꝗ oporteat, vt donarit C talenta magnum quid est viro priuato, sed Alexandro Macedoni parum. Ferdinando M.E.D. conueniet, & medij vim obtinebit. Hoc igitur medium, quia non est positum in

D æquali distantia, sed in analogia quæ consistit in eadem habitudine totius ad totum & partium ad partes quæ vocatur Geometrica, medium Geometricè dici poterit; & in hoc virtutis ratio collocatur, in eo quod plus, aut minus est, vitium. Dicitur item medium per negationem, atque hoc quidem non est formæ proprium, sed subiecti; tametsi non est vniusmodi: est. n. vel subiectum propositionis, in quo nulla existit habilitas ad extrema: nanq. lapis & albedo neq. praua sunt, neq. studiosa. Materia per se informis est; veruntamen accipit vicissim album & nigrum; & homo, qui neq. prauus, neq. studiosus est, vtrunq. fieri potest: est igitur medium per negationem, sed cum habilitate aliqua ad extrema. Postremò medium est per participationem, quod. s. ex vtrisq. contrarijs, siue extremis est cōpositum; & de hoc medio nob. hoc loco disserendum est de quo plura considerari solent. Primùm sit'ne inter omnia contraria medium. Deinde esto ꝙ inter omnia medium sit, an'ne specie distinguatur ab extremis, Necnon quomodocunq. distinguantur, sint'ne finita, an infinita. Præterea fiat'ne mutatio ab extremo ad extremum transeundo per vniuersa media. Vltimò vtrùm extrema virtute contineantur, an actu in mediis. De primo dubitandum fuerat propter auctoritatem Arist. qui contraria medio vacantia nobis proposuerit, vt bonam malamq. valetudinem & in eodem subiecto vicem contradicentium gerere voluerit par & impar (id. n. sibi vult, vbi loquitur [b] .i. de eo de quo verè prædicatur) idemque alibi sumpserit. [c] contrà de quo vtraq. opposita negantur, habere medium: atqui omnia opposita simul de aliquo negari queunt; multoq. magis in ijs apparet hoc quæ sine controuersia medio vacantia ponuntur

[a] 2. Eth. c. 6.
[b] 1. Post.
[c] 1. de cęl.

tur,vt in animali rationis compos,& brutum,in numero par,& impar. etenim si rationis compos,non E
est brutum,& si brutum,non est rationis compos.sed est rationis compos & brutum : ergo neq. ratio-
nis compos,neq. brutum.similiter si par,non impar,si impar,non par : sed par est & impar: ergo neq.
par , neq. impar. Quòd si illa medium possident de quib. vtraq. contraria negari possunt,& omnia cō
traria simul de aliquo negare licet,& oīa igitur habent medium. Neq. solùm constituit Philosophus
illa medium obtinere quod sit ex vtriusq. termini negatione,sed reipsa medium quod nimirum parti
ciparet vtranq. naturam,ex quo reipsa, & vi seiungeretur ab extremis. ex hoc.n.conclusit inter sem-
per esse & semper non esse medium intercedere,quod neq. semper esset,neq.semper non esset.esset au
tem caducum quod à necessario & impossibili segregaretur,quia nunc quidem esset, alias verò nō es-
set.Id sistat,vt infertur ab Aristotele;& talis est eius argumenti processus,aut igitur, inquam, illa pro-
positio vna est vniuersè vera,nec ob id rectè concluditur ab Aristotele ex maiore particulari in prima,
nec ēt sigillatim de re proposita,aut si vniuersè vera est,necessariò sequitur inter omnia quoq. opposi-
ta medium consistere.Et obiiciunt mathematici medium inter par & impar, nempe pariter impar,vel
impariter par,cùm illum metitur numerus in alterum ductus quorum vnus par sit,alter verò impar,vt
viginti quem metiuntur quattuor & quinq. Et medici opponunt neutram illam constitutionem quæ
media sit inter sanitatem & morbum.Verumenimuerò si de contrariis agimus speciatim,non de omni
bus oppositis vniuersè, vt facilè negabimus,omne oppositorum genus habere medium;nam quod me F
dium accipit contradictio? sic illis medium liberaliter concedemus.etenim contraria sunt quæ sub eo-
dem genere maximo interuallo disiunguntur : at vbi hoc interuallum maximum;ibi quoq. minus es-
se oportet vi materiæ,potestatis,& extentionis hoc afferente;hoc medium facimus. Verùm quia secun
dæ quæstionis solutio nititur eisdem fundamentis , vt breuitati consulamus ante q̃ quicq̃ dicatur ad
obiectiones; eam proximè subiicere constituimus. Erat aūt,vtrum'ne specie differant, an conueniant :
nanq. Auerrois auctoritas incerto,quid enuntiarent , reddidit insignes philosophos : ipse.n.defende-
bat medium ab extremo non specie,sed eo quod plus & minus est,discrepare. neque voluisse videtur
[a] 1 de cę. [b] 10. Met. T. 23. mixtum aliter ad simplicia se habere , [a] cuius rei testem afferre licebat Arist. [b] qui docens,vt inter al-
terum extremum,& medium fiat mutatio,prædicabat in medium,& ex medio,tanq̃ in contrarium,&
ex contrario fieri mutationem.Præterea si medium ab extremis specie differret,ab vno extremo ad al-
terum motus vnus,& continuus fieri non posset: siquidem vnus motus,atq. ille quidem continuus fie
ri vult per media quæ specie non distinguantur.Ex alia parte nob id non necessarium videtur;quia cū
medium simile sit vtriq. contrario,non magis erit mutatio inter album & viride,inter album & nigrū,
q̃ inter album,& album,atq. item album & nigrum : nam,quia cum medio conueniunt; ergo inter se
quoq. eadem erunt. Quapropter ego non ita generatim enunciari posse cēseo,verùm hic præterea de G
medio distinguendum puto: vel.n.medium est ex forma, vel ex materia. illud ex forma voco quod ꝑ
se manet,nec in alteram perfectiorem formam suapte natura contendit habens actum suum ipsius ꝓ-
prium, beneficio cuius in rerum vniuersitate consistit : contrà se habet medium quod a conditionib.
materiæ sumptum est;imperfectum est,neq. terminat motum secundùm naturā,sed ad formam perfe-
ctiorem præterea dirigitur,vt in substantia semen est,& fœtus: pari ratione reperitur hoc in quanto,&
omnib. aliis nisi ꝙ in substantia specie distinctum est, in aliis solet consequi nomen termini ad quem,
caussa antè exposita. Aimus igitur, vbi talia sint contraria quæ inter se commutari possint,ea verò nos
antea vocauimus secundū materiā;in iis esse necessario medium,sed cū medium sit duplex,vel secun-
dū formā,vel secundùm materiā, non necessariò fatemur inter omnia medium esse secundū formam;
sed planè secundū materiam: contrariis secundùm formam quæ inter se non mutantur,non repugna-
re medium profitemur,licèt illud sit secundùm formam,non secundū materiam.hoc illud est,quod ap
pellamus inter,ad quod natura prius procedit,q̃ perueniat ad extremum, & ex hoc in omni trāsitu ex
contrario in contrarium motus existit, successio & tempus; & de mediis quæ sunt secundùm materiā
inter contraria, quæ sunt eodem modo secundū materiā verè affirmari dicimus ea existere necessariò.
Sed quid de oppositione sanitatis & ęgritudinis, paris & imparis asseuerandum sit, enucleatius adhuc H
ostendendum est.Solet ita dici illa esse opposita,vt ad aliquid quib. non necessariò tribuitur medium,
siquidem sanitas sit æqualitas humorū,ægritudo verò inæqualitas, æquale aūt & inæquale sint ex iis,
quæ sunt ad aliud . Hoc,inq̃,dici solet; verùm neq. mihi arridet,neq. minuit difficultatem,quandò fal-
sò ponantur opponi,vt relatiuę æquale & inæquale, sanitas & ægritudo . illa.n.vt relatiua opponun-
tur,ad quæ vt conuertentia dicuntur;at æquale & inæquale,sanitas & ægritudo non sunt huiusmodi.
[c] 10. Met. itaq. auctore Aristotele opponuntur vt habitus & priuatio , [c] æquale sanè ad æquale refertur,& simi-
le ad simile,& æqualitas in humoribus qui inter se referuntur, vt in fundamento consistit . ꝙ si sanitas
est terminus ęqualitatis huiusce,refertur & ipsa ad humores, quorū est terminus, nihilominus est per
se forma & dispositio, vel habitus,quia non solùm in relatione quorundam, sed in certa eorum altera
tione consistit. Considerentur igitur vt formæ;fateor eas medio vacare quod est secundùm formam:
nihil.n.est inter sanitatem & ægritudinem medium quo natura vigens & valens terminet suos ꝓgres-
sus : tamen inter illas est medium transitus & materiæ.quapropter ex sanitate in ægritudinem,& con-
trà ex ęgritudine in sanitatem per alterationem,& tempore quodam proficiscimur. Tale medium nos
sanitati damus & ęgritudini.id quod est secundùm formam,negauerat Aristoteles. Neque neutra illa
constitutio medium est,quippe ꝙ sanitas & ægritudo sint habitus,& iudicentur ex actu,ꝙ perfectę fun
ctiones edantur , aut non , ac si minus , habeatur protinus ægritudo , si quidem sit è vestigio sanitas.

Atque

A Atq. illud animaduertendum esse duo rerum genera salubre & insalubre, quæ sunt potentiæ, vel impotentiæ de secunda specie qualitatis, sanum & ægrum, quæ sunt ex ordine dispositionis & habitus, inter hęc medium non est secundùm formam; neq. pertinet ad ipsa neutra constitutio, sed est medium salubris & insalubris, & pertinet ad potentiam & impotentiam; quare est ex alio genere. Sed enim media generis eiusdem esse volunt. Nec pariter impar, aut impariter par media sunt, neq. ēt secundùm formā, sed differentiæ paris & imparis omnis.n. numerus par, vel est pariter par, vel impariter par, & denique impariter par, vel impariter impar sunt ille quidem par; hic verò impar. at extrema non prædicantur sanè de mediis, sed planè, veroq. negantur. Quòd aūt ea de quib. vtraq. extrema negātur, media sint, id non necesse est: sequitur profectò, vt si media sint, vtraq. extrema de illis negari oporteat, at non idcirco, si vtraq. extrema de quopiam negentur, illud continuò medium sit: & (vt ibi nos admonet Simplicius) vim habet peculiarem in iis terminis quos assumpserat Arist. quib. (vt aiunt dialectici) caussa materiæ contingit, vt quod esset medium per negationem, idem quoq. medium foret per participationem. Cęterùm quia materiam in syllogismo spectare minuit auctoritatem syllogismi, & imminet periculum, ne principij petitio committatur, nisi fortè ad aliud consimile subiectum pertineat prędicatū, & si in proposito sumitur, ne ignotum statuatur, ēt liber hoc loco spectare, quid de propositionis illius veritate iudicandum sit. Equidem censeo, tu videris, Aristotelis effatum cum his conditionib. esse
B concedendum, vbi extrema de tertio non ex toto, sed ex parte negentur: nam sic pars alterutrius tertio relinquitur, aut ēt, vbi negatio vnius extremi cum altero non conuertatur: vbi hęc adsint, ei firmamento fidendū non esse puto. En tibi par & impar: idē valent vtriq. non impar. Cùm igitur vnius positio sit alterius negatio simpliciter, efficitur, vt inter hæc medium non sit. Eodem modo tollenda fuerat illa obiectio, [a] qua probari videbatur non esse de contingente ad vtrunlibet; determinatè verùm affirmare, vel negare quippe q̄ si affirmatio vera non est, non licebit verè enunciare rem esse, sed non esse, similiter si negatio non vera, neq. item verò asseretur non esse rem. quamobrem neq. erit, neq. nō erit res, & illa consequentur contradicentes simul esse falsas; & contingens tantum abesse, vt sit, & non sit; vt potius neq. sit, neq. non sit, contra communem hominum sensum. Nam cum esse & non esse sint opposita medio vacantia, vnius negatio alterum infert ex oppositis necessariò: sic non esse est negatio, neq. non esse est idem, atq. affirmatio: & non erit, neq. non erit idem valebunt, atq. erit & non erit; itaque etiā contingenti conueniet. Specta rursus semper esse & semper non esse & his opposita, vt negantia. profectò cùm constent hæc è duab. partib. supposito & apposito, & vtriq. possit accommodari negatio; contradicentia non adæquant opposita; & quia sunt de mō, hunc sic tollas; adhuc remanere potest suppositum, ex quo efficitur mediū. Etenim semper esse & non semper non esse, non reciprocantur
C neq. non semper esse & semper non esse; & à caduco tollitur semper esse & non esse, quod est modus; remanet esse & non esse, quod est suppositum. Vbi ergo sic se habeant opposita vt negatio vnius cum alterius affirmatione non reciprocetur, medium forma, & re possunt habere. Cùm his itaq. conditionibus succedit, vt ad terminos ab Aristotele assumptos aptetur ea propositio quæ non valet simpliciter. Sic igitur inter contraria medium ponimus, & generatim, si inter ea mutatio fiat: Sed quod pertinet ad quæstionem posteriorem, statuo media secundùm formam specie separari ab extremis, & totidem species inter extrema numerari, quot sunt eiusmodi media: sic alia species est viridis, alia fusci. Verum si medium fuerit, vt materia, hoc item dupliciter spectari posse reor, vel quatenus intuetur terminum ad quem, vel vt respicit terminum à quo, ac si cum termino à quo conferatur, puto ipsum speciē differre ab extremo, sicut album à nigro, dum corpus exalbescit, quoniam de eo quod est inter, accedit, de termino à quo deperit, & cùm id contrahatur quod est pars termini ad quem, existimo medium à termino ad quem, non sanè specie separari, sed vt imperfectum à perfecto, quæ quidem separatio non attingit essentiam, sed pertinet ad modum quo res ipsa est. In hunc igitur sensum puto posse defendi sententiam illam quam profitetur Auerroës, cuius dictis, quod in nob. erit, lucē semper adhibere, quæ philosophi auctoritas est, non grauabimur. id.n. solum Peripatetici student, vt veritatem omni necessitu-
D dini anteponant: & quanq̄ magna præceptorib. habenda est gratia, post vnam tamen & ipsi veritatem habeantur. Et illud carmē in ore sit perpetuò nob. quod in Cadmi nuptiis Musæ cecinere. Ὅ,ττι καλὸν φίλον ἐστί, τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστί. Quod autem pertinet ad argumenta opposita. Cùm dicitur ex medio, & in medium, tanq̄ ex contrario, & in contrarium fieri mutationem: fateor equidem hæc enuntiari de medio quod est forma: tamen ita dici, non quia reapse extremum sese prodat, & actum suum integrum saluumq. retineat, sed q̄ eius virtus in medio conseruetur, & q̄ aliquomodo vt idem, non omnino: & hoc sufficit Aristoteli ad id confirmandum cui studebat in eo loco; nimirùm, vt persuaderet contraria principia generationis esse, q̄ omnis mutatio vel fieret ex contrariis, vel in contraria resolueretur. Cùm verò post opponitur, non posse motum ab vno extremo ad alterū esse continuum; si medium specie separetur; id planè concedā, si medium fuerit, vt forma, veruntamen si fuerit vt materia, nihil obstare continuationi motus, immo si futurus sit motus, ēt dico necesse esse, vt plura huiusmodi intercedant: atq. illa quidem continuata, vt patet, ex definitiore talis medij. 5. Phys. aliter esset mutatio, subitoq́ fieret, cum fiat in tempore alteratio. & manifestò sit motus. Et obiectio nostra vim habebat, vbi medium prorsus idem cū extremo poneretur. Videamus nunc vtrum hæc media finita sint, an infinita. vbi rursus ad mediorum differentias confugiendum puto: siquidem si fuerint media materiæ, illa infinita esse negare nescio. sunt.n. materiæ pars, vnde exoritur infinitas, sunt partes motus qui propter suam continuitatem secatur in parteis quę in alias infinitè secari valent, si verò fuerint media for-

[a] Lib. περὶ ἑρμ.

[a] Lib. de sen. mę, hęc contra finita esse statuo: res quidem ab Arist.[a] confirmata nonnunq̃, & ita sensui patens, vt ab euidentib. ēt demonstrata fuerit à Lucretio. Nam cùm ea fuisset Democriti & Epicuri opinio, vt infinitæ atomi per inane volitarent, & quæ non natura secum differrent, sed ordine, positura, atq. figura, rerum tamen quæ fiebant ex atomis, figuras finitas esse voluerunt. nunc eædē rationes valent ad ostendendū ēt formas quæ inter contrarias intercedunt, esse finitas; quas cū ille poeta more consueto suauissimè expresserit, eas hīc subscribere ad verbum constitui: mitto rationem illam quæ atomorum est ꝓpria: nempe, si variarentur in infinitum figurę, fore item, vt corpora infinito sint auctu, & quorundā maximitas immanis futura sit; quandò sine adiectione corporum figura non immutatur: idcirco si in infinitum figuræ variabuntur; & in infinitum atomorum adiectio fiat oportebit: neque.n. ipsi putant, vt Arist. vnius formæ productione alteram corrumpi; & superstitem esse materiem quæ vicissim capiat omnes formas eadem permanens; sed suam cuiusq. atomi figuram certam esse volunt quæ nunq̃ mutetur: itaq. atomorum adiectione quanq. immutari defendant necesse est. Hac igitur ratione missa cęteras adscribam quæ cum Peripateticis item concordant, sunt verò huiusmodi.

„ *Iam tibi Barbaricæ vestes, Melibœaq. fulgens*
„ *Purpura Thessalico concharum tincta colore; &*
„ *Aurea pauonum ridenti imbuta lepore*
„ *Sæcla, nouo rerum superata colore iacerent:*
„ *Et contemptus odor myrrhæ, mellisq. sapores.*
„ *Et cycnea mele, Phoebeaq. dædala chordis*
„ *Carmina consimili ratione oppressa silerent.*
„ *Namq. alijs aliud præstantius exoreretur.*
„ *Cedere item retrò possent in deteriores*
„ *Omnis sic partes, vt diximus, in meliores.*
„ *Nanq. alijs aliud retrò quoq. tætrius esset*
„ *Narib. auribus atq. oculis, orisq. sapori.*
„ *Quæ quoniam non sunt in reb. reddita, certa &*
„ *Finis vtrinq. tenet summam; fateare necesse est*
„ *Materiem quoq. finitis differre figuris.*
„ *Deniq. ab ignib. ad gelidas hiemisq. pruinas,*
„ *Finitu'st, retroq. pari ratione remensu'st.*
„ *Finit enim calor ac frigus, mediq. tepores*
„ *Inter vtrunq. iacent, explentes ordine summam.*
„ *Ergo finita distant ratione creata:*
„ *Ancipiti quoniam mucrone vtrinq. notantur,*
„ *Hinc flammis, illinc rigidis infessa pruinis.*

At verò si illa infinita, quæ sunt materiæ; forte vereberis, ne per omnia fiat transitus, propterea quòd infinitum permetiri nequeamus: aut si vniuersum motum natura absoluit; ne sint infinita. Cęterùm nos idem iudicium de hac re faciemus, atq. Aristoteles de punctis in spatio contra Zenonem: dicebat autem ea vel actu, vel potestate sumi; ac si potestate fuerint, infinita quidem esse, sed tamen, quia potestate forent; transiri posse. at vbi sint actus, eadem esse finita; quapropter illis nihil obstare, quominus tempore finito absoluātur, sic nos de nostris medijs asseuerabimus: etenim aut potestate sunt, aut actu; atq. potestate quidem si accipias, infinita sunt sanè, sed tamen transiri queunt: q̃ si actu extiterint, ea sunt finita necessariò. itaq. & transiri possunt; & necessariò transeunda sunt, si perueniendum sit ad finem motus. Sed siue sint media materiæ, seu formæ, minus distant ab extremis, q̃ extrema ipsa inter se: proinde minus contraria, cæteroqui contrariorum definitio periret.

Sint'ne media magis opposita, quàm extrema, & quæ'nam sit eorum constitutio. Caput XXVII.

[b] 3. ad Eud. c. vi. SED nos ab hac sententia reuocat auctoritas Arist.[b] qui testatur apertissimè medium magis aduersari extremis, q̃ ipsa sibi, & rem exemplis illustrat, suiq. dicti caussas affert: distat.n. inquit fortitudo magis ab audacia & timore, q̃ à timore audacia. Et profectò magis illa distant, quæ nunq̃ consistūt, q̃ ea quæ vnà constant. Sed fortitudo nunq̃ cum audacia, timoréue consistit, audacia cum timore constat, vnde nomen impositum vitio timidaudacia. Magis igitur opponitur extremis medium, q̃ ipsa sibi. Tùm etiam q̃ contraria maximè distant. Extrema non maximè distant: nec contraria igitur: etenim si cum medio conferantur, plus ab illo, minusúe discedunt: ergo & plus. minusúe à seipsis: atqui contrariorum distantia terminata sit oportet, eademq. maxima: nam caussæ ob quas extrema à medio nō semper eodem spatio disiunguntur, multæ sunt, & raritas, vt eorum qui voluptatum venerearum sensum non habent, qualem fuisse ferunt Xenocratem, & frequentia, q̃ ad aliquam actionem nimium ꝓpensi simus, & similitudo vitij cum virtute, vt audaciç cum confidentia; sic enim minus distare videtur extremum à medio, maximè verò illud in quod frequentissimè labitur. Sed in virtute & vitijs duo spectare licet materiam quæ sunt actionum subiecta, & eorum formam, in actionum subiectis plus & minus inest. Verùm neq. plus neq. minus variant actionis formam, quandò plus, & minus, & mediocriter

A ter esse queunt ex virtute: hoc variat ꝙ id quantumcunq. sit, rectè se habeat, aut non, & hoc est mediū illud quod virtus ipsa conectar, ita vt medium hic non sit, vt in alijs reb: ex extremis nimirùm refractis, aut ęquè distātib. ab extremis, sed per analogiam, quemadmodum supra dictum est. Sic igitur virtus actu plus & minus accipit, sed ex hoc non informatur, informatur aūt ex eo, ꝙ plus & minus accipiat rectè, quantum. s. conuenit: quicquid transilit hos fines, id vitiosum est. Si igitur actionum formā respexeris, est prorsus virtus contraria vitiis, & vt rectum non recto opponitur, atq. adeo vt ipsa in hoc genere extremum sit, ꝙ nihil melius, vitia cùm mala sint, & sint pręter illam mediocritatem, fieri ēt poterit, vt consistant: sic enim contraria non sunt: neq. enim plus & minus est in contrariis simpliciter. veruntamen si discessum consideres ab eo medio qui iam vitiosus est, vnde vitij ratio deriuatur, non dubium est, quin plus distet exuperatio ab imminutione, & vitium à vitio, q̃ vitium à virtute. Cōsiderabat igitur ibi Aristoteles virtutem ex forma, non ex actionum subiectis, & virtutem cum vitiis in genere conferebat: itaq. testatus est medium magis esse contrarium extremis, q̃ extrema sibi ipsis, sed speciatim vitia considerata magis distant à seipsis, q̃ à medio. Quamobrem sicut in corporis morbis ꝓpulsandis (contrario verò propulsantur) quo maior est eorum vis, eò quoq. acriorib. remedijs vtendum est; sic & animi morbi, non virtutib. & medijs, sed extremorum oppositione pelluntur; & in iis corrigendis eodem planè modo contingit, àc si lignum dirigere placeat: ipsum. n. valde in oppositam

B partem flectimus, vt medium quod rectum est assequatur. Idcirco Terentius artificiosissimè Demeam correcturus ex auaro non liberalē, sed profusum fingit, ita. n. ipsum agere oportebat, vt in bonum statum quandoq. deduceretur. ex hoc ortum sępissimè, vt dum vitia fugiuntur, in contraria curratur. Restat illud vltimum explicandum, quemadmodum media componantur ex extremis. Hoc quidem circunferri solitum, & quod in rem iam iudicatam abiisse videatur, ex extremis media non materialiter existere, sed ex eorum virtutib. siquidem exemplo colorum commoti, qui non ex extremis albo & rubro componuntur, sed ex eorum principiis lucido & opaco, sic aliorum generum mediis euenire opinantur. Equidem vt ita mihi placet esse illud compositionis genus quod ex extremorum principiis cōstat, sic neq. id ad omne mediorum genus arbitror attinere, neq. in eisdem colorib. huiusmodi esse perpetuò profiteor. Rem ego longius à capite arcessendam puto. Sit igitur prima compositio quæ latè patet, rei. s. & rationis, tametsi quas ipse mihi sumpseram partes, eas oratio doctissimi Perrerij quondam præoccupauerat, sed mihi necessitatem attulit paullò plura dicendi sententia eius. hanc ipse compositionem vocauit physicam & metaphysicam. Audi nunc eam esse metaphysicam in qua ratio supponitur actus, sicut habitus in priuatione. Cęterùm extrema atq. contraria, licèt inter se sic habeant, vt vnū vim obtineat habitus, alterum priuationis, at ad ipsa media rationem sustinent actus: etenim viride ad

C album est nigrum, ad nigrum verò album: & quanq̃ primo adspectu apparet medium ad contrarium perfectius rationem priuationis obtinere, ad imperfectius aūt habitus: at si spectemus naturæ ꝓcessū, quatenus altero extremo terminatur, ad id quod eiusmodi non est simpliciter, ita se habet vt habitus, & forma; neque aliter àc vltimum non esse in interitu ad ea quæ vltima non sunt, & perfecta priuatio ad imperfectam, quæ sanè in natura simpliciter est res imperfectissima; nihilominus in ordine suo perfectissima, & prima ratione, quoad in imperfecta priuatione ratio perfectæ continetur. Itaq. ad contrarium perfectum simpliciter alia se habent tanq̃ priuationes, ad imperfectum velut habitus, ad vtraque vt prima ratione & in suo ordine absoluta, sicuti priuationes ad habitus: primam illam habitudinem cæterorum vt priuationis ad perfectum exemplo illo nob. illustrauit Aristoteles, siquis in corpus solis aciem intendat, ei primùm lux apparebit, mox gradatim reliqui colores eo ordine quo distāt à lucido & albo, ad extremum videbitur nigrum. Altera habitudo manifesta est in mediis quæ secundùm materiam dicimus, quæ partim constāt ex termino ad quem qui est forma, partim ex termino à quo qui est priuatio, quo quo natura progrediatur vel ad album, vel ad nigrum. in mediis secundùm formam potest fieri planum, quia contraria tantùm perfecta quæ est maxima distantia, finiuntur; mediorū nec extrema distantia, neq. perfecta est. Atq. hæc compositio tolerat speciei simplicitatem. Ita igitur de

D mediorum compositione, quæ metaphysica nuncupatur, constituimus. Sed veniamus ad physicam, ea est compositio sicut ex materia, ꝙ duo diuersa reapse ad vnius medij productionem cōcurrunt: illam ex extremorū principiis existere te admonui, neq. illius testes adhibere opportunum; & ab Aristotele de colorū principiis asseueratum. Illud ego te docebo nunc, non omnia media ex extremorum principiis esse composita, sed aliud mediorum genus in natura reperiri. Hoc vt optimè percipias, ante accipias oportet, actus oppositorum duplices esse in materia, quosdam qui nunq̃ ab ea materia diuelluntur, in qua sunt, neq. agunt, nisi in contiguum, hoc est, vbi sunt cum sua materia, veluti siccū non agit in aquā, nisi cum ipsa misceatur; alij sine materia cōmunicantur, vt ignis, dum nos eminus calefacit. & lux quæ sine materia potest illuminare perspicuum; atq. horum est species, vel imago quædam. Cùm multiplex ergo sit actus. aimus ēt ex illis media componi varijs modis, vel eorum participantia materiam, vel illorum species solùm. & quoniam lucis est potissimè speciem à seipsa fundere quod est lumen; ēt talis compositio frequentissima & maximè propria est illorum quæ constant ex luce. Sed & materialiter componuntur medij colores, & ex actib. extremorum. Proinde colorū cōpositio triplex ex extremorum principiis, ex extremis ipsis, & ex eorum imaginib. eamq. si velis in vltimas vsq. partes diducere, addes ēt ex extremis in actu compositionem bipertitò se habere; siquidem fiant, vel per superpositionem, vel ēt per mixtionem in minimas particulas extremis dissectis, atq. vbi imagines cōfundantur; id fiet ꝙ vel per anaclasin & reflexionem, vel per diaclasin & perfractionem, vel more. s.

speculi repercutientis lumen, vel more τῶ σφέκλω, & specilli transmittentis. De imaginum confusione te dubitare non patiuntur ea quæ in iride apparent & virgis, quæ itidem in collo columbæ multis mo- E
dis coniugata, necnon in coronarum fabrica spectantur & opera textorum, de quib. speciatim meminit Arist. in Meteoris; [a] sed accuratissimus præceptor de mediis illis meminit tantum quæ ex reflexione nascuntur. at de illis alteris quæ fiunt ex perfractione, etiam mentionem optici fecere, quemadmodum Vitellio,[b] dum de aërearum impressionum constitutione dissereret. 1. autem Meteor.[c] docuit Philosophus de colorum compositione, cũ igneum per atrum perspicitur & apparet puniceũ; idemq. scripsit de mixtura colorũ quæ fit à pictorib. in qua cum extrema sumuntur, sed ad minimas partes deducta, sensum mouere non possunt, nec mixtum corpus existat sine colore, iam purum non potest apparere; relinquitur ergo, vt appareat medium. [d] Quod igitur ars præstat sola diuisione, neq. aliis ingeniis, aliisúe machinis, cur non & natura, quæ subtilius diuidit, efficere poterit, & in colore præsertim; cuius magistra melior est natura, q̃ ars, quandò multi sunt colores, quos artifices imitari nequeunt? quod item contingit in colorib. cur item in saporib. & odorib. euenire non poterit? Nam ꝙ actu sint extrema in mediis vbique, quod ita nonnulli approbant. Cùm media, si cum extremis conferantur, ad vnũ sint magis, ad alterum minus, & ei quod magis & minus est, esse supponatur, ꝙ idcircò etiã ex illis actu cõponantur refractis sanè, sed adhuc suam naturam conseruantibus non placet. Et facilè est iridis experientia tollere hoc placitum. Neq. me valde mouet ea ratio, quippe ꝙ non credam id necessariò se- F
qui. Ei quod magis est & minus, supponi esse. Ergo aliquid actu subesse. Nam dicam satis esse ei quod magis & minus est, si supponatur esse simpliciter, vel actu, vel etiã virtute, idest illius principia: nam cęteroqui virtute, idest. actu primo supersunt ea quoq. quæ actu remanere profitemur, tollet.n. actus eorum, & in aliquid aliud quodam modo degenerat, dum remittitur. Nec illud prętermittere libet, quòd in mixtura medij actus & ex eo constare possunt quod est secundùm naturam, & ex eo altero, quod inest per passionem. Verùm ꝙ hoc essentiam medij non immutet, tantum hîc insistamus, quantum rei natura flagitat. His expositis ad intentionem redeamus, & cùm viderimus quemadmodum contraria, media cohærent, super his veluti fundamentis extruamus solutiones argumentorum quæ contrà allata sunt, & reliqua decernamus quæ sequuntur ex illis.

Ad ea quę contra caussas intentionis & remissionis obiecta sunt. Cap. XXVIII.

MAGNAE quidem plagæ, sed quæ nostris artificiis declinari, atque repelli possint. Ea prima. Si contraria simul permanerent; etiã contradicentia constarent. Scire autẽ licet, tametsi vniuersę oppositiones ad contradictionẽ referuntur; nihilominus non esse oppositiones medio vacantes, veluti G
contradictio, sed faciem contradictionis habere solum, ꝙ vnũ alterius negatio sit. Deinde cum subeunt contradictionis non simpliciter sumpta, dũ singula cõponuntur, quatenus sunt in actu perfecto, neque enim necesse est, vt si de quodã negetur alterum, ꝙ illi oppositũ de ipso verè affirmet, quod in contradicentibus eueniat necesse est, sed quatenus mutantur, & in iis habet rõ terminorum: nanq. alterum ex illis fit oportet, quousque mutatio fuerit absoluta; perfecta verò mutatione illud amplius non est; hoc iam existit. Propterea negamus fore simul albũ & nigrum; simul album & non album. erit enim album donec mutatio cõsumetur, vbi illa fuerit ad finẽ perducta, non erit albũ, sed nigrum. Credas ea fortasse non pugnare, ꝙ remissa cõsistere videantur: nihil profectò minus: etenim hoc est esse contraria, quòd in eodẽ subiecto inter se confligant, & quantũ actus alterum imprimit, tantũ de alterius actu repellat, & illud præstat oĩs natura, vt se q̃ maximè tueatur, & in optimo statu cupiat esse; itaq. ab actus opprimentis seruitute se q̃ primum liberare conatur; quanq̃ in hoc officio sæpissimè ponit aliqua mora propter ambiens quod nunc huius elementi, aliàs illius hebetat, vel acuit vires, & quadã fatali vicissitudine modò huius, mox alterius operas adiuuat, atq. impedit. nec illis insidet concordia; verùm si multas quæ q̃ primum in bellũ manifestum sit eruptura. manent.n. non consociata, sed ad tẽpus induciæ pactæ. Deinde cùm opponitur contraria secũ magis pugnare, q̃ media: media verò simul consistere non posse. Hic te puto meminisse distinctionis mediorum, & ꝙ altera originẽ ducunt ex forma; H
atq. altera ex materia. nunc quæ sunt ex forma in vnũ coire nequeunt: actus.n. vt inquit Aristoteles,[e] suapte natura separantur, nec ex illis vnũ fieri põt, sed sicut ex mediis actu vnum fieri non põt, sic neq. extrema conueniunt in vnum. Si materiã considerare velimus: hæc rursus, aut accipiuntur, dum contrariũ gignitur, aut quoad sunt aliquid in materia, & dum gignit quidem contrarium; neutiquam consistunt, ꝙ aliquid eius intereat, quod se habet in terminũ à quo, si respexeris actũ; manent quidẽ in eodem subiecto, sed simultates inter se gerunt, & sine intermissione inter se affligunt. Falsum quoque est illud quod in tertia rõne sumitur: nempe formas contrarias esse simul, vbi sint nigrum vt quinque, & albũ vt tria: quandoquidem hęc non sunt absolutè contraria, sed obseruandum, quod nam subeat cõditionẽ termini à quo: illius.n. ratio conseruat, sed cõtinuè potestatis gradus regrediũtur ad priuationẽ: alterius actus accedit qui est terminus ad quẽ, & aliqua affectio succedit in materia; prouehiturq. potestas: ac si secundos actus accipimus; eorũ variatio fit ad plus & minus: neq. fit motus ad id quem terminũ à quo constituimus; verùm ad oppositum. ac siquando pugnent, vtraq. suas vires exerentia; neutro victoriã obtinente fit tertium. Non igitur vnà fit motus ad contraria; quamuis actus vtrinsque varientur, etsi ex æquo certant; variæ materiæ portiones variis motibus aguntur ad id quod est pręter naturã deductæ, & intrinsecùs ad habitũ proprium perpetuò contendentes, sed ꝙ retunditur impetus;

in tertium

[a] 3. Met. c.2.

[b] Lib. 10 Optices.

[c] C.5.

[d] Lib. de sen. c.3.

[e] 7. Met.

A in tertiũ necessariò migrant. Itaq. idest ex consecutione,& ex necessitate materiæ; si proprias vires elementi respexeris: ii quantum alteri interiore possunt, ex ordine naturę superioris. Quãtum est de postremis obiectionibus eæ quidẽ verè concluduntur: etenim formæ contrariorũ nullo modo consistũt; cùm vltimũ non esse vnius sit primum esse alterius. sed nos actus ipsos secundos cõponimus,& actum vnũ præter naturã cum altero conglutinatũ facimus qui est secundùm naturã,ac retinemus habitum. Quòd si habitus aliqua ex parte labefactetur; adhuc manet forma,cõmouetur materia; ex hac graduũ varietas orit. Idcirco ex hũs argumentis non tollitur,quin contraria sint in eodẽ subiecto, quomodocunq. id eueniat,nec ob id,si cõsistentia formarũ excluditur,prohibetur, quominus sub eadem forma materia proficiat in gradibus,seu non dũ contractus fuerit habitus,siue iã contractus ad perfectũ prouehatur. etenim est eadẽ candoris essentia,siue diei vnius, seu mille annorũ sit, & eadẽ vsq. ad interitũ in eo quod interit, in octauo & primo gradu,& postq̃ genitũ est,in secundo & octauo; in infimo & sũmo; & quidẽ ante speciei productionem plus & minus accipiens ex participatione cõtrarij, & tum res adhuc perpessa est,nec dum qualitas constituta; postq̃ verò noua qualitas insedit. eadem specie permanente plus & minus admittens ex proportione materiæ. Sed hoc in iis quæ mutationi subiecta sunt. Est & aliud plus & minus, quod respicit essentias,& hoc itẽ pportione easdẽ caussas obtinet; nimirùm participationem primi cuiusdã actus: itaq. in illis aliqua species continet potestatis & priuationis, vt

B in entium serie Dei O.M. vnde oẽ esse,bonumq. deducitur; non sanè per aliquã naturæ possessionem, veluti partẽ,sed cõmunicationem virtutis, quam id quod optimũ est, suapte natura largitur, neq. non cõmunicare põt. Verùm vt D. in entium serie: sic alia quæ sunt in ordine suo prima,& actus, posterioribus largissimè suppeditant; ea verò pro rõne participationis magis minusùe perfecta sunt. Gradus hic oĩa rerum interualla cõplectitur,& inter ea non solum conspicit, quæ in diuersis prædicamẽtis collocantur,sed inter illa ẽt quæ sunt generis eiusdẽ,& vt dictum est, qualitatibus non dum perfectis attribuitur,& declinatio naturæ propriè nuncupatur sine contrarij participatione consistens. Sed hîc vrgemur iterũ à sophistis qui tribus pronunciatis,vt fundamẽtis disputationis futuræ iactis hoc modo nos arguunt. In primis.n.sumunt. Formam cui quidpiam aduersetur,non expelli,nisi altera inducat, quæ cum ea simul cõsistere nequeat,velutí nigrũ,vt septẽ,neq. remitti,neq. deleri põt,nisi accedat album, quod sit vt duo: nanq. tantundẽ extentionis est in vtroq. contrario, cùm vtraq. sint extrema,& termini cuiusdã spatij,vt à quo,& ad quẽ,& implicata potestate,& actu,vt tantũ habeat vnum potestatis ad reliquũ,quantum est in se ipso de actu. Quamobrẽm si totũ hoc spatium distinguamus octo gradibus & iã affici incipiat alterũ è contrariis, accipient ab efficiente vel partem actus,vel potestatis, & de actu proprio aliquid amittet. Igitur si spatia potestatis & actus inter contraria sunt æqualia; tantudem erit

C quod amittet,quantum est id quod accepit & contrà. Secundò statuunt. Quando formæ sint æquè intentæ,quicquid vni repugnat,alteri quoq. repugnare,vt si duo nigra fuerint in eodẽ gradu, vel album & nigrũ consimiliter affecta. Postremò etiam ponũt dimidia formæ eiusdẽ æqualis esse perfectionis. Ex his conclusionem sic efficiunt. Primùm si intentio & remissio fiunt ex admixtione contrariorum; formę asystati simul in eodẽ permanebunt. Ponamus.n. induci albedinem vt sex,quæ nigredini æquali repugnet: cùm ẽt singularũ dimidia sint æqualia,pugnabit itẽ albedo vt tria,cum altera nigredine quę sit illi æqualis: certabit igit multò magis albedo quæ est vt sex,cum ea nigredine quæ est vt tria. Quòd si hæc vnà nõ consistunt: non ergo remissio fiet ex accessione cõtrarij,vel ea quæ simul esse nequeunt, in eodẽ reperientur; id verò esse non põt. Deinde sequeretur potestatẽ,aut vim quæ in intentione comparatur; in fine intentam fore,sed hoc abiurdũ esse infiniti ingeniũ ab Arist. explosum conuincit,quia tantũ accedit de contrario quantũ amittit de altero certa proportione conseruata: atqui id quod amittitur,ita deperit,quia.s. vnum eius dimidium,deinde reliqua pro rõne delentur & quoniam ea diuisio tendit in infinitum, sic & per infinitas parteis inetio formæ contrariæ succedet. Tertiò necessarium,& verum plus & minus accipient: nam siue illis opponatur aliquid vt priuans,siue ẽt positiuum; necessarium videt ex eius participatione,vel actu,vel virtute,nil refert,existere plus & minus. Et certè vero

D opponit falsum, & necessariò quod fieri põt aut non,& contingens. itaq. & minus verum minusq. necessariũ existere videbitur: at quid eius,quod fieri non possit,aut contingentis, aut falsi perspicimus in conclusione? Postremò naturalis motus fit in fine velocior: atqui ab eius initio quid illi vt contrariũ aduersatur? nihil vtiq.. Hæc nobis aliquid negocij facessunt; attamen ex iis quę partim cõstituta sũt, partim mox adscribentur; vt opinor,conuelli poterunt.& oĩs falsitas est posita in secũdo, & tertio pronunciato. Nam quod ad refutationem secundi pertinet: redire oportet in memoriã eorum quæ decreta sunt anteà de latitudine contrariorum; videlicet in eo spatio quod interiacet inter actus perfectos, & extrema quæ terminorũ à quo,& ad quem vice funguntur, duplicem inesse habitudinem; alteram potestatis,atq. alterã actus; & potestatis quidẽ,quæ promouetur ad actũ,sed cùm in eo progressu spectetur geminus actus; vnus.s. eius,quod succedit (nam si non simpliciter actus habendus est,eum quoquomodo participat) atq. alter eius quod deperit qui ad exitũ motus vsq. permanet; de ẽt illo qui proprius est eius quod interit; tantum amitti pro portione opus est, quãtum illi succedit de eius actu quod gignitur: tantum verò de hoc actu succedit,quantum potestatis in eo contrahitur quod corrumpit: itaque potestas & actus illi paribus interuallis,sed è conuerso in eo quod interit,distincta fuerunt: aliter vltimũ non esse vnius cum primo alterius esse non conueniret,& duo actus oppositi consisterẽt, vel materia quandoq. spoliata contrariis esset. Cùm igitur actio fiat ab altero contrario quod est actu, & sibi vicariũ substituit in materia,potestatẽ incutiens,seu promouens ad actum; propterea materiam

gradatim & partibiliter occupans, & informans; necesse est, vt quicquid excedit eius spatij limitibus illud nonmodò contrarium sit; verùm neq. simpliciter à natura toleretur, quod intra eos terminos cõtinetur, id contrariũ quidem sit; nihilominus in materia consistat: immò consequatur hoc necessariò ex ordine potestatis & actus, vt, si tanta est amissio præsentis, quanta est cõparatio succedentis; quod residuũ est actus antecedentis, illud habeat adnexum quod adæquet eam partem quæ collapsa fuerit, vt si quod est frigidũ vt octo, cõmoueatur tribus potentiæ gradibus & accipiat tantundem actus alterius oppositi; efficiatur vt quinque. sic quinq. huius tria alterius admittũt, & sic deinceps, & certè aliquid hîc violentis adest, & contra naturã, vt fit in interitu rerum; tamen eiusmodi, vt consistat, & ex necessitate consistat. Proinde etsi albũ vt sex, & nigrũ identidem vt sex habent æqualia repugnantia in gradu: neutiq̃ tamen ipsa consistunt: excedunt. n. terminis illis qui contrariis assignant, & vnà consistunt album vt sex, & nigrũ vt duo; necnon nigrum vt sex, & albũ vt duo; at non vtraq. vt sex. & hypothesis repugnantiã à consistentia non distinguit. Accipit & hypothesis tertia falsum: vtpote formas intentioni obnoxias diuidi in dimidia quæ sint æqualis perfectionis. sunt. n. partes illarũ in superioribus veluti imperfectũ in perfecto, vt primus gradus in secundo, & hic in tertio; vicemq. materiæ subeunt. posteriores aũt continent præcedentes, vt materiã; quapropter non separant à prioribus. itaque nec diuidi possunt; nec si diuidantur, eandem retinent perfectionẽ. vt si album vt quattuor in duo & duo partiamur, nõ est oĩum horum perfectio par, sed duo posteriora sunt longè perfectiora prioribus, tametsi nõ separantur ab illis, neq. re, neque cogitatione. Aliud aũt est res cogitare sub elementis A. B. C. & numeris, vt pleriq. sophistę consueuerunt; aliud est rem ipsã ex natura perpendere: hoc philosophi est, illę λῆροι λήρων, & meræ nugę. atq. idem illis euenit, ac monuerit Arist. [a] iis accidere qui ea quæ numerorũ characteribus conueniunt, tribuant rebus numeratis, & illis ẽt qui ea quæ quadrant in voces, rebus ipsis adscribant, quæ per voces significantur. Hoc ergo cùm vsurpatum sit in prima rõne, falsitas assumpti per se auctoritatẽ labefactat argumenti. Ad secundùm verò dicimus eos fuisse deceptos, ꝙ putarint in intẽtionibus contrariorũ seruari proportionẽ Geometricã, quæ procedit per proportionẽ continuatã à quattuor ad octo & à duobus ad quattuor, vel contra ab octo ad quattuor, à quattuor ad duo, ab his ad vnum, & sic tẽdit in infinitum; cùm proportio cõseruetur arithmetica quæ semper retinet exuperantiã finitam, vt ea quæ à quattuor ad quinq. ab his ad sex, & contrà à sex ad quinq.; hæc aũt semper est finita. Tertium verò diluitur indicata intẽtionis analogia; neque. n. par est in oĩbus eius ratio, siquidem fit ibi potissimè, vbi præstò contraria sunt, & prima illa quorum vis est actuosa, vel patibilis, sunt verò quattuor primæ qualitatis, mox vbi secunda contraria; tertiò cùm adest opposito priuans; nã plus existunt, quo plus habent actus; etsi solet hũi participatio priuationis, & actus indiuiduo consistere, & ad essentiã respicere, neq. subiacere transmutationi, aut circũ idem subiectũ mutari, vel ab eodẽ participari subiecto. Tale aũt genus oppositionis habent necessariũ & æternũ, ac verum: neq. verò plus minusúe accipiunt, ꝙ aliquid falsitatis insit in conclusione: verùm quia præstantiore modo insit necessitas in principiis, quàm in conclusione. siquidem vt in caussa sit in principiis, in conclusione verò, vt in effectu; & ibi per se, hîc propter aliud. Quòd verò de graui & leui opponitur, & habet caussas contrarias, & positiuas per se, & per accidens & per se resistentiam ex habitu contrario, dum res generatur, & per accidens impediens quod repellendum est, postquam genitum fuerit; vnde extat maior minorúe participatio tarditatis.

[a] 1. Eléch.

Explicatur, vt qualitates in corporibus simplicibus sine contrario plus & minus accipiant. Cap. XXVIIII.

SED vnde huc digressa est, eòdem redeat oratio. Nos igitur quãtum attinet ad eas quæstiones quæ ab initio propositæ fuerant de elementorũ qualitatibus ita dicimus, alterã tantùm qualitatem vni elemento primùm conuenire, neq. solùm eã qualitatem primùm dicimus elemento illi insidere, si cùm socia conferatur, quemadmodũ D. Thomas opinatus est, sed ad alterũ quoq. elementum, puta tu, si calor igni primum conuenit; nonmodò inest in igni prius q̃ siccitas, sed ẽt prius inest in igni, q̃ in aere: ac si prius siccitas terræ tribuat, nonmodò superat frigus, sed inhæret quoque prius in terra, q̃ in igni. Prima hypotheseos nostræ pars colligitur è 2. de Gen. altera verò è lib. de sens. [b] vbi secũ terræ siccitatẽ confert, & ignis: inquit. n. terram magis esse sicci; ob eamq. rem humidũ magis affici à sicco terreo, q̃ ab igne. Secundò ẽt putamus hanc hypothesin ex eiusdem Philosophi placitis erui; nimirùm vtrasq. qualitates non necessariò sũmas esse in elementis, ac si summę ponatur, non absolutè tales haberi; verùm ad gradum, quẽ fert elementorũ natura: quo si excesserint, non amplius ex natura, sed contra naturã affecta sunt. non sunt. n. summæ, ꝙ aliæ quædã reperiuntur illis intentiores: nam maior est calor ignis, qui est flãma, quàm eius, quod est elementum. vocatur verò hypeccauma; maior item glaciei frigiditas est, q̃ sit aquæ. Non sunt etiam summæ qualitates, ꝙ habent aliquẽ gradum contrariæ qualitatis adiunctũ, vt frigiditas aquæ particulam quandã caloris, si minus, non efflueret, sed maneret bruta, & iners, vt glacies. Meminerimus item calidum, humidum, frigidum, & siccum propemodũ esse voces antiquas, aut. n. ex habitu sic dicuntur, quia. s. immobilia sint, aut ex actu, ꝙ afficiant sensum, & immutent materiam. Postremò illud accipiendum est materiam mundi inferioris per se rudem esse, & informem, & oĩs qualitatis expertem: cęlum verò, & astra motu, & lumine illã afficere, & pro vicinia, atq. distantia calorẽ singulis inferre: sic illa quæ longissimè absunt, frigidissima relinquuntur: ex his sicci-

[b] Cap. de sap.

tas

A tas & humor oriuntur: nam calor in primis eliquat,& fundit corpora crassiora; deinde tenuibus & liquidis corporibus pascitur. itaq. ignis humidū exhauriens, & quodāmodo deuorans efficit siccum. propterea terra sicca est; eademq. concreta, vbi non dum fuerit à calore dissoluta, sed per seipsam siccior igni, quòd nullū contineat humorem, cùm cęteroquin ignis in humido corpore se perpetuò tueatur, necnon frigidissima, quandò magis à caloris fonte disiungitur. Idcirco non satis aptè, mea quidem sententia, Zimara,[a] quamuis auctorem habuerit Alexandrum,[b] qui pares omnium qualitatum gradus in singulis elementis collocauit, & ex materia nasci voluit omne earum discrimen, atque ita defendit plus & minus in elementis ex contrariorum mistura non proficisci. Cùm tamen si modus obseruetur, quo primæ qualitates accedunt materię; quamobrem elementa gignuntur, si item exploretur aquę, glacieiq. vis, & hypeccaumatis, & ignis, si modus quæ ex aqua terrā fieri putant; neque.n. ab igneo sicco producitur, sed ab illo affecta exhalat, & abit in vaporē, neq. item à sicco terreo, quòd ex vtrisq. fit, quid dā maius, tametsi terminatius, sed ita fit per humoris expressionē, quam præstat frigus: ideò maius esse vult, quàm sit ipsius aquæ, vniuersa hæc probè monstrent gradus exuperātiam. Proinde mihi placeret, si in elementorū qualitatibus exuperatio graduū poneretur; quamuis approbem eā ex contrarij miscella non exoriri: siquidem in eodē subiecto sic contrarij miscella ministratur, vt altera qualitas sit ex habitu, atq. altera per affectionem: cùm calefit aqua, aut ēt, quia coierint in vnum corpora, quæ qualitatibus contrariis prædita sit, vt in mixto, sed quod in elementis à nobis in præsentia consideratur, totum est ex habitu, nec præstò est aliud corpus, vnde participet contrarium. Quapropter id ita materiæ tribuerem, quòd ex conditioni materiæ; nimirùm ex interuallo hæc qualitatū differentia nascatur: hîc.n. tactum virtutis suæ communicat, ibi plus, aut minus: neq. sic accipio materiā esse caussam eius varietatis, quòd ita comparata languidius acriusúe afficiat, vt quòd siccitas sit cos, humor aūt freni caloris, sed hæc arbitror esse potius signa, quàm caussas. Neq. me mouet illud, quòd talis cōmensus sit inter agens & patiens, vt quicquid agens efficere valeat, & patiens accipere possit: vnde cùm sit agens quod summū calorem producat, ēt sit materia quæ ipsum acceptura sit, vtpote quòd meminerim ab optimis philosophis esse scriptū ab agentibus nō vniuocis expectandā non esse eandē conditionē in effectu, quę reperitur in caussa, vt si Sol poneretur infinitè calidus; non idcirco infinitū calorē imprimere, sed quantum materia pateretur. Verùm sicui non arrideat hæc solutio, respondemus sat esse, si sit absolutè, & vniuersè patiens, quod tantum excipiat, quantū illi pōt exhibere efficiens: nanq. etsi neq. terra, neq. in centro capax est materia tanti caloris, quantum cōmunicare pōt cęlum: at alibi, & aliud corpus tantundem accipiet. Ex his aūt quæ à nobis hactenus constituta sunt, optimè obiectiones ab initio quæstionis oppositæ diluuntur. Et prima quidē ex iis quæ nouissimè dicta sunt, profligatur. erat aūt, elementa corpora simplicia non esse, vel plures qualitatū coniugationes in singulorum corporum constitutione requiri. Iam enim diximus plus & minus ex habilitate & impotentia caussæ efficientis, vel materiæ deriuari, non quòd aut adforet alterū è contrariis per affectionē, aut præstò esset aliud corpus, & credimus eā vim quæ in gradu quodā certo tribuitur à cęlo, constituere elementum, quod alioqui per se foret materia rudis & nuda, quæ nihilominus simplex existat quòd hoc sit ipsius naturæ consequens, vt cùm sit calidū, vt vnum, ex eo frigidum sit, vt septē, neq. hoc efficit cōpositionem; efficeret prorsus, si aliunde accederat, vel à corpore proximo, vel per affectionem cōmunicatum. Cùm deinde probatur ignim esse terra sicciorē, quòd actu sit hūi, non audeo confirmare; quippe qui norim ipsum sēper in corpore humido existere, & efficienter id tantùm dabo, quòd.s. vim habeat exiccandi maiorē; non aūt formaliter. Atq. item cùm obiiciunt aquā esse humidiorē, quia magis humectat, & emollit, quàm aër; monemus actum sępenumero non imitari gradum formæ, sed insequi materię conditiones. idcirco si humidi definitio cōsulatur, quæ est, facilè termino alieno terminari, cùm facilius alieno termino finiatur aër, quàm aqua, planum est, quòd humiditatis gradus in aëre maior existet, sed cùm aqua sit concretior, & corpulentior: magis conglutinat, & corporibus duris magis adherescens, magis irrigat & emollit: & eadē est caussa prorsus, cur refrigeret magis quàm terra; sicca.n. hærent difficillimè. Quamuis aūt probetur aquæ propriū magis esse humidū, quàm frigidū, quòd frigiditate sublata possit aqua item conseruari, quæ humore exhausto protinus interit; nihil ad id profectò, quòd aqua sit humidior aëre, siquidem pari rōne, si aër exiccetur, amittit formā, quam sanè retinet cum magna vi frigoris: solùm confertur eius frigiditas cùm humore. Verùm quicquid sit; eiusdem euenti caussa cōmunis est, eam speciatim in aqua monstrauit Alexander,[c] nos ēt transferamus ad aërem: minor.n. efficacitas est in humido & sicco, quàm in calido & frigido; propterea facilius hæc inter se immutant, quàm humidum & siccū, sed credēdum est oīno calidum & frigidū, quę sūt in aëre & aqua, vt habitus, vsq. ad mutationis extremū permanere: neq. verò magis est insitus humor, quàm calor aut frigus, quòd ægrius afficiatur: nam sic ignis etiā magis esset propriū siccum, quàm calor, & tamen oēs vno consensu primas igni dant in calore, & ad siccū, & ad reliqua elementa. Quod verò adscribebatur de terra, iā docuimus efficacitatē pellendi sensū in aqua non ab essentiæ principiis emanare, sed à materiæ conditionibus quæ quandoq. vires addunt; nonnunquā minuunt, vt figura in motu: veruntamen habitus frigoris terræ magis est assignandus. Valent ēt distinctiones allatæ ad concilianda loca illa Arist. in quibus aliqua repugnantiæ species apparere potuisset. Per has ergo qualitates, si fuerint in actu secundo; sese vicissim alterant, & afficiunt elementa; est.n. actus ille secundus alterandi, & subinde afficiendi principium, & in illo est affectio in quo nil dum contractū fuerit habitus, vbi iam habitus antecesserit; nec est alteratio, nec affectio, sed perfectio substantię, cùm verò sit idem actus secundus, ac forma iā perfecta, ad eā verò sit generatio per se: planum quoq. quòd ad actum secundùm generatio per

Margin letters: B, C, D at corresponding positions in the text.

[a] Theor.
[b] 2.Q.17.
[c] 1.Q.6.

[a] 2.de An. se contendat,idq. optimi Græci [a] Philoponus,& Alexander autumarunt: verùm ꝙ actus secundus ex accidente quiddã habet quo distinguatur à primo: hinc effectum est,vt à generatione segregaretur, & alterationi motuiq. subiiceretur, ad eumq. per se motus esset. Itaq. secundus actus, vt idem cum forma,per generationem comparatur,vt ad formã,est vt perfectio,vt seorsum & anteq̃ potentia substantiæ cõmutari cœperit,est ex alteratione & motu; atq. ad qualitatẽ proximè, præcipuè verò ad substãtiã. E

Ex dictis aliqua de elementorum essentia dubitantur. *Cap. XXX.*

QVAE constituta sunt hactenus de elementorum formis,& natura primarũ qualitatum,non paruum negociũ nobis facessunt, vt ea conseruare possimus quæ perspicuè insunt in elementis, & quæ de illorũ constitutione colligimus ex Aristotele. Nam positum est primas quattuor qualitates esse elementorũ formas; eadem perhibent corpora simplicia; proinde & formas eorum simplices esse oportet,& cùm prima corpora sint,& primę item sint necesse est: ergo secum differentes & separatæ: si separatæ, quõ igitur elementa conuenient, & ob id similiũ commutatio facilior? Deinde quo pacto siccitas & humor erunt elementorũ formæ, & principia, si ex frigido & calido propagantur? etenim principia nequeunt exoriri ex aliis: ergo remanent calor & frigus quæ sint elementorum formæ: si igitur hæ solæ existunt; sequitur,vt duo,non quattuor sint corpora prima, aut si caloris frigorisq. differentiæ discrimen corporibus afferunt,cùm hoc internũ sit,nec aliunde conquisitum, per seipsa distinguantur. ita nonmodò nulla cõmutatio consimilium, sed ne vlla mutatio quidem: propterea ꝙ nullũ fuerit vniuocũ genus,in quo conueniant: at quę commutantur,genere conueniant opus est: aut si conueniunt, alias priores formas his antecedere oportebit.itaq. non erunt simplices,vt habentur. Insuper in mixto non erit vnicus calor,sed igneus, & aëreus simul.Hæc atq. alia hũt torquere possent eum qui mecum sentire vellet. At verò ad hæc oĩa componenda prius indicare libet modos quibus formæ simplices appellantur. ac primùm illa est quæ in nullũ aliud caussæ genus resoluitur, neq. accipit aut caussam,principiumúe internum,aut externum; quare oĩum primum est,nempe D.O.M.itaq. suiipsius solùm est gratia; prorsus liber: ab aliis oĩbus per seipsum separatus. ipse solus, sibi ipsi prorsus idem, indiuiduus,immobilis,& simpliciter æternus. Secundò loco simplex essentia vocat̃ quæ tametsi pẽdet ex alio;nihilominus intra se aliud principiũ nõ admittit,nec distinguit in parteis quę materię formæúe rationẽ sustineant,aut generis & differentiæ. ex hoc genere sunt reliquæ mentes beatæ, quæ sine controuersia ex ipso deo sunt aptæ; neq. tamen vllum caussæ genus in seipsis habent: nanq. ex deo, tanq̃ caussa externa pendent: proximè ab his est substantia cœli quæ quidẽ à suaipsius materia non separat̃. his proximè succedunt forma & materia: nam vtraq. in suo genere summæ esse queunt, vt prima forma & vltima materia. Simplex item essentia reputat̃ quæ materiam sensilẽ non comprehendit, vt mathematica perhibentur. Sed descendendo ad essentias rerũ materiatarum. eæ sanè simplices sunt generatim, ꝙ omnes indiuiduæ, sed indiuiduæ quidẽ non secundùm rationem: quædam.n.essentia [b] diuiditur in verè entia quæ sunt genera & differentiæ: verùm secundùm formã,quandò oẽs substantię partes cõplectitur, & terminans prædicata cõmunia tribuit rei, ꝙ sit: nam totũ ex termino ortum ducit: hic si absit,non amplius est totũ: proinde nullæ sunt eius partes actu extra ipsũ,sed potestate solùm,& aliud sunt prorsus, vt si homo ex eo ipso est, ꝙ sit animal bipes rõnis particeps, si rationis particeps ex ea definitione tollas, amplius homo non fuerit, ideò totum, non ex parte cognoscitur, aut ignoratur; aliter àc illa quæ diuidi possunt, ꝙ aut totũ attingitur, aut totum fugit. Inde etiam in essentiæ notione nulla falsitas,sed aut veritas,aut ignoratio. Quæ non diuiduntur secundùm rõnem definitione, propriè dicta non explanantur,sed describunt̃,aut subeunt genus quoddã definitionis,quod iis conuenit, quæ inter se respiciunt; sunt.n.principia. quare aut per ea definiuntur, quorum principia sunt, aut cùm in vnũ conueniant,vt materia & forma,inuicẽ se definiunt. sed hęc iterũ gemina obseruamus, vel ex opinione,vel ex ipsa rei natura: nam decem prima genera primæ,eædemq. cõmunissimæ essentiæ ponuntur,nec adhibetur illis definitio, quia genere careant & differentia quæ vim habeat cõplendi speciem: reuera tñ vnumquodq. in suũ ipsius actũ suamq. potestatẽ dissolui põt: prima igitur potestas & actus primus cuiusq. prædicamẽti sunt essentię simplices: summa aũt genera solùm rudibus & prima facie rẽ ipsã intuentibus simplices essentiæ statuent̃. primus aũt actus ille habebit̃ qui materiã rudẽ informare poterit,vt ẽt prima potestas,quę oĩs actus expers existat.ita nos anteà corporis formã primã in materia collocauimus,sine qua reliquæ formæ sensiles extare nõ possunt, & potestatẽ primã,quę suapte natura sit ab eiusmodi forma segregata. Noui quoq. formas accidentiũ simplices existimari: sed quis essẽtias accidentiũ simplices cõstituerit,qui norit ea non minus ex actu & potestate cõstari,q̃ substantiã? necnõ obseruarit accidẽti substãtiã sẽper in actu supponi,vt multò cõpositius accidẽs sit habendũ,q̃ substãtia. Videtur aũt accidentis essentia simplex eo nomine reputari,quia proxima illius materia corporata non sit,veluti substantiæ,& materiæ illa corporata prius pertineat ad substantiam, q̃ accidentia: siquidem accedant actu substantiæ,non aũt ex illa,quemadmodũ substantiæ producantur. Est item essentia simplex,quæ nõ resoluitur in alias quæ per se cursum naturæ finiant,nec aliarũ gratia gignantur,nouimus enim esse nonnulla corpora quæ per se natura non expetit, vt ea solùm existant, sed vt alia ex ipsis, vt nisi ex illis alia gignerent̃,nec in eis operã natura collocaret,veluti semina & vapores; illa.n.facta sunt, vt viuentia consistant: hi verò vt elementa producantur. Vltimum genus essentiæ simplicis est, quod eorũ est quę sub vno non vniuocè ponuntur: nam sic genere vacant,& differentiis quæ in cõmuni illo radices

Marginal notes: F (beside "tur hæ solæ existunt"); G (beside "his proximè succedunt"); [b] 1. Phys. (beside "ratim, ꝙ omnes"); H (beside "tur,nec adhibetur").

A radices agant, vt per ipsas distributum suis partibus cõmunicetur. Hæc cùm propter elementorum formas hactenus exposita sint, ad rẽ ipsam mox aptentur. Dicimus igitur, elementi essentiam sic esse simplicem, quod elementum dissolui nequeat in alia corpora, quæ per se subsistant. Ita non sunt eorum essentiæ primæ, quin in alias cõmuniores dissolui possint, sed in alias planè quæ cursum naturæ absoluant; nullum n. corpus antecedit elementis, ad quod per se natura contendat, & in eo finẽ faciat, sed siquid est, est profectò quasi seminariũ elementi ex quo existat siue per alterationẽ, vt ex halitu ignis, ex vapore aqua; seu per compositionẽ, velut aër ex vtrisq.: atq. id habet aliquid seipso prius, cuius beneficio in prædicamento substantiæ reponatur, siue actus ille ad quẽ dirigit, seu corpus sensile, quod est in eo prædicamento genus communissimum. Quare si elementi forma, & essentia cum cõmunioribus conferatur; ex genere, differentiisq. constabit, & erunt primæ qualitates vt posteriores quædã formæ, quæ superioribus accedant. Adde hic quod cum corpus sensile sit propositum philosopho naturali; determinatum fuerit illis differentiis quæ sensui primò subiiciuntur: sunt verò hæ quattuor primæ qualitates; quandò supra ipsas nil oĩno sensile existat, & quicquid sensui sese offert, aut ex his originem ducat, aut non sentiatur sine his; eæq. primò & per se pellunt sensus. Ob id igitur primæ differentiæ sensile appellantur, non primæ simpliciter: illę multò priores corporeum & inanimum.

B

Quemadmodum elementorum formę distinguantur. Cap. XXXI.

ATQVE hæc quidem non difficilia; dignum illud, in quo oleum & opera ponatur. nam gradus existit perspicuè inter has qualitates, cùm ex calore & frigore pendeant oẽs, cùm à calore siccum fundatur, & humidũ exprimatur à frigore, & à calore humidũ exhauriatur, à frigido siccum irrigetur: multoq. natura prior sit calor, quàm frigus, quemadmodũ habitus est prior priuatione. Ergo nõ quattuor primæ sensiliũ corporũ differentiæ, sed vna tantummodò. Similiq. modo cum differentiæ sic se habeant in definitione, vt vltima sit verè forma, eademq. compleat vniuersam essentiã, atq. illæ quidẽ sint ordinatæ, sicut eæ quæ dicuntur secundùm continuationẽ, aut ẽt æqualiter ex eodẽ genere deducantur, & nullũ inter se ordinẽ habeant, occasionẽ quærendi præbet, è quonam differentiarũ genere sint hæ qualitates: etenim si ordinẽ habeãt, posterior origine vr̃ esse absolutior; at hic origine posteriores sũt multò imperfectiores; nimirùm siccitas & humor: si nullus ordo, sic vltimũ locũ singulæ poterũt occupare, & igit̃ specie differre faciẽt. multò igitur magis & ipsę specie distinguantur: tũ specie separantur, quo pacto similitudo, & proinde facilis similiũ cõmutatio cõseruabitur? oẽs n. specie differũt. ergo mutatio non inter similia, sed inter contraria procedet. Ad explicatũ propositæ quęstionis hæc anteponenda cẽ

C seo; primũ plurib. modis elementa pòsse tractari, vel n. generatim, vel vt elementũ simpliciter, & in ordine corporum primũ, vel vt certa substantia, sicut ignis, & aqua. Vbi verò elementa veluti principia perpenduntur, ita definienda sunt, vt illud in definitione sumant, cuius principia ponuntur; & primæ simplicesq. essentiæ, non secus àc materies & forma reputantur, nec vlterius illorum essentia resoluitur. At si illa tractemus vt corpora, atq. substantias absolutas, cùm physica methodus nonmodò rerũ essentias cogitatione complectatur; sed maximè in illud contendat, vt eas ad sensum referat, & speculetur vt sensiles, quamuis ex ordine qualitatũ duæ sint, aut vna potius prima simpliciter, quia tñ equè primò oẽs hæ qualitates sensum suo singulæ modo afficiunt, nec ex se inuicẽ in hoc officio præstando sunt aptæ; singulas ex æquo æstimat, & in corporib. sensilib. constituendis vniuersas habet pro primis, in eorumq. definitionib. singulis, vt æqualiter constituentib. vtitur. Verumenimuerò si rerum natura attendatur; non est par oĩum conditio, quemadmodum diximus. Ipsam igitur naturam nunc expendamus, & (vt à cõmuniorib. ordiamur) illud maneat, ob antedictã caussam definiri elementa per quattuor primas qualitates æqualiter: at vera illorũ essentia constituitur per calorem & frigus, cũ sint hæ primæ corporũ differentię quæ in hoc ordine se habent, sicut habitus & priuatio prima. Quamobrẽ quæcunq. differentia quæ redundabit in elementa, ea certè ex horum differentiis existet. At verò quẽ

D admodùm calor & frigus secum differant, mox explicabimus: interim ad id quod de harum qualitatum serie dubitatũ est, respondeamus aliquid. Et cùm opponitur, si inter eas ordo ponatur, origine posteriorem perfectiorem futurã; quoniã tangit eã quęstionem quæ mox tractabitur, ad hoc ẽt mox dicetur. Cùm obiicitur. Si nullus ordo, ergo singulæ vltimæ, si hoc erit, & speciẽ diuersam facient, multoq. magis ipsę specie distabunt. Dicimus speciem non existere ex sola vltima differẽtia, sed ex toto cumulo generis & differentiarum: quare differentia non tantum per se facit vt distent, sed etiam cum reliquis quib. accedit. Ergo non sequitur, vt ipsa specie magis distare debeat, sequeretur planè si per se ipsam faceret, vt distarent. Aspice bipes: idem n. est in homine & aue, sed cum rationis compote facit hominem, cum bruto auem. sint ratione vtens, & non vtens, hęc per se specie distingunt, eademq. seipsis specie distinguuntur. Ita igitur de calore & frigore dicemus, etenim cum reliquis erunt caussa differentiæ, idemq. de cæteris affirmabimus. Quãtum verò est de altero capite. Puto hic te meminisse plus & minus, vbi determinata fuerint, speciem quoq. variare, sic alia species erat eius qui plurimum erogaret, alia illius, qui nihil, atq. alia eius qui mediocriter; vnde primus ille prodigus, alter auarus, atq. hic liberalis appellaretur. eodemq. modo ex maiore minoreue participatione lucis, & opaci variæ colorũ species efficiebantur. Sic igitur ex determinata ratione qua bonum ab efficiente & fine materiæ communicatur, essentiarum certi gradus existunt, vnde omnis speciei varietas ducitur; quamobrem se habent species, quemadmodum numeri. Nam sicuti calor hoc remotius temperat, illud propinquius torret,

ret, vicinissimum comburit. sic cùm efficiens variis modis afficiat materiam, hîc calefaciens, ibi refrigerans, & illic per se, alibi per accidens efficit item ignem, & aërem, aquam & terrã. Caussa igitur huiusce varietatis ex efficiente primò, quod cùm in se hoc bonorum gradus virtute contineat, eos variis modis materiæ contribuit, hi verò in ipsa actu explicati elementorum formæ existunt. efficientis aũt cõditio est illud interuallum primò, licèt secundò redundet in materiam: nanq. efficientis ipsius est habere certam peripheream suæ virtutis. ac simile est id amico mihi C. libras auri cõmodanti quas habet Romæ: hæ sanè sunt illius, sed non hîc, at Romæ. Verùm ꝙ ita suum munus facit efficiens, quòd formam imponit materiæ quasi segregans à seipso; & illa existit extra sinum efficiẽtis in materia, inde est, vt in se ipsa etiam tale discrimen obtineat ab efficiente secreta, neq. tamen per se ipsam, quia non sine materia. Proptereà si licet hanc distinctionem verbis aptè rem significantib. exprimere, dicemus caliditatem in aëre & igni, & frigiditatem in aqua & terra reapse easdem esse, sed distingui formaliter, hoc est, quòd cùm eiusdem naturæ sint, ex certo gradu qui sequitur habitudinem ad materiã, propriè separentur: itaq. accessione secundarum differentiarum gradus iste notatur, & essentia perficitur: vtputa calidum quod efficit siccitatẽ, calidum quod liquat, frigidum quod liquat, frigidum quod siccat & ita subiiciuntur elementa definitioni, in qua nota natura & nobis vnà sunt accipienda: vbi differunt ab iis, quæ plus & minus accipiunt eandẽ speciẽ retinentia, ꝙ in illis est infinitas; & motus vtriq. continuatus, nisi quid prohibeat, quousq. ad summum res perducta fuerit, & opus ab ea forma præstatur eo tẽpore, quod est imperfectum. hîc natura quiescit, & opus absolutum facit, & prorsus necessarium: ab iis aũt differentiis, quæ per continuationẽ diuiduntur, vt habens pedes in bipes & multipes; ꝙ hæc sunt contraria secundùm formã, quæ inter se mutari non possunt, nec vnum in altero, tanq̃ potestas in actu continetur: at primarum qualitatum distinctio societatẽ materiæ flagitat; neq. repudiat vicissitudinẽ, ideò vocant eas Græci contraria secundùm materiã. Possum ego tibi rerum quæ ita se habent, sexcenta exẽpla proponere, quæ itẽ à grauissimis auctorib. animaduersa fuerint: nanq. in primis idẽ calor, qui in semine cõprehensus est, & altionis, & sensus auctor est; & mentis saltẽ instrumẽtum, qui sanè idẽ reipsa est, sed sic, aut aliter affectus variorum munerum caussa existit. Eodẽ modo calor febrilis & natiuus plurium opinione se habent: quasi febrilis sit natiuus ille adauctus, qui ex intentione postmodo proportionẽ varians, quã habebat ad corpus, in viuente quidẽ non tamen in seipso simpliciter immutatur. Inde itẽ efficitur, vt cùm vnus in altero contineatur, in maiore minor, etiã multa opera efficere queat quæ efficiebat ante q̃ foret actus. ita.n. dum calor febrilis occupat, administrantur ẽt coctiones; neq. itidẽ cùm defœcatur calor, qui parat intelligentiã; sensus, aut alio collabuntur. & quanq̃ nos aliud antè decreuimus; licèt aliorum sapientium auctoritate in nostra re confirmanda nunc vti. Quare patet hęc esse idẽ re; variari aũt formaliter ex immutatione habitudinis efficiẽtis ad materiã. Idẽ facito iudiciũ de calore ignis & aëris. Quare etsi vna est essentia caloris impartibilis & inuariabilis, at variis modis cõmunicata distinguitur, & à materia suscepta contrahit priuationem & potestatem: inhærent .n. hæc radicitùs in materia, licèt formas proximè consequantur. Cogita ẽt tu hîc, si inde constituatur materia sensilis quã in rerum natura principium essentiæ facimus, eam. s. quæ toto prior est. prinde ad constitutionem speciei pertinet, vt primo libro significauimus. Itaq. & hoc modo defendet etiam cęteras qualitates ad essentiam elementi concurrere, tanq̃ per illas id genus materiæ sensilis exprimatur. Itaq. quod calidum est, habet materiã cõmunem cum potestate communi ad plus & minus, & in ea format genus ad elementa & conuenientiam: quapropter elementorum species immutantur, & merito conuenientiæ possunt inter se transformari. Prima conuenientia est in genere corporis, per eã primam formam de qua antea dictum est, accipiente materia terminos ab efficiente quod est cęlum per motum & lumen, ac deducente primùm ad minimum sensile, in quo elementorum formæ primò consistunt. per affectiones quæ tametsi sunt contra naturam eius quod deperit, nihilominus sunt ex natura illius communis quod si non ratione, re tamen in genito retinetur. Veruntamen, quia corpus hoc nũquàm actu separatur ab hisce quattuor corporib. his ipsis ratio formæ tribuitur, cæteris aũt materiæ, & cùm hæc corpora transmutantis naturæ primi fines habeantur, efficitur, vt quicquid natura producendo præstat, ad hæc corpora referatur. Et planè si naturæ progressus, vt mente concipi potest, sic oculorum adspectui subiiceretur; appareret cęlum per motum & lumen afficere materiam calefaciendo, & rarefaciendo ex quo esset corpus quoddam imperfectum, sicuti sunt vapor & exhalatio, in quo nondum concepta caliditas esset, & terminatum tamen, & sub certa materiæ mole sensile, nec dum tamen ignis aut aër, nisi potentia. Sed hæc quanuis natura distincta, actu tamen iuncta sunt, & fugiunt sensus. Ex hac cõmunione materiæ primum genus oritur quod corpus sensile nuncupatur: quapropter omnia corpora simplicia secum inuicem commutantur. item secunda conuenientia primarum formarũ caliditatis. s. & frigiditatis, vnde etiam propter aliquam vim cõem cõmunitas sicci & humidi deriuatur. Itaq. sunt quattuor primæ formæ absolutæ, ex earum coniugatione quattuor prima corpora existunt. & duo quæ contigua sunt, in altera ex illis semper conueniunt, per alteram distinguuntur: quæ medium habent prorsus dissimilia sunt. Ex illa formarum similitudine nascitur τὸ σύμβολον, & concilium cuius beneficio corpora illa facilius commutantur, afferente similitudine affectionẽ materię ad alterã formã accipiendam. Nam sicuti quod calet, facilius comburitur, q̃ glacies; & liberalis facilius erogabit, q̃ auarus, sic elementorum quæ qualitates habent consimiles, erit vicissitudo proclinior. Quòd autẽ verearis esse duos mixti cuiusq. calores, aut frigora; nihil est, & ex dictis occasio falsæ suspicionis eruendæ sine vllo negotio datur. Nam nisi remanet elementum; iã patet essentiã caloris, aut frigoris p

se ipsam

A se ipsam superesse, quæ per se vna est: si remanent elementa, vt nob. hactenus placet; ea sic in vnum cõuenire dicemus, vt in qualitatib. remissis antea docuimus. etenim actus secundi restringuntur, quatenus insunt per passionem; habitus & actus primi silent in mixtura. etenim sunt vnum, ꝙ hypostasis effectus vna, sed eorum caussæ diuersæ. Satis est igitur, si ex multis vnum existat, non vt vnum simpliciter, sed vt hypostasis vna cuius principia multa sint, neutiquam tamen separata.

Differitur in vtranq. partem de oppositione caloris & frigoris. Cap. XXXII.

NE cui fortè mirum videatur, si ad idem rediero sæpius, & longiore sermone verser in explicatione primarum qualitatum, vtq. constitutionis elementorum: nam res ipsa per se difficillima est, cũ elementa parùm à materia discedant, quæ ignota est suaptè natura, tùm etiam dicta Aristotelis & secũ pugnare videntur, & aliena à sensu docere: nec non variæ sunt doctissimorum hominum de hac quæstione sententiæ. cùm item ea sint quasi principia nostræ methodi, de illorum explicatione mihi videtur ex instituto Platonis esse laborandum. in quo operæpretium me fecisse existimauero, si illas primas dictas qualitates elementorum formas esse defendero, non alias quasdam latentes & ignotas, eamque B positionem omni ex parte purgauero cuius non modica pars est instituta quæstio de oppositione caloris, & frigoris. Etenim si eorum formæ ignotæ fuerint, & elementa quoq. ignorentur oportet; his ignoratis, & vniuersa, quæ ex ipsis, ignorare contingit. Itaq. sicut Arist. Anaxagoræ, Democritiq. sententiã refellit ꝙ principia rerum naturalium infinita posuerint eo, ꝙ ignota forent: sic. n. frustra laborari in rerum naturalium scientia comparanda; sic eueniret & nobis elementorum formis ignoratis Si res naturales ignorantur; & prima philosophia consimiliter ignorabitur; cùm eius cognitio pendeat ex naturali. Neq. verò, si nihil omnino sciendum nob. erat; oportuit nob. exhibitam esse mentem & sensus frustra fabricatos. Et sicut esset hominis superbissimi confidere se humanitùs omnia scire posse; sic & animi pusilli foret; nihil vnq̃ se cogniturum sperare. Neq. minus illud pronunciatum fuisse credendum est, Nosse seipsum, vt hominum arrogantia minueretur, q̃ vt bona item sua quisq. nollet ignorare. Sed veniamus ad rem. Siue igitur actio fiat à qualitatib. per se, siue vt sunt instrumenta formarum; perspicuum est primas obtinere vnam illam repugnantiam quæ est inter calorem & frigus; quippe ꝙ ex horum præsentia, vel absentia reliquæ producantur; neq. solùm simplicium corporum qualitates, cuiusmodi sunt affectiones elementorum quas meteorologia comprehendit, verùm ẽt mixtorum omnium, atq. animantiũ ea ex parte qua sunt corpora naturalia. ex quo efficitur, vt reliquæ oppositiones, C si spectentur acutius, non tanq̃ forma formæ, sed tanq̃ priuatio formæ opponantur, aut saltem specimen aliquod priuationis præseferant: siquidem metallorum materia cum à calore tollatur, tum metalli formam accipit, cùm à calore deserta corripitur à frigore, sic ossa, & partes spermaticæ à calore ꝓducuntur, à frigore post absoluitur eorum constitutio. quamobrem, cum in iis terra dominetur eliquari non possunt: ita densitas in his & veluti priuatio, quippe quæ è priuante caussa nascatur; & cùm sic se habeat frigus ad calorem; sic etiã frigus priuatio caloris esse putabitur. Vidimus olim quemadmodũ defendi posset hæc pars problematis, si rationem generationis tueri vellemus: res ipsa nunc per se tractanda est, & rationes vtrinq. expendendæ, vt earum pondere librato, ad partẽ certiorem animus impellatur. Opponitur hoc loco eorũ productio, caussa sanè caloris est præsentia luminis, & cõmotio; frigoris aũt eius absentia, & immobilitas. ꝓinde corpora, quæ magis absunt à cęlo, frigida & bruta sunt: sic ẽt quæ ad polos sese recepere, vel Cymmeriis tenebris obruuntur, pruina obrigescunt, & conglaciãtur, ꝙ motum, lumenq. à cęlo diffusum, & cõmunicatum non experiuntur, quæ sunt intra tropicos ardent. Cùm igitur effectus & caussæ secum congruant, & caloris caussa positiua sit; frigoris aũt priuans, efficitur, vt frigus sit priuatio, non aũt forma: & ob eam caussam talemúe iudicium de illorum natura fecisse videtur Aristoteles in Meteorologicis. Ex altera parte obiicitur Aristotelis testimonium,[a] ꝙ frigus aliquando sit natura, vt in ferro & glacie, necnon in omnib. in quib. terra primas obtinet, nisi inter- [a] 2. de par. Anim.
D cedat affectio quædam quæ vim reprimat natiuæ qualitatis, vt in calce; huiusmodi verò maxima pars est mixtorum; in omnibus. n. propemodum terra dominatur quæ est frigidissima. Probatur ẽt ex conuenientia caussarum & effectuum. A frigore aũt effectus positiui descendunt: non igitur est absoluta priuatio frigus, sed forma: nanq. à frigore procreantur densitas, durities, ariditas, pondus, aliaq. complura. Quòd si hæc omnia priuationes esse fatearis: atqui illis opposita necesse est sint positiua (neque enim priuatio priuationi aduersatur) ea verò consimiliter à frigore producuntur, vt eliquatio, mollities, & humiditas. Prætereà omne id quod cadit in sensum per se & primò per aliquam speciem sentitur quæ accipitur ab anima siue materia, in ea verò inest aliqua actus ratio; solùm hoc discriminis intercedit, ꝙ forma per se manet in subiecto infixa: eius aũt species à subiecto per medium & organa sensuum ad animum vsq. transfertur. At multa feriunt sensus ex iis quæ nascuntur à frigore. erunt igitur formæ, ob eamq. rem positiuum quid, non simpliciter priuans. Accedit eodem, ꝙ à corpore frigido vicino, & ab aëre ventis agitato refrigeramur, certissimum signum aliquam affectionem, & actum cõmunicari à frigore, quæ sint positiuum quid, non pura priuatio. Postremò quattuor sunt primæ corporis sensilis differentiæ; [b] calor, frigus, humor, siccitas: at priuatio nonnullius esse potest differentia. Confirmatur, quoniam differentiæ sub eodem genere debent esse simul natura: atqui priuatio est natura posterior. Hæc profectò tanti roboris habita sunt, vt cesserint in hanc sententiam multi scriptores. Attamen sicuti persuadeor frigus non esse priuationem simpliciter, non ita nihil moueor à rationib. quę ad [b] 2. de an. 1. de part. anim.

hanc

hanc partem problematis allatæ fuerunt. Nam quamuis doceat Arist. in quibusdam frigus esse naturã, possumus intelligere naturã cõmunius, & eam quæ actus est, vel ab actu proximè deriuatur, & prout vniuersum genus essentiæ comprehendit, quæ nonmodo à forma, sed ab eiusdem absentia ducitur. Nanque ĕt priuatio quædam est forma; neq. desunt res naturales quarum essentia certa priuatione consistat, vt cadauer. Quòd siquis hęc item numeret in positiuis, ĕt via subuenit, qua id defendi valeat, vt in mixtis, siquando frigus non ex affectione, sed ex habitu, & ex materia dominetur: poterit.n. ea caussa positiua reputari, quandò ex corporis frigidi præsentia tale sit. Quanq̃ nos admonuit quandoque Arist. [a] quicquid affirmatione significatur haberi positiuum, vt iniustũ & nudum. Et quantũ pertinet ad secundã rationẽ qua assumitur existere quandã similitudinẽ inter caussas & effectus; id à nobis simpliciter, & per se datur, haud tamen inficiabimur aliqua ex parte, & per accidens variare naturam, præsertim siqua caussa positiua socia fuerit, vt mox explanabimus. Aut igitur ea quæ descendunt à frigore, priuantia sint oportet, aut ab eo non efficiantur per se, aut denique rationem positiui pręseferant beneficio caussarum adiuuantium: sic densitas in glacie, siccitas in terra vim priuationis obtinebunt; humor expressus erit ex frigore per accidẽs alia fortè caussæ alterius positiui erunt, & ipsa positiua. Quòd verò species habeant, per quas sensum mentemúe afficiant, haud verò enunciatum fuisse puto: species.n. positiui solius est, atq; hæc animũ per se mouet. Sed sicuti natura per formæ præsentiã facit, per absentiã destruit, sic & positiuũ per suam formã speciem imprimit; per sui priuationem iudicat oppositum. ex quo effectum est, vt asserat Aristoteles oppositorum vnam & eandẽ esse disciplinã, vt habitus & priuationis. Ita ergo calor per se mouebit sensum, & ea quæ per se & simpliciter ab ipso descendent, per speciem ex eorum priuatione comprehendentur opposita: si minus ea per se, & absolutè ex frigore non existent. Falsum quoq. esse dicet quis nos affici à frigiditate, sed ex amotione corporis calidi priuari eius sensu, & in ea priuatione percipere frigus. At verò priuationem non esse differentiam; si eam pro negatione sumamus, vt sæpe factitatum est in lib. Prior. Res. fatemur ingenuè priuationem esse non posse differentiam: sed priuationem simpliciter, neutiq̃ dabo. quid.n. incorporeũ, inanimum, sensu carens, rationis impos aliud sunt, q̃ priuationes? Atqui differentiæ, inquis, simul natura sint necesse est. An non natura simul, ꝙ sint æqualis perfectionis: nam formæ sunt veluti numeri, vt nosti, nec ꝙ genus ad vtraq. parem habeat propensionem; quia natura semper contendit ad optimum; sed ꝙ genus ab vtraq. differentia determinetur æqualiter; ꝙ s. vtranq. pariter accipere queat in ordine existentiæ, quemadmodũ etiam materia respicit æqualiter formã & priuationem, licèt forma sit multò prior natura. Hæc mea quidem sententia ad caussam probandã non ineptè: nanq. ĕt sic defendere licèt, contraria esse actu vnum, potestate alterũ, [b] & ponere prima contraria calorem & frigus: siquidem frigus sit actu non ens; calor autẽ potestate; & contrà. similiter potest repastio ministrari, & vtrisq. formæ facultas refringi ea via, atq. ratione qua motum inter illas fieri, si hæc caussa staret, lib. priore docuimus. Proinde omnis aduersariorũ probatio posita est in lubrico, vt vides: nec quicq̃ illi reliquum est, quo se tuetur, q̃ opinio plurium philosophorum à qua sine maxima caussa discedendum non esse opinamur. Sed vna restat ratio purganda quæ ducitur ex ortu elementorum inferiorum, & ab Aristotele significatur 1. suæ Meteorologiæ. Hanc igitur, vt defendamus ita præfari oportebit. E cõtrariis vnum vicem gerere priuationis & non entis, neq. tamen esse non ens simpliciter, verùm & aliquid actu esse: volunt.n. vtraq. contraria, si propriè fuerint, esse positiua. Cùm verò è certis caussis descendant, id quod habent priuantis, etiã sit necesse est ex caussa priuante: at propter actum quem ponimus in eo; etiam præstò esse oportet alteram caussam quæ sit actus, vnde etsi est non ens, impetrat, ꝙ sit actu: non ens aũt perhibetur ex caussa dominante. Sint nob. exemplo album & nigrum, quæ contraria sunt, & positiuè opponuntur, sed nigrũ est priuatio. Eorum geminæ sunt caussæ, altera vt actus, q̃d est lucidum; atq. altera quæ est priuatio quod est opacum: & lucidum quidem albi caussa; ex opaco nascitur nigrum, sed ex hoc habet nigrum, ꝙ sit actu & positiuum, quia non ex opaco solo conflatur; sed opus est aliqua, vel modica præsentia lucis; aliter idem foret, atq. opacum. attamen à dominante nuncupatur non ens, & eius productio caussæ priuanti adscribitur; quia dominatur. Cùm igitur vis beneficia Dei per cęlum cõmunicetur reb. quæ sunt infra Lunam; & Cęlum eam contribuat per lumẽ & motum, ab eis verò pręcipuè proximeq. calor oriatur, qui per vniuersum vsq. ad centrum terræ diffunditur, sed eò languidius, quò magis à cęlo discedit; nec vnq̃ deserat corpora. is verò elementorũ formas, vt instrumentum tamen cęlestis substantię contineat, cõmunicare certas formas. itaq. ĕt modica illius participatio frigus efficiet, quæ tametsi ad huiusce speciei constitutionẽ satis; at nihil ad sensum, neq. ad immutationem rerum. neque.n. sic operatur, quatenus est sensilis, sed per virtutem quandã quã defert è cęlo, & sublimior est, q̃ vt moueat sensus. Proinde dicemus, frigus non esse simpliciter non ens; neque frigiditatem, ex qua terra existit, esse priuationem simpliciter; sed propter participationem aliquã caloris cęlestis esse ens, & actu, & positiuum, ob eamque caussam nihil illi repugnare, quominus sit differentia: nanque & anima, & sensu, & ratione carens, tametsi sunt per seipsa priuationes, attamen non sunt simpliciter non entia, ac si simpliciter non entia forent, vtique differentiæ non essent, sed sunt etiam, quia supponitur illis ens, vt sensu pollens rationis impoti; & ex ea priuatione potius significatur terminus eius in quo sensus est; quasi solus sensus in eo ponatur. Sicut ergo ille qui caussas afferens nigri meminerit tantummodo de opaco; nihil de lucido, & in eo caussam priuantem solam collocauerit, nullam de lucido mentionem fecerit, ꝙ hoc dominatur, & per eius dominium differt nigrum ab aliis colorib. (quatenus.n. lucidum participant, nihil profectò differunt) sic dicemus Aristotelem

[a] 5. Phys.
[b] 5. Phys.

A telem, elementorum inferiorum naturam explanare volētem, caussam dominantem, & per quam à reliquis separantur, expressisse, alteram reticuisse quæ est cōmunis. Frigus ergo priuationem & non ens simpliciter esse negabimus: ac si quo pacto non ens appellare libeat, in eum sensum licebit, quo testabatur Socrates apud Xenophontem [a] peccata committere esse nihil agere: & tamen malus incendit vrbes, violat & rapit, quæ omnes sunt actiones: non est.n. id nihil agere prorsus, sed eo tanquam limite constituto quod est secundùm naturam; cuius signum, quia sit homo quantumlibet vitiosus, est tamen meliore conditione, quam stirpes. Sic igitur perspecta vi cęli quę in superiora benignissimè confertur, id quod eam minimè participat, & malum & non ens non ineptè nuncupabitur: erit tamen simpliciter ens, & per illum actum qui communicatur a cęlo, separabitur à materia prima. quapropter ille erit primus, atque infimus formę gradus, quo natura incipit euehi à priuatione & materia ad Deum.O.M. Proinde ex eo dicemus frigidum cogitatione quidem posse comprehendi summum, idest, ab omni caloris gradu liberatum, quod sit pura priuatio, & insideat in materia; sed naturam hoc ipsum minimè tolerare; nihil enim est quod non afficiat plus minus've calor cęlestis. Sit igitur in natura summum quod primum infimumq. caloris gradum admittat. Et quanquam dicitur glacies omnimoda priuatio caloris, & persuadet nos naturæ progressus, dum glacies terram versus contendit, etiam frigus in terra intentius esse, multoq. minus inesse in ea caloris ab astris impertiti, accipito in eam partem, vt ita describatur B exuperantia frigoris cum qua minimum caloris in natura consistit, & eiusmodi cuius actus omnino sileat propter impotentiam: is verò magis glaciei quàm terræ negatur: siquidem magis sensile sit frigus in glacie, quàm in terra propter aquæ participationem cuius beneficio magis adhæret ad organum sensus. Quòd si calori semper adnexus est humor; idem iudicium quo ad sensus & actiones de humido faciendum, vt quemadmodum silet actus caloris, sic etiam humoris actus iaceat prostratus: quanquam humor non nisi in aqua sentitur, & per modum priuationis ex opposito sicco.

[a] Lib. de reb. mem.

Vtrùm primæ qualitates materiam per species afficiant, an specie nihil opus sit. Caput XXXIII.

SED de formis elementorum satis: redeamus ad qualitates. Nam cùm meminerimus de eo, quod & cum materia, & sine materia per affectionem cōmunicantur, & ad mutuā corporum perpessionē confert nosse, materiam'ne per species primæ qualitates afficiant, annon. & id nunc speculemur. id verò sibi vult quæstio, an'ne ea quæ vim habent alterandi, proximè subiectum, immutent ipsum traducēdo de potestate quali ad actu quale cum eius perturbatione, an species quædam nulla ipsius cōmotione C præcedente recipiatur in medio, velut in pellucido colores; & multi philosophi de hac re acerrimè altercantur. Nam quod sint eiusmodi species cum eorum quæ sub intelligentiam cadunt, tum item illorū quorum est sensus, ea docent quæ vberrimè exposuit Arist. & in libris de animo, & in libro de motu animalium, ac nos super iis locis vniuersam illarum naturam pro virili illustrauimus. sed iis positis agitur nunc de modo quo primæ qualitates afficiunt generatim, & res animatas & inanimas; & vtrū omnis alteratio per id genus species & formas administretur, quemadmodum nonnulli è Latinis opinantur, an non. Cùm.n. perspicuum sit speciem conceptam caloris & frigoris in animali consimiles producere qualitates, atq. ita nostrarum oīum motionum caussas esse, nec non omnis ferè artificij; adde itē illarum notarum, quæ ex attrectatione certæ partis ob aërem cuiuspiam rei cupidinem octauo mense plerunq. contrahuntur in fœtib. neq. ēt sint immunes ab hoc officio reliquæ formæ rerum sensilium: nanq. & hæ necessariò requiruntur ad sensuum functiones quod.n. re obiecta, tanquam propria materia fundatur, in medio & instrumento sine materia recipi conuenit: neq. id dubitatur, sed de hoc certè lites extant, quòd ēt quidā illas interuenire putant ad obeundas actiones naturales, vt quod calidum imprimat in medio speciem, & per speciem calefaciat ea quæ longius distant. & rem ita esse probare conantur pluribus. rationib. atq. signis. Primum.n. inquiunt aquā, cū sit in lebete igni apposito, prius in summo D quàm in fundo calefieri: quinetiam feruente aqua lebetis eius fundū se frigidum experiri: esse verò hæc signa certissima, quòd actiones materiæ non imprimantur, nec cum eius transmutatione fiant, sed per species solas: nanq. id est peculiare actionis illius quam realem vocant, vt prius afficiatur id quod propè est, tùm id quod longius abest, vt fit in motu: prius.n. mouetur baculus, quàm lapis quem baculo moueo. Prætereà si quis accesserit ad ignim, & postquàm valde incaluerit, aliquo tamen casu repellatur aër interiectus, si medio reipsa calor, & tanquam materiæ fuisset impressus; eo cōmoto cōmoueretur etiā calor: atqui nihil cōmouetur eo, quòd si spatio temporis absoluitur alteratio, vbi cōmoueatur calor, non poterit ab igni continuè suppeditari, sed illo abeunte cum aëre, cui fuerat incussus, ad nouum efficiendū cuiusdā temporis interuentu opus esset. quòd si iugiter suppetit, ergo per speciem solùm, non autē per materiam cōmunicatur. Adiiciunt ēt opera antiperistaseos in qua putant augeri, & vt proprio re vocabulo vtamur, intendi qualitatem citra omne officium corporis. Adde etiā, si libet: quia nisi per species calor produci possēt: certè cuiuspiam rei accessione fieret maior; quod tamen à nob. antea magna contentione confutatū est. Attamen ex altera parte qualitates, quib. aliquid est contrarium, & inter quas ratio potestatis, & actus proximè obseruatur; sunt verò primæ; in his.n. ratio repassionis agnoscitur; nesciōne an per species solas inter se afficiant: nam foret, nisi fallor, vt interdum species, quatenus species se vicissim conquassarent: quia nullus est locus, nec vlla pars subiecti quæ non vtriusq. contrarij speciei reddatur obnoxia, quacunq. vires eiusmodi qualitatum protendantur: species aūt per se, tamen

[a] 1.de Ge. T. 51.

mesi vim obtinent agendi, tñ neq. inter se afficiunt; neq. pati teste et Philosopho [a] vllo modo queũt. Præterq̃. quòd cùm contraria sint; ob eamq. caussam ad sese vicissim in potentia; adest verò hæc ꝓpter materiam, non video quo pacto, si præstò sit agens, & materia probè affecta, atque alia omnia optimè disposita, quæ ad actionem requiruntur, aliquando impediatur actio quę certè non impediretur, si per speciem ad longum interuallum transfundi posset: neque.n.in primis qualitatib. euenire videtur, vt in lumine & colore quæ à corporib. opacis interpellantur, ꝙ in eo genere aliquid est in natura quod lumini & colori non sit peruium: sed in genere corporum naturalium nihil est quod expers sit potestatis ad primas qualitates. quamobrem cuncta illarum species admitterent, & vbiq. propagaretur alteratio. Illud planè fatebor aliquando imprimi qualitatem sine vlla cómotione illius materiæ quæ sit potestate substantia, quatenus huiusmodi; sed eius solùm quæ potentia qualis est; eamq. ponimus esse quæ inest per affectionem: ꝙ verò sine illa materiæ transmutatione, quam realem vocãt, prorsus à primis qualitatib. actio nascatur; equidem nunq̃ fatebor. Si verò tale genus alterationis & qualitatis qđ est per affectionem, ipsi fieri per species autument, non admodùm contendam. Neq. rationes, & argumenta quib. illi contra hanc partem problematis vtuntur, admodùm necessaria sunt: neq. item, quod maius est, conuincunt propositum. Etenim quantum est de primo illo quod experientia lebetis ostendebat; dicimus eo nomine non minus debere calefieri secundùm, q̃ summum: nam quemadmodum formæ quæ materia consistunt, proximo prius, q̃ remoto imprimuntur, sic etiã species plerunq. & per se viciniora afficiunt, & siquo pacto longinquius efficaciores apparent; id valde fortuitum est; vt ꝙ stupa ponè phialam magis, q̃ ante comburat. Et id quod per accidens succedit, vt per se eueniens accipit̃: nimirùm, ꝙ in fundo caleat aqua minus, q̃ in summo. Quanq̃ peruertunt illam experientiam. quod.n. quæsiuit Arist. [b] habet talem sensum. cur dum adhuc friget aqua lebetis, fundus ipsius calesit, ea verò feruente refrigeratur. Falsum ergo est id quod assumunt, nempe aquę partem superiorem prius, q̃ imã calidam offerri; dicendumq. ad id est, quemadmodum ibi etiam docet Aristoteles; eius euenti caussam esse: quia dum aqua frigida est; & ignis fundum pertingit, caliditas ab aquæ frigiditate restringitur; idcirco sese colligit in vnũ, nec exhalare potest. at cùm feruet aqua, nil amplius vetat, quominus illa exhalet quæ iam incaluit: atq. ita ad summum vasis effertur imas partes frigidiusculas relinquens. Sed esto etiam ꝙ experientia quam illi afferunt, vera sit, Aristotelis auctoritate semota, ab eadem quoque caussa deriuatur illa proprietas; quia.s.dum aqua incalescit, partes quæ iam calorem expertæ fuerunt, attolluntur: cæterùm non prohibet hoc, quinetiam materia combiberit qualitatem. Cùm opponunt nos etiam flantib. ventis, & partes aëris quę sunt inter nos & ignem cũ mouente, calorem admittere, q̃ medio propter breuitatem temporis incuti non potuerit, eos decipi putamus ex eo, ꝙ propter magnã propensionem ad calorem, & alias contrarias qualitates ipsius aëris immutatio tam minimo tempore fiat, vt fugiat sensum. Et illud omnino inficiandum fieri antiperistasin per retrocessionem & geminationem puræ qualitatis; etenim fit per retrocessionem corporum contraria qualitate affectorum è quorum multitudine & coniunctione nascitur actio quæ sit efficacior. Nec propterea calor intentior ita fit, quia res aliqua extrinsecùs accedat: nam quod in intentione accedit, cum materia non est; sed inducitur in materiam per potentiam quæ continetur in ea, quemadmodum diximus, dum caussas intentionis indagaremus. Concludemus igitur non esse perpetuam necessitatem eiusmodi formarum quas vt instrumenta perpetua primarum qualitatum ponere oporteat: atq. id, quatenus in materia sensili versantur. Nam quod attinet ad sensus permouendos, dubium esse non debet, quin formæ citra materiam poni debeant. Sed de his alio loco dicendum est.

[b] 24. sect. Probl. 8.

Afficiatur'ne indiuiduum, & quemadmodum. *Caput XXXIIII.*

[c] Lib. de sens.

QVALITATEM nisi sensilem, & in magnitudine appellari & nos sæpius sumpsimus, & nonnunq̃ docuit Arist. [c] itaq. indiuiduo qualitas inesse non potest. Cùm ergo ad qualitatem sit alteratio; planum ꝙ indiuiduum nequit alterari: & auctore Alexandro indiuiduum, quatenus huiusmodi, generaliter immobile esse defensum: Sed cùm multiplex sit indiuiduum; & variis modis considerari queat: est.n. vel per se existens, vel in alio, vt terminus: de eo sanè, quod per se existit; immobile esse partim demonstrauimus antea, partim posteà concludetur: restat alterum quod non separatur à corpore: hoc de loco per se moueri non posse vidimus et suprà: cęterùm cum corpore moueri non negauimus. instat nunc, vt propter philosophorum controuersias (nam mens Aristotelis satis clara est) inquiramus sit'ne obnoxium motui secundùm quale; atq. id vestigemus, possit'ne, quatenus indiuiduũ eo genere motus agi; tùm deinde an etiam per accidens, & cum corpore mutet qualitatem: nam de vtroq. problemate seorsum nonnulla succurrunt quæ notari debeant. Ac primùm quidem ꝙ per se indiuiduum non afficiatur, illa significant quæ 6. Phys. testatus est Aristoteles, vbi nonmodò de loco moueri non posse docuit indiuiduum, sed etiam nec moueri secundùm formam. idq. pernecessarium esse puto, quandoquidem motus omnis flagitat potestatem quandam in subiecto, quod est mouendum atqui potestas omnis à materia deriuatur, eam distantia perpetuò consequitur. Postremò stat Aristotelis sententia: quicquid cæteris motib. agitatur, etiã de loco moueri. Sed cùm de loco non moueatur indiuiduum, nullo et modo affici credendum est. Veruntamen ita esto, vt nuper ostendimus: at nõ ideo pellitur omnis suspicio, quin adhuc moueatur indiuiduum. Dicet.n. renitens aduersarius id quidem quod diuidi potest, esse obnoxium mutationi, quoniam reapse indiuiduum à diuiduo nõ segregetur,

sed

A fed cogitatione sola: ex quo effici, vt ex euento cum diuiduo moueatur, fed tamen etiam per se moueatur indiuiduum, atq. adeò, vt si natura separaret indiuiduum, ad huc per se moueri posset. Signo illud est, φ habet operationem propriam: nanq. locus definitur extrema superficie corporis, quod continetur, & coloris essentia ducitur à superficie: proinde color in superficie gignitur, nec extra superficiem consistit: ideò mutato colore mutatur etiam superficies. Necnon superficies illustratur à lumine, & lumen à superficie retorquetur, & ab hac prius, q̃ à corpore, vt per hanc ipsam eiusmodi euenta in corpore inesse censeantur. At verò in illa continuo recideremus, quæ magno conatu ab Aristotele 6. Phys. confecta sunt: nempe eodem temporis puncto indiuiduum fore in vtroq. termino motus, & effici, vt motus, & tempus inter se non congruant, si motus puncto temporis obeatur, tempus aũt adhuc in infinitum diuidi posit. Tùm hæc dicere est ignorare duplex esse subiectum accidentis, vnum quod primò excipiat, atq. alterum cuius sit aliquod primum excipiens: & illud primum, & si caussa est, vel instrumentum excipiendi, non tamen excipere; postremum hoc illud esse quod excipit, licèt per aliud. Quamobrem corpus inest in loco per superficiem, non aũt superficies est in loco, & corpus in superficie coloratum, non aũt superficies ipsa colorata. & in puncto repercutitur radius, non tamen à puncto, sed à corpore in puncto, vel per punctum & superficiem. Ac si in hunc sensum accipias illud dictum, tibi forrasse dabimus indiuiduum moueri & alterari, tanq̃ subiectum, vt aiunt, inhæsionis, & prædicationem

B caussæ fatebimur esse, aut ad summũ cum corpore, cuius est terminus, nullo autem modo per se. Neq. illa obstabunt quæ Marsilius opponebat. Alteratio non est ibi collocanda, vbi nec qualitas consistere posit qua terminetur. Sed in indiuiduo qualitas consistere nequit. Itaq. nec alteratio tribuẽda est indiuiduo. In indiuiduo verò ponere qualitatem non licet, ne qualitas finita simul, infinitaq. sit, ac finita quidem ex hypothesi; infinita verò sit necesse est ob eam caussam, quia quo plus de qualitate quadam accedit alteri suppositæ qualitati, eò magis augescit, vt si quantitati pedali altera pedalis addatur. Pone ergo totam quandam qualitatem in puncto, sicut à quantitate ad punctum est proportio quasi infiniti ad finitum, sic qualitatis pedalis ad eam quæ est in puncto, erit exuperantia, quasi infiniti ad finitum. Deinde non agit indiuiduum: nec patitur igitur: nam si ageret, aut afficeret proximum, aut remotum; non illud, quòd affectio & actio fiant per contactum: at puncti non est tangere esset.n. diuiduum, vt didicisti in libris de motu: non hoc: quia quo magis detrahitur de quanto, eò quoque de agentis efficacitate diminuitur. etenim minus longè vires suas transfundit: itaq. si fingas ad punctum vsque contractum esse qualitatem, nil vtique poterit in distans. Tertiò densitas & raritas alterationi comitantur; hæc autem indiuiduo repugnant. Tùm postremò in puncto calor: in corpore infinita puncta: & calores igitur infiniti. Nam præter illa quæ perperam assumpta fuerunt; aduersus no

C stram positionem non intenduntur. In primo.n. sumitur, dum contrahitur qualitas, aut forma simpliciter; eam augescere: augescit sanè; & redditur efficacior, si adsit eadem materiæ multitudo, & ita verum est quod dicitur, virtutem collectam esse robustiorem seipsa dissipata, sed hìc extentio decrescit, dum qualitas redit ad punctum. Præterea falsò enunciatum; quo magis de formæ extentione minuitᶜ, eò minus longè vires diffundi, quandò etiam fieri potest, vt gradus excrescat: & eius beneficio vis formæ longius propagetur, nonmodò intentius agat, vt experientia cuiq. monstrat, sed generàtim omnes istæ rationes continent fallaciam à secundùm quid ad simpliciter. Nam cùm illa omnia posita fuerint à nobis in puncto, & superficie, dum adhuc est in corpore; & quatenus caussæ, & subiecta inhæsionis, & per accidens, argumenta assumunt punctum per se & separatum, atque simpliciter; & id efficiunt simpliciter quod nos quodammodo inesse volumus.

Quędam de alteratione generalia tractantur. *Cap. XXXV.*

RESTANT illa de alteratione generalia, primum de comparatione. s. & proportione. Alterum verò, quoniam fieri sic distributum fuerat; [a] vt esset, & fiens: sic.n. interpretor τὸ γινόμενον, & quod fit, respondet aũt illi, quod est ὃ γίνεται. Vtrum'ne in eo quod est alterari termini modiq. pares [a] 1. Phys.

D sint, vt ἀλλοιοῦσθαι, τὸ ἀλλοιούμενον, & ὃ ἀλλοιοῦται. & idem de latione & incremẽto dici queat, nec'ne. Quantum spectat ad primum; eædem sanè regulæ obseruandæ quas de lationum collatione tractantes attulimus, vt. s. vniuoca conferantur, & quæ conueniunt in specie indiuidua: accipiunt aũt eadem harum mutationum primordia, subiectum, efficiens, & tempus quæ generatim in quoq. motu requiruntur. Canones verò quib. horum motuum proportio comprehenditur, fermè pares iis sunt quos ad lationem quondam attulimus. Cùm ẽt ex eisdem fontib. emanent, vnde hauriebantur illi qui de latione constituti fuerunt, itaq. eisdem quoq. dubitationib. implicantur, ideoq̃. eadem via defendentur. Quamobrẽ cùm ipsa priuatim nihil afferant ad ea quæ de latione disputata sunt, non ob aliud ab Aristotele separatim tradita fuisse videantur, nisi ad doctrinæ abundantiam. nõ igitur plura de his. Quod verò ad alterum pertinet, apparet profectò non esse eandem rationem eius quod fit, & eius quod alteratur, seu quocunq. alio modo mouetur; quod eo mirabilius cuipiam videri posit, quo etiam fieri, & fiens, & quod fit per omne motuum genus peruagatur: nanq. & nigrum fit album, & albũ fit. Ea certè mihi discriminis huiusce caussa videtur; φ ẽt si idem sint alterari, seu moueri ad albedinem, & fieri album; longè alia tamen ratio, & formula qua res ipsæ sunt, ea voce significetur, atq. ea sit quæ est alterari, siue augeri: nam fieri intuetur id quod est esse. Quamobrem sicut ex eo quod est esse, notatur ratio quædam substantiæ cõmunis, & accidentis, licèt ea non sit vniuoca, sic prorsus promotio ad tale

genus ipsius esse indicatur per eam vocem fieri : sed esse primo significat id quod per se consistere videtur, quod in substantia simpliciter est, in reliquis non simpliciter, sed cùm declinatione quadam, ita tamen vt aliquam imaginem substantiæ referant; ex quo efficitur vt in certo genere collocentur; appellationem substantię, vt cùm abstracta sumuntur, accipiant, consequantur quid est, & definitioni subijciantur. proinde & fieri conuenit accidentib. quoad entia statuuntur : sed habent præterea singula prædicamenta quendam modum quo sunt, & quo per voces exprimuntur, qui cuiusq. proprius est, & cuius beneficio verè accidentia sunt : hunc aūt modum designari dico vocib. illis alterari, siue augeri. Neq. id tibi obsistat, ꝙ per has voces exponatur motus : quando etiam motus à forma ad quā cōtendit, non aliter discrepet, àc in modo significandi; cùm forma rem extra omnem fluxum; motus verò eandem rem cum fluxu designet. Quòd si forma ex his est qua alij subiecto, & quod extra suum genus sit, innanitatur, idem quoq. iudicium de motu faciendum est ad talem formam. Sic & ea quæ nob. exprimunt hos formarum modos; substantias pro subiecto requirunt : & cū n aliquid ipsis extra suum genus supponatur; in ea notione fit, vt absolutè exprimi nequeant. Quocirca augeri non significat fieri quantitatem, & alterari fieri qualitatem, sed substantiam fieri quantam & qualem; & alterari, & augeri. non alteratur qualitas, nec quantitas crescit, sed fit quantitas, & qualitas. Ergo fieri & esse, ꝙ absolutam quandam naturam præseferunt; simpliciter pronuntiari possunt, & à significanda substantia transferri ad accidens ea ex parte qua substantiæ vis in ipso elucet. ita dicitur homo fit, & homo est, & fit, & est album : sed augeri & alterari substantiæ soli conueniunt, & accidētia monstrant, quo ad sunt in substantia. Liceat autem mihi nunc digredi parumper, dum è re nata caussam cuiusdam locutionis expono quam vsurpauit 1. de Physica auscultatione Philosophus, & ex illa loquendi formula, tanq̄ à noto nob. principia naturalis mutationis indagauit. id verò est : quoniam fieri & esse seorseorsum, & coniunctim pronuntiantur : cùm. n. referant illam rationem quæ pertinet ad substantiam, quia substantia videtur alia posse respicere quæ in se ipsa accipiat : nam præter id, quòd significat esse per se, præsefert etiam vim subiecti, vnde item subiectum maximè substantia prohibetur, neq. id iudicio veterum solùm, sed auctoritate et præceptoris nostri, & ratione, inde igitur fit, vt per ea verba significetur aliud quiddam quod substantiæ tribui possit: quare & absolutè & coniunctim sumitur, & fieri & esse homo dicitur, & fieri & esse homo albus. Hactenus de alteratione generatim disputatum est: nisi quid aliud restet, quod aptiore loco sit explanandum. Mox ad ea transeamus quæ alterationem consequuntur, vt iis expositis finem habeat explicatio mutationum omnium quæ propriæ sunt rerum caducarum.

Explicatur propria notio contactus. *Cap. XXXVI.*

ALTERATIONIS vsus in natura frequentissimus est : nam præterquàm ꝙ per eam producitur qualitas quæ est forma quædā & aliquid actus intra se habens est ex ordine bonorum, multum confert ad afficiendā materiam, vt habilis sit ad accipiendā formam substantiæ. & maximum habet momentū ad id, vt mixta & animata præcipuè consistant quæ potissimā partem occupant speculationis naturalis. Cùm igitur anteà docuerimus, quemadmodum qualitate terminet̄, & quo pacto materiā apparet ad productionem substantiæ, transeamus ad id explicandū quod restat; nempè, vt seruiat mixtioni. Porrò caussæ mixtionis multæ, materia quæ sunt elemēta quæ cùm sint corpora imperfecta, plus obtinent potestatis, q̄ actus; ideoq. vergunt ad natura perfectius. finis contentio ad formas perfectiores : efficiens est cęlum remotè, proximè aūt primæ qualitates, quatenus propter repugnantiam inter sese prosternunt, & prostratæ conciliant̄, quæ sunt vel actuosæ vt calor & frigus, vel patibiles vt siccitas, & humor. Forma coniunctio, & concordia sub certa proportione. Quod pertinet ad finem & materiā, res expeditu facilis, & cùm per se perspicua sit, operā doctoris non flagitat : de efficiente copiosè disputabimus in Meteoris. restat, vt de forma disseramus : res sanè quæ explicatus habet difficillimos, atq. id maximè curā nobis affert, vt exploremus, vtrùm intereuntia, an etiam conseruata, & alterata solùm efficiant mixtionē, & vtrùm mistura sit alteratorum, an etiam corruptorum concordia. Huc igitur traducamus oēm cogitationem nostrā, & rē, si potis est, sedulò explanemus. Ceterùm quia mixtio non, nisi per mutuā actionē, repassionemq. elementorū fieri pōt, illud erit anteà disquirendū, quemadmodum mutua perpessio, siue repassio quam Gręci nuncupare proprio nomine solent ἀντιπάθειαν, fiat inter elementa : cùm verò repassio sine contactu nō obeatur; ab huius explicationē mox ordiemur, & per analysin inuenta rerū tractandarum materia, ab eo quod vltimo loco in mentē venit, sermonē nostrum auspicabimur. Quia, verò plures sunt res, rerumq. differentiæ, q̄ vocabula quibus ipsas exprimimus, & sæpe fit, vt eisdem nominibus vti cogamur ad diuersas res alteri significandas, vbi hæc in disputationē producendæ sint, ante alia distinguantur oportet : aliter animus auditoris, à tanta notionū nominis vnius varietate perturbatus confundi posset : cùm id eueniat in tactum; cum primis erit in sua significata distinguendus, quæ sanè multa sunt, sed eiusmodi tamen, vt nōnihil ordinis inter ea spectari valeat. A primo igitur incipiemus quod est eiā maximè proprium, & à quo cętera deducta sunt. hoc aūt conuenit iis quæ habent posituram : habere autem positurā illa dicunt̄ quorū partes alicubi sitę sūt, & exprimi possunt aduerbiis significantibus locū, vtputa hîc est pars chartæ superior, &

Hîc Dolopum manus : hîc sæuus tendebat Achilles :
Classibus hîc locus ; hîc acies certare solebant.

& demum

A & demum explicari nominibus differentiã loci significantibus ante, pone, suprà, infrà, sinistrorsum, dextrorsum; vnde dicebat Auerroës locum esse posituram priorem: [a] quando quidem in eius definitione locus accipiatur: quo fit, vt si posituram habeant, locum quoq. occupent necessariò. Sed præter id, ꝙ in loco sunt ea quæ inter se tangunt, habent & simul extrema; ita vt absoluta rõ primi significati hæc sit; vt, cùm sint in loco, simul habeant extrema: ea verò magnitudines sint necesse est: quicquid.n.pertinet ad locũ, vel extremũ est, vel habet extremum: atqui non est per se in loco extremũ, sed aliud per illud: at cuius extrema sunt, idest necessariò magnitudo: illius.n.solius extrema sunt, ꝙ illa sola est vndecunq. diuidua: igitur conuenit illi tactus; si partes habuerit actu; hoc est, habuerit actu extrema: nam si minus; haud quidẽ tactus, sed continuatio foret. sic.n.continua differunt à contiguis, ꝙ continuorũ extrema sunt vnum; contiguorum verò extrema simul existunt. Quocirca dictum est aliàs partes in toto non esse, vt in loco, sed esse continuas. Itaq. si continua locum in sua continuitate non assequuntur; ab opposito, quibuscunq. tribuitur locus; non certè continua, quatenus hũ, sed quoquo pacto contigua sint oportet. Quoniam verò primæ loci differentiæ sunt suprà & infrà, siue simpliciter, quemadmodum illæ sunt quas graue & leue simpliciter sibi vendicarunt, seu quodãmodo, cuiusmodi sunt elementorũ mediorum: ea verò quæ morant in his locis siue ex natura, seu contrà, vires habent
B inter se afficiendi; sequitur, vt ea quæ se propriè tangunt; nonmodò posituram habeant, & in loco sint; verùm à se vicissim disiungantur; hoc est, habeant extrema simul, & vicissim inter se afficiant, & vnà agant & patiantur ποιεῖν & πάσχειν vocauit Aristoteles & actionem speciatim nos concipere voluit. Agere aũt & pati non idem sunt, àc mouere & moueri; licèt conueniant in quibusdam. sunt.n.quędã, quæ mouent & mouentur, & ea simul agunt, & patiuntur, sed mouere quid cõmunius est: nam quod agit, mouet, & quicquid patitur, mouetur. verùm moueri latius patet oẽm motum complectens: pati verò est affici secundùm qualitatẽ, & agere contrà est in eodem genere afficere: nam cęteroquin actio cõmunior est motu, vt in anima; similiter ex motibus tonicis apparet actionẽ esse cõmuniorem; siquidem musculi cõtendantur, & tamen corpus, aut membrum stet. Quamobrem propriè contactus è tribus initiis cõponetur, & tribus determinabitur; positura, extremis quę sint actu, & efficacitate. ꝙ si qua ex his absint; poterit quidẽ esse cõtactus, sed impropriè tamen, & cõmunius, vt si fuerint sanè in loco, neque tamen inter se afficiant, veluti mathematica: nam & hæc in loco sunt, & eo modo sunt in loco quo inter se tangunt: itaq. si secreta fuerint à rebus naturalibus & per se subsistant; illis verè conueniet locus: si verò in mente sola posita fuerint; ergo & locus tantùm mente, & cogitatione separatus illis adscribetur, aut si aliqua fuerit affectio; nihilominus in loco non existat. idcirco iniuria quæ me adflixit; impropriè tetigisse dr̃. affecit.n.solùm nusquã vt in loco existens & Deus O. M. impropriè tan-
C gitur, dũ bene pro meritis capit̃, aut tangitur ira. Idem ipse quoq. Deus in loco non est, & tamen cęlũ tangere creditur, & cum eo simul esse, aut potius vnũ; proptereà tangit impropriè. Sed & impropriè quoq. tactus illis concedit̃ quæ cùm corpora sint, & occupent locum, necnon habeant extrema simul; ex iis tamen vnũ afficiat, contrà itẽ ab altero non afficiatur: nanq. ἅπτεσθαι propriè notat habitudinẽ quandã, vnde ἁπτόμεν dicuntur numero multitudinis, non aũt numero vnius ἁπτόμενον, ideò mutuũ quid inter illa desiderat̃ afficiendo, & agendo: sic cęlum quod afficit inferiora corpora, & in loco est quoquomodo, & habet extrema simul, ignis orbẽ tangens, non tamen propriè tangit. ita & vbi sit magnũ sensile, vt caminus ignis, & infundatur aquæ gutta; tactus hic erit impropriè: nanq. ignis solus tanget, neq. vicissim tangetur. afficiet.n.solùm; non contrà afficietur. Proinde vbi maxima fuerit exuperatio corporũ, existimandum non est ibi ministrari mixturam. Illa ergo inter sese propriè tangunt quæ inter sese afficiunt. At verò quemadmodũ est tangere quippiã cum propriè, tum metaphoricè, sic quoq. est agere propriè, & metaphoricè. & propriè quidẽ actio inter contraria procedit: impropriè verò inter alia quæ contraria non sunt. Nam Deum atq. sensilia quanuis agere, & hoc à Deo fieri dicat̃, abutimur ea voce: quamobrem põt etiam sub efficientis rõnem cadere, & eius à quo fit motus, & ab illius definitione cõprehendi quæ tradita est 3. Phys. neq. tamen credendum est ipsũ agere & moueri,
D tanq̃ efficiens: nil.n.prohibet, quominus efficiat impropriè, quod itẽ à communi definitione mouẽtis non repellitur. Sed illud admirabile, ꝙ Aristoteles eã conditionem impropriè, separatim obseruauit in iis quæ inter se tangunt, nõ aũt in iis quę inter se afficiunt; cùm tamen ad vtraq. cõmuniter pertineret. Verùm ego ita factũ puto, ꝙ frequentius vsurparetur ea vox tangi in iis quæ non verè tangunt, q̃ agere & pati in iis quæ non verè agunt & patiuntur. Nam dicebat Aristoteles [b] inter mouẽs, & mobile, inter sensile & sensum nil planè intercedere; verùm se tangere; cùm tamen longo interuallo disiuncta esse viderentur. Quòd igitur mens nostra magis perturbaretur in eorũ distinctione perspicienda quæ se tãgunt, q̃ eorum quæ agunt & repatiuntur; animaduersum est tangere cõmuniter vsurpari, non autem inter se afficere. Hoc mihi succurrit in præsentia quo Arist. negligentiam purgare possim, cùm probè nouerim vtrosq. terminos & communiter, & propriè sumi.

[a] 4. Phys. T. c. 45.

[b] 7. Phys. Tt. 11. 12.

Vtrùm omne ag. ns agat per contactum, an etiam longinquum afficere queat. Cap. XXXVII.

VNIVERSE verò oẽ agens agit per contactum, quicunq. ille sit: licèt hoc pronunciatum videat̃ esse obnoxium quibusdam difficultatibus. Nam Sol afficit mundum inferiorem per medios orbes quo tamen affectionis & alterationis, eius saltẽ quæ noxam infert, expertes esse censemus. Prętereà sensile immutat sensũ per medium, vsq. adeò, vt nisi intercedat mediũ; nulla certè functio sensus obiri

valeat: vnde illud vulgò receptũ est. sensile organo impositum nõ mouere sensum,& ita est hoc generale,& necessarium, vt neq. gustatio, neq. tactio quæ in proximo fieri videntur,sine medio fiat, ꝙ etsi nullũ adest mediũ externum; at illud præstò est quod cùm sit corporis nostri pars; instrumento ad natum est,seu tunica sit,siue aliud quodlibet. Tertiò vehementius imprimitur calor parieti, qui longius distat,q̃ aeri intercepto: non igitur ex cõtactu nascetur illiusmodi calefactio: id aũt ex eo probamus: nam si continuè calor ille remittatur,qui est in medio,supererit tamen aliquis gradus caloris in pariete, cùm tamen nullus sit in aëre calor residuus: ostendit verò sensus in densis acrioré concipi calorem, diuturniorem,q̃ in tenuibus. Itaq. caussam reddebat Aristoteles,cur in ponto maiores æstus,maioraq. frigora essent,q̃ in reliquis locis vicinioribus accusans aëris crassitudinẽ,atq. idem sensus offert nobis aëris mutationẽ celeriorem,atq. faciliorem: ex quo efficitur,vt aër calorẽ prius, quàm paries amittat. Multò etiam magis constat propositũ ex experientia quæ sumitur à speculo concauo,vel à phiala quę plena sit aqua pura à quibus radij à Sole proiecti repercutiuntur: neque.n.in vicino comburunt, sed ex certa distantia. Non omnis igitur actio nascet ex contactu: siquidem ea prius vri oporteret quæ propinquiora sunt. Et planè agens naturale prius afficere solet proxima,quàm remota. Veruntamen neq. hæc fidẽ minuunt Aristotelis: patebit aũt, si nonnulla constituamus quæ naturalis philosophus sine vllo negocio dabit. Horum illud præponetur. Agens ita immutare materiam, quia dat formam, quam habet actu,seu virtute; verùm neq. semper,neq. cuiuis materiæ,sed si rite affecta fuerit,& ex iusta distantia; cęteraq. adsint quæ ad agendũ requiruntur de quib.olim multa enarrata fuerunt. Distantiã verò dupliciter intelligimus; viciniã nimirùm agentis ad patiens, quandò formæ cuiusq. robur,& efficitas certis quibusdã cancellis,& certo ambitu qui circunferentia describit, cõprehendi solet, extra quẽ nulla prorsus forma,aut actio permãnat ab agente. Sic ego ad ignim accedo, vt calescam, quia virtus eius eò,vbi sum,non protenditur,nec propagatur. Accipitur item distantia pro interuallo quod interueniat oportet inter agens & patiens,ad conuenientẽ formam producendam. Nam sicut ab vno eodemq. agente diuersæ actiones formæq. producuntur, quãuis necessariò requisitę,& eiusmodi quę viam quodãmodo muniant ad alias superiores; variiq. sunt illarum gradus; sic etiã variis ad agẽdum interuallis opus habet. ignis.n.in proximo vrit; eminus tepefacit. Nec opinionem superat efficaciorẽ quoq. actionẽ exeri in remotum,q̃ in proximũ, vbi agendi rõ pendeat ex distantia: quanq̃ puto talem varietatẽ à caussa fortuita exoriri. Item in Aristotelica philosophia satis exploratæ veritatis est, contactũ agentis & patientis nonmodò duci à materia,hoc est,à quantitate, sed à specie quoq., & forma, quia.s.species per medium prodeat ab agente ad patiens,& ob id vnũ ex agente primo proximoq. fieri quod est medium; quippe ꝙ vna eademq. forma tribuatur vtriq.: propterea contactus inde nõ erit abiiciendus: nam sicuti continua sunt,neq. sic continua,quin aliqua natura segregentur,quorũ motus est vnus; consimiliter ẽt continua reputari poterunt illa quæ eandẽ speciem formamq. nullo alio corpore interueniente susceperint: tametsi in efficiẽte primo per habitũ plerunq. inest,in medio ἐπικτήτως, & vt aduentitium. Actio verò & forma quæ per mediũ procedit,& à patiente accipit,& vniusmodi esse põt,& diuersæ rõnis pro subiecta materia: verumeninuerò necessariò talis est, vt posteriorẽ virtute contineat quæ itidẽ pro rõne subiecti in re moto habitus esse põt; in proximo verò,vt forinsecùs accedens, & in remoto insigi, & propria reddi in proximo aũt esse, vt ex alio pendens. Neque desunt exẽpla, quibus ita rem se habere doceamus: nanq. vniusmodi non est actio Solis in aquam maris cum in summo,tum in fundo: calefacit.n.& in spiritũ vertit imã aquæ partẽ; summam cogit in sal. idem ignis calefacit,& attenuat aërem; densat limum: præterea per aëris caliditatẽ quæ vim ipsa non habet exurendi,& per aquã incutit calorem,& cõburit stupã,sed in aëre calor est aduẽtitius,& ab alio pendens, in aqua fortè nullus; eius rei cõfirmatio duci posset ab inexperto ex auctoritate eius qui scripsit libellũ de elementis, seu fuerit Arist. quod non arbitror, siue Isaac, seu Abucaten; nil referat nunc ꝙ si concaluerit aqua; prohibet vim hominis erga stupã, & approbantis ex eo, ꝙ fiat ignis ille in stupa per antiperistasin, frigore aquæ fugante calorem, & cogente ad stupam. Cùm ergo concalefacta non aduersetur calori,non poterit ipsũ fugare. Sed ego nec antiperistasin eius euenti caussã esse reor, nec experientia apud me fidem inuenit; etenim oppositũ ipse expertus sum. Nisi fortè concalefactam auctor ille feruentem nos intelligere voluerit: nanq. feruens imagines & radios dissipat: itaq. in capite voluit Aristoteles[a] produci sensuum instrumenta,ne spectra rerum conturbata acciperentur. sed hoc ego experiri non potui. Satis ergo sit, ꝙ aqua nullum actu calorẽ, aut non admodùm sensilẽ concepit, qui igneus est in stupa. Et quod efficit torpedo per rete in manu piscatoris, monstrat actionem quæ nascit ex aliqua forma, non esse necessariò rationis eiusdem. Quibus stantibus facilè tolluntur argumenta opposita. Dicimus.n.solem (quanquàm de hoc ipso seorsum alio loco dicendum est) non calefacere orbes inferiores, quòd illa materia non sit affecta ad accipiendã formam caloris, veruntamen agere in eos actione diuersæ quæ virtute calorẽ contineat; nempe illustrando, etsi approbamus tenuẽ illam præceptoris summi suspicionẽ indicatã 1. Meteor. & 12. Met. etiam mouendo. eodem prorsus modo torpedo afficit rete,& manũ piscatoris, sed refrigerat quidem rete, quæ verò frigiditas est in rete; in parte sensili est stupor; neque.n.rete capax est eius affectionis. Et à conditione item distantiæ petitur dilutio illius obiectionis quæ à sensili sumebatur: tale.n.est,vt non immutet sensum,nisi interuentu distantiæ; propterea ꝙ ita redditur agens congruum & cõueniens ipsi patienti: nam præ magno robore,& efficacitate dissiparet organũ,nisi medio prius immutato quodã pacto languesceret,& faceret profectò velut ignis qui cùm calefacere deberet; ob viciniã combureret; ita interuallũ minuens de viribus

[a] 3.de par. Anim.c.10.

ribus

A tribus agentis ad actionẽ conducit: quanuis ẽt sensile & organũ à natura talia cõstituta fuerint, vt opus sit medio; quoniã sentiendi facultas ob salutẽ animantis in longinquũ protendi debebat, nec sine medio, vt si foret inane; vlla sensiliũ functio præstari poterat, quemadmodũ docuit Aristoteles [a] differens contra Democritum. Ita etiam propter affectionem patientis, & conditiones agentis efficitur, vt erga longinquũ maior obeatur actio, q̃ proximum. Quanquàm hîc est, φ aduertamus actionis amplitudinem, nam dupliciter esse põt, vel ex gradu, vel extentione, & copia materię. Sic ergo maior calor parieti, q̃ aëri propter materiæ multitudinẽ, & densitatem imprimitur: quamobrem ẽt tardius afficitur, sed retinet efficacius. itaq. fit, vt quasi sua facta, superstes itẽ sit, quanuis medium mutetur. & à speculo cõcauo longius aliquantò stupa incenditur, φ ex eiusmodi interuallo redditur agens robustius; licèt ex euento & fortuitò: cùm in eius extremo radij coierint in vnum, & magis coacti plus valeant: habet.n. lumen, vt nosti, caloris entelechiam. Hæc eadem caussa ab Arist. fuit allata, cùm rationem redderet, cur prope terram vapor non coalesceret in nubem, sed in secunda regione aëris, & longè à terra. Quæ cùm sint, patet rectè statuisse Aristotelem actionem propriè per contactum administrari. [a] 2. de An.

Vtrùm ea quę posituram habent, occupent locum, an loci prorsus expertia sint.
Cap. XXXVIII.

B EAM quoq. rationem testabatur esse Philosophus illorũ quę inter se tangunt, vt sint in loco: nam quia positura prædita sunt, à loco non possunt absolui; cui quoq. placito subscripsit Auerroës, [b] quinimmo cum loco posĩturã iunxit, vt opinatus aliquando sit posĩturã ipsam esse locum. Verùm & aduersus hæc multa afferri consueuerunt quæ quidẽ habeant posituram: neq. tamen in loco consistant: nam punctum sic ab vno distinguitur, φ vnum positione caret; punctum verò vni addit positionem: præterea linea & planum recensentur in iis quę habent posituram; nihilominus in loco non sunt. termini.n. abhorrent à loco; locus aũt est eorum quæ terminos habent. sunt verò corpora, ac si qua rõne puncta, linee, & plana sunt in loco; id certè valde fortuitũ est, quia.s. sunt aliquid eius quod est in loco. Præterea locus habet & ipse posituram, & ipse igit᷑ erit in loco, & loci locus in infinitum. Tantum ergo abest, vt locus ea consequat᷑ quibus positura tribuitur, vt contrà potius ea loci attributum sit. Quocirca etiã tantum abest, vt locus in posituræ definitione capiatur, vt positura potius in definitione loci sumenda sit. Quod item ex eo confirmare licèt, φ genus, & differentia in speciei definitione comprehenduntur: locus aũt ex eo genere est quanti quod habet posituram. Deinde inquit Arist. mathematica posĩturã obtinere: quapropter esse in loco. Sed non infrequenter idem testatus est, oẽ quod est in [b] 1. de Ge. T. c. 44.

C loco moueri posse, & nihil esse in loco, quin idẽ sensile continuò sit: nam si in loco versatur, [c] aut id est ex natura, aut cõtra. atq. id vel in loco supremo, vel infimo: quamobrem graue, aut leue, calidum, aut frigidũ, quæ sanè oĩa repudiat corpus mathematicum: quandò hoc eiusmodi reputat᷑, quia careat sensili qualitate. Veruntamen & ad hæc pro Arist. respondere possumus ipsã quoq. posituram modò propriè dici, atq. ita sola corpora, & illa quidẽ naturalia quæ sunt eadẽ, ac sensilia, situm & posituram habere dicuntur, eaq. demum, quibus propriè locus attribuitur; proptereaφ ita se habent ad vniuersum, vt in quadã eius parte, siue distantia, seu termino sita esse verè queat enunciari: dicimus item non nulla sitũ habere, sed id minus propriè, φ aliquem ordinẽ partium designent, cũ no respiciant quibus cõuenit esse ita hîc, vt non alibi, quod quidã aiunt esse in loco circunscriptiuè; hoc aũt modo sub positura corporis termini continentur qui quidẽ alicubi esse dici possunt, nec sanè φ in loco sint, sed quia sint termini illi affixi quod est in loco. itaq. ẽt monebat Arist. [d] locum ipsum ab ea nuncupatione quę erat esse alicubi, alienũ non esse; quanuis in alio, vt in loco, locum esse nullo pacto contingeret. Hac igitur posita distinctione respondemus ad obiecta: nanq. vbi linea, planum, & reliqua opponuntur quæ positurã habent quidem, nihilosecius in loco non sunt; dicimus eis posĩturã impropriè conuenire, vt terminis.s. in eo cuius termini sunt: similiq. rõne obtinuisse posĩturã qua illis etiã locus attribui cõsueuit. [c] 4. Phys. T. 47. 1. de cęl. T. 69. [d] 4. Phys. T. 47.

D Sed cùm impropriè admodùm, & ex euento consecuta sint locum, quatenus.s. eius termini quod est in loco per se, nẽpe corporis mobilis, consimili quoq. modo posĩturã possidebunt. Eadem quoq. ratione fatemur adscribi loco posĩturã: quoad.n. terminus est corporis continentis, & ita in loci definitione positura sumpta est: verùm si propriũ eius significatum acceperimus, idest, partium sitũ ad vniuersum, & locũ, qua terminus est motuum naturaliũ, & quasi forma mobiliũ de quo diximus olim multa, locũ posituræ essentiã complere censemus; non aliter àc genus essentiã differentiæ constituat: positura enim vicẽ differentiæ subit in loco, atq. ita accepimus antè, cùm diximus ea quæ posituram habẽt, esse in loco: nam suppletur hac appendicula: ratio loci naturalis, qui quantum differat à loco cõmuniter sumpto quẽ 4. Phys. definitum fuisse profitemur; aptiore loco docuimus. Quanquam non est, quòd hanc verã loci differentiã esse suspicemur: quandò locus ille cõmuniter acceptus est quoddã cõmune ad vnũ cuius nullæ sunt differentiæ quæ vim habeant partiendi, sed quæ partes solummodò constituãt quæ cùm iis reciprocari solent quæ constituuntur. Auerroẽm quoq. siquis tueri velit, ita interpretabitur, cùm inquit; posĩturã esse locum, quia locus sit essentia posituræ, in hunc posteriorẽ sensum positura, & loco acceptis: tametsi ea prædicatio caussæ potius habenda est, q̃ vniuoca, & formalis: neque enim genera de differentiis formaliter sumptis prædicantur, [e] vt optimè nosti. Vbi verò mathematica opponuntur, ac si posĩturã habeant, & in loco existant: vulgò sic dici solitum est, quemadmodũ etiam legitur apud Philoponum, [f] fuit aũt vetus hæc opinio, iam vsq. à Platonis ducta tẽporibus, & omniũ [e] 4. Top. 10. Met. [f] 1. de Ge.

fermè Græcorum interpretum firmata consensu, sicuti cogitationis opera forent mathematica, sic item q in loco essent, beneficio eiusdem cogitationis impetrasse. Hic disquirendum foret de ratione qua mathematica cōstitunt: longum profectò negociū, sed breui nunc animi nostri sniam cōprehēdemus. Accipimus aūt quod priore libro docuimus & mathematica tale rerū genus esse, vt illis aliquid respōdeat in natura. Nec q fugiant sensum; vnamq. phantasiam pulsent, nos persuadere debet eorū nullam esse naturam: nam si phantasiā commouent, habeant quoq. oportet aliquod fundamentū in ipsa re, & longè prius pepulerint sensum: nil.n.accipit phantasia quod non anteà sensum pulsauerit: componit quidē, & diuidit, sed compositorum partes existūt, & tota diuisioni in natura supponuntur. Ideò sunt aliquid secreto munere cogitationis ipsa mathematica, & eadē planè sunt, atq. magnitudines naturales, solumq. variantur, quia citra conditiones sensiles, sensilemq. materiam concipiuntur à mente quam semper habent adiunctam formæ naturales, vt ab ea, neq. re, neque cogitando diuelli queant, & sicuti reipsa sunt, sic etiā locus mathematicus existit qui quidē terminus est continentis, nulla habita ratione conditionum materię sensilis, qui.s.pertinet ad magnitudinē simpliciter. Cęterùm distinctio satis anteà tractata: quare ne lectoris opera, & otio abuti velle videar, non amplius huc inculcabitur. Quamobrem mathematica sunt itē in loco cōmuniter sumpto, & datur locus mathematicus qui idē quoq. est reipsa cum loco propriè sumpto & naturali; solaq. ratione seiūgitur ab eo: siquidem vtraq. magnitudo, cum mathematica, tum naturalis ab aliquo absolutè contineantur, sed ab illis alienus est locus alterius significati. nam quia peculiarē vim à natura, & vniuersi ordine consecutus sit, atq. id totū merito sensilū qualitatum: repudiantur aūt à mathematicis, ideò nequeunt esse in eiusmodi loco. Sunt igitur reapse mathematica, & in loco quodam verè consistunt: cùm sint eadem àc res ipsæ naturales. itaq. et obnoxiæ sensui & indutioni redduntur, quemadmodum res naturales, atq. ita sub phantasiā cadunt: postq̄ à phantasia acceptæ fuerint; abstractionis interuentu separant à materia sensili. Idcirco nisi Philoponus, & cęteri Græci mathematica sic accipiant, vt, postq̄ à phantasia fuerint excepta; mentis opera à sensili materia seuocentur, falsum profectò asseuerant, dum ea simpliciter esse negant: nam varietas mathematicorum, & naturaliū in consideratione posita est; itaq. pendet à mente, non tamen existunt prorsus in mente, sed aliquid item sunt in rerū natura, eorumq. locus consimiliter. Atque hæc de eorum loco simpliciter asseri queunt. Si verò curiosius inquiras; ecquid illis rei sit cum loco naturali, & num'ne ab ipso penitus secreta sint; quasi nil affinitatis inter illa intercedat: respondeo mathematica propriè terminos esse materiæ naturalis; ideò tanq̄ terminos, & ex consecutione eorum loco potiri, quorum termini existunt. Quòd si rursus institeris ea quæ sunt in loco, seiuncta, finitaq. esse oportere; atqui termini oēs esse à forma: propterea cùm mathematica seiungantur à forma naturali; ergo etiā terminis ipsis excludi: quapropter esse continua, & arceri itē à loco. Dicimus ad hoc vel mathematico supponi terminos corporum naturalium, actu quidem factos à formis naturalibus, sed in eo vim mathematici manere, vt spectet solùm terminos corporis illius, quatenus est magnitudo simpliciter, non animaduersis eorum formis, vel etiā terminos imponi à mente, sed tales, qui rerum naturę non repugnent. nil enim obstat, quominus sex digitorum magnitudo sit, aut mille.

Caussæ vestigantur actionis & perpessionis. Cap. XXXVIIII.

EXPLICATO contactu veniamus iam ad actionis & perpesionis conditiones explorandas; & earum caussas perquiramus, ac modos quibus actio & perpesio ministrantur. Non erit autem facilè caussas eorū vestigare: nanq. vna sola est via quæ nos in caussas ducat, ea nimirùm, quæ incipit ab effectis, & attributis eorū quorum caussas indagamus. sed in iis exponendis quæ ad rē nostram pertinēt, magnū admodùm inter philosophos discrimen esse perspicimus existimātibus nonnullis ea quæ inter se agunt & patiuntur, necessariò fore dissimilia, quibusdam verò similia prorsus. Prioris sententiæ professoribus hæc adminiculabantur: neque.n.fieri posse videbatur, vt simile alterū sibi simile afficeret: nam cùm afficere sit impertire suā qualitatem, & affici accipere qualitatem ab alio; si consimilia fuerint; habebunt igitur easdē qualitates. ergo alterū eas alteri cōmunicare, aut ab altero accipere non poterit. Erit etiam munus efficientis superuacaneum, siquidem id cōmunicaretur, quod prius inesset. Quòd si affici nequeant ea quæ similia sunt, ab opposito cōcludemus, si inter se vicissim affectura sint, dissimilia sint oportere. Quoniam verò possit obiicere quispiā ignim qui ab altero igni corrūpitur, ij verò sibi similes oīno sunt: at intelligat ignim ab igni corrūpi, paruum à magno; paruum aūt magno dissimilem esse. Non igitur simile à simili, sed dissimile ab altero dissimili afficitur. Ii verò qui posteriori sententiæ patrocinabantur, obiiciebant lineā, albedinem, perspicuitatem, atq. grammaticen, quę inter se vicissim nihil agere cōpertum est, ac siquando inter se afficerent; dissimilia, quādoquidem cernitur grāmaticum pati quippiā à musico; non idcirco actio proficiscebatur à dissimili, sed quatenus interea nonnihil similitudinis intercederet. Cęterùm vtraq. snia labascit, & quibusdā vitiis vrgetur; quippe quę rem vniuersam mentibus nostris non obiiciat, sed partim singulæ attingant: ex quo efficitur, vt inter se tanq̄ contradicentes non oppugnent; quamobrem cogamur alterā partem toto pectore defensare, sed velut arbitri honorarij simul vtranq. conciliare debeamus. Nam quod aiunt hi simile à simili non affici; rectè sanè dicunt, quia si fuerit oīno simile, vt nil discriminis prorsus intercedat, actio affectioue nulla perpetratur: si.n.ita sit; quid vetabit, quominus idē penitus sint agens & patiens, neque subiecto solùm, vel numero discrepantia; verùm etiā eadē cum sint numero, & in subiecto conueniāt,

vt idem

A vt idem album si pateretur à seipso? quod sanè captum mentis omnẽ, ne dixerim omnem naturæ conatum, superat: quandò idem ad idem actu simul, & potestate futurum sit, & quatenus actu subiectum est, futurum sit aliquid; quatenus verò potestati, nequaquàm ita ad idem erit vnà & non erit, & contradicentia simul consistent, neque enim hæc rationem contra dictionis effugiunt, cùm sit idem prædicatum de eodem subiecto modò affirmatum, mox negatũm, eodem modo, & tempore. Præterea quid vetabit, quominus vniuersa affectioni & alterationi subiecta, & obnoxia sint? cùm tamẽ vnum corpus sit quod exors est oĩs alterationis, & vnum necessariò primum mouẽs, quod prorsus immobile sit necesse est, omnisq. motus expers, nõ eius solùm qui substantiã labefactat; verùm etiã illius qui cum substantiæ salute producitur quem audiemus esse conuersionem. Id verò necessariò consecuturum persuadet locus cõmunis desumptus à cõparatis; sicut.n.se habet simpliciter ad simpliciter; ita magis ad magis, & maximè ad maximè. Si ergo simile afficit simile, quo similius fuerit, eò magis afficiet, & simillimũ maximè cõmouebit. at idem sibi ipsi simillimũ est. Idem igitur seipsum multò magis, q̃ reliqua tentabit, & præterq̃ quòd neq. sensus, neq. rõ affectionem tolerant, quæ fiat à seipso; imminebit periculũ, ne id quod necesse est sit prorsus immobile, procedat natura deinceps mouendo, & motus motibus accumulando in infinitũ, & motus oĩs inde tollatur, quod oĩum maximè agitetur: nil.n. maiorem similitudinem prefefert; quippe q; penitus & vsquequaq. sibi ipsi idẽ sit, suiq. perpetuò similis, B nullã omnino varietatẽ neq. essentiæ, neq. functionis tolerans, neq. vllum vnq̃ tempus suæ constantię, perfectionisq. intermittens, ac si secus eueniret; nulla ordinis obseruantia, nulla æqualitas, nulla firmitas retineri posset in iis quæ cientur ab ipso: propterea natura quę proximè nexa & apta est ex eo principio, eiusq. beneficio ordinẽ conseruans, è vestigio perturbabitur. Ita nihil in statu suo diutius contineri poterit, cùm tamen oĩum rerum, & immortaliũ, & caducarũ certas periodos, & fatales transmutationes, & munera constantissima caussarũ, atq. effectuũ nexu quodã admirabili seruato sub illius augustissimi Imperatoris nutu obseruemus. Illud item aliqua ex parte verum dissimile non affici à dissimili: siquid.n.sit, quod prorsus disconueniat, quemadmodũ ea quæ prædicamento separãtur, & pluśq̃ specie disiungunt, sicut albedo & linea, quorũ vnum quale est; alterum verò quantum, etsi vnũ caducum sit; alterum æternum; ea vicissim inter se afficere nequeunt, ac si fortè quicquam patiantur; id erit per accidens, neq. vnum in alterũ cõmutabitur; etenim quæ inter se mutant, sint eiusdem generis oportet; nec vllo modo per se inter se afficientur: potuit sanè vnum ab alio pati, vt mortale ab immortali, sed vicẽ neutiq̃ rependet: per se verò solummodò afficietur id quod contrarij, mediũe potestatẽ præsegerit quæ affinitate quadã iuncta sunt; quippe q; sub idem genus cadant: ita fit, vt vtraq. sententia nimirùm cõmuniter, & præcisè pronunciata sit, neq. tamen secum pugnent, sed vnà constent, quod C sententiarum genus leuiores dialectici subcontrarium vocant, grauiores logicũ sunt enim verę vtręq. sed aliqua ex parte; itaq. distinctione coniungendæ.

Actionis & affectionis caussæ seorsum recensentur. Cap. XL.

ID quod à nobis pronunciatum est nuper, ita persuadebitur, si progrediamur ab iis quæ nobis nota sunt, necnon à bonis philosophis vsurpata ad inueniẽda primordia rerum naturalium. Cernimus enim non quodlibet à quocunq., sed certũ à certo affici: consimiliq. via afficiens certũ esse oportere, neq. enim albedo patit à linea, vel in ipsa efficit quicq̃, sed intereà videmus affectionẽ, perpessionemq. ꝓcedere, quæcunq. contraria sunt, aut illa imitant, hoc est, vel extrema, vel extremis. Conueniunt verò hæc in genere, specie separantur: quapropter ex his facilè controuersia sedari põt quæ extat inter superiorũ sententiarum patronos. est.n. affectio mutua, siue repassio inter ea quæ quodãmodo similia sunt; alio verò modo dissimilia, & in genere quidẽ conuenientia, specie verò discrepantia. siquidem ea generis eiusdẽ esse perspicuum sit, q; corpus à corpore afficitur, & à corpore fit corpus, & sapor à sapore fit, & corrumpitur; necnon color à colore, & vt vno verbo oĩa complectamur; ea quæ sunt generis eiusdẽ, inter se cõmutantur, & à se inuicem afficiunt. Eius rei caussam hanc esse dicemus, quia con- D traria in eodẽ genere vniuersa sunt, specie verò differunt. agentia verò, & patientia contraria sunt, itaq. cùm contraria sint, & specie differentia; propterea secum pugnant, & propter generis participationem consecuta sunt viã qua inter se commutentur. quasi esse contraria, & in diuersas eiusdẽ species referri sese mutuò consequantur, & reciprocentur. Quæ cùm sic se habeant, non est q; admiremur, cur vtraq. secta in hac re decernenda lapsa fuerit: nanq. arduum est, vel ipso Platone auctore, ponere discrimen inter similia, & à similitudinis specie non decipi: nam cùm actionis, affectionisq. principia dupliciter exponamus, ac modò subiectũ in medio ponẽtes, vt cùm hominẽ calefacere, vel calefieri dicimus; aliàs contrariũ, vt calidũ calefacere, vel frigefieri, ij qui primordiũ illud respexerunt quod mutationi subiicitur, & sub vtrisq. contrariis idem manet; ita pronunciarunt simile alterum sibi simile afficere, & à simili pati: qui verò spectarunt contraria duntaxat, actionẽ à contrariis præstari dixerunt. Quapropter vtriq. rectè quidem, sed planè imperfectè rem, & ex parte attigerunt; & planè vtrunq. caput in vnum conferre debuerunt: neque.n. inter contraria solùm actio ministratur, sed inter similia quoq., neque item inter similia tantummodò; verùm inter contraria; illa.s. quæ in genere conueniunt, specie segregantur; ea verò sunt contraria. atq. hæc ea sunt demũ quorum est eadem materia, forma verò disiunguntur. Ideò siquis initia prima & præcipua perpessionis, & actionis explanare velit, illi ad materiam & formã confugiendum erit, ad illã quidã, vnde initium patiendi permanat; ad hanc verò, q; ex ea tota

agendi

agendi rō deducit. quicquid.n.agit, ita agit; quatenus actu est id quod ipsum efficere studet; est verò actu per formā,& quicquid patitur,ita afficitur; quoad est potestate, id verò à materia mutuatum est. Quoniā igitur a materia rō generis,à differentia verò species formæq. deriuātur, ex hoc efficitur,vt ea quæ vim habent agendi & patiendi, sub eodē genere collocent̃ differentia formis,ob eamq. vera contraria sint; dummodo semper intelligamus agentia propriè quæ sunt vniuoca: cętera excluduntur, vt cęlum,prima contraria,si cōferantur cum secundis,vt calidum cum raro,cuius signum, ꝙ inter afficiendum nil repati solent, atq. ēt secunda contraria seorsum. neque.n.inter se afficiunt, sed ex mutua primorū perpessione exoriuntur: ac siquis agere, & pati velit hisce contrariis attribuere; licebit illi,si mutuā perpessionem accipiet pro successione,aut ei tribuet actionē,vt dici solet,formaliter,non effectiuè; hoc est,non ꝙ habeant vim immutandi,sicut efficientia quæ traducunt de potestate ad actū, sed quòd sui præsentia constituant, quemadmodū antè accepimus, formam & priuationem agere in materia. Quòd si eam sententiā accipiamus in hunc sensum,quæcunq. contraria sub illa cōprehendi poterunt: neque.n.deserunt vtraq. subiectum, nec vnq̄ consistere queunt, sed prima præter hæc sese mutuò pellunt ex eodē subiecto. quanq̄ inter ea quoq. quæ sunt ex ordine primorum primo calido & frigido tribuendæ sunt,tum ꝙ humidū,& siccum ab iis producuntur; tum etiam ꝙ videntior est illorū virtus, horū quodāmodo silet; quippe ꝙ citra societatē corporis, & per affectionem, aut ægrè imprimat̃, aut non discernatur à sensu. Proinde humidum & siccum ὑλικῶς, & παθητικῶς.i.per modum materiæ, & vt patientia Græci operari dixerunt: reliqua vt agentia, & instar formæ, atq. εἰδικῶς, & ἐνεργητικῶς. Itaq. exiccatur aqua adiecta terra, & affusione aquæ terra eliquat̃. ex quo terram aqua irrigant figuli,vt eā fundant,& figuræ capacem reddant; deinde torrent,vt exhausto humido redundante figura conseruetur, calidū & frigidum eminus etiam sese insigniter labefactant. Ex his,quæ à nobis posita sunt,& nuper & anteà per progressum; constitui pōt modus quo accidentia permutant̃ & intereunt: nam primus est modus oīum maximè naturalis, & cōmunissimus, qui per se est, & ꝓximè ex alterius sibi contrarij præsentia; alter aūt est per accidens,atq. ille quidē multiplex, prout.i.accidens in natura consistit: etenim ex aliorum actione producit̃, nihil oīno per se agens,aut adhuc à producēte pendet, & ex producētis absentia tollitur,aut sequitur formā subiecti,vel proximi,secundùm quod inest, vt in siccitate duritiès,vel remoti,quæ est substantia,& ex eorū interitu contingit tolli contrarium, [a] non sic iis contrariis euenit quæ sunt in substantia: cùm.n.non dicantur de subiecto, ad eius interitum illa interire non continget,sed per se ipsa corrūpuntur. itaq. vbi non est contrariū, aut cui non est, fieri nequit,vt intereat. Veruntamen etsi cōtraria versantur in eadē materia,& circum idē subiectum vicissim sibi succedunt,vel sese mutuò pellentia, vel his adnexa, non tamen oē materiæ genus est capax huiusce successionis,sed cùm materia triplex sit,proxima,media,& remota:proxima quidem duorum contrariorum esse nequit: etenim cuilibet formæ sua quæq. potestas & affectio debetur. Cùm igitur contrariorum formæ contrariæ sint, contrarias etiā potestates & affectiones habeant necesse est. hæ verò insidēt in materia proxima: neq. itē remota,ꝙ ea non dū acceperit affectiones,sed oīa contraria peræquè respiciat, sed superest media quæ cùm affectiones ad contraria fuerit adepta,nec vno tantùm terminata,vt proxima; nec omnibus indefinitè, vt remota; ad hoc officium valde est accommodata: hæc aūt continetur genere proximo,vt colore. Generatim verò contrariorum actio, vel intra generis sui terminos continetur,vel desinit in formam substantiæ quæ in efficiente,vel actu, vel virtute præcedebat.

[a] Lib. de vita long. c.2.

Quęritur vtrùm idem seipsum afficere queat,an ab alio semper affectio nascatur. Cap. XLI.

AT verò non pauca ex his quæ à nobis cum Arist. posita fuerunt, à Græcis,& Latinis dubitata comperies,atq. in eo quidem quod testificatus est Aristoteles,simili à simili non affici; hæsit primùm Philoponus: etenim dicebat eius rei caussā esse,ꝙ haberent vires æquales; propterea non erat, ꝙ maior,aut minor actio ab hoc,q̄ ab illo expectant̃. Sed cùm ipse posteà videret contraria, quanuis æqualia forent,sese vicissim perturbare & cōmouere; neq. necessarium illud appareret æqualia inter se non agere;eò confugit,vt absurdū non esse diceret,si repateretur agens,sed illud oīno,si repateretur,quemadmodum afficit,& contrà,si ita afficeret, sicuti patitur,quod sanè eueniret, si inter oīno similia procederet actio: nanq. agens,inquit,magis afficere,q̄ affici debet,& vicissim patiēs magis affici,q̄ afficere; quasi repassio quidē fit,sed,vt aiunt,cum subdominio. Tamen via nulla succurreret qua doceremur, quemadmodū fieret mixtū quod è duabus qualitatibus æquè tēperatum foret, quod tametsi ex vtriusq. contrariorum coniugationibus æquè tēperatum non recipitur; at ex altera tantùm, & à medicis, & à philosophis gratis conceditur. Sed vt hoc concedatur; reliqua quî tandem nōmodò dari, sed prorsus cogitatione cōprehendi queunt,nempè si oīno simile alterum afficiat,& idē à seipso passurum, nec tore quicquā impatibile & immobile? Cur etiam non poterit euitari argumētum,si dicatur id euenire quod concluditur,vbi quippiā quod simile est,aptum sit ad patiendū,sed non pariter afficere, & affici queat,quod verò infertur,esse tum absurdum,cùm ita afficiant,quemadmodum afficiuntur? Sic igitur simile non patietur; ideoq. nec idem à seipso. Sed siquo pacto simile à simili patitur,quod sanè contingit,si stat fundamentum illud,si non penitus similiter inter sese afficere possint,ēt idem à seipso perpeti poterit. sic non erit vniuersè verùm nil à seipso pati; nil impatibile, & penitus immobile fore, aut si id generaliter verum; simile item à simili nunq̄ afficietur; nec regula illa certa quam nuper constituimus,inquit,Philoponus. Adde.item treis esse voces,quibus similitudo significatur; nam propriè similitudo

A litudo est inter qualitates; in quantitate est æqualitas;eædem substantię dicuntur : simile igitur non est idem. Quicunq. ergo statuit actionẽ inter similia fieri, non necessariò dicere cõpellitur idem à seipso fore passurum. Sed oẽs istæ controuersiæ dirimuntur adiecta illa nota,quatenus simile. Et quod ad scribitur simile esse in qualitate,non in substãtia : respondeo simile & quale formas ẽt rerum cõplecti; sunt.n.& ipsæ quodãmodo qualitates, ideoq. similitudo itẽ illis optimè conuenit. Atq. hęc ex Philopono. Attamen ex his,quæ pronunciata sunt, præbetur occasio disserendi primùm , vtrùm quicquàm vllo pacto seipsum afficiat. Deinde,vtrùm ẽt sit aliqua ratio,ꝑpterquã simile altero ab simili pati possit : nanq. etsi partẽ negantẽ problematis vtriusq. constantissimè defendit Aristoteles; non desunt mihi lominus argumenta quibus oppositũ conuinci posse videat, & quibus aliquando manus dederint philosophi non ignobiles. Atq. vt de priore illo hoc tẽpore agamus,facit in primis rem dubitandã vulgaris illa distinctio functionũ in immanentes & transeuntes, de qua pluribus olim disputauimus : nanq. ex immanentium vi colligit actio subiecti aduersus seipsum. Deinde motus animatorum : hæc enim ab inanimis ea rõne separantur,ꝙ à seipsis mouentur . Tertiò videtur in antiperistasi qualitas ab internis principiis intendi : nam calor hyeme qui in viscera terræ se recepit ; ex seipso amplificatur,& intenditur,ac si intendi est contrahere quomodocunq. actum; calor per se ipse se de potestate ad actum traducit. Obiiciunt item aquam quæ per seipsam refrigeratur; sed, cùm de hac ipsa re alibi fuerit actum ;

B missum in præsentia faciemus. Ob hęc varij variis modis enunciarunt,& ex his aliqui cum videant Aristotelem defendisse oppositũ, separant actiones primùm in eas quas spiritales vocant,hoc est,sine materia,ac reales quæ cum transmutatione materiæ solent obiri,seu perfectrices & alteratrices : deinceps alteratrices distribuunt in rectas,& reflexas : nanq. ignis calefacit nos actione recta,ꝙ si in fornace contineretur,& prohiberetur,ne exhalaret; eiusq. calor intentior fieret ; hæc esset actio reflexa , & eodem prorsus modo quo calor qui per radios fertur ad terrã,calefacit in sublimi repercussus à terra.Inquiũt igitur absurdum non esse,vt idẽ seipsum afficiat actione reflexa : quapropter Arist.dicta complectũtur alteratrices solùm,atq. illas quidẽ rectas. Atqui occasio quoq. eiiciendi talem sententiã sumitur ex his eisdẽ quæ paullò antè accepimus. Nam si idem à seipso pateretur; idem foret ad idẽ actu & potestate, & vnà esset,& non esset,quod generatim, vt id quod fieri non possit,anteà constitutum est, quæcunq. illa actio fuerit. Necnon Arist.in agentiũ patientiumq. conditionibus eã numerauit,ꝙ essent aduersa : nihil aũt sibi ipsi põt aduersari. Quòd si tu restiteris inquiens hæc cõprehendere solùm actiones alteratrices & rectas : at nullo modo effugies,quin nullũ reperiatur, quod penitus immobile sit, & per se, & per accidens,sed vniuersa necessariò moueri poterunt ; ex quibus multa absurda consequentur, de quibus suprà complura. Audisti quondã Scotum ex distinctione actus, & potestatis formalium , & vir-

C tualiũ voluisse nos docere,vt idẽ à seipso possit excitari ad agendum. Sed quantum pertinet ad hunc locũ,non videntur hæc satis congruere cum dictis Aristotelis. Nam prodire è potestate secunda in actũ secundùm, si facultatem quæ iã in actu sit,obseruemus; actio non est,nisi metaphoricè,& energeia proprie nuncupatur quæ est forma ipsa secundùm naturã se habens . quòd si ex actu primo simpliciter ad posteriorẽ prouehatur; cùm id obice repulso contingat,hũi certè actio nõ ab interno principio , sed ab externo præstatur,& à repellente impedimentũ,vt pluribus anteà decretum est. Quamobrem hoc genere actionis omisso sic iudico,nil esse quod propriè seipsum afficiat,& per se; verùm siquo pacto actio aduersus seipsum ministretur; id sanè fortuitũ est,nec sine alterius interuentu, vt cùm elementum iam genitũ sibi ipsi parat actum; efficit.n.id per medium : nam diuidit quidẽ mediũ,hoc verò diuisum tribuit illi actũ ipsius vbi,sed tẽpore quodã,& per motũ propter resistentiam. Quare ad ea quæ opposita sunt,ita dicemus . Nam cùm obiiciuntur actiones immanentes, possumus primo loco respondere, Arist. de illo agendi genere disputasse quod est ποιεῖν, hoc aũt est immutare secundùm qualitatem,vnde ipsa ποιότης est appellata , non aũt de energeia , cuiusmodi est actio quam vocant immanentem. Tamen etiam libet ad idẽ reuerti quod olim constitui ; nimirùm tale genus actionis in seipsum non esse per se,& primò. Quoniam verò nos vrget dubitatio de mente humana ; ipsam aio spectari,vel quate

D nus est in potentia,vel quatenus iam est actu,ac si potestate fuerit ; ad actum non posse deduci sine pręsentia phantasmatis,& obiecti : ꝙ si illam accipias actu, eam sic agere dico,quia species iam conceptas cõponendo & diuidendo immutet, quibus anteà confusis informata fuisset ; postmodò ab eisdẽ separatis,atq. distinctis,aut etiã coniunctis, noua quadã informatione, atq. ea quidẽ distincta perficiatur. quare nõ afficit seipsam mens,nisi formarũ interuentu quæ sub phantasiã rationemq. cadunt, & prius afficit species certo quodã actionis modo,atq. iterũ vicissim ab illis alio actionis modo afficitur,& eadẽ planè ratione qua diximus nuper elementũ mutare seipsũ,dum mutat medium, & vicissim ab illo mouetur . Quid ? si munus illud ei mentis parti quæ agens dicitur ab officio,tribuatur quæ extra nos est, nulla certè suspicio suberit ; quin illa actio ad eã quæ potestate est , ab alio permãnet . Animata etiam non ita seipsa mouent,vt idẽ prorsus sit mouens,& id quod mouetur; nanq. anima mouens, & subiectũ in quo primùm residet à reliquo corpore seiũcta sunt. Neq. dissentiunt hæc à dictis Auerrois [a] qui aliquando notarat Platonem,ꝙ statueret animũ rationis participẽ mouere seipsum, atq. inde conclusisset eã animi partẽ à materia fore separatam . dicebat.n.idem seipsum mouere intelligendũ esse motu quodã metaphorico, & in simpliciter separatis à materia : nec animũ se mouere eodẽ modo quo separata moueri dicuntur,quia functiones animi sint in ipso per accidens , & extrinsecùs ; non per se, & insitæ in essentia ; proptereaq. ipse sit pura potestas, & idcirco deceptũ fuisse testabatur , quia crederet idẽ esse quod mouet seipsum esse separatũ,& quod separatũ est,mouere seipsum : cumq. animus rõne

[a] 8. Phys. T.c.40.

vtens

vtens seipsum primò moueret; ex hoc effecisse illũ esse separatum, cum falsa assumptione vsus esset ita concludens. Quod mouet seipsum est separatum. Animus noster seipsum mouet, & separatus igitur. cùm ita concludendum foret. Quod est separatum mouet seipsum. Animus separatus est. vbi assumptio perspicuè falsa. Sed quicquid sit de motu mentiũ supremarum, ꝙ hæc equidem spatiis discluſus iniquis, vt inquit Poëta, prętereò; satis illud esto, vel auctore Auerrọ̃, falsò ab aduersarijs assumptum fuisse simpliciter, motũ metaphoricum à seipso, vt in animo, fieri posse. Quod item opponitur de antiperistasi, nihil est: nanq. efficacior actio proficiscitur in ea hypothesi à maiore copia materiæ, non autem ex eo, quòd seipsum quicquam afficere valeat. E

Differitur, Vtrùm simile à simili affici possit, an à dissimili necessariò. Cap. XLII.

VTRVM'NE verò simile afficiat simile, an dissimile necessariò, mox inquirendum est: similia verò nunc accipimus, nonmodò quæ conueniant in eadẽ specie qualitatis, verùm etiam consecuta sint eosdẽ gradus: aliter.n. facilè res decerni posit; cùm id quod intentius est, afficiat alterum quod est remissius: etenim afficiet id veluti cõtrarium, aut positiuè, aut priuatiuè vt imperfectum. propterea quòd minus contrarij rationem dr̃ obtinere. Quoniã etsi id ab Arist. negatum est; conuincitur tamen à sagacibus rerum exploratoribus oppositum hisce argumentis. Nam plura quidem lumina in eodem perspicuo sese intendunt, quæ tamen si penitus similia statuantur; nil accipitur eiusmodi quod fieri nõ posit: ea verò sese vicissim intendere manifestũ est, ꝙ medium à duobus luminibus magis, q̃ ab vno, & eminus illustratur. Deinde fingantur oculi plures qui sint oĩno similes; eorumq. alter ab altero conspiciatur; ex his vnus afficiet sanè; ille nimirùm qui cernitur; afficietur alter ille qui cernit. Præterea si quod minus est, afficit maius: nam quantumuis ignis calidus sit, ex infusione tepidæ quæ minus calida est; acris ille calor ignis remittetur; consimiliq. rõne glacies ab aëris frigore quod minus est, producet. Ergo multò magis simile poterit afficere. Postremò duæ phialæ vitreę quantuncunq. similes inter se frangunt, & ex his nonmodò redditur Arist. sñia dubia, sed etiam notam videtur subire falsitatis. Ad quæstionem hanc è Latinis aliqui respondent concedendo partẽ hanc problematis, si maneant duæ hypotheses: prima quidem, vbi affectiones habeant perficiendi facultatem, cuiusmodi est illustratio medij; altera verò, si ex corrumpentiũ ordine fuerint; verùm per accidens, vt si accipiatur calidũ, vt quattuor in duabus magnitudinibus pedalibus ac fingatur altera contrahi in semipedalem, cùm igitur eius virtus amplificetur; afficere poterit alterũ sibi simile quod adhuc pristinam magnitudinẽ conseruat: verùm id est per accidens, quia.s. alterum propter materiæ densitatẽ, & extensiuẽ, vt aiunt, calidius factum est. Præterea docet vsus calorẽ in materia sicca multò efficaciorem esse, q̃ sit in humida, vulgoq. tritum illud siccitatem esse limam caloris. Neq. impedit cursum nostræ rõnis, siquis obiecerit nobis robur qualitatis non ex vno tantùm signo nosci, vel ꝙ maiorem suæ formæ gradũ affectæ materiæ videatur incutere; vel ꝙ breuiore temporis interuallo imponat formã, vel longius efficacitatẽ suam producat; neque eius efficacitas quouis spatio facilè terminetur, ac putet robur eius qualitatis quæ in minore molẽ contracta est, non efficere gradũ maiorem, sed breuiore tẽpore tantùm afficere, vel longius efficacitatẽ suam porrigere. non obstat hoc, inquam; nanq. accipiam quoddã agens quod temporis pũcto suã formam producat, neq. eius robur quouis spatio facilè terminetur, quemadmodũ lucidum; denseatur: ergo ẽt virtus eius amplificabitur, neq. solùm per maius spatiũ lumen propagabit, sed intẽsiorem inducet qualitatẽ; siquidem in minore tẽporis interuallo, q̃ punctum ipsũ sit; agerè certè non poterit. Aduersus hanc positionẽ hæc dicuntur à Latinis. Statuatur.n. summæ calidũ, atque id in magnitudine pedali collocetur, cùm hũi sit, summam quoq. caliditatẽ producet; denseat postmodò, & in molem semipedalẽ contrahatur; fiet profectò robustius, & intentiorẽ qualitatẽ, q̃ sit summa, producet. Insuper id necessariò consequetur, vt aliquid vltra gradũ suum posit aliquando agere, quod ab vniuersis, vtpote abhorrens ab ordine naturæ repudiatur. Idcircò etiam negant simile ab altero simili, neq. item per accidens affici posse, atq. illi instantiæ quæ à luminũ multiplicatione in eodẽ perspicuo sumpta est, ita videntur occurrere dicentes actionem fieri robustiorem solùm, ꝙ aut tẽpore breuiore, aut ad spatium maius. Sed tamen ipsi videant, sit'ne illustrius pellucidum ex præsentia duorum luminũ æqualium, q̃ alterius solùm, & explorent sit'ne breuius tẽpus illuminationis quæ fit à pluribus luminibus q̃ ab vno. verisimile.n. fit, eodem medio permanente, tandiu conseruari lumen, quoad permaneat ignis, vnde pẽdet. hîc verò tandiu consistit, quandiu manet eius pabulum, & actus illuminandi vtrobiq. puncto temporis obitur. Nam quod experti sunt qui regiones nouas Hispanorum lustrant; etiam ab occasu Solis per multò maius spatiũ durare crepusculum q̃ apud nos. ex caliginũ densitate proficisci reor; habet.n. aër ille vim repercutiendi lumen solis ad nos: ex quo item nos experti sumus in hac aëris crassitie crepusculum fieri longius, & Astrologi monstrant ẽt in eadem aëris constitutione solem videri prius solito exoriri. Neq. purgata est ab oĩ suspicione, vt arbitror, illa hypothesis, vt summè calidũ sit ẽt producturum maiorẽ, quàm summam caliditatẽ, si conspissetur: tum quia non oĩs densatio calidi tuetur eius formam. repugnat.n. valde calido condensatio, cùm eius ꝓpria sit raritas: ideò contingit, vt ex cõcretione suffocetur & intereat; quandò prohibetur eius transpiratio; tum itẽ siquis haud ita generatim conclusum reputet, sed calori solùm conuenire autumet ex densatione suffocari, cùm diuersis interitus formulis ipse solus sit obstrictus, audiat hoc, quia non augescit eius gradus ex densatione, sed propter materiæ multitudinẽ multiplicatur duntaxat eius efficacitas; necnon ꝙ cum priore raritate vel non sũ-

mam

A mam caliditatẽ producebat, vel posteà tempore breuiore, vel ad maius interuallum, q̃ anteà produxit. Quid si ẽt dicamus eius calorẽ prius, q̃ densesceret, non fuisse summũ, & ita ex densitate gradum eius excreuisse? quod.n. summum est, non simpliciter accipitur, quemadmodũ suprà declarauimus, sed secundùm naturã, & talis est elementi calor, & hypeccaumatis; ille tamen ex inflammatione adaugescit; cęterùm non est id secundùm naturam. Esto igitur, q in certa raritate sit summus; tantus est secũdùm naturã, non aũt simpliciter, vt totam latitudinem caloris absolutè cõplectatur quæ pẽdet ex materia quæ non modò accipit ea quæ sunt ex natura simpliciter, sed illa ẽt quæ sunt contra formæ naturam; addo itẽ illa quæ vtriq. naturæ aduersantur oĩbus modis, & eiusmodi ponitur à nobis ipsa combustio. Quod ẽt ponitur vt absurdum, aliquid vltra suas vires acturũ, nec sapientissimorũ placitis aduersatur, neq. experientiis: nam teste Galeno [a] fimus columbinus sponte sua cõbustus est, atq. idem auctor asserebat quædã exiguum adepta momentũ maximè interdũ impelli, quod itẽ longè prius à Peripateticorũ duce fuerat asseueratum, vbi docuit materiã ex se moueri eodem planè motu quo ab efficiente ageretur, [b] ex quo ẽt si materia deprehendatur in motu ab ingesto medicamento, quanuis parui sit ponderis, & imbecillum; plurimos tamen humores cõmouere poterit. idemq. monebat nonnunq̃ paruas mutationes in principio; postmodò fieri maximas in progressu. Consimiliq. modo [c] Alexander, vnde mutuatus est Auerroës, in tribus euentis eã propositionem concedere visus est, si agens fuerit secun- B dùm, non primùm: nam põt supra vires suas operari, cùm adhuc virtutẽ primi retineat, quemadmodũ semen quod hominẽ producit; tametsi à patre secretum est: si propinquum, non remotũ, quod patet in iis motibus qui à spontaneis administrantur: nam prima parte cõmota, postq̃ ipsa quieuerit, per successionẽ partibus proximis ille motus cõmunicatur: si etiam fuerit per accidens: album.n. per accidẽs efficit hominem: ad causã per accidens refer itẽ varietatem subiecti, quemadmodum ostendimus in calore & frigore, cùm in materia rariore, densioreúe consistunt, cõsimilique modo alias caussas aduentitias, vt validum motũ, cùm ex eo vel aliqua incenduntur, vt aër, & lignum, vel aqua etiam refrigeratur, aut cùm ex aquæ infusione calx feruet. inerat.n. in calce calor, sed ipse quidẽ propter humoris inopiam sopitus; itaq. illo accedente factus est amplior. Ergo multa supra gradum suum efficere concedendũ est, nisi fortè cùm Pomponatio dicamus. actionem formæ cuiuspiam, vel suppositi bifariam spectari posse, [d] aut per se ipsã ab omni lege, & appendicula seiunctã, aut cum aliqua conditione, ac si ita obligata forma capiat, falsum esse prorsus eã supra gradum suũ agere posse: erit.n. gradus ille talis formæ, licèt superet eius gradum, si sine legibus accipiatur: etenim corpus acutũ velocius agitur, q̃ planũ & latum, quanuis eorũ pondus sit æquale, & id dabo facillimè, dummodò sumpserit gradũ, non sanè tanquàm formæ perfectionẽ, sed vt efficitatis incrementum: hoc est, q insignior actio quidem sit, sed C forma perfectior in subiecto non imprimatur, q̃ ea quæ ab efficiente primo per se contributa fuit, & vt rẽ planius eloquar, si intentio more quodã nouo non in amplificatione potentiæ, sed actus secundi, ex quo per modũ passionis incutitur patienti, sumatur: nam si ignis aliquod corpus afficiat, in hoc certè põt inducere formã, seu qualitatem quæ sit multò, q̃ suaipsius efficacior, veluti si ferrum à stupa inflãmetur: nam magis vrit ferrũ candens, q̃ stupa; rarò verò intentior, atque perfectior. Sic ab ignaro, & male dicendo sæpè significatur quippiã boni, sic vt etiam in tyrone, vbi agitur; bonæ nonnunq̃ plagę inferuntur, ac pro rõne conditionum à caussa itẽ debili bonum aliquod insigne præstatur, atq. ad summũ simpliciter in suo genere prouehitur: nanq. etiã multitudo materiæ summũ gradum, velut ἐντελέχεια quædam continet. Sic igitur conclusum est, quemadmodum simile ab altero simili patiatur, Sed videamus item sit'ne alius modus quo actio eliciatur ex formis.

Margin notes: [a] 3. de tẽp. c. 2. — [b] 7. Met. — [c] 12. Met. T. 14. — [d] Q. 5. de act. real. art. 12.

Sola'ne formæ multitudo amplificet actionem. Cap. XLIII.

IAM verò constitit nobis, quanq̃ à compluribus receptum fuerat, amplificationis actionum caussas esse cõplures, & per se, & ex euento: nanq. illud à nemine vnq̃ negatum, à gradu maiore formę D actionẽ maiorem proficisci, necnon à plerisq. concessum materiæ multitudinem, quin ẽt propensionẽ materiæ patientis multũ facere ad amplificationem actionis & efficacitatis, sed non opinor item absurdum, si statuamus à multitudine formæ actionem etiam variari. Sed illud video dubitatum. Vtrùm forma sine materia multiplicari possit; an vbi pendeat à materia duntaxat. At specta obsecro duplex formarũ genus quod respicit materiã: alterũ quidem quod intrinsecùs inhæret in materia, & ab efficiente separatũ suum ipsius materiæ fit: atq. alterum quod materiam non informat, & ab ipso efficiente perpetuò pendet, veluti lumen in pellucido, & in mediis quæ sunt idonea recipere sensilium formas: in subiecto.n. sũnt, non vt ex parte subiecti expressa, sed vt accessoria; quocirca sine vlla interna subiecti transmutatione adsunt, & absunt. Quare non verebor equidem, plura hæc lumina simul ad multiplicationẽ formæ referre, quæ materiæ multitudine nõ indigeat, & cum caussæ vel vniuocæ sint, vel vt entelechiæ, non inficiabor ab vtroq. genere suos effectus ea stante hypothesi prodire maiores. Et quanuis norim, non paruã existere controuersiã inter philosophos de multiplicatione luminũ in perspicuo nonnullis opinantibus è pluribus luminibus vnũ fieri: nam si minus: ergo duo accidentia quæ solùm numero separantur, in eodem subiecto permanerent; oppositum verò dicunt asseri ab Arist. [e] contrà opticis ab vmbrarũ multiplicatione probantib. vnum non fieri ex illis, & vitium in aduersariorũ obiectione notantibus. Nam cùm accidentia sint in materia, vel diuiduè, & sibi certã materiæ portionẽ vendicent, vel indiuiduè, & quemadmodum nos anteà diximus, accessoriè, & forinsecùs; id quod ipsi concludunt,

Margin note: [e] 5. Met. T. 16.

cludunt,ad primum illud accidentium genus pertinere; absurdum verò nõ esse multa simul ex iis quæ sunt alterius generis, in eodem subiecto consistere,sic multos odores, & multas species aspectabilium ab aère accipi. Mihi certè posterior hæc rō probatur. Verùm quia posset adhuc scrupulus ille restare qui malè nos haberet; quo pacto è pluribus luminibus vnum fiat quod sit efficacius. id.n.sensus ita esse testatur,& periculum euitet,ne fortè simile alterum simile afficiat. Dicerem equidem, vt ante exposui,accidentia quæ intrinsecùs inhærent in subiecto,sic vt ab efficiente segregentur,velut album; eiusdem gradus in eodem subiecto plura non consistere, sed vnum tantum. Nec id sibi vult aliud. Omne recipiens esse debere priuatum natura recipienda, nisi quòd duo similia non capit idem subiectum. Quòd si positum sit in habitudine, aut ēt extrinsecùs accedat subiecto, cùm plures habitudines secum non pugnent,quia sunt incorporeæ,& indiuiduæ, similiter si fuerint formæ nō eductæ,vt aiunt,de potestate materiæ: nec infingantur in subiecto; licèt terminent subiectis, non reputo absurdum quæ cōueniunt in essentia in eodē subiecto multiplicari posse. Sic species extra materiā, & rerum sensilium formæ in medio,ꝙ in materia non imbibuntur,sed ex alio pendent assiduè.sunt.n.habitudines obiecti ad medium; in medio,multæ sunt,atq. etiā contrariæ,sic de multis luminibus asserā m. Nec ꝙ vnum lumen intentius videatur, vllum negocium mihi facessit, tum quòd non ingratis hoc dabo; tum item, quòd neq. id necessarium,& perpetuū esse docebo. Sit hoc cōpertum; determinatam esse distantiā per quam diffunditur efficacitas agentis. Stet & hoc nobis minus illuminatum ad illuminatius esse veluti potestatem in perspicuo. Maneat quoq. visionem fieri per pyramidem, robur aūt obiecti sese prodere in eius diametro,ac visionem fieri per reflexionem. Memento etiā species rerum sensilium esse vt habitudines obiectorum caussa,& vt habitus ad suscipientia:& obserua ēt aliquam scientiā alia maiorem esse posse,ꝙ ex pluribus mediis collecta fuerit, & ex certioribus. Pone tu nunc multa lumina; multas ēt partes pellucidi illustrabunt, ad quas vnius virtus peruenire non poterat, itaq. illa ex parte medium efficietur illustrius. Cogita reflexionem ex certa angulorum dispositione exoriri; efficietur,vt ab hoc lumine ad hunc situm fortior reflexio fiat,& visio longè exquisitior. Ita fit vt lumina mutari, & aliquā admoueri velimus. Igitur & partim per extentionē,& partim per intentionē medium fit illuminatius; attamen ex illis vnū simpliciter lumen non fiet, quia præter habitum qui ponitur in medio; accedit ēt habitudo quæ perpetuò retinetur. Itaq. vt habitus ex minore & maiore vnum fieri poterit intentius, sed ex habitudine semper distinguetur. Hoc etiā posito nulla necessitas erit, ꝙ simile afficiat simile, sed vtraq. pellucidum,aut maius immutabit minus. Sed cùm philosophi nobilissimi nob. hoc loco resistant opponentes vnū esse lumen intentius ex pluribus necessariò; nefas esset illorum dicta preterire. Obiiciunt verò ea plura esse non posse. Quoniam per idem res est simpliciter, & vna. Sed per subiectum accidens est; ergo & vnum. Vbi igitur vnum fuerit subiectum; accidens item vnū sit necesse est. G
Deinde vtor argumento Aristotelis ex 4.Phys.vbi probat in vno loco nō posse esse, nisi vnum corpus; nam si plura; nil vtiq. vetaret; quominus essent infinita. Sic igitur si in vno subiecto plura accidentia,cur non item infinita? atqui hoc absurdum: neque.n.datur infinitum, nec plura igitur. Postremò formæ eiusdē generis non sunt in eodem subiecto: ergo multò minus eæ quæ sunt eiusdem speciei solo numero distinctæ: magis.n.separātur illa quæ specie distinguuntur,quàm ea quæ solo numero, sed illæ non consistunt: multò igitur minus solo numero differentia consistent. Etenim ad primum dicam illa verè enunciari de subiectis quæ intrinsecùs inhærent in materia: hæc.n.sunt verum caussa subiecti, sed vbi posita sint in habitudine, & extrinsecùs accedant; nulla caussa est idonea coniungere ipsa simpliciter; nam distinguuntur ex vi terminorum. Ad eam rationem quæ accipitur ab Aristotele; dico inesse fallaciā à simpliciter ad secundùm quid. nanq. Aristoteles absurdū infert quod nascitur ex natura corporis,si plura in eodē loco ponantur: at illi accipiunt absurdum quod nascitur ex natura infiniti. neque.n.propter infinitum simpliciter illud sequebatur, sed ꝓpter infinitatem corporum: at hic absurdū non sequitur ex infinito, quia ēt si infinita accidentia forent, vt lumen; nihilominus in vno medio consisterent,quia non repugnat hoc naturæ accidentium,etsi repugnat, repugnat naturæ simpliciter quæ non tolerat infinitum: itaq. nec illic duo corpora, neq. hic vnū tantum accidēs:cùm repugnet H
multitudo naturæ corporum; accidentis verò naturæ non repugnet, vitium in argumento continetur quod est non caussæ vt caussa. Quantum est de tertio; nisi menda subsit in scriptura; non video rectū modū argumenti à maiori. ac si tueri velis argumentū à maiori falsum erit assumptū: multo.n.minus distāt ea quæ numero,q̄ quæ specie distinguunt,si ex eadem categoria sumantur. Quanq̄ res explicatu difficilis: veruntamen summa veritatis hæc mihi videt. Itaq. cùm Platone libentissimè dicā aut rē aliter esse doce,aut mecū sic crede,donec meli⁹ inueneris. & cū venustissimo poëta de hac sñia sic ꝓnūciabo.

—si tibi vera videtur

Dede manus; si falsa est; accingere contrà

Quod verò alter oculus similis alterū cōmoueat,nō est caussa similitudo, sed in vtroq. potestas & act⁹ reperit,quorū altero mouet,altero aūt mouet,color nimirùm,& pelluciditas:color aūt habet vim mouēdi pellucidū,& in oculo sūt duæ partes:pupilla quæ speciē oculi totius admittit:& pars colorata quę ꝓprie spectat. At cur nō dicemus in quoq. simili geminas esse partes materiā per quā patit, formā per quā agit? An materia iā in actū cōuersa est,& ad similē formā nō amplius habet potestatē;idcirco nulla actio,neq. perpessio pōt inter illa intercedere. Quod itē de duab. phialis æqualib. & cōsimilibus opponunt; ēt diluitur,ꝙ inter se afficiunt,quā dissimiles sūt, & ꝓpter eā dissimilitudinē in actū, potestatemq. dissoluuntur. habent.n.vtræq. vt simul durę fragilesq. sint,& durū afficit,fragile patitur,neque

durum

A durũ alterũ durũ immutat, aut fragile à fragili immutat. Hoc loco video te illicò cogitantẽ, eã affectionẽ esse fortuitã; quoad.s. accidit in eodẽ simul esse fragile & durũ. iã n. præiudicatũ est hæc nõ esse contraria, sed cogita ẽt in iis quæ sũt per accidẽs, ordinẽ nullũ inesse potestatis ad actũ: cęterùm fragile quatenus hũi sẽper est idoneũ pati à duro. Quapropter inter illa actionẽ per se ponere nõ dubitabo. Si cui verò aduersitatẽ actio postulare videat, ea & actu & virtute distinguẽda est. hîc aũt virtute collocãda. Quia verò Marsilius argumentatus est ducta ratione ab iis quæ contracta vehementius afficiunt, noto illa tum maioris roboris & efficacitatis esse si non actu, saltem virtute, & ita sese afficere, non vt similia, sed vt opposita: nam minus, vt dictum est, ad maius vim oppositi sustinet.

Instituitur disceptatio de repassione, & ad falsam partem problematis argumenta recitantur. Cap. XLIIII.

MAIVS opus moueo nunc, dũ repassionis caussas & rõnem litterarũ monumẽtis tradere cõstituo. hic.n. est locus in quo maxima sese offert cõtrouersia dirimẽda: nã propterea quæ decreuit Arist. de mutua rerũ affectione, siue repassione, q̃ Gręci vocãt ἀντιπάθειαν, Latini sophistę versutiores planè q̃ rotæ figulares, viribus ingenij freti, parũ abest, quin oĩa cõturbarint: dum.n. perpẽdunt qua rõne fiat hæc affectio mutua; quanq̃ Arist. ipsius rõnem satis expressit; nihilominus & sese, & nos itẽ plurib.
B cauillis intricant & impediũt, & q̃uis in iis nonnulli, meo quidẽ iudicio, sint acutissimi, eorumq. rõnes dignę, vt perpẽdant; plerique tñ inepti sũt, & risu explodẽdi; quicunq. tñ ij fuerint, cõplura volumina in hac re euoluẽda cõtumpserunt, vt nõ minus negocij nobis impendeat, si seria secernere velimus à iocis, q̃ si rẽ ipsã ex merito tractare studeamus: nanq. ẽt rei natura, q̃uis obscurissima, magnã præbet occasionẽ disputandi: idcirco nob. in hac disceptatione & perspicuitati simul & breuitati cõsulendũ est, ꝙ vt via, facileq. præstemus, instituimus ante alia statũ qõnis explicare, deinde illa percẽsere quib. ipsius rei natura cõtrouersa reddebat iis dimissis quę nullũ põdus habere videãtur, tum sñias illas recitare, q̃ à Peripateticorũ placitis minus alienę cẽsebunt, quib. cõfutatis adscribemus nostrã, & ex ea postremò conabimur aliorũ obiecta refellere. Verùm prius, q̃ pũctũ cõstituo qõnis; illud ĩ primis indicabo; tamet si agere & pati solẽt accipi sub generali quadã notione, ita vt sũma rerũ genera sint, & cõplectant itẽ mouere & moueri, & quicquid prorsus eã formã, vel actũ quẽ habet à seipso transfundit ad aliud. & è potestate ad actũ prouehit, aut actum quõcunq. accipit in seipso: nihilominus disputationis nrę scopus est differere de repassione illa quæ est trãsmutatio in tertia specie qualitatis; nã de ea quæ pertinet ad lationẽ multa multò ante sũt exposita; Repassionẽ, igit & antipathean inter qualitateis tertię speciei nõnulli negarũt. Sed qm̃ physici est oĩa reuocare ad sensum; ipse verò illã esse mõstrat, quippe qui experiat calidã & frigidã tẽperari vicissim, & aquã sicco terreo terminari, terrã cõtra accessione aquæ emol
C liri; & ex mutuo manus sinusq. cõtactu manũ calefieri, sinũ verò refrigerari, idcirco de eo ipso ꝙ antipathea sit, ambigere nõ debet quisq. minus illi dubitandũ est qui auctoritatẽ requirit; siquidẽ Arist. innumeris in locis de mutua rerũ perpessione meminerit; sed consilium nostrũ erit, vt postq̃ sensus eã esse ostẽdit, & approbat Arist. illam tueamur ab argumentis quib. ipsa cõflictari solet. Qm̃ verò ad eã pręstãdã multa desiderant quorũ siquid defecerit, de medio tollat oportet; & primùm, ne vnũ ex his afficiat metaphoricè, vel ambiguè, alterũ autẽ verè & propriè. deinde ne vnũ principaliter afficiat, alterũ ex cõsequenti patiat, vt à frigido siccũ, tùm itẽ vt in materia cõueniant; ideoq. proxima sint, ea verò cõtraria sunt; hæc aũt vel elemẽta sunt, vel ex elementis. necnõ vt in suæ efficacitatis ambitu cõtineant, siquidẽ per hoc spatiũ flãmula cõburat; per illud calefaciat, vltrà nihil efficiat prorsus. Ideò nos statuimus ad refutãdas cõplures instãtias: agẽs agere ꝓpriè, nõ metaphoricè; præcipuè, nõ ex cõsecutione. insuper eãdem vtriusq. esse materiam, atq. illam quidem propinquam, vt tamen proxima non sit, quippe quæ specie distinguatur, & elementum deniq. aut ex elemento, quemadmodũ supra constituimus: & vtraque volumus intra ambitum suæ cuiusq. efficacitatis contineri, tùm ẽt ponimus conuenientem quandam exuperationem agentis ad patiens; ne imbecillioris interitus consequatur: atq. expendimus argu
D menta, quib. etiã si omnes hæ conditiones adsint, videtur repassio confutari. Sunt verò potissimè quattuor, quanuis ad treis fonteis perbellè referri valeant. Horum primũ est. Agens & patiens aut esse virium æqualium, aut inæqualium, ac si æqualium virium roborisq. paris fuerint, nulla igitur actio poterit inde proficisci: si illa manent, & vera sunt quæ nos olim ex Aristotele de mouentium proportione docuimus; ꝙ si fuerit roboris inæqualis, validius sanè imbecilliori vim afferet: at id contrà vicem validiori rependere non poterit: quamobrem nulla repassio dabitur in natura. Deinde si repassionẽ natura præstaret, ea prorsus à contrariis obiretur: ergo vno eodemq. tempore contraria in eodem subiecto possent intendi, ita fieret, vt idem subiectum duob. motib. contrariis ageretur, & vnà procederet ad formas oppositas, quod non minus omnem captum superat, q̃ naturæ ipsi repugnet. fingamus enim calidum quadruplo excellere frigidum, vt.s. totum calidum afficiat frigidum, atq. illud totum: frigidum verò quartam calidi partem immutare: pars hæc à frigido refrigeratur, sed ipsamet etiã à calore residuo promouetur ad calidum: contrariis igitur motib. agitur ea pars. Tertiò si ignis aquam calore afficiat per aërem medium; & idem ab aqua repatiatur, aẽr igitur medius duob. motib. contrariis agitabitur, quemadmodum antea de parte obiectum est: in idem.n. vtraq. hæc argumenta recidunt, & aduersantur iis quæ plurib. 5. Phys. demonstrauit Aristoteles. Postremò nullum agens poterit omnino sibi simile reddere patiens: nam virtus vtrinq. semper à contrario remittetur, & assiduè labefactabitur. sic id quod erat olim summum tempore simul, & actione procedente remittetur, aut igitur, si

summum non est, neq. etiam prouehet ad summum, aut vltra gradum suæ efficacitatis efficiet, & vires suas, velut audax quidam Bellerophon, vltrà, quàm licèt protendendo sibi necem parabit, aut plurimùm continget id quod præter naturæ ordinem existet: plurimum.n.contraria sibi simile propagabunt, atq. id afflicta præstabunt quod integra non potuerunt. Hæc illa sunt argumenta, quæ ita nodosa, & contorta semper habita sunt, vt multi è Latinis philosophis (neque.n.hæ difficultates Græcorum scholas attentarunt, q̄ caussas repassionis exploratas haberēt) Ad Aristotelis placitum defendendum varia figmenta cogitauerint quæ mirum quantum à mente sapientissimi præceptoris abhorrent, à quo tamen rei veritatem sine vlla verborum circuitione enarratam fuisse credimus, vt qui modò parum vigilet, eam probè perspicere queat. Conabimur ergo nos pro virili parte nunc eorum vitia qui aliqua scitu digna excogitarunt, indicare. E

Sententiæ complurium Latinorum de repassione confutantur. Cap. XLV.

TRES in hac disceptatione sententiæ mihi videntur primas obtinere (nam mitto illam, q̄ cùm binis qualitatib. prædita sint singula elementa, per alteram quidem afficiant, alterius verò priuilegio patiantur, vt si ignis aquam afficiat, quia calidus, ab ea repatiatur, quoniam siccus: iam.n.accepimus repassionem per contraria ministrari) earum verò prima est; in elementis animaduertendam esse nonmodò efficiendi facultatem, verùm etiam resistendi, atq. has eiusdem gradus, & facultatis non esse, quinimmò contrà sese habere, vt siquid efficiendi vi polleat, id protinus imbecilliter admodùm resistat; ac siquid contrà plurimum resistat, idem quoq. sit efficacitatis exiguæ: quapropter cum elementa superiora sint admodùm efficacia; minimè item resistant: contrà aqua & terra, q̄ parum possunt; plurimum resistunt. Omnino verò si vires agendi cum virib. resistendi conferantur; semper inferiores abeunt resistendi vires, q̄ efficiendi. Quæ cùm sint, optimè consonant ea quæ de rapassione constituta fuerunt; & illa defenduntur quæ tametsi sensum non aufugiunt, mentem nihilominus fallunt: nam sese contraria vicissim afficient, & actio semper ex maiore proportione nascetur; propterea q̄ obseruatur proportio inter efficacitatem & resistentiam, superatur aūt ab efficacitate resistentia. Verumenimuerò hanc positionem nonnulli oppugnant, & instantiæ occasionem à capite arcessunt: nam demonstrare nituntur necessarium illud esse, vt vires cum agendi, tum ēt resistendi sint semper æquales. Primum.n.inquiunt, actionem & affectionem spectari inter ipsas met qualitates, aut inter corpora quæ sunt subiecta qualitatib. cuiusmodi sunt elementa, sed siue elementa sint, siue qualitates quædam, simplices naturæ sunt, multoq. magis qualitates ipsæ, q̄ elementa, si igitur simplices naturæ sunt, ex toto afficiunt pariter, & resistunt: & par ergo est vtriusq. facultatis gradus. Præterea primus cuiusq. rei naturalis scopus est, vt anteq̄ propaget alterum, sui ipsius tutelam gerat: vt.n.vulgò fertur præcipua charitas aduersus seipsum esse debet, ne fortè illud ei possit exprobrari, F G

„ *Odi sapientem, qui sibiipsi sapiens non est;*

aut alterum illud.

„ *Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.*

& illud omnino γόνυ κνήμης, propterea dicunt vtriusq. generis virium paria esse momenta. Cùm igitur resistentia sit ad sui tutelam, efficacitas ad aliud producendum instituta; tantùm abest, vt efficacitas maior tribuenda sit elementis, vt potius resistentia sit præponenda. Quia verò posset tergiuersari quispiam dicens appetitum speciei multò præstantiorem, multoq. efficaciorem esse, q̄ indiuidui: neq. item sic ea sententia defendi potest, q̄ cùm in elementis superiorib. minor resistentia ponatur, in inferiorib. efficacitas minor; ratio reddenda est cur natura elementorum superiorum ꝓpagationi magis consuluerit, quàm inferiorum; & profectò naturę officium, nisi varietatis caussa reddatur, est vniforme. Propterea dicunt aliqui vtriusq. generis virium parem esse præstantiam. Sed si omnia contraria sunt eiusdem gradus; non potest euitari, quin actio ab æquali, non aūt à superante proficiscatur: afficiet.n.calidum vt quattuor frigus item quod resistet vt quattuor. Itaq. dixerunt alij è binis qualitatib. à quib. singula elementa constituuntur, alteram tantùm in agendo esse superiorem, vt in igni calorem, in aqua humorē, & eas omnino quæ ordinis alterius essent in quoq. elemento eoq. modo contraria se se vicissim afficere, nec ab æquali, sed à maiore actionem perpetuò proficisci, quemadmodum cursus naturæ flagitat. Cęterùm neq. horum placitum, mea quidem sententia, culpa vacat: nam sequitur, vt si caliditas agat in frigiditatem; futura fuerit frigiditas minor, at si res ita sit, non poterimus collocare eandem latitudinem inter formas contrarias quæ tamen necessariò ponenda est; si vera est definitio cōtrariorum, & si vltimum non esse vnius contrarij cum primo esse alterius constantissimè conuenit. Prętereà non defendetur illud quod ipsi volunt, nempe à maiori actionem vbique emanare: siquidem sit ignis qui calore suo mutet aquæ frigiditatem, frigiditas aquæ calorem aëris afficiat, calor iterum aëris cōmoueat frigus terræ, non dubium est hæc esse posse, vt quandò è terra fit aër: etenim vtręq. qualitates immutandæ sunt, & tamen minor est calor in aëre, q̄ sit frigus in terra. Siue igitur has qualitates æqualis gradus, siue inæqualis ponere libeat, lupum quodammodo aure tenemus. Verùm quia magna pars institutæ disputationis posita est in exploratione virium agendi & resistendi, nos etiam prius q̄ ad alia progrediamur, indicare decreuimus qui sit animi nostri sensus, quantum spectat ad agendi vires, & resistendi facultatem. Puto igitur hanc resistentiæ vocem qua nostri vtuntur, apud Græcos duplex obtinuisse nomen, & ἀπαθείας,[a] & ἀντεράσεως. sed cùm in vtroq. munere sit priuatio vel motus, H

[a] 4.Phys. T.86. Lib.de motu an.

A tus,vel passionis,esse vel impotentiam patiendi,vel potentiam non facilè patiendi quæ species per se quidem est δυνάμεως, ἰσχύος, ῥώμης.i.roboris: verùm cum hoc positum sit in agendo facilè,promptè & expeditè, & indifficilè patiendo;ex hoc posteriore officio definiri. Proinde est de secũda specie qualitatis quam res naturales consecutę sunt, vt seipsas tueri queant,quod per se appetitur, licèt non primo,quandò speciei cupiditas est omnium prima & pręcipua, sed quia sine indiuiduo species non existit,singularis cupiditas proximè instat. Cęterùm etsi vtrunq.munus est priuatio passionis;at ἀντέρεισις actionem significare primò videtur,quippe conatum in contrarium, & cum aduersario pugnam, ex quo per accidens efficitur,vt contrarium afflictum,ac dubitatum non possit alterum lædere,& destruere, ἀπάθεια verò affectionis carentiam in materia notare: in contrario visu vis contrarij pugnantis elucet,vt est in actu;in ἀπαθείᾳ potestas: siquidem ἀπάθεια videatur illius esse cuius est pati: eius enim debet esse priuatio cuius habitus esse solet, sed pati pertinet ad materiam, atque potestatem,& ἀπάθεια igitur. En tibi exercitum ad oppidum, quod cinctum sit vallo,fossa,& aggere maximo, circundatum summa cum diligentia moenib. validissimis,instructum propugnaculis,omniq. tormentorum genere contra impetus hostium, pręsidium habeat militum fortissimorum qui tamen ab hostili exercitu inferiores, hostem adoriri non audeant, sed intra muros se contineant, non permittant verò aditum hosti; erit'ne,si in muros hostis inuadat,idem militum tormentorumq. officium,ac valli, fos-

B sæ,aggeris & muri? nequaq̃.Sed milites,& tormenta repugnando,& agendo hostes arcebunt,& contenent,ager & moenia quiescent,sed neutiquam se superari,penetrariúe patientur. in illis erit ἀντέρεισις in his ἀπάθεια. Proinde Philosophus in graui & leui materiæ nomine bina principia constituit duarũ oppositionum in duob.generib. motuum lationis scilicet rarũ & densum,alterationis,& πάθους ἀπαθείας, molle & durum. Quocirca cum è quattuor primis sensilium corporum differentiis, binæ sint, quib. agendi vim tribuit Aristoteles, [a] calor & frigus,binæ contrà,quib.patiendi siccitas & humor, calori & frigori præcipuè conueniet ἀντέρεισις humori & siccitati carentia passionis,quæ generaliter ex affectionis carentia,& inhabilitate materiæ pendent. Quia verò fiunt omnes hæ perturbationes in materia sensili,quæ nunq̃ omne actu priuata existit; hinc etiam sequitur,vt aliqua actio possit ab ea præstari. Quapropter cum ἀντέρεισις in resistendo posita sit,quod tamen cum actione id efficit quæ pendet ex forma;prius esse videbitur formæ quàm materiæ. At verò cum ἀπάθεια careat actione,è contrario primò materiæ tribuetur,actui, formæq. per accidens. Idcirco neq. item ἀπάθεια sine actione prorsus extabit ex quo insurget in aduersarium,& eius impetum quoquomodo comprimet. Quare etiam durum hebetat,& repellit. Quanq̃ actum contrarium volumus accipi,vel propriè,vel etiam virtute: neque.n.robustum militem vocamus,quia non facilè labori succumbat; nam labor illi contrarius non

C est;sed quòd resistit caussis quæ laborem ferũt: etenim hæ contrariæ sunt,vt constantia spirituũ, eorundem ex labore solutio. Ideò tametsi non reipsa, saltem formaliter actionem ab ἀπαθείας segregabimus,si quidem erit ἀπάθεια in eo ipso quod oppugnatur;actio ab eo quod pugnat. Verùm si natura rerum perpetuitati, vel alterna contrariorum vicissitudine,vel æquilibrio consuluit, profectò simpliciter & agendi,& resistendi vires esse voluit pares. Nec si fines agendi,& resistendi varij sunt,idcirco varij sunt gradus vtriusq. virtutis: apparet.n.in omni resistentiæ gradu coniunctum esse actum,& quantum inest de actu,tantundem inesse resistentiæ: nam quod minus est actu,facilius immutatur, veluti minus calidum magis affligitur à frigido. Sed tantundem inest actionis,agentib. ex summo reb. omnibus naturalib. nisi impediantur: Ergo tantundem inest & resistentiæ. Neq. verò te suspicari velim minus agere,vel magis ex eo statuendum, quòd eminus, aut cominus agat, breuius aut diuturnius, sed simpliciter quia suam formam cõmunicet alij; qua ratione terra nec igni cedit,aut aqua; & vt dici solet,intensiuè hoc accipiendum: cęteroqui contrariorum robur æquale non esset: erunt tamen diuersi fines: nam resistere est ad indiuidui tutelam;agere est,vt sibi simile propagetur, ex quo speciei conseruatur æternitas. Cùm ergo æternitas ex indiuidui salute pendeat, proximè tamẽ ad speciem pertineat; resistentiam quidem in finis adeptione virib.agendi cedere promptè confitebimur,origine verò antei-

D re;sed intereà,dum alterum cõmutat,& vult inducere suam formam; vires alterius refringit,& hebetat,atq. ita resistit,ac simul,dum se ipsum in altero propagat,tuetur indiuiduum:sic agit & resistit tanquam miles,eodem ense hostem ferit,& se tuetur à plagis: idem hìc agens, idemq. est instrumentum quo munus vtrunq. facit: sic & in natura contingit, veruntamen etiam multum inest in materia de vi resistendi. Cæterùm & quo plus materię,plus quoq. resistit,sic etiam vbi plus est materiæ, maior itẽ efficacitas;nec non vbi materia durior vt magis resistit,sic magis hebetat,atq. repellit. Ergo argumento quod ducitur à comparatis resistere & agere inter se ex æquo consequuntur. Super his dum afficitur substantia naturalia & affligitur à contrario, nititur etiam per illud ipsum principium, per quod afficitur,vt aqua per frigus,in pristinum statum redire. Quapropter euidentissimè constat non modo parem esse vtranq. facultatem agendi nimirùm,& resistendi,sed eãdem siue materia sit, seu forma; cæteras autem meras sophistarum nugas arbitramur. Nec quicq̃ ex his quæ constituimus absurdi consequi perspicimus. Proinde non est,quòd hoc fundamento confidentius innitantur. Ergo statuamus ęqualem gradum vtriusq. facultatis,&,vt puto,idem omnino principium,ac reliqua quæ sunt huius loci,persequamur. Videntes hanc difficultatem philosophi quidam aliam quoq. machinam excogitarunt qua cauerent,ne maius afficeretur à minore: ea verò fuit,vniuersum contrariũ alterius partem sollummodò tentare;eiusdemq. partem ab altero contrario,atq.illo quidẽ vniuerso repati,exẽpli caussa, phiala tota alterius phialæ partẽ afficit,& per eandẽ partẽ per quã inter se tangunt, vicissim ab altera

[a] 4.Met.

tota afficitur: quapropter actio nascitur, horū iudicio, à toto, affectio verò à parte. Sed ego ēt nixus eodē fundamento quod suprà ieci, querā ex illis. Vtrū sicut actio permanat à toto, sic etiā ex toto resistant an non? ac si id nob. dederint, opponā ego actioné quæ ab æquali præstabitur, si inficientur, videbitur profectò manca fuisse natura quæ dederit illis machinas quib. alterum sanè propagarent; seipsa tueri non possent cuius tutelę signū valde perspicuū sese nob. offert in antiperistasi, quamobrem ipsa contraria dispersa coëunt in vnū, vt robustius impetū irruentis contrarij sustinere queant, & maius minori cōmodius obsistit. Adde his, q̄ pars resistit, aut non, si minus, ergo oīs actio & alteratio fieret puncto tēporis, si pars resistit, cur non ēt totū cū sint eiusdē rationis? Præterea in minimas vsq. partes deducta fuerit; quod accidit in mixtura etiā illis dantib. gratis, totū permoueri oportet, & totū vicissim permouere: aliter quid vetaret, quominus extaret aliquid in natura, quod minimum paruitate superaret? Neq. verò est quòd hîc confugiamus ad ambiens cuius beneficio intendatur actio in id quod mi nimo minus est: nam si minimum mistum in quodam genere concedatur cui nil certè video quod repugnet, ēt ponere opus est partes elementi cuiusq. minimas à continente secretas. Sed patiatur ex parte quod in toto nos etiam damus minus minimo sic affici asserentes: at reliquum à quo patietur? aut igitur totū, aut non totū erit alteratum, cū tamen in mixtione tota sint alterata oportet. Neq. impedit item cursum eius rationis, quia minimi partes sic affici possint, q̄ in eo virtute solùm, non actu consistant: nanq. accipiuntur eæ saluæ, & siquis adhuc renitatur; idē contra ipsum valebit, si elementorū virtutes statuantur: quia virtus huius quæ cū altera confertur, eiusdē proportionis esse potest, ac mini ma elementi particula; pręterq̄ q̄ actio tum ministratur, dū mixtio fit, atqui hoc tēpore elementa permanent adhuc, tū virtutes succedunt, si illos audimus, vbi absoluta fuerit mixtio; tum verò nō amplius sequitur actio. Idcirco nos admonent nonnulli doctores, cùm dicitur totum agere, & partem pati, vel intelligi totum subiectum quod metimur per dimensionem, vel totū quod accipitur ex perfectione, & gradu. at certè valde distant hæc totū afficere totū subiectū; & attingere gradus oēs contrariæ qualitatis; nihil aūt prohibere, quin eliciatur actio ex toto aduersus totū subiectū, neq. in hoc æqualitaté, inæqualitatemúe spectari, cùm dicitur actionem ab æquali non proficisci, sed in eo, q̄ agens subiectū permouet totū, non tn̄ oēs qualitatis gradus attingit; verū primò confligit cū primo, deinde cū secundo, & sic deinceps, quousq. vel eā reuocauerit ad medietatem, vel penitus extinxerit. At verò, vt mea fert sententia, cōplura accipiuntur in hac positione quæ suprà euersa fuere. Primùm. n. videtur assumere gradus inter se æquales esse, & arithmetica proportione distare, cùm vnus in altero superiore contineatur, & habeat ad inferiorē proportionē geometricā. Deinde notat gradus in toto iā genito, quemadmodū in generatione, sed in generatione proceditur ab vno ad reliquos, deinceps vsque ad octo, in actione, postq̄ res genita est; tota natura se se opponit, & ab initio salua & integra est; in progressu con cutitur & labescit. itaque actiones omnes ab initio sunt difficiliores & tardiores. Ergo dum afficitur, retrocedit natura à summo, & ad imū deducitur. Cùm igitur actio prima non sit in eum gradū qui origine antecesserit, sed in eum qui omnes alios virtute continet, non video planè, quemadmodum item hæc ratio vitet illud quominus æqualia inter se afficiant. Quamobrem aut ea dimissa, aut cōtracta, aut replicata sensum animi nostri ibi iam patefaciamus.

E F G

Qua via repassionis ratio defendenda sit. Caput XLVI.

VIDEAMVS nunc succurrat'ne nob. aliquid quod de re tam obscura congruenter cū Peripateticorū dogmatis decernamus. Vt verò id voto succedat; rem totā à capite repetamus; & in memoriam redeamus eorum quæ 3. Phys. & 1. de ortu nos admonuit Aristoteles. Omnem. s. agendi facultatem à duob. initijs deduci, ab actu nimirùm, & potestate: atq. ab illo quidem, vt agendi: ab hoc verò vt patiendi principio, quandò affinitas eiusmodi inter actū & potestatē intercedit, vt actus eius perfectio sit, ad quā cū quæq. res naturalis adspiret, potestas ad actum suapte natura directò cōtendit suum ipsius bonū per eius præsentiā adeptura, & cū ad actū ab alio dirigatur, tanq̄ sagitta ad scopū à sagittario, ab eo sanè quod est actu, vbi adsint omnia quib. opus est ad actionē tutò præstandā, quod actu est, promouet potestatē ad suū actū, atq. id est agere, & potestas ad actū traducitur, & id est pati. Ita verò se habere actū, atq. potestatē, vt contrarij innitantur: itaq. contrariorū vnū actu est id quod est, verùm semper alterū potestate. Sedenim cū potestas eo quē nuper diximus, ordine sit disposita, semper actus, quatenus actus, superat potestatē, tum præsentia naturæ, tū etiā agendi conditione, nanq. actus propriū est agere, & perducere ad actū, potestatis est ad eū prouehi, tū itē, q̄ in potentia, per se nulla vis est resistendi. sed sola vis accipiendi formā quā suū bonū esse experitur. itaq. sine vlla cunctatione ad ipsam euolaret, q̄ siquando prohibetur, id acceptū referri oportet actui contrario à quo nunq̄ deseritur, semper. n. alteri contrariorū subijcitur: hinc omnis ἀπάθεια, inhabilitas, & mora in motib. Proinde cū vires integræ sint ab initio, magis ab initio resistitur, q̄ in progressu. Ex quo cū contraria sint actu, & potestate simul: calidum. n. actu tale est, sed potestate frigidū; & frigidū contrà, huiusmodi quidē actus ca lidū verò, quia possit esse tale, non afficit sanè calidū id quod frigidū est, quatenus huiusmodi, neq. vicissim calidū afficitur à contrario, qua calidum est; sed à calido frigidū immutatur, quatenus est potentia calidū, idemq. vires calido rependit, quatenus est potentia frigidū: quoniam verò calidū potestate frigidum est; ex hoc efficitur, vt calidum eo tempore quo mutat frigidum; ipsum quoq. cū frigido permutetur: atq. hinc repassio proficiscitur, ea tamen lege seruata, vt id quod agit semper superius sit. Ita H

verò

A verò actio inter contraria ministratur, vt agens afficiat primā potentiā & remotā, quæ cū actu contrario simpliciter consistit. itaq. non in contrarij partes agit, vt vltima illa latinorū sententia statuebat, sed in partes materiæ, & potestatis: atq. ita per successionem operatur agens, vt vltimā ad extremū inducat cū qua manet forma similis illi quā agens obtinebat: hæc aūt, vt olim constitit, cū alterius contrarij interitu semper inducitur qui fit per successionem, nec quidem essentiæ, vt longo progressu antea demonstrauimus, sed potestatis & materiæ: quapropter inter patiendum contrarium remittitur, donec intereat. agit per se actus vniuersus, & in totam quidem materiam, si extentionem spectes, verùm si latitudinem potestatis obserues, primùm aggreditur eam potestatis partem quæ remotissima est, quod ita facit, vt cùm per se ipsam sit capax omnis formæ, eas tamen sic accipiat, quantū patitur actus ille cui subiacet, qui dum à principio robustus est, eam quasi tuetur, nec ab hoste patitur affligi quasi sit ꝓuincia quædam qua dominus hostilem exercitum excludat, quantum potest; quæ cæteroqui deserta omnes exciperet. hostis autem cum domino confligens ipsum paullatim pellat è finib. vtriusq. vt defessi pugnando concilientur, aut superior hostis eiiciat dominum. Sed nullum faciamus eorū interitū; neque.n. illius vsus est aliquis ad ea quæ posthac tractanda sunt, cū sic cōtraria, ꝙ actu sunt, in mutuas potestates exerant vires suas, vtraq. cōmouentur & remittuntur, & ad medietatem quandam deducuntur, quæ mea quidèm sententia terminatur eo, ꝙ nihil de potestate substantiæ labefactetur. actus.n. secundi primū confligunt, & inter se retundunt; vbi eorū vis substantię potestatem attigerit, tum planè

B incipit mutatio substantiæ & debilioris quidem interitus, ortus aūt validioris; sed de alteratione dicamus. Ex his quæ inter se agunt quodcunq. fuerit quanuis in pugna tantisper violatū sit; amoto contrario redit in pristinum statum; quapropter etiā potest alterū in statū consimilem traducere, vt de aqua concalefacta constat quæ nonmodò veterem, & propriam frigiditatem recuperat, sed multò etiā magis refrigerat, q̄ anteq̄ excalfacta fuisset. Cęterū si magna non fuerit exuperatio, retunditur ēt contrarium robustius, & quia maiorem plagā accepit, inclinatum quoq. magis est; itaq. ex vsucapione contrarij se tardius, & difficilius eripit. Omnino verò secum pugnant, quoad excedunt limitib. cōmunibus actus, & potestatis. Etenim meministi terminatā esse contrariorum distantiam actib. contrariorū; quicquid intra spatium illud continetur, interpungi potestate, quam ad alterutra habent contraria cuius opera album deducitur ad nigrum; nigrum verò promouetur ad album. quapropter quod erat nigrū simpliciter, cū haberet in se vniuersam potestatem quæ continetur in ea latitudine ad album, vbi tantisper promotū est; amisit de latitudine potestatis; & actus tantundem contraxit, atq. ita processit, vt demum actu simpliciter esset album; nec quicquam nigredinis amplius retineret, attamen neutrius potestas, & actus excedunt cancellis eius latitudinis cōmunis: ideò, quod interiens fiebat album, vt duo ob

C tinebat item proprium actum, vt sex; & cùm peruenisset ad actum, vt tria, supererant illi de actu proprio quinq. & deinceps eodem modo; atque id in contrariorum generatione, vbi certa erat victoria, nec habebatur ratio contrariorum, nunc in separatione contrarij ratio habenda est: siquidem tantundem actus exhibiturū sit, quantū acceperit ab aduersario. Dum igitur contraria sese non adoriuntur; integra manent, hoc est actū suum totum conseruant, & vniuersam potestatem ad alterū quod sibi aduersatur. Pone nunc ea pugnam exordiri: pari progressu, labefactatur vtriusq. actus, & potentia promouetur; & eodem planè modo quo de generatione expositum est nuper; nisi ꝙ vtriusque contrarij conferendus est interitus. Si ergo sub certa illa latitudine quæ partib. octo perspicuitatis gratia designetur, salua manent contraria; pugna profecto nil erit aliud, atq. occupatio eius latitudinis quæ contrario debebatur; hoc est, dum alterum studet de alterius actu detrahere; & imponere suum. Ex eo contrariorum vinculo quo alterum obtinet potestatem ad alterum, & ꝙ vtraq. certis terminis includunt, efficitur, vt quod aliud fieri debet, dum alterius actum sibi sumit, ꝓprium proportione deponat; itaq. cum parte actus illius ad quem contendit, actus proprij residuum necessariò consistat; ideoq. dum inter se affligunt, actus proprij cum alienis retinentur. Ergo vbi calidum mutet frigidum, actu calidum fit, vt vnum, tantundem de actu frigidi ex necessitate deperit. & vicissim calidum accipit actum frigo-

D ris, vt vnū; & tantundem de proprio deponit, & sic deinceps. Sed duo nunc quærenda sese offerunt, primum quousq. hæc pugna sit progressura, alterum an'ne gradus omnes vtriusq. contrarij sint ad pugnā descensuri. Ad primum generatim respondere licet, quantum ad contrariorum formam pertinet, ea perpetuo certatura, ꝙ de natura actus est immutare, de natura aūt potestatis immutari; quoniq. igitur in hoc actus est, in illo potestas, necesse est pugna consequatur. Verùm si requiritur ad actionem robur agentis definitum, nec omnis exuperatio progressum facit, medium latitudinis in pugna terminum cōstituimus, ꝙ ibi sic afflictus sit actus, vt dominari nequeat potestati. quicquid infrà est prorsus nihil audere potest, ꝙ oppositi denominatione pollet: itaq, quicquid illi conuenit actus, opposito multò prius debetur, ex quo illi actio tribuenda caussa contrarij cum quo consistit: quapropter vt ex opposito nūcupat, ita etiam mutatio proportionem vniuersam accipiet, nanq. actio inter illa vtrunq. amplificabit: etenim tria & tria habent adnexa quinq. & quinq.; ex horum actione efficietur, vt illa tria fiant quattuor: nam calidum vt quinq. efficiet è frigido, vt tria, calidū, vt quattuor, & contra frigidum, vt quinque e calido vt tria frigidum, vt quattuor. Ad alterum verò explicandum negari non potest, quin inter contraria quib. propriè nuncupatio conuenit, continuò pugna procedat. habent.n. rationem actus, & cum eo coniunctam potestatem. sic calidum vt septem conficiet frigidum, vt quinq. & ab ipso vicissim conficietur, & è frigido, vt quinq. efficiet frigidum vt quattuor, ab eo contra efficietur calidum, vt sex, indeq. exorietur mixtura, in qua sit alterum dominans. At illud propter medicos inquirendū, an-

ne ab æqualibus actio nascatur, nam si eiusmodi esse potest, non erit, ꝙ accipiant superius: ars.n. imitatur naturam; propstereà non debet redundare. Si ergo possunt idem præstare æqualia; hæc planè vsurpanda. Cæterùm & hæc inter sese confligunt, & ad mediocritatem rediguntur: etenim calidum vt quinque temperat frigidum vt quinq. & ab ipso vicissim temperatur tantundem actus alieni accipiens quantum contribuit: itaq. ab æqualib. in gradu curationem aggreditur intemperiei sine materia, nisi aliquod accidens obstet. Quanq̃ & ipsa correctionem sæpius aggredi cogitur per ea quæ virtute sunt potius q̃ actu. Nil autem refert si à primo gradu simpliciter exuperantiæ partes metiamur; an eas vltra medietatem numeremus: sunt.n. reipsa prorsus idem: licèt initium numerandi frequentius à medietate sumatur. medietas aũt non simpliciter ad elementorum qualitates statuitur, sed ad hominis temperiem; & ad ipsam omnes aliæ mensuræ diriguntur in specie primũ, deinde in indiuiduo. Quod si huius hypotheseos quæ in arte medica, vt perspicua sumitur, & vt experientia confirmata, caussa redditur à philosopho naturali, quis inficiabitur artem medicam huic nostræ philosophiæ subalternam hoc nomine saltem esse ponendam? Sed id in alium sermonem differendum, ne in eo quod attingendum fuit, quàm in eo quod vel etiam minima occasione attigimus, longior oratio ponatur. E

Euertuntur obiectiones quæ contra repassionem afferuntur. *Cap. XLVII.* F

PROCEDAMVS nunc ad exploranda argumenta quæ contra veritatem allata sunt in principio quæstionis, atq. spectemus an'ne ex iis machinis quas extruximus, reluctari liceat illis tormentis quæ tanto robore aduersarij contrà nos intenderunt. Facilè verò tollitur obiectio prima quæ ducebatur à regula physica, nempe actionem ab exuperatione proficisci. Quod si repassio daretur, fore vt ab equalib. actio descenderet: iam.n. deprehensa fallacia est, & error ab eo quod est per accidens, ad id quod est per se commissus: nam quod æqualib. per accidens conuenit, eis illi per se conuenire assumitur. Dico igit' nil prohibere, quominus actu contraria sint paris gradus; sed inter ea nego fieri actionem, quatenus actu sunt, sed quoad vnum actu est, alterum potestate: idcirco actio semper aduersus potentiam tẽdit, quæ suapte natura ad quodcunq. bonum adspirat, & à quolibet se occupari cupit, tãtum resistit, quoad fert actus, cui supponitur: sed ille prohibet tantummodò, natiuam eius propensionem non euincit, itaq. etiam actu inuito, quasi vxor inuito marito diuortium facere studet, & alteri iũgitur, verùm adhuc minas mariti formidans, non liberè agit, cùm pudoris habenas omnes excusserit, tum priorem virum relinquit, alteri se totam tradit, cumq. actus eam superet, perpetuò fit, vt actio ab exuperatione proficiscatur. Neq. par est ratio prorsus in contrariis, atq. in iis quæ supponebantur regulis 7. Phys. Quippe ꝙ ibi Aristoteles constituto motu qui fit ab alio; cùm maximè perspicuus foret in iis quæ vi mouentur; ea verò sunt quæ ad eum locum quo feruntur, & generaliter ad illum terminum quo impelluntur; nullam habent propensionem, & ita mouentur, quatenus actum suum retinent, mouens & mobile, vt actu spectabat, & regulas illas inter actus statuebat, non inter actum & potestatem, quod nos hoc loco facimus. Atq. ita explicamus illum locum lib. de motu anim. vbi sic pronunciatur. Quæcunq. inter æqualia à se inuicem non patiuntur, per exuperantiam verò vincuntur. confert enim ibi Philosophus actus inter se; quia tum fiat motus inter ea quæ suum actum conseruant. Erat secunda dubitatio. Si repassio foret, effici, vt contraria simul per idem subiectum intenderentur: nam si totum calidum afficeret totum frigidum; & frigidum contrà partem calidi, pars hæc à frigido refrigeraretur; à residuo aũt calido recalfieret. Cęterùm multa nob. in hac obiectione cõsideranda sese obijciunt: primum quidem, vtrùm si totum conseruetur, neq. pars à toto seiungatur, actio à toto aduersus sui partem procedat, nec'ne: nanq. esto, ꝙ in animali pars quædam refrigeret aliam, vt cerebrum refrigerat cor, & hoc iterum calefacit alia membra; at non sunt partes omnes in animali conditionis eiusdẽ, neq. vniformes, neq. verè continuæ: at in animo carentib. partes & vniformes, & continuæ subsistunt. quapropter actio à toto ad partem non est fortasse necessaria: deinde cùm pars sit eiusdem rationis cum toto, qualitatem alteram habet secundùm naturam: eo igitur modo afficitur quo aqua alteratur à calore; eodemq. modo veterem qualitatem recuperat obice superato. Sicut ergo aqua, cùm frigus sibi reconciliat, contrariis motib. non agitatur; redire.n. in suam naturam, ac perfectionem non est alterari, nec pati, sed perfici, sic quoq. pars hæc non alteratur, sed perficitur; nec per se, sed per accidens mouetur: multò igitur minus secundum contrarias qualitates agitur. Quòd si tibi nihilominus videatur: contrarias formas in circum idem subiectum secum pugnare, dicam spectari contraria in fieri, & in facto esse, & absurdum sanè, si contraria consistunt, vbi facta fuerint, at verò vbi fiant, nõ est absurdum ea consistere. Præterea dicimus in vno esse perpessionem: actionem verò ab illo in aliud, quæ certè non pugnant, & in vno interitum ponimus, quod est in altero ortus. Adde item idem subiectum non moueri eodem temporis puncto ad terminos oppositos, verùm pro ratione virtutis præpotentis, ac si ęquè possint, vel in iis terminis agere quietem, vel motu quodam mixto concitari. Sic ergo necessitas eius argumenti nulla apparet propter accidentia quib. resipsa implicatur, vt à nob. sperni queat audacter. Neq. item magni ponderis illud est quod à medio desumptum fuit: facilè aũt eius vitia patebunt, si nonnulla statuamus quæ quiuis satis sanus homo libentissimè concedat actionem. s. efficaciorem futuram, vbi quippiam similius sit, & omnino si minus contrarium fuerit, quanuis cum eo quod magis contrarium est, maior extet pugna: neque.n. patitur alterum ab altero superari. Itaq. si duo viri fortes, vt Hector & Achilles componantur; prelium vtrinque periculosum, anceps, & diuturnum existet;

(Margin letters: G, H)

A existet: si disparib. incidat bellum, vt Diomedi cum Glauco Lycio; facilè erit victoria; proinde calidum vt octo pugnam committet promptius cum frigido, vt septem, q̃ cum frigido, vt quinq. sed facilius imprimet formam suam frigido, vt quinq. nam cùm sit calidum vt tria, magis est affectum ad calorem, q̃ frigidum, vt septem quod est calidum, vt vnum. Quapropter aqua cum igni pugnabit ferocius, aër ab igni facilè in suam naturam conuertetur. non dissimiliter ab iis quæ difficilius in principio moueri diximus, q̃ in progressu; minus.n.se vinci patitur, dum integrũ est; & si percutitur, strenuè referit: at cũ moueri cœpit; quasi de suo iure decesserit, in alterius potestatem facilè rapitur. Eadem caussa est; cur si ventorum motus à superiore aëris regione ducat initium, noctu tamen non flet Boreas, sed interdiu: nam, quia nocturnus aër manet: agitatur interdiu à Sole, non est eius tanta vis, vt moueat aërem nocturnum quæ diurnum postea propellere potest. Deinde perspicuum est id quod afficitur à duob. contrariis inæqualib. ab eo quod validius est, citius & efficacius iri commotum; vt cùm ex aqua futurus est ignis, prius calefit, q̃ exiccetur. Tertiò illud item ab Arist. [a] positum scimus, medium affici à contrario superante; & cum illo coniungi; propterea prius alteratur, alteratum verò transmouet in proximũ formam sibi incussam. quare cum potentiore simul operans non agitur motib. contrariis, sed cùm effectum sit instrumentum; afficit alterum, & ab eodem repatitur, velut à contrario: vt puta, ignis aërẽ afficit: primùm aër affectus aquæ transmittit calorem, & eam calefacit, quatenus calore affectus: ita-
B ergo siquid patitur ab aquæ, tum patitur, quatenus calidus; ob eamq. caussam vnico tantùm motu concitatur: neque.n. absurdum est affectionem impressam, necdum in habitum mutatam, ex obiectis absentia deleri, verùm ẽt à contrario tolli, vt si calorem à ferro pellamus aquæ suffusione. Neque duo sunt motus, quemadmodum acceptum fuerat in argumento, idq. & naturaliter, & mathematicè, vt plerique. e Latinis facere consuerunt, approbatum: etenim medium sumunt, vt corpus, nec vllam in eo propriam qualitatem ponunt. Sed specta obsecro rem ipsam naturaliter. Cùm.n. actio fiat inter contraria, atq. illa quidem elementa, siue simpliciter, seu quia dominentur in mixtis; & hæc aut binis qualitatib. aut singulis tantùm distinguantur: si medium interueniat; aut cum altero necesse est conueniat in vna qualitate, aut cũ vtrisq., cum agente.s. & patiente: quare vnà operatur cum eo quo cum conuenit, cũ patiente ad patiendum, & similiter cum agente ad agendum, vt aër cum igni operatur ad aquam calefaciendam; cùm eodem patitur, si fuerit refrigerandus. & propterea non agitur contrariis motib. Neq. verò me latet quosdam huius sęculi viros peritissimos in repassione negare actionem; & motum ad mixti productionem esse quidem asseuerare mixtionem, hoc est, coïtionem elementorum, non calefactionem, ac refrigerationem; ꝙ motus fine determinetur, qui tunc est eorundem concordia. Sed approbare non possum, si actio est communicatio proprij actus, alienæ materiæ; si ẽt mixtioni, quæ talis est
C concordia, vt res facta, quin alteratio mutua præcedat; tantò ẽt magis, quantò videmus Aristotelem de actione & contactu mixtionis caussa tractasse, quin & repassioni passio supponatur. Illud equidem libentissime fatebor rationem formalem mixtionis in alterabilium habitudine consistere: sed eam de actione mutua nunq̃ dimouebo, licet neutra forma obtineat: suapte.n. natura contendit illuc, non assequitur impedita. Quod autem postremo loco oppositum est; fore, vt contrarium non posset alterum perducere ad summum, satis expositum est antea, quemadmodum eueniat: nam superans oppositum redit in pristinum statum; & ita afficiens alterum quod iam insigniter labefactatum est, & de actu opposito multum accepit; ipsum perducit ad summum. Atq. hæc quidem ad ea quæ dubitantur à Latinis satis dicta erant, nisi ꝙ & adhuc de principiis actionis contra illa quę ab Aristotele decreta sunt, aliqua à Græcis, atq. de medicorum consensu afferuntur, quæ item cogitationem nostram ad sese conuertunt. Nam cùm velut absurdum repudiaretur idem ad idem simul acturum, atq. passurum; & id verò quidem enuntiatum foret: exhibebat hoc tamen negotium medicis, & nonnullis philosophis. Cùm.n. medici rerum formas ab earundem temperamentis non separent, ac multæ & variæ qualitates, colores, inquam, sapores, odores idem temperamentum consequantur, fiet igitur, vt idem subiectũ per eandem rationem album sit, austerum, & dulce: fieri aũt potest, vt sapore conseruato color immu-
D tetur, ergo per eandem rationem idem agit & patitur. Sed siue rerum formæ sint temperamenta, seu formæ habilitati materiæ extrinsecùs adueniant de quo nihil dubitatum est à veterib. Peripateticis, ẽt dicendum videtur ab eisdem principiis emanare diuersas qualitates; itaq. nihilominus eadem res per eadem initia simul agere & pati poterit. Attigit hanc difficultatem quandoq. Philoponus; [b] & perspicuè, breuiterq. docuit, nisi fallor, eius rei caussam. Attamen nob. eam aliquantò altius ad maiorem perspicuitatem exordiri placet. Docent omnes philosophi duplex esse genus accidentis: alterum quod ex formæ penderet, atq. id perpetuò speciei, seu generi manere adfixum, sine intentione & remissione permanens: itaq. de vniuersali primò prędicari, & omnia singularia complecti: alterum quod ortum duceret ex materia sensili, atq. id esse vagum, inconstans, non pertinere per vniuersa indiuidua, propterea prius de indiuiduis, q̃ specie prædicari. Et quamuis non pauci putent omne accidens habere subiectum quoddam de prædicamento substantiæ cum quo conuertatur, tametsi frequẽtius nomine vacat, ex quo suspicari quispiam potuisset hæc secum pugnare: nam si non complectitur accidens vniuersa indiuidua, ergo neq. genus omnia indiuidua complectetur, & sicuti separatur accidens ab indiuiduis, ita quoq. separatum iri genus, aut si hoc omnia comprehendit, & separari nequit, & accidens illud omnia comprehensurum, & neutiquam posse separari, quod subiectum de prædicamento substantiæ constituunt, vniuersale simpliciter accipiunt, non genus: magnum verò discrimen est inter vniuersale, & genus, quandò genus respicit necessariò species, & differentias, vniuersale autem pertinet ad indiuidua

solùm,

[a] 2. de An. Cap. de tactu.

[b] 1. de Ge.

solùm, vt animal ad hæc animalia: hoc autem respicit sua indiuidua, & illa omnia complectitur, nec ab illius vnq̃ separatur, & ꝙ nomine caret, & plerunq. ignotum est, si conferatur cũ iis, quæ nota sunt, & sub vniuersalib. nominatis comprehenduntur; de illis dicitur prius, q̃ de specieb. Sint igitur eiusmo di accidentia quæ his singularib. priorum species nominatæ sunt, primò tribuantur: eam huius eucnti caussam docet esse Philoponus, ꝙ singulæ illæ qualitates per quandam latitudinem porriguntur: est verò latitudo vniuersa illa infinitas materiæ quæ continetur intra absolutam priuationem (non gradũ nostri vocant) & summum eiusdem gradum, siue ratio magnitudinis habeatur: nam certa etiam raritas conuenit accidentium formis, siue intentionis, cuius caussa plus & minus ipsis assignatur. propterea ꝙ plus minusue à materia participentur, etenim hinc omnis illa varietas exoritur. Ob hanc igitur caussam ꝙ materia & habilitas ad formas immutatur, earum verò terminos esse oportet, efficitur, vt quousq. manet ea latitudo quam tolerat quædam certa qualitas; semper etiam illa, si non summa, at remissa conseruetur: & quoniam sua cuiusq. qualitatis est determinata latitudo; nihilominus intra limites eius latitudinis continetur quam species ea toleret quæ comprehendit indiuidua quib. illa qualitas inest; ex hoc sequitur, vt mutata qualitate quæ cum priore latitudine permanebat; incolumis adhuc sit altera qualitas, & vtrisq. amissis species integra maneat. puta tu. calcis species cõtinet quattuor caloris gradus; albedo duos, acredo tres. vbi calx vltra duos gradus promoueatur; interit albedo; conseruatur acrimonia, si ad quartum peruenerit; acrimonia deperit, & tamen adhuc permanet calx. Hæc igitur est caussa varietatis accidentium in eadem specie. Atq. ea de principiis actionis dicta sufficiant.

Ad quæstionem de mixtura deuenitur, & aliarum sectarum opiniones recitantur.
Caput XLVIII.

EMVTVA primorum contrariorum perpessione fit mixtio, mixtaq. ipsa conflantur, siue illa à natura, siue ab arte ministrentur: nanq. vtranq. facultatem & simul & seorsum mixtionis esse caussam; & mixta conficere, siquando natura id præstare non valeat, sensus ipse manifestissimè ostendit. Etenim, vt inquibat Antipho. [a] Τέχνῃ γὰρ κρατοῦμεν ὧν φύσει νικώμεθα. Arte. n. superamus ea à quib. natura vincimur: sed quatenus, & qua ratione hæc officia, siue ab arte, siue à natura præstentur; ita latet, vt neq. etiam sapientissimorum hominum mens id assequatur; ideò illius initia in extremo hoc libro vestigare, & cætera persequi constituimus quæ pendent ex alteratione; & ea potissimè quæ sunt mixtionis: est verò hęc via ad mixtorum formas de quib. mox agendum est in meteorologicis. In ea verò tractanda multæ celeberrimorum philosophorum sententiæ, summæ difficultatis argumentũ, & recensendæ sunt; & omni industria perpendendæ. Quoniam verò multa theoremata sese offerunt explicanda de natura & vi mixtionis; inde sumetur exordium, vt exponamus, quæ'nam illa sint quæ remanent in mixto; ita vt ex illis vniuersa substantia, molesq. mixti componatur. & cùm multa à philosophis de hoc capite dicantur (vt. n. primum omnium ex vi methodi sese obiicit, ita etiam cæcissimis tenebris inuolutum est) vt breuiore qua potest fieri, via transigatur; ante meminisse conuenit ea quę ad absoluendam mixtionem requiruntur, vt inde, velut à regulis quibusdam cętera dirigantur. Primùm igitur alteratio miscendorum præcedat necesse est, eaq. non eò perueniat, vt aut omnia ad vnum mixtilia destruantur; aut vnum quippiam ex illis: postremò vt ea quæ miscentur, queant separari, hoc est, corpora, substantiæq. sint: atq. ita certum hoc fuit apud antiquiores Peripateticos, vt sicut ab Arist. palàm asseueratum est, sic ab Alexandro, [b] Philopono, & Simplicio receptum vnanimi consensu: licet ipsi vocũ proprietate animaduersa præcipuè μῖξιν & μίγνυσθαι prædicarint de siccis, idest, mixtioné & misceri, de humidis verò κρᾶσιν, & κεράννυσθαι, quod est temperiem & tẽperari, vt separari possint, ꝙ existere per se queant. ita verò obiri mixturam; quia corpora simplicia quæ contrariis implicata sunt, in minimas parteis diuidantur propter humiditatem quę vel insita est, & innata mixtilib. vel accedit extrinsecùs: nam quemadmodum calida refrigerantur; & frigida tepescunt, ita humida exarescunt, & arida humectantur. Licèt autem mixtilia ad minimas vsq. parteis redacta sint, omnia tamẽ fama est efficere vnam, atq. illam quidem minimam mixti partem, seu minimum mixtum quod maius sit, siue mole & distantia, siue etiam extentione & terminis, quàm singula illa quæ miscentur: idẽ quoque mixtum vsquequaq. est. Atq. hæc omnia communis hominum sensus ita tribuit mixtioni, vt pro comperto assumat; & vt verbo Græco nunc vtar, quod animi mei sensum magis exprimit, ἀξιῶται ab Aristotele, vt super his fundamentis definitionem mixtionis extruat. His stantib. non disceptant inter se philosophi quæ'nam sint verè mixtilia: nanq. ad id omnes vno ore respondent ea esse elementa: sed illud quæritur, vt conueniant, atq. concurrant ad efficiendum mixtum: & de hac re litigant omnes, quotquot ego lustrauerim, qui de mixtione disputant, & ita in diuersas factiones scinduntur, vt ex eorum placitis parùm, aut nil propemodum constet, quæ'nam sit germana sententia summi præceptoris. ac nos in presenti disceptatione aliam omnino viam ab illis quæ hodie tenentur, ingredi constituimus: quo fiet, vt reliquorum dicta perspicacius animaduertere, & acrius nostra tueri debeamus. Inter philosophos ergo stoici existimarunt mixtilia integra, natura. s. & qualitatib. eorum saluis ingredi molem mixti: sed ꝙ ex toto miscerentur, inde factum esse, vt singulorum vires, & qualitates exquisitè sensum non afficerent, neq. summę apparerent, verùm temperatę & remissę, cui quoq. sententiæ videtur subscripsisse Galenus, [c] quanuis nil habuerit certi ex Hippocrate. neq. ipsemet etiam sibi valde constiterit, siquidem nonnunq̃ scripserit elementa tota cõmisceri suis ipsorum substantiis, veluti miscentur aqua

[a] Q. Met.
[b] 1. Met. T. 17.
[c] Lib. de nat. hum.

A aqua & vinum, atq. adeo, vt nulla, quantũuis minima, sit particula, quæ non sit vinum aqua dilutum: ceterùm ad eam præstandam necessarias esse primas qualitates. Quanuis ipse alias ad eadem partem vi deatur esse propensus,[a] vt non substantiæ, sed qualitates ipsæ misceantur. Hanc sententiam nostris tem porib. approbarunt aliqui medici qui in librum de natura humana cõmentarios ediderunt, eo funda-mento plurimùm innixi præter sensum cui maximè tribuunt, & iure quidem, qualitates nimirùm ab elementorum substantiis non posse disiungi. ab illis.n. tanq̃ à caussa coniuncta proficiscuntur; itaque si detur misceri qualitates, necesse est substantiæ quoq. misceantur. Et quanuis hæc sententia validissimis rationib. oppugnetur ab Alexandro: [b] primũ; quia corporũ penetratio prohiberi non posset, dũ sibi vicissim corpora elementorũ vsquequaq. peruia fiunt: præterea quia statui videtur in mixtilib. sectio ad minimas vsq. particulas solũ: at sic in infinitũ fieret, ne vnaquidem elementi cuiusq. particula, seu sensilis, seu non illa sit, non mixta superstite: itaq. actu fore infinitũ: solent ad primũ respondere dicẽtes ex eo non sequi penetrationem corporũ, quòd vna materia fiat ex elementorũ partib. ad minima diuisis, in qua oẽs elementorũ qualitates æqualiter extendantur, atq. misceri materiã, non aũt corpus, quia materia per se corporea non sit. Ex hoc ẽt possunt euertere secundam obiectionẽ: non.n. id repugnat materiæ quæ in infinitum diuidi potest, sed corporib. Cæterũ quia non separant isti dimensiones à corpore, & quod corpus non est, protinus autumant expers esse dimensionis; in id incidunt, vt materiã faciant incorporeã, & sine dimensione, atq. actu diuiduã in infinitũ; quæ sanè secũ pugnant: nanque esse sine dimensione reipsa idẽ est, atq. oĩno diuisionis exors; nam quę prorsus huiusmodi sunt, sibi ipsis ex toto adhærescunt, quomodo igitur in infinitum diuidetur? Sed & dimensio est ipsamet materies, & eius beneficio tum corpus, tùm materiæ portiones assecutę sunt, q̃ ex toto inter se penetrare nequeant, eaq. sibi sunt peruia solũ quę prorsus corpore & dimensione vacant: quare tã absurdũ est sese corpora penetrare, quàm materiam, cũ ratio prohibitę penetrationis à dimensione descendat quę pariter eadem est in corpore & materia, solumq. separatur, q̃ in materia nondũ terminos assecuta est, in corpore verò iam terminata fuit à forma, &: materiæ dimensio propria est, cùm corpus tũ sit, cũ illi iã forma accessit. Sed hæc planè exposita sunt in libro de incremento. Idcirco dicebat Auicenna in mixtis esse quattuor elementa, eademq. actu remanere diffecta quidem ad minimas vsq. partes, quib. elementi forma consistere posset: mutua verò qualitatũ suarũ perpessione alterari. quamobrẽ, quantum est de elementi substantia, salua quidẽ, & integra restat: at quod spectat ad qualitates, vndique mixtę sunt; quoniam qualitates vndiq. temperentur. Atq. vt corroboret opinionẽ suã Auicenna, illa eadem proponit quæ nos item suprà constituimus, ab Aristotele, & cõmuni hominum iudicio comprobata; nempe mixtilia alterari, non corrumpi, neq. vnũ tantùm, neq. plura, aut omnia: mixturamq. esse alteratorum, non autem corruptorum concordiam: neque.n. concordia corruptorum esse potest; sed eorũ quæ adhuc salua & integra persistunt. Tùm præterea q̃ nullum foret discrimen ortus & mixtionis. Proponitur item elementi definitio quæ quidem continet elementum in re facta superesse: de natura enim elementi est, vt ex eo primo cùm insit, fiat id quod fit, & in illud abeat extremum: at nisi superfit; & falsò acceptum fuerit, ex eo cùm insit, fieri id quod fit, & in illud vltimum dissolui: quo.n. pacto dissoluetur in illud, nisi supersit? Accedit eodem, q̃ mixtilia separari possunt, quod certè non contingeret, si illorum substantiæ deperirent. Hæc Auicennæ de mixtione loquenti tribui solent.

[a] Lib. de subst. nat. fac.

[b] Lib. de Mixt.

Quæ de mixtione contra Auicennam disseruntur, & reliqua quæ cæteri profitentur.
Caput XLVIIII.

AT verò Auerroës [c] in ipsum vehementer insultat. inquit.n. si ita esset, quemadmodum profitetur Auicenna, plures essent actu formæ in mixto; & sic mixtum vnum per vnam formã esse non posset. Quattuor item supposita forent, hoc est, indiuidua quæ per se consistunt, è quib. vnum fieri nequit: aut.n. fit vnum secundũ substantiã, aut secundũ aggregationem, aut per accidens. Sed mixtũ non est vnũ, neq. per accidens, neq. per aggregationẽ, sed secundũ substantiã: ita verò vnum non esse, cùm quattuor in eo sint substantiæ distinctæ. Præterea ponit Auicenna [d] remitti tantùm primas qualitates; non aũt formas quæ elementorũ cõplent essentias: at si sic fuerit, inquit ille, euenire igitur posset, vt totus ignis sine caliditate restaret, quod certè fieri nequit: quandoquidẽ sicut vna pars qualitatis, quæcũque illa fuerit, amittitur, ita & de reliquis est censendum: nam sunt eiusdẽ rationis pars & totum. Argumentatus item plurib. est D. Thomas [e] contra eundem auctorẽ dicens fore, vt forma mixti sit accidens: etenim adueniret elementis quæ sunt in actu; quod aũt aduenit ei quod est in actu, est accidens. Deinde non posset euitari, quominus ipsa mixtio fieret ad sensum, quod tamen Aristoteles, vt falsum confutauit, dum in Empedoclem inuectus est qui mixtionẽ illã suã ad iudicium sensus reuocaret: esset enim elementorum ad minima redactorũ. Mixtio rursus nil aliud esset, q̃ alteratio: atqui alteratio sensui subiicitur: itaq. nec mixtio fugeret sensum. Tertiò mixtio foret congregatio quædã, non aũt generatio mixti. Præterq̃ q̃ mixtum nunquã foret vniformæ: nam posset in eo pars aliqua notari quæ sanè mixta non esset, vt pars aëris, aut ignis, quanuis ea minima foret. Vltimò vbi variæ substantiæ sunt; variæ item qualitates, diuersæq. formæ adsint oportet quæ illas consequantur: vbi aũt vniuersa hæc adsunt, inde igitur erumpant varię formę necesse est: itaq. vna non esset forma in toto mixto, & omnib. illius partib. quod item destruit aliquid ex illis quæ cõmuniter de mixtione, mixtorumque natura, vel accepta, vel etiam approbata sunt. Quamobrem ex his optimo iure censuerit quispiam, neq. Stoicos, neque

[c] 1. de ge. T. c. 61.

[d] 1. 1. Cap. de compl.

[e] Q. 6 de for. art 1.

neque Auicennam Peripateticè fuisse locutos. Transeamus igitur ad alias opiniones, quas reliqui cũ Aristotele profitentur, quorum primus Auerroës, qui cũ robori suarum rationum plurimum tribuisset, & quantum in ipso erat, ea defendere cuperet quæ concordes vniuersi philosophi mixtioni concesserunt; existimauit omnia sic posse conuenire, si statueret elementorum formas in mixto quidem esse superstites; sed ipsas saluas & integras remanere non posse, verùm tantisper labefactari, atq. retundi, dũ conueniunt ad mixturam; & quemadmodũ accepit Auicenna, & sensus ostendit, ratioq. confirmat, illas qualitates quæ comitantur formis, intendi & remitti, idẽ ipse de elementorũ formis asseuerat. Ad persuadendũ verò cõmentum hoc (ita.n. mihi liceat appellare; quando plures inuenit in hoc aduersarios, q̃ fautores) Primum demonstrat elementa restare per elementi definitionẽ: deinde sic. Si elementa non manerent in mixto, materia prima citra oẽm ordinem quanq. formã proximè accipere posset: id verò fieri non posse perspicuum est. Cùm verò non possit, vt ipse opinatur, intendi qualitas, nisi & forma intendatur; apparet secundùm, nempe formã elementi intendi, atq. remitti. Vt verò doceat quẽ admodum hoc eueniat, adfert admonitionem quandam, quasi dicat, ne miremur elementorũ formas intendi & remitti: quanuis substantię sint, de quib. id generatim constitutum fuerit eas non accipere plus & minus: ad substantias.n. perfectas hoc pertinebat; atqui elementa sunt substantiæ quædam imperfectę, & medię quodammodo inter verè substantias & accidentia. quapropter imitantur substantias in eo, ꝙ separata subsistere queunt, accidentia verò in hoc, quòd plus & minus accipiunt. ex hoc assumpto reliquorum caussas addit; nam cùm redoleant conditiones accidentium, quemadmodum ipsa inter se propter repugnantiæ vim cõmouent & refringunt, & in vnũ coire possunt, ita quoque inter se eorum essentias retundere & conquassare, atq. in vnum, quasi hostes diuturno bello defessi inire fœdus, & amicè conciliari. Neque tibi, inquit, negotiũ facessat, ꝙ cùm forma mixti superueniat elemẽtorum formis actu consistentib. idcirco fit accidens: sunt.n. formę elementorum, & forma mixti ex diuerso ordine, atq. illę vim materię sustinent ad formam mixti: ideò ex ipsis vnum fit, non sicut è substantia & accidente, sed sicut à potestate & actu, non sic è materia aquę, & forma ignis, quòd sunt ordinis eiusdem, nec inter illa intercedit ordo potestatis & actus. Quoniam verò Scotus hanc rationem labefactare conatus est illo argumento, ꝙ ita etiam lapis adhuc permanens humano animo posset informari: nos etiam dum partes Auerrois agimus, pro illo dicamus. Non ex omni forma inferiore & superiore fieri vnum simpliciter, sed vbi inferior affecta sit ad superiorem, & habeat in se potentiam proximã ad illam. hæc verò inest in forma elementi ad mixtũ, non in lapide ad animum humanum. Atq. hæc quidem ex Auerroe. Nobis aũt ea nullo modo probari possunt: nã satis olim explanatum est formas intendi & remitti non posse; ac si plus & minus eas attigerit, esse ex humilitate naturæ. Docuimus item inter substantiã, & accidens non posse intercedere medium: quæ cùm abundè cõfecta fuerint antehac; nulla caussa est, cur hîc inculcari debeant: vrgeo magis, quia sequeretur, vt ignis sine vllo gradu formæ superstes esse posset: itaq. ignis & non ignis: vt.n. pars qualitatis ad totam, sic pars formæ ad totam formam: sed pars formæ per Auerroëm tollitur: ergo & tota aliter aut malè Auerroës, aut rectè Auicenna. Missam igitur opinionem hanc, tanq̃ minus Peripateticam faciamus; & sententiã Latinorum exploremus. Ergo D. Thomas, Scotus, Monachus ciuis noster, & Bononienses iuniores in eam iuere sententiam, vt extinguerentur sanè elementorũ formę, solumq. superessent qualitates quas ipsi virtutes appellant, eæq. miscerentur, & postq̃ redactæ fuissent ad medietatem, extinctis elementorum formis ea quæ foret mixti, protinus superueniret quæ virtutes illas intra se contineret: quasi forma mixti requireret elementorum formas, dum fieret, & veluti præuias affectiones; seu media transitus, non aũt postq̃ genita esset. idcirco mixti formã esse simplicem, cùm accedat materiæ quæ sit in potentia solùm. Quæ si ita sint, non est ꝙ vereamur penetrationem corporũ, quia non elementa, sed vniuersa materia depositis elementorum formis mixti formæ subiicitur, & ab ea virtutes elementorum temperatę, siue temperamentum, velut vmbra à corpore proficiscitur. Cauerunt autẽ Latini perpetuò multitudini formarum, vt quiduis mallent, q̃ ea ponere, ex quibus ipsa consequatur. Verumenimuero huiusmodi auctorum munus esset diluere rationes quas pro Auicenna construximus & ex auctoritate Aristotelica ductas à definitione mixtionis, & cõmunib. eius attributis accepimus; & docere, quemadmodum ea non esset generatio mixti vna forma amissa, atq. altera succedente. Nã mitto nunc Aristotelem innumeris in locis pene testantem elementa esse in mixtis & negantem[a] ignem & glaciem cõuenire ad mixtionem, ꝙ in exuperantia posita sunt, eam verò tolli opus esse; at si tollatur, illico ea peritura. Quamobrem sic argumentabor. Quæ corrũpuntur non miscentur. Ab opposito igitur. Si miscentur, ea planè manent incorrupta. Nolo singula verba promere de capite de mixtione quib. ea saluari testatur, & alterari solũ, & mehercule si quis in eum sensum qui placet Latinis, Aristotelis verba debeat exponere, dimidiũ Aristotelicæ philosophiæ peruertere cogetur. Ab his igitur cõmotus censerẽ id fuisse perpetuum placitum Aristotelis, vt elementa superessent in mixto, non solùm, ꝙ eorum virtutes seruarentur, sed ꝙ eorum quoq. formæ superstites essent, quod à Græcis ẽt receptum fuisse cõperio: quãdoquidem Alexander[b] ita existimarit, & post ipsum Simplicius,[c] ac si ea spectentur interius quę narrantur à Platone de iis quæ ex elementis oriuntur, ipsum non alienum ab hac opinione fuisse credemus; quippe qui ex elementis etiã cęlum conflauerit. Idcirco itẽ partes Arabum nob. erunt defendẽdę, vtpote exceptæ à Græcis. Sed mihi diligenter propendenti verba ipsius Aristotelis, atque ab omni parte ponderanti rationes quibus hoc problema confirmatur, facilius defendi posse videtur Auicennæ dogma, quàm cæterorum. Ideò pro Auicenna dicere constitui. Quoniam verò ab omnibus hacte-

nus

[a] 2. de Ge.

[b] 2. Q. 20. Lib. de mix.

[c] 1. de cęl.

E F G H

A nus explosa est eius viri sententia; vt eam nob. à calumniis omnib. purgare succedat, aliqua repetemus ex iis quæ olim posita & enarrata fuerunt, vnde omnis veritas erui sine vllo negotio possit. Cunctatur solerter aduerte.

Auicennę dogma de mixtione defenditur. *Caput L.*

STATVAMVS in primis id quod anteà nob. longo sermone peroratum est, Formas imperfectiores esse veluti materiam perfectiorum: quapropter fieri posse, vt ex harum accessione è posteriorib. & priorib. vnum per se fiat, quemadmodum ex animali & ratione, quod item in hac hypothesi nob. concessit Auerroës. Deinde accipiamus actum esse duplicem, vnum primum, atq. alterum secúdum; ac primum quidem à secundo simpliciter separari posse, velut animus à cogitatione in somnis. Quamobrem cùm talis ordo sit etiã inter elementorum qualitates sicut in aqua feruente, factum est, vt ex his quædam virtutes nuncupatæ fuerint, aliæ qualitates simpliciter, aut ad summum sensiles, illæ sunt actus quidam primi, & à nob. idem cum formis positi fuerunt, hæ verò sunt actus secundi. Non erit igitur absurdum, siquando qualitates illę quas actus secundos constituimus, q̃ sint proximè sensiles; saluis actib. primis extinguantur, aut saltem obtundantur, & per has afficiantur inter se elementa B præter naturam, atq. insigniter admodùm, multoq. magis, quàm mixta quę perfectiora sunt, prout ẽt cùm sint viciniora materię, latitudinem habent maiorem. Vbi igitur ad minimas vsq. particulas elementa redacta fuerint, sibi vicissim adhęrescunt, & beneficio repugnantię qua pollent singula, inter se confligunt, & exuperantias retundunt, seseq. ad mediocritatem mutuò redigentia nullum substantiæ detrimentum afferunt: iam n. diximus eorum formas tolerare insignes affectiones. Neq. q̃ inter se refringãt ab Alexandro vsq. ad hęc tempora dubitatum comperio: quare non erat, q̃ hanc tantæ quæstionis, quanta est ea quæ de mixtione proponitur, summam esse cõtenderet Valeriola, vt eam tot auctoritatib. Hippocratis, Platonis, Aristotelis, Galeni, Plotini, & demonstratione quoq. confirmaret id, quod ita euidens est, vt principium demonstrationis esse posset. eam relinqueret quę tantopere philosophos vexat. Quoniam verò actus isti secundi radices agunt in primis, & eos perpetuò consequuntur (nanq. illorum vitium per accidens est, & nascitur ex impedimento, & à contrario potissimè) pręsente contrario quietę manent, atq. silentes, nec amicę quidem; sed ex lassitudine pactis induciis, siquando absolu untur à contrario, tum sese sensui produnt, & faciunt officium suum: ad hoc verò solet opera continentis interuenire, vt docebimus in Meteorologicis. Adde vltimo id quod abunde docuit Alexander, (nanq. illa sunt nostra) mixtionem non in substantiis ipsis spectari, ita vt ea substantiarum cõ- C plexio, mutatioq. reperiatur. est. n. ex toto mixtum, corpora verò ex toto misceri nequeunt, sed qualitatum: ipsæ. n ex toto temperantur. Quapropter nulla mixti pars, aut elementi in mixto reperitur quę non sit mixta, hoc est, temperata, idest à contrario non affecta. Sic igitur ignis calor ab alieno frigore repressus est, ignis substantia salua permanente, & aquæ frigus ab igneo calore retusum, ex quib. vnum, quasi medium in vtroq. elemento effectum est, quod tepidum perspicuitatis gratia vocemus, cuius sanè duo principia sunt, vnum quod est ex natura, atq. alterum præter naturã, & per affectionem: nanq. in igni calor natiuus est; id à quo temperatur; est contrarium: contrà se res habet in aqua: veruntamẽ, vt id quod è duob. hisce principiis emanat, vnum sit extremis concitatis eo quem diximus modo, dum de repassione disceptaremus, vnum verò ad sensum, quanuis diuersa principia consecutum fuerit. Atque ita apparet, quemadmodum mixtio non sit generatio, sed alteratio & alteratorum concordia, non corruptorum. Hanc ad summam credimus esse Auicennæ sententiam: quicquid illi Fernelius tribuerit: nam de hoc posteà dicemus nonnihil. Verùm siquis eius viri sententiam hanc esse neget, non admodùm repugnabo: satis enim id mihi erit, si id sibi voluerit pręceptor ille admirandus, quod persuaderi poterit, si ex allatis opposita diluantur. Vt autem id experiamur, singula quæque percurramus. Cùm igitur obiiciunt Auerroës & D. Thomas plures formas actu futuras in mi- D xto; dicimus; cùm elementa caussa repugnantiæ inter se vim potestatis obtineant; tale aũt sit ingenium cõtrariorum, vt remissa consistant; eaq. oĩa mixto imperfectiora sint, & nata fuerit apta, vt seruiant formæ nobiliori; nil impedire, quominus & multa simul, cęteroqui per se subsistentia maneant, & tanq̃ materia mixtorum ad eorum formas cõtendant, & ex iis ac forma mixti per se vnum fiat. Ea verò cùm pendeant ex his quæ pluribus confecta sunt in illa quæstione qua de formarũ multitudine disputatum fuit; non est quòd inutiliter hoc loco repetantur. Illud sedulò tractabit' quod opponit'. Sicut aufertur vna pars caloris, ita & reliquas auferri posse. At q̃ ruinosum est viri sapientissimi fundamẽtum, & debile telum quod cõtra Auicennam intendit. Nam si vera est ea rõ non retundi qualitates, quia totæ ẽt collabi possent; cùm idem sit iudicium de toto & parte faciendum: ita quoq. ego telum in Auerroẽm retorquebo concludens eodẽ modo de functionibus animi. Si animi functio tantisper cõcutitur, & totam quoque concuti oportet; idem. n. iudicium de parte & toto faciendum est: atqui tota labefactari nequit, nec pars igitur. Et fortè falsum est totam nõ labefactari, vt apparet in profundissimo somno, lethargo, comate, & caro, necnon in animi defectionibus in quib. sensus & ratio planè feriantur: partem sanè cõmoueri manifestum est. Si igitur tota deficit, quod ipse absurdum putat, absurdum non est: si tota tolli non põt; ergo non necessariò sequitur; si pars destruitur, & totum igitur: ac si radicem quãdam earum functionum in animo, & animante residere velit; ita dicã ego radicẽ qualitatis in elementi forma, vel elemento esse residuam. Aut igitur in ipsum valet sua ipsius ratio, aut si minus iure igit' tale

tale rationum genus spernet, & irridebit Auicenna. Verumeninuero & hic aliquantulum insistere nõ erit alienum à re nostra, vt etiam lubricitas eius sententiæ magis perspicua reddatur. Etenim illa regula in primis non est generalis: deinde si generalis sit, non affert absurdum: siquidem nix detur alia cãdidior: nec dubium est, quin in minus cãdida gradus aliqui candoris separetur: num igitur & totus? minimè verò. Et caussa huius euenti duplex esse põt, altera quidem, ꝙ accidens illud exoriatur ex eius materiæ latitudine quæ tali formæ subiicitur: quamobrem dum eius latitudo manet; semper accidẽs cõseruabitur, quod tamen in ea latitudine remitti potuit, vt cùm ea substantia tendit ad interitum, quę tamen vsq. ad vltimum nõ esse persistit, atq. ea ratio in Auerroëm à Scoto est vsurpata: altero verò, quoniam sunt aliquot accidentia, quæ ad tutelã speciei data sunt. Sed dispar est admodùm rõ accidentis & formæ, accidens intenditur ac remittitur salua substantia. forma haud quaq. & vt elementi forma vtamur; dum res adhuc controuersa est; conuerte te, amabo, ad aliorum formas. Nam fiet vt cum vltimo gradu forma corrumpatur, ꝙ non amplius habeat quo se tueri posit quæ tamen aliorum amissionẽ quoquomodo tolerabat. Quanquàm nescio qua rõne hæc notio cadat in eiusmodi doctorum mentẽ, qui volunt formam esse extremum præuiarum affectionũ eamq. momento tẽporis existere in materia. iam.n. veteres qualitates de materia deturbantur; adhuc forma vetus consistit, vbi plusę sunt propriæ qualitates quod tamen est, cùm ad extremum gradum perductæ fuerunt, extinguitur forma. Quare patet idẽ iudicium fieri non posse de oĩbus qualitatum partibus. Ita igitur dicam ad argumentum parteis oẽis sic se habere, etsi vna deleatur, & oẽs posint deleri, & funditùs vniuersæ tolli; verùm priores cum salute substantiæ; tolli quidẽ posteriores, sed afferre interitum: neq. effici poterit substantiã desertam ab oĩ qualitate remanere. Et ad primam D. Thomæ obiectionem idem est respondendi modus, atq. ille, quo primæ Auerrois rationi restitimus: etenim elementa subeunt vicem potestatis & materiæ, nec forma mixti superuenit illis, vt actui, sed vt potestati, & vt afferens perfectionem, non vt accipiens, quod formę & accidentis esse discrimen aliàs indicauimus. Opponit secundo loco mixtionẽ fore ad sensum, quod tamen in veteribus philosophis ab Arist. notatum fuerat: esset.n. mixtio elementorum ad minima redactorum. in hac aũt ratiocinatione latet fallacia à secundùm quid ad simpliciter: etenim mixtio tum foret ad sensum, si ita obiretur, ꝙ elemẽta in extremas vsq. particulas diducta fuissent, neq. tamen alterata; ipse tamen ex eo, ꝙ elemẽta simpliciter in mixto permanerent; intulit mixtionẽ fieri ad sensum, neq. verò tum fit ad sensum; cùm qualitates affectæ sunt, & temperatæ. Ideoq. talẽ mixtionis formulã confutabat illo argumento Aristoteles; nec illo nomine sanè, ꝙ substãtias quæ actu maneant, in vnũ coire voluerint, sed ꝙ citra alterationẽ, & quanq̃ temperatæ apparebant, non id illi adscriberent, ꝙ ex vi potestatis & actus essent refractæ, sed quia iuxta collocatæ propter exilitatem sensũ pellere non valerent. Quoniam verò miscentur elementa quæ si cum mixto conferantur, imperfecta sunt, neq. itẽ propter remissionem contrariorũ secum ipsa pugnant, immo oĩa in vnum conuenientia tẽperamentum mixti formam excipiunt; ex hoc efficitur, vt ea non sit aggregatio sola simplicium, sed mixtio, mixtiq. generatio ex accessione nouæ formæ quæ est vt cõpositio, per interitum formæ oppositæ, seu priuationis quæ est carentia cõpositionis, quemadmodum non longè ab initio nostræ methodi cõstitutum est; non autem ꝙ elementorum formæ neq. funditus, neq. tantisper destruantur; vt si domus fieret è lateribus & lapidibus. Cùm posteà nos vrgent dicentes, formas contrarias non consistere docuimus anteà, qũo non consistant, quia semper essentiæ repugnant, & in facto esse, sed cùm prodeãt in actũ per has qualitates, tanq̃ instrumenta, cùm eæ repressæ fuerint; ex defatigatione ferientur; veluti si duo fortissimi duces inter confligendũ ex ictuum multitudine enses retuderint, neq. inter se plagas inferre queant. Quando etiam dr̃ mixtum non fore vniforme; negamus: quoniã etsi ibi adsunt quattuor diuersæ substantiæ; nihilominus quia singularum qualitates vndiq. temperatæ sunt, dantes & accipientes vicissim suum quæq. actum; hinc vniuersa mixtionis rõ ducitur, & ex hoc efficitur, vt mixtũ sit vniforme. Neq. obstat illud, ꝙ mixtio sit corporum, non qualitatum; præterea ꝙ si qualitatibus mixtio tribuatur, ꝙ posit esse mixtum sine elementis; cùm sufficiat mixtio qualitatum, aut si actu manent elementa, ꝙ erit mixti diuisio secundùm quantum, non aũt resolutio, aut etiã quòd continuari nequeant, cùm specie differant, aut illud, ꝙ cùm ea quæ conueniunt ad mixturã, non debeant esse exuperantia, sicut ignis & glacies. elementa verò cùm simpliciter talia sint, exuperãtiam præseferant. Etenim mixtio corporũ est, sed per qualitates, non qualitatum, quę tamen sunt in subiecto corpore semper, vel secundùm naturã, vel per affectionem. Cùm verò quæq. pars mixti sit ita affecta, vt habeat natiuam qualitatẽ, sed eam refractam, & cùm altera coniunctã quę sit præter elementi naturã, mixtum non sanè diuidet in parteis quãtas, ꝙ quælibet eodẽ modo affecta erit, sed resoluetur, quia cùm separatę fuerint partes ab inuicem, amittent id quod habent extranei, & singulæ cum suis qualitatibus remanebunt. Et quanq̃ specie differunt elementa, in mixto continuantur gemina continuatione, vna quidẽ propriè, cùm termini diuersorũ corporũ in vnum conuenient per humiditatẽ innatam, vel adscititiam; impropriè verò quia cùm vniformiter tẽperata sint, vnico motu totũ agitabitur, nempe dum ab exuperantib. cõmouebitur. Diuersi sanè specie motus non continuantur, quoniã terminantur singuli forma quæ est indiuidua, sed corporibus non est hoc denegatum, cùm eorũ termini sint actu simul, & potestate ꝑpter materiam. Exuperantia verò non ingrediuntur in mixtum; cęterùm elementa licèt simpliciter talia sint, adde & summè talia, ingrediunt in mixtum, ꝙ exuperantia duplex, altera quæ cum pernicie subiecti, & continet vniuersam latitudinẽ eius formæ, siue sit ex natura, seu contra naturam: altera quæ est summa quidẽ, sed secundùm naturam. illa sanè mixtioni repugnat, hęc etiã pernecessaria, sed ab initio; nanq.

A nanq. ad absoluendam mixtionem hæc in processu tollatur oportet; tollitur autem nō per interitum, sed per actus secundi remissionem. Sic non sunt variæ affectiones in mixto, sed vna in toto propter eā temperiem qualitatū quæ elucet in quaq. parte mixti. Remanent ergo elementa, & mixtio eorūdem est alteratorum, non corruptorum concordia. Quia verò secundi illorum actus obtusi sunt ex vi cōtrariorū inter se lacessentium; inde est, vt habeant actus primos, attamen impeditos, verùm eiusmodi, vt si non absolutè, tamen aliqua ex parte præstent officia sua, & eadē præstare possint, vbi cōtinens opē ferat; proinde non sine summo artificio illorū virtutes ab Arist. remanere dicūtur à quibus accipitur dominij rō cum in motum mixtorum, tum ēt in alterandi facultate, quod item materiæ dominium appellatur, & q̄uis cum dominio formæ plerunq. concordet; aliquando tamen ex affectione repugnat. Sed nos etiam de his satis antehac. Intereà tamen, vt Aristotelico more cęterorum studeamus habere consensum. & cum D. Thoma defendimus elementa corrumpi, quòd etsi remanent caussa materiæ, eorum tamen rō deperit, & idem prorsus contingit, atq. in numero fieri diceremus, cùm ex binario fieret ternio. Cùm item docuerimus olim, & cum Auerroë consentienter formam esse idem cum actu secundo, ꝙ eo careret per accidens, & impedita, hoc considerato, quod eam propriè formam, hoc est, secūdùm naturā constituit; aliquid itē deteri de forma per actus secūdi noxā cùm Auerroë defendemus.

B *Vtrùm forma mixti discrepet à temperamento nec'ne.* *Cap. LI.*

DIDICIMVS hactenus, quemadmodum mixtio fiat; sequitur, vt videamus nunc, quod'nam sit illud quod pullulat è mixtione; proptereaq; in mixto duo quispiam obseruare possit temperiem cuius beneficio caro est calida & humida, & os frigidū & siccum: potest etiam spectari substātia per quam est caro, aut os; siue sit aliqua forma præter animā, siue anima ipsa: quamobrem dubitatur, sit'ne tēperies ipsa forma, per quam est mixtū, vel aliud quid à tēperie discrepans, an etiā è sola mixtione temperies erumpat; aliunde forma proficiscatur. Temperiem verò ponimus eādem subiecto cum mixtilibus ipsis, siue sint corpora, siue elementorum qualitates, seu virtutes quæ concurrerunt ad mixturam è quorū certa ratione varia nascuntur, miri verò sunt eorum modi & munera; sic tamen, vt indiuiduo non consistant. Nil aūt aliud esse mixti formam, q̄ huiusmodi temperiem nobis Arist. verba significant: nā cū definiret mixtionē, de mixtilium concordia solū locutus est; de forma aūt mixti ne verbum quidem. Prætereà definiens generationem mixti, [a] eiusq. interitùm naturalem qui fit per putredinem, solùm meminit de elementorū virtutibus: de forma autē mixti verbum nullum. Idem quoque docuit [b] vniformiū naturam esse temperiē & miscellā elemētorum, vel, si placet, eorum virtutum, cui [a] 4. Met. [b] 2. de par. anim.
C quoq. sententiæ sæpissimè Galenus, aliiq. medici sunt adstipulati: tēperies.n. videtur esse finis mixtionis: forma aūt & finis recidunt in vnum. Quin etiam cuiusq. mixti forma in tēperie posita esse censebitur: quandoquidem, si tēperiem labefactes, aut tollas; vnà quoq. destrues ꝓprias functiones quas à forma deriuari perspicuum est. Adde ꝙ ab elementorū confusione nulla alia forma, q̄ temperies nasci pōt: nanq. ea foret temperamento perfectior; perfectius autem ab imperfectiore produci nequit. Opponunt alij contrà sic: propterea ꝙ aliæ sunt mixtorū functiones ab iis quæ sunt elementorum: alia forma igitur. Insuper terminus generationis mixti substātia quidem non esset, sed habitudo quædam; quippe rō vnius elementi ad alia, vel plurium inter se. Accedit huc, ꝙ in temperamento latitudo apparet; atqui essētia manet in indiuiduo: temperamentū pellit sensus, forma, & essentia nō item. Adde his etiam Arist. auctoritates qui elementa in mixto per se subsistere non testatur, sed contineri à forma. Cùm ergo temperies ab elementis non distinguatur; ea forma non est. Necnon autumat [c] carnem non esse elementa ipsa, sed aliud quipiam. Prætereà accepimus augeri parteis vniformeis quorū tamen alia forma est, q̄ anima; cùm ea sit actus corporis organici, nec temperamentū, quia partes variantur: iis autē variatis etiā necesse est temperies immutetur, atqui manet ea forma. Atq. hæc vltro citroq. afferri solēt ad exquirendā veritatem à philosophis; huc.n. oīs problematica disquisitio suopte [c] 7. Met. T. 60.
D impulsu contendit. Tres verò sñias ab optimis auctoribus approbari comperio: pleriq. enim aliā cuiusq. mixti formam à tēperie diuersam arbitrantur. Distinguunt alij de mixtis, & secus se habere censent animā habentia ab inanimis: quando inanimorum essentia potest esse temperies, sed animantium præter ipsam alia forma est, anima nimirùm: hæc.n. si non oīs (nam de alente dubium esse potest) at cognoscens, & quę propriè dr̄ anima, ꝙ alens, seu φυτικὴ sæpè φύσις auctore Simplicio vocata fuerit, [d] aliundè, & ab astris ortū ducere prohibetur. Credunt etiam quidā hoc problema neutrū esse, nec vlla necessaria rōne determinari posse. Prior sanè sñia mihi videtur probabilior, tametsi sine distinctione non approbanda; eius itē habemus Auerroëm patronum & auctorem. [e] Cęterùm nonnulla prænotanda sunt, vt oīs inde dubitatio pellatur. Primùm eam vocē κρᾶσιν apud Græcos quam Latini nostri modò tēperiem, aliàs temperamentū vertunt, esse vtrobiq. vocē ambiguam, sicut & aliæ sunt complures, ne dixerim oēs eius figuræ, fortisq. voces, vt σῆψις: nanq. significant simul & aliquid, dum fit, sicut putrefactio & tēperatio, & aliquid factum, vt putredo, & tēperamentum, & rō illa certa qualitatū quæ in mixtura repressæ sunt; eæ verò vel accipiuntur, vt habitu, eoq. modo nos elementorum formas illas esse defendimus, vel in actu secundo, & sic esse accidentia, vel instrumenta formarum. Mox etiā distinguendū puto de animantibus atq. animo carentibus; postremò rē ipsam eandē esse vel caussa materiæ, vel caussa formæ, vt duitas nihil aliud est, q̄ duæ vnitates, vt materia, sed alia est ratio duarū vnitatū, atq. duitatis. Assero igitur ob eam caussā quam nuper exposui animā cognoscentem à tēpera- [d] 2. Phys. T. 15. [e] Tr. 2. Met.

mento prorsus diuersam : tum deinde temperamentũ, siue κρᾶσιν, vt in fieri, à quacunq. forma, siue anima, seu sit inanimi & mixti simpliciter, esse diuersam. tertiò statuo temperamentũ, vt aliquid iam factũ notat, à mixti forma non discrepare, quatenus mixtũ est, siue animatum sit, siue inanime, atq. id quatenus est ex actibus secundis, non primis; aliter alteratio non esset mixtio, sed generatio, seclusa tamen animæ rõne, & quatenus animato videtur supponi corpus organicũ, velut aliquid actu, si non re saltẽ cogitatione, & in eo solùm habita rõne qua est quid ex elementis constitutum. atq. id caussa materiæ, sed caussa formæ aliud esse profiteor. Quamobrem ita puto defendi posse Auerroëm, vbi temperamentũ aliud à forma faciat, vel quòd animã cognoscentẽ respexerit, vel quia κρᾶσιν & tẽperamentũ, non pro re facta, sed pro motu ad eã formam sumpserit, vel ꝙ ratione idem, nõ re esse negauerit, vel ꝙ actũ primum, non secundùm respexerit. Ita autem vt sentiam, me mouent hæc quibus itẽ posterior sñia dissuaderi posse videatur: quanq̃ neq. sic hisce firmamentis confidendũ puto, vt illis tanq̃ demonstrationi credendũ sit. Nam postq̃ definiuit Arist. [a] ortum & interitũ naturalẽ mixtorũ, & longo progressu eorũ temperamenta, licèt generatim tractauit; monet hæc animantiũ gratia fuisse narrata; nec quicq̃ amplius addit de mixtorum forma, nisi quæ ad animam. Non igitur ponit discrimen ea ratione Philosophus in carentibus anima inter formã & tẽperamentũ; aliter multò maxima pars nostræ methodi silentio præterita fuisset, forma nimirùm cuius sũma rõ semper habenda est, & sine qua nonmodò ignorarentur inanima, sed animata etiã, [b] quippe ꝙ de animatorũ ratione sint inanima: siquidem si non fuerit inanimũ, neq. erit oĩno animatum. Quòd verò temperamentũ caussa materiæ, formæq. spectetur, nec idem sit, ex eo colligi puto, ꝙ Aristoteles [c] inuehitur in antiquos qui de materia rerum copiosè disputassent, formã verò finemq. neglexissent, & tamen de tẽperamẽtis disceptauerant, vtputa, quòd oculus aqueus esset, tactus verò terrenus; ipsi aũt non cuius gratia quicq̃ fieret à natura docebãt, sed ꝙ ita ex necessitate efficeretur, & materiæ solius habebant rationem: proinde tẽperamentum caussa materiæ differt à forma. Neq. verò de anima solùm meminit ibi Aristoteles, sed de forma generatim: nanq. ortum oĩum veteres materiæ simpliciter adscribebant, aut ad summũ mentionẽ de efficiente fecere. Sed hæc, vt dixi, non demonstrantur. Etenim nonnulla omitti potuere, quòd è constitutis à non oscitante lectore facilè colligi possent, & sæpè in physicis assertũ est exuperantiã corrumpere, vnde certã proportionem constat inter elementa requiri, & illud dominari in cuius locũ gignitur mixtum; necnon imitari functiones id quod ex materia dominatur, vel ex habitu, & affectione, quapropter varia sunt officia mixtorum. Propterea primam potissimamq. mixtorũ caussam, & eã quæ abdita foret, persecutum fuisse Philosophum dices in iis locis qui proponunt euidentiores & minus principes omisisse. Et negare poteris absolutã vniformium formã esse temperiẽ; cùm sit alia forma à qua vniformia continentur; tametsi vna tẽperies elementa afflicta continere posse videatur. Nec etiam si tẽperie commutata forma affligatur, idcirco sequitur tẽperiem esse formam: sæpe.n. corrupto instrumẽto functio tollitur; eoq. cõmoto quod est caussa, sine qua non, id cuius est caussa peruertitur. Quamobrem illud adiiciendum fuerat, eo primo affecto, & cõturbato formã labefactari, quod facilè negari potuit. Quod opponitur imperfectioris formæ vires ad superiorũ procreationem nõ posse perduci, varios exitus habet, vt non verendum sit, quominus afferat vim nostræ cogitationi: nam duplex in obiectione vitium latet. primùm, quòd aliud est produci ab hoc, aliud ex hoc: quod.n. ab hoc producitur, tanq̃ à perfectiore proficiscitur; illud autẽ ex quo producitur, non necesse est esse perfectius; quin potius cùm materiæ vicem sustineat; imperfectius est necessariò. quare cùm formæ illæ non à tẽperamento quidem sed ab alio actu, vt efficiente, veluti ab ambiente, ab anima, & ab alio quod virtute, si non actu talẽ formã contineat. ab ipso verò, vt ex materia producãtur; nõ sequitur, vt illud formis perfectius futurũ sit. Secundùm vitium, quòd ante narrauimus, vt imperfectiora per accidens & vt instrumenta, vel aliqua alia conditione insignita possint in perfectius. Quapropter, vt dixi, non est, quòd his admodùm confidamus. Itaq. venio ad alias rationes quæ contra inferebantur. Nam quod opponitur alias esse functiones mixtorũ ab iis quæ sunt elementorũ, & verum quidem est, & necessarium, sed non idcirco nõ sunt ex elementis: siquidem pro rõne mixturæ, pro ratione partiũ mixtarum, pro ratione item modorum quibus inter se elementa afficiunt, de quibus 2. de partibus copiosè disputatum est; variantur functiones in mixtis; eæ tamen oẽs in elementa, & eorum qualitates resolui possunt. Noli tu etiam reputare, absurdũ aliquam formam esse positã in habitudine: est.n. aliqua interna, & quæ est caussa essentiæ, vt in oĩbus iis quæ fiunt per cõpositionem qua plura inter se sic habentia facta sunt vnum, vt domus cuius esse est aliud à partibus. neque.n. domus est lapides, & ligna, sed hoc totum quod est ex lapidibus & lignis, ita tamen se habentibus vt vas, & accipit aliud quod cõpleat essentiam, vt finem & vsum ad quẽ accõmodata est ædificandi descripto, dispositionem, & alia: sic temperamentum ego dicam positum esse in elementis, eorumq. certa habitudine, ꝙ iis additur præterea vniuersitas qua non sunt amplius elementa, [d] sed ex illis ita se habentibus vnum. Reliqua quæ subiiciuntur postulant eandem animaduersionem quæ collata est in elementorum naturas & qualitates. vt enim spectatur in illis habitus, & actus, & actus sensum mouet, habitus seorsum manet sine officio; sic de temperamento pronunciandum est; temperies quæ est sicuti priuatio in ordine ad tactum, [e] qua notatur exuperantia qualitatum in actu secundo, atque hæc sensui subiicitur; est & qualitas in habitu quæ illi qualitatum concordiæ supponitur; hæc verò præstet temperamentum, & principia ponit in mixto, quæ vim efficientis subeant, dum agunt in aduersa, materiæ verò dum patiuntur, & dum omnia simul corpus mixti constituunt, attamen temperamenti ratio formalis posita est in actibus secundis. Sed quomodocunq.

latitudo

[a] 4. Met.
[b] Præd.
[c] 2. Phys.
[d] 7. Met.
[e] 2. de An.

latitudo in illis ineſt propter materiam; terminus eſt ex forma ex cuius præſentia primum eſt res, ab-
A ſentia verò primum non eſt, vt quanuis plus minuſúe calidum ſit; eſt tamen aliquis terminus in quo primum eſt calor, aut calidum, & eo vſque cõſeruatur, quoad abit: id totum ſecundùm formam multò ante appellauimus, & docuimus quemadmodum ſe haberet ad ortum & interitum. Adeſt etiam forma quæ continet elementa re non diſcrepans ab elementis: necnon temperies cauſſa materiæ non differt ab elementis, ſed ſecundùm rationem, atq. item efficiens quod talem rationem ponat in elementis, vt ambiens & finis, vtputa, anima. Ex quibus omnibus facilè perſpici poteſt problema defendi probabiliter; licèt prior illa ſententia mihi magis arrideat. Cęterùm ſi differre ponatur à forma; iam eſt paſsio, ſeu potius qualitas patibilis de poſteriore ordine tertiæ ſpeciei qualitatis, ſed quãnam forma nititur? An elementorum formis ante conſtitutionem mixti, & poſtquàm mixtum accepit ſuam formã, illi manet affixum, ibi vt affectio præuia; hîc vt conſequens. Illa verò facilia. Sit'ne mixtio motus naturalis, an non; cùm extra ſuũ locum elementa conueniant ad conflandum mixtum, & extra ſua loca detineantur, nec enim ſine aliqua violentia videtur accidere poſſe, & vtrum nõnullæ qualitates quę præceſſerint in mixto; remaneant item poſt eius diſſolutionem in elementis. Nam primum illud ita diluitur. ſiquidem in elemẽto duplex natura ſpectatur; altera propria per quam eſſe vult id quod eſt, atq. altera ſuperior; ad quam etiam, vt meliores conditiones accipiat, habet aliquam propenſionem;
B licèt ea quæ eſt ad propriam ſuperet: neque enim ſuperiori & meliori ſeruire violentum eſt, ſed affert perfectionem; velut appetitui, quòd obediat rationi, & ſubiectis, quòd ſeruiant regi. ſed multum φιλαυτία, & cęcus amor ſuiipſius in quaq. re poteſt. Quod item ſecundo loco dubitatur; ſi detur, nihil inculcat abſurdi: nam multa ſunt quæ actu retinentur in mixtis, licèt à ſeipſis differant, vbi ſunt ſeparata κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον εἰλικρινές. ideſt, pro ratione magis, aut minus puri. Nil etiam vetat, quin in mixtura quædam affectio contracta ſit, quæ aliquandiu conſeruetur in elemento, vt facta combuſtione reſtat amaror in cinere.

Satis igitur de mixtione mixtorumq. origine dictum ſit: & quanuis eiuſdem ferè notæ ſit eorum interitus initia pertractare, quia tamen hæc ab Ariſtotele in Meteorologia conſiderata ſunt accuratius; in eum quoq. locum referentur à nobis. Atque hactenus ea complexi ſumus quę ad rerum caducarum motus attinebant: & mare hoc fluctuoſum auſpice Deo tranſiuimus. Nunc panſis velis altius adſpiremus.

FINIS LIBRI OCTAVI.

FRANCISCI BONAMICI

PHILOSOPHI FLORENTINI, IN PISANO GYMNASIO PVBLICE PROFITENTIS.

DE MOTV LIBER NONVS.

DE CONVERSIONE.

PRAEFATIO AD FERD. MED. M. ETRVRIAE DVC. SER.

VNC demum laſſa ingenioli mei cymba, vt vndas ſecet anguſtiores, carbaſa attollit, & nauigationem hanc humilem deſerens ad altum iam adſpirat: nam poſtquam ex hoc mundi quaſi cœno ſeſe expediuit, ſublimia ſpectans, ad ea totam ſeſe conuertit. hic enim luſtrandus eſt nobis motus cœleſtis & diuinorum illorum corporum natura exploranda; quantum & humani animi & mediocris ingenij atq. iudicij vires ſuſtinent: neq. enim immemor ego ſum alia complura dictari diuinitùs: ſed hæc. neq. patronis egent Peripateticis; & maius hoc eſt, quàm vt profiteri ſcribere nos audeamus; credendum q; nimirùm eſt ijs, qui ea inſtinctu diuino afflatu q; fundunt, nec argumentis, nec rationibus certis eorum oratio confirmanda. hic illa tantùm ſpectanda, quæ ſenſus & ratio quæ experientia nituntur, oſtendunt, ea diſceptationis huiuſce parte quæ ad veritatem pietatem q; pertinent, melioribus ſine vlla arrogantia pertinacia'ue reiecta. Quod ſupereſt tu nunc Ampl. FERD. quem vnum te τρισμέγιστον agnouimus & ſapientem, & ſacerdotem & Regem, animum G

„ Semotum à curis adhibe ad veram rationem;
„ Ne mea dona tibi ſtudio diſpoſta fideli
„ Intellecta priuſquam ſint contempta relinquas.
„ Nam tibi de ſumma cœli ratione Deiq;.
„ Diſſerere incipiam & rerum primordia pandam.

curſum q; meum dirige, dum vela do & primo ingreſſu viros optimos qui de toto hoc litterarum genere benemeriti ſunt, extra omnem culpam, cauſſam q; pono & à calumnijs vindico, docens quemadmodum cauſſæ rerum phyſicè ſine crimine tractari queant. quin id ex animo dicam, qui ab Ariſtotelis auctoritate & placitis de relligione diſſerere conantur, mihi ſtatim in illud incurrere videntur quod tanquam vitium grauiſſimum ab illo ipſo auctore quem vt ducem ſibi fecere, notatum eſt: transferunt enim ex vna ſcientia demonſtrationes in aliam longè diuerſam: proinde cauillis intricantur, è quib. ægrè admodùm, aut fortaſſe nullo modo liceat explicari. Video verò antiquitùs hanc ſcientiarum perturbationem errorum intolerabilium cauſſam extitiſſe, credo etiam impiarum hæreſeon: nanque Alexandrini philoſophi, dum ita tractant Ariſtotelem, vt Chriſtiani videri velint, in pſeudophiloſophos ſimul, & pſeudochriſtianos lapſi ſunt. Etenim ſua cuique methodo principia retinenda ſunt, vt neque demonſtrationis indigeant, neque ab vlla alia methodo mutuanda ſint: ea quomodocunque notuerint, nil planè refert, modo firmiter ipſis certa fides habeatur. Talia quoque Theologiam habere oportet, quæ in dubium reuocari non poſſint. ab his certæ concluſiones, velut à plenis fontibus riui, deducuntur. & ſi qua ſunt, quæ aliunde petita repugnent; ea ſi dialectica præcepta firma ſint, ab eius profeſſore repellenda. & ſatius erat H

illa

A *illa tanquàm Aristotelica pronuntiare, si Aristotelem profiterentur, & docerent, aut, si Christianum hominem in iure diuino voluissent erudire, Aristotelem missum facere, vnarumq; sanctarum litterarum interpretationem retinere. Quid? inquies, hæc tu dicis, & rationem affers, neque credis? aut ergo non percipis, aut si percipis etiam credas oportet, si adest ratio. violat enim mentem, neque ipsi, nisi voce duntaxat resisti potest. hæc ego sanè non credo: crederem equidem, nisi miracula, visa, & oracula sanctorum patrum mihi veritatem indicassent, nunc in ratione vitium inesse perspicio: hæc eò credenda, quò sensibus sese offerunt, alia fides est, quæ altius agit radiceis suas, quæ item superat sensum, atque ipsum sic occupat, vt sæpe vincendus sit, & quasi vinciendus, vt illi obsecundare posit, non minus, quàm in ægrorum phrenesi laborantium spectris auxilio prudentiæ faciendum sit. Neque verò est, quòd etiam persuadearis hoc fidei genus à rerum natura abhorrere. nanque apud physicum nullus sphæræ contactus in puncto: talem contactum in puncto fieri docet Mathematicus, quod non agnoscit sensus: ita nè verò duæ fides oppositæ de eadem re? Minimè gentium. sed duæ certè fides neque tamen opposita. forent*
B *sanè nisi speculandi ratio & formula rem ipsam immutaret. & vindicaret à repugnantia. Nam triplicem rerum naturam nemo est, quin approbet, atque recipiat; sua cuiq; fides est ab alterius fide secreta. Physica igitur apud Peripateticos sensuum ope freta sic pronuntiat & decernit: aliud Sacrosancta Theologia clariore lumine viam monstrante & accipit & concludit. hoc ita verum est; sed tamen à sensu non petitur: non id sensui sese offert; sed alias fores pulsat. hoc lumine priuatos fuisse multos scriptores eruditissimos dubium non est: eo nisi priuati fuissent, & hæc bona certè nouissent, quæ nobis immeritis sese patefecerunt. si sensus id valeret; & demonstrationes physicè concludi possent. si demonstrarentur hæc; nullum profectò fidei meritum foret. fidei potentia supra demonstrationem est; quia certior cognitio sit, & tanquàm profatorum. quare si ea, quam Peripatetici primam philosophiam vocant, ob id non quidem scientiæ nomine, verùm sapientiæ dignati sunt; cur non item huiusmodi Theologia reputetur, quæ ex principijs erum pat maximè creditis, & longè magis, quàm ea quæ sensus auxilio colliguntur? nil igitur mirum id, quod ex natura est, inuerti & superari. sic mens nostra plus etiam potest, quàm natura ab ocu-*
C *lorum sensu semouens, & ars item ea perficiens, quæ natura inchoauit; & fortuna etiam casusq; naturam quandoq; vicerunt. Quod si vitam restitui mortuis, & conceptis verbis ægros sanari, si diuinos afflatus experimur; cur non illa dicemus posse naturam, quæ plurimum sic eueniunt; sed etiam ab alia maiore potentia vinci? & eorum quæ plurimum fiant, physicem sibi scientiam reseruasse. illorum verò quæ superent naturam Theologia parari notitiam? Ita igitur duæ de eadem re fides, & duæ veritates sese non oppugnant, siue perpetuæ sint, quemadmodum ex eodem exemplo constat. sphæra enim nunquam tangit planum in puncto, quia manet in materia semper, nec vnquam ab ea segregatur; semper tamen existimatur à Mathematico tangere in puncto vti dictum est; idq; asseritur verè: siue etiam, quia naturæ cursus peruertatur, aut dirigatur in melius, &, vt in eadem re persistam; vt si sphæra à materia diuelli posset; neque enim aliter sanè tangeret, quàm sicuti Mathematicus ipse demonstrat: neque idcirco fallitur Physicus. Ita quoque natura faceret, vt monstrat sensus: at non facit quia superatur: nec ob id error, aut falsum irrepit in philosophiam naturalem. Accedit eòdem, quòd videbamus Aristotelis sententias non rarò*
D *peruerti, & in alium sensum capi, quàm scriptæ fuissent. Quamobrem, quòd in disciplinis tradendis Aristotele vti vellent, in aliquod ex his incommodis incidere cogebantur; vt si pro veris eas sententias recepissent: quia parùm in ea disciplina sibi constarent, inextricabili quodam litium labyrintho prouoluerentur; aut inanem laborem cœpissent, si eas, quæ nusquam extarent, tanquam falsas eiecissent; aut impijs & reluctantib. semper dicere licuisset: at hoc nunquam Aristoteles: & fides scribenti non parùm minui potuisset; aut si bonus esset alius quidam sensus, eo non percepto, tali fructu defraudati fuissent. Posim hic aliqua in medio afferre, quæ nostra legendo constabunt, quib. etiam ex Aristotelis ipsius dogmatis auxilij quippiam reb. pijs afferri putem, si modo illius egeant, vt video censere nonnullos. Video quoque Augustinum vnum è procerib. nostræ religionis quandam de anima sententiam Aristoteli adscripsisse; si eam sic esse monstrem, quemadmodum sanctissimus ille vir & eruditissimus protulit; & auctoritas illi conseruetur, & alijs Aristotelicam, iure confutandi dabitur occasio; ac si physicam fidem ad piam quoque adiungere libeat, Christianum thema confirmabitur. Has igitur ob caussas rem Peripateticè tractare placuit: magniq; semper existimaui referre, si demonstretur hoc ita esse; ac si de Aristotelis sen-*

tentia dimicetur, ac decernatur. Non id agitur nunc, vt hoc ita esse asseueremus, aut credamus firmiter & constanter; sed hoc ita sensisse Peripateticum; id nobis indicare sensum: illud esse naturæ officium. Neque verò me latet, etiam posthabita maiestate religionis, quàm difficile ac periculosum sit in ea item via qua institimus, asserere hoc ita esse; nedum si ab hoc instituto recedamus, & hos ipsos cancellos transilire & liberè euagari velimus. Sed quàm facilè est, bone Deus, Peripateticorum inuadere placita? habes enim hic tu, quæ ipsi de Deo senserint. Tu qui pius esse vis, hæc ita falsa reputato, vt reprehensione indigna sint. credis tu, vti debes, conditum mundum, tempus audis exortum, mundumq́ olim iri immutatum: ille, qui tibi nuntiarit ingenitam materiam, perpetuoq́ mansuram, aut ea pugnare, quondam cœpisse, nec vnquam esse desiturum, mentietur. firma tu tuas theses, & in ijs te obfirma. reliqua, mihi crede, nihil obstabunt: eadem est enim veri falsiq́ norma. Nec tu, quem ego pono probè tenere dialecticen; quanuis sic physicè, hoc est, via sensus concludi perspicias, Theologiam hæc arbitraberis oppugnare: ac si tantum potuisse fateberis humanum ingenium citra diuinas adspirationes, nec quicquam plus, verùm hercle putabis; & numini supremo tribues multo plura; neque in te locum habebit Zoroastri sapientissimi dictum. E F

Ὦ τολμηροτάτης φύσεως ἄνθρωπε τέχνασμα.

Verùm neque ego hæc effutio solus: eadem sentit Ecclesiæ lumen Gregorius. Nos tãtum de eo quod humanæ vires & cursus naturæ possunt, iudicium feramus. de virtutibus supremis aget Theologus. Siquis autem abominetur studia nostræ philosophiæ, quia falsæ erroris plenæ theses, & quæ animos auditorum corrumpant, addiscantur; idem quoque cæteris artib. euenire sciat, vt in medicina, & in ijs uniuersis, quas Græci, quia coniectura continentur & opinabiles sunt, stochasticas appellant; ut uenena & mala cognoscenda sint, non ut ijs utantur, sed ut caueant. multò igitur magis hæc cognoscenda, quæ professus est Aristoteles, & tantò etiam, quanti animi salus saluti corporis anteponenda est. nam si morbum ignores, neque profectò remedium parare possis. At venenorum, inquies, artem nemo tradidit seorsum; sed præterea doctrinam remediorum adscripsit. At ibi remediorum doctrina incognita: quapropter eam doceri oportuit. nos pietatem cum lacte sugimus: ea prius in animis nostris imbibitur & ei fides habetur, quàm physica tractentur; ita malum remedio superueniens nihil officit. Neque est quòd quispiam suspicetur hæc peruertere fidem. non enim id efficiunt vnquàm, nisi deprauatum animum offendant. qui autem bene informatus est, vbi audit aliquid, quod pietati aduersetur, arrigitur & horrescit continuò. peruersus etiam, cùm sensum plerunque sectetur, quicquid repugnantis sensui pronunciatur, abhorret; neque veritatis capax est, & leges irridet. Neque forsan ea valent ad fidem amplificandam, quæ disseruntur in Scholis ab earum professoribus: aperiunt, meo quidem iudicio, solùm ea quæ sic esse credebatur: ac, siqua fides accedat, ea sanè non est generis eiusdem; nec pietas, sed scientia. illa magis per affectuum commotionem, quàm per doctrinam & disciplinam parari consueuit. sic etiam neq. per doctrinam, aut disciplinam corrumpitur. Atqui multi errores pullulant è nostris disciplinis, vt siquis de tribus personis humanitùs disceptare velit. At hoc iam est, quod nos assiduè prædicamus, confundere methodos. Ita semper eòdem reuoluimur, ut nostratia segregentur à diuinis, & ius suũ facultas quæque retineat; ne forte cauillari cogamur, & hic à uera pietate desciscere. Hæc ego sæpe cum Matthæo Renuccinio communicabam, quem cùm pietas insignis Francisco Medici suauissimo fratri tuo perspecta Ecclesiæ Pisanæ præfecisset, iudicem constitueram, siquid mutandum esse uidebatur, aut omnino tollendum: nam uolebam hoc commentarium haberi omni ratione purgatum. Habes nunc tu Celsissime FERD. consilij factiq́ mei rationem, quam, quòd à te qui est animi tui candor, maximè probari confido; aggrediar alacriter ea quæ sequuntur. G H

A DE MOTV GENERATIM DISSERI INITIO *Octaui libri, de Physico auditu.* Caput I.

IC primùm ex eo, quòd motus simpliciter perpetuus est apud Peripateticos, vnum quoque perpetuum fore concludendum est, quem ostendemus esse cęlestem: eius recensendæ conditiones, & ab eo ad mobilis & mouentis ipsius vim ascendendum, vt ejus natura perspecta, atq. recepta tanq̃ auctore bonorum omnium, in ipso ēt vniuersa, quæ ab ipso plenè cognoscamus, quæ tanq̃ per trã sennam sese nobis hactenus prodidere. Inde item fieri initium docet philosophus omnium problematum, quæ de motus æternitate proponuntur. Cùm verò motus sit, vel rectus, vel in orbem, & vtrique vel sigillatim, vel vniuersè, hoc est, non quilibet motus, sed omnes simul, & quemadmodum Latinorum vulgus ait, collectim, non autem distributim spectari posint, magna lis exorta est inter Auerroëm eiusq. sectatores & alios interpretes cum Græcos tùm ēt Arabas & Latinos, quemadmodum problematis huiusce statum accipiendum sit: & quoniam de singulis motibus rerum quæ intra cęli ambitum comprehenduntur, nulla nos B circunuenit difficultas, cùm vnicuiq. perspicuum sit, eos sigillatim interrumpi; reliquis verò motibus perpetuitas adesse posit, hoc est, si collectim spectentur, aut, si conuersio ipsa sit, extat quæstio ad quem'nam ex hisce motib. & quo pacto sumptum problema pertineat existimante Auerroe demonstrationes istas ad conuersionem pertinere, aliis contra ad motum vniuersè acceptum. Multæ verò rationes vltro citroq. ab vtraq. secta allatæ sunt, quæ cùm partim faciant ad assequendum scopum nostrarum disputationum, partim verò ad percipiendam digresionem Auerrois, ideò rem hanc vberius pertractare constituimus. Ij qui tuentur partes Auerrois, ita persuadere conantur eius sententiam. Primùm, quia rationes Aristotelis imperfectæ forent, si probaretur æternitas de motu generatim sumpto, non autem de primo qui cęli ipsius est: nam continuitas per alios motus pertinet beneficio cęlestis; quare non sufficeret, si motum generatim sumptum æternum esse monstraretur; sed æternitatē de motu primo demonstrari adhuc oporteret. Deinde ex Aristotelis eiusdem progressu confirmant propositum. sic. n. ipse argumentatur. Omni motui nouo præcedit aliquis motus. Sed omni motui nouo nullus alius motus, quàm cęlestis conuersio præcedit. Cùm ergo de illo motu disputet Arist. qui omnem motum anteit, necessariò quoq. de motu cęli disputabit. Approbauit item alia ratione Albertus consilium, & interpretationem Auerrois, eo quòd in orbem rediret ea demonstratio, quandoquidem ex eo, C quòd motus generatim acceptus esset perpetuus; concluderetur in primis fore quempiam motum singularem perpetuum, quippe cęlestem. postea verò 2. de Ort. efficeretur motum generatim esse perpetuum: quia conuersio perpetua foret. Burleus autem Auerroi gratificaturus alia via institit, nempe explorans singulas obiectiones quas contra nostri problematis constitutionē facit Aristoteles: nanque omnes eò contendunt, vt motus cęli non sit perpetuus. Problema igitur de motu cęli constructum est. Propter has igitur harumq. consimiles rationes, talē problematis huiusce sensum affert Auerroës. Vtrùm primus motus qui continet mundum, & conuenit cęlo, siue vnus ad numerum sit, seu plures, ita sui ortus initium habuerit, vt ante illum nullus fuerit motus; an olim cuncta moueri cęperint, aut fuerit nullo generatus ortu, nec ab aliquo temporis principatu ortus sit, neq. etiam posthac sit interiturus. & ad hunc sensum omnia illa refert quæ ab Aristotele adscribuntur, vtputa, definitionem motus, & interpretatur, illum esse vitam, quia solus hic cum substantiæ conseruatione producatur, & reliqua quæ in octaui progressu quiuis facilè obseruare poteſt. At contra Auerroëm inuehi licet è verbis ipsius contextus, quæ certè omnia corrumpuntur, si in eum sensum accipiamus hoc problema. Cùm. n. proponitur ab initio. Vtrùm sit factus aliquando motus, atq. adeò, vt moueretur antea nihil, & q inest in iis quæ sunt, veluti vita quædam quæ adest natura subsistentib. omnib. & paullò pòst omnes de ortu D & interitu verba facere: non ne monstrant quæstionem de perpetuitate motus esse generalem? Rursus cùm in arcem disputationis inuadit, non ne accipit definitionem cōem motus, quæ tradita fuerat olim 3. Phys. quid, cùm prętereà adiungit secundùm vnumquenq. motum. & alterari quidem alterabile, ferri aũt id, quod locum mutare potest? Quinetiam, cùm subiungebat. Si factũ est mobilium, aut eorum quæ mouere possunt, vnumquodq. cui dubium, quin de omni motu verba faceret? Iterum cùm argumentatur. Si motus non erat, & factus est: ergo prius aliquid immutari oportuit. non'ne plus, q̃ vnam motus speciem comprehendit? quid. n. necesse sit, vt, anteq̃ moueat, eadem specie motus agitetur? Præsertim cùm mox adscribat eorum exempla, quæ plures motus efficiunt, vt scientia, quæ vna contrariorum est. Multò verò liquidius hoc constat, nimirum, quòd de vnico motu non agit. inquit. n. Attamen qualitercunq. tandem se habeat; nihil prohibet vnum & eundē esse aliquem, qui continuus est, atq. perpetuus; manifestum verò magis erit ex iis quæ posterius. Vides. n. hîc non id statui, tanquã perspicuum. sed cùm fieri posit, vt motus perpetuus sit, atq. ille quidem vnus: quare satis constat eũ ex demonstratis adhuc non notuisse, nedũ nostro ꝓblemati supponatur. Et paullò pòst monstrat vim eius dubitationis esse talem. Cur eorum quæ sunt, alia quidem quiescunt, alia verò mouentur, quare patet per omnia illa quæ sunt, quæstionē de motus origine pertinere. Tum prætereà quòd accipit motum qui vna inanima & animata complectatur, & ne locorum multitudine lector obruatur, nil est deniq. illucusq. vbi primũ quendã oĩum motum esse concluditur. quod non omne motionum genus cõ

prehendat

prehendat. ex quo item argumentari licet. Nã demonstrationes ab inuentis & mediis informari solent. Sed media, & inuenta sunt omni motui cõia: & problema igitur. Deinde quia progressus Arist. redundaret. inferius. n. specialis inquisitio deprimi motus æternitate facta est: quod sanè faciendum nõ erat, si in octaui exordio peractum fuisset. Tum tertiò, quoniã Arist. dum eiusmodi problema tractat in consequentibus, illa eadem quę in eius libri principio demonstrata fuerunt, vsurpat ad amussim. Postremò quia post initium quærit Aristoteles, an aliqua semper moueantur: quod item frustra perpenderetur, si iam antea demonstratum foret. Quanuis autem ad huiusmodi obiectiones respondere conatus sit Burleus acer Auerrois defensor: attamen ita dixit, vt eiusdem rei repetitam in eodem libro demonstrationem sæpius esse fateatur. vt certè sui illius incommodi, quod ibi à redundantia sumptum, contra aduersarios vsurparat, cùm idem modo recipiat, & rursus in eodem labatur, immemorem fuisse constet. Propterea potius cum Græcis omnibus D. Thoma & alijs quibusdam Latinis etiam ex eius secta consentiemus dicentes proponi problema de motu generatim. Rationes autem pro Auerroe allatas hoc pacto dissoluemus. primùm concedentes eas esse imperfectas, idq. perspicientem Aristotelẽ ex ea demonstratione quæ motum accipit generatim, tanquã ex notis nobis perduxisse nos ad æternitatem primi cuiusdam motus, ex quo postea conclusa sit æternitas primi motoris. Deinde monentes secundam rationem continere fallaciam illã quæ ducitur ex figura dictionis: accipit. n. omne pro singulis, vt aiunt, distributiuè, & syncategorematicè, aut omnib. simul; cùm accipienda collectim sit ea vox. ita. n. concluditur Aristotelica demonstratio. Ante oẽm motum quicunq. illa fuerit, statuendum fore quempiam motum; non aũt ante omnẽ motũ, ita vt omnes simul comprehendantur. sic. n. quemadmodum dialectici dicunt, repugnãtia foret in adiecto: aut ẽt, si dicamus ante singulos motus esse motum. Ad Albertum verò dicimus. id quod ipse obiicit, tantùm abesse, vt absurdum sit, vt potius reponendũ sit in necessarijs: quis. n. non concedit gyrum illum rationis in naturali, aut ẽt diuina philosophia quẽ nostri regressum vocant, & reciprocationem inter diuersos sciendi modos, quorum altero rem esse cognoscamus ex effectu; altero verò cur ita sit ex caussa? Quanuis aũt id sit, quod tamen non facilè cõcesserim, vt obiectiones contra motũ cęlestem omnes intendantur; hîc dicemus, cũ perpetuitatis species eluceat magis in conuersione, quàm in cæteris, Aristotelem contrà ipsam rationes attulisse, vt iis confutatis, velut à maiori reprehenderentur rationes, quæ contra perpetuitatem reliquorum motuum afferuntur. De motu igitur illa generatim proposita sunt ab Aristotele. Quòd siqua ratione tueri velimus Auerroẽm; dicemus ipsum ex fine determinasse problema: huc. n. contendit vniuersa Aristotelis disceptatio, vt intelligatur vnicum esse motum qui sit perpetuus.

Perpenditur à natura motus, an'ne ipse generatim perpetuus sit. Cap. II.

NVNC sequitur, vt cognoscamus talem motũ esse perpetuum: in eo verò explicando, si velimus Aristotelem non sine caussa imitari, modus statuendus est, & ratio consueta tractandi quæstiones: cùm. n. earum constitutio sit trimembris, vt theorema demonstratione confirmetur, opiniones diuersæ confutentur, & diluantur rationes quib. oppositum concludi videbatur: ita nos in hac agitanda disceptatione progrediemur. Quanuis autem quæstiones analyticę quattuor sint, binæ simplices, an sit, & quid; ac binæ complexæ; qualenam est, & cur: quia perspicuum est, & ab omnib. paucis admodum exceptis approbatum esse motũ, & in rerum natura actũ illum existere quem antea descripsimus dimissis simplicib. quin siquando vsus fuerit, acceptis, quæstiones complexas aggrediemur, atq. id ꝓponemus ad inquirendum vtrùm factus sit aliquando motus, cùm antea non extitisset, & ita corrumpatur, vt nihil posteà mouendum sit, an nunquã neq. factus sit, neq. interiturus. sed semper fuit, & semper extabit; quod certè nil aliud sibi vult, quàm vtrùm æternus sit motus, nec'ne. Huius. n. problematis cognitio pernecessaria est, tùm propter habitũ, physicum, ad quem pertinet spectare principia motus, eiusq. conditiones; tùm ẽt quòd ex hoc tanq̃ noto nobis, accipitur occasio vestigandi substantias separatas ab omni materia. Neq. defuerunt rationes veterib. quib. motum aliquando cepisse, aut desiturum esse confirmarent. cùm. n. didicerimus esse ex quodam termino in quendam terminum omnem mutationẽ, ex termino à quo nimirùm ad terminum ad quem; & inter contraria: in infinitum verò tendere mutatio nequit. nullus igitur motus infinitus est. Tùm etiam adest experientia quæ à motibus inanimorum sumpta est; siquidem eorũ motus initium habeat, & mouentur ipsa, cùm antea & ex toto, & ex parte quieuissent. ꝙ si motus fuisset æternus; oportuisset item illorum motũ nunq̃ cępisse. Siquidem verò non moueat hæc ratio; quia motus inanimorum semper requirat alium motũ: neque. n. mouentur inanima ex seipsis, verùm ab alio mouente separato, vt olim dictum est: ideò consulamus animata, quæ in seipsis habent principium quod efficit motum. Hæc igitur, quòd imperũ aliunde non expectant; sed vniuersum continent intra se; perpetuò moueri possent: at neq. hæc perpetuò mouentur: idcirco motum non semper extitisse fatebimur. Cùm ẽt mundus animal esse existimetur, idẽ quoque de mundo iudicium faciendum est, atq. dicendum motũ eius olim cępisse, cùm antea quieuisset tempore infinito: & cũ ex antiquis nonnulli rerũ naturaliũ initiũ infinitũ posuissent, aut aërẽ, aut mediũ quid; id quod de mundo concluditur, transferri etiã potest ad talẽ infinitũ, si detur. Huc accedit, ꝙ si motus motui præcederet in infinitum; esset in caussis efficientib. & effectib. infinitas, quæ tollit planè rerum naturam. Ex altera parte æternitas motus, siue ille generatim accipiatur, seu speciatim, in eo certè posita est, vt iuxta peripateticã doctrinam nunq̃ habuerit initium, nec vnquã cessaturus sit: vnde si pro-

A si propositum conficere libeat, vtraq. pars assumpti approbanda est: id verò duplici machina ab Aristotele tentatum fuit, cũ definitione motus, tũ etiã natura instantis: atq. definitione quidem motus, id quod agimus nunc, sigillatim caput vtrunq. tractatur: nã sic actui potestas semper antecedit, vbi. s. in vno, eodemq. indiuiduo spectentur. namq. simpliciter actus præcedit potestati, cùm ratione, tùm præstantia & tempore; cumq. ea sit duplex, actuosa nimirùm, & patibilis; semper actui suo quæq. antecedit; quare cũ motus sit actus; ipse quoq. potentiam quandam seipso priorẽ postulat. ꝙ si potestas ad actũ dirigitur, & in ipsum erumpere parata est; non posit aũt in actũ sine aliqua mutatione prodire; necesse est igitur cuilibet motui præcedat aliqua mutatio. Ea verò quæ assumpta sunt, ex illo perspicuitatẽ assequuntur; quia positũ sit motũ esse actũ eius quod est in potentia quatenus huiusmodi, hoc ast, quòd est via ad consequendã aliquã perfectionẽ in eo quod ipsam consequi potest; id verò est subiectũ: ideoq. omni motui subiectũ præcedit quod est in potentia. Pręthereà persuadet inductio cuicunq. motui geminã potestatẽ semper anteire, actuosam. s. atq. patibilem: nã cõbustioni præcedit id quod habet vim cõburendi, & id similiter quod cõburi potest, ignis videlicet, & lignum. Id verò quod sequitur ex his, ita connectitur, & fit perspicuũ, cùm in mobilibus, tùm etiam in mouentibus, atq. in illis primùm sic. statuamus. n. quendam primũ motũ, & illud quod in potentia ad ipsum sit: aut. n. hoc productũ fuit, aut infinito tempore permansit. si primũ dederis; oportuit igitur ei primo motui præcedere mutationẽ cuius interuentu orta sint non minus id, quod potuit vrere, quàm id quod potuit vri. ꝙ

B si concesseris alterum; certè si manet & cessat; adest caussa quædam manendi, atq. cessandi, & quæ prohibeat, quominus ipsam mobile concitetur. Itaq. si id quod olim manebat, moueri debeat, & quietem cũ motu cõmutare, præstò sit oportet id quod abigat impediens, & caussam quietis arceat. etenim sicuti motus habet caussam aliquã, sic etiã quies, vt naturam. vtriusque. n. natura principium est & motus, & quietis: quare etiã illi motui quẽ nos primũ statuimus quispiam alius antecedet, ille. s. quo tollens impedimẽtũ, & caussam quietis aut mouit, aut motũ est. In mouentibus aũt siquidẽ, siue ea sint naturalia, seu libera, quemadmodũ homo, in eo conueniunt; per se'ne, an per accidens; nihil refert, quòd possunt opposita: nam de homine controuersia non est, cũ per scientiam & rectè illi cogitare liceat, & errare; eademq. sit facultas, qua video amicum, & qua non video. quamobrẽ potentiã, actuosam infinitã, sed rationis participem vocamus. Naturalia verò definitè agunt; nanq. ignis calefacit, aqua autẽ humectat. cęterũ & eadẽ aliquo modo possunt opposita; quòd ea præstant quæ diximus, vbi præsentia fuerint: idcirco si absint, per priuationem oppositorum caussa sunt. Verumenimuero ex eo, quòd antea non agerent, postea eruperunt in actum, interuenire oportuit habitudinẽ quandã mouentis ad mobile, aut appropinquationem, aut aliquid huiusmodi: aut igitur aderat talis habitudo, aut non: si ipsam

C affuisse dicas, cur non item mouebat hoc, illud autem mouebatur? si minus; at mutationẽ aliquam intercessisse oportuit, per quam habitudo illa renouaretur. atq. ita motus motui præcessisset, qui si non fuisset eiusdem generis; nil profectò refert: sufficit. n. si fuerit quispiam motus, atq. is aut in agente, aut in patiente, aut etiam in alieno & externo, quemadmodum à nobis dictum est, qua de motu elementorũ quæ iã genita sunt: nã de eo, ꝙ ego qui possim scribere, non tamen scribam necessariò, desiderari scimus certam propensionẽ appetitus: ideò quoq. in humanis actionib. innouandis mutatio interuenit in appetitu. Hæc primo ingressũ nobis exhibuit Arist. eiusmodi tamen, vt à Philopono fuerint agitata ferocius. Falsum. n. ipse existimat mobile semper motui præcedere, ac fieri posse motum, quanuis mobile non præcesserit. nam neq. generale hoc est, neq. item necessarium. cùm. n. motus aut æternus, aut caducus sit, quanuis caduco mobile præcedat; at quo pacto potest æterno præcedere? si igitur vniuocam esse censeas illam diffinitionẽ motus, quæ 3. Phys. allata est, & in libris primæ philosophiæ repetita; profectò, sicuti non antecedit æterno motui mobile; sic neq. ẽt caduco. nã definitio complectitur æqualiter vniuersa subiecta, aut igitur si mobile non præcedat; motus erunt caduci; aut mobile ẽt æterno motui tẽpore præcedet, id quod fieri non potest. Ex quo ẽt ipse pluribus. digressus est ad explicandã notionẽ illius definitionis. Actus eius quod est in potentia, quatenus huiusmodi; quia cùm

D potentia sit duplex, altera quidem ab actu segregata quam remotã dixeris, vt in ligno prius, quã comburatur, atq. altera quæ iam est copulata cũ actu, quæ proxima dici potest: huiusmodi aũt illa est quę actũ imperfectum reddit qui in definitione motus accipiebatur; ita motus potentiã comprehendit, vt non oẽm capiat, sed eã quę iam non diuellitur ab actu; quo fit, vt cũ Aristoteles in argumentatione sua recipiat id genus potentię quod est ab actu seiunctum: decipiat nos eo genere cauilli, quod ducitur ab ambiguo. Et quod potestas illa proxima, non autem remota in definitione motus accipienda sit, atque ea quæ cum actu copulata est, non autẽ ea, quę non dum attigit actum; ex eo concludi posse testatur. Accipiamus, inquit, aliquod corpus in loco terrę, atque id sursum suapte natura progressurum sit, non potest sanè sic moueri, nisi fiat ignis: ergo potestas ad locum superiorem est in igni, non autem in eo corpore ex quo fit ignis: nec igitur mobile, neque potentia motui præcedunt: sed ignis simul est, & potestas ad suũ locum. Quoniã verò posset concedere quispiam in definitione quidẽ motus accipiendã esse proximam illam potestatẽ; at quoniã etiam aderat corpus, ex quo genitus est ignis, antequàm ascenderet, in quo residet potentia remota, & tale subiectũ cũ eiusmodi potentia in argumento ab Aristotele sumi putare. Ergo & in aliud absurdũ incidemus, inquit, si id concedatur; quandoquidẽ omne corpus quolibet motu secundũ naturã moueri poterit; omne. n. corpus, aut saltem caducũ (quanuis ipse existimet omne corpus esse caducũ) potestatem proximam, vel remotam ad quenlibet motum obtinuit: ita aqua potestatem habebit, vt sursum moueatur suapte natura. Quin etiã fuerit

eodem

eodem pacto alteratio,& auctio ſecundũ naturã in eo,quod eſt potentia proxima vel remota:atq.ita non modò caro augebitur, verùm etiam cibus, quę cùm ſint abſurda, etiã in cauſſa ſunt, vt credamus potentiã in motu illã eſſe quę maneat coniuncta cũ actu,ſolumq. ipſi natura prçcedat,non autẽ tempore & origine,quouſq. perficiatur actus,quo demũ perfecto ceſſat omnis poteſtas.Idcirco vir ille repudiata via quam tenuit Ariſt.ad æternitatem motus approbandã,attulit alterã quæ certior eſſet, ſi modò verum foret aſſumptũ,nimirũ quòd ex nihilo nihil fiat: nã ſi hoc verum ſit; profectò probatum iri motũ eſſe ęternum: ſic.n.mobile motui ſemper antecedet; ſed cùm hoc falſum ſit; ẽt ſequi, vt nulla ſuppetat ratio qua motum æternum eſſe concludatur. Hic igitur eſt primus conflictus Philoponi cum Ariſtotele. B

Soluuntur Peripateticè rationes Philoponi contra Ariſtotelem. Cap. III.

HÆC certè peccant in eo,quòd in controuerſiam reuocant illa principia, quæ apud Phyſicos Peripateticos axiomata ſunt,& à ſenſu recepta fidem faciunt, quæ niſi ſuperentur ab altera maiore fide,negari non poſſent,quam nos hic quandò non decreuimus vſurpare libentiſſime,vt debemus,admittimus,ſed miſſam de induſtria facientes ad Ariſtotelem veniemus. Vt igitur diſſoluamus primam illam obiectionem,huc ea conferenda ſunt quæ narrauimus olim de natura cõis ad vnum,& definitionum quæ ad tale cõium genus accommodantur,in quibus ẽt motus definitionem numerandã eſſe dicimus: conuenit.n.primò lationi,deinde cæteris: ſed cùm inter lationes prima conuerſio ſit, tum Philoponi oppoſitio vim afferre videbitur.aut.n.mobile motui præcedit: atq. ita motus non erit ęternus; aut erit motus æternus,& ſic mobile motui nõ anteibit. Quare dicimus ęternum eſſe duplex,aut vniuerſum ſimul,aut per ſucceſſionem: ac ſi vniuerſum fuerit ſimul, hoc profectò ante ſe nihil habere dicimus quod tempore antecedat,aliter gigni poſſe. Verùm ſi conſtet ſecundùm partes; nil prohibet aliquid ante ſe habere;inter hæc aũt motus ipſe eſt: quare ſemper ante certam partem motus mobile prçceſsit,vt ante hodiernam conuerſionem præceſſerat heri mobile: quod non perſpiciens Grammaticus exiſtimauit abſurdum mobile conuerſioni præire: & ex eo iudicium quoq. falſum tulit,ſi Peripateticè loquatur de reliquis motibus. F
* 8 Phyſ. T.c. 4. Vt ſecundam oppoſitionem tolleret Auerroës plurib. digreſſus eſt. a Summa verò illorum quæ ab ipſo pronunciata ſunt,hæc eſt.diſtinguebat.n.de poteſtate ad motum, eamq. in duplici ſtrato collocabat,altero quidẽ quod eſſet ſpecie diuerſum ab eo in quo reſidet actus ille imperfectus quem motum dicimus, vt cùm ex aëre generatur ignis, quod quidem generationi & lationi quæ eſt ſecundùm naturã,cõiter inhæret: vtręque.n.tranſmutationes fundantur ſubiecto quod ſpecie diuerſum eſt,aut eſt poteſtas in ſubiecto quod eſt idem ad numerum,atq. id cõe eſt lationi cũ cæteris mutationib. quæ ſunt ad accidens,vt cùm ignis iam genitus eſt,& ſurſum moueri prohibetur: illa prior potentia naturalis eſt & eſſentialis;poſterior aũt ex accidente,& violenta. quòd aũt violenta ſit & non naturalis,ita probat Auerroës;quoniam aliter ſequeretur, vt duo conſiſterent vnà quæ inter ſe pugnarent,actus inquam,& poteſtas ad eandem rem: quandoquidem potentia naturalis per ſe ſeparata eſt ab actu,& illi oppoſita:at altera poteſtas cum actu coniuncta eſt; ꝙ ſi tibi fingas has eaſdẽ eſſe poteſtates;efficeretur,vt potentia naturalis,& actus ſimul eſſent,eodemq. tempore,quod fieri nequit;idcirco non eſt potentia naturalis,violens igitur. G Cærerũ ſolutio hæc mihi videtur implicari quibuſdam difficultatibus. Nam ſi potentia violenta foret in igni iam genito ad aſcenſum: ergo & aſcenſus igni violentus eſſet,& quies in loco ſuperiore foret violenta: ꝙ ſi hoc eſt abſurdum: ergo & id ex quo conſequitur: ſiquidem poteſtas actu & fine definitur: at finis eſt naturalis: & poteſtas igitur ad illum naturalis ſit neceſſe eſt.dicas tu nunc contra potentiam non eſſe naturalem; nec igitur finis: aliter non rectè poteſtas actu definiretur.Præterea dictum eſt olim rem tantam aſſequi de ipſo vbi,quantum contrahit de forma: ſemper igitur ipſum vbi ſecundùm naturam formæ pro portione reſpondet: ergo etiam motus hic per ſe cum actu coniunctus eſt: quòd ſi in eo poteſtas adhuc eſt, atq. illa quidẽ naturalis; ſequetur poteſtatem & actum eſſe ſimul in eodem: id,quod ſi hîc abſurdum non eſt;neque item in Auerrois hypotheſi fuerit abſurdum;aut ſemper erit potentia violenta, dum etiam generatur ignis,eodemq. tempore mouetur,quam tamen ponunt omnes potentiam naturalem. H Paulus Ven.ita reſpondebat defendens; motum ignis ſurſum ſimpliciter eſſe naturalem,non aũt violentum,& potentiam cum forma ignis ipſius eſſe violentam,non naturalem: quia cum quiete ſimpliciter violenta coniungatur: & hactenus probè. Notemus nunc ea quæ ſequuntur: nanq. is probat huiuſmodi potentiã eſſe violentam ex hoc: quia ſi talis non eſt; per vniuerſum motũ perſeueraret cum forma ignis, ſicuti perſeuerat per vniuerſum terræ motum poteſtas illi adnexa ad formam ignis: at non permanet; quia ſimul ſunt aſcenſus,& forma ignis.ſimul igitur erunt potentia motus,& motus in actu in eodem,contrariaq. ſimul erunt in eodem ſubiecto.Propterea tribuit igni treis poteſtateis,quarum prima quidem eſt poteſtas ad aſcenſum quæ motu incipiente deſinit,poſterior ad terminos motus,& hæc cõtinuè cũ motu conſeruatur:tertia eſt ad formã eius elementi ex quo mutatur;arbitror, quia niſi generatio compleatur;remanet terra,aut lignum,quemadmodum ante fuerat.Omnes hæ potentiæ priuant,ideò violentæ ſunt: prima quidem priuat motu, ſecunda verò termino ad quem, poſtrema vim terræ affert; quia per ipſam corrumpitur; ſed eam generari dicit,quia gignatur,tanquam ſubiectum.id.n.quod fit ignis,eſt terra,& terra eſt fiens,ignis aũt quod fit. At prima & ſecunda poteſtas,& ſi gradib.diſtinguuntur; quia ſit hæc quidem propinquior,illa verò remotior: at non genere ſeparantur; quoniam motus

vniuerſus

A vniuersus elementi iam geniti à repellente obicem administratur, vt etiam fit à generante, quousq. absoluta fuerit elementi substantia, & iam in suo loco versetur. Sed non videtur, vt supra diximus, eiusmodi potestas esse violenta, nisi qua prohibeatur actu. Quare sic violenta dicetur, quoniam sit ex accidente. Quapropter obiectio certius hoc pacto diluetur: quia potentia duplex inest in elemento, aut mobili, vel ea quæ est forma, & actus primus appellatur, ad motum.s. qui est velut actus secundus mobilis, tametsi imperfectus; vel ea quæ est in materia ad formam, eademq. potestas prima nominatur. Certè si priore modo potentia capiatur, hanc cum actu coniunctam esse nil vetat; sed illam accipit Aristoteles, quæ prima est, in qua nondum forma inest; quare fundatur eo quod nondum consistit, vt ascēsus in igni est, vt in potentia secunda; at in oleo ex quo fit ignis; vt in potentia prima: & hæc actui præcedit. Cùm verò postremo loco instat Grammaticus, fore, vt omne id quod est in tali potētia, possit moueri quemlibet motum secundùm naturam; & sic etiam cibo tribui posse incrementum: dicimus item gradus aliquos inter potentias primas intercedere; nec absurdum esse motum quodammodo adscribi potentiæ primæ quæ remota fuerit. Sed vt hoc facilè dabo, sic remotissimę rationem haberi non arbitrabor: sicut.n. potestas & actus eiusdem generis elementa perhibentur, sic quæ genere separantur, ratione potestatis & actus excluduntur. Ideò, siquis dixerit augeri panem: quia possit fieri caro, peccabit. Sed nos eam potestatem accipimus quæ inter primas extrema est, hęc aūt contrario fundatur, &
B sub eodem genere proximo continetur, quemadmodum prioribus libris affatim demonstratum est.

Exploratur Aristotelis ratio quę ab instantis natura ducta est. *Cap. IV.*

OMNES ij qui mundum generari dicunt, quòd è nihilo nihil oriri posse censent, aut inordinatum quendam motum ponant, vt Plato, aut omni seminarium (sic.n. video verti πανσπερμίαν) velut Anaxagoras, aut medium quoddam infinitum, sicut Anaximander, aut sphærum, quemadmodum Empedocles, è quibus postea mundum ortum fuisse autumant: sed vt in mundi initiis statuendis varij sunt, ita tempus extitisse cōuenit inter omnes: quòd si tempus est, aut ipse motus, aut aliquid eius, siue affectio, seu numerus; vtq. etiam motum fuisse fateri illos oportet. Nanq. eos posuisse tempus, inde constat, quoniam verbis vtuntur eiusmodi, quæ nobis repręsentent tempus, prius.s. & posterius. Cùm igitur ante mundum quoq. statuerint aliquid, ēt tempus antecesserit necesse est, & propterea motus. Sed cùm in iis laborare, quæ gratis dantur, omnino superuacaneum sit; certè si Antiquorū dictam diligenter obseruentur, res facilè percipi poterit; quandò omnes Philosophi vno Platone exceptò tempus ingenitum esse testantur: Plato contra tempus genitum ponit: inquit.n. simul cum cęlo
C tempus extitisse: cùm verò cęlum ipse faciat genitum, & tempus igitur, eius quidem sententia, genitū fuerit. Vnde Aristoteles à natura temporis & motum semper extitisse, & nunquam cessaturum esse concludit. Nam præter auctoritatem qua tametsi de ortu discrimen est inter veteres philosophos, at de interitu nulla certè extat controuersia. Cum.n. Plato mundum nunquā interiturum existimarit: ēt cū ipso tempus infinitè duraturum profiteri cogitur. Idem quoq. concluditur ex eo, quòd ēt post mundum, vt ij dicunt, qui ipsum aliquando corruptum iri censent, velut Empedocles; erit sphęrus, idcirco & tempus: quapropter ab eo, quòd prius fuerit ante mundum; & hic, aut non interiturus, aut post ipsum aliquid futurum; ita vt posterius sit, tempus item esse necessariò concluditur. Hæc est Aristotelica ratio cui multum tribui video ab iis, qui tuentur partes Aristotelis: iure ne an iniuria mox apparebit: quandoquidem hæc video probabiliter ad ipsam dici à Platonicis, adhibita distinctione terminorum ante & post: positiuè.n. aut priuatiuè sumuntur: ac si positiuè quidem accepta fuerint; tempus planè significare concedunt: priuatiuè autem sumpta sibi velle priuationem temporis: nec illud per hæc notari tempus antea non fuisse: quia fuerit tempus, in quo tempus, aut iis sit, aut non sit, sed cępisse tempus & post non fore, id est, quia desinet esse præsertim, quia tempus in tempore nemo esse dederis vno excepto Philopono, qui diem in tempore generari fatetur: neq. vidit ipse diem sic esse in tempore, quē-
D admodum pars in toto, non autem vt in mensura, quemadmodum ea volunt esse, quæ gignuntur: & illa generatim, quæ in tempore esse perhibentur. Neq. hæc aliter dici, àc cùm extra cęlum nihil esse pronunciamus: neque.n. vox extra significat ibi locum, sed loci priuationem: quasi dixeris, hic, quem occupat cęlum, locus est, ab hoc nullus alius. Ideoq. Aristotelem adscripsisse posteriorem rationem à natura instantis ipsius acceptam; quandò instans non potest esse terminus primus temporis incipientis, neq. extremus desinentis; sed quædam medietas est. quapropter duo tempora perpetuò significat; quæ circa sunt, antecedens & præteritum, consequens & futurum. etenim tempus est è genere successiuorū: at eorum partes veræ quæ quantæ sunt, nullæ subsistunt, sed termini solùm, atq. illi quidem in potentia: hi verò sunt vnum subiecto, duo verò ratione, principium nimirùm consequentis, & finis præcedentis: rectè igitur continuitates sunt & medietates. Attamen neq. hoc facit fidem, quam demonstratio præstet: neque.n. assumptum eius est admodum perspicuum. cur.n. temporis punctum non erit terminus temporis, sicut lineæ? Neq. obstat si dicas punctum habere posituram & terminum esse rei permanentis; ideò differre ab instanti, qui est terminus rei successionem habentis, & caret positura: nanq. ego contrà accipiam motum, qui reponitur item in successiuis, & tamen extat aliquis eius terminus, vt forma, velut albedo, quæ terminus est albefactionis, & nigredo quæ est eius initium. Idcirco videns hanc difficultatem Auerroës conferebat temporis punctum cum puncto, quod est in circulo, seu dicere malimus, cum puncto vniente, non autem terminante: & cùm eo quod sit potestate, non actu. At

inquam ego, vnde'nam perſpicitur inſtans eſſe in tempore, veluti punctum vniens, & in potentia ſolum? nanq. & ſi hoc de multis dari poteſt, non neceſſariò tamen vniuersè & perpetuò verùm eſt, dicã enim ſemper ego, ſicuti puncta ſunt duorum generum, ſic fore inſtancia. Neq. facit ad hoc, ſi dicamus tempus eſſe aliquid motus in primo mobili, quorum termini ſint in potentia duntaxat; Nanq. & motus & temporis initium fingi poteſt in cęlo, vt fecit Ariſtoteles 2. de cęlo. Nanq. illud mihi non placet quod lego apud nonnullos, argumentum ſic concludi, quòd inſtans ſignificet tempus anterius, tùm quia primum (de hoc.n. diſſeritur) non ad anteriora, ſed ad conſequentia refertur, tùm quia cõtra hoc ea valerent quæ nuper obiecimus, tum et quia repeteretur eadem ratio fruſtra. Neq. illud obſtabit, quominus puncta in magnitudine actu fieri poſsint. quamobrem tametſi vnientia ſint, attamen quia ſunt potentia termini, ad actum quandoq. deducantur; quia neq. omnia puncta actu fieri poſſunt, vt in cęlo, ſic robur ſuum inſtantia noſtra ſeruabit. Simplicius etiam conatus eſt tueri hoc pacto Ariſtotelem, niſi fallor, vt accipiatur mobile, antequàm motus incipiat: hoc autem tempore contineri, cùm habeat facultatem ad motum priuſquàm moueatur. quare etiam ibi quod prius eſt, tempore antecedat oportet; quod ſanè conſtat ex ſignificatis prioris: quandò vel eſſet prius natura, ideſt, perfectione, vel poſitura, vel tempore, & origine: non poteſt aũt perfectione prius eſſe; quia poteſtas cum actu collata ſimpliciter ipſo imperfectior eſt; neq. item poſitura. quid.n. hæc affinitatis habet cum tempore, aut motu? ſupereſt igitur, vt ſit tempore prius. Animaduertenti verò mihi robur huiuſce probationis, vtique etiam ſuccurrit aliquid contra Simplicium. dicam.n. illud ante quod tribuitur mobili, priuatiuè ſumi poſſe; non autem poſitiuè, ſicuti cùm dicitur extra cęlum nihil eſſe: quamobrem rediremus ad eadem; nempe quòd extiterit mobile, quando tempus non erat. Adde etiam, quòd hæc ratio reſolueretur in præcedentem, quę.l.à mobilis natura deducta eſt. Vtinam nihil in diſciplina Peripaterica nobis ſubueniat, quo muniri poſsit hoc theorema: nam minus virium nobis expugnandum pro pietate ſupereſſet. Quandoquidẽ videantur huc ea pertinere, quæ longè prius 6. Phyſ. concluſerat Philoſophus: nimirùm nunc non poſſe poni, niſi communem terminem temporis: & idcirco rectè dici medietatem & rationem vtriuſq. termini, præteriti ſcilicet, & futuri in illo ineſſe, ſicuti concauum & connexum in linea. Cæterùm videamus, quemadmodum probet propoſitum. Ipſe igitur primò ſic. Si non eſt vnus communis vtriusque terminus, erunt duo inter ſe diſtincta, vnum quidem præteriri, alterum verò futuri: ſed cùm ipſa ſint indiuidua, ob eamq. cauſſam proxima eſſe non poſsint, aderit igitur medium; hoc verò tempus eſt: quoniam inter parteis vnius continui medium ſemper intercedit, quod eſt generis eiuſdem, vt inter lineas linea, & inter plana planum: at cùm hoc tempus non ſit, nec præteritum, neq. futurum: inter illa.n.eſt: erit igitur inſtans, quod vtranq. temporis partem copulabit. Quin etiã tempus intercedens erit diuiduum: partietur.n. in præteritum & futurum: ſi igitur inſtans illud eſt in præterito, cùm ſit finis ipſius, aliquid ergo futuri in præterito ſubſiſtet: ſimiliq. ratione, cùm ſit futuri principium, præteriti quippiam in futuro manebit. Rurſus non eſſet per ſe terminus, ſed per aliquid ſui, & per vnam partem præteriti, per alteram verò futuri: at cuiusque continui terminus quidam per ſe eſt, atq. ille quidem proprius, vt ſuperficiei linea; lineæ punctum: quapropter indiuiduus. Accedit eòdem, ꝙ ſi inſtans ex præterito & futuro conſtaret, idem in vniuerſa ſua duratione non eſſet; quia pręteritum non poteſt eſſe futurum, ſed tamen idem eſt in toto tempore, vt poſteà dicemus, indiuiduum igitur cùm ſit, terminat vtranq. temporis partem communiter. Hæ ſunt Ariſtotelicæ probationes. At verò ſi diligentius ſpectes, apparet in iis accipi id quod nos in dubium hoc tempore vertimus: accipitur.n. tempus ante inſtans ipſum; id verò nos in præſentia negamus. Quamobrem vide obſecro, an huius argumenti vis eo conſiſtat, vt ex hoc, quòd inſtantia quæ innumera à nobis, adhuc obſeruari potuerunt, tanquam medietates, nullum vtiq. extremum; etiam perſuadeant omnia eſſe huiuſmodi: ita vt, quod plurimis euenire conſpiciatur, id tanquam neceſſarium putetur: ad quod ita dicendum erit, quemadmodum ad alterum illud pronunciatũ. Ex nihilo nihil fieri, quod item ex eo ductũ eſt quod ſingulis accidere perſpicimus, & ob id perpetuum fuiſſe iudicamus. quare, cum hęc principia ſint, non aliter ad argumentationes oppoſitas reſpondere licebit, quàm per inficiationem. An etiam huius argumenti robur nititur etymo & notatione eius vocis [inſtans] duplex.n. nomen obtinuerunt termini tẽporis: nunc & inſtans: at verò inſtare aut inſtitiſſe ſemper aliquid antecedens denuntiat, quod terminetur, aut in termino ſit. Et ſic etiam dubitari poterit, an de omni nunc inſtans eo pacto prædicari valeat: nanq. id cum eo quod primum accipitur, non congruet. Neque.n. eò puto rationem hanc poſſe diſſolui, vt quod inſtantis initium, (eſt verò mobile primum, quod vniforme eſt, & rotundum, & ſuper ſpacio rotundo fertur, & conſimiliter vniformi) nullam habeat ſpeciem termini, aut initij, tempori talem afferat continuationem. nihil.n. adhuc de figura mobilis primi tractatum ſupponitur, neq. demonſtrationum Ariſtotelicarum ordo peruertendus eſt. Quoniam verò poſsis anceps eſſe: nam ex hoc videatur fortaſſe nunq̃ cępiſſe tempus: at quomodo concludetur ab etymo ipſum nunquam ceſſaturũ? An id non ex vi vocis noteſcit, ſed ex conceſsione; nemo.n. fuit vnq̃ qui tempus aſſeueraret iri corruptum; quapropter ab iis qui talem naturam inſtantis agnoſcunt, iure optimo creditum eſt inſtans eſſe medietatem, & συνέχειαν, ideſt, continuitatem. Num etiam valebunt eædem rationes ex 6. Phyſ. ad oſtendendum tempus nunq̃ ceſſaturum? Non me latet etiam Philoponum exploraſſe diligenter reliquas illas rationes; ſed pro Peripaterica doctrina non acriter admodùm: accipit.n. ipſe notitiam cũ Dei, tum Angelorum per alia pertinere quæ ſint extra ipſos; ꝙ ſi maneremus in ea ſententia quam ex Ariſtotele profitemur, vtiq. nil valerent apud nos: credimus.n. Ariſtotelem denegaſſe Deo notitiam

rerum

A rerum quæ sunt extra ipsum; aut si quo pacto illorum cognitio Deo tribuatur: ea quidem non est in-
diuidui,& esto,quòd sit,non idcirco efficietur, vt in tempore obeatur. Neque.n.ego sum eius opinio-
nis quam professus est aliquando Simplicius,vt omnis cognitio quæ non fit ἀμεταβάτως. hoc est,ab
vnius notitia terminata ad consimilem notitiam alterius,διάνοια verò propriè nuncupatur,in tempore
fiat, vt cùm à principiis ad conclusum deuenimus. siquidem singulæ fiant in instanti, è plurib. vero in-
stantib. non fiat tempus:nisi intellexerit auctor ille interuenire tempus inter instantia, quib. principia,
& conclusum à mente comprehēduntur,pręsertim,ꝙ in eo munere functiones facultatum sentientiū,
aut omnino arganicarum sociæ sint,quarum sanè aliquas fieri cum tempore,quamuis insensili,vix au-
deo negare. Sed hæc alterius officij, nisi ꝙ occasio præbetur enucleandi conditionem illam mutatio-
num,quo ad respiciunt instantia,& tempus. Cùm.n.suprà constitutum fuerit inter duo instantia cade
re tempus,nuper aūt quod fit in duob. instantib. tempori non esse subiectum, quæ contradicentia vi-
deri possent;spectandum tempus vel simpliciter per se ipsum, vel vt applicatur ad res, ac simpliciter
quidem inter duo instantia comprehenditur tempus: vbi verò reb. aptatur, considerandum si termi-
ni solùm fuerint,& tunc tempore excluduntur,vt de notionib. modo statuimus; ꝙ si termini compa-
rentur per actum illum imperfectum qui verè motus est; assero etiam si termini per se sint in instanti,
& multi in diuersis instantib. nihilominus eos esse obnoxios tempori. sic generationem in tempore fie
B ri decreuimus olim, licèt multa genita sint in instanti.

Probatur motum nunquam cessaturum à natura motus. *Cap. V.*

VALET etiam apud Peripateticos argumentum à natura motus ad ostendendum, vt quemad-
modum motus initio caruit,sic neque finem posthac habiturus sit: quare sicut in ipso motu duo
sumebantur ad concludendum motum non habere principium & subiectum,& actus ipse motus; sic
etiam commodè transferri possunt ad efficiendum motum posthac perpetuò permansurum. Nam si-
cuti mobile motui præcedit; sic ēt remanet ipsi superstes: ita vt simul cesset actus ille imperfectus
quem motum nuncupamus,& quies succedat;quin & adsit id quod olim mouebatur,nec amplius po
stea mouetur: etenim remanet id quod factum est,siue substantia sit, siue accidens in subiecto: nam
quilibet motus per se terminatur aliqua forma,& eo quod est, vt interitus etiam terminetur eo quod
non est, quod tamen cum aliqua forma coniunctum sit. Ideò sic argumentari licebit deducendo ad-
uersarium ad id quod fieri nequeat. Si cessaret motus;foret ergo motus extremo posterior,quod ne co
gitatio quidem capit,ne dum rerum natura patiatur. Nam sicuti dictum est suprà, si fieret motus, ita
C vt nullus vnquàm præcessisset;esset alius motus illo prior,& sic primo quippiam antecederet;sic si ces
saret motus;succederet alius motus necessariò qui postremum sequeretur. Cùm.n.motus subiectum si
mul cum motu non intereat,nec vnà cessent potestas & actus ad motum tam in eo in quo est, vt sub-
iecto, quā n in efficiente: remanet ergo mobile quod est in potentia: siquidem aut interit, aut non;ac
si intereat;iam succedet interitus; si minus.at cur iterum non fit motus? habet.n.facultatem mouendi
ipsum efficiens, atq. item mobile subiectum est: erit ergo motus. Nam dicere id quod habet faculta-
tem mouendi non moturum,figmenti potius,quàm veri simile est. Prætereà si corrumpitur efficiens,
ab alio necesse est corrumpatur: nil est.n.quod seipsum corrumpat,nisi per accidens,& solus ignis in-
ter res naturales: atqui reliqua omnia corrumpuntur ab alio. de hoc ēt quæritur. Nam si non corrum-
pitur id quod olim mouebat,cur non mouet rursus? ꝙ si corrumpitur: ergo corruptio iam succedet:
Neq. solum corrumpetur efficiens;sed id ipsum quod corrumpit,aut manebit retinens corrumpendi
facultatem,neq. tamen corrumpet,aut idem quoq. interibit. quòd si illud interire fatearis, opponam
id euenire per corruptionem: quare motus postremò succedet alia mutatio,& sic in infinitum. Nam
primum illud omnino absurdum: siquidem oporteat; vbi quippiā habens facultatē efficiendi aliquid,
non efficiat,reddere caussam ob quam non operetur, siue impedimentum, siue aliud quid, vt caussas
D mouentes; at si detur hoc postremum;iam succedet mutatio mutationi. Exemplum verò à combusti-
li deductum maiorem in modū nobis aperit propositum. Nam si ea quæ corrumpuntur, postq̄ inte-
rierunt,etiā aliquid à se relinquunt,vt reliquias & redundantias;multò magis id eueniet in ea quæ per
alios motus afficiuntur. Hęc ab Aristotele pronunciantur quæ item in eius disciplina non carent diffi-
cultatib. quibus purganda sint,si vim eorū quæ conclusa sunt,assequi, & Peripateticos agere velimus.
Illa.n.solent opponi. Primū quòd assumpsit Arist. non simul cessare combustionē,& cōbustile,seu ha
bilitatē ad id,vt cōburatur. At contrà quoniā vbi cōbustio cōpleta est, cōbustile non est amplius, vt li-
gnū. Prætereà corrūpitur ignis,& cū eo corrūpitur eius motus. Nec nō multa sunt quæ amittunt simul
nomen & definitionem amisso motu. Verbigratia cor, cessante motu non est amplius cor,eodemq. mo
do arteria. Insuper instabant quidam è Latinis interpretib. notantes hypothesin Aristotelis. accipit.n.
ipse,cessare corruptionem accidentis,anteq̄ id quod corrumpi potest, intereat, aiunt igitur: superstes
erit substantia naturalis sine sensili qualitate, vt si fingatur cessare corruptionem omnium accidentiū
quæ in aliquo insunt indiuiduo. Adde ēt;quia nil superesset eo,quòd sic affectūm nō amplius erit indiui
duum. indiuiduis verò extinctis reliqua omnia intereant necesse est. Hiat item vndique ratiocinatio
philosophi: nanq. ipse suprà probaturus motui præcedere motum voluit oīa quæ fiunt, initium habe
re à motu,rursus cùm postea conclusurus esset motum motui successurum,assumpsit item omnia cor-
rumpi per motum. Atqui multa sunt quæ in hanc lucem sine motu prodeunt, pariq. ratione non de-

sinunt esse per motũ,quemadmodũ omnia illa quæ temporis puncto fiunt,& sui tantũ pręsentia sunt absentia verò non sunt,veluti lumen,& tenebræ in perspicuo. Accedit eodem,quòd accipit Aristoteles omne id quod corrumpitur,ab alio corrumpi;at non'ne animalia caussam interitus habent internam? Postremò infinito nihil addi potest;sed si mundus ortus non fuerit,nec vnquam desiturus sit,ita vt tẽpus eius durationis non finiatur,nec olim tempus eius interitus instet; profectò maius erit aliquid infinito;quod cum reputetur absurdum:facit,quominus Aristotelico paralogismo fides habenda sit. Mihi tamen rationes istæ nullius esse ponderis in hac philosophia videntur. quia verò cum Auerroe quidã putant argumenta Aristotelis habere vim in latione tantùm;inficiando multa ex his resoluunt; si verò ita sit; exempla ab ipso Aristotele proposita non facient ad rem: propterea nobis alia via tenenda est. Idcirco quantum attinet ad illud primum: consueuerunt afferri plura,primum quòd metalla intelligenda sint,quæ tametsi vrantur,postquàm ab igni remota fuerint, adhuc supersunt. At mihi non admodùm placet ad metalla transferri verbum illud χαίεσθαι; siquidem cõbustilium tres conditiones esse soleant; vt sint porosa, plenaq. humoris, atq. illius quidem aërei, & tenacis, metalla verò plena sunt humoris aquei,& carent poris, nisi χαίεσθαι latius acciperetur afflari ab igni, & ab eo quomodocunque affici,quod cùm animaduertisset Simplicius,protulit secundam solutionem;quia scilicet,dum corrumpitur ignis,mutatur in aliud elementum, quod cõburi potest, si non proximè, at intercedentibus nonnullis mutationibus. Sed poterat etiam dicere Aristoteles,superesse aliud corpus,vtputa aliud elementum simpliciter,neglecta habilitate combustionis;præsertim quòd obscurum foret adhuc 8. Phys. & probandum in libris subsequentib. vtrùm elementa inter se cõmutentur, an sit processus in infinitũ inter ea quæ mutantur: nimis ergo frigida mihi videtur hæc interpretatio. Aut igitur dicemus τὸ καυστὸν esse reliquias, quæ à cõbustione supersunt, actu sub nomine potestatis expresso, vt fieri consueuit in vocib. quæ deducuntur à verbo cum figura patiendi;sic sensile ẽt illud dicitur,quod mouit sensum; aut ẽt τὸ καυστὸν accipiendum est pro materia,quæ olim appellata fuit τὸ γινόμενον. [a] quæ superest à cõbustione; quandoquidem subsistit ignis in materia sicca,quæ tamen aërea humiditate affecta sit, & nihil deterit de substantia;sed manens in materia sicca per aëream humiditatẽ exhaurit hanc,& secum collabitur. Dicimus item ad alterum,tametsi corrumpitur ignis,& eius motus;non idcirco motum perimi generatim; quòd restet aliud corpus,cuius etiam motus quidam sit proprius. At illud optimè Simplicius è medio tollit,quod obiectum fuit de corde & arteria: nanq. ẽt si motus interimatur; & materia cordis,& arteriæ depereat,nihilominus non sic interit,vt id,quod fuerat antea cor,aut arteria,prorsus habeant in nihilum: nanq. in cadauer primùm,& in elementa ad extremum resoluuntur. Ad id verò,quod Latini opponebant, fore,s. vt substantia naturalis sine sensili qualitate subsisteret, nos ea seruantes quæ ab initio libri professi sumus, tractari nimiùm motũ generatim, dicemus id sequi, quod opponunt; nisi ex vnius accidentis interitu fieret, vt alterum illi oppositum in eius locum reponeretur: sed quoniam albo corrupto subit nigrum, & sic cæteris corruptis alia noua succedunt, propterea nunquàm remanet substantia omni accidente simpliciter nuda: atq. ideò semper id,quod mutatur,est indiuiduum. Cùm ẽt defendamus has rationes comprehendere motum generaliter, dicimus falsò illud assumi,multa esse,quæ sine aliquo motu oriantur & intereant: interuenit.n.aliqua mutatio & motus quidam,vel per se,qui fit in vno è quattuor prædicamentis, & hactenus à nobis explicatus est, vel etiam per accidens,vt in habitudine. Interit autem animal ex interno principio; quemadmodum ignis per accidens,eo quòd viuens est,per calorem qui dupliciter interit,aut quoniã extinguitur à contrario aut ex inopia alimenti. Et quando obiicitur postremò loco,infinitũ statuamus ipsum duplex, aut actu, aut potestate atq. illi quod actu est,nullam accessionem fieri concedamus;at ei quod est potestate; tale aũt est tempus & motus,accessionem fieri non posse negabit Arist. Hæc tamen omnia simpliciter falsa sunt,& cum aliqua conditione concluduntur. nanq. accipiunt: si mundus produci debuit, ipsum fuisse productum per motum,& eo modo,quo nunc res ipsę producuntur. At neq. per motum productus est; neque eius productioni tempus antecessit,sed æuum in ipso Deo; neq. fuit mutatio ex hoc in aliud;sed ex eo,quod non esset simpliciter in id,quod simpliciter esset,quam Peripatetici non approbarunt: idò materiam,motum,seu mutationem perpetuò præcessisse asseuerant. at certè nihil hæc ad id, quòd creatus non sit,neq. per mutationem ab eo quod non est simpliciter, in id quod simpliciter est: id.n. confutare oportebat,quod cùm ex illo oriretur,quòd ex nihilo fieret nihil;eo negato corruit vniuersa moles argumentorum superiorum.

[a] 1. Phys.

Errores veterum, qui mundum cœpisse volebant, deteguntur, & eorundem dicta quædam refutantur. Cap. VI.

CVM hæc constituta sint; detegi poterunt eorum fallaciæ qui mundum cœpisse defendebant, vt Empedocles, Anaxagoras, & Democritus. ille.n. certis quibusdam spatiis modò mundum è sphęro per litẽ dissipantem, aliàs è mundo per elementorũ confusionem opera cogentis amicitiæ sphęrum constitui dicebat, idq. innumeris vicibus effici, naturam sic facere opinatus, quemadmodum nos ipsi quos concordia cogit; discordia verò dispergit. interrogatus autem, cur ita eueniret, nil aliud respondebat, quàm φ ita πέφυκεν, hoc est, natura comparatum est. Anaxagoras aũt & Democritus infinito tẽpore mundum antea non extitisse profitebantur; licèt in eo discreparent, φ statuit Anaxagoras omni seminarium, veluti materiã, in quo oẽs repugnantiæ permanerent, & mentẽ quæ foret caussa conficiens,

A ciens, illi præsidentem, ex eoq. singulorũ contrariorum partes educentẽ posteà producere elementa,& mundũ quæ perpetuò conseruarentur. Democritus aũt quia crediderit atomos per inane cursibus incertis agitari, posteà forte fortuna mutuo cõplexu cohęrentes mundũ compegisse. Quòd siquis eiusmodi progressus caussã requireret; Anaxagoras itẽ sicut Empedocles ita dicebat, ὅτι πέφυκεν. Democritus verò, cùm hæc æternitati subiiceret, caussã nullam reddi posse censebat. At illi qui mundum genitũ ponunt, postq̃ infinito tempore materia quieuisset,& potissimè Empedocles qui vicissim certis periodis, æqualibusq. temporibus existere mundũ putabat; asserũt certè quippiã, quod mirum in modũ vim naturæ oppugnat. Etenim natura significat ordinẽ rerum,& nexum caussarum per quẽ ex hoc fit hoc,& hoc nunc fit, aliàs illud. At si infinitum tempus ortui mundi præcessisse fingamus, oĩs ordo peruertitur; igitur & natura. Nanq. vbi est ordo, ibi quoq. inest rõ & proportio: atqui infinitum nullã rationem habere põt, neq. ad aliud infinitum, neq. ad finitum; quare neq. ordinẽ. quanuis.n.duo infinita sint æqualia, saltem priuatiuè; quia neutrum maius, aut minus est: at vbi vicissim sibi successura sunt; ratio nulla dari põt, nulla ratio finitatis adest quæ sanè ad proportionem creandam requiritur. Præterea quietem faciunt infinitã prius, q̃ ortus fuerit mundus: atqui cur potius nunc, quàm multò tempore antè cœpit esse? Certè etiam huius euenti caussã reddere oportebat: ita etiam cur æquales tẽporis circuitus in eius productione intercedant, quæ tamen oĩa ipsi prætermittunt. Neque ita dicere

B licèt indefinitè, ac temere mundũ fuisse exortũ, nec interfuisse, cur nunc, aut olim, aut etiã posthàc in illa infinitate genitus sit: cur.n.congruat hoc cum officio naturę quod est semper vniforme, velut in motu cęli,& elemẽtorum vicissitudine perspicitur, aut siqua mutatio subest, caussa itẽ varietatis apparet, veluti pręsentia,& absentia solis caussa, cur anni tẽpestates immutentur. Nam, mea quidẽ sententia, multò magis conuenit hoc exemplũ, quàm id quod attulit Vicomercatus, monstra.s.& siquæ sunt alia quæ fortuitò fiant, vt ꝙ hyems sit consueto tepidior, credens oĩs huiusce varietatis caussã posse reddi; cùm cęteroqui monstra non pertineant ad naturã, & fortuita caussas habeant infinitas, & plerunq. latentes,& sic eorũ caussa posset assignari quę fiunt per accidens: itaq. illorum scientia foret: nanq. etsi flatus austrinus efficit in hyeme tẽpore, atq. id itẽ præstat vbiq; flatus ille: at eius rei scientia non est, nec caussa certa, nisi vniuersè, sed ꝙ hoc tẽpore id faciat; hoc totũ incertum & fortuitum est, nec sciri põt. Ideò probo magis expositionem Simplicij quã item Auerrois placuisse intelligo. Aliis item modis confutari veteres queunt,& generatim speciatimq. reprehendi. Nam poterat Anaxagoras eo nomine notari, ꝙ quemadmodum voluisset mentẽ esse motus effectricem; debuisset item eandem caussã facere quietis. Generatim verò, quoniam quies est priuatio motus; ergo & ipso posterior: at illi quietẽ motu priorem statuunt. Sed ij quantum iudicio Arist. aberrant qui infinito tempore ante mundum non

C extitisse fingunt? quandò minor hic est ordo, q̃ si certis periodis ire mundum, redireq. ponamus: quanquàm neq. id satisfacit tam graui quæstioni: neque.n. optare oportet, aut tanq̃ legislatores iubere quod velis, sed vel admonere, inductione, vel demonstratione confirmare: nanq. hæc demonstrari possunt, neq. principia sũt, aut essentiæ, quorũ caussæ nullæ sint; ideoq́. sine demonstratione sumuntur,& vsurpantur ad alia demonstranda, sed illorum caussas afferre licet. Quòd.n.lis est, mundum gignat, amicitiamúe corrumpat, eorũ essentia non est, sed opus cuius aliqua caussa reddi põt: neq. sufficiebat illa admonitio desumpta ab humano consilio: quandò esto, ꝙ id quod assumptũ est, verum sit: at quòd certis quibusdã interuallis amicitia coniungantur, distribuantur aũt discordia; persuaderi non potest: quare etiã varietatis illius caussa fuerat perquirenda. Nec minus absurdum est reputare æterna omnia caussa vacare; cùm etiam in æternis sit ordo,& nexus caussarũ,& effectorum. nã conclusiones habent caussas, principia nimirùm, ex quibus colliguntur quæ tamen vtraq. perpetua sint oportet, si scientiam partura sunt. Rationes autem, quib. aduersarij motum cœpisse probabant, facilè dilui possunt. Nam quod dicitur, Omnem motum inter contraria finitum esse: omnem verò esse inter contraria: damus cum Arist. argumentum. quin vim illius amplificat idem philosophus. Ita.n. perspicuum est omnem motũ inter contraria esse finitum, vt etiã si in infinitum producatur, nihilominus sit finitus; quoniam

D motus est inter contraria quæ afferunt interitum substãtiæ, atq. hic sanè finitus est, vt nullo modo cùm altero opposito cõtinuari valeat,& duci in infinitum, vel est solùm cum interitu terminorum, cui nihil oĩno repugnat infinitas; est verò cõuersio. Itaq. huic soli cõpetit terminis contineri finitis,& protrahi posse in infinitum. Quapropter inchoata est hæc ratio, neq. conuincit propositum; nempè nullũ motũ esse posse continuũ ex eo, ꝙ inter cõtraria procedat. inest.n. virium in ea cõsecutione. Sed id melius patebit, quã de conuersione sigillatim disseremus. Quantum verò est de secunda ratione. Cùm opponebant motum inanimorũ qui non est perpetuus; etiam dicimus ex hoc argumento nihil absurdi inferri: neque.n. absurdum est quædã moueri quæ nõ anteà mouerentur: proptereaq; ad id vt aliquid moueatur, opus est præsentia mouentis,& absentia cuiusq. impedimenti. Cùm igitur & mouens abesse, & aliquid impedimenti contingat intercedere, non erit motus, quia verò tolli potest impedimentum, & adesse mouens; erit posteà motus qui quidem anteà non fuit. & cùm mouens accedat; obex interuentu cuiuspiam mutationis arceatur; motum quoq. motui præcedere. Neq. tamen hoc concesso dabitur id quod olim reuocatum fuit in dubium.s. si præstò sit mouens, & nullũ impediens intercedat; non fore motum, quemadmodum ij dicant necesse est, qui mundũ nuper genitum, & cum eo motum extitisse arbitrantur. Et illud quod diximus, cur aliquid nonnunq̃ moueatur, interdum verò quiescat, paulò post explanabitur: nanq. hic erit titulus nostræ quæstionis. Alterum verò illud cum ratione, probabilitateq. careat, prorsus quæstione dignũ non est. Nec ob id natura tolleretur hac efficientium,

effectuumq. infinitate posita, quòd infinitum non oïno euertit naturam, sed vbi caussæ per se ordinatæ fuerint infinitæ, per accidens infinitas esse non inconuenit, neq. id naturam peruertit. Cæterùm & hic progressus super lubrico fundamento extructus est: quando & mouens & mobile oĩ mutationi præcedere ponuntur; cùm motui naturali solùm conueniat, creationem verò non attingat. in hac.n.sat est si solùm mouens antecedat: siquidem creans eodem temporis puncto mobile producit, & cum ipso motum & tempus: ac siquis ordo in his existit, is à tempore non accipitur, sed à natura tantùm. E

Vtrum ab æterno principio quicquam noui possit proximè proficisci, nec'ne. *Cap. VII.*

SIQVID agat secundùm naturam, siue illud sit agens æternum, seu mortale, necesse est, vt cùm anteà nihil egerit, & posteà quicq̃ inchoauerit, id efficiat aliqua intercedente mutatione, vel in seipso, vel in re quæ fit, siue ea sit mutatio per se, siue per accidens; atq. aut in eorum genere quæ sunt ad aliquid, aut in alia quauis categoria. Nam si ab vno, quatenus vnum est, non nisi vnum per se, & proximè proficisci potest: ab æterno igitur, non nisi æternum per se, & proximè propagatur, vt.n.concors cũ Academia lycæum pronunciat. τὸ ἐξ ἀκινήτου γενόμενον αἰτίας ἀνέκλειπτον ἔλαχε φύσιν, atq. illam firmam, perpetuamq. Philosophi sententiã fuisse videmus, cùm 2. de ortu, tum item 12. Met. ob eamq. caussã, quòd elementa contraria à motu cęli producenda forent, sæpè dictum est ab Arist. motum cęli vniusmodi non esse oportere, sed ad distinctũ motu planetarũ secundùm cingulum signiferũ. F
Tametsi non eam esse vim institutæ demonstrationis opinor, vt propterea desideretur in efficiente mutatio, sed in re solummodò quæ mutatur; nisi sit ea mutatio secundùm habitudinẽ propter quam mouens de potestate traducitur ad actũ, atq. id quidem cùm impedimentũ proximè redundat in mouẽs: nam si pertineat ad mobile; vtiq. mutatio mobili fundabitur, non mouente, quemadmodum si è nihilo mundus oriatur. Cùm tamen si initium mundo extiterit non ex nihilo, Peripateticè defendendum sit mutationẽ agente fundari. Sed neq. hæc, neq. illa mutatio tangit essentiã diuinam, si credimus Aristoteli. Quattuor autem rationes ab ipso collectæ sunt ad peragendũ propositum, de quibus anteà mẽtio facta est, quæ item ab eodẽ repetitæ & vsurpatæ sunt 12. Met. & hæc eadem attributa Deo, siue efficiat ex natura, siue ex consilio, nihil refert: nanq. innouatio semper habet adnexam mutationem. Veruntamen q̀ hæc non admodũ consentanea videntur cum viribus agentis naturalis: etenim id perpetuò consimiliter operatur, ignis.n.semper calefacit, & aqua nunq̃ non irrigat, sed potius cùm voluntarij natura conuenire cuius officium est agere, & quiescere vicissim: propterea laudat Auerroës eos qui putant Deũ esse agens naturale, sed admonet nõ idcircò progressum Aristotelicæ rationis impediri, quia generatim in oẽ agens, siue naturale, seu voluntarium sit; ex ortu mundi in illud mutatio redundabit. Quòd igitur nihil obstat proposito sit'ne Deus agens naturale, an voluntariũ, & liberum, & pleriq. oẽs philosophi voluntatem Deo tribuunt; satis'ne Peripateticè viderint ipsi. voluntate etiã in ipso collocata quæramus an ab hũi agente quod æternum sit, quicq̃ noui per se produci possit philosophię Peripateticæ limitibus conseruatis: partem problematis affirmantem apud Græcos defendit Philoponus; apud Arabas Algazel. contra quos Simplicius, & Auerroës vsurpato genere illo disputationis quod apud Græcos obseruaui nuncupatum, τὴν διὰ τριῶν, ἢ διὰ πλειόνων ἀγωγήν, i. deductionem per tria, vel plura quam destructionum destructionẽ vocauit Auerroës. Nam Proclus primus hanc quæstionem in Philosophiæ scenam induxit: contra ipsum disseruit Philoponus, Simplicius postmodo contra Philoponum partes Procli defendit. Ita contra Proclum disputauit Algazel ex Philopono; contra Algazelem Auerroës ex Simplicio. Proinde ad Auerrois sententias colligendas in eo libro, vt ferè in cęteris, illos veteres auctores lustrasse conuenit. Par.n. inter Græcos & Arabas rationum concursus, atq. conflictus existit. Hoc igitur loco nos cum ipsis disceptabimus. Vtrum'ne agens æternum primò, & per se quicq̃ noui efficiat, an non. Negant Peripatetici: tum q̀ motui necessariò mutatio præcederet, tum etiam q̀ in ipsum agens mutatio caderet, quod tamen oĩbus modis vult esse perpetuũ. G
Contra ipsos Philoponus grauiter defensurus ab eiusmodi agente quippiã noui effici posse citra periculum mutationis eo posito voluntario. Nam cùm voluntas sit appetitus quidam finis antè concepti; eaq. sit, vel eius qui nuper conceptus fuerit, vel etiam multò antè, vt siquis nunc secum ipse cõstituat, se hinc ad decenniũ vxorem ducturum; quemadmodum nulla interuenit mutatio in hoc vetere appetitu, cùm prodeat in actum: sic in Deo talem voluntatem fuisse perpetuã, vt pro certo tẽpore mũdum esse voluerit, atq. ita nullã mutationẽ in Deo requiri, quæ certè necessaria foret, si nouus ille appetitus esset, & finis paullò ante concepti. Sic Deus, cùm sit omnia illa quæ sub intelligentiam cadunt, modo quodã præstantissimo, nouã illorum intelligẽtiam non admittit, sed æterna voluntate res innouat, mutatione non ad efficiens ipsum, sed ad rẽ quæ fit, solummodò pertinente: neque enim de potestate transfertur ad aliquẽ actum, dum sic operatur. Hunc verò efficiendi modum citra mutationem pręcedentem conabatur persuadere Philoponus exẽplo artificis. in quo cum gemina sit potestas, & totuplex actus, vt sæpius dictum est, vbi è potentia prima transeat ad actum primum; sequitur sanè trãsmutatio quæ fundatur artifice, vbi verò è potestate secunda transeat ad officiũ, nullo modo fit in ipso mutatio. Hac ergo rõne ab æterno agẽte põt aliquid noui sine permutatione proximè produci, neque id solùm, sed ita succedere, vt è nihilo aliquid effici queat. Harum quoq. partium asseclæ solent afferre cõplures rationes, quibus eadẽ positio muniatur, & in primis à simili. Nam quemadmodum nihil seminis, volunt dicere, genituræ, in animalis constitutione superest, sed menstruum duntaxat, in quo non resides H

anima,

A anima,neq. actu,neq. potestate, & inde producitur animal ; ita quoq. de mundo dicendũ esse statuũt. Præterea sicut est prima quædam caussa,sic etiã ponere oportet primum quendã effectum ipsi respondentem. Sed nisi productio daretur ex nihilo, primus effectus non esset. Etenim nisi creatus fuisset mundus; igitur ex alio factus. Rursus de hoc quærã,sit'ne genitus ex aliquo, an ex nihilo productus, ꝙ si è nihilo dixeris,cur non & ipse mundus è nihilo factus est? si verò genitum fuisse respõdens;idem quoq. de hoc ipso percunctari licebit. itaq. abibit quæstio in infinitum. Sed.n.Peripateticis hæc pars problematis parum probabilis habita est. Ita.n.est informatum anticipatumq́. mentibus nostris Deum esse omniũ præstantissimum,atq. optimũ. tum ẽt quod bonum est,non inuidere. Vt.n.Plato dicebat, ἀγαθῷ δ' οὐδενὶ περὶ οὐδενὸς ἐγγίνεται φθόνος. multò igitur minus essentiæ diuinæ cõueniet inuidere: [a] quapropter vniuersis rebus suam bonitatẽ largissimè communicare studebit. Si igitur bonum fuit esse mundum,cur id etiã ab æterno esse bonum non fuit,& multò melius,quandò boni,quo diutius permanet,meliores conditiones, esse solent? Ergo mundum ab æterno extitisse verisimile est,præsertim si nihil intercedat quod impediat, etsi adsit impediens, ea secutura sint quæ Arist. ipse obiecit. Deinde caussa actu à caussa potestate separatur: etenim caussa actu singularis est, & vnà cum effectu: caussa verò potestate cõmunis.& effectui præcedit. Ergo cùm Deus creet mundũ,anteq̃ creet, est caussa potestate,dũ creat,est actu caussa: quamobrem de potestate traductus est ad actum.proinde mutatio quo-

B quo pacto diuinã attinget essentiam; quinimmo vniuersa mutatio Deo nitetur,ꝙ tum nihil extra ipsũ existat. Respondebis fortasse mutationem illã re quidem inniti,non sanè,ꝙ aliquid tum per se existat; verùm,quatenus est in mente diuina. Sed præterq̃ quòd in philosophia Peripaterica non facilè datur Deum extra se quicquam nosse,nec cum ipsa admodùm Ideæ consentiunt quæ necessariæ mihi videntur,si mutationem ad res creatas pertinere dicamus,quatenus in mente subsistunt: attamen & hoc gratis concesso,sic opponere licet. Nanq. esse cognitum in deo penitus idem cum illo est,& tum maximè, cùm mundus non est. Si igitur ad ea mutatio pertinet quę ab illo noscunt̃,in ipsum quoq. redundabit; itaq. Deus non erit oĩbus modis immutabilis: nam sic mutabitur saltem per accidens. Prętereà Deus, & oĩs eius functio extra oẽm temporis aleã posita sunt. Sed si ita Deus ageret, eius actio tempus quoquomodo includeret. Igitur noua mundi productio à tali natura admodũ aliena esse censetur. Nam si voluntas quidẽ producendi fuerit æterna,sed tamen vt certo quodã tempore,vel eius pũcto deducatur ad actũ; certè non apparet,quemadmodũ id absq. notione tẽporis effici queat,vt siquis nubere velit hinc ad decenniũ, concipit tẽpus, & quòd nunc facere non vult, neque biennio proximè instante. Quòd si tempus non sine motu cogitatur: ergo & ratio motus ad mentem diuinam pertinebit.Neque sat est dicere ꝙ non tempore,sed instanti, quod est indiuiduũ, notio illa determinetur; proptereaꝙ in-

C stans à tempore non abstrahitur,cùm sit aliquid temporis. Neq. illud obstat;si fortè dixeris tempus & motum sic esse in mente diuina,veluti speciem quandam,non aũt secundùm materiã,& actu,atque vt rem,& naturã, & quanuis reapse dispersa sit, ab eo tamen ἑνοειδῶς, & vt aiunt, vnitiuè cognoscatur: quoniã sic etiam,vel ideam ponere cogeris,& quod peius est, accidentis cuius idea nulla est etiã apud idearũ inuentores,aut si talẽ speciem vt obiectæ rei sumas,speciẽ statuere eius quod non extet,ac si extrinsecùs fuerit; mutationem non euitare. Nam, quod ita se habet ad mentẽ, in eo mutationẽ facit, & quandoq. est, quandoq. non est ita docente nos Arist.8.Phys. Ad hoc fortasse dices magnũ discrimen inter actiones Dei, nostrasq. intercedere; quandoquidem actiones humanæ pendeant à certis caussis,earumq́. ordinata connexione quę sine temporum distributione præstari non possit: cum motu.n.& materia sensili operatur, & occasionẽ quæ est quædã conditio tẽporis,expectat: vt, si acetum facere velit, vinum paret necesse est: ideo quoq. serendæ vites, & cętera oĩa sunt instruenda è quibus fiat vinum. hæc verò omnia tẽporis processu fiant oportet quo materia mutet̃, & transitus fieri queat è principiis remotis ad proxima. Quamobrem prius ordinat homo antecedens ad illud ipsum quod agendo se effecturũ sperat, eoq́. instante ad moliendũ id quod sequitur,excitatur: itaq. pendet ex tpe. Sed actio Dei non pendet ex tẽpore,neq. tempus expectat; verùm facit tẽpus,& cùm vult;libera cum

D sit,& oĩa superet impedimenta. Atqui in hoc illa,meo quidẽ iudicio,valent quæ opponit Aristoteles, cùm extat nonnullorũ discrimen,caussam talis discriminis esse afferendã,atq. aut ratione confirmandã, aut inductione persuadendam. sic,cùm Deus nunc ab officio cesset, aliàs eo fungatur; eius differentiæ quoq. caussa reddenda est. Verùm ꝙ neq. suppetit ratio,neque succurrit simile,nullaq. subuenit caussa talis differentiæ, iubet Arist. vt huiuscemodi sententiam prorsus eiiciamus. Necnon mihi neutiq̃ videtur consentaneũ Peripateticorum placitis actionẽ Dei non pendere à tẽpore,ideoq. non expectare tempus præfinitum, sed cùm in quolibet eius puncto queat agere, hoc potius, q̃ illud sibi sumpsisse. Nanq. id verè dicitur actionem Dei extra tẽpus esse, sed hoc est esse æternum, ita describẽte Aristotele ea quæ sunt in tẽpore,ꝙ claudantur terminis temporis; itaq. creatio,cùm habeat instans primũ quo à parte priore terminatur,est in tempore. Sed.n.satis illa actio pendet ex tẽpore, quia quomodocunq. sese tẽpori addicit,dum hoc instãs potius placet,q̃ illud,multoq. magis, si accipit quomodocunq. mutationem. nam certè habitudo efficientis immutatur. Insuper necesse est dicere Deum non esse caussã primã,& propriam huius effectus. siquidem illa prima sit, propriaq. caussa, qua posita ponit̃ effectus, sed hac caussa posita non sequitur illicò creatio, cùm requiratur adhuc præsentia puncti illius, quod caussa sibipsi præfiniuit,quod cùm sit, hũi actio non est habenda,àc si sit extra tempus. ob id etiã quodammodo respicit motum. Neq. etiam tollit oẽm controuersiã,quod in nonnullorum mentẽ venisse perspicio; voluntatem certè fore nouam,si instans illud quod creationi destinatur,per se moueat voluntatem,

[a] 1. Met. c.2.

luntatem, sed si fuerit veluti conditio quæ ad effectus productionẽ requiritur, citra mutationem volun-E tatis adesse, & abesse poterit. Nanq. opponam ego, nunc adest ea conditio, prius non aderat: itaq. mutatio quædã intercesit, neq. solùm rem ipsam, sed pręterea mouens intuetur. Rursus ea præfinitio temporis, aut vetus & æterna fuit, aut noua. ac si nouam esse respondeas, iam caussa mutationem accepit, si æternam constituas; iam non erit posse & esse idẽ in æterno: quapropter ad caussã quoq. necesse est pertineat ea mutatio. Restat illud, vt videamus, an'ne cùm posit facere, & velit, neq. tamen faciat, id posthabeat, ꝙ si minus bonum. Et verò si illud vnicuiq. rei bonũ ab ipso Deo pendere: optimum profectò illud ab æterno contigisse. Quinetiam id sibi melius, aut aliis mundũ quodam temporis initio fuisse conditum: neq. sanè mundo, aut homini, ꝙ melius simpliciter est esse, q̃ non esse. Sed neq. id sibi expeditebat; quandò multò perfectior habendus est actus secundus, q̃ primus: nec quicq̃ eo melius esse pōt, qui tamen si ex actu primo in secũdum transferretur, aliquid ipsi perfectionis accederet. Cùm verò præstantius esse queat, vel ob essentiæ gradũ, vel ꝙ bonitatẽ suã pluribus impertiat; si quanuis posit, non efficit, constat sanè multũ de vtraq. perfectione fuisse detractum. Multò igitur probabilius ab æterno extitisse mundũ, nec aliud quoddã cõsilium nouæ illi molitioni fuisse, cùm sic semper in oĩ perfectionis genere, atq. illius quidẽ summæ permaneret. & cùm Deus simpliciter sit bonus, etiã verisimile est ipsum effecturũ bonum simpliciter, nec vnquã mundi creationẽ procrastinaturum, aut hominis iudiciũ animaduersurum; cùm fas non sit minimæ cuiusdã particulæ rationem habere velle, quemadmodũ audio censere nonnullos, qui nouum opus ad Dei gloriã pertinere putent, atq. ita Deũ condidisse mundũ, & ad libitum nulla necesitate compellente, vt notesceret magis eius virtus, atque maiestas: nam tum velut arbiter faciendi noscebatur; quasi rex quidã qui, vt facere situm esse in sua potestate significet, faciat, aut non, vt lubet. Vnde tritum illud verbum. Sic volo, sic iubeo, sit pro rõne voluntas. At quicquid de gloria dicatur, q̃ respondeat hoc placitis Aristotelis, ille sciet qui ipsius moralia tractabit, atq. discet cogitationẽ illam gloriæ totã esse inanẽ, vt si neq. bonus vir quidpiam gloriæ captandæ caussa moliri debet: neque.n. aliud quidq̃ est gloria, q̃ consentiens laus bonorum, incorruptaq́. vox indicantium de excellenti virtute, quæ plerunq. comitari solet illustribus factis, vt vmbra corpori. Si etiam contemplatio quasi oĩa despiciens, quæ sunt infra solaq́. seipsa contenta est: quantò magis ab his cogitationibus abhorrere credendum est D. O. M. cùm tantò res vniuersas excellat, nec quicq̃ pulchrius ipsa suiipsius speculatione illi obiici valeat? An'ne ita faciet, vt per nouum opus eius præstantia noscatur, ne nos hoc tanto & tam insigni bono priuemur? At cur non magis sese prodiderit diuina maiestas, si mundus ab æterno extiterit? quandò etiam in illa infinitate maiestas diuini numinis multò pluribus sese ostendisset, si ad gloriam adspirasset. & cùm præstantior ea caussa sit quæ est in actu, q̃ ea quæ est in potentia; per mundum igitur se magis auctorem omniũ, quàm sine mundo signi-G ficabit. Ea cęlos ipsos, quorum substantia præstantisima, & omnino diuina; quos infinito propemodũ tempore celasset; qui item si perfectam habet intelligentiam, probè complectuntur summam Dei pręstantiam, & se suasq́. functiones ex ipso pendere non minus, quàm amans amatæ rei excellentiam optimè intelligat, & omnia se in eius solius gratiam facere cognoscat. Neque exemplum regum mihi placet: nam neq. ita facere cogerentur, si bonos gubernarent; nunc ita faciunt, vt timorem malis incutiant. quæ disponit Deus & gubernat, optima omnia sunt, & ipsi quasi *διά τὸ εὐπειθὲς* sponte parent. Neq. verò credo quenq̃ Peripateticè asserturum nullam à temporis initio fore creationis huiusce caussam; quia sit hoc modo contingens: nanq. ét contingentium caussam contingentem esse puto: neque id per se abhorret à demonstratione, ꝙ mundus olim conditus fuerit. Atq. hæc quidem magis cũ ea doctrina consentiunt quam humana sapientia ab experientia dictante accepit. Vides tu nunc arma & copias, quib. instructi Pripatetici veritatem oppugnare conantur, quæ nos omnia collegimus, vt iis resistere facilius, & cognita ex hostium manibus eripere posses.

Quid respondeant ad obiecta Peripatetici, quibus aliquid noui proximè ab æterno proficisci probatur, quidúe ad eorum rationes dicendum sit. Cap. VIII. H

POTERAT apud nonnullos argumentum quoddam à voluntatis natura desumptum quò physicè probarent æterno agenti voluntatem nouam non aduersari. duplicem.n. ipsi voluntatem, seu potius obiectum duplex ipsius obseruabant: alterum quidem ex quo nil melius se consecuturum speraret voluntas; vt si princeps otioso homini benefaciat, ab eo nihil expectans: atq. alterum à quo aliquid boni expectatur, vt cùm soluitur operarius. atq. illud bonum quod in otiosum hominem confertur, ꝙ non est debitum, quocunq. tempore præstatur, nullam legem desiderat, & fiat, nec'ne nihil refert: id verò quod operario qui sua caussa laborarit, tribuitur, & debitum est, & ab opera flagitatur. Nunc Deus nullius opis indigus est; quod ipse bonum erogat nobis, omne gratuitũ est, itaq. nulli tempori est obnoxium; pręstat, cùm libet; nihil ipsi necesitatem imponit. At mihi videtur ille qui hæc profitetur, non sanè actionem à tempore vindicare; sed à certo tempore duntaxat: esto.n. ꝙ faciat, cùm lubet; at quandoq. facit, & est ea notio, seu voluntas, vt nunc faciat, tametsi in alio nunc facere potest aut ét non facere: ac si in hoc nunc faciat quod antea facere noluit, voluntas necesse est hoc ipso nunc terminetur, ita vt non alio nunc: sic cùm velit facere nunc quod ante noluit facere, caussa præsto sit oportet quæ è non faciente facientem faciat. Sequitur etiã vt caussa sit diuina facultas: nam sicut artifex qui nihil omnino faciat, frustra est: ita continget maiestati diuinæ. Esto.n. ꝙ voluntas in homine libera sit,

vt

vt etiam hoc non agat, at dum hoc non agit, aliud agit, & quod non agit hic, alius aget, aut agit. Quòd A simul agat Deus (potest.n. non agere) quia quod ipse agit vniuersum est, nec aliud quicquam præter illum aget, vel agetur. Itaq. facultas illa tantum abest, vt eadem sit cum actu, vt frustra penitus sit futura. Ergo non ab antiqua, sed à noua voluntate nouum proficiscitur. Iam verò quod afferebat Philoponus, vbi fiat transitus è potestate secunda in actum secundum, nullam extare mutationem, quàm verum sit & docuimus libro 3. & Aristoteles ipse commonstrat 8. Phys. nanq. mutatio pertinet ad efficiens, si non per se, saltem per accidens, quandò obiicis mutatio necessariò præcedit; itaq. motus est ante motū; & habitudinis mutatio consequitur quæ inter efficiens & patiens intercedit. Et id quod ab animalis ortu sumebatur, facilè tollitur. Nam dicimus animæ substantiam in genitura contineri, & aquea parte difflata & euanescente remanere, quæ postmodò in sanguine menstruo comprehensa materiam sibi parat, & corpus, & organa fabricat quib. vtatur. Neq. illud item eos dissuadere debebat quod accipiebatur ex ordine caussarum & affectuum. Scire.n. licet in effectuum caussarum generalitate ordinem ita esse ponendum, quod vbi è diuerso caussarum genere pendeant: primus effectus ille sit, qui proximè pendet ab vltimo fine: at vbi caussæ eiusdem seriei spectentur, quatenus vna remotior est, altera propinquior; id quod pendet ex eo quod in aliquo genere caussæ primum est, etiam primus effectus habetur, veluti elementa, quę proximè producuntur ex materia prima. Est & ordo quo hoc ex hoc fit, quia B post hoc, vtputa, si homo è semine, semen ex homine; rursus alimentum, ex elementis per compositionem, elementa rursus ex alimento per dissolutionem; necnon nubes è pluuia, è pluuia nubes, qui ordo conuersioni similis est, in qua nihil prius est, aut posterius; vnde etiam docet Aristoteles in huiusmodi progressu contineri infinitatem: Præterea mundi generatio fit secundùm partes, non ex tot, & dum hoc fit, aliud alibi interit, dum hoc interit aliud, alibi generatur. Quapropter vbi opponunt, aut ad primum esse veniendum; quod ex nihilo factum sit, aut abitionem in infinitum esse processuram; concedit hoc postremum Aristoteles & infinitatem in hoc progressu ponit non secus atque in motu circuli, qui remeat idem, de quo plura nob. antea dicta sunt, qua de ortu rerum ageremus. Nulla ergo, si Aristotelem audimus, nouo consilio tam præclari operis inceprio. Nanq. hæc omnia, si Peripateticorum via placeat insistere, exitum facillimè inueniunt: eoq. maximè, quod ab eo, quod ex nihilo fieri quicquam sic abhorruit ea disciplina, vt quasi in hoc tantum conuenerit inter omnes, quos physicos antiquitas appellauit, vt sine vlla dubitatione transierit in axioma: nec aliud physicè credi poterat, hoc est, in ea doctrina, quæ naturalib. virib. comparatur: ob eamq. rem defendunt Deum prorsus immutabilem esse, & ab eo per essentiam suam agente cęlum & naturam ab æterno pependisse, & vniuersam mutationem cęlo imprimis inniti, deinde per cęlum motus obliqui interuentu per cætera pertinere: nam fiunt ex C materia, quæ item nec oriri, nec interire potest, & ex ea primum elementa, post mixta inanima, & viuentia ad extremum. Hæc igitur fuit opinio Peripateticorum de illo theoremate quod à Deo nihil noui proximè proficisci posit. At verò ita'ne viro pio credendum est? absit, nec desunt etiam machinæ quibus tantus hic conatus refringatur. atq. vt cuncta, vt fas est, ab initio repetantur, statuamus imprimis ea principia quæ tametsi non nisi fidei lumine instructis sese patefacere puto: nihilominus ita perspicua, per se, & fide digna sunt, vt nec iis refragari liceat, neq. contra disputare; atq. horum ope obiectorum fallacias detegamus. Hæc igitur omnium prima constantissimaq. principia. Deum O. M. cuius mens & immensa bonitate, pariq. virtute, & supremis cogitationib. plena est, mundi creationem ab æterno ad certum temporis initium concepisse, & ita cogitantem, atq. volentem mundo, motui temporiq. dedisse principium, nullaq. materia præcedente, vel mutatione quæ pertineat ad ipsum, è nihilo mundum creasse per effusionem quandam, veluti Sol cùm extra se lumen producit vt quasi, quod in ipso formaliter inerat, ex ipso erumpens per materiam constitueretur; & ex illa effusione rei forma quæ in mente diuina continebatur, extra mentem sibi vnà materiam fabricasse, atq. substrauisse. Ita voluntatem æternam, sed mundum à quodam initio conditum. Hæc quidem altiora sunt, quàm vt ea nos humi strati suspicere posimus. Nanq. omnipotentiam mens humana vix concipit; idcirco mutationem pertinere putat ad efficiens, & dum ita efficit, id vt tempori obstrictum complectitur. Quamobrem in D eo labitur, quod naturam præstantissimā ex ingenio nostro iudicare audet, & id sæpe reputat bonum, dū sublimes Dei cogitationes non attingit, quod excessæ illi menti longè secus videri posset. nam bonum nos appetimus nostrapte natura quod secundùm naturā sit futurū, & quod bonum concipimus, statim expetimus, & id protinus, vel assequi, vel prębstare vellemus, ac siquid moræ interponitur; id rerum ordini sic postulanti datur. At verisimile est diuino consilio quippiam nob. apparatum fuisse quod sit supra naturam. Proinde quemadmodum hoc bonum naturæ ordinem transilit; consimili etiā consilio mundū aliquando extitisse dicemus. Itaq. quod accipitur optimi esse carere inuidia, & communicare bonitatem suam; si id perpetuò præstari posit, perpetuò præstandū: optimè quidem se habet secūdùm naturā; sed sublimius quid spectanti non optimè. Illud aūt, quod transeat Deus creans de potestate secunda ad actum secundum; ideoq. mutetur. Ego sic diluam. quod agens illud quod per notionē, voluntatemq. producit & ex seipso promit; si notio, & voluntas perpetuæ fuerint; non immutari, dùm res ipsa producitur: nanq. manet eadem forma in mente & appetitu, modoq. præstantiore, quàm sit extra mentē: addo verò formæ perpetuitatē, quod vereor ne noua notio, nouaq. appetito sine mutatione fieri posit: eoq. minimè pertinet ad Deum ea traductio de potestate ad actum; quia finis ab æterno conceptus, & expetitus est ad illud initium, vnde res ipsa, quasi per sequelam emanauit; & veluti si lucente Sole, nec tamen illuminatio fieret, quia perspicuum non adesset; fieret aūt, si extaret perspicuum, mutatio quidem

dem

dem non ad solem, sed ad perspicuum pertineret: sic de mundo condito, deoq. condente dicamus. idque potissimè valet in illud agens, cuius actio neq. contrarium habeat, quod resistat, neq. pendeat ex materia quæ cum potestate semper, & repugnantia coniuncta est. Quoniam verò mirum Peripatetico videri possit finem quempiam, seu formã rei quæ sit à Deo diuersa, concipi ab ipso, non planè argumẽtis necessariis, meo quidem iudicio, confectum est, sed in quadam probabilitate versatur: nanq. ab iis quæ apud nos humanitùs eueniunt, ipsi de reb. diuinis iudicium ferunt: neque.n. alium præmonstratorem, q̃ sensum & experientiam sequuntur: at multò plus videt Theologus: ideò cæterarum rerum notitiam non repellit à Deo. Neq. illud officit, ꝙ esse cognitum in Deo cum illo penitus idem sit, vt inde persuaderi possis, mutationem quæ ad rem creatã pertinet, etiã Deũ quoquo pacto tentare; quapropter falsẽ per accidens existat in Deo mutatio, siquidem maneat eadẽ notio, idemq. appetitus assiduè, ex quib. extitit olim mundus, & adhuc conseruetur; eiq. hoc simile est, quod cũ sit terminus cuiuspiã mutationis quæ in alio facta sit, aliud fit, non sanè per mutationẽ, sed per nouã habitudinẽ, quæ quidẽ alio fundetur; illo verò termineтur & finiatur: à quo & Deum neq. etiã Peripateticè excipiendũ puto: neque.n. à terminis relationis omnino segregatur; ꝙ ad ipsum reliqua omnia referuntur, cũ quibus tamen eius habitudo non reciprocatur. Iam verò quod vereris, velle hoc pro certo instanti, ne cũ temporis notione sit, & cùm conceptione motus, non vnicum exitum apud diligenter aduertentes inuenire possit. aut.n. dabimus motũ, & tempus in mente diuina fuisse formaliter, quæ postea reipsa explicentur in mundo; neq. ob id eiusmodi notiones habendæ sunt, vt motus illius mentis, quemadmodum in nob. sed actus quidam indiuidui, & qui simul ex toto consistant, ab omni temporis conditione segregati. Neq. credendum est notiones in Deo per motum subsistere, velut in nob. quandò in ipso ab æterno sunt, nec ex materia pendent, vt cuiuspiam seuocationis indigeant quæ necessaria apud nos est; cùm rerũ essentiæ vel sint in materia sensili, vel ope materiæ sensilis penetrent ad mentem nostram. quare prius à sensu per sensiles qualitates accipi debent, deinde à phantasia, postremò à mente secretis indiuidui conditionib. Aut etiã aliud esse dicemus, siquis annum pronunciet seorsum, & in anno aliquid actum fuisse doceat: vtroque.n. modo sensus & motus exprimuntur, sed in posteriore locutione mutatio notatur in subiecto quæ ad certum tempus producitur: in priore verò tempus simpliciter includitur, vt nota formæ cuiusdam, quæ per se partiri non possit; sed in vnum quasi coacta sit à mente, quo simplex essentia continetur: sic igitur in Deo præcedere fatemur speciem temporis & motus, & essentiam, quæ sit in mente, non affectionem, quæ cum motu extendatur. Et quod opponitur ex Aristotele; quoniam habitudo mutaretur inter efficiẽs & effectum: id verò neutiq̃ euenire dicimus, nisi quippiam aliud antecesserit mundi creationi: cùm ante mundum nil fuerit, quod Deus ipse respiceret, vt aliud postea respiciens, aut alio modo habitudinem immutaret. Et quanq̃ mutatio quædã videri possit; quia nihil antea produxisset, posteà verò mundum crearet: at in eo quod creatum est, mutatio ponitur; quippe ꝙ prius non erat, postea fuit, habitudine innouata in mundo quæ Deo terminatur; nec villa variatio Deum attingit, quia per eandem notionem & voluntatem, quæ fuit æterna, mundum in illo temporis puncto creauit. &, mea quidem sententia, quæ tum mea prorsus erit, si cũ religione cõsentiat, vt spero; Aristoteles statuens generationem quæ fit ex materia; nullam mutationem dare potest quæ sit prima simpliciter, sed perpetuò pendens ex motu, nec nouam habitudinem sine præcedente; ꝙ materia semper aliquam præsefert habitudinẽ ad efficiens, vtpote patibilis potestas ad actuosam; sed posita creatione sequitur habitudo noua, & existit mutatio prima, quæ idem est cũ primo esse rei creatæ: nec habitudo variatur ex illo, ꝙ antea nulla foret habitudo, postmodo existeret; siquidem ea prorsus nihil esset. Itaq. nulla habitudo, neq. etiam natura præcedit creationi, quandò non habeat, quo fundetur. Hæc igitur habitudo variatur, vbi agens ex materia producat, ꝙ aliter materia se habet ad agẽs ante q̃ producat, & posteà cùm producit: & de hac habitudinis immutatione loquebatur Aristoteles, quam semper ex materia generanti anteire oportebat: cuius nunc nulla necessitas vrget, cùm creans, ꝙ solus Deus est, ex materia non efficiat. Et caussam illam recipimus, ꝙ non ab æterno produxerit, quia sic agere præstiterit; quanuis lateat nos, cur ita sit, & maioris id consilij fuerit, q̃, vt mens humana, aut natura ipsa consequi possit. Ita igitur non sine caussa, atq. illa quidem principe, vtpote quæ sit finis, creationem extitisse dicemus: quib. item addemus hæc. Si creatio datur; necesse item esse sit primum esse simpliciter, quod in generatione cum postremo non esse coniunctum fuerat. Atq. hæc ad Aristoteleos pro nostro munere satis dicta sint: nam reliqua peritioribus dicenda relinquimus. Redeo nunc ad Aristotelem.

Vtrùm motùs animalis fiat ab externo, sit'ne prorsus internus. Cap. IX.

TERTIA quoq. ratio princeps dissolui potest: neque.n. absolutè verum est, motũ omnẽ in animali fieri ab interno principio. quare neq. absolutè dicere licebit hunc motũ cepisse sic, vt nullus alius ei præcesserit. Præterea neq. ille etiam, qui videtur internus, sine quodam alio motu potest obiri; ita vt quemadmodum testabatur Auerroës: tametsi motus ille internus apparet, id ex ea caussa proficiscitur, ꝙ lateat mouens. Et quantum attinet ad primum. In animali geminæ sunt species motus: altera quidem est alteratio quæ nascitur à primis qualitatib. [a] quandò animal ipsum è quattuor elementis conflatur: ea verò naturalis est; atq. altera quam progressum appellamus, quæ conuenit animali, quatenus constat ex organis, & animal est: nanq. animal à cæteris sensu potissimũ, motuq. separatur: manifestum

[a] 7. Phys.

A manifestum verò est alterationem in animali fieri ab externo; siquidem fiat ab ambiente, quod frigore nunc, mox calore vim habeat afficiendi corpus nostrum inuadendo partes congenitas atq. connexas, hæ verò sunt sensuum instrumenta, quæ rerum species delatas per medium inprimis accipiunt, itaque supponitur illi motui mutatio quædam in ambiente. Quare si quis est motus in animali, qui sine aliquo motu præcedente cœpisse videatur, est vnus progressus. Sed quid vetat mediusfidius hunc item ab alio fieri? immò necesse est, vt etiã si animal è somno exurgat, nihilominus non ab absoluta quiete id faciat, sed præcesserit etiam phantasiæ motus & appetitus, quæ immutantur ab ambiente, quod habet vim obiiciendi sensib. imagines & simulachra rerum quæ cùm boni, maliúe specimen præseferant, phantasiam tangentia, desiderium excitant in appetitu persecutionis, aut fugæ. Præterquã quod ad id, vt appetitus & phantasia suo munere fungantur; alius etiam motus requiritur. in somnis.n. quiescit, vtraq. facultas; aut si quod est officium phantasiæ, valde imperfectum est, & obscurum meatib. obstructis, per quos spiritus, quæ sunt animæ instrumenta, deferri solent: quare, si debeat animal agitari, necesse est exobstruantur: quod sanè fieri neutiquã potest sine ope caloris attenuantis, rarefacientis, & dissipantis humores illos crassos qui intercipiebãt meatus. Est igitur in animali quidam motus ante illum qui ab interno fieri videtur. Sed vtrùm motus ille perpetuò præcedat nec'ne, dubitauit Simplicius, quòd hic etiam motus in nob. esse quandoq. videatur, vt ex memoria & spe, quæ nos certè miris agunt modis, & multum valent ad officia quæque præstanda. quin & vbi expetamus valetudinem quæ manet in nobis,
B nulla motio extrinsecùs antecedit. An etiam motiones istæ fiũt ab externo; quippe quòd memoria & spes sint phantasiæ quædam, quarum omnium sensus est initium cuius officium sine organi affectione nullum penitus est, longeq. prius alteratio quæ fit ab ambiente, vel per se, quando.s. operatur per proprias qualitates, velut aër calefaciens, & aqua refrigerans; vel quatenus medium, quod habet vim deferendi species rerum sensilium quæ segregantur ab obiectis. Rursus valetudo quæ exoptatur, aut aliunde est, vt à medico aut pendet ex alio, velut ex cibis, aère & motu, aut certè inest in partib. ab ea secretis quã appetitus sedem facimus: nanq. appetitus existit in primo sensorio; valetudo verò est instrumentorũ. Neq. tamen, etiã si primæ motiones à continente vel per se, vel per accidens in homine pendeant; ob id cogitur humana voluntas. Et quanuis ex his quæ nuper demonstrata sunt, aliqua suspicio possit hærere in animis nostris, tum etiam ex iis quæ Aristotele approbante poëtæ testantur, dicentes è re nata sapientiam augescere mortalib.[a] vt humanam voluntatem cogi posse credamus. Ita.n. scripsit Pyrrhon Eliensis. Τοῖς ἀνθρώποισι νόος Γλαῦκε λεφθίνε ὦ παῖ γίνεται θνητοῖς ὁκοίην ὁ Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει. & sapiens ille vates afflatusq. diuinitus cecinit. Diem diei eructare verbum, noctemq. nocti indicare scientiam. Quin etiam, quia quod primum est in genere quodam, caussa est eorum, quæ ex ipso sunt; motus autem cælestis omnium primus esse probatur; necnon, quòd cæli motus adducit & abducit obiectum, vt calorem & frigus, vnde valetudinis ergo mouemur ad assumenda, aut deponenda vestimenta, vel ad cælum mutandum: tamen & ex iis, quæ de cõtingentiæ vi quondã à nob. disputata sunt, & quæ posthàc de initiis actionis humanæ docebimus, statuentes aliqua non necessariò fieri; sed in nobis esse posita, ad ea quæ contrà dicuntur, hoc modo respondebimus. Nam damus quidem, cœlum res sensiles offerre quæ phantasiam, seu mentem sub specie boni maliúe, iucundi vel molesti cõmoueant; cùmq. bonum sit duplex verum.s. & apparens, & in homine geminas facultates offendat, rationem & appetitum brutum, concedimus esse quidem cælum caussam mutationum quæ fiunt in nob. neque certarum tamen ob repugnantiam dictarum facultatum, vt hoc ex illo necessariò consequatur: quanquã sæpe contingit, vt propter diuersas affectiones, quas incutit nob. & variis quoq. modis, aliàs quidem superficie tenus, nonnunquã interius, animũ afficiat potius ad hoc, quã illud appetendum, vel repudiandum nec propterea tamen cogitur voluntas; vt etiam si æstate perturbemur à calore, & pleriq. vestes deponant, at miles in æstu quoq. cũ armis iter faciet, nec eas abiiciet, & quanuis æstu vrgente ad eas exuendas incitetur; superante tamen ratione, quæ ducitur ab imminente periculo vel hostium, vel doloris laterum, vestes tolerare constituet; cùm cæteroqui, si sensui cohortanti obsequat', eas depositurus sit. Ne-
D que id conuincitur ex 8. Phys. si locus diligenter exploretur. Nam differitur de motu generatim, quẽ etiam animã nostram tangere confitemur, & ab alio quodã præcedente fieri, quicunq. ille sit, qui fiat in ipsa, & à quocunq. ẽt alio fiat; quem tamen certum fore negamus. Atq. ea quæ Aristoteles approbare visus est à poëtis accepta, ex aliorum sententia, non ex sua pronuntiata sunt. Primum verò in genere quodam eorum esse caussas quæ ab ipso sunt; fatemur quidem, sed non simpliciter, neque speciatim & definitè, sed indefinitè, & generatim; ideoq. & motum in animo, quicunq. ille sit, à cæli motu quodãmodo pendêre volumus; sed hunc aut illum certum, verùm equidem non esse credimus. Sic ambiens ipsum facit, vt appetitum voluntatemq. mutemus, ac subinde variemus actiones: at non propterea statuimus hominem ab eo cogi: quoniam ob aliud appetendum quod sit efficacius, non obsecundare possit iis quæ nob. offert cæli motus, & facilè obstare, necnon contrauenire: vnde etiam facilè euitantur influxus illi quos astrorum virtuti tribui scimus. Cæterùm nos hæc omnia copiosissimè suprà: quoque nunc lambimus, quo ad instituta ratio postulat qua reuocari potuit in dubium, vtrùm motus ille, qui fit in animali, sine alio motu fieri queat, vt ante ipsum motus non extiterit, an potius ex alio consequatur.

[a] 2. de sen.

Humanarum

Humanarum actionum primordia vestigantur. Caput X.

AT verò quoniam de motu animalis aliqua constituta sunt; nec differt motus ille quem in hoc libro tractandum suscepimus cum motu animalis, vt ea quæ consequuntur certius cognoscantur; non erit ab re, si etiã hoc loco de principiis illius motus quem obeunt animalia, breuiter disputemus: longior.n.& accuratior disceptatio pertinet ad libros de anima. Quoniam verò constat homo è duabus naturis, quarum altera cum bestiis sibi communis est, altera verò aut sua ipsius propria, aut sibi communis cum beatis mentibus,& cùm corporib. æternis;hominem ante oculos nobis ponamus, in quo etiam vtraq. natura,tum bruta,tum mentis capax nobis sese ostendet.Hinc verò ducetur exordiũ nostræ tractationis.Nanq. omne quod mouetur,aut quippiam agit, id duab. de caussis efficere solet, primo quidem,vt finem quendam assequatur,quo adepto terminum imponat suæ motioni, neque.n. veluti temerarius quidam Bellerophon,id quod mouetur,aliquid vnq̃ aggreditur,cuius finem sese adepturum non speret,si secundùm naturam operetur, neq. præter naturam affectum sit,vt et coactum: nanq. insanus,aut æger ea quoq. aggredietur,quæ fieri nequeant;neq.deorsum præcipitabitur nisi inuitus.Altera verò caussa est,quoniam agitur à mouente: hoc aũt est ex eo genere quod appellamus efficiens,& propriè principium,vnde motus: inter quas caussas ea nunc differentia ponatur: quoniam id,quod mouet tanquam finis, manet immobile, & incutiendo sui cupidinem propter bonitatem quã præsefert,seu veram seu simulatam, facit, vt appetens agatur ad ipsum consequendum: neq. item ab alio quoquam perficitur: optimum.n.est,& optimè se habet; sed contrà perficit ea, quæ mouentur. quod autem mouet tanquam efficiens,in mouendo non omnino manet immobile, cùm aũt inter mouendum moueatur,vt si materiam cum passo communem obtinuerit,aut etiam moueri posit: simpliciter afficitur ab eo quod assequi cupit,quo etiam adepto perficitur: eius.n.gratia mouet; & instituitur ad aliud,& agit,quia non bene affectum,vt melius sese habeat. [a] Ita igitur animal &,vt in proposito persistam,homo ipse duas habet suarum functionum caussas, finem scilicet, & efficiens: cùm verò constet homo è duabus naturis ex bruta, & rationis compote, & vtroq. modo moueatur, tanquam brutum,& dum vacante mentis officio vel ob infantiam,vel morbum,vel ebrietatem,agitur à phantasia,atq. etiam à ratione,quando iam perfectus est,& bene se habet: etiam verisimile est efficiens, & finem esse duplex:alterum quod phantasiæ respondeat,atq. alterum quod respiciat rationem. Pars illa certè quæ ratione caret,sensu prædita est,quæ item quia nobis notior est,quàm ratione vtens, priore loco considerabitur.Illi opponitur forma aliqua sensilis, quemadmodum visui color: ita verò mouet color videndi facultatem,aut sensum,quatenus color,aut cum alio quod item visile sit,sed per accidens,vt si spectaretur eminus album quoddam,atq. inde iudicaretur illud esse Socratem. Sicut igitur sensus copulat has duas rationes albi.s.& Socratis;sic etiam hęc duo simul iungit colorem,& iucũdum,aut molestũ pro habitudine formę illius ad instrumentum; illum quidem iudicando gratum & amicum;alterum verò insuauẽ & infestum,siue fiat illud iudicium à visu, siue etiã à sensu cõmuni per visum,nil referat in præsentia;atq. vbi iucundũ ipsum experiatur,promptè ꝑsequitur, vbi contrà molestũ,refugit audacter.iucundum verò nunc illud interpretamur,quod natiuam instrumenti dispositionem conseruat,aut reparat absentem;quòd verò ad eam quæ præter naturã est,agit instrumentũ: hoc molestũ est,& insuaue. Et quanq̃ vniuscuiusq. sensorij peculiaris quædam temperies est quam conseruari oportet,& adest forma illi familiaris quæ vim habeat conseruandi;cum sensorijs omnib.tactus supponatur;inde est,vt iucundum & molestum in tactu maximè obseruentur, & deinceps in gustatu, cùm & ipse tactus quidam sit. Ex hoc efficitur, vt in hominibus illis quorum ratio non dum bene fuerit informata;affectus illi qui pertinent ad intemperantiam,oĩum efficacissimi sint. Ergo iucundi,molestiq. iudicium compositio quædam est plurium imaginũ quæ vni eidemq. sensili comitantur; sed ꝙ iucundum sit hoc,aut molestum;quia ducitur à natura sensorij, nullus error cõmittitur in eo quòd iucundum,aut molestũ: vtilia noxiaue sint,quæ offeruntur, non perspicit sensus;altioris aũt facultatis,& longè prospicientis id officium est: quapropter est et in eo ꝙ peccet. Nã sicuti sensus in apprehendendo colore non decipitur,sed in eo,ꝙ hoc album sit Socrates; ita et ꝙ hoc iucundum sit,cognoscit;ꝙ verò vtile,aut damnosum sit,non facilè iudicare potest,& planè cæcutit. Quod hactenus de sensu decretum est,mirificè etiam quadrat in intelligentiã nostram;quando & ipsa res quæ sub eam cadunt,& seorsum concipit,& prętereà componit,& quemadmodum plures notiones simul iungit,ita rem hanc, aut illã cũ boni,aut praui ratione comprehendit: vsq. adeò, vt bonum & prauum ita se habeant ad intelligentiam,veluti iucundum & molestũ ad sensum. quamobrem sicuti iucundũ vim habebat cõseruandi sensum;molestũ verò deprauandi;bonum itẽ obtinebit facultatem tuendi rationem; malũ contrà corrumpendi: quare ex bono voluptatem illã capiet quæ vera est,in qua humana beatitudo collocatur. Verumenimuerò ꝙ boni duplex est ordo,siquidem primũ sit bonũ quo dirigitur omnis actio nostra,hic verò Deus est,& id quod instituitur in ipsum per quod succedit consequi primũ,nec non voluntas per se ipsam spectari potest,atq. etiã quatenus implicata cũ facultatib. sentientib. tametsi per se ipsam adspirat ad primũ bonũ(est.n.naturale cuiq. facultati vno determinari,eodemq. suopte impulsu contendere) tamen efficitur aliquando, vt propter aliorum societatem nec Deus ipse talis habeatur,sed pro eo aliud quiddam,nempe re amata potiri,possidere diuitias; efficitur etiam,vt quod ordinatur ad illud,cum eo non sit necessariò connexum;propterea nec eò contendamus.quod est primum bonum,nec eo contendentes assequamur.Ita.n.hîc euenit,vt in ratiocinatione contingit. Nam cũ mẽti

nostræ

[a] 12. p.p. T. 55.

nostræ obijciantur prima principia,& conclusiones; ad prima quidē principia naturaliter fertur, atq.
A illis assentit,mox iis quæ necessariò consequuntur ex ipsis,atq. adeò,vt si non assentiat his,cogatur itē non assentire principiis. Quòd si aut non sit aliorum necessaria consecutio, aut ea non cognoscatur à nob.& dissentimus,& decipimur. Ergo quemadmodum sensus specie recti quandoq. decipiebatur,ita ēt ratio falli poterit. Cū igitur bonū suapte natura sit appetendū,& proinde finis actionū nostrarum, ex his facilè colligere est,quod nam sit id quod agit hominē,tanq̄ finis. Nam quod ad rationē spectat, ipsum bonum est,quod verò ad sensum,est iucundum:aut ēt his contraria, sed illa excitabunt ad ꝓsecutionem,hæc verò fugabunt. Ceterùm quemadmodum in formis ipsis duæ sese rationes offerūt quas aduertamus: altera qua cum sensum,tum ēt mentem afficiunt, atq. altera qua hominē alliciunt,& inuitant,aut contrà arcent,& repellunt: duæ quoq. facultates numerantur quæ pro ratione geminę huic formarū rationi respondeant. Prima quidem natura cui rerū illarū iudiciū demandatū est quæ cū versetur in notitia rerum sensilium,sensus appellatur;altera aūt mens,cuius item officia duo sunt, alterū quidem spectandi rerum essentias,quod contemplatio vocatur : & alterum conseruandi naturam humanam quod actio dicitur : altera verò quæ nominatur appetens,de qua generatim antea disputatum est,atq. ostensum eo nomine significari propensionem ad bonum, & perfectionem quam certè omnia suaptè natura percupiunt,& priuata quærunt. vbi assecuta sunt, volunt conseruari, conseruantur autē
B ex eorum præsentia quæ sunt secundùm naturam,& absentia eorum quæ præter naturam. Idcirco sic definiuit appetitum Aristoteles facultatem qua sectamur, aut vitamus id quod est secundùm naturā, aut quod eam corrumpit. Nunc quoniam Deus solus inter omnia supremum sibi gradum perfectionis vendicat,quin est ipsa rerum omnium perfectio,& consummatio, nulliusq. rei, quæ extra ipsum sit,indigus est,in eo quoq. appetitum excogitare difficile est, aut siquo pacto potest in eo poni appetitus est sui ipsius duntaxat,quia solus seipsum explere potest.quapropter etiam cuiusq. mutationis expers est.quam neq. appetens vel Arist. auctore vitare potest, ab omnibus autem aliis est appetendus. Nanq. esse appetens,aut appetendum complectitur omnia genera rerum :[a] idcirco in omnibus aliis inest præter ipsum,quæ quoniam aut imperfecta sint, aut quòd summam perfectionem nō fuerint adhuc adepta: vel quia non acquiescant ei quam obtinuerunt,idcirco appetunt. Hic propemodum infimus est in materia,quæ cùm per se sit informis,omnib. formis se cupit informari.secundus gradus est inanimorum qui est ad conseruationem proprij loci quem per motū assequuntur, si carent,si iam possident;ibi manent secundùm naturam,neq. inde, nisi vi illata queunt abstrahi. Tertius gradus est plantarum qui ad propagationem speciei contendit; & quoniā omnes isti appetitus sine cognitione sunt; vocantur etiā naturales: etenim sine cognitione natura operatur auctore Philosopho.[b] Adest præterea appetitus animalis,cui cognitio supponitur,qui eò cæteris nobilior,atq. perfectior est,quò substā-
C tia ipsa appetens sublimior est,atq. præstantior : summi boni appetitus in beatis mentib. optimus est, & ille quidem in intelligentia manet,in qua sanè re Deum adprimè imitantur: cùmq. optima sit ea vitę conditio,vt in melius transire non possit,semper eundem seruat tenorem. huic succedit appetitus, qui comitatur corpori cęlesti,qui item in eo positus est,quòd cęlum Deo simile reddatur,quantum fieri potest,intelligēdo'ne an per naturam,posteà tractabimus;sed planè motu ipso qui est modus quidā imperfectior imitandi,quandò est imitatio rei prorsus immobilis per motū;veruntamen inter imitationes rerum corporearū optimè conditionis : quandoquidē ea quoq. perpetua functio existit,nec cum vlla loci mutatione. Proximè ab hoc est appetitus humanus,qui duplex est,& brutus,& rationis particeps,postremus brutus ipse per se est qui solum spectat voluptatem & dolorem,atq. id quod secundùm naturam est, aut præter naturam corporis ipsius. Sed missa bruti speculatione seorsum : nihil.n. ad hoc tempus,de coniuncto dicamus posthac,& eius functiones sedulò exponamus: nanque hoc est huius scriptionis ac temporis.

[a] 12. Met.

[b] Lib. de spir. c. vlt.

Quemadmodum motiones in homine obeantur. *Cap. XII.*

D HOMO ipse,quemadmodum constat è duab. partib. appetitu etiam præditus est, qui licèt sit ꝓpensio quædam naturalis ad suam perfectionem;attamen & ipse geminus est: aut.n.positus est in mente,qui Græcè voluntas dicitur à consilio βέλησις ἀπὸ τῆς βουλῆς.quia.s.cogitatione & consilio innitatur,Latinè quasi dixeris à voluendo; quia multa cogitando voluantur atq. hæc bonum suaptè natura intuetur; aut etiam manet in sensu, qui ad iucundum prorsus propendet, cuius item partes duæ sunt,ἐπιθυμία, cupiditatem Latini appellant,quæ est appetitus rerum,quę pertinent ad corpus,cibi venerisq. & illorum deniq. in quorum vsu moderato temperantia versatur : & θυμὸς, animum ego voco,qui solùm in perfectiorib. reperitur.est autem appetitus quidam exuperantiæ,in cuius item vsu tēperato positæ sunt reliquæ virtutes morales.Homo igitur cum duab. istis naturis consistat, necesse itē est,vt aut alteri,aut vtriq. humanarum actionum origo, tanquam efficienti tribuatur : atque id modò nobis spectandum proponitur.In primis igitur perspicuum illud est,actiones omnes ad singularia pertinere quæ quidem per se tentant sensum; inde per phantasiam ad mentem vsq. diffundunt suas imagines,quæ ab accipiente facultate phantasmata nuncupantur,eaq. cum boni,maliúe specie præsentantur: hinc persecutio & fuga : ita,vt mens illud boni maliúe concipiat quod in phantasmatib. inest; & postq̄ de illis iudicium tulit,homo ipse ad assequendum,aut declinandum excitetur; neq. solùm mēs vtitur ipsa phantasia,vt id iudicet quod instat tunc, sed vt etiam quodam pacto de bono illo maloq.

quod nondum sese obtulit sensibus, argumentetur; quin coniuncturam faciat de futuro; & prout id visum fuerit, aut fugiat, aut persequatur. vtputa si noctu laternam ardentem cernam; hoc certe visu dispicio: cùm verò eam sic, aut aliter moueri videam, auxilio phantasiæ illam hostium esse percipio; hoc autem cognito statim instruo me ad propugnandum: de futuro verò, vt siquis oret me, vt sibi filium committam, vt in militiam proficiscatur, cùm incepero spectare, quid commodi, incommodiúe immineat, si mentis acie perspexero miserrimè belli vitã oppeti, aut duci in seruitutem: vtrunq. verò filio meo posse euenire, cùm habeam pro malo, non permittam: quòd si contra mihi sese obiiciat pulchrum esse pro patria mori; fines imperij latius propagari; & inde comparari summos honores; cùm id bonum videatur, vt militatum eat, concedam. atq. hæc totius consultationis origo est, considerare videlicet, quid ex eo sequatur, quod tu gerere instituens, quod in phantasia positum est, & prout id quod ex eo contingere potest, bonum videbitur, aut malũ, iucundũ, aut molestũ; ita exsequi cogitata, & aut aggredi ceptũ alacriter, aut ẽt abstinere sapienter. eademq. est via, & ratio, qua auferũtur impedimenta quæ negociis obstant, & consilia quib. illa è medio tollamus. Ex quo concludere perbellè possumus, mentem nullũ motũ in nobis excitare posse, nisi iuncta cũ phantasia faciat suum munus; & de hoc profectò admirabilis est concordia inter Peripateticos. Illud quidem apud vtriusq. philosophiæ proceres Aristotelem, & Platonem dubium fuit, vtrùm mens de qua vsq. adhuc disputatum est, sit principium motus necne: eam esse Plato asserebat, vbi iam foret in homine perfecto: nam pueris mentẽ prorsus negat vterq. Philosophus, aut actu saltem, aut vbi impediretur, & offuscaretur, quemadmodum in ebriis, & mentecaptis; tunc. n. nil operatur, sed phantasia duntaxat à qua bruta omnia generatim mouentur. Verumenimuero hoc falsum experimur in eo, qui dicitur incontinens: nam video meliora proboq. deteriora sequor, illa dicebat. Mens quidem hîc bonum illud esse iudicat: at appetitus brutus aliud iubet quod est illi repugnans. Superesset igitur appetitum fore caussam motus. At verò neq. ita prorsus est, velut in continente apparet, qui quidem appetit sanè, verùm se temperat, nec quicquam agit, quin etiã & mors vicinorum terret ęgros edaces, & intemperantes, eosq. cogit ab iis abstinere quæ febrem alũt, & fouent, & operam dare valetudini, demumq. medico obtemperare vnde & ita dictum est à poeta.

- auidos vicinum funus vt ægros.

„ *Exanimat, montisq. metu sibi parcere cogit.*

& ego in medio febris incendio frigidam cupiebam, mortis tamen formidine parcebam. Quamobrem dicimus, etiam si mens illa sit quæ iudicium ferat de re bona, aut mala, quam practicam vocamus; & quamuis illa semper aliquem finem respiciat extra se, quo differt à contemplante, cuius finis in ipsa collocatur, ex quo ij qui contemplationi vacant, ociosi vulgo putantur, per se ipsa tamen non sufficit ad exhibendum impetum, siue impulsum homini acturo: verùm neq. etiam sine mente aut phantasia, vbi aut absit mens, aut præsens impediatur, appetitus ipse solus motionem præstaret: ita dicemus vtrunq. principium simul operari, & esse necessarium ad efficiendam motionem. Neq. in hoc puto discordes fore Platonem & Aristotelem. Sed quod'nam è duob. hisce principiis actionum humanarum præcipuum sit, extat certè magna controuersia, cuiusq. exitus non facilè reperiri potest: hoc tamen mihi magis probatur, eo recepto, quòd tam mens practica, quàm appetitus ad quendam finem instituta sint; sed mens ad intelligendum, neq. tamen simpliciter vt contemplans, sed officij gratia; appetitus autem ad appetendum. Siquis aũt planè perspiceret vim eius quod appetendum est, qui verus est, & præcipuus finis motus, & actionis humanæ, cerneret apertissimè in eo vim vtranq. esse collocatam, atq. idẽ esse simul quod appeteretur, & sub intelligentiam caderet, tanquam ædificium, quod est ædificantis ipsius finis, sed vnà item est principium omnis eius ratiocinationis quæ de illo ędificãdo componitur, architectis quidẽ delineandi, & commodè disponendi partes ædificij, accersendi fabros & cemẽtarios; domino autem parandi certas pecunias. Cùm igitur idem appetendum sit initium mouendi appetitũ, idemq. inuentionis principium, ex hoc efficitur, vt mens practica, & appetitus ad efficiendum motum eo certè ordine conueniant, vt id quod primò mouet, appetendum sit: & cùm sui cupidinem incusserit nobis seipso potiendi, incitet mentem ad sui adeptionem obiiciendo media quæ ad ipsum comparandum idonea sint, & subministrando notionem illam, vnde initium nostrarum actionum sumi possit: ita vt mens agendo ministra sit appetitus. Atq. hæc Aristotelis expressa videtur esse sententia, cui subscribunt philosophi celebriores, & ad eius confirmationem adiiciunt duas rationes, meo quidem iudicio, magni momenti. Primam, quæ est huiusmodi. Id superius est, quod præscribit & præfinit quid, & quemadmodum agendum sit: sed id efficit appetitus, si cum mente conferatur; quandoquidem ingenium praxeos infinitum est, siue exitum respicias, siue etiam ea quæ ad exitum ipsum perducunt, ideoque non magis ad hoc, quàm ad hoc instituta. quapropter ad efficiendum motum eam ad certum quippiam apparari oportet, vt decernat quid agendum, & ad hoc magis, quàm ad illud conuerti: aliter epoche illa illuderetur, quam ambiguitatem Latinè dicere possumus, patrio verò sermone irresolutionem vocamus: appetitus aũt ille est qui præfinit, & in ꝓposito certo confirmat, cùm sic agere iubeat; quoniam placet hoc. idcircò nos accusantes homines incerti consilij, dicere consueuimus eos in contemplatione tempus insumere; quia tum agant per infinitam illam cognitionem, agendi autẽ voluntas absit. Altera aũt ratio talis erat. Quoniam melius erat bene esse, quàm esse solùm; mens verò est rerum, quatenus sunt; at appetitus, quatenus bonæ sunt: appetitus igitur est rerum meliorum, q̃ sit mens quòd si virtutes suam nobilitatem per scopum, & obiectum consequuntur; necesse est asseuerare appetitum longè meliorem esse, q̃ mentem. Hæc iam recitatæ sententię fauent. Verùm quia mihi videtur

A videtur hic esse punctus totius speculationis quę de mente practica existit, & magni certè ponderis in vniuersa methodo cum de anima, tum ēt morali & hac nostra, qua motus initia perquirimus, hic est, quod tantisper insistamus, & philosophemur: aliamq. rationē tuendi humanæ actionis initia ex Aristotelis placito colligamus. Dicimus igitur appetitum tam rationis participem, quàm brutum, nihil certè posse velle, ni prius id, tanquam bonum, aut iucundum fuerit conceptum; ad quod diiudicandum practicæ mentis opera, aut saltem phantasiæ requiritur, quæ cùm iudicandi facultatem habeant, appetitui subiiciunt appetendæ rei speciem, aut bonā, aut iucundā; & quasi dictant hoc esse bonum, malum illud; & id iucundum, aliud verò molestum; hoc agendum, illud prætermittendum. Cùm hæ rerū species obiectę fuerint appetitui; quoniam gratæ sint, aut bonæ, ipseq. suapte natura ad bonum, aut iucundum, tanq̄ ad suam perfectionē inclinetur; agitur; vt ipsum assequatur, & in eiusmodi fine acquiescat. Cùm verò finis hic extra ipsum positus sit, eget auxilio medij cuiusdam exterioris, vt eo potiatur: ideò se quodammodo conuertit ad mentem, eiq. iubet, vt apparet idonea instrumenta quib. cupidinem suā satiare, atq. explere possit, non secus atq. mea quidem sententia, faciant pater & gnatus: suadet.n. pater filio, vt litteris operam det: etenim esse bonum, quandò & vtile, & honestum sit; cùm diuitiæ per litteras parentur, & optimi gradus in patria per litteras sæpissimè adepti sint: excitat igitur in eo studium tractādi litteras, qui postq̄ amore litterarum inflammatus est, ad patrem se conuertit, & postulat, vt

B apparet libros, & cætera curet quæ ad id pertinēt, vt voti compos fiat, quia litteris operam nauare cupit: pater aūt ipse cum videat id à filio expeti, incipit agere ea quæ gnati studiis inseruire possint, & omnia deniq. præstat quibus eius desiderium expleatur. Siquis igitur acutius introspiciat hunc progressum, facilè quoq. intelliget ordinem qui inter mentem, & appetitum intercedit. quis.n. neget patrem imperium habere in filium, & quomodocunq. non imperare? siquidem monitio quædam species imperij sit. Sed quis ēt negare audebit initium huiusce motionis, & eiusmodi apparatus à filio proficisci? nam si filio studia non placuissent, pater aliò se conuerteret, & ipsum negligeret; nec quicquam aliud curaret quod ad studia pertinere posset. Verùm tametsi filius est, vnde initia agendi sumuntur, ipse etiam quieuisset, ni pater ipsi quæ opus sunt, apparasset, postquàm ad litteras inflammarat. Quocirca si regula illa vera est, id vnde origo, & fons motus existit, mouere potius, & principalius, ipse etiam pater illius motus auctor optimo iure putabitur, multoq. potior, quàm sit filius: ac totum consilium est prima illa actio patris: vbi iam ad actionem deuenire oportebit, erit filius caussa propinquior: ab eius.n. decreto apparatus omnes ad studia pendent: omnium propinquissima, cùm apparat, quib. ad finem assequendum opus est. Ita dicimus mentem practicam, aut phantasiam esse præcipua mouentia, cùm excitent in appetitu huius, aut illius rei desiderium; sed appetitus est propinquior caussa motus: nam

C mente ipsa ociante, nil appetitus approbasset, nec nisi approbasset, mens aliquid instituisset, quod etiā in caussa fuit, vt Arist. 3. de An. dissertorus de facultate motrice per quam impellitur animal ad motū; priores partes motus appetitui, non aūt menti demandarit: non.n. quicquam agitat mens, nisi inducatur ab appetitu, sed cogitat solū. Sic igitur de primis causis motus animalis in præsentia decernamus.

Enarratur ordo principiorum mouentium in animali. *Cap. XII.*

VERVNTAMEN & aliud in explicatione rei nostræ præstandum est, vt postquàm iudicium antecessit, & iam decretum est, quid agendum; doceamus item, quemadmodum ad actum secundùm facultas mouendi traducatur; vt iam vel partes corporis agitare, vel etiam mutare locum appareat animal, id verò ex illis, quæ multò antea constituta sunt, & quæ mox subiungemus, facilè intelligetur: segregantur.n. species à formis sensilib. & cùm diuiduè consisterent in subiecto, à medio citra materiæ sordes acceptæ in quo potestas existit, ad eas in obiecti præsentia conseruandas, immutant quoq. sensorium quod est eiusdem generis, & medium consimili alterationis modo, quousq. cum anima ipsa coniungantur, quæ extremum est, & quo tanq̄ in orbis centrum; vniuersa sensoria desinunt. sicut.n.

D centro vniuersæ lineæ terminantur quę à circunferentia directò ducuntur ad centrū; ita & omnia sensoria ad primum vsq. in quo, velut in arce residet anima, procedunt. Cæterùm species sensorio non modo affert alterationem illam, quæ perficit; verumetiam corrumpendo immutat, non sanè ꝙ qualitas quædam sit cui quippiam sit contrariorum, quæ radix est omnis interitus; sed quoniam eius habet ἐντελέχειαν, [a] vt etiam dum sensili absente adhuc in phantasia, atq. memoria conseruatur; vires easdē retineat: proinde & dum sensile præsens est, calefacit species & refrigerat, vel per se, vel per accidens, nil referat nunc, & ita variis modis afficiens animal, ipsi etiam motus exhibet innumerabiles. Ex hoc item efficitur, vt animal in absentia sensilis per phantasiam agatur, & ex memoria moueatur admirabiliter. Quæ quidem ratio mouendi, dum à specie proficiscitur, quatenus afficit organa sensus, reposita est à nob. in genere efficientis; quatenus autem exhibet statum naturæ contrarium, aut naturalem, iucunda, molestaúe, bona, noxiaúe cùm sit; expetitur, aut repudiatur; collocata est in genere finis: eius enim cōditio vna est, esse bonum, & expetendū: bonum verò est adipisci quod iuuet, & euitare quod noceat. Illa aūt commotio, vbi ad animā permanauit, iudicatur, & appetitui simul exponitur. Cū verò talis forma vim habeat immutādi primum sensoriū, ex eo fit, vt appetitio, mox animę excogitatio, siue ὁρμή, & impulsus ex imperio quod habet in formas, & instrumenta, suboriatur, & ab his motio proximè consequatur; nisi quid aliud efficacius impediat. Primum hoc sensorium est velut animal quoddam paruum, à cęteris partibus secretum, nec absolutè continuum, sed adnexum: quamobrem neque

[a] Li. de motu an.

eodē motu prorſus cum cęteris agitatur : quo fit,vt animal verè vnum non ſit merito materię,ſed actu E
in vnā partem per ſe mouentem , & alteram per ſe motā diuidat; vnum tamen ſit per copulationem.
Ex eo igitur ꝙ primum hoc ſenſoriū quod à cęteris partibus quodammodo ſeparatum eſt , à ſpecie per
animā afficitur, etiam conſtringitˀ aut dilatatur. Neq. verò te decipiat opinio fortè cōmunis,vt credas
eundē eſſe hunc motū,atq. eum qui efficit pulſum : manet pulſus etiā in motibus à ſpecie factis,ſed eſt
motus factus in extrema tunica cordis,in qua exiſtit ille alter motus qui diciˀ palpitatio, ꝙ verò cętera
inſtrumenta ſibi,vel proximè, vel per ſpiritus adnexa ſunt ; inde quoq. eſt , vt vnà cum ipſo agitentur,
&·ex certo partiū motu animal quoq. totum locum cōmutet. In eo verò motu præſtando plurium mo
uentiū ſeries intercedit : ſiquidem & ſpecies moueat,& anima moueat,cuius partes duæ ſunt, quæ ad
hoc ipſum munus ſpectant ; appetitus,& mens,ſeu phātaſia, & moueat itē primum ſenſorium ſpiritus
quoq. moueant & alia quædam inſtrumenta.Sed ſpecies ita mouet,vt in mouendo,& efficiendo mo
tū animalem,qua animalis eſt,maneat immobilis ; verum ſic vt ſpecies,hoc eſt,vt eius imago cuius gra
tia fit motus,ſed anima tali ſpecie informata, dum appetit,efficit motum,neq. tamen vt verè mouens;
hoc.n.non ſimpliciter,ſed coniunctū eſſe oportet,vbi præſertim forma ſit organica,& corporea, ſed ꝙ
ſpecies cōcepta,& experita vim habet immutandi ex neceſsitate partē illam primam,in qua reſidet ani
ma,ſeu ſit cor ſiue aliud principiū cuius magnitudo lateat,hinc per contactū quod efficiētium propriū
eſt,cōmunicatur motus reliquis partibus corporis,& proinde toti,quæ partes mouentˀ ſolùm,nec am- F
plius mouēt quicq̄ internum. Sed.n.non ſpecies,ſed anima dr̄ mouere, quandò nō ſpecies per ſe ipſā,
ſed quatenus concepta ſic moueat , itaq. animæ proxima vis mouendi tribuitur, cum prima & præci-
pua ſpeciei concedatur,ſed ea finis rationem præſefert : ac ſiquid aliud moueat, id extra animal exiſtit
quod vel παθητικῶς, ideſt,patibiliter immutans pro efficiente habeatur,vel vt bonum,malumúe co-
gnitum reipſa ſit finis,cuius imago eſt ſpecies,quæ iam eſt in anima.Atq. vt clarius & breuius omnia
tibi pandam. Accipe tria motus eſſe principia,mouens immobile,mouens quod mouetˀ, & quod mo-
uetur ſolùm : eæ ſunt corporis partes,ſed quod ad alia pertinet,memento duplicem eſſe ordinem mo-
uentiū,primum qui finis eſt,atq. alterū qui eſt efficientis,& vtriuſq. duo membra extare,vt quo,& vt
quod eo tamen ordine,vt primum quod extra eſt,ſit quod mouet,vt finis,veluti balneum,ſpecies eius
animo concepta vt per quod; mox in ordine efficientium,anima quæ eſt forma,per quod,vt quod ve
rò primum ſenſoriū,quod cōpoſitum eſt, & cui propriè tribuitur actio. Cùm etenim in viuente ſit du-
plex officium,alterum quod eſt naturale : nam conſtat oē viuens ex elementis : itaq. eſt obnoxiū per-
turbationi naturali:atq. alterū quod iam reſpicit animā : proinde Ariſt. illi motui qui fit à ſenſili, qua-
tenus hūi, ſupponebat affectionem naturalē,& in animali geminā poteſtatē obſeruabat:alteram quidē
quæ ab anima pullularet; & in homine participē rationis appellabat : alteram verò,quia corpore fun- G
daretur,rationis expertem eſſe volebat.cùm,inquàm,in viuente ſit officium duplex; etiam mouētium,
mobiliumq. ratio varia ſit neceſſe eſt. Nanq. in anima finis eſt ſpecies quoad tum aliquid externū prę
ſentat,quę tum mouet,cum tangit appetitū,& hucuſq. finis ratio deducitur : nam ſic afficit,& excitat
appetitum,quà boni,maliúe,iucundi,vel moleſti ſpecimen edit. Hinc ad efficientia peruenitur ; quo-
rum primū phantaſia,vel mens quæ τελεωτικῶς, & ambigua mutatione affecta formam cōmunicat
primo ſenſorio; ſecundum ab hac,vel per hanc cōcitatum primū ſenſorium,vel agens ſpiritus,vel par-
tes contiguas à proximis vſq. ad remotas. Quæ verò ſupra hæc mouent,cùm afficiant & corrumpant,
omni munere animi circunſcripto (nam ſic appetenda ſunt,quatenus animæ bonū, vel iucundum ali-
quid offerunt & præſtant) efficiendi ſanè vim habent , ſed naturaliter afficiunt ; & pertinent ad illud
potentiæ genus quod rationis expers habetur . Vtrum'ne verò quodā temporis interuallo , an puncto
partes extremæ concitentur,aliud certè negocium,veruntamen vt facilè tranſigi poſſe videatur . Nam
ſi per ſpiritus ille motus exercetur ; cùm & ipſi corpus ſint,licèt oīum mobiliſsimū; etiam tempore ali
quo moueantˀ oportet,ſed illo quidē tam modico,vt lateat ſenſum.ꝙ ſi per partes, vt per neruos obea
tur,quia continuæ ſint ; vnus earū motus eſſe poteſt ; ideo & in inſtanti vim illā cōmunicari non repu-
to abſurdum. Nam ſicut idem punctū temporis eſt quo initiū calami & extremū agitantur; ſic etiam H
in animalis partibus vſu euenire puto. Si quis autem dubitet,an'ne primum ſenſoriū primum ſit in ge
nere cauſſæ efficientis,& ſpecies ſit finis,vel ex eo perſuaderi poterit quod ex cauſſarum characteribus
& notis apparet : more conſueto philoſophis qui ex locutionū formulis de rerū natura iudiciū faciūt.
Nanq. habent ſingulę cauſſæ notas ſui proprij modi,de qua re ſuperius olim ſatis copioſè diſputatū eſt.
inter eas finis eſt,eius nota cuius gratia, vel propter quod efficientis character, vnde principiū motus,
& in quocunq. genere prius & poſterius,propinquis ac remotius eſſe contingit quod itē eodem chara
ctere exprimatur . Sed dū quærimus de efficiente ad primū vſq. ſenſorium peruenimus in ordine cor
porū,in ordine verò facultatum vſq. ad phantaſiā,ſiue mētem : ſemper agendo de animalis motu,qua
tenus animal eſt, oēm motum naturalē ab hac ſpeculatione ſeuocando, quicquid vltrà quæritur, non
amplius ad hoc genus cauſſæ pertinebit,ſed in alterū tranſilier. Etenim ſi quærat quiſpiam, quo ſit per
cuſſus Archilochus, fuſte reſpondebo ; vnde motus eſt fuſtis ? ab Homero dicam . Si rurſus inſtes etiā
ſubiiciam quòd fuerit iratus ; iam hoc eſt affectus,qui ex boni maliúe conceptione ſuboritur, itaq. na-
ſcitur à phantaſia,vel mente in primo ſenſorio. eſt.n.ira ſanguinis feruor in corde ex iniuria,quæ mali
moleſtiq. ſpeciē præſefert. Si quæras iterum,vnde ira fuerit excitata ; nil habebo profectò quod in eo
dē genere amplius afferre poſsim,ſed in aliud protinus tranſiliā quod eſt gratia cuius,quia.l.appetitus
ab eo ſit,& laceratus iambis,quod cum malū reputarit, repellere voluit , & vlciſci. Hic iam appetitus
finiſq.

A finisq. ratio continetur. Quòd si quando ab hoc cōmotum esse dixeris, quod valet ad significandum efficiens; iam hîc abusus fueris nota quæ talis causæ propria foret: cuius rei signū, quod illi optimè conuenit character, quo finis exprimi consueuit: nempè, vt repellat iniuriam. Sic à specie per animā nascitur alteratio cum naturalis, tum animalis, tum vt à fine sub rōne boni & iucundi, tum ab efficiente, sub rōne, qua calorē & frigus afferre pōt, vnde excitat̄ motus in primo sensorio: quanq̄ non est ille motus ad locum, quia locus per se non mutat̄, sed vestigium quoddā, seu potius initiū retinet talis motus, dum contrahit̄ videlicet, & dilatatur; ex hoc proximè sequitur corporis vniuersi motus, quem propriè progressum nominamus. Idcircò ad tuendā subitam partium, totiusq. mutationē, non est q̄ confugiamus, quod medicus quidā facit, ad id q̄ ea virtus incorporea sit, & afficiat partes, quemadmodum lux afficit pellucidum. Quanq̄ verò de motus initio noui exortam esse discordiam inter Platonem & Aristotelem, nihilominus hîc accipio tale esse cor; id quod aliàs seorsum explorabo diligenter. Postulant enim hæc peculiarem tractationem, & longiorē sermonem, cui nunc parcendum esse iudico; cùm tale institutum sit operæ cuiusdam maioris, quàm quispiam fortasse suspicetur, sed planè fuerat attingendum, vt optimè primordia motus cęlestis exquiri possent.

B *Examinantur argumenta opposita, & libertatis humanæ principia statuuntur.* Cap. XIII.

REDEO nunc ad argumenta Græcorum, vt ostendam ab iis nulla ex parte labefactari sententiam nostram: quanq̄ ea perpendenda sunt; præsertim q̄ parùm, aut nihil à Bononiensibus animaduersa fuerint. Nam quod ipsi primùm vniuersè accipiunt. Quod præscribit, aut præfinit aliquid agendū, semper eo potius esse, & oībus modis cui præscribitur, aut præfinitur: non admodùm verum esse censeo, sed in eo solùm quod præscribitur, aut præfinitur. Neq. etiam id mihi sufficere videtur, sed prætereà desidero præscriptionē illam non esse institutā ad alterius perfectionē, sed propter seipsam, ac liberam: quæ certè in hypothesi nostra reperiuntur. Nanq. in hoc actu solùm quod est mouere; appetitus imperat menti, & ei præscribit officiū: cętera superat mens. atq. vt in eodē exemplo persistam: in curanda pecunia filio studiorum gratia pater ex ipso pendet: simpliciter tamen filio præstat pater. Sic etiam vbi gratia alterius aliquid præscribatur; inde perfectio non colligitur. neque.n. quòd architriclinus imperet domino, vt discumbat, quia prandiū corrumpitur, aut medicus, vt hæc comedat, ab illis abstineat manum, sunt perfectiones, & præstantiæ imperantibus, sed iis quibus imperatur: imperant.n. non sui ipsorum gratia quidē, sed domini ipsius. Sic appetitus imperat menti, & filius patri, non suipsorum gratia, sed eorum planè quibus præscribitur officium. ita.n. appetitus imperat, vt bene se
C habeat mens; siquidem sedandæ sint animi perturbationes, vt speculationi vacare possit. & bona filiorum educatio, in patris cōmoda dignitatemq. redundat: quanquā negandū non est, in eo quoq. facto bonū illorum quibus imperatur, ad imperantium bonū pertinere: quandò bonum mentis ad appetitus itē bonum faciat, & bonæ fortunæ patris ēt filij fortunas amplificent: & filius eligit illud, vt patri obsequatur; eius tamen obsequium sibi affert bonum, & actio perfectio practicæ mentis est, sed parendo rōni perficitur ipse quoq. appetitus. Etenim illa oīa, quæ facultates inferiores efficiunt, sunt gratia superiorum; deinde superiorū bonum ad propriam quoq. perfectionem facit inferiorum facultatum. Verùm hæc posteà fusius. Ad posteriorem verò obiectionem è medio tollēdā dicemus ipsum esse quod menti subiicitur, esse idē, ac verum, & huic conuenire illam rationem boni quod Gręci καλὸν & τίμιον appellant. i. pulchrum & honore dignum: at bene esse quod opponit̄ appetitui, illud esse quod idem nuncupant ἀγαθον. Nunc multò plus est esse pulchrum & honestū, quàm bonum: ideò co tribuimus Deo τὸ καλὸν; minueremus aūt maiestatem tanti numinis, si bonū ipsum vocaremus. ita vt concludendum sit fore longè perfectius ipsum esse, ac verum quod menti subiicitur, q̄ bene esse quod opponitur appetitui. Et quanq̄ mens practica respicit bonum quod agendum est; ideoq. ἀγαθὸν propriè dictum nihilominus, q̄ ab appetitus officio semota, contemplatur tantummodò, non agit, etiam verum habet
D oppositum; quapropter & honestum. Veruntamen etsi mens per se bonum semper cognoscit; ideoq. appetitus qui obedit menti, semper fit bonus; accidit nihilominus, vt bonū sit duplex, aut simpliciter quod absolutè conuenit humanæ naturæ, aut apparens quod sanè conueniens esse videtur, neq. tamen est eiusmodi: hoc verò iucundum est, & vtile quod sensui subiicitur, & appetitui bruto; ab huiusmodi rerū obiectarum varietate quæ sæpissimè discordant, oritur oīs actionum cōsiliorumq. nostrorum varietas, & repugnantia, hoc modo: nam iucundū, quod appetitui bruto subiicitur, mouet tanquàm præsens, & vt præsens habetur pro bono; mens & rō quæ nonmodò respiciunt præsens, sed id quod ex præsente consecuturū est, & perspiciunt ex eo quod nunc placet, id emanare posse quod posteà displicebit; iudicant id quod placet nunc, bonū non esse: quamobrem neq. appetendū, & ad oppositū conuertuntur, atq. alterū illi præponunt, ex quo sequatur id quod posteà placiturum sit, & cui nam? non sensui certè, sed homini cuius mens optimè instructa sit: hic est.n. regula omnium, quemadmodum in arte statuaria signum Polycletęum: atq. inde originem ducit pars illa ratiocinationis, quæ προαίρεσις appellatur, aliqui consilium vertunt. Quod est absolutè bonum semper idē est, & etiam cuicunq. bonū est. iucundum nonmodò quandoq. discrepat à bono, verùm ēt non rarò à seipso: neq. solùm hoc ex eo proficiscitur, q̄ alterū animi obiectū sit; alterum verò cupidinis, vt sępe contingit, & in amore præsertim: verumetiam inter appetitus eiusdē speciei varietas extat; ideoq. nonmodò pugnāt appetitus, & volūtas, id quod sæpissimè fit, animus, & cupido, sed etiam in sola cupidine existit repugnantia, ve-

luc inter veneris appetitum & crapulæ. Nam sic Tyresias.

Venit enim magnum donandi parca iuuentus,
Nec tantum veneris, quantum studiosa culinæ.

Appetitus hic rerum præsentium qui pendet ex iucundo, plurimùm in adolescentia pōt, multoq. plus, q̄ appetitus ille boni qui respicit futurum, quia nondum ab ortus nostri primordiis semoti, quo tempore simihores sumus ferę q̄ homini, in præsens incumbimus futuro neglecto. Quoniam verò in nobis eit princeps, & domina voluntas suapte natura, cùm eò processerimus ætatis, vt vel per disciplinam, vel ēt per assuetudinem à malo bonū discernamus, incipit expergisci, & resistens iucundo contendit, ita vt appetitum brutū in suam redigat potestatē, quæ via est ad virtutem continentia vocata, aut contra resistendi potestatē non habens in appetitus bruti obsequiū cedat, quæ via ducit ad vitiū, & incontinentia dicta eit, atq. ita frequentando, vel obsequendo appetitui bruto, vel eum debellando fit habitus, qui in bono tēperantia vocať, intēperantia verò in malo. cum q. habitus boni cōtractus fuerit, tum secundùm naturam, & optimè affectus erit homo: naturalis aūt optimaq. affectio est, vt vis superior imperet inferioribus. Id quod item Socrates ab Apolline petiisse videť, cùm rogaret, vt externa cum internis consentirent. Quamuis aūt brutus appetitus sit iucundi, tamen neq. ille simpliciter huius est, nisi quispiam funditùs in beluam degeneret, cùm ordinē naturæ peruertat, & sæpe cùm macula stimulisq. conscientiæ coniunctus sit qui longè acriores efficacioresq. sunt, q̄ perturbationes quæ nos agitāt prius, quàm nobis habitū cōparemus, quo freti atq. muniti relinquamus id quod sensus mulceat, & oblectet, quod tamen certè perdifficile est. Neq. verò minor animi fluctuatio reperitur in consiliis & deliberationib. siquando eueniat, vt nobis multæ variæq. viæ sese offerant ad eundē finem assequendum: eoq; magis si vrgeat, & instet appetitus, & mediorū quibus illum adipisci contingat, inopia premat; in iisq. præsertim qui parū exercitati sunt. cùm cęteroqui, si medium fuerit vnū, per quod ad finem propositum peruenire valeamus, aut habeatur in prōptu, aut ꝙ experientia & vsus, qui rerum oīum magister optimus. perhibetur, proprium medium nob. suppeditet, quod eò perducat, quo volumus, expeditu facile sit. Quapropter homines experti citissimè decernunt, & vt primùm instat appetitus, si ea præstò sunt quæ ad agendū requiruntˊ, & absit impedimentum; illicò agunt. Media verò illa diuersa nōn solùm ordinis eiusdē esse possunt, vt eundi Florentiam pędibus aut equo, aut naui, sed etiam vnū ex alio esse contingit, ita vt sine ipso præstari non possit, quemadmodum conducere equum, & parare pecuniam qua conducatur. In ea fluctuatione consilij copia deprehenditur, cuius finis est præfinitio cōducibilis illius quod accipiendum est, postq̄ verò acceptum fuit, & approbatū, seu decretum, fit eligendum. Quòd aūt eligi id oporteat, ex eo perspicitur; quoniā cum suo fine comparatur, & id quod illi propinquius est, & expeditius ad obtinendū, tanq̄ cęteris præstans eligitur. In hac verò postrema consultatione in qua media non sunt eiusdē gradus, sed quadā serie disposita sunt, ad extremū quoddā veniamus oportet, quod sine aliis effici queat; cętera verò non sine illo: hoc aūt spectatur, vtrùm sit in nostra potestate, nec'ne. ac si id in nobis positū fuerit, est principium, vnde agere incipimus, & vnde voluntas exordiū capit exequendi illa quorū auxilio fine suo potiatur; si minus, ab incœpto desistit. Quapropter philosophi dicere consueruns, quod vltimū inueniendo fuit, exequendo primum esse, & quod primò appetitum cōmouerit, actionum nostrarū esse postremum: ob eam q. rem vocari finem; nanq. illo adepto sedatur voluntas, nec quicquam aliud aut agit, aut expetit. Ille autem mentis progressus qui est ab vno fine proposito ad inueniendum ea per quæ finis ille paratur, & vnde actionis initium sumendum sit, analysis.i. resolutio nuncupatur ab Aristotele.

Alia nonnulla ad finem attinentia adscribuntur. *Cap. XIV.*

ATQVE hęc de via quidem, sed de fine etiam illa decernenda; nimirùm quòd non dubitatur, sed semper accipitur, & constituitur; solumq; de medio & instrumento, ratione & via ipsum adipiscendi consilium capitur; sicuti neq. resp. dubitat vtrùm præstet depellere obsidionem, nec'ne: neque de illius depulsione quicquam cogitat, aut decernit, sed planè ambigit de instrumentis & ratione depellendi, aut ducendo exercitum extra mœnia, aut se cohibendo, & propugnando intra oppidum, aut cedendo victoribus, & certis quibusdā conditionibus fœdus cum hoste ferendo, & in quacunq. actione humana requiritur finis quidā communissimus; humana.s. beatitudo, ad quam adipiscendā plura instrumenta viæq. succurrunt sperantibus nōnullis eā diuitiis obtinere, virtute aliis voluptate quibusdā, & secum sensu rationeq. pugnantibus, & nunc sensu superante, mox alternis dominante ratione, & secū ipso etiam sensu certante, nunc hoc iudicante iucundū, aliud aliàs, & hoc nunc, nonnunquam vincente contrario ad exemplū pilæ lusoriæ quæ huc & illuc pulsa atque repulsa in varias partes resilit. Hinc illa infinitas & incertitudo in appetitu humano, & quòd hoc modò velit, aut aliud pro illo, multoq. maior, quo res distat magis ab vltimo fine; veruntamen nil aliud planè velle pōt, quàm id quod sibi cum à sensu, tum à ratione tanquam bonū fuerit præmonstratum, vsq. adeò vt in hoc primo progressu seruiat menti; sit inferior, & patiendi fortasse rationē subeat, nam sic moueri videtur. Sed quantum pertinet ad concitandū motum ad hoc, aut illud peragendū, atq. adipiscendum est profectò agendi principium. Cęterùm quia voluntas principē locum obtinet, & nata apta est ad imperandum appetitui; tametsi appetitus brutus hominē ad mala procliuem efficit, illa ipsum auertere pōt, antequàm malus habitus contractus fuerit: nam postquàm habitus iā comparatus est, in oppositū agere nequit; nisi

A nisi magno labore, nec sine sũma violentia & amissione habitus, & desuetudine; quapropter ẽt libera iure optimo appellabitur; quandò ante habitũ velle põt eius oppositum quod sensui placet, & postq̃ assecuta iam fuerit habitũ; potest quoq. desuescere, & persuaderi ad appetendum. Inde quoq. in voluntate existit origo meriti & demeriti, premij inquàm, & pœnę, & tum vim patitur, cùm ab habitu di uelli debet: nanq. habitus efficit, vt quod illi ꝓponitur, videatur bonũ, deprauata.n. est; ideoq. appetit; ita vt furi furtũ bonum censeatur, & placet, & quasi iam natura ad furtũ ꝓpensus est: nam consuetudo fit altera natura: quapropter etiã oppositũ illud, quod habitus iã reddidit familiare, atq. iucundum; quantumuis bonũ sit, quia malum videtur; repudiatur. Quamobrem nos Socratem accusamus dicentem nos sponte bonos esse, malos aũt inuitos. Neq. cogunt nos perturbationes, quemadmodum multi crediderunt, sed vitiant rõnem; ideò bonæ iudicantur, easq́. sponte sectamur. Quare etiam peruersè dicitur, irã, vel amorem me coëgisse; nisi in hunc sensũ, quòd ab illis natura nostra deprauata sit quæ bona illa iudicet; quasi tanquam bona voluntati ꝓponantur, ob eamq́. rem exoptentur. In mentibus aũt beatis & brutis eiusmodi varietas nulla est, cùm semper illis vnũ obiiciatur, & vnus sit modus, quo fine suo potiri queant; hæc aũt est apprehensio quædã simplex, & sine ratione & syllogismo. Vnum etiã cęlo ipsi obiicitur: ex quo efficitur, vt semper vno eodemq́. modo operetur, etiãsi duabus viis & intelligendo, & se mouendo illud assequatur: ac siquis hìc voluntatẽ posuerit, is ambiguè vocẽ

B vsurparit. Quanquam & in hoc non mediocris scrupulus me habet, nã si appetitus brutus sæpissimè rõni aduersatur, atq. ille quandoq. rationi obtemperat, à sua natura distrahetur: itaq. in eo reperietur aliqua imperfectio, & erit hæc imperfectio, si vnquam rationi pareat, atq. in homine secundùm naturã affecto quippiam inerit pręter naturam. Sed dicemus ad hoc non oẽm distractionem à sua natura esse præter naturã, & significare imperfectionem, verùm vbi minuat illius præstantiã: sic etiam si elementa per se esse velint; non tamen abhorrent à mixtura, quę tamen sine ipsorũ alteratione non obit, & quasi via quædã est ad interitum: & materia, licèt suapte natura tendat ad priuationẽ; manet tamen cum forma: quoniã hęc meliores reddunt conditiones imperfectiorum: nam si quoq. rõnem potestatis habẽt quæ si cum suo actu conferatur, semper ad præstantius tendit, ideò nomine ẽt humilitatem significante notatur, obedientiæ.s. quæ instituitur in præstãtius, licèt suapte vi sit deterioris cuiusdam cõditionis. Ita igitur, si cum rõne sensus conformetur, melior fit; ob eamq́. caussã magis est ex ordine naturæ, cùm paret rationi, q̃ vbi imperat, aut contrà operatur, & secundùm propriã naturam agitur. Hæc igitur, nisi fallor, apud Arist. origo est oĩs actionis humanæ quæ sic nominata est, quia ꝓpria sit homini ipsius: nam contẽplatio, quanuis ad hominẽ pertineat, non innititur appetitu, sed mente sola, quæ facultas est multò sublimior, atq. diuinior, & sibi cõmunis cũ mentibus beatissimis. Quòd si me hìc interroges ecquæ

C nam sit caussa, cur si contemplatio sit actione nobilior, instituta pręmia sunt actioni, non autẽ contemplationi? Huius certè rei multas caussas assignare possim; verbigratia; quia mores contemplationi famulantur; nec quicquam magis ipsi aduersatur, q̃ perturbatio quę per virtutes sedatur: contemplatio verò Deo finitur, cuius præstantia & pulchritudo neque verbo explanari, neq. mente concipi potest. Nec igitur aditus ad tam pulchram rem intercludatur; obsistitur vitiis, quantum fieri potest, tollendo virtutes, & vitia castigando; nam sicuti vulgo fertur.

Oderunt peccare mali formidine pœnę.

Deinde hęc ita fiunt propter vulgus quod ea quæ absunt à sensu, non prospicit, & plurimùm appetitui bruto se committit. Præmiis igitur ad bonum eos accendi oportet, & pœnis à vitiis deterreri. Omnium tamen præcipua caussa apud me est, quia pręmia speculationẽ adęquare non possunt: ideò se ipsa cõtenta est; idq́. omnium præmiũ est amplissimum. Idcirco nescio equidem an'ne rectè dictum sit à quibusdã, excellentiam bonorum & pręmiorum non semper è proportione sibi respondere. Nam quòd seipso quippiã contentum sit, maius est præmium, q̃ vlla humana cogitatio capere possit. Quapropter cùm duæ species sint extollendi animi excellentiam, laus, & honor; & ex his cùm maior sit honor; honorem quidem contemplationi, actionibus verò ciuilibus laudem tribuimus.

D

Adiungitur ad ea quæ de principiis actionis exposita sunt, aliquid de altero illo consilio, quod non sequitur actio. Cap. XV.

PORRO visum est, quemadmodum ex consilio cõsequatur actio, sed illud item à philosophis animaduersum fuisse scimus, esse quoddã consilium cui nulla actio comitetur; præcesserit quidẽ ratio; veruntamen à ratione quies oĩno existat. Neq. verò ꝙ ad aliquid deuentum sit, quod cùm in nobis non sit positũ, actionis initio nullum relinquat locum, sed quanuis ẽt actionis initium in nostra sit potestate; nihilominus ab actione desistimus; nec vllo pacto aggredimur. hoc sanè mirum est, & Arist. repugnare videtur: siquidem oĩs ratio cum fide coniuncta sit; omnem verò fidem sequatur assensus: itaq. & erumpet actio continuò, nisi quid vetet. Idemq́. animaduersum fuisse à Themistio videmus, qui opponebat pugnam quæ sæpè exoritur inter animæ partes, & ab Arist. cùm libris Eth. tum etiam 3. de An. descripta est. Proinde Themistius non satis accedit ad sententiã Arist. & illud negat oẽm rationẽ præferre assensum. Quanq̃ apud alios auctores nihil ego cõperio: conabor tamen Themistij sententiam cum Philosopho conciliare. Propterea fateor oĩ rationi comitari assensum: eam verò triplicem esse perspicio, aut ad affirmationẽ, aut negationẽ, aut ad medium quid, quod simile est ambiguitati, nos irresolutionẽ patrio sermone vocare consueuimus; ita verò agere ἐπέχεσθαι. i. sustineri ab assensu, &

actionem ἐποχὴν iuniorum Græcorum schola,& Scepticorum præcipuè quorum hic erat scopus, appellauit. de ea quæ est ad affirmationem, vel negationem controuersia nulla est, quando assensus adest perspicuè; eligimus.n. vel agere, ꝙ bonum, vel non agere, quia malum: in illa tertia dubium est, sit'ne assensus; siquidem nec agere, neq. non agere decernamus. cęterùm in eo quoq. assensum inesse puto. E

[a] 2. Prior. de petit.

quod me mouet ad ita credendum, hoc est, quia nulla rõ proficiscitur ex ignotis,& non creditis; aliter vitiosa est,& non probat propositum. [a] atqui his fieri non potest quin assentiatur. Quare etiam ratio qua vtimur in epoche constabit ex huiusmodi principiis,& idẽ præstabit, sed in hoc positum esse censeo discrimen inter epochen,& alios assensus, ꝙ licèt in aliis cõsiliis antecesserit oppositarum rationum conflictus, altera pars superauit, & ad agendum, vel non agendum impulit. in epoche verò conflictus illarum rationum par extitit omnino: itaq. desistit. & prius in aliis animus agitatus fluctuabat, posteà concessit in alteram partem quæstionis. Quamobrem de Aenea sic in ancipiti re cruciato scribitur.

Atq. animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc;
In parteisq. rapit varias, perq. omnia versat. demum.
Hęc alternanti potior sententia visa est.

in altero illo conflictu sic se habet animus, vt animal quod inter duos cibos æquè gratos manens quem potissimum ex iis appetat, ignorat. Quapropter ambiguitas in epoche non nascitur ex eo, quòd principia assumpta fidem non fecerit: verùm ex illo, quòd opposita fidem fecerunt æqualem; ideoque si singulæ illæ rationes spectentur seorsum; sine dubio persuadent, & singulis assentimur; vbi secum conferantur; quoniam singulis assentimur æqualiter; hinc non existimatur esse fides. neq. aliter accidit, àc si duas libras habeamus alterã auri, atq. plumbi alteram: eæ si seorsum in lance appendantur maximum momentũ efficient, si vtrasq. simul appendamus vnã vni lanci, alteram alteri; profectò nullã inclinationem lanx facere valebit. Ergo dicemus Arist. non conferentem rationes oppositas singulis attribuisse fidẽ,& assensum. Themistium verò conferentem negasse, quia cum pariter possint, nos immobiles reddant. Neq. minus, vbi inter duos cibos æquè distantes,& æquè placentes animal extet immobile; non quia non trahatur. trahitur.n. ab vtrisq., sed ꝙ quantum trahitur ab vno, tantum ab altero retrahi videtur. Ita etiã membrum manet immobile; non quia vacent ab officio musculi immobiles, sed ꝙ ab oppositis musculis hinc inde æquè trahatur. eandem quoq. epochen Sceptici in iis posuere quæ sub speculationem cadunt, iidemq. non negarunt assensum singulis rationibus, sed propter paria in oppositis rebus rationibusq. momenta retineri putant assensum; quanq̃ & ab iis quæ speculationi subiiciuntur, in ea quæ respiciunt appetitum, assensus illa retentio redundet: nanq. ab epoche ad ἀταραξίαν peruenimus. & cùm alicui rationi quædã alia videatur opponi; ex quo multum de scientiarũ perspicuitate deminuitur; ipsi oĩ orationi, aliã generatim aduersari sumentes omnẽ scientiã è medio sustulerunt. paria illa momenta ἰσοσθένειαν vocarunt. Sed illud prætermittendum non est, quòd cùm veteres Græci negationem affirmationi opposuerint; Sceptici nonmodò rationes affirmantem,& negantẽ secum pugnare voluerunt, sed quęcunq. oppositum concluderet. Attamen ex iis, quæ lib. περὶ ἑρμ. exposuit Aristoteles, facilè secum hæc diuersa conciliabimus: quandò ea quæ proximè opponuntur, Sceptici sumpserint: antiquiores illi principem oppositionem respexerint, quę extitit inter affirmationem,& negationem. omnis enim oppositio demum resoluitur in contradictionem vel euentum spectarunt, quod affirmatione, vel negatione continetur; agimus enim, aut non. F G

Concluditur, vt motus in rebus se habeat quo ad earum subiecta, & tempus. Cap. XVI.

REDEAMVS ad motum naturalem, de cuius æternitate sic differentes philosophos audiuimus: tametsi his etiã Cardanus auxilium conatus est afferre noua quadã ratione quæ ducitur à continuitate partium maris. ita.n. se habere ipsum mare dicebat, vt ex mari fiat mare, vt è Siculo Tyrrenũ, ex hoc Ligusticum, & sic deinceps: ergo conuincit hæc marium continuata successio perpetuitatem eius influxus; sicuti continuatio partium cęli continuitatem motus impetrauit,& ei sine dubio magis id persuasum fuisset, si mare Caspiũ, quod à cęteris separatum videtur, cùm Euxino permeatus subterraneos audiuisset esse coniunctum. Sed & ratio noua parum habuit firmamenti, quippe ꝙ non ex cõtinuitate corporis, sed motus æternitas corporis conclusa fuerit: quinetiam falsum sit Oceanum exteriorẽ, in interiorem remeare; nec quicq̃ placitis Arist. magis aduersatur qui superius in mundo inferiore constituit, vnde est initiũ maris interioris. Sed transeamus vlterius. Cùm igitur ex iis quæ spectãtur in corporibus inanimis, tum ẽt animalibus, exoriretur dubitatio, cur quædam modò moueantur, aliàs quiescant, huius etiam nodi caussa inuenienda est: nanq. illius inuentio multũ pertinebit ad assequendã certam notitiã eorum quæ spectant ad motum: succedet aũt id, vt spero, si in medio afferamus accuratã partitionem eorum quæ quoquo pacto motui, aut eius oppositæ quieti subiiciuntur,& cum sensu, tum ẽt ratione singulos eorum modos exploremus; quibus cõpertis finem nostra methodus obtinebit. nam sic inueniemus primam caussã motus in rebus naturalibus, quæ propter suam vniuersitatẽ nobis obscurissima est; idcirco etiam postremò loco adipiscenda; in cuius notitia cùm posita sit etiam absolutio de natura motus; absoluetur itẽ vniuersa tractatio de principiis & caussis motus naturalis, quæ in priore parte nostræ physiologiæ nobis ad explicandũ proposita fuerat. Sed venio ad rem. Ita verò motus ad res se habere videtur, vt distribuatur in tria membra, quorũ vnum spectat res vniuersè acceptas; reliqua verò res acceptas sigillatim. Vniuersè igitur aut omnia semper mouentur, aut omnia H

A nia semper quiescunt, aut omnia mouentur alternis, & quiescunt. Rursus si eorum partē accipiamus, sic dicemus aut quædam moueri semper, alia semper quiescere, aut quædam quiescere semper, aliqua nonnunquam moueri, interdum quiescere, aut quædā moueri semper, alia vicissim quiescere, & moueri. Prætereà aut ita se habent, vt ex his quædā semper moueantur, alia semper quiescant: nonnulla quandoq. moueantur, quandoq. verò quiescant: ita.n.& vniuersè,& collectim accipiuntur, atq. inde oritur primum membrum nostræ partitionis, aut aduersis contraria, & vt aiunt, subalterna, atque inde extat secundùm, aut aduersis contraria disiunctim, atq. inde erumpit tertiū membrum, quæ sanè distinctio generalissima est, vt nihil non cōprehendat: ideoq. diligēs illius inquisitio tenebras oēs excutiet. Quanq̃ ea diuisio labefactata est ab Auerroë, qui septem ipsius membra tantummodò prodiderit, nisi fortasse quoniā prima, & secunda pars tertij membri contineantur in parte prima secundi: tametsi id adnotandum hîc quiescere fusius acceptum esse; quatenus ad ea pertinet etiam quæ sunt immobilia, quæ.s.nullam habent habilitatem ad motum, siue sint ab omni materia separata, siue ēt in materia posita repudient motū, vt centrum, quib. irē tribuit στάσιν Alexander. & illa exclusa quæ per accidens, quemadmodū accidentia mouentur. Singula queq. nunc exploremus. Manifestum verò est dicere oīa quiescere, aut contra omnia moueri esse ab oī ratione alienum, atq. illud primum potissimū est perspicuè sensū oppugnare, ac destruere naturalē methodū quę versatur in explicatione naturæ, cùm ponamus eā esse principium motus simul, & quietis. Prætereà sine motu nulla esset rō cęteratū scientiarum; quandò oēs vel proximè, vel remotè motu vtantur, ac proximè quidem, quia sunt iudicia sensus, phātasiæ, & mentis, aut alterationes, aut non sine alteratione, cùm sine affectione quadā materiæ, certoq. motu formarū non exoriantur in anima; sicuti si velis intueri id quod est à tergo. aut.n.tu ipse conuertaris oportet, aut tibi à fronte rē adspectabilem præsentari. Neq. verò dici pōt omnia agitari, & id quidem perpetuò, sed latere sensum, quemadmodum professus est Heraclitus, & eo multo ineptior Cratylus, qui non tantùm flumen ab eodē equo bis tranari posse negabat, sed ne semel quidem, ꝓpter continuū materiæ fluxum; quapropter & nihil sciri posse creditum, atque id per dolium Danaës mysticè significatum. Præter hos etiam Democritus qui opinatus est atomos continuè ferri per inane, & ex illarū fortuitu concursu semper varias formas exoriri, nec vnquā easdem apparere. Nam primùm infinitè loquuntur non indicantes quem'nam motū continuū esse fateantur, eiusq. perennitatem latere: quamobrem facilè est eorū sententiam confutare, quādoquidem sigillatim in quibusdā motibus interpellatio perspicua est. Prætereà quies etiam inter motus contrarios intercipitur, quemadmodum à nobis olim disputatum est, & nos in incremēto quondā sic euenire monstrauimus, neq. deest motus qui quandoq. totus simul fiat, veluti congelatio & lapidis excauatio, quæ fit à guttis stillantibus; ita, vt manifesta quies huiusmodi mutationibus antecesserit. Quin etiam faciunt opera naturæ infinita; quippe quæ nunquam terminos assecutura sint, & duobus contrariis motibus simul quanq. rem moueri accipiunt, vt si moueatur ad sanitatē, & ea parta non quiescat: ergo mouebitur ad sanitatem simul, & ægritudinem. Præterquam ꝙ sensus ostendit eundē lapidem sub eadem affectione longiore tempore permanere. Accedit eòdem, ꝙ absurdum est elementa moueri, cùm iam peruenerint ad sua loca: ob id enim mouentur ad locum naturalē, vt ibi quiescant. Induat etiā idem sensus esse falsum, oīa sic distribui, vt ex his quædā semper, alia nunquam moueant, quia videantur esse quædā quæ vicissim mouentur, & quiescūt. Tollitur inde quoq. ratio motus violenti qui tum est, cùm quippiā ex eo loco mouet, vbi suapte natura quiescebat. Cęterùm repetita partitione illa superiore Empedoclis opinio sine vllo negocio poterit eiici. hic verò existimauit oīa vicissim moueri ac quiescere certis quibusdā tēporis interuallis, licèt ea successio fuerit infinita, ac moueri quidē, cū ex sphęro fieret mundus, quiescere verò, cū iā esset sphęrus. Vbi aduerte partitionē rerū quæ anteà per tēpus esset diducta, posteà fuisse translatam ad subiecta, & tempus per subiecta distributū quæ ita se habeant necesse est, aut ꝙ aliqua moueantur semper, alia semper quiescant; alia verò vicissim vtrunque efficiant. Verùm illud hinc falsum esse conuincit, quòd ex iis quæ sunt, quædā semper moueantur, reliqua perpetuò quiescant. Sed neq. oīa semper manent sensu id approbante. Neq. verò tibi eò fugiendū est, vt sensum decipi fateatis: quandò etiā deceptio sensus obiri sine mutatione non pōt: nanq. deceptio est in iis in quæ mutatio cadit & à deceptione reditus est ad opinionem rectā; machinaque animalibus, & homini præsertim data est, qua lapsus sensuum corrigantur: neq. verisimile est naturā sentiendi facultatem animali tribuisse, vt in errore perpetuo versaretur, nec sensus ab eadem forma vno eodemq. modo semper afficitur: quo fit, vt si deceptio contingat; mutatio quoq. necessariò sequatur. Idem etiā sensus oppugnat illud alterum mēbrum: nempe, ꝙ omnia semper moueantur, cùm lapis dum proiicitur, agitetur: cùm recidit in terram quiescat. Ergo si non oīa mouentur, neq. manent omnia, necesse est oīa moueri, & quiescere vicissim, aut moueri quædam, nonnulla quiescere, atq. ita, vt aliquibus manentibus alia vicissim moueant, & maneant. Ad hanc igitur partem confirmandā quæ vera est, sequitur vt nunc accingamur: ex his.n. efficietur, vt tāquam manducamur in notitiā primi motoris. Duo verò sunt veluti fundamenta quib. solutio nostræ quæstionis innititur: primum quidē quod anteà tractauimus vniuersè è 7. Phys. hîc verò accuratius explanandum, specialius, & auctore Simplicio, accōmodatius ad methodū naturalem, & è principiis interioribus tum methodi nostræ, tum rei tractandæ: sic.n. interpretor id, quod ait φυσικώτερον quasi opponatur ei quod dici consueuit λογικώτερον, & propriis rationibus tractetur, non iis quas ἐξωτέρω nuncupare solet. Vnumquodq. nimirùm quod mouetur, ab alio moueri. Atq. alterum, in ordine mobiliū & mouentiū esse perueniēdum ad aliquid primum per se mobile quod diuidat

in partem

in partem per se mouentem, & partē per se motam, quæ sanè quemadmodum se habeant, etiamsi innuitur in 8. Phys. apertissimè tamen explicatur 12. Met. Vt autem primum statuatur; Arist. ea partitur quæ mouentur in per se, & per accidens, & singula membra diuisionis illius exponit sigillatim accommodans theorema hoc more consueto in explicandis iis quæ ad vnū, ad primum scilicet in genere motuū quod est latio; eoq. maxime, ꝙ ab eius notitia proximè perlustrare licet cōditiones primi mouētis. E

Resoluitur ordo mobilium in id quod per se mouetur. *Cap. XVII.*

SED eam rationem nunc aggrediamur. Eorum ergo quæ mouent, & mouentur. quædam mouent, & mouentur per accidens; alia per se: per accidens aūt mouent & mouētur quæ ad motū alterius agunt, & aguntur, vtputa mobilis aut mouentis, vt quia moueo te, etiā te mouent ea quæ sunt in me; si etiam moueris, oīa item quæ in te sunt, mouentur vsq. ad grauitatē quæ existimatur esse principiū motus, vt optimè ostendit nob. Alexander. Præterea quæ mouentur, nonnunquam mouentur ad motum partis, quare ab opposito, quæcunque, neq. per partem, nec quia sint in aliis, mouent, aut mouentur, per se moueri dicemus. Cęterùm iis missis, quæ per accidens mouent, aut mouentur; egrediuntur. n. limites methodorū; agamus de reliquis. Eorum quæ per se mouentur, nonnulla mouentur à seipsis, vt habeant. s. in se ipsis facultatē quæ motum efficiat, alia mouentur ab alio. Rursus quædam mouent natura; nonnulla etiam vi, & contra naturam. Omnino verò dubium non est, quin ea quæ per se mouentur; hūi autem sunt animalia; moueantur secundùm naturā: etenim ea mouentur secundùm naturā quæ in se ipsis habent principiū motus primum; animalia verò tali principio prædita sunt. Quoniā autem animal ex animo, & corpore constituitur, si spectet eius motus, quatenus ita cōpositum est; vel totū spectatur, vel partes eius seorsum, ꝙ si totū obseruetur id secundùm naturā concitatur quādo agitur eò, quò ducit illud appetitus, idem quoq. inuitū, atq. coactum præcipitatur. Si verò partes singulas respicias, habent & ipsę motus quosdā præfinitos, vt homine brachia quæ in anteriora flectūtur; in cane autē crura quæ brachiis respondent, in posteriora; si minus vi, & contra naturam. Verùm si mente, quandò reipsa animali saluo fieri non pōt; animus à corpore seuocetur, & motus corporis sub considerationē cadat, idē vel totius est, vel partis: si totū accipias; nunꝗ potest totum moueri secundùm naturā propter repugnantiā partium: spiritus. n. leuis est, os aūt graue; partes aūt ꝓ illarum conditione, & secundùm, & contra naturā agi contingit. Illa ēt quæ mouentur ab alio, & secundùm naturā mouentur, & præter naturam: secundùm sanè; velut aqua & terra deorsum, atq. ea, si contra moueantur; non amplius suapte natura, sed vi mouebuntur. Ex his igitur oībus colligere licet ea quæ mouentur, ab alio moueri, & id iis quæ violentia mouentur multò planissimū est: perspicimus. n. saxum petere cœlum, quoniā impellitur è proiiciente. Secundo loco id ēt constat in iis quæ mouentur à se ipsis: nanq. mouentur ab animo; neq. id dubiū; sed siquid habent obscuritatis animaliū motus; illud est, quia lateat quo pacto moueantur ab anima: an'ne tanquàm nauis à nauta; nam videtur animal habere partē mouentem ab ea seiunctā quæ mouet, & ita à se ipso moueri, quia mouentur à parte quadā interna, vt nauis, & sic per se moueri, neque secundùm partē, quia constet è parte mouente, & parte quæ mouet. Restant inanima quæ si secundùm naturā mouenda sint; obscurum est an'ne ab alio moueantur, & à quónam: neque enim sensus satis efficax est huiusce principiis monstrator, & monitor. Verùm quia nos de hac re olim vberrimè disputauimus, ac docuimus ipsa etiā ab alio moueri, consequetur, vt oīa quæ moueri nouimus, ab alio moueantur. Quanꝗ id contingit dupliciter proximè & sine medio, vel remotè, & aliquo intercedente: vt si ego ipse lapidem, aut baculo mouerem: quanuis si hæc mouentia secū conferantur: magis id mouet quod remotius est: nam sine proximo quidem ego lapidē mouere possem: at baculus certè non moueret, nisi ego ipse prius excitassem. Vtrunq. tamen id quod primò mouetur, ab alio mouetur; atq. hoc rursus ab alio, aut non: ac si rursus ab alio; id aut in infinitū procedet, aut ad aliquod primum deueniendū est, quod à seipso concitetur: infinitum sanè in ordine mobiliū non datur: non pōt enim esse aliquid primū, postremumúe in infinito, quod tamen in re nostra positum est: erit igitur aliquid quod cum primò moueatur, à seipso mouebitur. Eodem quoq. modo si non moueatur ab alio. sit ergo primùm aliquod mouens quod sanè tanquam efficiens accipiendum est (tale. n. adhuc è 7. Phys. esse cōstitit, quod modò narrauimus, quod simul est cum mobili, atque in mouendo mouetur) hoc etiam, cum ab alio non moueatur, à seipso moueatur opus est. Quamobrem in motibus ab alio ad extremū eò veniendum est, ꝙ si sit primùm aliquod mouens; id ēt per se, hoc est, à se ipso moueri debeat. Facilè etiam ex eisdem principiis perspicere licet aliquid esse quod seipsum primò mouet, seu à seipso primò mouetur; si spectemus per quæ quippiā mouetur quæ scilicet, ipsum mouent: sunt verò hæc instrumenta: nam misso infinito, quia nō est; semper est veniendum ad aliquid quod mouet seipso: quandoquidem hoc quo mouet, aut seipso mouet, aut habet post se aliud quo moueat, atq. hoc posterius quo mouet, sine alio quod seipso mouet, mouere non potest, quod si ipsum seipso mouet, nō est vtriq. aliud quo moueat, sed si aliud aliquid sit, quo moueat, aut igitur in infinitum processus est in iis quæ aliò mouent, aut eò demùm redigenda res est, vt si id quod seipso moueat. Sed cum etiam hoc moueatur; ergo illò perueniendū est, vt sit id quod à seipso moueat. Planum quoq. est ex eo, quòd siquid mouetur ab aliquo quod itē moueatur; aut hoc quod est moueri ab eo quod moueatur, est per accidens, aut per se; at non per accidens, eo quòd id quod est per accidēs, est contingens, id verò non esse pōt, quòd si tale sit; non esse ponatur; falsum fortasse consequetur, nō tamen

A tamen eiusmodi, vt fieri non possit. Ergo mouens erit quod in mouēdo, non necessariò moueatur; sed quandoq. moueri non queat. si igitur mouendū quippiā sit ab aliquo quod nequeat mouere, nisi moueatur aliquando; etiam quando, scilicet, non mouebitur, non poterit & ipsum mouere, & sic cessabit motus, quem tamen esse perpetuū ante ostendimus. Ne igitur in absurdum incidimus, fateri oportet id quod mouetur ab aliquo, moueri ab eo quod tamen per accidens non moueatur. Prętereà tria sunt in ordine mouentiū & mobilium; id quod mouet: id quod ab alio mouetur: & id quod est sicut instrumentum, seu medium, quod mouet simul & mouetur, & mouet quia mouetur. Sicut ergo reperitur id quod solùm mouetur, neque mouet; etiā reperiri fas est id quod in mouendo non mouetur, ab alio. s. quod si mouet, quia mouetur; ergo à seipso moueatur necesse est. Verùm neq. etiam per se mouetur ab alio; nam si mouens, quatenus mouet, ab alio moueatur, aut eadē, aut alia specie motus agitabitur, ꝙ si alia dixeris, aut erit progressus in infinitum, quod reclamat natura, aut si finiti fuerint motus; illa deniq. motio finietur quam mouens incussit. eodem igitur motu concitabit, quo mouebat: ita discet & docebit, simul habebit scientiā, & planè ignorabit, quæ cùm contraria sint; nullo modo possunt vnà constare. Accidet etiam quiddā quod multò improbabilius est; nanq. & præter rationem est, & simile figmenti, vt quod habet vim ædificandi ædificetur, aut si per medias mutationes id præstandum sit, vt alterans augescat, aut secundùm locū mutetur, quapropter ad aliquid de nū venire oportebit quod

B per se moueatur, & à seipso. Atque hoc quidem erit caussa motus magis, q̄ id quod ab alio mouetur. Nam quod à seipso mouetur, etiā per se mouetur, quod aūt per se tale est, vt habeat in se ipso principiū sui motus, magis est caussa motus, quàm id quod per aliud existit, & alij sui motus occasionem refert acceptā: & generatim oē id quod per se est, cuicuimodi sit, magis est tale, q̄ id quod non est eiusmodi & cùm ita sit, caussa est cęteris, ꝙ talia sint, multò igit magis est, & magis caussa quod habet in seipso principia oīa, talis attributi, quale est id quod per se mouet habens in seipso principiū mouens & mobile. His igitur nūc tanq̄ corollariū subiungatur. id de mouēte & mobili seorsum prædicari. Si vnum per se existat, & alterum quoq. per se existere opus esse, & à separatione mobilis procedere rationem: apparet. n. ipsum esse separatum; de primo autē quod est immobile dubitatur; & sic conseruat via doctrinæ, ꝙ exordiēdum est à notis nobis. nota verò nobis sunt item posteriora natura quale est primum mobile. Nouimus igitur aliqua vicissim moueri, & manere, neq. oīa seorsim, aut manere, aut moueri: prætereà quæ mouentur, ab alio moueri, quod itē mobile sit, sed necessariò tale futurum esse, si sit mobile primum, vt non ab alio quidem, sed à seipso moueatur: hoc verò animal esse censendum est: animal. n. est id quod à seipso mouetur. proptereà dicebat Arist. omnes motus naturales administrari primùm ab animali, siue nostrate, seu cœlesti, [a] quod cùm hoc loco neglectū fuerit ab 8. libri interpre- [a] Lib. de

C tibus, magnorū quoq. lapsuum in caussa fuit. Ergo tanquam ab animali fit primus motus: hoc. n. per motu an. se mobile solùm est, & è parte per se mouente, & altera per se mota constat. Transeamus nunc ad eius proprietates spectandas.

Qua ratione, quáue specie motus id quod est per se mobile, moueatur. Cap. XIIX.

HOC verò patebit alio sumpto exordio: nobis. n. nunc examinandū est, quæ rōne mouens seipsū moueat, & moueatur, atq. item qua specie motus: id verò cùm è duobus partibus constet, è mouente. s. & mota; sigillatim vtriusq. natura exploranda. Primùm igitur à mobili incipiamus: hoc enim magis perspicuū nobis est: inter alias verò illius conditiones ea fuerat, vt esset continuū, & diuidi posset in ea quæ semper diuidua forent. Si igitur se mouere debeat, aut ita se mouebit, quia totum moueat totum. aut quòd vna pars, aut plures, dum se per se mouent, moueāt totum, aut partes inter se moueant, aut ꝙ totum moueat partem, aut ꝙ pars vna mobilis moueat alterā partem mobilē, & ex hoc etiā moueatur totum. Sed neq. totum mouet totū, nanq. idem ad numerū per eandē speciem motionis ageret, & mutaretur: quare etiam foret actu, & potestate simul, & quidē potestate, quatenus moueretur;

D actu verò, quatenus moueret, nec pars vtraque vtranq. concitare pōt, vt si totū fuerit A. B. & eius duæ partes A. & B. vt. s. A. moueat B. & B. rursus moueat A. quandoquidem efficietur, vt vtrunq. sit primum mouens. quod. n mouit prius, caussa potior est. Itaq. si A. mouet B. & B. contrà mouet A. mouebit A. magis, quàm B. Rursus si B. moueat A. atq. A moueat B. magis mouebit B. quam facit A. sic par erit pondus vtriusq. mouentis. Quinetiam, si ab alio quod mouetur, fiat motus: necesse profectò erit, vt ab eo fiat quod à seipso mouetur. ita si B. mouetur ab A, erit hoc quod seipsum mouebit à quo B. mouebitur. hoc ergo per se concitabitur: quòd si contrà moueatur à B. id per accidens erit. poterit igitur non moueri contrà ab ipso B. Quanquam neq. id perpetuū, vt quod mouet, contrà perpetuò moueatur ab eo quod ipsum mouit, sed aliquid mouet quod à seipso mouetur, non aūt ab eo quod motū est, aut ēt est immobile. non ergo pars vtraq. vtranq. potest loco mouere. Neq. item pars vna, aut ēt plures mouent totū, quia mobiles per se sint: etenim aut totū ita mouebitur ex hac hypothesi, quia se per se moueat primò, aut, quia moueatur à partibus, ac si dixeris ex eo moueri per se totum, quia pars per se moueatur: ergo etiam pars separata per se mouebitur; non autem totū: totum igitur non mouebitur per se primò. Quòd si velis totum moueri primò per se; partes per accidens mouebuntur: itaq. poterunt non moueri. Restaret igitur, vt sic totū parte moueretur, quia moueretur ab immobili; hoc aūt hypothesi aduersatur. Consequetur etiam, vt sint duo mouētia, duoq. motus vnius eiusdemq. subiecti: nam si totum moueatur à toto, quia pars vna sit per se mouens, atq. altera moueatur: totum

in primis

in primis à toto mouebitur, & sic pars mobilis à toto, eadem quoq. mouebitur à parte quæ.f.se primò mouit. Non me latet non paruas excitatas de conclusione hac fuisse controuersias à Græcis, Alexádro, & Simplicio, [a] atq. ab Auerroë, existimantibus Simplicio & Auerroë conclusioné hanc non fuisse inductam veluti absurdam, quemadmodum nos cum Alexandro conscripsimus; verùm quòd res ita sit atque ea sit mens Aristotelis: ad id aũt persuadendum illa plurimũ poterant, ꝙ Arist. paullò ante hæc ipsa pronunciasset. Totus igitur, hoc quidem mouebit, immobile cùm sit; illud autem mouebitur. sic enim solùm fieri põt, vt aliquid per se mobile sit. Præterea, quia non necesse fuerat tot mẽbra destruere; quandoquidem vno perempto nimirùm primo quod erat, totum non mouere totum; apparebat per se quintum quod est huiusmodi, quia pars immobilis moueat alteram partẽ quę mobilis est. ac si reliqua præter hæc fuere destructa; illa quidem sunt in quibus minus euidẽs est iõ accidentis. in hoc aũt quod nuper attulimus, & in eo, quòd totum moueat partẽ; accidens ita perspiciũ est, vt confutatione dignum non esse videatur: propterea neglecta hæc ab Arist. fuisse. Sed illud mihi difficultatem afferebat, quòd non satis perspicio, quo tendant illa quæ mox adscripta sunt. Amplius. siquidem tota moueat seipsam, hoc quidem mouebit ipsius, illud verò mouebit. A.B. igit à seipsa mouebit, & ab ipsa A. si.n. hæc verè conclusioni adiiciunt, vt ipsã corroboratura, ad quid'nam conferunt? quõ necessaria sũt? neque.n. necesse est hoc, si totũ mouet totũ, quia pars vna sit mouẽs, altera mobilis, quod totũ à toto & parte moueat: non.n. mouet à toto, sed totũ mouet, quia moueat à parte, ꝙ si mouet à toto, idest per accidens, quod itẽ ab Arist. negligendũ fuerat. Nec etiã video, quemadmodum ipsum A. à quo mouet pars, sit immobile, vbi cõpositum ex A. & B. totum moueatur: ideò neq. etiam id ex hac conclusione efficietur quod aduersarij contendunt, vt ex his primũ mouens cognoscatur. Neque placet pro eo, ꝙ est ἔτι.i. reponere ὥστε.i. igitur, tanquam hoc inferatur veluti conclusio. potius.n. sequebatur totum moueri à parte, quia pars vna, atq. illa quidẽ immobilis alterã moueret, & id, siue quia mobilis per accidens; siue quia simpliciter immobilis: nanq. hoc meo quidem iudicio superest adhuc inquirẽdum, velut etiam Arist. ipse posteà nos admonuit. Dices id fortasse consequi, si mobile per se statuatur: quo nĩm hoc id dicitur quod se totum mouet, quia.f. ex vna parte quæ moueat solùm, atq. altera quæ itidẽ solùm moueatur, conflatum sit, quod erat certè nos docere, quemadmodũ totum seipsũ moueret. sed mõstrare totum à toto moueri, & à parte, potius est accipere totũ à toto moueri, quàm explicare, vt à parte motus toti communicetur. Huc accedit, ꝙ eam speculationem paullò post aggredit Aristoteles, vt optimè videas ipsum non vlterius fuisse prouectum, q̃ vt inuenerit mouens quod non moueatur ab alio: neq. dum docuisse, vt moueatur à seipso. Id quod ẽt confirmari põt ex ea cõclusione quam paullò inferius attulit, vbi concludebat, quod per se mouet, è duabus partibus esse conflatum quarum vna mouens esset, altera autem mobilis, atq. hę vel inter se tangerẽt, quod ꝓprium est corporum, vel altera tantùm tangerent, altera verò tangeretur: eueniret aũt hoc, si mouens esset incorporeum. ita, vt liquidò constet non dum esse perspicuũ ex demonstratis, vtrùm mouens sit corpus, an incorporeũ, sed præterea decernendũ, eoq. solùm rationem nostrã fuisse deductã, vt sit illud seipsum mouens quod præterea possit in alia principia secari. Censeo igitur vnà cum Alexandro hoc tanquam absurdum fuisse illatum. Neq. apud me multùm valent obiecta: nam conclusio illa non simpliciter prolata fuisse videtur, sed tanquã illius exclusio quod ab aduersariò fuerat acceptum; nempè quòd pas vtraq. vtranq. concitaret. Est etiam lubricus ille locus à methodi redundantia sumptus: quandò neq. methodi repudient maiorem cuiuspiam rei explanationem. Quamobrem tametsi in opposito reliqua elucerent; semper tamen dicere licebit ad maiorem perspicuitatem illa etiam fuisse animaduersa.

[a] 8. Phys. T. 32.

Quemadmodum se habeat primum per se mobile ad suas parteis. Cap. XIX.

ITAQ progrediamur vlterius, & alia facta mouentium mobiliumque partitione id quod primò mouet, adhuc diligentius indagemus. Ordo.n. mouentium, atq. mobilium constat è tribus; mouente solùm, mobili solùm, atq. mouente simul, & mobili quod est instrumentum, vt si in animali mouẽs primum sit cor, aut anima: mobile sint musculi, aut membra, mouens aũt & mobile simul, vt instrumentũ, spiritus & ea quæ Hyppocrates appellat ἐνορμῶντα.i. impetum facientia: ex his vnũ constituitur quod se per se mouet: nam continet oĩa principia quæ ad efficiendum motũ requiruntur: at si spectentur eius partes sigillatim, vbi vltima secernat ab aliis, quia nihil ipsa mouebat adhuc; reliquæ duæ motũ præstabunt: supersunt.n. duo principia quæ sint idonea facere motum; mouens nimirùm, & id quod mouetur. Sed si animus, aut cor auferantur; profectò nullus erit motus, eo quia spiritus mouebant quidẽ, sed non per se, verùm, quia mouerentur ab animo, aut à corde: ergo ex mouente, atq. illo quidẽ immobili, & ex mobili cõstat id quod se mouet primò: talia.n. esse animam, aut cor accepimus, ac si libeat, ita potes efformare duos syllogismos quibus vniuersa loci huiusce snĩa comprehendatur. Illud sine quo fit motus, non est pars necessaria motus. Sed sine ossibus, vt puta adhuc fit motus: non igitur ossa sunt pars necessaria motus: at ossa sunt mobile duntaxat: id igitur, quod mobile solùm est, non est pars necessaria motus, & contra. Id sine quo motus, non consistit, pars eius est necessaria. Sed absq. animo aut corde, & sine illo etiã quod mouetur, motus non conseruatur; ergo duæ illę sunt partes necessariæ motus, siue inter se tangant, veluti corpora, siue ẽt alterum tantummodò tangat, sicut animus tangit corpus, nec contrà tangitur ab ipso. Sic habebimus id quod mouet primò, nec ab alio mouetur, ne fiat processus in infinitum: neq. illi repugnat hactenus esse corpus. Cęterùm quia tale genus

A nus mobilis non sufficit ad aperiendū illud principiū quod in præsentia vestigamus; vlterius etiã procedendū est,& alia hypothesis assumenda quæ talis est. Nam fingitur hoc mouens esse continuū, non secus atq. mobile ipsum. Verùm, quia latet modus, quo continuitas huic ipsi mouenti tribuenda sit, & extat repugnantia quædã inter ea quæ mox dicenda sunt, atque illa quæ nos olim constituimus è 7. Phys. anteà libet explanare,quemadmodū accipiendū sit in hac rõne continuum. Nouimus.n.continuum per se & per accidens esse,vt id quod inest in continuo,velut albedo. Rursus mouentia possunt à nobis exponi continua,vel quia sint corpora,vt si saxū suo pondere moueat aquã, vel etiam virtutes in corpore, vt grauitas. Iterum continuum mouens esse põt, si non vnum cum mobili ipso simpliciter factum: oportet.n.ea se tangere,vt & nuper accepimus,atq. olim demonstrauimus; sicuti cor cui nerui,aut venæ appenduntur,aut prætereà,quia mouens cum mobili extendatur, quod euenit fortasse in ea quæ tantum mouent,quantum proximè tangunt. In hoc igitur loco mihi videtur Arist. adhuc inde finitè sumere mouens, seu corpus à mobili seiugatum, seu virtutem in corpore, sed planè tale, vt cum mobili non cõtinuetur; veluti cum arteriis, aut neruis ipsum cor, vt ex illis vnum totū continuum fiat secundùm longitudinem: verùm ita continuū,quia inter se aptentur, vt simul diuidi possint, & quælibet pars mobilis obtineat certã partem ipsius mouẽtis, quod fortasse euenit in illud genus formarum quæ cum actu vnum sint,potentia plura existunt: ꝙ siquis hanc mouentium rationem complecti velit



B alterū genus formarum quæ per essentiam cõmunicantur, cùm essentia sit indiuidua, virtutem potest accipere: nam virtus earum cum subiecto quoquo pacto producitur,cùm quacunq. pertineat, neque pars vlla,quanuis minima,talis virtutis expers sit;nam sic etiam veluti diuidua cogitatur,& cum subiecto producta. His stantibus facilè erit explicatu, quemadmodum constituendum sit id quod se per se mouet primò: non.n.quia mobile B. secluso A. partem habet aliquã in se quæ se per se moueat, & reliquę ad eius motum moueantur,sed totū quod constat ex A.& B. est id quod se per se mouet,cùm in eo quippiã sit quod mouet,atq. aliud quod mouetur. Ita totum per se mouetur exclusis partibus illis quæ ad motū eius agitantˊ,vt si virtus quædã mouẽs,vel per molẽ cordis,vel etiã per spiritus diffusa sit. Hæc sunt quæ per se primò mouentur; non quia moueantur ad motū partis cuiuspiã,sed quoniam habent in se duo motus initia re distincta; si totū accipiatur,quod constat ẽt è carne & ossibus,hoc per se primò non mouetur:nanq. ibi sunt prætereà membra quæ ad motum spirituum,aut cordis excitantur. Vnde ẽt profligatur illa dubitatio quam in medio afferebat Aristoteles: [a] cū sint vtraq. continua,& ab alterutro,aut ab vtroq. pars deteratur; vtrum'ne reliqua pars mouentis mouere possit, & pars residua moueri,an potius vtræq. suū officiū intermittant.cur.n.non moueatur, si è duabus partibus mobili.s. & mouente constatur? verùm si moueatur adhuc, ergo totum animal primo per se mobile non erat; — *a 8.Phys. T.44.*

C quandoquidẽ etiã sine aliqua eius parte motus fieri possit. Hæc dubitatio quidẽ,sed eiusmodi tamen, vt negocium exhibuerit interpretibus: [b] accipitur.n.quippiã cuius oppositū cõclusum fuerat,neque.n. parte quiescẽte totū moueri poterat. Rursus aliquid euenit quod iis repugnet quæ nuper tradita sunt; nimirùm nõ ex eo iudicandū esse aliquid mouere se per se;qm̃ quædã pars se per se moueat; hîc aũt accipitˊ in toto pars quæ se per se moueat. Idcirco Vicomer.aiebat primùm, talẽ esse solutionẽ ei⁹ dubitationis,ꝙ prius in toto partes in potẽtia forent: ideò partes nõ se mouere per se.quod.n.se p se mouet, actu sit oportet: at cùm separantˊ à toto,tum iã in actum erũpunt: prophereà sẽper se mouere queunt. Ita ergo cū Arist. partes in toto superius accepisset,quatenus in toto sunt; ita verò solùm potestate sũt, per se moueri partibus denegauit; in 7.verò Phys.designari tãtū partẽ,non aũt actu disiũgi à toto. Sed hoc quod postremò loco allatū est,nõ valde aptè pronunciatur,quod.n.sumitur ex designatione,adæquat,vt ipsi volũt,diuisionẽ quę reipsa fit. notatur.n.actus partiū certus ab oĩum aliarū actu segregat⁹, vt ẽt,si natura id efficeret: idẽ cõsequeretˊ quod tribuimus partib⁹ ipsis ex designatione acceptis: veluti si designemus certã partẽ,aut sedẽ in cœlo & terminos motus;tantū valet,àc si natura partes eiusmodi ꝓduxisset,& illis certū locū assignasset: ob id in ꝓposito rei natura nõ variatˊ. Insuper Arist. verba repugnantiã cõtinerent: paullò.n.antè acceperat fieri motū, quia singulæ partes è duobus principiis cõstẽt; — *b 7.Phys.*

D nõ aũt quia moueatˊ totū ab vna prima parte quæ moueat seipsã. Quamobrẽ si statuamus ita cohęrere mouẽs,& mobile;seruatˊ rõ 7.Phys. ibi.n.cõtinuū secũdùm longitudinẽ sumebatˊ, & vnū ex mouẽte & mobili,vt ex manu,calamo,& charta;proptereà manu quiescẽte reliqua ẽt necessariò manebãt.sed hîc, cū in qualibet parte sint vis mouẽs & mobilis; ẽt si separentˊ à toto per se mobile adhuc est: verùm non eadẽ rõne,cū anteà potestate quidẽ partes mobiles essent,& totū actu per se primò moueretˊ, post diuisionẽ verò actu factæ sunt,& ideò se per se mouent,vt si tota lacerta moueatˊ, cuius vis per vniuersū corpus extendiˊ: totū est id quod se per se primò mouet,quoniã est in actu; partes aũt motu vacant,cū in actu nõ sint;verùm si diuidantˊ; actū assequuntˊ,& plura sunt quę se per se primò moueãt:qñ in singulis ei⁹ partibus vtraq. facultas,& mouẽs & mobilis existat. Ex his igitur cõstat,quemadmodū cõstituẽdū sit id quod se per se mouet: immobile.n.mouẽs esse oportet,& mobile,è quibus,vnū per se fiat.immobile verò hactenus,quantū pertinet ad eã speciẽ motus,cui⁹ ipse auctor est; nec dum.n. simpliciter immobile cõclusū est,sed in hoc assiduè versamur,& vrgemur: in hoc.n.pũcto pertinaciter hęrere oportet.

Ratio,qua concluditur esse motorem quendam æternum. Cap. XX.

INDE verò per motū parare cępimus notitiã primi mouẽtis;quippe ꝙ,si motus generatim æternus est,mouens ẽt æternū sit necesse est,ita vt,quemadmodū motus nunq̃ intermittitur; sic ẽt nõ deficiat mouẽs, siue hoc vnū sit,siue plura.nec dum.n.id nobis perspicuū factum est, quod quidẽ immobile sit

(neque id ēt dum simpliciter hic cōstitit, sed in eo motu quē tum spectabamus) sed tamen moueat:nā de principiis immobilibus quæ tñ vim mouendi nō habeant; in pręsentia disputatio nō est; peragetur aūt,aut 7.Met.quà ideę è Philosophię scena explodent̃,aut in extremo methodi illius,vbi cōtra numeros Pythagoricos inuehet̃ Aristoteles; cur non etiā eiusmodi erūt puncta & plana, è quibus existimatū est ab Antiquis res naturales esse cōstatas de quibus abundè 3.de Cęl.disputatum est? quandoquidem oīa hæc principia substātiarū & motus expertia posita fuerunt, aut ad sūmū cōcessus est eis motus phā tasticus de quibus tñ nunc nō tractamus. Verùm si motus æternus est generatim; necesse itē est motorē vnū esse ad numerū qui primus sit,& à quo proximè,aut remotè proficiscant̃ oēs alij motus.id verò cō stabit,tum spectādo naturā mouentiū,tum ēt motus ipsius.Nā quod ad mouētia pertinet;ita necesse est, si motus generatim æternus est,mouens primū esse perpetuū;semper verò intellige non simpliciter,sed quomodocunq. primū,siue alterās,seu quocunq. alio mō agens,& hoc siue vnū simpliciter, seu plura quę sibi succedāt in ꝑpetuū,ac si vnū fuerit quod perpetuū sit,iā habemus quod volumus; si plura:aut illa ēt ab vno quodā motore cōtineri oportet qui quidē eorū successionē cōtinuet,siue ea per ortū existāt,& per interitū tollant̃,cuiusmodi sunt corpora caduca,siue ēt oriant̃, & collabant̃, sicut indiuidua quędā sine ortu & interitu;tales verò sunt animę brutorū quæ cum à quodā æterno ꝓducātur, sic inter se cōnectunt̃,vt in infinitū sibi succedentes posteà sint aliorū motuum caussæ. Nā ꝙ permaneat motus, neq. vnū ex hoc genere mouētiū,neq. plura in caussa esse possunt,nisi fuerint æterna; tametsi oīa quib. perpetuū successio cōpletur,vnà accipiant̃: fieri pōt ob id,qm̄ à caduco æternū per se proficisci nō pōt, & fortè ea caussa interior est q̄ tradidit Arist.quia res cupiūt potius,q̄ nō esse;indiuidua verò se ꝑpetuò tueri nō posśūt: propterea quod lōgè à principio distāt, ideò cōtinuā ꝓpagationē eorū quæ intereunt, aliud quoddam principium præstare oportuit,quem Deū esse confitemur: ita.n.maximè continuatur rerum caducarum natura;quia generatio est via in substantiā ipsā:sed cùm per aliquē motū continuū perficiatur; ille verò fiat ab eo quod continuè mouet; hinc efficit̃,vt ea mouētia quæ sibi succedunt ne queant esse caussa perpetuitatis,& successionis quæ nullo vnq̄ tpe intermittatur: quod n.corrumpit̃, nec à seipso,nec ēt à sibi succedente quod nondum sit,corrūpitur;sic neq. quod generat̃ à se ipso produ cit̃,aut ēt ab antecedēte quod iā corruptū est;sed ab externo quopiā quod certe dū gignit hoc,corrūpit antecedens.Ita ergo duorum successio quę secū cōmutant̃,à tertio quodā administrat̃. Aut ēt ꝓpositū cōfirmabimus ex eo quod Tex.subsequēte adscriptū est. Nā cæteroqui mihi nō placet illud quod aiunt nōnulli ꝓbantes nō oīa talem perpetuitatē efficere posse(quod.n.mouens vnum id nō efficiat,dubium nō est) ꝙ oīa sunt infinita,nec vnà sunt;ac si infinita;caussa esse nō possunt,si non vnà sunt; nō possunt itē simul efficere.cur.n.necesse sit ea,si sint infinita,simul esse,vt simul efficiant? non'ne virtus à priore subsequentib. ēt si maneat,cōmunicari pōt? quæ itē necessitas,vt simul efficiant,qn̄ eorū successioni generatio,& motuum generatim perpetua propagatio subiecta est,neq. postulat,vt oēs effectus vnà sint? Ergo & motus,q̄uis generatim perpetuus sit;opus habet ēt alio motu à quo multorum,atq. adeò infinitorum motuū successio cōtinuet̃,qui vel vnus sit,vt si mundus fuerit vnus,vel plures,quemadmodū opinati sunt nōnulli.quare cùm hic itē fiat ab vno motore;vnum quoq. mouens primū,aut plura, seu infinita,& deniq. paria motib. illis primis sint necesse est.quoniā verò finita ponere melius est,q̄ infinita,& vnum præstat multis. Multorum.n.principatus bonus nō est:vnus princeps esto,Rex vnus.si vnū eadē ęquè præstare posśit,ac plura; dicemus ēt motores illos primos esse finitos potius,q̄ infinitos,atq. vnū potius,q̄ multos,qui cū sit æternus,ęterno tpe motū ꝓducat,à quo mox oēs alij motus ꝓficiscant̃, cùm animantiū tum ēt inanimorū,qui itē sine animātiū motu nō efficiunt̃; siue id sit cęlum. nanq. hoc animatū esse posteà docebimus;siue ēt viuentia sint apud nos: nanq. etenim illud generat & corrūpit; generādo dat formā,dando formā dat etiā consequentia formā, in quib. motus ipse potisśimè numerat̃ nr̃a verò & trahunt extra ꝓprium locum,& pellunt,& vertunt, & vehunt, oīa hæc faciendo vi quadā illorum naturæ illata,atq. id præstātia, si nō ꝓximè saltē remotè: nanq. & grauè premit,& scindit medium: id verò nō efficeret,nisi ageret̃ ab animāte,quod aut gigneret,aut alio quopiā modo genitū cōcitaret.Ita à motus æternitate generatim cōcludit̃ esse vnum motum ad numerū qui quidē sit æternus, sed cùm ēt hic vnus sit,vnus aūt ab vno motore,vnum quoq. motorē esse cōuincit̃ à quo motus ille primus primò,per hunc verò deinceps alij deriuent̃. Vnum verò à quo totum cœlum moueat̃: nanq. hic quatenus vnus motus totius cęlestis corporis reputatur; ita vt nihil attingat,quod attineat ad multitudinē mētiū beatarū,quas sanè plures esse credimus,& totidē,quot sunt orbes,vt ēt motus;quarū oīam tñ vna prima existit. Citat̃ aūt hęc demōstratio ab eodē Arist.1.de Cęl.vbi vnū esse, cùm mobile, tum motorē se docuisse profitetur ex æternitate motus. Hucusq. igit̃ hactenus ventum est, vt motum vnū æternū esse intelligamus, & ex eo motorē vnum,atq. illum quidē æternum. Restat nunc vt de huius methodi vi nōnulla dicamus,id verò consequemur hisce duob. animaduersis. primò quidem resoluta ratione philosophi in sua primordia,deinde eo considerato,quemadmodū motus nos euehat ad Deū.

Concluditur absolutè primum motorem esse, & alia quæ ad illustrandas eas rationes attinent afferuntur. Cap. XXI.

EXPEDIET item si naturam primi motoris assequi prorsus velimus, vt Aristotelis rationem in sua primordia resoluamus, ac progrediamur à motu perpetuo generatim,& ex eo cōcludamus esse quempiam motum continuum à quo successio motuum specie diuersorum qui interpellantur, perpetua reddi valeat. Nam si motus isti sibi deinceps succedunt,nunq̄ continui sunt, si non continui;

neque

A neq. item existit id quod semper est: ipsum.n.semper est continuum: ergo etiam postulat motũ quẽpiam continuum cuius ipsum sit numerus,& mensura: neq. potest ipsum semper esse numerus eorũ quæ deinceps sunt primò,sed continui. Verùm id quod est continuum necesse est vnum sit: vnus igitur ille motus qui continuus est: atqui nos olim docuimus vnum motum vnius esse mobilis,& ab vnico motore proficisci: quare si motus æternus est generatim,& motus quoq. vnus ad numerum æternus: nanq. æternum est primò vnius æterni mensura.si motus vnus ergo & mobile,& mouens vnum. ex hoc etiam ꝙ æternus est motus,atq. ille quidem vnus;efficitur illud, vt motor item qui vnus est,sit perpetuus. Differentia verò inter continua,& ea quæ sunt deinceps explanata fuerat 5.Phys.quæ.n.deinceps sunt,multa existunt,eaq. talia solùm,vt inter illa nil intercedat quod sit generis eiusdem:at continua verè vnum sunt,vsq. adeò,vt si continuus fuerit motus,ipse protinus existat vnus; & contrà si vnus,item continuus: ac planum est,si motus vnus futurus sit,id postulare,vt vnum sit tempus, mobile vnum,& mouens vnum. Vide verò q̃ perspicua cuncta reddantur,si ita procedamus quæ item si diligenter aduerteris, mirum in modum congruunt cum verbis ipsis Aristotelis, & ea difficultas pellitur ex hoc loco, quæ vexauit Simplicium & inter nostros summum alioqui virum Franciscum Vicomercatum,qui existimarunt Aristotelem in iis verbis accepisse tanq̃ demonstratum, si motus æternus esset generatim;fore quoq. vnum motum,atq. illum continuum & æternum; aut etiam demonstratũ motum speciatim esse æternum,atq. inde tanq̃ ex demonstratis inferri vnum esse motorem,& illum sanè
B perpetuum;cùm tamen ex eius verbis id tantum colligi posset,demonstratũ fuisse motum generatim esse perpetuum,& ex hoc nunc inferri si semper,necesse fore,vt sit continuum. Sed melius hæc ex Græca phrasi patebunt δέδεικται γὰρ ὅτι ἀνάγκη κινεῖσθαι ἀεὶ, εἰ δὲ ἀεί, ἀνάγκη καὶ συνεχὲς εἶναι, idest, demonstratũ est.n. ꝙ necesse est semper esse motũ;si verò semper;necesse itẽ esse continuum. Vbi repetunt itẽ eã vocẽ δεδεῖχθαι. quasi ẽt demonstratũ sit,ꝙ sit continuũ,nos id assumptũ fuisse tanq̃ demõstrandũ asserimus,& vt id quod consequatur æternitatẽ motuũ generatim; quasi si fuerit æternus generatim;ꝙ inde etiã sequitur vnũ quendã fore continuũ.mediũ verò ad id colligendũ esse quod adiicitur καὶ γὰρ τὸ ἀεὶ συνεχές, τὸ δ' ἐφεξῆς οὐ συνεχές. hoc est,quod.n.semper continuũ; quod verò deinceps non continuũ: vbi ἀεὶ pro tẽporis differentia sumptũ fuisse puto;non aũt pro reipsa cui tribuenda sit æternitas, vt motus, aut vt subiectũ; hæc aũt differentia tẽporis continuationẽ manifestè significat quæ si suapte natura refertur ad motũ: ergo cuiuspiã motus continui necessariò fuerit,non aũt motuũ multorũ qui sibi necessariò succedant. Nec igitur hoc accipitur vt demonstratũ,quẽadmodũ Vicomercatus accipit;neq. est hypothesis,vt dicebat Simplicius. At ꝙ immobile conclusum prius est esse id quod primò mouet;si non simpliciter,eo saltẽ genere motus quẽ efficit,& si non per se, saltem per ac-
C cidens;ẽt dubitandũ fuit;an'ne id quod primò mouet in eo genere,aut ẽt aliud quod immobile quidẽ oĩno est,sit etiã caussa motus illius quẽ vnũ,continuũ,atque perennẽ ponimus. Cũ.n.eò deduxerimus omnẽ rationẽ,vt visum sit oẽ quod mouet,ab aliquo moueri,atq.inanima semper ab alio quod ab ipsis esset distinctum; præterea nouerimus id quod ab alio mouetur,aliquando motũ iri ab eo quod esset per se mobile. hoc aũt erat animatũ,id verò secabatur in duas parteis vnã quidẽ per se mouentẽ,atque alterã per se mobilẽ,mouentẽ verò per se immobilẽ esse; nunc videndũ est, vtrùm hoc possit esse caussa motus,hoc est,primũ mobile,& primũ mouens simpliciter à quo fiat motus ille perpetuus qui sit caussa perpetuæ successionis in motib. non perpetuis, an aliud immobile simpliciter inueniendum sit. Et certe primũ illud non esse idoneũ hoc præstare,conuincitur;quoniã & hoc ab alio mouetur,neq. est auctor oĩum motuũ qui fiunt in ipso, velut eorũ qui oriuntur ex nutritione.præterea locũ mutant ẽt,quando mouentur ex seipsis,atq. is est cũ progrediuntur, & tendunt ad id quod extrà est, & primo ipsa mouit. hoc verò illud est quod mouet,tanq̃ finis,& bonũ ad quod consequendũ ipsa excitantur. Nanq; id significari puto per ea verba. Et mouent se ipsa,cũ primũ principiũ extra sit. Si igitur & aliis motib. agitantur,& aliud extra ipsa est à quo mouentur, & quia locũ mutant,ẽt vniuersa principia interna cũ illis cõmouentur. Huc accedit,ꝙ & id quod extra est,quo animal tendit,vt ipsum adipi-
D scatur,eiusmodi est,vt aliter se habere possit;ideò si varietur,ẽt quiescat animal oportet, quare externũ verè principiũ motus est quod certè manet immobile magis,q̃ id quod est intus,nanq.appetitus,& appetens,cũ mouetur,tũ est fons, & origo motus. Planũ igitur ꝙ animata ẽt nequeunt esse mouens illud primũ simpliciter quod perpetuũ sit,& caussa motus vnius continui & perennis,sed neq. ẽt principiũ illud vniuersè quod extra est; variũ est.n.atq. mutabile: quare ẽt ab alio mouet quod longè prius ipso sit. Cũ verò principiũ motus geminũ sit,nimirũ finis & efficiens:alterum quod expetitur, atq. alterũ quod impellit;vtraq. aũt ad animalis motũ propagandũ concurrunt exterius,eaq. varia sunt,& ordine quodã fataliterq. mutantur,itidemq. casus fortunæq. vi,& inordinatè cientur, ac miris agentia modis excitant animantia,dum afficiunt variè & vt prosequenda mox, alias vt vitanda sese ipsis offerunt,nec minus ipsa obiecta,vt pulchrũ,q̃ ambiens,quod alterando placet,aut displicet;singula.n. hæc id præstare queunt. Nã cęlestium circuitus,& astrorum motus qui plurimum solent esse certi, & ordinati,cuncta propemodum gubernare videntur,& singula ferè disponere,præ vt inter se habent secundùm tẽpus meridianum,situm,ortus,occasus,atq. congressus. Itaq. in elementis primùm admirabiles varietates efficiunt, inde in plantis, post in animalib. Et perspicuè videre est ex ipsa illorũ consensione dissensioneúe hæc augescere, minui, & actionum, morum, naturæque dispariles alterationes,& vicissitudines admittere. Nanque

Vere tepet picto Zephyris spirantibus aer:

Decrescunt celeres æstiuis ignibus amnes, E
Temperies Autumne fluit tua nectare dulci,
Perque hyemem lentus cęlo niuis aduolat imber.

Atq. illud extat de plantis hoc modo.

Ver agrum gemmis nitidum stellantibus ornat:
At feruens ęstas pinguissima frugibus arua;
Mox autumnali redolet vindemia fętu.
Fronde nemus malè nudat hyems

Ex his ad animantia deuenitur.

Nam simul àc species patefacta est verna diei,
Et reserata viget genitalis aura Fauoni;
Aerię primùm volucres te Diua, tuumq; te
Significant initum perculsæ corda tua vi.
Inde feręe pecudes persultant pabula lęta
Et rapidos tranant amnes.

Cæterùm Maro multò sublimius.

Et quia tempestas & cęli mobilis humor
Mutauere vias, & Iuppiter humidus Austris
Denset erant quę rara modo, & quę densa relaxat; F
Vertuntur species animorum, & pectora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat
Concipiunt hinc ille auium concentus in agris
Et lætę pecudes & ouantes gutture corui.

Regiones etiam terræ secum differunt per habitudinē quandā ad vniuersum, præcipuè verò per aspectum ad Solem. Sunt aūt insignes quinque potissimè, quas Zonas oēs litteratorum classes appellāt. Has item mutationes homo ęgrè declinat, & earum multas vi naturæ subit: nanq. & species, & magnitudines, & colores, iræ etiā, cupiditates, & studia pro cęli varietate diuersa sunt. Quare multum suis prædictionibus astrologi concessere. Nihilominus sapiens eorum imperium declinare potest, & vti iure suæ libertatis. Sed enim siue expetendum sit id quod extrà est, siue etiā cęlum quod mouet, vt efficiens, nullum ex his primum mouens esse contingit. Ideò si primum mouens simpliciter esse non potest, quod familiare, & ingenitum est ei quod locum mutat, hoc verò est animal, quia mutat locum per accidens, neque id, quod extra mouet, qui quidem finis est, quoniam aliquando mutatur, & deficit: si id ēt quod ab huiusmodi principiis agitur, nequit perpetuò moueri; ergo perspicuum est ab opposito, quod nullo pacto mouetur, nec per se, nec per accidens, esse primum illud mouens quod quęrimus: & primū mobile id quod ab illo primo mouetur, quod itē perpetuū sit necesse est, atq. immutabile, cū secundū substantiā, tū itē secundū locū: manente.n. primo principio manet id ēt, quod ex primo principio aptum est, & ex eo ꝓximè pendet: nil.n. prohibet talē esse sensum eiusmodi verborū *καὶ μένειν τὸ ὂν αὐτὸ ἐν αὐτῷ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ*. hoc est, & manere id quod est ipsum, in ipso, & in eodem. Nā Deus ipse est ens ipsum quod est caussa cęteris ꝙ sint, manet aūt in primo mobili, nimirū secundū virtutē, & in eodem; quia nullus progressus ab vno ad aliud in eū cadere possit. Quoniā verò dictū est primū mouens non mouere nec per se, nec per accidens; aliter efficere non posse motū continuū, quod ad mobile ipsum attinebat; poterat quæri, vtrum'ne ipsum abhorreret à motu per accidens, an quēadmodū hæc quæ mouentur apud nos, per accidens moueri possunt; ita & per accidens ea moueantur quæ manent in cęlo: videtur.n. id euenire in stellas inferiores; quia motu proprio mouentur à suis principiis, ab occasu scilicet ad ortū; contrà verò ab ortu in occasum motu diurno à sphæra inerrantium, alios quoque motus ab aliis sphæris administratos accepimus à veterib. astronomis Eudoxo, & Calippo quos imitatus est Aristoteles, dum intra Zodiaci terminos planetæ vagantur. & auctore Simplicio singulorū caussas edocuit in lib. problematum naturaliū, qui ad nostras manus iniuria tēporum non peruenit: q̃obrē respōdet Aristoteles ad eā dubitationē distinguens de principiis motus: nā quod mouetur à se, vel ab alio concitatur; & à se rursus, aut per se aut per accidens; ac per se quidē à seipso mouetur animal, quia diuiditur in partē per se mouentē, & partē quæ per se mouetur; per accidens autē à seipsa anima, quandò mouet corpus, & ex eius motu mutat locum. Est & moueri ab alio, cùm mouens à mobili separatum est, nec cum eo tanq̃ subiecto consistit: atq. id per se, vel per accidens. hunc; igitur motū, qui ab alio fit, siue per se, siue per accidens in cęlestib. ponere non veretur Arist. eū verò qui est à seipso per accidens, solùm caducis attribuit. Itaq. timendum non est, ne motus ille quo cientur planetæ, aut orbes inferiores, de æternitate detrahat, ꝙ ab alio fiat: ille planè molestiā posset afferre qui fit per accidens à seipso. Iā.n. perspicuum est quod mouet per accidens posse non mouere. Si ergo fuerit id quod per se per accidens mouet; non igitur continuè mouebit: mouet.n. se per accidens, dū mouet aliud cuius motu ipsum quoq. cietur; ideò si seipsum mouet per accidens; ēt consequitur, vt illud cuius motu agitur, non necessariò moueat. At quod ab alio mouetur per accidens, nil perpetuo moueri vetat; habet.n. id à quo per se moueatur, vel proximè vt orbis, vel per orbē, quatenus cum eo connexum est, de quo principio suo loco dicetur. proinde ēt fit, vt cęlum adhuc primum mobile haberi possit; quoniā cum isthoc motu seruari potest ęternum. Et quanuis hæc ego legā ab Alexandro accōmodari ad animas corporum cęlestium, & hoc nomine confutari videā hanc interpretationē, quasi nulla talis anima sit quæ ponitur ab Alexandro; cū hactenus id dubiū sit, & posteà declarandū; non possumus hoc loco pro principiis vsurpare eas esse essentias separatas, aut virtutes corporeas. Sed tñ si virtutes incorporeæ sint, ai-

mus

A mus eas nec per se, nec per accidens ab alio moueri, aut à se ipsis. si verò fuerint corporeæ virtutes, eas quidē ab alio moueri, quanuis per accidens, nil fortasse prohibebit, vt de grauitate dictū est, quæ mouetur per accidens. Nisi fortè dixeris eas manere immobiles, quia non mutant locū. Neq. illud obstat ꝙ Aristoteles arceat id quod est per accidens, à cęlo,[a] quia tollit illud per accidens quod est fortuitū, & hoc ipsum quod est à seipso moueri per accidens. Addo ēt, vt ab efficiente, quando nē in genere finis astra se ipsa mouerēt, dum finis habentur motib. orbium, eaq. vehuntur ab orbe, qui motus est per accidens. Magnum igitur quid interest inter id quod est moueri per accidens à seipso, & moueri per accidens ab alio, vt efficiente. Nā ꝙ ea quoq. partitio pertineat ad illa quæ mouentur ab alio, manifestum est, vt cùm albedo chartæ mouetur ab impellente chartā, sic.n. mouetur per accidens; & à generante mouetur elementum per se, & per accidens aliquid à seipso moueri potest, vt de anima dictum est, grauitas per accidens quidē non mouetur à seipsa, sed à generante, aut remouente prohibens. Moueri igitur à seipso per accidens de cęlo denegatur, vt puto, quia tale principium idoneum non est efficere primum motum, qualē in præsentia vestigamus, eo ꝙ ex se ipso sufficiens non est, vt diximus, & apparet manifestò in animalib. Ita igitur si ostensum fuerit animā in cęlo se habere sicut grauitatē in terra, per accidens ab alio mouebuntur: neque.n. se per accidens mouent, cùm in eo motu efficientis rationē non subeant. Sed tamen ea verba pspicuè pertinent ad ipsos orbes, quod defendebat Simplicius. Quod

B .n. pertinet ad alium motum qui fit per se, cum in prima sphæra, tum ēt in reliquis inferiorib. ꝙ ab alio concitentur, dubium non est. Quanq̄ difficilè est explicare, queadmodum fit naturalis hic motus, cùm ab alio fit, nec ad eos terminos quos versus agitur, propensionē habere videatur, quia nimirùm in corpore simplici non nisi vna propensio queat inesse. Nā ꝙ motus aliquis per accidens sit, & naturalis, nil sanè prohibet, vt cùm elementa genita mouentur. Itaq. cùm sit ab alio idq. per se, præter naturā prorsus inesse censebitur. Propterea Peurbacchius hoc timens negauit motum in deferentib. augē, vt astronomi vocant; ad motum octauæ sphæræ esse ab octaua sphæra, sed ita dici, quia foret illi cōformis. Sed iste planè dum minus periculum declinat, in maius labitur imprudens; nanque aut in corpore simplici geminā propensionē ponit, aut in eo duo principia mouentia collocat, & præripit omnē viā inueniendi numerum substantiarum à materia secretarum. Proinde specta, obsecro, an hoc defendi queat. Auia .n. peragro, quàobrē tu veritatis amator adiuua, obsecro, hunc meum conatum. Dico igitur in cęlo, prout corpus est, & actu substantia, materiæ solius haberi rationē, quicquid insuper habet id illi contingere prout animatum. Nunc quæ insunt ex necessitate materiæ, secundùm naturā eius insunt. At ꝙ cōtigua consequantur, inest ex necessitate materiæ. ergo & secundùm naturā materiæ. quo ēt modo defendi posset hypeccauma secundùm naturā moueri, & absurda ex duob. motib. accepta ad naturam

C formæ transferre. Dico ēt hæc esse propria animati, quoad animatum est, vt partes eius cōtrariis motib. agantur, qui planè contrarij non sunt, sed per accidens, & subcontrarij. Verùm nos de his postea copiosius. Sed quæ'nam species hæc motus? Raptum astronomi vocant, quem physici vocabunt? Equidē non arbitror eiusdē rationis oēs motus esse in cęlo, & alio modo orbē, ab orbe moueri fatebor, alio modo à mente; audies etiā aliud motus esse, principium in quoq. orbe, audies & animam. Et motus à mente administratus est per se, vt à fine; ab anima, vt per ipsam, qui à dextra cęli parte, ab ipsa vt efficiēte; qui verò ab orbe, est per accidens: illū qui totius orbis est, motum simpliciter dicā; astri verò vectionē faciā. est aūt vectio motus per accidens: continetur.n. ab alio, queadmodum viscera in ventribus, & aliorum motu mouetur; nec in ipso sunt principia motus; illud haber per se quod mutat locum: illā conuersionē voco, & ex pulsu tractuq. constare puto, nanq. ad sese primū trahit mens eas orbis partes quæ illā potiri cupiunt, dum id fit, ex continuatione efficitur, vt aliæ quæ non potiebantur, ad eā perueniant. Neq. idcirco motus cōpositi sunt: non oriuntur.n. ex varia propensionum mixtura; sed vna totius est vis; ex figura aūt nascitur illa varietas. Proinde valeant ij qui motum ab alio violentum esse semper arbitrantur. Sed hoc omisso transeamus ad ea quæ sequuntur. Omnino verò nisi fidem faciat illa ratio, quā ab eo quod semper est, antea duximus ad id, vt concludatur vnicum esse motum; atq. il-

D lum continuum; ab euidentiorib. alterā petere licebit: ea verò est quæ pendet ex continua rerum successione, & vicissitudine quā superius exposuimus. hæc.n. à motu cęlesti perpetuari videtur, & à varia motione, atq. adspectu syderum quæ ex duplici motu producuntur; altero quidē qui prorsus inuariabilis est, quē suprema sphæra in qua stellæ inerrantes infixę sunt, mouetur; altero verò qui varius & mutabilis est, nēpe planetarum, nā ab hoc obtinuere mortalia, ꝙ modò oriantur, aliàs intereant, ab illo verò ꝙ hæc consimiliter perpetuò fiant. Ergo motus hic perpetuus erit qui quidē à motore non nisi ꝑpetuo prorsusq. immobili potuit exoriri. Atq. ita confectum est hactenus esse primum motorē, & eūdē absolutè primum, cuius tres sunt adhuc inuentæ conditiones; prima quidē, ꝙ sit æternus; altera verò quòd sit immutabilis cum per se, tum per accidens: tertia quoq. ꝙ idē sit vnus. Ex his ēt sumetur occasio decernendi reliqua quæ ad illius essentiā euoluendā pertinebunt, vt cū hic via resoluente ad ipsum peruenerimus, & ostenderimus ꝙ sit, vel auctore Alexandro, nunc ipsum per se contēplantes facilè intelligamus ea quæ faciunt ad certas proprietates eius prænoscendas. Nā quæ sunt per se ipsa nota, sic tamen, vt sine aliis cognosci nequeant, ita postq̄ illa quadā ex parte mens assecuta est; ea quæ restāt, etiā sine vllo negotio concipit, atq. ita plana experitur, vt in iis tanq̄ in bona luce, reliqua quæ descendunt ab ipsis, ēt certissimè consequatur, vt puta, vtrum'ne oīa moueantur, aut maneant, an aliqua duntaxat; siquidem & nonnulla semper manere appareat, quædā semper moueri, nimirùm illa quæ aguntur à mouente immobili, quod æternum sit, alia moueri & quiescere vicissim, ꝙ ab eo quod mutabile

[a] 12. Met. Li. [illegible] cet. tu- cci. [illegible].

sit,aut etiã non æternum,concitentur,& cur motuum qui specie distinguuntur,successio continuetur, E
quia.s.agantur ab æterno quod item perpetuò mouetur. Hoc primò capite confecto transeamus ad secundum, huc autem spectat, vt videamus quo pacto motus, & qui motus euehat nos ad Dei contemplationem.

Vtrùm via quæ vtitur motu, necessaria sit ad inueniendas essentias à materia separatas, an alia quædam subueniat. Cap. XXII.

PROBLEMA quo de motus æternitate differitur; nonmodò pars est pernecessaria physicæ methodi,vtpote quæ primum motorẽ nobis exhibeat,verùm etiã est aptissimum hormeterion ad inueniendum separatorum genus, & ad cõstituendã illã philosophiã quæ à genere hoc substantiarum prima,à medio verò demonstrationis μετὰ τὰ φυσικὰ, & post naturalia nuncupatur. Profectò de huius speculationis vsu controuersia nulla.patet.n.via motus primum motorẽ fuisse cõpertum, sed cùm motus 8.Phys. duob. modis accipiatur generatim.s.& speciatim conuersio, quæsitum est, an idem præstet motus generatim separatus,atq. conuersio. Deinde vtrum'ne alia via confici possit idẽ theorema valde dubitatum est ab Auicẽna primum,mox à Theologis Latinis. Tertiò sola'ne via motus euehat nos in notitiã substantiæ separatæ, an alia quædã attributa extrinsecus ad hoc peragendum assumere opor- F
teat,& quæ,& cuiusmodi illa sint. Nos exordiamur à tertio. In eo verò mihi negotium facessit Aristotelis inconstantia qui vtatur motu ad inuentionẽ substantiæ separatæ, cùm tamen illud eius viri perpetuum iudicium fuisse videatur ex functionib. argumentari ad essentias. Motus simplices & corpora simplicia,motus aduersi,& essentiæ consimiliter: & quod firmius sit in re nostra sententię de 1.de An. qualia sint accidentia,tales fore rerũ substantias,ac definitiones, vt si in corpore existant per corpus & ipsa,& substantias quib. insunt,esse definiendas: itaq. si qua est animi functio propria, contingit ipsã separari à corpore,& sine corpore definiri: ꝙ si fuerit functio cõmunis; vtiq. & vtraq. definienda per corpus. Quare patet functiones separatas indicare essentias separatas,& quæ sunt in corpore, formas corporeas. Nunc cùm motus sit functio corporea, tantùm abest, vt deducat nos in notitiã substantiæ separatæ, vt planè futura esse videatur in corpore: semper.n.ego dicã. Si est functio cõis à corpore nõ segregabitur. Sed est functio cõis. ergo nec à corpore segregabitur. Aut igitur regula fallax;aut inutilis hæc demonstratio. Nã ꝙ aliquis dicat hanc demonstrationem non procedere ex medio vacantib. sed adhuc esse resoluendam in aliquod medium separatum,nulla est certè caussa,tùm ꝙ ego hîc semper insistam,ex medio communi non posse inferri,nisi commune, tùm etiam ꝙ nulla resolutio reperitur in physicis,nec non ꝙ eadem via vsus est Aristoteles in prima philosophia,in qua ęquum erat,vt prome- G
ret medium illud proprium,atq. separatum. Quin etiam si talis est functio media,eaq. neglecta, quæ in Physicis esse debebat demonstratio omnium prima,quippe de primo principio motus;ex alia pendebit. Quare nescio mehercle quantum huic methodo tribuendum sit. Video sanè ad regulam illam dici posse. Si nulla est operatio propria, sed omnes communes etiam principium functionis fore cõmune,sed vt ex communi propria concludatur,& in functione communi pateat forma separata, hoc planè non perspicio,neq. me id illæ regulæ docent: hactenus.n.habeo, quòd etiã si functio sit communis,nihilominus non obstat separationi substantiæ. Dices,at id regulis allatis non aduersari: neque.n. hoc excluditur. At,inquam,non interim patet modus,ꝙ vbicunq.hoc fatearis,semper vim minuis Aristotelicæ demonstrationis,vt efficiat id quod conatur, vel remotè,vel potius per accidens. Equidem opinor ad inueniendam substantiam separatam motum non esse medium prorsus conueniens,sed adhuc resolui posse in aliud,quod sit eo prius,accommodatum tamen ad id,vt tale medium nob. sese offerat. Cùm verò demonstratio ex primis bifariam sumi possit vel simpliciter,vel in genere,idest, in methodo in qua vsurpatur,vt nego motum esse medium primum,siue,vt rectius dixerim, proximum, sic fateor esse primum in methodo physica. Sed ita se habere, vt insinuet nos in notitiam primi motoris per se,in notitiam verò substantiæ separatæ ex consecutione,& ita nob. offerat principiũ,quod est quo- H
quomodo in corpore,& quod vt tale,per corpus definiri oporteat. cũ verò primo motori accidat, vel inhæreat esse separatum,sic ex motu inueniri substantiam separatam, neque sanè ꝙ hoc sit accidens in primo motore,ꝙ.n.talis sit,est natura prius,sed in hac methodo,gratia.s.considerationis,quia consideratur vt primus motor. Ita verò procedere mentem. Vt.n.primus sit,& eiusmodi esse debet,vt non sit virtus in corpore,neq. mobilis,itaq. explicatur per illud attributorum genus quod est ad aliquid, sed priuans,& ita est huiusmodi methodi,cùm verò resoluatur in attributum quod est aiens, nempe χωριστὸν, quod est natura prius,nobis autem posterius,iam degenerat in aliud genus, & affirmatione significatum,deposita habitudine ad materiam,efficitur metaphysicum. Proinde ex cõi operatione,tãquàm remota nihil obstabit,quominus separatum resoluendo concludatur. Itaq. dicemus Aristotelẽ censere ex propria functione proximè concludi formam separatã, sed nihil obstare, quominus in cõmuni patefiat: talis.n.vis est resolutionis,quæ ab accidentib. ad initia progreditur. Ergo medio vacat demonstratio physica & nob. attributa separata in iis significat,quæ tametsi non re pendent ex materia;nihilominus à nob.per ipsam concipiuntur & exprimuntur,neq. certè natura,sed habitudine,quã mens nostra ponit in ipsa,variata ex attributis physicis transformatur in metaphysica: nanq. vbi primùm referebantur ad materiam;per se ipsa posteà spectantur,id verò absoluitur in 12.primæ philosophiæ. Quapropter ea demonstratio quanq̃ exorditur à motu,in ea demum resoluens,quæ natura prio

ra sunt,

A ra sunt, est absolutè prima; nostra in genere nostro tantummodo. ex hoc.n. q separatum à materia primum νοητόν, & primum bonum: ideò sic mouet, vt finis primus, & vt intelligitur, quæ cùm sint omnia substantiæ separatæ, (sic.n. operatur quatenus immobile) negliguntur in hac methodo, & ad posteriorem superioremq. referuntur. Hinc patet, quemadmodum motus in separatorum notitiã nos euehat in physicis, & in prima philosophia, atq. adeo vt speculatio motus nonmodò magni pòderis habeatur à philosophis, quòd absoluat maximam partem methodi nostræ, sed etiam necessaria sit ad inuentionem rerum à materia secretarum: & quemadmodum regula quæ tradita est 1. de An. non tam id quod valeat ad inueniendum tale substantiæ genus, q̃ quod accommodatissimum persecuta fuisse videatur. Quanq̃ postrema hæc necessitas à quibusdam philosophis, vt ante admonui, repudiata est aientib. ex quolibet motu nos in notitiam substantiarum eius generis posse peruenire, quanuis is non esset æternus: atq. etiam adiecit Auicenna non solùm id theorema ex motu posse concludi, verùm et q alia inuenta à motu diuersa sufficiant. Attulit aũt ipse plures rationes Auerroe teste, quib. eam sententiam persuadebat, atq. probabat esse quandam primam caussam, neq. motum in iis vsurpabat. Aut .n. dicebat ipse effectum, quod caussatum vocat, à se est, aut ab alio, ac si ab alio fatearis esse, de hoc iterum quæritur; aut.n. procedit ordo ille in immensum, aut ad primam aliquã caussam deuenimus: at infinitum non datur; standum igitur est in aliqua prima caussa, quam Deum esse dicimus. Deinde per B cunctabatur de necessario, nanq. id aut est ex se, aut aliunde proficiscitur: at verò nec semper ab alio descendit, ne ponendum sit infinitum; ex se igitur est necessarium: hoc verò iam Deus ipse est. Præterea si non est primum principium, nec est aliquid scire. Sed aliquid scire contingit. ergo primum principium est. Coniunctum esse verum scientiæ definitio persuadet. Primum verò principium esse Deũ, vel ex eo colligi potest, q ad primum simpliciter vel proximè, vel remotè ascendendum est, si scientia non in genere tantùm, sed simpliciter paranda sit, quam sola prima philosophia pollicetur, vnde etiã tali nomine primæ insignita est. Quamobrem cùm omnia hæc ex ea methodo deprompta sint; efficitur vt ea quam antè vsurpauimus, non necessaria sit: sit planè cõmodior, ita tamen, vt sine illa sine hoc potiri liceat. Id quod etiã videns Aristoteles vsus est ea voce quæ vtilitatem potius, q̃ necessitatem significaret, πρέπει nimirum. Sed præter hos D. Thomas, Scotus, & Zimara putarunt se inuenisse aliũ modum demonstrandi substantias separatas esse, seu potius declarandi: nam pertinet hoc potius ad significandum, quemadmodum se habeat, q̃ q vllam vim argumenti contineat, hoc modo. Vbi plus & minus, ibi vnũ primũ esse oportet, quod caussa sit, vt cætera sint huiusmodi. Sed in eorum ordine quæ sunt, est plus & minus; nec non est magis, aut minus verum. Ergo etiã aliquid esse oportet quod maxime sit, & quod caussa sit, vt cætera existant, & aliquid maximè verũ. quod cæteris veritatẽ cõmunicet. At primum ens, primumq. verũ est ipse Deus. Insuper ex rerum mundanarum administratione C sic argumentantur. Quæ sine cognitione tendunt in finem, gubernantur ab aliquo cognoscente, & intelligente. is verò Deus est. His item illa Scotus & Zimara adiecerunt. Siquid est dependens, seu per participationem: primum igitur aliquid est, & primum quod participatur; hoc autem prima forma est, quæ sine dubio perhibetur Deus. Quartò sic. Motus cœpit aut non: si posterius dederis; æternus igitur. Ergo & motor. Si primum esse velis; ergo ab aliquo motore principium sumpsit. Nunc quæro de hoc motore, aut esse cœpit aut non. si posterius, ergo æternus. Si cępit, ergo ab aliquo productus; nil.n. seipsum producit De hoc iterum quæritur, atq. aut in infinitum productio tendet, quod abhorret à rerum natura; aut ad primum mouens æternum peruenire oportebit. Nos igitur opinamur viam à motu desumptam humano ingenio esse necessariam, siue motus in genere sumatur, siue etiam conuersio, q̃uis expeditior ea via sit quæ vtitur conuersione, præut conuersio proximè est ex Deo. Neq. illa me deterrent quæ nuper suis disertissimis commentariis scripsit Zabarella coæuus meus. ex motu generatim nimirùm non concludi necessariò motorem quendam esse æternum: nil.n. vetare, quominus ita corrumpatur ad interitum subiecti, velut aliquod animæ genus interire solet. Nam sic primũ non erit: nil.n. à se ipso corrumpitur, aut gignitur. Si igitur primum: ergo etiam æternum. Cęterùm omnia hęc D nugæ sunt: nanq. vnde nam Auicennæ constitit infinitum non esse, nisi ex motu? quòd si inuentum à scientia sumptum occurrat, quod videtur aliud esse à motu, audiat etiam ipsum motus esse affine, vel quia cognitio quædam sit, quæ in motib. ab Aristotele reponatur, vel non sine cognitione, & veluti motus cuiusdam terminus; vnde etiam à Græcis sapientissime dicta est ἐπιστήμη. Præterea quomodo facit per se fidem esse aliquid separatum ab omni materia, tametsi ponitur à nullo alio pendens, & primum ens, atq. primum verum? quid eos coget ita sentire, qui cęlum, siue astra omnium bonorum prædicant auctores, Nec nos ita mundum gubernari Peripateticè defendimus, vt ipsi accipiunt, itaque de assumpto esset decernendum: nanq. ij qui res alias vltra naturales non cognoscunt, qui fuere non pauci, negarent illud effici ex acceptis, ac si nob. esset probandum, ad motum demum confugere oporteret: ideò certa foret, & necessaria via quæ à motu nos in eius substantiæ cognitionem perduceret. Hæc nos Peripateticorum vestigia sectatos dicere compulit id quod ab Aristotele de Xenophanis placito scribitur. Ipse.n. vnum æternum posuit vndiq. sui simile, quem Deum esse autumabat, quem tamẽ globosum esse dicebat, nec prorsus faciebat immobilem. Quapropter ipsum immobilem prorsus esse demonstrari oportuit; id quod non potuit sine motu præstari, vel motus generatim sumptus fuerit, vel sola conuersio. Propterea motu excepto nullam aliam viam naturali, aut diuino philosopho (nanq. eadem via communiter initur ab vtroq.) succurrere censeo, aut homini, dum intra cancellos ingenij sui continetur. At falsa hypothesis, inquies conclusio, vera: nam motus æternus non est, quid tum? quasi

verò ex falsa hypothesi verum per accidens effici nequeat. exemplum petamus ab Astronomis,qui eorundem euentorum caussas reddunt modò per eccentricos,alias per epicyclos.alterum verò ex his sit necesse est;aut et nullum. Sic non inconuenit ex falsis verum humano ingenio per accidēs effici. Nec maiorem certè fidem nobis facit,aut eam quam volumus,argumentum Scoti. Potest mouere æterno tempore,ergo separatum à materia: nanq.vt in rationis vi persistamus: si rem à nob.sine motu tenerì voluit,vndé nam illi patuit in prima caussa vim mouendi perpetuo inesse? q si mouere requirit aliquo pacto motum, vtiq. iam id est quod nunc approbamus. Si verò methodus physica consulatur,potestas naturalis in actum erumpat oportet: quare si motus æternus esse potest. ergo etiam necesse est sit æternus. Iam verò quod D. Thomas huic viæ multùm tribuens aiebat,etiā sigillatim ab omni motu idem posse concludi,quia.s.in omni motu detur primum sic: quia si non esset separata substantia,certè gigni posset: si gigneretur, non igitur prima: est etiam nimis extollere viam hanc: præterquamquò falsò illud assumeretur, nisi sit separata substantia,gigni posse. quid.n.vetat,quominus aliquod corpus gigni non possit, veluti cęlum apud Aristotelem? Rursus non videtur ex eo colligi substantiam separatam esse ex primo generante,& primo alterante.quoniam in his motibus solùm peruenimus ad corpus cęleste: nanq. hoc apud Aristotelem est primum generans,& alterans primum: nec ex his agnoscimus substantiam separatam, nisi per se motum eius corporis aduertamus.& mehercle omnes hæ rationes eo vitio laborant, vt propositum non concludant: quia concludantur ex ignotiorib. Ex motu igitur atq. illo quidem æterno restat, vt colligamus substantias separatas esse. Cætera aut non necessaria, aut siquam fidem faciunt, inde non nisi rudis quædam & inchoata notitia pullulat; & quæ multa inquirenda relinquat, quæ non aliter, q̄ per motum explicari possint. Et vt sigillatim ad eas rationes aliquid dicam. Effectum aut ex se,aut aliunde est,& quæ sequuntur,quanuis id detur, & detur etiam vniuersum argumentum,at ea cognitio demum resoluitur in motum,quippe q motus sit ex quo rerum naturalium principia colligantur,quemadmodum antea demonstratum est,quando & ab aliquo,& in aliquo,& per aliquid,atq. alicuius gratia fiat.cùm item ex motib. aliquis sit primus,in prima quoq. eiusmodi principia resoluatur oportet primum subiectum,formam primam,primum efficiens & primum finem. Sic necessarium per se,& per aliud per motum 12. primæ philosophię repertum est,tale.n.esse oportet,vt sine quo non bene cętera disponuntur: at dispositio hæc per motum sese prodit,siue is verus sit,vt cęlestis,seu metaphoricus,vt voluntas & cognitio quæ itidem per motum sese nob.ostendunt. Tertium quoq. nullam præsefert necessitatem,tùm quia constituitur ex communibus & iis quę à rei natura non ducti possunt ad alia complura transferri,tùm etiam q Arist. [a] auctore concludi sic potest solum principium primum;vt complexum,non autem vt incomplexum,idest, hoc principium esse primum,non aūt esse talem substantiam quæ sit Deus. Adde & q infiniti ratio cognoscitur ex motu. Et quòd (operæpretium) dicitur ab Aristotele;cautè,vt philosophum decet,dictum esse censemus: nam & cautela etiam in reb. perspicuis vti consueuit Arist. Insuper dependens,& independens notuere per motum: quandò motus auxilio primum simpliciter inuentum est, quod & per se,& per accidens immobile sit,& ab hoc cęlum naturam q. pendere, à quib. cętera quæ mobilia simpliciter sunt,tanq̄ ab illo primo motis moueantur. quæ omnia patent ex motu,vt antea dictum est. Argumentum etiam Scoti falsum assumit, si perspicuitatem antecedentis accipit aliunde proficisci, q̄ à motu. Vitium quoq. subest in ratione D. Thomæ,cùm coniunctum eius argumenti sit falsum. Si non separata gigni igitur potest. Sed nil mirum hoc ab eo viro fuisse vsurpatum qui cęlum ortui obnoxiū esse defenderet. Vltimam quoque rationem licet arguere imperfectionis, subit.n.apud Peripateticos omnes illas difficultates quæ solent opponi iis qui ab æterno aliquid noui proximè proficisci putant, vtputa q mutationi reddatur obnoxium. Ergo quondam non mouebat, posteà mouit. Atq. hæc de progressus Aristotelici necessitate dicta sint satis.

[a] 6. Met.

Vtrùm vna tantùm substantia separata sit, nec'ne. Cap. XXIII.

CONSTAT igitur ex antedictis apud Peripateticum esse vnam tantummodò viam qua ad initium primi motoris eueharur,& q sit,& q etiam sit vnum. Quanuis apud auctores quosdam legamus,atq. illos quidem viros grauissimos,variis modis acceptum fuisse, motorem primum esse vnū; & aliquos præter vnum ipsum,aliam nullam substantiam posuisse separatam. Nam quod dicitur in materia carentib. vnum esse tantum,persuadere videtur vnam simpliciter,& solùm esse talem substantiam. Tùm etiam q dictum est,non esse bonā principum multitudinem. Vnus ergo princeps,vt illa etiam reuocentur in dubium quæ nos paullò antè testati sumus, vnum hîc accipi quod præcipuū est; quia mobile,& motus eius,quæ est conuersio tanq̄ vnum considerentur. Sed cùm videant Aristotelē quoq. asserere totidem esse mouentes substantias in cęlo,quot sunt substantię mobiles,& totidē quoque substantias vtriusq. generis,quot sunt motus. Prætereà de anima cęli mentionem quandoque ab Aristotele factam fuisse,non caruit etiam patronis beatarum mentiū multitudo. Omnino verò propter varias istas rationes & loca,duas ego oppositas doctorum sententias inuenio: alteram quidem quam multò maxima philosophorum pars approbauit, quam item ego profiteor; nempe totidem esse substantias mouenteis,quot sunt corpora cęlestia quæ mouentur. Alij quorum princeps est Alpetragius; vnā posuere tantummodo: nanq. is vnicum motum duntaxat in omnib. sphæris constituebat, atque eum quidem ab ortu in occasum,q si planetarum orbes contrà moueri viderentur; id ex eo proficisci dicebat;

A dicebat; quia minus velociter eo motu concitantur, q̃ ſphæra inerrantium: huic aũt motui vna tan-
tùm ſubſtantia mouens ſatis erat, à qua omnes orbes agerentur; hi quidem tardius, illi verò celerius;
prout ab ea magis, minusúe diſtarent, quandò agens naturale efficacius afficit id quod propinquius
eſt: cumq. hoc mouens ſufficeret, ne res in natura ſine neceſsitate multiplicarentur; vnum quoq. po-
nere voluit, ex quo item motum vnum cęli totius eſſe defendebat. idq. etiam confirmare potuit au-
ctoritate Ariſtotelis, qui docet hypeccauma (eius verò motus eſt ab eodem principio à quo cęlum, om
ne voluitur motu diurno) quia longius diſtat ὑςερίζειν, i. relinqui à mobili ſuperiore, & ex hoc fortè
effici, quemadmodum optici docent, [a] vt in contrarium ferri videantur. Aduciebant item alij fore, vt Prop. 43.
vnus idemq. orbis contrariis motib. ageretur, quippe ab occaſu in ortum, & contrà ab ortu in occa-
ſum, quod certè fieri nequit. Nanq. ex motib. oppoſitis vnus eſt naturalis, alter contra naturã, & vio-
lens, id verò abhorret admodùm à natura cęleſti: neque. n. poteſt reddi perpetuus; vterq. aũt ille mo
tus in planetis perpetuò conſeruatur: cùm. n. ſit præter naturam, quò magis abeſt ab initio mouente,
eo quoq. magis defetiſcitur, vt in progreſſu deniq. deleatur. Nunc ẽt ſecutus eſt Nolanus[b] magnus ho [b] In com-
ſtis Auerrois qui poſuit vnam ſubſtantiam quæ foret veluti forma cęli totius, eamque profeſſus eſt in- pendio de
formare quamlibet materiam, cuicunq. mutationi ſubiiceretur: ꝙ ſi multitudo tali ſubſtantiæ tribua- Anima.
tur; eam certè non eſſe ipſius eſſentiæ, ſed vnius rationis, & habitudinis; quòd ex diuerſis rationib. quas
B haberet ad mobilia, multiplicaretur: non ſecus atq. Socratis imago, cùm vna reipſa ſit; in diuerſis ſpe-
culis multiplicetur, & veluti ſpecula ſecum differentes habent perfectiones, ob eamq. cauſſam imago
in his illuſtris & pura conſpicitur, in aliis atra & exilis, in nonnullis etiam conturbata, vſque adeò, vt
in quibuſdam ægrè diſcernatur; ſic omnium rerum formæ, non eſſentia ſanè, ſed virtute tantummodò
diſtinguantur; vna aũt reapſe ſit omnium cęleſtium, atq. caducorum forma. Quamobrem ſicut in his
quæ ſine materia cõmunicantur, vna forma multiplicatur ex habitudine, ſic cùm & eſſentia diuina ſi-
ne materia participetur, non re, ſed ratione, & habitudine ſola multiplicabitur. Afferuntur & huiuſmo
di rationes in hanc ſententiam, tùm ꝙ illæ ſubſtantiæ mouent, tanq̃ res mente comprehenſa, & exopta-
ta. Finge ergo tu amata prima eſſe plura; non eſſet igitur in illis vtiq. ordo: id aũt fieri non poteſt: nã
ſic deleretur vniuerſum. Ordinem verò ibi non affuturum, vel ex eo demonſtratur, ꝙ vbi eſt ordo, ibi
prius eſt, atq. poſterius, & omnino primum. Primum verò eſſe non poteſt, niſi vnum. Tunc ẽt quo-
niam mouerent tanq̃ amata. Illa igitur, quæ mouentur ita mouentur, quoniam amant: tum ſiue om-
nia alia amant vnum primum, ſiue ſecundum amat primum, & tertium amat ſecundum; ſequitur vt
moueantur: at illud ſubſtantiæ genus in mouendo non mouetur: amare. n. eſt moueri. [c] Potes etiam [c] Lib. de
addere, quoniam ab his cõmunicatum eſt eſſe quibuſdam clarius, aliis aũt obſcurius: ſed. n. quòd res motu an.
C ſit, formæ acceptum refert. Omnium igitur quæ ſunt, illa forma eſt habenda. Nouimus tamen hanc ſen
tentiam in eo peccare, ꝙ ponit rationem formarum materiæ beneficio diſtingui: at nos contrà accepi
mus materiam. ſ. ex forma variari, & id quod deterius eſt, ad perfectius inſtitui. Atq. ita legimus apud
Ariſtotelem, animas prout nobilitate, vel ignobilitate inter ſe differunt; etiam conſtitutionis materiam
differentem fuiſſe cõſecutas. Quòd ſi materia reputetur cauſſa diſtinctionis, & multitudinis in formis;
memento primùm longè aliam rationem eſſe formarum quæ pendent ex materia quoquomodo, atq.
eius entis, quod nullo modo pendet ex ipſa; immo ſi rem diligenter expendas, materia contra pendet
ex ipſo: illę. n. formæ aliquid accipiunt à materia, dum ſibi certam materiam ſupponunt, itaq. pro eius
ratione diſtinguuntur. Verùm neq. etiam id primo contingit: ſunt. n. per ſe ipſę primò diſtinctę, ſed vt
dictum eſt, ex hypotheſi. Atq. Ariſtotelem [d] ſic decernere videmus aduerſus eos qui vnum eſſe om- [d] 12. Met.
nia ponebant, quippe qui id concedat ſolùm, ſi materia ſpectetur, quoad verò pertinet ad formam, 1. Phyſ.
obiiciat neceſſariò contradicentia fore ſimul, ſi vna ſit omnium forma, quod certè cadebat in Heracli-
tum. Propterea ſicuti contradicentia non ratione tantùm, ſed reipſa ſeparantur, ſic etiam formas opor
tere diſtingui. Non igitur formæ ſunt ex ſubiecto diſtinguendæ; multò minus à ſola ratione diſtinctio
nis eſſentialis principium eſt arceſſendum, atq. omnium minime in iis quæ ſeparantur à materia ſim-
D pliciter. eſto. n. ꝙ ea quæ poſita ſunt in habitudine, ex varia participatione materiæ ſpeciem cõmutare
videantur, vt in iride & collo columbæ; at per ſe ſubſiſtentium principia talia eſſe non auſim affirma-
re. Tametſi ſemper aliquod rei diſcrimen ſupponitur his quæ ratione ſegregantur; ſic aër & aqua per-
ſeipſa primum diſtinguuntur, mox accipiunt lumen vario modo. & quaſi accidentia per ſubiectũ ſuas
differentias conſequuntur. ſubiectum ſubſtãtiæ indiſtinctum eſt, & à forma debet diſtingui. Ita clarius
obſcuriuſúe participant res eſſe ex Deo, veruntamen accedit interna diſtinctio, quæ ſua ipſarum pro-
pria eſt, & mente ab ea pendentia ſeparari poteſt; quæ ſi eius eſſentia foret: certè quodcunq. ab eſſentia
ſua ſegregare ſine incommodo liceret. rationis iſta multitudo foret, nec idonea præſtare munera tam
diuerſa, quæ non modò elatione & ſubmiſsione ſegregantur, verùm etiã natura atq. ſubiecto, atqui
in motu cęleſti, diuerſi ſunt omnino motus ſuper aliis polis, & ad alios terminos longè diuerſos: atq.
vt iam audiſti, nonnulli ex his oppoſiti, qui cùm fiant in tempore determinato & perpetuò, neceſſe itẽ
eſt fiant à motore ſeparato. Præterea ſic Deus eſſet cauſſa cuiuſq. rei interna; Nam cùm copuletur ſine
dimenſionib. & per eſſentiam, ex eo multò magis vnũ fieret, q̃ ex forma quę à cæteris philoſophis ap-
probatur, & materia; id autem fieri nequit. Nam, cùm forma ſit principium motus in compoſito mo-
uet ſe per accidens. At quod ita mouet, vt ſupra dictum eſt, corrumpitur. Eſſet etiã pars, & in potentia
in toto. & in eo quiditas idem non eſſet, atq. eſſe. Eſſet item finis generationis. Quę omnia cùm ſint
abſurda, te diſſuadere debẽt, quominus credas, Deum eſſe cauſſam diſtinctionis rerum medio vacantẽ,
multoq.

multoq. minus materiam. Legimus etiam alia via probatam fuisse multitudinem mentium beatarũ. E
[a] 2. de ort. T. 61. [b] 3. Met. sed in Lycęo tutior hæc nostra mihi visa est. Proinde concludemus orationem nostram cũ Aristotele.[a] Si plures circulares motus, multa quidem, sed omnia sub vno principio mouentia. & cum Syriano.[b] Cùm quæritur. Vtrùm vna sit caussa separabilis, aut multæ, & vnam dicemus & multas coordinata multitudine ad ipsum vnum, & vt ad proprium appetibile extensa. Neq. argumenta opposita (nisi me animus fallit) aliqua ratione multitudinem labefactant eiusmodi substantiarum. Nanq. vbi dicitur, in separatis à materia non esse multitudinem, cum Simplicio dicimus esse multitudinem vel eorũ quæ numero discernuntur, vel eorum quæ essentia separantur. Prima illa distinctio sumitur à materia sensili, & ad ea pertinet quæ sub eadem specie continentur, altera verò communis est, & (vt aiunt) trãscendẽs, ac complecti potest res à materia separatas, & quæ in ipsa sunt positæ, & cùm ea quæ vniuoca sunt, tum illa quæ sunt ad vnum, quòd inter hæc etiam quædam naturæ, & essentiæ distinctio perspicitur iuxta certos gradus quos in separatis esse quid vetat? nanq. absentia materiæ nil aliud tollit, nisi multitudinem indiuiduorum sub eadem specie, vel genere vniuoco, atq. hæc quidem separatis negatur, licèt in illa demonstratione 12. de Deo solo mentio facta fuisse videatur, siue q cęlum tanq̃ vnũ quoddam animal ibi accipitur, in quo sit vnum principium vniuersi motus; & reliquæ partes eius, vt ab ipso pendentes, earumq. neglectæ motiones, siue de eo tanq̃ primo in illo ordine: attamen & eadẽ attributa de cęteris pro singulorum captu sunt intelligenda. Neq. est, q obiiciatur vnum mouens esse F satis, aut idem corpus iri motum contrarios motus, aut motum fore violentem, atq. eum degenerare in perpetuum. Nam, siquis inficietur vnum mouens sufficere, quòd ab vno non nisi proximè vnũ proficisci possit, atq. is sit motus diurnus qui totius est, vt progressus animalis; & alios multos motus asserat in cælo reperiri, qui partium proprij sunt, vt capitis, aut manus ad quos, cùm sint orbes disiuncti, diuersa item principia mouentia requirantur, neq. retardationem solam, quam posuit Alpetragius, eos omnes posse præstare, velut illum qui fit per longitudinem, siue, vt Astronomi vocant, per Zodiaci latitudinem, cùm omnes ferè Zodiaci gradus excurrunt; is profectò vix confutari poterit. Mitto nunc alios motus qui nob. apparent ex obseruationib. quorum caussa veteres Astronomi deferentes, & reuoluentes excogitarunt, posteriores eccentricos, & epicyclos, quos certè ab vna tamq̃ simplici essentia confici credibile non est. Nihil etiam ago nunc sint'ne motus isti contrarij, nec'ne. sint'ne item secundũ, vel contra naturam: de his.n. plura suo loco dicta sunt: itaq. non sunt frustra repetenda. Quamobrẽ redeo ad argumenta opposita. Quantum igitur est de eo, q plura inter se ordinem non haberent: vereor equidem, ne nulla sit huius argumenti necessitas: nam facilè retorqueri posse videtur. vt siquis probarę vellet non esse, nisi singulas species in quoq. genere: ita.n. hoc efficere licebit. Vbi ordo est, ibi prius est, atq. posterius, & prorsus primum: at primum nisi vnum esse non potest. Sed inter animalis G species ordo est: habent.n. se species veluti quidam numeri. Ergo inter animalis species est prius, atq. posterius. & proinde primum. Propterea si primum etiam solet esse vnum; ex argumenti vi consequetur, vt vna tantùm sit species animalis. Aut igitur vnum animal esse confitendum est; aut nulla est necessitas eius argumenti. Verùm quòd afferre incommodum non est diluere rationem; sed hoc est diluere, fallaciæ fontes indicare. In hoc igitur argumento huiusmodi vitium noto. Primùm non potest esse, nisi vnum, & vnum igitur. à secundùm quid ad simpliciter. Etenim sic se habet vnum ad primum, vt primum vni aliquid addat, nempe ordinem. quare quod est primum est vnum, non contra. & quod est vnum, est simpliciter, & in omni vniuersitate, primum verò est vnum in serie quadam certa. Proinde id quod est vnum cum certa conditione, sic infertur àc, si simpliciter & in omni vniuersitate foret vnũ. sic in genere animalium, vnum est animal quod est primum; vt homo, vel cęlum; neque tamen est animal vnum in toto genere animalium. Neq. planè ordo aliter existit: oportet.n. multa quidẽ esse, sed vnum quod sit omnium primum, cętera verò pendere ex illo, & interuallis quibusdã esse disiuncta: atque ita est in animali: nanq. in eo multa sunt membra ex vno quodam primo apta, atq. connexa, vt cor, per quod anima fungitur omnib. officiis quæ ad illius naturam accõmodantur, ipsum conseruans; & per hoc nobiliores quasdam functiones præstat, per alia deinceps humiliores. Sic de corpore cęlesti H quod Aristoteles assimilabat animali cuidam, cogitandum nob. est: sed hoc distare videtur ab animali nostrate, quòd corpora, quib. anima vtitur, vt organis, continuata sunt: partes verò cęlorum magis disiunctæ. quapropter vna quidem anima, vnumq. principium satis erat ad vniuersas parteis variè concitandas; hic verò vnum primum non satis esse videtur propter earum distinctionem. Itaque multa sunt, nihilominus ab eo primo diuersis gradibus separata. Cùm quæritur vlterius, aut omnes mentes amant vnam primam; aut secunda primam; & sic deinceps: indeq. infertur eas posteriores moueri: respondeo motum illum esse metaphoricum, neq. verum, aut aliis similem: nam per hunc finis sine vlla actione comparatur; quippe qui solùm contemplando præstetur. in nob. aũt quidam motus instrumentorum requiritur & immutatio sensuum & spirituum, quæ verum affert motum, nimirùm alterationem sanguinis, & eorum quæ impetum faciunt. Non puto igitur hanc energian alienam esse ab ingenio mentium beatarum, qui tamen, siqua actione tale bonum parari deberet, & per instrumenta, velut in nob. & motum verum intercedere oporteret; illarum quoq. multitudinem auferrem: essent.n. corporeę virtutes, & fortè sub eadem specie plures. Itaq. vna foret mens, ipse Deus. sed de his posteà suo loco dicemus. nunc breuiter ad hanc rem, quod satis sit attingere oportebat. Et quanq̃ Aristoteles ipse asseuerat esse tribui reb. à D.O.M. non tamen tribuitur, vt à forma, neq. vt ab eo quod plurib. proximè & æqualiter impertiat; sed vt ab alio genere caussæ remotiore, de quo posthac erit nob. agendũ.

Sunt

A Sunt igitur mentes beatæ plures. Num'ne infinitę? absit à reb. perfectissimis infinitas. ea enim est cōditio rerum natura constantium, vt quantum fieri potest, vitet multitudinē, & adspiret ad vnum. Nū fortè mille vel decem millia? Neq. fortè plures Aristotele auctore, quàm appareant motus cęlestes; otiosa.n. videbitur illa substantia quæ non præstet motum, [a] saltem vt à philosopho naturali non sit accipienda, siquidem consulat sensum;& ad tale substantiæ genus per motum erigatur. Ergo non plures ipsi licebit afferre, quàm tot quot sunt motus in sphæris cęlestib. Itaq. mens illa decimi orbis, quæ ponitur ab Auicenna cholcodea nuncupata, vtpote non necessaria vacabit. fortè etiam illa, licèt ex Aristotelis ipsius fontib. hausta (talem.n. Græci antiquiores in libro περὶ εὐχῆς, seu de prece ꝓfessum fuisse testatur) ꝙ supra primum mouens sit etiam alius Deus. Atqui in corpore illo diuino constat inesse vnum motum totius, atq. alterum, & illum quidem multiplicem, partium, de motu illius sphæræ, quā vocant octauam super Zodiaci polis, nihil erat Aristotelis ętate cognitum, sed siquid certi de illo motu fuisset obseruatum, non negasset obseruationes Aristoteles, & cum suis principiis concordasset: sic nos eius vestigiis inhærentes eo motu dato de singulis decernamus. Ergo quidam astronomi illustres resoluentes vsq. in eam sphæram vniuersum globum cęlestem opinati sunt vnam esse mentem primā, quæ cōmuniter agitaret omnes orbes, nec vni primo cōmunicaret, vnde transferretur ad cæteros, mox singulis orbib. adesse suam cuiq. mentem, à qua motu proprio conuerterentur. Cæterùm optimè Cla-
B uius ad hæc. Primò cùm moueatur totum secundùm materiam fieri nequit, vt totum quoq. eodem modo sumptum in diuersas parteis agatur. essent.n. contradicentia simul. Deinde non posset vnus orbis plures habere q̃ duos motus, alterum communem cum reliquis, & alterum sibi proprium. oppositum tamen apparet, cùm Luna quoq. moueatur quodam motu ab ortu in occasum super Zodiaci polis, qui motus nec est totius, neq. suus ipsius proprius, & si vera sunt illa, quę obseruata fuerant tempore Aristotelis, plures alij sunt motus pręter hos duos in planetis. Itaq. existimo vnum esse motum communem toti cęlo, sed ita cōmunem, quia sit primò vnius corporis, siue sit octaua sphæra, siue alia superior (nam si octaua sphæra mouetur, vt aiunt, in ortum, profectò etiam superior sit necesse est, quę motu diurno voluatur) deinde reliquorum, demum quot sunt motus in cęlo per se, tot esse mobilia quib. primo singuli conueniant, & per consecutionem tot substantias separatas. sic ex motuum numero venabimur numerum mobilium, atq. mouentium. nec erit otiosum quicquā in natura, quia singulæ substantiæ separatæ mouebunt. Neq. motib. contrariis agitabitur vllus orbis inferior, quippe ꝙ cùm diurnus motus insit secundo etiam locum relinquit, motui proprio, & multi varijq́. motus in quoq. orbe non repugnabunt, cùm præter vnum, nullus alius sit eorum proprius, sed aliunde communicatus: erūt planè diuersi, & altero superante, qui est diurnus, adhuc vestigium proprij, aut etiam, si opus fuerit, al-
C terius extabit. Atq. ita sensisse Aristotelem, nulli dubium esse debet, quanuis aliqua varietas appareat in eius scriptis; tum ꝙ in substantiis mouentib. sphæras quoq. numerarit, posuit.n. reuoluentes & deferentes, & planè videtur significasse omnes sphæras mouere stellæ ipsius caussa. & astra voluit habere vim mouendi vt finem, vsq. adeo, vt facilè suspicari quisq. possit astrorum gratia motus in cælo fieri, tamen ipse paullò antè significauerat, [b] nob. etiam planetarum motus à per se immobili & æterna substantia præstari quæ foret incorporea;& quantum pertinet ad astra, cùm moueantur & illa, habere motorem, qui prior sit; atq. item substantia, ꝙ substantia prior debet esse substantia: quare quot sunt eorum motus; tot necesse est esse substantias perpetuas, & per se immobiles, & absq. magnitudine; ne tibi suspicio fortè exoriretur, eum statuere stellas eiusmodi principium motus. Itaq. quòd corporib. aut stellis principium mouendi tribuerit, id non est habendum absolutè principium, sed in genere sensiliū, & quæ plurib. verbis adscripta sunt, ꝙ stellæ sint eiusmodi principia, dictum est ex hypothesi, & ex eorum opinione qui præter corpora nullum aliud substantiæ genus agnoscebant, quos plurimos extitisse non ignoras; id autem facilè erat perspicere, si Græca lectio conseruata fuisset, quæ habet οἴονται i. putant; quod postea versum est possibile ab iis, qui pro eo legerunt οἷόν τε. & ita fortasse ab Aristotele enunciatum in lib. de prece vltra primum mouens esse alium Deum mouentem. Satis illud sit, ea ex hypothesi fuisse pronunciata.
D

Quemadmodum se habeant prima mouentia quoad perfectionem. Cap. XXIV.

SVNT itaq. multa principia quæ cęlum mouent, à materia separata, licet omnia ex vno pendeant quod sit omnium primum, à quo contributum illis est, quòd sint. Sed vtrum'ne hęc alicuius primi participatio vnde formarum latitudo existit, plurib. modis eueniat. est.n. vel vniformiter vniformis, vel vniformiter difformis, vel etiam difformiter vniformis, vel difformiter difformis in dubium reuocatum est à philosophis quocunq. diuisionis huiusce membro secum afferente difficultatem. Nam si primus modus approbetur; iam vides omnia futura perfectionis æqualis; id verò ita non esse monstrant singulorum motus qui non sunt æquè veloces, velocitas autem arguit efficacitatem principij mouentis, siue moueat propter desiderium primi, ꝙ ipsum magis expetat, magis autem expetitur, quia magis intelligit, & quia idoneum est accipere plus boni, siue etiam quòd propter sui perfectionem magis expetatur ab alio; id autem absolutè, cùm fieri possit, quòd maiorem virtutem obtinuerit vel habita ratione corporis quod maioris, minorisúe boni sit capax, in cęlo existimandum est à mouentis conditione proficisci: cùm si qua est natura in qua congruant agens, & patiens, videatur esse cęlestis, ꝙ in æternis minus esse debeat id quod frustra, casuúe est, quàm in caducis; [c] quia nimirum careant potentia contradi-

[a] 12. Met.
[b] T. 43.
[c] 2. Phys.

contradictionis, vnde illa oriuntur. Neq. item latitudo hæc habenda vniformiter difformis, cùm exuperantia foret indiuidua: aut. n. altera alteram superaret exuperantia diuidua, aut indiuidua: nec indiuidua sanè, quoniam indiuiduum additum indiuiduo non facit maius: proinde nec altera superior moueret orbem suum velocius. Neq. verò diuidua, quia sic deficerent multi gradus eius quod est, cō similiq. modo si difformiter difformem esse perhibeatur. Non esset item difformiter vniformis; quandò foret arithmetica proportio motuum quæ tamen obseruanti secus se habere videatur. Atq. hæc dubitantur quidem. Veruntamen si rectè spectentur ea quæ nos admonent Astronomi optimi exploratores motuum cęlestium, dicamus oportet earum latitudinem esse difformiter difformem. Nanq. motuum proportio talis ab ipsis assignatur. etenim Luna mensis vnius interuallo suum iter absoluit, qđ octauus orbis conficit spatio triginta sex annorum millium, ratio verò magnitudinis est, vt vnius ad xxvij. est enim vt cccxxx. ad octomillia noningenta, & quadraginta, & vnum (numerorū ego radices cōparo) tñ ratio motus est, vt vnius ad 432000. talis. n. est proportio mensis vnius ad annos 36000. Rursus Lunæ motus ad motum Saturni est, vt vnius ad cccıↄↄↄ, cùm tamen spatium sit vnius ad duo. Quamobrem liquet nullam esse certam rationem magnitudinis, & motuum in hac *ὑστερίᾳ*, seu repedatione, & repardatione. Hæc siquis diligentius inspicere cupiat, ex infrascripta tabella perdiscet. est enim primùm.

Differentia motuum, seu periodorum.

☽.	mensis vnius	Ergo proportio vnius ad 12.
☿. ♀. ☉.	Anni vnius	
♂.	duorum annorum.	ad xxiv
♃.	xii.	ad cxliv.
♄.	xxx	ad ccclx.
8.	36000.	ad 432000.

	Differentiæ soliditatis Mil.	rad.	Proportio solidarum.
☽.	109057.	330.	1.
☿.	370480.	680.	2.
♀.	3413756.	1841.	50.
☉.	359101.	582.	1 $\frac{1}{2}$
♂.	273,9375.	5228.	15. $\frac{1}{2}$
♃.	19775497.	4445.	13.
♄.	29474574.	5429.	16. $\frac{1}{2}$
8.	79942472.	8941.	27.

Quòd si conferas motum diurnum cum motu singulorum orbium, multò magis varia deprehendetur horum proportio, vt esto, q; spatium Lunæ ad eam sphæram quæ vnica die naturali conuertitur cum tempore, quo Lunam suam periodum conficit, sit vtrobiq. vt 27. ad vnum; at in reliquis tribus superiorib. mirum quantum euariatur. quippe quòd tempus sit, vt vnius ad centum octoginta, spatia sint Mercurij. vt 13. & amplius sextam partem vnius ad vnum. Veneris vt 4. & amplius octauam partem ex nouem. Solis autem vt 114. & dimidiam. nullo igitur modo certa ratio tenetur in his motib. quæ in ea repedatione retineri deberet. Eius autem differentiæ caussa nulla alia debet existimari, nisi q; sic melius sit, quemadmodum de multitudine motuum in planetis admonebat Aristoteles. Verùm ne nobis exhibeat negotium ratio diuisionis in iis quæ separata sunt à materia, & omni quantitate prorsus experta, memento primum exuperans diuidi in id quod exuperatur, & id quo exuperat; & omnia indiuidua esse secundùm magnitudinem, diuidua verò secundùm virtutem & perfectionem. sic tamen, vt imitetur ea diuisio diuisionem magnitudinis, quod tamen ita sumere placet, q; magis & minus in illis, nil sanè reipsa apponat, sicut albius minus albo, neq. secundùm extentionem, neq. secundùm materię promotionem quæ fit per motum, sed per elationem essentiæ, & actus, q; hæc substantia Deo sit propinquior, vtpote cuius sit perfectior actus, tametsi eius perfectio in iis quæ extra sunt, nobis per motum manifestatur. Vtraq. sic intellige vbi audias hęc non re, sed ratione differre, [a] hoc est, non per nostrū modum concipiendi, vt aliqua sunt in Deo, sed secundùm essentiam. Sicut ergo in natura non est necesse, vt inter species diuersi ordinis sit exuperantia æqualis & arithmetica, sed geometrica solùm, atq. illa distributiua; sic etiam cogitandum est euenire in principia mouentia, quoad primum bonum participans essendo pariter & agendo. & quemadmodum in natura non omnis exuperantiæ ratio haberi solet, quia non omnis est sensilis, sic contingere potest primis illis substantiis, vt non sub omni, sed sub certa quadam exuperantia compareat diuersa summi boni participatio, & varietas operum in iis quæ sunt ab ipso. Neq. plura fortè de his humanę menti, non dicam asseuerare, sed mussitare fas est.

[a] D. Tho. 1. 1. q. 6. art. 1.

Quòd sit vnus quidam motus omnium primus, & quis'nam hic sit. Cap. XXV.

AT verò si mouens primum est, atq. ęternum, necesse item est & motum quendam primum effici ab ipso, & illum quidem æternum: quapropter vnum & continuū. Spectemus igitur nunc an'ne motum

A motum quempiam continuum esse contingat: & quínam hic sit. Præterea cùm debeat esse primus,
quis item sit aliorum omnium primus: is.n.qui talis fuerit, ille erit quem primus motor efficiet. ex
quo etiam tanq̃ ex officio suo, aliquid de natura motoris primi decernetur; eam verò lationem esse
luculenter ostendit nob. Aristoteles. Ratio generalis est, quoniam prius est origine,natura,& essen-
tia. Motus autem omnibus hisce modis est prior,oportet.n.ad generationem cæterosq. motus admini-
strandos intercedere certam habitudinem agentis ad patiens quæ motu comparatur. Itaque Epicurus
ob generationem quoque posuit inane, quòd vt perficeretur, necesse erat loca mutare.

-quę si non esset inane

Non tam sollicito (idest cupido finis, vt est conditio rerum naturalium) *m otu priuata carerent;*

Quàm genita omnino nulla ratione fuissent,

Vndiq. materies quoniam stipata quiesset.

Etiam diuturnius minus diuturno præstantius est, lationem verò omnib. esse diuturniorem motus cę
lestis ostendit. Item etsi in indiuiduo motus sequitur alias mutationes,at simpliciter omnibus antece-
dit. Ad extremum fit hic motus cum salutæ substantiæ, cùm cæteroqui reliquæ mutationes aut cũ per-
nicie substantiæ coniunctæ sint, aut ad illam institutæ. proinde vita & ἐνέργεια propriè dicta est latio
ab Aristotele. [a] At cùm eam vestigemus quæ prima futura sit inter lationes, eius autem multæ diffe- a 8. Phys.
B rentiæ numerentur: nam quædam secundùm naturam sunt;aliæ contrà,& ex his quæ secundùm natu- t. decx L.
ram nonnullæ simplices,aliæ mixtæ, & simplicium illæ rectæ,hæ verò in orbem, cùm etiam inter has
aliquis ordo ponatur; profectò primam illam quæ fuerit ex his,eam fore credemus quam mox inda-
gamus. Porrò neq. contra naturam, neque mixtam eam esse putabimus, quandoquidem id quod
contra naturam est,eo posterius est quod est secundùm naturam, & mixtum constat è simplicib. quo
fit,vt,nisi vtriq. motus, è quib. componuntur continui sint, neq. item mixtus continuus esse queat:
ergo simplicem quendam motum hunc esse oportet, seu rectus ille sit, siue fiat in gyrum. atqui mox
perspicies illum alium esse non posse, quàm conuersionem; id verò ex tali progressu constabit, vt
ostendamus hunc solum, neq. vllum quempiam alium esse continuum: talis.n.esse vult ille qui pri-
mus, & vnus, atq. ille quidem æternus futurus sit,vt quasi demonstratio nostra sic construatur. Mo-
tus primus vnus esse vult,& perpetuus,ob eamq. caussam continuus. Sed motus recti non possunt esse
continui: quare neq. perpetui, neq. primi. Cùm verò ad vtranq. propositionem modus necessitatis
verè possit adiungi, conclusionem quoq. necessariam verè inferri persuadebimur. Mox conuersa ma
iore. Qui motus est continuus ęternus est,& omnium primus: at sola conuersio motus est continuus,
& æternus: ergo est omnium prima. vbi siue propositio fuerit necessaria, seu de his quæ fieri possint,
C & assumptio contingens accipiatur, fuerit item conclusio contingens: conuersionem.s.esse posse con-
tinuam,atq. perpetuam.q̃ si esse potest, si ita ponatur, nil absurdi planè consequetur. Vbi enim duo
quædam ita distinguantur, vt vnum fieri nequeat, alterum contrà fieri possit; hoc pro vero ponen-
dum est,vel etiam ipso Aristotele auctore. Sed iam rem ipsam cominus aggrediamur,quam modo cõ
ficere non erit arduum: quandò potissimum fundamentum nostræ rationis antea sedulò iactum fue-
rit. Omnes igitur alios motus vtrinq. interrumpi, & terminari quiete necesse est; propterea q̃ omnes
sunt inter terminos oppositos, veluti mutationes omnes inter subiectum & non subiectum, vel inter
contrarios,veluti ij qui verè motus appellantur,qui inter subiectum & subiectum existunt, atq. hi ter
mini actu separati sunt,in quibus aut antea quieuisse, aut postquam absolutus fuerit motus;etiam mo
bile permanere oportet,nisi perpetuò moueatur. hoc est,in aliquo temporis puncto desistere à motu:
nanq. & si in conuersione termini à quo & ad quem oppositi sunt, non tamen actu distinctos eos esse
cognoscemus,ac propterea motum inter ipsos continuari posse, aut nisi vacationem hãc nomine quie
tis appellare libeat: neque.n.quies in altero è terminis, vtputa, non subiecto facilè concedatur: at ea-
dem est ratio cuiusq. mutationis, cùm inter mutationes contrarias necessariò tempus aliquod interpo
natur,in quo,verbigratia,non fit mutatio ad id quod non est;quia desiit, nec ad id quod est,quia non
D dum cępit,quòd.s.in vtroq. termino per idem instans permanere nequeat id quod mutatur & conti-
nuatis oppositis motibus agitari,vt ei conueniat potius nomen ἀμεταβλησίας quæ item præseferat ali
quam imaginem repugnantiæ, veluti mutationes ex contrariis in contraria,vt ab albo ad nigrum,atq
à nigro ad album, & quemadmodum in generatione absurdum est, vt simul, eademq. specie mutatio
nis intereat id quod gignitur, neq. genitum aliquandiu perduret, ita in cæteris motibus termini non
permaneant,sed vt primum albedo facta est,intereat. nullus igitur ex aliis motibus continuus esse po-
test qui terminis actu distinctis claudatur. nam quod valet in generationem, pertinet etiam per alios
motus generis eiusdem. spectemus nunc, vtrùm id conuersioni contingere possit, nec'ne. neque.n.re-
cto planè tribui potest,quando reflectitur, & vtitur vno puncto, vt duobus; vt etiam siquidem non in
orbem;sed per orbem moueatur, vbi repetat idem spatium, velut postquàm ab oriente perueneritad
occasum per hemisphęrium nostrum;inde quoq. reuertatur,etiam cogatur vti vno puncto, vt duob.
Verùm cùm hæc olim abundè tractata fuerint,inde huc commodè conferre poteris: neque.n.patientia
tua voluimus abuti. Sed.n.omnia sumuntur ex propriis & certissimè concluduntur, si vlla perspicui-
tas naturalibus argumentis attribui potest. Attamen idem quoq. peragere licebit ex communibus. Ad
id verò efficiendum accipiamus hoc,quod certè quiuis,qui vel summis digitis attigerit methodum na
turalem,facilè concesserit. Quicquid continuè mouetur,& ad certum quendam locum eo motu perue
nerit;antequam illò peruenerit,eò quoq.motum fuisse,etiam cum moueri inciperet,nisi violetur:neq.

enim eò fertur quò pellitur, etiamsi continuè moueatur, nullam habens illò propensionem. neq. verò maiorem esse rationem, cur ab initio, aut in processu moueri cęperit eodem, idq. cunctis mutationibus esse commune. Hoc stante si in motus repetitione continuatio fit, idem duobus motibus contrariis agetur simul, præterea mutabitur ex eo termino in quo non est: vtraq. verò sunt absurda: ergo etiã id absurdum ex quo consequuntur: motibus.n. illis oppositis continuatis ex hypothesi nascitur, vt ad eum terminum quoq. moueatur, vnde discedebat: nil enim magis in principio mouetur ad eum, quàm in processu; at ad eum terminum ferri est agi motu contrario. Quin etiam dum fertur ad aliquẽ terminum, ita fertur, quatenus est in opposito, vt si fertur in nigredinem, ita fertur, quia sit album: at certè album non est: nam qua ratione erit album, dum mouetur, vt fiat album? ex eo igitur in quo non est, mouebitur, si motus contrarij continuari ponantur. Valebunt & hæc ad confirmandos animos nostros in hac thesi, quæ generatim omni motui adscribuntur. Nam cùm omnes motus qui perpetui non sunt, aut habeant motus contrarios, aut priuatione pręcedente singulis oppositum habeant in ea priuatione quietem; loquor autem de toto aliquo motu, non de parte, si motum cum aliquo continuari opus sit, aut cum contrario continuabitur, aut cum quiete: at cum contrario continuari nequit. sic.n. idem motibus contrariis agitari posset: cum quiete verò fieri iam nequit, vt continuetur, & esto, quòd cum quiete continuari posit; nihil ad rem nostram, qui de motuũ continuatione nunc agimus; & certè cum motu qui specie distinguatur, nullus vnquam motus continuari potest; sed solùm esse cõtiguus, vt aliàs demonstrauimus. Præterea in omni mutatione amissio termini à quo eadem est subiecto cum acquisitione termini ad quem: simul.n. fit album, & interit nigrum. Si fatearis igitur albefactionem cum opposita nigrefactione continuari, ex albo fieret non album: idem ergo processus temporis esset, quo corrumperetur non album; fieret album; ac simul etiam fieret non album: ac si velis id quod fieri nequit, in pauca contrahere, idem simul corrumpetur, & fiet: neque.n. sufficit tempus, quã uis continuum, atq. vnum sit plurium motuum ad eos conficiendos continuos, verùm si specie separẽtur, erunt deinceps quidem, non tamen continui, quandoquidem extrema contrariorum vnum esse non possint: at in continuo vnum illa esse necesse est: ex quo item efficitur, vt neq. motus possint esse continui, si ad opposita contendant, sed deinceps tantùm. Verùm quid inquies tu de eo, ꝙ vnum est punctum, qui finis est formæ præteritæ, & initium futuræ? Ad hoc dicunt quidam non concludi hæc vniuersè, neq. obstare, quominus id eueniat in nonnulla: at ex propriis hanc rationem Aristoteles proficisci testatur: quare & vniuersè; ideò ibi formarum ratio solùm non motuum habetur, & in ipsa spectatur, quòd sit: non aũt quòd fiat solùm. At inquies Aristotelem quoq. profiteri non esse terminum eundem formarum. An ita dicendum, non obstare hæc, quominus non esse vnius sit esse alterius, veluti sunt non album & nigrum: sunt.n. hæc eadem subiecto. nil igitur vetat hæc in eodem fieri puncto, sed motuum contrariorum initia sunt formæ ipsæ integræ, neque vlla ex parte labefactatæ: exempligratia nigredo albefactionis, nigrefactionis autem albedo: at quòd album & nigrum vnà consistant, fieri nequit, sic igitur nullus motus rectus cum alio continuari potest: si continuus non est; neq. igitur vnus: quamobrem neque æternus, neque primus: huc enim tota hæc ratio tendebat.

Quòd conuersio sola continua sit, & prima species lationis. *Cap. XXVI.*

SEQVITVR nunc, vt ostendamus conuersionem motũ continuum esse posse; id autem ex eo facilè cõnfirmabitur, ꝙ ab eodem puncto in idẽ punctum progressu eodem nulla reflexionis opera intercedente peruenire põt, quæ certè desiderabatur in motu recto: neq. periculũ imminebit, ne contrariis motibus agatur id quod ita mouetur; neq. item oppositis: quandoquidem non oĩs motus, qui est ab eodẽ, in idem speciem habet repugnantię, sed inter illa puncta solùm, quæ se habent tanquàm termini diametri in circulo: ab vnis.n. hisce petit̃ ratio repugnantiæ & interualli: cęterùm hæc est oppositio secũdùm rectum, non autẽ secundùm circulum: proinde si in hoc progressu media quies interponitur; nil vtiq. vetabit, quin motus ab eodẽ in idem sit continuus in circulo. Breuiter aũt hæc ratio complexa est illa oĩa quæ pluribus disputata sunt 1. de Cęlo, quà conclusum est conuersioni nihil esse contrariũ: efficiet̃ autẽ à nobis hac methodo, nisi quid fallimur; si doceamus primùm, vndénam spatij repugnantia sumatur; hæc autẽ ab eodem fonte emanat, vnde simplicitas motuum descendebat; à natura nimirum spatij quod à mobili peragratur. At in spatio duo spectantur: forma spatij quæ sumitur à natura quantitatis; vnde oriuntur rectũ & rotundum: & termini eius, siue loca quæ duo sunt; vnus, à quo discedit, & alter ad quem accedit mobile secundùm naturã, qui sanè præter alias qualitates quas habent secum communes, inter quas est repugnantia, sic contrarij sunt; quoniam si ad hunc locum terra suapte natura ferat̃, ab eo præter naturã discedit: & ad alium accedit præter naturã à quo posteà secundùm naturam separatur: ab hoc secundùm naturã discedet aliud corpus, & huc pręter naturã feretur; ad alium verò secundùm naturã mouebitur, & inde præter naturã abstrahetur. Quòd si motus contrarij futuri sint, vt inter contrarios terminos existant; oportet, ꝙ alter contendat ab A. ad B. atque alter contrà à B. ad A. quare & idem subiecto spacium esse debet, quod à contrariis motibus obitur, sola ratione secretum, sicut ascensus & descẽsus in eodem cliuo. Quamobrem cùm per idem spaciũ inter eosdem terminos alius motus in circulo fieri nequeat, q̃ ille qui nunc fit; profectò neq. alter conuersioni reperietur oppositus. Inde igit̃ sic struamus argumenta. Siquis motus futurus esset conuersioni contrarius, is aut esset motus rectus, aut altera cõuersio, sed nullus esse põt huiusmodi, neq. igitur conuersioni

A
B

A sioni motus quisquam contrarius esse pôt. Neque.n.motus rectus conuersioni cõtrarius est: ob eamq. caussam, neq. conuersio recto: commeant enim. Nam si quis motus foret conuersioni contrarius; is sanè rectus esset: at rectus non est: neq. conuersio igitur. Connexum fidẽ suam assequitur à natura spatij, super quo fit motus: etenim spatia hæc contrarias formas obtinere videntur: & motus igitur, qui in his spatiis obeuntur, erunt contrarij. contrarias autẽ formas esse talium linearum sic probat Aristoteles: siquidem in circulo duo sunt, quæ secum pugnare censeantur, concauum & conuexum: non possunt verò hæc stare simul cum recto, cùm hæc vndecunque inflexa sint; linea autem recta nulla ex parte: concauum igit. & conuexum lineæ rectæ opponuntur: verùm circulus è concauo & conuexo conflatur: maximè igitur opponitur lineę rectæ. quare etiam motus rectus erit conuersioni maximè contrarius: hic tamen non est: quandò motuum repugnantia sumitur à repugnantia terminorum: atqui locus superior inferiori, nec alius vllus locus opponitur: ascensus igitur descensui cõtrarius est: nec alius quisquam motus. Quoniam verò in hac ratione construenda Arist. vsus ea voce μάλιςα suspicionem iniecit, ne fortè loco dialectico occupato rem tanti momenti super qua æternitas cæli strueretur, topicè tractarit; occasionem præbuit eius interpretibus aliqua aduertendi. neq. item à nobis existimatus est dignus, qui prætereat, in quo etiã Simplicius tanquam à difficultate oppressus de acceptis hęsitarit; vtrùm.s. hęc ratio foret à maiori, quemadmodum censuit Alexander; an sit demonstratio ne

B gans: propterea quòd Arist. non pronunciarit μᾶλλον: nanq. huic opponitur τὸ ἧττον. ei verò, quod est maximè, nihil opponitur: quanquam & ipse vt tueretur Alexandrum, adiecit etiam μάλιςα accipi, vt oppositum eius, quod est, nullo modo, ex quo itẽ hæc ratio referri posset ad genus eorum quæ sunt à cõparatis. Nam lego apud quosdã eam absolutam demonstrationẽ putari; neque illi officere, si à cõmuni loco ducatur: quoniam ꝓprius reddi pôt, & contractus ad certum subiectum efficit fidem quæ demonstrationi conueniat, & pariat scientiam. Sed tamen, vt explicem animi mei sensum, non puto ego, tametsi quędã loca ꝓpria reddi possunt, & in propositiones conuerti; ita vt tanquam syllogismi partes assumantur; hunc nostrum in huiusmodi posse numerari. Prætereà proprium in demonstratione, non sic accipitur, quia ꝓpositio fiat; nec ꝙ sit ex inhęrentibus simpliciter, sed ex iis quæ per se sunt, & vinculum definitionis continent: doceant igitur, quemadmodum ab intimis rei principiis ea ꝓpositio petatur; nihil.n.complectitur quod per se sit. Idcirco aut ita dicendum; nihil referre, quemadmodum accipiat illud coniunctum ꝙ in eo nulla fides posita sit, neq. demonstratiua, neq. dialectica; sed in probatione assumpti: quare etiam concludi nõ potuisset hoc modo. Motuum repugnantia petit à terminis oppositis, sed quantum spectat ad terminos, rectus recto, non autẽ conuersioni opponitur. Aut si progressus eius rationis, & vis illius loci perspiciatur: apparebit allatum fuisse potius ab Arist.

C ad confirmationẽ partis oppositæ nostri problematis. habetur.n.fides eius, quòd motus rectus sit conuersioni contrarius, quę sanè topica est. posteà verò fides adscribat alterius oppositi quę scientiã faciat. Nec mirum cum exercendi ingenij, ac veritatis inueniendæ gratia sępe soleat Aristoteles ponere quasi cõflictum rationum certarum & probabilium. quapropter hæc distributio præstaret oĩbus mea quidem sñia, si ductũ huiusce rõnis in argumẽta duo partiremur; quorum primum topicũ foret eo vsque. „ Qui autẽ super recta, atq. alterum demonstratiuum in iis quæ sequuntur; quasi illa coniunctio sit ad„ uersatiua; ducitur verò à principiis propriis huius methodi, nẽpe ab oppositione terminorum. Hunc rationum ductum agnouit itẽ Auerroës[a] qui dixit ex hoc manifestè sequi, conuersionem motui recto non esse contrariam: nam si ascensus & descensus ꝓpter terminos contrarij sunt, cùm motus cœlestis non sit ad terminos eosdem; non pôt igitur vllo modo esse recto contrarius. Confirmat etiam propositum à natura contrariorum; siquidem ea inter se afficiunt & destruunt. si ergo cœlum pugnaret cum elementis; certè propter eius immensam vastitatẽ factum iam esset, vt inane foret apud nos oĩbus elementis iã in substantiam cœli conuersis: cùm tamen tantum absit, vt cœlum destruat, vt potius conseruet; quinimmo ipsius motu cessante necessariò quoq. oĩum generatio finiretur. Neq. obstat, si opponas Auerroi, quia si motuum repugnantia à locorum, terminorumq. repugnãtia sumatur, eadem via

a de cęl. T. 24.

D concludere licebit igni cęlum fore contrarium dicam enim. Motus contrarij sunt ad loca contraria; huiusmodi verò sunt motus ignis & cœli: quapropter opponuntur. Si ergo vera sunt ea quæ testatur Arist. ex repugnantia motuum fieri coniecturã de repugnantia substantiæ; planum est, quòd ignis & cęlum contraria esse cõcludentur: siquidem à centro, & ad centrũ loca sunt, motusq. contrarij, sed ignis moueatur à centro, ad centrum verò cœlum. Tum etiam quia nullus ortus sine interitu: si ergo cœlum generat; idem quoq. corrumpit. Nam quantum certè ad primum pertinet, etsi audiuimus quosdã fateri motus specificari à terminis, quomodocunq. parentur, & ab illis motum præfiniri semper, & denominari, & quomodocunq. oppositos assequi contingat ab illis varietatem sumi, sed in motu recto duntaxat; neutiq̃ mihi arridet hæc sñia: primùm, ꝙ vniuersè pronunciatum est ab Arist. motus à termino specificari. Deinde obseruamus eius progressum in toto volumine de cœlo, quia cùm Arist. inuenire vellet numerum corporum simplicium ex suis motib. eos item per terminos separauit, & dixit à medio, ad medium, & circũ medium: quare ẽt sub hac propositione motus cœlestis, & ipsa demum conuersio comprehenditur. Ac nos anteà docuimus, cùm à centro terræ mouetur aqua ad aëris superficiem, illum esse ascensum, vbi de sphera ignis eodem agatur, esse descensum. Proptereà manẽtes in eodem ꝓposito, nimirùm quòd tria motum internè constituant, subiectum.s.& termini vtriq.; negamus cẽrtum esse eodẽ modo terminum grauium quę igni opponunt, & cęli. est.n.grauium, vt ad quẽ; cœli verò, vt circum quem; hoc est, simul à quo, & ad quem, veluti posthac explicabitur. Addo etiam

interitum in natura per se non euenire, sed per accidens: quatenus, s. apparatur ad nouæ rei generationẽ, & hoc pacto cœlum per se gignit, corrumpit autem per accidens. Verùm ad illius loci perspicuitatem Arist. ipsius verba nõ grauabimur afferre; sunt verò huiusmodi. Πρῶτον μὲν ὅτι τῇ περιφερεῖ τὴν εὐθεῖαν ἀντικεῖσθαι μάλιστα τίθεμεν. τὸ γὰρ κοῖλον καὶ κυρτὸν, οὐ μόνον ἀλλήλοις ἀντικεῖσθαι δοκεῖ, ἀλλὰ καὶ τῷ εὐθεῖ συνδυαζόμενα καὶ λαβόντα σύνθεσιν, ὥστ᾽ εἴπερ ἐναντία τίς ἐστιν, τὴν ἐπὶ τῆς εὐθείας μάλιστα ἀναγκαῖον ἐναντίαν εἶναι πρὸς τὴν κύκλῳ κίνησιν. αἱ δὲ ἐπὶ τῆς εὐθείας, ἀλλήλων ἀντίκεινται διὰ τοὺς τόπους. τὸ γὰρ ἄνω καὶ τὸ κάτω τόπου τέ ἐστι διαφορὰ καὶ ἐναντίωσις. & reliqua. sensus eorum talis est. Primùm quidem quòd circulo rectam opponi maximè ponimus. hoc est, accipimus. concauum.n.& conuexum non solùm inter se opponuntur, sed etiam recto copulata, & cum compositionem acceperint. Quare siquidem contrarius quidam est, eum qui super recta fit, necesse est maximè contrarium esse conuersioni, & hucusq. procedit argumentum à maiori. Qui verò super recta fiũt, inter se opponuntur propter loca. supra enim & infra loci differentiæ sunt & repugnantiæ, quod continet fidem demonstratiuam. E

Vtrùm conuersioni alius quispiam motus contrarius sit, nec'ne. Cap. XXVII.

NEC clam me est, aliis etiam modis allatam rationem agitari posse; quod itẽ cùm pertineat ad explicationem motus, prætermitti nequit sine graui nota, ne virum sapientia præcellentem, atq. inuestigatione veri, nisi sublime sentire solitum aliquid castigato operi adiecisse repugnans arbitremur, & in ea quæstione præsertim quæ diu torserit Auerroẽm, vt demũ à Deo illuminatum se verum reperisse testetur. Nam suspectum cuipiam non iniuria fuerit robur huius argumenti. Siquis est motus cõuersioni contrarius; is erit rectus: at rectus non est, nec conuersio igitur. à nobis.n. sic retorqueri poterit in Aristotelem. Siquis est contrarius motus motui recto; is erit conuersio, sed motui recto conuersio non aduersatur: ergo nullus motus erit recto contrarius. Deinde acceptum est vnum motum rectum esse alteri recto contrarium, atq. id potissimũ propter repugnantiam terminorum: quandoquidem accipiamus motum ignis & terræ quos nemo inficiatur esse contrarios: at capitur terræ motus vt ignis motui contrarius, aut descensus ascensui corporis eiusdem. Primùm sanè dici nequit, quandò contraria versantur in eodẽ subiecto: neq. secundùm item, quia contrariorum corporũ motus cõtrarij non essent. Postremò sumo argumentum Auerrois, quod tale est. Quæ specie distinguuntur magis contraria sunt, q̃ ea quæ quouis alio modo separantur: motus aũt rectus, & conuersio specie distinguuntur: magis ergo contrarij sunt isti motus, q̃ recti. Ego verò censeo discrimen inter Aristotelicum argumentũ, & nostrum illud primum intercedere; nam rectus ex suis terminis assequitur differẽtiam; conuersio non item: propterea motus recti sunt plures, q̃ vnus, & admittunt repugnatiam, conuersio verò vna est; nil autem sibi ipsi repugnat: firmum igitur, & inexpugnabile est Arist. argumentum: id verò, quod contra illum affert, nil habet momenti. Verùm, vt diluere perbellè posis obiectionem secundam; accipe loca contraria illa quę contrariis modis vnum idemq. corpus afficiunt; quanq̃ id, quatenus prædita sunt certis qualitatibus sensilibus. neque.n. loca mathematicè accipienda sunt: nam superficiei, quatenus huiusmodi, nulla est efficacitas, vtputa, si vnus ex illis conseruet; alter aũt corrumpat. cùm igitur terra conseruet inferius, superius aũt corrumpatur: loca ista contraria iudicanda sũt, & corpora contraria quæ contrariis modis afficiuntur in iis locis, vt ignis qui in loco superiore conseruatur; hîc aũt corrumpitur: ideò quoq. ignis & terra sunt corpora contraria, & planè contrariis conditionis contrariisq. de causis affecta sunt: terra.n. per se frigida & immobilis est; ignis contrà per se calidus, & mobilitate vigens; illud terræ oritur ab inopia caloris qui cõmunicatur à cœlo; hoc igni accedit ex eiusdẽ caloris copia; propterea maximè producitur & potissimè conseruatur in centro mundi terra, q̃ à fonte caloris summè distat; ignis propè cœlum se recipit, vbi caloris nerui & vires potentissime sunt, ex cuius participatione cùm intereant & oriantur elementa transmutatione facta circum eandem materiã, fit vt in eodẽ subiecto contraria sibi succedant. De tertio verò in diuersa studia scinduntur philosophi, nonnullis opinantibus, motũ rectum & conuersionẽ specie non differre: siquidem illa quæ sunt specie diuersa, genere conuenire soleant: at motus rectus, atq. conuersio maiore quodã interuallo disiunguntur, q̃ genera ipsa faciant: etenim se habent tanquam æternũ & caducum. Quòd si dicitur ea quæ specie differunt, magis differre quàm ea quæ differunt alio modo; intelligendum est, inquiunt, in iis solùm quę sunt generis eiusdem. Alij contrà putant hos motus specie discrepare, genere aũt cõuenire: genus verò vtriq. motui dicunt esse ipsum vbi: ideoq. negant conuersionẽ à motu recto distingui, velut æternum à caduco: nam cõstat vniuersa cõuersio ex singulis circuitibus qui deficiunt, & vnus nouus alteri, vt crastinus hodierno succedit. Arbitror aũt hanc sñiam mirum in modum à veritate abhorrere: nanq. etiam si plures sint circuitus qui spatio singulorum dierũ conficiuntur: at non ita finiuntur, vt interpungantur reipsa quiete, & reuera vnus est motus, idemq. continuus qui ex eiusdẽ astri reditu super eodẽ puncto cõpletur. Deinde si cõueniunt in genere, in materia quoq. conueniãt necesse est: nanq. à materiæ conuenientia generis rõ & vniuocatio peti solent à physicis: erit igitur & materia eadẽ motus vtriusq. & mobilium igitur: quapropter erit materia corporum cœlestium & caducorum, quod certè supra oĩa Peripateticorum placitis aduersat. Neq. verò est, q̃ tu aram tibi pares; quamuis sic accidentia ponantur vniuoca; nihilominus eorum conuenientiã non attingere substantiã. nam primùm nos id tibi non dabimus, qui cuiusq. accidentis vniuoci quod per se inest, vnum ꝓprium subiectum

F

G

H

A subiectum de genere substantiæ constituimus. Deinde mirum nobis videt Arist. ex motuum ipsorum repugnantia iudicium ferre de repugnantia substantiæ, nobis autem non licere ex conuenientia & vniuocatione motuum stantib. in eodem præcepto mobilium conuenientiã & vniuocationem cõcludere. Accedit eòdem, φ si motus isti naturã habent cõmunem, secum conferri possent, quod tamen vbiq. repudiatur ab Aristotele. Postremò quæ'nam vis erit earum rõnum quas modò tractamus, vt cõcludamus hunc solùm inter motus naturales esse perpetuum, si.n. communis eorum natura est, quo pacto id Arist. succedet? Neq. illud verum est quod ponitur ab illis, motum rectũ & cõuersionẽ esse in eodem genere, vbi ipso nimirum. non.n. eorum genus est ipsum vbi, sicut ab initio demonstrauimus; neque ẽt si ab eo cõprehendantur, idcirco erit vniuocum. nec quę genera summa in prædicamentis accipiuntur ea sunt vniuoca verè & propriè, sed secundùm famam: quo ẽt pacto accipiuntur à dialectico, φ institutionis gratia tum tradita fuerint. Quamobrem opinor istos motus magis, q̃ specie differre, & toto genere physico separari, quemadmodum ẽt mobilia secũ magis, q̃ specie differunt, & toto genere disiunguntur. ac sicuti corpora æterna & caduca sunt substantiæ ad vnũ; quapropter neq. inter se contraria sunt, idem quoq. iudicium de motib. illorum facere oportere: siquidem contraria sint quæ inter se maximè sub eodẽ genere distant. ea verò sunt inter quæ mutatio contingit; hũi autem in materia & genere physico cõsenserint opus est; ideoq. fit, vt magis ea discrepent quorũ genus, vnum idemq. est, quàm

B reliqua, & quia non possint esse contraria; non item sint specie differentia. Quanuis autem suspicari posis ea quæ genere distinguuntur, magis differre persuasus ab illo ordine qui spectat in differentibus quando maius discrimen est in specie, q̃ in indiuiduo, & in genere maius, q̃ in specie: quamobrem ea toto genere separantur, magis discrepant, q̃ ea quę sola specie distinguunt; ideò multò magis ea disiungentur quæ sunt extra genus. Scire licet in conuenientia & discrepantia duarũ rerum haberi rationem, essentiæ videlicet, & subiecti, seu materiæ à qua ducit essentiæ ratio, atq. vel in eodẽ genere spectari, vel in generibus diuersis. ac profectò in eodẽ genere maximum est interuallũ eorum quę specie differunt; quippe φ forma separentur, & nunq̃ in eodẽ indiuiduo cõsistere queant, sed simpliciter essentiæ distantia maior est in iis quæ toto genere distinguuntur; quippe φ in nulla essentiæ parte conueniant, cùm cęteroquin ea quæ specie segregant, habeât essentiæ partem cõmunem materiã nimirùm, vnde generis rõ deriuatur; (etenim si genus est essẽtiæ pars, id verò physicè sumit à materia, profectò materia quoq. pars essentiæ reputanda est) itaq. commutari possunt. Quod autem pertinet ad subiectum in quo obseruatur existentia; id verò est indiuiduum: multò minus discrepant q̃ ea quæ specie differunt; quapropter in eodem indiuiduo consistunt. Ex quo maius discrimen eorum quæ specie differunt ab Arist. positum fuisse credimus, non simpliciter, sed cõparatè ad ea quæ sub eodẽ genere collocantur. Nisi ser

C monis obseruata proprietate locutum fuisse dicamus Arist. nanq. vis sermonis est, vt differre dicantur ea quæ in aliquo cõmuni distinguuntur; itaq. differentia positiuum quid est, nonmodò quia significat affirmatione, sed quia ponit aliquid in differentibus, diuersa verò quæ nihil habent cõmune in quo separentur. Ideò differentibus ꝓpriè sumptis argumentũ philosophi procedat. Proinde ad argumẽtum Auerrois ita respondemus concessa ꝓpositione per inficiationem assumptionis. Radix autẽ differentię motuum est ipsa substantia; licet hîc nos à signo & via motus corporum differentias indagemus: ille enim notior nobis est, q̃ substantia. verùm φ accidentis est ea conditio, vt à substantia perficiatur: ex hoc efficitur, vt origo differentiæ sit ipsa substantia; hanc verò motus consequuntur, vnde pòsteà nos, tanquàm à signo, de substantiis iudicium ferimus.

Reliqua de motuum repugnantia subscribuntur, & de ratione mensuræ dubitatur.
Cap. XXVIII.

VIDENDVM est nunc an'ne motus qui fit super circunferentia, posit esse contrarius alteri motui qui item super circunferentia fiat. Huius autẽ argumenti plura sunt capita quæ sumuntur à

D modo quo motus quocunq. pacto super circunferentia procedit: fit.n. vel super sectione circuli, vel super semicirculo, vel super toto circulo. quòd si nullo, ex his modis contrarij motus existant, perspicuum quoq. erit conuersioni nullum motum esse contrarium. Succedet autem id nobis, si statuamus repugnantiã motuum peti à repugnantia terminorum; illa verò esse contraria, quæ inter se sub eodem genere maximè distant: quocirca siquis repugnantiã nosse debeat; illã quoq. distantiam maximã norit oportet quam inter contraria constituimus: atqui maximum hoc interuallum significat quantitatem: nobis ergo quantitas pernoscenda est; ea verò cognoscitur aliqua mensura. Porrò mensuræ conditiones hę sunt, φ sit exploratissima; quo.n. pacto rem illustrare poterit, nisi & ipsa sit illustris? etenim sicut Sol per se illustris esse debet, vt cętera queat illustrare; sic & principia cognitionis, in quibus mensura numerat, vt cęteris locum afferant, etiam per se luceant necesse est: minima item vult esse mensura; ac minima quidẽ ex positione, φ in quantitate & continuis minimum simpliciter dari non potest; cùm diuidantur in immensum, & minima esse debet, φ ita singulæ partes eius, cui mensura accommodat, melius notescunt: eadẽ vult esse vna; quia sic certior est: vt.n. siquis nunc vlna, mox palmo pannũ metiretur, panni quantitatem non facilè assequeretur; ita etiam in mensurã quantitatis eueniret, id nõ ignorantes Arithmetici quorum doctrina certissima est, cùm certum numerũ persequi volunt, diuersa partium genera ad vnum quod oĩum minimum sit, referre conantur. Itaq. cùm linea recta sit exploratissima, eademq. minima; si vna conseruetur, optimè subministrabit interualli quantitatem. Etenim

quòd minima omnium sit linea recta confessum est: tametsi cum in philosophia naturali, tum in mathematicis eius hypotheseos probatio pôt afferri: [a] siquidem philosophus naturalis qui nouit naturã non redundare,& videt imagines lucis,& colorum rectà non in obliquum ferri, & sic agere potestates rõnis expertes,rectã iudicat esse breuiorem,sed cùm hæc pendeant ex cõmunibus conceptionibus facilè creduntur: itaque sine demonstratione sumi consuerunt. quæ cùm experientia physica persuadeat; non inconuenit et sumi pro confessis à mathematico: neque.n.ipse physicas declinat experiẽtias, quia tamen,vt dixi,& ex communib. conceptionibus,& ex his quæ tradunt in elementorũ libris ab Euclide subtilius,probari possunt,sub petitionis appellationem veniunt: etenim ex eo,ꝙ super eadẽ linea recta duci pôt obliqua,& ab extremis rectæ ad obliquã in quolibet puncto duæ lineæ,& confici triãgulum; duo verò ipsius latera semper tertio maiora sunt; inde efficitur, vt multo magis linea recta sit breuior obliqua. His ita constitutis facilè est probare super circuli sectione motus contrarios fieri non posse. Etenim si fieret motus contrarius super circuli sectione; foret sanè ab vno extremo ad alterum, vtputa,ab A.ad B.& vicissim à B. ad A. atq. id vel super diuersis sectionib. vel super eadem. Atqui super hoc spatio contrarius motus esse non pôt; quando.s.qui dixerit motus illos esse contrarios, is reuera dicit eos motus, qui fiunt super linea recta, secum pugnare: nanq. idem est moueri super his lineis ac super recta. Sed iam dictum est motum qui fit super linea recta cõuersioni non esse contrarium: nam ꝙ contrarij sint,ex maxima distantia perspicitur; hanc verò nos metimur linea breuissima, eademque certissima & vna: cęterùm circuli sectiones super ea distantia sunt infinitæ,& incertę quantitatis,neq. breuissimæ sunt: quapropter ab illis certi interualli rõ, vel repugnantiæ peti nequit, sed à linea recta duntaxat. Quòd verò sectiones super illa distantia sint infinitæ; patet; cùm per omne punctum quod excogitetur in illa superficie quæ sectione comprehenditur, inter chordam $\overline{AB}$ & arcum $\overline{ACB}$ possit duci sectio minor circuli maioris. Hìc fortasse dices: accipiatur vna linea curua, & super eadem motum fieri cogitetur. modò ab A ad B, mox à B ad A. quæro an'ne motus isti contrarij futuri sint. Minimè inquam,eo ꝙ aduersitas in circunferentia non est. & hoc Aristotelis ratio concludit; & ea, quæ accepta sunt, in id probandum directò contendunt. Neq. debemus animo concipere Philosophum conferre motum qui fit super linea $\overline{ACB}$ cum motibus qui fiunt super $\overline{ADB}$, & $\overline{AEB}$, sed vniuersa ab eo pronunciata fuisse ad confirmandum nullam mensuræ, vel repugnantiæ caussam à circunferentia duci propter naturam ipsius: etenim inter eadem spatia non vna circunferentia tantùm; sed plures circunduci possunt, quarũ centra omnino diuersa sunt. Quòd siquis dixerit rursus hoc absurdum consequi, cùm sectiones accipimus; quoniam super eadem chorda infinitæ duci possunt; verùm si fuerit semicirculus, aut vnus, aut duo; non autem sectio; videbitur ea linea certissima & vna esse, atq. habere centrum vnum super diametro





sua firmissimum: quæritur ergo, si super semicirculo fiant motus inter contrarios terminos, sint'ne inde termini distantię petendi à qua exoriatur eorum repugnantia: cùmq. id accidere possit, vbi sit vnus semicirculus, aut duo circuli eiusdẽ, de motib. cõtrariis super vno semicirculo prius agamus. Negamus autẽ super eo fieri posse motus contrarios; quandò & hìc repugnantia non ex linea curua, sed ex diametro nascitur: quare sequetur, vt idẽ motus efficiatur, quantum ad formã spectat, ac si super diametro fiat; siquidem cuiusq. distantia sumatur à linea recta. Quanquam & ad rationis huiusce perspicuitatẽ aduertendũ est infinitas has lineas curuas accipi ad numerum eodẽ modo quo ponitur vna linea recta: est.n.mensuræ ratio ꝙ vna sit,& ex illo item, ꝙ istæ lineæ curuæ sint infinitæ; infinitã quoq. notari distantiam, quod etiã mensuræ ingenium euertit, cùm debeat esse certæ quantitatis. Vnde item manifestum est Arist. nolle deducere argumentum ad id,ꝙ infinita vni contraria sint,& ꝙ frustra quęritur, an sint opposita, quasi specie diuersa, an numero solùm. Atq. hæc certè expositio quadrat optimè ad contextum. Vt autem id clarius appareat, audiamus ipsum, cuius hæc verba sunt. Quicunque dicit motum super sectione circuli inter A & B esse contrarios, dicit motum super linea recta A B, esse contrarium. ratio verò eius euenti talis est, ꝙ ipsa sola terminata est, aliæ verò curuæ inter eadẽ puncta A & B numeri sunt infiniti: id autem repugnat ingenio mensuræ; cùm ipsa vna esse velit,& certè magnitudinis: idcirco etiam tollit interuallum,& vnà cum interuallo repugnantiam. Neq. obstant instituto progressui, quæ afferunt Alexander & Philoponus, ille quidẽ fingens moueri aliquid inter ignem & terrã super semicirculo: nanq. inter motus simplices extat repugnantia; quẽ verò illi accipiunt mixtus est, quippe aut animatorum, aut affectorũ præter naturam. Inanima.n.& quæ secundùm naturã mouentur simpliciter, solùm motu recto concitant', aut in orbem reuoluuntur,& circum terram. Philoponus autẽ eo nomine insimulauit Aristotelem, ꝙ concludere voluerit super circuli sectione motus contrarios non obiri ex eo, ꝙ infinitæ sectiones in eadẽ linea describi possent,& vsus fuerit demonstratione mathematica, & sic in eo peccarit, ꝙ demonstrationem ex vno genere in aliud transtulerit: mathematicus.n.ille est qui pôt secundùm vnumquodq. punctum ducere lineã curuam, siue ea sit portio circuli maioris, seu minoris; at in natura spatium vnum est definitũ quo non datur maius, aut minus. Præterea, quia fuerit assumptum, mensuram lineæ curuæ à recta esse petendam: quandò ea esse debet ὁμογενής, atq. cõsimilis ei, cuius est: recta verò linea specie separetur à curua. Quinetiam negat Arist. in circulo

[a] Philop. in 1. Post.

Arch. & Eutoc. in lib. de sph. & cyl.

A in circulo maximã esse distantiam; tamen in eo quoq. tanta est, vt maior esse non possit, velut ea, per quam Aries distat à Libra, & Scorpius à Sagittario: ergo etiam repugnantia videtur esse in cœlo per lineam curuam. Sed quantum est de primo; quanuis cęlum, & eius ambitus secundùm naturam sic diuidi nequeant, vt pars à parte distrahatur: attamen eatenus præsefert imaginẽ diuisionis, vel eam quã designationis ipsi vocant; vel alteram quæ nascit̃ à varietate motus, qua quælibet pars sensilis à quauis alia disiungitur; de qua re nos pluribus aliàs: quare ẽt in eius ambitu multas lineas curuas, atq. adeò infinitas iuxta quodque punctum excogitare licet; non secus àc in alio corpore, quodcunque illud sit. Sed insiteris illicò nos vrgens argumento Philoponi. Cur.n. non erit hęc mathematica diuisio non cõsideratis in ea sensilibus qualitatibus? Idcirco dicamus hanc diuisionem non repugnare etiam corporibus naturalibus propter materiam qua continuitas ipsa fundatur: quo etiam modo multa 6. Phys. magnitudini attributa fuisse non ignoramus. Quòd si tu quæras ex me, quid hæc speculatio distat à mathematica; præsertim quòd placet mihi mathematicum ab eiusmodi materia non seuocare? certè nihil, quod considerandi genus immutet. Cur ergo non transilitur de genere in genus? An etsi re ipsa sunt considerationes eædem; nihilominus ex fine distinguuntur, quia.s. mathematicus per se spectet eiusmodi quantitates; naturalis aũt, vt eas applicet ad materiã sensilẽ. Sic dico 6. Phys. magnitudinem tractari naturaliter ꝓpter finem cuius ergo instituta est illa disputatio, licèt res ipsa considerata sit

B eadem; sicuti non inficias iuerim speculationẽ principiorũ quę tradita est ab initio physiologię, reuera esse primi philosophi; cęterùm reddi naturalẽ gratia finis. Neq. id pro absurdo habendũ puto; siquando vna scientia se habuerit ad aliã ex appositione, quemadmodum naturalis ad mathematicen: opinor itẽ ad primã philosophiam propter ens, quod est generale subiectũ eius disciplinæ. Nec ob id censeo subesse rationẽ subalterni, quia consideratio mathematica non est reipsa prior, sed rõne duntaxat; ita etiã prima philosophia, quatenus specificatur ente vniuersali quod est ad vnũ, cùm sit natura posterius suis partibus quarum vna est substantia naturalis; ac si prior item natura reputetur; id acceptum referri oporteat alteri entis parti quæ seiuncta est à materia à qua rõ formalis scientiæ nõ deducitur: etenim petit̃ à subiecto quod est ens. Nunc ea quæ sibi subiicit alteram facultatẽ; de subiecto esse debet, quod sit prius natura, & subeat eandẽ rationem formalem: nam tale esse conuenit, vt ex eo appareant caussæ subiecti subalternati. Itaq. prærogatiua subalternationis excluduntur methodi quæ ex appositione habent. Quantum verò est de eo, ꝙ linea recta non possit metiri circulum, concessit quodã pacto Philopono Simplicius; siquidem mẽsuræ rõnem in illo positã esse duxerit, ꝙ sit eiusdẽ naturæ; nam reuera pannus: pannum metit̃, & quòd applicetur ad id cuius debet esse mensura; neutrum tamen inesse in linea recta ad curuam, sed eatenus haberi mensurã, ꝙ metimur interuallum terminorum lineæ curuæ

C quod sumitur à linea recta. Verumenimuero multa mihi succurrunt aduersus Simpliciũ eruta ex ipso Aristotele: nanq. iam concessum est conuersionẽ à motu recto specie separari, aut etiam genere toto: ea tamen est aliorum mensura. Præthereà testatur Arist. ad mensurã magnitudinis esse necessarium, ꝙ sit vna: & vno sic metimur numerum, vt non per aliud ipsum metiamur. Deus item est oĩum mensura; ipse verò est extra omne genus. Necnon metimur perimetrum ipsa diametro, & linea corpus. Neq. hîc est, ꝙ dicamus eam esse mensurã imperfectam, quia nulla certior datur. Quin etiam semper valet argumentum Arist. aduersus id, ꝙ curuum alterius curui mensura ponatur. semper.n. debet vtrunque metiri linea recta. Propterea recta magnitudinem oĩum prima mensura statuenda est à curua differens, & quæ aptari non possit. Quanq̃ si Ptolemęum consulimus, quantum pertinet ad mensurã magnitudinum (neque.n. puto generatim hoc euenire) facilè concedetur aptari lineã rectam ad oẽm magnitudinem; quatenus omnes dimentiones seorsum resoluuntur in longitudinem rectã; hæc verò prima quantitas est quæ sola recta linea designatur. Itaq. Ptolemęus qui corpus vndequaq., hoc est, trifariã sectile esse fuit ostensurus; separatim de quaq. ex longitudine quæ rectã protenditur, omnes dimentiones indagauit, vt ea tantùm differentia inter planũ & corpus existat, ꝙ sit secunda & tertia longitudo, & ambæ vna linea excepta, quæ est oĩum prima, ex ordine iudicentur, antecedentibus ex ordine suppositis, vt prima secundæ, & vtrisq. tertiæ quæ iam corpus absoluit: ideoq. metimur eas linea re-

D cta; sic distantia perimetri notescit longitudine & latitudine seorsum perspecta; nullam.n. aliam habet distantiam; proinde latitudo est, vt secunda longitudo cui respondet linea recta. Quia tamen inquit Arist. eam esse *ὁμογενῆ*. i. eiusdem generis; etiam latius mensuræ rõnem sumendã esse credimus, q̃ existimarit Simplicius, vel ꝙ id *ὁμογενὲς* esse dicatur, quod in partes dissimiles resolui nequeat, necessariũ verò id est in oĩ mensura, vel ꝙ ad idem genus, vel proximè, vel remotè referatur, & vt vniuocum, vel vt ad ipsum pertinens, &, vt aiunt, reductiuè: quia.s. sit aliquid eius generis, modò primum sit. Itaque Deus est substãtia reductiuè, & motus cęlestis est, vt primum ad vnum, qui est motus. quare etiam ille est oĩum rerum mensura; hic aũt mensura oĩum motuum, & generatim quodcunq. perfectum in suo genere mensura est reliquorum quæ sub eodẽ genere continetur: vnum.n. est, & simplex, vt aliàs ostendetur, quòd in ipso nulla priuationis, aut compositionis rõ contineatur, vel simpliciter, vt in Deo, vel in suo genere, vt in cęteris. & circuitus oĩum motuũ breuissimus, quia velocissimus. Quod autem Philoponus opponebat in circulo maximã esse distantiã, quatenus circulus: pulchrè dissoluit Simplicius, docens eam nõ esse maximã distanciam; nisi propter diametrum, ꝙ vna tantùm maxima sit, quam si accipere velimus à circunferentia, vna tantùm maxima non esset, sed duæ distantię quæ forent æquales in duobus semicirculis: si verò sumeretur distantia semicirculo maior; hæc etiam maxima non esset, quòd adhuc alia maior propemodum reperiri posset in infinitum.

Vtrùm in semicirculo circulóue fiant contrarij motus, nec'ne. Cap. XXIX.

VERVM neq. etiam possunt accipi contrarij motus, vbi semicirculo fiant. Cùm verò hoc possit contingere dupliciter, aut si semicirculus vnus statuatur, aut si duo sint eiusdē circuli; modò concludamus neque ēt super duobus semicirculis fieri motus contrarios. Nam finge tu fieri motus oppositos super duobus semicirculis in eadem diametro A C. constitutis, atq. altero A B C, altero autem A D C. & ex motibus alter incipiat ab A ad C. per B. peragrans spatium A B C. alter autem ab A ad C. conficiens interuallum A D C. Neque item sic dicemus motus esse contrarios. Id verò duplici ratione potest approbari, per enstasin, inficiando nimirùm motus illos esse contrarios, atq. aliter àc sumpserit aduersarius. Etenim eadem est huius euenti rō, atq. superior. Nam repugnantia non esset inter illos terminos circuli beneficio, sed lineæ rectę quæ cōtinet vtrosq. semicirculos: per antiparastasin aūt hoc pacto. Esto. n. quòd hi motus secū pugnent: at nō sequit idcirco cōuersiones futuras esse cōtrarias, quod tū nuper ꝓposuimus ad discutiendū. neque. n. motus ille de quo nūc agimus, est vllo modo cōuersio; siquidē ea sit, vbi totū spatiū ab eodē pūcto ad idē peragretur: hîc verò totū spatiū nō conficit. Vtor aūt ad hūc nexū confirmādū definitione cōuersionis, cū ipsa accepta fuerit ab Arist. 8. Phys. & per se notissima sit. Et quanq̄ dubitare possis de hac hypothesi, q̄ quidē statuit Arist. super duob. semicirculis fieri duos motus in diuersas parteis, & hoc pacto concludi eos non esse contrarios. quid, si fingeremus vnum quidem ex his motibus esse ab ortu in occasum per verticē nostrum; alterum verò per idē punctum ab occasu in ortum, aut etiamsi alter esset ab occasu in ortū per punctum oppositum; cur ergo de his nihil hoc loco dicitur? Præthereà cur tantopere laboramus in illo mēbro probādo, ꝙ super semicirculo, aut sectione motus contrarij non fiant, cùm dicere licuisset, etsi motus illi contrarij sint; eos tamen non esse circuitus; ideòq. conuersioni alteram conuersionem non esse contrariam? Tertiò quoq. opponit acerbissimus, sed tamen imbecillus hostis Arist. Philoponus. quoniam videtur eadē esse rō motuum, qui super duobus circulis obeuntur, & eorū qui fiunt super recta, & diametro: nam sunt inter eadē signa, sicut ergo motus rectus inter eadē signa opponitur recto; sic conuersio deberet opponi conuersioni. Primùm diluitur: quoniā constituere motus contrarios ab ortu in occasum per verticē, & contrà ab occasu in ortū per punctum illi oppositum, foret idē àc si fingeremus eos fieri super recta: nam tum repugnantia peteretur à recta: neq. illi item contrarij forent, si fierent super alio puncto opposito, quomodocunq. fierent, aut. n. fierent simul, aut super diuersis subiectis; vtrunq. verò vim habet funditùs tollendi contraria: Philosophum verò seorsum tractasse circulum cum Simplicio credimus, vt oīno certissimi redderemur conuersioni nihil esse contrarium; neq. circulum, seu perfectus fuerit, siue imperfectus, tolerare contrarium. Respondemus item ad dubitationem quā Philoponus opponebat, hoc modo; non sat esse ad efficiendam aduersitatem in motibus, si fiant inter eadē signa, sed oportere, vt signa illa maximè disiungantur; maxima verò distātia solùm est in motu recto, quia nimirùm in linea recta. Etiam dubitari potuisset, si motus ille super toto circulo fiat; possit'ne excogitari contrarius alteri. Et huic quoq. dubitationi satisfiet, si accipiamus ex aduersarij placito pūctum A. & excitemus circulū A B C. super quo ad B partem fingamus fieri motū, & ab eodem puncto A. alium motum versus C. nam neq. item ea rōne motus contrarij futuri sunt: id verò, quoniam maximi momenti est in tota hac disceptatione, agitur ab Arist. magnis viribus, vt hæc tanq̄ triarios in extremo collocatos fuisse credas. ad physicè primùm argumento sumpto à definitione motuum contrariorum, & conuersionis ipsius, quo concluditur, etsi diuersi sunt isti motus, nihilosecius non esse contrarios. Contrarij verò motus illi sunt, qui à locis contrariis aguntur ad loca contraria, sed. n. conuersio motus est ab eodem in idem punctum. Demonstrationis structura facilis est; quam in hac methodo certissimā reputo, cùm oriatur ex principiis medio vacantibus, & iuxta canones dialecticos in definitionem quæsiti & dati resoluatur. Neque molestiæ & obturbationes Philoponi nos abducere queunt à ꝓposito, qui ita opponebat, conuersionē, si fuerit ab eodē in idem signum, non verè motū fore; siquidem motus oīs ab alio sit in aliud, vt patet inducendo singulos motus. Confirmatur ēt ex etymo eius vocis μεταβολὴ, quia sit ἄλλο μετ' ἄλλο. vnum post aliud, quo nomine generaliter exprimitur oīs species mutationis. Verumeninuerò dissoluitur oīs nodus, si fingamus aliquam cęli partē in certo quodā puncto, vt ariete, eamq. moueri; pertransibit. n. reliqua oīa puncta, quousq. remearit ad idē, & est moueri ex alio in aliud per conuersionem. Accedit etiam rō logica, quæ. s. ex principiis quidem veris, sed cōmunibus ducitur cuius sanè principiū in methodo physica est exploratissimæ veritatis. nempè Deum & naturam nihil facere frustra, quod ita pro cognito habet, vt oppositum prorsus fieri non posse credatur. Recepto igitur hoc axiomate sic argumentemur ex hypothesi, ꝙ motus illi opponantur; nil ēt motor, si cum Auerroë dixeris hos motus opponi mathematicè; re uera tamen in natura non dari, ac si in cęlo fiant è contrario, non tamen esse contrarios, ἀνάπαλιν, inquam, non ἐξ ἐναντίν. & esse contrarios solùm κατὰ φαντασίαν, quia sic esse videantur: quanq̄ prius illud mihi magis arridet. Sed venio ad rationem. Si conuersio conuersioni contraria foret, natura aliquid ageret frustra: at nil agunt frustra, neq. Deus, neq. natura: neq. igitur alteri conuersioni conuersio pōt esse contraria. Vt aūt coniuncti veritas appareat, accipiamus vel vnū corpus quod remeat per idem spatiū ad eundē terminum, vel duo quæ motibus cōtrariis agantur super eodē spatio. Si ergo fuerit vnū corpus, & vicissim super eodē spatio conuertatur; vtraq. conuersio



A conuersio profectò vno eodemq. termino finietur: altera igitur redundabit. Nanq. ita fore conuersionis definitio persuadet: etenim siue mobile feratur per B, seu per C, semper hic motus est ab A ad idē A. & assequitur finem suum. ecquid igitur est caussæ, cur altera illi contraria fiat ad adipiscendum terminos eosdem? iam.n.peruenit,quo voluit; habito verò fine solet cessare motus; quippe qui sit gratia finis: Itaq. frustra esset hic posterior motus. Præterea, si duo mobilia statuamus quæ contrariis motibus agantur: cùm quicquid in orbem mouetur, vndecunq. moueri incipiat; permeet oīa loca contraria, illa.s.quæ per differentias positurae describuntur, superius, inferius; ante, & pone, dextrum, & sinistrum: si contrariis motibus agitentur, necesse est vtraq. mobilia volui per eadē loca: quare inter se resistent. Cùm verò ita sit; addamus & illud. Ea quæ inter se resistunt, vel pares habent vires, vel impares. ac si pares obtineant, minimè mouebuntur: nanq. inter se vicissim impedient, quod aduersatur hypothesi, cùm sumpserimus ea moueri. quòd si vires inęquales extiterint, semper id quod inferius est, superiori obsequetur. itaq. erit vnus motus eius quod vicit; quinimmo & ille imperfectus, quippe quòd non sine impedimento. Quamobrem id quod victum est, suo fine frustrabitur. Planum igitur quòd illi motui qui super circulo fit, alius motus consimilis contrarius esse non possit. Ex quo efficitur, vt cùm conuersioni neq. motus rectus, neq. is qui fit super circuli sectione, vel semicirculo, vel etiam toto circulo opponatur; neq. vllus oīno motus sit conuersioni contrarius. Veruntamen hoc loco nobis occurres

B inquiens, in cęlo duos esse motus oppositos, diurnum & proprium planetarum; cùm ille sit ab ortu in occasum; hic contrà ab occasu in ortum. Video te responsurum inficiando motus illos esse contrarios, quia non fiant per idē spatium; quippe quòd non in eadem circunferentia, neq. super eodem axe, & polis, neq. inter terminos oppositos, quæ oīa motus aduersi requirunt: nam motus vniuersi super axe, polisq. mundi fit, vt optimè nosti; planetarum verò super axe polisq. Zodiaci, ac termini motus vniuersi pendent ex sphæra recta, planetarum verò ex obliqua: veruntamen adhuc vrgebo te ostensurus eos esse contrarios: siquidem planetarum motus impediatur à diurno: quandò motus illorū tam longo spatio temporis absoluatur: necnon sic agantur planetæ ab orbibus superioribus, vt adducantur, & abducantur à tropicis, & confecta Zodiaci latitudine reuoluantur; siue id verum sit, seu non; nil in pręsentia curæ sit nobis, nanq. ex motu planetarum per successionē signorum quæ in stellifero sunt obliquè disposita, adductiones illę & abductiones fieri videntur; satis sit eos motus, atq. reuolutiones ab Arist. non fuisse confutatas; quinimmò, vti tum se res habebat, approbatas, & illud prænunciatum se ea constituturum, quæ non repugnent phænomenis, quę ætate sua à Calliope & Eudoxo fuerant obseruata; & sphęrarum genera diuersa recepta reuoluentium.s.& deferentium, atque hîc termini sunt eidē, idem axis, & poli, eademq. circunferentiæ pars. Hic etiam quies interposita; quippe quòd in regres-

C sionibus vtendum sit vno puncto vt duobus, aliter eodem tēpore adduceretur & abduceretur idē planeta; proinde à Græcis nomine τροπῶν, quibus reflexio notatur, & apud Latinos solstitia dicta, quib. omnibus quies interposita continetur. Etsi hoc vnus erit terminus secundùm, alter verò pręter naturā, aut vnius eiusdemq. corporis motus duo naturales. Sed spectemus seorsum motū inter ortum & occasum, quamuis super eisdē polis non fiant; attamen aduersitate sese non expediunt. Nam sicut motus recti qui fiunt super diametro mundi, contrarij sunt; nihilominus & ij qui fiunt in latus; naturam contrariorū participant, quatenus ad diametrū referuntur: sic ego dicam terminos oppositos esse ortum, & occasum diurnū, & in sphæra recta, quòd si tantisper ab iis terminis diuertantur; adhuc oppositorū specimen extare. Tertiò reuocatur in dubium robur eius argumenti. Si conuersio foret conuersioni contraria; vna ex his esset frustrà: nam facilè reflecti pōt: imbecilla verò sunt illa arma, quæ tam à nobis stant, quàm ab aduersariò. Sic.n.dicam. Si motus rectus esset alteri recto cōtrarius; ergo alter ex his esset frustra: rectus igitur recto contrarius esse nequit. At verò de prima illa dubitatione pluribus discepta uit Auerroës. quid multa? eò redigitur sermonis vniuersi peroratio, quod anteà traditū fuerat à Simplicio; motus illos non esse contrarios, sed è contrario, & ἀναπάλιν, ob eā rationem quæ paullò antè exposita fuit, quia.s.non fiant super eodē spatio. Cùm verò opponitur eos motus inter se impedire;

D monebat idem Simplicius illā varietatem in planetis non tendere planè ad interitū, sed ad salutem, & perfectionem; quippe quæ fiat à præstantiore natura; neque einsmodi cōmotionem corpori cęlesti repugnare: videtur aūt significare voluisse in nonnullis geminā esse vim, atq. perfectionem, ppriam vnā, & internā, alteram aliūde pendentē, & superiorem; qualis à nobis in materia ad formā priuationemq. ponitur, & in appetitu ad sensum pariter, & rōnem. Non improbo dicta: verùm non ex toto mihi videtur dubitatio pelli. præsertim quòd officium est philosophi naturalis apparentia consulere, & si caussa quæratur illorū, ex suis principiis satisfacere: mostrant verò Astrologi etiam orbem Lunæ, qui defert vtranq. synodum & ἀναβιβάζοντα, & καταβιβάζοντα, caput & caudam draconis vocant; ab ortu in occasum super polis Zodiaci conuerti, eandemq. super eisdem polis ab occasu in ortū volui à sphęra Mercurij. Accedit eòdem; quòd à nobiliore caussa nascitur effectus nobilior; at motus isti pręstantā corporibus ab intelligentia proprij motus: atqui intelligentia physicè mouet: non igitur supra naturā corpora concitabunt. Neq. verò asseueratur non esse idē spatium super quo conuertitur ab occasu in ortum motu pprio, & vi sphęrę superioris ab ortu in occasum; siquidem spatium super quo sphærę voluuntur; ab earum ambitu non distinguatur. Quamobrem vide obsecro, tutius'ne sic dici valeat. Vnum esse motum primū cęli totius, quemadmodum progressus est totius animalis motus, qui sine interpellatione fiat ab ortu in occasum. atq. is, etsi Peripateticis auctoribus est orbis stelliferi, & inerrantis; attamen vnus est in oībus cęli partibus, pter earum continuationē quæcunq. illa sit, & ex mate-

næ necessitate, veluti suprà dictum est: nã sat est, si vnus est motus qui per vniuersas parteis pertineat, atq. haud aliter ac in animali progressus, qui tametsi ex corde ducit originẽ; nihilominus caussa continuationis est vnus totius animalis, & in eodẽ tempore efficitur: ita.n. continua se habent, vt eorũ motus sit vnus; vnus aũt non, nisi in eodem tempore fieri põt. Hic motus est planè secundùm naturam, siquidem sit vniformis; vniformiter aũt operari sit vnius naturæ munus; motus difformes ab anima, non à natura præstantur. atq. hoc modo cęlum natura constare putabimus, & eius motũ esse naturalẽ, eaq. ratione tractari & 8. Phys. & 1. de cęlo, ac non rarò in libris primæ philosophiæ. Sed misso motu totius de quo controuersia non est, quia non vniformiter ẽt mouetur (etenim & currendo, & saltãdo locũ mutare possun) is sanè motus nõ est à natura, sed ab anima, & à natura quidẽ, quia κατὰ φύσιν, & more consueto formæ per quam sic natũ est aptum animal agitari, non vt ab efficiente, sed vt ab efficiente, ab anima; quandoquidẽ motus difformes sine organis administrari non posse videantur, quorũ actus est anima ipsa, non natura. Sic ẽt de cęlo reputabis. Quocirca Græci optimarum artiũ magistri optimi, [a] motum illũ nomine κυκλοφορίας dignari noluere, sed ita dixere κατὰ τὴν προκιγετικὴν αὐτὴν πορείαν ἔρχεσθαι. Specta quæso rursus animal: in eo quoq. motus est partium qui si natura ꝓpriè dictum sumas; is certè põt non esse naturalis, sed ex anima duntaxat, atq. hic nihil obstat motui totius, quin sæpe adiuuat, vt iactatio brachiorũ ad cursum: & cũ sic adnexæ primo illi mẽbro non sint, quin intercedat aliqua disiunctio; manente ẽt toto moueri queunt; nec earum quies obstat motui totius, neq. item quies totius tollit earum motum. Sic assero de motibus planetarum: sunt.n. eorum orbes, sicuti partes in toto. Proptereà primum mobile bipertitò distribuitur: est.n. simpliciter primum, vnde motus aliis oĩbus impertitur, in quo maximè virtus primi mouentis elucet; est & alterum quod est adæquatè primum, cõplectitur verò vniuersos globos cęlestes quo vniuersus motus ille fundatur; est verò vniuersũ corpus quod suapte vi fertur in orbem, nec idoneũ est alio motu concitari vt totum, nanq. expulsu primę illius partis eodẽ quoq. impetu necesse est continuæ partes agantur, cùm cęteroquin hoc ordine excludatur hypeccauma, licèt agat in gyrum, ꝙ aliter agitari sint aptæ partes eius, nec conuersione potiantur ob caussas antedictas. Cęterùm partes animalis & seorsum, & in toto mouentur; ac dum mouentur in toto; idem prorsus est totius partiumq. motus; alter toto quiescente partiũ proprius est. Ita igitur cum planetæ ꝓprio motu, eidemq. diurno moueantur, dum diurno motu voluuntur; totius motu concitantur; alter ille eorum ꝓprius esse dicetur. Ergo quatenus in toto mouentur, si quis eos ab alio moueri neget, facilè defendi poterit ea rõne, quia.s. orbis ille primus non sit ita disiunctus ab inferioribus, quin dum ipse cietur, eos secum quoq. cõuertat, & quasi pars in toto moueat, non vt subiecto, quantitate, & numero segregatus. Nam velut animal à seipso dicit agitari, quamuis partes aliquam disiunctionis imaginẽ præseferant, quia motus eius toti cõmunicatur, & ab alio totũ moueri, ꝙ aliud sit ad numerum, totaq. forma disiunctum, & quod seorsum moueri possit, ita & à seipso, nõ ab alio cęlum moueri dicemus, & planetas in illo, atq. vnum esse motum totius & partium, qui motus erunt separatim partiũ non totius, hi poterunt ab alio fieri, quod ẽt nil obstabit, si fuerit virtus in corpore. sic astra mouentur à deferentibus, & à reuoluentibus etiã reuoluuntur. Ille qui totius est, atq. præcipuus; nanq. & primi eius, perfectissimiq. corporis, & pernicissimus, nec non ꝓpter vniformitatẽ maximè naturalis, vt dictum est. reliqui sunt ex posteriore mensura, atq. (vt opinor) non naturales, sed animales, non aliter ac si brachium progrediendo porrigatur. Neq. verò tibi absonum videri velim nonnullos motus non esse neq. secundùm, neq. præter naturam, & ex eorum ordine qui pendent ab animo, neque.n. sunt secundùm, vel præter naturam virtutes, [b] sed quòd idonei natura simus eas suscipere; consuetudine, atq. vsu comparamus: sic parteis illas dicimus ipsa natura, hoc est, ex natiua constitutione motu illo concitari ab anima; quare nec secundùm, nec præter naturam. Sed cur non dicetur ille motus esse naturalis, sicut etiam in toto caussa subiecti & potestatis, vt enim totum sic ferri natura est aptum, ita & pars? Vtar hîc ego libentissimè verbis Arati.

πάντα γὰρ οὔπω
Ἐκ Διὸς ἄνθρωποι γινώσκομεν, ἀλλ᾽ ἔτι πολλὰ
Κέκρυπται τῶν αἴκε θέλῃ καὶ αὐτίκα δώσει
Ζεύς.

Sed hoc interea suppetit. Ea quæ mouentur, aut animata esse, aut inanima. Atq. inanimorũ quidem motus eosdem esse in toto & partibus animalũ, motus idem est aliquando totius & partiũ, quandoque diuersus, & totius quidẽ motus est secundùm naturam, vt homini ambulatio, pisci natatio: partes aliquãdo secundùm, aliàs præter naturã cientur, dico ẽt eas neq. secundùm, neq. præter naturã agi posse. Sunt.n. duo partium motus vniformium; veluti grauium & leuium, ac motus organici, vt tentiones, porrectiones, tractiones. Quod igitur attinet ad motus vniformiũ, sunt hi planè secundùm, vel præter naturã, quia grauia deorsum aguntur pro natura, vi tolluntur, & leuia ex natura ascendunt, vi deprimuntur: atqui tractiones neq. secundùm, neq. præter naturã sunt, sed ab anima. Tales ergo dicimus esse partiũ motus in cęlo. Neq. tamen oppositos, neque.n. consistunt oppositi, aut ẽt si consistunt, vnus ex his est per se, alter per accidens, vt cùm moueor contra motũ nauis, sed propter disiunctionẽ partiũ diuersos, & consistentes, & vt dixi, subcontrarios. Itaq. non veremur ea quæ Clauius obiecit: habent enim locũ in iis quæ mouentur, vt continua, & vnico motu simpliciter & æqualiter: hęc.n. dum feruntur ab A. ad B. eodem quoq. tẽpore non possunt ferri à B. ad A. Et si motus isti oppositi perhibentur; cùm inter se impedire, & nonnulli interpellari quiete videantur; Neque id inficiatur Arist. [c] etiam fatebimur motus oppositos in partibus inhærere, quorũ alter non sit naturalis; neq. tamen contra naturam,

[a] Cleomedes in Meteor.

[b] 2. Eth. c. 1.

[c] 12. p. p.

A turā,& iis quorū motus est organicus ad salutē,& motus & quies in terminis oppositis qui tamen oppositi non sunt absolutè. Quandoquidem triplicē oppositionem in motu obseruo apud Aristotelem: primā quæ cōmunissima est,& peruagatur oēm speciem motus;est aūt inter terminos à quo & ad quē: [a] altera pressior, vbi motus inter se impediunt, & cessare faciunt sine labe & detrimēto subiecti, sicuti cùm duo luctantur; tertiā quæ est maximè ꝓpriè, vbi sequitur interitus. in his est secundùm & præter naturā, & ex his agnoscit repugnantia substantiæ. Hæc oppositio cęlo planè denegatur, & caducis solummodò assignatur; aliæ oppositiones ēt ipsi conceduntur. Tertium illud oppositionis genus Aristotelicę demonstrationi supponitur, cùm accipit, motui cęli nihil esse contrarium. Ex ordine secundo est oppositio inter motū diurnum planetarū,& propriū,& inter motus qui fiunt à reuoluentibus, sed, vt dixi, oppositio est inter parteis cęli in toto cęlo nō nisi vna illa prima, quę est inter terminos motus, quoad mouetur, hoc est, cùm totū consideratur secundùm materiā, non secundùm formā, quia totum secundùm formā manet immobile; mouetur aūt totum secundùm materiam. Motus isti ab alio sunt, & per accidens, neq. idcirco cōpositi, vt motus in mixto, neq. enim nascuntur intrinsecùs, sed sunt ita dispositi, vt vnus sit vnius sphærę proprius, alij aliunde. Nam quod Astronomi repugnantiam stellis attribuunt, has calidas, atq. humidas; illas aūt frigidas,& siccas esse docētes; ita dicimus ab affectu denominari quem explicant in corpora quæ cęli ambitu cōprehenduntur,& tales actu esse inficiamur ea-

B rum qualitates & formas, nec quicq̃ oppositionis in virtute quæ efficit, præsertim siquid per accidens agat (solus.n.calor ab astro generatim ꝓpagatur) collocandum esse arbitramur, vt apparet ex iis quę de sensilium formis, quatenus accipiuntur à medio, disputata sunt à philosophis 2.de An. Hæc nos pro Arist. dum adhuc demonstratione cōpertum non est eccentricos esse,& epyciclos, & dum eius sententia probabiliter à viris illustribus defenditur, nec per nos si fieri pōt in re dubia pro clarissimō præceptore propugnacula defuisse videantur. Quantum verò est de tertio, monet Simplicius non esse parem rōnem eorū quæ rectà mouentur, atq. voluuntur; nanq. ea quæ rectà mouentur, non solùm facta sunt à natura, vt perenni motu agitent, sed etiam vt contrariis motibus moueantur & quiescant. quamobrē, tametsi impediuntur eorum motus, non propterea tamen efficitur aliquē ex illis esse frustra. At illud animaduersione dignū est, quo pacto quies illa sit naturalis, cùm oriatur ex impedimēto quod accidit extra loca sua naturalia ad quæ nō mouentur, neq. ibi manent secundùm naturā; nisi & in hoc natura contendat; quandò elementa per se mouentur, cùm alterantur, vt accipiant nouas formas: mouentur enim à generante per se; hoc aūt destruit formā pręsentem,& nouā inducit. quare etiam mouet secundùm naturā, vt in primis sermonibus dictū est,& quies illa est imperfecta, vtpote, imperfecti elementi: cùm si priorē formam spectes, non sit in loco naturali, nec in loco planè præter naturā, si succedentem

C respicias. Præterea docuimus antè, elementa habere aliquā ꝓpensionem ad formā mixti, tanquam sint eius materia, vt ad suā perfectionem: quare quies illa in elemento, seu ad nouam formā, siue ad mixtū, frustra non est. Ab his redeo ad rationem Aristotelicam. Quis igitur eam non videat super hypothesi constructam esse,& per hæc quæ longo sermone nobis tradita sunt, explicari? Sed transeamus ad alia quæ quoniam anteà copiosè tractata est, paucis verbis expediri poterit. Nam motus ille qui debet esse continuus, vti non pōt vno puncto, vt duobus; aliter interrumperetur, sed sola conuersio non vtitur in repetitione bis vno eodemq. signo; motus aūt rectus vtitur: hic ergo continuus esse non pōt, sed planè conuersio; nam rectus habet terminos in actu; conuersio verò potentia solùm: ob id non cogitur eadē puncta repetere, cùm rectus alioqui cogatur, si ducēdus sit in oppositum, ꝙ si ob id motus rectus continuus esse nequit; ergo ab opposito conuersio, quia non repetit eadē signa, poterit esse continua. Ita conuersioni soli, nec vlli alij motui contingit esse continuum. Si igitur hūi quispiam esse pōt; nec quicq̃ incōmodi sequit, si ita ponatur; planum ꝙ conuersio sola continua ponenda est. At verò quanuis, postquam motus est,& antequam funditùs deleatur, non repugnet huiuscemodi motū esse continuum, nec vnquam interrumpi, quia tamen cum mundo creatus est, & cum ipso finietur; etiam perspicuum est vacillare rōnem Aristotelicam,& niti super lubrico fundamento, quod siquid natura so-

D leat, id continuò ponendum sit; nam sicut in cęteris quæ fieri possunt, non sequitur è vestigio, vt sint, quin potius nunq̃ erunt; ita hîc dicendum puto; quanuis hoc naturæ non aduersetur, & fieri possit, non fore tamen, & tametsi id natura toleraret, nec quicq̃ in ea sequeret absurdi, quia tamen hæc à sublimiore potestate descendunt, & id illi repugnare dicimus, & ob eam caussam nunquam futurum. Quod adscribitur ēt pòst à natura conuersionis acceptū, ita inuenit exitum; sic.n.contingit, dum manet subiectū, nisi quippiā sit quod obstet progressui naturæ quæ sicut à vi quandoq. superatur, sic etiā à vi diuina multò facilius superari potuit. Atq. ea de resolutione demonstrationū quibus æternitas motus ab Aristotele concluditur. Nunc alterum doceamus, quo pacto motus æternitas euehat nos ad contemplationem mentium beatarum.

[a] 1.de cęl.

De natura centri & loco cœli cęterorum sententiæ recitantur. *Cap. XXX.*

ERGO conuersio continua solùm est, tum per seipsa, tum ēt quòd ab æterno motore procedit, sed nulla caussa quæ motum producit, de essentia motus agamus, ea, inquam, continua est; non autē motus rectus: quoniam hic obitur perpetuò super eisdē terminis, & succedit in hoc eiusdem termini repetitio punctis tēporis separatis inter quæ incidit quies; conuersioni verò semper occurrit nouus aliquis terminus. Cęterùm siquis diligentius huiusce euenti caussā rimetur, eam esse audiet, ꝙ in linea re-

cta

cta sunt actu disiuncta principiū, medium, & finis; proinde cū quippiā actu mouet, offendet necesse est principiū magnitudinis cuiusdā, vnde moueri incipiat, hinc assequat mediū, demq. ad magnitudinē extremū perueniat, & ab illius initio quondā quieuerit, in fine ēt agat quietē: at in circulo, & circuitu principiū, medium, & finis non sunt actu distincta, & idem est quod est principium motus, medium & finis: in circulo.n. quodlibet punctum continet omneis has rationeis. Quamobrem id quod voluitur, in principio semper est medio, ac fine sui motus. hinc etiam efficitur, vt motus ille perpetuò fiat: nam tum res mouetur, quādo non est in solo principio, dicamūs aūt nos in termino à quo; nec cùm iam peruenit ad finē qui est terminus ad quem, sed cùm partim est in termino à quo, & partim in termino ad quē, & cùm mediū obtinet vim vtriusq. termini: quare cùm id quod in orbē mouet, vnà sit in vtroq. termino, & in vtriusq. medio semper: nil igitur mirū, si continuè moueatur, & cùm sit in fine suæ motionis, postq̄ absoluerit motū, cùm sit itē in principio motus, nouū subinde motus aggrediatur: cùmq. idē subiecto sint principiū, medium, & finis, & potestate quidē, non actu; assiduè, & sine vlla intermissione moueatur. Punctus aūt qui triplicem illā rationē continet principij.s. medij, & finis, est cētrum: ideò semper ab illo discedit, & semper ad illud accedit, & demū sēper in eo moratur. quapropter neq. locū mutat ex toto, verùm oēs eius partes seorsum, & vt dr̄, non mutat locū secundùm formam (non dico secundùm positurā: nihil.n. de hoc ago nunc) sed secundùm materiam, quod sanè sic accipias, vt totū secundùm formā, & categorematicè sumptū locum non mutet, sed syncategorematicè duntaxat, & tamen in eodē loco manens assiduè voluitur: nā talis est centri potestas quod est in toto circulo solùm per se immobile, & per lineas à circunferentia ductas extremas eius parteis cōtingens; ideò vergūt oēs ad illud veluti cōtinens, & in illo vt in suo termino finiunt quosq. motus, sed vt ipsos in eo finiūt; sic ēt cùm idē sit principium, ab eo quoq. eosdē rursus ordiuntur, & ita coniungendo sēper cum principio finē, vnico motu, atq. illo quidē perpetuò æqualiter agitant, sese circū ipsum perpetuò voluēdo. Hoc loco licet nobis notare Simpliciū qui in circulo fingebat actu separata, principiū, medium, & finē: ac principiū quidē esse centrum, quod actu seiungi oporteat à reliquis partibus, vt maneat immobile, vt circum ipsum perpetuò cœlum volui possit. Omne.n. quod mouetur, aliquo immobili sēper inniti debet: finis est circunferentia quæ itē actu separata est, cùm circa centrū assiduè voluatur: est medium in polis, quæ itē sunt puncta fixa immobilia quę terminant sphærarum motus: ob id non esse verendū, ne moles hæc & fabrica dissoluat: quinimmò tātū abesse separationē hāc ab oī periculo, vt sit maximè necessaria: nanq. ex eo, q. hi termini distincti sunt, fit vt à circunferentia ad centrū lineę ducantur quibus vniuersi partes mirabilē in modum copulent, & connexæ permaneant: nam rō principij, medij, & finis ab Arist. in solo centro collocatur, & ex eā maxima concordia verisimile est confirmari vnum esse maximè hunc motū, maximeq. perfectum, vt sicuti Deus, quòd vnus omnium maximè maximèq. simplex, & vnà principium, medium, & finis, vt cecinit Orpheus illo carmine.

Iuppiter omnipotens est primus, & vltimus idem.
Iuppiter est caput, & medium. sit omnium perfectissimus; sic conuersio præferens in eodē rationem principij, medij, & finis, sit item motus oīum motuum perfectissimus: nisi velimus, Arist. motus initia vestigasse tantummodo, Simplicium verò mobilis ipsius principia protulisse, quanquam neq. id satis fortasse tutum. Mitto etiā nunc, quòd centrum ipse constituerit, quo cœlum innitatur, dum mouet; quandò cœlum in motu pendeat ab illo principio quod extra ipsum sit, vt aliàs ostendetur. Ex hoc etiam loco nos monitum lectorem velimus Arist. iudiciū de loco cœli, & ea confirmata quæ de loco terræ pluribus antehac disputauimus. Sed quoniam res hæc variis modis accepta, multas turbas conciuit; age nunc & animi nostri snīam paucis audi. Nā de hac re nonmodò dubitandum fuit ꝑpter ea quę de loco disputata sunt 4. Phys. & à nobis peracta, quā de loco grauium disseruimus, verùm ēt præter ea quæ 1. de Cęl. quā cœlum à loco exēptum fuisse cōpertum est; non facilè etiā tradi pōt modus quo cœlum aliquo pacto sit loci particeps, aut etiam prorsus immune. siquidem cœlum sensile corpus est; at sensili locus per se deberi videtur; pręsertim quia quod per se mouetur secundùm locum, videtur ēt per se tendere ad locum in quo maneat suapte natura. Nam quemadmodum generatio est via ad formā substantiæ, auctio ad quantum, ad quale alteratio; sic mutatio loci ad ipsum vbi quod reapse non separatur à loco: quocirca siquid per se mouet, necessariò per se ad terminū tendit, quod in latione est ipsum vbi, & locus. Cœlum igitur, cùm corpus sensile sit, & per se moueatur; necessariò locum postulabit in quē contendat, & in quo maneat secundùm naturam. Sed cùm partes cœli vniuersæ non se habeant consimiliter ad locum; id propterea de loco cœli varia pronunciantur à Peripateticis. Quantum.n. spectat ad orbes inferiores, vnusquisq. concedit eos esse in loco, quatenus ab alio quodā superiore corpore continent, quod etiam Arist. auctoritate confirmant. Cęterùm si quis philosophi nō arbitretur vti testibus, afferunt rōnem à loci definitione ductā quæ talis erat, extrema superficies corporis ambientis. Quæ igit corpora cœlestia continentur ab alio, quis ea negabit esse in loco? dubium tamen est, quemadmodum sphæra extrema sit in loco. Atq. oīno quidam in loco esse negant, vt Alexander, Auerroē teste, cùm ex eo commoti, [a] quod extra cœlum vltimum nihil est, quod contineat, tum ex Aristotelis corollario quo comprehenditur extra cœlum nihil esse, neq. locū neque vacuum, & præterea negarunt ipsum cœlum moueri, propterea lòci non indigere; cuī quoque sententię subscripsit Auicenna dicens cœlum non mutari secundùm vbi. Narratur etiam existimasse Themistium cœlum esse in loco secundùm parteis, quòd eius partes nonnullæ continerent ab aliis quæ reuera essent in loco. idemq. teste Simplicio disserens de vltima sphæra, cœlum putabat esse in loco per intimam,

[a] 4. Phys. T. 43.

A per intimam superficiem. Ipse item Simplicius huc illuc incertus agitur, nunc vltimam sphæram in loco esse aiens, modò negans. Postremò Auerroës professus est cœlum esse in loco, non quidem per se, sed per accidens in centro mundi, quam quoq. sententiam si non ex toto, quadam tamen ex parte defendere conabimur.

Aliorum opiniones de loco cœli confutantur. *Cap. XXXI.*

ALEXANDRO restiterit facilè quispiam, eo quòd de corporibus naturalibus necessariò prędicantur motus & quies: sunt.n.naturalia; natura aũt principium motus est & quietis: hęc verò in sensiliũ genere sunt opposita, veluti par & impar in numero. cœlum igit̃ aut mouetur, aut quiescit, neq. per parteis solùm, verùmetiam ex toto; quandoquidem ex toto naturale est. Itaq. si cœlum non mouet̃ ex toto, quiescit igitur. At motus à quiete differt, quoniam motus locum in potentia significat, quies aũt locum notat in actu: quiescere.n.nil est aliud profectò, quàm locũ occupare, ad quem moueatur. Præterea dicitur cœlum non habere potentiã, nisi ad vbi. quæro nunc, cur id non conueniat vniuersæ materiæ cœlesti, cùm ipsa simplicissima sit, neq. in se ipsa rõnem varietatis habeat in partibus & toto. Tertiò conuenit illi id prædicamentum, cui conuenit illud quod optimè respondere possumus in-
B terrogati de ipso; veluti qualitas cõuenit, si optimè accõmodatur ad interrogationem de aliquo factã, sed optimè accõmodatur ad interrogationẽ de cęlo factã ipsum vbi: ergo & ipsum vbi conuenit cœlo. possumus.n.de cœlo interrogare vbi sit, & ita indicare locum in quo est. Postremò vnius corporis simplicis vnus est locus secundùm naturam, cœlum cum vltima sphæra est vnum corpus simplex: idcirco cęli cum vltima sphæra vnus est locus secundùm naturam. Propterea dicebat Themistius cęlum esse in loco, verùm secundùm partes, quia.s. parteis eius essent in loco. Contra quem Auerroës, eo quòd ẽt cęlum supremum per se mouetur; ideoq. est in loco per se, neque solùm mouetur secundùm parteis, verùm etiam ex toto, velut idem ipse quandoq. docuit. Thomistę alio pacto parteis accepisse videnẽ per quas locus cęlo tribuatur, nempè parteis continuas in qualibet sphęra: quoniam verò partes, vbi in toto continuæ perseuerant, in loco non sunt, sed vt primùm à toto separantur; asserunt eas esse potentia in loco. Confirmo verò ego sñiam huiuscemodi auctorum rõne sumpta à natura motus, & loci. quicquid.n.mouetur, est in loco in potentia, quatenus moueẽ, & locum in actu quærit, sed partes cœli semper mouentur: ergo perpetuò sunt in loco qui est potestate, & nunquam perueniunt ad actum. Mihi tamen affert difficultatẽ, quòd in corpore quod est oĩum perfectissimum, potentia sit, quæ nunquam promoueri debeat ad actum: est.n.id præter naturã: quare etiam mirum in modũ naturæ eius corpo-
C ris aduersatur in quo nihil esse põt quod maculet, aut deprauet eius substantiam. Adde item, quòd ibi est præter naturã, vbi est repugnantia & materia quæ subiicitur; quæ sanè oĩa cùm absint à cęlo, faciunt itẽ, vt absit inanis illa potestas, & quæ frustra sit. Præterquamquòd celebrat Arist. miram perfectionẽ conuersionis, ꝙ semper in fine sit: finis autẽ motus est locus, quare tantùm abest, opinor, vt cęli partes locũ potestate occupẽt, vt idcirco perfectæ sint, quia semper actu in loco existant. Ob hęc fortasse Themistius referente Simplicio cogitauit cęlũ supremũ esse in loco, quoniã interior illius superficies ambireẽ ab exteriore corporis eius quod intus cõprehenderet; veluti ab exteriore superficie sphęrę Saturni. At id, præterquamquòd fieri nõ potuit, nec fingi quidem põt. siquidem eadem rõne & ad idem continebitur idem corpus, & continebit, quod natura certè non patitur; nam per intimã superficiem cõtinet sphærã Saturni: quapropter in loco Saturnus esse dicitur. per eandẽ quoq. contineẽ ab illa ipsa quam cęlum stelliferum ambiebat. Ad hanc obiectionẽ respondebat pro Themistio Nolanus dicens id, quod nos existimamus absurdũ, valde esse naturæ consentaneum: quandoquidẽ duas rõnes in quaq. superficie animaduertere est; alteram quidem qua terminus est corporis quod est in loco, & sic est in loco. alterã verò qua est terminus corporis contigui continentis, atque ita est locus, quia ergo rõ variatur ob quam superficies est in loco, & est locus; nullum inde consequitur absurdum. Sed mihi non placet
D ista responsio. Primùm quia rõ, cur vna superficies est locus, repugnat naturæ loci: nam locus est, quia continet: at vt ipse vult, esset locus, quòd haberet aliquid extra. Præterea eadem ratio reperiri posset in oĩbus elementis; quoniam hæc inter se circulo amplectunẽ. sic non minus ignis in aëre foret, quàm aër in igni; nec minus in me domus, quàm ego ipse domi. Restat igitur, vt si vllo pacto suprema sphęra sit in loco; sit in centro, quemadmodum sensit Auerroës, & nos ẽt paullò antè cum Arist. significauimus. sed cur, & qũo ibi sit, ita explicauit Auerroës, vt quasi repugnantiã inculcaret, eam verò causã attulit. Nam quicquid mouetur, inniti necessariò debet aliqua refixa; hũi verò in totius sphæræ mundanæ cõplexu centrum est. centrum igitur est locus cœli, quod item sic persuadetur. Nanq. inter loci ꝓprietates illa est, ꝙ vult esse immobilis. Ibi aũt esse cœlum dicebat ipse per accidens, quia re uera cœlũ in centro non continetur; quippe quòd ad tantam molem sit veluti punctus. Verùm quemadmodum sphęra suprema sit in centro per accidens, vt patrocinẽtur Auerroi, litigant inter se eius viri sectatores. etenim quod est per accidens opponit̃ ei quod est per se. vnde esse in loco per accidens intelligi põt id quod est in alio quod est in loco per se, & pars est in loco per accidens: quoniam est in corpore quod est in loco per se; ac totum fortasse est in loco per accidens, vbi sit beneficio partis, vt si dicatur Socrates esse in aqua; cùm habeat in ea pedes. existimant igit̃ aliquo ex his modis nonnulli cœlum esse per accidens in centro, vt in loco: puto verò, etiamsi parum explicent animi sui sensum; illos accipere primum significatũ eius quod est per accidens: nanq. opinantur centrũ non esse indiuiduum simpliciter;

sed solùm cum firmamento collatū, ipsumq. esse superficiem concauā quæ terrā comprehendit. Quanquam dubitatum est, quid ꝓpriè centrum velit esse Auerroës; quippe qui dicat aliquando terram ipsā esse centrum, concauū aquæ interdum; aliàs terræ, seu mundi centrum, quæ est cōtinua superficies conuexa terræ, & aquæ simul, sed nunquā accipit centrū pro puncto solùm. Cęterùm aliena admodum esse videt̄ ea caussa, quòd sit in loco in centro in quo est terra, quia terra innitatur, nam veluti dici non consueuit locum terræ esse locū animalis, quia dum animal ambulat, terra innitatur; sic neq. de cœlo id dicendum videt̄. Cuius etiam rei signum, quia respirantia, terrestria non appellant̄, sed aërea, quæ tamen ambulando terra nituntur. Præterea locus est terminus motus; at illud, super quo fit motus, potius habendū est pro via ad locum, q̄ pro termino motus, & pro loco in potentia & indefinito, quàm pro loco actu & definito: nam cęteroqui columna dicit̄ esse in terra, vt in loco; quoniam manet inibi, nec mutat locum. Secundò quod aiunt cęlum esse in loco per accidens, confutatur: nanq. motus, & eius termini sibi videntur pro portione respondere: quocirca si motus per se, & locus item per se, sed cœli motus oīum primus est, & maximè per se: quippe nullo modo variabilis: ergo & ipsum vbi. & quemadmodū cœli motus caussa est aliorū motuum; sic eius vbi videtur esse debere caussa aliorū vbi; id quod ēt si diligentius spectetur, mirum in modū consentit cum iis quę 4. Phys. de cęterorum corporū loco decreta sunt. Adde etiam, ꝙ cœlum, tametsi postulat aliquod immobile principium; non id postulat quo nitat̄, quemadmodum corpora grauia aut leuia, quæ nisi habeant, quo innitant̄, loco stare non possunt: cœlum.n. neque graue, neq. leue est, sed hoc intrà. Quapropter Iandunus exponebat per accidens, idest, non iuxta modum consuetum aliis corporibus. Verumenimuerò iste vir explicauit, qualis non esset cœli locus, non autem quis ille sit: atqui cognitio per priuationem imperfecta est: idcirco etiam positiua desideratur, quàm sanè quia non tradidit, cum hac sua opinione reliquendus est. E F

Nostra sententia constituitur de loco cœli. Cap. XXXII.

NOS verò olim quid de medio, ac loco terræ sentiendum foret, pluribus ostendimus, quibus hīc vtendum, atque ad alia properandum. Cùm verò lis inter philosophos è verbis ipsiusmet Arist. nascatur; ob id hinc ducatur exordium nostri decreti. Indagaturus igitur Arist. essentiam loci quæ per definitionē explicatur, inter alias conditiones & attributa quæ insunt in loco, illud afferebat, locum esse immobilem quamobrem addebat etiam, vbi quippiā moueatur ad motū continētis, quemadmodū nauis secundùm cursum aquarū, in loco non esse, sed potius in vase: ac siquis eius locū assignare velit, accepturū potius vniuersum flumen: nanq. hoc manet immobile, quia non mutat locum. Vnde colligo nunc manente toto parteis moueri posse. Quoniam verò totum manet in partibus; ideò si omnes agitentur; etiam necessarium videt̄ totum moueri: ne hęreas in hac re, nosce totū sumi aut secundùm materiā, aut secundùm formā, & certè secundùm materiā manet in oībus suis partibus, & cum ipsis mouetur; secundùm formā verò totū non mouet̄, sed manet immobile, & de hoc modo totius loqui dicimus Arist. in ea particula; de altero illo Auerroëm, siquando totum moueri concesserit. Ex eo item, quòd est immobilis; cùm duo termini sint in mundo motus expertes quibus vniuersa corpora naturalia continentur; etiam duo loca posita sunt in mundo suprà & infrà, ita vt, quemadmodum in circulo cētrū & circunferētia totius circuli areā cōplectunt̄, eiusq. spatij fines existunt; sic mediū & extremū totius huiusce molis termini sunt qui eā suo sinu complexuq. recipiant. ex quo efficitur, vt locus videatur, veluti vas amplectens corpora quę sunt in loco. Quapropter accidit, vt siquod sit corpus, quod ab alio nullo contineatur, illud in loco non sit, vt si aqua in extremo mundo esse fingatur, locū non occupabit, & idcirco non mouebitur. quòd si motus vllo pacto ipsi adscribatur, erit eiusmodi; quoniā partes oēs eius mouent̄, & quemadmodum ipsę mouentur, ita ēt in loco sunt. Quia verò corpora illa sunt in loco quæ habent extra se alia corpora; ita quoq. erunt in loco partes quæ mouent̄ in illo toto, quia inter sese in orbem amplectuntur. Hīc est quò animaduertamus primo loco suprà & infrà in mundo fuisse accepta ad indicandas duas loci proprietates, quoniā manent immobilia, & vnà continent, quòd locus immobilis sit, & præterea contineat, non aūt quòd ibi statuatur, quid suprà, aut infrà simpliciter sit ponendū, neque ēt ratio tradatur ꝓpter quam loca statuenda sint, sed à cōmuni hominum sensu loci attributa sumuntur iuxta vulgatā loci significationem. Deinde exemplum illud ab aqua acceptum eget cōsiderationis: latet.n. quæ nam sint illę partes quæ in orbem sese vicissim amplectantur; quapropter in loco sint, & ideò moueantur. illud.n. dupliciter intelligi pōt, vel quòd in eadem circunferentia collocatæ sint, & inter se cōtinuæ, vel ꝙ inter se amplectantur per aquæ totius altitudinem. Etenim si in eadem circunferentia partes inter se continuè sumantur; non est facilè explicatu, quo pacto inter se contineant, vt distinctas.n. esse oportet eas inter se; vnico tamen motu oēs agitantur, ꝙ si accipiatur altitudo totius, qūo ergo exterior aquæ pars erit in loco? quòd si nō est in loco, neq. item poterit aliquo motu affici, & tamen accipimus eā moueri. Aristoteles certè in illius explicatione cuius gratia exemplū allatum est, nempè num cęlum occupet locū, innuere videtur oēs partes moueri; quapropter probabile est omnes esse in loco. Sed quemadmodum id eueniat, explicare hoc opus est: vrget.n. nos illa difficultas quæ paullò antè hæc verba posita fuerat ab Aristotele; propterea quòd in continuo partium locus est potentia duntaxat: vult.n. esse separatū id quod in loco per se futurum est: partes igit̄ vnius sphærę, quia continuæ, non videntur esse in loco; quamobrem neq. moueri, quod tamen & sensui, & auctoritati reclamat. Ob hæc igitur sic dicendū puto, parteis oēis esse in loco quodāmodo, & omneis G H

quodam-

A quodammodo contineri, ac de iis quæ secundùm altitudinē dispositę sunt, & inter se distinctæ, cuiusmodi sunt singulæ sphęrę seorsum, nulla est disputatio. Atqui aio quoq. idem euenire in partcis eiusdem orbis, cum in altitudine, tum ēt in ambitu constitutis: nanq. in altitudine fit, vt partes separatæ sint propter velocitatē motus: etenim quæ cētro sūt ꝓpinquiores, in eadē quoq. sphęra tardiores esse oportet. Rursus in ambitu tardiores illę sunt, quæ magis accedunt ad polos. Ipse item Arist. [a] statuebat terminos eius motus linea ducta inter certa puncta quæ in circunferentia designarentur, & quanquam huiusmodi partes materiæ beneficio coniunctæ, & continuæ sunt, secundùm formā tamen & officia disiunguntur, non sanè, quia sint alterius formæ, sed ꝙ habeant actionē diuersam, quia. s. non eodem gradu velocitatis agitentur, nec. n. secundùm materiā separantur; verùm neque sola designatione seiunguntur: quandò in ea cōtinuitate si non est primum propter magnitudinē; est nihilòminus propter virtutem, [b] vt dextra cęli oriens & signū arietis. Quòd igitur natura differunt & obtinent alterā illam notionem disiunctionis quæ opponit iis quorum vnus est motus, & prætereà posituræ varietatem; quapropter ēt partes in loco sunt inter sese circunscribentes inferioribus quidē in orbem contentis à superioribus & antecedentibus ac consequentibus inter se cōplexis, siuę secundùm altitudinē, seu latitudinem disponantur: inde exoritur admirabilis illa concordia, propter quam euenit, vt oēs quodammodo in actu sint, & consimili etiam rōne obtineant potestatē; ideoq. perpetuò moueantur, neq. alio motu, quàm B in gyrum, & vnà sint in loco, non quidē simpliciter, velut aër in igni, sed alio quodam nouo modo, nec iis consueto quæ rectà mouentur, neque tamen per accidens: nam sicuti per se mouentur; sic ēt debēt esse in loco per se. Quoniam verò locus immobilis est, idemq. extra id quod mouetur; vniuersa aūt circunferentia mouetur; manet centrū extra circunferentiā quod est principium, medium, & finis, seu sphęricę magnitudinis, seu saltē motus; inde est, vt partiū locus sine centro designari non possit, à cuius vi illud obtinent, vt circum ipsum perpetuò moueantur. Ideò locus partium singularum proprius describetur lineis ductis à centro ad terminos ipsarum, ac si rei natura consulenda sit; initium terminationis ab ariete, vt secundùm naturā primò sumetur. inde. n. principium fieri docebimus vniuersæ conuersionis. Et quanuis à nobis describatur hic locus per lineas, vt ēt credi possit illū circunscribere corpora quæ sunt in loco; scire licèt illas à nobis excogitatas fuisse non secundùm terminos corporis qui nulli sunt in continuo, sed potius secundùm virtutē, & participationem motus. Quocirca locus ille reipsa indiuiduus est: diuiditur autem beneficio motus. Proinde Simplicius loca partiū cœli sese penetrare dicebat respiciens, opinor, illam terminationem quæ ab ingenio motus potius, quàm à natura corporis ipsius deducta est. Quia etiam sphęrę inferiores in orbem mouentur: omne autem id quod ita mouetur, centrum respicit, vt terminum sui motus, constituemus item locum earundem, non à conti- C nentibus sphæris, nisi secundùm vulgatam loci significationem, sed à centro. Quare mouetur quidem cœlum vniuersum, quia voluuntur omnes eius partes, & vt dicitur, secundùm materiam. Totum ipsum quod dicitur secundùm formam, non mutat locum, sed si quo pacto mutationi subiicitur; ea certè est secundùm posituram solùm, quæ quidem mutatio per se non est, sed per accidens, & ex alterius motu: sequitur enim motum partium cœli, seu totius secundùm materiam. Sed enim quemadmodum cœlum totum secundùm materiam mouetur, secundùm formam verò manet; ita secundùm materiam est in loco; secundùm formam verò totum non est in loco, neque in eo qui continet, cùm extra ipsum nihil omnino sit, neque in eo qui terminus est motus; quippe quòd à nullo quoque motum eius terminari oportet, neque enim mouetur. Talem verò mentem Aristotelis fuisse declarent eius verba 4. Phys. quæ cùm antehac allata fuerint, ne tempus in eorum repetitione frustrà collocetur, ad alia veniamus.

[a] 6. Phys.

[b] 2. de cęl.

Aliorum sententiæ conciliantur, & opposita de loco cœli dissoluuntur. Cap. XXXIII.

D SEQVITVR ergo, vt approbanda sit Alexandri sententia negantis vltimæ sphærę motum, & locum; intelligebat. n. totum secundùm formam. Et quanquam in ipsum inuecti sumus; ea tamen quæ obiecimus, ex principiis anteà constitutis exitum inuenire possunt. Itaq. cùm primùm opponebatur, corpora naturalia in se ipsis habere principia motus & quietis; fateor planè, si accipiamus motū & quietem, vel simpliciter, vel in partibus; cœlum verò ita naturale corpus est, quia principia motus, & quietis habet secundùm partes. [c] Fortè dices motum & quietem in rebus naturalibus medio vacare quemadmodum par & impar in numero. At meminerimus inter motum & quietem esse medium quoddam quod est immobilitas, & *στάσις*, quæ comprehendit quidem generatim sumptam quietem; speciatim verò separatur ab illa: cùm quies referatur ad motum, & eius certa priuatio sit; altera etiam eorum sit quæ motui non subiiciuntur: hæc verò adhuc triplicia sunt, vel quòd omne genus materiæ repellant, vt Deus: vel quia mente tantùm ab ea secernantur, vt mathematica, vel quia cùm sit in materia, tamen non mutant locum, vt centrum poli & axis. Quæ sunt expertia materię, hæc sanè sunt non naturalia: at cætera quæ sunt in materia, quanquàm non mouentur; nil obstat tamen, quominus sint naturalia, tametsi locus illis per se non debetur, sicuti neque motus. Ideò siquis argumenti formam discutiat, id inficiabitur motum & quietem se habere veluti par & impar in numero; sed ita se potius habebunt motus & immobilitas; ac siquis vlterius petat, an'ne principium quoque sit eadem natura eius immobilitatis quæ pertinet per res naturales quæ sunt omnino immobiles, & an id quoque per definitionem naturæ significatum; dicam & eius etiam naturam esse principium, sed

[c] 3. Phys. T. 16.

remotum: idcirco ab eius definitione reiectum; quippe quæ tradita sit per illa quæ ab ipsa primò pendeant, & per se. Sic cœlum, quatenus secundùm formam, eiusq. immobilitas erit res naturalis; quoniam proficiscitur à natura: nihilominus ei non necesse est motus, locusúe conueniant, sed tamen motus cœli qui illi per parteis attribuitur, intelligo verò eas quæ continuæ sunt in singulis orbibus, & quoad vnico motu cientur ab ortu in occasum, nam reliquarum motus animales anteà constituimus; est naturalis simpliciter, & huius natura primo, & per se principium est, à qua etiam pendet alia quies vera quæ tali motui responder; vnde etiam in cęlo secundùm materiam sumpto motus & quies ita se habent, veluti par & impar in numero: quamobrem & motus per se, & locus itē per se conuenit cœlo hunc in modum accepto. Atq. hæc pro Alexandro; quanuis & ipse sibi viam muniuerit ad hanc difficultatem pellendam; quippe qui στάσιν oppositam motui, comprehendi voluerit in definitione naturæ, quæ omnia complectitur exceptis iis quæ quoquomodo sunt abstracta à materia. Quanquàm non erat, vt de his plura dicerentur, cùm superioribus libris abundè peracta fuissent. Cùm verò obiiciebat secundo loco potentiam ad vbi esse in toto non minus, quàm in partibus; id verò negamus: etenim solùm inest ea potestas in partibus, & per parteis in toto, neq. secundùm omne significatum; verùm si sumatur secundùm materiam: at motus negatur toti secundùm formam, & proinde locus. Atq. ad confirmationem dico ipsum ita acceptum esse vniforme, quòd si accipiatur secundùm formā esse difforme; si non propter substantiam & materiam, tamen propter figuram cuius merito partes variis motibus agitantur. Vbi etiam ostenditur cœlo posse tribui categoriam ipsius vbi; concedimus quidem impropriè, & vt dici consueuit, ex figura locutionis potius, quàm ex rei natura, vt etiam dicimus Deum, licet sit extra omne prædicamentum, esse substantiam; sic etiam dicimus Aristotelem cœlo locum impropriè reddidisse, quia sit in aliqua parte spatij quod complet vniuersum, aut fatebimur spectari cœlum secūdùm parteis, & totum secūdùm materiā, cui & motus & locus optimo iure tribuunt. Possumus item hac eadem via tueri sententiam Themistij, & diui Thomæ dicentium cęlum esse in loco per parteis, quia scilicet, earum locus terminetur centro mundi. Neque valebunt rationes Auerrois contra Themistium, quia cęlum est in loco totum secundùm materiā; non autem secundùm formam; quod certè nil aliud est, quàm esse in loco per parteis. Consimiliq. modo cùm inuehimur in Thomā, quia videbitur in cœlo potestas esse quę nunquam perduci possit ad actum, quod est præter naturam: sumitur falsum; quinimmo semper illa potestas cum actu coniuncta est. idcirco semper in fine: quamobrem, quia semper in fine, & initio loci motusq. versatur; cœlum perpetuò circum medium absque vllo infinitatis periculo mouetur. Auerroës item laudandus qui vltimam sphæram in centro collocarit; si accipiat centrum esse terminum motus partium eius quod est alterum loci significatum de quo dictum est, aliàs, & ob id quia cœlum aliter est in loco, quàm cętera esse soleant, sic id per accidens esse dicatur: nanque alia tota sunt in loco per se, cùm habeant aliquod corpus extra se: cœlum verò, quia nihil extra se habeat, nouo quodam modo in centro collocatur. Præterea quia mouetur per parteis solùm; manet autem totum; in loco per accidens esse dicitur. Neque illa profectò quæ in eius sententiam allata sunt, si in hunc sensum accipiantur, habent pondus, quandoquidem ea caussa fortasse non est, quam aiunt quidam, aut non proxima saltem, quia scilicet aliquo immobili innitatur, sed hæc potius quam tetigit item philosophus, quia scilicet ad centrum moueatur, tanquam sit terminus à quo, & ad quem conuersionis ipsius. Præterea cùm obiicitur locum esse terminum motus: at id super quo mouetur, est spatium, optimè etiam congruit cum sententia nostra: nam spatium non differt à loco, nisi quòd locus est actu id quod spatium est in potentia: ex quo etiam sequitur, vt cùm cœlum sit ita in loco, sicuti super spatio, semper sit in loco potentia: quamobrem assiduè voluatur. Similiq. modo dicendum ad id quod opponunt cœlum esse in loco per accidens: nam de toto secundùm formam conceditur, de toto verò secundùm materiam & partibus eius, negatur. sunt enim hæc in loco per se, vt dictum est, & per se mouentur. Obiiciuntur & alia complura iis qui cœli parteis in centro collocant, vt in loco, sed quia tantùm accipiunt illam definitionem loci communem quæ tradita est 4. Phys. nos autem sumimus locum, tanquam terminum motus, & sub notione minus communi, neque adeò vulgata, per se ipsam falsitas eorum deprehenditur. ideoq. omittamus istos. Ex his præterea quæ constituta sunt, dirimere licebit controuersiam quæ inter Alexandrum, Simpliciumq. exorta est, qui cùm ancipites essent de modo quo sit accipienda magnitudo secundùm quam fit motus in cœlo, quia primùm non videbatur esse accipiendum illud spatium tanquam à cœlesti corpore segregatum, eo quòd nullum sit præter illud quod à corpore ipso occupatur; quandò extra nihil est, neque illud quod ab eius corpore obsidetur: nam sic locus esset distantia. Sic euertere difficultatem studebat Alexander inquiens,[a] illud spatium propriè notari quod est in contactu duarum sphærarum: nanque Aristoteles accipiebat eo in loco distantiam hanc æqualem corpori mobili: at nullo modo æqualitas inter hæc esse potest, nisi ita fingamus. Ex altera parte vrgebat Alexandrum Simplicius è verbis contextus. Etenim dicit Aristotelem non illud testari solùm, superficiem vnius sphærę conuexam superficiei cōcauæ alterius æqualem esse, sed cœlum toti illi spatio fore æquale. Præterea non meminerat hactenus Aristoteles de figura cœli, nobisque adhuc ignotum erat, an'ne cœlum eiusmodi figuram obtineret. Postremò mentionem ibi facit Aristoteles sigillatim de eo quod ipse posuit æquale corpori cęlesti. hoc verò inquit esse distantiam. Putat igitur Simplicius illud accipi ab Aristotele quod sit cœlo toti æquale, & vacuum remaneret, si inde cœlum diuelleretur. At diceret quispiam contra Simplicium; quid prohibebit quo minus locus sit distantia

[a] 1. de cęl.

contra

A contra quam acerrimè disputatum est 4. Phys.? ob eam igitur caussam ita dicerem, si accipiatur aliquod corpus infinitum, idemq. vniformæ, etiam locum necessariò fore infinitum. quid.n. extra infinitum, quod aliquo modo terminet corpus ipsum, excogitari potest? si ita sit, addimus ita cęlum ab Aristotele potuisse sumi sic ex hypothesi quæ talis esset. cęlum esse infinitum, consequetur.n. locum esse distantiam. Sed tamen si vniuersum difforme statuatur, aut nihil intuens extra se, sic describetur à nobis ille locus quem ibi ponit Aristoteles, animo, & cogitatione complexis singulis partium singularũ spatiis in intima partis cuiusq. superficie linea designata, & ab eius extremo ductis ad centrum lineis partis descriptæ locus concludetur. Ita fiet vt ęqualitas loci seruetur in cęlo: nam sic alio terminatur, cùm quantum est de parte exteriore, aut per se terminetur, aut vno Deo O.M. ac si in eam partem accipere libeat Aristotelicam rationem, [a] qua de infinito, licebit etiam facilè defendere illam hypothesin Aristotelis cum iis consentientur quæ suprà de loco cęli constituta sunt: nam planum cæteroquin est vniuersum esse difforme. Et hæc hactenus de loco cęli paucis peracta sint.

[a] 1. de cęl. T.92.

Aggredimur docendum, vt conuersio mensura sit aliorum motuum, & initia temporis explorantur. Cap. XXXIV.

B ITAQVE si conuersio motus quidam æternus est, ipsam quoque priorem reliquis esse oportet: simplicior.n. est perfectior, & quoniam perfectior, modis omnib. prior, q̃ motus caduci. Cæterùm quod primum est in vno quoq. genere id item aliorum solet esse mensura: nunc etiam contrà euenit, vt quoniam conuersio, nempe motus cęli diurnus est aliorum mensura, idem quoq. primus habeatur: cuncta.n. rerum tempora metimur horis, diebus, ac mensibus quorum vicissitudines à motu diurno proficiscuntur: ita vt ex signo intelligamus id quod in quocunq. genere primum est, quod tamen à priori valeret, quia primum est, idcirco mensura. Rursus id quod æquabile est natura prius esse solet, q̃ illi oppositum inæquabile: æquabilem verò motum bifariam dicimus, vel propter spatium super quo mouetur, si fuerit vniforme, vt paris vbiq. raritatis, vel ex modo quo producitur à mouens, si eundem virium tenorem conseruet contrà inæquabile huius caussa vel in mouente ipso posita est, vel in vicinia & distantia mobilis à loco in quo antea quiescebat: nam si fuerint termini motus intrinseci, hoc est, vt forma per motum accedat eidem subiecto quod mouetur, & vt eius mobilis actus ille imperfectus quem motum vocamus, in vltimo sui esse transeat totus in actum perfectum, quæ est ipsa forma, non seruatur æqualitas ob id, q̃ magis aut minus obtinetur de termino à quo, propterea motus recti siue natura, seu ui fiant, cùm terminos suos intra se contineant, æquabiles non habentur, siquidem naturalis ab initio segnior est: ille quem vis efficit, velocior. contrà conuersio, cùm terminos habeat extra se semper in eadem distantia permanet, ob eamq. caussam eundem progressum semper obseruat, nec vnquam velocior, aut tardior est Neq. solum ratio nob. ita esse dictat, cui maximè fidendũ foret, si mens auditoris perciperet propositiones; & ita crederet, vt dignæ sunt, verùm quia temporis egent, & experientię, vt talis reddatur animus auditoris, qui per se credibilia dignoscat à cæteris, seq. facilius persuaderi patitur à probabilib. accidit etiam auctoritas antiquorum qui de motu verba fecerunt, nam descripturi principia motus, ea planè indagarunt quæ lationem efficerent: nil.n. aliud erat congregatio & segregatio: cùm hos solos motus principiis assignent; reliquos autem iis quę sunt ex ipsis, planum, quòd etiam reputant eos esse primos motus. Adde huc q̃ per congregationem, & segregationem ortum, & interitum fieri volunt: ex quo sequitur, vt illæ sint ortu & interitu priores, multò magis etiam cæteris motib. quandò ortus, & interitus cum pertineant ad substantiam, illis quoque priores sunt. Possumus hìc nos percensere singulorum propemodum opiniones Anaxagoræ, Democriti, Anaximenis, Anaximandri, qui item animã asseuerabat esse caput omnium motuum, veluti Plato, qui animam posuit αὐτοκίνητον, omnes.n. ipsam lationis vnius caussam esse arbitrati sunt. Nos itẽ illos aliqua ex parte imitati primam omnium lationem facimus, tùm quia demum inter mouentia naturalia veniendum est ad vnum primum, quod se ipsum moueat, & è duabus partib. constet, altera quidem mouente, atq. altera, quæ mouetur. hoc verò animal est, id autem seipsum mouet primò de loco; tùm etiam quòd certo tenemus lationem, si conuenit primo mobili, ipsam quoq. fore primam: attributa.n. maximè solent illorum naturas imitari quibus insunt. Verùm enimuero ab eo, quòd conuersio mensura est cęterorum motuum, sumitur ratio temporis, ideò, vt id à nob accuratius explicetur, de tempore nunc non incongruè pauca quædam disseremus. est.n. & ipsum aliquid motus, neq. alienum ab his quæ cum suprà constituta sunt, tum etiam infra tractabuntur. præsertim ob ea quæ de ipso cæteri Peripateticis exceptis professi sunt: nanq. ex iis nonnulli tempus aiebant esse conuersionem, in quib. Plato numeratur. verba recitat Simplicius. Ab hoc non diuersè admodũ Eratosthenes inquiens, tempus esse iter Solis: eius.n. circuitus auctor potissimum temporis apparet. quòd ab eius itinere dies & nox, quæ sunt notissimę, præcipuæq. temporis partes discernuntur. vt etiam horum auctoritate cõuersio, quam primum motum esse volumus, quia sit aliorum mensura, primus motus habenda sit: cũ iidem qui fateantur hoc etiam esse tempus, quod item est mensura, facilè concessuri videantur conuersionem esse mensuram, & daturi eam fore motum primum. Alij verò crediderunt tempus esse orbes ipsos cælestes, eiusq. opinionis afferebant rationem admodùm futilem & fallacem. quippe quòd omnia contineret tempus, eos aũt orbes omnia continere. tribuitur verò Pythagoræis. Quidã etiam tempus cõmunius esse motum statuerunt, sed Pythagoræorũ sententia neglecta, quæ nos illudit ambiguo,

siquidem pro eodem accipiat esse in aliquo, vt in loco & in tempore, aliàs aggrediamur: etenim manuducent nos ad id obtinendum, quod optamus: nanq hæc aduersus Platonem afferuntur. Primùm, quia pars temporis tempus est; conuersionis verò conuersio pars non est. Nam quæ sunt eadem, etiam partes habeant necesse est, quæ eisdem polleant attributis; partes verò temporis & conuersionis eadẽ attributa non habent. Id verò perspicuum est in continuis, in quibus tempus & motus reponuntur: nã quælibet pars temporis tempus est, & quælibet pars motus est motus; & continui denique continua pars est, & vniuoca cum toto. Verùm conuersio significat quid difforme, & alterius generis propter figuram quam præsefert; quippe quæ sit processus ab eodem in idem punctum. quare vbi id non conficiatur; conuersio profectò non fuerit, sed alterũ genus motus, quod per circulum appellamus. id autẽ non conficitur vllo pacto in partibus conuersionis ipsius. Præterea si cęli plures essent, quemadmodũ opinati sunt Democritus & Leucippus, essent certè plures conuersiones: quare etiam tempora complura: atqui tempus vnum ab omnibus existimatur. Altera illa quæ ponit tempus esse motum generatim, satis propinqua vero est: ideò quoq. confuratu difficilior. Sed spectemus nos in primis conditiones motus & proprietates. habet autẽ ipse duo principia: alterum quidem à quo, atque alterum in quo; nec extra hoc in quo est (id verò est subiectum) existit. ita vt definiatur, & circunscribatur à loco subiecti. hîc.n. scriptio est, vbi nos scribimus; atq. vnus vnius mobilis motus est. at tempus in nullo est, quin extra ipsum sit. nam tempus in omni re mobili & mortali communiter aduertitur, & notatur. nec cuiuspiam subiecti loco circunscribitur, immò dicere non licèt hîc, aut ibi tempus esse, quemadmodũ dicimus hîc esse scriptionem, aut auditionem in gymnasio. Deinde semper redeamus ad id. Quorum eadem attributa non sint, eadem illa non esse: hæc verò sunt motus & tempus: quippe quòd de motu velox & tardum prædicamus, tempori nil huiusmodi tribuimus. Sed vt hæc assumptio sit approbãda, non facilè perspicitur. Nanq. ita inquiunt Græci. Celer & tardum tempore definiuntur: at tempus tempore non definitur: tempus igitur celer & tardum dici non potest. Verùm, vt puto, probatio lubrica. quoniam opponam ego, par & impar numero definiuntur. numerus autem numero non definitur, numerus igitur non erit par & impar: similiq. ratione homo definitur animali; animal animali non definitur: homo igitur animal non est. Dicunt hîc aliqui illud esse fortuitum, quòd sint, aut non sint in subiecto attributa quæ non definiantur per terminos eosdem: itaq. ea posse separari. Quamobrem probant propositum deducentes rationem ad id quod fieri nequit, hoc modo. Si tempus velox aut tardum foret; tempore definiri deberet. At hoc absurdum est. At vos'ne illi estis, qui demonstrationem quæ deducat ad id quod fieri nequit, à recta ponitis non differre? & eadem vtriusq. principia constituitis? ad idem ergo reuertemur, quod Græci ante professi sunt. Deinde sic mihi dicere licebit. Si numerus par, aut impar esset; per numerum definiretur: at id fieri non potest: numerus igitur falsò par, aut impar esse accipitur. Neq. hîc tu dicere possis, illud satis esse, si par & impar à numero separentur non quidem re, sed essentia: atq. vt attributum à suo subiecto, à quo quidem essentia, non autem reipsa seiungatur: & quòd sufficiat, si concludatur numerum secundùm essentiam id non esse, quod est par & impar, quo significato quoq. nec animal hominem esse perhibemus: quoniam ad retinendam facultatem syllogisticam ita accipiendus est in cõplexione terminus, quemadmodum in propositionibus sumebatur; & in consequente non secus, atq. in antecedente fuerit acceptus. at velox & tardũ in propositionibus & antecedente, velut temporis attributum accipimus. An non eadem fortasse ratio est velocis & tardi ad motum & tempus: quoniam ad motum se habent tanquam attributum: à tempore verò pendent, tanquam ab essentia: at ostenditur à definitione. hæc eadem non esse per essentiam. Cùm.n. velox & tardum tempore definiantur, & non tanquam per subiectum: nam motus ipse subiectum est, sed tanquam per principium medio vacans: oportet igitur, vt, si prædicentur, ea sit essentię prædicatio, non autem attributi. sed cùm eadem essentia non sit; patet nullam esse prædicationem velocis de tempore. Velox.n. est, quod multum spatij paruo tempore conficit. contrà tardum, quod spatij parum multo tempore absoluit. at cùm in tempore quantitas spectari posit; longum & breue nuncupatur: cùm ẽt qualitas non ita denominetur, aut habitudo quæ per velox & tardum significantur: planum. quod tempus & velox & tardum nullo pacto sunt idem. Ita etiam cum hac sententia exploditur illa opinio quam Albertus Saxon, & generatim Nominales omnes approbabãt. Hæ sunt opiniones scitu dignæ quæ de temporis natura circunferuntur; neque.n. ignari sumus complures ab Auicenna recitari quæ certè sine scelere nefario prætermitti possint: facilè enim ab accurato lectore indignæ reprehensione censebuntur.

Quemadmodum tempus requirat animæ mutationem. *Cap. XXXV.*

VERVNTAMEN etsi tempus motus non est, illud euitari certè non potest, quin sit aliquid ipsius motus: huius autem rei signum esse non dubium: quoniam mens nostra seuocare quidem potest; res mira necessitudine coniunctas, quæ tamen tempus à motu separare nequit: nanque nisi mens ipsa mutetur, aut nos mutatio lateat, tempus non percipitur à nobis. tũc.n. tempus cognoscitur, cùm aduertimus mutationem, & in ea prius & posterius designamus. quòd si fortè signa hæc minimè notentur; neq. obseruetur hic ordo in mutationib. verùm æquè ac si in eodem tenore permaneat res, cognitione comprehendatur, veluti fit in somnis, temporis notitia non habetur: quasi tempus non sine motu cognosci possit. At verò quo pacto accipi debeat hic motus qui pertinet ad mentem; discordes

A des sunt Græci interpretes à Galeno, & de Aristotelis sensu certant, ac de vi verborũ: nam tribuit Aristoteli Galenus intelligi motum ἐν τῇ διανοίᾳ, vnde etiam sumit occasionem insimulandi Aristotelẽ qui ex motu phantasię concluserit tempus esse adnexum motui qui fit citra munus phantasiæ, quia sic etiam sequeretur, vt in immobilibus esset motus; cùm & ipsa in cogitationẽ cadere queant: habent.n. (dicit Galenus Aristotelis quidem sententia) motũ, quatenus in cogitationem cadunt; sed immobilia sunt huiusmodi: & cogitari igitur possunt: motui ergo subiiciuntur. At Græci ex altera parte persuadent alium esse sensum eiusmodi verborum, & id ex iis verè significari, tempus non posse concipi, nisi motus vnà cum ipso comprehendatur; negantq. motum animæ accipiẽdum esse; quia nullus est eius motus, cùm cogitatio sit indiuiduum quid, & energia tantũmodo quæ puncto tẽporis obitur; ex quo dissoluunt pro Aristotele Galeni obiectionem: neque.n. ita argumentatur Aristoteles, vt accipit Galenus; quia mouetur mens, motus igitur & tempus in eo sunt quod à mente comprehenditur. Verùm si vniuersum illum locum perlustremus; manifestò intelligetur, Aristotelem de animæ motu verba facere. Primum.n. inquit ipse, nisi mutemur secundùm cogitationem, aut si non sentiamus mutationẽ; non contingere, vt percipiamus tempus; posteà subiungit: quando non terminemus phãtasiam, sed in vno, & indiuiduo videtur anima immorari. Græcè sic ἅμα γὰρ κινήσεως αἰσθανόμεθα καὶ χρόνου. mox. ὅταν μὲν ἓν ὡς ἐν τὸ νῦν αἰσθανώμεθα, καὶ ἤτοι ὡς τὸ πρότερον, καὶ ὕστερον ἐν τῇ κινήσει, ἢ ὡς τὸ αὐτὸ μέν, προτέρου δὲ, καὶ ὑστέρου τινός, οὐ δοκεῖ χρόνος γεγονέναι οὐδείς. B Nihil planè clarius eloqui potuit Aristoteles, vnde Græci reprehendi possent: nanq. hæc est huiusmodi verborum sententia. Simul.n. motũ » sentimus, & tempus. & paullò pòst. Quando igitur vt vnum nunc sentiamus, & aliquid sit, vt prius & » posterius in motu: aut vt idem sanè, prioris autem, aut posterioris cuiuspiam; nullum tempus factum » fuisse videtur. Præterea statuit idem Aristoteles corpus nostrum non mutari, sed motum fieri in anima solùm, & tum testatur percipi tempus. Adde etiam rationem huius rei, si libet. quoniam oportet cognoscere prius & posterius, & animam hoc aduertere, quod sanè absq. illius mutatione nequit euenire, & inter Græcos manifestò Philoponus animæ motu adscribit. Ideò laudãt nonnulli interpretationẽ Galeni, Gręcorum explicatione reiecta. At verò si ita sit; iure igitur Galenus Aristotelem nostrũ accusarit. Reformidauerunt isti Galeni obiectionem, & nimiùm Græcis patrocinari voluerunt. propterea quid consequetur absurdi, si dixero Galeni interpretationem fuisse certissimam; posteà sententiam illam sibi non placuisse, ob eamq. caussam oppugnasse? Sed stante etiam Galeni interpretatione assero item eius obiectionem nullius esse momenti. Esto.n. quòd tempus sese prodat per mutationem, quæ in anima fit: at illa mutatio, neq. est cum tempore, nec requirit necessariò tempus, nisi forte per accidens. id quod ita accipias velim, eo quia terminorum, adde etiam enunciationum comprehensio tota C subita per se est: [a] & quanuis in cogitatione transitus fiat ab vno termino cognito ad alterum ignotum, nihilominus vterq. actus puncto temporis obitur. Cùm verò inter duo puncta cadat tempus; nõ in cogitando quidem id ponitur, nam per totum id interualli quod inter eius actionis terminos intercipitur; quinetiam in officio sensus. nulla planè intercedit actio mentis, sed spatium illud in aliis quæ sunt extra mentem, tempus est. Deinde tempus est in motu phantasiæ: quoniam exercetur ille per species & instrumenta corporea quorum actus sine motu effici non potest. Nil etiam prohibet, quominus in mente fiat aliqua mutatio quæ sit tanquam species, & imago mutationum quæ in rebus ipsis extra mentem succedunt, quam etiam ab hoc loco alienam non esse prorsus existimo. est ea sanè indiuidua per se ipsam; veruntamen id cogitationi nostræ subiicit, quod est diuiduum. Sed aduerte, obsecro, sit'ne hæc propria sententia Philosophi. Nanq. functio phantasiæ primogenia talis est semper, qualis offertur à sensu. Nunc sensilia semper cum motu, vel quiete feriunt sensus, quia sunt hæc sensilia communia, quemadmodum vnum, & multa, sicut igitur sine horum altero nullum sensile comprehenditur; sic neq. sine motu, vel quiete. Fieri ergo potest, vt aciem suam conuertat aliquis sensus ad propriũ subiectum, negligat aũt commune; aut cùm illo etiam commune aduertat; si cõmune non attendat, tũ dico nullã temporis existere notionem, vel speciem, sed tunc extare, cùm in ea perceptione proprij sen D silis habetur ratio motus & quietis: nanq. etiam tempus quoquomodo apparet in quiete. Ab hac aduersione mens libera est; nisi quatenus ad essentiam temporis, quæ item temporis expers est; se conuertit: nam quod tempori subiicitur, est singulare; vniuersale autem quod est mentis obiectum, est extra omne tempus, quanquam omnia illa quæ tentant mentem, sensus quoquomodo subiere. Ex his igitur sic ad obiectionem Galeni respondemus. etenim vbi inquit, si ex eo, quòd motus inest in phantasia, concluditur inesse etiam in iis quæ sunt extra phantasiam: ergo item immobilia, hoc est, à materia separata erunt obnoxia tempori: nam cogitatione comprehendi possunt: quia licet nobis dare illa quoque, vt in sensum cecidere mutationis, & temporis afferre notionem, & per accidens, non per se: quòd si, vt separata sunt à materia, aio quidem illa esse omnino seiuncta à motu, & extra tempus esse: ac nego sub phantasiam cadere propriè; sed attingere solùm mentẽ, atq. ita reipsa se habere, & per se. Cùm igitur anima plureis habeat facultateis, neq. omnes cum tẽpore coniunctę sint; quia mens propriè nullo cum tempore suum obit munus; quippe quæ versetur in indiuiduis; eorum verò, quatenus huiusmodi sunt, comprehensio quoq. sit indiuidua, ita dico ab ea parte quæ contemplatur indiuidua, concipi illa quæ à materia seiuncta sunt: ideòq. sine motu & tempore cognosci. Sic ergo Galenus magnus quidem admirator, veruntamen infensissimus hostis Aristotelis decipit nos argumento quod peccat procedens ab eo quod est per accidens ad id quod est per se. Verumenimuero posis hîc tu cum Auerroë dubitare, si tempus sequitur motum, atq. illum quidem qui sentiatur: si fortè motus iste non pellat

[a] 9. Met. T. 11.

sensum, non sentietur etiam tempus ipsum, quemadmodum fortasse à cæcis qui motum non perspiciunt. Deinde si tu dixeris tempus consequi motum animæ ipsius: nil igitur erit tempus, nisi ad animā referatur, erit ergo species, & intentio, vt aiunt, non autem res. Postremò si pertinet tempus ad omnem motum; quot ergo sunt species motus; totidem quoq. tempora sint necesse est. Primum verò nos concedimus, & aimus, si motus omnino non sentiatur; neq. anima faciat mutationem, tempus item nec à nob. sentiri posse, neq. esse consimiliter: manet enim ratio temporis in eo quòd iudicetur prius & posterius in motu: quare etiam citra animæ functionem erit planè motus, qui est velut materia temporis. Sed tempus ipsum nequaquam, tametsi de hac re copiosius postea dissèretur. Cùm verò motus cuius beneficio notitiam temporis adipiscimur, sit sensile quoddam cōmune; inde efficitur, vt omnes qui sensu pollent, quicunq. illi sint, per ipsum notitiam temporis assequi possint. Pertinent & hæc ad tollendam posteriorem dubitationem. Sed & illud addamus. Nam tempus quidem per terminos est, eosque potestate, non aūt actu, & qui vim habeant copulandi temporis partes antecedentem. s. & consequentem, ij verò terminos motus consequuntur, & illis reapse fundantur, vniuersum verò concipitur ab anima in qua tota temporis extentio in vnum indiuiduum quod est ipsius species, contrahitur. Cū ergo per terminum subsistat quod est instans; inde est, vt non sit in anima solùm, neq. species sola; sed res: ita verò esse in rerum natura cōe est omnib. iis quæ per successionem fiunt. Tertium sic euertimus concedentes omnes quidem motus esse cum tempore coniunctos; verum non proximè, sed quatenus ex primo motu, tanquam mensura apti, & nexi sunt. quod item posteà plurib. sese offert explicandum: quandò item ad huiusce rei notitiam hîc digredimur. At verò quæres etiam hoc loco; si tempus sine motu concipi nequit, vtrum'ne motus ipse possit sine tempore cognosci, an vtriusq. notitia sic copulata sit, vt distrahi non possint? concedebat partem problematis aientem Alexander, eum quoq. Philoponus sectabatur. Auerroës etiam nonnunq̄: secum. n. ipse pugnat, quemadmodum Zimara significauit. Negauit Simplicius, idq. vniuersum tribuit eorum naturæ quæ sunt ad aliquod, quæ neq. re, neq. cogitatione à se inuicem seiungi possunt. Cęterùm non necesse est omnia quæ sunt ad aliquod ad sese mutuò referri, sed datur quoddam genus eorum quæ ad vnū primū referuntur; ab eo verò non commeat habitudo, nisi vt illorū alia sunt: priuatio. n. ad habitū refertur: at habitus à priuatione separatur. sic cùm tēpus ad motū referatur, velut ad prius, non erit fortè necessariū, vt motus vicissim referatur ad tempus. At, inquies, motus semper est cum tempore cōiunctus. planè verū est; sed ea est coniunctio naturæ quæ non prohibet, quominus à cogitatione efficiatur abstractio: difficile id quidem, & eiusmodi propemodū, vt fieri nequeat, [a] atq. omnino fieri nequit; si primā mentis operationē respicias quæ confusa est: succedit demū in ea quæ distincta est, atq. perfecta. Si id sibi voluit Zimara, cū dixit duplicē esse abstractionē in prima, & secunda operatione intellectus; & abstractionē de secunda operatione concessit, probo ipsum. si minus; adhuc hæreo in mea sententia. Quanquam ille notandus est, q hoc eodem modo crediderit item successionē seuocari à motu, sicuti motus à tempore; sed longè alia ratio successionis ad motū est, àc temporis: hæc. n. est essentia motus, ita, vt sine ipsa motus conseruari nequeat; nam successio fluxus est formę: id verò est esse motum. sed. n. tempus est consequens. itaque non est ratio, par ad motum successionis & temporis. Sed hęc alibi.

[a] 6. Met.

Marginal letters: E, F, G, H

Colligitur definitio temporis, & aduersus illam dubitatur. Cap. XXXVI.

HACTENVS dictum est tempus esse aliquid motus, nunc quod'nam sit ipsius explicandum est, ostenditur aūt id ex proportione quam inter se habent spatiū, super quo fit motus ipse, & tempus (ita. n. definitionē persuadere oportet, non aūt syllogismo, aut demonstratione concludere). Motus aūt ad locū hîc accipitur, vtpote qui sit omniū primus, & quasi norma cęterorum: etenim omne id quod mouetur, ex quodā in quiddā mouetur, & ex vno termino ad alterū, ab initio spatij, videlicet, ad finē: spatiū verò continuū est: ita & duo sunt termini motus à quo, & ad quē; & motus ille qui inter eos terminos intercedit qui item continuus est; quia spatiū seu magnitudo super qua fit motus, cōtinua sit; sicuti motus duob. terminis circunscribitur, & continuus est; ita ipsum tēpus imitatur. eius. n. duo termini cogitari possunt qui pariter respondeant terminis motuū ipsorū: inter illos ducitur tempus quod motui cōpar est: hi termini sanè ordinē habent in magnitudine, cùm ex his aliquis positura prior sit, aliter verò posterior; ille quidē prior, vnde incipit motus; posterior alter, quò contendit. Siquis igitur in eo progressu quē facit mobile, dum à termino à quo deducitur ad terminum ad quē; spectet successionē qua hoc post hoc fit, is tēpus profectò tenebit: ex quo sequitur, vt tempus à motu sola ratione, & essentia distinguatur, cū subiecto idē sit. Sic ergo quia sequit', vt mobile nunc sit in hoc spatij puncto, mox in alio, motusq. super hoc puncto nunc existat; super illo aliàs, quæ quidem se consequuntur; efficitur, vt illa consecutio partiū motus sit tempus. Quod itē ex eo liquet: nam de tempore tū iudiciū facimus, cùm successionē illam partium motus cogitamus, & notamus in eo prius & posterius, non quòd intueamur solùm prius & posterius, tanquam terminos & puncta simpliciter, si mediū inter illa, quemadmodū motus est inter suos ipsius terminos, & quasi progressum ab vno termino ad alium, & non sine successione. Quamobrē notitia temporis in eo posita est, vt designentur in motu prius & posterius. Deinde mediū quoddā inter hæc ipsa signa interiectū, veluti si anima pronunciarit heri sexta hora hoc esse factū, illud verò hodie hora prima. terminos quidē habemus, qui non sunt tempus, sed vbi spatium animaduertatur quod inter hesternam, & hodiernam horam interiicitur quo alia fierent;

A fierent: illud.n.verè tẽpus est,quemadmodũ ẽt ex hoc,ipso colligitur,quia si prior ac posterior terminus,vt vnũ accipiatur,siue re ipsa,veluti præsens punctũ,quod præteriti finis est,initiumq. futuri,siue ẽt vt duo reapse separata,velut illa quæ in exẽplo assumpta sunt; nec id obseruetur quod inter illa fiebat,quemadmodũ iis accidit qui longissimo, eodemq. diuturnissimo somno correpti cõplures annos fefellerunt.historia nota est,non agnoscitur tempus. quia.s.mens motui non adhibeatur;nõ sanè quia tum non sit motus;est.n.sed qu ia consecutio partiũ cuius est alia ratio,quã motus,nõ aduertitur: nec tamen ipsa consecutio propriè tẽpus habendũ est; sed tum cũ ea successio notatur ab anima, id verò succedit hoc modo: nam sicut in magnitudine extentionis beneficio plus est & minus;atq.id nihil est aliud, ac maior & minor certarum partiũ multitudo, neq. tamen est propriè numerus aut mensura, tunc est numerus ac mensura,cũ parteis animus repetit,& secũ & cum toto confert,& tot minoris magnitudinis partes æquales in toto cognouit inesse: nanq. ita nouimus auẽ penna esse maiorẽ; quia sexcenties eã contineat,sic in motu inest ratio magnitudinis,& extentio,neq. tamen est numerus,aut mẽsura,nisi partes eius extentionis repetantur,& secum, & cũ toto conferantur; id verò non nisi ab anima effici potest.Sed,n.extentio duplex:eorũ quorũ partes habent inter se positurã,& permanentiũ,veluti corporis:atq. eorũ quæ carentia positura quadã successione consistunt;& eorũ est ordo,ac prius, & posterius. Motus est huiusmodi.Si igitur eius partes repetantur,& secũ simul, & cũ toto conferantur,exoritur numerus,ac mensura;sed cũ positura careant, & habeant ordinem in successione positũ,
B numerus erit,atq. mensura secundũ prius,ac posterius,hoc nos dicimus esse tempus.Ita plus dicimus aliquẽ scripsisse,quia per plureis horas in negotio fuerit,& quia prius cęperit, vel posterius destiterit, & quod pridie cœptum fuerit, postridie fuisse confectum. At verò,quia numerus est vel numerans: hic verò mathematicus est,& qui constat ex repetitione vnitatis quæ prorsus indiuidua sit, & à materia sensili seiuncta;ob id nihil est rei numeratæ: vel naturalis,qui iam est cum materia & continuitate coniunctus,& aliquid iam rei ipsius existit,& hic rursus ἐν τῷ γένεσθαι,idest,in fieri,vt aiunt,& dum fit,aut ἐν τῷ γενέσθαι,idest,in facto esse,& postq̃ factum est,hoc est,vel vt quando numeramus, aut numerus ipse iam collectus. Præterea secundũ ordinẽ partium in positura,vt in spatio,aut in consecutione & successione,quia hoc post hoc fit,erit certè tempus numerus in materia sensili, atq. ille quidẽ in fieri,dum fit,& ex ordine partium,non sanè in positura,sed in successione & consecutione.Hęc quidem est Aristotelica definitio temporis,quæ tamen non vacet difficultatibus,neq. careat oppugnatoribus.Dubitatur.n.primo loco,quemadmodũ prius & posterius per se sint in magnitudine & per magnitudinẽ in motu,cũ potius contrà per motum in magnitudine prius & posterius subsistant.cur.n.prius ignis est in loco superiore, nisi quoniam inde cępit moueri? Deinde quo pacto seruatur ratio tempo-
C ris & motus,quod ad multitudinem & paucitatem pertinet, cùm contrà multus motus breui tempore confici queat,& paruus in multo? veluti multum huius negotij tempus,& alterius parum, vtputa, si per horam mille passus ambulauero,lenta & frigida fuerit ambulatio, si infans tantundem confecerit,ocyssima: quocirca motus meus erit paruus, at verò multus infantis. Tertiò quia sic tempus aptatur ad omneis motus, quare etiã tempora infinita simul. Insuper, si tempus significat consecutionem in motu,& alienum est a substantia motus,& successio igitur est aliena ab illius substantia,hoc autem repugnat admodùm iis quæ antea decreta fuerunt. Quin etiam Galenus eo nomine inuehitur in Aristotelem,q̃ idem per idẽ definierit,quo nil certè fœdius in methodis. Cum.n.dicitur tempus esse numerum motus secundũ prius & posterius, quæro quænam sit huiusmodi vocũ significatio. etenim prius & posterius est vel ordine,vel natura, vel tempore. At hic prius ordine non est,quandò hoc inest solùm in magnitudine: neq. item natura, q̃ in hac notione successio necessaria nõ est,quæ tamen in tpe desideratur.ergo tempore prius.tempus igitur tempore definitur.Postremò tempus,motus,& magnitudo sunt ἀσύμβλητα,& eiusmodi quæ secum conferri non possint; quo pacto igitur Aristoteles exponit nobis prius & posterius in tẽpore percollationem quæ fit cum motu & magnitudine? Ad primũ verò respondent nonnulli è Græcis interpretibus tribui prius & posterius magnitudini, non sanè,
D quia non sit tempus in magnitudine propter motum,sed quoniam ab ipsa magnitudine primo pendet motus,cũ sit magnitudinis,& super magnitudine necessariò. Veruntamen hæc caussa valde remota foret,nisi non vt princeps, sed vt sine qua non haberetur; neque.n.potest esse ordo in magnitudine per se, [a] verùm primò existit in motu; quia tamen non est ordo,hic extra extentionem quæ primò est magnitudinis; idcirco tribuitur motui, & tẽpori caussa magnitudinis. Secundũ verò conatus est tollere Simplicius inquiens, Aristotelis dictum simpliciter accipiendũ non esse,q̃ inter se ęqualia sint tempus, & motus,sed quòd similia duntaxat.vt quantũ sit tẽpus huius motus, tantum sit tẽpus alterius,sed si ita est,non reddimur certiores de quantitate motus, quod tamen assequi deberemus auxilio tẽporis. Idcirco mihi placet Philoponus qui vult quidem tempus esse mensuram motus,sed motũ regularem, hic verò cęlestis est,sumi oportere,aut mensurã motuũ ad illius normam dirigi. Itaq. etiã non sunt infinita tempora,licèt sint infiniti motus, quoniam non est tempus mensura, numerusúe omnium motuum sed cęlestis primò, per illum. Quartum distinctione profligatur. Nam successio multiplex est: vel.n.continet partes materiæ quæ inter se consequuntur,vel est nota successionis illius,atq. consecutionis,eamq. dicimus sub prima notione sumptam ingredi definitionem motus, in secunda verò capitur à nobis, & ab ea petitur essentia temporis. Ad Galenum verò respondet Themistius primùm inficiando id quod prius & posterius est,non esse secundùm tempus. sed duci ab ordine partium, & magnitudinis,aut ẽt concedendo id quod obiectum est: immo inquit ipse, id esse munus bonæ definitionis,

[a] Cap.de. Quanto.

nis, vt idem sint definitio & definitum. Cæterùm ad Themistium pro Galeno Simplicius, nil aliud esse profectò prius & posterius secundùm tẽpus, quã id quod ex ordine partium magnitudinis motusq. ducatur, ideoq. fieri, vt argumento seruetur pristinum robur. Quapropter ipse Simplicius aliam prioris posteriorisq. notionem affert. est verò secundùm productionẽ ὑπάρξεως. i. vt ita dixerim, subsistentiæ & processus ad existendum. Atqui etiam quæstio de hoc esse potest, cùm videatur idẽ hic esse modus prioris ac posterioris secundũ tempus. quod item ex iis patet quæ idem ipse profitetur, [a] vbi Philopono respondet qui mundi æternitatẽ probare instituerat. Dicebat etiã secundò pro Galeno, non posse euitari argumentũ, eo ꝙ aut intelligitur prius & posterius ordine, aut tẽpore: quod si tẽpus accipiatur: idẽ igitur per idẽ explicabitur: si verò aliud significatũ vsurpetur, etiã distinctionis ergo tẽpus addere oportebit; atq. ita idem rursus per idẽ exponetur. Quare Themistius anceps, & anxius demum dedit idẽ per idẽ absolutè posse definiri. Valeat hîc Themistius: sic.n. facilè erit omnia definire, non secus àc facilè fuerit omnia demonstrare iis qui omnia in orbẽ demonstrari posse cẽsebant. Idcirco mea quidem sententia dicendum est, parteis definitionis idem nõ esse cum tota definitione. quapropter ẽt per illud quod à toto diuersum sit, definitionem tradi licere. Vltimum verò tolle sic; quia tempus non est simpliciter numerus, sed totum hoc numerus numeratus: quare etiam præsefert aliquid continuitatis, ob quam numerus motus & tempus comparabilia redduntur.

[a] 8. Phys.

De natura instantis, eiusdemq. origine nonnulla. Cap. XXXVII.

MAGNA sanè similitudo inter motũ & tempus intercedit, vt certè negari non possit, quin tempus sit aut motus, aut aliquid ipsius, & præcipuè tempus illum in successione imitatur; nanq. tum motus, tũ etiã tempus existunt, cùm fiunt; hoc est, vt semper aliqua illorũ pars iam extiterit, neq. amplius sit, & veteri noua succedat assiduè. Verùm sicuti de hoc consentiunt, sic in aliis quibusdam longissimo interuallo disiunguntur: quandoquidẽ motus & ex toto, & ex parte mutatur. at tempus ex parte mutatur solũ; idẽ verò manet ex toto. partes.n. vtriusq. mutantur; quia sunt in fluxu quodammodo, neq. tantisper consistunt. at ex toto non permanet idem motus: tẽpus aũt permanet; non sanè quòd vnum idemq. tempus vbiq. sit, & apud omnes; motus verò nequaq̃: quia non sicut tuus motus in te est, in me aũt meus; ita tempus tui motus in te sit, in me verò mei: sed vnũ vtriusq. tempus est, & vna mensura: nec quia totum simul acceptum careat ea successione: nam video alterutrum à quibusdam talis differentiæ modum poni; sed ꝙ in vnico etiam motu status idem rerum non seruatur; quoniã motus ad aliq̃ perfectionem contendit, & præter id ꝙ apertè præsefert successionem, aliquẽ item profectũ facit in forma, & vlteriorem potentiam sibi comparat: at tempus idẽ totum permanet, nec vllam mutationẽ admittit eundem statum perpetuò retinens, vt simul adspicias tempus, & consequi motum, velut vmbra corpus; & tamen ab eo fore diuersum. caussa verò talis differentiæ ducitur à natura instantis; siquidẽ id in tempore non aliter se habeat, quàm punctum in linea cogitent Mathematici: credunt enim ipsi eam in fluxu vnius, eiusdemq. puncti super plano exoriri: sicut ergo si animo conciperemus punctum illud fluens per planum producere lineam, eiusq. partes, vt primũ productæ fuerint, interire, & nouas assiduè fieri; videremus vtiq. mutationem in lineæ partibus; neque.n. eedem lineæ forent: cæterùm si posteà cogitatione memoriaq. teneremus vniuersas lineæ partes à puncto illo productas, eandem obseruaremus obtinere naturam, nec posteriorem à priore tanq̃ perfectiorem ab imperfectiore differre, huius aũt euenti caussa foret hæc; quia puncti illius esset eadem substantia, ratio verò diuersa, cùm modo in hac parte plani subsisteret, mox in illa: sic de temporis puncto cogitandum est: eius .n. ductu ꝓducitur tempus, partes genitæ delentur, nouæ deletis succedunt: vnde liquidò apparet, vt temporis partes eædem esse non possint; veruntamen si memoria teneas partes iam elapsas, easq. conferas cum iis quæ deinceps fiunt, nullam certè varietatem inter illas conspicies: nõ sic eueniebat in motu: nam quod antea fuerat album vt duo, factum est album vt quattuor priore potentia & imperfectiore in eam cõmutata quæ posteriùs accessit. Vnde igitur hoc? an non aliunde, q̃ ab instãtis ingenio natum, quod metitur tempus iuxta prius & posterius, idest, terminat omnes temporis partes, easq. coniungit, quod est semper eiusdem substantiæ, & conuenit in subiecto, discrepat verò ratione duntaxat: neq. secus àc sophistæ dicere soleant. Coriscum domi, forisq. esse à seipso diuersum. nam differt quidem à seipso ratione quadam, & habitudine: non aũt, quòd alia sit ipsius substantia. Hoc exemplo rẽ nostram illustrauit Aristoteles eiusmodi tamen, vt non prorsus similis in vtroq. ratio mihi videatur; sed similitudo latius euagetur: quandò hesternum, atq. hodiernum instans non videtur idem esse simpliciter: idcirco varij modi sunt ab interpretibus allati quibus idem probetur esse temporis punctũ. Mihi quidem hoc esse idem priuatiuè secundum videtur, hoc est, quia nulla extet differentia, quæ pertineat ad essentiam; & omnino interna, per quam hodiernum ab hesterno distinguatur; sed solùm varietas habitudinis. hoc verò mox planius fiet: altius.n. aliquanto rei huiusce ratio repetenda est. Iam .n. conspicuum factum est hæc sese consequi indissolubiliter magnitudinem, motum, & tempus. Motus aũt ipse oritur ex ꝓcessu mobilis super suo spatio, veluti linea ex ꝓcessu puncti super plano (statuo verò nunc motum Simpliciter mobilis ipsius progressum ad sui motus extremum omni perfectionis ratione seclusa, & illius actus extentione solùm animaduersa) in eo mobili motus obtinet, vt sentiatur quia motus in ipso sese prodit; vtpote quòd actu sit, & in eo sit motus, vt in quo in motu ipso mobile super spatio idem existit, sed ratione separatum, cùm sit nunc super hoc spatij puncto, paullò post super

per

A per alio: quamobrem subiecto quidē non discrepat, sed ex accidente, ex mobilis præsentia nimirùm super varijs spatij pūctis. hinc instās exoritur; ita vt si quis eius essentiam velit exprimere, exactissimè, nil aliud certius illi occurrat, quo rem ponat ante oculos, quàm præsentia mobilis in certo spatij puncto. Sicut ergo mobile idem est, ratio verò, & habitudo eius ad varia spatij puncta diuersè; sic instantis eadem est substantia, solaq. discrepantia rationis intercedit. Quoniam igitur instantis eadem est substantia; efficit identidem, vt tempus omne sit eiusdem substantiæ: ex quo sequitur proportio inter motum & tempus, inter mobile & instans; & idcirco etiam, vt quemadmodum motus per mobile percipitur, tanq̄ actu sit, & quasi digito indicari possit; sic tempus agnoscatur per instans; & veluti motus in mobili simpliciter non spectatur; sed in eius actu; sic instans repræsentat nobis tempus, non sanè in mobili simpliciter, sed in eo quod est actu. quod.s. iam operatur secundùm illam facultatem quam habet ad terminum ad quem: idcirco est hoc modo prius & posterius, vt nota prioris & posterioris in actu mobilis, & eius præsentia super hoc & illo spatij puncto, in qua est ordo prioris & posterioris, quibus clauditur tempus. Est igitur idem subiecto, prout & mobile idem. Quapropter si fortè occurrat vnum mobile quod in vniuerso motu perpetuò seruet eundem tenorem; hoc erit profectò, vnde tota instantis ratio ducenda sit, nonmodò quantum pertinet ad id, vt sit eiusdem substantiæ; sed etiam quod spectat ad varietatem rationis: id verò mobile primum erit à quo optimè ratio mensuræ petetur. est.n. eiusmodi maximè, vt quasi digito indicari possit, vt per illud motus & instans facilè notescant per quod etiam cognoscitur tempus: quia per notas prioris & posterioris in eo mobili assequimur horas, dies, menses, & annos; & nouimus illo mobili obseruato, quantus cuiusque rei fuerit motus. Non me latet D. Thomam de instanti differentem, vtrùm vnum sit, nec'ne, duo cogitasse temporis puncta: vnum, qđ esset externum, atq. omnib. commune: internum alterum, & cuiusq. propriũ, idem quoq. indicium de puncto fecisse. verùm non arbitror quicquam à re ipsa tali distinctioni respondere, atq. vnum punctum solùm, idq. extremum ad producendum tempus sufficere. Hanc ego eius loci expositionem puto, quæ naturam instantis nobis aperiat, & euitet omnes difficultates quæ molestiam Simplicio & Latinis afferebant ex qua item apparet, quemadmodum frustra quæsierit Simplicius, vt sicut tempus omnibus commune est, & vnum, & idem per rationē cōmunem, sic non sit motus; sicut ēt deceptus est in solutione quæstionis: nam concedit vnum posse motum esse communem, neq. videt se ponere motū vniuocum aduersus ea quæ 3. Phys. decreta sunt: nos verò non concedimus hîc temporis cōmunitatē quæri; & dicimus vnum omnium tempus esse, quia tantùm primo mobili fundetur. Apparet etiam, quo sensu accipiendū sit id quod olim posuit Aristoteles, instans assimilari puncto, cùm tamen mobili posteà fuerit assimilatum; nanq. actu mobilis habitudo est: & sic etiam valet idem àc punctum.

C

Summa temporis definitio colligitur, & contra dubitatur. Cap. XXXVIII.

QVONIAM verò maxima pars notitiæ temporis pendet ex cognitione instantis; pergamus item nos, & quæ supersunt de natura illius exploremus. Manifestum verò est ita coniuncta esse instās & tempus, vt alterum ab altero diuelli non possit: itaq. si tēpus est, erit necessariò quoq. illius punctum, & contrà si instans; & tempus igitur: nanq. eadem ratio intercedit inter instans & tempus, quæ spectatur inter mobile & motum: quamobrem sicuti latio sine mobili non est, cùm sit eius actus, nec mobile actu sine motu consistit; sic neq. tempus est sine instanti, nec contrà instans sine tempore reperitur: nanq. ita se habet instans ad mobile tanq̄ tēpus ad motum: ergo à cōmutata proportione; sicuti mobile se habet ad motum; sic instans ad tempus; etenim prout instans repetitum est numerus mobilis; sic tempus est numerus motus. dictum est.n. instans ita se habere ad mobile, vt sit illius præsentia super spatio, & repetitum prius & posterius in tempore, faciat non secus àc mobile super spatio motū producat, & vnitas inter repetendum efficiat numerum. quamobrem sicuti prius & posterius tempore est numerus mobilis, sic tempus quod inter illa interponitur, est numerus motus: etenim partes motus illo finiuntur; & per prius & posterius, quod instans est, numerantur. ita vt deniq. instans sit velut
D vnitas in tempore, tempus aūt quemadmodum numerus. Sicut igitur numerus sine vnitate nō existit, nec linea sine puncto. nec punctum contra sine linea, sic neq. tempus sine vnitate, hoc est, sine instanti, nec contrà instans sine tempore extabunt. Verumenimuerò tametsi instans vnitatem in repetitione imitatur, magnū tamen existit inter vtrunq. discrimen: vnitas.n. monstrat discretum, & efficit numerum quæ itidem discreta est quantitas & collectio sola vnitatum nihil habens, per quod cum alio iungatur, nisi ordinem solum: at instans non ita se habet; siquidem mensura sit rerum continuarum: nam tempus est continuum quiddam, & extentionem partium præ se gerit: quare hoc nomine punctum potius, q̄ vnitatem imitatur: per illud.n. partes lineæ continuatæ redduntur, vbi sit eiusmodi, vt sit terminus antecedentis; initium verò subsequentis; nam si actu sumatur, diuidit & terminat. sic igitur instans terminat, & continuat tempus, cùm sit idem simul præteriti finis, & initium futuri: est item punctum id quo linea finitur, ita vt extra illud nihil amplius lineæ supersit. eodem modo mobile & motus affecta sunt: nam mobile continuat, si pergat moueri, & diuidit motum, si quiescat (hoc est.n. id quod dicitur, vbi mobile sit idem non solùm subiecto, sed ratione etiam: [a] ne.s. è mobili actu in mobile potentia transmutetur, hoc est, maneat) est igitur vnitas quidem, & terminus ipsum instans, sed vt in continuo id habens vnitati simile, q carect positura, qua functus abūdat. Terminus autem in continuo multipliciter accipi potest: nanq. eo misso, quòd iungat; quia sic cōtinuat, dicamus de ipso nunc, quatenus

[a] 4. Phys. T. 105.

tenus

tenus habet terminandi facultatē: nā sic ēt distinguitur, quia pūctus in linea potest esse, cū diuisa est in duas parteis, & id quod duplex erat in poténtia, iam actu factum fuit, atq. ita vnum ab altero seiugatū, vt inter ea nulla lineæ illius pars habeatur. possumus ergo numerare puncta illa vt duo, possumus in linea quoq. puncta habere vtrinq. finita, & numerare partes eius, non quidem re, sed cogitatione secretas. Ita instans accipiendum est, dum numeratur, non priore sanè modo; quoniam sic quies esset: ob eamq. caussam tempus intermitteret, temporisq. priuatio succederet. Superest igitur, vt si instās sit numerus, siue vnitas repetita, sit tanquā in continuo, & vnius designationis beneficio separato, cuius partes ita se habeant, vt vna præcedat, altera aūt consequatur. & sic tempus erit numerus, veluti si partes vnius lineæ certas repeteremus secundùm puncta diuersa per parteis quæ terminantur instantibus, adhuc tamen in continuo permanentibus, nec tamen sint partes extra totum, & per se subsistentes, velut in quanto, quod iam reipsa diuisum sit. Ab his ēt licet ferre iudiciū de multis temporis attributis, vtputa, instans temporis partem non esse. sicut.n. lineæ pars non est punctum, sed διαίρεσις, & diuisio; sic neq. instans pars tēporis habenda est: & quemadmodū linea conflatur ex lineis, ita tempus ex temporibus. Neq. desunt alia quæ spectanda sint in constitutione instantis. cùm.n. sit terminus, abstrahi nequit ab eo cuius terminus est: nam terminus suapte natura disiungi non potest ab eo cuius est terminus. Neq. verò quia sit ex iis quæ sunt ad aliud, nisi propter figuram dictionis: est.n. relatio illa interna, nec ad aliud quod loco & subiecto distinguatur; sed proprium genus est consecutum, illud nimirū quòd temporis est, vt eius terminus, siue principium. Cùm verò etiā instans per sui repetitionem efficiat tēpus, quemadmodū mobile efficit motum; nec quidem vt efficiens caussa; siquidem sit mouens, quod vtrunq. facit, sed formaliter, & velut vnitas numerum: instans, & tempus aliquas vnitatis etiam numeriq. proprietates obtinuit, & sicuti numerus abstrahitur à rebus sensilib. sic & instans, & cū eo tēpus separatur à motibus singularibus. Addamus etiā nos hæc. velut vnitas mathematica & numerans vna est, cuius repetitione numerus omnis conficitur; sic ēt instans & tempus vnū est quod accommodari pōt ad omnia quæ tempore continentur. Ex his ita nunc collige definitionē tēporis. Numerus motus secundùm prius & posterius, non vt discreti cuiusdā, sed continui. quare ēt numerus erit non vt discretū quid, sed continuum. Hæc, vt puto, loci totius explicatio facilis & certa, quæ maximè congruat cum verbis contextus Aristotelici, sine vlla eorum peruersione, aut suspicione maculæ. Vnde etiā contra quosdam qui censent idem instans ad numerū esse, solaq. ratione distinctum vt BB. bis in linea repetitum, è cuius numeratione tēpus oriatur, & ad id persuadendum afferunt loca superiora à quibus vnum instans in vniuerso tempore esse concludebatur: assero, si vnum subiecto accipiant, id ita esse; sed quia videntur accipere vt vnum re, & ratione diuersum, quia bis vtamur eodē; cùm iam ab Aristotele ipso negatum sit in cōtinuo, & constanter asseueratum, sic ipsum accipi debere ratione diuersum, vt etiā in prius & posterius distinguatur; & tanquam duos vnius lineæ terminos; patet ipsos apertissimè peccare. Atq. hæc quidem definitio temporis ex eo genere, quod formale nuncupant, & se habet ad tempus, quemadmodum sonus in nubib. ad tonitru: quare aliis caussis efficienti & subiecto supplenda erit: efficiens aūt accipe metaphoricè, quo posito & tempus ipsum ponatur. subiectum verò est ipsum mobile, hoc est, concretum & substantia, & habilitate ad motū, & illud quidem in actu proximè & præcipuè; remotè etiā, quod vicissim accipit quietem, veluti suo loco exponetur: efficiens, & caussa medio vacans actus imperfectus de quoq. prædicamento, ad quod per se refertur; primò verò de prædicamento ipsius vbi: in hoc.n. actu posita est successio, vnde ducitur formalis ratio temporis. At verò in hanc definitionem multa dici solent cum vniuersè, tum etiam sigillatim contra quanq. particulam. Etenim ex eodem prædicamento petenda sunt definitio & definitum, sed tempus est quantum: at ea quæ in illius definitione sumuntur, ad aliquid sunt: vtputa mensura, prius ac posterius. Præterea diuersorum generum, nec subalternè positorum species & differentiæ diuersæ sunt: at numerus & tēpus ita se habent, vt genere disiungantur: nam tempus est è continuis, numerus aūt è discretis. Huc accedit, quòd definitio complecti debet omnia singularia: at hæc talis non est; quippe quòd infinitum nō cadat in numerum, neq. in mensurā; quia numerus & mensura sunt rerum notarum: at infinitum ignoratur, tempus verò infinitum est, quia nunq̄ cœperit, neq. finem sit habiturum. Nunc contra parteis in definitione positas sigillatim. Dicitur tēpus esse numerus, vel mensura motus secundùm prius & posterius. Primùm contra id quòd numerus sit, aut mensura generatim: quia volunt hæc omnia esse perspicua; sed tempus nascitur; tùm quia sit infinitum; tum ēt quòd per aliud notescat, nimirū per instans; hoc verò per mobilis ipsius actum; & ignotum tēpus est, non solū suapte natura; quia posterius quiddā est, & effectum, verùm ēt quò ad nos. Deinde seorsum; quia non videtur esse numerus numeratus: quoniam quod primò numeratur, is est motus. numeratur.n. à tempore; atq. hic non qua numeratus, licèt reipsa numeratus esset; quia sic non distingueretur à discreto. Neq. obstat, si dixeris eum esse numerum partium continuarum, proptereà continuum: quia etiā numerus omnis erit continuus, eo q̄ continua solùm, propriéq. numerantur. Quòd idem non sit mensura, ex eo persuaderi potest; quoniam hæc est minima & indiuidua; tempus aūt & diuiduum, & infinitum: quamobrem minimū in ipso non existit. Adhæc diluenda prænotare nonnulla oportet, quorum primum pertinet generaliter ad structuram definitionis: eiusmodi.n. assignanda est, vt rei naturam & essentiam explicet: ea verò duplex est, aut substantiarū, aut accidentium: illa quidem simplex est, & vnico prædicamento contenta sub quo comprehenditur definitum, eademq. est absoluta. hæc verò neq. simplex; neque absoluta est, quando accidens, quatenus huiusmodi, semper affert habitudinem ad substantiam & subiectum.

Quoniam

A Quoniam ergo natura accidentis perficitur à subiecto, ob id illius definitio transilit prædicamentum in quo res ipsa definienda collocatur, & postulat generatim substantiam, seu subiectum: quapropter etiam dicitur ea definitio tradi per additamentum. Sunt & ea quoq. quæ præter habitudinem ad substantiam, ad alia item genera referuntur, vt finitum & infinitum ad quantum. ideoq. etiam illorum assumptione eiusmodi rerum definitio completur. Alterum verò quod præponendum est, illud est; tempus ipsum respondere duob. generibus motuum, cœlesti videlicet & nostrati, ac mensuram vtriusque perhiberi. Tertium quoq. quod accipiendum est. Numerum ita diuidi, est.n. numerans, vt duitas & ternio, aut vt numeratus, veluti duo & tria quæ significant subiectum: atq. hic, aut eorum quæ per se distinguuntur, aut per qualitatem: rursus eorum quæ per se distinguuntur; vel quia subiecto separentur, vt homines; vel cogitatione, veluti palmus in digitos. eorum verò quæ per qualitatem seiuguntur; vtputa, partes hominis; et aut est actu vt decem, aut potestate & per successionem, & actum numerandi. Ex prima hypothesi tolluntur illæ duæ primæ obiectiones: nanq. alia præter quantū assumuntur, ad quæ tempus aliquo pacto refertur, quorū accessione essentiæ suæ perfectionem consequitur: quãobrem illa etiã comprehendi oportet in eius definitione. Ex secunda verò profligantur illa quæ subsequuntur: nam si tẽpus cũ motu cœlesti conferatur, ignotius illo est; & posterius, & habet rationem potius, vt per eum de ipso certiores reddamur, quo item metimur tempus: at si cum reliquis motibus

B comparetur, est illis notius, & prius. idcirco nos de motibus hisce reddimur certiores per tempus: nouimus enim quantus sit hic motus per temporis quantitatem; sed certò scitur quantitas temporis ex quantitate motus cœlestis. At cùm Aristoteles hoc loco tempus conferat cum motu simpliciter, non autem cum cœlesti; accipit ipsum tanquam notius & mensurã, quanuis hîc aũt opponas tẽpus notesce re per instans, hoc verò per mobile in actu; id aũt est motus. Rñdeo per mobile in actu cognosci tps, & motũ; quia nõ sine ipso, sed p ipsum simpliciter, nego; si nõ quoad actũ; saltẽ quo ad pductionẽ, & extẽtionem, cuius mensura tempus est: neque idem absolutè sunt mobile in actu, & motus ex modo saltẽ quo concipiuntur ab anima nostra; sicuti neq. idem est albedo & album: ita vt non necessariò sequat, hoc cognoscitur per album: ergo & per albedinem simpliciter, quòd albũ aliquid preterea significat. Ad ea verò, quæ à numeri natura petita fuerunt, dicimus esse numerũ numeratũ partium. s. motus quæ tantùm qualitate separantur, secundùm prius & posterius, partium continuatione saluata cuius est successio in infinitum: ideò quia non re ipsa talis diuisio prestatur; animę quoq. officium requiritur quę numeret; licèt inter numerandũ mobili tanquam vnitate vti cogatur. Neq. verò obstat, si fuerit continuorum, vt credas etiam ipsum fore continuũ: est.n. continuorum non simpliciter, sed quatenus in ipsis notatur aliqua distinctio quam reipsa notat mobile, sed tamen, vt degeneret in tẽpus, vbi animad-

C uertatur ab anima: numerus aũt impropriè ab actu ipsius animæ numerantis: nam propriè numerus ad minus duo sunt; quanuis numerus verè tria ponantur: vult.n. numerus augeri, si multiplicetur, & in se ductus efficere numerũ maiorẽ, quàm si dupliciter. noli verò dicere, quemadmodũ aliqui è Grę- cis, numerum dici, quia præseferat cõpositionem arithmeticę vnitatis, & rei numeratæ, sic.n. nihil vnũ per se foret vnius, & rei numeratæ rationẽ semper in se habens. Ad vltimi solutionem scire licet tẽpus bifariã spectari posse, aut tanquam cogitatione ab oĩ specie secretum, aut ad certas species contractum, neq. vt continuũ quoddã, sed vt cuiusq. speciei propriũ. certè, si vt contractum accipiatur, est terminatũ, & habet maximũ & minimum; sicut anteà diximus, vbi de rerum naturalium periodis actum est, quòd si vt secretum sumatur, per se infinitum est, sed tamen, non sic accipitur, cùm vsurpatur pro mensura: accipitur.n. quædã eius pars quæ primò sensilis est, eaq. si non ex ipsa re, saltem quia talis sentiri videat; ea nos posteà metimur totũ; quod nam verò sit hoc minimũ sensile, dictũ à nobis est alio loco.

Caussę quæruntur multarum proprietatum quę tempore adscribuntur. *Cap. XXXIX.*

EXCITABIT cuipiam fortè admirationem, ꝙ tempus multum dicatur breue & longum; minimè aũt velox & tardum; neq. fortasse talis differentiæ caussa perspicua satis est. Videtur verò pen-

D dère ab ancipiti illa natura quam à numero & continuo tempus impetrauit; siquidẽ ab hoc habeat, ꝙ breue longumúe sit; sunt.n. istæ proprietates continui. Sed quoniam tẽpus item est repetitio partium continuarũ, ob eamq. causã numerus cui multa & pauca tribuuntur; idcirco tẽpus multũ paucumúe nominatur: quoniã verò est repetitio continui quidẽ, sed tamen vt numeret eius extentionẽ solã inæqualitate oĩ secreta quæ conspicitur in motu, vnde velox tardumq. nascuntur; hinc quoq. efficitur, vt tẽpus neq. velox, neq. tardũ, nisi fortasse metaphoricè nuncupetur à poëtis, qui fugã illi adscribunt, & alas addunt, & sæpè fugax appellant. Ita verò causã explico ab Arist. allatam: nam secus si dixerimus, non video, cur dubitatio Philoponi non habeat locum. Etenim si tẽpus esset numerus numerans, vtiq. careret velocitate & tarditate, sed cùm sit numerus numeratus, atq. ille quidẽ magnitudinis, & extentionis quã velox tardumq. consequuntur: etiamsi quà numerus veloci & tardo careret; at illa certè haberet, quatenus comitatur extentioni motus. Neque sufficit id dicere quod aiunt; quidam tẽpus esse numerũ continui, quà continuũ est: id verò non est neq. velox, neque tardum, quia præterquàm ꝙ diuersa est caussa quæ in hoc problemate affertur ab Aristotelica: nam tribuit hoc totũ Arist. numero, non continuo; huic quoq. velox & tardũ minimè repugnant: ideò quà numerus est continui simpliciter. i. ab oĩ inæqualitate separati, habet id ẽt, vt neque velox, neque tardũ appelletur. Neque illud sine animaduersione prætereundum, ꝙ habeat partes non oẽs simul, sed quia fiant assiduè; cùm pars altera

iã effluxerit, altera instet; nanq. & id à motu proficiscitur, cuius numerus est tēpus: etenim & ille eo modo se habet, cū sit actus imperfectus. At illud herclè admirabile, quod etsi partes istas admodū varietas habet; at eædē redire videntur, vt dies, mensis, & annus: quandoquidem tēpus motui comitat; atq. illi quidē cœlesti; ea verò est conuersio: quare certis quibusdā spatiis interpositis idem reuertitur partim ad numerū, partim quoq. ad speciē: hoc sanè, quod idē ad numerū prorsus non est, quod aliquo modo defecit; illud aūt, quia cū prçterito semper continuatur, veluti suprà dictū est. Sufficiat modò nobis illum motu ire & redire, & in se commeare: quapropter ἐνιαυτὸν Græci, annum Latini à circuitu nuncuparunt, atque illum à tēpore adumbrari: proinde ex varia mobilis illius habitudine diuersas annuas tēpestates exortas, primùm veris, deinceps æstatis, mox autumni, hinc hyemis, atq. iterum veris; neq. id semel, aut iterum, verùm ēt in infinitum, vt placuit Aristoteli. Neq. vetat, quominus idē tēpus apud oēs esse credamus, quia tēporis partes eædē nō sint, aut apud nos semper, aut ēt nunc apud alios: etenim hyems hîc sit, apud antichthonas æstas existit: nam tēpus absolutè notat, vt sæpius diximus, illa productionem, siue extentionē in motu; qualitatis aūt oēs quibus tempora distinguuntur, ex motu originem ducunt, & quoniā tempus est mensura motus illius; ex hoc efficit, vt qualitates ipsæ transferatur ad tēpus. Idcirco ver & autumnus, non tempus solùm significant, sed vnà cum tēpore indicant certā cōplexionem qualitatū, & notā præsegerunt eiusdē temporis quod reuertitur, in reditu qualitatū, quas affert motus cū tempore illo congruentes. At verò quemadmodū tempus est mensura motus, sic etiā contrà motus metit tempus; ita vt veluti quantitatē motus tempore cognoscimus; sic etiā temporis quantitatem per motum lustrare liceat, vt si fluat clepsydra, non minus indicat nobis vnius horę spatiū, ac tempus significet nobis illius fluxū vnius horæ fuisse: inter se.n. pariter respondent tempus & motus, eisdemq. finibus clauduntur, priori nimirùm ac posteriori, quod apparet in mobili, dum spatiū peragrat: quamobrem etiā pares appellationes obtinuerunt: quandò multū & paucum motū dicimus, similiq. modo multū & paucum tempus, & quo pacto multū motū fuisse cognoscimus ex eo, quod in multo tēpore factus sit; sic multū temporis intercessisse percipimus, quia motus fuerit multus. Ecce, inquit hic se in itinere fuisse per decē dies; at nos eum statim longū iter permensum fuisse suspicamur, & contrà siquis dicat se quingenta passuū millia lōgè venisse; multos dies in itinere posuisse credimus. Neq. id absurdum, aut etiā fortasse nouum; cū item cęterarū rerū mensuræ numeriq. notescant ex rebus quas metimur, & res contrà, quas metimur ex numeris ipsis cognoscantur: noui.n. quot vlnas cōtinet pannus per vlnā ipsam; noui itē ex replicatione vlnarū panni, & vini sextarium, quia tantum vini capiat, quantū in altero sextario continebatur, & equorū numerum concipio, si mihi nuncietur eos esse decem, atque item vno equo reliquos numerare possum, quia nimirū tot equi sint, vnus, duo, tres, & deinceps vsq. ad decem. huius aūt euenti rō satis est perspicua, magnamq. habet verisimilitudinem: quoniā inter se comitatur magnitudo, motus & tēpus in eo, quod sunt quanta, eademq. continua, & in infinitū secari possunt, hoc ipso ordine: nam quia magnitudo super quam fit motus, est talis, & motum talē esse oportet, ac tēpus consequitur motum. Ergo sicut magnitudinē motu, & motum magnitudine metimur: sic motū tempore & motu vicissim tēpus explorare licet: atq. adeò, vt optimè dixeris motū esse tanquam temporis elenchū, veluti testabatur Auerroës: dicimus.n. motū multum, sicut iter multū; quia per multum spatiū confectū sit, & multum quoq. spatium, quia multū iter: sic multum motum, quia multū temporis in eo positū fuerit, & temporis multū, quia motus fuerit multus. Sed hęc optimè patebunt, si motus accipiat æquabilis, qui maximè talis est in cœlo, vnde temporis essētia ducitur, quo metimur omnes motus. Veruntamen adhuc obscurum esse potest, quemadmodū suscipiatur ratio metiendi: [a] nam rō continui, quale iam ostendimus esse tempus, in eo posita est, vt in partes diuidatur, eæ verò metiuntur totum. Illa quoq. ratio mensuræ cōmunis est, vt in eodem genere collocetur cum eo cuius est, vnitate.n. & numero numerū, & linea lineā planoq. planu metimur. Cùm tēpus igitur non sit pars motus, nec item generis eiusdem: qūo ergo tempus mensura totius motus esse poterit? Memini me quondā aliqua de mensura disputasse, atq. ostendisse quemadmodū ea possit ad idem genus referri: nam relatio illa non ita pressa est, vt accipiunt mathematici: latiorem primus philosophus, ac physicus adhibent: eisq. sat est, si quo pacto in eodem genere reponatur, vel vt eius initiū, sicut vnitas est numeri, vel etiam quod eadem figura dictionis exprimatur, vt Deus, quam substantiæ mensurā facimus; siue etiam quod in id resoluatur, quod sit eiusdem generis, vt corpus in lineā: nam per lineā notescit quantitas eius. Est & aliud nouum genus mensuræ, quod pars ipsius rei non est, vt modius ligneus qui est mensura frumenti. genus hoc mensuræ nomine quodā separato Græci vocant ἐξαίρετον, siue ἐξῃρημένον. hoc est, alienum, & secretum. Quod igitur attinet ad quæstionem propositā; scire licet tempus metiri vniuersum motū, quia definiat parteis motus eo modo quo fieri pōt, nec certè aliter àc, si vlna lignea primùm metiret vlnam panni; deinde abiecta lignea vlna eiusdem panni; reliquum permetiret. Non est igitur idem prorsus genus id quod metimur, & quo; sed è postremò illo genere mensurę quod secretum dicimus: vnde consecutus est etiam motus, quod in tempore collocetur; nam tempus ipsum metitur: idcirco tēpore terminat, & ab eo cōtinetur: neq. solùm huic ipsi ambitui motus expositus est; verùm & id etiā quod dicit, esse motum. Nam quod repetita mensura debeat superare quantitatem eius, quod metimur, aliter infinitū, & ignotum foret; ideoq. continere, cuiusque mensuræ proprium est, sed quòd essentia cuiuspiam ex mensura noscatur, præterquàm ex actu & eo quod perfectissimum sit, nouum hoc, & mirabile videatur: quinetiam neq. facilè sit explicatu: proinde præmonstratoris operam postulat quam proximè in eo ponere constitui.

[a] Eucl. 7. Elem. 10. diff.

Quo

A *Quot modis accipiatur id quod dicitur esse in tempore, & vt esse motui sit in tempore. Cap. XL.*

INSTAT nunc, vt explicemus, quotuplex sit id quod dicimus esse in tempore, nanq. ita succedet, vt nonmodo noscamus quemadmodũ motus in tempore sit, verum etiã id quod dicitur esse motui. id aũt totuplex esse videtur, quotuplex illud est quod est esse in numero: est.n. huiusmodi, vel ꝙ vnà cum ipso numero existat, vel vt aliquid numeri, seu pars, vt vnitas, siue affectio, vt par. Dicitur item aliquid esse in numero, quia contineatur ab aliquo numero; vt, quia plures equi numero denario contineantur: ita & esse in tempore, vel quia sit, dũ tempus est, vel quia sit vt temporis aliquid, aũt pars, vt hora diei, vel terminus, vt instans; vel affectio, sicuti prius & posterius, vel etiã quòd eius esse cõtineatur à tempore, quia s. ab illo, sicuti corpus à loco, circunscribatur. Si igitur illa in tempore esse dicũtur, quoruncunq. esse continetur à tempore, & ob eã causã motus in tempore collocatur, quoniã tempus eius esse metitur, & alia quoq. in tempore sint necesse est; si illorum esse tẽpus metiatur: ita.n. conuincit argumentum à definitione ad definitum. Sed.n. id non in prõptu est edisserere, quo pacto illorum esse cõtineatur à tempore, nec quicꝗ̃ certi ex Grecis auctoribus afferri põt: quoniã in motu eius esse, ac motũ ipsum pro eodẽ acceperunt: vel ꝙ esse motui (tam.n. τὸ εἶναι, quod alibi essentiam significat in re dubia cõmunius significatum seruans esse conuerto) cum successione sit, atq. id sit esse motui, suc-
B cessio nimirùm. Tum etiam ꝙ in simplicibus idem sit res & esse. motus igit̃ cùm sit res quędã simplex; idcircò idem esse videat̃ esse motui, & esse motum: ob eamq. causã opinati sunt esse ipsi motui & motũ à tempore contineri. Sed non aduertunt Arist. quoq. testari de aliis rebus eas esse in tempore, & earũ esse à tempore cõtineri in quib. tamen successio nulla spectat̃, sed oĩno permanent: nanq. & homo tempore continetur. Quin etiam neq. motus neq. homo quæ in tempore ponimus, & eorum esse tempus metiri volumus, sunt res simplices, cùm ex actu & potestate constitutæ sint. Præterea quoniã accidens nulla tõne simplicem obtinuit essentiam, cùm ex additamento definiendũ sit, & per subiectum. Ponunt insuper differentiã inter simplicia & cõposita, quod pertinet ad id quod esse dicũt, & essentiã; cùm idem eueniat in oĩa quæ à materia sensili seiuncta sunt, siue constent ex ea siue prorsus ab ea secernantur, vt contingit mentib. beatissimis. nam & homo simpliciter, vbi mentis opera seuocetur ab indiuiduis, & ab illo materiæ genere quod toto posterius esse dicimus, idem cum sua essentia prorsus est; id discriminis intercedit, ꝙ eius essentia constat ex materia quam separatorum essentiã penitus arceãt. Adde etiã quòd esse alicui idest, essentia simpliciter extra oẽm temporis aleã collocatur: idcirco demõstrationi definitioniq. subiicitur, & oĩs mutationis expers est, vt etiã talis sit essentia motus. Nec vllo pacto induci possem, vt crederẽ motus essentiã à tempore comprehendi. Nanq. etsi eius essentia con-
C tinet successionem, vnde tẽpus existit; at est successio sanè in ipso mobili, & in materia; in essentia nulla successio, vt etiã ab illa successio sine successione concipiatur; nosti.n. & meministi formã esse in materia, essentiã in mente, definitionem in voce, & definitione explicari essentiã quæ est in mente, tãquàm signo essentiã esse similitudinem formę quę est in materia, sed cùm separabilis sit ab hac, & illa materia non sanè à materia simpliciter; accipi à mente sine hac & illa materia, neq. tamen sine materia simpliciter, ꝙ ab intelligenda materia non est separabilis. Igitur etsi forma est in hac, vel illa materia, & cùm in ea sit, per interitum ipso non esse terminetur; essentia sine tali materia cõprehendit̃ à mente, & quanuis id cuius est simulachrum sit vel successio, vel cum successione, vt simulachrum ἑνοειδῶς se habet, & est vnà totum; refert certè id quod in successione consistit, sed ipsum caret successione. ideò cùm arceat oẽm successionem, & à conditionibus materiæ segregetur quæ sunt locus & tempus; nullo modo est obnoxia tempori. Quamobrem cõmunius esse sumerẽ pro eo quod est existere: hoc est, vbi è sinu efficientis in materiam sensilem erupit forma cõpositi: hoc.n. esse illud est quod subiicitur mutationi, cùm sit in materia sensili, claudatur terminis temporis, & habeat certas periodos. Hoc igitur esse illud est quod esse in motu cum successione cuius beneficio motus obtinet prius & posterius. Illud oĩno alienum significatum eius quod est esse in tempore, dum tẽpus est: nam cõmunius est multò ꝗ̃ id quod in
D tẽpore propriè constituimus, quemadmodum impropria notio est eius quod est esse in loco solùm qũ locus est, quia sic vnumquodq. siue indiuiduũ, seu partibile, siue pars, seu totum, foret in loco, & cęlum dici posset esse in grano milij, quia cum illo vnà existit. Quare maximè in tẽpore illud est quod à tẽpore continetur. Et quemadmodũ ita dicitur, est in numero ꝓpriè quod ab illo continetur & superatur; ita id quod est in tempore superari oportet à tempore, quodcunq. illud sit seorsum acceptum: superat̃ autẽ à numero, quia numerando procedere possumus in infinitum, hoc est, semper accipiendo maius sic etiam tempori designato aliud in infinitum succedit; ratioq. par est temporis, & numeri, & loci: oportet.n. locum superare. i. esse extra locatum, non esse. s. partem locati, aut quia corpus est cuius extremum quod intra est, est locus. Ita ea quæ oriuntur & intereunt, perspicuè in tẽpore existunt: continentur.n. à tempore, & ab ipso superantur, sed illa prætereà quæ sunt in tempore, afficiuntur ab ipso, ita vt deniq. ad interitum perducant̃, & certè satis cum rerum natura congruenter: nam si illorum esse à tempore superari oportet; ergo etiã deficere. Rem verò ita esse testatur communis quædã sententia quam de tempore concepimus: quippe ꝙ ita effari soleant, hæc tempore consenuisse, contabuisse, & tempus obliuiosum vocent: nam singula longiore tẽporis tractu deficiunt, & cuncta obliuione obruuntur, [a] proinde in tanta temporis diuturnitate latent multa quæ antè hac euenerunt, & deniq. illa tempori adscribimus quæ minentur interitũ cui temporis exuperatio comitatur, & illi opposita denegamus, vt quòd innouatum tempore fuerit, & quòd tempore adoleuerit, & quòd scientiam fecerit, aut [a] 1. Met.

si tempori hæc quoq. assignantur: legimus.n.ipsum πάντων βασανιστὴν, idest, omnium exploratorem appellatum, atque vsum magistrum optimum, hic verò tempore comparatur; ita etiam artes omnes tempore ad summum fuisse prouectas: at hoc infrequens admodùm est, & à sapientibus potius, quàm à vulgo perhibetur. Idcircò Simonides appellauit ἡμέρας σοφωτάτας idest, dies sapientissimos, & hoc idem docuit Plato in iis versibus, qui in eam sententiam leguntur. E

Αἰὼν πάντα φέρει, δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν
Οὔνομα, καὶ μορφὴν, καὶ φύσιν, ἠδὲ τύχην.

Cuncta tulit, nouitq. vicem conuoluere tempus
Nominis & formæ, fortis, & ingenij.

Proinde Saturnum tempori præfecerunt qui cursum & conuersionem spatiorum, ac tẽporum contineret, quem χρόνον Græci vocabant, qui item est χρόνος temporis spatium. Saturnum verò Latini, ꝙ saturetur annis. ex se.n.natos comesse fingitur solitus, quia cõsumit ætas temporum spatia, annisq. præteritis insaturabiliter expletur: quare ne immoderatos habeat cursus à Ioue vinctum fuisse prędicant, & Latini nostri sic.

Tempus edax rerum, tuq. inuidiosa vetustas
Omnia destruitis, vitiataq. dentibus æui
Paullatim lenta consumitis omnia morte. F

Itaq. Paron Pythagoreus indoctissimum tempus appellabat, siue ille fuerit, de quo meminit item Philosophus, Ateniẽsis, qui cum Heraclide fratre Cotyn interemit, vt patrẽ vlcisceretur, siue alius quispiã nihil refert, neq. παρών, idest, præsens, vt inepte nõnulli contra veteres Arist. interpretes legi voluere, quasi παρὼν, non sit ex eorum ordine quæ sunt ad aliud, & intelligendum sit vbi, & quib. aut Philosophi singularia persequantur, aut ex ꝓprio nomine viri maior dicto non cõparetur auctoritas. Et quantuis nil interire possit, quin protinus aliud gignatur, atq. interitus instituatur ad ortum; nihilominus interitus ei magis, quàm ortus adscribitur: neque.n.par est vtriusq. rõ, quòd nihil à se ipso gignitur, sed id semper oportet præstò esse quod actu cùm sit, ex eo quod est potestate, faciat illud actu esse per generationem: at aliquid ex se ipso interit, aut apparet interire, veluti mixta illa quæ naturaliter, & per putredinẽ corrumpuntur. Nanq. etsi etiam nihil à seipso interimitur, nisi fortè per accidens, vt ignis: hoc.n.supra modum naturę ordini consilioq. repugnaret, cùm oĩa studeant, vt sint, quantum fieri põt, & ambiens excitat mixta ad putredinem, quia latet opera ambiẽtis, seu propter dissimilitudinem, siue quòd non minus adiuuet, quàm damno afficiat; siue etiã quia longo temporis tractu commoueat, aut quia mixtorum interitus suapte natura putredine terminatur, interitus ille caussæ internæ temporiq. tribuitur. Neque obstat ꝙ sit generatio ex putri in qua nulla appareat gignentis efficacitas, quòd hæc ex putri multò rarius generari contingit, q̃ illa quæ ex seipsis interire videntur. Accedit eodem quòd manifestior est illa mutatio ad interitum, q̃ ad ortũ. etenim id quod interit, iã est actu, & sensibus sese subiicit: at quod oritur, nihil est: neq. nisi rõne sola cognoscitur: idcircò interitus ipsi tempori adscribitur à multitudine quæ rerũ corticem spectans, non intrat earum naturã: nã re uera per se nulla actio tempori tribuenda est; cùm sit mensura tantũ, non secus àc nulla actio sit vlnæ concedenda, ꝙ tametsi forent sexcentæ vlnæ huiusmodi, non idcirco nos calefacerent, atq. oĩs actio vel proximè, vel remotè à contrario, siue actu, seu virtute proficiscatur, nec nisi, quatenus aliquo temporis cursu corrumpentia videntur afficere. Quicquid tamen sit; patet etiã animum nostrum eò propendére, vt credat tempus ea superare quæ sunt in tempore. Ex quo item aliud afferi liceat, ea quæ semper sunt, quatenus hũi, non esse in tempore, quia non superentur à tempore; nec tempus eorũ esse metiri possit: iam.n.æterna ponuntur: eorum igitur vita superat oẽs terminos temporis: prætereà sunt id quod sunt, in eodem vestigio temporis, nec sustinet eiusmodi natura mutationẽ, aut extentionẽ cuius mensurã tempus esse nuper audiuimus: quia.s.aliud rerum genus, quàm nostrarium sit; alienum sit à potentia cõtradictionis, quanuis sit corpus, vt cęlum, vel quia careat oĩno materia, cuiusmodi sunt mentes illæ beatissimæ quæ à nobis longè migrarunt, quibus pro tempore quid præstãtius attribuimus αἰῶνα vocantes, quam mensuram facimus æternę substantiæ, quatenus æterna est, quæ idem est àc vita sine vlla perturbatione, vel macula beatitudinis, ex toto eadem permanens, de qua non licet eadem, ac de nostra prædicare. nos enim ætate & annis ingrauescimus, & ad extremum peruenimus ad interitum: manent illa per infinita sęcula, quippe quæ nulla re aliena, noxiaue tangantur. G H

De æuo nonnulla Peripateticè disseruntur. *Cap. XLI.*

VERVM quoniam eò peruenimus, vt de æuo mentionem faceremus, & ad ea percipienda quæ aggressi sumus, ipsius speculatio conferet; age & de illo nunc aliqua dicamus; quatenus tamen Peripateticę philosophiæ merita patientur. Aeui igitur quem αἰῶνα Græci vocant, sęcula M.Tullius, natura multiplex est: nam significat primum vitæ decursum cuiusq. viuẽtis secundùm naturã, vltra quẽ extẽdere vitã non licet, velut in homine spatium C X. annorum ætatem dicere queas, vnde breuis æui, ac longęua nuncupantur βραχαίωνα καὶ μακραίωνα: deinde finem totius cœli, quo comprehenditur vniuersum tempus quo cœlum mouetur, atq. id fortasse dupliciter accipi potest, aut quia spectatur tẽpus, non quatenus habet in seipso successionis imaginẽ, sed quatenus eiusmodi procrastinatio, vt ita dixerim, ad indiuiduum mentis ope contrahitur, aut quia concipitur periodus qua planetæ ad eadẽ puncta

A ĉta seorsum recurrunt. Vltimum æui significatum consummatio diuinæ substantiæ, & mensura æternitatis, quæ quidem totã substantiã continet simul, sine vlla extentione, vel permutatione, aut interitu & interpellatione ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ἄναι. (neque.n. philosophi vno excepto Simplicio differentiã ponunt inter æuum & æternitatẽ, vel quia latuerit Græcos, vt qui substantiã aliquã genitam quidem, sed immortalẽ ignorarent, vel q ij qui tale substantiæ genus approbarunt, vt Plato, etiã temporis noĩe durationẽ illã expresserunt) sed mensura æternitatis à tempore sic distincta est, quòd æui appellatione permãsio substantiæ in vno eodemq. statu notat, temporis verò noĩe permutatio: ita vt optimo iure sit accusandus Albertus, qui æuum à tempore non separarit, sed existimauerit solùm æui nomine significari tempus infinitum quod est, vt posterius mensura totius conuersionis cœlestis, tempus aũt spatiũ finitum, quo metimur durationẽ rerum ortui & interitui subiectarũ: quanuis habuerit, vnde id suspicari posset, quia 4. Phys. de tempore solùm mentio facta sit, eiusq. natura vestigata, de æuo aũt verbum nullum, cuius tamen speculationẽ locus ille suggerebat quo fuit instituta disputatio de vita rerum, præsertim vbi dictum est æterna à tempore non contineri. Nam discrepant hæc, vti dictum est. Sed non potuit ibi explicare quid æuũ foret Aristoteles; cùm adhuc obscurũ esset, sit'ne aliquod mobile æternũ, & an'ne præter substantias sensiles aliæ substantiæ reperiantur quarum mensura sit æuum. Esto igitur æuum à tempore diuersum, ac mensura propria permansionis; de hoc nonnulla quæri solent, vtputa, cùm è

B caducis quædã permaneant tota simul; alia in successione posita sint: An'ne quæ permanent caduca tamen, æuo an tempore metiamur. Neque.n. defuerunt, qui putarent oẽm permansionem æuo esse obnoxiã; solumq. eorum quę successionem habent, tempus esse mensuram. At illud generale documentũ tradidit Arist. ea subiici tempori, quæ continentur à tempore, hoc est, à tempore superantur: quapropter æuum non nisi æternorum durationẽ metietur: itaq. adiecta est item illa particula [quæ semper sunt, quatenus hũi] vt id non permansionis solius, sed perpetuitatis proprium esse intelligeremus non esse in tempore. Deinde quoniam dicitur æuum continere tanq̃ finis omnem infinitatem. At quĩ id fieri potest, cum infinito nil maius cogitari queat? necnon æuum vnà cum tempore extendatur; ita vt nunq̃ sit æuum, quin etiã tempus cum ipso non existat. Tertiò si æuum est mensura permansionis; eius erit potissimũ quæ maxima est, sicuti tẽpus mensura illius motus præcipuè qui oĩum princeps est. At nil est quod magis oppugnet naturã diuinam, q̃ vt subeat mensuram; quod.n. metimur, quantum esse oportet. Deus autem prorsus indiuiduus est: præterea tale, vt repetitio mensuræ consummet atque transiliat: quo verò pacto Deus superari potest? Quęritur insuper an cuiusque æterni seorsum æuum quoddã proprium peculiareq. sit, an vnica sit illorũ mensura cõmunis, quemadmodum vnum idemq. tempus, quod est mensura motuũ singulorum. Postremò si alterum ex his est mensura rerũ quæ tem-

C poris puncto fiunt, subitę mutationes cuinam, obsecro, erunt obnoxiæ, temporíne, an æuo? neque.n. approbo Simplicium, qui mediã quandam inter hæc mensurã accommodarit ad res, quæ inter Deum O M. cęteraq. mobilia intercedunt; quippe q̃ Arist. de oĩ æternorum genere verba faciens 1. de Cęlo solum æuũ ipsis adscripserit, & excluserit tempus. Nec certè videtur subitę mutationes subiici tempori, vtpote quæ non fiant in tempore; æuo igitur. Verùm ego ad primã quæstionem generaliter dicerẽ non oẽm permansionem æuo esse subiectam: duplex est.n. in quaq. re permansio: altera, quæ opponit fluxui, & in eo posita est, quòd oẽs cuiusdam rei partes vnà sint, veluti domus & homo, quæ pendet à materia sensili: altera manet in eo, quòd res nulli oĩno mutationi subiecta sit, sed semper in eodẽ naturę gradu conseruet, prima, meo quidem iudicio, cõtinet à tempore; & æuum ad alterã pertinere fateor, sed vtrum'ne ad eã quæ caducorum est, mox aperiã. antè.n. nosse licet in rebus caducis esse duo principia, materiã sensilem quę caussa est interitùs, & vt non sit res, cuius priuilegio res mutationi semper exponuntur, cùm circum substantiã, tum circum accidens & formã, propter quam res est, nec modò est; verumetiam æterna, si spectetur vt actus simpliciter, & ope mentis à materia segregatur, cuius beneficio res in scientiã cadunt quæ definitionibus explicant, & demonstrationibus concluduntur, cùm priuilegio materiæ sensilis ignorentur: illa diuinũ quid est, diuinæ aũt substantiæ mensurã æuum esse di-

D cimus. Aduerte verò me speciem æuo non subiicere, sed essentiã; quippe quòd essentia prorsus excludat oẽm successionem, totaq. simul sit, & indiuiduè æterno tempore permaneat; siquidem simpliciter à conditionibus indiuidui separetur; species adhuc materiã sensilem continet & cum quibusdã, licèt infinita sint, accidentibus menti subiicit indiuidua; nec per se æterna est, & tota simul; verùm æternitatem adepta est ex indiuiduorum successione. Verùm quia cęlum partim immobile est, partim mouetur: eius etiam naturæ ambiguitas nos ancipites reddere posset, cui nam ex ipsis subiiciatur; vtrum'ne vni duntaxat, an vtrisq. ꝓpter diuersas rõnes, velut illa de quibus anteà dictum est. Non videtur negare Themistius cęlum tẽporis subire mensurã, si motum respexeris, & q̃uis eius motus vniuersus vnus sit, idemq. perpetuus; tamen quia terminos habet; propterea fieri, vt cum tempore aliquã habeat affinitatem, quæ tamen sit vt effectus, & vt aiunt, à posteriori, quia motus ille est mensura tẽporis, vt caussa, & à priori: ac si vniuersum motũ spectes; ita illius esse mensurã, quia cum illo extendatur: idcirco illius vnius mensura interna est; aliorum verò externa: siquidem per instans ducatur, quod est præsentia mobilis illius quod cõuertitur in certo spatij termino, & alia oĩa ad ipsum referuntur, quæ tempore continentur. At Simplicius id habuit suspectum, quia sic non magis esset tempus in motu, q̃ motus in tempore. Vana quidem obiectio, quia nec id absurdum reputabit Themistius, dum non sit eadẽ rõ, quia motus à tpe contineatur, & tempus à motu. Verùm si rei naturam consulas, & aduertas id quod est esse in tempore, est aũt contineri, & superari à tempore; certè motus vniuersus nullo modo erit in

tempore,sed quia nos illum motũ,veluti finitum concipimus,temporiq. fines imponimus, & vtrunq. maius,minusúe facimus pro nostræ cogitationis arbitrio,quanq̃ ad motum diurnũ & parteis eius oẽm terminũ videmur cõmodare; nostra quidem sñia dicendum est æuum ꝓpriè concedi viuentibus,vt apparet etiã ex eius definitione quæ est,interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio; deinde æuũ etiam spectare videtur ad ea quæ,tametsi non viuunt; sunt nihilominus sine vlla mutatione, vt essentiæ rerum. Proinde cęlum quia viuit, æuo expositũ est. Quæ verò aliquã mutationẽ extensionemúe præseferunt,ea temporis obnoxia ponimus. Verùm hæc aut habẽt tempus ante se, aut sunt caussa tpis. Quòd si tempus illis supponatur,hæc esse prorsus in tẽpore,quæ verò sunt caussa temporis;ea esse quidem in tẽpore,sed vt ad nos,non ad rei naturam: sic motus cęlestis cùm sit caussa temporis,est in tempore hoc posteriore modo. Quare statuemus quoad nos conuersionem terminos obtinere,& partium priuilegio tẽpore concludi. Neq. Simplicius obstat, vel quia tẽpus addit extentioni motus rõnem mensuræ,licet à posteriori; vel ꝙ nõ vt totus mensuræ obnoxius est,sed meritò partiũ,& quà terminis quibusdã circunscribitur. Secunda difficultas ambigui significatione profligatur. Nam quod dicitur æuũ continere tempus,aut ita accipiendum est;quoniã æuum tempori præponatur, tanq̃ natura prius, non aũt contrà: siquidem æuũ natura prius sit,q̃ tempus;quemadmodũ actus & essentia, quorum mẽsura est æuum,sunt natura priora,q̃ potestas & fieri,quorũ mensura est tempus. Aut etiam sic intelligemus æuum cõtinere tempus,ꝙ Simplicio teste æuũ contrahit in vnũ,& iungit vniuersam tẽporis successionem,sicuti centrũ iungit infinitas lineas ad se à circunferentia productas. Aut tertiò infinitum accipit non vt à veteribus acceptũ est,quod.s.excedat oĩbus finibus,sed quod in successione positum est, & ab alio finiri põt & tale est tempus; itaq. cùm pręsens finitum sit nunc, & huic aliud successiuè queat accedere,æuum perpetuò sit idem, iã æuo finitur tempus,& ideò continetur. Diluitur obiectio tertia sic. Nam quod mensuræ subiicitur, est necessariò quantũ, aut cum rõne quanti concipitur, velut in eo diuisio notatur; sicut cùm summę illius mentis perfectionẽ metiri volumus, in gradus quosdã partimur, & eos designamus per priuationes quæ in aliis ab ipso sunt. priuationes aũt nobis ex opposito habitu patefiunt. Itaq. cùm Deus sit vnus & indiuiduus, quæ carentiam multitudinis & successionis indicãt, eo quidem modo quantitatis rationem præsefert. Et æuum igitur,quia nobis describit in Deo carentiã successionis & multitudinis. sic referuntur mensura, & id cuius est ad quantum: quandò hæc negatione notare oportuit; cùm de his affirmatio superet captum mentis humanę. cognitio quidem spuria, & imbecillis, ac tenuis,si modum cognoscendi respexeris: at si rem quæ cõsideratur,expendas; omniũ maximi facienda,nec tamen anteponenda simpliciter,vt aliquãdo placuit Proclo. [a] Quòd autem mensura superare debeat; iam quo pacto id vsu veniat,quia.s.quo ad nos,anteà diximus. Quanq̃ & hoc loco quærere posfis. Si æuum aliquid est ipsius Dei; sit'ne ab ipso distinctum? neque.n.ita videtur,quòd quicquid est in Deo,Deus est,cùm re & essentia sit vnus; idem verò esse non potest, quia mensura solet ab eo disiungi cuius est. At inquam ego,hæc differre solo connotato (sic.n.voce trita apud Latinos nostros characterem interpretor) significat.n.solùm ipsam naturã diuinam,quatenus priuata est terminis alienis successione & multitudine,sed ipsa per se & essentialiter est terminus; ea verò ad substantiã diuinã nihil adiungunt: sunt.n.priuantes habitudines. Quòd si mensura videtur esse ab eo secreta cuius est; etiam quo pacto mensura est, aliena ponitur à Deo: est autem hũi, quia nos id quod vnum est in Deo,cogitatione disiungimus; etenim alia via naturã diuinam exprimere non licet. Aeternorum verò singulorũ æuum esse ꝓprium non opinor,sed cùm reliqua oĩa pendeant à Deo,quia sint aliquo modo,vt posteà dicemus; etiã crediderim,quemadmodũ Deus est oĩum mensura,ꝙ ad ipsum cuncta referuntur ordine quodã, sic æuum quod est Dei mensura tanq̃ ad vnum,& ordine quodã cęterarũ mentium rerumq. essentiã permetiri. Dictat etiam ratio rem sic habere. Nam sic se habet æuum ad essentiã,sicut tempus ad motum. Verùm vnum tempus est quod est primò conuersionis, & primi motus, mox aliorum motuum; Sic etiã æuum erit primò primæ essentiæ & Dei,deinde essentiarũ reliquarũ. Ad vltimum hæc dicit Auerroës,illas mutationes ꝓpriè pro terminis motuum nõ esse in tempore, sed in temporis puncto,sed enim nõ repugnare tempus,si cum iis motib. copulentur, quorum ipsæ termini existunt: etenim meministi nullã mutationem apud Arist. extare per se, sed ex alio motu perpetuò pendẽre. In Auerroëm nonnulli inuehuntur. Nanq. etiam mutationes istiusmodi aliquã speciẽ pręseferunt à motu disiunctã,vtputa illuminatio aliquid est à Solis latione diuersum: ideò volunt siquid in tempore futurum sit, sat esse,si superet à tempore. quod cùm hisce mutationibus accidat, illę quoq. in tpe optimè collocari poterũt. At verò mihi videtur,Arist. præter hanc ipsam conditionẽ statuere tempus numerum motus,& eius aliquid esse, & iunctum esse cum quodã progressu mobilis. Alij dicunt ea quæ sunt obnoxia transmutationi, cum tempore adæquari. quæ verò in temporis puncto existunt, in tempore quidẽ esse: verùm non esse paria tempori. Atqui Arist. tribuit tempus rebus, quoad sunt in fluxu; terminos vult respondere momento;atq. ea quæ sunt in tempore, nonmodò statuit esse æqualia tempori,sed etiã superari à tempore. Idcirco cum Auerroë dicerem; hęc veluti per se non subsistunt, sed in alio sunt; ita non esse in tempore per se,sed eorum beneficio à quibus pendent: cõsequuntur.n. motus naturales; ob id etiam sunt obnoxiæ tempori. eodem modo de formarum functionibus dicere oportet: etenim per se indiuiduo consistunt,& in temporis puncto sunt; non in tempore, sed propter materiã,cęterosq. motus in quibus adhærescunt,tempus illis adscribi potest. Hæc sunt quæ mihi Peripateticorum placita suppeditant; reliqua quę adiiciuntur,aut Platonica,aut è Theologorum fontibus hausta: soli.n.illi maiore lumine viam pręmonstrante norunt genus earum rerum quæ creatæ quidem

sunt

[a] 5 in Tim. 1. de part. an. c. 1.

A sint, sed immortales, quas æuiternas nouo nomine appellarunt; vnde etiã duxerunt æuiternitatem quę foret earum mensura: latuit hoc substantiæ genus Peripateticos: ideò nulla certa ratio nobis succurrit qua personam illorum sustinentes aliquid Peripateticè profiteri de hac mensuræ specie valeamus.

Quemadmodum tempus metiatur quietem. *Cap. XLII.*

MOTVI quies opponitur, ita vt sub eodem genere sint, sicut habitus & priuatio: propterea dubitari potuit, an'ne quies habeat affinitatem cum tẽpore, an sic tempus ad motum pertineat, vt illum speciatim respiciat, an præterea cõmuniter quietem complectatur: nam significamus etiã nos per verba tẽporis spatiũ quo quieuimus; velut ego quieui ruri biduum. Dubitatio quidẽ plana, vt vides, sed ita obscura est sententia Philosophi, vt quid non approbandum sit, magis occurrat, q̃ quod placeat. Primùm quidem quia variis modis accipitur quies: etenim in quolibet motu quies est significata per formã quæ est terminus eius motus, & ad quã obtinendam mouet corpus quęcunq. fuerit eius species: sic.n. quies est, vbi per lationem ꝓpria sedes parata fuerit, infrà grauibus, leuib. autem suprà. & manet semen, vbi formã plantæ contraxit, atq. vbi peruenimus ad iustã magnitudinem, quiescimus, ac ne multa dicam; quiescimus etiã, vbi procedentes ad albedinem, & ad omne genus formæ illã adepti fuimus.
B Secundò quies est, vbi quod anteà mouebatur, non amplius agit, nec dum forma contracta quasi manet in medio motu; eaq. est vel ex natura, vel cõtra naturã, quod.n. albescit, per se quiescit in albedine, si fortè quiescat in viriditate, quies est contra naturam. Tertiò quies est immobilitas, vt in polis, & axe mundi. Deus item immobilis prorsus est. Totuplex ergo potestas huius vocis ambiguum lectorẽ reddit; an'ne de cõi significato quietis, & de quónam potissimè verba faciat Aristoteles, & sit'ne idem modus quo metimur oẽm quietem. Rursus exorit controuersia de modo quem in ea re explicanda tradit ipse Aristoteles: primùm, ꝙ incertũ est, vtrùm per se quietem, quæcunq. illa fuerit, tempus metiat, nec'ne: videtur.n. contextus initio [a] Philosophus asseuerare tempus esse mensurã motus per se, quietis verò per accidens. Sed infrà quoq. obseruamus Arist. non ponere discrimen inter motum & quietem ea rõne qua subeunt mensuram, ᾗ κινούμενον, inquiens, & ᾗ ἠρεμοῦν. i. quà mouetur, & quà quiescit, & addere eã vocem quæ significet non solùm per se, verùm etiam primò. & esto quòd tempus metiatur quietẽ, siue per se, seu per accidens; quis etiã sit iste metiẽdi modus, vel quia seipsam per se menti obiiciat metienti, & numeranti, vel per motum: atq. vbi per motũ, vel per eum cuius est priuatio, vel per alienum, vt cœlestẽ; vel etiã, quia tempore concludat propter eum motũ qui illi præcedebat, & ꝓpter eum qui subsequitur. Accedit & illud quod Alexandro negocium facessit; an'ne tempus ita se habeat
C ad motũ, vt eius & numerus & mensura; ad quietem verò quia sit mensura tantum, non aũt numerus; est autem numerus plus nescio quid, q̃ mensura, quia præter continuitatem addit item mensuræ discretionem & multitudinem. Hæc.n. exploranda sunt vniuersa; & singula patronos & auctores habent. Equidem à certioribus incipiam & admonebo primùm cum Arist. ipso non oẽ genus immobilitatis hîc cõprehendi, sed eius partẽ quæ propriè quies appellatur: horum discrimen olim fuit allatum: ex quo efficitur, vt ea sint obnoxia tempori quæ modò quiescunt, aliàs mouentur; ea verò sunt caduca, & generatim quæ potestatẽ & contradictionem admittunt, quatenus quiescunt.i. cùm aliquando mouerent, nonnunq̃ etiam quieuere, atq. ita vt eiusmodi quies à tempore superetur, & quà denique est absentia motus; nanq. iam dictum est, vt tẽpus mensura sit aliarum rerũ præter motum, & quorum deniq. esse in motu continetur. Præterea tempore simpliciter excluditur corpus cœleste, cùm ꝓpter motum, qui perpetuus est, tum ꝓpter illã quietem quæ toti secundùm formã tribuitur: nec encerem quietem præter naturã, quòd hæc maximè requirit motum, aut factum, aut eum qui fieri possit in oppositum, propter potentiã quæ respicit vtranq. partem contradictionis quæ posita est in materia, quemadmodũ terræ partes, etiamsi in suo loco quiescant, quia tamen immutari possunt, & aër quandoq. fient, etiam possunt moueri sursum. His ergo sic positis, de modo quo tẽpus quietem metit, verba facere oportet.
D Videtur autem docere nos Arist. tempus metiri quietem per accidens. Hoc ego non ita speciatim cum Auerroë interpretarer, sicut tempus esset numerus huius motus, si res moueretur; sic dum res quiescit, etiam tempus esse numerum eius quietis, quia tantum fuisset motum, si moueretur. Nam si motus illi oppositus nunq̃ mihi notuerit; vnde illius quietis notio ad me perueniet? ideò latius accipiam notionem eius quietis ex quocunq. motu in alio, & per spatium indefinitum, & etiã ex motu cęli designabo, cùm dixerim quieuisse duabus horis, atq. ita, vt.s. in quiete prius & posterius notetur, velut in motu & numeranti sese offerat per motum; nanq. eadem est mensura oppositorum, vnius quidẽ vt habitus per se, alterius vero quod est, vt priuatio, per absentiã habitus quæ ponit semper, & reipsa, & in mente rationem habitus, & formam. Perinde ac si forma, vel functio spectari possint, & per se vt actus quidã, atq. vt absentia motus, & successionis, & hoc modo vel simpliciter, vel cum ordine ad prius & posterius: & primo quidem modo non est quies; secundo modo est quies, sed nondum tempori subiicitur; nam respondet termino & instanti, nisi quatenus accidit vt superetur à tempore, sed si in ea considero extentionem & durationem, & hoc, quod ita se habeat posterius, quemadmodum se prius habebat, non vt eueniebat in motu, in quo partes immutantur; iam illi tribuo tempus, quod item sibi supponit motum, siquidem quies sit eius priuatio, nec sine motu queat intelligi. Cùm ergo tempus sine motu non consistat, & quies sine motu non intelligatur; ex hoc efficitur, vt tempus quieti sine motu non possit aptari. Vel secundò dicam sic subiici tempori quietem, quòd est in eo quod potest moueri,

[a] 4. Phys. T. 128.

quoad huiusmodi.i.habita ratione facultatis,non actus,vt fecit Auerroës,& sic mihi videtur adscribere tempus quiesi Philosophus. Sic efficitur,vt sit vtriusq. mensuræ eadem ratio. Neq. verò quia tempore contineantur,idest,à tempore superentur hæc quies, & hic motus, quia nec sic propria vtriusque mensuræ differentia foret: nec item,quia notetur extentio substantię,& eius premansio in quiescente, & coniunctio perpetua cum aliqua functione, & motione simpliciter, quia præterquamq; non omne quiescens habet functionẽ quę sit motus,sed ἐνέργειαν, vt partes elementorum,quando sunt in suo loco,quæ est ἀθρόον quid,& per se tempori non subiicitur; vnde neq. etiam potest esse caussa, vt priuatio tempori obnoxia reddatur,quia si non habitus & priuatio,multò minus etiam simpliciter à tẽpore separari põt. Neq. arbitror ẽt priuationi per se tribui extentionẽ illã sine ratione motus,vel cuius ipsa est priuatio motus quicunq. ille fuerit, neq. illã extentionẽ motui cũ quiete cõem esse: qm̃ æquè foret mẽsura quietis & motus. Nec illud approbo,quod alioqui video placere Simplicio,motũ esse idem,ac suũ esse ꝓpter fluxũ,qui motus essẽtia perhibet in quo imago quietis appareat: quandò ẽt priuatio foret idẽ àc suũ esse,vel nõ esse; ob eamq. rẽ, neq. fluxu priuatio excluderetur, sic nõ entis quoad nõ est, esset aliquod officiũ, aut eius quod totum est simul; existeret fluxus. Neq. illud obstat, quia dixerit Arist.tempus metiri,quod mouetur & quiescit,quatenus mouetur & quiescit,vt credas per se tempus esse mensurã quietis; quandoquidem ea vox solùm notat rõnem, vt aiunt, formalem, propter quam id quod quiescit,tẽpori obnoxium est. hæc autẽ longè differt ab ea ratione per quam motus ipse subit tempus. id autem volo dicere,notari temporis attributionẽ ea voce quæ ad motum & quietem communiter pertinet; nõn autem caussã propriã eius attributionis, quæ in vtroq. diuersa perspicitur. Iam verò differentia quam ponebat Alexander inter mensurã & numerum, quorũ alterum motum & quietẽ cõmuniter cõplecti testabatur; alterum verò motus vnius ꝓprium; inane prorsus est. siquidem pronunciarit Arist. tempus metiri idem esse àc numerare, & esse in tempore idem esse àc contineri à tempore,& quod ipsum metiatur tempus, & esse in eo, sicut in numero. Et quamuis illud obiici potuisset. si tempus est numerus motus,quod igitur est in tempore, videtur moueri,vnde suspicari possis quietẽ, aut in tempore non esse, aut tẽpus non esse numerũ motus; idem non esse planè dicimus esse in motu, & esse in numero motus; veluti neq. idem est motus,& eius numerus,ita prorsus est. quod est in motu,moueri,quod est verò in eius numero,non necessariò,sed fieri põt,vt quiescat,non potest tamen esse in tempore,nisi motu subintellecto,quemadmodũ diximus nuper. Fieri etiam potest,vt ex suiipsius præcepto cùm sit vtriusq. mensura; præcipuè verò motui; illud in definitione sumptũ fuerit, ad quod præcipuè pertinet; attamen quies non excludatur. Hactenus audisti quatenus quies est obnoxia tempori. transeamus ad alia nunc,& scrutemur, vtrùm in tẽpore sint,nec'ne. Certè ex iis quæ iam constituta sunt,canones perspicui colligentur. Si.n.tempus est mensura motus & quietis; ergo quæ mouentur & quiescunt,quatenus hũi, erunt in tẽpore: at cùm in illis spectari posit extentio duplex,magnitudinis nimirùm,& durationis,illud autem quod subit mensurã,propter extentionem quandam illi subiiciatur; profectò non quia continuum,erit in tempore, sic.n.potest cogitari totum simul, sed vt continet durationem: metitur.n.tempus,quantus sit motus,aut quies eius,idest quanta sit succesio & cum prioris posteriorisq. notione; siquidem hoc sic duratio. Quamobrem id quod erit in tempore; necessariò quoq. mutationi & quieti exponetur. ab opposito igitur quæcunq. non subeunt motum & & quietem,tempore arcebunt. hũi verò sunt beatæ mentes,& substantia corporis cęlestis. Perspicuum verò est hoc; siquidem esse in tempore est,quòd ipsum metiatur tempus: id verò nil aliud est,quam ꝙ eius motum, vel quietẽ numeret tẽpus,atqui in his motus,aut quies non inest; ergo neq. illorum mensura,neque tempus igitur. Quo pacto æterna sunt extra tempus, ita ea quæ non sunt necessariò, sunt extra tempus,& ea quæ fieri nequeunt. cùm cęteroqui contingentia, quamuis futura non sint, propter potestatem quæ illis inhæret ad id,vt sint, quoquo modo pendeant ex tempore. cùm.n.fieri possint, ac si actu sint,sumere ipsa licet,& ita subeunt eandem rationem,atq. illa quæ modò sunt,mox non erunt; & vt vno canone oĩa complectamur. Quæ sunt in tempore,illa sunt quæ vnà opponuntur iis quæ semper sunt,& iis quæ non semper non sunt,quæ.s.nec semper nõ sunt,nec non sẽper sunt,hoc est,caduca. Atq. hæc ipsa caussa est, cur non per omnia tempus pertinere videatur: nam cùm tempus sit habitus siue affectio motus; ea verò quæ non semper non sunt, neq. non semper sunt, motui soli subiiciantur; ob id etiam hæc in tempore esse dicuntur,aut tempus in his,velut mensura in eo quod metimur,& numerus in rebus numeratis. Quamuis autem in suis locis elementa morentur, at moueri possunt, & id sat est. sibi.n.respondent pro portione tempus,& motus,siue actu ille sit,seu etiã potestate. sunt.n.in loco; at hæc aut mouentur,aut moueri possunt: quocirca tempus ad ea pertinet,quasi pari ratione: nam quæ moueri possunt, quatenus huiusmodi, quiescunt. Etenim hunc sensum arbitror esse eorum verborum; tametsi voces, quibus hanc rem expresit Arist. acerrimè torserunt interpretes: quamobrem nonnulli è Græcis talem sensum eliciebant. sicuti motus actu est,vel potestate,nempe cùm manet res,vbi actu moueant,ibi sit tempus actu,vbi verò potẽtia,quòd ibidem sit potentia tempus. At nonne etiam terra nunc est in tempore actu, & quietẽ quoq. tempus metitur? Idcirco Simplicius accipiebat quietẽ non tanquam priuationẽ proximam motus,sed eius, quòd esset quod item à tempore comprehendi solet,veluti sunt ea,quæ nõdum genita sunt, sed latent in sinu caussarum efficientis.i.& materiæ, necdum generantur, quia tum simul etiam forent per se in tempore & actu. quandò tempus etiã generationis mensura sit. cùm illi item conueniant velox,& tardum,quæ significant tempus. At verò quod ita se habet,est simpliciter non ens; quomodo igitur illi quicquam tribui potest? Alexander autem immutauit

A mutauit lectionem,& pro eo,quod erat [tempus,& motus] restituit [locus , & motus] nec vidit locum & motum è proportione inter se non respondere . vbi.n.est actu locus , non adest nisi in potentia motus,sed quies: vbi contrà motus in actu sit,& locus adest potestate : nisi dicat accipiendas esse collectim dictiones illas,locum,videlicet,& motum,& distribui seorsum per actũ & potestatem. Auerroës autem videtur sumpsisse verba philosophi generatim : quasi non fiant de tempore & motu terræ , aut aquæ,sed quòd ita cõiuncta sint motus & tẽpus,vt prout motus se habuerit, ita & tempus esse affectũ. si fuerit motus, fuerit quoq. tẽpus: ac si hic futurus sit : illud item esse futurum.sed inuertit verba con textus: nanq. Arist.ex singulari eorum motu & loco probat illis conuenire tempus. Spectemus igitur an'ne alia expositio congruat cum eo dicto. Dictum verò est suprà,tempus esse numerũ motus & quietis,sed motus per se,quietis autem per accidens eo modo quem nos antè ostẽdimus. illud autem quod quiescit,verè posse moueri : quapropter,vt quiescit,& habet potestatem ad id,vt moueatur , sic esse in tempore. Cùm igitur hæc maneant,& potestatem ad motũ obtineant,quomodocunq. sit in illis eiusmodi potestas, quatenus quiescunt, ibi etiam tempus esse potest : nanq. ibi adest motus,siue actu, seu potestate. Ita igitur refero verba illa, non ad vtrunq. simul, vt.s.tempus in actum potestatemq. diuidatur, sicut & motus ; verùm quòd tempus & motus vnà sunt,siue motus accipiatur actu, seu potentia,veluti dum est quies. & ita verba contextus interpungo. ὁ δὲ χρόνος καὶ κίνησις ἅμα. idest,tempus autem & motus vnà. refero ad motũ ea quę sequuntur, κατὰ δύναμίν καὶ κατ' ἐνέργειαν. secundùm potestatem & actum , atque horum habitum dicimus esse tempus ; siue passionem,& aliquid denique quòd alij tribui solet; quasi impetrarit, quòd sit à motu , quasi sit vt accidens in subiecto sine quo esse non possit ; nam semper respicit motum, siue actu, seu potestate consistat. [a] 4.Phys. T. 130. B

Verùm tempus sine ope animę subsistat , nec'ne. *Cap. XLIII.*

SI tempus est numerus,atq. ille quidem, dum numeratur : prius.n.& posterius in motu numerare oportebat ; numerare aũt animæ officium est,nec cuiusuis,sed aut mentis,aut certè perfectionis cuiusdã facultatis, quàm sit sentiens ; ergo anima sublata numerus auferatur necesse est : nanq. numerante sublato numerabile quoq. necessariò tollitur ; idcirco & tempus . Atqui mirum videtur anima sublata tempus euerti,quia tempus affectio quædam sit substantiæ naturalis,& aliquid motus,quę quidem reipsa subsistunt,neq. profectò minus moueretur cęlum,si anima nulla esset,aut hodiernus circuitus esset horarum quattuor & viginti,quàm modò sit,dum anima est, & numerat prius & posterius in motu . Propterea scire licet numero ablato numerabile quidem actu tolli , sed tamen potestate numerandum superesse non secus , atq. scientia sublata superstes sit id quod sciri potest. [b] Verumenimuerò C solutio hæc admodùm infirma est, nisi aliquid accedat auxilij ex his quæ adscribentur : nam quia sensus,& sensile sic inter se referuntur,vt actu sensile sensum actu requirat,& sensile potentia parẽ quoq. sensum postulet. idcirco sensu vtriusq.modi sublato vtrunq. genus etiam sensilis necessariò tolleretur. itaq. & numerante sublato, quod cum actu, tum potentia sit,omne numerabile posset auferri ; distinguendum adhuc est de sensili in potentia secundùm formã,idest respecto solo attributo illo quo refert̃ ad sensum,aut secundùm materiã,idest,eo cogitato cui tale inest attributum. nã sic accipitur 2. de An. id quod dicit̃ secundùm materiam. Nec audiendus est Zimara qui putauit Antiquorum sñia,positam fuisse habitudinem inter sensile potentia,& sensum.propterea sensile secundùm formam accipiẽdum: id.n.solùm interit anima deficiente , siue actu, seu potestate sit. Sed si materiam ipsam respicias, nulla fortasse necessitas vrget quæ facultate oĩ numerante sublata sensile item & numerabile tollat . quamobrem sic etiam dandum est anima sublata quæ sit numeratura,superesse tempus : attamen & ea rõne qua potentia est,& secundùm materiã ita pẽdet ab anima,vt si fingi possit animã non esse simpliciter ; tempus quoq. nõ fuerit. illa.n.est principium,fons,& origo oĩs motus ; eum verò cõsequitur tempus. tolle animã ; iam protinus tolletur motus ; tolletur etiã & tempus ; non sanè , quia sic numerans auferatur ; verùm quia tollat̃ appetitus summæ perfectionis quæ manet in Deo,qui modis oĩbus est immobilis, vnde vniuersi motus emanant : ab hoc.n.tanquam ab amato, & mente concepto pendet cęli motus amantis & intelligentis , quæ certè sine officiis animæ cuiusdã præstari non possunt ; ab eius autem motu reliqui oẽs deriuantur. sic caussam duplicẽ temporis accipimus ; eam quę materiæ locum teneat quæ motus est,& efficientem quæ ponitur anima. ac didicimus vt tempus secundùm formã pendet ab anima actu numerante,secundùm materiam verò ab anima per motum. Quamobrem hîc obseruare potes errorẽ Latinorum propemodum cõmunem qui putant etiam animam à qua testatur Aristoteles produci tempus,accipi tanquam numerantẽ : quasi verò sublata facultate numerante simpliciter,ita vt aboleretur eius actus ac potestas ; fore vt aboleretur actus, atque potestas rei numerabilis, & proinde tempus,cum vt actu, tum ẽt sit potentia numerabile ; & ob id vniuersa rõ & essentia temporis : neque enim tempus ea ex parte tolleretur qua respicit materiã per instantia existens, nisi oẽm potestatem ad numerũ periisse cogitaremus quæ motu ipso fundatur : nam certè hęc,quanuis anima numerans extinguatur , adhuc restaret . illud.n.quod nos pro materia substernimus tempori , est ordo partium motus secundùm prius & posterius, quod profectò , licèt anima sublata rationem numerabilis non retineret ; at aliquid per se foret,quod si produceretur anima,numerari posset. Atq. vt à numero non recedam, cuius exemplar est tempus . Obseruare potes in numero duplicem productionem apud Aristotelem, D alteram, de qua 3. Phys.quæ exoritur ex sectione continui in minores parteis subinde proportione sibi respon-

[b] C.de ad aliquid.

respondentes,atq. alteram ex eiusdē continui repetitione : illa quidem est ex natura , & per se consistit E & numerus est materialiter ; quippe q̄ sic multa vnà existant; posterior ex actu animæ nascitur , & est formaliter numerus,nec sine anima conseruatur. Ita de tempore dicendum censeo. Cęterùm si ita est, quemadmodum diximus , cur accipit Arist. in temporis definitione numeri ipsius rationem? vitiosa certè sit definitio quæ parteis quasdā cōprehendat,sine quibus definitum constare possit . An ita factū puto in definitione temporis, quemadmodū fecit aliquando Aristoteles, cùm definiret colorem : nam sicuti color accipitur,vel quà visilis,vel secundùm materiā, & quà visilis dicitur habere vim mouendi actu pellucidū,quo pacto definitus est 2.de An.secundùm materiā verò ponitur extremum actu pellucidi,atq. ita definitur Lib. de sensu ; sic tempus subit vtranq. rationē, & secundùm formā respicit animā ; secundùm materiā verò etiam sine anima consistit : spectatum verò fuisse dicimus 4.Phys.tempus secundùm formā; ideoq. per animam fuisse definitum. non ob aliud sanè,quàm quòd ita sumptum manifestius est , q̄ si sumatur secundùm materiam : licèt & id eius quod vere subsistit , ab hac definitione comprehendatur. Hinc præbetur occasio tollendi controuersiam propositam. Vtrum'ne tempus in anima sola subsistat. an extra animā sit,quæ sanè difficultas agitauit Auerroëm,& Albertum : nanque opponebat Auerroës temporis essentiā in numero esse collocatam : at numerus sine anima esse nequit, nec tempus igitur . Rursus quia quicquid ex toto non est , sed ex parte duntaxat, est in anima solùm, eius.n.vis est cogere dispersa, & præsentia cum præteritis futurisq. iungere ; tempus aūt est huiusmodi,& Albertus contrà. F Quia si tempus in anima foret solùm; ergo ad nullum prædicamentum referri posset. refertur aūt ad quantum. Præterea cessante omni animæ functione tempus actu non esset,sed potestate tantùm : quare & eius opera esse quidem possent,neq. tamen essent. sic nō consenesceret homo,si cogitatio nulla foret,quod tamen dici nullo modo potest. At verò siquid est numerabile in mente ; ergo aliquid est in rebus, quapropter numerari possit,nec secus, àc si paries visilis est, adesse oportet quoddā principium , per quod aspici queat . Rursus quia nec illud necesse est, vt altero sublato ex iis quæ inter se respiciunt,fundamentum habitudinis destruatur . Quinetiam vacante oī opera mentis in motu sunt prius & posterius , è quibus oritur tempus . Obiecta quoq. ex acceptis sine vllo negocio euertuntur. quandoquidem si tempus in actu sumatur ; in anima subsistit ; si verò materiam respicias, est vtiq. extra animam. & Auerroës in eo deceptus est,quòd putauit vniuersam essentiam temporis in numero esse positā, cùm in eo tantùm resideat eius actus per quem sese offert cognitrici facultati , vt si coloris actus in eo maneat,vt visilis sit, & color per illiusmodi actum definiatur , eo certè non consistit natura coloris,sed per illud nobis aperitur,vt expleatur alterum munus definitionis , quod spectat ad perspicuitatem. Quid etiam si dicamus conuenienter cum his quæ olim de actu secundo decreta sūt; G cum colorem,tum ēt tempus pari rōne definiri per actum summū per quem etiā omni perfectione cumulata sunt? nam quòd extremū perspicui terminati sit color,in caussa est,vt afficiat visum : sic quòd sit prius & posterius in numero,ponetur eius caussa,quòd numerari possit . ita per vtrunq. actum tempus exprimetur : nam secundus requirit primum , & simul & rei naturæ , & captui nostro consuletur. Præterea falsum assumpsit Auerroës. Quicquid ex toto non esset,sed ex parte solùm,in anima prorsus esse. quia cōmune id esset omniū eorum quæ in successione posita sunt : ita motus in re nihil esset , sed in anima tantùm,nec vidit id quod ex toto dicitur existere,duplex esse vel secundùm vniuersas partes simul,quod tantùm cōtingit permanentibus,vel secundùm oēis parteis successiuè,quod iis accidit solùm quæ successione consistunt.quanquam neq. propriè talium parteis existunt, sed termini partium; Quoniam verò termini illarum sunt vel actu , vel potestate, & diuisiones, aut coniunctiones; sunt per terminos copulantes , & potestate ; sic motus est per mutatū esse quod est finis præteriti,& initium futuri : quare præteritum est,quia fuit præsens per illud mutatū esse,& erit futurum,quòd erit per instās quod tum pręsens erit : atq. id cum in qualibet parte motus notari queat ex illo efficitur,vt totus extiterit, licet non sint omnes eius partes vnà . Idem quoq. de tempore dicendum est . Ergo satis est, si ea quorū est successio,sint hoc modo : nec ob id in anima subsistunt. quāuis planè fatear oēis parteis eorū simul in anima sola residere, quia tametsi continuè labuntur , imaginem sui tamen in phantasia relinquunt,& eius ope in vnam speciem,atq. illam quidem indiuiduā à mente coguntur, sed de hoc modo H quo res ipsas esse contingit,nihil agimus in præsentia. Neque nostram sententiam oppugnant ea quę obiecit Albertus,quia si quatenus est in anima,est imago tantū, & ad nullum prædicamētum refertur; at nos etiā illi tribuimus,quòd alio modo sit,& extra animā . & damus ipsum non esse tēpus actu, hoc est actu cognitum,& in actu perfecto,quo pacto diximus definiri tempus ipsum 4.Phys. oī animæ functione cessante,sed tamen nil simpliciter fore negamus ; etenim illud perpetuò manere dicimus, quod eius stratū facimus,& in eo partium seriē,ex qua tempus extat. Quæ verò à Iunioribus afferuntur,sententiā nostram confirmant,quia forma illa significat potius actū secundùm,q̄ primum,neq. sic tamen, vt primus excludatur,vt visile indicat,non actū quidem primum coloris,sed secundùm : quare, quemadmodū visile non esset sensu sublato, & sic in anima solùm permaneret, aut per animā foret ; id verò quod de primo actu obtinet , anima etiam pereunte superesset ; sic de tempore concludendum est. Quamobrem,etsi in actu secundo esset imago,& species tantùm,& in nullo prædicamento contineretur : at in actu primo est prędicamentum. Et sigillatim ad obiectionem secundā : quanuis Aristoteles distinxerit tempus & motum per actum & potestatem : detur.n.id nunc reluctantibus interpretationi nostræ,& ob id concesserit Iandunus,tempus fore potentia anima ipsa feriante; respondemus sic tēpus fore , vt in potentia sit superstes , ea scilicet quæ dirigitur ad actum.secundùm tamen illud item esse in

potentia

A potentia prima: prorsus inficior. nanq. ordo ille qui verè est essentia temporis, tanquam coloris extremum perspicui terminati, superest, & reipsa totum est, licet per successionem subsistat, quemadmodum diximus.

Vtrùm sit idem tempus omnibus commune, an cuiusq. proprium. *Cap. XLIV.*

ILLVD verò omnium difficillimum ad decernendum de tempore. Vtrum'ne sit vnum omnium cõmune tempus, cùm sint multa mutationum genera circum substantiam, quantum, quale, & vbi; & in hoc vel elementi, dum gignitur, vel postquàm genitum est quæ omnes in tẽpore fiunt, atq. ita vt omnes simul fieri possint: an singulę propriũ quoddã tempus sibi vendicent quod ipsas metiatur. ac si vnius mutationis numerus, & tempus vnum; quæ'nam illa sit, quòd si oĩum etiam reliquorũ mensura ponatur, sit'ne oĩum vno modo. Non.n. putaueris oĩum, eo quòd tempus vnum est, quòd si singulorũ numerus esset, plura etiam tempora simul esse viderentur, quod sanè fieri nequit; nisi vnum in altero contineatur, vt pars; nec vnius item; quandò omnes tempore fiunt, & possunt fieri simul. Et ad eam quæstionem respondet Aristoteles; veruntamen vt eius sñia, quanuis perspicua, contineat recessus abditissimos. Ipse igitur dat vtrunque, & omnes motus esse in tempore, & vnum esse oĩum tempus. ac B primi quidem ratio hęc esse põt: nam tempus non est numerus lationis, nec alterationis, quatenus hũi sunt, sed est numerus motus, quatenus motus est, qui mentis auxilio à singulis eius partibus seuocatur, vbi igitur adsit ratio motus, ibi quoque necesse est adesse mensurã illius, quod est tempus, ea.s. ratione qua motus illi continuum quid sunt, non aũt, quia multi. nam quatenus eã multitudinis rõnem præferunt, numerus eorum est, ille nimirum qui cõflatur ex vnitatibus, sed quatenus singuli, siue vnus sit, siue plures simul, habent continuitatem & successionẽ, sic sunt obnoxij tempori. Vnum verò tempus oĩum est, non secus àc numerus, qui idem est, vt duitas hominum & equorum: eadem est.n. forma numeri, ac siqua differentia conspicitur in illa, ea certè pendet à subiecto. hæc est Arist. sñia. quæ satis clara est, vt diximus: quãuis explicare rationem qua vnũ tempus sit plurium motuũ, haud facilè putem: cùm quia cogimur aut dare aliquid motui cõmune contra ea quæ ab huiusce voluminis initio decreta sunt, aut non seruare similitudinem numeri, & temporis ea rõne qua numerus est, adamussim. Etenim non est numerus alterationis, vt alteratio est, & reliquorũ, quatenus hũi, sed quà sunt motus: ergo videntur in cõmuni quadã ratione conuenire quæ tamen non datur. Deinde quæro de numero illo qui pertinet ad animã, & adhuc fit, & quà certa collectio menti sese offert, vnde numerorum formæ variantur, ex quo per repetitionem definitur, vt eadẽ voce, & numeri natura, & eiusdem productio explane-C tur: nanq. eadem solent esse generationis initia, & quòd res ipsa fit. neque.n. credo essentiã numeri esse vnitatẽ, sed principium vt materia; sicuti si linea fingatur ex puncti fluxu produci: sic.n. punctus est vt materia, sed eius repetitionem certam. Sicut igitur se habet vnitas extra animã, sic quoq. numerus se habeat necesse est: atqui vnitas aut est nota discretionis quę pertinet ad quãtum, aut ἐπαναβαίνει, idest, transilit decem prædicamenta, qua quodq. est id quod est, vnum. quòd si hanc posteriorem dederis: non igitur vna eademq. est vnitatum collectio, sed pro ratione rerum quę numero subiiciuntur, neque idem ego sum, ac tu & vnus ego, ac tu vnus item: multò magis q̃ vnus tu, atq. vnus equus; quo fit, vt plures homines à pluribus equis segregentur. proinde in calce 4. Phys. ab Arist. pronunciatum οὐδὲ δέκα τὰ αὐτὰ, idest, neq. decem eadem. sic.n. legimus; non autem οὐδὲ δὲ κατὰ αὐτὰ. i. neque verò secundùm ipsa. Si autem numerus fuerit de prædicamento quanti, & vnus cõmunis, quà discretionẽ substantiæ & quanti significat. certè vniuocus est. Nunc de tempore percunctor an sit numerus qui abstractum illũ imitetur, an eum qui quãtitas discreta est: si verò hunc dederis, cõmune igitur tempus est pluribus motibus; veluti numerus hic, per quandã rationẽ, quòd si alterum fatearis: sicut ergo plures vnitates; nam sua cuiusq. propria est, & suum igitur cuiusq. mutationis propriũ tempus. quare plura tẽpora simul esse poterunt quorũ vnum alterius non sit pars. Videtur posse dici numerũ vnum D esse, & vnitatem ex eo, quòd siquod discrimen aspicitur in illo, id omne à subiecto petendũ est. quòd siquis eã citra subiectũ spectare velit, vtiq. vna est, & simplex. Aut secundò, quia sit vnitas ἐξῃρημένον quid; ideò nullã varietatem participare dicemus pp subiectũ, sicuti neq. lignea mensura variat, seu pãnum, seu lapidẽ metiaris. ita fortasse de tẽpore dicetur. At si primum illud defendamus, quemadmodũ vnitas in speciẽ tum degenerat, sic tempus vnũ ad formã erit, at id non quæritur nunc, sed an'ne ad numerũ vnum sit. Nã secundùm dici non põt, quia tempus describitur per motũ, & ab illo præfinitur, ita vt sine ipso neq. esse, neque concipi possit, haud aliter, ac propriũ sine suo strato. Mitto etiã quòd Arist. appellat tempus ἕξιν ἢ πάθος, i. habitũ, siue affectionem; quia nõ est hæc consecutio necessaria: est habitus, aut affectio; ergo intrinsecum: cùm possit item esse externũ & aduentitium tanq̃ lumen, & sicuti quispiã lumen vnum defenderit, quanuis diuersa corporũ genera illustret; sic & vnum tẽpus ad diuersos motus pertinere fortè concesserit. Mihi quidẽ prout ea duo sunt quæ ab Arist. proponunt. Vtrùm tempus oĩum motuum sit mensura, nec'ne. atq. vtrùm sit vnum tẽpus, an plura ad numerum; videntur etiã duo poni ab Aristotele, primum quidẽ, quòd omnes motus in vno eodemq. tpe obeant. Alterum verò, quòd in tempore genus oẽ mutationum fieri põt. Atqui hæc constare non possunt, nisi statuamus esse numerũ & metrum, siue affectionẽ, aut habitum vnius motus primò, deinde reliquorũ, quatenus ad illũ referuntur. hic verò primus est oĩbus modis de quo supra dictũ est, conuersio nimirùm: hæc.n. primò numerabitur à tẽpore, per illã verò numerabunt alij motus: ac si demũ libeat etiã

mutationes

mutationes illas ἀθρόας.i.subitas referre ad tempus,quòd aliquid ante,& post ipsas existat,quasi tempore contineantur,damus & id eas ad aliquid temporis referri; quoniam ad instans. Hoc ergo modo temporis vnitas conseruabitur,& vniuersitas vna; neq. tempus à motibus seuocare necesse erit,& vnitaté in eo collocare, quatenus tale est, quæ est vnitas specifica, sed erit planè vnitas indiuidui. nec erit extrinsecum quid,& alienū à motu; nanque erit adnexū motui illi primo. Neque coget nos,si dixerit Arist. tempus esse mensurá motus,quatenus est motus,ponere in motu communitatē,quam posuit aliquando Simplicius,sed vniuersitas ordinis erit satis, quia.s.idē ad numerū tēpus huiusce primi sit mensura primùm,& intrinsecùs. aliorum verò secūdò,& extrinsecùs. Cui item obstabit ea vox [quatenus] quæ non necessariò notat cōmunitatem vniuocā,sed pertinet quoq. per cōmunitatem quæ ducitur ab ordine,& quam dicunt analogicā,veluti cùm dicitur Primum Philosophū versari in speculatione eius, quod est,quatenus huiusmodi. Quamobrem noto sicut in rebus cōmunitas duplex est:altera quidem quæ natura prior est,quàm partes,vt in vniuocis,quam ex re appellamus: altera ex mente,quæ natura posterior, hæc aūt pertinet ad ea quæ trāsiliunt prædicamenta; sic etiā nihil vetare,quin ea vox [quatenus] ad vtranq. cōmunitatem exprimendā accōmodari possit quę reapse nil subiicit sibi pręter ipsas parteis.& in eum sensū facillimè accipi possunt exempla Aristotelica de numero & vnitate, vt eadē hęc sint; cùm quanto primum conueniant,deinde iis quæ non sunt quanta,vt albedo. quia.s.vnus sit primò quanti discreti,vt tale est,mox aliorū,neq. puto similitudinem eò procedere, vt sit ratio cōmunis, & æqualis discretionis in oībus,sed illò tantùm,vt sit diuersorum,primū quanti,dein reliquorum,atq. hoc sufficit ad vnitatem temporis explanandam, & illud ēt defenditur,quòd si conuersionis primò sit numerus,sit etiā eius,quatenus est talis motus, inde postmodò transferri ad notandum id quod omnia cōplectitur,quemadmodū nos anteà docuimus in iis contingere quæ sunt ad vnū, quòd ex illis vnum quoddā cōmune colligitur,cui terminus ille [quatenus] tribui potest. Sic dubitatio Themistij soluitur, qua concludebatur tempus non esse mensurā generationis, quia non possit in ea considerari ratio magnitudinis,à cuius partiū ordine sumitur ratio temporis: etenim pōt fieri ἀθρόως, sed nos in primis sermonibus ostendimus, quemadmodū tempus etiam cadat in generationē, vt in illa quoq. diuisio, & tempus obseruentur. Et hæc sententia fuit Auerrois,Alberti,& D.Thomę, licet Iandunus eā pro Auerrois sententia non receperit; sed conuincitur ex ipsiusmet verbis eius esse planè. Neq. sic species temporis multiplicare cogimur,quod faciunt quidā vnū ex his primū esse dicentes,alterū secundū,quia sic duo tempora simul essent quorū vnum non esset alterius pars,nec motus cuiusq. mēsura seorsū requiritur,quia sufficit illa prima quæ controuersionis est. Neq. impediunt nostra decreta contrariæ rōnes, vt quòd vnusquisq. motus habeat prius & posterius ab aliis motibus separatum, & suiipsius propriū, quare etiā suum tempus habeat ab aliorū tempore secretum. Pręterea quòd tempus consequitur motum,vt motus est; ergo est vbiq. mensura intrinseca & communis. Nā quod ad primum attinet,retorqueo facile argumentum. vnumquodq. per se vnum est per vnitatē ab aliis seiugatam, vnitas igitur vna non est,& tamen ipsi volunt eandē esse decadem hominū & equorum. Sed ita respondeo concedens vnumquenq. motū habere tempus; nego tamen ipsum ab aliis esse distinctū,quia dictum sit tempus non esse mensurā primò,nisi vnius. Neque illud concedendum quod consequi ponebatur, vt de secundo iam dicam. est enim illud [quatenus] quod ponit cōmunitatem ordinis quæ pendet à mente non autem subiectorum, & partium quæ à reipsa deriuatur. & hanc ego puto fuisse Aristotelis opinionem ad pios viros veritate more nostro reiecta.

Explicatio loci cuiusdam ad extremum 4. Phys. *Cap. XLV.*

EX his quæ posuimus,licet nūc afferre lucem loco illi qui extremus est 4.Phys.nam si defendamus vnitatem temporis & numeri quam nuper indicauimus,facilè erit & temporis vnitatem seruare, & verbis certū sensum tribuere. Iam.n.dictum est,vnū esse instans propter quod etiā tempus vnū sit. Neque.n.quia subsistat in multis subiectis, idcirco multiplicatur, sed quia per se vnum sit non habens in seipso differentiam per quam distinguatur, quatenus tale est. quòd si quo pacto discrimen accipiat, id accidit per prius & posterius; sicut etiam numerus qui distinguitur ex ordine, dum significat diuisionem continuorum,& dum albi diuisionē modò notat,aliàs dulcis, idē ergo in extremo 4. repetitur hisce verbis. λέγεται δὲ ὀρθῶς καὶ ὅτι ὁ ἀριθμὸς μὲν ὁ αὐτὸς ὁ τῶν προβάτων καὶ τῶν κυνῶν εἰ ἴσος ἑκάτερος. δεκὰς δὲ οὐχ ἡ αὐτὴ οὐδὲ δέκα τὰ αὐτά, ὥσπερ οὐδὲ τρίγωνα τὰ αὐτὰ τὸ ἰσόπλευρον καὶ τὸ σκαληνόν, καίτοι σχῆμά γε τὸ αὐτὸ ὅτι τρίγωνα ἄμφω. ταὐτὸν γὰρ λέγεται οὗ μὴ διαφέρει διαφορᾷ, ἀλλ' οὐχ οὗ διαφέρει, οἷον τρίγωνον τριγώνου διαφορᾷ διαφέρει. τοιγὰρ οὖν ἕτερα τρίγωνα, σχῆμα δὲ σχήματος οὔ, ἀλλ' ἐν τῇ αὐτῇ διαιρέσει καὶ μιᾷ. σχῆμα γὰρ τὸ μὲν τοιόνδε κύκλος, τὸ δὲ τοιόνδε τρίγωνον. τούτου δὲ τὸ μὲν τοιόνδε ἰσόπλευρον, τὸ δὲ τοιόνδε σκαληνόν. σχῆμα μὲν οὖν τὸ αὐτὸ καὶ τοῦτο τρίγωνον γάρ. τρίγωνον δὲ οὐ τὸ αὐτό καὶ ὁ ἀριθμὸς δὴ ὁ αὐτός. οὐ γὰρ διαφέρει ἀριθμοῦ διαφορᾷ, ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν. δεκὰς δὲ οὐχ ἡ αὐτή. ἐφ' ὧν γὰρ λέγεται διαφέρει, τὰ μὲν γὰρ κύνες τὰ δὲ ἵπποι. Rectè autem dicitur,& quòd numerus sanè idem qui ouium,& canū,si æqualis vterque, duas aūt non eadem,neq. decem eadem. quemadmodum neq. triāgula eadem ambo. idem.n.dicitur,à quo non differt per differentiā,sed non à quo differt,vt triangulū à triāgulo per differentiā differt. & quidē igitur altera triangula.figura aūt à figura nequaquam,sed in vna eademq. diuisione.figura.n.talis quidem circulus,talis verò triangulum.huius autē tale quidem æquilatus, tale verò crùribus impar, figura igitur eadem & hæc; triangulum enim.

Triangulum

Triangulum verò non idem, & numerus sanè idem: non.n.differt per numeri differentiam numerus A ipsorum; decas verò non eadē; de quibus.n.dicitur differunt. hæc.n.canes, nonnulli equi. Inquit igitur tēpus se habere vt numerum; eius aūt id peculiare est, vt vbi sit æqualis, vnus sit, rōne autem discrepet; quia modò in his sit, mox in illis. Sed quod interpretes ipsi accipiūt in numero separatim, quod à subiectis differentias assequatur, & inde coguntur attribuere numero speciei partitionē, & indiuidui, ex quo etiā eò procedunt, vt tēpus item simili modo partiantur; nos aut eā partitionem numero ipsi denegamus, aut si hoc etiā dederimus, nō in eo tēporis varietatē spectamus, sed in differētia generatim sūpta. ea verò differentia quæ in numero numerabilis ipsius est, & efficit multa indiuidua, in tēpore varietatē rationis efficit tantum; quemadmodum suprà cum Arist. decretum est. neque.n.id inficiari licet in temporis partibus esse differentiā, sed iam diximus eā rationis esse: tamen hìc significari per varietatē numeri quam subiectis acceptā refert. cuius item si talis habitudo esset, vt nuper indicauimus, absoluta quædā similitudo inter numerū, & tempus extaret. Quod verò hactenus testati sumus, pertinet ad numerū numeratum: nam de numerante dubiū est, an ꝑpter subiecta diuidatur in plureis numero differenteis, & an id sit numerati solius, & ego facillimè defendi posse credo numerantē, quatenus numerat, esse ita vnum, quemadmodum essentiæ quatenus abstrahuntur à materia, & vnā, & eādem esse vnitatē, & decada eandē qua oīa numerari possunt, & singula, & decem, quòd si numero separentur; iam B fallere nos faciētes alterā numeri speciem quæ numeratus appellatur. Et quanuis hìc obiicias tempus esse numerum numeratum: at est numeratus, quia non est numerus ille sine quodā adiecto; tamen id quod adiicitur ad numerū numerantem per quod efficitur tempus, non immutat, neq. peruertit in eo rōnem numeri numerātis, quatenus spectat ad indiuiduorū multitudinem, & fortasse etiā numeratus notat habitudinē vnius eiusdemq. numeri numerantis ad diuersa numerabilia. His animaduersis cōcludo tēpus idem esse, vt tempus, sicut idem instans, & in eo reperiri differentiā quandā quæ diuersum numero non efficiat propter varietatem subiectorum; quamobrem dicere oporteat, quot sunt motus æquales, tametsi infiniti, dum vnà sint, habere oēs sua tempora, atq. illa quidem paria motibus secū numero, & subiecto separata; quemadmodum motus illi quos ea tēpora metiuntur, sed intercedere tantùm discrimen rationis quod ab Arist. demonstratur in numero ex varietate subiectorum. Oīa verò duabus regulis ab Arist. cōprehenduntur, pro quarum intelligentia scire conuenit. Differentias alicuius esse per quas illud tanquam cōmune distinguatur in suas parteis, vt scientiæ differētia ponenda est per quam vna scientia ab altera seiugatur. verbigratia ꝙ sit de substantia mobili. de eo, quod est vniuersē. & animalis differentia, per quam hoc animal cum alio differt, vt rōnis particeps, & brutū. ex quo efficit, vt ea quæ cōueniunt in eadē differentia, sint eadē in eo cuius est illa differentia, & contrà. quæ nō C conueniant in eadē differentia eius in quo conueniunt, differant secundùm illud. exemplig. Socraets & Plato, nō seiungunt per aliquā differentiā animalis; nanq. eadem animalis differentia de vtroq. prędicatur: ergo sunt eadē animalia: contra per aliquā hoīs differentiā distinguunt; non ergo sunt hoīes iidem. sic triangulus à triangulo nō secernitur per differentiā figuræ; sunt igitur eædem figuræ, sed ꝙ æquilatus ab eo cuius paria crura sunt, per differentias trianguli separat, triangulus idē non est; vtręq. aūt regulæ requirunt differentias quæ singularia respiciant. vnde apparet inanem esse conatum omnē Philoponi aduersus ipsas. Pręterea non fieri in ipsis mentionem de distinctione specifica solùm, & quę traditur per differentias quæ pertinent ad essentiā, sed etiam de indiuiduorū discrimine quod per accidentia & externa assignatur: quo fit vt non eadē sit norma qua eadē & diuersa genere, specie, & numero distinguuntur, sed quia simpliciter vnū ab altero distinguatur, quomodocunq. separetur. sic de tēpore, & instanti dicendum est, quandò vnū ab altero non seiugatur per suas differentias, quia sit mensura generationis, & alterationis. vnum idemq. igitur est instans; sic vnum & idē tempus. Sed differentiæ temporis sunt prius, & posterius; quapropter si differentia in tempore existat, ea certè ab hoc eodē ordine petetur, atq. erit præteriti & futuri, quod vt in caussa prius existit in motu, in tempore prius, vt signo, & nota, & hę tēporis efficient partes, & species quæ nihilo magis vnitati motus aduersentur; ita enim fert naturæ successiuorum quorū partes omnes vnà non consistunt, neq. sunt vnum simpliciter, D veluti permanētia. verumtamen subiecti caussa neutiq̄ distinguent. & in hoc est ratio dispar numeri & temporis: nanq. vbi numerus numeratus adsit, quatenus hūi, separatur ex subiecto. cuius rei caussa talis est, quia numerus hic notat vnū subiectū, & eius certam multitudinem: at tempus non significat certum subiectū, nisi vnum. & reliqua serie quadam: non igitur petit differentias à subiectis. Habes nunc ex hac interpretatione. Tempus indiuidui distinctionem acceptam non referre subiectis. & ita defenditur à repugnantia positio nostra, & in verbis Aristotelis mirus consensus obseruatur.

Edisseritur quemadmodum tempus sit mensura motus. Cap. LXVI.

TEMPVS sępe prædicatum est Arist. numerus simul, & mensura. de eo, quòd sit numerus, hactenus satis; sed quantum pertinet ad mensurā, dubitationem id quoq. potuit afferre, quemadmodū hoc attributū illi conueniat, quandò mensurę conditiones ab illo non parū alienas perspicias. nam mensura, vt sępe dictum est, in quoq. genere vult esse prima, vna, & æquabilis. & ita se habet tāquam pars eius quod metiri instituimus, & res ipsa demū est mensura toties repetita. At.n.hæc cum tempore non admodùm congruere videntur. quippe ꝙ tempus non sit pars motus, neq. plura tempora repetita motū producant. neq. item certa sit nobis per se temporis quantitas, quippe quòd eius instans so

lum nobis notescat ex eo, q in motu prius posteriusq. fit. quamobrem motum mensurã potius repu- E
tes, quàm tempus. Id in præsentia tractandũ, eoq. maxime, quòd huius rei pernoscendæ caussà digressi sumus ad explicandum de natura temporis, atq. ostendendum quo pacto in eo ratio mensuræ seruet, cum propter perspicuitatem, tum ꝓpter conuenientiã generis: quandoquidem anteà monstratum est, vt tempus sit mensura motus, sed contrà etiam motũ temporis mensurã posuimus, quia nimirùm multi temporis iter hinc in Indiam esse nouimus; quasi multum spatiũ, & motus multus etiã perducat nos in notitiã multi tẽporis: atqui motus duplex est rectus inquam, & conuersio; ex his conuersio prima est, eademq. exploratissima propter astra quæ motu illo circumaguntur. quibus cum spatium, tum & termini illius perspicui fiunt. est item minimus in genere motuum; vtpote, quia nullus breuior motus. Ille.n. breuis est, qui modico tempore durat: at hic, quoniã velocissimus, oĩum quoq. breuissimè efficit, dum conficit aliquod spatium: potes addere & illud, quòd vt remeet ad idem, efficit per minus tempus, quàm rectus; quoniam hic, vt eò reuertatur, vnde discessit, interrumpitur quiete: at conuersio cõtinua permanet. non ago nunc de vniuersitate motus: etenim perpetua est, quia minimus, æquabilis etiã contrà, quàm sint alij motus, quos anteà demonstrauimus accipere incrementum, & declinare, quasi præ paruitate sit indiuiduus; per hunc ergo motũ cognoscimus terminos aliorum motuum, & temporis. nouimus.n. quantus sit motus Solis, quod attinet ad spatium quod Sol peragrauit, noui- F
mus etiã quantum fuerit tempus quo spatium illud confecit. & ita se habet tempus, vt significet nobis cursum astrorum. Proinde ex ortu Pleiadum, Canis, & Orionis, exẽpli caussà ver, æstas, & autumnus designantur; attamen horum princeps, & quasi dux est ipse Sol, à cuius etiam cursu pleraq. temporis partes duxere cognomen, seu motũ eius absolutũ contineat, siue repetitiones, seu certas etiã portiones: nam primum spatiũ temporis diem, verbigratia, nominamus, siue annũ, cętera, aut sunt dierum & annorũ repetitiones, vt mẽses, lustra & olympiades, aut partes, vt horæ, ex his igit liquet, vt motus ille sit mensura temporis, præterea vt sit etiã motuum reliquorum mensura. ex quo illi accidit τὸ συγγενές, quòd.s. in genere conueniat, quod mensuræ proprium esse diximus. fac modò tu tempus huius motus esse mensuram, quo itẽ metimur omneis alios motus; & tempus igitur, vt mẽsura referetur ad id quod est generis eiusdem, eo prorsus modo quo ponimus vlnã ligneã quæ mensura est certæ quantitatis, in panno, & eiusdẽ generis cum eo fatemur esse, quia nimirùm nobis partẽ panni significet cuius longitudo sit vnius vlnæ qua totũ pannum metiri licet. sic tempus repręsentat nobis illũ motum qui ponitur primus oĩum aliorum. atq. ita mensura est, & ad idem genus reducitur; si non simpliciter, vt ipse motus: at quia sit notã motus illius qui est generis eiusdem, aut saltem analogicè. Quapropter antiqui ex affinitate maxima quæ tẽpori cũm conuersione intercedebat, tẽpus ab eo motu non distinxerunt, sed & pronunciarunt, & crediderunt tẽpus esse conuersionem; cùm.n. tempus haberetur sine controuer- G
sia pro mensura motuũ cęterorum, & conuersio talis esset mensura qua cùm alij motus, tum etiã tempus exploraretur: potuerunt facilè decipi genere illo fallaciæ quod dialectici secundùm consequens appellant. atq. ita potuit hęc notio cõmunis, vt non animos sapientum solummodò tentaret; verùm etiam vulgi, vt videre possis omni ex parte exundare probabilitatem: etenim prouerbiũ illud circunferebatur, circulum esse negotia humana, nec solùm circulo cõprehenduntur ea quæ sunt apud nos, sed etiam discernuntur: nanq. vt versione rotę singularis fictilia multiplici figura formantur; sic & à cœli conuersione varia apud nos efficiuntur. vt etiã res nostras exemplo illo nobis posuerit ante oculos Diuinus Hyppocrates. & ea præterea quæ intra Lunæ ambitum fiunt, rerumq. ortus & interitus, & omnes planè vicissitudines. quia.s. oĩa hæc tempore indicantur, & per tempus initium, finemq. consequuntur. circuitionem quoq. illam quam Aristoteles περίοδον appellat, idest, quandam permansionẽ & terminos certæ cuiusdam durationis; tempus autem est, vt circulus quidam; nam redit tempus, & ver, & æstas, atque anni, & sęcula reuertuntur. ac si quando tempus elabi dicatur, vt apud illum.

Cuncta fluunt, omnisq. vagans formatur imago.
Ipsa quoq. assiduo labuntur tempora motu.
Non secus ac flumen: neq. enim consistere flumen H
Nec leuis hora potest, sed vt vnda impellitur vnda,
Vrgeturq. eadem veniens, vrgetq. priorem;
Tempora sic fugiunt pariter, pariterq. sequuntur;
Et noua sunt semper: nam quod fuit ante relictum est.
Fitq. quod haud fuerat, momentaq. cuncta nouantur.

At id euenit, si nos ipsos respexeris: nos enim mutamur.

-Mutantur mores, & anni.
Nec plus illa placent quę placuere prius.

tempus autem permanet. Neque tamen ideo credas tu tempus hesternum iterum esse reuersurum: interit.n. præteritum, neq. amplius est: id autem quod interiit, via naturali fieri nequit, vt redeat idem ad numerũ, sed ita redire dicitur, quòd eadẽ astra reuertuntur, & super eodem spatio motus eosdem peragunt, quæ sic se habent ad tempus, vt inter se metiantur. Cùm tempus igitur sit circulus quidam; circulus aũt propriè conuersio sit, & quòd eius mensura tempus est, nil mirum tibi videatur; siquando tempus appellata conuersio; fuerit nos aũt hoc dictũ corrigentes accipiemus ex eo solùm affinitatem, quæ est inter conuersionẽ & tẽpus, sed insuper adiungamus ea inter se metiri, & per hanc cõmunem remensionẽ tempus esse mensuram motuũ cęterorum, ob eamq. caussã cognationẽ cum illis, tametsi ali-

quantò

A quantò remotiorē, intercedere: ita.n. illa inter se habeant: nam tēpus tanquam posterius, conuersionē metiebatur. at conuersio sic metitur tēpus, vt eo prior sit. Vnde etiã magis perspicuum redditur Arist. pronunciatũ, si conuersio mensura tēporis est quo metimur alios motus idq. à priori. Si mensura itidē obtinet aliquem principatum; multò magis oĩum primã esse conuersionem defendere licebit. Verùm qđ ad mensuræ rationē confert æquabilitas (neque.n. congruit cum ipsa natura, cuius opera perpetuã similitudinem conseruare solent, nec varietatem admittunt, Lesbius ille canon, quem plumbeum esse scribunt, vt ad oĩa facilè aptari posset) ob eamq. caussam, quia motus cęli metit̃ reliquos motus, æquabilis item est. age & nunc aliqua de hac proprietate subiiciamus. Nosse igitur licet duas oppositiones in motu reperiri. Vniforme & difforme. Regulare & irregulare, inter quæ hoc discrimen extare dicitur: nanq. illud respicit mobile & partes eius, quatenus cum motu motusq. partibus confertur. ita vt illud vniforme planè sit, cuius partes cum toto pari velocitate concitantur. difforme aũt quod contrà affectum est. Regulare verò se habet ad tempus, eiusq. partes, quatenus confertur cum motu, & partibus motus, sic vt totum tempus ad vniuersum motũ, & partes temporis ad partiũ motuum referantur. Sic regularis est, quia totus est in toto tempore; pars aũt in parte sibi respondente. sicuti pars dimidia motus & pars dimidia temporis. Irregularis autem illi oppositus, vel cum tēporibus æquis inæqualia spatia peragrantur, vel cum tempore inæquali spatium æquale conficitur. Siquis igitur spectet motum

B cœlestem; nulli dubium est, quin ille sit difformis; neque.n. pari velocitate maximi illi circuli cientur, atq. ij qui polis vicini sunt. cęterùm motus ille regularis est, cùm quilibet circulus magnus, seu paruus sit, totus æquali tempore mouetur, & eius dimidium in eo motu dimidium quoque temporis ponit. Huius aũt regulæ obseruatio ex duobus initiis ortum ducit, quorũ primum est circuli ipsius natura, quatenus eiusmodi figuram præsefert, quæ vndique apta est, & æquabilis, alterum verò est motor ille oĩno inuariabilis à quo pendet. Quia verò in hanc conditionem inuehi posfit hoc modo. Id quod tempore inæquali pertransit partes æquales, mouetur irregulariter, sed cœlum conficit circulum suum in tota die naturali. & omnes circuitus æquales sunt, dies verò naturalis nequaquã, vt Astrologi testant̃; cœlum igitur tempore inæquali spatia conficit æqualia; quare motus eius non rectè ponitur regularis. Ad hoc dicendum, diem naturalem non esse adamussim tempus quo absoluitur vnica reuolutio primi mobilis, sed accedit insuper aliqua portio partis quæ peragratur à sole, dum ab occasu in ortum motu ꝓprio cōcitat̃, quæ pars, quia nũc maior, minor aliàs, inæquales efficit dies naturales. per accidēs ergo cōtingit, vt tēpus reuolutionis in variis diebus idē nō videat̃, sed per se quęlibet circuitio regularis est.

Quid pars, quid species temporis, & cur à Sole metrum temporis accipiendum sit. Cap. XLVII.

C PRAESENS, præteritum atque futurum tempora dici solent. Solent etiam dici tempora dies, nox, mensis, annus, & lustrum: quattuor item anni tempora ver, æstas, autumnus & hyems, & occasio quoddam tēpus est: num'ne eadem appellationis in omnibus hisce ratio? minimè verò: quandò priora illa eadem vbique, & apud omneis existunt; dies autem non apud omnes idem. propterea priora illa species temporis; hæc aũt partes appellatæ sunt. sed caussa problematis non satis euidens, licet à Proclo [a] tractata, quòd misticè Platonicorum more in sublimiora principia rem oēm resoluere conatus sit, sed his omisis quæ sunt negocij cuiusdam superioris, ad nostra veniamus. Quęrimus quid temporis sit ipse dies. Etenim aut diem dicimus aërem qui à Sole illustrat̃, aut spatium illud per quod ab ortu ad occasum procedit Sol, aut ēt spatium quo cōficitur vniuersa conuersio per diē ac noctem. Primùm quidem dicimus aliquid in die fieri, quod in aëre non fit, vt si in centro terræ fiat; tum deinde non eadē attributa diei sunt, & aëris: cùm.n. breuem aut longã diem esse pronunciamus; non idcirco aërem creuisse, aut decreuisse concipimus. Neque verò spatium illud diem esse dicimus quo Sol ab ortu fertur in occasum; nam siue spatium illud nudum oĩ seuocata habitudine quam habeat ad solem, seu cum illa habitudine simul cōtemplemur; vndiq. sunt angustiæ: cùm.n. idem spatiũ vbiq. sit apud

D oēis, non tamen dies apud omneis idem est; si habitudinem quoque ad Solem concipere velimus, aut simpliciter id facere licebit nulla habita ratione eorũ quæ sunt extra solem, aut cęteris etiã complexis: si nulla cęterorum ratio habeatur; semper erit dies exempli caussa, nunquam nox; nihilominus etiam nox tēporis pars posita est: si cęterorum rõnem habere velimus, sic pars temporis vbiq. non erit; quandò nunc dies hîc est, alibi nox, & tamen idē temporis punctũ, atque idem instans apud omneis existit. An ex eo cognoscitur species, quod de illa genus simpliciter prędicatur, & ea ipsa in se habet vniuersã generis rõnem aliquã differentiam sibi assumens quæ sit interna, & pertineat ad essentiam: sic tria tempora sunt, præseńs, pręteritũ & futurum de quibus dicere verum est numerũ motus secundùm prius & posterius: atqui dies, inquibat ipse, & nox talia non sunt, sed præcipuè notant habitudinem quandam primi mobilis ad ea quæ in tēpore sunt, quibus interualla motus illius metiamur, & terminos in tempore cognoscamus; ita diem nō dicimus esse numerũ motus secundùm prius & posterius, sed esse habitudinē & præsentiã Solis in terris, eiusdē absentiam noctem. Verùm quòd etiã hæc sunt circa tempus, & productionem, siue durationē, & spatium continent; quanuis non sint tempora formaliter; sunt tamen aliquid temporis, itaq. partes appellantur, non tempora simpliciter, eiusúe species. Hæc ille, ni fallor, aut ab his non valde aliena; siquidem ea pars scripti inibi non admodùm tuta mihi videatur: quasi tempus sit, quod non respiciat aliud, ac spatium, & durationē, in quibus positæ sint præteriti & futuri differentiæ quæ sunt internæ; siquid vlterius adiiciat aliam quandam externam differentiam,

[a] in Tim.

illud non tempus, aut species temporis, sed pars appellabitur. Attamen & rem diligentius exquirere placet, & ad minimas quasque particulas hoc loco diducere. Ac mihi quidem primò videtur totum multiplex esse, atq. ad parteis non vno modo se habere: est.n.totum vt genus, quod secatur in species per oppositas differentias, & in hoc est eadē appellatio totius & partis; nam sic prędicatur, vt de subiecto; est & totum essentiale, quod in materiam formamq. partitur; in his partes appellationem totius non assequuntur; nisi materia cum hoc additamento, potentia, vt semen potestate animal. Hoc eodem modo differre videntur locus & spatium, non sanè illud quod à Stoicis acceptum est, sed quantitas ipsa super qua fit motus: etenim loca sunt suprà & infrà, & ad ea definitio loci accōmodatur, vel extremū continentis, vel ēt terminus motus, aut quietis naturalis: de spatio nihil horū prædicatur, neq. locus: nihilominus spatiū est aliquid loci, vt quia materia; est locus potētia dūtaxat. est & totum quod integrale vocant, constat aūt ex partibus quantitatis, atq. id vel vniforme, vel difforme; huius partes totius rōne non potiunť; eadē est rō illius àc partis, est & quartò totū in modo, cùm simpliciter accipiť; eius aūt partes sunt, vbi illi quod accipiť simpliciter, aliqua cōditio accedat extrinsecùs. in his totū non necessariò prędicatur; aliter perpetuò valeret à sm̄ quid ad simpliciter. His ita cōstitutis exploremus separatim eas quę tēporis partes, siue species appellantur; sunt, vt dixi, anni, dies, horæ, extentio illa ordinata in qua posita sunt prius & posterius, anni tēpestates, & occasio. Atq. horum extentio quidem est sicuti materia: nam si numeratio superuenerit, & aduersio prioris, & posterioris; efficietur tēpus; itaq. tēpus absolutè non erit, sed potentia tantum. Cętera partes erunt ex modo, quia.s.habitudine quadā consistunt, vel Solis ad terras, atq. id vel quatenus affert lucem, hinc verò exoriť differentia diei & noctis, vel quatenus euariat in terra primas qualitateis, & inde quattuor anni tempora deducūtur, vel ad idoneā oportunitatem faciendæ cuiuspiā rei, vel non faciendæ, & appellať occasio: huic serius, ocyus, & oportunum conueniunt. Horæ duplicem notionem præseferunt, aut.n.concipitur motus x x x. G. cęli supra horizontem, aut etiā cum differentia quadā, & habitudine ad lucē, aut ad aliquid agendum, sed cùm varij sint horizontes, neq. itē eadē est vbiq. horarum rō; propterea non est simpliciter tēpus, sed temporis pars, & vt in modo, quare & ὥρας anni tempestates Græci vocarunt, & horā dicimus esse matutinā & vespertinā, ac x. hora veniā, & similia, sic prima hora, & prima vigilia. Verumenimuerò tempora simpliciter illa sunt pręsens, præteritum & futurum. In reliquis oībus continetur rō tēporis, & qm̄ partes sunt in modo, sed eius quod est totū vniforme, sunt.n.successiua oīa vniformia, & ex consimilibus partibus cōponuntur motus ex motibus, & tempus ex tēporibus efficitur, vt etiā tempus de illis quoquomodo prædicetur; itaque & de illis pręteritum futurumq. consimili ratione prædicatur. Ab occasione trahit originē prædicamentum, quod dicitur quando: neque.n.significat esse in tēpore, idest contineri à tempore, sed ad actionem aliquā tempus accōmodat, vt ad tempus belli, medicamenti, colloquij, & huiusmodi.[a] Atq. hæc de partibus tēporis mihi visa sunt, quæ ad ꝓpositum diceremus. Sed vt de tempore dicam: quomodocunq. dies tempus est; inde tamen prima tēporis mensura colligitur; per lumen.n.omne temporis interuallum elucescit quod in Sole potissimè residet. hoc.n.circuitus vniuersi definiuntur, & antegressionū termini notescunt: idq. iure optimo propter officium luminis quo cuncta illustrantur, & oculis nostris exponuntur, præcipueq. cęli totius conuersio; Soli ipsi attributum est; nanque inter quinq. stellas erranteis exactissimū habet circuitū antegressionibus regressionibusq. vacans, & quanuis luceat Luna: nam cętera non ita lucent, vt per ipsam etiā quoquo pacto processum temporis agnoscere liceat; at in eo superatur, ꝙ ad vnum idemq. punctum finitur Solis progressus inter meridiem & Septentrionem. progressus verò Lunæ variis admodùm terminis absolui solet. est.n. hoc præceptum astronomorum ex arcu eclipticæ supputari verum motum Solis, & ex eius inspectioni, tanq̄ rei certissimę, horarū habere rationem.[b] Cùm igitur certior, atq. cōstantior sit illius astri motus; etiā mensura constituiť cęterarū mensurarū; quippe ꝙ ex ipso cognoscamus, & reliquorū circuitus, & rōnes quas inter se obtinuerūt velocitatis, & tarditatis. Quanuis aūt certissimū oīum sit mot⁹ sphęrę inerrantiū, isq. verè tpis mensura sit; quippe qui sit item essentia temporis. Nā tempus est mensura primi motus quem metiť æquator; atq. ita, vt partes vnius alterius partib. respōdeant. indeq. horæ exortę. Siquidem æquator circulus in xii. signa, & signū quodlibet distribuiť in x x x. partes instar Zodiaci; eius.n.partitionem cęteri oēs circuli imitanť, nunc vnoquoque signo æquatoris bifariā subdiuiso xxiv. partes inuicem æquales consurgent, quæ sunt horæ in tempore, quarum quælibet xv. partes, dimidiumúe signū cōprehendet. Quanuis, inquam, certissimus sit motus sphęrę inerrantiū, atq. is verè sit mensura tēporis; cùm tamen oēs eius termini perspicui ex Solis lumine reddantur; ex hoc factū est, vt à Solis motu metra temporis accipienda sint. Ex eo quoq. meminerunt nonnulli locum fabulæ datum Solis boues à sociis Vlysis fuisse deuoratos: tunc.n.obiisse diem suū, cùm omnes ætatis anni quos eis viuere in fatis erat, exacti cōsumptiq. essēnt. Sol.n.metrū tēporis est, vt paullò antè significauimus. & sicut in sulcis aratro designādis boues ad certū terminū vsq. progressi reuertunť, βουστροφηδὸν Greci dicunt; ita Sol ēt ad vtrunq. solstitiū suū peragit motū, vt vel hac rōne q̄ū coniicimus boues ꝓ annis Soli tribuanť. Rectè igiť Sol Rex, & pater à gentiū Theologis celebrať, nā præter eā vim q̄ lumine ipso cōtribuit ad extremas vsq. oras mundi ꝓcedens, & cuncta calore suo viuificans, atq. ad imitationē Dei suscitās p similiū ꝓductionē, & materiā rudē, informemq. totamq. variis formis expoliēs, & exornās, erexit ēt adspect⁹ nr̄os ad cęlū, & ex ei⁹ mot⁹ ordine nos extulit ad notitiā primi oīum auctoris, vnde ad nos oīa bona ꝑmanarūt, & ī cui⁹ adeptione oīs oīum rerū fūctio finiť, humanaq. beatitudo consūmať.

FINIS LIBRI NONI.

FRAN-

[a] 1. Eth. c. 6.

[b] Theon. lib. 1. c. 14.

A FRANCISCI BONAMICI

PHILOSOPHI FLORENTINI, IN PISANO GYMNASIO PVBLICE PROFITENTIS,

DE MOTV LIBER DECIMVS.

B

DE SVBSTANTIIS QVAE MOTVM IN COELO EFFICIVNT.

Cælum non esse corpus compositum è quattuor elementis. Caput I.

ACTENVS explicatum est motum non modo æternum esse generatim; verum etiam speciatim vnum quendam esse ostensum, qui idem sit perennis, vnus, ac primus; & idcirco simplicissimus, qui quidẽ ex motib. est latio, ex lationibus verò conuersio. Quoniam autem de motu verba fecimus, vt mobilis, atq. motoris ingenium nob. tanq̃ ex effectu notesceret; iis expositis quib. motus per se, & ea quæ ipsum consequuntur, in quoq. genere communiter, & sigillatim percipi possent, & primi illius motus attributis hucusq. enarratis; iam patefactus aditus esse videtur ad aliquid de summa caussa decernendum, cuius ergo vsq. adhuc tot labores exantlauimus. eius.n. quia primus est, & caussas quasdam primas esse verisimile est, ac summas, sine quarum ope conatus noster in methodo
C naturali vanus. & irritus omnino futurus sit: quandò tum scire optimè vnumquodq. arbitramur, vbi caussas rei summas, vsq. ad elementa teneamus. Quamobrẽ in hac extrema voluminis nostri parte certum est prima primi motus, immò naturæ totius elementa perquirère, & sic vt non semel antehac monuimus, summarũ caussarũ conditiones Peripateticè tractare, vt in iis, velut in sole color, essentia motus eluceat. Sed venio ad propositum. Cùm igitur hic motus super spatio simplicissimo fiat, nec contrariis obturbetur quorũ participatione, vel remittatur, vel tantisper conquassetur, & primus omnium sit, simplicissimus etiã sit necesse est. Quod si ex vi motus aliquid præterea colligere licèt quod pertineat ad essentiam (id quod video fecisse Aristotelem) haud dubitanter asseuerandum est id quod tali motu concitatur, esse simplex, nec ex elementis, veluti primordiis esse conflatum; sed ab ipsis planè, sicuti loco, sic etiam natura segregari. Verùm quia Platonici nos interturbant, dum aut genitum cælum verè faciunt, aut rem ipsam eiusmodi verbis exponunt, quib. suspicio suboriatur in animis nostris eius fabricæ initium nonnunq̃ extitisse, & diuinissimũ corpus ex elementis nobis familiarib. componunt, aut volunt vnum esse ex ipsis, caput hoc à nob. qui Peripateticos in hac methodo imitamur, sine
D crimine præteriri non potest: nam si ita sit, via Peripatetico præcluderetur ex natura motus aliquid decernendi de corporib. irritumq. illud foret quod ex motuum simplicitate de mobilium ipsorum essentia constitutũ fuisset, vt momenti non parum in eo theoremate positum sit ad inuenienda rerum mixtarum primordia, motuumq. differentias, quas ex motuum simplicitate quattuor omnes philosophi naturales esse voluerunt: quib. item illa accedunt quæ de motus æternitate suprà conclusa fuere, quæ cum satis superq. probata fuerint, pro principiis hoc loco statuantur oportet quib. nihil certè magis aduersatur, quam ꝙ eiusdem materiæ sit cælum cum iis corporib. quæ in infimã hanc sedem, quasi in sentinam quandam sese receperunt, quod certè eueniret, si quo pacto posset ostendi cælum aut esse vni ex his simile, aut ex omnib. æquè concretum. Ne igitur in hanc methodum tanta perturbatio redundet, concludendum nob. est quod placuit Aristoteli, cælum alterius esse naturæ, atq. materiæ, ac reliqua corpora sint quæ motus obeunt rectos. Cùm verò tria membra contineat hoc theorema, primum ꝙ sit corpus simplex; alterum, ꝙ quintum quoddam ab horum natura separatum, tum tertium, ꝙ ab ipsis ẽr genere distinguatur; de singulis deinceps illo ordine, quo sunt proposita, differemus Philoponus igitur omnes vias ingressus quib. pietatis ergo monstraret æternitatem prorsus cælo repugnare, facto illo præiudicio, nempe, quod ex aliquib. conflatum est, in ea resolui posse, cœlum ex elementis cõstitutum esse defendit in quæ olim abiturum esset; quanuis eius partes arctissima temperatura forent inter se colligatæ; magno verò apparatu propositum aggressus est: nanq. & in suam sententiam cona-

tus est trahere Platonem ipsum qui cęlum quandoq. confessus esset ex igni constare, verùm maiore ex parte; quasi alia quoq. vnà cũ igni materiã cęli componerent. Præterea persuadere illum poterat hoc, ꝙ elementa quæ sunt apud nos, impura cùm sint, & potius à dominante. Sic nuncupata, q̃ ꝙ absoluta sint, in alia, quàm in semet inuicem dissolui nequeunt: quare liquet illa omnium corporum esse prima. Sed cùm in cęlo singulorum proprietates indicari valeant, ex his ipsum componi necessarium sit. Nam ꝙ ibi sit ignis, lumen, & calor ille vitalis qui per lumen cunctis corporibus communicatur, ostendunt. Quòd terra item insit, ex eius ἀντιτυπίας quæ ex luminis repercussione significatur; planum fieri potest. Et corporum continuitas non facilè dissolubilis, eorumq. leuitas; quandò inter se tangunt sine vllo detrimento; copiam arguunt humoris & conglutinantis, & polientis. tùm pelluciditas aëris præsentiam notat. Proinde quanuis omnium elementorum virtutes cęlum cõplectatur, ita tamen attemperatæ sunt, vt per multa sęcula permaneant; nec, vt apud nos, facilè dissoluantur, & ad vniuersitates suas redeant: licèt autẽ è grauib. leuibusq. constructum sit; nihilominus neq. sursũ. neq. deorsũ conciterur; opinor grauib. ne extollatur, impedientib. & leuibus prohibentib. ne descendat; sed aliis omnibus supereminens eundem locum semper obtineat: longo tamen sęculorum processu fore, vt in sua primordia resoluatur, & concidat vniuersum. Nanq. id ordo naturæ requirit, vt omne quod ex quibusdam constitutum sit, in eadem habeat ad extremum. Hic certè, nisi Aristotelem oppugnaret studuisset, facilè ex eius hypothesib. redargui posset: cæterùm neq. nob. eas dat, sed aut conuersionem compositam esse statuit, aut si motus simplex est, non reputat absurdum, motum simplicem corpori composito tribui posse. quod tametsi satis antea confutatum fuit; quia tamen ex illis ipsis hypothesibus ducebatur quib. refragatur Philoponus, alia via nob. hoc loco peragendum videtur. Etenim primùm è medio pellitur illa proportio, & æqualitas, siue æquilibritas, ἰσονομίαν Græci vocant, quam rerum omniũ parens benignissima natura, multoq. prius D.O.M. vniuersis iis quæ in eorum quæ sunt, ordine comprehenduntur, attribuit, quam vbiq. Plato, & Aristoteles, & ante ipsum poëtæ celebrarũt.

Ἔσθλα μὲν ἐσθλῷ ἔδωκε, χέρα δὲ χέρονι δόσκεν.

Ita Plato pro animorum dignitate organa apparari dicebat, & hic noster præstantissimæ naturæ præstantissimas facultates, & ἐνεργείας, ac dotes conuenire testabatur. Nulla præterea via restaret qua de substantia iudicium ferre possemus: nanq. ea sola est, vt à functionib. in facultates feramur, & ab his ad substantias. Itaq. si optima functio sit, & facultas optima, itidemq. optima substantia: consimiliter si functio simplex, & substantiam, cuius est, simplicem iudicare oportebit. Sic igitur facultates & functiones simplices naturæ simplicis sint necesse est, eoq. maximè, ꝙ functiones substantias consequũtur, & ab earum principiis postulant. ꝙ si vnum principium statuatur, vndénam poterit actionis varietas exordiri? iam.n. ab vno vnum tantum per se, proximèq. deriuari didicimus. Satis hoc fortasse sit ad absurditatem eius opinionis iudicandam quod à cõmuni hominum sensu petitum est; sed vrgeamus vlterius. Vt hìc fluxus illius qui per ortum, & interitum sese prodit, & Oceanus, vt Aristoteles; ποταμὸς: aũt vt Plato, elementorum, & eorum quæ ex elementis conflata sunt, huiusmodi corporum vicinia cognatioq. sunt caussæ; sic quoq. in cęlo euenire probabile est; semper.n. aqua & ignis secum pugnabũt, ad vniuersitates suas remigrare, & à mixto segregari contendent. Nam quanuis elementa perfectiores formas intueantur; nihilominus habilitati; & appetitui materiæ resistere nequeunt: plusq. potest, vt demum vincat id quod internum est, & originem ducit à materia, q̃ externum, & quod consequitur formam. Neq. verò hic vir accusare valet aptissimam illam temperiem qua tam arctè cęli partes adstrictæ sint, vt à se vicissim expediri nequeant: iam.n. nisi naturæ cursus impediatur, aut potius superetur; aliquod euidens signum in tot sęculis, extitisset huiusce dissolutionis, ꝙ sicuti frequentissimè apparet in elementorum mutationib. tum quæ singulis annis fiunt, tum etiam in iis quæ fiunt in hyeme illa, & æstate quam magnam vocant, & igneam triplicitatem, vt paucis ab hinc annis extitit, & octingentesimo quoq. anno paullò plus minusúe redit, qualis ante Christum natum, & Karolomani Imperium obseruata est, aiunt verò monarchiæ innouationem portendere: nam diluuiorum, conflagrationumq. initia quædam suscitantur de quib. historiæ veterum meminerunt, aliquandò tandem in corpore tantæ molis obscurum non esse debuisset: neque.n. aliò dissoluta q̃ ad vos migrare queunt; etenim extra cęlum nihil esse Physici opinantur, quorum vicem si suppleri oporteat; vtiq. & horum corporum restauratio, atq. item dissipatio admodũ perspicua sit necesse est: & ob id potissimè; quia pleraq. corpora multò plus habent ponderis, quàm leuitatis. quapropter & huc illinc refugere, & hinc illò auolare plurimum oporteat. ꝙ si ignem dominari dixerit, ideoq. in superiore loco morari. præterq̃ ꝙ iam à dominante cætera corrupta erunt, eundem quoq. progressum seruabit ignis ille cęlestis, ac noster, & quemadmodum hìc aut extinguitur à contrario, aut sibi ipsi necem affert; sic & ille afficietur; Præterea dicat hic mihi, cur hyeme è superiorib. elementis inferiora producantur, nec postq̃ locum illum adepta sunt, vnde accedere possunt corpori omnium perfectissimo, vel ab eo tanq̃ repudiata recedant, vel tanq̃ stomachantia segregantur, num plus fortasse q̃ par sit, tanto corpori de tam exigua mole addetur? num'ne verebimur, ne fortè ex eo quod à cęlo paulatim segregatur, id suppleat, quod exhalarit? Multò certè prudentius Proclus; atq. Simplicius qui non ex elementis quidem cęlum constare autumarint, sed ἐξ ἀκροτήτων. i. virib. excellentiorib. eorum quorum imago cùm in his corporibus eluceat; ex his ipsis cęlum cõpositum esse diceretur; vtputa, lucet ignis; in cęlo lux est quæ cum itẽ insit in igni nostrate, cęlum ponitur ex igni constare, sed aliam esse materiam quæ longo interuallo nostram hanc superet, & excellat, multoq. puriorem: corpora autem quæ sunt apud nos, esse magis concreta,

A creta,& plus habere de materia : quapropter ea quæ sic pura sunt, minus certè pugnare, q̃ hæc nob. familiaria,siquidē omnino pugna ex potestate & materia nascatur : igitur ex illis puris & secretis cęlum esse conflatū;eoq. pacto Aristotelē cū Platone se conciliare posse putant. Cæterū & nimio studio partiū illò prouectos esse censeo præstantissimos hosce philosophos : quocirca & à decretis Aristotelicis eos discessisse arbitror,& iterū errasse, dum philosophos studiosè repugnantes componere conantur. Vt id ostendamus, paullò altius initium rei demonstrandæ repetemus. inquiremus.n.vtrum'ne quattuor corpora simplicia seorsum, & separata subsistant; an sit,vt illi aiunt,non aër quidem, & aqua;sed aqueum & aëreum,atq. his alia corpora consimilia:nam si per se existant; cur non etiam cœlum,quod multò perfectius,per seipsum existere valebit? si nihil huiusmodi; docendum adhuc, vnde tanta varietas sit in compositione corporis cęlestis,atq. nostratium,vt hæc paullò momento huc illuc impellantur, illud inconcussum permaneat.

Vtrùm corpora illa quę elementa vocantur, per se seorsum existere queant, nec'ne. Cap. II.

CERTE si Proclo & Philopono credere dignum est; vereor etiā, ne ad hos Simplicius sit adiungendus;Plato cū cęleste corpus,tum etiā hæc nob.familiaria cōposita esse testatus est: sed φ ex cōB ponentib. seu corpus sit,seu virtus in corpore,vnum in quoq. cōposito dominaretur;ab eo nuncupationē fuisse desumptā : vnius.n.corporis vna tantū proprietas insignis esse solet:itaq. terræ proprium esse τὸ ἀντίτυπες.i.resistens: ignis autem visile; sic de reliquis esse dicendū: ex quo efficitur,vt siquod sit corpus quod vnà plures ex huiuscemodi proprietatib. assecutum sit; id necessariò mixtum fuerit: sic cernitur ignis & terra resistit: itaq. & cęlum,quia cernatur, idemq. resistat (neque.n.corpora illa confunduntur, sed terminis suis continentur)ex igni terraq. constabit: quòd verò maximè visile est, & fons & origo lucis,è plurimo igni compactum erit.In hanc sententiam non minus Peripatetici quā Platonici quidā inuecti sunt: nanq. Alexander [a] ita argumentatus est. Corpus naturale(id aūt dicitur ad differentiam corporis animati,ad quod ipse cęlum refert) vniuocè cōplectitur quattuor elementa; habet igitur rationē propriā per quā subsistit, & proinde proprietatē quæ nascitur ex ea ratione: atqui sic nullā haberet huiusmodi; neq. per se subsisteret: siquidem omnia quæ communiter insunt in corporib. ex plurib. elementis ortum ducerent, & mixtorū qualitates essent; quod tamen vt absurdū eiicere oportet. Esse verò aliquā proprietatem quæ cōmuniter insit in plurib. elementis,nec per alterius participationem,vt aiunt, facilè ostendi potest: nam si propriū terræ sit esse tactile,& renitens; cùm aër parū renitatur; id illi adscribendum videtur,φ parū habeat terræ. Sed cur quo plus aëris adC est,vt cùm includitur in follem,magis multò resistit? an'ne φ plus ibi sit terræ? absit: sin quia sit inclusus,atq. coactus: igitur alia renitentiæ caussa,q̃ ponenda est,q̃ participatio terræ. Cur etiam alibi elementa vicina sic inter se afficiunt,vt maius è medio tollat minus;in eodem verò subiecto nequaq̃;& tamen adsunt eædem formæ aduersæ,& repugnantes, si ita dicamus,vt Plato? an'ne materia permanebit,nec vicissim elementa mutabuntur, sed eorum ortus & interitus collectioni ac secretioni adscribentur,vt nonnulli voluerunt è veteribus philosophis? Quid etiam vetabit, quominus ex Anaxagoræ placito in infinitum elementa separando progrediamur,nisi quippiam separatum, purumq. subsistat. semper.n.suppetet id quod ex aliis elementis erit compositum. Itaq. Anaxagoræ opinio reuertetur. Neq. sat est,si dixerint tum pura esse elementa, quia fugiant sensum: nam sic aut non erunt omnia mixta. deerit.n.ignis;quia non cernentur: aut visile propriū non erit ignis, vt ipsi sibi sumunt, cū ignis ibi sit,nec tamen adspiciatur. Insuper si ex huiusmodi quibusdam à quib. ignis secretus est, cumulus fiat, etiā fugiet adspectum: proinde terra absq. igni in immensum aucta non cernetur: Quinetiā eadē materiæ portio contrariorū capax non erit,si calorē ab igni accepit, & siccitatem à terra: simul.n.erit ignis,& terra,vt calorē simul,& siccitatē obtineat: neq. ignis,cū terram contineat, sine frigore siccitateq. consistet, nec citra frigiditatem accipiet calorē: sic vno eodemq. tempore contraria valebit admittere. Si rursus habuit ex terra quippiā,quòd tactui subiiciatur, profectò calidum,præD ter suā naturā sentietur: quia non nisi cū terra coniunctū sit.Ita fiet vt quod per se sensile est,contrarij beneficio sentiatur. Ne igitur absurda hæc consequantur, planè concedendum est corpora simplicia posse per se subsistere. Eæ quoque rationes mouere Plotinum [b] ad statuendum elementa pura per se constare, & asseuerandū quodlibet elementum sine alterius etiam mixtione intus saltem aliquid esse: aut.n.datur aliqua terræ portiuncula quæ propriè sit idipsum quod terra aut nulla, si primum fatearis;terram igitur sine aqua subsistere posse fatendum erit: si minus,tum terra nusq̃ erit,nec aqua terrā, quæ nunq̃ extabit,poterit colligare. Præterea longè diuersa est aëris & aquæ natura: si igitur dixeris terram,vt terra sit,aëris intrinsecus egere; dices etiam frigus, & siccitatem,quæ terræ propria sunt,calorem,& humorem requirere,planè contraria, ex quib. aër ipse constituitur. Oportet item aërē prius aliquid per se esse,q̃ infundatur in terrā,ac terrā per se subsistere prius,q̃ communicet aëri resistentiā. Proinde complures philosophi proprium locū elementis assignarunt etiam inter Peripateticos in quo singula elementa à cæteris separata,puraq. permanerent, vtputa,terræ mundi centrum,prope Lunam verò igni,probabileq. est ét suum eiusmodi locum aëris esse,& aquæ, licèt de illorum locis in quib. ea corpora pura,resideant,nil me legisse meminerim. Sedenim hæc regula communis afferri posse videtur,cùm elementi cuiusq. locus habeat altitudinem maximam,ibi purum detineri,vbi quiescit simpliciter, vt salua ipsius natura moueri nequeat vlterius. Quamobrem si fortè aëreum & aqueum, non

[a] 2.de An. c.6.

[b] Ennead. 2. lib. 1. c.6.

autem aër,& aqua vocentur elementa ab Aristotele, non ita dictum fuisse credamus, si hos auctores audimus,quia per se non consistat quodq. elementum,sed ob id potius, quia plurima elementorum pars affecta sit.Equidem, vt omnino verum mihi videtur esse quasdam naturas simplices quarũ certæ sint proprietates,& vnde reliquis communicentur quæ ex illis conflata sunt,ita distinguendum puto, quemadmodum actu subsistant ea corpora penitus a contrariis segregata: ne illis fortè cõtingat quod de forma,& de materia dictum est aliàs: quanuis vtriusq. natura discrepans sit,neutram tamen ab altera liberam reperiri,ac natura quidem simplicia,non aũt ætate præcedere: sic aëreum esse reuera,non aërem. Namq. aliud de vniuersitatibus ipsis censeo dicendum, atq. aliud de singulis earum partibus esto.n.q vniuersitates puræ non consistant,cùm etiam in loco terræ fiat ignis,at de partib. aliter dicendum opinor, & illud distinguendum quod aëreum terreumúe dicitur etenim, non minus substantiæ rationem significat,q̃ q etiã dum naturã suam conseruat elementum, aëris terræúe qualitatib. affectũ aërem,terramúe imitetur. Neque.n.credendum est q aër, vt primùm est, in alterum transeat elementum: neque.n.id natura patitur,sed efficit, vt sit neq. arbitrandum sic imbecillam esse naturam, quin vsq. ad extremum esse elementa promoueat,verùm q̃ assidua cęli reuolutio,tanq̃ Penelope telã,quod interdiu contextum fuit, noctu retexit, & hoc nunc generans hîc, ibi corrumpens, ita confundit, & ad minima deducit,vt eorum partes lateant sensum,nec minus cæterarum formarum commodo consulit,q̃ elementorum,cũ magna pars pulchritudinis naturalis in mixtorum formis posita sit; ea verò assiduam illam corporum simplicium perturbationem requirunt. Sed tamen anteq̃ ea segregatio completa fuerit,elementa illa perturbata,& confusa,non idcirco mixta censeri debent, q ea tantum diuersorum elementorum appropinquatio fit in aliena vniuersitate, & alteratio sola adhuc substantia permanente procedente verò alteratione vel substantia permutatur,vel cùm partes diuersorum elementorum in vnum coire cęperunt, ab vniuersitate separantur, & mixti formã suscipiunt. Neq. aliud planè conuinci arbitror ab Alexandro,atq. Plotino rationib. illis quas nuper attulimus si spectetur acutius. Non est aũt q hæc confusio Anaxagoræ homoeom*eria* reputanda sit; quandò si ad insensiles illas partes resolutio deducta fuerit; purum,simplexq. corpus subsistat. Nec contraria sunt in contrariis,aut ex contrario simplex natura componitur. Itaq. quod ad vniuersitates ipsas pertinet; eę prorsus confusæ & conturbatæ sunt,cùm cęli virtus ad centrum vsq. porrigatur,& ibi terram quæ corrumpi potest, in aliud elementũ quandoq. transformet;& aër assiduè vaporib. & adspirationib. vndiq. sit oppletus: iã si locus aquæ,seu per se,siue per accidens est mare;patet profectò in loco etiam proprio aquã esse confusam; sed tamen vt partes facilè seiungentur,quemadmodum apparet è puteis in littore factis, & aliis machinis quib. aqua dulcis,cum à natura,tùm ab arte separatur. Ignem quoq. in sphæra propria à contrario absolutum non esse docet Arist. [a] cum caussas reddit cur ignis ibi non possit esse perpetuus, qđ certè partium segregatione facta euenit,cum.s.id quod prius erat subiectum,& pabulum caloris,iam assumptum fuit, & in terram conuersum. Quapropter caussa huius conturbatæ naturæ non sua ipsius propria est,sed adscititia,& ex euento,vt vides. Ex quo efficitur, vt cum à tali caussa liberum sit; nihil vetet ipsum esse simplex, & à cæteris actu separatũ. Sed vt aliquid de Proclo,& Simplicio loquar. Si qualitates illæ quas in cęlo perspicuè cernimus,vniuocę sunt cum iis quæ sunt apud nos, cur etiam sicut apud nos sese oppugnant, & tantam alterationem faciunt,eoq. maiorem quo sunt puriores, & plus obtinent formæ, vt calor in igni: non item in cęlo idem euenit,& sicut apud nos ob eiusmodi efficacitatem impura sunt; idem quoq. non efficiatur in cęlo? cur item repugnantiæ non erunt in eo corpore? q si illas aut ponunt extra hanc materiam quæ contradicentia respicit, ideoq. est caussa repugnantiæ, aut alterius generis esse fingant; quid cœlum ex elementis aut virtutib. eorum excellentibus componere oportebat? Cur etiam si sunt corporeæ qualitates,separari possunt à suis subiectis? Cur ẽt non erit substantia ex accidentib. aut si illis materia supponatur, eaq. si generis eiusdem cum hac nostra, non iterum qualitates istæ pugnabunt,aut si alia materia; accidens è subiecto in subiectum migrabit? Itaq. multò absurdius mihi planè videtur componere cęlum ex elementorum exuperantiis,quàm ex ipsis elementis. Id par certè fuerat,& meo quidem iudicio satis;si cęlum poneretur habere qualitates quasdam insitas, & ingenitas quarum eæ quæ in nostris elementis inessent, forent imagines: nec cum cęlesti natura quæ corporearum facilè suprema est, elementorum naturas commiscere oportuit quib. quidem nihil humilius in vniuersitate rerum. Quocirca talium philosophorum opinio & absurda est,& parùm id præstat quod pollicetur,dum Aristotelem cum Platone conciliare conatur.

[a] 1 lib. de vit. morb.

Cęlum ignem non esse demonstratur contra Plotinum. Cap. III.

MVLTO igitur rectius Plotinus qui corpus simplex cęlum esse testatus est;& ignem quidem purum substantiam cęlestẽ esse defendit, ac siquid illi inesse videretur præter id quod ignis propriũ foret; id quidem non alteri elemento referre acceptum; sed elementi illius proprietatem ignea substantia inniti. Ignem.n.illum esse & lumen,& calor ille innoxius & vitalis qui stellarum beneficio per vniuersum diffunditur, fidem satis faciebant. Cæterùm neq. terram ibi adesse,quòd propensioñé non haberet admotum, potiusq. prementi resisteret. idcirco terram Pythagoras miseram vocitabat quæ calcaretur,nec elabi præ immobilitate posset. Quia verò calorificam vim haberet, cui maximè, aqua aduersatur,nec item ex aqua posse constitui, cumq. pertinaciam adeptum sit,nec se dissipari patiatur, aërem quoq. repudiauit. Quamobrem pessimè Empedocles qui cęlum ex aëre compacto ab igne speciem

A ciem glaciei referêre componebat, sed planè terrenam habet ἀντιτυπίαν, qua sese continet intra suos terminos, & proprio termino finitum cum corporibus contiguis non conglutinatur: ab eo propter viciniam ignem elementum deriuari: quapropter ipsum veteres extinguere verebantur; ne naturæ cœlestis viuæ vim afferre viderentur. At verò, vt illud omnium rectissimè pronunciatum est, cęlum esse simplicem substantiam; sic illum igné esse, ponere maius quiddam est, q̃ ne Physicè defendi possit. Nam si ignem ambiguè cum hoc nostro fateretur. quod tantum lacerare Aristotelem qui quintam quãdam substantiã ab elementis discrepantem posuerit? Si ignem vniuocè concedant: ergo & quemadmodũ hic noster; duplici interitu deperibit, & à seipso, & à contrario perimetur, patiq. ratione contrarium afficiet, & alimenti indigebit: at vnde'nam tanta pabuli copia? num'ne totum mare suppetias ferre poterit? num'ne fortasse ita intumescet, vt quamuis paruæ molis apud nos sit, in amplum extendatur, vt magnitudini cęli respondeat? at quomodo hoc, cùm sensus terminos cuiusq. substantiæ naturalis optimè significet? cur iã totum, quod apud nos est, vt inquit Aristoteles, à tanto igni consumptum nõ est? quòd si nutritur ex iis partibus quæ in toto eius corpore corrũpuntur, vt illi quandoque Plutarchus adscripsit; qua via cęlum perpetuum defendetur? Neq. verò approbo distinctionem ignis in carbonem, flammam, & lucem, quę tametsi vera est; attamen ad propositum accõmodari non potest. nam si carbo sit, aut flãma, etiam ad hanc nostram aliquam habeat analogiã necesse est: sic ergo idem illi eueniet quod
B igni apud nos attribui solet. cur.n. ab hoc nostro nominetur, nisi aliqua ex parte conueniat? vbi.n. nomen vnũ plurib. ordine quodã tribuitur, à re notissima primum desumitur, tum deinde ad consimile significandũ transfertur, lucem dicere nõ potes, quia lux alterius corporis est affectio. quòd si lucẽ aliquid aliũde sumat; iã ambiguè ad ignẽ hũc nostrũ dicẽ; neq. eorũ naturæ cõueniẽt. sic quintũ corpus, vt dicebat Aristoteles. Prætereà duplicem motũ natura ipsa tribuerit igni; alterum quidem in gyrum, alterum verò rectum: quod tametsi Proclus ex Platonis sententia concedebat, haud tamen à Peripateticis approbari potest. Nam siue motus rectus præter naturam sit, vt ille existimauit, siue etiam vtriq. secundùm naturã, consequantur absurda necesse est: ab vnica.n. natura nihil ab externo passa, & pro impetus sui ratione agitata, non nisi vnus motus proficiscitur, qui quidem rectus est in elementis; aut manent in loco proprio; aut si mouentur in orbem, motus ille aliunde est. aliter non video, cur etiã terra non voluatur circum medium: quapropter optimè Aristoteles qui Platonem accusarit, φ terram circum medium ἰλλεσθαι voluerit, nec illi malo remedium adhiberi poterit, φ ἴλλεσθαι legẽdum sit, quod est quasi comprimi & constringi circum medium: ac nos iam audiuimus id quod est secundũ naturam, duplex esse, vel ad perfectionem, vel functionem formæ iam absolutę. ac priore quidem modo perfectionẽ esse motum in iis quæ gignuntur; posteriore verò quietem. Quæro etiã de qualitatib.
C illis quas similes esse dicit earum quæ sunt in elementis nostratibus, antitypiã.s. & leuitatem aut alias generis eiusdem: sint'ne corporis illius propriæ, nec vllam cum hisce corporibus affinitatem habeant, an ab iis ipsis corporib. communicentur. nam si primũ dederit, quid vetabit, quominus alia sit cęli natura à quattuor vocatis elementis? Si hinc accepit, externa igitur, & accidentia, non secus àc si calorẽ terra concepisset. Insuper aut hæ qualitates simplices sunt, aut compositæ. si cõpositas dicas; nõ igitur erit cęlum corpus simplex: si rursus simplices fatearis. aut cęlum vniuocè dicetur cum elementis in vna cõmuni natura conueniens, aut si natura communis non fuerit, sed ad vnũ; iã consequetur cęlum esse quintum substantiam ab his corporibus longè diuersam. Quid igitur à Physicis minus dici debet, quã cęlum, aut ex elementis constare, aut ẽt ignem esse? Ponemus igitur his omnibus circumspectis cęlum quintam quandam substantiam: nec id ab Aristotele ex Barbarorum sententia pronuntiatum dicemus, vt Proclus aliquando testabatur, [a] sed ex eorum quoq. auctoritate sententiam propriã confirmatam; quasi id ita perspicuum foret, vt Barbari quoq. negare non ausi sint. Nisi & Barbaros Aegyptios esse voluerit apud quos multorũ sęculorũ memoriæ extabant, vnde etiam Græcis obiectũ est, quod pueri essent, Græciæ nimirum locis à diluuio vastatis, ita tamen vt etiã bellum Atlanticũ multò ante ab Atheniensibus fœlicissimè gestum in memoriã Socrati Sacerdos ille reduxerit & politiam
D à Græcis, quorum natura cęli benignitate excellens esset, & ingenium studiumq. accerrimum in exquirendo vero, & iudicium præstans in decernendo, & elegantia summa in eloquendo, in longinquissimas regiones inuectam fuisse docuerit. Sed, obsecrò, quãtum valent illa signa, lucet Sol; ignis igitur, calor adest innoxius & vitalis, ignis igitur? quasi verò glacies, qua nihil igni magis aduersatur, non splendeat & humores in oculo non miscent qui vel aquei sunt, vt monstrat eorum fluxus, vel terreni, sicuti persuadet id quòd à calore coguntur. Quid etiam cogit, vt credamus vitam illius corporis egere caloris, vt si coctione præcedente debeat aduenire, & per alimentum conseruari (nanq. eadem esse solent primordia constitutionis & caussæ tutelæ) caussæ quędam extare, nec latere debuerint? neq. perspicuum sit caussas esse vel vniuocas, vel etiam vt entelechias, quæ vim.s. habeant alicuius effecti, nec formaliter tamen obtineãt. quamobrem tametsi fouet hæc omnia cęlum, & calfacit, ac vitam largitur; nihilo secius neq. ita viuere, aut incalescere ipsum oporteat. Quapropter id de summo hoc philosopho, Platonisq. studiosissimo dici verè posse videtur vrbem ipsum philosophiæ prodere, dum castella defendere conatur. Sit igitur cęlum, vt prædicauit Aristoteles, quinta quædam substantia simplex ab elementis loco & natura separata.

[a] 3. in Tim.

Quæ

Quæ cœli materia sit, quid alij decreuerint. Cap. IV.

E

VERVMENIMVERO quod nos potius redarguendo confecimus, id multò ante demonstratione recta peregerat Aristoteles: hæc item ea via rationeq. tractabitur quæ incipit à motu quam perpetuò fuisse ab Aristotele susceptam perspicimus. Cùm igitur eius substantiæ propria cõuersio sit quæ continens est, & æterna, & ea quoq. substantia quæ tali motu cietur, & illud principium quod efficit motum, æterna sint necesse est. Accedit eòdem, quoniã si quod caducum est, alterari etiam potest: hoc aũt contrariis subiectum est; & caducum igitur admittet contraria: quapropter cum cęlum è contrariis constitutum non sit, non alteratur igitur, neq. item corrumpitur. Cęlum verò à contrariis non attingi sic efficitur. Siquidem quorum substantiæ quippiam aduersatur, eorum quoq. motui quippiam opponatur oportet. Sed motui cęlesti nihil planè repugnat: neq. igitur quicquam eius substantiæ repugnabit. Quia verò vis huius rationis in eo posita est, vt illa assumptio confirmetur, conuersioni nimirùm nihil esse contrarium, idq. suprà affatim explicatum est: sequitur vt cęlum perpetuum cum Peripateticis asseramus. Hinc perbellè sumi potest occasio decernendi de altera disputationis nostræ parte qua docendum est, quod'nam stratum sit, & quæ natura simplicis huiusce substantiæ. Namque illud in primis manifestum est cęlum à dictis elementis, vt à caducis æternum distare. Quòd si æterna genere separantur à caducis, profectò etiam corpus cęleste ab inferioribus elementis genere distinguetur: nanq. illa genere disiunguntur, quæ inter se affici nequeunt, & alterius naturam accipere: æterna verò neq. cum aliis æternis, neq. cum caducis cõmutari possunt, aliter æterna non essent. Si illa etiam, quib. cum in materia conuenit, sunt generis eiusdem: ab opposito igitur cęlum, quia generis eiusdem non est, aliam quoque materiam obtinebit. Itaque iure Apollo Diomedem obiurgauit, quòd homo cùm foret, cum diis belligerare auderet, inquiens F

-μηδὲ θεοῖσιν
ἶσ' ἔθελε, ἐπεὶ οὔποτε φῦλον ὁμοῖον
ἀθανάτων τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων.

Hæc hactenus Peripateticè profiteri posse censemus. Sed cùm de materia cęli multa & pro Aristotele, & contra disputata videamus ab omnib. philosophis, nec communi consensu quicquam de illius substantia decretum legatur; vt etiam clarissimi præceptoris ratio videatur vniuersa in dubium reuocari, non erit alienum ab officio nostro, si ipsius essentiam diligentius aliquantò vestigemus. Res hęc antiquitùs agitata à philosophiæ Græcæ procerib. Alexandro, Themistio, Philopono, atq. Simplicio, ab ipsorum scholis etiam primùm ad Arabas permanauit, & Auerroëm ad sese traxit, pòst diu multumq. à Latinis theologis tractata vix exitum reperit; quandò & in eius certa cognitione ad cõcipiendam veritatem Christianam parum momenti non inest, & Aristotelis sententiæ prorsus illi reclamare videntur. Vnde est etiam ꝙ hoc loco nos quidem Aristotelis errorem confiteamur, qui ex eo ꝙ motum æternum esse approbarit, posteà mobile æternum ponere coactus sit. Sed illud nostri consilij nunc est more nostro suspicionem nostri præceptoris enarrare. Quæ præfati rem cominus aggrediamur. Vt verò certa via ac ratione progredi possimus, in primis cõstituemus caput quæstionis; deinde diuersarum sectarum argumenta explicabimus, ex illis ea seligentes quæ vel auctoritatib. Philosophi, vel propositionibus à sensu desumptis innituntur. Scire aũt conuenit, quantum spectat ad primum caput, non esse de illo controuersiam, sit'ne in cœlo quoddam substantiæ genus quod materia sit, vel subiectum, vel stratum, siue formæ, seu quorundam accidentium quæ sine subiecto nec esse, neq. cogitari queunt: nã sensus à quo recedere non licet in methodo naturali monstrat esse in cęlo substantiam quæ nonnullis subiiciatur attributis, vt motui, atq. mutationi. tum ẽt ꝙ non rarò Aristoteles de illo substantiæ genere meminit, cui potestatis ratio tribuitur, idq. in cælo collocauit. Itaq. prima quæstio simplex sit'ne in cęlo substantia quæ potestatis vicem subeat, omnino dimittenda est, & veniendum ad alteram quæstionem qua tractandum, cuiusmodi sit illud substantiæ genus in cęlo: idest, Vtrùm hæc substantia proprium quendam actum consecuta sit à seipsa separatum, ita vt si debeat actu consistere, exoptet alicuius formæ præsentiam, per se nil aliud existens àc potestas, & priuationem sustinens, an etiam careat priuatione, & actu per se subsistat, ratione potestatis exclusa; nec sanè ꝙ omnem priuationem potestatemq. abiecerit; quandò potestas ad ipsum vbi à nullo philosopho cęlo denegatur; sed agitur de illa quæ collocatur in prædicamento substantiæ; & vtraq. pars problematis habuit assertoreis, quanq̃ patroni partis illius prioris in diuersa studia scinduntur nonnullis opinantib. materiam cæli per se quidẽ non subsistere actu, sed formæ indigere; nihilominus adiunctam non habere priuationem, quemadmodum materia elementi cuius priuilegio quandam aliam formam, actumue respiciat, & admittat cõtraria, quasi substãtia quędã sit quę formam sanè accipiat; sed non ob aduentitiam quandam priuationem, atq. potentiam, quæ contraria forma fundari solent ea rõne quam superiorib. libris exposuimus; vnde efficitur, vt contrariorum appetitu perpetuo teneatur, & formas assiduè mutet: verùm si prædita sit potentia quadam, & priuatione; illa intima sit suæ substantiæ, quia.s. per seipsam sit informis; eam quam secum quæq. forma, cui sit alia cõtraria, solet afferre, nostræ materiæ reliquerit: etenim formæ per quam voluerunt esse cęlum, nil planè opponitur. Ob id igitur materiam cęli nulla capit satietas eius formæ quam habet; nec vllius alterius desiderium prorsus affligit: cùm cæteroqui nostras desiderium nouæ formæ diutius ferre nequeat, ocyssimeq. fastidio præsentis affici videatur. Fortè ante D. Thomam Simplicius ita decreuerat: [a] nam dum ipse docet appetitum adesse materiæ per priuationem; G H

[a] 1. Phys.

A tionem; subiungit; si semper obtineret formam, velut in cęlestib. neq. indigens esset, neque appeteret; sed vna quædam ex vtrisque natura semper esset σωνσίωμένη. i. coniuncta per essentiam. Aegidius autem multò apertius est professus materiam cęlestem eiusdem prorsus esse generis, ac nostratem: quapropter & ipsam erumpere in actum ex suæ sibiq. conuenientis formæ præsentia; quocirca etiam ꝓpter eadem principia poterit eam formam deponere quam hoc tempore habet, & in cuius imperio nunc est; vnde item cęlum suapte natura mortale constituit. At enim huc omnis quęstio deducitur, vt si eadem sit vniuocè vtraq. materia, vel in omni futura sit interna potestas atq. priuatio, quamobrem appetitus vniuersus in materia consistet, & omnis caussa mutationis cum proxima, tum remota: nulla ratione formæ inclusa; vel si nostra materia caussa formę capax est potestatis, priuationis, & appetitus; quemadmodum nostrates formæ propter repugnantiam afferunt priuationem, appetitum, & potestatem materiæ; sic & ex repugnantia formæ sint in cęlo priuatio professus & appetitus: superiores illi dissimilem hanc ab illa faciebant, ꝙ hìc omnia caussa formæ inessent, quæ intrinsecùs inhærebant in materia cęli. Sed mea quidem sententia dare contrarium formæ cęlesti est opus & impensam perdere: nanq. ex hac repugnantia succesio formarum proficiscitur in infinitum; nam, si sequimur Aristotelem, in materia potestas est ad contraria quæ non potest esse frustra. Frustra etiam illa quæ ab æternitate motus effecta fuere. Ponere autem priuationem, appetitum, & potestatem in materia nulla

B habita ratione formæ, est planè ignorare fundamentum priuationis, & naturam potestatis: etenim hæc omnia maneant ex materia quæ iam fuerit informata: sic. n. inter se consequuntur: nam priuatio ponit habilitatem in subiecto, vt apparet ex eius definitione; habilitas autem contrario nititur, vt te docuit Aristoteles 3. Phys. Cæterùm quod pertinet ad Aristotelem, & æternitatem tuendam, hactenus melius se auctores illi primi defendunt. Patroni partis alterius problematis in cęlo tale genus substantiæ posuerunt, quod per se quidem esset actu substantia, solumq. potestatem haberet ad vbi: quocirca æternum conseruari posse nullo in substantia detrimento accepto, ꝙ ibi nil sit potestatis, aut priuationis quod ad prædicamentum substantiæ pertineat. Quoniã verò materia proprie significat (vt aiũt) potestatem, & vnà priuationem ad substantiam quæ nulla existit in cęlo; id verò in quo insunt accidentia, tanq̃ in eo quod est actu, dicitur subiectum, sicuti substantia quæ actu existit, subiectum accidẽtis esse dicitur; idcirco negant isti cęlo materiam simpliciter, concedunt subiectum. Quocirca quæstio tota iuxta hos auctores in eo consistet, vt differatur. Vtrùm in cęlo materia sit, an subiectum. Sed quia fortè mihi non conuenit cum illis de potestate & significato materię, atq. subiecti, quęstio resoluatur, terminisq. in orationes transumptis res ipsa clarè explicetur: sic problema proponatur. Vtrùm subiectum illud obtineat aliquam formam per quam ex potestate traducatur ad actum, an'ne actu per se,

C & sine formæ societate subsistat. Partem posteriorem problematis defendit Themistius ex Alexãdro,[a] ex Themistio Auerroës; nec id ab ipsis dubitatum fuisse comperio, licet dedita opera Themistius hãc rem pluribus q̃ ferè cætera omnia solet, exposuerit. Veruntamen propter Philoponum, & Latinos intercesserunt maximæ lites inter Auerrois & D. Thomæ sectatores singularum sectarum argumenta si recensere velim, otio videar abuti: sed eorum summã certis quibusdã capitib. complectar. Etenim sic vniuersam quæstionem diuidam, & primùm differatur, sit ne cęlum ex duob. principiis compositum, materia. s. vt formæ: deinde vtrùm sit eadẽm ratio materiæ illius àc nostræ. Primùm igitur ꝙ cęlum ex duob. principiis sit compositum; neq. materia sola consistat quæ per se sit, & sine forma actu substantia. Philoponus ita persuadere conatus est. Quæ eodem motu mouentur, eadem sunt: quare cùm & cœlum & hypeccauma conuertantur, eiusdem quoq. naturæ sint necesse est. Tum etiam, ꝙ cùm tres motum species ab Aristotele numerentur 1. de Cœlo. sint verò quinq. prima corpora; efficitur, vt etiã quæ natura differunt, eodem motu moueri contingat; quoniam si ita est; valet argumentum sic ab opposito consequentis. Quæ natura differunt, eodem motu moueri contingit. Ergo quæ non contingit eodem motu moueri, natura non differunt. Sed non contingit cœlum eodem motu cieri. Nec igitur natura differt à reliquis corporib. Eandem quoq. problematis huiusce partem sic probant Latini auctores.

D Etenim naturę fundamento omnem distinctionis originem philosophi negant. actus. n. est ille qui distinguit & separat. Cùm ergo cœlum distinguatur ab elementis, neq. per materiam, profectò per formam distinguatur oportet: & compositum igitur. Deinde omne sensile est compositum, vt inducenti patet; neque. n. forma per se sensilis est multò minus ipsa materia, sed ex materia formaq. constans: atqui cœlum est sensile: & compositum igitur. Tùm prætereà, quoniam accidentia sunt in subiecto per formam [b] quapropter cùm accidentia sint in cœlo; per formam quoque eisdem supponi oportet. Ad alterũ caput ẽt sic argumentantur ostensuri materiam illã ab hac dissimilẽ non esse. In cœlo duo principia reperiri, alterũ per quod est hoc cœlum, atq. alterum, per quod est cœlum simpliciter: id verò per quod est hoc cęlum, facilè dabitur esse materiã. est. n. vt inquit Aristoteles, [c] magis numerabile, & magis hoc aliquid, per quod verò cœlum est simpliciter, non sine caussa perhibetur forma: propterè ꝙ è singularib. vniuersale colligitur abstractione facta è materia sensili salua solùm forma, ꝙ hęc communicatur plurib. singularib. ea faciens in specie conuenientia: itaq. abstractione iam facta remanet illud principium in quo conueniunt omnia, quod aliud nihil esse potest, q̃ forma, atq. illa quidem non abhorrens à materia: nam solæ istæ formæ hoc habent, ꝙ plura indiuidua, numeroq. differentia complectuntur. [d] Adde itẽ ꝙ cœlum est corpus diuiduum: omnis aũt diuisio sequitur quantitatem; quantitas est conditio materiæ, ac si fuerit, vt aiunt, terminata, nascitur ex forma; [e] in cœlo verò terminatam esse constat. Quare est & hoc materiæ genus, quemadmodum rerum caducarum habens ex forma

[a] 1. Phys. T. 68.

[b] 7. Met. T. 8.

[c] 1. Phys.

[d] 12. p. philosophię. T. 49.

[e] 4. Phys.

forma q. fit. Huc accedit, q. ea quorum accidentia cōmunia sunt; cōmune quoq. subiectum, materiáque vna esse solet: non pauca verò huiusmodi sunt quæ cōmuniter cœlo, & infimis hisce corporib. insunt, vt quantū, pellucidū, & ne multus sim, alia cōplura. Quod si hæc analogicè de vtrisq. dici tibi videantur, en idem lumen quo Sol illustrat Lunā & aërem hūc nostrum. Tùm postremò q. Aristoteles [a] aliquando asseueret in cœlo esse formam efficiens & materiam, velut in reliquis elementis. Ex quibus omnibus efficiet quispiam in cœlo non esse materiam ab hac nostra discrepantē. Ex altera parte Auerroistarum fundamenta sunt huiusmodi: primùm ex definitione materię: est.n. illud principium per quod res esse, & non esse potest; atqui cœlum, vt iam constitit, æternū est: & caret igitur materia. Præterea si cœlum materia niteretur, omnia itē in cœlo forent quæ materiā consequuntur; veluti contraria; interitus, & alia consimilia quæ non necesse est afferre sigillatim, cùm ab eodem fonte cuncta deriuentur. Insuper omne quod ex materia formaq. constitutum est, obit motum quendam finitum, at cęli motio est infinita: non habet igitur materiam, aut (vt illis intereà gratificemur) materiam non habet vniuocè. Haber.n. tale materiæ genus facultatem accipiendi formas oppositas, & cōmutandi formam cum priuatione: q. si potestas in natura frustra non est; necesse item est, vt olim præsenti formę priuatio succedat. Habes hactenus paucis expositum, quibus nam rationibus persuasi tam varia decreuerint auctores de materia cœli. E

[a] 2. de Ge.

In superiora disputatur & ostenditur, vt cęlum se habeat ad alterum principium quod est forma. Cap. V.

ATQVE hæc quidem accepimus à philosophis. Sed vtriusq. sectæ viri decepti sunt in explicanda natura materiæ; quandoquidem assumpserunt in definitione materiæ coniunctim facultates eius vniuersas ad substantiam, quantū quale, & vbi; cùm tamen id sit alicuius materia, quod est illud in potentia seorsum: dicitur.n. lignum esse materia scamni; & statuæ lapis; neq. necesse est quicquid materiæ rationem subit, id esse omnia protinus in potentia; sic materia in generatione substantiæ est potentia substantia, & materia quanti est potestate quantū, & materia ipsius vbi, quod est in potestate vbi; tametsi quod potest esse substántia, deinde quantum, quale, & alicubi esse possit. Sicut ergo euenit, vt aliquid hoc per se esse nequeat; sed illud: ita quoq. fit, vt hoc huius materia sit, non aūt illius. Cùm igitur materiam cęli appellamus; eam sanè concipimus quæ alicubi tantùm esse potest, non autē substantia, quantum, aut quale. Præterea miror admodùm Græcos auctores quos etiam reliqui ab illis approbarunt, qui tantam vim fecerint in iis vocib. materia & subiecto, easq. tanto interuallo disiunxerint; vt quod est subiectum, solùm cęlo, & æternis attribuerint, quod verò materiam vocant, tantummodo caducis: cùm obseruemus & Aristotelem appellare subiectum rerum caducarum, vt ibi. αἴτιον δὲ ὅτι γίνεται ἐκ τῆς στερήσεως, καὶ τοῦ ὑποκειμένου, ὃ λέγομεν τὴν ὕλην. [b] idest, caussa verò quod fit ex priuatione & subiecto quod dicimus materiam: & paullò infrà. τὸ γὰρ τόδε τι ποιεῖν, ἐκ τοῦ ὅλως ὑποκειμένου τόδε ποιεῖν ἐστίν. [c] hoc.n. aliquid facere ex vniuerso subiecto, hoc facere est. & alibi etiam cœlo materiam assignare: nam postquam enumerasset genera substantiarum, ac distribuisset eas in cōcessas ab omnib. & alias quæ separatim professores haberent, vt ideæ numeri, & plana, ad concessas retulit naturales, vt ignem, terram, aquam, & cætera corpora simplicia, deinde plantas, & partes earum: animalia, eorumq. partes, & tandem cęlum, cęliq. partes demum generaliter pronuntiauit sensiles omnes substantias habere materiam: mox singulas potestates quæ in materia sunt, exponens, hæc adscripsit, quib. error ille iam in animis nostrorum inueteratus radicitùs euellatur [d] ἐν πάσαις γὰρ ταῖς ἀντικειμέναις μεταβολαῖς ἐστί τι τὸ ὑποκείμενον ταῖς μεταβολαῖς. οἷον κατὰ τόπον. τὸ νῦν μὲν ἐνταῦθα, πάλιν δ' ἄλλοθι. καὶ κατ' αὔξησιν, ὃ νῦν μὲν τηλίκον, πάλιν δ' ἔλαττον ἢ μεῖζον. καὶ κατ' ἀλλοίωσιν, ὃ νῦν, μὲν ὑγιὲς πάλιν δὲ κάμνον. ὁμοίως δὲ καὶ κατ' οὐσίαν, ὃ νῦν μὲν ἐν γενέσει πάλιν δ' ἐν φθορᾷ, καὶ νῦν ὑποκείμενον ὡς τόδε τι, πάλιν δὲ ὑποκείμενον ὡς κατὰ στέρησιν, καὶ ἀκολουθοῦσι δὲ ταύτῃ αἱ ἄλλαι μεταβολαί. τῶν δ' ἄλλων ἢ μιᾷ, ἢ δυοῖν αὕτη οὐκ ἀκολουθεῖ. οὐ γὰρ ἀνάγκη εἴ τι ἔχει ὕλην τοπικήν, τοῦτο
„ καὶ γεννητὴν καὶ φθαρτὴν ἔχειν. hoc est, in omnib. igitur oppositis mutationib. est aliquid subiectū mu-
„ tationib. vt secundū locū quod nunc hìc est, rursus alibi; & secundùm incrementum, quod nunc qui-
„ dem tantæ magnitudinis, aliàs aūt minus, aut maius: & secundùm alterationem, quod nunc quidem
„ sanum, iterum verò ægrotum. Similiq. modo secundùm substantiā, quod nunc quidē in generatione,
„ rursus aūt in interitu & nunc subiectum, vt hoc aliquid, mox aūt subiectum, vt secundùm priuationē,
„ & huic comitantur omnes aliæ mutationes: reliquarum verò, aut vni, aut alteri hæc non comitatur:
„ neque.n. necesse est, si quid habet materiam loci, id & eam habere quæ ortui & interitui subiiciatur.

Et 9. Met. [e] οὐδὲ δὴ κίνησις, εἴ τις ἐστὶν ἀΐδιος, οὐδ' εἴ τι κινούμενον ἀΐδιον οὐκ ἔστι κατὰ δύναμιν κινούμενον, ἀλλ' ἢ πόθεν ποι, τούτου δὲ ὕλην οὐδὲν κωλύει ὑπάρχειν. διὸ ἀεὶ ἐνεργεῖ ὁ ἥλιος καὶ τὰ ἄστρα καὶ ὅλος ὁ οὐρανός. οὐδὲ φοβερὸν μήποτε στῇ ὃ φοβοῦνται οἱ περὶ φύσεως. οὐδὲ κάμνει τοῦτο δρῶντα. οὐ γὰρ εἶναι περὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀντιφάσεως αὐτοῖς οἷον τοῖς φθαρτοῖς ἡ κίνησις. ὥστε ἐπίπονον εἶναι τὴν συνέχειαν
„ τῆς κινήσεως. & reliqua. idest, neq. motus, si quis est perpetuus, neq. si quid quod mouetur æter-
„ num, non mouetur secundùm aliam potentiā, q̄ ad vbi, huius aūt materiam nihil esse prohibet. idcirco
„ semper est in officio sol, & astra, & cœlum vniuersum. neque verendum est, nequando stet, quod ve-
„ rentur ij qui de natura, neque fatigantur hoc facientia. neque enim posita sunt in potentia contradi-
„ ctionis, veluti caducis motus. Ita vt laboriosa sit continuatio motus, & adhuc planius 12. Met.

[b] 7. Met. T. 25.
[c] 7. Met. T. 26.
[d] 8. Met. Tt. 1. 3.
[e] T. 17.

G H

Γάντα

A Πάντα δ' ὕλην ἔχει ὅσα μεταβάλλει, ἀλλ' ἑτέραν, καὶ τῶν ἀϊδίων ὅσα μὴ γενητά, κινητὰ δὲ φορᾷ, ἀλλ' οὐ γενητήν, ἀλλὰ πόθεν ποῖ. i. omnia verò materiā habent, quæcunq. mutantur, sed diuersam, & æternorum quæcunq. non generantur, mouentur verò latione, sed non eiusmodi quæ generari possit, sed aliunde quoquam, & quasi etiam materia dicatur ob eam rationem qua accipit contradictionem propter adiunctā potestatem: ideoq. id materia vocatur ad illud solùm ad quod est in potentia, multoq. magis hoc patuit, cùm eadem genera principiorum docuit esse in cœlo, perspicuèq. mentionem de materia formaq. fecit, vt de hoc nihil fuerit dubitandum. Nisi forte inualuerit consuetudo distinguendi illas voces apud eos qui Lycæum ab Aristotele coluerunt. Quoniam verò cęlum bifariam sumi potest, vel vt quoddam per se à mouente principio seiunctum, vel vt vnum è mouente principio mobiliq. factum est; nos hîc de cœlo per se verba facimus, & illius essentiam perquirimus: aliud.n. fortasse dicendum sit, si vt vnum per se mobile concipiatur à nob. & ex vniuersis motus initiis constitutum: nam sic fortè non verebimur asseuerare hoc totum ex materia formaq. componi; quia corpus ipsum sit tanq̃ materia ad illud formæ genus: attamen etsi tale est per formā illam à materia expeditam; non est q̃ suspicemur ex iis vnum esse factum, tanq̃ non retineant adhuc actum suum quæq. proprium, nec vtraq. sint actu substantiæ: neque.n. ex illis fit vnum simpliciter, vt ex materia quæ potestate substantia est, & sua ipsius forma. Quanuis.n. cōpositio, & concordia, & vnio, vt ita dicam, potestate & actu consistat; at longè alius actus, aliaq. potestas est, cùm ex materia formaq. lapidis vnū fit, ac cùm ex cœlesti corpore & mente: in illis.n. antecedens actus qui primus est, non conseruatur, aut saltem formaliter, vt alibi dictum est, sed per propinquiorem potestatem vlterius promouetur, & alius essentiæ gradus superuenit, vnde solet variari denominatio, hîc nulla potestatis essentiæq. promotio conspicitur; nec alius gradus essentiæ comparatur: eadem essentia cęli ipsius est, & sine mente, & cum ipsa, nec habitus vllus accedit, sed actus solùmodò qui habitus ipsius est perfectio: nā ex hoc, q̃ cum mente copulatur, obtinet id, vt officium suum faciat solum quæ est ἀκινησία & immortalitas; ita vt, tametsi tum absoluta sit natura cęlestis, cùm mouetur in orbē; nihilominus ea perfectio sic accedat; non sanè quia forma superueniens afferat habitū; iam.n. aderat; sed actum secundū, & functionē, cū cæteroqui reliquæ formæ simul afferant habitū, hoc est, habilitatē, facilitatemq. ad agendum, & actionem ipsam, nisi obex aliquis obstet; proinde etiā nomen idē retineri solet. Quare, si rectè aduertas & cęlum est ante mentis aduentū; & postq̃ aduenit, nihil de habitu immutans, nec habilitatem ad agendū adipiscens, sed in actionē tantū prorumpens; at mixtū inanimū ante alentis animæ aduentum, planta non est, nec est idoneū fungi officio plantę, eius aduentu fit planta, & operatᶜ vt planta, simulq. nomen immutat, & quemadmodum sensus, quæ abacus est in qua nihil depictum sit, cùm possit
C accipere rerum sensilium formas; vbi accipiat, non aliud fit q̃ sensus, verùm à sola functione perficitur quæ, vt aliàs docuimus solam affert differentiam rationis & connotati, & est actu, non sanè sensus. erat .n. prius huiusmodi; sed actu sensus, hoc est, sentiens, cùm anteà foret in potentia secunda; sic de cœlo iudicare conuenit. etenim ante coniunctionem mentis non est potentia cœlum, sed actu; est planè potentia mobile: hæc est.n. eius secunda potestas; & ita fit mobile in actu secundo. Quòd si tum verè sensus dicitur, cùm in actu est, & sentit; appellatio non excludit habitum, sed ponit ante oculos habitum omnib. suis partib. & numeris absolutū; quod tum est, cū iā prodiit in actū secundū: neque.n. secundus tollit primū, sed consummat solū; non perimit, sed perficit; neq. tollit rationē eius formalem, sed mutat modū: siquidē fuit antea substantia. & nunc est speciei eiusdē; sed prius otiabatur, eadē substantia nunc agit; & prius erat species cui quippiā deerat; post eadē species est cui nihil omnino desit. Hæc sanè coniunctio συνδυασμῷ nomine significatur ab Aristotele [a] in qua actus ille primus retinetur, & extrinsecus est actus ille superueniens. Proinde etiam Latini geminam potestatē nob. indicarunt, nimirū subiectiuā cui respondet forma materiata, & materialem quæ substernitur formæ illi cuius est associatio. tametsi obseruo hanc coniunctionē fieri dupliciter, vel quia superueniēs actus diuiduè recipiatur, & materialiter, vt calor in sanguine, vnde efficitur spiritus, atq. hîc solet denominatio permutari, aut
D etiā speciei nomine conseruato cum coniunctione substantiæ, vt si homo sumptione gladij fiat miles. Nunc ab iis quæ sub sensum cadunt, ad eā transeamus quæ distant à nobis. sicut igitur hæc coniunctio fit nunc aduentu accidentis, aliàs accessione substantiæ corporeæ; sic & aliquā fieri dicā per præsentiā substantiæ indiuiduæ, ideòq. indiuiduè; quia forma sui præsentia in quanlibet materiæ partem se non insinuet, eamq. perfectionē tribuat quæ indiuiduo consistit, actu vtriusq. substantiæ conseruato, atq. item, vt non inconueniat, si seorsum existant, quemadmodū planū est in sensu & sensili: hanc acceptionē formaliter fieri dicunt. itaq. & eorum actuū cōpositionem formalem vocant, quidā contactū virtualē; alij non ineptè adsistentiam qua voce differentia notatur inter hoc formarū genus, & illud quod diuiduè materialiterq. recipitur, indicatur etiā ab Auerroe [b] nomine appropriationis; quanquā mihi videtur hic non esse compositionis modus, sed formæ, quia forma quæ sic cum suo subiecto copulatur, fit per appropriationē quicquid sit συνδυασμός ea notat quæ seorsum existūt, & externa sunt, quasi copulata potius habeantur, q̃ q̃ vnum verè ex vtrisq. factū fuerit, vt fit ad habitū transeunte materia; & ita ex illis vnū fit, quia nil inter ipsa intercedit, cū tamen extra sit tale perficiens. Si igitur hoc modo adsistentiā, & cōpositionē formalē accipiant, quia. s. citra extentionē oēm; & quia nil inter vtrasque substantias intercedat, sed sola posterioris actus præsentia sufficiat, libenter approbamus; aliter tanq̃ alienum ab Aristotelis sentētia reiicimus. Neq. noua est hæc ratio nostra, sed à Nemesio ad aliud exposita: nanq, ipse item de hoc formarū genere mentionē facit, docens suscipi quandam substantiā

[a] 2. de par. anim.

[b] 1. de cœl. T. c. 10.

in perfectionem & complementũ alterius substantiæ, neque tamen cũ suscipiatur declinare, sed pristinã conseruare naturã atq. ita complere humiliorẽ substantiã, vt conuertat, non sanè q eius quoq. substantiã immutet; manet.n.eadem: sed q sui ipsius præsentia propriã afferat operationem: itaq. cũ ibi esse dicitur ea forma, non intelligendum vt in loco, sed per operationem: sic in homine est coniunctio diuinæ rationis, & Deus esse dicitur in cœlo. Sed hæc hactenus, ad reliqua pergamus. E

Exponitur de natura cęlestis substantiæ sigillatim, & ex Auerroe dubitata diluuntur. Cap. VI.

HOC quod ita compositũ est, & vnũ exacta materia & forma per appropriationẽ factum (vt verbo Auerrois vtar) magis vnũ est, q̃ si ex materia formaq. constitutũ esset, neque.n.extentione vlla fit vnum, sed illo contactus genere quem virtualem vocant, quo fit interdum, vt etiam quod magis distat, vicinius existimari possit; veluti si hostium baculo mouẽ; ex me & hostio magis, q̃ ex baculo, & hostio fit vnum. hoc item illud est corpus absolutissimum, quod omnium suorum officiorũ initia continet in se perpetuò; nec vlli alij quod extra sit, accepta refert initia sui motus; proinde ἀκίνητον, & αὐτοκίνητον optimo iure nominari potest, & verè animatũ; atq. idẽ maximè simplex, dum substantia per compositionem non immutatur; licet omnẽ cõpositionem adæquet, dum omnia bona complectitur intra se. In reliquis aũt corporib. quanq̃ simplicia sunt, transmutatio substantiæ priuationem, & formã nob. indicauit: idcirco tametsi ea corpora simplicia vocant, non propterea materiæ formęq. compositionem reiiciunt, sed aliorum corporũ duntaxat quæ per se subsistere possunt, & speciem absolutã efficere, quæ, scilicet, intrinsecè terminet motus naturæ: quapropter in his aliud est esse corpus, & esse corpori: nostrum hoc quia perpetuum, priuationem formamq. respuit; & simplex igitur altero genere simplicitatis: ac nisi simplex esset, ex actu potentiaq. constaret, vbi verò potentia, ibidẽ contradictio, vbi hæc, ibidem quoq. nulla necessitas, neq. planè perpetuitatis ratio seruaretur. Ob id eius essentia reipsa non differt à corpore cęlesti: nam per se ipsam actus est; & cùm sit natura simplex, ab eo non differt cuius est actus. Quanq̃ non est eiusmodi actus qui formis tribui consueuit; est.n.formarum actus per se indiuiduus, & in liberis à materia, cùm per se, tum per accidens indiuiduus: in materia verò concretis per accidens diuidi potest: materia per se diuisioni subiacet: & ita cęlestis corporis actus est, quia non sit nec potestate substantia, nec quantum, nec quale; & ita materia; quia sit potentia solùm vbi. Id verò facilè persuadebitur intuenti ordinem eorum quæ sunt: actus.n.& potestas vniuersa complectuntur, & tanquã opposita medio vacantia peruagantur omnes rerum gradus illo sanè ordine qui ab Aristotele descriptus est, & de quo alibi complura: quocirca sicuti gradus quidam inter actus reperitur, ita quoq. inter potestates existit, quibus materia ipsa determinatur. Atqui materia in caducis est ad omneis categorias, in cęlo verò ad vbi solum, aut ad summũ ad qualitates, si fuerint ex ordine perficientium, non autẽ patibiliũ. hoc.n.genus mirum in modum aduersatur æternis: illæ non repugnant, ad quas non est motus per se, configuratio, lumen, & tenebræ: Posita est quoq. potestas in formis, sentiente, & intelligente ad formas sensiles, & eas quæ in mẽtem cadere possunt. Ex altera parte actus est primum in genere formarum, siue sint absolutæ à materia, seu materia cõstent: deinde corporum actus est, atq. hic vel absolutus, vel ab alio actu pendens, vt in rebus materia constantibus & quarum esse est à forma, ad extremũ actus etiã in omnibus ponitur generatim, de quibus esse quomodocunq. prædicatur: itaq. & materia dicitur esse actu. Actus ille quem corpori cęlesti tribuimus, est ex iis qui pertinent ad corpora, sed absolutus, vt neutiquã pendeat ex forma. Rursus accidentia cuncta pendent ex actu, vt per quem insint: isq. duplex est, vel qui de subiecto prædicatur, vel etiam qui per se consistit: ex hoc posteriore genere sunt accidentia quæ insunt in corpore cęlesti citra vllam mutationem, cùm cæteroqui motus eius potestatem consequatur. Noui probè D.Thomam in hoc decretũ fuisse inuectum eo nomine: quoniam si cęlum foret actus ille quem nos statuimus, esset item necessariò expers materiæ, & incorporeus, quòd si ita esse poneretur, negare non possemus, quin esset etiam mens. Et si scio non defuisse quosdam qui non necessarium esse credant, vt etiam separata sint mentes. Quamobrem si substantias incorporeas contemplandi functione defraudant, multò etiam magis hoc officium corpori cęlesti negaturos esse probabile est. Etenim distinguunt de substantiis separatis, alias esse docentes, quæ sint essentiæ tantum, & quiditates, alias verò, quæ præter id, q sunt, etiam per essentiam suã habent aliquod munus, atq. has solas contemplandi facultate pollere. Nescio tamen videre superuacaneam illam, & inanem essentiam, quæ maneat otiosa in natura, nisi essentiam accipiant, quę tantùm in mente consistit, vbi.s.à conditionib. materiæ separetur, quæ nihil est extra mentem: [a] præsertim cùm obseruem apud Aristotelem ipsi essentiæ certam functionem tribui, & res omnium perfectissimas vita quadam præditas esse censeri à philosophis, q rerum optimarum optimus item status esse debeat, nullus aũt melior vita, atq. illa quidem contemplante. quocirca nisi sint mentes, quæ tũ seipsas intelligant, tum etiã quæ sublimiora sunt; non possum non arbitrari maximis bonis, & voluptatibus omnem mundum iri priuatum. Et certè melioris notæ philosophi in hanc sententiã discessisse videntur, vt Auerroës, [b] pluri. locis, & multò ante ipsum Aristoteles vbiq. testatus mentes separatas à materia esse actu intellectiles, [c] hoc est, vt simul intelligant, & intelligentur, idemq́. sit in ipsis functio, mens, & obiectum, idemq́. generatim docuit omnẽ gregem incorporeorum perpetuò se habere, quẽadmodum nos aliquando. [d] Videtur etiam esse ille philosophorum consensus ex Aristotele de promptus, & huius generis substantiarũ esse secundũ munus, quod est mouere. Ita.n.loquitur Philosophus. "

F G H

[a] 7.Met.
[b] 2.de cęl. T c 61. Lib.de sub. orb.c.vlt.
[c] 3.de An. 12. Met. T.48.
[d] 12. Met. T. 48.

" Sed

Sed hunc necesse est numerum substantiarum esse: si.n.aliæ sunt, vtiq. mouebunt, cùm lationis finis sint. Quare aut concedendum est argumentum D.Thomæ; aut dicendum actum esse nomen ad vnū, & primò significare Deum & mentem, deinde quoq. transferri ad ea quæ non sunt neq. dij, neq. mētes: attamen hæc res à nob. vberius infrà tractabitur. Est igitur actus per se materia cœli in genere substantiæ. Quòd siquando dixit Simplicius formam esse cum tali materia συνησϊωμένην, nos in hunc sensum verba ipsius accipiemus, vt cœlum concipiatur, quatenus vnum est cum mente per allocationem & compositionem formalem, non autem per essentiam propriam, & per compositionem propriè dictam: & συνησϊωμένην vocem non trahemus ad significandam essentiam, sed existentiam, more non insueto; qua notetur vtrasq. substantias simul existere, q̄ perpetuò forma illa existeret, neque cum priuatione, aut contrario mutaretur: nos verò essentiam cœlestis materiæ quærimus, & omnem rationem mentis ab ea seuocamus. Nanq. ipse posteà ex Alexandri sententia [a] profitetur in cœlo esse materiam, quatenus est mobile ad locum, q̄ in ipso est quædam natura patibilis, & quodammodo affinis materiæ; quia.s.aūt materia ipsa est, aut forma quæ est animalis, & corporea, quam postea ab eius materiæ substantia non distingui docebat ipse cum Alexandro. Ex his igitur via recluditur, & indicatur ratio qua omnis controuersia tolli queat. Nanq. vbi in cęlo contendunt sectatores Auerrois non esse materiam: quia materia sit, per quod res esse, & non esse possit, sic obiectio tollitur. Etenim materia cùm potestate definiatur, ea ratione materia est qua item vi potestatis est prædita: sic igitur vbi sit potestate substantia, est materia substantiæ, & in eo genere respicit opposita esse.s.& non esse: eodē modo dicendum est de potestate quanto, quali, & vbi. Quamobrem q̄ cœleste corpus est actu substantia quantum, & quale, potestatem habens ad ipsum vbi: ad substantiam, quantum & quale materia non erit, sed ad genus ipsius vbi. Proinde materiæ definitio, q̄ sit potentia substantia, quantum, quale & vbi; cùm sumi queat collectim pro omnib.s.modis simul, quib. potestatem habet, & pro singulis seorsum; eo priore significato siquis materiam cęlo neget, non reprehendimus: talis.n.est duntaxat materia nostràs; sed si posteriore modo accipiatur materia; profectò negari non potest, quin in cęlo sit materia, cùm ibi sit potestas ad vbi: quapropter in illo argumento latet fallacia figuræ dictionis. Nam quod erat verum diuisim, & seorsum ipsi coniunctim; & simul accipiunt. Cùm adiiciunt etiam cuncta futura in cęlo quæ materiæ comitantur: dicimus item eodem vitio laborare secundam hanc rationem: quocirca damus illa planè cęlo affutura quæ comitantur tali substantiæ, quæ sit actu substantia, quantum & quale: potestate verò ad vbi; itaq. & huius vnius generis materia: talis est ipsa latio, differentia posituræ, commutatio terminorum, & vicissitudo perpetua loci quæ est veluti loci corruptio, & oppositio, quæ pertinet ad illud prædicamentum, quod ipsa tanq̄ potentia respicit; & siqua sunt alia, quæ potentiam eiusmodi consequuntur: illa verò oppositio vnde substantiæ interitus emanat, longissimè aberit, quoniam hæc eam materiam sectatur quæ est potestate substantia. Eodem quoq. modo lapsi sunt, dum opponunt ea fore finitæ motionis in quib. inest materia, quandoquidē sic se habeāt illa, quorum est materia quæ possit esse substantia; cùm hæc promoueatur ad actum per illud genus formæ quam oppositi priuatio sequitur, & in opposito priuationem reperit repugnantem: vnde necesse est ex illa fiat compositum cuius motio quandoq. cesset propter oppositionem quæ frustrari non debet: hæc verò, quia nulla eius generis existit in cęlo; efficitur, vt ille motus sine fatigatione, aut mobilis, aut mouentis in perpetuum duci possit.

[a] 8. Phys. T. 32.

De eodem & diuerso, atq. ibidem caussę distinctionis afferuntur. Cap. VII.

SI rite Latinorum obiectiones euertere velimus, hęc in primis constituere placuit quæ nonmodò valeant ad discernendā cęli materiam ab ea quę infimā mundi sedē occupauit, sed etiam ad multa cognoscenda quæ in ore philosophantium creberrimè versantur, quæ.s.eadem sint, & quę diuersa, ac quibus modis singula distingui possint; eademq. à capite arcessere decreuimus sic opinati maiorē, atque vberiorem fructū ex sermonibus nostris iri collectum. Incipiamus aūt ab eodem, cuius explicatio tametsi allata est ab Aristotele; [b] nihilominus illam & ampliorem, & illustriorem reddere conabimur. Idem igitur & diuersum in collatione sunt posita, eaq. aut per se sunt, aut per accidens, atq. idem per se respicit ipsam substantiam; idem per accidens aut pertinet ad accidentia, aut ad modum inhęrendi; atq. ad accidentia quidem, vbi consimilis rō cuiuspiam accidentis, aut eius quod repręsentatur vt accidens, ponit̄ in diuersis suppositis, vtputa, quantitas in me, & te, quod æqualitatis nomine significatur, & qualitas item, quod exprimitur noīe similitudinis; sic par gradus virtutis, siquidem etiam diuisioni virtus subiiciatur, quantitatem seu discretam, seu continuam præsefert; & formæ similitudo affert notionem qualitatis. Quod verò pertinet ad modum inhærendi; quæcunq. insunt in eodem singulari, cuiuscunque ordinis sint, dummodo ipsius essentiam non attingant, eadem sunt, sed subiecto, proinde de singulari solo prædicantur, nec in vniuerso, sed in parte insunt. Eadem per se rursus, vel quorū vna materia, vel quorum vna essentia, quæ dicitur à forma: Et quidem ea quorum est vna materia, vel est vna ad numerum, vel ad speciem; ac si fuerit vna ad numerum, idest, eisdem terminis comprehensa q̄titatis, ex illa ea ducuntur, quæ vnum ad numerum sunt, vt ego mihi idem ipse sum; qui, tametsi vnus existo, tamen mecum ipse conferor, quia cogitatio me capit vt duo. Idem quoq. est ascensui descensus super eadem scala: si ad speciem fuerit vna materia, sic multæ statuæ ex ære sunt vnum: ita enim sunt vnum & idem, quòd eadem est materia, nec sanè vnum ad numerum, sed plura, quia materia

[b] 5. Met.

non est vna ad numerum; sed ad speciem; neq. tamen ipse sunt ad speciem pugnam etsi ad numerum plures; quia materia sit vna ad speciem, vt cyathus ex ære, & tuba: itaq. ex hoc solùm habetur, quòd sint ad numerum plura; quòd eadem sint ad speciem, aliunde petitur. A forma verò eiusdem ratio sic accipitur; ꝙ eorum sit vna essentia, atq. hæc vel vna est ad numerum, vt in vno indiuiduo, vt Socrates, dum secum ipse confertur aut ad speciem, vel vt in vna specie, aut ad genus, quemadmodum in vno genere. Ex aduerso illa quæ non sunt eadem, vel circa idem diuersa sunt, eaq. propriè differentia nuncupantur; vel ita distant, vt nihil habeant commune, atq. ea diuersa dicuntur. Ipsa verò vel eiusmodi sunt, quòd eorum materia diuersa sit: diuersa verò vel numero, vel specie, & numero planè, vt hæc sella lignea ab illo sedili lapideo, specie verò, vbi ratio non vnius indiuidui, sed plurium habeatur, velut omnium sellarum, lignearum lapideorumq. sedilium, & vt si hoc ex ære factum sit, illud è marmore; quib. nihil obstat, si species eadē sit, veluti si Mercurius idem à Lysippo ex ære cudatur; à Pasone ducatur de marmore: & quemadmodum idem non erat ad speciem, tametsi materia ad speciem eadem foret; sic non est hoc specie diuersum; licet materia diuersa sit, atq. item illa diuersa quorum essentia non est eadem vt substantiæ, & scientiæ, & vt puto, eorum quorum non sunt eædem species, neque differentiæ cum constituentes, tum etiam diuidentes, vt in prædicamentis exposuimus. Itaque & E
[a] 5. Met. T. 15. admodùm concisè locum hūc ab Aristotele [a] expressum fuisse censeo, aut non deesse mendæ suspicionem. Cùm. n. in codice Græco legamus. Ἕτερα δὲ λέγεται, ὧν ἢ τὰ εἴδη πλείω, ἢ ἡ ὕλη, ὁ λόγος τῆς οὐσίας· καὶ ὅλως ἀντικειμένως τῷ ταὐτῷ λέγεται τὸ ἕτερον. si debent diuersa opponi eisdem; eadē verò sunt quorum vel vna ad numerum materia, vel plures quidem, sed speciei eiusdem; vel etiā, quorum vna est essentia: diuersa profectò, quorum vel substantiæ ratio diuersa, vel diuersa materia, seu numero, seu specie: quare diuersa, quorum vel species plures. s. materiæ, vel materia quæ nimirum vna sit ad speciem, diuersa autem numero. aut si clarius eloqui libeat; ita suppleto verba Aristotelis, ἢ τὰ εἴδη πλείω, nempe τῆς ὕλης, ἢ ἡ ὕλη μία, idest, vna, ad speciem nimirùm. Ea verò, quæ circa idē diuersa sunt, quæ differētia vocamus, in multas parteis digeruntur: neque. n. tantùm numero differūt, sed specie, genere, & analogo. i. vbi proportio quædā intercedat. siquidē & ea quæ appellamus analoga circa idem aliquod diuersa sunt: nam pedes animalis, & pedes scamni, seu montis in id concurrunt, vt sint partes inferiores; sed ꝙ diuersarum rerum partes sunt, & similitudinem habent, & separantur: decem quoq. genera generalissima conueniunt, vt substantiæ sint, sed substantia talis est simpliciter, F
[b] 4. Met. cætera sunt substantiæ quodammodo. [b] Hic sibi fortè nostra decreta suspecta erunt, cùm vniuersi illi qui hunc locum Aristotelis conuerterunt, excipiant ea quæ numero secernuntur, quasi ad hæc differentiæ ratio non aptetur; mihi verò sic dicendum videtur, qui verba Aristotelis peruersa fuisse intelligam: is. n. sic scripsit. Διάφορα δὲ λέγεται, ὅσα ἕτερά ἐστι. τὸ αὐτό τι ὄντα, μὴ μόνον ἀριθμῷ, ἀλλ' ἢ εἴδη, ἢ γένη, ἢ ἀναλογία. His accedunt ea quorum genus alterum est, nec quidem simpliciter, vt animalis, & scientiæ, quandoquidem ea diuersa sunt, sed eiusmodi, vt non transiliant idem prędicamētum, vt bonum & malum quæ sunt genera de prędicamento qualitatis. Ad differentia quoque contraria referuntur, quæ vel in eodem genere sunt, vt album & nigrum in genere colorum, vel diuersorum generum, vt virtus quæ est in genere boni, & vitium quod est in genere mali, vel ipsa sunt diuersa genera, vt bonum, & malum: Atq. omnino illa differunt, quorum in substantia diuersitas est, vel ꝙ numero diuersa sint, vel specie, vel genere: quandoquidem non per aliquod accidens distinguuntur; sed per substantię principia, quę licet duo sint, materia. s. & forma; tamen tripliciter se habent, aut. n. per vtraq. distinguuntur, & eiusmodi sunt ea quę genere separantur; vel per solam formam, velut ea quę specie differunt, vel per solam materiam, sicut ea quę differunt numero. At verò ea quæ analogo distinguuntur, vt pluribus olim docuimus, non distinguuntur per alias differentias: nanq. ea quæ sic distinguuntur, quemadmodum etiam docebat Alexander, in genere conueniant necesse est: atqui multa analogo differunt, quorum perspicuè genus idem non est. Postq̄ cognouimus quę sint eadem, diuersa, & differentia; nunc explicemus quemadmodū ea differant quæ nos analoga constituimus. Duo G
verò sunt modi generales quibus res ipsæ secum differunt: etenim aut differunt, quatenus simul natura sunt, veluti differentiæ, quibus idem genus diuiditur, nec sanè quin altera sit perfectior, sed origine, cùm genus existentiæ caussa æqualiter vtranq. respiciat, species eiusdem generis, & indiuidua quę ab eadem specie continentur, vel differunt vt prius & posterius, velut ea, in quib. analogia spectatur, tametsi analogia duob. modis existit, vel. n. sumitur à natura, vt prius illud ponat̃ quod est natura prius, velut in entium ambitu Deus, & in genere substantię cōpositæ forma, vel quod nob. notius, sicuti substantia composita prior est, q̄ forma, quia nob. notior eius ordinis sunt immortale, indiuiduū, & siqua sunt alia quæ priuationē continent, quia tametsi sunt priora natura, sunt nobis ignota, proinde ex opposito cognoscuntur, & ab eo denominantur. Prætereà quæ differunt, aut simplicia sunt, aut cōposita; ac rursus simplicia vel suapte natura, quēadmodū materia & forma, & illa omnino quorū idē esse dicit̃ esse, & essentiā; aut ēt simplicia sunt ad opinionē, veluti decē summa genera, ꝙ in rudi illa primaq. functione mentis, ea non resoluuntur in sua primordia, materiā, videlicet, & formā, siue actum, & potestatē, ex quib. vnaquæq. categoria constat. [c] Itaq. vt id obiter addam, propositiones medio vacantes quas H
[c] 1. de [illegible] T. [illegible] è terminis struit Arist. [d] qui accipiunt genera summa, sunt ad opinionē, non reuera hūi, reuera aūt ex
[d] 1. Post. eorū principiis conflari debet propositio medio vacans. Et cōposita itē vel ex diuersis substantiis, atq. primordiis, vt animal, & homo, ac mixtū, vel ex aliorū notione, reb. ipsis non acceptis, sed suppositis & mente anticipatis, seu res anticipatæ sint natura priores, seu nobis tantū eius generis hæc sunt quæ sine

alie

A alio notescere nequeunt, licet ab eo reapse separentur; negatio quæ sine affirmatione ignorantur; priuatio cuius notio constat ex notione habitus; potestas quæ sine actu non cognoscitur, & materia cui supponitur notitia formę, atq. id quacunq. via qua hæc sit huius materia: refertur hæc compositionis species ad formalem: nam cùm hîc existat gradus, ac sit prius, vel quo ad nos, vel natura, quod posterius est, sine priore non concipitur; itaq. simplicem notionē non habet, sed quia res ipsę non vnà consistunt, efficitur cōpositio formalis, non autem realis. Si simplicia fuerint; ea quoq. rōne qua simplicia sunt, seipsis distinguuntur; neque.n.est, quòd alteri caussā suæ distinctionis acceptā referre queant, sed quomodoçunq. cōposita sint, ab eo distinctionē sumunt ex quo componuntur. Oīno verò omnis ratio distinctionis pręter numeralem petitur ab actu: nam per seipsum primò distinguitur: idemq. caussam distinctionis cęteris affert. quod.n. primò tale est, & seipso est hūi, & proinde caussa cęteris, vt ita sint. [a] Igitur substantia cœli siue vt substantia simpliciter, siue vt materia, sic differt à cęteris corporibus & materiis, vt analogo, atq. à corporibus, vt prius quid natura, quo ad nos verò vt quid posterius; etenim corpora hæc nobis notiora sunt, idcirco primùm de his corporib. ab Arist. disputatum est; mox ventū est ad cęlū, & ostensum priore loco ipsum alterius esse substantiæ ab his, neq. graue, neq. leue, si rōnem materiæ spectemus, & natura posterior est, & nobis identidem. propterea q; si materia constituitur ex potestate; maior profectò rō potestatis est in nostrate, q̄ in cœlesti; nanq. hæc est potestate substantia, B & reliqua prædicamenta; illa est potestate solùm vbi: eadem quoq. nob. ignota est: vnde factum est, vt Arist. explicaret prius materiā rerum caducarū in methodo naturali, q̄ cœli. Eadem quoq. substantia cœli cùm sit actu substantia, & respiciat vt perfectum quid substantiā mouentem, ex quibus vnum existit quod diximus esse primū mobile, & quatenus actu substantia, quoniā simplex; seipsa distinguitur, & quatenus primum mobile & cōpositum, distinctionem à principiis suis impetrauit: cùm eadem materiæ rōnem subeat, necessariò per illum actū distinguetur, quem respicit, vt materia. Porrò duplex actus in ipsa perspicit, vel qui est de prędicamēto ipsius vbi, ad quē solùm obtinuit potestatē, vel quatenus mobile primū, hoc est, per se mobile; vnde cōsistit actu primi mouētis, & q; eadē sūt initia cōstitutionis & differentiæ; per eundē quoque necesse est distinguat. His positis quod sequit videndum est; nanq. ex iis perbellè dilui posse puto, quæcunque de materia cœli obiecta Aristoteli sunt à Latinis. a 2.p.p.

Spectatur diligentius quemadmodum materia cęli separetur à materia caducorum. Cap. VIII.

VERVM postquàm nos eò series rerum deduxit, vt attingeremus discrimen quod inter vtrasq. materias intercedit, à præsenti quoq. instituto non abhorrebit, si caput hoc accuratius pertractemus. C Certè si vnus mundus à nobis cum Arist. statuendus est, & principia prima à quibus ipse constitutus est, in suo quæq. genere singula esse oportet hoc modo. Vnum finem, & efficiens vnum; vnā eiusdem formam quæ parteis eius oēis cōplectatur, vel à qua communicatum est esse his quidē clarius, his verò obscurius, [b] vel quæ materialiter in partib. vniuersi consistit, eam verò nos in ordine ponemus, & vnam eiusdē materiam quæ huic ordini subiaceat. Hinc illud verum esse arbitror, quod generatim video pronunciasse nonnullos, [c] vnā quidem materiā desuper ad mediū vsque mundi procedentem per quosdā gradus, quod nos ὕφεσιν sæpius appellauimus; quare non vna simpliciter est, sed per humilitatē naturę: nam si vna foret simpliciter; ordo non esset, neque deinceps mundus. Nunc mundus est: ordo igitur: quare etiam gradus materię varios esse oportet: itaq. ob id quandā naturę cōmunionem, quatenus est aliquod subiectū, quod per se formæ cuiuspiā capax est, sed quia neq. formatum quę sint perfectionis æqualis, neq. eodem prorsus modo, & vna materia perhibetur à qua mundus vnus existit, & plures et inter se distinctæ; quare est mundus: κόσμος.n. varietatem significat. Nam quo sublimior est ipsa materies, eo quoq. perfectiores accipit formas, & modo quodā perfectionem, quippe per copulam, quæ fit citra oēm extentionem; cùm.n. sit actu substantia, formā accipit cuius beneficio possit obire munus suum: nostra hæc ad actu substantiā per formā promouetur. Superior contraria non intuetur, aut ad summū ea quæ sunt de categoria ipsius vbi; hęc à nullo contrariorum genere absoluitur: D itaq. iis proprietatibus singulæ insignitæ sunt quæ magis q̄ genere distinguuntur; ex quo item vtraq. materiæ species etiam magis q̄ genere distinguatur necesse est. physicum genus accipio; nihil enim prohibet quo minus in eodē genere prędicabili collocetur: rerum caducarum materies est generis eiusdem; licet pro merito formarū gradus aliquos obtineat, sed in cęlo eiusq. materia nulla generis ratio reperiri pōt. genus.n. per contraria distinguitur, & ad vtraq. accipienda est habile; propterea bonum respicit quod ab actu deriuatur, & malū quod nascitur à priuatione; vnde etiā malum cum bono commutat: in cœlo nulla substantiæ repugnantię, sed ὕφεσις, & humilitas naturæ duntaxat, & ꝑpter actū perpetuò bonum: quocirca neq. cœlum cum aliis, neq. eius partes secum mutari queunt. Neque verò est, q; si gradus in ea substantia sit; ex quo imperfectior hæc pars esse dicitur, illa verò imperfectior (ita enim se habent illę substantiæ, vel Arist. auctore, [d] vt quo magis distant à centro, & se sublimius extulerunt, cęteras perfectione & præstantia vincant) q; præstantior in deterius transformetur, aut imperfectior perfectionē alterius assequatur, aut verearis egestatem illā esse malum quoddam. Nam geminam egestatē philosophi monstrarunt; alteram, quam vocant παρὰ στέρησιν, & detrimentum, atq. alterā quæ dicitur καθ' ὕφεσιν, nos per humilitatē conuertimus: illa quidem prima est, vbi id quod indiget; ita indiget, quia cùm assequi possit, nondum assecutum est; hæc aūt posterior non habet quidem, sed assequi non contendit: id.n. obtinuit quod naturæ suæ conueniens, debitumq. sit; quare non

b 12.p.p T. 49.

c Procl. 3. in Timęū.

d 1.de cęl.

affert malum: hoc verò genus egestatis solùm, non aliud cœlo tribuimus. Eum verò ordinem, quem esse professus est Arist. inter has substātias,& rō persuasit,& oīum philosophantium cōsensus euincit: siquidem exploratissimū huius rei signum sit velocitas motus quæ robur in facultate mouente,& vim naturæ maximā in mobili demonstrat. Aegyptij quoq. Lunam terram cęlestē vocabant, & talem esse Lunæ proportionem ad cęteras stellas, qualem terræ ad elementa planū profectò est. sicut.n.terra in infima mundi sede collocata est, ita & Luna oīum astrorū infimā regionem occupauit, vt terra opaca est,& cętera autem elementa lucem admittunt; ita quoq. Luna opaca & obscura est,neque lumen habet proprium,nisi quod speciē carbonis referat, ἀνθρακώδες aiunt [a]. Præterea sicut terra variis quasi notis marium, stagnorum, paludum, fluminum, montium, vallium que inter puncta est; sic etiam maculis quibusdam Luna interstincta conspicitur: sicut terra Solis aduentu, recessuq. minuitur,& augescit,ac tumens,aut residens in caussa est,vt plantæ contrahantur,& turgeant; ita quoque Solis accessu,recessuue Luna recipit incrementorum decrementorumq. varietates,& Lunam vicissim terram vocitabant, quòd ita se haberet ad Solem, sicut terra ad ignim. Quapropter Orpheus.

Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν ἀπείρατον, ἥντε σελήνην
Ἀθάνατοι κλήζουσιν, ἐπιχθόνιοι δέ τε μήνην.

[a] Procl. 5. in Tim.

Quamobrem κοινὸν illud quod terræ & Lunæ profitetur inesse Proclus hanc analogiā nob. significat. Hîc ego noui simile hoc Arist. attributum esse ab Auerroë, & acceptum ab ipso veluti scriptum fuisset 13.lib.de animalib. hoc est, 3.de Gen.animal.quòd libros 10.de historia numeraret antiquitas; historiæ verò subnecteret libros de Gen. Sed id nunq̃ ego apud Arist. reperire potui,vereorq., ne fuerit memoriæ lapsus in sapientissimo illo philosopho. Sed de hoc hactenus. Illud fortasse maiore dignum animaduersione,præsertim in Peripatetica doctrina. Nam si orbium motus astrorum gratia videt̃ obiri, & homocentrica ponuntur,vt ab antiquis accepit Aristoteles; in quibus etiam plures orbes superiores, è quorū ordine sunt reuoluentes,variis vnius astri motibus inseruire oportet, aut orbibus astra perfectiora non sunt, quod sensui cōmuni repugnat, aut gradus ille perfectionis qui sumitur à materiæ distantia non satis aptè rei ipsius perfectionē designabit. accidit.n.& supra astrum esse orbem, qui astro ignobilior est,tum ꝙ substantia orbis imperfectior existimatur,quia minus lucet,tum etiam ꝙ seruiens imperfectius eo solet esse,cui seruit: quamobrem cum orbis seruiat astro,negari non pōt, quin astrum sit orbe perfectius. Præterea mens à qua Luna mouetur habet cōplures alios orbes supra se, neque tamen extat controuersia præstantior'ne sit orbis,an mens. Arbitror equidem treis esse substantiarum ordineis in cęlo,mentium,stellarum,atque orbium,collationemq. perfectionis quæ sumitur à distantia, ad ea solùm pertinere quæ sunt ordinis eiusdem: sic mentem superiorem inferiori nobilitate anteire, & astrum astro,atq. orbem orbi antecellere. Nam & Plato quoq. inerrantia sydera nonmodò loco, verùm etiam dignitate errantibus indicat præstare: siquidem illa in eiusdem conuersione,hæc verò in circuitibus quos alterius periodos facit,collocauerit; tanq̃ inerrantia sola fruantur vita contemplatrice eiusdem,reliqua verò suis circuitibus alterius: illud generatim constitutum,errantia cum in errantibus ferri, non contrà; quasi per inerrantium motum vitā beatam consequantur. Quanuis autem Sol à Platone & Aristotele,vt in Meteorologia differemus, proximè supra Lunam collocetur, qui tamē & oculus cęli,& rex,& vniuersi custos perhibeatur,& illiq. vires attributæ sint ab Orpheo, hoc est, ab oī veterum philosophorū consensu, δημιουργικαὶ, ἄχραντοι, ἀναγωγοὶ τελεσιουργοὶ καὶ ἄλλαι πολλαὶ καθαρτικαί τε, καὶ κριτικαί. idest, fabricatrices, puræ, euocatrices,perfectrices, & aliæ multæ cùm purgatrices,tum item iudicatrices,per quas ornat, atque disponit vniuersum perpetuò lustrans; credimus hunc locum non nisi probabiliter posse tractari: nam præstantia vel in Sole ipso spectatur,vel ad nos: sit sanè ille omnium planetarum beneficientissimus generi humano,atq. terreno: at est aliud planetarū officiū quod in summi boni contēplatione positum est,quid aūt vetat,quominus in hoc à cęteris sublimioribus astris lōgissimo tractu superet? ita in rōne fallacia suberit à secūdùm quid ad simpliciter.

Philoponi, Latinorumq. obiectiones de materia cęli aduersus Aristotelem è medio tolluntur. Cap. IX.

OBIICIEBAT hæc Philoponus Aristoteli nostro. Cęlum,& hypeccauma eodem motu moueri: conuertuntur.n.vtraque. Præterea sic: Quæ non contingit eodem motu moueri natura non differunt. Non contingit autem cęlum eodem motu moueri. Sed hæc perperam assumpta esse constat, quandò ante hac ostensum sit non esse generis eiusdem cōuersionem cęli & ignis. Et 1.de Cęlo motus accipitur generatim; proinde cōperit naturis specie differentibus,veruntamen quę genere vel analogia conueniant. Quamobrem & eodē & diuerso motu cōcitantur; eodē in genere,in specie verò diuerso. Itaq. erit ea propositio vera in eum sensum. Quæ natura differunt sic,vt specie distinguantur,genere verò conueniant; ea planè eodem motu in genere,specie autem diuerso concitari. Ergo ab opposito. Quæ non eodem motu in genere, specie aūt diuerso cientur; ea sic natura non differunt, vt specie distinguantur, sint verò generis eiusdem. Proinde cęlum quia non eodem motu in genere, specie verò diuerso circunfertur; efficitur id sic non differre natura à cęteris,vt sit generis eiusdem,sed differt multò magis,vt analogo. Quamobrem tantum abest,vt hæc rō conuincat id quod cupiebat Ioannes,vt stet potius à nobis. Etiam Latini. Primùm in fundamento naturæ quod est materia,nihil esse distinctum. Ipsi profectò eo genere fallaciæ mihi decipi videntur quod est à secundùm quid ad simpliciter. Nam

A cùm in materia cęlesti duo spectari poſsint, quorum ſanè conditio valde admodùm varia eſt; id quod vnius priuilegio pertinet ad ipſam, omnibus modis ineſſe concludunt. Perſpicuum eſt.n.in cœlo dupli cem eſſe rõnem; alteram quæ eſt actu ſubſtantia, atq. alterã qua eſt potentia quadam, atq. illa quidem vel ad actum ſecundùm qui exiſtit ex forma adſiſtente, vel ad ipſum vbi. Cùm igitur eſſentia materiæ ſit poteſtatis affinis; cui dubiũ eſſe põt, quin ea rõne materia ſit qua continet poteſtatem? ſed cùm ſit actu ſubſtãtia; ea ſanè ratione nõ materia, ſed ſubſtãtia ſimpliciter habenda eſt. itaq. Latini id quod in ipſa ineſt, quatenus poteſtate eſt, & materia, volũt irẽ ineſſe, quatenus eſt ſubſtãtia ſimpliciter, & oĩbus modis. Eſto igitur, vt quatenus poteſtate eſt & materia, nihil habeat ex ſeipſa diſtinctum; habet tamen quia ſubſtantia per ſe eſt, & actu: & quatenus eſt materia, vel poteſtas, vt eſt eius poteſtas duplex; ſic quoq. ex duplici actu noteſcere ipsã oportere dico; veruntamen neq. ob id neceſſe eſt, vt actus ille ſit eius forma, quemadmodũ euenit in noſtratem materiã: ſat quidem eſt, ſi fuerit actus; at nõ neceſſariò ſequitur, vt ſi eius generis actus, per quem res ipſa ſit in prędicamento ſubſtantiæ: etenim iam eſt per ſe ipſam in genere ſubſtantiæ, & actus ex eo prædicamento: quare ẽt per ſe ipſe diſtinguitur, & per ſe diſtinguitur ab aliis actibus, niſi ſit ad ipſos, quemadmodũ priuatio, vel poteſtas, vt ad mentes beatas, quatenus ſunt motrices, & vt in entiũ ordine eſt caſus quidã ab earum ſumma perfectione & generatim, vt in eo formalis illa cõpoſitio reperitur: ad cęteros actus inferiores, & ad poteſtatem ſeu materiã,

B quòd ad illa cõpoſitum non eſt, ſeipſo diſtinguitur. Atq. hæc ad obiectionem ſatis: verùm quod attinet ad explicandã vniuerſam rõnem diſtinctionis in cœlo rurſus ea diuiſio repetenda eſt; quo ad nos, & quo ad naturam: neque.n.par eſt vtriuſq. modi ratio: ſiquidem vt ſubſtantia nullam rõnem compoſitionis præſeferat ad noſtrates ſubſtantias, multò minus ad materiã, ſed ſi eam ſpectare libeat, vt materiã; quanuis ad naturã ſit multò ſimplicior; at quo ad nos ſubeſt cõpoſitio formalis; etenim quatenus actu ſubſtãtia notiſsima eſt, vt nil fortè illuſtrius appareat: attamen materia noſtràs longè notior, vt ex hac in eius cognitionẽ peruenire cogamur; etenim ſi quatenus per ſe mobile ſpectetur, & formæ noſtrates, & functiones euidentiſsimæ ſunt, ſubſtantia ſeparata nob. ignotiſsima: ſi verò quatenus habet poteſtatẽ ad vbi, hîc etiam noteſcit minus, quandò noteſcit per actũ, qui ſit minoris gradus; quippe ꝙ noſtràs per actũ ſubſtantiæ cognoſcatur; ea verò per actum ipſius vbi, multò verò magis id noſcitur, quòd per actum ſubſtantię concipitur. Veruntamen hîc hæſitare poſsis eo poſito, quòd actus per ſe ipſum noſcatur, & per actũ poteſtas, aut etiã priuatio; res ita ſuccedet, vt actus ſine poteſtate, aut priuatione noſci valeat, non contrà: ſimplex.n.eſt ad poteſtatem & priuationem; poteſtas aũt, & priuatio cõpoſita formaliter; atqui cõpoſitum ſine rõne componentium percipi nequit, cõponentium ratio prior eſt rõne compoſitorum. At oppono ego actum per ſe diſtingui: diſtinctio ex eorum genere eſt

C quæ ſunt ad aliquid; ea verò dignoſci non poſſunt, niſi & id certè diſtincteq. noſcatur, ad quod referuntur: nihilo.n. plus ille nouit, qui interrogans ſeruum quo iret, & cuius eſſet, reſponſum tulit. Hue eo, heri ſum ſeruus, proinde etiam notio actus erit cõpoſita, non ſimplex, quemadmodũ anteà conſtituimus. Sed docuit Ariſt. non neceſſe eſſe, vt in ſeiunctis vtriuſq. diſtincta cognitio requiratur, ſed vbi alterum in alterius eſſentia capiatur, diſtinctam cognitionẽ prioris ſufficere: ſic verum iudex eſſe ſui, & falſi, & rectũ iudex ſui, & obliqui, idemq. monſtrauit contra Speuſippum [a] qui definitiones ex eo tollebat, ꝙ infinita noſſe oporteret à quibus.ſ. diſcreparet definitum, ſufficere, ſi differentias quæ conſtituerent, optimè teneremus: nam per eas ipſas fęliciſsimè ſuccedere, vt oĩa noſceremus à quibus res definita diſcreparet. Sed redeo ad argumenta. Fuit ſecundùm. Omne ſenſile eſſe compoſitum: itaq. & cœlum. Vereor autem ne ſic verum ſit enunciare oẽ compoſitũ eſſe ſenſile; non contrà, & id fortè nõ quolibet modo cõpoſitum, ſed cõpoſitione τῆς ὑπάρξεως at reali, vt aiunt: nanq. planum eſt non oẽ cõpoſitum compoſitione formali eſſe ſenſile, vt negationes & priuationes. Et quanq. in iis quæ ex materia formaq. conſtant, nec materia, neq. forma per ſe moueant ſenſus, ſed ex vtriſq. conſtans: at dicã ego actu corpus eſſe per ſe ſenſile, ſiue ſit actu per formã per quam eſt hoc aliquid; ſiue etiam actu ex ſeipſo: quare quid generalius eſt eſſe ſenſile, ꝗ eſſe cõpoſitum ex materia & forma quę ſignificatur oratione explicante quid eſt, quòd ſatis ſit, ſi ſuſtineat accidentia per quæ ſentiatur, vt lumen & motum.

D Neq. verò eſt, ꝙ dubitemus etiam reddere ſubiecto quod actu per ſe exiſtat, ſine auxilio formæ, accidentia quæ pellant ſenſus. Neq. obſtat, ſiquando dixerit Ariſt. [b] accidenti ſupponi ſubſtantiã quæ de materia prædicatur, hæc aũt eſt actus, ſeu forma. Nam dicendum eſt, Ariſt. ibi loqui de accidente vniuocè, quale eſt illud quod inſidet in cõpoſitis ex materia & forma. hoc.n. in materia non põt inhærere ſine forma, aut ſi accidens vniuerſè accipitur quod analogicè dicitur de iis quæ inſunt in rebus caducis, & in æternis, Ariſt. ibi accipere dicemus id quod prius eſt, more conſueto in iis inter quæ ordo exiſtit, prius aũt quo ad nos. id verò eſt accidẽs quod ineſt in mortalibus; hoc aũt ineſt per formam. ſed enim intelligi quoq. põt alterum accidens quod ineſt in æternis, ſed analogicè hoc modo, ꝙ ſicut ineſt hoc accidens in actu ſubſtantia quæ ſic eſt per formam; hoc item inſit in actu ſubſtantia, non neceſſariò verò per formã. & id generatim de accidente decernatur, ipſum actui comitari, & ineſſe per actũ, ſiue ille actus exiſtat ex forma, ſiue ſit per ſe, qualẽ nos in cęlo collocauimus. Hæc eadem ſolutio placuit Auerroi: [c] quare docuit in caducis formã ſupponi accidentibus in cęlo ſatis eſſe actũ ſuum ipſius materiæ propriũ per quem & exiſteret cœlum, & capax accidentium foret. Poſſumus item accipere formã pro eo quod ab indiuiduo ſecretum mente cõcipitur, vt acceptum videt, cùm dictum eſt qui dicit cœlum, dicere formam. Cùm opponitur. Hoc cœlum ſignificare materiã, & cœlum ſimpliciter indicare formã, & alia quæ ſunt eiuſdem notæ, vtputa, cœlum indiſſolubiliter ex materia formaq. conſtare, & ex

[a] 2. Poſt.
[b] 7. Met. T. 8. 8. Met. T. 6.
[c] 1. de cœl. T. c. 10.

modo abstractionis probatur formã illam necessariò fore in materia; & formã alio modo vsurpatam fuisse puto, q̃ ferat vsus cõmunis, & probationem arbitror esse fallacem. Vel.n.forma in cœlo posita est,φ id præseferat ingenium corporis cœlestis, vt idem subiectum retineat vim potestatis, & actus, & quidem actus, quatenus substantia, quantum, & quale; ob eamq. rem subeat rationem formæ; vnde item à Themistio, teste Auerroë, neque repugnante, corpora hæc formę appellantur (Græcè puto εἴδη, quib. non formæ quæ plerunq. sine materia non existunt, exprimi solent, sed res absolutæ, cuiusmodi sunt illę quæ sunt actu) potestas aũt, & materia ꝑpter locum. Ita ergo in cœlo sunt actus, & potestas hærentia perpetuò: actus aũt ille nomine speciei formæq. notatur; potentia verò nomine indiuidui. illud quidem, quia per nomen formæ primùm significatur id quod sub intelligentiã cadit; huiusmodi verò est actus substantiæ, cęteriq. actus analogicè, quibus accidit ope mentis à conditionibus indiuidui separari, & concipi tanq̃ vniuersaliã quæ primùm in specie subsistunt. Sic cœlum vniuersè acceptum significat actum eius corporis quod est vt forma: cùm verò talis sit cœli natura; non efficitur inde, formam in illo inesse quæ accedat materiæ, & eã informans ad potestatem ab actu traducat. Neq. verò est φ cœlo forma tribuatur, quatenus est ex associatione mentis: nam sic cœlo forma non negabit: verùm locus ille non amplius vsurpari posset ab Egidio ad propositũ approbandum, quia coniunctio talis formæ non ponit materiã in eo cõposito quæ posit esse substantia, & per se ordinata sit ad aliquẽ actum, vnde assecuta sit, φ existat; intra se tamen vim repugnantiæ contineat. Aut etiam, quod rectius opinor, dicemus formã in cœlo significare actũ illum de prędicamento substantiæ, qui idẽ est cum cœlesti substantia, quatenus ope mentis seuocatur ab indiuidui conditionibus, materiã verò esse eundem actũ, qui reapse continet indiuidui conditiones. Neq. illud generale est id quod abstrahitur auctoritate mentis à conditionibus indiuidui, formã esse quæ de materia prædicetur, aut insit in ea promouens ipsam ad actu cõposituum, sed sat est, si fuerit actus solùm: itaque Deus cui generaliter oĩs compositio denegatur, & vt hic, & simpliciter concipi põt: ita quoq. consideratur Sol, & hic Sol: proinde & cœlum, & hoc cœlum. atq. oĩno in iis quæ monadica dicuntur, cùm reipsa idem sint, & esse simpliciter, & hoc esse, mens ipsa de ordine in ordinẽ traducit ex singulari faciens vniuersale; non φ adsit quędam natura cõmunis, vt in formis materiatis quæ cõmuniter plures materiæ portiones informare queat, sed amouens tantummodò conditiones quibus adstringitur ad id, vt hoc sit, per repetitionẽ eiusdem efformat notionem quæ cõmunis est priuatiuè, quia.s.non vna tantùm ad numerũ, non autem positiuè, quia participetur à pluribus. Quanq̃ neque in formis quæ pluribus cõmunicari solent; mens in primo illo munere quo per inductionẽ fabricatur vniuersale; rationem habet formæ, sed adhuc tanq̃ vnum concipit id quod de pluribus dicitur indiuiduis. Quapropter φ in productione vniuersalis opera formæ requiratur, non necessariũ est; verùm sufficit, si interueniat actus, vel cõpositi in re materiata, vel in rebus materia carentibus, hoc est, in quibus non est potentia substantia simplicis ipsius actus, vel corporis, vel mentis. Quod dicit quantitatẽ terminatam esse conditionẽ formæ: in nostratibus ita se habere concedimus, in cœlestibus asseuerabimus eam esse conditionẽ actus substantiæ, & generatim dicemus quantitatẽ terminatam consequi actũ corporeũ, quicunq. ille fuerit aut formã cõmunius accipiemus, quomodocunq. actum substantiæ corporeæ significet. At verò cõmuniter inesse cõplura accidentia in cœlo, & iis quæ continentur in eo, si vniuocè illiusmodi esse credas, mea quidem sententia, decipieris; si vt ad vnũ rectè opinaberis. Necnon ex accidentibus aliqua sunt quæ intus informant materiã, quasi de illius potentia producta quorum esse est fixũ, & permanens; alia sunt quæ in cute hærent, & extrinsecùs accedunt ab externo pendentia, quod Græci dicunt ἐπικτήτως, hæc conditiones suas obtinent potius per principium à quo pendent, q̃ per subiectum; talia verò sunt lumen, & aliqui motus ab alio, & per accidens. Hæc eadem esse vtrobiq. nil vetat. Sed prætereà accidentium quæ habent esse fixum in subiecto, diuersa est ratio; facileq. perspicies totũ subiectum non esse necessarium generis eiusdem; quocirca neq. inferri posse cõmunem esse materiã cœli, atq. inferiorũ, nisi ea cõmunitate quæ est in iis quæ ponimus ad vnum: & ita inest quantum, quale, & alia si qua sunt, quæ cõmuniter inesse videntur in cœlo, & iis quæ intra cõplexum cœli sunt. Nec certè vniuoca esse possunt, & generis eiusdem; cùm illa in cœlo perpetuò maneant contrario carentia; nostratia verò succedente contrario per se, & interempto subiecto per accidens immutentur. Diluitur item postrema rõ quæ Arist. auctoritate nitebat: nanq. etiã si demus in cœlo totidem esse principia, quot hîc sunt, & secum pro portione congruentia; non tamen illa prorsus in eodẽ ordine collocamus, neque parem gradum facimus corporũ cœlestium, atq. eorum quæ sunt apud nos, sed in eo, quòd ad vnum sint, tantummodò conuenire fatemur. Neque mouens ibi, aut formã eodem pacto censebimus inesse, si Arist. audire volumus. illa.n.sine motu operantur, & ad secundùm actũ conducunt: hæc non sine motu quicquã efficiunt, & rebus ipsis exhibent, quòd simpliciter existant. Ita quoq. materiã in cœlo esse volumus, sed natura discrepantem, vt ea quæ sese extulit in sublime, huius imago sit potius, q̃ quòd solidã expressamq. rõnem materiæ contineat: hæc eius substantiæ conditiones, sed longo interuallo imitetur; quoniã illa sit planè actu substantia; hęc verò substantia propemodũ, quia potestas. At verò postquàm hæc cõmenti fuissemus, incidimus in cõmentarios doctissimi Theophili, quibus ipse de materia cœli disserens pro Latinis hęc adscripsit. Cœlũ non esse materiã simplicẽ, neq. simplicem actum. Ex actu igitur & materia compositum. Neque.n. inquit, materia simplex existit per se; nunquam.n.potestas ab actu deseritur: actus aũt eius semper est coniunctus cum potestate ad vbi, quæ cùm sint differentiæ valde distantes, & è diuersis categoriis; arguunt in cœlo compositionem. Prætereà si materia cœli est in actu; ergo composita. Proinde opina-

tur

tur in cœlo esse aliquam formam sui generis à qua cœli materia deducatur ad actum. Sed.n.frustra fit
A per plura quod per pauciora fieri pôt. Si igitur actu substantia sine forma existit, cur frustra forma inculcabitur? Quinetiam materia cœli, vel per se est in potentia, vel caret ipsa: si per se potentia fuerit: ergo respicit opposita de prædicamento substantiæ quæ frustrari natura non vult. itaq. cœlum corpus erit caducum: si potentia vacat; ergo actu per se existit: aliter inter potestatẽ & actum medium reperiri posset. Quare dabo illi quidem materiã cęli obtinere formã sui generis vt dixi, vel quæ afferat actũ secundùm, vel formã de prędicamento ipsius vbi, ad quod est in potentia, & cuius est materia; illam denegabo, quæ ad actu substantiã promoueat, sed asseuerabo eã esse per se substantiam. Ita igitur, quanuis materia simplex non existat; non idcirco est actu substantia per formam. Neque compositum ex materia & forma, sed per se actu substantia. Neq. item ea cõpositio, quæ est subiecto, & actu accidentis, arguit cõpositionem de qua nunc agimus, sed cõpositio ex potestate, & actu de prædicamento substantiæ. Neq. etiam oẽ quod est in actu, est cõpositum, sed quod in actu propriè; verùm cœli substãtia verè est actus in ordine corporum; atque substantiarum sensilium in actu impropriè, & per abusum, quippe quòd ad illud translatus sit hic modus, ab his quæ caduca sunt, & ex potestate, & actu perspicuè constant. Erit igitur cœlum actu substantia, & actus in ordine corporum.

Proponitur quæstio de mundi perpetuitate, & locus quidam Aristotelis examinatur. Cap. X.

AB ipsius cęli perpetuitate totius etiã mundi perpetuitas deriuatur: licet ea cœlum absolutè fruatur; quæ verò in eius amplexu continentur per successionem continuam. Verùm q̃ inter Academicos & Peripateticos de mundi totius cęliq. perpetuitate magna lis exorta est, eiusq. cognitio quoquo modo spectat ad ea quæ de motus initiis instituimus explicanda; nos etiam mox id agere decreuimus, & reliqua persequi quæ ad eius perpetuitatẽ firmandam Peripatetici solent afferre. Cùm verò tres voces apud Græcos permansionẽ perpetuã significent αἰώνιον, æternũ rectè dixeris, ἀΐδιον quod perpetuum, & ἀθάνατον, quod immortale, atq. illud primum quod diuinæ menti aptum est de quo supra nonnulla; perpetuum verò quod iis quæ nec per se, nec per accidẽs intereunt: immortale autem, quod per se quidẽ non interit, sed si fortè per accidens interire pôt: hoc aũt est, ad subiecti interitum: quo circa materia melius perpetua, q̃ immortalis diceretur; quandò, tametsi per se neq. oritur, neque interit; per accidens aũt propter adiunctam priuationem vtriq. statui subiicitur, non pertinet ad illam interitus propter subiectũ, sed interit, quia quod in ipsa est, cõmutatur. Certè prima æterni rõ non conuenit proposito nostro: nam motus quem in singulis mundi partibus obseruamus, prohibet, quominus
C existimemus mundũ in se ipso consummationẽ substantiæ totius habere, cuius permansionis æuũ ipsum mensura existit. tantum.n.abest, vt hoc quod est totum esse simul, sine vlla suiipsius immutatione mundo tribuendũ sit, vt ea ex quibus sensilis hic mũdus de quo nunc agimus, existit, vel caduca sint, vel quanuis perpetua substãtia prędita sint, perpetuo motu tamen agitentur: & tum optimè se habeãt, cùm circũ terram conuertuntur. Cùm etiam mundi quædam partes caducæ sint, & mortales; cùm ẽt substantia quædam sensilis sit; per accidẽs sanè interire non põt, sed si fortè corruptionem accipiat, per se hoc inerit. idcirco neq. nomen immortalis ipsius naturã nobis optimè repręsentabit: superest igitur, vt de mundo quęramus. Vtrum'ne mundus perpetuus sit, an ab aliquo temporis principatu extiterit. Perpetui verò duæ sunt conditiones; altera quidẽ, vt sit ingenitum, hoc est, nunquam esse cęperit; altera aũt, quòd nunquam ad exitum perducatur. Quoniam verò quæ incipiunt esse, aut etiam desinunt, vt oĩa illa sunt quæ nomine ἐνεργείας ab Arist. significantur, visio, illuminatio, intelligẽtia, quia simul fiant, & sint; nec sit diuersum instans quo fiebant, ab eo quo factæ sunt; neque item aliud instans quo corrumpebantur, & quo corruptæ fuerunt; vel citra vllam generationẽ, vel ea præcedente incipiunt; sic etiã aut sine corruptione, aut per ipsã desinant, quæcunque.f.in diuersis temporis punctis fiunt, & sunt, aut corrumpuntur, & non sunt; aliud est.n.punctum quo Socrates gignebatur ab eo quo genitus
D est, & quo ægrotabat, & ex morbo posteà contabuit, dum genitũ, aut caducum sumimus hoc loco, accipimus propriè id quod ex generatione factum est, & interiit per corruptionem. Quorum sanè geminam caussã afferre licet, efficientem vnã, atq. alteram, materiã, & subiectum. Efficiens in corruptione corrumpens est: verùm quia corruptio in alterius ortum instituta est, & quod per se corrumpit, multo prius genuit, de generante dicamus. hoc quidem necessariò, id est, in quo res ipsa latebat; antequàm exierit ad lucem per formã quæ in efficiente continetur; huic materia substernitur, ex qua, tanquàm patibili principio existit id quod generatur, & in quam id resoluitur quod interit per abscessum formæ, & habilitatis quæ ab efficiente, dum gigneret, incussa fuerat. Per huiusmodi principium generatio differt à creatione: nam generationi materia supponit' quæ ab efficiente separata subsistit, & cum ipsa vicissitudini pugnæque contrariorum assiduè subiacet (pulchrè.n.Platonici nobis id significarunt, cùm bellum oĩum patrem esse dicerent) ortus inter contraria obitur. Creatio neq. materiam requirit, neq. contrarium, sed ab efficiente proximè proficiscitur qui intelligendo producit, & materiam simul parat, & imprimit formam. Hunc producendi modum Peripatetici, neq. è philosophis naturalibus vllus approbarunt, placuerit'ne Platoni incertum est, quãdò multi ex eius sectatoribus eam productionẽ quæ ab ipso Deo præstatur, perpetuã esse voluerint. Nos hîc ad inquirendum proponimus, sit'ne genitus mundus, an semper extiterit. de creatione disputare neq. consilium nostrum est, neq. fas est attingere, quòd philosopho naturali nullã viam suppetere arbitremur qua creationem confirmare possit,

nec

nec decreta quæ ad leges, religionem úe pertineant, in dubium aliquo pacto reuocanda censeamus, sed sacris legislatoribus assentientes qui cum veluti dei progenies sint, à Deo genitore suo optime hæc oïa norunt, & successoribus suis sine argumẽtis rationibusúe patefecerunt. hoc firmum ratumq. volumus creatum fuisse mundum. Peripateticè problema proponatur; genitus'ne potuerit esse mundus; nec in alienã messem manus inferamus, & caussas omnes adimamus quibus aut accusandi simus, aut multa supra crepidã notare cogamur. Tractatur autem ab Arist. cum 8. Phys. tum item 1. de cęlo. atque in eodẽ libro duob. in locis in fronte & calce. primùm quidẽ dialecticè, vt opinor, deinde verò machinis oĩbus pugnatum est. Videtur autem Arist. totis viribus in hoc negotium incubuisse, cum propter rei magnitudinem, quid. n. maius in natura q̃ mundus? tum etiam ꝓpter obscuritatem quæ à diuersis factionibus philosophorũ vsq. ad ea tempora in immensũ aucta fuerat: omnes. n. qui de natura scripserant, mundi generationẽ proposuerant, & de ea Plato fuerat apertissimè locutus. Omnes igitur vias attentauit Arist. quibus animi sui sñiam aperiret, & persuaderet, ac potissimè contrà Platonem qui ortũ ipsum autumare videretur, posthàc aũt perpetuò permansurum. Verùm quemadmodum gemina via insistit Arist. dialectica nimirùm, & physica; sic & nos vtranq. seorsum experiemur exordientes à dialectica, sumpto exẽplo ab Aristotele, qui dialecticè primum in hoc theoremate conflixit: talem. n. fuis- E

* T. 20. se viã illam, quam in fronte primi de cęlo tenuit Aristoteles, [a] assentietur quicunq. verba ipsius aduerterit diligentius: cuncta. n. suspicionem, & infirmã quandam notitiã significant, & id repręsentãt quod aliter euenire possit, vtputa εὔλογον. i. rationi consentaneum, ὑπολαβεῖν, hoc est, suspicari, & paullò pòst ὀρθῶς ἔοικεν ἡ φύσις τὸ μέλλον ἔσεσθαι ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον ἐξελέσθαι τῶν ἐναντίων. Rectè. i. videtur natura id quod futurum erat ingenitum, & corruptionis expers, à contrariis exemisse. etenim declarauit ipse Aristoteles. nõ semel inter τὸ ἐσόμενον, & τὸ μέλλον. eiusmodi discrimen intercedere: nanq. illud ad necessaria; hoc aũt ad contingentia refertur. licèt veræ & necessariæ ꝓpositiones, quantũ huius nostræ methodi ingeniũ patitur, assumptæ fuerint, vt etiã in his ipsis agnoscas, quanquam vera necessariaq. sunt illa quæ assumuntur, ni tamen fuerint facta perspicua, certã scientiã parere non posse. Cęterùm quia ratio illa quam adhibuit Arist. artificij plena mihi semper est visa, eamq. video plerosq. conniuere: nolo id cõmittere, quin & ipsa tibi quoq. significem quid animum meum quandoq. tentarit. ea quidẽ talis est: nam referam summam. Quod contrario vacat, non generatur, quod non generatur, nec augescit item. Quod verò est huiusmodi nec etiam alteratur: itaq. cœlum cùm contrario vacet, non gignetur, neque crescet, neq. item alterabitur. quòd si rationem magis arctare libeat; ita cogere oïa potes. Caret contrario, non generatur igitur: quare neque etiam alteratur. Quoniam verò duplex est alteratio noxia quidem vna, atq. altera perficiens: planum quidẽ perficien- F

tem in ea rõne non comprehendi; cùm cęlũ ab hoc genere mutationis exemptum non sit. Verùm quòd alteratio noxia duplex itẽ ab Alexandro posita fuit, altera quidem quæ substantiã affligeret, ita vt ad formã substantiæ perueniret; altera autem quę non illucusq. proueheretur; arbitratus est item Alexander neq. ex hoc genere alterationis cęlũ esse exceptum, sed ex eo solo q substantia terminatur. Mihi tamen eadẽ videtur esse rõ vtriusque alterationis, nanq. idem est frigus quod ex aëre aquã facit, & quod ex aqua terrã facere aggreditur, neq. præstat, nisi secundùm phantasiã, & speciẽ quandã, vel quia prohibeatur à contrario, vel etiã quia subiectum illius formæ non sit capax: idcò quoq. libenter assèuerarim & hoc postremũ genus alterationis à cęlesti corpore esse segregandum. quòd si transferre videat ad nos aliquas huĩ qualitates, vt calorẽ & siccitatem; eas inquam ego in cęlo, & eius instrumentis vt in caussa ambigua latitare; quatum sanè alterationũ corpus illud sine vllo detrimento capax est: nec certè secus àc frigus, quod à torpedine per rete ad piscatoris manum transfunditur: nam rete ipsum non stupefacit, sed affert secum stupefaciendi facultatẽ, quam posteà in manũ piscatoris exerit: caussa est, quia non tantum requiritur efficiendi principiũ, sed patiendi facultas ad formã imprimendam optimè affecta. Nec certè quicquã discerno, quòd hanc sñiam ex Arist. decretis labefactare possit. Verùm fac Arist. rationem ad oẽ genus alterationis noxiæ non pertinere; mirum cuipiã videri queat Aristotelem in ea statuisse antecedens; id quod non generatur: quandò in rerum natura pleriq. philosophi auctores sunt alterationẽ generationi præire. & id perspicuũ sit, nisi res alteretur, neq. etiam generari posse, non contrà, nisi gignatur: idem quoq. non alterari: cùm etiam salua substantia mutatio fieri possit secundùm qualitatem. Huc accedit quòd vitium in rõne subest, vel quòd sit διάλληλος & δεῖξις & idem ex eodẽ concludat, vel quòd petat id tanquam manifestum quod probare constituit. etenim pone cœlum non generari, vt antecedens, & immineat eius approbandi necessitas; assumitur id, cęlum carere contrariis. At contraria sunt qualitates; inter illa igitur alteratio: idem ergo erit si dixerimus cœlum carere contrariis, & non alterari; sic circulus conficietur; non alteratur, nec generatur igitur. rursus non generatur, neq. ergo alteratur. sic non alteratur, quia non alteratur, aut quoniã idem ꝓpemodum valent & contrario vacare. & non mutari secundùm qualitatẽ quod est nõ alterari: assumetur id quod posteà conclusum fuit. Cùm Arist. hisce verbis vtatur omnes has probationes esse τῆς αὐτῆς διανοίας. i. eiusdem cogitationis. ex his ego duplicẽ sensum elici posse puto, vel q per eandem cogitationẽ significet habitũ ratiocinandi, siue dialecticũ, seu physicum, & eadẽ methodo vtrunq. effici posse doceat, & q gigni non possit, & q neq. alterari, vel aliquid sublimius ab Arist. expectandum est quod cum rerum natura congruat, & accurata eius rei explicatione dignum sit. Opinor autem Aristotelem, quanuis dialecticè ratiocinetur quod à cõmuni hominum sensu receptũ est, assumens: illud etiam pronunciasse, quod vim principij teneat in rerum natura, & eius ordini hoc loco consuluisse; hic verò est, vt substan- G H

tia

A tia præcedat accidenti,& idcirco ortus alterationi dupliciter, vel quoniam generatio sit finis alterationis; cùm verò finis non est, neq. etiam quę instituuntur in finē,esse oportet. itaq. si cęli generatio non est; cur alterationē esse opus fuerit? Neq. obstat id alterationem posse citra mutationē substantiæ consistere; vbi.s.ad interitum vsq. non prouehatur: hoc.n.iam per accidens euenire docuimus; vel etiam quia substantia præcedit origine accidēti,nec accidens inest in materia,nisi substantia supponatur. ideo nisi substantia mutetur,& accidentia quoq. secundùm naturā permanent. quòd si obiicias accidens manente substantia permutari. Si etiam dicas, cùm sint eiusdē cogitationis alteratio & ortus; neq. minus ex mutatione qualitatis argui posse substantiæ mutationem,q̃ ex mutatione substantię colligi mutationem qualitatis. Ad hæc ego respondeo,quia natura tendit ad perfectum,in methodo quoq. quę naturā imitatur,spectari perfectum: at accidens perfectum id est quod inest secundùm naturā, propriamq. formā requirit in subiecto quam sequatur. quod substantiæ mutationē non sequitur,inest præter naturā,& imperfectum est,& πάθος.i.affectio potius,q̃ qualitas appellari debet: quanuis aūt eiusdem iudicij sint alterari & corrumpi,vt nisi afficiatur non etiam corrumpatur: at credimus Arist.ita argumentatū fuisse, vt indicaret naturæ processū & sensim suppeditaret argumentū ex caussa: nanq. ab alteratione ad generationē proficisci erat argumentari à signo. Pertinet etiam idem progressus,idemq. iudicium ad quantum: quandò etiam incrementum sine generationi pręstari non pōt. de latione aliud iu-
B dicium faciendum est, cùm ipsa etiam obeatur permanente substantia; nec sit instrumentum vllius interitus. Id autem quod de ratione Aristotelica obiectum est, facilè expediri pōt: nam quod dicitur, in antecedente accipi cęlum vacare contrariis,quod idem valet,atq. alterari non posse,dicimus contraria non in qualitate assumi, sed in substantia quę posteà contraria in qualitate consequuntur: sic ex caussa deducit argumentū, vti dictū est, & oīa cōgruūt cum iis ipsis principiis quę à nob.anteà cōstituta sunt.

Variæ philosophorum sententiæ de mundi perpetuitate recitantur. Cap. XI.

HOC peracto curriculo confero me nunc ad alterum conflictum quo in calce 1. de cœlo cum Platone ad extremum vsq. certatum est,& oīa tentata quæ aliquid possent in methodo naturali: eius.n.philosophi auctoritas mirum in modū vrgebat,idq. maximè,opinor, φ Theologorum sñia foret quam pleriq. sine vlla cunctatione arripiant. Sed non facilè erit percipere vim, & robur argumentorum Aristotelis,quib. inuectus est in Platonem, nisi & antè compertum sit quod Plato ipse decreuit. Id autem breui quadam enumeratione facta sententiarū quæ de hac ipsa re circunferuntur,optimè patebit. Inter eos igitur qui Arist. præcesserunt, conueniebat genitum esse mundum Theologos,Poëtas,
C Astronomos ac Physicos; hoc est,aliquod tēpus extitisse quo mundus non esset,posteà cōditus fuisset. Non obstat autem,φ Aristoteles id de Timęo scriptū reliquerit, ipsum existimasse mundum non fuisse genitū,sed planè interiturum; nam credo in hoc Auerroi dicenti nullū philosophum extitisse qui talem sñiam professus sit,& quantum verò est de auctoritate Aristotelis, Alexander in eius loci explicatione quæ recitatur à Philopono,testatur eiusmodi sñiam viro illi fuisse adscriptā, quòd eiusdem notæ esset,atq. altera illa quam sine dubio defendebat,mundum.s.conditum fuisse,sed perpetuò māsurum; quasi inter illas conueniret, quòd mundus ex altera tantùm tēporis parte foret perpetuus. discrepant verò de ipsius interitu: ex iis.n.nonnulli putarunt,postquam genitus esset, ipsum assiduè sine vllo detrimento permansurum: alij contrà corruptū iri mundum,quos item in duo studia scissos esse comperio: nanq. opinantur quidā ipsum oriri, & interire nō secus àc quodq. singulare in specie mortalium: alij quoq. asseuerant interire mundū,sed veluti phœnicē quandā nouari eundē in infinitum. Primùm igitur genitum quidē mundum,sed non posse corrumpi asserebant Pythagorei, Timęus; Anaxagoras ét in his recenseri pōt.Tribuit id quoq. Platoni Philosophus. Verùm de hac re mox. Quòd verò interiturus sit, vt etiā reliqua intereunt apud nos, profitebatur. Democritus φ renouetur, postquam interiit. Empedocles, & Heraclitus; ille quidem canens ipsum ab amicitia confusum iri in sphęrum, ac post à
D lite in elementa dissoluendum. Heraclitus aūt ex conflagratione interiturum putauit,sed iterum exorturum. Astrologi quoq. testati sunt mundum aut æstate quadā magna per incendiū,aut magna quadā hyeme per diluuium interiturum,ac posteà renaturum: falsam verò oīno esse illorum physicorum sñiam qui plures posuere mundos siue simul, siue etiā sibi sigillatim succedentes accipiamus. Quam ob rem reliquum est vt vnus sit,atq. ille quidem conditus,sed perpetuò mansurus,vt voluit Plato, vel neq. genitus,neq. mortalis,vt censuit Aristoteles. Vel quòd olim genitus ab æterna tamen voluntate, sed ex nihilo,quod sanè vsq. ad Arist. tempora nullus excogitauerat; verùm longo post tempore venit in mentem Philopono inter Græcos doctores, & inter Arabas Algazeli, qui quòd rem verā, & Christianam elocuti palàm sint,q̃ iure optimo celebrandi,tam fortasse digni cōmiseratione,quòd ex initiis, fundamentisq. philosophiæ naturalis quæ sensu innititur,mundum ex nihilo genitū esse professi sunt: quamobrem nescio mehercule vtrum'ne successerit illis propugnare pietatē quæ certè non eget huiuscemodi machinis,an potius corrumpere methodū naturalem: tametsi Algazel,& Auerroës acta egerunt,vt supra dictum est. A Philopono testis Plato citabatur. Ex quo factum est, vt de germana Platonis sñia magnæ lites extiterint inter Gręcos auctoreis. Cumq. pars maxima rationum quas Aristoteles in Platonē intendit,de mundi perpetuitate disserēs,aduersus eam sententiā valeant; operępretium me facturum confido, si de illius ꝑpria sententia cum primis inquiratur; eiusmodi'ne fuerit, qualem ipsi tribuit Aristoteles,& experiri,vtrum'ne Arist. à calumnia liberare possimus qua malorum morum insimulatus

simulatus fuit, quòd falsò in præceptorē suum inuectus esset. Vnde dicebat aliquando pro vtroq. Proclus & Simplicius aliud nimirùm sonare verba Platonis, àc fuerit eius philosophi sensus; atq. id quod genitū ipse appellaret, verè pendens esset à caussa, quod sanè perpetuò non repugnat, quia tamen posset quispiam corticem verborum inspiciens facillimè labi; Arist. propriā verborum vim exagitasse, symbolum verò non attigisse. Et alij complures studiosi Platonis cùm inficiari non possent, quin verba Timęi præseferrent illam sniam quam suis argumentis vexauit Aristoteles, vt oēm repugnantiam è Platonis placitis propulsarent (nil.n.turpius incerta doctrina) ad libitum Timęi locum interpretati sunt: hoc igitur in primis stabilire non erit inutile; multi aūt pulueris, & accurationis apud Aristotelē, hæc.n. sententia communē hominum sensum irrepserat, cùm legibus etiā magis congruebat; quippe q infinitum vix capiat mens; quamobrem facilè in vnoquoq. suę productionis initia ponit. Illa pręterea quæ de Deo concepit, augent suspicionem: nil.n. caussæ præstantiam, & quod Græci τὸ κύριον vocant, apud nos significat magis, q̄ aliquid efficere posse, & vt illi dicunt, δημιουργεῖν: nam de se quisq. coniecturam facit; cumq. multùm sibi tribui cernat; siquando rei cuiuspiam auctor habeatur; nullum aliū præstantiorem efficiendi modū esse putat. Sed aliam longè augustiorem efficiendi rationem Peripatetici se inuenisse putant: ob id igitur magno apparatu opus fuit ad eā in animis hominum infigēdam. Cùm verò à nobis dictum est mundi exordium variis modis à philosophis fuisse constitutum propter eorum auctoritatē; nequid in eius theorematis explicatione desideraretur, illorum opiniones breuiter attingit, atq. confutat. Verùm quòd earum confutatio facilis; nec quicquam proponitur ab illis quod paullò maiore opera confici non possit, ad Platonem ipsum iā cominus accedamus. Nam quòd verè, proprieq. genitum mundū ipse nō fuerit arbitratus, hi quidem persuadere conant̄ multis argumentis. Primùm ex ordine quem inter mundi parteis cōstituit Plato qui cœlum inter beatas menteis, & elemēta mediū collocarit; quasi sit vtriq. extremo consimile, perpetuitatis sanè beneficio mentibus beatissimis, per motū verò elementis. Tum quia si cœlum genitū fuisset, cùm anteà potestate extitisset; caussa igitur aliquid faceret quod anteà non faciebat: quamobrem inuida & mutabilis esset, cùm tamen via motus indicetur opus esse quadā prima caussa quæ prorsus immutabilis sit cum per se, tum etiam per accidens. Adde quòd Plato ab aliqua tantùm mutatione cœlū excepit; corpus.n. à quânam igitur? ab interitu nimirùm, & iis quæ sunt veluti viæ quædam ad interitum. Prætereà testatur Plato tempus cum cœlo productum; at quo pacto tempus cum cœlo generatum, nisi cœlum statuatur perpetuum? neque.n. potuit quandoq. fieri tempus; quinimmo si vera sunt ea quæ sunt anteà cōstituta, & id quod in tempore est, à tempore continetur, & superatur; si cœlum in tempore factum est, tempus cœlo præcedere oportuisset. Tum prætereà clamat Plato cœlum, elementorumq. vniuersitates propter distantiā corpoream esse non oīno perpetua; verùm à Dei bonitate perpetuitatem fuisse adepta, sed cùm Dei bonitas sit inuariabilis; etiam verisimile est per illam mundum perpetuò extitisse. Quoniam verò & ad Arist. multa Proclus afferebat quę ex ipsiusmet Platonis verbis erui possent; libuit etiam hęc in medio ponere, vt experiamur siquid nobis ēt ad hæc pro Arist. succurrat, in eo quoq. pietati gratificari sperantes, si Platonē, quoquo modo consentientem iudicemus. Quæritur, inquit ipse, Vtrùm perpetuum vniuersum est, an quoddā ortus eius initiū extiterit, respondetur ipsum genitum fuisse, q simulachrum sit primi opificis; neq. vllum aliud eius principium assignatur præter finē, & id à quo & genitum est, & generatur assiduè: atqui id quod in tempore fit, oē principiorum genus requirit. non igitur à quodā temporis principatu conditum est. Quoniam autem mundo ordinis expers, & errans antecessisse posuit Plato; quamobrem suspicari quispiā posset ante mundū aliquid extitisse: sic disputat Proclus; nam Plato genitum interpretatur tactile, & visile; tum interrogat aduersarium. Vtrum'ne oē sensile à tēpore ortum duxerit, nec'ne. Si omne dixerit; ergo & id quod errans est, & ordine vacans: nanq. & illud cerni posse dicit. Si neget, neq. mundus igitur, inquam ego, necessariò genitus est. Dicet ipse fortasse id quod nunc videtur, genitum à Platone asseueratum, nunc verò ordine carens, & errans non cadere in aspectum. Probe sanè: sed quo pacto id congruit cum verbis Platonis; quandò simpliciter & sine vlla temporis conditione pronunciat id esse genitum quod sensui subiicitur? Rursus ante cęli fabricā, & reliqua, tria hæc sola docet esse id quod est, locum, & generationē quæ in idearum vestigiis subsistit. Itaq. si prius tempus antecessisse significat; illud etiam vagans, & ordinis expers genitum sit oportet. Tum si mundus, & errans illud, atq. inordinatum genita sunt; oīs autem generatio fit inter contraria, & ex mundo itē inordinatum fit necesse est: at si bonus fuerit conditor, qūo aut non rectè ipsum construxit, aut si rectè construxit, cur dissoluit? si minus bonus; cur bonum quod est mundus, potuit ipse moliri? Rursus illo insistunt, quòd tempus cum cęlo factum esse dicitur. Si igitur tempus æternum; ergo & cęlum, si cęlum in tempore conditum est, & tēpus igitur; quo nil absurdius excogitari potest. Et ad hoc illi dicunt, tempus esse duplex, vel ordinatum & æquabile, vel inordinatum, & inęquabile, quemadmodum motus. vbi igitur de cœlo dicatur cum tempore fuisse productum, tēpus ordinatum accipitur, & quod procedit ad numerum, cui alterum illud præcessisse non inconuenit, hoc aūt si adsit, generationē esse nihil vetat, sed videant sit'ne æquabile, & inęquabile ꝑpria tēporis affectio, veluti motus, nanq. hunc inæquabilem esse contingit; tēpus aūt vnum vbiq. est, & æquabile perpetuò. Si vnum igitur tempus, idemq. perpetuum: ergo & cœlum. Multa etiam alia signa concurrunt quibus eius philosophi mens perspicua reddatur: nanque animā vniuersi, vt primùm genita est, corpori Deus inseruit, neq. illā vitam ipsi assignauit quæ corporeo præiret, sed ipsam è vestigio cum corpore copulauit, atqui anima apud ipsum extitit semper, ergo & corpus. Insuper idem Plato [a] animā ingenitā asseruit

[a] Phędro.

A asseruit quam genitam Timæo posteà prædicauit. Mitto etiam, quòd ea vox genitum nonmodò ad res materia constantes accommodari pôt; verùm etiam Plato ipsam accommodauit ad lumen, quia nascitur à luce. Huc accedit, quòd mundum corruptionis expertem esse testatur: at quod huiusmodi est, ingenitum quoq. esse vult. sed ipse Politia quondã autumauerat, quod genitum est, olim iri corruptũ. non corrumpitur mundus: itaq. non generatur. Cęterùm & ipse palàm professus est tempus præteritũ fuisse infinitum, & in hac infinitate maximã hominum vim impiamq. non semel, neq. bis, sed quàm frequentissimè extitisse. Timęo quoq. pronunciatum est. Vbi hyems, aut æstas non fuerit immoderata; genus hominum plus minusúe semper esse. quòd si semper: ergo perpetuò sunt homines, & mundus item perpetuus. Addidit etiam Proclus alia multa quæ quoniam ex Aristotelis officina deprõpta sũt; ridiculè fecero, si iis armis ego velim tueri Platonẽ quibus ipse ab Arist. appetitus fuerit. Sed venio ad Philoponum. Contra hos acerrimè Philoponus inuectus est, & in id oẽs ingenij neruos intẽdit, vt ostenderet genitum à Platone propriè fuisse acceptum, & Arist. à præceptore de industria dissentire; neq. verbis tantummodò præstantissimos philosophos, sed sñia quoq. discrepasse. Neq. verò vt Platonis disciplinam conuelleret, quod quidã eius insectatores iniqui dixere, sed in hoc etiã cum ipso consentiẽs cuius ea vox erat. Magis nos de veritate sollicitos esse, q̃ de quauis alia re, & qui hæc scripserat. Amicus quidem Socrates, sed veritas amicissima, nihil tamen de egregia voluntate, officioq. minuens

B erga Platonem. Affert aũt in medio primùm locum quendam illustrem, vbi ad eos is Deus qui oĩa genuit, fatur. Hæc vos qui deorum satu orti estis, attendite. quorum operum ego parens effectorq. sum, quæ per me facta non sunt dissoluta me inuito, quanq̃ omne colligatum solui põt, sed haud quaquam boni est ratione vinctum velle dissoluere, sed quoniã orti estis, immortales vos quidem esse, & indissolubiles non potestis, neutiquam tamen dissoluemini, nec vos vlla mortis fata periment, nec fraus valentior, quàm cõsiliũ meum, quod maius est vinculũ ad perpetuitatẽ vestram, q̃ illa quibus estis, tum, cum gignebamini, colligati, & reliqua. Ponderat hæc verba Philoponus: dissolui possunt: ergo dissoluentur, inquit, si minus erit imperfectus ille qui soluere pôt, quia non exeret in actũ suã potestatem. Rursus si Deus soluere pôt. Soluere autem malum: Deus igitur deprauari pôt, aut igitur hac facultate priuatur, aut si potest ipse dissoluere, id si faciet; officio mali nõ fuerit functus. Quoniam verò mox hoc exploraturi sumus, & in id solùm contendimus nunc, vt Arist. reuera discessisse doceamus à suo præceptore naturalibus pronunciatis innisum, & à scopo Simplicium in hoc loco aberrasse, mentem Platonis ab eius verbis non abhorrere breuiter concludemus. Cùm verò conentur viri illi doctissimi purgare Platonem. (à nostris.n. rationibus vrgebantur) interpretando voces illas genitum & mortale, & vt fieri solet in angustiis, quanuis machinã pro salute attentarent: sic illi quoq. cùm necessitas eos

C ad eiusmodi difficultates detruserit, & cõpegerit, oĩa experiuntur, vt inde se expedire possint. Idcirco præter ea significata quæ legimus apud Aristotelem, illud etiã à Proclo fuit inculcatum, idem esse, ac ab alio pendens: nam dicebat ipse Deum contemplando mundũ ex se produxisse, & nunc producere, & posthàc esse producturũ, ac continuè generari mundum, quia continuè producatur, vt arbitror, sicut lumen à Sole; eumq. non habuisse principiũ, neq. finem posthàc habiturũ, atq. ita genitum mundum, ꝙ eius functio indiuidua non esset, vt rerũ separatarum, sed motu & extentione consisteret. Adiecit ẽt genitum sic distingui ab iis quæ ingenita Plato vocauit, ꝙ hæc, vt ipse volebat, simplicia forent; genita igitur quæ illis opponuntur, essent composita. Xenocrates auditor Platonis eò confugit, quòd mundus à Platone genitus fingeretur gratia perspicuitatis, quemadmodum Mathematici qui declaraturi diagrammata sic faciunt, quasi de nouo conficiant, & eorum elementa inter se componant. Ita etiam fecisse Aristotelem 1. Meteor. vt ordinem explicaret, quem habent elementa: illa enim statuit, ac si nunc fieri incipiant. Hæc à Platonicis habemus.

Contra Platonicorum sententiam de mundi æternitate, & eorum rationes dissoluuntur. Cap. XII.

D EXAGITAT ergo Philoponus cum cõmuniter, tum seorsum vtrasq. interpretationes. Primùm quidẽ, ꝙ hæc quęstio ꝓposita fuerit ab antiquis philosophis quorum vestigia secuti sunt Plato & Aristoteles, ac varij de mundi origine varia pronunciarunt: quidam ipsius ortum iterantes in infinitũ alij vnicã tantùm generationẽ ponentes, & erat hæc quæstio perdifficilis: quare etiam illi, qui de mundo scribere aggrederetur, quemadmodum Plato Timęo, & Aristoteles in libris de Cęlo, quæstionem hanc tractare conueniebat. In methodo.n. ea quæ ab aliis aut sapienter, aut non sine ratione dicta sũt, aut à viris celeberrimis approbata, perquiri debent. Sic igitur Plato quęstionem attigit de mundi productione palàm quærens, an genitus fuerit. Sigillatim verò contra eos qui genitum accipiunt pro composito: cùm quærit ab initio dialogi Plato, sit'ne genitus mundus; si id sibi velit problema, sit'ne mundus è materia formaq. conflatus, res certè minimè dubia, & quæ oĩbus euidens esset, ac sine controuersia recepta, reuocata fuisset in dubiũ, atq. ineptum problema fuisset. Neq. esset sanè, quòd tanto apparatu quæstionẽ ordiretur, diiq. ad exitum ipsius velut in Tragœdiis, inuocarentur. res autem dubia, & cuius nodus vindice dignus esset, omissa. Præterea demonstrationes congruant cum problemate opus est. Itaq. si proponeretur ad inquirendũ, Vtrùm cęlum, siue mundus simplex sit, an è materia, & forma cõponatur: idem profectò posteà concludendum fuit, & sciendũ simplex'ne an compositus sit, de qua re ne verbum quidem à Platone factum in eo volumine comperimus. Multò minus quęrere conuenit an mundus genitus sit, hoc significato, Vtrùm pendeat mundus ab opifice primo, nec'ne:

id.n.turpe admodum vanumq. foret, quia nil euertit magis ingenium problematis; omnes.n.ille quæstiones è numero problematum eiiciuntur quæ contra mores sunt, vtputa, Vtrùm Deus colendus sit, necne.[a] Proin Auerroës[b] item, quantuncunq. impius à maioribus nostris habitus sit; perspicuè monet philosophos, ne in dubium reuocent ea quæ pertinent ad Deum, cùm illius perfectionem quoquo pacto maculare possint. itaq. cùm maiestas ipsius minuatur, si quæramus pendeat'ne ab ipso mundus: & Deus cõmuni hominum sententia reputetur opifex, & gubernator oĩum cum mortalium, tum æternorum, seu sub intelligentiam, seu sub sensum cadant, pœna dignius erit qui tale problema proponet. Vana item quæstio fuisset: nanq. ea quę pro certis habentur inter quæ foret hoc nostrum, è problematum ordine expunguntur. Accedit eodem, quòd antiquus erat & patrius sermo nobis oĩa ex Deo constare, nullamq. naturã sibi per se ipsam sufficere ab eius salute desertam. Nanq. nonmodò viri pietate insignes, & vates eam Dei bonitatem carmine celebrarunt; verùm etiam vnanimis philosophorum consensus. Etenim apud nostros hæc leguntur.

[a] 1. Top.
[b] Deitr.

Εἷς δέ σε πάντα βλέπει θεῖναι φίλον εἶδος ἑκάστῳ
Πᾶς δ' ἄρα δωτίνην ἀγαθὴν ἐκ σεῖο κομίσθαι.
Πάντα λίην γάνονται παλάμας ὅτε σεῖο πατάσθας
Καὶ κλόνος αἰνὸς ἔχει ὅτε σὴν στρέψαις ὀπωπὴν
Θυμὸν ἀσ ευνμένοιο σέθεν θνήσκουσι δαμέντες.
Καὶ προτέρην ἀθινύθουσιν ἄφαρ περὶ μητέρα γαῖαν.

Et ad idem Orphici versus afferuntur, quibus D.O.M. tanquam summus oĩum rerum opifex celebratur, & honestatur amplissimis honorib. quæ item Plato non ignorabat, vt in eo non hæsitaret: illa.n.nobis significat 4. de legibus. Hæc verò quia significantur etiam, ab auctore libri de mundo; omittuntur aũt: nos huc conferre non grauabimur. quæ cum è Proclo, tum etiam ex Apuleij libro quem ipse quoque scripsit alteri cognominem, colligimus: iis Deus O.M. sub Iouis persona cum Græcè, tum Latinè celebratur: nanq. omnium ideas in seipso continere primum perhibetur.

Πάντα γὰρ ἐν ζηνὸς μεγάλου τάδε δώματι κεῖται.
Τοὔνεκα σὺν τῷ παντὶ διὸς πάλιν ἐκτὸς ἐτύχθη.
Αἰθέρος εὐρέης, ἠδ' οὐρανοῦ ἀγλαὸν ὕψος
Πόντου τ' ἀτρυγέτου, γαίης τ' εὐρυχήδεως εὖρη
Ὠκεανός τε μέγας, καὶ νήσατα τάρταρα γαίης
Καὶ ποταμοί, καὶ πόντος ἀπείριτος, ἄλλα τε πάντα
Πάντες τ' ἀθάνατοι, μάκαρες θεοί, ἠδὲ θέαιναι.
Ὅσσα τ' ἔην γεγαῶτα, καὶ ὕστερον ὅσσα ἔμελλεν. Deinde quæ nos.
-ζηνὸς δ' ἐνὶ γαστέρα σαρὰ πεφύκει.

Cuncta etenim, quæ hîc sunt, magni Iouis ædibus insunt
Hinc iterum extra Iouem cum toto facta fuerunt,
Aetheris & patuli, cœli, splendensq. cacumen
Latior ora maris, sterilis terræq. patentis
Grandis & Oceane, atq. madentia tartara terræ
Vis immensa maris, fluuiiq., & cętera cuncta,
Turma beatorum sine morte, Diiq. Deæq.,
Fataq. in amplexu Iouis orta.

mox idearum plenus cùm sit, in se ipso omnia complectitur: nam subdit Theologus

Ζεὺς πρῶτος γένετο, ζεὺς ὕστατος ἀργικέραυνος:
Ζεὺς κεφαλή, ζεὺς μέσσα. διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Ζεὺς ἄρσην γένετο, ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς πνοιὴ πάντεσσι, ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὁρμή.
Ζεὺς πόντου ῥίζα, ζεὺς ἥλιος, ἠδὲ σελήνη.
Ζεὺς βασιλεύς, ζεὺς ἄρχων, ἁπάντων ἀρχιγένεθλος.
Ἓν κράτος, εἷς δαίμων γένετο μέγας ἀρχὸς ἁπάντων.
Ἓν δὲ δέμας βασίλειον ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται,
Πῦρ τε ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ αἰθὴρ νύξ τε καὶ ἦμαρ.
Πάντα γὰρ ἐκρύψας αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς
Ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων

Horum maximam partem sic vertit Apuleius; reliqua nos.

Iuppiter omnipotens est primus & vltimus idem:
Iuppiter est caput, & medium Iouis omnia munus:
Iuppiter est fundamen humi, & stellantis olympi:
Iuppiter & mas est, & nescia fœmina mortis:
Spiritus est cunctis validi vis Iuppiter ignis;
Et pelagi radix, Sol, Luna est Iuppiter ipse:
Omnipotens Rex est, rei omnis Iuppiter ortus, Nos iterum.
Imperium vnum, vnusq. Deus, qui cuncta gubernat

Vnica forma

A *Vnica forma regens, ad quem sese applicat omne,*
Ignis, aqua, & tellus, atq. æther, noxq́, dieśq́:
Nam simul occuluit, rursum extulit omnia letho
Corde suo è sacro consultor lumine rebus.

Rursus ille

à quibus non dissimiliter Aristoteles noster. Vnus erit Princeps, Rex Vnus.

Erant igitur hæc præcipua, neq. dubitanda, vt siquis ea proponeret, vel id assumeret quod efficiendum foret, vel ab obscuris perspicua discernere nesciret, nam neq. de hoc dubitasse videtur Arist. qui quidē acceperit à Deo cęlum & vniuersam naturā pendere, neq. eius dicti rōnem attulerit, aut ne tenuissimā quidem suspicionem significarit. Iam verò Xenocratis responsionē confutat Arist. docens non esse parem rōnem dissoluendi mathematicorum diagrāmata, & cōposita naturalia, quippe quòd illorum diagrāmata rem iā constitutam requirant, & tēpore non egeant: at natura ab elementis incipit, & componendo proficiscitur, ac tempus in cōpositione ponit, talemq. ordinem natura, vel etiā auctore Platone, seruauit quæ ex inordinato in ordinē adduxerit. Proinde huic incommodo cauisse dicimus preceptorē nostrum 1. Meteor. qui dissolutionē mundi in elementa, compositionemq. tempore pręcessisse non fingat, sed dissoluens sola mente vtatur. atq., vt Proclus ait ex Iamblichi sñia, perspicuitas honoranda est, vbicunq. sit accōmodata ad scientiā faciendam: at id ita non efficitur: nam licet etiā alia via reperire cęlum à Deo pendere, & diuinæ bonitatis esse participem. Demum mihi verisimile non fit, vbi de B re tanti ponderis, & in loco tam illustri disseratur in quo etiā res ex professo ꝑponatur ad inquirendū, quòd semper ꝑpria notione vocis abusus fuerit Plato quæ præterea decus & amplitudinem Dei labefactaret: cùm cęteroqui veteres philosophi ea quæ tenuuia per se ipsa sunt, amplificare, & verbis maiestate plenis exornare consueuerint: iureq. susceptam disputationem fuisse puto, si non alia de caussa, at ea saltem, quòd Symbolum in aliam longe partem accipi potuisset propter ambiguitatem, quàm veritas forrasse tulisset: lucem igitur requirebat, & confirmationem certissimam qua rem ita esse teneremus, nec Symbolo illuderemur. quanquàm iis assentio potius qui in dubio Platoni tribuunt alteram sententiam, ac persuasi sunt, Aristotelē nonmodò contra verba, verùm contra sententiam Platonis disserere. Quòd aūt veterum philosophorū ab ætate Platonis & Aristotelis ea fuerit opinio, atq. etiā discipulorum Platonis affert testimonium Philoponus ex quodā Platonico cui nomen fuit Taurus qui citat verba ipsa Arist. allegantis Timęum qui mundū conditum fuisse profiteretur ex libro, quem ab Arist. contra Timęum scriptum fuisse seorsum Platonici ipsi testantur in quo Timęi ꝑpositum erat de mundo, & eo quod generatur. Fortasse verò intelligebat Aristoteles, inquit, Timęum Platonis. Theophilus etiam, qui vtrunq. philosophum audiuit, scripsit librum de naturalibus opinionibus Platonis inter quas hanc ipsam recitat, quod mundum genitū posuisset, & tanquam ita senserit Plato, con C tra ipsum disputat. Nec pretereundum est Galeni testimonium, qui 4. lib. de demonstratione apud Philoponum eidem sententiæ adstipulatur. Accedit eòdem auctoritas Alexandri qui in cōmentariis libri de cœlo manifestò asserit eam fuisse Platonis opinionem de fabrica mundi. Sicui verò suspecta fuerint hæc tam insignia testimonia, tanquam nimis addicta Aristoteli; consulat M. Tullium in lib. de vniuersitate: idem etiam legat Plutarchum; intelliget aūt si ex elocutione de animi sensu indicium ferri pōt, mundum à Platone genitum fuisse assertū in Timęo. Dicant ipsi quantum volunt: nam neq. illud nouum geniti significatum quod à Proclo inductum est, valdè arridet: quandò etiam ipsi illud aduersatur quod proponitur; sit'ne à principio quodā incipiens genitus mundus, quod.n. perpetuò fit, non videtur habere principiū suæ perpetuæ generationis. Adde huc quòd mundi speculatio non absolueretur: nanq. etiamsi cōcedamus ipsum ita esse, quia fiat, & esse cum extentione, adhuc dubitari posset, habuerit'ne principium talis essentiæ, an semper fuerit tale, sicuti, etsi sciremus motum & tempus vnà extendi, superesset tamen inquirendū, an motus & tempus orta aliquando sint, an talia perpetuò extiterint, & id quæritur ab Aristotele, & explicatu difficile est, ac maximi ponderis, quòd inter corpora cęli substantia maximā mundi partem occupauit. si cęli substantia ab illa extētione separatur; ridiculum D sit mundum ita genitum appellari, cùm eius minima pars quæ continetur elementis, cùm illa extentione producatur. quòd si & cœli substantia παρατάσει, & extentioni illi subiicitur, iure igitur quęrendum restat, an mundus genitus sit, nec'ne. Neq. Simplicij Procliue rōnes oppositum cōuincunt: illud efficiunt solùm, vt Platonem de hac re incertum huc illuc quasi tempestate delatum significent, ac sui semper similem in vtranq. partem problematis disputantē modò hanc sententiā, aliàs illam defendisse. Hæc sanè probabiliter posse concludi videntur: ad neutram.n. partem vlla certa rō suppeditat: quādò & ea quæ Proclus afferebat, dilui facilè possunt. Nam; vt exordiar à significato vocis illius genitum; quanuis id detur, eam quandoq. minus propriè sumi: at in eodem problemate probabile est opposita vniuocè accipi, vt si quæratur, sit ne nubilus, an clarus aër, non id clarum nobis significabit quod pertineat ad vocē, sed ad perspicuitatem aëris. Nunc ꝑponitur problema, sit'ne genitus mundus, & iam ita concluditur; eum quidem esse genitū, sed eiusmodi, vt non corrumpatur, quid igitur hæc sibi volunt? certè nil aliud, q̄ mundum ab alio pendere quidē, sed perpetuò. illud ergo, quod dicitur vos vestrapte natura dissolui potestis; nil aliud profectò erit, q̄ vos ab alio pendetis. Sic D. ille opifex summus tanq̄ Iuno quædā quæ Diuûm regina Iouisq. soror, & coniux incedit; multa quidē pollicebitur, sed fine suo frustrabitur, & illa redibunt quæ Lucianus in Ioue confutato narrauit. Quamobrem si vestrapte natura caduci estis, id est, quod verè, & propriè dicitur interire; planū quòd & illi oppositum genitum propriè sumendum erit. Accedit eodem, quòd & illud vitij contineret rō Platonica, neque.n. præstaret id

quod volebat: nanq. adhuc, nisi propriè sumatur ea vox interire; problema valde necessarium in ea speculatione non sine maxima culpa prætermissum fuerit, & de quo veteres varia prædicarint. Itaq. cùm perpetuitatē arguunt ex eo, quòd cęlum mediū inter Deum & elemēta collocetur; fallacia subest in consequente, medium quidē inter illa est: ergo perpetuum; quasi verò nulla suppetat alia ratio qua cęlum inter illa mediū esse posit. & ita peccat argumentum in secundo errore vniuersalis, vt si ita dicamus: lineæ istæ non concurrunt: ergo linea incidens secat ad angulos rectos: cùm etiā non concurrant quomodocunq. anguli ab incidente linea producti se habeant, dummodo æquales sint duobus rectis. quòd.n. vitam beatiorem viuat, q̃ elementa, cùm ꝑpter leuitatem Deus in illius corpore eluceat, q̄ è puriori elementorum parte conflatum sit, quòd sit caussa cęteris, quòd moueantur, sua conuersione; cęlum faciunt à summa Dei præstantia declinans, & longè superans inferiorum naturā, & quæ item ab ipso Platone allata sunt ad corporis eius excellentiam indicandam. Vbi etiam ab immutabilitate caussæ ducitur argumentū, & à natura bonitatis quæ inuida esse nō debet, & seipsam præbere patiendam: oīa planè Peripateticè. sed quis primùm nobis ostēdit primā caussam fore immutabilem modis oībus & vndenam id constitit, præterquàm via motus quam primus oīum ingressus est Aristoteles? Sint igitur hæc: at nihil olent Academiæ, Licęi propria sunt. Neq. bonitas perpetuitatem rei necessariò conuincit, sed oppositorum quæ sunt priuatio & forma solùm, esse, & non esse: nam bonitas pro rerum captu cōmunicatur, vbi igitur formæ priuatio repugnet, bonum item est esse priuationem, nec, vt illi ēt dicūt, apud Deum mali quicquā est, cùm ipse omnibus optimè vtatur. communicatur etiā bonitas per functioneis, quibus vitā illam optimā, & sibi ipsi sufficientissimam Dei O.M. imitantur. Quamobrem ad id, vt ex bonitate perpetuitas argui posset, illud ostendēdum fuerat mundum ex iis esse rebus quib. priuatio non opponeretur, & ex materia constare quæ foret actu, quod sanè non nisi per motum succedebat; nec sine hac demonstratione reliqua quæ assumebantur, non sufficiebant ad propositum approbandum, quòd partim ignota forent, partim etiā id acciperent, tanquam principium quod probare voluissent. Quod verò opponitur è Politico, valet tantùm ad hæsitantiam illā Platonicam ostendēdam qua probabiliter in vtranq. partem philosophus ille sæpissimè disputauit; nec tollit, quominus cōtrà senserit in Timęo. Quòd etiam testatur tempus cum cęlo productum, & id est quod fuit in ea sententia reprehensione dignum, quòd cęlum simul cum tempore gigneretur quæ vero de temporis ortu disputata sunt, ex Arist. officina depromuntur. Et illud est quod Arist. ipse confutat, quia genitum mundum esse voluerit, & quod suapte natura foret caducum, ab aliqua vi reddi perpetuum. Vereor autem ne falsò id assumptum fuerit Platonem non alias, q̃ treis caussas mundi assignasse, cùm de materia verba faciat, ac cœlum quod erat corpus præstantissimum, componat ex elementis, & inter dogmata non scripta tria vniuersi primordia ponat Deum, Ideam, & materiam, atq. inordinatum ordinato præire, quòd si illò confugiat Proclus, quòd hæc non professus in Timęo sit, non est, quòd ipse nos locis aliunde petitis vrgere velit. Opponebat Proclus geniti definitionem quæ foret sensile, & ex hoc prædicato genitum quoq. cōplecti concludebat id quod initium temporis non haberet, quod est inordinatum. Sed quanuis ad hoc satis esset, si diceretur actu sensile, & genitum propriè conuerti, & negare inordinatum esse actu sensile, quia Plato sensile non semper esse acceperit; tamen dicere volumus id quod generatur, esse duplex τὸ γινόμενον & ὃ γίνεται, fiens.s. & id quod fit, nec fienti perpetuitatē repugnare simpliciter: continet.n. materiam, quam ingenitā & incorruptam Arist. esse ostendebat: sensile verò vtraq. cōplecti, quia tamen fiens eo quod fit, necessariò terminetur; optimè id quod fit, genitū propriè constituit. Id autem quod accipitur ante cęli fabricā, tria sola extitisse: id quod est, locum, & generationem, aut interpretabimur prius non tempore, sed natura. Quæ verò afferuntur ex aliis locis, nihil contra nos, qui ea tantùm oppugnamus quæ legimus in Timęo, & contra Timęum ab Aristotele, & Theophrasto scripta sunt. Sed de his hactenus.

Vtrùm quod per se caducum est, ab alio perpetuum in genere substantię reddi posset, nec'ne. Cap. XIII.

POSTQVAM Platonis sententia constituta est, nunc sequitur, vt quid illi obiiciat Arist. exploremus. cùm verò id probabiliter anteà peractum sit; ea mox in medium afferamus quæ physicis fundamentis innitantur. Itaq. cùm ipse mundum genitum quidē, sed nunquam interiturum esse diceret; Arist. instituit disputationem qua probaret oē id quod genitum est, quandoq. occasurum. Cęterùm quod ita è nodis Aristotelicis Academici elabuntur, aientes id quod genitum est, suapte natura caducū esse, sed ab alio perpetuum fieri posse, atq. ita mutari naturā non modum solùm, quemadmodum nos olim dabamus, & concedebamus ex habitudine, sed intrinsecùs, quia res ipsa, quæ suapte natura fuerit contingens, in necessariā aliena vi degeneraret. quod certè quanquam admirationē apud quenlibet rerum naturalium peritū poterat excitare; nam multò diuturnius id foret quod est contra naturā, quàm naturale: tamen quia nec fides dialectica sine oppositi suspicione creatur; etiam constituit Arist. in hac hypothesi vires demonstrationis experiri, & cùm id de substantia, & accidente seorsum quæratur; officium quoque nostrum est, pro Arist. decertare & defendere oē id quod genitum est, siue substantia sit, siue accidens; etiam suapte natura posse corrumpi, & olim ad exitū peruenturum, vt si Deus à quo natura gubernatur, oīa dirigit apud Peripateticos pro cursu propensioneq. suæ naturæ, id nunquā fallere queat. Ergo Arist. argumentum spectemus. Ipse sanè sic rationem concludit. Esto genitum. hoc planè constat

A nè constat ex materia quæ propensa est ad vtraq. contraria, alterum igitur illi succedat oportet: aliter habilitas illa frustraretur. Rursus esto caducum; potest igitur aliquando non esse: finge tu præterea ipsum degenerare in immortale; non igitur non esse pōt, sed erit semper. cùm verò caducum sit, ponatͣ quodam certo temporis puncto non esse. Nam si esse ponatur id quod fieri potest, falsum sanè efficietur; nunquam verò eiusmodi, vt fieri nequeat. Verùm quòd immortale acceptum est, in eodē quoq. tempore existet, itaq. simul erit, & non erit. Cùm hæc igitur secum certent, hypotheses etiam, vnde emanant, sibi repugnabunt. Quia verò maxima principiorum vis est, & error in illis, quanuis minimus, latißimè serpit, vt optimè à nobis fabricæ compar valeant, in qua,

-si praua est regula prima
Normaq. si fallax rectis regionibus exit,
Et libella aliqua si ex parti claudicat bilum
Omnia mendosè fieri atq. obstipa necessum est,
Praua, cubantiaq, prona, supina, atq. obsona tecta.

etiam hypotheses illæ examinatæ sunt à Philosophis, atq. ita agitatæ, vt in suspicionem veritatis adductæ sint: quamobrem etiam nisi dirigantur, ædificium vniuersum cadere posit. ideò nos item perpendemus earum sniam diligenter. Est, n. primùm, quòd dubitemus; quoniam ita se habeat quod generari
B pōt ad id vt sit, quemadmodum caducū ad id vt non sit. Sed caducū necessariò corrūpetur: ergo & id quod generari pōt, necessariò generabitͣ. Sic oīa fatali quadā necesitate producentͣ, & nil certè cōtingēs quod à nob, anteà, tanq̄ falsissimū reprobatū fuit, falsū est igitͣ cōsimiliter caducū aliqñ casurum. si hoc falsum; pōt ergo reddi perpetuū. Preterea retorquetͣ Arist. argumentū: qm̄ accipit ipse caducū aliqñ non futurū, accipiā ego quoq. quod gigni pōt aliquādo orturū: sicut ergo sequitͣ hoc apud Aristotelē, cùm posit nō esse caducū, quandoq. nō erit; si statuatur ipsum nunq̄ interiturum; erit igitur simul, & nō erit: sic & id necessariò cōsequetur quod gigni pōt, si genitū esse ponatͣ, aliquādo erit; si nunquā sit erit igitͣ simul & nō erit. Sed cùm hoc fieri nequeat; efficietur inde, vt necessariò futurum sit, quod absurdum esse anteà significauimus. Si igitur rectè concluditur Arist. argumentum; ita & nostrum: si in nostro vitium subest, neq. est quòd ab Aristotelico persuaderi patiamur. Deinde elementa per se corrumpi possunt, tamen nunquàm corrumpentur: & cùm caussā aliàs exposuerimus materiam quæ sanè per se, neq. gigni, neque interire potest, & efficiens quod est cœlum, & hîc ego opponam, si per se talia sunt quę mortalia sint, & aliam ob caussam perpetua fiunt; nihil obstabit profectò, quominus ex se caducum ab alio perpetuum reddatur. Accedit his auctoritas Aristotelis, [a] qui etiam nonnulla æternitatis suæ caussas habere docuerit. Necnon Auerrois [b] testantis in quantitate determinata vim [a] 8.Phys. T.15.
C quoque permanendi & agendi esse finitam; ideoque exigere aliquod principium suę continuationis. [b] 12.Met. T.c.41.
Hîc quanuis defendatur Aristoteles, & solùm ab Aristotelico argumento accidens ab aliquibus excipiatur, quia tamen non satis rectè nodos propositos dissoluunt; est quòd tantisper laboremus. Nam quòd rationes expediri non posint; argumentum solet esse decreti fallacis. Quicunque de substantiis ipsis loquuntur, caussas earum interitus omnino certas assignant: internam vnam, externam alteram, illa quidem est materia, quę cùm per se contradicentia respiciat, est principium per quod res non esse potest; altera verò oppositio, cuius priuilegio materia formam contrariā expetens, præsentem exuitur. neque.n.ex se ipsa sufficit materia ad amittendam, vel accipiendā hanc, aut illam formā, sed actu contrariū præstò sit oportet, quod ipsam in actū expetitum deducat: quamobrem ita parauit natura principiū patiens & efficiens, vt quicquid huic accipere licet, ab altero exhiberi posit: nam suppetente materia, & eo præsente quod habet vim mouendi, necessariò consequetur effectus. Sed quod pertinet ad argumenta opposita; statuunt vt sicut fieri non pōt, quin caducum intereat; ita quoq. fieri non posse, quin quod generari potest, oriatur aliquando. Omne igitur quod gigni pōt, necessariò gignetur. Quoniā verò contingentiā opponit Aristoteles, arbitrij nostri libertatem & consilium: ad hæc respondebat Iandunus. Omnia quidem euenire necessariò, veruntamen in natura geminā spectari necesitatem: primam quidem continuā, qualis reperitur in motu cęlesti, ac posteriorem interpellatam, quę ibi
D est, vbi adsunt contraria, sed quia nobis incerta est hæc necesitas: idcirco illi nomen esse contingētiæ. Veruntamen hic vir parum accuratè tractauit philosophiam Peripateticam. Nam sunt etiam, vt antę docuimus, infinitæ quædā caussæ in natura inordinatæ, quæ à necessariis & naturalibus tota natura segregantur. Docent alij sic exoriri cōtingentiam, ꝙ materia duplici potestate insignita sit: vna quidem vniuersali, altera verò singulari. Et quantum de prima est, cùm illa sit indefinita, nec minus ad hanc, q̄ ad illam formā procliuis, ab ea proficisci contingentiam, singularem verò nunq̄ deficere, sed semper ad actū certum promoueri. & quanuis agens impediri posit, seu quia parùm efficax sit, seu ꝙ materia renitatur, & reluctetur; non idcirco tolli, quominus certū quid oriatur. nam si non hoc quod ab vniuersali potentia cupiebatur; at illud cuius potestas in materia illa proximè existeret, vt monstrum: latebat enim in materia potestas ad monstrum, non ad hominē, & efficiens eā vsq. ad speciem monstri, non hominis promouere potuit; hinc effici, nequa potestas in materia frustra sit, neq. vniuersalis illa, quia sat est, vt aliqua forma accedat: eius.n.appetitus vniuersalis est, nec ad vllam specialem formam directus; neque item singularis: quandò id semper exoritur, ad quod proxima potestas in materia latitabat. Veruntamen hæc sententia tollit id quod est frustra, quod tamen apparet esse in rerū natura; licet non sit ex natura: est autem id vbi agens naturale non potiatur fine suo: sic autem semper assequeretur finē, quia tam cōmunis, q̄ priuata potestas ad actū deduceretur. Preterea periculum immineret, ne quis

actus,aut motus vniuersali potentiæ adscriberetur,à qua tamen ꝓpter infinitatem naturæ nihil huiuſ modi proficisci pōt,sed determinatione opus est,vt quicquam succedat : volunt.n.potestatem illā vniuersalem per se in actū vniuersalem peruenire : atqui cōmunis actus simpliciter vniuocus nullus est : ergo multiplex. igitur & in eo varietas : quare determinari ipsum oportet, & in determinatione præstanda successus incertus. Ideò duplex determinatio flagitatur,& ad speciem,& ad indiuiduum : cum verò generatio singulorum sit; efficitur,vt eorum varietas inducat contingentiam. Quin etiam poneretur in materia potestas ad malum per se, cum tamen sit per accidens, & gratia boni : nanq. ad id est in potentia quod per se generatur : in hoc.n.per se intendit natura,vt verò ipsi arbitrantur,malum per se generatur. quippe monstrum. Rursus nihil esset præter naturā,sed oīa secundùm naturam,& mōstrum item,quia sequeretur potestatē materiæ,& agentis singularis,quod tamen ex eo naturæ cancellis excluditur,quia prorsus sit præter vtranq. naturā,materiæ nimirùm,& formæ. Neq. verò Peripateticum illud est opinari caussam ob id dici fortuitā, quia lateat nos : quod cùm ab Arist. 2. Phys. fuerit confutatum , non amplius operā nostram requirit : sic.n.esset arbitrio nostro principia naturæ constituere,& apud eum qui caussā nosset, idem effectus esset naturalis ; apud me qui ignorarem, fortuitus. Noui planè id non haberi absurdum ; tamen esto ꝙ tale sit in iis quæ fiunt à nobis quorum opiniones adeò diuersæ sunt,& actiones multiformes; at in iis quæ natura fiunt, ab Arist. non approbatur natura semper vniformiter agente. Atq. aliàs ostensum à nobis est in singularibus esse contingentiam ꝓpter materiā sensilem,nec certam caussā sufficere ad fortunam euertendam,si fuerit singularis,sed eiusmodi quæ ab vniuersa specie proficiscatur, & per se ad illū finem sit instituta, vt caussæ omnes.f.illò propensæ sint,quæ inter se ordinem habent, quo tale opus constituant , & id plurimum succedat. Sed de his antehàc multa. Quamobrem quantum pertinet ad primum caput nostræ quæstionis; accipimus à Peripateticis nullā substantiam quæ per se caduca sit , ordine naturæ ab alio fieri posse perpetuam : vt si qua fiat hūi,id à potestatis cuiusdā plenitudine nascatur,quam Peripatetici antè non agnouerunt, aut methodo cōplexi non sunt. Id quod etiam appositè admodùm ab Alexandro probatum fuisse perspicio,qui caussam huius eueniti afferebat exponens,quid sit id quod fieri pōt,quidúe id quod non potest : nam ꝙ fieri posit ex eo non indicatur, ꝙ sit aut non, sed ex illo, ꝙ etiam si non sit, tamen possit esse,nisi impediatur ; impedimentum verò est accidens,vt olim docuimus. itaq. non immutat rei naturam. quod verò fieri nequit,quod suapte natura tale est,vt quanuis impedimentum nō adsit : tamen futurum non sit,& vt clarius eloquar,quod fieri pōt, non determinatur actu,quia notat solùm præsentiam habilitatis,cuius priuatio significatur ab eo quod fieri nequit.quo fit,vt id quod esse potest,etiam si nunq̃ existat,nunq̃ tamen degeneret in id quod esse non posit. Ad id quod potest per se corrumpi, non est eiusmodi,quia posit corrumpi,& non corrumpi,sed necessariò corrumpetur ; neq. ad hoc habet habilitatem, [a] vt possibile adesse & non esse , sed certa est habilitas ad id ꝙ non sit : itaq. necessariò corrumpetur. Si verò caussam quæras,cur id quod corrumpi pōt, necessariò corrumpetur, quod verò gigni pōt,non necessariò generabitur. Dic id à materia proficisci, cui referunt acceptum res naturalis, vt inclinentur ad non esse,vnde per se non erunt,quando sunt. proinde nihil per accidens corrūpi posse fatebatur Aristoteles [b] hoc est,vt posset non corrumpi,sed per se,hoc est interitus sui caussas intra se habere; neq. sanè,quia non requiratur corrūpens : nihil.n.se ipsum interimit,nisi per accidens,vt ignis solus ; neque quin primus naturæ finis sit ipsa generatio, & esse, sed ꝙ intrinsecùs ex ipsa materia pendeat ꝓpter adnexam priuationem , ad quam suapte ꝓpensione perpetuò recurrit, vt olim docuimus : itaq. existit interitus ex necessitate materiæ, sed ad id,vt res sit,alia multa requiruntur ; vt formæ præsentia quæ à contrario pōt impediri;vt.n.dialectici ferunt,ad destruendum sat est vnum,ad construendum multa requiruntur . Ergo caducum necesse est aliquando non esse ; generabile verò non esse pōt. Quapropter argumentum quod ducit à similitudine eorum quæ gigni, & interire queunt ; futile oīno est, & fallax . Atq. alterum itidem quo acceptum est id quod gigni pōt. nisi necessariò generetur, fore vt simul sit & non . quia tametsi non est ; non minuitur potestas ad id , vt sit , quæ si ponatur in actu; non sequitur absurdum. Planè autem sequeretur , si de potestate illa ad id ꝙ sit , aliquid detereretur, quemadmodum euenit in eo quod cùm sit caducum, corrumpi non potest . cùm.n.habeat potentiam determinatam ipso nō esse,vbi ponat esse perpetuò iam tollitur ea potestas . Ideòq. valet Arist. argumentum,nostri aūt nullum robur est. Quòd autem elementa corrumpantur adhibita distinctione defendi potest,aut.n.spectantur secundùm materiā,aut formam, ac priore quidem modo tota corruptioni esse obnoxia dicimus . atq. ita corrumpi concedimus ; non corrumpi verò si accipiantur secundùm formam : quare falsum est assumptum. Preterea dicimus id genus perpetuitatis quod in argumento accipitur,ad speciem pertinere,neq. id ab Arist. negari,sed nos agimus de indiuiduo. Nec auctoritates obstant : siquidem etsi caussa ęternitatis adest,non sic adest, vt id quod per se caducum est,ab alio perpetuum fiat,sed quia duplex æternitas alia caussa vacans quæ est principiū,atq. alia quæ caussas habet. id igitur sibi volunt ea verba quod æterni ē̄t caussa esse queat . Similiter neq. illa propositio virtutem cœli esse finitam, quia sit in quantitate finita ; mihi vera simpliciter esse videtur , sed illo adiecto quòd sit in materia quæ est potentia substantia : nam tunc ob repugnantiam quæ ex eo materiæ genere existit substantia virtusq. deficiunt . id ex iis apparet quæ 1. de cœl.T. 20. scripta sunt , & munitur dicto Philosophi [c] dum reddit rōnem cur timendum non sit,quòd cęlum defatigetur; neque.n.motus est illi circum potentiā contradictionis, quemadmodum caducis, ita vt laboriosa ei sit continuatio motus. substantia nanq. materia , & potentia existens non actu huius caussa est . Quapropter generatim concludimus

[a] 10.Met.
[b] 10.Met.
[c] 9.Met. T. 17.

A cludimus nullam substantiam quę facultatem obtinuit, vt corrumpatur; ab alio perpetuam reddi posse potestate aliqua naturali.

Quæritur Vtrùm ne accidens ab alio perpetuum reddatur, an intereat necessariò. Cap. XIV.

POSTQVAM vidimus substantias ab alio nullo perpetuari posse; exploremus deinde an'ne hoc idem per accidentia pertineat, an alia sit accidentis ipsius natura. De hoc etiam certant inter se Peripatetici: nam Themistius existimauit motum cęlestem per se non esse perpetuum, sed à motore primo qui æternus sit, continuari. Potuerunt verò illum ad ita credendum hæc inducere; propterea quòd motus est è genere successiuorum quę per parteis, quin potius per terminos existunt; altera quidem parte semper extincta, atq. altera non dum exorta. Præterea conuersionis periodi terminis quibusdã concluduntur. Addebant etiã Themistij sectatores, cùm in cęlo sit potestas ad locum: ibi quoq. motũ esse, & quietem quę tanq̃ opposita sibi vicissim in eadẽ materia succedant. Si etiam accidens imitatur subiectũ, & cum ipso vel permanet, vel interit; negari non põt, quin accidens ab alio perpetuari queat. Auerroës contrà motum cęli per se æternum esse quandoq. testatur; tametsi aliàs in sententiam Themistij cessit. Verùm, vt oĩs controuersia sedetur, hìc arbitror de accidente, eiusq. interitu primum B esse distinguendum. Accidens.n. duplex est, aut quod adhuc ab alio pendet, nec dum subiecti cuiuspiã proprium factum est, aut quod habitum subiecti, formamq. cõsequitur. vtriusq. etiam generis duo sunt membra, permanens.s. & successiuum. permanentia quidem & ab alio tamen illa sunt, quæ in habitudine posita sunt, vt lumen quę ꝙ tota simul, nec secundùm gradus aut parteis accedunt, iure permanentia vocaris; cętera per gradus parteisúe fiunt, & ita sunt, quia continuè producuntur. Interitus accidentis item aut per se est, & efficitur à contrario, aut per accidens: atq. id dupliciter, vel efficientis absentia, vel etiam subiecti. Nam quòd ea quæ ab alio pendent, & existunt quia fiunt, geminum interitũ obtinuerint generatim cum per se tum per accidens; optimè patet: ergo calor in ferro candente, & ad ferri interitum, & ad ignis remotionem, & à frigore corrumpitur. Quæ verò naturam subiecti consequuntur; hæc aut interna simpliciter sunt, aut etiã extrinsecum requirunt, atq. item vel habent contrarium, vel eo carent. internum vita simpliciter: motus elementi naturalis internus quidem est, ꝙ habitus quidã illi substernitur, sed externi eget à quo efficiatur. motui recto quies opponitur; & ascensui descensus; conuersioni nihil est quod repugnet. De his item id generatim decerni põt quæ contrarium habent, per se interire: quantum verò est de illorum principiis subiecto, & efficiente perspicuum est, ꝙ ab alio pendet eorum salus, atq. pernicies. Nam prout subiectum, vel efficiens, perpetuum caduC cumúe fuerit; ita accidens aut interibit, aut perpetuò manebit. ita vt si accidens perpetuum futurũ sit; hæc concurrant necesse est, absentia cõtrarij, perpetuitasq. subiecti, ac tertium item, si fuerit ex eorum genere quæ postulent efficiens. Verùm quia pro rõne subiecti; & efficientis determinantur; hoc verò est ab alio; noli ideò vereri ne quod per se caducũ est, ab alio fiat perpetuum; nanq., vt anteà diximus, intelligendum sic ꝙ habeat caussas suæ perpetuitatis; illud primum in iis quæ fieri nequeunt, reponimus; hoc etiam maximè necessariũ arbitramur; idest, ꝙ eius perpetuitas non sit absoluta, & sine caussa, sed habeat caussam qua rõne distinguitur à substantia quę per se immortalis esse põt, nullam caussã suæ perpetuitatis habens præter propriam naturã. atq. idem de hoc dicendum, ac de veritate propositionum & conclusionis. vtræq. veræ, sempiternæq. sunt, nec ea vis est ꝓpositionũ, vt conclusio, cęteroqui falsa vera reddatur, sed propositionum veritas per se ipsam est, nec caussã requirit: veritas autẽ conclusionis suipsius aliquã caussam flagitat. Est igitur perpetuum duplex; ex se & ex alio. nec tamen quod ex alio perpetuum est, tale est, quia cùm per se caducum sit, aliã contraxerit naturã. atque perpetuum quidẽ est, non per accidens, sed quia caussã habeat eius attributi, nec ei quod per se est, repugnat habere caussã, sicuti de conclusione demonstrationis in Analyticis dictum est. ac si velis oẽm rem quasi manu tenere; sic eam explicabis esse hæc perpetua, vera, necessaria; posse præstari formaliter, vel effeD ctiuè, primoq. modo, vbi posita caussa effectus quoq. sequatur; altero aũt, quia cùm foret olim potestate; traductum posteà fuerit ad actum. nunc primus ille modus non repugnat æterno, & ita se habẽt verum & necessarium; alter ille necessarium tollit, & hic negatur à nobis. Caussæ autem duplices esse possunt, vti nosti subiectum, & efficiens subiectum nos caussã internam ponimus, quandò accidentis essẽtia compleat à subiecto, quam nil vetat absolutam caussã esse perpetuitatis in accidente, vt si quod accidens sit in corpore cœlesti, aut etiã beatis mentibus id à nullo alio pendens, & contrario carens, in actu perpetuò futurum sit, quemadmodum speculatio & beatitudo; nullaq. labe contaminari queat; cùm oẽm spem in seipso sui reponat quod ita affectum sit. Sed in motu sunt etiã termini pars essẽtię, qui in motu cœlesti sunt caussa continuitatis & perpetuitatis ob eam rationem quæ mox exponetur. Neq. talem perpetuitatem ex eo labefactari putamus, ꝙ accidẽs successiuũ sit, vt.n. æternum est, quod existit, ita etiã, quod fit æternum esse põt, quia continuè fiat, & eius semper aliqua pars, seu quippiam aliud existat. Nec ob id quia motus continuè fiat, nec simul maneat totus, clauditur aliquibus terminis, vt aliquãdo intermittatur: semper.n. eius aliquid existit, & termini virtute potius, & essẽtia, quàm actu, & subiecto separati. Hoc si minus approbabis, conuertito te ad tempus; est verò tempus quidam effectus motus, quod item in successione positum est, id nisi perpetuum, & in tempore igitur; quare tempus erit in tẽpore in infinitum, notumq. illud à caussa æterna non nisi æternum proximè proficisci posse, idq. auctoritate Philosophi [a] confirmatum, qui Deum in eo caussarũ ordine collocauit, à quib. [a] 2. de gen. c. 7.

aliter motiones euenire non accidit. ex harũ numero est conuersio: neque.n.contingit aliquando non esse conuersionem; est quidem non ex toto, sed ex parte; veruntamen nunq̃ non est. Quia verò posses occurrere dictis admonens ex illis nil aliud certè conuinci, nisi ꝙ motus æternus est; atq; intrinsecùs eiusmodi sit, nihil adhuc: ita opponam. Quod ab essẽtia proximè deriuatur, idest ex natura, & internum. Sed æternitas in motu cœlesti à motus essẽtia deriuatur: ex natura igitur, & intrinsecùs inest. Assumptio petitur ab Arist. qui conuersionis terminos (sunt verò de essẽtia motus) perpetuæ successionis caussã esse docet: etenim differunt à terminis motus recti, ꝙ isti actu & potestate vnum sunt, vel initium, vel finis motus; at in conuersione sunt vtriq. actu, & potestate simul. Insuper; Illud quod superest in re oĩbus aliis mente circunscriptis, est internum. Aeternitas in conuersione superest omnib. aliis mente circunscriptis, & interna igitur: prius.n.nobis notuit conuersionis æternitas, q̃ mobilis, aut motoris; itaq. horum æternitas ex æternitate motus illata. Neq. potestas ad quietem in ipso terminatur absoluta immobilitate, sed eiusmodi quies est, vt cum aliquo motu semper coniuncta sit. Quanuis hîc nobis obsistas, vel concludens accidens per se æternum esse, vel etiã probans accidens, cùm per se caducum sit, ab alio fieri perpetuum. Quod.n.seuocata omni rõne subiecti, atq. efficientis cõtinet in se rationem perpetuitatis, id per se perpetuum est. Sed tempus est huiusmodi; quoniam perpetuitas tẽporis ab instantis natura fit perpetua. Quod etiam tale est, vt caussa remota priuetur aliquo attributo, id item caussã habet eius attributi simpliciter à seipso diuersam. aliter remota caussa permanere posset effectus. Sed si cogitatione Deum seuoces à cęlo; quæro, num'ne cœlum moueatur: si mouet adhuc; frustra igitur cęlo mens adest: si minus: ergo motus cęli per se caducus est, & à Deo perpetuus efficitur. Præterea quòd per accidens inest, externum, & alienum est, ac cœlo præsertim cui nihil præter naturam euenire põt: at caussa quæ ducitur à subiecto in accidentibus reponenda est: propterea ꝙ oppositorum eædem solent esse conditiones; nunc quod interit priuilegio subiecti, per accidens interit: ergo à subiecto etiam per accidens conseruatur. Verumenimuero primum sic tolli põt, arbitror; si dicatur, eam demonstrationem quæ ducitur ab instanti non esse per caussã primam & præcipuam, sed demonstrabilẽ & proximã solùm: nam resolui põt adhuc medium illud in alia priora; nempe in mobile: hoc.n.primum principiũ instantis est: vnde extat rõ continuitatis in motu primùm, mox redundat in tempus: quapropter ẽt Arist. à perpetuitate mobilis aliquando motus perpetuitatem inferebat. nam ꝙ perpetuitas mobilis ex motus perpetuitate cõcludatur, id à notis nob. & à signo peractum est, vt etiam ꝙ ex instantis ingenio perpetuitas motus confirmetur; de caussa non agitur. Ad secundùm ita dicimus quantum spectat ad eã separationẽ quæ mente absoluitur, & ꝙ quies in cœlo cogitari valeat, & initia poni motus illius, quemadmodum quandoq. fecit Aristoteles; pariq. via motus à caussa mouente separari, quatenus ea caussa externa est, quia quicquid in prima sui notione caussis internis, & constituentibus est contentũ, immò sola rõne formali, sed quod ad rem ipsam pertinet. Neque Deus separari põt, quòd ille solus est simpliciter necessarius. Verùm quòd ex vi argumenti colligitur illud, & hypothesis eò tendit, vt cęli nimirùm perpetuitatem ab alio proficisci doceatur sic, vt nisi ab eo nasceretur, motus cęli foret terminatus. Ad argumenti formã sic respondeò primùm. quando in eo talis consecutio comprehenditur ab alio mouetur: ergo perpetuitas ab alio deriuatur: id non consequi. Cùm fieri possit, vt perpetuò moueatur ab alio, & duorum principiorũ præsentiam subiecti.s.& efficientis perpetuò requirat. quo fit, vt hæc non pugnent ab alio, idq. perpetuò proficisci. Verùm fac Deum ex hypothesi abesse, dico planè motum cessaturũ, non secus ac docuerit Arist. in Eudemiis, cõmotis principiis mathematicis, item ea cõmotum iri quę sequũtur ex ipsis. tu infers, ergo perpetuatur ab alio. minimè verò, sed vitium subest in argumẽto, ꝙ id quod verum est ex necessitate hypotheseos, tu accipis, ac si verum simpliciter fuerit. Itaq. si Deus esset contingens, & motus quoq. consimiliter, & tum motus aut deficeret, aut si perpetuaretur; ab alio perpetuus fieret, nunc quia caussa necessaria, effectus quoq. continuus consequatur necesse est qui quidẽ ab alio fit, sed eiusmodi perpetuò existat: non quia, cùm per se caducum sit, immortalitatẽ ab alio consequatur, & habilitatẽ amittat quam ad non esse habuerit. Atq. vt dicam expeditius; duplex in argumento vitium subest cum in antecedente, tum item in consequente: nanq. illud ex iis est in quib. repugnantia continetur: si.n.est simpliciter, & primò necessarium, neq. vllo modo tolli põt, ne per cogitationẽ quidem reliquis saluis: hoc aũt, quia non sequitur sine hoc non est; ergo est efficiens, & latet in cõsequente vitiũ secundùm consequens; vt siquis putaret, quia rus prodeam, ꝙ ibi amicũ offendam, ac nisi ibi me eum offensurum putarem, non prodirem; amicum esse efficientem caussã meæ profectionis. Non est ita, ea quidem finis est; efficiens verò appetitus, aut mens actuosa. Sit & nos defendimus Peripateticè Deum esse caussã motus. Iraq. in eũ sensum illa verba accipiemus de v.p. philosophiæ [a] αἴτιον τῷ ἀναγκαῖα εἶναι. caussã scilicet, ꝙ necessaria sint, quocunq. modo caussã alicuius esse contingat, siue vt finem, seu quouis alio modo, dũmodò non sit caussa quæ ipsum promoueat de potestate necessariò ad actu necessarium: siquidem, vt mox adscribit Aristoteles, ita necessarium simplex est, nec aliter se habere contingit: caret.n.potentia; proptereà non potest quod necessariũ est, ab alio tanq̃ efficiente fieri necessarium. Quod ad tertium pertinet; per accidens ibi cõmunius sumptum. pro eo.s. quod est non per se primò. sic.n.corrumpitur accidens, vt internã caussã habeat suæ corruptionis, quæ tamen ab eius natura distinguatur. ꝙ igitur interna caussa, sed ab accidentis natura diuersa, tanq̃ alia reputatur, & ipsi tribuitur, accidens perhibet: eodem modo de conseruatione dicendum est. Quibus stantibus generatim asseuerare licebit, nihil esse, quod vnà caducum perpetuumq. sit, sed toto genere separari. sic genere distinguuntur, quod fieri potest

[a] T.6.

A potest & quod non potest: ex quo etiam cepit Arist. occasionem incusandi Platonem, quod attinet ad Ideas, quia.s.idem homo simul æternus & mortalis esset. Quanq̃ & ex Arist. nostri decretis subuenit quo fundamentum eius argumenti demoliri posse videamur. cùm & ipse, tanq̃ absurdum obiiciat id quod & constantissimè defendit: dum.n. caussas scientiæ, & ignorationis assignaret, statuebat sciẽtiam rerum esse ex forma, ignorantiam verò ex materia: quoniam forma permaneret; materia verò laberet. Videtur ergo concedere Arist. idem æternum esse, & caducum: æternum quidem per formam, caducum verò per materiam. idem quoque testatus fuerat, cùm doceret in incremento idem superesse indiuiduum ab ortu vsq. ad interitum: nanq. pro materia variabatur secundùm formam permanebat. An apud Platonem eadẽ erat essentia per quam homo est, & hic homo, & perpetuum, atq. mortalis: idea nimirùm: at apud Arist. alia ratio est per quam Socrates est, & mortalis, & alia per quam est homo simpliciter, & æternus, ideò falsò concluditur, idem fore simul perpetuum, & caducum. Aeternum item aut secundùm rem est, vt Deus & cœlum, aut secundùm rationem, vt essentia, cùm à conditionib. & vinculis segregatur materia sensilis: est.n. homo perpetuus; ꝙ nullis indiuidui conditionibus est obnoxius, sed est ita in mente, forma verò in incremento vt maneat, & quæ materia diffluat olim ostensum est; illa.n. diffluebat quæ pars essentiæ non erat. Hæc igitur ambiguitas æternitatis efficit, vt vnà sint perpetuum, atq. mortale; verùm in nostro theoremate perpetuitas secundùm rem sumitur quam

B sanè cum mortalitate consistere negamus. Atqui protinus obiicies, si motus est æternus per se, omne verò per se æternum caret efficiente: nullum igitur efficiens motus cœlestis erit quærendum. An æterni per se, cuius esse sit permanens, efficiens inquirendum non est; noster aũt motus in successione positus est: quare cùm habeat aliquid quod non sit, vestigatur eius efficiens. Ergo ad Themistij dubitationes. Successiuum corrumpitur: igitur ab alio perpetuum fit: concederem profectò, si ex toto corrumperetur; at semper eius aliqua pars manet. Quòd opponis certas periodos motus cœlestis, nego in cœlo quietem esse simpliciter, sicuti nego ibi esse terminum ad quem separatum à termino à quo, ideò quietem do ad hoc, & illud punctum solùm, non absolutam. Dico etiam caussã quæ petitur à subiecto, internã esse motui, & essẽtialem, non externã & accidens, nisi κατὰ φαντασίαν, & ad opinionem. Cùm igitur id quod gigni põt, & corrumpi potestatem significent, quanq̃ ordine commutato; quandò quod gigni põt, nondum sit: verùm posthac esse potuerit, caducum non fuerit ante, sed nunc sit, eaq. per se infinita sit, & pariter esse, & non esse respiciat: quamobrem id quod esse põt, potest eadem rõne non esse, & vicissim, & quatenus esse potest, potest etiam gigni; quatenus autem non esse, corrumpi: planum, ꝙ quicquid generari potest, potest item corrumpi, & contrà quicquid corruptioni obnoxium est, genitum quoq. fuisse oportet. Quòd si vera sunt ea quæ de consecutionibus constituta sunt in li-

C bello de enunciatione: credere item oportet his oppositos terminos, ingenitum, & incorruptibile commeare. Quod etiam confirmari potest, cùm vtraq. opposita definitam habeant potestatem quę ambigua sit, & simpliciter cum actu coniuncta.

Aggredimur explicationem quæstionis illius, sit'ne mundus vnus, an plures. Cap. XV.

SI cœlum interire, idemq. gigni non potest; planum, ꝙ non nisi vnum hoc esse valet: neque.n. per noui cuiusdã successionem reparabitur, neq. plura extabunt solo numero differentia; consimileq. iudicium de mundo fieri debet. Nam ex eo, ꝙ cęlum hoc perpetuum est; mundum quoq. perpetuum fore oportet: cùm id quod, vt indiuiduum in sublimi conseruatur, motu suo continuo ingẽs cõtrariorum successiones efficiens nostratium quoq. corporum vniuersitates reddat æternas. Hoc quidem oĩ machina, atq. solertia extructum est ab Aristotele, & rationibus cum rectis, tum etiam deducentibus ad id quod fieri nequit, approbatum, atq. oppositum funditùs euersum, & ita confirmatũ hoc decretum, vt optimi Theologi ꝓpter repugnantiam quam affert multitudo mundorum; id quoq. Deo negatum esse fateantur, vt frustra in hoc opera nostra, studiumq. ponatur. Sed consilium nostrũ est nunc

D earum rationum elementa nonnulla euoluere, & alia quædã aliunde petita subiicere quibus vnũ mundum esse credamus. Itaq. siqui sunt alij mundi ab hoc ipso secreti, aut ambiguè sunt, aut vniuocè: atq. ambiguos quosdã alios esse nullum succurrit ingeniũ quo persuadeatur. Etenim si sensilis est hîc mundus, aut his sensibus qui nunc adsunt, sese prodit, aut requiruntur alij sensus: si hi sufficiunt quos nunc animal habet; vniuocus ille sit necesse est, neque.n. est aliorum sensilium, q̃ eorum quæ in hoc mundo sub sensum cadunt: nam visus est lucis & colorum; soni auditus, odoris olfactus, saporum gustatus, tactus aũt primarum qualitatum: ibi igitur & primas qualitates adesse opus est, & sapores, odores, sonos, colores, ac lucem, si sensilis futurus sit; ꝙ si flagitet alios sensus, quinam, obsecrò sensus? vnde nobis alios esse patuit? certè non aliunde, q̃ ex obiectis. atqui nobis hactenus nulla subueniunt præterea quæ in hosce nostros cadunt, aut & aliud sensuum, hominumúe genus esse arbitrari oportet. Quàm verò temerariũ sit hæc asseuerare viderit ipse Democritus. Aut his igitur sensibus sese obiiciet, aut nullus erit sensus eius. Verùm si sensui non exponitur; multò ergo minus ipsi menti; prius.n. sensuum fores pulset oportet. q̃ tangat mentem. Quare non ambiguè mundus erit alius ab hoc. Restat ergo, vt si plures sint, à nobis vniuoci statuantur. Tametsi non erat, quòd in hoc laboraremus diutius, cùm Democritus & Leucippus, qui mundorũ multitudinẽ commenti sunt, vniuocos illos esse voluerint. [a] & vt M. Tullij verbis vtar; sic inter se non solùm similes esse, sed vndiq. perfectè, & absolutè, & ita pares, vt inter eos nihil prorsus intersit. Cùm ita sit, quemadmodũ igitur corpora vniuoca sunt, & mo- a Luc. & 1. de Fin.

tus

tus erunt vniuoci qui ex eisdem naturis emanabunt, & termini motuū consimiles: quapropter erunt omnes hi tanq̄ plures vniuersitatis eiusdē partes, quæ omnes parem ꝓpensionem ad vnum eundemq́. ad numerum, finem, terminumque obtinebunt; veluti ad centrum hoc nostrum variæ glebæ telluris. Ita illa consequentur quæ à motibus induxit Aristoteles: quæ cùm absurda sint, immo fieri nequeant; ex consimilibus principiis oriantur necesse est. Adiecit item Arist. ad hanc rōnem duas demonstrationes, alterā quæ petitur à natura materiæ, atque alterā quæ ducitur à natura formæ. Prima sic struitur. Quod constat ex vniuersa sua materia indissolubiliter, idest vnum numero. Cęlum, siue mundus ex tota sua materia constat indissolubiliter. Ergo & vnus, qui ex vniuersa sua materia constet, nec ea quę sit vna ad numerū solùm, sed ad speciem quoque: nil.n.extra est, & ex ea cōflatus est indissolubiliter; quippe quòd perpetuus sit. Neq. periculum imminet, ne vno plures sint actu, vel potestate, q̇ in cęlo sit aliud esse ab essētia; quandò illis hoc accidit quæ vel plura iam sint, vel plura saltē esse queant, quia species vniuersam materiā non informet, aut non indissolubiliter. Quanuis autem variari possint eius partes, vt elemēta apud nos; vnde suspiceris aut ipsum non esse indissolubilem, aut cum partiū vicissitudine mutari, nec eandem rōnem seruare, neq. id quoq. timendum est. Nam partes secundùm formā permanent; variantur solummodò ꝓpter materiam: cùm verò totum in forma positum sit, variatis ēt materię partib. conseruatur; non secus àc variatis asseribus; salua aūt figura eadem proræ, puppis, & carinę triremis ipsa permaneat: asseres.n. materiā respiciunt; carina verò, & puppis pertinēt ad formā. Hinc est ad summā progressus Aristotelis. Verùm non defuerunt alij complures, qui varias vias attentarint, vnde effici posset vnum esse vniuersum: velut Auerroës qui q̇ vnus sit mundus ex eius natura cōstare persuaserit, hoc modo. Nam qui dicit mundum; necessariò quoddā compositum significat ex hisce corporibus quæ inter sese respiciunt, & quasi nodo quodā indissolubili connexa sunt: nexus aūt hic est, vt cùm duplex sit vniuersi terminus, extremus vnus, medius alter; medius ꝓpter extremū sit, & extremū vicissim ꝓpter medium, qui nexus cùm inter alia quæ forent extrà, non obseruaretur; efficitur, vt vnus hic sit mundus, non aliundè aptus, & totus in se ipso manens. Hæc Auerroës ipse, quæ tametsi vera sunt; nihilominus per se ipsa perspicua non habentur. Cur.n. inquàm ego, non est alius mundus extra hunc in quo partes etiā vinculis eisdem inter se aptę colligatęq. sint? Et in hoc, mea quidem sn̄ia, peccatur in regulas dialecticas, quemadmodum etiā ab ipso peccatum est in explicatione illius inductionis, ex qua scientiæ principia colliguntur. Nam putat ipse ex solius attributi inhæsione conclusionem inductionis inferri; cùm tamen ex eo cōpleatur inductio, vt insit huic, & vt nil aliud sit, quod aliter se habeat; deinde nos reddi certiores de necessitate ꝓpositionis, anteq̄ nouerimus oī inesse; cùm tamen quod est inhęsurum necessariò, prius oī insit oportet, & hoc ordine cognoscatur à nob. Illud ergo scire oportebat alia corpora non extare quæ se haberent, quemadmodum nostratia, neque inter hæc & illa existere connexionē eam quam prædicat. Dicet ipse forsan, q̇ omni insit, nonmodò ex indiuiduorū vniuersitate comprehendi, sed etiā perpetuitate temporis. nunc in hoc mundo obseruatum est nullum talem esse nexū, præterquam inter hæc corpora è quibus noster hic mundus est constitutus. Optimè sanè, sed hoc fuit vsurpare primā rationem Arist. quæ sumitur à ꝓpensione partium mundi. Hoc igitur conficiendum fuit, eo verò peracto, tanq̄ consequens inferendum est id quod pronūciauit Auerroës, quo sanè eruditissimè indicatus ordo vniuersi: nanq. extremum est ꝓpter mediū, & contra medium ꝓpter extremum. Quanquàm vt id se habeat non expressum. Sed redige in memoriā eam vocem [propter] à qua duplex ordo significatur: alter quidem vt superioris ad inferiora, vt ab illo bonum in alia redundet, vt sit quia illa sint, ac nisi illud sit, nihil vtiq. futura sint reliqua, vt de fine dicitur ad ea quæ sunt ad finem: [a] secundò [propter] est quòd caussæ acceptum refertur, vt pluit ꝓpter notos, eo quòd noti sunt caussa pluuiæ: sic ea sunt quæ instituuntur ad finem, quia sunt gratia finis: prior ille ordo est extremi ad medium: neque.n. medium extaret, nisi foret extremum; alter aūt medij ad extremum, vt.n. possit extremum in orbem moueri medium sit necesse est: etenim motui illius inseruit permanens & sustinens in se ipso propemodum molē corporis cęlestis, vt circum illud volui possit. Nam si terminus conuersionis perhibetur, ex termino verò arguitur præstantia; at terminus simpliciter non est, sed vt sine quo terminus eius motus non existat: etenim meministi punctum in cęlo designari à quo ad centrū vsq. linea ducatur: itaq. perfectionis rōnem non habet ad cęlum: multò minus terra, quippe quæ sit terminus, aut instrumentum motus cęlestis per accidens. propterea verendum non est, ne terræ quies sit natura prior motu cęlesti, licet sit necessaria: nanq. est necessaria per accidens, & cùm sit alterius gratia, natura quoq. posterior est. Nisi etiam sic dicamus medium ad cęlum dupliciter se habere, vel in eo ordine quòd sit, vel vt est principium quoddam motus, atq. hoc sanè modo ad motum cęli perfectius quid esse, si verò essentiæ conferantur; centrum q̄ maximè cedere, cùm sit, vt cęlum suo munere fungi valeat. Aliam viā Proclus ingressus est, & sequens auctoritatem Platonis statuit mundū singularem, vnigenamq. esse, quòd vnum.s. eius foret exemplum. Sed apud Arist. δημιουργία nulla, neque vlla Idearum ratio, vt intelligatur posteà, sine quibus non est exemplum. Dogma igitur auctori suo relinquatur. Ex eo item, quòd vna sit eius forma, vnum quoq. mundūm esse concluditur: nam si plures mundi ponerentur, esset ea forma diuidua: concreta igitur, atq. corporea quæ tamen ab oī materia separata sit. Verùm quid hoc? Forma separata vna est, ergone & id quod ab ea forma proficiscitur vnū existimandum? Minimè verò: nam & faber vti potest pluribus instrumentis solo numero differentib. & esto quòd Deus moueat, vt finis, etiam vnum à plurib. æquè amari potest. An'ne (vt ex materia caussā petam) hic est naturæ progressus, vt in omnibus iis in quib.

[a] Auer. disp. 15.

A quib. instrumenti finisq. rõ continetur, vnũ per se vni muneri destinatum sit, & ad vnum finẽ accommodatum, aliter abusus habeatur vel inopia naturæ, vt cùm lingua & pulmone vtimur ad loquelam; cùm cęteroqui pulmo ad respirationem, & lingua ad gustatum instituta fuerint. Cùm ergo forma illa incorporea sit vna: sic.n. res meliùs gubernantur; vnum erit instrumentũ, quod illum finem proximè & per se attinget: mundus verò instrumentum Dei: quippe quòd per ipsum Deus effundat omnem suã bonitatem, citraq. inuidiam pro cuiusq. rei captu cõmunicet affatim; perq. ipsum cuncta perfectionem sibi conuenientem assequantur. Neq. verò est, quòd abusum in eo timeamus; quandò id non sine macula beatitudinis eius, cuius instrumentũ est, euenire posit, quam sanè nullam in mentem supremã cadere verisimile est: quasi verò desit instrumentum quo munus suum optimè sit factura, & qui abusus in parte quadã, atq. illa quidem minima, admittitur à natura, ꝑpter aliquod vitium, vel instrumenti inopiã, seu repugnantiam, prorsus toti denegari debet; siquidem arguat imperfectionem quæ certè ad corpus quod vnum sit futurũ, & totum, ideoq. perfectum, nullo modo pertinere potest, neq. verò q̃ in formã quæ oĩum suprema perfectissimaq. sit, hoc incõmodum redundet, sed ne tantum damnum fiat in nob. qui eximiis voluptatibus careremus, dum tum egregia bona laterent, quæ aliis mundis benignissimè affluerent, & tantum nob. de diuinæ maiestatis amplitudine subtraheretur. Idem quoq. ex fine demonstrare licebit, sed de hoc postea. Non vtitur autem faber pluribus instrumentis numero

B differentibus ad idem officium, nisi per accidens, & fortuito; nil verò est hũi in cęlo, nec multi vnum amant pari gradu amoris, nec sub rõne eiusdem boni ꝑpter varietatem bonorũ quæ insunt in re amabili & varietatem phantasmatum quę insunt in amantibus. Quare vbi idem sit bonum quod in Deo est, idem cum essentia, vbi etiam sit vna rõ concipiendi illud bonũ, sicut est in mente separata à sensu, quod est in cœlo; profectò necesse est vnum sit quod amet primò illiq. primò seruiat, non plura; quanquàm de his diligentius infrà. Ab hac igitur forma actus oĩs, & essentia καθ' ὕφεσιν, & per gradus quosdã propemodum insensiles deriuatur vsq. ad non ens, nequid vacui relinquatur in quo & ex quo gradus omnes partesq. bonitatis eluceant, quę sanè plures sunt: licet treis earum differentias Plato recitauerit, mouentiũ immobilium, per se mobiliũ, & quæ mouentur ab alio. Nos diligentius sic exponimus, actũ simpliciter qui cõprehendit Deum, mentesq. beatas, actum in materia qui formarum est, actu corpus quod est cœlum, cõposita ex materia & forma, potentiam, siue materiam, & deniq. priuationem. Quo fit, vt oẽs actus cum speciales, tum singulares, vbi necessarij sint, ordine quodã in mundo deprehendantur, quòd si singulares non necessarij fuerint, sine illis consistere queat mundus, cùm ab iis perfectio nulla, quatenus hũi nascatur. Oĩs enim perfectio à specie ipsa deducitur: perfectus igitur; itaq. vnus. Adde quòd tendere ad vnum, vel philosopho quoq. approbante, [a] est tendere ad per- [a] 3. Phys.

C fectionẽ ad quam pro virili res oẽs adspirant. Hoc ergo pacto id quod per caussas quæ materiæ locum obtinerent, ostensum fuerat in physicis in caussã potissimam, quæ finis est, in prima philosophia resoluitur, & quod, tanq̃ à signo conclusum fuerat in physicis, per caussas absolutas à primo philosopho posteà peragi potest. Hæc est illa demonstratio quæ significatur à philosopho 1. de Cęlo cuius duę sunt partes: altera quæ exposita est 8. Phys. & paullò ante à nobis indicata; altera verò quæ desumpta est ex prima philosophia. Quanquam potuit illud afferre difficultatem eo loci depromi rationes ex prima philosophia, easq. præsertim quæ ad mundi vnitatẽ confirmandã pertineant, cùm quòd ea philosophia sit ordine doctrinæ posterior naturali, tum etiam quòd ea quę inibi afferuntur, nostram hanc demonstrationem flagitent. Quare mirùm profectò sit, vt si in ea methodo petantur ex nostra; hæc aliunde accersat id quod propriũ suum est, eoq. præsertim quòd idem 8. Phys. proximè confectũ fuerit; quinimmo tametsi in prima philosophia talis rõ concluditur, nihilominus à plurimis Arist. interpretib. planè physica perhibetur. Accedit eòdem quòd aliquando Arist. immò ad idem ferè propositũ citat sub eo titulo libros phys. quemadmodum etiam eodẽ 1. de cęlo sub noĩe primorum sermonum. Verùm (nisi fallor) id 8. Phys. non præstatur abundè; neque.n. vniuersè vnam esse formã, sed huius mundi vnam. Quapropter ex eo sequeretur, si plures essent mundi, vt in singulis essent singuli moto-

D res primi, non oĩum vnus. Itaq. illo ostenso, quòd formę quæ sunt in materia, multiplicantur, efficitur vnum esse id quod à materia secretũ est. esse aũt eam demonstrationem primi philosophi propriam, tametsi nouit physicus extentam esse materiã, & proinde partibilem, significat nobis problema cuius prædicatum vnum & multa est de prima philosophia, necnon medium quod est conditio formæ separatæ quæ item ꝓpriè pertinet ad primum philosophum. Quantum verò est de eo quòd physica sint illa quæ à primo philosopho vsurpata sunt ibi, nos olim diximus ea quæ viderentur. quod verò pertinet ad perturbationem ordinis scientiarum, & methodorum; memento tres fuisse rationes citandi libros ab Aristotele, vel secundùm doctrinæ ordinẽ, sicuti cùm dictum est ab ipso in primis sermonibus vel naturæ, vt fortè factum est 12. primæ philosophiæ T. 17, cùm profitetur se de mentis immortalitate tractaturum, quod à physico iã confectum supponit ordine doctrinæ; nonnunq̃ etiam sufficit nulla habita rõne ordinis citare libros ex re tractata, vt cùm in lib. περὶ ἑρμ. Elenchi citantur. Hæ sunt demonstrationes quibus vnũ esse cœlum ab Arist. conclusum est, quæ certè progrediuntur ex primis, atq. notissimis proximè, vel remotè, quoniã ex demonstratis, non autem ex obscuris, & quæ demonstrari queant, velut illę quas Iandunus, & alij quidam ineptè occuparunt.

Queruntur nonnulla quæ ad vniuersi perfectionem spectant. Cap. XVI. E

SED cùm hæc ratio vim perfectionis attingat (vniuersum est.n.ideoq. perfectum) & illius spectatio nonmodò ad primum philosophum pertineat, sed etiam philosophus naturalis de mundi perfectione disserat, nec eius decretũ controuersia vacet; etiam nos hîc aliqua de illius perfectione scrutari constituimus, ac primùm libet monere lectorẽ, quòd siquis velit oẽ discrimen assequi quod extat inter vtrunq. progressum, facilè noscet diuersa genera perfectionis vtrosq. philosophos fuisse persecutos. Nam cùm mundus, totum, atq. perfectum sit duplex; vel quatenus cõplectatur magnitudines solas, vel etiã species omnes, siue exceptis substantiis incorporeis, & à materia secretis, siue etiam vniuersa à Deo vsq. ad infimũ genus eorum quæ sunt, comprehendat: nihil.n.refert, quòd quomodocunq. totũ, perfectumq. sumatur; non immutatur sñia quæstionis: in 1. de cęlo mũdum veluti corpus acceptum fuisse dicimus, & primum perfectionis genus de ipso demonstratum: alterum perfecti significatum; tametsi ab Aristotele & veteribus Peripateticis prætermissum; nihilominus à nostris in dubium reuocatum est: cùm verò species duorum generum contineret, alterum quidem quod materia concretum esset, atque alterum quod ab ea liberum foret, de vniuersi perfectione ꝑpter illud primum rerum genus exortam fuisse controuersiam video; non ob aliud, opinor, quàm quòd cùm proximum Deo sit, alterum genus omnem plenitudinem cuius esset capax, adeptum sit; materię cuncta vitia reliquerit: attamen & eadem dubitatio vniuersitatem rerum attingit, & ad illa entia quoque pertinere potest. Itaque cùm hæc contemplatio superet ambitum methodi naturalis; etiam à nob. non sine habitu primi philosophi transigetur. Eius quæstionis plura sunt capita. Cùm enim perfectum sit in quo nil redundat, & cui nil desit, omnes in eo species esse oportet; ita vt nec vlla deficiat, neque alia quæquam addi valeat, & nil deniq. mali contineat. Sed aliàs multas accedere iugiter experientia docet, & historiæ testantur aliquas etiam non esse superstites, cùmq. aliæ plures existere posse videantur; quæsitum est item, an hic processus tendat in immensum, an terminis quibusdam concludatur. nam si infinitum protinus imperfectum, proinde nobis hæc seorsum exploranda relinquuntur. Sed monstra esse perspicimus quæ sunt mala, & species aliquas, non existere quæ olim fuerint, ij qui de animalibus conscripsere, liberè profitentur; siquidem hyppopotamum nullum esse doceant quem antiquitas ipsa nouerit, & longè alium esse qui his temporibus reperitur; nec non dé lapide porphyrite meminerunt quem aiunt vsq. ad quædam tẽpora permansisse, nec hodie amplius extare: ac multas item esse patet quæ certis tẽporis interuallis intereant, atque renascantur, vt flores, & fructus. Quin etiam multa sunt quæ mox producentur, vt quæcunq. ex variorum animalium mistione propagantur: nam teste Arist. semper aliquid Aphrica apportat noui. immo etiam sponte variæ admodùm species progignuntur. G. Et artes chymicæ, & agricultura suppeditarit nob. multas species rerum quæ nusquam compertæ fuerunt. & illę etiam tum à nobis, tum à natura in infinitum vsq. multiplicari videntur. Nanq. vt ea sola sumam quæ in aquis progignuntur (humor enim facillimè perturbatur, & varias species accipit [a]). hæc innumera esse earum rerum peritissimi testantur. ita enim scribit Oppianus [b].

[a] 3. de Gen. Anim.
[b] Halecut.

Innumeræ pelago gentes voluuntur in imo,
Nantes, quæ numerum vincunt; sunt abdita nobis
Plurima monstra maris. quis possit nomina versu
Edere? quis ponti metus? quis nomina dicet?
Ter denas ad summum vlnas nouere sub vndis
Mortales, sed multa latent immensa profundi
Aequora: sub vasto spirant tot gurgite pisces.
Alma parens tellus non agmina plura ferarum,
Nec maiora tulit. quàm vastus in æquore pontus.
Norunt celicolę numerum pensare natantum,
Terrestresq. acies, an partes æquet vtrasq.

Si etiam numeri secum specie differunt; tolli non põt, quin mundus sit imperfectus, quia numerorum species augescere possunt in infinitum, quibus tamen caret mundus. Postremo quæritur, si à Deo permanet in mundũ vniuersa perfectio, quo pacto: mundus ipse mentis ope Deo seuocato, obtinet aliquam perfectionem, vt.n.si à ferro arceas ignim, remanet frigidum; sic etiam mundus amoto Deo remanebit imperfectus. Prętereà si perfectio rebus ipsis extra Deum tribui põt; non igitur ille perfectissimus: nam sicut albi accessione fit albius; sic etiam Deus, si mundus accedat, qui perfectus est, perfectionem contrahet ampliorem: aut ergo Deus imperfectus, aut aliquid perfectissimo perfectius dabitur, quod ne vix quidem cogitari, nedum esse põt. Arbitror equidem species, aut secundùm naturam esse, quæ.f.plurimum fiunt, & oriuntur ex causis ordinẽ necessarium inter se habentibus, vt prior.s. sit gratia posterioris, & ab eius virtute dirigatur; posterior aũt emanet ex priore per illã necessitatem quam ex hypothesi vocat Aristoteles, aut etiam fieri fortuitò, aut ab arte, & præter naturæ ordinem; vel quòd orbata sint & mutila, vel quòd oriantur ex incerta victoria materiæ, quæ more gigantum qui pugnã aduersus Deos susceperunt, contra præstantiorem facultatem insurgens ab optimo desciuit; nec id quod sibi conueniens erat, assecura, fracta & afflicta, neq. etiam præstare potuit aliquid certi. Rursus esse in natura, vel est esse actu, & perpetuum, vel est esse simpliciter, idest, vt aliquo tẽpore existat necessariò, cuiusmodi sunt illa quæ ad aliã speciem instituta sunt, sine quibus sanè species esse nequit; veruntamen

A veruntamen aliquando deficiunt,& ſunt certa tẽpora,quibus exiſtunt. Præterea ſpecies in natura,vel primogeniæ ſunt,vel ex aliis ortũ ducunt,vt ſunt notha & ſpuria,ſiue in animalium genere, ſiue plantarum. Poſtremò ſpecies eſſe poſſe cenſeo in hunc modũ,quòd vel ſpecies ipſę ſint,vt homo,& equus, vel quòd ſint rerum gradus : ideſt facultates illę ſolùm quæ à cęteris ſeparatæ ſubſiſtere poſſunt,cuiuſmodi ſunt inanima; plantæ quæ ſolùm ſentiunt quæ prætereà loco mouentur, & quæ ratiocinantur. Nanq. hi rerum gradus primas ſpecies in mũdo efficiunt ortum ducentes à formis, cęteræ ſpecies ex differentiis naſci videntur,quas affert ipſa materies. Ego verò neç ſpecies omneis in mundo neceſſarias eſſe credo,neq. etiam ſi ſpecies abſolutæ ſint,vt de hyppopotamo,& porphyrite cõſtitit; niſi ſint eiuſmodi,vt cum eſſentiæ gradu ſpecies abſoluta conſiſtat, veluti rõnis particeps: nam ratio flagitat vniuerſa illa, in quibus humana eſſentia poſita eſt; itaque ſimul cum gradu vitæ ſpecies humana exiſtit. At verò cùm reliquę ſpecies ex materiæ varietate naſcantur; nihil aut parùm diſcriminis apportant, & eiuſmodi quæ vix moueat ſenſum; ex quo item effici poſſe puto, vt aliquando plures eas eſſe non inconueniat paruo momento variante natura: attamen minus ludere naturam in iis quas abſolutas eſſe dicimus,& primogenias; mox in iis quæ illarum cauſſa inſtitutæ ſunt. nothis etiam ſine damno perpetuò mundum carere poſſe cenſeo. Nam quanuis habeant eæ quę nonnunquam interpellantur,id,vt lateant in ſinu materiæ,& in virtute efficientis, at eæ quæ ad alias inſtitutæ ſunt,pendent planè à poten

B tia naturali, & ordinata; latius eſt in nothis potentiæ ſignificatum, & prorſus extra ordinem: itaq. et ſi ſemper ſine his eſſet mundus; adhuc ipſum nil eſſe detrimenti accepturum; nec quicquam de ipſius perfectione diminutum iri opinabor. Monſtrum aũt ab ordine naturæ prorſus abiicio, niſi quatenus aliquem actũ naturalem continet, vt ſuprà audiſti. Sed nos etiàm mox vberius ꝑpter vniuerſi ordinẽ hoc ipſum explicabimus: interim reliqua percurremus, ne lõgius à ꝙõne ꝓpoſita aberrare cogamur. Veruntamen neq. ex alio ordine,quàm nunc ſint,naturam alias ſpecies efficere poſſe cenſeo, ꝙ veriſimile eſt naturã ad optimum adſpiraſſe,& in optimo ſtatu plerunq. permanere. neq. infinitas: infinitũ enim natura declinat; proinde quę ex putri naſcũtur,aut notha plerunq. priuata ſunt facultate gignendi ſibi ſimile, [a] & in illo ſpatio quo Deus à priuationib. diſtat; gradus,qui ſenſiles ſint, (in iis,n.ſpeciei diſcrimen agnoſcitur) finitos eſſe neceſſe eſt Peripatetici credant, qui finem in primo ente ponunt. [a] 1.de Gean. c.1. Hæc optimè congruunt cum iis quæ docuit Ariſt. his ipſis verbis. Sed adeò de inanimatis paullatim ſenſimq. ad animata natura tranſit,vt continuatione ipſa lateat eorum confiniũ,& mediũ,vtrius nam ſit extremi. Iam ab inanimorum genere,primum genus plantarũ eſt,earumq. alia ab alia differt eo,ꝙ magis vitæ particeps eſſe videtur; vniuerſum aũt genus ad cętera corpora quæ aĩa vacant, ipſum quaſi animal eſt,at ad animal inanime eſſe videtur. Sed.n.hinc ad animalia continuus,vt modò dixi, proce-

C dit. & poſtquam induxit cõplures viuentium gradus, hæc ſubiungit. Cęterùm paruo quodam diſcrimine ſubinde alia præ aliis iam adipiſci vitã motumq. videntur. Siquis autem Græcè illum loquentẽ audire velit, ne cum interprete Theodoro labatur. hæc eius verba ſunt. *οὕτω δὲ ἐκ τῶν ἀψύχων εἰς τὰ ζῶα μεταβαίνει κατὰ μικρὸν ἡ φύσις, ὥστε τῇ συνεχείᾳ λανθάνειν τὸ μεθόριον αὐτῶν, καὶ τὸ μέσον ποτέρων ἐστίν. μετὰ γὰρ τὸ τῶν ἀψύχων γένος, τὸ τῶν φυτῶν πρῶτον. ἐστὶν καὶ τούτων ἕτερον πρὸς διαφέρει τῷ μᾶλλον δοκεῖν μετέχειν ζωῆς. ὅλον δὲ τὸ γένος πρὸς μὲν τἆλλα σώματα φαίνεται σχεδὸν ὥσπερ ἔμψυχον. πρὸς δὲ τὸ ζῶον ἄψυχον. ἡ δὲ μετάβασις ἐξ αὐτῶν εἰς τὰ ζῶα συνεχής ἐστιν ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον.* mox: *ἀεὶ δὲ κατὰ μικρὰν διαφορὰν ἕτερα πρὸ ἑτέρων ἤδη φαίνεται μᾶλλον ζωὴν ἔχοντα καὶ κίνησιν.* Hæc ego verba adſcripſi inſtituti mei tenendi cauſſa, vt ii.ſ.qui amant ardentius Ariſtotelem; in nobis item ſententias eiuſdem agnoſcant. idq. nunc in præſente loco ſufficiat. ne me rapiãt iſti nebulones qui ex hac ipſa ſcriptura repugnãtia notant in placitis ſummi præceptoris. quaſi hiſce verbis ſtirpes excludant animantib.& noĩe vitæ ſolo inter inanima decorẽtur. Cùm tamen.in lib. de An.2.ipſis animã tribuerit,& hic *ὥσπερ ἔμψυχον* appellarit,quod alibi. *ἔμψυχον* abſolutè dixerit. Nec ſtultum putant exiſtimare (quicquid ſermonis Latini conſuetudo patiatur) Ariſt. Græcum qui cum Iſocrate rhetore de palma contenderit, Græcè loqui neſciſſe,& in eo deceptum fuiſſe narrant im-

D pudentiſsimè,quòd animã cum vita confuderit,neq. nouerit *ψυχὴν*, & *ζωὴν* re ipſa conuenire, aut ſi quo pacto diſcrepant; ita differre,quemadmodum functio à forma,atq. actus ſecundus à primo: nam vita eſt actus animæ. Neq. animaduertunt Ariſt. exprimentem,vt ipſe inquit, *τὸ μεθόριον* & confiniũ illud propemodũ latens,& gradus partium generis illius,addidiſſe notam ſimilitudinis, vt quiddam inferius ſignificaret,& id quod ſummũ quidem non attigiſſet, veruntamen à toto genere non arceretur. Sed his omiſſis; ne tempus fruſtra conteratur, ad noſtra pergamus. Huc.n.tendebat oratio noſtra. Vt liquidò appareret formas iſtas obtinere inter ſe gradus quoſdam perfectionis; pro ſummi illius boni diuerſa participatione. Ob id etiam pronunciauit, rerum ſpecies veluti numeros ſe habere. Atq. ita latè patet hic ordo,vt nonmodò ab eo quod infimum eſt inter ea quæ ſunt, ad ſummũ quouis modo ſit hoc modicũ interſtitium,veluti à priuatione ad poteſtatẽ,inde ad actum, & ab actu oĩum minimo,qui in terra & aqua poſitus eſt ad actus cęterarũ ſubſtantiarum materia concretarum, ſed à ſenſili generatim ad id quod mente cõcipi põt,vt ſunt naturæ cõmunes quæ per ſingula diſtributæ ſunt. hinc ad ipſas menteis, & ab vltimo rerum genere quod eſt habere,ad ſummũ genus quod eſt ipſa ſubſtãtia. Sed in formis etiam,quæ adeò proximum genus participant. Specta porrò lumine participantium gradus; in quadrupede ſumma acies,in piſce multò hebetior perfectũ mouetur, imperfectum manet prorſus immobile cancri,cicadæ nullius penè videndi officij cõpotes. Cochleæ offendicula tentando, non vidẽdo gradiuntur in talpa oculorum notæ ſolùm, oſtrea penitus cœca. quid opus eſt verbis in re per-

picuæ? De numero aũt varia dicuntur, cùm fateantur eos nonnulli excrescere in infinitum, & verentes, ne fortè formarum infinitas in numero ponenda sit, vnde aut infinitum mundus admittat, aut nisi admittat, aliqua specie deficiente, ne fortè sit imperfectus; binarium à ternario non specie quidem, sed numero duntaxat, & veluti lineã minorem à maiore separari dixerunt. Alij contra negarunt eos in infinitum augeri suapte natura, & id nostræ cogitationis opus esse docuerũt: ideò, quia naturę opus non essent, neq. item vllã mundi perfectionem in iis positam fuisse. Noui planè nullam esse facultatem neq. animalẽ, neq. naturalem quæ imperiũ habeat in infinitũ, atq. ipsum pariter menti naturæq. repugnare: quicquid aũt in cogitationẽ venit, necessariò finitum esse, quantunlibet fuerit; nec mathematicas quæ quantunlibet productum quantũ accipiunt, vti infinito, nec excedere terminis quantitatis naturalis, quia tamen eis cogitatio potest excedere addens etiam naturali quanto aliud quantum; negare non possum, quin, si species numeri sint centum, & mille species in infinitum excrescant. quòd aũt species numeri hæc sint, signo illud esse põt, quòd de pluribus numero differentibus prædicari possunt, vt centum de equis centum, & hominibus centum. quare nos adhuc dubitatio ꝓposita tenebit. Ideò numeros illos vel speciem quidẽ categoriæ caussa fatebor imitari, [a] quemadmodum aliæ species quæ fiunt ab arte; reuera tamen non esse speciẽ naturalem; siquidem reipsa vnum sit: nam quicquid est eo ipso quod est, vnum est, & natura sic numerum facit, quia multa vna facit, cętera mens ipsa addit, quæ vnum repetit, & repetitum copulans aliquoties numerũ producit. Itaque nil est aliud numerus, ac certa repetitio vnius, siue ille sit naturalis, & in certa materia, siue etiã mathematicus. Ita se habet numerus, quemadmodum de tẽpore dicebamus: nam materialiter est præsentia mobilis in definito spatij puncto, formaliter verò eius repetitio quæ sine opera animi fieri nequit. Ergo & numerus materialiter est vnum; formaliter eius repetitio, quæ officium animi flagitat, vel etiam dico infinitum esse actu, aut ex successione; id verò est in potentia, cùm cæteroquin actu sit finitũ. hoc non repugnat naturæ, quoniã reuera finitum est, ab altero illo prorsus abhorret; quamobrem & numerum in successione positum profiteor; itaq. actu finitum, infinitum verò potentia duntaxat. Sic species naturales in infinitum non augescunt, quia numeri non sunt species naturales, nec si species essent, & in infinitum excrescerent; quicq̃ detrimenti natura pateretur, quòd incrementum illud oẽ est cum successione, non actu. tantum abest, vt cum Theologis veteribus Platoneq. consentiam, qui in numeris vniuersam fabricam naturalẽ consistere dicebant, & per numeros oĩa naturæ opificia esse constituta; eorumq. species duas faciebant, vt formarũ quarum alteræ quidẽ separatæ forent, ideas ipsi vocabant; alteræ participatæ, & iam impositæ in materia; ita numerorum alium terminũ, principiũ, separatumq. ponebant, alium tria, & illum his hymnis extollebant πατέρα μακάρων καὶ ἀνδρῶν. & quaternionem παγὰν ἀεννάν φύσεως prædicabant: ac Iamblichus, qui admirabiles quasdam proprietates à numeris rebus exhiberi putabat, nisi quatenus erant hæc symbola rationum ꝓportionumq., quæ inter principia rerũ intercedebant. Sic.n. numeris aliquid efficacitatis tribui non negauerim, atq. ita hebdomada in diebus criticis plurimùm posse fatebor, & certè talis erat mos antiquorũ philosophantium, vt inuoluerent primordia rerum Pythagoræi quidẽ Symbolis; Theologi fabulis, Plato verò Mathematicis. Quòd ad postremum pertinet. Omnes illud fatentur, Deũ sic esse perfectum, vt omnes oĩum perfectiones in seipso contineat, nec quidem actu, quemadmodũ vas continet humorẽ, sed sublimiore quodam modo, & velut illud caussæ genus quod nos alibi ἐντελέχειαν appellauimus: itaq. caput est, & auctor oĩs perfectionis: ergo se ipso perfectissimus, vt nõ in genere, sed simpliciter ei perfectionis attributũ cõueniat. Cęterùm quòd perfectio multis modis accipitur, & ex habitu, & ex actu: etenim sapiens est perfectus, ẽti sapientia non vtatur, quòd illa vti põt: idem quoque multò perfectior, si vtatur, quanto secundus actus est præstantior primo, sed tamen cùm posterior hæc perfectio nihil interni requirat, vt adsit; verùm pendet ex externo: sic defenditur sapientem, licet sapientiam non exerceat; esse perfectum, quantum.s. in seipso est, quia nihil prætereà requirit, vt vtatur sapientia, quòd in seipso sit, & ex euento est, quod non vtatur. Ita Deus in se ipso oẽm præstantiam habens est perfectissimus: idem quoq. perfectior, si perfectionem suã cęteris communicando prodat; verùm quòd hoc ex alio, non ex seipso pendet, nihil est, ꝙ Deus benignè largiens suã bonitatem, atque præstantiã sibi comparet intrinsecùs, immo cęteris aliquid accedit, ipsi profectò nihil. At verò actus diuinæ substantiæ reliquos superat, quòd aliorũ actus ab externo interpellãtur, aut saltem respiciunt obiectum; nam sapiens à somno impedit, mens obiectum flagitat: ille semper est in officio, nihil vnq̃ intermittens, omnia superans, & ipse sibi præsens, nunq̃ non existens. Proinde damus, si Deus per se ipsum sine cęteris spectetur, fore perfectum primo modo, nec perfectum modis omnibus, ideò illius perfectioni accessionẽ aliquam fieri posse, ea tamen extrinsecùs est, sed cùm hoc solùm ex cogitatione pendeat, non ex re, aut ex inordinatione materiæ, quòd plura pauciorane sint in hac inferiore mundi regione, siquidem semper communicat suam bonitatem certis entium gradibus sine quibus mundũ non consistere posse docuimus, etiam defendimus ipsum modis oĩbus esse perpetuò perfectum. Aut igitur essentiæ gradus spectatur, & formę ipsius ἐπίδοσις, vt ait Aristoteles, [b] & incrementum, siue intentio, siue habitus, aut amplitudo, & cõmunicatio, siue extentio quæ nascitur ex materia, & actus ipse secundus in alio; si gradum inspicias; nil certè illius plenitudini põt addi; at ad eius præstantiã aliquid adiungi altero perfectionis modo nil vetat: etenim ex aliorum accessione magis profunditur eius honestas, & latius patet bonitas; id verò aliorum ꝓprium est, & ad cętera pertinet, neq. illius summæ perfectionis essentiã tangit; non aliter, ac nihil de luce Solis augeatur, si C. specula, vel vnũ duntaxat illustret; est id planè perfectionis speculorum,

[a] 2. Phys. T. 2.

[b] 9. Met.

A rum, quæ sine Sole, neutiquàm lucerent. Hac ergo ratione perfectionem mundo tribuimus, quæ non absoluta sit, sed in suo genere tantùm.

Quemadmodum vnum, & multa se habeant ad perfectum. *Cap. XVII.*

CVM verò doceret Aristoteles cœlum & vniuersum esse perfectum ex eo, q̃ vnum foret totum, in seipso manens, & nihil extra respiciens, reliqua aũt corpora, quòd essent quodammodo multa, & ab alio finirentur; essent imperfecta; dedit ansam Auerroi, vt hæc profiteretur, neq. illa ab Arist. doctrina abhorrentia, copiã nimirùm singularium sub eadẽ specie signum esse imperfectionis, & certè, aut Arist. canon fallax est, qui illorũ multitudinem à participatione materiæ sensilis emanare testetur, aut μοναδικὰ sunt. i. sub vna specie singulæ mentes separatæ, q̃ earum excellentia maxima. Sed hanc sñiam in dubium reuocatã fuisse legimus à quibusdã; nec, meo quidem iudicio, quæstionẽ satis explicatã fuisse credimus: idcirco nos hîc ẽt nonnulla adscribemus, eoq. maximè, q̃ occasio dabitur aliqua disserendi speciatim de corpore cęlesti, quod nunc agimus. Iudicabat. n. nobis oppositum experientia quæ fundamentũ est scientiæ naturalis: nam multas species afferre licet, atq. illas quidem perfectissimas quæ multò numerosiores essent, q̃ imperfectæ: multò. n. plures homines sunt, q̃ cete, & immaniũ B cõplura genera belluarum. Quia verò dicere possis ab Arist. conferri æterna cum caducis, & asseri ab illo æterna esse pauciora, q̃ illorum natura sustineatur ab vno indiuiduo; propterea perfectionem non à copia, paucitatéue singularium duci, quod in quæstione ꝓponitur, sed ab eorundem perpetuitate, cùm se facilius ab aduersis casibus tutari queant, ideòq. successore non egeant, vt talis natura conseruetur; proinde obiectionem, quæ contra decreta fuerit illata de falsa hypothesi, niti: age nunc huius rationis robur exploremus, & videamus q̃ consentanea sit vnà cum progressu Philosophi, & cum cętera natura. Arbitror aũt ex ea repugnantias maximas inculcari: nam primo loco peruertitur caussa eius euenti quæ ab Arist. allata est: ita. n. ipse perfectionẽ concludebat, eo quòd hęc tendunt ad multa, & multitudinem continent, totum verò vnum permanet. nec de æterno, aut mortali verbum vllum factum est, aut fieri debuit: nam tum ignotum erat perpetuus'ne foret mundus; & erat id oĩ ingenij conatu peragendum. Ignotum quoq. erat vnus, nec'ne mundus esset, atq. id efficacius posteà concludendum. Adde postremò quòd medium rationis, & inuentum ad hoc perficiendum non esset valde accommodatũ, quoniam terra corpus imperfectum est: cœlum contrà perfectissimum, & tamen singula sunt, & cœlum, & terra consimiliter. Proinde vereor'ne vlla certa rõ perfectionis à copia paucitatéue peti possit, siue æterna cum caducis, seu caduca seorsum, seu etiã æterna secum conferantur. néue C item illi falsò existimarint qui ad speciei perfectionem copiã singularium molitã fuisse naturam asseuerent. nanq. alia caussa multitudinis est, & alia vis, seu finis alius ipsius, & tria in multitudine quaq. spectat Arist. primùm materiæ redundantiã, tum deinde formæ efficacitatẽ, ad extremũ ipsius vsum. Etenim à materię copia quæ idonea sit accipere aliquã formam, oritur singularium multitudo, atq. id gemina de caussa, vel quòd principium mouens non valeat tantùm, vt vniuersam materiã in vnũ coactam superare queat, ex qua vnum maius singulare fiat, vel quòd certus sit magnitudinis cuiusq. finis; vnde efficiatur procreatio plurium, ne moles corporis excedat mensura quæ cum illa specie congruit. & potissimũ finis animaduertitur, qui est functio speciei: quapropter euenit, vt tàm in æternis, quàm in caducis multitudo intendatur in finẽ, qui talis est, vt id quod pauca præstare nõ possunt, multa perficiant. Ecce multa sunt officia quæ tum contemplando, tum agendo, tum etiã efficiendo præstare põt species humana, non oĩa possumus omnes, sed, quod ego non valeo, tu fortè valebis, & quod ipse non percepi, tu optimè cognosces: adeò vt omnes demum oĩa præstent, licèt non oĩa singuli, quod item nõ nunquam aliter est. nam fieri põt, vt quia vnum, aut pauca possunt efficere, multitudo non expetatur. quemadmodũ euenire docuit Arist. in corpore cœlesti motuq. astrorum, & sua cuiusq. officia melius modò multis, aliàs paucis præstari persuasit exẽplo etiam à nostratibus accepto. [a] nulla igitur certa rõ [a] 2. de cęl.
D perfectionis in cœlo à paucitate & copia duci potuit, neq. debuit; excepisset. n. limitibus philosophiæ naturalis, ac mediũ ex prima philosophia depromptum esset; veluti etiã superius significauimus, & in demonstrationẽ nostram contulimus, quæ à fine cõstituebatur, & à natura attributorum cõmunium. Sed aio planè ibi Arist. spectasse vnũ & multa, quæ naturam continui & materiæ consequuntur, atque ita se intra limites suæ methodi continuisse, & ea quæ iam perspicua forent vsurpasse: nam 5. Phys. docuerat tendere ad vnũ esse tendere ad formã, quòd illius officiũ esset in vnum redigere, & cogere multitudinẽ: tendere aũt ad multitudinẽ esse descendere ad materiã, quòd ab illa diuisio permanaret ad res naturaleis. Quamobrem quia formę attributum esset perfectio, & contrà imperfectio materiæ: à materia verò multitudo nascatur: vnum verò à forma, sic ab Arist. optimè dictum fuisse ea quæ præseferunt multitudinẽ, esse imperfecta, quæ verò vnius affinia sunt, cęteris esse digniora. Quia verò ẽt dari videtur à philosophis nonmodò vnum multis, vt perfectum imperfecto opponi, sed vni vnum: efficitur item, vt non vnus ab illis positus sit naturæ progressus ad vnum, & ad melius, & ad deterius: etenim extrema solent ita opponi, vt imperfecto perfectum; ea tamen solent esse simplicia; media plerunq. multa, & varia. Opponuntur etiam Deus & materia inter ea quæ sunt, Deus & priuatio, & materia quidem vna est, & priuatio maximè vna, quia nihil in subiecto idoneo per se ponat, inter corpora cœlum & terra, inter elementa terra & ignis: possim hîc ego sexcenta exempla afferre, quibus vnum alteri vni, tanquam summũ infimo opponi demonstrem. Ergo aut norma Aristotelica fallax,

aut non vnus progressus ad vnum, tanquam ab imperfecto ad perfectum. Equidem si inficiari voluerim progressum ad vnum esse in oībus, & oībus modis, vt ab imperfecto ad perfectū, impudēs fuerim, sed quin in vniuersis, quorū est gradus ab imperfecto ad perfectū; sit; vt à multis ad vnū; parùm profectò in rerū cōtēplatione videbor fuisse versatus. Itaq. sic rē explanari posse cōfido, si prius admonuero progressū ab imperfecto ad perfectū esse veluti ab actu ad actū, vel à potētia ad potentiā, vel à potētia ad actum, vel ēt à priuatione ad actum. Rursus existentiam, vel esse simpliciter, vel ex eo, quod vnà notat, qualis posita est in priuatione. Processus quidē ab actu ad actū est inter cōtraria, & hic vt acceptum fuit; est ab vno ad vnum, vt ab imperfecto ad perfectum. Similiter si priuationem rōne segregemus à subiecto, quia sit absentia sola, & vna erit ipsa priuatio, quanquā res imperfectissima. Ex hoc efficitur, vt nonnulla quæ nos priuatione definimus; ea quoque, quo plures continent priuationes; eò magis accedant ad vnum, sic vnus numerus imperfectior decem; non igitur oībus modis perfectum, & imperfectū, velut vnum, & multa opponuntur. At verò si rerum naturā sagacius perscrutari libeat; agnosces id quod est imperfectum, rōnem quoq. multitudinis in se ipso continere: nanq. etsi contrarium vnum est, in altero tamen est rō quædam actus & entis, in altero priuationis & non entis. Atqui priuatio sic reuera se habet, vt & reipsā & rōne sit maximè composita: quandò sine alio non existat, & habeat existentiā ex subiecto & forma pendentem, neque illa sola, sed præsente, vt proximo fundamento, & futura, vt essentiæ parte. proinde neq. eius essentia possit absolui à forma cuius est, itaq. & essētia, & existentia cōposita est in iis in quibus obseruatur rō priuationis. proinde & quæ in se continent rōnem priuationis, quo plures in seipsis continent priuationes, illò etiam magis cōposita sunt: sic vnus numerus decem ad vnū multò plures priuationis gradus habet, q̄ quinque, & compositior igit; tale est illud vnū quod materiæ tribui solet. Si potentia cum potentia conferatur; illa planè perfectior quæ simplicior, & magis vna: siquidem in cœlo potestas vna sit, nempè ad vbi in mortalib. multiplex, & ad oīa prædicamenta. Manifestè se habet actus ad potestatem, vt vnū ad multa, quandò id cogit in vnum actus, quod cum extentione, & dispersè potentia capit. nam participatione materiæ vnus homo fit plures, per formam multi homines sunt vnus homo, & actus vniformis in cœlo, qui in elementis est adeò varius, & frigus vnde terra existit, vt priuatio est caloris qui est in igni. Quamobrem hoc modo consideratis & expensis rerum naturis, vbi conferantur actus, & vbi priuatio mente separetur ab iis quæ sunt sicuti subiecta, caussa existentiæ, non essentiæ, & quæ priuatione determinantur, fieri poterit, vt vnum vni, vt imperfectum perfecto, queat opponi, sed vniuersè collatis rerum essentiis progressus ad vnum est ad id quod perfectissimum est; ad alterum est progressus, tanquam ad compositum. Hoc igitur pacto accipiemus tendere ad vnum esse tendere ad perfectionem, nempè ꝓpter essentiam, non propter ὑπάρξιν: quò etiam modo tendere ad alterum extremum, quanuis in vniuersitate rerum sit imperfectum, quia tamen est procedere ad quendam actum, est item quoquomodo perfectum, sicut est vnum. Sed hæc vberius, quà docebimus, vt D.O.M. omnium rerum mensura statuatur. Interim de reliquis quæ sunt illius corporis, exponamus.

Cur orbes quantò plus à primo recedunt, non pluribus motibus ferantur, & cur vna tantum stella in orbibus inferioribus; infinitæ vero propemodum sint in octaua sphæra, ac quæstioni institutæ finis imponitur. Cap. XVIII.

AB his quę nos paullò antè cōstituimus, facilè erit duas illas grauissimas dubitationeis enodare, quę item ab Arist. 2. de cœlo proponuntur. Cur. s. orbes, quantò plus à primo recedunt, motibus paucioribus concitentur, cùm verisimile sit, quandò nona sphęra vnico tantùm motu cietur, (huc vsque enim antiquiores Astrologi prouecti sunt, qui sensum sequebantur, [a] nec aut plures illius motus agnouerunt, aut orbem superiorē, ac siquando de immobili quadā sphęra meminerunt, eam ad reliquorum orbium motus dirigendos, atq. formandos introduxerunt) cęteras etiam deinceps ordinatim augeri, vt binis secundus; tribus tertius agitetur. Sed nos motus non sic augescere perspicimus, siquidem paucioribus motibus aguntur Sol & Luna, qui sunt orbes oīum infimi, q̄ reliqui superiores, si Eudoxo credere dignum est, ac si gratificari libeat Astronomis, qui secuti sunt Aristotelem, multò magis habebit dubitatio locum; propterea quòd nec perpetuò tenor ille seruatur. cùm Solem quidem tribus motibus, superiores autē planetas quinque; reliquos verò inferiores sex, seu septem agitari concedatur. Rursus in sphęra inerrante plura astra, in inferioribus singulis singula implantata sunt. ecquę nam huius tanti discriminis caussa ponenda est? Platonici sanè vtranq. quæstionem attigerunt; ita tamen, vt hæc falsò dubitata fuisse docerent: nam multitudinem maiorē simpliciter in superioribus esse negant; constanter. n. asseuerant quod magis à primo recedit, pluribus motibus agitari, pluribusq. principibus inseruire. duos. n. circulos faciūt, primum, quem eiusdem vocant; alterum quem dicunt alterius. ideò prioris illius esse quendā simplicem motum; posterioris verò plures: eumq. ordinem vsq. ad extrema corpora perpetuò cōseruari profitentur: cùm pluribus motibus agitari perspicuum sit planetas, quàm orbem inerrantium stellarū, & inferiora multò pluribus quòd illa tantùm locum mutent; hæc insuper qualitates amittant, atque gignantur. Et quod pertinet ad secundā quæstionem, esse planè numerum astrorum in orbe superiore maiorem, q̄ in inferioribus, attamen numerum substantiarum mouētium in cœlestibus, alterum sphęra ipsa quæ ꝓpter astrum mouetur siue, vt rectius snia Platonis exponatur, quicquid Simplicius dixerit; nullum videlicet philosophum stellis aliquem motum concessisse, ipsa

stellæ,

[a] 1. Met. 6. 2. c. 3.

stella,[a] vt per motum eius boni compos fiat, quod à substantia separata communicatur, atq. alterum, A substantia quam κοσμοκράτορα appellant. quanuis igitur, aiunt, astra plura sint in vna illa sphęra superiora, q̃ in cęteris. sæcla aliorum ducum multò numerosiora sunt, quæ item multò plura sunt in elementis, & plurium in vno quoq. sęclorum. Vnde etiam à primis illis Theologis Luna Ἑκάτη nuncupata quod ἑκατὸν, idest centum deæ quædam in ipsa maneant, & prætereà Diana, & de Sole canentes, quem regem, eundemq. mundi custodem prædicant, Bacchum ibi celebrãt hymnis ἠέλιος παρέδρος ἐπισκοπέων πόλον ἁγνὸν. Pana Heliacum, aliosq. multos. Cęterùm cùm ipse in ordine superiore cõplectatur etiam terrã, dignus aliqua reprehensione videtur, aut.n. terra manet, neq. circum mediũ conuertitur, aut etiã ita mouetur, quemadmodum reliqua corpora quæ, vt ipse vult, nonmodò rectà mouentur, sed in suis quæq. locis in gyrum voluuntur. Si primum dederit; iam ab Arist. iure quæsitũ fuerit, cur ea quæ longius distant à primo, pluribus motibus aguntur: si alterum fateatur; iure igitur ipsum accusarit Aristoteles, quia terram circum medium volui professus sit. Quod verò ad alterum ordinem spectat; cùm ipse substantias quasdã inducat quarũ functiones quibus sese substantiæ, vel oĩum assensu monstrant, nullæ perspicuæ sint, philosophia nostra excluditur. Eò redeundum igitur, quod à nobis superiore capite acceptum est. Non omne nimirùm simplex, atq. vnum esse formæ, sed & a materia deriuari; quamobrem neq. omne id quod vnum respicit, præseferre perfectionem, sed si ad illud B vnum tendat quod est actu, & forma. Et huc illa oĩa deduci credimus, quæ ab Arist. ad eiusmodi quęstionum exitum afferuntur. Nanq. aliqua sunt in eo perfectionis gradu collocata, vt actione nulla indigeant, (actionem voce quæ transiens dici solet) sed optimè se habeant, quædam vnica tantùm functione bonum illud assequantur, gratia cuius agunt; alia pluribus paullominus obtineant: nonnulla quæ ne aggrediantur quidem, quia se bonum illud adeptura desperent; illa vt formæ sunt, aut ꝓpemodum formas attingunt; hæc sunt materiæ, quæ longè distat à forma. Proinde substantiæ separatæ per contemplationem solam summo bono fruuntur. Cęlum per contemplationem & motum. homo per appetitum, sensum, motum, & contemplationẽ demum peruenit ad tale fastigium, vt summum bonum assequatur, & in eo finem faciat. Bruta non attingunt; quare neq. etiam contemplantur: plantæ multo minus. omnium minimè inanimata: quare neq. etiam illis assignauit aliquã natura functionem, qua bonum illud adipisci, aut nisi exiliter admodũ possint. simpliciora quidem hæc sunt, sed ea simplicitas ab actu lõgissimo interuallo separatur, & omnes ꝓpemodum gradus priuationis obtinet; idcirco nullius perfectionis. Ita de motibus planetarum, & stellarũ multitudine dicere oportet. Ita.n. orbis supremos cęteros excellit perfectione, vt vnico motu famulatum præstet innumeris corporibus diuinissimis; reliqui, vt vni cõmodè seruiant, plures flagitant motus, qui cedunt his, non aguntur pluribus motibus, non, quia bonum illud optimè per pauciores assequãtur, sed quòd ita deficiunt ab C optimo, vt illis dati non fuerint, quia consequi non possint. Mihi quidem tres reges versantur ob oculos, primus oĩum iustissimus, qui ob heroicas suas virtutes à populis in oculis & sinu geratur, vt eorum pietate fretus arcibus non multis vti opus habeat, at se tueatur. alter, quia vi rerum potitus sit, & valde sit potens; complures arces fabricatus fuerit, easq. summa opera custodiat, atq. ita se ab oĩ ictu fortunæ defendat. tertius aũt, nec valde tutus sit, nec plura castella condere, munireúe possit; huic certè, quòd castella non habeat, gloriæ nihil afferet: neque.n. habet, quia non potest, neq. præstat eadem munera, atq. ille, qui opus non habet. Secundus ille præstat sanè eadem oĩa, ac primus, sed quia pluribus habet opus, cùm primum illũ non adæquabit. omnes primus ille superabit, qui oĩa quæ vult præstat, & paruo negocio. Sic igitur supremus orbis paucis pręstat id quod suæ ipsius naturæ conueniat. Vires autẽ in quoque corpore definitæ sunt; quasi siquid plus aggrediantur, illis laboriosum futurum sit. Verùm quo pacto contingeret labor, nisi cõtraria pręsto sint? talis.n. caussa reddita est ab Aristotele, cur cęlum perpetuò moueatur, quia.s. contrario vacat: ideò motus citra laborem, otioseq. obitur: itaq. cùm careat contrario; periculũ laboris imminere non põt: caussa.n. sublata, effectũ quoq. perimi necesse est. An philosophorum dictum in bonã partem accipiendũ est, vt ostendatur, scilicet, naturam in eo fuisse D sagacissimam maximeq. sollicitã, quæ instrumenta principiis ita destinarit, vt summa inter vtraq. proportio existat, & vires tum mouentium, tum ẽt quorum gratia motus esset, adamussim conueniant, vt nihil.s. præstari possit ab eo, cuius gratia fit motus; quin ad illud idoneum, accommodatumq. foret id quod ipsius gratia moueret, sic summus in vniuerso cõsensus, &, vt Hyppocratis verbo sæpius vtar, confluxus vnus, vna conspiratio, cuncta consentientia, nec secus in hoc loco factum, atq. alibi, vt obiter id dicam, q̃ id quod Arist. ipse in testium structura testatur (neque.n. ab his, vt Heracliti verba vsurpẽ, absunt Dij) quos tanq̃ appendices ad telas adnexos esse dicit, vt quasi pondere suo retrahant filamenta vasorum, vt ea patefaciant, neque.n. hoc officium pondere præstari vult, sed actionẽ illam nobis ob oculos ponit, quam nos in pondere, & tela concipimus. sic Arist. hîc ꝓportionem illam optimè attemperatam esse docet, illis corporib. nisi sic habeant, tribuendo laborem cui res alias, in quibus ꝓportio desit, succumbere perspicimus. Atq. ita defendi põt Auerroës, siquis.n. eius studiosus foret, & caussas retinere quas olim nos de certa ratione motus, & resistentiæ in eo corpore conscripsimus. Vt igitur eò redeam, vnde digressus sum: vnum cęlum est quod reliqua corpora tanquam in sinu complectatur; nec extra se habeat quicquam, neq. locum, neq. vacuum, neq. tempus, quia neque motum: quandò extra ipsum mobile nullum existat. Et quanquam Epicurus, Stoicusq. dubitarunt sic.

—Siquis procurrat ad oras
Vltimus extremas, iaciatq. volatile telum;

[a] Proclus.

Inualidis vtrùm contortum viribus ire, E
Quod fuerit miſſum, maius longeq́. volare;
An prohibere aliquid cenſes, obſtareq́, poſſe?
Alterutrum fatearis enim, ſumaſq́. neceſſe eſt.

Siquid.n.obſtabit; aliquid extra fore neceſſe eſt, ſi minus, vacuum igitur. Tum, quòd aliquid excogi-
tari põt extra cœlum, ibi igitur aliquid item ſit oportet: nam cogitatio facultas patibilis eſt: ergo mo-
uetur ab eo quod eſt actu. Niſi primo illud repugnet, in hypotheſi contineri contradictionem: quo.n.
pacto ſi totum accipitur, fingi quippiã extra ipſum põt? iam.n.totum non amplius eſſet. Alterum ſic
tolli ſolet, ꝙ etiam illa quæ non ſunt, cadunt in phantaſiam; ob eamq́. cauſſam phantaſiæ non eſſe cre-
dendum, atque ita dixit Ariſt. in calce 3. de Phyſ. auditu. Planè id verum eſt, ſed quid ad rationem?
Reſpondent id euenire in phantaſia quæ vera ſit: nanq. hæc mouetur ab eo quod eſt, ſed falſa etiam
ab eo quod non eſt, moueri põt. Opinor tamen omnẽ phãtaſiam, vera, ſeu falſa ſit, ab eo moueri quod
eſt actu: nihil.n.peruenit ad interiores facultates, niſi prius pepulerit ſenſus, quod verò sẽſum mouet,
actu exiſtit. Cęterùm id quod actu eſt, aut ſimpliciter eſt, aut aliqua ex parte, & ab eo quod ſimplici-
ter eſt, phantaſiam veram exiſtere; falſam verò ab eo quod actu quidem eſt, ſed quodammodo, vel
ſicuti à priuatione, vt vacuum, quod eſt priuatio corporis, vel quia partes eius ſubſiſtant, vt Chimęra,
vel alio quocunq. modo rei cuiuſq. eſſentiã capere liceat. nam ſic & negatio in iis reponitur quę ſunt. F
Idcirco & hac ratione aliquid eſt, quòd moueat phantaſiam, cui tribui poſſit actus; quanuis extra cœ-
lum nihil omnino ſit. Hæc hactenus de iis quæ corporis ipſius cęleſtis propria duximus, quæ forent in-
ſtituti præſentis omni ſeparatorum ratione ſeuocata: nanq. ea quæ de illorum motibus ſigillatim tra-
ctari ſolent, in alind volumen tranſtulimus: reliqua quæ non ſine mouentium principiorum tracta-
tione cognoſci poſſunt, mox adſcribentur.

Quæ de mouentium principiorum infinitate Peripatetici decreuerint. *Cap. XIX.*

NANQVE illud aduertendum ſeſe offert, ſi vnus tantùm ſit mundus, neq. plures effici poſsint,
id ab aliqua ex hiſce cauſsis profecturũ, aut ab impotentia Dei, ſeu naturę, aut ab inopia materię.
Ceterùm nihil ex his obſtare videtur, quominus plures ſint: nam materia per ſe infinita eſt, & ex eadẽ
nihil vetat, quin plures exiſtant, velut ex eadem materia nunc ſemen, mox animal, atq. iterum ſemen.
Verùm quòd hæc ab Ariſt. ſatis explicata ſunt, dum cœlum perpetuum eſſe dictum eſt, & indiſſolubi-
liter vniuerſum ex ſua materia conſtare, quod cùm finibus certis concludatur, facit etiam, ne materia
diffundatur in immenſum; alteram viã ingrediamur, ac poſtquàm materia ex his eſt, quæ alterius gra- G
tia ſunt inſtituta, ordinem naturæ tenentes ab illis quorum gratia materia eſt, ordiamur. Porrò mate-
ria natura quædam eſt quæ gratia formæ ſubſiſtit, ex vtriſq. tota natura completur quæ inſtrumẽtum
primum eſt D.O.M. At inter inſtrumentum & id cuius eſt gratia, proportio intercedat neceſſe eſt. ſpe-
ctemus igitur id cuius eſt inſtrumentum: nam ſi ab eius impotentia non proficiſcit, quòd mundi plu-
res ſint: neque igitur ab impotentia naturæ. Verumenimuero ab eius impotentia proficiſci nequit: eſt
enim infinitę virtutis: itaq. fieri põt, vt mundi plures ſint. At verò illi, qui tuentur partes Ariſt. id infi-
ciantur in Deo robur eſſe infinitum; falſoq́. impotentiam reputari, quòd id facere nequeat: nanq. im-
potentia ſignificat imperfectionem, ſed quòd agens aliquid agere non poſsit, quod fieri nequit: imper-
fectio non eſt, verùm planè deceptio, ſi dicatur ipſum facere quippiam, quod eſſe non poteſt, & facere
poſſe. Quamobrem exclamabat Auerroës in Alexandrum & Auicennam. Quicquid ab agente fieri
poteſt, idem quoq. fieri poſſe, quantũ ſpectat ad patiens, & vtriuſq. poteſtatis parem eſſe progreſſum.
Vim verò primi motoris infinitam non eſſe ex eo concludebat Ariſtoteles quòd in tempore moueret.
Atenim quòd infinito tempore moturum eſt, ſuſpicionẽ affert, ne ſit etiam virtus infinita, & problema
redditur dubium, nec ſine diſtinctione tranſigi põt, in qua explicanda maximo artificio vſus eſt Ariſt.
& de illo magna eſt altercatio inter eos qui Ariſt. conſecuti ſunt: quare poſtulat hic locus, vt ad eius H
explicationem nos conuertamus, quatenus tamen patitur methodus naturalis. Atq. vt ordine proce-
dat oratio noſtra; primùm terminos quæſtionis aperire volumus, deinde ſtatum ipſius exponemus:
tũ docebimus quid de hac re grauiſsimi viri ſenſerint, quibuſq́. rõnibus perſuaſi opinionẽ ſuã cõſtitue-
rint; ad extremum ſñiam noſtram afferemus. Quantũ verò de primo eſt, de infinito diſtingui oportet.
Primùm verò infinitum eſt affectio quanti, ſeu continui, ſeu diſcreti; prout aũt quantum per ſe eſt, vel
per accidens; infinitum quoque, cum per ſe, tum per accidens ſit neceſſe eſt. Infinitum rurſus, vel ſecun-
dùm formam accipitur, vt ſi in genere colorum infinitas eorum ſpecies contineri dixeris, vel ꝓpter ma-
teriã, vt cùm magnitudo in infinitum ſectilis eſſe ponitur. Finitum quoq. & infinitum cum tempore
congruit, quia terminis temporis concludatur, aut oĩbus eius terminis excedat; hoc autem dici cõſue-
uit à noſtris infinitæ durationis. Infinitum quoq. in latitudine formæ concipitur quæ per gradus deſi-
gnatur: ita calor ignis finitus eſſe dicitur, cùm eius ſummũ ad octo gradus vſq. prouehatur. finitas aũt
hæc vel in habitu obſeruatur, vel etiam in actu ſecundo, & operatione: prima ſanè ducitur à partici-
patione formæ cui quo res ꝓpinquior eſt, perfectior eſt, & intentior, idcirco infinitum hoc ſecundùm
intentionem vocatur, ſeu ſecundùm latitudinem: altera quoque duci poteſt à materię multitudine:
quapropter in maiore quanto maior ineſt efficacitas: cùm verò materiæ ſit dimenſio, & extentio; ſe-
cundùm extẽtionem appellatur. Infinitum quoq. intelligitur vel id quod fine caret, veruntamen extra
ſe habet,

A se habet, à quo finiatur, & ita acceptum est 3. Phys. vbi decreuit Aristoteles infinitũ exoriri ex materia; finem verò peti à forma: hæc.n. erat ipsius materiæ finis, aut id quod superat omneis terminos, qua ratione vtriq. generi quanti cum discreto, tum continuò denegatum est. Virtus item oĩs aut actuosa est, aut patibilis; actuosam illã accipimus generatim, à qua transmutatur aliud, quatenus aliud est quæ cõmuniter quidem comprehendit etiam finem, sed efficiens ꝓpriè significat. in vtroq. enim principia vis inest transmutandi aliud, quatenus aliud est, licèt nõ eodem modo. Patibilem verò, per quam aliquid ab alio transmutatur. Potestas autem actuosa apud Peripateticos actum seu formam, aut ἐντελέχειαν sequitur; patibilis aũt nascitur, à potestate simpliciter, idest, ab habilitate ad bonũ aliquod accipiendũ. Verumenimuero quòd vtranq. facultatem sub notione quanti concipimus, mensurę obnoxiam reddimus, & in parteis quasdã distribuimus. Differitur nunc de motore primo; quæritur autem sit'ne finitę an infinitæ virtutis, atq. illius quidem actuosæ, quam robur, seu vulgò, vigorem nominant. Quoniam verò iam oĩum præstantiorum philosophantiũ sibilo explosa est illa de Diis cõmentitia, futilisq. sententia, quòd anus fatidica πρόνοια foret, & alia pręsensa, & miracula non differentium, sed somniantiũ philosophorum, bella, quęrelę, lamentationes, effusę in oĩ intemperantia libidines, adulteria, vincula, cùm humano genere corporum, mistio, talaria, caduceus, pileus, pharetra, hasta, galea, fulmen: nolo ẽt in re grauissima turpe aliquod dicere: & deniq. corpus, certaq. illorũ figura, vel vt humana, vel quod

B peius est, monstri potius similis, & omnes, qui cum aliqua gratia philosophantur, aut iam mente anticiparunt deum corporis esse expertem, aut facilè patiuntur se ab Aristotelica demonstratione conuinci qua concluditur Deum, hoc est, motorẽ primum facultatem esse ab oĩ magnitudine separatam, non quæritur ergo infinitus'ne sit, vt quantum quoddã, quia verò de motore primo differitur, & facilè nob. datur, quia primus sit, vnum quoq. esse; nil agitur de infinitate secundùm formam. Neq. item de illius æternitate dubitatur: nanq. id aut imbuit iam mentes humanas ipsum oẽm facultatem longissimè superare: quamobrem nec ab alio fieri, nec corrumpi posse, aut iam à motus perpetuitate (quanuis alioqui rõ hęc falsa sit, sed nil mirùm conclusionem veram ex falsa hypothesi nonnunquam cogi) confectum est primum motorẽ esse æternum. Verùm, vt ipsi dicunt, quæritur an eius vis infinita sit, atque in eo infinitatis genere, quod pendet ex latitudine formæ, &, vt aiunt, secundùm intentionem, atq. ita infinita, non quia sit imperfecta, & postulet aliquem finem extra se; verùm quòd oĩbus terminis excedat, & talis est problematis nostri sensus, sit'ne primi motoris vigor infinitus, an æternitas sola sufficiat ad efficiendum motum perpetuum. Multi opinantur etiam Peripateticè concludi posse virtutem primi motoris nonmodò æternam esse, sed etiã omnibus terminis excedere, quæ item vetus sñia Theologorum extitisse creditur: nanque & Orpheus ita cecinit θεῶ δ' ὄμμα ἄπειρον. Conantur verò probare

C ꝓpositum multis argumentis quorum hæc, meo quidẽ iudicio, sunt efficacissima. Mouet ille primus motor tẽpore infinito: vis igitur eius infinita sit necesse est. & ita consecutio rerum declaratur: nanq. ad mouendum per certum quoddã tempus aliquantum viriũ desideratur, vt plus moueat maiores requirantur: ad infinitè mouendum igitur infinitum esse oportet. Verùm quòd virtus huiusmodi familiaris est primo motori, & indiuiduè permanet in eo; totaq. simul: itaq. si infinita est; infinitum ergo simul erit totum: quamobrem & infinita virtus secundùm intentionem. Abutuntur etiam demonstratione quæ constructa est 8. Phys. ea verò ipsa est, de qua nunc agimus. Etenim concludi videtur, inquiunt ipsi, motorẽ primum non esse virtutem in magnitudine, quia moueat tempore infinito. Sed si spectetur antecedens, accipit sine dubio infinitam esse eius vim. Nam quæritur, an'ne concipiatur æternitas, an robur infinitum. si verò primum fateantur; tum verè non id sequitur quod infertur: quandò obiiciam ego cęlum cuius etiã vis in æternum producitur: opponam quoq. motorem, siue animã cęli Auerrois quam ipse ponit in magnitudine finita: nihilominus ea est in magnitudine, vt id ergo cõseruatur, quod infertur; accipere oportet alterũ illud genus infiniti. Et planè fallax esse videtur Arist. argumentum. Si mouet tempore infinito; ergo non est virtus in magnitudine: nam deberet vicissim valere. est virtus in magnitudine: ergo non mouet tempore infinito. Sed hoc est falsum, quia cœlum

D est virtus in magnitudine; mouet tamen æterno tempore: quare cõsequentis oppositum cum eodẽ antecedente consistit, quod fieri nequit: atq. idem est àc si argumentaremur. Si est homo non est album. sed est album: ergo non homo, ꝙ aliquis accipere posset quoddã album, quod esset homo. sic nulla vis est eius consecutionis. Insuper efficientia motoris illius ab alio nullo limitari, neque vlli lege obnoxia reddi põt. sed ex se ipsa oẽm plenitudinem adepta est, cùm quantum est de essẽtia, tum etiam de rõne agendi. atqui hæc in roboris infinitate sunt posita. Eius verò efficacitatẽ nullis legibus esse subiectã hac facta partitione cognoscemus. Quod.n. limitatur, ab alio, sic afficitur, aut à materia, siquidem formas pro merito materiæ tribui cõpertum est, atq. oẽm formam accipi, non quidem, vt ipsa põt, sed vt accipiens sustinet: ita lumen in aërem peruagatur, repercutitur à terra, aut quod accessu cuiuspiã differentiæ ad certum genus cõtrahatur, aut si cõmunius quid accipere libeat, accessu modi ad aliquod totum redigitur. aut quod ab aliquo pendet, siue vt efficiente, siue etiam vt fine: quamobrem id põt solùm, quantum sibi attribuitur: quare tantum põt magistratus, quantum leges iubent: quicquid vltra facit, præter leges est. At motor primus nullo modo obligatus est, neque.n. materiæ particeps est, nec sub quopiã genere continetur, neq. etiam pendet ab alio; quinimmo ex ipso reliqua oĩa apta sunt. Infinitus igitur. Oĩs item agentis, quod suapte natura affert effectus infinitos; tametsi quòd vnã sint eorum repugnantia nõ patitur; infinitum robur est. tale aũt agens est primus motor, cùm omnes effectus qui in vniuerso sunt, indiuiduè cõplectatur: hos verò stante mundi perpetuitate nouimus esse infinitos,

Egidius etiam hoc modo concludebat. Proprius effectus per suã propriam caussã cõsequitur speciem, & mensuram. Si ergo totus cęli motus accipiatur, ipse profectò infinitus est, & tota igitur eius caussa infinita. Veruntamen illos vrgebat ea ratio. Si motoris primi vis infinita est, cur motus in non tēpore non conficitur? maior.n.vis citius mouet, maxima citissimè: infinita igitur in non tempore cõcitabit. Scio quoq. hæc solita confirmari ex iis, quæ tradita sunt 2.de cęlo, vbi declaratũ est, cur orbes ad astra variis modis essent affecti: verùm quòd accipimus inde nõ argui vim infinitam primi motoris, sed absolutã plenitudinem eius corporis quæ talis est, vt melius se habere non posit, atq. ita, vt siquid illius ordinis peruertatur; oĩa ruant, aut de potestate ipsa, quæ inest in cęlo à quo astra vehi ponuntur; ea dimissa transeamus ad alia, & illud obseruemus, quod cęteri ex ea rõne colligunt; vim mouentium esse finitum. at si finita est, in illud necessariò detrudimur, vt tempore infinito mouere non posit. Quapropter Auerroës, vt ex hac cõtrouersia se expediret, motores geminos singulis orbibus assignauit, vnum, scilicet, qui caussa foret continui motus; atq. alterum qui moueret tempore finito: hanc verò animam cęli vocat. quam vult seorsum voluere suũ orbem, ac fingit habere vim finitã, & mouere tanquam efficiens. Eum verò qui caussa continui motus esset, suapte natura neque finitum esse, neque infinitum, &, vt dici solet, infinitum negatiuè, non positiuè, sed mouere vt finē, & eius vim per orbes oẽs communiter pertinere: quanquã & in eo quoq. solã æternitatē ponit, quasi perpetuitas motus nullo pacto proficiscatur ab actuosa virtute. Mihi tamen hæc sñia nomine illo suspecta est, quandoquidē explicare oportet, quemadmodũ æterna mouentia, qualis ponitur anima cęli ab Auerroë; non sint à materia separata: ac si fuerit à materia secreta, cur itē nõ habeant oĩa facultatem mouendi vno eodemq. modo, nec eiusdē naturæ sint, quanuis analogicè, & cum quodã ordine perfectionis. Pręterea videtur in hanc sententiã argumentum Scoti valere; ita vt auctor eius sentētię ex ea difficultate se extricandi viã haud facilè reperiat; erat autem hoc. Mouet tēpore infinito: est ergo virtus à magnitudine separata, & quæ sequuntur. At verò illi qui infinitatem in Deo ponunt, sed agere per voluntatem aptius quidem, licèt Peripateticè minus, rõnem reddere possunt, cur efficiat motum finitum. determinat.n.agens voluntarium sibi officium suum quantum, quandiu, & quomodo agere velit, illud præsertim quod in agendo non pendet ex alio, sed ipsum sibi est finis: agere autem ipsum per voluntatem inde constat. Etenim mens, & natura agunt propter finem. Atqui agenti ex natura finis determinatur, determinans autem est mens vt patet exemplo sagittæ quæ per se ipsam non contendit ad scopum, sed à torquente dirigitur. Deus est prima mens: ergo primum determinans. Sed.n.mens determinans à voluntate determinatur: igitur & Deus à sua voluntate determinatos agit. Præterea omne agens naturale est determinatum. Dei esse non est determinatum: ergo neq. agere. Non igitur Deus est agens naturale. Cęterùm omne agens agit vel per naturam, vel per voluntatem. Agit igitur Deus per voluntatem. Item effectus proficiscuntur à caussa agente, vt in ea præexistunt: siquidem oẽ agens agat sibi simile; præexistunt verò effectus in caussa per modum caussæ. Sed esse Diuinum est intelligere. quare sunt in illo effectus, vt intelligendi. Verùm quæ per modum intelligendi existunt, à voluntate nascuntur. Itaq. etsi virtus infinita, opus tamen finitũ est, ac longè aliter, atque experiamur in virtute corporea: hæc.n.sola explicat totã suam virtutem, & tantũ semper agit per se, quantum potest. Verumenimuero nos hæc Peripatetica non esse censemus. Etenim ostensum est olim finem per seipsum habere vim determinandi, quia per se bonus, boni aũt hoc est ꝓprium, vt excitet appetitum siue naturalē, seu animalē in eo cui bonum est, ac determinationē in appetitu præcedere finis rõne concepta, vel, vt dicam communius, experta, in natura quidem pro captu & apparatu materiæ, sicut patet in iis quæ mouentur ex natura, quæ velocius aguntur quo suo loco sunt viciniora, in mente verò pro conditione rerũ statusq. præsentis: hæc.n.sunt principia proxima oĩs motus in nobis. Etiam ratio hæc accipit id non Peripateticum Deũ esse agens, & in eo rerum rationes inesse. Rationes verò quibus probatur Deum agere per voluntatem, tum diluentur, cùm perceperimus quis agendi modus à Peripateticis Deo concedatur; id verò tum constabit, cùm vim Aristotelicę demonstrationis expenderim, quod proximè fiet.

Quid ex Aristotelis sententia de infinitate mouentium decernendum sit, & argumenta opposita diluuntur. Cap. XX.

AD exitum huiusmodi difficultatum vis nostræ demonstrationis exploranda est. ab illa igitur auspicantes, eam primum in medio afferamus: nanq. è praua illius intelligētia factum est, vt varia philosophi nostri profiterentur, & plura ab Arist. doctrina aliena inculcarent. Illud enim ꝓponebatur ad concludendũ quod item epilogo collectum est 8.Phys.& quòd postmodo in prima philosophia testatur se demõstrasse philosophus; nempè motorem primum esse virtutē ab oĩ magnitudine separatã. Ad hoc aũt peragendum vsurpatũ est dilemma quod tale fuit. Nempè si foret virtus in magnitudine; ea certè foret in magnitudine, quę finita esset, aut infinita; eaq. virtus aut esse finita, aut infinita. Verùm quia nulla magnitudo infinita sit; idcirco nulla virtus reperitur quę sit in magnitudine infinita. Sit igiť magnitudo finita: nunc virtus aut finita est, aut infinita. Neutrum verò esse potest: quare neq. etiam primum mouens põt esse virtus in magnitudine. Quòd autem virtus infinita non sit; ex eo liquet, ꝙ in non tēpore moueret. semper.n.ponit philosophus virtutem corporeã summũ præstare quod põt: finitã verò illã non esse constat, quia motũ non efficeret infinitum. Vtrunq. verò consequi perspicitur expositis quibusdam. Et quantum de primo est, quo infinita virtus accipitur; statuitur pars alicuius mouentis,

A mouentis, quæ moueat partẽ mobilis eiusdẽ in minore tẽpore, & illa inferuntur quæ oĩum interpretũ optimè declarauit Simplicius.[a] Quæ sanè hypothesis turbas maximas in Aristotelica philosophia cõcitauit: nanq. ex iis quæ olim à nobis cõclusa sunt, quà de motuũ proportione verba fecimus: ꝓportio quæ est totius ad totum, potius in parte minuitur. Ideò cùm temporis paucitas velocitatem significare videatur: ea verò nascatur ab efficacitate maiore motoris; eiusmodi ꝓportio cresceret in parte, quod abhorret à vero. Quocirca D. Thomas, & alij qui ipsi successerunt, geminam rationem excogitarunt partium quæ mouerentur, aut enim sumuntur, inquiunt, quatenus in certo spatij puncto designantur, aut vt totum spatium conficere debent, quòd si in certo spatij puncto notentur; nulli dubium esse dicunt, quin illud punctum prius à parte, quàm à toto conficiatur. Si verò spectetur spatium vniuersum, idem tempore æquali totum, & parteis absoluunt. Id propterea cùm accipit Aristoteles partem in minore tempore moueri, quàm totum, aiunt euenire in partem, vbi in certo puncto designetur; non autem si totum spatium exigendum sit: nam si statuatur partem moueri per totum spatium; non mouebitur solùm in tempore finito, sed poterit etiam moueri per tempus infinitum, vt si spatium fuerit infinitum, aut idem spatium repetatur in infinitum, quemadmodum fit in motu cęlesti. Verùm esto rem ita esse, vt docuit D. Thomas: at quinam fructus ex ea demonstratione colligeretur, quantum ad id attinet quod nos curiosius in præsentia vestigamus; vim nimirùm finitam mouere tempore finito? neque enim ex illa hypothesi cõsequetur, vt quandoque cesset eiusmodi
B virtus, quod susceptum fuerat ad probandum; nam si spatium fuerit infinitum, & totum per illud cieatur; eius item partis motus poterit sufficere in infinitum; neque enim id ex argumento D. Thomę destruitur, quod tamen Aristoteles omni conatu euertere nitebatur. Propterea quantum est de vi demonstrationis illius; ea ni fallor, innititur duobus sumptionibus in philosophia naturali maximè veris, & ad veritatẽ eius elucidandam valde accommodatis, quarum ea prima est, partem virtutis mouentis non intelligi absolutè, vt ab eo toto segregetur, ita vt eius ablatione de toto quippiam minuatur, sed aliam vim quæ tantundem valeat, quantum pars illa, si à toto seiungeretur. & quantumuis proportionem habeat ad aliam partem mobilis, quæcunque illa sit quæ solet appellari pars virtualis. Altera verò. Robur facultatis motricis quæ in magnitudine subsistit, spectari: non quia velocius mouere possit, sed in breuius tẽpus sufficere. hoc.n.in aliis ꝓprietatibus virtutum naturaliũ numeratur, vt earum robur ex diuturnitate iudicetur; nam quo robustior vis est, eò mouet diuturnius, quò imbecillior, eò citius elanguescit, atque in Andrea Camutio vim robustissimã esse dicimus, quæ patiatur eum agentẽ annum octauũ & sexagesimum per spatiũ viginti dierum, hibernorum totum iter permetiri à Pisis vsq. ad Lauretum, indeq. reuerti nunquam equo vsum, sed pedibus: in me infirmã quæ non sustineat, vt vna die viginti stadia pedibus exigã. cùm enim ꝓpter materiã contrariis obnoxia sit, fatiga-
C tur, & euanescit in progressu. quapropter si in perpetuũ permansura fuerit; infinitam esse oportet, vel secundùm magnitudinẽ, vel intentionem, si magnitudo infinita non datur. Quamobrem, si fuerit infinita propter intentionẽ, magnitudo aũt mobilis finita; mouebit certè in non tempore: hoc verò cùm sit absurdũ, significat item illud esse absurdũ quod antecessit. Primum mouens.s.esse virtutem in magnitudine. Quocirca rectissimè cõcluditur ab Arist. virtutem finitã non posse sufficere in infinitum. Hæc de demonstrationis huiusce progressu. Sed ad id, vt Latinorum obiectiones ritè dissoluantur; hęc præterea repetenda quæ pertinent ad agnoscendã naturam primi mouentis. Primùm metaphoricè dici ipsum esse finitũ, aut infinitum; cùm sit ipse oĩum finis: verùm quia continet omnes perfectiones, nec eo maius, aut expletius quicquã cogitari põt: quin nec illius præstantia põt cadere in nostrã mentem; ita superat oẽm eius captum, nec secus àc lumen illustrissimi Solis in æstiua meridie noctuæ lumina vincat, suoq. splendore offuscet. quamobrem dicebat Simonides, quantò diutius cogito, tantò mihi res videtur obscurior. quòd igitur immenso quodã interuallo superat menteis nostras, habetur pro infinito. ideoq. laudatur magis ab Arist. Parmenides, quàm Melissus; quia de principio loquens ipsũ posuerit finitum: nam qui finitum dicit, is significat absolutum; infinitum verò inchoatum quid est.
D Deinde cùm sit finis & optimus, admodũ spectabilis est, & appetendus, mouet igitur, cùm appetatur, & mouet etiam pro captu spectantis, & appetentis. cùm autem ipse per se finis sit, & essentia definita; definito etiam modo concipitur, & definito quodam appetitu desideratur: idcirco & actio definita ab eo descendit, & quæ certũ spatium certo tẽporis interuallo conficiat. Neq. verò pręfinitionis huiusce caussã oẽm arbitrari oportet, quod faciunt nonnulli, captum & facultatẽ mobilium ipsorum, vel ea quantitas spatij sit, vel etiam corporis, quod mouetur, siue alia quæcunq. ponatur ab illis: sic.n. peruertetur ordo naturæ quæ materiã instituit ad formas, & prout formarũ pulchritudinẽ appetitui subiecit, ita materiæ gradus ꝓ portione substrauit, nec passã est mouẽri facultati deesse, quòd ita afficeretur, quantum ipsi licet efficere. aliter aliqua potestas esset frustra. Accedit eòdem, quòd Arist. agens de corpore cęlesti, ipsum ad illud institutũ fuisse testatur, & ita se habere, quoniam optimũ sit ita esse, & optimè naturã fecisse, quæ cęlum exemerit à contrariis, & optimè item fuisse tornatum, vt exciperet eũ motum, qui futurus esset perpetuus. quare patet hasce naturas ad superiores fuisse accõmodatas, vt, siquid actura sit potestas suprema; illud etiã præstò futurum sit, quod id patiatur, & eo modo, quo illa agere potuit. quòd siquid ipsa plus valeat, iam non motus futurus sit, sed aliud quoddã opus longè præstantius, vt in beatis mentibus intelligentia, fortasse etiam ad perniciẽ: nam si tantus ignis fuerit, temperatè poterit excalfacere, si maximus; etiam cõburet, sicut si maximũ visile, corrũpet oculum nycticoracis. Tametsi aliam rationẽ esse profiteor eius quod est appeti in ipso, & eius quod est intelligi: nam totus

intelligitur

[a] 3. Phys. T.78.

intelligitur planè, sed à se ipso solùm; appetitus cùm sit externæ rei, non eousq. prouehitur, vt tantum expetatur, quantum ipse est, sed quantus est appetentis rei captus. Illud planè dabit philosophus, si talis est virtus agentis, & talis habilitas patientis, hoc actionis genus emanare, sed id falsum reputabit, modum talis actionis ex impotẽtia substrati proficisci, cùm virtus mouens plus multò potuisset. Itaq. cogitare oportet mouens tanquam nihil agens: neque.n. indiget actione, vt etiã testatus optimè Auerroes est, [a] actionem verò cęlo ipsi tribuere: nam motus in ipso est: ἐνεργεία, & ita de cęlo agendũ est, tanquam de corpore animato, quod ita cognoscat & appetat, & ita operetur, quantum intelligit, & appetit: tantum verò appetere & intelligere, quantum inde actio summa quæ corpori illi cõueniens est, exoriri possit. Cùm igitur ibi mouens, & mobile perpetua sint, ac mouens à materia secretũ, & vtriq. actus, ideò quoq. vires vtrinq. finitæ; sequitur etiã, vt motus perpetuus sit, idemq. præfinitæ celeritatis, cùm cęteroqui si mouens esset virtus corporea, in mouendo moueretur, & fatigaretur, & deficeret, nisi foret infinita. Quamobrem non erat, quòd anxietatem nobis afferret illa dubitatio. Primùm mouens in nõ tempore moturũ: neque.n. ab oĩ infinitate motus in nõ tẽpore proficiscitur, i. loci mutatio, sed ab ea vi quæ in magnitudine subsistat, & sit purè naturalis: hanc.n. gradus infiniti esse necessè est, vt in infinitum suffectura sit. cùmq. pro excellẽtia suę efficacitatis agat, in non tẽpore moueat opus est. Sed quamuis certa & præfinita sit facultas mouentis, cùm sit extra magnitudinem, non fatigatur, ideò pôt perpetuò mouere. itaq. si mobile perpetuum sit, motũ quoque, atq. illum quidem certę pernicitatis exoriri afferemus. His acceptis tentandum mox est diluere argumenta, quibus altera pars nostri problematis confirmabatur. Ac primum quo Caietanus vsus est, ita tollitur. Cùm enim opponitur. Mouet tẽpore infinito: virtus igitur roboris infiniti. Negamus id sequi, quòd aiunt. Probant sic, quoniã aliquantum virium mouet per aliquod tempus, plus viriũ mouet plus: ita igitur infinito tempore virtus infinita moueat necesse est. At nos dicimus id euenire, vbi virtus in corpore existat, sed cùm sit extra corpus, & æterna cuncta principia, motus; motus perpetuus inde nascetur, nec robur infinitum actu desiderabitur. Cùm pòst vrgebat Scotus Peripateticos concludens in antecedente Aristotelico sumi virtutem, quæ foret roboris infiniti. decipi illum primò dicimus in argumento concludendo: neq. enim sic procedit, vt ipse dicebat assumens, id quod infinito tẽpore mouet, esse virtutẽ simpliciter, sed ita, si fuerit virtus concreta atq. corporea: & vitiũ subest à secundùm quid ad simpliciter. Quare cùm secundo loco interrogat, an accipiatur infinitum ex robore, an'ne ex duratione: respondemus, vbi virtus magnitudine consistat, necesse eã esse roboris infiniti: hũi virtus, nisi fuerit infinita ab initio motus, quantumuis robusta sit, languet in processu. Cùm verò opponitur cęlum, quod est virtus in magnitudine, & tamen æterno tempore mouetur, & mouet corpora infra Lunam. At quæritur in problemate nostro de virtute illa quæ mouet primò, & simpliciter mouet, neq. mouet, quia moueat ab alio; quale nouimus esse corpus cęleste, aut animam cęli. Idcirco talis obiectio progressum Arist. nulla ex parte labefactat. Addebatur tertio loco, primum motorẽ continere oẽm perfectionẽ; quare etiam virtutis esse infinitæ. Nos aũt dato antecedente id quod infertur, consequi negamus. Etenim ipse finis est; ideò per se ipsum & essẽtialiter finitus, veluti quæcunq. forma per seipsã finita est, cùm sit aliorũ finis; multoque magis ipse Deus, cùm sit finis oĩum rerum; non tamen infinitus. Opponebatur quarto loco. Oẽ quod infinitos effectus cõmplectitur, esse infinitum; hoc verò nos ad hunc sensum damus, si eos, vt fertur, formaliter contineret, & vnà omnes, sed Deus non continet ita effectus. alia quædam est entelechia quæ Deo tribui debet, ab illa quæ est in Sole, quatenus continet calorẽ. ita.n. agit Deus, quoniã sui desiderium incutiat, non vt efficiens quod rei faciendæ formã in se habet, siue actu, seu virtute (id aũt nobis in præsentia concedatur) effectus aũt in cęteris caussis proximis cõtinentur, in quibus insunt per successionem, ad eosq. propalandos, & ad actum permouendos, æternitas sola sat est. Quoniam verò obiiciebat Egidius effectum ꝓprium à sua caussa accipere pręfinitionẽ & modũ; demus. & hoc: cùm sumit vniuersũ motũ simul qui sic erit infinitus, ex quo efficiebat caussã quoq. totã simul esse infinitã. At in eo falsum, & quod fieri non possit, accipitur, & inducitur repugnantia: nanq. ad naturã motus facit, quòd successiuum sit. Verùm fac tu totũ motũ accipi vt formam, veluti cùm accipitur ab anima, & efficitur aptus ad intelligendum: fac etiã mentem nostrã complecti caussæ infinitatem: negatur tamen hæc tota simul esse intentionis infinitæ, quemadmodũ non sequitur, vt in motu, qui totus concipitur, sit infinita velocitas, sed vtriusq. cum caussæ, tum effectus extentio, atq. productio à mente contrahitur in indiuiduum. quanquam & inanima etiã præsefert imaginem productionis & diuisionis. Nil igitur habet ponderis contra nos Aegidiana obiectio. Proinde mouet Deus per essẽtiam quidem, sed ita vt moueat non quantum ipse est simpliciter, verùm quantum appeti pôt, ab eo quod mouetur, & ita manifestat vniuersam virtutẽ suam, quæ planè finita est, sed æterna: quare efficit motũ certæ velocitatis, atq. illũ quidem perpetuum. Quapropter ad rõnes postremo loco allatas ita censeo respondendum: negamus.n. in primo determinans esse mentẽ, ꝙ in natura sunt etiã fines, vt formę. Veruntamen hîc esto mens determinans, at non determinat ipsa fine quodã sibi ꝓposito, sed per essentiam suã, & per modũ naturæ: inde verò non infertur Deum efficere motum determinatum per voluntatem. Ad secundùm dicimus Deum esse simul mouens determinatũ & indeterminatum hoc modo, quòd essentia sua maximè finita est, quippe per se ipsam finita; indeterminatum verò, quòd æquè opponitur oĩ rerũ naturæ: atqui ex hoc indeterminato non infertur, aut in agendo voluntas, aut opus infinitum. sed si fuerit agens indeterminatum, ꝙ excedat oĩbus terminis. Idcirco etiam cùm in Deo sit intelligere, & appeti, necnon vtraq. in ipso sint idem, atq. idem, cùm essẽtia, ꝙ intelligere est internus actus; esse, & ap-

[a] Paraphr. 2. de cęl. c. 5.

A & appeti respicit externum; ex hac diuersa habitudine efficitur, vt non sint idem appeti, & agere per essentiam, & per intellectum, seu voluntatẽ, nec in ordine ad alia sit idẽ esse Dei, & intelligere Dei, quod patet ex Aristotelico decreto. statuit. n. omnibus aliis ab illo cõmunicatum fuisse, quòd sint; negat mihi dominus intelligentiã eorum quæ sunt extra ipsum. Itaq. rectè ab Arist. demõstratio super fundamentis naturalibus extructa est, qua virtutẽ sine materia Deũ esse conclusum est, ac subinde prędicatũ ipsũ indiuiduum esse, & extra cęlum: ac siquando in cęlo collocetur, ibi constituitur, q. ibi primùm virtus eius agnoscatur quæ sese nobis per motũ prodit: in cęlo. n. motus oĩum velocissimus est, & oĩum maximè in sphæra suprema, atq. in eius dextera parte, vnde talis motus initiũ existere putant omnes philosophi id à Poëtis, & Theologis accipientes: nam Poëtæ in summo cęli vertice Deum collocant. Proinde Plato τὸν ὑπερουράνιον τόπον Deo solebat assignare; is verò erat ἐπὶ τῷ τοῦ οὐρανοῦ νώτῳ. Et Theologi Pallada, quæ cum Sole oẽ opificium absoluit, in sphæra inerrante, vel circum arietẽ, vel virginem, & oĩno circũ signa septentrionalia posuerunt. Quin etiam arietẽ Aegyptij supra modũ colebant, tanq̃ generationis principiũ, & oĩum astrorum pernicissimũ, cùm ad æquinoctialẽ iaceat, qui circulus oĩum maximus est; vnde etiã Deũm hominumq. parentem, vt opinabantur, Iouem Ammonẽ arietina facie expresserunt. Hæc. n. mihi magis arrident, q̃ ea quę Porphyrius, aliiq. Platonici de Deo testantur, & generatim de vniuersis substantiis à materia secretis, quòd nullibi sunt, & æqualiter vbicunque, quia. s.

B nullo certo loco concludantur, & vbiq. par eorũ virtus existat: non. n. circunscriptæ sunt, sed aliquod est primum vbi, in quo primò virtus earũ compareat; inde continuitatis caussa per gradus quosdam modo naturali, hoc est, efficacius in propinquo, languidius in remoto, quocunq. transferatur, vt quasi ibi sit ex præsentia, alibi ex virtute duntaxat: aliter cuiq. rei adforet eadem virtus: ergo & eadem munera, sed corpora vicinia atq. distantia discernuntur, & varietas materiæ multum immutat de rerum perfectione. Ita igitur motor primus in cęlo est, & ab omni materia separatus.

Vnde petantur initia motus in cęlo. *Cap. XXI.*

QVAE cùm sint; patet quemadmodum vnum per se mobile sit, & è duabus partibus conflatum, quarum vna per se moueatur; altera moueat: non. n. tanq̃ ex materia, & forma quæ per materiam extendatur, & cùm ea diuidi possit, velut ex animo & corpore animal; nec etiam ex mouente sanè separato, veruntamen in materia, sed vt ex per se mobili quidem, quod actu sit, & per se mouente, quod mobili præsit, sicut operi architectus, & indiuiduo quodã nexu vnum fiat citra materiæ gluten, vt ita dicam. Sed quanuis ita sit, adhuc instat maxima difficultas, an'ne hæc duo principia sufficiant

C ad motũ illum præstandum: neque. n. vllum aliud aut in physicis repertum fuisse dices, aut aliud 12. primæ philosophiæ fateberis esse conclusum. Contrà ea non sufficere omnes ferè, vt mihi videtur; etiam gratis dant, qui animũ cœlo tribuunt. At si alius adsit motor, vnde notuit nobis? hic rursus aut erit in materia, aut ab ea separatus: si is materia concretus sit, quo pacto aut in infinitũm mouebit, aut in non tempore absoluet motum? Hęc igitur hactenus vrgent nos quæ nõ faciles habeant explicatus. Sed oĩum exitus inde fortasse reperietur, si obseruemus ea quæ seorsum accidunt singulis quæ per se mouentur; mox ad generalia transeamus. In iis aũt perspicuum est fieri non posse, vt quippiã moueatur, nisi etiam maneat aliquid: id aũt, quod manere oportet, geminum in nobismetipsis agnoscimus, aut. n. internum est, & corporis nostri pars, veluti cùm digitus agitatur, manet corpus, & dum mouetur hic; brachium quiescit, aut externum: hoc aũt generaliter pertinet ad oĩa quæ mouentur: id verò est quo innititur, vt terra terrenis animantibus, aqua natantibus, & volantibus aër. Consimiliq. modo mouens corporeũ, vt moueat; externi quoq. indiget, quo debeat inniti, vt faciat motũ non ob aliud sanè, q̃ quòd in mouendo mouetur; ita nauim nauta remo impellit; hic aũt aqua innititur; ea verò manet immobilis, nec patitur se repelli: hinc contra fluminis cursum remi vsus nullus est, quòd impellendus est aduersus aquã, vt sustineat remum, ea vero fugit ocyus, quàm impulsio facta sit, & conto opus est, qui terra innixus impellere põt; secundùm aquam verò remus vtilis est: nam tum aqua defluens

D resistit remo in aduersum ꝑpellenti. At verò cùm hæc euidentissima sint apud nos; at dubium certè videri possit in motu cęlesti. neque. n. partem aliquã ipsius immobilem esse censendũ est; quandò ea manente reliquas aut vnà quiescere, aut ab immobili motus disiungi necesse sit, neq. extra etiã aliquid esse quod maneat quo cęlum, quemadmodũ nos terra nitatur: siquidem extra cęli cõplexum aliud nullũ corpus, neq. mobile, neq. manens existat. Quamobrem, vt è medio tolleret hanc difficultatem, multa cõmenta est antiquitas, quæ tamen vana & futilia forent, vt adhuc in eius eueniti caussa inuenienda insudare oporteat. Nam pronunciarunt quidã Atlantem pedib. terra innixum cęlum humeris attingere, & agitare perpetuò. quasi illud immobile quo cęlum & motor eius innituntur, cęli quidem pars non sit, tamen intra ambitum cęli contineatur. Nonnulli principiũ sanè motus immobile putabant, verùm eiusmodi quod pars vlla nõ esset eius, quod mouetur, sed terminus solùm; polos. n. tale principiũ esse voluerunt. Empedocles Anaxagoras, & Democritus celerẽ conuersionem causã esse arbitrantur, vt cęlum per idẽ spatium perpetuò voluatur; ex quo etiã rationem se afferre credunt, cur terra immobilis in medio quiescat, vt aliàs dictum est. Plato demum perpetuæ volutationis causã animææ cuidã necessitati adscripsit. Oẽs tamen & cõmuniter, & sigillatim aliqua nota digni sunt. nanq. vniuersi generatim eiusmodi affectionem in cęlo excogitasse videntur quæ cum labore & fatigatione sit coniuncta, quasi status naturalis optimus non sit, ideoq. caussa requiratur quæ legẽ naturalem ipsius immutet,

tet,& necessitatē imponat. Ceterùm ea quæ in obeundo munere defatigantur, illa sunt quæ caussam postulant, quæ vel eorum vitā durationemq. producant, vel actionē vltra q̄ natura patiatur, extendāt. Quod igitur non fatigatur, talis principij non eget quod vllam vim afferat; huiusmodi verò est ipsum cęlum. Nam quod indiget illius caussæ, optimè affectionis & status expers est. atqui cœlum optimè se habet, & cùm moueatur eò versus, quò vergit; non incidit in lassitudinem: ita.n.natura cōstitutum est, vt ei conueniat motus in orbē, non minus quàm terrę descensus: quare si fieri posset, vt terra descēderet in infinitū, quia suapte natura mouetur, infinito tēpore ferretur, nec certè vnquam laboraret; sic cęlo motus ille natiuus est, & ingenitus: quapropter in eo nulla defatigationis caussa cogitanda est, Seorsùm verò reprehendere licet Empedoclē, cùm id in medio ponat cuius alia caussa quærēda sit, nec ab ipso ne indicetur quidem, nedum exprimatur. etenim è vestigio percunctabor, vndénam tam celer illa concitatio proficiscatur. quòd si celeritatis illius caussas afferat, easdē ego item ad explicandā quęstionē nostram accōmodabo, cur.s.perpetuò moueatur, cùm illo careat quo inniti oporteat. Sic eo nomine quoq. polorum assertores agitabo, quòd illorum s̄nīa reperiuntur nonnullæ substantiæ, quę corporeo munere fungerentur, eæ tamen indiuiduæ forent: atqui nulla talis existit. Præterea conuersio cunctarū motionum maximè vna est; vnus verò motus, vnum mobile, mouens vnum absolutè requirit. poli verò duo motus initia forent, & quanuis duo remiges ad vnius nauis impulsum conuenire videantur, aut ille non est vnus motus simpliciter, aut est imperfectorum proprietas, qui cùm primi non sint, socium non auersantur. Hîc quęritur primus motor qui in suo munere persungendo socium non admittit. Nanq. Atlas ille de quo Homerus,

ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακρὰς αἳ γαῖαν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι.

non pauca vlcera contraxit, dum cęlum corpus adeò ponderosum humeris sustinet. Neque.n.is esse volo nunc, qui polos & Atlantem reputem, illos quidē vires quasdā quæ mundum sistant & excitent vniuersam molē ad amorem illum intelligendum, & quæ impartibiliter id quod partibile est, & citra distantiā id quod habet in se dimensiones, contineant. quapropter etiā in Politia anulos cathenæ adamantinos Plato faciebat, axē verò naturā quandam diuinam quæ in vnum cogat oīa centra totius, vniuersum mundū contineat, diuinasq. conuersiones efficiat, circū quam vniuersorum chorec ducantur & circuitiones agitentur quæ totum cœlū regat, quam etiam ob id Ἄτλαντα vocant ὡς ἄτρεπτον καὶ ἄτρυτον ἐνέργειαν ἔχουσαν. tanquam immutabili & infatigabili functione præditam, sed rem naturaliter specto. Sic igitur si terra connitens se mouet, & ita cęlum voluit; terra igitur totius molis pars esse non deberet. Atlas igitur agitare cœlum non pôt ea connitens: nam sicuti nauta, dum manet in puppi, non mouet eam, quia pars est nauis, sic neq. Atlas manens in terra, si pars eius esset, vniuersum moueret. Deinde vbi futurus sit motus, hæc tria concurrere solent, quod mouet, quod mouetur, & quo innititur. Id sanè quod mouetur, adhibet vim mouenti, dum resistit; id quod mouet, & quo innititur. quare id quo innititur, vniuersum robur excipit, & nisi sustineat, motus oīno tollatur, cùm eius, quod mouet, tum eius quod mouetur. Verbigratia, dum remiges obnitendo nauem remo pellunt; tale oportet esse transtri illius robur, quo innitantur, vt connitentē sustineat, & remi pondus & aquæ, quæ pellitur. ita & terram pondus Atlantis sustinere necesse est, & cęli renitentis. at quo pacto id terra pręstabit, cùm facultas naturalis plerunq. magnitudinē corporis consequatur; hæc autē si cum toto cęlo conferatur, puncti instar obtineat? Demum Plato vitam adeò negociosam, ac plenā laboris illi attribuit; eoq. magis, quo motus ille diuturnior est. neque.n.intermittitur, & quiete interpellatur, quemadmodū nostræ vigiliæ ac laboresq., quæ desinunt in somnū. itaq. alias caussas eius motus vestigare cōueniet, quę item viā recludant ad ea decernenda quę anteà dubitauimus. Statuamus igitur motus orbium cęlestiū ab externo motore non effici, nec quia contra ꝓpensionem natiuā concitentur: sic.n.perpetuò moueri non possent, nec ab aliquo motore corporeo, qui ipsis adiunctus sit, sed ab immobili prorsus. Cùm verò immobile duplex sit, alterum, quod externum est, vel finis, qui, dum mouet, non mouetur, vel ex euento solùm. vel id etiā, quo nitit̄ id quod mouetur, & internū alterum quod est membrum superius, idest, vel principiū primum, vel id quod est ipsi ꝓpinquius (nanq. vbi caussas motus in elemento docuimus, id quod in motu principij rōnem occuparet, superius appellari diximus, atq. ita terræ quæ foret ὑποβάθρα oīum, & qua aqua & oīa grauia niterentur, superiorē locum à nonnullis attributū fuisse nouimus) in nostris motibus oīa hæc immobilia requiruntur. At in cęlo externum sanè est quod mouet tanquā finis; abest alterum externū, sed internum est, id nimirùm, circum quod voluitur, & medium; neq. pars mobilis ipsius est, aut etiā vniuersi: neque.n.terra est eiusmodi per se, quemadmodū censet Auerroës, nam si caussa esset quietis, per se quiescere deberet: attamen ipsa quoq. caussam suæ quietis aliunde obtinuit; à medio.s.ad quod suapte natura mouetur, & in quo naturaliter manet, ac talis est virtus medij per se, vt in vnū redigat partes quæ à circunferentia dispersæ fuerant: proinde ad illud oēs vergunt, & in eo continentur, non aliter àc lapides in testudine qui cùm deorsum ꝓpendeant, nunquam delabuntur: quod quidē diuidi nequit, & vt terminus est, est per se principium motus cum recti, tum ēt circuitus. Hæc item Academię sententia fuit ponentis animā per vniuersum diffusam, quę opibus quibusdā, quæ valerent ad custodiā, φρουρητικὰς ipsa vocat, centrū contineret: nanq. inde tota sphæra gubernatur, & ad illud inclinata est cum etiam oē turbulentū quod in mundo est, eò detrusum fuerit, & egeat diuinæ custodiæ, quę ipsum ordinare possit, & in loco suo continere: ideò Theologi illuc usq. virtutes cęlestium promouerunt, & Pythagorei medium appellabant Ζηνὸς πύργον, idest, Iouis

A Iouis turrem, & arçem, siue *φυλακὴν*, idest, custodiam. Poëtæ etiam cecinerunt ibi ignem, idest, calorem vitalem retineri.

Καὶ πέμπτον μέσον ἄλλο πυργόχον ἔνθα κάτεισι
Μέχρις ὑλαίων ὀχετῶν ζωηφόρον πῦρ.

quantum verò ponitur, tametsi indiuiduum est, vt aliud intelligatur à centro terræ ipsius. itaq. in centro ponitur non præsentia vitæ, aut animæ: nanq. hæc corpore nititur, sed facultas quæ vim habet custodiendi seriem totius, neq. quicquam aliud est quod à toto semotum; quippe nec pars essentiæ, neq. mobilis vniuersi, in vnum melius vniuersa contrahat q̃ centrum. itaq. circum illud chorea totius agit. Quòd siquando legimus terrã in principiis numerari, quòd cum Sole diei noctisq. auctor sit, & inde Ἴσιν, quasi æquantem dictam, quòd noctes diebus exæquet; fontem quoq. generationis: ob id matrẽ appellatã, seu Cererem, seu Vestã, & oĩum antiquissimã, & ab ea multas facultates, atq. illas quidẽ prestantissimas emanare, tum medicas, tum etiã quæ valeant ad oracula fundẽda; preterea legimus Arist. ex eo, quòd conuersio sit, concludere terrã esse. At Aristoteles id quod notius nob. est, accipit in demonstratione, & id quod remota caussa est, & immobilitate medij posita necessariò sequitur, si per vniuersum debet transferri virtus celestis: neque.n. sine corpore transfunditur, nec sine instrumẽtis quibusdã, lumine.s. & motu, que, cùm adsunt, primùm calorẽ efficiunt, mox humorem: cùm verò absunt, B frigus & siccitatem: idò terrã frigidam & siccam in centro producunt, à quo longè absunt. Ita quoq. Theologos illos balbutisse philosophiã dicimus & id quod centro tanquam caussæ primæ conueniret, terræ, que caussa secunda est adscripsisse. Siquis autem curiosior quærat, cur animalia principiũ motus intra se habeant, quod sit corũ pars, & externũ quibus innitantur; neutrum ex his insit, in corpore celesti. Primùm quidem ex eo nasci censemus, quòd animalia parteis habent discontinuas, & quarum singularum ꝓprij motus esse possint, atq. illi præter naturã, & per extentionem, & pulsionem: at hæc oĩa desiderant contiguum mouens, quod nisi maneret immobile, infinitis motibus opus esset ad vnum partis vnius motũ efficiendũ: quippe ꝙ ad certũ motũ prestãdũ, si mouẽs ipsum moueat; eodẽ motu moueat oportet, quo mouet: [a] quare cùm multæ partes sint, quæ mouent, eædemq. multis modis agantur, totidẽ quoque motus sint necesse est, quib. mouens agitetur: ita nec tantũ roboris adesset, quãtum queque actio ad oẽm differẽtiã positure flagitaret. & cũ magna ex parte grauia sint, nisi ab immobili sustinerent, progredi nõ possent, sed ad mediũ ponderosa tenderent. Celũ tametsi organicũ, at partes eius oẽs vnà necessariò mouent. neq. graue est, aut leue. Externum verò illud quod mouet, est ipse finis, hoc est, per se mouens, & appetendum, quod quidem in celo vnum simpliciter est æternum, & prorsus immobile: quapropter efficit motum perpetuum, eundemq. semper similem sui, cùm ceteroqui quæ C nos agunt, mutari possint: quamobrem nec etiam perpetuò mouent. Atq. hæc de motore primo.

[a] 1. de An.

Quòd cælum sit animatum, ex communi sensu philosophorum ostenditur. Cap. XXII.

PROCEDAMVS vlterius, & proximas huiusce motus caussas diligentius exploremus. Sit enim primum mouens separatũ, idemq. moueat vt finis, sit celum actu substantia quæ moueri possit; at quo pacto præstant vtraq. principia motum? sequitur.n. vt mox ad huiusce rei contemplationem nos conuertamus. Accipiatur aũt celum, non vt corpus quoddã simpliciter quod præter materiam, terminosq. distantie nihil habeat, sed vt animatũ & motus animati principia euoluamus. Porrò animal ipsũ requirit duplex mouens, externũ scilicet, quod mouet, vt finis; & internum quod est pars essentiæ, siue corporis, siue vtroq. modo. hoc.n. infrà decernendum est. Id verò est anima quæ mouet tanquam efficiens, aut parat ipsum verè efficiens quod est corporea facultas, & dum mouet, etiam mouetur, cuius principij beneficio distinguitur animatũ ab inanimo, & à se ipso moueri dicitur. Ita celum quia mouetur ab immobili illo tanquam externo, & velut à fine, aliud itẽ principium postulare videtur, à quo tanquam ab efficiente moueatur; & ipsi intimum sit: hoc verò aut est anima, aut id in quo ipsa residet. D si analogia inter animal & celum seruanda sit. Atenim quòd anima celi sit, & an'ne sit, pluribus disseritur à philosophis, & in eius cognitione posita est magna pars theorematum quæ de motu celesti proponuntur: nos hoc loco rem pro merito tractaturi primùm ex Arist. placito animã in celo collocandã esse docebimus. Tum deinde explicabimus, quanuis motus celestis ab anima deriuetur: non idcircò prohibere, quominus ille motus sit naturalis. Tertiò ipsius essentia euoluetur. Demum narrabitur, quemadmodũ motus ab ea permanet ad celum. Nã preter id, quòd semper apud Arist. obseruamus, tanquam in vtraq. methodo cum diuina, tum naturali firmissimũ, etiã succurrit Alexandri, [b] rõ concludentis celum esse animatũ, quia corpus illud diuinũ est, & præstantissimum, quòd si respõdent substantiæ ꝓprietates; prestantissimo conueniet id quod præstantissimum est: animatum verò præstantissimũ, & celum igitur animatum. Quanquam hũi argumentum multò ante Alexandrum à Theophrasto teste Proclo, fuerat occupatum. eius.n. hec verba sunt. *εἰ γὰρ θεῖός ἐστι καὶ τὴν ἀρίστην ἔχει διαγωγὴν ἔμψυχός ἐστιν, οὐδὲν γὰρ τίμιον ἄνευ ψυχῆς.* Si.n. diuinum celum est, & optimè agit, animatũ est; nihil.n. sine animo honorandum: diuinũ verò corpus illud esse cõmunis sñia philosophorum comprobat, quæ etiã illud in diis reponere non veretur. Nec quicquam planius in Aristotelica doctrina; quippe quòd accusarit Aristoteles [c] antiquos ita de celo differẽtes, ac si foret corpus anime expers: ob eamq. caussã principia motus, & differentias positure, que animali conueniunt, illi tribuerit. Preterea *πρᾶξις* de illo predicatur, quæ functio animalis est, & cõmuniter quidẽ aliquarum eius partiũ, deinde

[b] 1. Q.

[c] 2. de cel.

animæ quę rõne vtatur,vbi corpus admiscetur,à Gręcos vt Theonem consulimus in Ptol. Quin etiam si Deus mouet primum cęlum, vt id quod intelligitur & appetitur: ergo,inquam ego, intelligitur & appetitur à cęlo; at hæc oĩa sunt animæ ipsius munera; quæcunq. illa sit,& vndecunq. originẽ ducat. Nil etiã à Platonicis constantius asseueratum,q̃ quòd cęlum animal quoddã sit,nec quicquã certè succurrebat, quod maiorẽ dignitatem tali corpori afferre posset, q̃ si anima insigniretur. Quo fit, vt non vsquequaq. verum sit primum mouens in cęlo munere mouendi fungi, tanq̃ nautã in naui. neque.n. adigit,& impellit cęlum,veluti nauta,sed seipsũ spectandũ præbet solùm,& sic excitat ad sese per imitationẽ quandã assequendum & potiendum. atq. aliud est quod agat cęlum, velut efficiens; nisi impulsus quidã patibilis sufficiat,quemadmodũ aiunt in ferro,cùm mouetur ad magnetẽ; de qua re postea videndum est. Neq. tamen opinandum est,quanuis ille motus sine opera animæ præstari nequeat, aliquo pacto à naturali discrepare; quin ipsum penitus naturalem esse asseuero, quatenus nihil habet in seipso,quod sit contra naturã,si totũ respexeris,vt anteà dictũ est. Neq. tamen assero motũ illum esse prorsus naturalem,quia sit ex forma velut ex interno principio, quemadmodum ea quæ mouentur apud nos; iam.n.præstat hoc actus ille substantiæ, quem cęlo tribuimus,& forma nulla q̃ informantẽ vocant,in cœlo ponitur à nobis eos motus vnus oẽs efficiente anima, sed quod in animali diuino semper anima cum corpore concors est, eò illius natura propensa, quò ipsum agit voluntas: quapropter etiã,quia finis mouet vt appetendus, & agitur corpus pro suæ naturæ ꝓpensione sine vlla repugnantia quæ vim habeat corrumpendi; sine vlla tristitia beatitatis suæ macula,perpetuò sunt in officio. Neque illa obstare puto,quæ vulgò obiiciuntur. Quia scilicet,natura sit initiũ motus & quietis; in cœlo verò nulla sit quies. Nec quia motus naturalis sit inæqualis; nempè velocior in processu. Nec quòd ab externo principio fiat. Aut etiam illa reformido quæ opponebat Auicenna; quoniã si cęlum moueretur secundùm naturã,posset etiã moueri præter naturam. illud aũt ex eo colligi; quoniã motus oĩs naturalis per affectionẽ habitui naturali contrariã separari põt: ea verò est contra naturam: id aũt idcirco, quia motus naturalis ab imperfecto in perfectũ assiduè proficiscitur; in imperfecto verò cõtinetur aliquid præter naturam. Non esse verò præter naturã vllum in eo motũ patet, quia nullum violentum perpetuũ esse queat. Aut illud etiã, ꝙ motui naturali repugnat admodũ,tendere in infinitum. Nanq. ea quondã sublata, ꝙ in cœlo quies nulla existat, cùm adsit quies cuiusq. partis,vbi ad locum suũ peruenerit; licèt semper cum motus initio coniuncta. aut si vereris hanc quietẽ constituere,quòd eodem modo tẽpus sit mensura quietis,quemadmodũ motus; ea verò loci occupatio fiat è vestigio,accipe immobilitatẽ cuius aliqua species est ex natura, siue στάσιν, vt Alexander, dicito etiã motum,& quietem de natura prædicari disiunctim; nil in præsentia refert. Tum quòd motus ab alio semper sit contra naturã: id.n.tum est,cùm id quod mouetur,non eò tendat secundùm naturã, quo mouetur. Nec inæqualitas ad oẽm motum naturalẽ cõmuniter pertinet, sed motus recti propria est. Falsum quoq. ab Auicenna generaliter assumptum est. Oẽm motum naturalẽ habere contrariã affectionẽ, per quam possit aliquando conuerti in alterũ qui sit præter naturã: id.n.solum inest in motibus qui transmutationem substantiæ respiciunt,vel primò,vt in categoria substantię,vel vt instrumentũ,vt in qualitate alteratio, vel ex cõsequenti & caussa,sine qua non,vt incrementũ,cuius incõmodi cùm expers sit motus cęlestis, peruerti non põt, nec cum illo cõmutari qui sit præter naturam. Eiq. illi soli id accidit quod admirabile est; esse vnà in termino à quo & termino ad quem. cęteri motus vtrosque terminos & re, & actu separatos obtinuerunt, proin imperfectũ sic à perfecto segregatũ, vt vnius accessu alter necessariò corrumpatur. Non me latet Alexandrũ [a] aliquando negasse motũ cœli tendere ab imperfecto ad perfectũ, quemadmodũ cęteri faciunt, sed in summa perfectione perpetuo permanere. Veruntamen quia definitio motus ab Arist.tradita,& à nobis olim approbata continet potestatẽ,& priuationem;necnon potestas ad vbi etiã in cœlo posita est; aliquod itẽ vestigium imperfectionis cœlo tribuemus, & perfectũ in motuum genere capiemus existimantes illã esse in motu summã perfectionẽ,vbi imperfectum à perfecto,non re ipsa & actu,sed rõne,& potestate separet. Vltimam rõnem tollere conatus est sapientissimus Arabs dans assũptum illud in motibus rectis,& inquiens in cœlo, quanuis motus sit in infinitum; nil obstare,quin sit naturalis. Attamen in cœlo infinitatem ponere,mea quidẽ sñia,est illi imperfectionem summã tribuere,& quæ planè possit euertere rerũ naturam. Quare tantum abesse puto,vt in cœlo sit ista infinitas,vt ipsum maximè finitũ esse asseuerem; quantum tamen motus natura, conditioq. patiuntur,quia sit semper in fine: infinitas aũt finis absentiã perpetuò designat. placet sanè continuitas,sed infinitas illa nequaquam. Poterat & hoc afferre suspicionẽ,quominus eum motũ naturalem esse crederemus,quòd naturale sit habẽtis naturã,id verò cõpositum esse didicimus 2.Phys. atqui cœlum est corpus simplex. Sed naturale cõpositum esse intelligitur id quod est hũi primò: est.n.commune ad vnũ,& prius de nostratibus prædicatur,cęterùm & naturale est, quod est ꝓprium substantiæ sensilis,& cõpositi etiã secundùm rationẽ; talis.n.est materia quæ cùm actu concipitur in cœlo, & cõpositi per συνδυασμὸν, idest, coniunctionem,quæ cõpositio nõ abhorret à natura cœlesti: quapropter & eius functio est cõpositi,& idcirco naturalis, & naturale demum,si non ratione principij mouentis, & mobilis vnius. Itaq. in numero naturalium motuum cœlestem quoq. collocabimus.

[a] 2.Q.18.

Deo primùm subiici animam necessariò. *Cap.* XXIII.

SED quæ nos hactenus auctoritatibus & probabiliter egimus,ab altiore principio repetamus,& aliqua demonstrationis norma dirigamus quoad fieri poterit,vt.n.Gregorius inquit Balbutiendo, vt possumus

A possumus, excelsa Dei resonamus. ostendemus aūt solā potestatem naturalē, quę à materia nascitur ibi (est.n. actu substantia per se) non sufficere ad eum motū præstandum; non dico sine mente, quæ moueat vt finis solùm; verum sine anima cui vis efficiendi ꝓpriè demandetur. Id primùm ex essentiæ diuinæ munere patefiet. Est.n. actus purissimus; idemq. simpliciter vnus; ideoq. semper intelligendus, ac semper intelligens, idemq. per essētiam intelligens: etenim actio immanens ab essentia non distinguitur. Præterea actio suppositorū esse solet in aliis quæ materia constant, hîc solus actus; ergo & actio idē cum essentia. Ex hoc efficitur, vt faciat quicquid facit μετὰ ῥαςώνης, & cum otio maximo. Cùm verò in Deo sit duplex actionū genus: alterum quod immanens est, est verò sui ipsius intellectio: atque alterū quod respicit ea quæ sunt extra se, quà.s. bonum, & expetendum; etiam aduertendum hunc respectū, atq. relationem non esse vulgarē quæ faciat, vt ea quæ inter se respiciunt, sint natura simul. est ea relatio potius secundùm rationē & modum intelligendi, sicut est in iis in quibus est ordo prioris, & posterioris, quo prius refertur ad posteriora, non ꝙ illorum sit, sed quia posteriora sint aliquid illius: idcirco respectus hic in Deo sic est, ꝙ in aliis est appetitus eius bonitatis quæ est in Deo. Quamobrem etiā nihil ponit quod sit aliud à Deo; ex quo efficitur, vt etiā hoc noīe, quatenus expetendus, sit essētia simplex, & idē in eo actio & essentia. Pone tu nunc in cœlo vt Arist. [a] motum & ἐνέργειαν, ea certè [a] 2. de cęl.
est per intellectum. Nobilissimæ.n. rei actio nobilissima debetur, ea verò est per intellectum; quapro-
B pter Deus mouet vt intellectum, & amatū; quod aūt mouetur intelligit & amat. Si quis etiam diligentius exquirat, quemadmodū vires ab ipso per aliquam facultatem cōmunicari valeant, facilè intelligit intercedere operā mētis. Etenim dictat sēsus cōmunis vnumquodq. accipere pro suo captu, & id quod accipitur, tantū pręstare, quantum in suo genere optimum est, & quod ab accipiente tolerari potest. Nunc quod mouet, à materia & ab oī accidentium fœce separatū est, quod verò vim habet accipiendi vel est materia, in qua sunt dimensiones, & interualla, vel anima: materia profectò nihil accipere pōt, nisi aliqua perturbatio præcedat, & illi incutiatur appetitus obiectæ formæ per qualitates patibiles ab efficiente contractus, & eius formæ quæ per motū insinuatur, & desiderat quantitatem, quod etiā magis eò credendum est, ꝙ omnia, item vbi materiā habeat sociā, non potest accipere speciē, nisi cùm affectione aliqua imprimatur, & multò magis vbi ad appetendū fuerit excitanda; cùm aliquid adsit oportet quod aut naturā peruertat, aut restituat, aut ēt conseruet. Attamen oīs hæc antecedens perturbatio pendet ex corpore cui anima est affixa, sed anima ipsa per se vim habet accipiēdi species sine materia; quandoquidē rerū formas accipiat solùm citra dimēsiones, eiusmodi tamē, vt eas præsentent quæ sunt extra animā; hę verò vel eas pręsentant cum accidentibus vel ab oī accidentium societate liberas, illud animæ sentientis officium est; hoc iā est intelligentis. Porrò formarum accipiendarū gradus varij sunt;
C cùm quædā sint prorsus materiatę, & adiunctæ ad sensilia, nonnullæ ab oī qualitatum patibilium contagione secretæ. Facultates etiam quib. intelligendi munus est datum, non sunt huī, vel enim in corpore sunt inclusæ, siue quòd insideant in materia quæ sit difflabilis, siue quòd eius auxiliū requirant; nihil est quòd nunc ipsum curemus; itaq. per sensuum fores imagines rerū penetrare debent, vt in nob. aut in corpore quidem sunt, sed indissolubili, vt ea quam cœlo tribuimus, aut sunt extra omne corpus, quemadmodū dicimus esse menteis beatas. Mens illa cuius officium quoquo pacto pendet ex corpore non nisi per rerū sensilium participationē concipere pōt; eget.n. auxilio sensus, sed sensilia vel inhęrent in ipsa re, vt subiecto, velut in lapide, vel extrinsecùs accedunt, & vt penetrent sensus, cum sensili forma sociantur. sic quæ per se ipsa separata sunt à sensilibus, nihilominus per sensilia nobis patefiunt, vt Deus per motū: idcirco ab his efficitur species quædā, quæ primùm accipiatur à sensu, mox à sensilibus abstracta concipiatur à mente. Itaq. ibi duplex est mentis facultas, & duplex itē eius processus: etenim est potestate & actu, & primùm cōfusa quędā intelligētia, mox enucleata, atq. distincta, quæ est ipsius essentiæ cōprehensio. Vbi non pendeat à sensilibus officiū mentis, & forma ipsa per se fuerit expers materiæ; perceptio prorsus fit per essentiā solam, nec species vlla desideratur; ita mentes, aut se ipsas per essentiā suam percipiunt, aut ab aliis inferioribus mētibus percipiunt. Quamobrem id quod
D intelligitur, aut per speciē intelligitur, aut per essentiam, & quod intelligitur per speciē, sic concipitur, vel ꝙ obiectum cum sensibus sit coniunctū, quod euenit formis materiatis, vel propterea quòd potestas ipsa intelligens egeat ope sensus, vt nos in mentib. concipiendis. Si igitur materia non recipit nisi cum perturbatione & distantia, & genus eiusmodi formarū quæ quocunq. modo distantiā flagitent; cùm Deus sit essentia quædā indiuidua, nec pendeat ex motu, sed ipse sit auctor motus; planum quòd Dei essentia non recipitur primùm vt à materia; verum vt ab anima. Cùm etiam ab anima recipiat obiectū, vel per speciem, vel per essentiā, ac si species intercedat, idest ex rōne obiecti quod est in materia sensili, vel potestatis quæ qūo pendet ex corpore; quantum pertinet ad obiectum; nihil ei certè repugnat, quòd per essentiā concipiatur: quapropter exploremus nunc an id repugnet, quatenus à cęlo concipiendum est. Ac mihi planè videtur, si recipiens egeat specie, quandā motionem semper esse adnexā quæ sensus afficiat, & præcedat ad excitandum appetitum, seu voluntatē, & ex motione facta in corpore, non metaphorica solùm, qualis est, vbi iam appetens promouetur ad actum, sed quæ reipsa ab obiecti specie præstetur; aliquid.n. fit oportet quod moueat corpus, vt corpus, in quo est anima; aliter nullū esset illius speciei munus. cur.n. adsit species intelligendæ rei ꝓpter accipiens, nisi quia corpus est: ergo quà corpus afficitur, accidit etiam vis speciei mouentis, quæ ꝓpter societatem formæ sensilis item necessariò respicit corpus. Sed nullus talis motus esse potest: quoniam hic primus motus est; & motus primus est conuersio, sed.n. conuersio nequit esse; propterea ꝙ antecederet intelligentię, &

appetitui: ea verò fit antecedente intelligentia, & appetitu. sic enim mouet Deus, quatenus intelligitur, & amatur. Itaq. afficit primò Deus animam non materiam, deinde per essentiam seipsum præbet intelligendum, & appetendum, siue sibi ipsi primum & cœlo per se ipsum, siue alij menti, seu corpori ipsi seorsum, posteà videndum est. E

Differitur de positura differentijs in corpore cœlesti. *Cap. XXIIII.*

SI cœlum habet intra se principium motus, & animatum est, necesse itidem est ipsum posituræ differentias illas obtinere quæ animatis conueniunt, atq. illis quidē perfectioribus (perfectissimum.n. corpus est) ea verò sunt quæ mutant locum. Nanq. animati est obtinere interna principia sui motus, vbi verò motus; ibi quoq. vnde moueri incipiat, & quo contendat, atq. illis opposita quæ differentias posituræ constituunt. At verò vt illas in animatis esse conspicuum est, sic dubitari contingit, quemadmodū in cælo distinguendæ sint: neq. idem sentiunt omnes. Placet porrò more consueto à notis nob. exordiri, & prout cœlum est animal quoddā, consulere naturā animalium: quoniā aūt perfectissimū; ad hominis nostratiū perfectissimi ideam ipsum formare. In eius motu profectò duos terminos spectare licet, magnitudinis, inquam, & progressus. termini sanè magnitudinis inhærent interius, cùm pendeant ex quantitate: termini progressus aliud respiciunt exterius, vt motum & locum. Quare de intrinsecis ante alia dicamus. Ii verò patent per incrementū & decrementum. Cùm.n. hæc caduca sint, & aliquando exorta, nec cum quantitate naturali, sed imperfecta; ad eam perducenda fuerunt, vt illa munia possent obire, ad quæ à natura instituta sunt; eius aūt motionis processus est ab eo termino, vnde sumitur alimentū, ad alterum illi oppositū, vnde illius reliquiæ extruduntur, quo fit, vt cùm plantæ à radicibus accipiant; per ramos, & fustē excrementa expellant, contrà quàm nos, in vniuerso disponantur, nam pars superior nostri corporis id intuetur etiā quod in mundo superius est: ob eamq. caussam ἄνθρωπος homo appellatus, quod valet ἄνω ἀθρεῖν. idest sursum spectare: at in plantis id quod superius est, infimā mundi regionem respicit. Cęterùm quia longitudo prima est dimensio, naturæ quodā ordine efficitur, vt eius termini spatio maximè discludantur, & sicut etiā longissimè aliorum oīum distant; sic etiā figuras dissimiles habeant: cùm cęteroqui differentiarū quæ sunt ad latera, non parua sit conuenientia; quippe quòd antè, & ponè parū admodùm distent; dextri & sinistri eadem planè sit configuratio. Sed veniamus ad alias quæ etsi minus hærent in rei substantia, motui tamen sunt magis affines. Etenim principium lationis est à dextris. hæc.n. pars auspicatur motū, & prima est quæ altera manente agitatur, quæ itē expedita esse vult, vt agi facilè possit: itaq. onera super sinistra feruntur, & cùm stamus sinistra insistimus; quasi quies illi conueniat potius, q̄ motus. Ac termini vnde, & quo versus motus obit, ante & pone, sunt inde, & quo versus etiā sensus aguntur. In cœlo quoque omnes has differentias consimiliter analogicè ponere licebit. si non oīum beneficio facultatum; saltem quod pertinet ad motrices: nam neq. sensus adsunt corpori illi perfectissimo, neque vlla ratio incrementi, quia nil patiatur. Sed ab his quæ obseruantur in animali, & homine potissimum, in quo hæc oīa sunt eximia, partium cōmensus, atq. figura; illa retenta quæ tali corpori consentanea decensq. sit; eoq. accepto, quod est euidentissimū, de principio terminisq. latinis; hanc speculationē retexere licebit, & de reliquis subinde consentienter cum his quę posita sunt; ferre iudicium. Atque illis primis suppositis quæ fixę sunt, & determinatę (determinatum.n. iudex est sui, & indeterminati) reliquas persequamur. Nemo est qui excepto Pythagora dubitet, quin superius, & inferius à polorum distantia petantur, ab ortu & occasu dextrū & sinistrum; à vertice antè & ponè. Verùm aliquid considerandum succurrit ex Achillino qui certā sedem hisce differentiis assignare cupiens, oēm rem sic exposuit. Statuit in primis duos coluros quib. maxima Solis declinatio cōprehenditur declinationē quæ meridiē spectat, inquit esse superius, quę verò Septentrionem, deorsum. Quod continetur hoc spatio latitudinis secat in treis parteis, eam quę est ab ortu dextrā faciens, quæ illi opponitur ab occasu sinistrā, quæ circū verticē antè. Verumenimuerò mihi non planè satisfacit vir alioqui doctissimus. Primò quia non distinguit ipse differentias positionis in sphæris, cùm longè alia sit rō inerrātis, atq. planetarū, si sequimur Aristotelem. Secundò implicat repugnantiā: quia sumit rōnem terminorū à declinationib. Solis quæ sunt in sphęra planetarum; mox accipit terminos aliarum differentiarum ex progressu sphæræ supremæ qui toto diametro opponitur progressui planetarū; mouentur.n. hi ab occasu in ortū, ideò conuenit illis dextrū quod est ab occasu, & ante quod est ad punctum vertici oppositum. Præterea dicit Arist. polos ipsos esse sursum & deorsum exclusis aliis cœli partibus; ait.n. ipsos efficere tales differentias, quia non mouentur: at soli ipsi non mouentur, partes alias latera vocat, quæ mouentur. Vltimo argumentor per locū à comparatis. Sicut se habet secundùm quid ad secundùm quid inter caussas & effectus propter eorū similitudinem; sic & simpliciter ad simpliciter. Sed in horizonte quem artificialē Astronomi appellant; ab ipsius terminis accipitur ortus & occasus. ergo etiam in horizonte simpliciter à punctis qui sunt in eius terminis accipienda sunt dextrum, & sinistrū simpliciter. Sic ergo cùm ab ortu motus principiū existat in sphæra inerrantiū, & terminetur occasu; quandò in nob. dextra pars initium motui facit, ortū quoq. dexterā eius partem, ac sinistrā illi contrariā occasum.s. appellabimus. Quia verò mouetur ad meridianū & ad verticē nostrum; hæc pars anterior reputabitur: illi aūt contraria posterior. Ex his sine vllo negocio præfinietur tertia differentia posituræ: nam si fingamus hoiem qui dextrā ad orientē protendat, & sinistra cōprehendat occasum, eamq. ponamus agere cœlum ad verticē nostrum, & meri- F G H

A & meridianũ versus voluere, caput profectò antarctico, arctico verò pedes adiacebunt: ita ad antarcticum erit pars cœli suprema, infima aũt ad arcticum. nam si iudiciũ faciendum est ex his quæ plurimum fiunt, & ex eo quod natura non, nisi quadã certa de caussa eueniat, euariare solet, idem cœlo ac nob. euenire credendũ est. cui quoq. sententiæ fauent Astronomorum veterũ decreta qui eam plagã quattuor illustribus stellis exornatã esse testantur, quas vulgus hodie vocat Crucerium: cuius schema habes apud Andreã Cursalium ciuẽ nostrum. quod sydus per 11. gradus à puncto antarctico distat, licèt ab aliis quinq. circundetur, atque illis lucidissimis per spatiũ graduum 30. Proinde non tantùm symbolcè Danthes noster est elocutus, sed studio, & diligentia ex antiquorum lectione est expilcatus. O nos miseros, qui, cùm ad inferiorẽ partem conuersi simus, eorũ aspectu frui non possumus. Atq. illi verè miseri qui testati sunt vnã tantum in cẽtauro esse splendidã, primæq. magnitudinis, reliquas multò inferiores, neq. admodùm lucidas. Sed cùm planetæ ab occasu motũ incipiant, & ortum versus agãtur, in hoc Platonẽ non imitabimur qui cùm duos oppositos motus in cœlo perspiceret, vnum quẽ vocauit eiusdẽ, atq. alterum quẽ alterius appellauit; primùm illũ à dextris incipere docuit, alterum verò à sinistris. Nos vniformi naturæ opera conseruata, motus ac terminos in ceteris orbibus è contrario statuemus. quod.n. supremæ sphæræ occasus fuerat, & sinistra; illis erit ortus & dextra: quod nob. est vertex, & meridianum: illi verò ante: his erit pone, ac punctus huic oppositus erit ante, & quod arcticus
B infra, nunc erit suprà, infrà verò illi oppositus antarcticus. Verumenimuerò quòd vniforme, suiq. simile cœlum spectamus; magnã dubitationem excitat in animis nostris, ne fortè differentiæ illæ sint ad nos, non autem ex rei natura. Veruntamen & illas ex natura esse credendum est, tum quòd suprà & infrà, quæ sunt ad polos, siue in sphæra inerrante, seu etiã in orbibus planetarum, manent, atq. eadem sunt apud omneis qui itẽ cùm varietatem non accipiant, nec vllum discrimen extet in motu; quod ad superiorẽ inferioremúe partem spectat, me quoque persuadet eos terminos vertici pedibusq. nostris optimè respondere. Quamobrem dubitandũ non est, hanc differentiã situs esse naturalem: quę tametsi in animali respicit incrementum, quod in cœlo nullũ est; at inde excipi põt analogia; quoniam sicut in animali nullus ex hac positurę differentia motus est, vt quasi super immobili fiat; sic inter polos per axem nullus est motus, sed circum axẽ & polos, tanquã terminos immobiles obitur: de reliquis dubitari põt, cùm vndiq. sumi possint ortus, & occasus, atq. idem punctus ad diuersas regioneis sit occasus & ortus. At fingamus hoc loco ad rei nostræ intelligentiã, motum cœli nunc exordiri. deberet igitur esse principium quoddã, vnde inciperet, & quanuis ea figura sit vndiq. sui similis, tamen quandam primã partem esse oporteret quæ motus initiũ foret, ac si figuræ discrimen existeret; vtique adesset, vt cor in animali: nunc tametsi figura nihil variatur; at differentia virtutis intercedit, vt quanuis homo
C totus orbis esset; à corde tamen esset oĩs motus origo. Quòd si dubites; vndénam orientis punctus accipiendus sit: ego duas tibi monstrabo rõneis; vtramuis, diuiduum fac. neutram.n. doctrinæ Arist. repugnare puto. Primam quidem quæ confirmari põt à signo, vt oriens ille sumatur qui est in habitabili nostra inter Tropicum Cãcri, & arcticum polũ, vbi pars mundi nostra per maximos editissimosq. monteis ab antichthone seiungitur. vnde aquarũ fluxus in mediterraneum exorditur, illucusque vnde aquæ refluere incipiunt, vbi etiã natura oĩa sua bona vberrimè benignissimeq. dispensauit, vbi plantæ perfectiores, vbertas soli maxima, & hominum copia qui bonarum oĩum artium auctores extiterint. nanq. vbi ordo, ibi primũ quippiam esse fatebimur, & ibi virtutę præsto esse dicendum est; vbi maximè functio viget. Nisi placeat ista rõ; alteram nunc tibi suppedito. neque.n. hîc est, quòd à me expectes orationẽ quæ neq. redargui, neq. conuinci possit; ac bene agitur, si similitudinem veri consequatur, & dum de rebus hũi, quæ tanto interuallo à nobis disiunctæ sunt, minus id quod habemus animo consequimur, vt oratio nostra ex oĩ parte consentiat: itaq. contentus esse debebis, si probabilia dicentur; nec quicquã vltra requires. Sit vbicunq. ortus, & occasus, & ad nos in illa figura vndiq. sui simile: at quid prohibet etiã in quolibet signo principium talis motus existere secundùm naturam? non.n. idem iudiciũ de magnitudine faciendum est, atq. virtute; præsertim si illa fuerit exors materiæ. quod.n. respicit
D magnitudinẽ, certis quibusdã terminis affigitur: at talis virtus certis limitibus se contineri non patit. proinde si incipiat motus cęlestis; ita incipiet, vt sic moueatur cœlum, & eò versus quò nunc mouetur. ita oriens erit principiũ motus, & quæcunque illa pars cœli sit; vnde motus incipiet quem nunc ortum iudicamus. Erit igitur in eo corpore virtutis principium, non aũt magnitudinis. sed prior illa sententia ab Arist. quandoq. approbata fuisse competitur. Ex his etiam decerni põt de parte anteriore, & posteriore corporis illius diuini. Neq. nobis obstat id quod prima facie nos interturbare posset; si cogitare licet principium motus, vbi ex quiete absoluta transeat ad motum, quòd & temporis initium cogitare licebit: nanq. vt supra docuimus, etiam quietis mensura tempus est, si non proximè, saltem remotè: quanquam & ea mutatio prima esse non potest, vt superiore libro disseruimus; & id etiam, si non vt reipsa consistens, sed ex hypothesi sumptum concedatur, nil affert absurdi.

Diluuntur ea quæ opponi solent Aristoteli de positura differentiis. *Cap. XXV.*

HAEC quoque confirmasse videtur auctoritas Astronomorum qui arietem è signis Zodiaci caput anni statuerunt; nam tunc herbæ pubentes è terra succrescũt, & medium tẽpus est inter hyemis seuitiã, & æstatis ardores. itaque de totius anni fato à Solis in Arietem ingressu pronunciant, & ex iis cõplures qui mundum ab initio quodam extitisse fatentur, mẽse Martio ab auctore supremo in lucem

editum asseuerant,& aiunt, cùm primùm in hunc ordinē elementa digesta sunt, arietis signum media cœli tenuisse. Proinde sicut ab eo principio motum cęli deductū esse putant,& dum perseuerat idem quoq. principium habendum est; sic & Arist. in æternitate principium motus esse restatur. Nec me latet & has positurę differentias à Pythagoricis excogitatas,aut saltem designatas ante fuisse,quas posteà probabiliter confirmauerit Aristoteles: nam dextram illi item mundi ab ortu, vnde inciperet motus, esse voluerunt, sinistram verò ab occasu quæ sententia quoque vulgò recepta fuisse videtur; quando item Homerus sic cecinerit. E

Εἴτ' ἐπὶ δεξιὰ ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε,
Εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

Hos etiam sunt imitati Geographi citra æquatorem; cùm.n. poli altitudinem vestigent, vt terræ situm cōmodius assequantur,faciem suam ad arcticum vertunt: proinde ortus erit illis à dextris occasus à sinistris: tametsi Empedocles nescio qua ratione ductus dextrā in tropico æstiuo collocauit, in hyemali sinistram; nisi fortè cum poëtis obseruans occasus astrorum conuertat faciē ad occasum,vnde septentrio dexter fiet, aut ortum Solis spectans cum Astronomis cùm in quocunq. climate Sol oriens supra finientē,septentrionem à dextris,austrū verò à sinistris habeat, & ita lustrās vniuersum tropicis terminet suos omneis circuitus; australi sinistrum,dextrū septentrionali concessit. Sed hæc missa faciamus, atq. illò conuertamur quod à nonnullis Arist. obiectum est,qui non animaduersa rerū virtute,sed tempore in figura corporis illius quod sine intermissione meat in orbē, persuaderi noluerunt ibi vllas positurę differentias esse ex rei natura,sed ad nos duntaxat. Mitto quòd eas denegant plantis, quod licet Arist. tribuat illas animantibus,non id vult accipi generatim,sed pro cuiusq. merito, & omnes in perfectis solis esse sumere; illa contemplor,quibus primùm non necessariū esse concluditur,vt in animali sint eiusmodi differentiæ,quare neq. in cœlo,quatenus animal: siquidem in tethyis, seu papillis (sunt verò ex eorū genere quæ viuunt affixa,sed tota corporis natura carnosa est, nec pars alia vel organica, vel sentiendi facultate pollens vlla oīno percipitur) nihil extat huiusmodi; si dixeris, at hæc imperfecta esse,itaq. id differentiarū genus ad ea non pertinere: atqui hoc imperfectorū esse debet; quandò perfecta,vt mens nostra, cęteręq. mentes sublimiores dextrum ac sinistrum respuere videantur. Tum item ex perfectione,& simplicitate corporis: est.n.cœlum corpus simplicissimum,quod neq. superiorem habet partē,neque inferiorem; neque anteriorem,posterioremúe, sed vndecunq. sui similis est,& eius figuræ in qua sumi initiū queat ex oī parte; sic neq. dextrum habet,neque sinistrum, & iure quidem: nanq. ibi posterius adest origine,prius quoq. præcesserit necesse est: at illa priora sunt superius, & inferius antè & ponè, quæ nulla apparent in cœlo. quanquam si res adamussim elimanda est, neq. irē ad nos ea positurę differētia rectè se habet: cùm si solē respiciamus, is à dextra sit eorum,qui citra æquinoctialē degunt; iis verò,qui trans ipsum à læua. Præterea dextrum & sinistrum sic se habent,vt sinistrum sit super quo quiescit animal: dextrum verò,vnde principium motus. ergo si polis hę differentiæ conuenirent; esset sanè alter polus quo niteretur cœlum in mouendo,sed æquiformes sunt;nec vno magis quam altero niti pōt cœlum. Quartum vulgatum est, quòd si cœli partes ita constitutæ sunt, vt vna in alterius locum succedat; efficitur planè, vt quæq. vtriusq. differentiæ nomenclaturam accipiat. Quinto motus initia diuersa sunt in orbe supremo, & errantium sphæris. Cùm igitur animalia non ita moueantur, aut animalia à dextra pariter, & sinistra principium sui motus facere poterunt, aut cœlum non erit animal. Postremò vbi dextrum & sinistrum; ibi perfectum & imperfectū: siquidem sinistrum sit imperfectum. Sed in cœlo nihil est imperfecti: non igitur sinistrum: quare neque etiā dextrum: quandò sunt hæc natura simul: itaq. vno sublato alterū quoq. tollatˀ necesse est. Hæc potissimè nouimus opponi Aristoteli. Verumtamen ea quæ suprà constituimus,& quæ mox subiungētur,parua opera nos ex obiectis difficultatibus expedient,atq. illo approbato, quòd papillæ quæ sunt animalia dextro careant & sinistro,quia sint imperfecta, quin etiam quod mentes ob perfectionē immunes sint oīs positurę; non idcirco negantur hæ differentiæ cœlo,quia sunt ꝓpriæ perfectorū non simpliciter,sed in genere corporum,atq. animantium. Et quod obiiciunt à figura corporis acceptum, satis suprà perpensum est,atq. demonstratū non figurā corporis,sed virtutē esse considerandam cuius beneficio quoq. multò prius adsunt aliæ differentiæ positurę simpliciores antè & ponè,superius & inferius. Neq. nos ita ad nos hasce differentias in corpore cœlesti constituimus,vt eas sic esse velimus, ꝙ illa dextera pars sit,quæ nostrā respiciat,aut oppositā,quemadmodū augures,sed quòd ita sint in cęlo motus initia,aut saltē analogicè ponenda,velut in nob. Similiter etiā nec sinistrum,vt in nob. gerit vicem partis super qua nitimur,sic in ipso cœlo quandoquidē alia sit ratio corporis quod rectā fertur,& extra se habet super quo nitatur.alia verò eius quod continet id quo nititur, & ꝓpter figurā alia sit rō resistentiæ internæ in animali nostrate,atque in cœlo,& planè centrum est,super quo tanquā fixo mouetur cœlum,poli sunt termini productionis,& extentionis motus. Itaq. in hoc non audiendos esse arbitror astronomos qui polis inniti volunt orbes.quare Philosophus iis non sinistrū, aut dextrū tribuere voluit,sed superius & inferius,quæ neutiquā respiciunt hoc genus initiorum motus,vnde.s.& quò. Ad quantum satis dictū est in calce capitis superioris. Quintum sic diluimus adnotantes in cœlo motum totius,& sic ab oriente principiū motus existit. deinde motum partiū,qua rōne velut animalia singula mouentur errantiū sphærę,& orbis supremus: itaq. dextra & sinistra cōmutantur,seruata tamen eadē analogia quæ respicit initia motus vnde, & quo. Neq. illud obstat,quòd in cœlo sit imperfectio quædam: qā præter D. O. M. qui est vsquequaq. perfectus in cæteris res se habet vt prouerbio fertur.

In

A In cyttaro quoque aliquid mali sat est, si illud malum eius naturæ merito non excedat. Hæc mihi visa sunt quæ tantis viris pro Aristotele responderem: quibus si (vt spero) satisfactum fuerit: reliquum est, vt accedamus ad ea quæ consequuntur ex his.

Vtrum'ne idem sit anima cœli, & mouens primum, an secum necessariò differant. Cap. XXVI.

AT verò ad comperiendam animæ cœlestis essẽtiam speculari oportet, vtrum'ne idem sit, ac mens illa quam primum mouens constituimus, an aliquo pacto separentur difficilis sanè quæstio, & de qua plura in diuersas parteis decernantur. Nec Auerroës multum sibi constitit qui modò hæc eadẽ putarit, aliàs docuerit primum motorem illum esse qui infinito tempore moueret; animã verò finitæ motionis auctorem esse. Alexander etiam, Simplicius, & Auicenna animã cœli à mentis essentia secretam esse voluerunt. Neque desunt qui ex illorum sñia censeant animam cœli esse mentẽ è secundo ordine. hoc est, aliam substantiam immortalẽ vnam, aut plures infra primam. Atq. illud Arist. fuisse attributum lego à Proclo vnum esse mouens primum quod extra gregẽ foret; idq. mouere tanquam finem; deinde singulorum orbiũ animas esse suas cuiusq. ꝓprias, quæ alio modo motum efficerent, quod item ex Aristotelico libro de prece se excerpsisse profitetur. Eandem verò esse animam cœli, & B mentẽ rationibus hisce confirmare possumus. Primùm, quia si anima cœlo concedatur, ea tali rei caussa est, vt sit id quod per se moueat, sed id quod per se mouet, in cœlo mens est; anima igitur, & mens idem sunt. Mentem verò per se mouere perspicuum est: nam verisimile est illas substantias, per se mouere, quæ per motũ inuentæ sunt 8. Phys. & 12. Met. sed earum demonstrationũ ope ferimur in notitiam mentium, nec vllius aliæ substantiæ mouẽtis: illa.n. immobilis est per se, & per accidens ab omni concretione corpulentiaq. segregata, quod igitur per se mouet est mens quæ semper est actu, & eadem quæ concipiatur, atq. concipiat: nam cùm exors materiæ sit, actu mentẽ mouere põt, & à seipsa concipi; mens igitur: idq. optimo iure, nam rõ caussaq. prima, cur res sub intelligentiã cadat, actus per se est; atqui genus illud substantiarum actus est, functio quoq. perfectissima primæ.i. perfectissimæ substantiæ tribuenda; hæc verò est contemplatio: per se igitur actu concipiuntur & concipiunt: itaque sunt mentes. Tum prætereà, quia si duos ordines mouentiũ per se ponas, id efficies, ne substantiæ mouentes cum sphæris ipsis numerari possint. Neq. sunt hũi rationes, meo quidem iudicio, parui ponderis atq. momenti. Memini quoq. me apud quosdã non infimæ classis auctores scriptum cõperisse non modò idem esse mentẽ, atq. animam cœli, sed & eas à natura non discrepare. Nanq. anima est forma animantis; itaque & natura eius cuius est anima, sed hæc non alia, q̃ intelligens, ergo intelligentia. C Prætereà cœlum non est materia tantùm, quia vacaret cõpluribus accidentibus quib. perspicuè forma supponitur, non forma tantùm, ꝙ per se non moueretur: igitur ex materia formaq. compositum, sed.n. ea forma aut caduca est, aut immortalis; neq. sanè caduca, quandò item cœlum non esset perpetuum: immortalis igitur: quapropter erit intelligentia. Ad hęc, vniuersa naturæ definitio conuenit intelligentiæ: & intelligentia igitur, & natura simul. vt.n. natura principium motus est per se & primò illius in quo est, sit & intelligentia. nã si minus ille motus cœli non esset naturalis, sed violentus, quippe ab externo. Prætereà cœlum est per se mobile; quare constat ex parte per se mouente, & parte mobili. Cęterùm pars mouens est intelligentia: hæc igitur cœli pars, & intra cœlum, non extra ipsum. Adde his ẽt quòd magis vnum fiat ex mente & orbe, q̃ ex forma materiata & materia. Quamobrem intelligentia natura est, cùm sit internum principiũ motus ipsi orbi. Veruntamen quòd hæc secum distinguantur, valet admodum (nisi fallor) id quod afferebat Aristoteles. Primùm mouens mouere ꝙ amaretur, atq. intelligeretur; esse verò alterum ordinẽ eius quod intelligeret, atq. intelligentis ipsius, & amandi atq. amantis ἄλλην συστοιχίαν appellauit Alexander quod Arabes ineptissimè transformarunt in Allostogiam, multaq. de vocis huiusce vi blaterarunt. Tùm etiam quia si mouet, quoniam appetitur: ergo id quod mouetur, appetat necesse est, verùm, quia non appetit solùm, sed amat, idq. est animantis officium: amat.n. id quod intelligit; anima amans aderit necessariò quæ ab amato ipso di-D stinguetur ad mobile pertinens. Et quantum pertinet ad id quòd intelligentia & anima, ac forma cœli sint idem: tametsi res hæc fęlicissimè peracta est à philosophis ætate nostra nobilissimis; non possum facere, quin ego quoq. hoc loco rem diligenter expensurus eorum opib. vtar, vt saltem illa quæ notantur ab ipsis, cùm iis quæ constituimus hactenus, consonantia reddantur. Nam verissimè illud obiectum est, si intelligentia est natura; ergo ad physicum pertinebit nosse quid est intelligentia: siquidem formæ naturales à philosopho naturali cõsiderandæ sint. Valdeq. obscurum est, si natura quæ est forma, possit esse immortalis; eaq. puto secum congruere maximè, si forma naturalis est, & caduca, ac si non caduca; neq. item naturalis, meq. mouet ad id credendum locus Arist. in extremo 1. de phys. auditu. [a] Nanque ibi accurata formæ notitia primæ philosophię delegatur: non ob aliam sanè caussam, vt oẽs testantur? quàm quòd forma duplex materiata, & expers materiæ, quæ æterna per se est, cùm oẽ vacãs materia careat ea potestate quæ contradicentia respicit. Si igitur materia caussa est interitùs; æternum materia careat oportet: ergo ab opposito. quod est in materia, non poterit esse æternum. Quamobrem Philosophus ibidẽ subiecit ea verba se posteà dissertarum de formis naturalibus & caducis, quòd immortales non pertineant ad naturalẽ, cùm sint extra materiam. Nec vllum discrimen extabit inter physicũ, & primùm philosophum. Nihil erit etiam prorsus immobile: propterea quòd forma per accidens moueatur, & seipsam per accidens moueat. Iam verò quantum illud inopinabile ex intelligentia, [a] T. 83.

tia, & orbe vnum fieri per se. Primùm.n.intelligentia constitueret essentiã cœli, & esset pars quę pertineret ad essentiã; proinde definiretur per orbem. Deinde quoniã intelligentia non esset essentia, specieiq. perfecta: quandoquidem pars non est species. Nec non si intelligentia esset forma cœli, tunc intellectus, quatenus hũi; esset actus corporis organici: omnis enim quoquomodo respiceret corpus. Postremò materia est ꝓpter formam. Sed quis vsus est materia ipsi intelligentiæ, neque.n. vt intelligat; est.n. facultas oĩno secreta à sensibus, neq. vt moueat; nam sic ex alio penderet, nec esset simpliciter primum. Melius igitur Græci, vt arbitror, qui animam à primo motore separatã esse voluerunt: quanquã Alexander, Simplicio teste, putauit animã, etsi à mente secreta est, à corporis cœlestis natura non differre; cùm.n. sit anima cœli principiũ motus internum & rõ per quam cœlum conuertitur; hoc aũt natura sit; profectò anima cœli ab eius natura non segregabitur. Atqui contra illũ disserit Simplicius argumentis grauissimis. Anima (inquiens) est natura præstantior; itaq. non natura; aliter idem foret seipso præstantius. Deinde quæ definitione separantur, eadẽ esse nequeunt: at verò alia est animæ definitio, atq. naturæ: illa.n. dicitur actus corporis organici naturalis: natura aũt principium motus & quietis etiã in corpore non organico. Quin etiã forma corporis Physici organici est aĩa, non natura; cœlum est corpus organicum, si non ꝓpter substantiam; at ꝓpter figuram: eius igitur forma aĩa est, non natura. Postremò natura semper respicit materiam. sed.n. virtus in materia infinita non est: si ergo anima cœli ipsius foret natura, finita esset: at cœlum perpetuum est: non igitur habet formam, quæ sit natura, sed aliquã aliam substantiam immortalẽ quæ perpetuò moueri possit. Iccirco Themistius, Simplicius, & Auicenna putant animã cœli esse è posteriore quodã ordine, quasi mediã quandã inter cœlum, & primùm mouens. Sed spectanti mihi locum Arist. [a] apparet ibi poni alias menteis prima exceptã, quæ moueãt suos orbeis eodẽ modo quo primum mouet, aut sphæram primã, aut vniuersum cœlum motu quodã communi. Adde etiam, quia sic non seruabitur numerus æqualis mobilium, & mouentiũ quem tamen & Grœci confitentur, & ab Arist. nonmodò indicatum, sed expressum videmus: nam sic aut vno numerus orbiũ superabitur, si detur mens mouens orbes vniuersos, aut duplicabitur numerus principiorũ mouentium, si singulis orbibus substantia quædã separata adsit, quæ moueat vt finis, altera quæ moueat, vt anima, aut si non detur mens quę moueat primum orbẽ, prębeatur occasio dubitandi, ne fortè in aliis orbibus ea ponenda sit, quæ.n. ratio discriminis intercedit? iam.n. vnũ mouens esse, quod æquè pertineat ad oĩa mobilia, suprà abundè confutauimus. Quamobrem restat, si cœlũ est animatum, vt habeat etiã animam à reliquis mentibus separatam. Propterea credidit Auicenna singulis orbib. attribui bina principia mouentia. Sed tu iam vidisti quantopere labefactetur substantiarum mouentium numerus ab Arist. allatus. Veruntamen, vt mea sententia fert, omnium maximè cauẽdum, ne materiatam aliquam formam animam esse dicamus, tum quia cœlum cum actu substantia sit, tali forma non eget, vt existat, tum etiam, vt moueatur; quandò, aut infinito tempore mouere non poterit, aut in non tempore mouebit.

a 12. Met. T. 48.

Quid de anima cœli Peripateticè defendi posse credamus. Cap. XXVII.

SI licet inter tantos philosophos interponere iudicium nostrum, non video equidem quo pacto tutius Arist. placita defendamus, quàm si statuamus cœlum per seipsum esse animatum primùm; & quòd habeat talem vim συνεσιωμένην, vt Iamblichi & Alexandri verbis vtar; ita vt tota eius substantia quæ constituit corpus illud diuinũ, quod dicitur actu substantia, sit hoc corpus animatum; nec secus se habeat ac primum animatũ quod in semine comprehendi docuit Aristoteles; [b] quod est potestate in menstruo; actũ verò, vbi iã organa ex ipso confecta sunt. accipio verò exemplũ hoc non temere, cùm quòd Arist. ipse ab animantis inspectione in cõtemplationem cœli ducatur, tum quòd animatum, illud oĩum simillimum (si quod est corpus quod ei simile habendũ sit) corpori cœlesti perhibetur; id verò est quòd constat ex spiritu & calore cœlesti, hoc est, per astrorũ radios diffuso, & in primo præcipuoq. membro residens (ita.n. mihi sumo nunc sententiã Arist. non ignarus eã quoq. eidem philosopho tribui à D. Augustino, [c] vt saltem pios viros assentientes habeã) à formis affectum per habilitatem illã per quam formas accipit sine materia, & per instrumenta sibi adnexa mouet parteis vniuersas animalis; ob eamq. caussã hoc reuera est, quod efficit motum in corpore organico; habilitas autẽ illa facultas solùm, neq. aĩa ꝓpriè; nam neq. itẽ ita cõstat hoc corpus, vt diuidatur quemadmodũ animal in partem, quæ sit aĩa & forma, atque alterã quæ sit corpus. calor.n. cœlestis per se anima non est, multò minus spiritus ille quo calor tanquã subiecto fundatur: neque item illa facultas ad accipiendas formas, sed vniuersum hoc primùm mouens in animali existit, spiritus.s. in quo inest calor cœlestis, & ex hoc habilitas ad formas ꝓ nobilitate, ignobilitateúe materiæ; vnde sentiens est, aut intelligens; neq. itẽ habilitas illa aĩa in actu, sed potestate, nisi tum, quando vtitur corpore organico: ita vt vis motricis essentia nõ in corpore subiecto posita sit, sed in eo quòd sit actus corporis illius; ideò quatenus aĩa, est indiuidua, & incorporea per se, & immobilis; diuidua verò & corporea quã principium mouens ꝓpter subiectum est, & fundamentũ eius habilitatis quam habet ad formas, & habitudinis quam aĩa habet ad corpus organicũ, & sic ab organo separabile: nam tum solùm officiis animæ fungi põt quæ sunt alere, cognoscere, appetere, atq. agitari à formis, vt vnà itẽ agat corpus illud primum in quo residet, & per hoc vniuersum corpus, ex quo motus ille existit, qui animalis ꝓprius est, cùm absolutum est illud corpus, & organũ primum, & reliqua deinceps quæ illius officiis seorsum inseruiũt. Verùm quia formæ

b 2. de Gen. an. c. 3.

c 5. de Ciu.

E F G H

A formæ quæ sub intelligentiã cadunt, ad ipsam deferri non possunt sine ope sensilium qualitatum quæ vim habent afficiendi; idcircò appetitui præcedit affectio. quòd si formæ rerum intelligendarum eam partẽ sine qualitatũ sensilium ministerio tentare possent; cognitio profectò, & appetitus cum quiete admirabili obirentur. Nunc igitur cogitandum nob. est vniuersum corpus cœleste cõsimilem esse naturã diuinã, quæ vim habeat apprehendendi primùm mouens, & appetẽdi, atq. ex eiusmodi appetitu se in orbem voluendi per habilitatem quam habet ad formã separatam à materia, quoniam verò tale substãtiæ genus apprehendit quod caret oĩ sensili qualitate; idemq. nulla rõne affici põt à specie, sicut anteà docuimus; pro eo, quòd in nobis primùm viuens afficitur in speciei conceptæ virtute, & per systolen, & diastolen, ac secundo quasi instanti mouet reliquum corpus; cęlum à dextris quodãmodo titillatur, & quasi gestiens agitur, sed ꝑpter partium connexionẽ, figurę sphericę beneficio in qua summus consensus, & admirabilis earum conspiratio spectatur; vniuersum chorum ducit. Multa verò sunt quæ nos persuadent, vt ita decernamus. Nam demonstratum est cœlũ esse actu substantiam. Deinde quia testatur Arist. id quod mouetur, & intelligere & amare, nec vlla fit ab eo mentio, quòd ope mentis adiunctæ intelligendi munere fungatur, prærerquamquòd mox audiemus, si ita dicamus; consentaneum non esse cùm eius philosophi dictis. Sed sic consentient, ea secum magis, neq. vis afferetur verbis Aristotelis. Atq. vt etiam mirã concordiã scriptorũ nonmodò veterum, & qui Arist. antecesserunt,
B sed etiam Grecorum, nec eorũ solùm qui Arist. vestigia secuti sunt, obseruare possis, verùm & eorum quoq. qui Platonem sectantur, & ætatibus longè superioribus & parum quoque ante hæc tempora; nunc audi, quæ subiiciam; nanq. afferre constitui cõplura philosophorum loca, quibus tibi monstrem meum hoc commentũ in sapientissimorũ virorum mentem aliquando venisse. Nanq. in re dubia certum est obtemperare præcepto Aristotelis [a] qui difficultatum ponderi sustinẽdo socios quærere iubet. [a] 13. Met.
Ac primùm quidem vbi docet Aristoteles, quæ'nam sit animæ nostræ constitutio, testatur eam respondere elemento stellarum; hoc verò est corpus cœleste: vnde colligitur illud corpus ea vi præditum esse quæ oĩ societate materiæ seposita & repudiata, suapte natura formas apprehendat: nam si id efficeret, quod animã esse dicimus, nisi quoquomodo penderet à corpore; multò igitur magis id efficiet corpus illud, vnde hoc nostrum existit, quod neq. ꝑpter obiectũ quod est à materia separatũ, neq. ꝑpter seipsum, cùm sit expers oĩs veræ affectionis, & solùm capax affectionis metaphoricæ & conuersionis; aliud flagitare videatur, q̃ rei concipiendæ, & expetendæ præsentiam. Idem quoque, vt iam ad alios veniam, scripserat Hyippocrates, qui lib. de carne hęc pronunciauerat, vt solet, diuinitùs; cuius auctoritatem non dubito, quin secutus sit Aristoteles. Δοκέ δέ μοι ὃ καλέομεν θερμὸν, ἀθάνατόν τε εἶναι καὶ νοεῖν πάντα, καὶ ὁρῆν καὶ ἀκούειν καὶ εἰδέναι πάντα καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. τούτου οὖν
C πλεῖστον ὅτε ἐταράχθη τὰ πάντα ἐξεχώρισεν ἐς τὴν ἀνωτάτω περιφορὴν καὶ ὀνομῆναί μοι δοκέουσιν
» οἱ παλαιοὶ αἰθέρα, & reliqua. Videtur autem mihi, quod calidum vocamus & immortale esse, & in-
» telligere oĩa, & videre, & audire, & cognoscere oĩa, quæ sunt, & quæ futura sunt. huius igitur maxima
» pars: quando oĩa conturbata sunt (lite.s. auctore: nam fauet Democrito senior) migrauit ad conuer-
» sionem superiorẽ, & æthera nominasse mihi videntur antiqui. Hæc item Alexandri recitantur è 2. lib. de cœlo. ἡμᾶς δὲ ἐπιχειροῦμεν δεικνύναι τοῦ θείου σώματος οὐκ ἄλλην μὲν τὴν φύσιν ἄλλην δὲ τὴν ψυχὴν
» ἀλλ' ὡς ἡ βαρύτης τῆς γῆς καὶ τοῦ πυρὸς ἡ κουφότης. Nos verò aggredimur ostendere diuini corporis
» non aliam naturã; aliam verò animam, sed veluti grauitas terræ, & leuitas ignis: mox Τίς γὰρ ἂν ἄλλη παρὰ ταύτην εἴη φύσις αὐτοῦ; τελειοτέρα γὰρ φύσις ἡ ψυχή. εὔλογον δὲ τοῦ τελειοτέρου σώματος τὴν
» φύσιν εἶναι τελειοτέραν. Quæ'nam præter hanc sit ipsius natura? perfectior.n. natura anima. proba-
» bile aũt & perfectioris corporis natura esse perfectiorem. Quæ quanquam oĩa testatur Simplicius [b] [b] 8. Phys.
ex eadem officina fuisse deprompta è qua ẽt illa quæ de aĩa professus est ille philosophus, & iliã opinatus est ab eo philosopho existimari eodem esse modo actũ corporis organici, quo natura est actus corporis naturalis; mihi tamen in aliũ altioremq. sensum accipienda videtur ea sententia nimirùm quòd, sicut in hoĩe, illo auctore, mens est habilitas quędã, non vt forma, sed quæ significet substantiã quidem; verùm cùm ipsa habitudinẽ quandã ad obiecta, quemadmodũ lęuor in abaco: propterea non efficitur
D quid cõpositum ex anima & corpore, sic neq. substantia cęlestis est cõposita ex materia & habilitate, tanquam forma: quoniã ipsamet substantia per se est; habilitas verò adiungit habitudinem tantùm, non aliã quandam naturã, sicuti nec habilitas illa notat cõpositionem in materia prima. Idem quoq. Alexander [c] animam cœli testatur esse diffusam per vniuersum corpus cœleste. Themistius item, vt narrat Auerroës, [d] dicebat Solem, & Lunam aut esse formas, aut materias actũ; quasi vis formæ nõ distingueretur à cœlo tanquam à subiecto; quid igitur aliud ipse indicare põt esse formam hanc, atq. subiectũ in quo sit ea facultas? Eadem quoque videtur extitisse antiquissimorũ Theologorum sententia, [e] qui cœlum leue politumq. autumarunt, & veluti speculum, vt radios ab illis mentibus excipere, & ad nos transfundere perbelle posset; indeq. οὐρανὸν appellatum, quasi ἄνω ὁρῶντα, idq. in cœli vertice potissime fieri κύπαρον nominauit antiquitas eumq. locum esse ad hoc officium maximè accõmodatum vetus perhibet fama; quapropter etiam poëtæ ibidem opificẽ habitare cecinerunt, & sicuti speculi lęuor ab eius substantia non differt, sed est habilitas eius ad rerũ visilium species accipiendas, solius connotati discrimen afferens, sic habilitas ad accipiendam formam separatam non apportat substantiam aliam quandã, sed habitudinẽ ad essentiam separatam. iam.n. vt ante admonui, rem tibi propono, sicuti mentis essentia fuit ab Alexandro explicata. Eandem quoq. sententiam professus est D. Iamblicus, [f] cuius verba cùm ante nos occuparit sapientissimus vir Theophilus Zimarę filius, ex eius scriptis

[c] 12. Met. T. 5. 20. 29. 34.
[d] 7. Met. T c. 12.
[e] Procl. 3. in Tim.
[f] in lib. de misteriis.

scriptis excipere facillimè poteris. Potes item addere auctoritatem sapientissimi sanctissimiq. viri D. Thomæ, qui ita concludebat. Si materia cœli foret actu; eam in mentium genere connumerandam: iam.n. patibilē & παθητικὸν quendam νοῦν esse demonstratum est. Etiam Picus [a] professus est quòd cęlum est animus, & quòd vtriq. conuenit conuersio & ex seipso; illi quidem in orbem; animo verò nostro ab effectis ad caussas, & rursus à caussis ad effectū: cumq. his dictis ea concordant quæ grauissimi viri scripserunt, animas cœlorum moueri per accidens: ex quo efficitur, vt non sint mentes quędā, siue substantiæ à corporis cœlestis essentia seiunctæ, quas item modò naturā, aliàs animam haberi non inconuenit: nam si ipsa corpulentia spectetur, & quòd accidentium, motusq. stratum est, atq. subiectū, sine controuersia natura censebitur: si vt actus in ea figura quæ in consimiles alias dissolui non possit, & difformitatem partiū præseferat, anima ponetur. actus.n. corporis organici, quatenus huiusmodi; anima existimatur. Attamen, quæ sit eadem aīa, & idem actus cum ipso corpore quod sanè sicuti totū actu substantiā facimus; sic etiam ponimus animatū totum, velut illud principium quod diximus in animaliū semine contineri, & degenerare in primum mouens, vbi iam sint organa constituta. Huc accedit quòd in eo corpore vis est accipiendi formas sine materia; proinde facultas illa νοητικὴ, vnde aīa in ea substantia posita est, cui quoq. nomen naturæ datum esse alia de caussa censendum est, quia.s. principium sit, & origo motus; id quod naturæ præcipuum est significatum. Quapropter in ipso cęlo duplex est tō patiendi, duplexq. facultas, & duplex appetitus, neutiquā subiecto discrepātia, quatenus intelligit, & quatenus agitur, & vis animalis, ac naturalis; necnon appetitus, vt voluntas, & ille quem naturalē vocamus; sic tamen, vt etiā vis efficiens animæ tribui possit, cùm in eo corpore sit insuper ordo partium ꝓpter figurā, vnde ab vna motus cōmunicetur aliis secundùm naturā. quocirca adest aliud itē principium, efficiens.s. quod ab essentia concepta agitatū, vt à fine, moueat vniuersum cęlū: ex quo efficitur, vt habeat quoque principiū intra se, quemadmodum animal, quod sit caussa motus sibi ipsi, quæ cùm conueniant simul cum actu substantia, quæ cęli ipsius est natura: dicemus itē ibi esse motum naturalem simpliciter, quòd nulla sit cœli pars quæ non eo propendeat, quò concitatur, sed non naturalem, qua sola natura non possit eum præstare; verùm pendeat ab anima: nanq. natura ipsa pręstat solùm patiendi rationem, quod ibi vim gerit efficientis, animæ referri oportet acceptum, quia nascitur hoc totum ex varietate partium quarum actus non natura, sed anima ponitur.

[a] Heptapla exp. 4. c. 1.

Dubitationes aliquæ tolluntur è medio quibus decretum de anima cœli potest oppugnari. Cap. XXVIII.

VERVM, quia non parum conducit ad explorandum rectāne definitio sit, aut sententia, nosse; an'ne ex oī difficultate se expedire valeat: age tentemus id nunc, & illa afferamus, quæ defendentibus hoc placitum negocium facessere possent, atq. ea quidem multa, & magna sunt, quæ non iniuria res conturbare debent. Primum quidem, quod vbi adest anima; ibi quoq. est animatum, vbi animatum ibi compositio; siquidem anima sit actus corporis cuiusdā, & ex his verò fit compositum, quod est animans, in cœlo aūt anima; ergo & animans ipsum, atq. compositum. Deinde eòdem reuolueremur: nam si aīa foret virtus mouens, & multò magis, si non separatur eius essentia à corpore; esset non modò corporea sed corpus ipsum: sic igitur aut per tempus infinitum non moueret, aut moueret in instanti. Tertiò si virtus corporea ponatur; erit organica: atquî mens organica non est. Tum etiam quòd tanquam falsam repudiauit Arist. noster Platonis sniam profitentis cœlum ab anima cogente volutari. Postremò quod plus apud me valeat, quòd ipsemet Arist. [b] animā à cœlo separauit. & eo noīe in Platonem inuectus est, quòd animā à magnitudine non secreuisset. Quamobrem non modò præceptoris nostri nos vrget auctoritas, sed rōnes ab illo constructæ dissoluendæ erunt; itaq. periculum imminebit, ne aut iis succumbamus, aut si illarū pondus eleuare contingat; frustra contra Platonem laborauerit Aristoteles. Eius hę sunt rationes. Anima quam Plato posuit, est mens, nec magnitudo igitur. Id verò consequi sic ostendimus: quandò ita se habeat mens, quemadmodum eius functio, quæ est intelligentia, sed hæc potius imitatur numerum, q̄ magnitudinē. ergo & mens continua non est: quamobrem neq. magnitudo. Sic etiam contra positionē nostram valebit illud, quòd intelligentia, & conuersio diuersæ non erunt, aut igitur vniuersus circulus intelligendi munere fungetur, aut eius pars, seu potius punctum. ac si totum intelligere oportet; cùm perpetua conuersio sit, & infinities eadem signa peragret; intelligentia, functioq. ipsius finem non assequetur. oīs autem effectio, siue actio finē quendā habeat necesse est. Præstereà siue totus circulus intelligat seu pars, seu punctum: mens & ea, quę cadunt in mentem, non erunt congruentia; siquidem cùm id quod in mentē cadit; partibile, aut impartibile esse oporteat; certè partibile indiuidua non intelligit, nec indiuiduum ea quæ parteis habent. Quin etiam intelligentia potius quies est, q̄ motus: quapropter motus eius ingenio repugnaret, & esset præter naturā: proinde non facilè foret moueri, sed laboriosum, neq. beatum. Lateret etiam caussa conuersionis; quippe quòd anima non sic moueat, secundùm naturā, sed secundùm accidens; neque hoc corporis ipsius ꝓprium sit, vt animæ afferat motū, quia principium motus est anima potius, quàm corpus. Postremò si reapse idem est corpus cœleste cum anima, aut animato primo, vt dictū est; idemq. diuiditur in partē per se mouentem, & in partem per se motam: ergo hæc duo consequantur oportet primùm, vt corpus naturale diuidatur in vtranq. partem: alterum vt cœlum sit primùm per se mobile, cùm ex efficiente & mobili constet: cur igitur quærere oportuit aliquod primum mouens 8. Phys. cùm

[b] 1. de an. T. 48.

A cùm in eo sint principia sufficientia motus, efficiens. s. & subiectum. Qua ratione igitur aut cœlum animans, aut anima ipsa ponenda est? An, vt ad primùm veniam, sic nobis planè dicendum foret, si anima cœli vniuocè cum hac nostra diceretur; nanq. & esset actus, essentia differens ab eo cuius est, & tum cęlum verè cõpositum haberetur: nunc autẽ anima cœli reapse non distinguitur à cœlo, & de illa actus analogicè prædicatur: hoc est, vt in eo corpore ꝓpter figurã excogitari põt, vnde principium motus. Veruntamen si velis etiã in eo corpore rõnem compositionis, & analogię conseruare; licet dicere sicuti cęlum, cùm sit vnica substantia, dicitur hoc cœlum, atq. itidem cœlum simpliciter, quia nunc cùm sensili quapiã conditione spectatur, aliàs ab oĩ seuocatur auxilio mentis, & duplex in eo corpore rõ perspicitur; sic compositum constituitur. Neq. verò necesse est quòd expectes cõpositionem ex vera materia, & forma, quemadmodũ in animali vniuoco; verùm sat est, si principia motus in eo se habeant, vt organico, & antecedente appetitu animali. Potes etiam cõpositionem secundã in eo spectare, quia mẽs habilitatem à corpore subiecto seiungit, & ex vtrisq. efficit cõpositionem quandam; reuera tamen partes non separant, sicuti olim docuimus, cùm de materiæ facultate disceptaremus. Quantum pertinet ad secundum dictũ est, quemadmodũ ea demõstratio valet solùm in ea quę per se ipsa, primò mouent, nec in mouendo mouentur, atq. ostendemus, & ẽt quædã mouentia quæ aliorum virtute confirmata mouent, in infinitũ mouere queant: itaq. non pertinet ad id mouentiũ genus quod dicitur. Si corpora B sint ea non motura in infinitum; nisi infinita sint, aut si infinita, motũ in non tempore futurum. Quòd item foret organica; negamus id, & quod Alexander olim de humana mente professus est, ad cœlestẽ animã transferre iubeo: fingebat.n.ipse virtutem in corpore, & vt defenderet mentẽ esse actũ corporis organici, eandemq. separatam, organicã statuebat, quia non posset, officia sua præstare, nisi per qualitates sensiles, & præcedente corporis affectione, veruntamen quæ non redundaret in mentem; neq. enim vnà cùm corpore afficiebatur, vt sensus: itaque cùm præcederet affectio quædam, sed ad ipsum proximè non pertineret; ea rõne virtus organica non erat, sed separata. Sume tu nunc animam cęli, cùm sine perturbatione corporis officiũ suum faciat, fore planè non organicam, nec aliter organicam, nisi quòd est caussa motus in corpore cœlesti, quod si non rõne substantiæ, saltẽ figuræ beneficio nihilominus est organicum. eiusdem quoq. figuræ meritò anima hæc residet in prima illa parte quam dexteram cœli dicimus, & inde virtutẽ suam cõmunicat iis partibus quæ ex ipsa sunt aptæ, sicut anima ex corde in quo sedẽ collocauit, animalẽ vim reliquis partibus impertit: ideò forma totius potius q̃ partiũ dici põt, neque.n.per omnes æquè extenditur. Neq. id negauit vnquàm Arist. cœlum esse animatũ, & ita moueri, sed id pernegauit ipsum ab anima cogente volui, & ab eiusmodi principio quod vim afferret: idcirco fallacia latet in argumento à coniunctis ad diuisa. Ad ea verò quæ 1. de Anima C scripta sunt, ita dicamus Arist. eo nõie confutare Platonem (siue illa fuerit sñia Platonis, seu sit erat admonendo pręceptori nos admonere, ne sic rem se habere credamus, quemadmodũ sonant verba Platonis, incertum est) & illud perspicuè reprehendisse, q; mens, hoc est, facultas accipiendi sit magnitudo: eiusq. munus sit conuersio quod est opus corporis. itaq. tanq̃ magnitudo suũ faciat munus: vt siquis magnitudinẽ speculi ab eius lęuore nõ distinguit, & cùm per lęuorem speciẽ totam accipiat, atq. præsentent, & ita totam, vt ex quolibet ipsius puncto referre queat, quod est signũ, id effici non à speculo, quatenus corpus, sed ab eius virtute; dicat speculi magnitudinẽ hoc ipsum præstare, quod tamen non facit, quia si diuideretur, idẽ efficeret, atq. anteà, cùm totum permaneret; proinde vbi perfectius speculũ fuerit, ex quaq. parte totũ refert, quia virtus eius pendet minus ex materia, si minus perfectum, quod totũ facit, pars ipsa nequit, sed totũ totam præsentat imaginẽ, pars verò partem. Cogitemus ergo nos in præsentia cœlũ esse speculum longè perfectius, beatarumq. mentium radios accipere, ac pro specie visili essentias intelligendas, id vniuersum sanè, non qua corpus est, sed qua facultatem habet accipiendi tale lumen efficit; cùm verò sit magnitudo, fungetur aliquo munere quod non pendeat ex magnitudine. Verùm munus quod cœlo demandabat Plato, prorsus ex magnitudine pendebat, propriumq. suum ipsius erat. Hoc placitum ea consequuntur quæ Arist. obiecit. Nam mens continua D non est, cùm concipiat terminos qui sunt indiuidui, sed motus ẽ genere continuorũ est, in quo aut actu termini non sunt, aut si actu adsunt, motus necesse est finiatur. Atque ita valebit alterum illud, quòd finis intelligendo non erit, sicut neq. in mouẽdo. vt.n.in motu semper est aliquid quod fiat, & aliquid factum, sic in intelligendi munus eueniet: atqui mens obiectũ illud immobiliter respicit, vt si ego conuertar ad astrum, & ipsum fortibus oculis spectẽ, vna erit planè functio, eademq. semper finita, quod simul video, & vidi; nec est aliquid quod videã, & aliud quod visurus sim. Ac si corporis officium fuerit intelligere; sequetur, vt aliquando inter intelligens & intelligendum ꝓportio non extet: quandò indiuiduum à magnitudine accipi nequeat, aut ab indiuiduo magnitudo; nanq. indiuiduum est quod sub intelligentiã cadit, & accipitur indiuiduè, sicut imago in speculo, & lumen in pellucido. Et cum ita accipiet, sic intelligentia quies erit potius, q̃ motus; semper.n.erit in termino & ἐν τῷ κεῖσθαι, idest, vt illi dicunt, in facto esse atq. vt ἐνέργεια, non vt motus, quia verò non intelligit, quatenus corpus, quatenus verò corpus mouetur; sic moueri præter naturam foret intelligenti, non aũt corpori: nunc cùm moueatur corpus; intelligat verò per aliam facultatẽ incorpoream; intelligit, & mouetur secundùm naturã sine labore, in summaq. beatitudine perpetuò versatur. Põt item afferri caussa motus cœlestis quæ à Platone non potuit afferri: quippe quòd si ipsa anima erat magnitudo; quatenus anima per se mouebatur: ergo & magnitudo quæ ipso auctore, anima fuerat, per se item mouebatur, quid igitur aliud erat, quod prius se moueret? nihil vtiq., sed apud nos corpus ipsum mouetur per se à fine

qui

qui separatus est, per eã facultatem intelligendi & appetẽdi quam statuimus animã; ea verò metaphoricè tantùm mouetur, quia verò totius forma est; totum verò manet immobile, motu verò per se, & per accidens manet immobilis: mouetur corpus illud quod conuertitur. Ex quib. etiam tollitur vltima dubitatio, siquidem motus hic non sit naturalis simpliciter: non sanè quòd habeat in seipso quippiam quod oppugnet naturã, sed quòd non solùm ex natura moueatur, verùm cum ipsa natura anima concurrat, quæ tamen non nisi habilitate distinguatur à natura, & ita vt animatũ, diuidetur in partem per se mouentẽ, & partem mobilẽ, non vt naturale: neque idcirco habebit in seipso cœlum principia quæ sint idonea facere motum, cùm habeat efficiens, quòd efficiens alterius gratia facit, neque est primùm mouens simpliciter; proinde inutilis non erit speculatio de primo motore quæ traditur 8. Phys. cùm efficiens nõ sit satis, & adhuc prius mouens quærendũ sit: quanq̃ ex ea demõstratione colligitur quod mouet vt finis, sed de hoc ipso mox, cùm respondebitur ad Auerroẽm. Nam reliquum est nunc, vt lustremus eius, aliorumq. rationes. In primis aũt cùm ipse opponit animã dari cœlo, vt per se moueat; hoc non nisi aliqua graui conditione dandum est: nanq. id oĩo inficiandum; si ab ipsa motum proficisci dicat, tanq̃ à motore primo. Sed ita solùm, quia per ipsam cœlum moueatur, & quod ipsa ab alia virtute agitata moueat, vt ante maiore diligentia declaratum est: itaq. non mens illa est quæ per motũ reperta fuit 8. Phys. & iterum 12. Met. Nec quicq̃ de illa, nisi ex hypothesi acceptum puto in methodo naturali, nec proximè ex motu colligi, sed postq̃ reperta fuerit ea mens quæ primò mouet, quod in Physicis abundè peractum puto, & iterũ significata 12. primæ philosophiæ in ea methodo quæ sequit̃ naturalẽ vbi explicatum sit, vt primũ illud mouens efficiat motũ, atq. vt conceptũ & amatũ; exinde colligi arbitror id quod mouetur, cõcipere & amare, & per consecutionẽ animatum esse, cùm illa duo sint animæ ipsius officia. Et tum regrediendo à motore primo ad motũ patefiunt alia principia motus: ibiq. regressus absoluitur quẽ philosophus naturalis ignorans, quemadmodũ id quod est immobile moueat, absoluere non potuit. extulit.n. sese, quantum licuit, & quanuis id totũ præstitisset, quod ab illo fuerat expectandũ; rei sublimitas socium tanti muneris esse voluit: ita.n. mouet per essentiam suam, quæ cùm sit à materia seiuncta; in philosophi naturalis intelligentiam cadere non valebat. Quamobrem id quod per se mouet, mens est quidẽ, quæ in iis methodis ex motu collecta est, non aũt anima; licèt & ipsa ex motu colligatur, sed quia non proximè, vt dictũ est, nulla est argumenti illius efficacitatis. Eadem quoq. via tollitur secundum: neque.n. ipsa est primum illud mouens perpetuum, & à materia separatum, quod proximè ex motu collectũ est, nec est immobile simpliciter, sed alterius ordinis, appetens. s. & mobile, vt phantasia & appetitus, aut potius rõ per quam cœlum mouetur intelligens, & appetens. Ob id duo mouentia non sunt, nec peruertunt numerũ illum mouentium substantiarũ qui ab Arist. positus est 12. primæ philosophiæ: de primis.n. mouentibus verba faciens ibi Arist. ea cum orbibus numerat, & planè rõ hæc numerandi à plerisq. physicis, addo etiam Platonicis approbata. vt falsò Arist. adscriptum putem vnũ esse quod primo voluat oẽ cœlum; singulis autem orbibus singulas animas assignari quæ moueant, sed singulis singula principia mouentia, quæ moueant, vt conceptũ & amatum, & singulas aĩas, quæ cùm substantiæ per se mouentes non sint, cum orbibus ab Arist. numeratæ fuerint. Neq. satis valere videntur ea quæ à Simplicio generatim obiecta sunt. ad id, quòd illa aĩa foret natura. Nanq. vbi accipit animã esse quid natura perfectius; ideò non posse eandem animã simul esse & naturam; ne idem sit seipso perfectius. At ipse certè decipitur; neque.n. absurdum est idẽ ad diuersa varios perfectionis gradus obtinere, velut animal, quod est embryi forma; idem quoq. hoĩs est materia, & quod multò magis est; eadem forma quæ vnà efficiens & finis est, si diuersa respicias, non tamen sequitur, vt seipsa sit imperfectior; aut si hæc secum collata seipsis imperfectiora sunt: absurdũ non erit, idem ꝑpter varias rõnes esse seipso imperfectius: itaq. fallacia sequitur in argumento à secundùm quid ad simpliciter. Neque ab Arist. doctrina abhorret, animã tribus modis esse causã, & inter cęteros, veluti formam, ac si ita est; non'ne erit & ipsa natura? certè: eandẽ igitur animã & naturam esse non est absurdum. Quanuis aũt alia sit animæ & naturæ definitio; non ita secum pugnãt, quin in eodẽ subiecto existant. Quocirca vbi dicitur quorum definitiones eædem non sunt, illa secum differre, ita accipiendum est; ea non esse solùm rõnis eiusdẽ, sed alio quopiã modo conuenire nil vetat. Ex quo item soluimus id quod sequebatur, eandẽ animam, quia foret actus corporis organici, non esse naturam: quandò nil obstat, vt actus etiã corporis organici sit forma & natura. Quod autem ad extremum addebatur, naturã esse semper cum materia, damus hoc libentissimè; etenim aut est forma, aut materia quę vel est potestas oĩa respiciens, vel locũ duntaxat. quam item in infinitum moueri, atq. ab alio motã in infinitum mouere; non est absurdũ. absonum verò foret, si primùm per se mouens esset, nec ab alio moueretur in infinitũ mouere, aut in non tempore saltem, si virtus corporea poneretur. Et eæ rõnes, quibus idem esse probatur animã cœli, & formam atq. intelligentiam, facilè diluuntur. Etenim primùm constat non verè assumptum fuisse facultatẽ intelligentem in cœlo idẽ esse, atq. intelligentiã quæ sit substantia per seipsam. Pręterea, quod attinet ad secundum, illud in coniuncto argumenti diuisiui omissum, quòd cœlum sit actu substantia per seipsum; quod cùm sit, nullius indiget formæ, vt existat. Et illud falsò acceptum, quòd intelligentia sit principium internum motus ipsi cœlo. Nanq. esto, vt ita sit, quantum spectat ad motum & officium: tamen non id sufficit ad cõstituendum illud principium quod dicitur verè natura; propterea quòd etiã debeat esse pars essentiæ, vt per illud existat habens naturã, quod sanè denegamus intelligentiæ; cùm fiat ex ipsa & orbe vnum per se mobile simpliciter, nõ aũt vnum per se ens: est.n. cœlum per se ipsum in actu sine auxilio formę cuiuspiã.

Cùm

A Cùm igitur cœlum sit substantia per se, cùm item sit ens absolutum intelligentia, neq. pendeat ex corpore, quod pertinet ad id quòd sit; liquidò apparet ex mente & orbe, non fieri vnum per se, sed vnum per se mobile duntaxat, & hæc fuit quoq. sñia maximi interpretis Auerrois; ita vt mihi non satis mirari liceat, quãtum ij decepti sint qui illius auctoritatẽ sequi profiteantur in eo, quòd ex mente & orbe fiat vnum per se magis, quàm ex materia & forma; cùm eius hæc verba sint: adunatum ex intelligentia & orbe vnum esse, sed secundùm dispositionem magis diminutã quàm sit adunatio recipientis, & recepti in forma non abstracta, vel ex cõposito ex materia & forma, & caussa istius adunationis inter istam formã & suam materiã est, quia non cohæret suæ materiæ mediantibus dimensionibus, sicut formę generabiles & corruptibiles; quapropter natura hæc caret potentia. Nanque ex his planè liquet, quòd minor sit coniunctio mentis & orbis, q̃ reliquorum; & caussa euidens est: quippe quòd vbi coniunctio futura sit, ibi oporteat esse rõnem potestatis & actus: atqui vtraq. actu sunt. mens nostra est in potentia, & materia nostràs, multoq. magis materia quàm mens, quòd ibi sit potentia tantùm ad formas intelligendas interuentu notionum, quæ ἐπικτήτος, idest accessoriè, licèt indiuiduè sunt in anima, sed materia suscipit ex toto formã, & per omneis parteis suarum dimensionum: itaq. extra cœlum ponuntur mentes illæ beatissimæ, ac si in cœlo esse dicantur; habetur officij virtutisq. ratio, non autem quòd sint aliqua pars illius diuinissimi corporis. Illud porrò vanum, quòd omnis motus ab alio sit violens.

B

Quæritur quod'nam genus animæ sit quod cœlo assignatur, Cap. XXIX.

SEQVITVR vt explicemus nunc, quod'nam genus animæ sit quod cœlo tribuimus: de quo sanè multa à Platonicis disputata fuisse comperimus. Nam cùm tres animæ partes, seu facultates existant; alens, sentiens, & intelligens: è quónam ordine faciemus hanc cęlestem? video à quibusdam cœlo nutrientem facultatem attributam, sed de his anteà satis. De sentiente Platonici multa. Videtur autem hæc antiqua Poëtarum extitisse sententia: nanq. & illud cecinit diuinus Homerus,

Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

& Theologi præclarissimè.

Νοῦς δέ οἱ ἀψευδὴς βασιλήιος ἄφθιτος αἰθήρ,
ᾯ δὴ πάντα κλύει καὶ φράζεται, οὐδέ τις ἐστὶν
Αὐδὴ οὔτ' ἐνοπή, οὐδ' αὖ κτύπος, οὐδὲ μὲν ὄσσα
Ἣ λήθει Διὸς οὖας. & reliqua, etiam coętanei nostri eo vsq. insaniæ prouecti sunt, vt crediderint animam sentientem ita largiri essentiã cœlo, quemadmodum nostra constituit animal.

C Mouit ad id opinandũ nostros philosophos ea rõ; quoniã multa singularia quotidie fiunt in cęlis quæ cùm animalia nostratia fugiant, nisi vis cognoscens ibi adesset, frustra cognosci possent. Deinde quia prouidentia requirit cognitionẽ rerum gerendarum. hę verò sunt singulares & sensiles: at sensus non pertinet ad illud substantiæ genus quod mentẽ esse ponimus; necesse est igitur, vt in cœlo ipso sit ea facultas quæ singularia cognoscat; hæc aũt sentiens appellatur; singulare.n. quatenus hũi, nullam aliam facultatẽ pulsat, quàm sentientem: nam mentes illas beatissimas eo cognitionis genere vacare cõmunis est opinio philosophantium, ne vilescant, siquid humilius contemplentur. Deinde nomen animalis saltem analogicè conuenit cœlo, sed animal est per sensum: ergo & cœlum. id aũt ex eo consequitur, quia nisi per sentientẽ animal esset; nõ analogicè animal, sed ambiguè foret. Quartò id in cęteris planè obseruatur, vbi potestas superior, atq. perfectior adest; ibi item requiri imperfectiorem. Si igitur in cœlo mens est, & sensus igitur, sed tamen hoc bonum ab ipsis accepimus in cœlo non esse oculos, aut nares, sed potestatem sentiendi quæ internæ similis sit cuius etiã beneficio relationes noscimus, & substantias singulares. At certè ex Arist. non occurrit locus in quo cõmemorata sit, aut etiã indicata talis facultas in eo corpore: quinimmo hæc ex ipsius dictis colligi videntur, in eo mentem solam esse, cùm 12. Met. intelligere & appetere ipsi attributum est. Neque rationes, quæ contrà opponuntur, vllum robur præseferunt: nam quod pertinet ad multos motus, astrorum auxilio, si nunc ignorantur, à nobis

D stante mundi æternitate posteà cognoscẽtur. Deinde cùm ipsi singulares sint, quid absurdi consequetur, si potentiã frustrari dicamus? Quod item petitur ab ingenio prouidentiæ fallax est, & cùm aliàs dixérimus eã esse rectam dispensationẽ rerum ex præscripto mentis oĩa gubernantis, & ad finẽ suum dirigentis sine vlla cognitione rerum gerandarum; orationis falsitas per seipsam perspicua sit. In animalis aũt nomine dicimus analogiam seruari posse, præsertim si ζῶον, vt Plato volebat, oẽ viuens generatim cõprehendat, sed & animali propriè sumpto nil prohibet, quominus à vita analogia ducatur, & ab interno principio motus, quia non tantùm animal sensu consistit, sed motu. Quod aũt opponitur: facultati superiori inferiorẽ supponi: vnde etiam statuebat Arist. in cœlo inesse reliquas differentias posituræ, quòd ibi dextrũ foret & sinistrum, quæ differentiæ pręstantiores essent. Respondeo facultati superiori, inferiorẽ supponi quidẽ, sed non in eodem subiecto necessariò; verùm sat esse, si ea in eorum quę sunt, ambitu contineantur: signo illud est; quoniam vis intelligendi ab vnoquoq. ponitur in cœlo, & aduersarij vim sentiendi concedunt; attamen alentẽ negant: ita parum firmamenti, parumq. virium falsitas habet, & generatim facultas inferior non requiritur, nisi sine illa superior existere nequeat, sed hîc alens facultas, & cœlestis natura secum certant. Vereor etiam, ne sentiens ipsa repugnet: quandò tactus ob eã ipsam caussã necessariò desiderabit: at hic pertinet ad tactiles qualitates quæ vim habent afficiendi, à quibus tamen longè distat natura cœlestis. Accedit eòdem, quòd si experientia cõsulatur,

quæ magistra philosophię naturalis est: sentiens nulla sine corporis societate suo munere fungi potest: nã corporea functio à conditione sensilis rei proficiscitur, quæ παθητικῶς immutat subiectum. Vides E enim in mente nostra intelligentiã sine corporis interuentu absolui, vbi formæ ope alterius mentis, q̃ agentẽ vocamus, à materiæ ꝓprietatibus secretæ sint. cùm.n. reipsa sint in materia, παθητικῶς, & ὑλικῶς etiã afficiunt, atq. id pernecessariò: proptereà tot apprehensionũ gradus requiruntur, & externi sensus primùm, deinde phantasiæ, postremò mentis ipsius quæ primùm confusè cognoscit, mox facta resolutione rerũ essentias attingit. Itaq. cęlestis substantiæ naturã sola mentis facultate contentam esse dicemus. Quoniã verò mentis officia tria sunt, apprehensio simpliciũ, atq. hæc quidẽ, vel confusa & inchoata, vel etiã distincta, & absoluta, cõpositio, ac diuisio, tum demũ ratiocinatio, cùm cõpositio, & diuisio, atq. etiã ratiocinatio non nisi per phantasiã exerceantur: sunt.n. de formis sensilibus, & de iis quorũ simulachra tanquam in globo quodã, menti offeruntur. ab eo verò corpore facultas oĩs sentiens amota sit: illas etiã functiones eiiciemus quæ pendent ab ea facultate. rudẽ etiam, & imperfectã illã apprehensionẽ simplicium repudiabimus; quandoquidẽ à natura sensilium formarũ quę simul in officio sunt, pluresq. facultates vnà pellunt, ortũ ducat ea cognitio. reliquum est igitur, vt in simpliciũ notitia versetur, eaq. distincta, & perfecta: ita vt quemadmodum formæ pulsant mentẽ nostram, vbi ab oĩ sensilis rei simulachro segregatæ sunt; ita cœlesti illi facultati sese offerant, sed id quod in nobis mens actuosa præstabat, quæ simulachra illustrabat, & segregabat ab indiuidui conditionibus in cœlo F ea substantia quæ sub intelligentiã cadit, sine vllo talis facultatis interuentu per se efficiat: quandò nec organica facultas illa est quam in cœlo collocamus, nec aliis formis inuoluta substantia illa quæ intelligenda est. Itaq. nec partim nota nob. neque partim ignota, quare neq. item rationi, neque compositioni subiicitur: proinde vna apprehensio simplex, inuariabilis, & æterna. sic etiam appetitus vnus, & immutabilis, ac functio, quæ motus est, vna eademq. vniformis atq. perpetua. Nunc seorsum esset docendum, quemadmodum anima hæc sit initium motus, sed etiam valeat ad id peragendum nosse quo pacto motor primus efficiat motum, caput hoc persequi mox instituimus.

Qua nam ratione moueat motor primus, & in eam partem differitur, quòd moueat vt efficiens. Cap. XXX.

MAGNI verò momenti est in Aristotelica methodo ad conuersionis initia constabilienda nosse id, vt motor primus auctor rerũ sit, & vtrum'ne ab ipso cum motiones, tum itẽ ea quæ sunt extra ipsum, tanq̃ ab efficiente nascantur, & quemadmodum illa bruta, & oĩ specie carens materię moles se oĩum formis accipiendis facilẽ præbet, sic in illa pulcherrima, & excellentissima forma supremi con G silij cunctæ formæ mortales vi & efficientia rerum oĩum præpotenti contineantur, atq. ab eius incredibili bonitate permanent vniuersa, quæcunq. hoc amplissimo cœli ambitu cohibentur, an alius quidã sit modus quo natura quæ non sapit, ad gignendũ tamen progrediatur rõne & via; tantoq. ordine, tamq. singulari artificio hæc admirabilia præstantissimaq. opera conficiat, præsertim quòd hũi lis in vtranq. partem à Gręcis oĩ studio tractata est, existimante Alexandro Peripateticè defendendum (nullo.n. alio modo nos hoc loco id perquiri volumus Deum oĩum creatorem confitentes) primum motorẽ esse oĩum finem; nequaq̃ verò efficientem caussam. Simplicio contrà sentiente, & præter auctoritates insignium philosophorũ quas in medio ipse afferebat, etiam cõplura Arist. loca citãte quib. persuaderet eam fuisse præceptoris nostri sententiam. Nam legimus apud Arist. [a] Deum & naturã nihil efficere frustra, atq. in cœlo tria poni principia, [b] materiã, formam, & efficiens. At verò cùm præsens quæstio multa capita cõpiectatur; constituere præstat quid in ea potissimũ quæri velimus. Quæritur aũt illud primùm, placuerit'ne Arist. Deum; cùm verò Deus cœlum ipsum ab Aristotele, & Platone cõcorditer appellatum sit; nunc accipimus eum, qui verè primus motor est, quem.s. auxilio motus à Licęo repertum fuisse credimus, de cœlo non dubitantes, quin efficiens caussa sit, vel proximè, vel remotè eorum quę assiduè gignuntur, & intereunt, aliisue motibus afficiũtur, qui vim habeant corrũpendi, H placuerit'ne, inquam, Arist. Deum, hoc est, primùm mouens esse causã eorum quæ sunt, in genere efficientis, an finis solùm. Porrò fini, atq. efficienti hoc interest, quòd si caussarum seriem respicias, efficiens perpetuò gratia finis operatur, si progressionẽ aduertas operum ipsorum, efficiens proximè rem de potestate traducit ad actũ; finis verò non sine efficiente. Finis mouet metaphoricè, efficiens affert mutationẽ, quæ vim habeat corrũpendi vel terminos, vel subiectum. Ex efficiente & mobili nunquam fit vnum per se; ex fine verò, & mobili, siue subiecto fit vnum, vel per similitudinem, sicut in iis inter quæ intercedit rõ exemplaris & exẽpli, vel per speciẽ, & intentionem, velut in mente nostra vel per essentiam, vt de mentibus inferiorib. & cœlo dictum est aliquando, vel reipsa & per participationem sicut euenit in formas naturaleis, & materiatas. Cùm igitur nemo in dubium reuocet, Deum mouere absolutè, vt finem; illud dubitatur præter id, quòd operẽ vt finis; operetur'ne etiã quatenus efficiens. Cùm verò efficiens quod Græci vocant ποιητικόν, quandoq. ꝓpriè, nonnunq̃ cõmunius accipiatur, & interdum metaphoricè, ac ꝓpriè quidẽ efficere sit è potestate quali facere actu quale per alterationem: cõmunius aũt è quacunq. potestate deducere ad actum, siue id sit substantia, seu quantum, siue alia quæcunq. categoria. Et metaphoricè caussa efficiens nuncupari valeat, quatenus ab illa effectus quomodocunq. deriuetur: cùm nõmodò materiæ facere, & ποιεῖν ab Arist. [c] tributum esse videamus, vt aëri qui est materia soni, facere sonũ; verùm etiam priuationi, [d] cum è principiis vnum pati docuit,

duo

[a] 1. de cœl.
[b] 2. de ort.
[c] 2. de An. c. de sono.
[d] 1. Phys.

A duo verè agere: hac item appellatione primùm motorem non excludendum putamus. Quamobrem
non id ꝓponimus, sit ne efficiens ex hoc genere; ab ipso.n.manifestè pendent cęlum & vniuersa natu-
ra: neq. etiã, sit ne alterans solùm, quòd facilè nob. concedetur alterans primùm esse cœlum, atq. alte-
rans primùm mouẽs nõ esse simpliciter; quandò etiã alij motus alterationi præcedant. Verùm id que-
rimus, sit ne cõmunius efficiens quod generatim ab Arist. descriptum est, à quo, & vnde principium
motus, quod.s.ex eo quod potestate sit, aliquid, promoueat ad actũ proximè, neq. id ex oĩ potestate,
sed ex ea quæ reponitur in duobus prędicamentis, substantia & vbi: nam reliqua velut accessoria repu-
tantur, & horũ conditiones consequuntur. Quapropter id est caput nostræ disputationis; efficiat ne
motor primus motũ, atq. substantiã, & illud quidem per se. Quia verò ex Deo quoq. pendent alia in
eo, quòd sunt, & à philosophis item id quæsitum est, vtrum'ne etiam sic à Deo, tanq̃ efficiente caussa
pendeant, an vt ex fine, & id à nobis sedulò tractandum: in primis aũt ꝓponemus, efficiat'ne Deus ve-
rè motum, hoc est, Vtrùm præter id, quòd sit finis, quod dicitur esse caussã æternorum, in eo ponat effi
cientiam ꝓpriè, quod Platonicos statuisse cõperio; an'ne sit eius tantummodò finis. Negauit hoc in
Arist. sñia sapientissimus Alexander, idq. constituit, Deum quicquid efficeret, id pręstare, tanq̃ finem.
Efficere ipsum putauit Simplicius, & pręter ea quę illo auctore suprà recensuimus, accedunt etiã rõnes
quib. aliqui probare nituntur, Deum efficere motũ cœlestem quas hîc nos adscribemus, iis omissis quæ
B Toletus vir celeberrimus (honoris autẽ caussa nomino) è libris primæ philosophiæ collegit: siquidẽ
nil vetet, quominus eadem attributa sint illius caussæ quæ operatur, vt finis. Primùm quidem quòd ibi
verum est efficiens, vbi potestas est ad repugnantia: at eiusmodi potestas est in corpore cœlesti, nempè
ad vbi: adest igitur ibi verè efficiens, quod ad actu vbi cœlũ perducat: hoc verò est primùm mouens.
Deus item summa bonitas est; eius verò essentia posita est in eo, vt cõmunicetur, veluti calor ab igni;
cõmunicatur autem per motum: quare sicut ignis cõmunicat suum calorem, & idẽ efficit alterationẽ,
dum incutit formã iis quæ valida fieri possunt: ita quoq. Deus efficit bonitatem in rebus natura con-
stantibus, & vt illã efficiat, necessariò mouet; itaq. operatur vt efficiens. Præterea quæcunq. sunt extra
materiam mouent vt finis, & efficiens vnà, sicut forma balnei, mouet vt finis, & vt efficiens seorsum.
Sed primus motor est quid à materia separatum: ergo dupliceis agit parteis in mouẽdo, finis.s.& effi-
cientis. Insuper finis necessariò significat agens. Sed huius motus finis quidam est, & efficiens igitur:
hoc verò nil aliud esse potest, nisi Deus. Rursus id nobis vtriusq. caussæ definitio monstrat: nam finis
est cuius gratia mouetur aliquid: efficiens aũt, à quo mouetur. Cęterùm conuersio cęli non ipsius Dei
gratia solùm fit, sed à Deo quoque. Non igitur mouet Deus, vt finis solùm, sed vt efficiens. Erant.n.
" hæc Arist. ipsius verba. [a] Quoniam autem quod 8.Phys.mouetur necesse est ab aliquo moueri, & pri- [a] 8. Phys.
C mùm mouens immobile esse per se, & æternũ motum ab æterno moueri necesse est, & vnum ab vno.
Ab ipso igitur moueri cœlum dicit Arist. quod est primum mouens & Deus. Amplius cùm accepisset
Philosophus esse nonnulla mouentia quę mouentur à seipsis, quædam verò quæ mouẽt alia deinceps;
ostendit ad alterũ eorum esse perueniendum, aut ad mouens oĩno immobile, aut ad id quod seipsum
agat, quod ex duobus initiis constitutum esse monet, alterum quidem quod per se moueatur, atq. alte-
rum quod per se moueat; idq. oĩbus modis immobile, & postq̃ primum oĩum mouens immobile esse
docuisset, ita ratiocinatur, vt aiunt. Si dum efficit motum vna quoq. moueretur, aut id per se foret, aut
ex euento: neutrum verò esse hæc mõstrant. Nam si per se moueretur, ad idem actu potestateq. foret:
si fortuitò, motus igitur æternus non esset. At in hoc argumento quis neget accipi motorem primùm
esse caussã quæ verè efficiat motũ cœlestem? Accedit eòdem, quòd illa demonstratio qua colligitur
primùm mouens esse liberũ à materia; nil haberet virium, nisi statueretur primum mouens efficiens.
ita.n.colligitur: Motus æternus est: itaque motor est à materia separatus. Dicas ergo tu, motorem esse
finẽ solùm: at sic poterat argumentari Arist. à perpetuitate cęterarum mutationum, quando ipse om
nium æquè finis est. Præterea concludit Arist. Deum non esse motorem in magnitudine, quia motus
in non tempore posset absolui: atqui nil esset in ea demonstratione firmamenti, nisi Deus moueret vt
D efficiens: nam si foret virtus in magnitudine, moueret vt efficiens: ergo item mouebit consimiliter, si
fuerit extra magnitudinem: aliter in eadem rõne fieret transitus ab vno caussæ genere ad aliud, quod
absurdũ reputare oportet. Adde his, Aristotelem distribuere mouẽtia in ea quæ physica vocat, ea verò
inter mouendũ mouent, & mouentia physicè quæ mouent quidẽ pro mobilis ipsius natura; dum mo
uent aũt, manent immobilia. Sed probabile est eodem modo quo physicum mouens accipitur, accipi
etiam id quod mouet naturaliter: at physicum mouens est ex ordine efficientium caussarum. Quin- [b] 12 Met.
etiam videtur idem Arist. [b] significare nobis primam substantiã efficere motum, ne sit otiosa: efficiens Tx. 44. 48.
igitur. Necnon in quoq. genere caussæ deniq. veniendum est ad vnũ primum: quare etiam id in effi-
cientis caussæ genere expectandum est: aliam verò q̃ Deum putare non licet: quid.n.aliud afferri põt
cui primi efficientis rõ conueniat? Sed & Arist. ipse laudat [c] Anaxagoram qui induxerit mentem quę [c] 1. Met. c. 4.
sit principium, vnde motus. Propterea concludemus Deum nonmodò vt finem; verùm etiam vt effi-
ciens motum cœlestem producere. Mitto nunc Alexandri [d] inconstantiã qui sæpissimè pronunciarit [d] 7. Met.
Deum esse caussam efficientem nonmodò ipsius vbi, sed generatim omnium formarum. Hæc prope- T. ... 46.
modum ab aliis in medio posita fuisse nouimus ad hanc partem problematis confirmandam, nunc au 8. Met.
diamus ea quibus pro altera parte confligimus. T. 1. c. vlt.

Ostenditur Deum ex Aristotelis sententia mouere solùm vt finem. *Cap. XXXI.*

E

EX altera parte si inspiciantur acutius attributa cum efficientis caussæ, tum Dei, facilè intelligemus essentiam diuinã, & efficientis ingenium miris modis secum pugnare: optimè.n.se habet Deus; efficiens aũt non optimè. Efficiens in mouendo mouetur: at Deus manet oĩno immobilis. Efficiens est corporeũ, & diuiduum per se: Deus prorsus indiuiduus. Efficientis verò illas esse conditiones sine vllo negocio colligetur ex Aristotele. Etenim, vt à postrema exordiar, me mouet rõ quędam qua exagitat illos Arist. [a] qui ponerent polos immobiles quãdã substantias quæ voluerent cœlum: neque.n. inquit, poli vi mouendi præditi sunt, quia sunt indiuidui. Nam quanuis aliquis potest contrahere ea verba ad indiuidua de prædicamento quanti, at mihi rõ illa superuacanea videretur *cùm sint indiuidui* cùm satis essent ea quæ sequuntur, nihil.f. eorum esse substantiam & quæ subiiciuntur ibi contracta postea ab Arist. ad naturam polorũ: itaq. generatim mihi videtur ea rõ sumenda, poli non mouent cùm sint indiuidui. Confice igitur sic rationem. Indiuiduum, non efficit motum: poli sunt indiuidui: non igitur efficiunt motum. Si igitur, inquam, indiuiduum non efficit motũ: ergo quod efficit motum, indiuiduum sit necesse est. Quod verò in hac rõne contineatur efficiens; ex eo liquet, ꝙ si cõplecteretur oẽ mouentium genus; certè Deus non posset mouere cœlum: iam.n.constitit Deum esse virtutem extra magnitudinem ex eo, ꝙ æterno tempore mouet. Quapropter ita rem peragere licebit. Fini non repugnat mouere, vt indiuiduum. illi repugnat mouere vt indiuiduum: non igitur mouet vt finis: itaq. vt efficiens. Etenim duo sunt genera mouentium, & nemo inficiatur Deum mouere vt finem: illud dubitatur; moueat'ne vt efficiens. Si igitur efficiens corporeum, iam liquet ipsum esse mobile, neq. solùm mouere naturaliter, sed etiam esse naturale, & si tale fuerit, quale nos anteà significauimus, in mouendo prorsus moueri. Huc quoque pertinent ea quę de mouendi rõne dicta sunt: ita enim mouet efficiens, vt alterius gratia moueat per appetitum, sed Arist. [b] ex his principiis motum constare concludi, eo quod mouet in motum, eo quod mouet & mouetur, & eo quod mouetur tantùm; in illis autem quæ mouent & mouentur, appetitum numerat & appetens. ita enim vertere oportet τὸ ὀρεκτικὸν, non appetibile, vt mendosè in Theodori codicem irrepsit. Idem quoq. adhuc explicans quemadmodũ moueat finis, & quid illud sit quod ab eo mouetur, ita dicit. [c] Quòd verò cuius gratia sit in immobilibus ipsa diuisio declarat: est.n.id cuius gratia alicui eorum quorũ hoc quidem est, hoc verò non est: id verò mobile esse cętera significant quæ sequuntur. Ex his etiam perspicitur, quemadmodũ efficiens non optimè se habeat: siquidem alterius gratia faciat, quicquid facit. Nec, si id quod optimè se habet, nullius indiget actionis; est dubitandum, quin id quod actionis indiget; non optimè se habeat. At verò efficiens eget actionis: etenim in hoc posita est natura efficientis, vt sit alterius gratia; nec illud sine actione consequi possit. Præterea efficiens actionem, effectionemúe respicit, [d] atqui actio, vel affectio quælibet est alterius gratia: fine illo igitur frustrà existat: itaq. ex sua ipsius natura bonũ non est, cùm pendeat ex alio. Ex altera parte quis neget D.O.M. optimè se habere, & ex eo aptũ esse oẽ rerum genus? Admiratur profectò Arist. [e] eos philosophos qui bonum in principio non ita ponunt, vt eius essentiã, quod tamen in se satis habet præsidij, seq. ipso contentum est. fortè melius id ex Græco percipies. ϑαυμαςὸν δ' εἰ τῷ πρώτῳ καὶ ἀϊδίῳ καὶ αὐταρκεςάτῳ τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον, οὐχ ὡς ἀγαθὸν ὑπάρχει τὸ αὔταρκες, καὶ ἡ σωτηρία. ἀλλὰ μὴν οὐ δι' ἄλλο τι ἄφθαρτον, ἢ διότι εὖ ἔχει, οὐδ' αὔταρκες ὥστε τὸ μὲν φάναι τὴν ἀρχὴν τοιαύτην εἶναι εὔλογον ἀληθὲς εἶναι. τὸ μέντοι ταύτην εἶναι τὸ ἓν ἢ μὴ τοῦτο στοιχεῖόν τε καὶ στοιχεῖον εἶναι ἀριθμῶν ἀδυνάτον. i. Mirum est autẽ, si ei quod primũ & æternũ est, seq. ipso contentum, hoc ipsum primũ, non vt bonum insit, seipso contentũ, & salus. Atqui non ob aliud quicq̃ interitus expers, q̃ quòd bene se habet, neq. (ob aliud.f.) seipso contentum. Quamobrẽ asserere tale esse principiũ probabile est esse verum, hoc verò esse vnũ, aut si non vnum, vt vnum quidẽ sit velut elementum, & elementũ numerorum fieri nequit. Et hæc essentia Dei publicè habebatur, vt etiam Zeno ex hoc vno, quòd Deus oĩum foret optimus, & præstantissimus; vnum esse concluderet. Dixerat item multò prius Arist. [f] extra superiorem lationem esse entia quædam quæ nulla vnquam mutatio posset attingere, optimam ducentia vitam, & seipsa maximè contentam. F G H

Omnis enim per se diuûm natura necesse est
Immortali æuo summa cum pace fruatur
Semota à nostris rebus seiunctaq. longè.
Nam priuata dolore omni, priuata periclis
Ipsa suis pollens opibus nil indiga nostri,
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.

Hæc si componas, vtiq. effeceris Deum non posse mouere vt efficiens. Sed & hîc audi etiam eloquentem Arist. ea quæ sic se habent, mouere vt finem: eius ego verba recitabo. [g] Quo nanque modo fieri pót, vt in immobili sit principium motus (apertè verò loquitur de efficiente) aut boni natura? siquidem oẽ, quodcunq. per se & ꝑpter suã ipsius naturam (καθ' αὑτὸ, καὶ διὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν) bonum sit; finis est, & ita caussa; quoniam illius gratia & cętera fiunt, & sunt: finis aũt, & cuius caussa actionis cuiusdã finis est, actiones verò cum motu omnes. Eadem quoq. eiusdem auctoris expressa sententia fuit in physicis, vt nihil apertius. Ei autẽ, inquit, [h] quod quamoptimè se habet; nihil actione est opus: est.n.ipsum id, cuius gratia. Quapropter si Deus suapte natura bonus: efficiens bonum ꝑpter aliud: ergo Deus nullo pacto efficiens habendus erit, sed cùm suapte vi sit pulcher & expetendus; excitabit

ipse

[a] Lib. de mot.an.
[b] Lib. de mot.anim. c.3.
[c] 12.Met. T.37.
[d] 3 de An. T.?
[e] 14.Met. c.6.
[f] 1.de cęl. T.100.
[g] 3.Met. sum.1.c.1.
[h] 2.de cęl. T.63.

ipse reliqua ad suiipsius adeptionem: proinde sic sine vlla cura mentis, corporisue labore mouebit: aliorum labor erit, & cura. Illud item constat apud Arist. [a] principatus in ciuitatibus & regna ad finem referri. Deus autem princeps est, vnus & solus princeps oĩum principum: itaq. mouebit vt finis; nec aliter mouere poterit, nisi quid de sua præstantia deteratur, vt mox ostendam: nanq. agere cogeretur ꝓpter aliquid seipso nobilius. Et vniuersa illa planè quæ 12. Met. allata sunt ab Aristotele, nihil aliud nos docent, q̃ quòd moueat vt finis. quod item cùm præclarissimi philosophi perspicerent, aĩas in cœlis collocarunt quę tanq̃ efficientes caussæ cœlos agerent. Huc accedit, ꝙ si stellæ mouere ponunt vt fines, [b] quia manent, opinor, immobiles; multò magis hoc essentiæ diuinæ conueniet: etenim immobileis posuit stellas Aristoteles, tametsi nonnulli Astronomi eas in suo circulo conuerti putarunt; quicquid de hac re dixerit cõtra Philoponum Simplicius: nanq. oppositum docuit Proclus [c] & ij qui defendunt epicyclos, vt saluent illud phænomenon, quòd Luna semper faciem suã ad nos conuertere videatur; eam volunt contra motũ epicycli pari tẽporis spatio, & certa quadã ꝓportione in suo ipsius ambitu volui. Neq. verò nos eò referre oportet eandẽ esse substantiã quæ vtroq. munere fungatur, & efficientis, & finis; ac sola rõne distingui, quemadmodũ euenit in formis naturalibus. eadem.n.forma reipsa est quæ simul est efficiens, & finis; alia tamen vtriusq. ratio; in qua item re non repugnat formã suiipsius gratia quicq̃ agere, & seipsam expetere: ita igitur in deo duplex inerit rõ, prima quidem qua oĩbus expetendus est; altera verò qua proximus auctor est motus seipsum expetens, & cum cœlo coniunctus item cœlo tribuens intelligendi & appetendi; cęlum verò per se nil aliud obtinuisse dicemus, q̃ appetitum naturalẽ ad eum motũ, non secus àc terram ad descensum: Deus autem ipse quasi perfectionis suæ desiderio captus mouebit cœlum, atq. ita sibiipsi primus finis existet, per cœlestẽ verò motũ seipsum assequetur; cęlo verò finis erit quidã remotior; efficiens aũt proximum, quia motus ab eo proximè fiat. Itaque ob eam rõnem qua finis est, optimè se habebit, nec vllius opis indigebit, aut ipso quicq̃ erit præstantius. Neq. hic agendi modus afferet imperfectionem, quandò suiipsius gratia solùm agat: imperfectionem certè significaret, si licet hæc alterius gratia faceret. Hic est quòd vehementer insistàmus, cùm ex his quę dicta sunt, pendeant vniuersa propemodũ quę de prima caussa motus à philosophis decernuntur. Ideò cùm primis ostendere conabor talẽ non fuisse sententiã Arist. in prima philosophia, cùm de rõne explicatur qua Deus mouet; deinde nec ita Deum mouere naturæ rerũ satis esse consentaneum: euertit.n.hæc interpretatio multas eius libri sententias: nã loquens inferius Arist. de eo quod primò mouetur à motore primo, inquit id alio, & alio pacto se habere, vbi expresè disputat de eo quod in orbẽ mouetur: illud.n.est quod mouetur motu primò, quæ est ipsa conuersio; hoc verò est sine controuersia cęlum: proinde hoc ipsũ est quod intelligit & amat: etenim motus ille existit, ꝙ mouens ametur & intelligatur: ergo mobile amat & intelligit. Sed primùm mobile est cęlum. Et cœlum igitur est, quod amat & intelligit, atque ita mouetur. Præterea frustraretur Arist. fine suo: nanq. instituerat docere qua rõne primum mouens ita moueret cœlos, vt in mouendo nõ moueretur: at nos, si hæc interpretatio staret, audiremus oppositum, qua nempe rõne moueretur, & quòd item, si moueret vt efficiens, cùm hoc vt moueat, necesse sit etiã moueat, ab Arist. disceremus, non sanè, quòd immobile permaneret, sed quòd ita moueret, quoniã moueretur. Huc adde ꝙ quæstio ab Arist. ꝓposita neutiq̃ absolueretur: illud.n.quærebatur qua rõne Deus moueret: id ab Arist. accepimus eũ mouere vt finẽ: efficiens nunc requiritur, vbi de efficiente quicq̃ legimus in eo loco? Ex his fortè se expedire studebunt asserentes Arist. de primo motu verba facere, est verò conuersio quæ quidẽ cęli ꝓpria ponitur: attamen eius est cœli quod iã factum est vnum ex corpore ipso, & motore primo: quapropter de hoc solo motu qui iã corporis ipsius est, verba facere Aristotelem; ab eo verò maximè abhorrere primum mouens. Nec de efficiente mentionem ibi fieri, quòd satis hoc peractum fuisset 8. Phys. At quantum est de primo; negare posse non videntur, quin appetitus & cognitio primi mouẽtis ipsius ꝓpria sit: est.n.eius accipiendi facultas incorporea, non igitur ꝓpria corporis, nisi nobiscum sentire velint: ergo suiipsius appetitu ducitur. Cęterùm id gratis datur. Verùm esto sic Deus vt efficiens, & suiipsius appetitu ducatur, & ipse certè mouebitur: non igitur oĩno immobilis. Dant ipsum moueri motu quodã metaphorico, neq. volunt id eius conditioni repugnare: nam, nisi ita moueatur: neque appetet igitur. est.n.appetitus ex ordine illorũ entium quæ in mouendo mouentur. De hoc nunc agamus. Equidem nescio videre, quemadmodũ appetitus in Deo reperiri possit; cùm rei nullius indigus sit: appetitus aũt ab indigentia & priuatione nascatur. Præterea id appeteret quod semper haberet, nẽpe seipsum, & forma formã cuperet, quod his etiã formis ab Aristotele negatum fuisse nouimus. [d] Nanq. etsi forma, efficiens, & finis in natura conueniunt quorũ hoc haberi possit vt expetendũ, illud vt expetens; at numero separata sunt, [e] vt illud planè sit id quod appetit, ab eo quod appetitur. Quin etiã Deus aut explet animũ suum mouendo per se, vt sibi satisfaciat, aut ꝓpter cœlum ipsũ, ne desidia capiatur, & otio marcescat. posterius hoc dari non conuenit: sic.n.eius vita ad alterũ foret, atque ita seruilis, & infima: sin, quia beneficiũ inde accipiant alia, & quòd sine ipso sibi non bene sit; iam id nõ affert necessitatẽ mouendi, vt efficiens quandò etiam sic põt mouere, vt finis, & id fuit adscriptum ab Arist. facilè cognosci poterit: etenim entia nolunt malè disponi & gubernari: vnus ergo princeps. atqui princeps habet rationẽ finis. itaq. quòd moueatur cœlum à Deo vt sibi ipsi sit bene, & refertur ad finẽ, quod nos defendere volumus. Quòd si ꝓpter seipsum Deus moueat cœlũ, quod video sensisse præstantiores philosophos; tum externi indigeret, vt suo munere fungeretur, eiusque actio necessariò corporea & organica foret; quippe quæ ad explendũ suum desideriũ corpore vteret, & cùm ex alio

[a] 5. Met. c. 1.
[b] 12. Met. T 48.
[c] Timęo.
[d] 1. Phys. T. 61.
[e] 2. Phys.

penderet, vita eius seipsa contenta non esset, neq. illa immensa & ineffabili beatitudine frueretur quæ
ex communi sensu pręstantissimę essentiæ tribuitur; quanuis ipsā mens humana veluti per transennā F
conspiciat. Duplex item intelligentia, duplex appetitus, & quatenus à cœlo separatū primum mouens
concipitur, & quatenus cęlo quodammodo alligatum. Ergo operatio vna, & simplex in cęlo nulla.
Mitto quòd sic moueret se per accidens, quia quatenus cęlo adnexum; at hūi nil esse pōt, nisi caducum
8. Phys. T. 52. Quanquàm & Arist. ipse non semel significauit nob. eam rōnem mouendi alienam es-
a 1. de cęl. T. 100. se à Deo, ne dicā efficiens, & finē secum reipsa differre. Dum. n. docet,[a] Diuinum prorsus esse immu-
tabile; caussam reddit, ꝙ nihil aliud melius esse posit à quo moueatur: illud. n. esset diuinius. At hoc
inquit Arist. nihil habet φαῦλον, deminutū, neque indigum cuiusquā sui ipsius bonorum. ergo si ibi
adesset rō appetitus, in eodē subiecto melioris & deterioris rō foret. Idem quoq. repetitum ab eo cō-
b Lib. de motu an. perimus, [b] quinimmo ipsi Deo negatū appetitum, ꝙ diuinius sit, q̄ vt habeat prius, ꝙ si moueret, vt ap
petens, haberet; prius etenim ab alio moueretur; id verò prius esse oporteret: igitur manet immo-
bile oībus modis. Et certè si quod ab alio mouetur, siue à fine, & vt appetens moueatur, siue etiam vt
ab efficiente; à priore & meliore mouet, & vt deterius, aut in eadem essentia diuina erit rō deterioris,
quod negandū prorsus est, aut Deus non mouebit, quatenus appetens. Illò fortè confugies, ibi hæc ab
surda contingere, vbi seiuncta sint subiecto appetens & appetendum, sed si in eadā natura conueniāt,
& ꝓpter se ipsum agat efficiens; idem non inconuenit sibi ipsi finē & efficiens esse; nec ibi melius, aut
deterius est; quoniā ex se ipso præstat oīa quæ requirit: id verò à simili confirmari pōt, quòd in Deo
mens, res intelligenda, & intelligentia sunt vnū & idem, & mens tamen ad obiectū rationē obtinet po-
testatis: itaq. suspicio posset exoriri de aliqua imperfectione, quia tamen in eodē est in quo actus non
contaminat vllo pacto. locoq. illi Aristotelico occurres, quòd ibi motus verè accipiatur, nihil agatur
de metaphorico, de quo nunc verba facimus. tametsi dicebat ad hoc Achillinus, non esse inconueniēs
vni menti plura tribui prædicata quæ secum nobilitate differant, quin etiā possint esse diuersarum me
thodorū obiecta. Equidem non esse parē rationem in appetente & efficiente perspicio, atque in intel-
ligente; propterea quòd illa distinctio in actū & potestatē, quoad intelligendi officiū pendet ex nostro
modo concipiendi, qui cùm in nobis è potentia intelligente actu fieri experiamur, in illo actu diuinæ
essentiæ cogitamus duas parteis, intelligentem. s. & intelligendam: at hic nō mente solùm, sed natura
disiuncta oportet esse principia. quorum sint adeò munera diuersa. Prætereà in mēte & obiecto quia
functio prorsus interna est, fortasse dabit̃ eadem esse secundùm essentiam; solumq. ratione distingui.
Quapropter vbi mens potestate sit, ab obiecto perficitur, vbi verò sit actu, vt in mentibus supremis,
quia solùm distinguitur ex modo intelligendi, nullā affert imperfectionem. at qūo id continget in effi
cientiæ rōne quę pendet oīno ab externo? Neque. n. appetit seipsum Deus simpliciter in hypothesi no G
stra, sed quoad adiunctus ad cęlum; ex quo efficitur motus qui per se ipsum est actio imperfecta, cūm
alioquin actio Dei velit esse perfectissima, quippe quòd ibi sit indigentia, si per motū debeat cōparari
finis, aut si iā sibi ipsi mouens est præsens; motus oīno redundabit. Itaq. & 10. Eth. & 12. primæ phi-
losophiæ. Deo conceditur actio immanens quæ non respicit vllo modo externum. Quare non solùm
optimus esse debet, quia non moueatur, sed etiā quia nulla fungatur actione quę externum respiciat.
Quapropter non est rō par vtriusq. officij. Neque. n. est, quòd tu hoc loco obiicias nobis appetitū illū
καθ᾽ ὕφεσιν, qui non malum est, & in separatis à materia dari pōt, & indigentiā sibi respondentem, de
qua suprà diximus: nanq. illi explendæ actione opus non est sufficiente sola contemplatione, hîc desi-
deratur actio; nempe motio cęli qua satiari deberet: efficiens. n. agendo suo fine potiri studet. Prædi-
cata verò quæ supremis mentibus asignantur, & ad varias methodos referri queunt, non vniusmodi
sunt: etenim vel sua ipsarum sunt, nil externi respicientia, quæ solent esse primæ philosophiæ, vel ali-
quo modo se habent ad aliud. Verùm hæc non earum sunt, vt ad alia, sed aliorū, vt ad illas: hæc nihil
sanè ponunt in ipsis, verùm in iis quæ sunt ex ipsis, quæ nil prohibet ad alias methodos attinere. Quòd
si vtraq. ratio efficientis. s. & finis inesset in Deo; negari non posset, quin per aliquē perfectionis gradū
distinguerentur intrinsecùs. Si verò dixeris efficiens ad aliud dici; proinde negabis in essentiā Dei re-
dundare imperfectionē; atqui momento sine efficientis mutatione seu vera, seu metaphorica rationē H
efficientiæ non consistere, solumq. mutationem pertinere ad mobile, non ad mouēs, si moueat vt finis.
Quia verò tu ibidem semper immoraberis hæc de motore primo dici, quatenus oīno primus est; ita ve
rò mouet vt finis; attamen & hæc tolerare posse societatē alterius caussæ, quà. s. non est prima simpli-
citer, sed in suo genere duntaxat: atq. ita non solùm mouere vt finem, sed vt efficiens item. Verùm
c 12. Met. T. 55. obserua nunc, quid de his diçat Arist. aduersus Anaxagoram [c] quem tu nosti ponere mentem quandā
quæ segregaret homoeomerias ex illa massa in qua oīa contrariorum paria volebat inesse, eademq. sta
tuebat bonum, sic. n. principij naturæ conuenire: proinde huic principio vim efficiendi tribuebat; eam
non efficere, ita vt talis ratio caussæ accōmodetur ad ipsam, sic ostendit Aristoteles: mens, inquit, mo-
uet; verùm alicuius gratia mouet; quare alterum cuius argumenti sensus hic est, ꝙ quatenus efficiēs,
est gratia alterius; itaq. alterum requiritur, cuius gratia moueat: idcirco non esset hoc principium pri
mum. Specta igitur huius sententiæ vim: non'ne poterat dicere Anaxagoras ad Aristotelem; quin
mouet gratia suiipsius, quia sic moueat Deus, & quia fortasse respondebis [alterius] non quidem sub
stantia essentiaúe differentis, sed rōne duntaxat, quòd efficientis, finisq. rō maneat in eodem. At quod
subiicit Arist. hanc interpretationem euertit. scribit. n. nisi sit, vt nos dicimus. ars. n. medendi quodam-
modo sanitas est, quasi ibi solùm eueniat hoc, vbi ars est ipsa forma; siquidem in mente artificis sit for

ma

A ma concepta sanitatis quæ finis est, itaq. aut idē est cum hoc modus quo finis est idē cum efficiente; aut alius ab hoc discrepans: si alium dixeris; vtique malè Arist. qui hunc solùm indicarit, nec planè conuicerit aduersariũ, quia semper dicere licebit aliũ esse modũ quo finis efficiensq. cõueniant, & ipse reprehendendus qui de ea re ne verbum quidem anteà fecerit, præsertim cùm se referat ad ea quæ antè constituerit. Nunc spectemus, an'ne Deus ita efficere possit, quemadmodũ artifex apud Aristotelem: neque.n. me fugit talē poni Δημιουργὸν à Platone qui efficiendi vim in Deo posuerit. Sed apud Arist. secus sentiendũ esse arbitror. Primùm, quia sic introduceretur Idea, cuius acerrimus aduersarius fuit Aristoteles. Deinde species est illius rei quæ abest, & alicui exhibenda est, vt etiã si faciamus ægrotum sibiipsi mederi posse; nihilosecius offeratur non habenti. Verùm qua rõne possunt hæc in Deo cogitari? quo pacto formã in se habet quæ sit finis, velut in arte, quia.s. eã cupiat exhibere? an sibiipsi seipsum, aut externũ aliquid parare vult? quid absurdius in re quę semper in cõsummatione sit, & seipsa perpetuò fruatur, aliquid ponere parandum? quo item modo euitatur, quin idē sit actu & potestate, habens & deficiens, quæ continent admirabilē repugnantiam? Num seipsum cęlo per motũ cõmunicare dicemus, vt hoc sit eius consilium? opinor equidē illa reditura, quod aut aliis seruiat, aut ipse sit egens. &, mea quidē sententia, cõseruabitur facilius, vnã esse, simplicemq. oibus modis essentiã diuinã; si tam diuersis officiis, cuiusmodi sunt finis & efficientis, eã non disiungamus quam præterea nõ ignoremus non tolerare separationē functionis. Restat vt consideremus, an'ne efficientiæ rõ proposita fuerit 8. Phys. Sed contemplanti mihi diligenter locũ Aristotelis; ipse ibi se primũ motorē inuenisse testatur in iis quæ de prima philosophia longè anteà disputata fuerant; ea verò sunt, vt puto, elementa physica quæ prioribus octo libris continent, & ostendisse id primũ quod mouetur, ex duobus principiis esse conflatum; altero quidē quod perpetuò moueatur, atq. altero quod moueat semper; docens autē, vt id eueniat, adiicit modũ quo mouet, qui à finis ipsius natura collectus est. Ergo quod in Physicis cõclusum fuit de motore primo, pertinebat ad finem. Sed siue hoc in 8. Phys. expositũ fuerit, seu fuerit prima philosophia diuina; cuiq. liquet Arist. vsurpare demonstrationē quæ iam constructa 8. Phys. Itaq. si id quod eius demõstrationis auxilio repertũ est, spectat ad finē; ex 8. igitur colligimus Deum sic mouere, quemadmodũ finis. Nullibi ergo de efficiētia facta mentio. ac nisi id ibi peractũ sit, duo vitia, atq. illa quidē nõ contemnenda in Arist. methodo notari possent: nã pro cõperta rē adhuc obscurã, & quę demõstrationē desideraret, accepisset, & id se ostendisse significaret de quo verbũ nullũ anteà fecisset. Demũ siue 8. Phys. seu lib. de motu animal. siue etiã 12. Met. vbi de primo motore ex professo disputatum est, semper conclusum fuit illũ esse oibus modis immobilē, & per se, & per accidēs, quòd si moueret, vt efficiens, saltem per accidens moueretur. Atq. hæc quidem Peripateticè non ignarus alia dictari diuinitùs, sed ne in messem alienam manus inseram, me ab illis de industria temperabo.

Pergimus ad reliqua, vnde & aliorum auctoritate, & dubitationibus quibusdam sublatis primum mouens apud Aristotelem finis vnius rationem habere confirmemus. Cap. XXXII.

HAEC postquàm ego meditatus essem, legi apud Syrianum [a] non semel discrimen inter sciam Aristotelis, atq. Platonis, quod ille quidē vt appetendã oium caussam primã supponat; Plato verò, etiã vt generatricē vniuersorum; mox illa adiuncta distinctius de discrimine inter philosophiam Platonicã & Peripateticã: siquidem inter vtranq. conueniat non futurã generationē, nisi sit aliqua eius caussa æterna: veruntamen Arist. à paterna philosophia deficere, quod in materialibus formis effectricē quidē caussã, aut exemplarē non præbet, sed finalē & applicabilem: applicabiles.n. sunt proximè quidem sphæris quæ circũ ipsam mouent, per has verò etiã mundanis oibus. Nanq. itē, vt ipse fert, oia bonum appetunt: si aũt multa sunt bona, oia tamen ad ea quæ principaliora sunt, ordinantur; & hæc ad vnũ supremũ, & maximũ finē oium, quemadmodum fusè scriptum est 12. primæ philosophiæ. Sic etiam cùm de iisdē rebus agatur à Proclo, & planè exponatur quid plerçq. philosophorũ sectæ proprium haberent, atq. selectũ, cùm mirificè congruant cum hisce nostris, & tibi persuadeant me Peripateticè sentire, nolui cõmittere quin tibi legenda offerrem. Hæc grauis illius auctoris verba sunt [b] Epicurei verò, & oino totius æterni negant esse.s. auctorem. Stoici aũt esse quidē, sed inseparabilē esse à materia. At Peripatetici separabile quidē esse aliquid; efficiens verò non esse, sed finem: quapropter exēplaria sustulerunt, & mentē vniuersis præfecerunt quæ multitudinem arceret. Cęterùm Plato & Pythagorei opificē vniuersi celebrarunt. separabilē, & abstractũ, & oibus præsidentē, & vniuersorum prouidentiã. Nosti.n. Epicurum, statuisse natura effectũ esse mundum, eamq. rem ei esse tam facilem, quàm reliqui propemodũ philosophi negabant effici sine diuina posse solertia, vt innumerabiles natura mundos effectura sit, efficiat, effecerit: Stoicos aũt posuisse calorē, cuius natura vim in se haberet per oēm mundum pertinentē, atq. oino complures philosophi mentē sine vllo corpore fuisse nõ putabant, Eumenes, Critias Theodorus, Prodicus Chius, Diagoras Melius, Protagoras Abderites. Plato, Gorgias substantiam diuinam expertem materiæ posuerunt; attamen ignotam esse prædicarunt: itaq. nefas indicari in vulgus. Etenim illa ex Platone leguntur apud Alcinoum, καὶ μὴν ὁ πρῶτος θεὸς ἀΐδιος ἐστιν, ἄῤῥητος, αὐτοτελὴς, παντελής. Aristoteles oium primus via motus perduxit nos in eiusmodi essentiarum notitiam, quãtũ captus ferebat humanus, & essētiã esse docuit cuius optimus esset status, quod in perpetua suiipsius cōtēplatione versarentur, & expetēdum se cęteris offerret atq. actione vel contēplatione adipiscēdũ. Tametsi nomen à Platone & Arist. ad cœlum quoq. translatũ est, (citatur.n. volumen de philosophia

[a] 3. p. Phys.

[b] 2. in Tim.

à M.T. quo cęlum noie Dei significauit Arist.) & pleriq. è veteribus Deos θεοὺς appellatos esse dixere, ἀπὸ τῆς θέσεως, [a] quòd existimarent deos esse quos constanter, ac fixè ferri deprehenderent his syderibus mutationis caussas, atq. adeò salutis oium rerum tribuentes, quia sic essent dij θέτηρες i. constitutores & conditores oium rerum. Verùm neq. solùm Deus habitus est corpus illud diuinissimũ, sed eò processit temeritas philosophantiũ nonnullorũ, vt vniuersas mũdi parteis opinarētur esse Deũ. & Thales aquam habuerit pro Deo, licet & alium Deũ progenitorem posuerit, qui cuncta fingeret ex aqua, vnde etiã conuellitur eo noie à M. Tullio sub persona C. Velleij hoc argumento. Si dij possunt esse sine sensu & mente, cur aquæ adiunxit, si ipsa mens constare pōt vacans corpore? Sed certè horum verborum snia diligenter aduertenti non obscurissima iure non videri possit, ne dicã nulla, ita vt non præcisè solùm explicatum sit argumentũ, sed vt non iniuria mendę suspicio detur. Quapropter in tanti scriptoris honorē paucis enarrabo, qui sit eius argumenti sensus, & quibus verbis suppleri debet. Est igit dilēmma, quod est argumentũ duo mēbra complectens quorũ vtrouis dato consequitur absurdum: cui supponitur hæc thesis. Partes mundi deos esse, aut deorũ partes; nihilominus cùm seorsum dij forent, Thales aliã mentem ab illis separatam adiunxit, vt ita dij essent. Opponitur igitur Velleius. Si dij possunt esse sine sensu & mente; cur aliũ deum oportuit adiungere? frustra.n. factum est, cùm iam per se dij sint, aut cur aqua opus fuit illi menti quæ posset sine corpore constare? nam & hîc frustra supponitur corpus. Itaq. sic ritè exponeretur vniuersa ratio. Si dij possunt esse sine sensu & mente, cur aquæ adiunxit? aut menti aquã, si ipsa mens constare pōt vacans corpore? hic est plenus huius loci sensus. tu verba hæc insere, & ita emenda locũ si placet: nam facilè admodùm à puro librario verba illa exturbari ineptè potuerunt. sed hæc satis. Ad philosophos reuertamur, & ad Arist. nostrũ, apud quem multò melius θεὸς ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, quàm ἀπὸ τῆς θέσεως nominatus est, quòd is verè Deus ab Arist. existimatus est. Viuens vitam contemplantē optimũ: idcirco vita, & sæcula cōtinua, perpetuaq. sunt in Deo. Sed ad rem redeo. Vides optimè qui fuerit sensus Aristotelis, & quemadmodũ nullus alius esse queat; siquidem vbi efficiens statuatur; ibi quoq. ponantur Ideæ necesse est; itaq. Plato, qui Deum credidit esse efficiēs, Ideas itē introduxit. Ergo cùm apertè Peripatetici tollant Ideas; planũ est, eos quoq. Deum opificē esse nolle, sed finem. Verùm ea tibi fortè placitum hoc suspectum reddent: tum quòd ita describitur primum mouens, quod sit liberũ, gratiaq. sui ipsius agat: illa enim erant apud Platonicos elogia diuinæ essentię τὸ σοφὸν τὸ ἄυλον, τὸ ἀδέσποτον καὶ τὸ ἑαυτοῦ ὄν sapiens, ab oi materiæ concretione secretũ, liberum, sui ipsius. Opponebat item Proclus. Mens ipsa mouet vt amatum; mundus amat. Cùm igitur mundus primũ quid non existat, amoris caussa petetur aliunde. Sed amare est mũdi essentiã. igitur aliunde peti quoq. oportebit. Quin etiã sic dubitabat Alexander. Si Deus mouet vt finis; non igitur poterit Arist. argumentari, cum 1. de Cęlo, tum 12. Met. Deus vnus est, itaq. mundus vnus: quandò vnum ex iis quæ appetuntur non ab vno duntaxat, sed ab innumeris æquè appeti poterit; non secus àc eadē pulcherrima virgo ab innumeris procis appetatur. Potuit & hoc muniri dicto Arist. qui 3. Polit. c. 3. cùm exponeret illa quæ tractanda essent ab heris, concedit aliqua itē ab eo discenda χρείας χάριν, idest, vsus gratia, vt. s. illis vti valeat, quæ sunt ꝓpria seruorum: sunt.n. ab hero ꝓpter se ipsum, non ꝓpter alium: cùm igitur talia sint, non subit hîc rationem serui ac domini; ideoq. dignitas eius non contaminatur. Accedit his auctoritas sapientum (persequenda.n. hîc nobis sunt probabilia; quandò necessaria non succurrunt) Antisthenes.n. cùm miraretur eũ quispiã, quòd suis manibus per forũ ferret salsamentum; respondit. Mihi fero. Insuper multi reges, hominesq. beati ocij terendi caussa manib. suis aliqua condebant, veluti Demetrius machinas bellicas, vnde πολιορκητὴς appellatus, qui tamen cùm ad voluptatē ea strueret, nihilominus dignitatem suam tutari potuit. Cùm igitur Deus non alterius, sed suiipsius gratia moliatur, non affert hoc officiũ humilitatē. Accedit eodem auctoritas summi doctoris qui 7. Polit. c. 3. vix Deum bene se habere posse cui non adsint ἐξωτερικαὶ πράξεις: sic.n. vocat actiones externas. Sed tuentib. hypotheses assumptas haud operosum fuerit oibus exitum inuenire. Nam quod dicit Deum esse liberum, gratiaq. sui ipsius agere, optimè asseueratũ puto, si vis eius sententiæ perpendatur. Nanq. hæc oia significant actionem Dei ex alio nullo pendere; non aũt quod in se efficiendi, rōnem retineat: neq. est actionis genus, quod alienũ sit ab ea quam vocamus ἐνέργειαν, quæ tota sui subiecti possit existere, nec respicit aliud externũ, vt πρᾶξις, siue ποίησις. itaq. hæc requirãt efficiens; illa sola subiecti essentia cōtēta sit, aut eius natura semper affixa, aut etiã in separatis à materia, eadem cum essentia prorsus existens. Nec aliud iis verbis arbitror indicare, quàm ꝙ actus ille purissimus sit, quia semper actus, & semper in officio, atq. id per se ipsum: proinde summe simplex, & summe perfectus. quod in iis in quib. actio vacat, aut aliunde nascit, sit admixtio quædã potestatis, & cōpositio vel rei, vel saltem formalis, neq. talis natura penitus affluat oi bono. Id ergo est, quod est, & idem agit, & verè est quod agit, & ita sui ipsius gratia, quia nō alterius; nec agit quòd sit efficiens, & idcirco duplicē rōnem contineat. Neq. verò te terreat, quominus ita Peripateticè sentias, quia Deus aliquando non actus, sed actu dicat esse ab Aristotele, [b] quasi aliunde actũ habeat mutuatũ, quod fortasse cōtingeret, si vim efficientis haberet; eius.n. actus pēderet à fine: nanq. id quod actu est, tantũ distare videtur ab actu, quantum id quod est ex alio, ab eo quod per se est. tum ꝙ Arist. nonnunq̃ abusus sit iis vocibus actu, & potentia exprimens naturas simplices nomine significante cōpositionem, tum etiã quòd tanq̃ partes in cōposito spectentur, quia sint pars officij, quod est totius suppositi. verbigratia, quod mutatur, & fit ignis, est cōpositum ex materia & priuatione, ꝓpter quam est in potentia proxima, & est in potentia, non materia, sed compositum: quare cùm

[a] Phornutus.

[b] 10. Met. T. 30.

A cùm materia per se sit ipsa potestas; attamen & potestate dicitur; sic cùm Deus sit mouens; motus vero sit in corpore cęlesti, vt primo per se mobili; hoc aũt ex duob. principiis suo more exiſtat; efficitur, vt Deus quanuis actus; actu quoq. nominetur, vt pars eius cõpositi, vel etiam dicere licet, dum Deum dicimus actũ, exprimere essentiã; dum verò dicimus actu exponere modum quo est: neq. prorsus alia rõne explicare essentiã, & modũ quo materia sit, vbi materiã potestatẽ, & potestate vocamus. Etenim quòd actus eius essentia sit, necesse est dicamus, nisi cõpositionem quandã esse velimus in Deo. Nanq. inter ea quæ sunt, quædã sunt principia, nonnulla ex principiis, quæ sanè constant ex principiis, ab ipsis itẽ habent quòd actu sint: principia per se ipsa existunt; atq. adeò vt actus eorũ essentia sit [a] (principij rõne materiam nunc excludo, quod itẽ aliquando fecit Arist.) Actus autem multiplex, [b] aut transiens est, aut immanens, hic verò aut ab aduentitia forma nascitur, aut intimus est, vt ex ipso principio. Sed vbi actus extra proçedat, aut etiã formam consequatur aduentitiã, ab essentia diuersus est: ille qui intus est, nec aliunde accersitus est essentia. propterea calefactio per quam calor ab igni ferro communicatur, aliud est ab ignis essentia, & calere, quod iam inest in ferro consimiliter; in igni verò calere est essentia, & in anima viuere; nanq. etsi vita nonnunq̃ numeratur ex accidentibus [c] at eo modo censendũ est eam esse accidens, quemadmodum de functione docuimus olim multò magis in ea mente quæ non

B aliunde impetrauit, vt intelligere, & intelligi posset; intelligere & intelligi sunt eius essentia; in ipso igitur Deo quod primum est, & primum ex intelligendis, actus ipse prorsus erit essentia; idemq. etiam primus. Proclus aũt nimis studens, partibus Platonis in eo lapsus est, quòd amorẽ ponit essentiã mundi; est sanè amor non essẽtia, sed principiũ dispositiuum ad ordinẽ qui est eius essentia; cùm si mundi naturalẽ functionem aduertas; eã partem respiciat in qua ponitur aliquod vestigiũ potestatis: quandò sine amore non moueretur cęlũ, nec gubernaretur vniuersum, & ita concedimus naturã ex Deo pendere, atq. id est ex ipso, tanq̃ ex fine aptum esse, neque volumus vlterius extendi vim primi mouentis; postq̃ ostensum est aliqua esse ingenita, quę in eo quòd ita sint & formaliter à nullo pendere oporteat. Nec locus ex Arist. depromptus arguit actionẽ, sed disciplinam; permittit.n. vt discat aliqua seruilia, vt sciat imperare quæ itẽ sunt hominis, quatenus homo est. non aũt quatenus mentis diuinæ particeps, cui quoq. rerum humilitas aliquã maculam inurere põt. Itaq. neq. hoc nõie Antisthenes, aut Demetrius ab Arist. laudarentur: cùm sint hominis etiã maiora officia. Actionem quoque exotericam Deo tribuit Aristoteles, quòd in aliena methodo considerauit effectum, in subiecto in quo est: est.n. motus actio cœli, vt docuit ipse 2 de cœlo, non vt à quo: ibi.n. est energea & essentia. Ad Alexandrum verò Simplicius, & Auerroës ita respondent; ab vno, quatenus vnũ est, multitudinem proximè deriuari nõ posse, sed vnũ primò, subindè alia ab ipso quodã ordine deduci: nunc si talis ordo ponatur; iam existet

C ipse mundus. Addebat item Auerroës; vnum, q̃ appeteretur duntaxat ab vno, proficisci, quòd ibi vnum absolutè sit id, quod appetitur, vnusq. appetendi modus, & idcirco vnum quod appetit. quapropter ex aduerso, vbi plurib. modis appeti quippiã potest, à multis etiã expeti contingit. Sed hæc, quæ adiecit ille Arabs signa sunt potius, q̃ caussæ; siquidem eò resoluantur quod itẽ non multò antè exposuimus. Etenim sic animans appetit, quemadmodum cognoscit; cognoscit verò per essentiam, vel per speciem; idq. duplici de caussa contingit, vel q̃ facultas corporea sit; itaq. eget sensibus & aliqua perturbatione præcedente, vel quòd obiectum sit materiatum, & conditiones quasdã habeat adnexas. Vbi cogitatio per speciẽ fiat, & insit in re cõcipienda varietas, etiã notio varia põt esse; itaq. alio modo concipiã ego Socratẽ, ac tu: vt puta, tu sedentẽ; ego docentem, & variatur etiã modus appetendi: quapropter ego doctorẽ meum admirabor, atq. sectabor, q̃ accuratissimus, alter condiscipulus, q̃ eloquentissimus, & alij fortè, q̃ liberalissimus. Sed cùm Deus vt vnum, & per essentiã à cœlo cõcipiatur, & facultas intelligendi non pendeat ex sensu; nec perturbatione præcedente egeat, vt vnum ab vno cognoscitur; sic etiam fit, vt vnum ab vno appetatur. Hæc planè voluit Auerroës dicere. Verùm & hæc hactenus (fieri põt, vt fallar) ad id valent, vt demonstretur eodẽ modo semper appetitum se habere, in quo sensu vsurpata fuit hæc rõ ab ipsomet Aristotele, [d] & hic rationum progressus existimandus est imper-

D fectus, sed cùm alia via perspectum sit mundũ esse vnum; ex eo colligitur id item quod mouet vt appetendum, non nisi ab vno proximè expeti posse, aut physicè saltem. Verùm, siquis adhuc in priora principia velit eã demonstrationem resoluere; poterit ita progredi, & eius initia repetere de prima philosophia sic. Vnum est oĩbus modis, quod expetit̃. ergo & experens vnum primò; ab vno.n. quatenus vnum primò non nisi vnũ existere põt, etiam in genere finis. Nam quod agit ex natura & per essentiã, supremũ planè agit, & magis in ꝓpinquum, q̃ in remotum. Cùm igitur & expetendi, & expetentis vires certis terminis auctore Arist. non excedant, pro rõne interualli expetẽdi rũ varietur necesse est. cùm verò quantum expeti põt, verisimile item est expetatur, ne quid frustra sit in natura: vnum verò proximum esse queat: ab hoc igitur summè expetetur, ab aliis aliquantò remissius. Vnum etenim illi proximum esse quod expetat, profectò videtur esse necessariũ: neque.n. in reb. subiecto separatis, quicquid Platonici blaterent; vna atq. illa quidẽ simplicissima forma existit, aut si extiterit, ea est in materia. Nam si plura sunt quæ appetant ex eodẽ ordine; numero quoq. discrepabunt; itaq. specie conuenient: ergo eorũ forma erit in materia. Verùm quòd hęc forma est extra materiam: non igitur in pluribus mundis: in vno verò in eius parte, in qua maximè viget eius operatio, quod est cœlum. ibi igitur primò expetitur; mox ab iis quæ consequuntur, per varios gradus, & ordine quodã ex quo mũdus existit. Ex quo efficitur, vt vna actio perpetua, prorsusq. immutabilis, quia nulla ibi fit alia fortuita mutatio tẽporis, aut loci, aut alicuius adiuncti quæ appetitum immutare solet; vniuersa verò con-

tingere

[a] Plotinus Enn. 3. lib. 1. C. 1.
[b] Marsilius in 5 libri argumẽtò.
[c] 5. Met. T. 22.
[d] Lib. de motu an.

tingere consueuerunt, vbi plura sunt numero differentia sub eadem specie, & idcirco forma posita in materia. Quapropter cùm forma mundi sit penitus exors materię; vnus sit mundus necesse est, atque ita congruunt esse appetendum vnum, & id quod appetit identidem vnum. Non igitur ex eo, quòd appetendũ sit vnum simpliciter & per se, cõcluditur vnum esse appetens, sed ex hoc insuper, quòd sit forma extra materiam: proptereaq; diuersi appetitus vnius formæ nascuntur à societate materiæ sensilis; addo verò in eodẽ ordine ꝙ ab iis quæ sunt alterius ordinis, idem diuersis modis appeti non est inconueniens. Neque.n.credendum est, intelligentiam Saturni eodem modo appetere quo ponitur cœlum, aut veluti mens Iouis, sed hæc non sunt ordinis eiusdem. Quocirca sic respondeo ad Alexandrum. Vnus est finis, & vnum appetendum; ergo non necessariò appetens vnum. hæc valere, vbi appetẽdum & appetens materia constent: nam variari contingit appetitum; verùm quia finis ille separatus est, & alia est materia cœli à nostra, neque eiusmodi, quæ numero multiplicetur; potest optimè concludi ex vno fine vnum quoq. esse mundum, quia scilicet vnum primum appetens quod est cœlum. E

Explicatur ratio, qua Deus mouet cœlum speciatim. *Cap. XXXIII.*

NVNC explicanda est ratio qua Deus mouet cœlum speciatim. Omnia verò perbellè conficientur, si in eorum memoriam redeamus quæ generatim de fine, ac seorsum de cœlo cõstituta sũt: F nam cùm velimus cœlum esse animatum; ex rõne motus qui fit in animali, cuncta quadã analogia seruata, aut certè explicari, aut ꝓpemodum attingi poterunt. Illud saltem conabimur, vt Arist. exemplo nobis ꝓposito rem edisseramus: ipse.n.& hinc exordium cœpit euoluendi primordia motionis in eo corpore. Quanuis aũt libro superiore, aliisq. locis affatim cuncta exposita fuerint; nihilominus eadẽ cõmemorare non grauabimur quòd in re tanti ponderis explananda prolixiores esse libet, & id committere, vt iterata lectione lux afferatur potius q̃ breuitate obscuritas adiungetur. Etenim meministi rerũ formas ad animũ nostrum peruenire, & esse motus auctores, quatenus adiunctas habent sensiles qualitates, vel per se, vel per accidens. itaq. prius *παθητικῶς*, & naturali quadã perturbatione cõmouent corpus: mox pro rõne perturbationis, seu cõmotionis qua corpus aut adducit' ad statum naturalẽ, aut de ipso deducitur; nonmodò res obiectas offerunt animo pernoscendas, sed iudicandas, & expetendas. Hîc incipit animi munus, cùm reliqua sint corporis, siquidem ipsum quod est specie sine materia informatũ esse, est cognoscere ex notitia perturbationis adiunctæ boni maliúe iudicium, à iudicio subinde appetitus; ex appetitu motus. Cùm verò nulla corporeæ perturbationis rõ præcedat in motu cœlesti, nec species ei, quatenus sensilis offeratur priore illa perturbatione dimissa quam sine munere animę per seipsam natura præstat, de altero cõmotionis genere dicamus quem ex anima nasci G cõpertum est. Porrò hîc anima rerũ formis completa, quod inest boni maliúe contẽplans, & appetens, suscitatur, & ad persequendũ fugiendumúe compellitur; vbi primùm appetitus insurgit, & iã ad finẽ adspirat, affert motionem quandã primo illi subiecto pro formæ rõne calefaciẽs, aut frigefaciens: hinc dilatans, atq. restringens: itaq. commota pars illa quæ primò participat animã, eodem propemodum motu, quod solet esse munus corporei mouentis, agit primũ membrum in quo continetur, vtputa, cor. ab illo ꝓpter coniunctionẽ cętera mẽbra commouẽtur, prout tolerat eorum natura. Sunt igitur duo motus qui post illum primum qui fit ex sola natura, ab aĩa efficiuntur; alter qui neutiq̃ est secundùm locum, quo primum viuens agitatur; etenim sic agitatur, vt eundem locum conseruet, solumq. spatij magnitudinẽ mutet, quemadmodũ de plantis quæ augentur affixæ, & de metallis, dum cuduntur, aliquando dicebat Aristoteles.[a] atq. is ab Arist. potius ad alterationẽ refertur: est & secundus partiũ motus quo iã locus, vel ex parte, vel ex toto mutatur; hic autem ꝓprius est animalis. Sed enim, tametsi efficit hosce motus ipsa aĩa; nihilominus efficit eas naturaliter: etenim primus ille cõcepta specie protinus existit, quòd aliter fieri non possit, neque.n.motus ille in nob. positus est: quapropter æthici dicere consueuerunt, primos motus in nostra potestate non esse: siquidẽ talis sit virtus animæ quæ habet formã, pręstare taleis motus, non aliter àc forma ipsa in igni motũ afferat, vel quietẽ, quia.s.consequantur eã formam sic, vt ipsa posita absoluta, nisi quæ caussa grauior obstiterit, quies existat eo planè modo, & per id caussæ genus quod formæ conuenire longè prius à nob. expositũ est, vbi docuimus, quem H admodum motus & quies ab elementorum forma nascatur. Idcirco legimus apud Aristotelem.[b] Principium motus in agendo, quod persequendũ, & fugiendum. Sed, vt diximus, hoc ipsius est finis. Ex necessitate aũt consequunt' intellectionem, & imaginationẽ horum caliditas, & frigiditas. nempè, quoniã persequenda, & fugienda sint iucunda, & molesta, his verò inhæreant calidum & frigidum. Igitur motus ille non speciei naturæq. solius, non animæ solius, sed animę per speciẽ, & ex necessitate, quatenus animã sequitur ille motus in corpore subiecto ea ratione qua est forma. alter etiam motus est ex natura,[c] quia natum aptum est vnumquodq. constitutorum sic facere suum opus, vt hoc intumescere, illud flecti, aliud volui, quemadmodum fit in ciuitate bene legib. instituta in qua, cùm semel constiterit ordo, nihil opus est separato monarcha quem singulis quæ fiunt, adesse oporteat, sed vnusquisq. ciuis facit officium suum, vt constitutũ est, fitq. hoc post hoc, vt lex iubet, & ratio viuendi requirit; idem fit in animali, sed quod in ciuitate fit ex consuetudine; in animali fit ex natura partium. [d] proptereà dicitur *αὐτοδίδακτον*. sic ergo ordo politicus in animalium motibus apparet, & quanquã ordo hic pulcherrimus in animali constitutione videtur esse necessarius: sic.n.necesse est in natura existant, vt flagitat officiorũ nexus; hoc est, illa sint prius quibus sine cętera esse non possunt, atq. ita instituta.

[a] 1. de Ge.

[b] Lib. de mot. an.

[c] Lib. de mot. anim. c. 7.

[d] Galenus in libro an oẽs pa. t. simul an verò gignantur.

A tura, vt posterioribus seruire queant, quorũ gratia priora esse solent; attamen euidentissimè apparet in genitis & absolutis. Ordo igitur membrorũ, atq. officiorum, & ille quidem ex natura. Conuerte modò te ad cęlum. Est ibi primum mouens qui Deus est, omnino immobilis & per se, & per accidens; res oium pulcherrima; & præstantissima quęq. sui desiderium cunctis afferat, cuius gratia sunt, & agunt oĩa quæ sunt ab ipso. Adest cœlum quod iam statuimus animatum; ergo facultas in primis concipiẽs eã pulchritudinem, subinde appetens, & quæ postmodò viã struat ad ea pulchritudine fruendum: hæc verò motus ipse est. Verùm sicut inter nos, & cęlum existit analogia quędã; sic simile & diuersum vnà intercedant necesse est. Hæc profectò videntur esse in vtroq. motu cõmunia: ibi.s. præsto esse quod moueat immobile permanens; id etiã quod mouet, & mouetur per accidens; anima nimirum quà intelligit, & quà appetit, tum tertiò, quia cùm sit facultas corporis, quà per accidẽs ad eius motũ mouet. prætereà, ꝙ mouet ex imperio quod habet naturaliter in id quod mouetur, vbi sit informata rerũ expetendarum formis. Accedit his, ꝙ in animali quædã prima pars est, quæ cùm sit magnitudo, vim habet mouendi vt efficiens, à qua cõmunicatur motus cęteris partibus adnexis, & toti demũ per ipsas. hanc in cœlo dextrã partem esse posuimus. Atq. ea quidẽ consimilia, quæ faciũt, vt cœlum animal appellet. Specta nunc varietatem inter illius motũ, & nostrum exordire à principio mouente: illud est mouens oĩno immobile; quare mouet semper eodẽ modo, semper est perfectum; ideoq. semper agit corpus

B cœleste secundùm suã naturam, cùm sit forma extra materiã, non potest agere nisi vnum est cœlum, species igitur vna motus, & ad numerũ vna eademq. cõtinua: quoniã verò cum mouens, tum mobile æterna ponuntur; perpetuus item motus inde exoritur. Quæ nos mouent, cùm mobilia sint, neque eodem modo, neq. semper mouent, cùm varia quoq. sint; nos etiam multis modis agunt, neq. faciunt vnum motũ numero, verùm etiã specie differente, quia mouens sæpe, & mobile caduca sunt, deficit itẽ noster hic motus. Primum quoq. mouens nulla sensili qualitate affectum est. illud etiam corpus nulli affectioni quæ interitũ afferat, est obnoxium: ergo per essentiã solam concipitur, & appetitur. itaq. mentem solã mouet. nullius item actionis corporeæ beneficio pulchritudinem illã suam admirandam orbi ostentat: quocirca neq. in ea cõprehensione requiritur vlla abstractio. Quę nos mouent, cum sensilibus formis iuncta sunt, vel per se vel per accidẽs, nos ij sumus qui afficiamur; itaq. organa primùm à specie ad qualitatẽ quandã patibilem immutantur, & sensus subsequitur, neq. per essentiã comprehensio, & appetitus existere possunt, sed speciem sociã flagitant: itaq. ad intelligendum aliqua abstractione opus est. Deo cõcepto & expetito aĩa mouet in orbem, & quanuis ibi sit primum quod agitur; nihilominus efficit vnũ motum, quo totum simul eodẽ instanti concitatur, & voluitur in orbem, qualibet eius parte eò redeunte, vnde moueri cœpit ꝓpter admirabilem nexũ partium, qui sphæricę figu-

C ræ comitatur; quapropter etsi totum mouetur, non tamen mutat locum, & manet secũdùm formam, cùm moueatur secundùm materiam. Ibi igitur organorum affectio nulla; nulla perpessio, seu perturbatio quæ ab aĩa primæ illi parti incutiatur, sed planè titillatio, & exultatio siue impulsus, siue quouis alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatum sit: etenim rem nouã apud nos nouo noĩe exprimam necesse est; quanuis apud Platonicos choreæ tripudiiq. nomen inuenerit; hęc inquàm commotio quę primum nõ tempore sanè, sed natura duntaxat excitatur in prima præcipuaq. parte primi mobilis, & est prima pars conuersionis, si quo pacto rõ primam partem in perpetuo vel successiuo ponere potest. In nobis postq̃ forma concepta primum viuens alteràuit, efficit motũ nec quidẽ secundùm locum, sed qualitatem; qui longè differt à motu partium; quandò fieri non videatur eodẽ instanti ꝓpter disiunctionẽ partium quæ mouentur; vnde nec totũ necessariò concitatur ꝓpter pugnam rerũ obiectarum, ꝙ si concitat, mutat locũ, nonmodò secundùm formam, verùm etiam secundùm materiam. Summum hoc bonũ fit vnum cum eo quod mouetur non secundùm substantiã, neq. παθυτικῶς, sed ἀδικῶς, & νοητῶς. cętera materiã respiciunt, & quanuis ab aĩa nostra sine materia concipiantur; at aliqua facultas agens desiderat, quæ segreget à materiæ conditionibus. Itaque similis est notio Dei in cœlo, nostræ intelligentiæ, cùm bonum per se ipsum citra oẽm respectum actionis cogitatur; in eo discrepat, quòd

D eã notionem motus ex necessitate sequitur; vnum est.n. appetendum, nec illi quicq̃ repugnat; in nob. non item: ibi expetitur per se ipsum bonũ; hic afficit naturã quoquomodo, vt expetatur. Ex quo etiã fit vt in nobis efficacitas finis separetur ab ea quæ conuenit efficienti; cùm res extra nos est, aut speciei stat rõ quam ipsa formauit; intra nos aũt finis species concepta sub rõne boni; efficiens verò animatũ primùm per eã speciem boni quam anteà non cępit: in cęlo nulla adest rõ primi efficientis, sed Deus per essentiã suam suppeditat; siquidem nullum aliud munus ad sese offerendũ animæ cœlesti pulcherrimum, & admirãdum, nisi sola ipsius præsentia flagitetur. alterum efficiens quod intra cœlum est, necessariò requiritur quod per Dei virtutẽ quæ sese prodit ibi, ad eo fruendũ excitatur, mox si nõ tẽpore; at natura secum agit reliquas parteis, ac memineris cùm sit in nobis duplex mouens obiectum, & species eius, anima & primum viuens, & obiectum quidem vt quod, species per quod ex parte finis, efficientis verò nomine anima per quod, primum viuens vt quod, in cœlo idem prorsus esse obiectum quod mouet, & per quod mouet cętera esse consimilia.

Reprehenduntur argumenta quæ pro altera parte problematis illius afferebantur qua Deum probabatur mouere, vt efficiens. Cap. XXXIV.

HIS arbitror satis aptè patefactum esse, vt primum mouens moueat tanq̃ finis, & vt prima efficiendi ratio non in Deo, sed in anima ponenda sit quam tametsi corporeã facultatem non negamus; non idcirco

non idcirco veremur, aut eã in infinitũ non moturã, aut in non tempore: illuc.n.refugiendum tibi perpetuò, fore hoc peculiare virtutis quæ per se moueret; non aũt ab alio moueretur, idemq. de hac virtute dicendum, atq. id quod ad Scotum de cœlesti corpore diximus, nec verendum illud, quominus efficiendi vis adsit, cùm habilitas in corpore illo beatissimo ponatur: talis.n.redditur ab ea specie, qua informata est, tametsi species ab essentia non distinguit in ea quæ veluti cos illa est, quæ tametsi exors est secandi ferrum; tamen acutum reddit: ita forma mentis in eo corpore concepta per animã facultatẽ mouendi animæ inserit, licèt ipsa ob summã excellentiam quod abest materia, neq. mouere, vt efficiens, neq. moueri possit. Ab his ergo reuertamur ad rõnes oppositas, & experiamur quãtum valeãt. Itaq. opponunt primo loco. Vbi adest potestas ad repugnantiã, ibi esse verum efficiens; in cœlo autem esse eiusmodi potestatem. Certè ad hanc rõnem primùm respondere oportet adhibita distinctione veri efficientis: etenim illud verè efficit, quod immutat qualitatem; ab hoc quod substantiam gignit, nec non id quod mouet secundùm locũ, & oĩno quodcunq. de potestate traducit ad actum, modo moueatur, dum mouet, ad extremũ quicquid est principium motus, (omitto materiam) & põt generaliter cõplecti formam & finem. Quapropter quòd vbi adsit potestas quæ repugnantiã respiciat, ibi sit efficiens: si detur; quocunq. modo efficiens accipiatur, id planè verum est, si pressius accipiatur efficiens id quod assumitur, non est necessariò verum, & sat est, si efficiens habuerit quod pertineat ad illud genus in quo est repugnantia, veluti si fuerit in prædicamento ipsius vbi, erit mouens tantum de loco, nõ alterans, aut generans, siquidẽ prius audiueris ita valere hæc, generat, aut alterat; ergo mouet de loco, non contrà mouet de loco; alterat igitur, aut generat. Itaq. dabo illud, cùm in cœlo sit potestas ad repugnantiã: ibi quoque efficiens esse quod respiciat illud repugnantiæ genus: propterea cùm ea repugnantia respiciat solùm categoriam ipsius vbi; concedã esse, quod de loco moueat; generans verò, aut alterans nullo pacto. Deinde ad alterum illud caput, vbi inferunt hoc mouens esse Deum: ego hîc illud efficiens Deũ esse negabo, aut mentẽ, atque oĩno substantiã separatam, sed efficiens primum animã esse fatebor, postq̃ speciem illã præstantissimi boni accepit, quę per speciẽ conceptã imperium habet in partes eius corporis, aut potius dicam primum animatũ, postq̃ species oblata ipsi placuerit: idcirco vitium consequentis in argumento latere fatebor. Obiiciunt etiam à Deo cõmunicari bonitatem, atq. illã quidem per motũ, ideòq. motum efficere, ob eamq. caussã efficiens esse. fatemur autem nos bonitatẽ quidem à Deo cõmunicari, sed vt ab efficiente, id verò negamus. & quanq̃ bonitas per motum cõmunicatur, & motus etiã à Deo pendet, non ob id cõmunicatur ab eo, tanq̃ efficiente, nec motus ab eo proximè descendit, & hîc etiam eadem rõ fallaciæ subest: nam bonitas ab efficiente quidem communicatur: at non cõmeat id, quicquid bonitatẽ cõmunicat, esse efficiens; cùm item à fine communicari possit, addo etiam, idq. auctore Proclo, à materia, cùm aliquo pacto & ipsa tanq̃ συναίτιον, & caussa conficiens, vel adiuuans ad id quod res sit, concurrat: esse autem sit bonum. Addebatur præterea, formas separatas à materia mouere bifariã, vt finem.s.& vt efficiens: at id est petere id quod probandum est, quod sanè est in argumento vitium maximum. Et cùm formæ quæ mouent, vt expetendæ, vel moueant per essentiã suam, vel per species, siue ꝑpter obiecti naturã, seu facultatis concipientis, vt assero eas quæ mouẽt per species, vtranq. rõnem subire & efficientis, & finis: ita nego eas quæ per essentiam concipiunt, mouere vt efficiens; eo verò modo confitemur Deum mouere cœlum. Proinde forma separata dupliciter mouet, si per speciẽ moueat: itaq. cùm Deus moueat per essentiã, non mouet dupliciter. Sed quia veterum scriptorũ auctoritatem, & eorũ apud quos iã fides summa est, contemnere nefas esse duco: attende obsecro, vt id & defendi possit, & nobis obstet nihil. Cùm primum animatum efficiat motũ, quatenus specie boni informat; in cœlo verò species nõ intercedat, sed bonũ per essẽtiam cum primo animato copuletur; hinc factũ est, vt vis efficiendi bono ipsi quod Deus est, tribuatur. reuera aũt primum animatũ moueat, sed gratia finis, sicut artifex mouet per eã formam quidẽ quam in mente concepit, sed tamen eius gratia mouet. Vt in hoc igitur forma concepta finis est, & quodãmodo principiũ quod efficit motum; reuera tamẽ artifex est ille qui mouit; sic de Deo dici posse videtur, si vim efficiendi ipsi liceat assignare. Põt etiam resolui ea caussa motus in anima actũ, qui per obiectũ describatur. Cùm obiicitur itidem finem significare agens necessariò. Concedimus id simpliciter: nanq. vbi ponimus finem; ibi etiã damus efficiens. At non credimus idcirco idẽ fore finẽ, & efficiens, sed finẽ dicimus esse primum mouens; efficiens aũt primum animã quæ per speciẽ boni conceptã agitat cœlũ, & quod appetit, & demũ in mouendo mouetur, aut etiã si magis ꝑpriè loqui velis, primum animatũ quam in cœlo partẽ dextram constituimus. Hoc igitur motus initiũ dicimus, siue nunq̃ ortus sit motus, seu cœpisse fingatur: nanq. etsi perpetuus est; quibusdã tamen terminis claudit, vt dies & hora, & hoc vel illo cœli pũcto. ne fortè verearis ibi nõ adesse verè efficiens, quia functio sit immortalis: nã quatenus immortalis est, & oĩbus temporis finibus excedit, efficiens verè non habet, sed cùm quæq. pars illius finita sit; optimè efficiens illi tribuet. eodem modo, cùm de perpetuitate motus ageremus contra Philoponum; docuimus in cõuersione quoq. mobile motui præire: neque.n.præcessio hæc erat ad vniuersum motũ, sed ad singulas eius, certasq. portiones. Quamobrem nec ad substantiã separatã confugiendum est, neq. formidandum, ne sit ibi verum efficiens. Quantum verò est de progressu demonstrationis illius, quæ 8.Phys allata est, vbi ex eo, quòd idẽ foret actu simul, & potestate, probatum est ascendendũ esse ad vnum mouens primum quod prorsus immobile sit; ideòq. supponi primum mouens tanquã efficiens, neq. necessarium, neque verum puto, quia tametsi ponitur mouere vt finis; nihilominus idem sequitur, ac si statuatur mouere, vt efficiens: etenim mouet tanquam actu, & mouetur

A & mouetur, vt in potentia; atq. ita simul erit actu & potentia. quod planè absurdum est. Et quantum pertinet ad sensum illius demõstrationis quæ longo progressu concludit ad extremum 8.Phys. audisti prius, quid mihi placeat, & quemadmodũ nihil ei repugnet, quòd vt finis motus cœlestis ibidẽ quoq. spectetur. Cùm subiicitur etiam fieri posse, vt ab aliorũ mortuum quoq. perpetua successione cõficiat argumentũ, quo concluditur primũ mouens æternum esse, & à materia separatum: ad hoc aliàs dictũ est propter D. Thomã, nanq. etsi fieri posse datur: at admodùm oportunũ dissoluere oẽs motus in lationẽ, atq. speciẽ eius quam docuimus esse conuersionẽ, quia cùm vna, continua, perpetuaq. sit, indicat nob. vnum mouens esse, atq. illud quidẽ æternum, & indiuiduum. Quando etiã demonstratur Deum non esse in magnitudine, & accipit ibi tanquã efficiens, ne transitus fiat ab vno genere caussæ ad aliud, quid hoc absurdi est, aut quid iudicij, quasi verò nob. id negatũ sit, & aliqua regula analytica peruertatur: immo ex eo, quòd mouet extra magnitudinẽ, efficientẽ caussã ipsam non esse colligitur, quemadmodũ sunt corporeæ virtutes, sed finẽ, sicut ex eo quod mouet, cùm sit extra magnitudinẽ, concluditur ipsum nõ subiici naturali philosophię, sed primę, neq. alia via vsus vnquã est Arist. ad concludendum Deũ mouere vt finẽ, vbicunq. mẽtio de hac re inciderit, siue in physicis, seu in prima philosophia. quare qui ita opponunt, nihil vtiq. dicunt. Vbi verò diuidunt mouẽtia in physica, & physicè, dicimus eã non esse distributionẽ mouentis vniuocè, sed vt ad vnũ quæ & peruerè efficiens, & finem pertinere

B possit. Non sequitur etiã Deum fore otiosum, nisi moueat vt efficiens; immò sic mouet sine labore. illud certè periculosum esset, si moueret vt efficiens; ne inter mouendũ laboraret; néue mouendo moueretur, ac fortè ne infinitæ virtutis esset, & in non tẽpore moueret, aut nequando cessaret, quia sic virtus corporea foret. ac si ex aliorũ perfectione quæ nos in mundo veneramur, eius præstantiã æstimare possumus; ex ocio maiestatẽ iudicare cogimur: nanq. & Reges summo cum ocio gubernant; cura, & negociũ est ministrorũ, nec astra per se mouẽtur, sed ab orbibus, tanq̃ principes in regio solio vehunt. At id posteà planius fiet. Habent verò hæc oĩa rationẽ finis, vt optimè perspicias id quod ita agit, dum mouet, ociosum esse, neq. moueri, sed immobile oĩno permanere. esse autem fines eos in quorũ potestate sunt regna & Tyrannides, docet ipse Aristoteles: [a] idemq. τὸ ἡγούμενον retulit ad finẽ: nanq. eorũ gratia agitur, quicquid agitur, ac sæpe vt exemplũ ad exẽplar, sic seruientia referuntur ad imperantia, & quidẽ illi sunt ꝓpter nos, quoniã ab iis salus, ac conseruatio nostra proficiscitur. Quanquam neque ociosum Deũ ita agentẽ suspicari conuenit: quandò ꝓpriã habeat functionem quę pulcherrima oĩum sit, nempè cõtemplationẽ sui ipsius, & id præstat, vt seipsum reliquis obiiciendo, suiq. appetitũ iniiciendo cuncta retineat in officio, non secus àc seditiosos ciueis sola regis pręsentia cõprimat, & ita imperet, dirigat, & gubernet, prout ipsis melius euenire põt. Ociari aũt illa dicuntur quæcunque non obeunt ea

[a] 5. Met. c. 1. 1. Polit. c. vltimo.

C munia quæ conuenientia propriaq. sunt suæ naturæ. Itaq. cùm Dei sui ipsius gratia sit, nec se per aliquã praxin assequatur, sed per contemplationẽ solam, immò perpetuò potiatur; reliqua ipsi ex natura seruiant; ab iis nulla efficiendi rõ in Deo desideranda est. Cùm adscribunt in vnoquoq. genere caussæ ascendendũ esse ad aliquod summũ: fateor equidẽ, & in caussis eiusdẽ modi, & vt ad primã materiã, & ad primã formã, & ad primũ quod & finẽ esse dicimus, & Deum esse cõfitemur, quo sistit cursus oĩum caussarum, atq. etiã do speciatim veniendũ esse ad efficiens primum: Deum verò illud esse pernego, sed planè cœlum, aut animã cœli. Nec illud obstat quod ab vtriusq. caussæ definitione sumitur; nã communiter accipitur à quo, vt etiã pertinere põt ad finem, & generaliter etiã quatenus effecti cuiusq. pendentia, seu processus à sua caussa significatur, quod vnicuiq. caussæ tribui põt. In cęlo quoq. totidẽ principia numerantur, quot in caducis, sed oĩno sunt analogicè, nihil vniuocè. Anaxagoras etiã laudatur, quòd extra materiã ponat aliud principiũ quod efficiat, & quia statuat mentẽ extra materiã, & oĩno subiecto discrepantem cum eo consentienter quod à nobis olim de natura efficientis conclusũ fuit, quòd si illud ad spectandum proponatur, an'ne mens efficiens verè sit, an finis, fortè non ita celebretur Anaxagoras.

D

Alię Latinorum rationes perpenduntur quibus confirmatur etiam Deum esse caussam efficientem. Cap. XXXV.

SATIS de motu dictum est, & ostensum Peripateticè Deũ ita mouere, vt finem. conuertamus modò nos ad substantias ipsas quæ pendent ex Deo, siue immortales habeantur, siue caducæ, & eiusmodi, vt ex potestate per transmutationẽ traducantur ad actum. Profectò quos creatio latuit, non iniuria potuit hæc quæstio pungere, sit'ne Deus efficiens: at apud illos quibus creatio perspicuè notuit; nihil clarius, q̃ Deũ simul esse efficiẽs, & finẽ, primasq. caussas in vtroq. genere in idẽ prorsus recidere. Sed quoniã via rationeq. naturali creatio (nisi fallor) concludi nequit; fit, vt credamus etiã nullam suppetere rõnem naturalem quæ monstret necessariò, Deum esse caussam efficientem. Quapropter exploremus nunc reliquas rõnes quæ à Latinis ad idem afferuntur. Tres verò in medio ponuntur; his adscribitur corollarium quibus ꝓpositum peragatur: etenim principio dicunt. Id quod non habet efficiens, ex se existere, non ex alio. Quod aũt ex se existit, ꝓpter se esse, non ꝓpter aliud. Quod verò est huiusmodi, carere fine. Ergo quod non habet efficiens, caret fine. Sed mentium inferiorum quidam finis est; ergo & efficiens. Finis aũt Deus est. At cùm præter Deum nulla aliã ipsarũ caussa esse queat: certè etiã Deus ipse erit efficiens. Rursus eadem est essentiæ rõ & functionis quæ illi essentiæ comitatur, vt pari prorsus gradu procedere videantur. sic si functio propter se, & essẽtia itidem sequitur, vt sit

propter se, ac si functio ꝑpter aliud, & essētia consimiliter, & vicissim quoque ꝑpter se est, & propter se operatur. est ꝑpter aliud; operatur itē propter aliud. Quòd aūt ab alio sit quæq. res, ita est, vt ab efficiente: operari aūt ꝑpter aliud, vt à fine: proinde si operatur ꝑpter aliud, & idemidem ꝑpter aliud est; habet id vnà caussas vtrasq. simul efficientem, & finem. Sed mentibus interioribus obiicitur finis, ꝑpter quem operantur, ergo & habent efficiens, vnde sit: atqui præter Deum O.M. alia caussa nulla ipsis adest, ergo necesse est, vt ipse Deus vtriusq. caussæ vicem repræsentet. Tertiò fingamus nunc Deū intermittere suum munus. Quæro vtrum'ne mens in suo statu permaneat, nec'ne. Si negaris; iam ergo pendet ex ipso Deo tanq̄ efficiente: si dederis; ex ipso igitur nullo modo apta est, quod.n. pendet ex alio, sublato illo, ipsum quoq. vnà tollatur oportet; at hic non tollitur; per se igitur est: non ergo pendet à Deo: sed.n. pendet: Deus igitur eius quoq. caussa efficiens erit. Ex his verò consequitur eandē penitus esse rem, finē vltimū, & efficiens primū, quod item sic approbari pōt. Sit Deus efficiens primū, id aut ꝑpter se est, aut ꝑpter aliud: si propter se, idem ergo finis & efficiens; si ꝑpter aliud dixeris: cùm igitur finis sit præstantior, & ex eo in officio suo faciendo pendeat efficiens: ergo Deus penderet ab alio, dum operaretur: igitur ex alio quoq. foret. Ita Deus non esset primū simpliciter, & alia multa sequerentur eiusdē notæ absurda. Itaq. Deus agit ꝑpter se: ergo idem simul est efficiens & finis. Hæc eadem pro Auerroë dictitantur. Attamen ex iis quæ cum antehàc constituimus, tum ex his quæ posteà ponentur, ad oīa perbellè responderi posse puto. Verùm illa nobis præoccupanda, quæ de rerū ordine differētur. iis igitur suppositis singula exquiramus. Ponunt hæc ipsi primū. Id cui deest efficiēs, non esse ex alio, sed ex se. Deinde quod ex se est, esse ꝑpter se: in altera aūt ꝑpositione latet quippiā, quod falsum est, & initiū simul non leuis deceptionis. At verò singulorum intelligentia melius cōparabitur, si prius explicetur: an'ne vniuersa sint primò ꝑpter se ipsa; an etiā primò ꝑpter aliud esse queant. & cùm [propter] duo significet id ex quo aliquid pendet, & cui refert acceptū, quòd sit, aut illi sit bene; quare dicitur esse forma ꝑpter cōpositum,[a] necnon Deus propter nos: dicitur etiā [propter] quia sit illius gratia, velut actus primus propter secundùm, & materia propter formā, vt forma existat, id quod est ꝑpter, in hac quæstione sumimus, vt est gratia rei cuiuspiā, & quærimus aliquid'ne molita natura fuerit quod alterius gratia malit esse, aut agere, q̄ sua? siquidem ponatur ab oībus sine cōtrouersia Deus primus oīum finis; itaq. & sunt, & agunt propter ipsum singula, siue eius anticipata notione tacitè, vel expressè, siue etiā vi quadam natiua ad illum adspirantia. Rursus ex artib. quędam ministræ sunt, nonnullæ architectonicæ quę habent imperiū in illas; at ministræ sunt propter architectonicas, & serui propter dominos, vt ea, propter quæ sunt; se melius habeant. Ex alia parte cōmunis sensus persuadet oēs sibi melius esse malle, q̄ alteri. Heus proxumus ego sum met mihi, dici cōsueuit, & γόνυ κνήμης. prætereà charitatē quæ sit ex ordine, monstrant pij viri in eū redundare primùm, vnde incepit. Nec verò mihi quisq̄ hoc loco obiiciat quosdā miserè amātes, qui prædicent se amatis multò melius esse cupere, q̄ sibi ipsis, ꝙ aut in his rō corrupta est, & à perturbationibus obcęcata, aut id falsò profitentur, ꝙ illud haustū sit à natura, ipsum se quenq. diligere non vt aliquā à seipso mercedē exigat suę charitatis, sed ꝙ per se sibi quisq. charus sit: proinde serui parent dominis, vt, cùm bene habeāt domini, ipsis quoq. benefaciant, & sic diuino numini cuncta obediunt, mutuā ab illo gratiā expectantia; nam coluit antiquitas Iouē, qui est iuuans pater, & ζῆνα, seu δία, ꝙ esset vitæ largitor: sic vniuersa student quoquo pacto Deū imitari, vel in eo ꝙ sint, vel ꝙ operentur, vt suam perfectionem, quæ.s. suæ ipsorū naturæ debetur, a equi valeant: neque.n. vt ex ipsi Deo sit bene; quandò nullius indigeat rei: propter se ipsos igitur hoīes agunt, & imitantur Deū, vt illi similes redditi, quantū licet, & ipsi diuinarū conditionum participes fiant; etenim tantū de eo videntur habere quòd sint, quantum ad naturā illius accedunt; itaq. imitari est illorū esse perfectum. Auctoritas item huic sententię pōt accedere ex eo, ꝙ homo finis esse dicitur oīum quodāmodo, vt cui: quapropter etiā superiora in hominis gratiā extitisse censeas; siquidem ea contēplando seipsum excolat, & postq̄ eò peruenit, vt tanta pulchritudine fruatur, tum demū perhibetur esse beatū: atqui beatitudo præsertim illa quæ in cōtemplatione posita est, est hominū finis; ea verò est functio ipsorū propria & interna, finis igitur internus, & bene expetitur propter seipsum primò, non propter aliud. Est igitur quodq. propter se ipsum primò. Sed enim hanc quæstionem sic dirimi posse arbitror, si distinguatur de modo quo propter aliquid primò esse contingit, aut enim id est, vt ita dicam formaliter, vt scilicet ab eius possessione denominatio ducatur, aut αἰτιωδῶς idest, caussaliter, & vt ab obiecto, vel obiectiuè vt quod est propter aliud possideat. exempli caussa beatitudo collocatur in diuitiis, & beatus igitur dines. qui diuitias expetit, & cuncta facit, vt habeat rem, primùm collimat in diuitias, sed vt habens sit beatus: hìc diuitiarum possessio in possidente finis est, & sic expetit ille diuitias, vt sit diues, sed quoniam esse diuitem est esse beatum; diuitiæ cùm primis expetuntur, vt caussa beatitudinis in habente. Quapropter expetit quicquid expetit propter se ipsum primò, vt scilicet habeat vel reapse vt scientiam, vel per intentionem vt opes; & hoc est formaliter, vt fertur: sed cùm id ex caussa pendeat; expetitur primò caussa: nam posita caussa sequitur effectus: est enim ex consecutione, quòd bene seruienti gratia referatur. Si ergo sunt omnia propter Deum, vt caussam, sed propter se ipsa formaliter, quia volunt eius bona participare, & ita bene se habere. Si igitur omnia sunt propter se ipsa primò formaliter, & obiectiuè omnia propter aliud, nimirùm propter Deum; planum quòd esse ex, & esse propter non recurrunt: esse enim ex, accidere potest bifariam, vel ex seipso, vel ex alio, atque ita, vt quod ex se ipso, non sit ex alio, sed singula infra Deum sunt vno modo ꝑpter se, altero propter aliud. Rursus aliquod est per se, quod non est ꝑpter se.

Nam

[a] Auer. disp. 15.

A Nam Deus ex se ipso est, sed propter se ipsum nequaquam: est enim finis non sibi ipsi, sed aliis; & finis ipse simpliciter, non sibi finis, & id quod est absolutè, neq. vere ex se, nec propter se, quia nullo modo sibi ipsi caussa; quoniam sic etiam sibi ipsi foret effectus, sed ipsamet caussa prorsus quæ cæterorum sit, non sui ipsius, & impropriè, ac priuatiuè ex se, quia scilicet, ex alio non sit: tametsi hoc cōmuniter competit omni illi quod est caussa prima. nam quòd forma sit id, quod est, caussa nulla est, nec materia est ex alio; quanquàm in eo, ꝙ existat; alias caussas flagitet: itaq. res est imperfectissima. sola effecta & composita sunt ex alio quæ etiā quoquomodo sunt ex seipsis, quatenus in se ipsis habent caussas ex quibus existunt: sic per se dicitur esse coloratum; siue quòd ab aliis separatum consistit. Nil tament repugnat, quo minus sint propter aliud, quod externum sit. Ergo aliud ex se, aliud propter se, & forte quicquid ex alio est, est etiā ꝓpter aliud, sed non necessariò quicquid est ꝓpter aliud, est ex alio. Verùm accipiamus esse ꝓpter aliud quod vno Deo excepto communiter inhæret in omnibus, certè si quod est propter aliud, etiam sit ex alio necesse est, vtiq. nihil æternum erit extra primum ens, quod tametsi verum, Peripateticis tamen ignoratum est, & ostensum, vt opinantur materiā esse ingenitam, & incorruptam, mobile quoque æternum, & mouentia in orbem æterna. Itaq. non inconuenit esse nonnulla entia quæ sint ex se ipsis, & vnà propter aliud. Sed cur fuit, quòd in hoc laboraremus; cùm eo nomine reprehēdat Democritum Philosophus, quia voluerit æterna carere caussa? Igitur ei quod
B est ex se (neque enim mortale, auctore Peripatetico, ab alio perpetuum reddi potest) non reclamat habere caussam; multò igitur minus habere finem, qui est caussa prima. Ergo & id quod est propter aliud, ex se esse poterit. aut quòd si fortè compositum tibi ꝓpter se simpliciter non esse videtur, cùm pendeat ex aliis caussis ipsum constituentibus, & deniq. nil officiat instantiæ tuæ, quia demum omne compositum resoluitur in efficiens à quo constituitur; accipe materiam quæ prorsus sine efficiente consistit. Ita consequentis fallaciam committes, nec poteris obtinere quod cupis. Quin etiam actus primus est ex se ipso in his, vt in cœlo: attamen est ꝓpter actum secundum: propterea quòd hic est finis actus primi. Quapropter idem ex se ipso est, & vnà propter aliud. Si dicas, vbi sit propter actum secundum; esse tum propter seipsum: iam igitur cùm omnia sint propter actum secundum: frustra enim sit primus sine secundo; concedis item omnia ex seipsis, si fatearis esse hæc quoq. ꝓpter aliud nihil erit, profectò ex se ipso, quādò omnia, & Deus item, vt tu vis, sint ꝓpter functionē. Quamobrem non fuit sumendum esse ex, & esse ꝓpter pari gradu commeare. Quod si mentionem fieri dicas de primo fine duntaxat, vt ego arbitror, cùm sit hic primus finis caussaliter, & obiectiuè, vt dictum est: quemadmodum dabo actum secundùm esse & ꝓpter ipsum, & ex ipso; sic negabo actum primū esse ex ipso, si quid præter primum ens æternum tueri velim, aut vt efficiente saltem. Si igitur quod æternum est, ex se est,
C & quod est huiusmodi, caret efficiente: & contrà quod habet efficiens æternū esse nō pōt, & est ex alio, manifestum est, quòd actus quidam primi non possunt habere efficiens. Sed cùm actus quoq. secundi possint ex aliis causis existere, vtputa obiecto, sicut risus ex ridiculo, cùm etiam sint ex alio, quòd habeant causā, quòd sint, velut ea quæ subeunt demonstrationem, quibus caussa denegatur, vt efficiens, conceditur autem ratio formalis & materia; ac si requirant efficiens, non concurrat id necessariò cum aliis caussarum generibus, vt de motu cœlesti opinamur, in quo Deus est finis; anima autem mouet vt efficiens: non igitur necessariò consequetur: si ex hoc pendet actus secundus: ergo hoc est eius efficiens. Itaq. ad rationum formam sic dicere licebit. Quod non habet efficiens, ex se existit. Quod ex se existit propter se est: hoc planè non necessarium, nisi formaliter accepto eo quod est esse propter se, sed obiectiuè non opinor. Neq. hæc pugnant ex se esse, & propter aliud: ex se esse, quia careat efficiente, quòd etiam per se consistat, & ab alio separatum: propter aliud verò vt finem. Eodem quoq. modo secūdùm tollitur, quia cōtingit in his essentiā nō esse ex alio; cùm tñ ex alio pendeat functio, tanq̄ caussa, & obiecto: nec alio modo fieri pōt, vt quod ex se est, sit ēt ꝓpter se ipsū; nisi ꝓpter se ipsū accipiat formaliter, sed talis prestādi modus nō pertinet amplius ad Deū. Neq. illud officit, ꝙ in separatis à maria sint idem functio & essentia; quia non tollitur ex hoc ratio pendentiæ; nec inducitur propterea cōpositio: nanq. pendent in genere finis, vt ex caussa externa; intrinsecùs autem sunt idem. Quam-
D obrem cùm functio & essentia sint intrinsecùs idem, differant, ꝙ functio completur ab externo: non repugnant hæc esse ex se, quod internum est, & operari propter aliud. Posteà verò docebimus, vt pendere ex alio non afferat protinus efficientiam; sed euenire nonnunq̄, vt solum respiciat finem, & ita æterna ex Deo pendere concedimus. Quanq̄ non placent huiusmodi hypotheses quib. repugnantia maxima inculcatur. Qui.n. fieri potest, vt quod est simpliciter necessarium, immò necessitas; sic.n. Deus appellatur lib. de Mundo, necessarium non esse fingatur? Præterea, si cætera æterna ponuntur, quis negabit illa remanere sublato Deo? Multa verò eiusmodi esse quæ necessaria sint, ideoq. simplicia, hoc est, abiuncta ab ea materia in qua est potentia contradictionis, testatur ipsemet Arist. 5. primæ philosophiæ cap. de necessario. Atqui pendent, inquies, ex ipso. fateor equidem; sed propter actum secūdū, non propter essentiam simpliciter, & quatenus operantur; non quatenus existunt: iam.n.cum Peripateticis sumo illa esse æterna: præterq̄ ꝙ sequitur ea non pendere ex Deo, si restant ipso sublato propter necessitatem hypotheseos. Ergo, inquies, otiosa erit essentia; & hoc ex hypotheseos necessitate consequitur. Corollarium verò datur cum ea conditione, si mentes propter essentiam à Deo penderent: sed cùm pendeant ex ipso propter functionem solam; non idcirco efficitur, vt idem sit finis vltimus, & efficiens primum. Vides igitur hæc omnia duci ex illo principio, ꝙ preter Deum nil aliud sit æternum, quod tametsi verissimum, à Peripateticis tamen adhuc est ignoratum.

Vtrùm mouens primum agens liberum sit, an naturale. Cap. XXXVI.

E

EX iis quæ hucusq. disputata sunt, etiam nosci poterit sit'ne primum mouens apud Peripateticos agens sui iuris, an necessario moueat, quod perspicio dubitatum à veteribus, & aliter fortasse constitutum, q̃ Aristotelis musa patiatur, cuius vestigiis in hoc volumine nos hærere perpetuò volumus. Quoniam verò appetitus, & voluntas aut seipsa respiciunt, aût alia quæ sint extra. quod attinet ad illam voluntatem vel appetitum qui sui ipsius est, & vi quadam natiua essentiæ, ac per boni expetendi notitiam, non videtur posse negari Deo suiipsius appetitus quem Græci ἵμερον, Nostri appetitum complacentiæ vocant quo placet sibi suum esse, sua bonitas, & in eis sese oblectat. Etenim bonum quod in intelligentiam cadit, est expetendum. Deus est bonum cuius ipse habet intelligentiam: ergo & à seipso expetitur. Deinde quod consequitur omne ens, conuenit ipsi, quoad ens est; proinde maxime item est in eo quod est primum ens. Sed omni ei quod est, inest. s. expetere suam perfectionem, atq. salutem per modum suum cuiusq. proprium. Ergo & maximè id erit in Deo. Sicut enim in anima per appetitum naturalem suæ conseruationis cupida sunt, itaq. tendunt in propria loca per solam ꝓpensionem naturalem, cognoscentia per cognitionem, & obtinentia manent in eo statu perfectionis: sic etiam de Deo cogitandum est. Præterea finis, & agens semper vnius ordinis inueniuntur, Deo nihil aliud offertur quod eiusdem sit ordinis, nisi ipsemet. Ergo Deus sibi ipsi est finis, & expetitum. F

Cùm verò sit intelligens; sequitur planè vt seipsum velit: siue. n. naturalia sint agentia, siue artificiosa; simile semper agit simile, vel virtute, vel actu: nanq. ædificator, struit domum exhibens lapidib. formam domus quam habebat in mente. Nec non in mente præditis voluntas applicat animi facultates ad proprios actus: itaq. cùm volumus, phantasia comprehendimus & intelligimus. eadem ratione Deus seipsum non coactus, sed volens intelligit, & speculatur: neq. tamen vt se ipsum expetat appetitu quodam mutabili, & cui melius esse possit: optimè. n. se habet, & est primum, atq. absolutè necessarium. Quapropter & esse, & intelligi, atq. experi, & velle in ipso sunt ab omni æternitate: vnum est. n. quod hic expetitur, eodemq. modo omnib. seculis habens, vnum item quod expetit, nec aliunde vllam varietatem excipiens. Veruntamen de illa voluntate quæ respicit externa, dubitatum est à Latinis, eaq. solent afferri. Omnem formam consequitur habitudo ad externum. ergo & sentiens, & intelligens referuntur ad aliquid exterius, quatenus sunt in rerum natura. At vero non competit id, quoad sentiunt, & intelligunt, sed qua volunt, & appetunt. Ita igitur & Deus vult aliquid extra se. Propositionem probat D. Thomas similitudine aliarum formarum de ordine accidentium; album. n. per albedinem est simile alteri albo, & cognito cognoscens. Quod verò non qua sentiunt, & intelligunt, referantur ad aliud; ita concludit. Nam sentire & intelligere notant potius habitudinem rerum ad formam, q̃ formæ habitudinem ad res. Rursus forma, dum consideratur, non efficit motum, nisi per voluntatem. Deus efficit motum, & est intelligens: ergo mouet per voluntatem. Propositio quoq. sic approbatur. Non efficitur motus, nisi obiiciatur aliquid sub ratione boni: signum, quia mens contemplans non est auctor motus, neque etiam phantasia, nisi coniuncta sint cum existimatione boni, vel mali. Illa quoque adduntur. Si Deus est mens, vt vere est; liberum igitur. vbi. n. mens, ibi voluntas: nam voluntas quidem menti, velut vmbra corpori comitatur: at vbi voluntas, ibi potestas ad opposita. Deinde quod per se agit aut naturale est, aut voluntarium. Sed Deus agens naturale non est: ergo voluntarium: non esse verò agens naturale persuadent illa, q̃ dum mouet, maneat immobilis: ad omneis effectus æquè concurrens; cùm cæteroquin agens naturale singulari effectui destinetur, & moueat, dum mouet. Nihil item Deo negandum est quod illi afferat perfectionem. Sed esse dominum suarum actionum summam perfectionem significat: id igitur Deo tribuendum. Postremò fit hic aliquid contingenter: ergo prima caussa contingenter operatur: ergo & volens; Nam cùm secundæ caussæ sic moueant; quemadmodum mouentur à prima; si facias primam necessariò mouere; ergo secunda quoq. necessariò mouebit: atqui non necessario mouet secunda: neq. igitur à prima necessariò mouebitur. At nulla certe alia caussa inter actuosas opposita potest præter voluntatem. Quòd si quis adhuc requirat apertissimas auctoritates insignium philosophorum, atque illorum quidem ex Lycæo, innumeræ propè subueniunt. Alexander. n. inquit Deos etiam posse facere mala.[a] Rursus idem philosophus monet nos, vt pij simus aduersus Deos, vtpote δοτῆρας ἐάων[b] .i. datores bonorum. Quin etiam testatur Aristoteles: ipse[c] verè sapientes esse Deo charissimos, & ab eo summa beneficia impetrare. Atq. illud aureum,[d] qui familiam suam rectè gubernauerit, duob. premiis affici à diis immortalib. altero, vt sibiipsi sit conscius rectè factorum: vt. n. magnus est cruciatus ex conscientia scelerum; sic ex rectè factorum memoria magnus laborum fructus: alterum verò, vt à filiis in senectute alatur. Ita. n. Pindarus inquit. Dulce. n. sibi cor, & spes mortalium multiplicem alit voluntatem: secundum verò à filiis in senectute feliciter educari; illos contrà negligi à Diis qui patrimonia contemnant. Fama Numam Pompilium, qui seipsum in solitudine per disciplinam, labores & philosophiam excoluit; & quantum potest animus humanus, ea meditatus est quæ ad beatorum numinum cultum eorumq. naturam, & vim cognoscendam pertinerent; cum Aegeria dea coniunxit; & ex eius congressu felicissimum virum, rerumq. diuinarum peritissimum prædicauit. Hæc quidem vulgi commenta. Sed nos seueriores simus, & opiniones vulgi sapientia nostra corrigamus. Dictat autem ratio Deum non equos, non canes, sed homines amare, nec aspernari mirabilis alicuius viri, sapientisq. congressum, atq. eum grata beneuolentia complecti pro-

G H

[a] 4. Top.
[b] Lib. de fato.
[c] 3. Eth. c. 7. 10. Eth. c. 8.
[d] De econo.

pter

A pter morum virtutisq. diligentiam & excellentem doctrinam. Neq. errant hoc modo Phryges qui de Ate nec Bithyni, qui de Herodoto, neq. Arcades qui de Endymione fabulantur, aut cæteri Græci, qui Phorbantem, Hyacinthum & Admetum ab Apolline amatos fuisse fingunt. Mitto nunc Platonem, qui voluntatem Deo perspicuè tribuerit, vbi fingit Deum illum primum alloqui Deos secundos, atq. admonere voluntatem suam vinculo illorum esse maiorem; ob eamq. caussam in eo collocantem Ideas quas ipse ad libitum spectans varia produceret apud nos, velut artifex quidam qui nunc ideam, & formam scamni contuens, aliàs arcæ, vt libet, nunc scamnum, mox arcam fabricaretur: eundemq. testantem Deos precib. flecti posse. Mitto etiam communem sensum poëtarum, vt Homeri qui cecinit.

„ Ὅσκε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

atque Nasonis, cuius ea sunt carmina.

„ *Flectitur iratus voce precante Deus.*
„ *Sæpe Iouem vidi, cùm sæua mittere vellet*
„ *Fulmina; thure dato sustinuisse manus.*

Veruntamen si Deus mouet vt finis, & hic, quatenus bonus, & per se expetendus; atq. adeò sui perpetuò similis, vt inconstantiæ nulla suspicio cadat in ipsum: si nihil illi opponitur; nulla item caussa varietatis in expetente: ergo ēt necessariò quod ex ipso primum pendet de numero corporum, in B adeptionem sui mouebit; neq. solum necessario mouebit, verùm ēt naturaliter; siquidem ea sit vis speciei, formæq. conceptæ, vt ex necessitate motum suscitet in appetente pro ratione ipsius, vt in spiritu raritatem & densitatem, in corde systolem & diastolem, & in cæteris partib. pro natura singularum; quia. s. ita mouere est eius essentia; & partes quæ mouentur, ita affici natæ aptæ sunt. ita & corpus celeste mouetur in orbem, ꝙ sic est idoneum suapte natura moueri ab eo quod est expetendum: ad eum igitur finem qui omnium maximè expetendus est, quoad potest, & necessariò, non vi quadam impulsum, sed sine intermissione, sponteq. propetabit, & ipsius gratia semper in officio permanebit. Itaq. erit ille motus naturalis: quia secundùm corporis propensionem; & ideò mouens naturaliter mouebit; licèt non sit naturale, cùm sit à materia segregatum. Neq. secus dicet, opinor, qui agentis vtriusque munera, quib. secum differunt, contemplabitur, vt cùm Philosopho consentiat. Etenim talis agentium distributio obseruatur apud Aristotelem. Aut. n. per se agentia sunt, aut per accidens; absit aūt à nob. vt dicamus agere Deum per accidens: nam cùm sit primum ens, & prima functionum caussa; per se quoq. sit oportet; & ens, & agens; aliter primum non esset: siquidem quod est per accidens, sit posterius eo quod est per se: primum verò, ꝙ est caussa vniuocationis reliquis reb. & ꝙ sint, & ꝙ C operentur: talem. n. accepimus oēs opinionē de Deo. Est igitur Deus agens per se: illa verò, quæ per se agunt, vel intrinsecùs operantur, & dicuntur ἐνεργεῖν, & fungi potius suo munere, atq. esse in officio, q̄ agere, vt contemplari: est & id cuius virtus in alio perspicitur; siue nihil ex officio restet, quod dicitur πράττειν, siue quid superstes sit quod est ποιεῖν: cùm verò motus cęlestis semper extet, nec vllo vnq̄ termino claudatur; ab Aristotele refertur ad πρᾶξιν. [a] Missa Dei functione quæ sua est propria; dicamus aliqua de ea quæ manat ad externum. Hæc item vel ex alterius arbitrio pendet, vel sequitur naturam & essentiam: ac prima illa quidem non sine præcedente cognitione, deliberationeue fieri potest, indefinita est, citra ordinem, remissione, & intentione distincta: altera cognitionem non flagitat in agente, definita est, vniformem ordinem ordinatamq. vniformitatem conseruans: atq. ea voluntatis est actio; hæc verò naturalis. Cæterùm quia duo principia requiruntur in huiusmodi genere actionis, & agens, & patiens; nunc naturalem appellamus, quatenus insidet in agente; sed quantum respicit patiens, aut ipsum agitat pro natiua propensione, aut affert aliquam vim. ex priore modo nascitur motus naturalis; ex altero violentus, & præter naturam. Et hoc agens aut mouendo mouetur; idq. ponitur agens naturale, aut mouendo manet immobile, atq. hoc accidit bifariam; siquidem sit mobile quidem per se, veruntamen ex accidente non moueatur; & ita solet mouere finis in natura, & illud agentium genus quod eminus agit alterans medium; sit ēt alius ordo mouentium, quæ sunt D immobilia per se, & per accidens; & illa quidem, ꝙ mobilia; numerantur item de naturalib. hæc naturaliter mouere dicuntur, nequaq̄ verò mouentia naturalia. Si igitur ille dialecticorum canon est verus. Diuersorum generum, nec sub eodem genere collocatorum diuersas esse species & differentias; cùm ad mouentia naturaliter Deus ab Arist. referatur; planum est, ꝙ ipse etiam ex voluntariorum numero expunctus est. Sed pedetentim procedamus: & quanq̄ satis illud erat, si Arist. asseruisset Deum physicè mouere; cùm ad hoc præstandum sufficere videatur agentis essentia sine vlla cognitione, & voluntate, quemadmodum apparet in mouentib. vt fines; quæ mouendi ratio videtur esse præstantissima. Cùm igitur Deus sit præstantissima res; ideoq. illius functio debeat esse præstantissima; ea verò fit per essentiam; liquet & hoc modo Deum esse moturum. Prætereà cùm ostensum sit anteà Deum in mouendo non moueri, & mouere vt finem: voluntarium verò agens habeatur in numero efficientium; idemq. mouendo moueatur; ēt satis constabat, Deum non esse mouens voluntarium: tamen ex principiis voluntatis ipsius vniuersam hanc rationem expendamus. Etenim voluntarium sic, & aliter mouere potest; aut igitur mouet secundùm naturam, aut præter ipsam; si secundùm naturam dixeris; duos motus diuersos vnius corporis simplicis esse continget; id verò fieri non posse declaratum est in libris de Cęlo: ꝙ si alter fuerit præter naturam; at id omnes omnium conuellit opiniones: nam sic etiam Platonici sentiunt nil esse apud ipsum, quod sit præter naturam; quippe ꝙ vniuer-

[a] 2. de cęl. T. 163.

sa à Deo suæ propriæ naturæ dimittantur; nec secus, ac si quis variarum bestiarum turbam in gremio continens eo patefacto simul abire permittat: ad suum.n.quæq. locum natura duce properabunt; natantia repetent aquam: volatilia ferentur ad aërem, vermes humi procumbent, cunctaq. legib.& institutis suis naturali lege aggregabuntur. Hac igitur mouendi ratione quæ præter naturam est, Deus excluditur. Insuper in æternis idem est esse, & agere, sed Deus est necessarium simpliciter, & illius igitur functio necessaria simpliciter: ergo & conuersio cœli. Tùm etiam quia similis differentia in effectu similem quoq. differentiam significat in caussa, & contrà similis differentia in caussa similem differentiam per se producit in effectu. Sic ex eo quod fieri non potest, nihil per se producitur, nisi quod fieri nequeat; & ex falso sequitur falsum, necnon ex necessario necessarium. Sed Deus est simpliciter necessarium: ergo cęlum & natura, quæ pendent ex Deo, necessaria sunt. Nosti.n.triplicem necessitatis modum apud Aristotelem;[a] primum quidem qui est præter naturam: sed hoc nihil ad rem, alterum, sine quo non est id quod est bene, vt materia, sine qua forma non existit, ex hoc ordine sunt instrumenta; hæc.n.per se bona non sunt, at verò sine ipsis aliquod bonum non existit, itaq. vt sit, ea quoq. existant necesse est. Tertium quod est simpliciter necessarium, & ex seipso, ab hoc autem cœlum & natura pendet, vnde vetus fuit verbum. Νώτοις δ᾽ ἀμφιθεᾶς (ἀνάγκης) φύσις ἄπλετος ἠώρηται.i. Ab humeris Dea, nimirùm necessitatis, inexplebilis natura pendet. Quod verò sic se habet, sine alio potest esse, & sine alio bene se habet. Hinc omnia bona largissimè effluunt gradib. quibusdam, paruo tamen interstitio separatis, vt eorum continuatio lateat, itaque omnia complectuntur actus omneis omneisq. potestates, seu participatæ sint, vt in compositis, siue per essentiam, sicut materia prima, in qua iam priuatio spectatur, & contraria, quę (vt vulgo dicitur) sunt hostium contingentiæ, & parum abest, quin paullo momento commutentur cum eo quod non est, quo nihil à Deo longinquius, nec illi quicq̃ odiosius. Verùm quia dici solet in Deo voluntatem non dissentire à necessitate, & alteram contradictionis partem respicere duntaxat, non vtranq., vt in nob. & deniq. ambiguè dici voluntatem, at saltem illi cognitio non denegatur. Itaq. & ab Arist.[b] ipso contra Empedoclem literis consignatum Deum hoīe sapientiorem; quinimmò solū sapientem (vt aiebat Simonides) ꝙ effecta oīa, omneisq. oīum caussas teneat; ꝙ oīa videat, perficiat, ordinet, eisdemq. consulat, & prouideat: at vbi rē seriò peragit, & animi sui sensa profitetur; nihil oīno constantius Deum nihil nosse,[c] aut intelligere νοεῖν, & διανοεῖσθαι, pręter seipsum propter excellentiā; & ita approbatū, vt ēt in morali philosophia pariter vsurpatū sit: cur.n.aut agellos singulorū curet, aut viticulas persequatur, aut si vredo, & grando quippiā noceat: quando ne in regnis quidem reges oīa minima noscunt, & curant? Atq. in moralib. dum docet, egeat'ne vir beatus amicis, & ex eo, ꝙ nos indigi sumus, & aliquid extra nos cognoscimus; non idem euenire monstrat in Deū & nos: nā Deus extra se nihil cognoscens, non opus habet amico, nos qui sensum habemus voluptatis & doloris; ab amicis quoq. pendemus. & in prima philosophia cum rationem diuinæ beatitudinis explicat; vt de Peripateticorum decreto, quod ad hoc ipsum pertinet, nihil sit præterea dubitandum. Non est igitur adscribenda Deo voluntas; quoniam neque cognitio.

[a] 12.Met. T.38.

[b] 1.Met.

[c] 7. Eth. ad Eud. c. 15. 12.Me. T.51.

Quæritur vtrùm Deus, Aristotele auctore, aliquid noscat extra se. Cap. XXXVII.

QVAMVIS animus non sit in præsentia differendi de ratione qua mentes beatæ cognoscunt; attamen postq̃ institutus sermo nos cogit; illa solummodò adscribentur, quibus errores eorū qui aliter auctore Aristotele sentiunt, patefieri valeant. Etenim ita postulat ordo naturæ quæ sic instituit obiecta, organa & facultates, vt miro quodam ordine secum congruerent, obiecta verò generatim duo sunt: nam vel in intelligentiam, vel sensum cadunt, & rursus ea quæ pellunt mentem, vel ab omni materia libera sunt, atq. ita per se intelliguntur, sentiuntur verò per accidens, vel existunt ex materia, quare per se sensilia sunt, ac si intelligi debeant, propter materiæ coniunctionem requirunt abstrahentis officium iis quæ mente sola concipiuntur, organum nullum assignatum est, sensilib. organa seruiunt: geminæ item facultates, altera quæ ex organo apta non est, organica altera: organica igitur suum officium per organa faciet, & ex aduerso sensilia quæ organicæ facultatis subiiciuntur, animam per organa sola mouebunt. Sed Deus est mens simplicissima: quapropter eius vis nonmodò non pertinebit ad res materiatas quæ sunt per se sensiles, attamen abstractæ possunt intelligi, ne dum ad ipsa singularia, quæ neq. per se, neq. per accidens mentē pertentare valent, aut si demus eas per accidens intelligi, prius sentiantur oportet, atque vniuersè formæ quæ materia constant, mouent per qualitates, & accidentia materiæ, & à sensib. ad phantasiam procedentes, quæ nulla est in separatis à materia. Denique res corporatæ non aliter àc per vires, & instrumenta corporea mouere possunt. Huc adde omne id quod sentit, & intelligit aliquid extra se potentia sit necesse est: at nihil aliud est ea substantia, nisi actus: quo fit, vt neq. etiam Peripateticè defendi posse credam D.O.M. cęteras mentes intelligentia comprehendere: neque.n.obtinet aliquam imaginem facultatis, nisi quatenus pro captu nostro facultatem illi tribuimus ad seipsum: hęc.n.est ratio illius essentiæ cui cognitio tribuitur. Itaq. anima nostra omnia cognoscit, quòd omnia fieri potest, futura fortasse tanto minus in notitiam Dei cadent. Nec agitur de veritate nunc, sed de placito Aristotelis. Atqui ex eius sententia, si Deus futura cognoscit, vel igitur eueniant oīa necesse est, vel cognoscendo falletur. Nam si cognouit ęterno tempore pluuias hoc mense futuras, necessario successit: ꝙ si non successisset, Deus cognoscendo deceptus

A ptus esset. Ergo tollitur è medio contingentia quam sensus approbat, tollitur & humana libertas, etenim sic inquit Arist. nos videre rerum omnium futurarum initium, & id consilio, & ratione quæri, & in contingentib. æquam potestatem ad id, ꝙ sint, aut non: aliter oēm actionem ex humana vita profligari. Neq. minus profectò decipitur Deus, si præterita, futuraq. velut præsentia cognoscat: nam si nouit, vt nunc id esse quod antehac existit; certè fallitur rem cognoscens aliter, àc sit: quandò in omni enuntiatione mendacium duplex esse possit, & caussa prędicati, & caussa temporis: neque.n.minus est falsum, ꝙ Socrates studeat, q̄ ꝙ nunc studeat, cùm dormit, & consimiliter spectans id nunc quod postea futurum est, vt ens nouit id quod non est, & hoc modo fallitur igitur: & si non fallitur, omne id quod postea futurum est, necessariò existet. Quid ēt vetat, quominus singularia cognoscens perpetuę mutationi reddatur obnoxius; cùm singulis momentis multa fiant, & occidant? Singularia quoq. caduca sunt, sunt infinita, & futura non sunt, horum quodq. suapte natura ignotum est: ergò ignotum simpliciter. Ea naturam diuinam peruertunt, ꝙ cuncta extra. Deum ad ipsum vilia sunt, & mala pręsertim: itaq. Deus ea cognoscendo vilesceret: etenim scientię noscentisq. pręstantia facultatis obiecti pręstantia definitur. Hęc accipiuntur ab illis quę tametsi certissima, neutiq̄ tamen Peripatetica. Primum nihil esse contingens ad Deum, sed omne necessarium: quasi quod in reb. est contingens, id existat in Deo modo quodam necessario. Cęterum hęc pronunciabat Arist. Nosse nos prin-

B cipium [a] futurorum ex quo futura penderent, quod item contingentię foret obnoxium, quippe ꝙ à nob. fieri posset, aut non. Prętereà docuit caussas & effectus proportione sibi inuicem respondere: hinc effectuum contingentium, [b] & per accidens caussas esse consimiles. Inuectus est item in eos qui fortunam Deam sibi finxerint, & apertè professus est casum, & fortunam caussas esse per accidens. Etiã de necessario distinguens [c] admonuit id esse trifariam quod simpliciter, hoc verò Deus est, quod ex ipso proximè, vt motus cęlestis, quod vi: cùm verò existeret item in mundo rerum generatio, & contingentia; tanq̄ primas earum caussas attulit quoad efficiens varietatem motus cœlestis, quoad patiens verò infinitatem materiæ. Nec alio modo videtur accepisse. Nihil.n.in Deo contingens esse, nisi quòd quicquid in ipso est. Deus est; quia verò in ipso res esse possunt, vel in esse existentiæ, vel in esse cognito; cùm sit actus purissimus, cùm etiã sit mens, quicquid in ipso est Deus est, & mens idem cum re intelligenda: idcirco ex se αὐταρκέστατον cùm quo ad esse, tùm etiã quoad operationem. Dicitur etiã in Deo geminam esse notitiam, visionis, quæ tantùm est eorum quæ sunt, & intelligentiæ simplicis, quæ pertinet item ad ea quæ non sunt, neq. fortè etiam sunt futura. Verùm non videtur Arist. aliter Dei notitiam ab humana separasse, nisi quia quod nos aliquo tempore experimur, id Deus obtinet perpetuò: nam cætera voluit esse similia, vtpote ꝙ si extra sint, afferant perfectionem, & ꝙ mens diuina præstan-

C tiam sumeret ex obiecto. Sicut ergo non ens ignotum nob. est, sic etiã Deo foret ignotum. Quia verò maxima vis à Peripateticis in eo collocatur quod à contradicentium conditione sumunt, ad illud itē viri sanctissimi dicunt, id præseferre quidem necessitatem consequenti, non autem consequentis, vtpote ꝙ necessariò consequatur, si affirmatio vel negatio sunt veræ necessariò, ꝙ hoc erit, aut non; non autē ꝙ hoc, quod erit, aut non, necessariò futurum sit, aut non, non secus àc si quis dicat video necessariò illum ambulantem, ergo ille ambulat necessariò. At verò non satis aptè dictum fuisse videtur, quandoquidem si antecedens fuerit simpliciter necessarium: ergo & consequens necessarium simpliciter inferatur. Atqui antecedens est necessarium simpliciter. Itaq. ne contingens euertatur, Arist. interprætatur antecedens vel diuisim exponens, vel coniunctim, vel determinatè, & indeterminatè, & in contingentib. coniunctim, atq. indeterminatè ipsum concedit, ex quo coniunctim & indeterminatè infertur hoc futurum esse, aut non; negat autē diuisim & determinatè. Sic salua veritate antecedentis, contingentia consistit. Neq. iudicium nostrum oppugnat exemplum quo vtuntur, quoniam sic video illum ambulantem necessariò, ꝙ non possum non videre ambulantem, vt si oculos claudere nequeam, atque ille mihi obuiam fiat; tametsi non necessariò ambulat; at dum ipsum necessariò video ambulantem, ambulat ille necessariò: vt.n.antecedens est ex hypothesi necessarium, ita & consequens. Quæ verò

D ab infinitate accipiuntur, ꝙ nihil.s.ad Deum sit infinitum, cùm ipse sit infinitus: sunt.n.æqualia duo infinita saltem priuatiuè. Quod etiã adiungitur de cognitione rerum quæ succedunt in infinitum, hæc se habere sicuti circunferentiam, mentem verò quemadmodum centrum, proinde sicut quæq. circunferentiæ pars est centro præsens, ita etiã res intelligendas esse menti præsentes; quia cum illis quæcunque sint, semper est præsens tota essentia. Et hæc locum non inueniunt in Lycæo: nam de infinitate Dei dictum est ante. De cognitione verò infiniti, apparet infinitum bifariam supponi notitiæ, vel secundam formam, hoc est nosci quæ sit ratio infiniti, ꝙ si spectetur eius materia, infinitum non posse comprehendi, nisi quoad est finitum, semper.n.terminus in cognitione flagitatur, siue ille terminus sit intrinsecus, seu mens ipsa figat terminos. Quod autem pertinet ad exemplum; id quod accipitur, euenit, cùm circulus absolutus est. Itaq. si fieret circulus, quemadmodum fingunt Mathematici per lineæ fluxum, certè non omnia circunferentiæ puncta simul essent, neq. ob id pręsentia centro. At verò res naturales circulo fiunt: ergo non sunt omnes vnà: totumq. esse pertinet quidem ad mentem; ad rem verò nequaq̄: sed.n.cognitio est relatio cognoscentis ad rem cognitam: ea verò si termini mutentur, necessariò variatur. Aliqui illò se tanq̄ in arcem recipiunt, ꝙ Deus αἰτιωδῶς, hoc est, cognoscat se ipsum, vt caussam reliquorum: propterea cognoscat illa, ꝙ eorum caussam primam cognoscat, atque ita velit, volendo producat. Sed planè licet hoc Theophrastus auctore Prisciano Lydo sic doceat, mihi admodùm non arridet, ꝙ sic existimem, tu iudex esto, aut Dei cognitionem fore ad aliquid, aut

[a] Lib. περὶ ἑρμ.
[b] 2. Post. 2. Phys.
[c] 5. P. P.

caussæ cognitionem nihil ad exteriorum intelligentiam allaturam: cùm.n.caussa vel absolutè, vt res spectatur, vel cum relatione ad id cuius est caussa. Quòd si priore modo consideretur, ea res ipsa est, nempe essentia Dei, nihilominus ex hoc Dei cognitio non extenditur ad ea quorum est caussa; quare ad aliorum cognitionem nosse item oportet ea quorum est caussa, seorsum; sic scimus cùm non modò caussam cognoscimus, sed quòd huius est caussa: nam caussa quemadmodum suprà docuimus ex Plotino; per essentiam respicit id cuius est caussa. Sic cognitio Dei pendebit ex alio. Etiam dicitur Deum cuncta nosse vniuersè, nil autem singulare. Sed tum planè aliter nosceret àc sint: nam quodcunque per se est, indiuiduum est, & in separatis à materia per essentiam propriam, & in materiatis per societatem materiæ sensilis: atq. ita Dei cognitio plena foret erroris. Verùm si demus etiam, sic res à Deo cognosci; at eo nomine sunt æternæ; & ita carent efficiente caussa: quamobrem ita cognoscentur, quemadmodum non producuntur, vt verò producuntur; sic autem sunt indiuidua; non cognoscentur. Multò minus mihi probatur, quòd Deus alia cognoscat eminenter, vt video tribui doctissimo Auerroi: quia.s. seipsum intelligens, vnde sunt omnia formaliter illa quoq. intelligat; vt siquis ignis calorē percipiens, vnde cæteris cōicatur ratio caloris; in eo calore calorem quoq. cęterorum mente cōprehendat. Etenim ratio cognoscendi inutilis & imperfecta. Neque enim quicquam confert ad generationem, nec ad efficientiam; illa.n. formaliter nosse oportet quæ efficienda sunt, vt artifices & officia & opera sua; atq. ita concepta forma rei faciendæ mouere instrumenta. Cognitio quoq. absoluitur notis internis rei principiis, ac forma præcipuè. Atqui in hac notitia quam modo tractamus nihil inesse suo cognoscitur. Forte dices ita hîc euenire, sicut vbi per mensuram aliquid noscitur: ex pręstantioris.n. notitia de minus præstante iudicium fertur. At memineris notitiam quæ fit per modum mensuræ esse collationem quandam quæ sine collatis non percipitur: quare & eo cognitio sibi supponit notitiam rerum formalem: nisi.n. cognoscam quod mihi per ferrum obiicitur, nihil decernere de illius precio potero. Non multò ante hæc tempora approbata est à nonnullis ea via, quòd Deus alia à seipso terminatiue cognoscat. Terminum verò accipio vocem, seu notionem rei quæ per vocem expressa sedat mentē [a] audientib. id autem esse solet quodcunq. nomen accipit ab aliqua categoria, vt dici substantia possit, aut quantum, & reliqua, aut eorum aliquid quod deniq. pars est enuntiationis, vt nomen.s. & verbum. Nunc nostræ menti quicquid est tale terminus est, quādo tale est per actum; actus aūt generatim est eius perfectio, cùm sit oīa intelligenda potentia. Cùm verò eueniat, vt nostra mens ab initio sit rudis, à nob. quidem notis ad ignota, & ab ignotis natura ad nota ascendere cogitur, post verò cùm fœcunda est in eorum virtute quæ sunt nota natura, illa etiam quæ natura sunt obscura, comprehendit, in horum verò notitia fit, vt seipsam cognoscat: itaq. ipsa sibi terminus est per accidens. Verum Deus sibi ipsi terminus est; quòd in illo sunt adæquata potestas, & actus: itaq. semper habet notitiam distinctam; tamen etiā si adæquatè sit suiipsius, extenditur item ad alia, vt.s. per se ipsam alia nota fiūt: habet.n. rationes omnium, sic vniuersalium, & essentiarum, quia ipsamet est essentia prima, sicut etiam singularium; quoniam & in ipsa est ratio materiæ, quæ caput est singularib. Sedenim hoc est ideas ponere, & omnia illa consequuntur quæ sigillatim de externorum cognitione nuper attulimus. At inquies, multa sunt quæ contra nostrum decretum inferuntur, quæ tibi purganda restant, si Peripateticos defendere placeat. Neque.n. desunt rationes, neq. dicta Peripateticorum quib. conuincatur oppositum. Primò cognitis essentiæ principiis essentia quoq. cognoscitur. Sed à Deo cognoscuntur principia rerum non minus vniuersarum, q̄ singularum. ergo & essentiæ cum vniuersalium, tum item singularium à Deo noscuntur. Assumptio probatur. Intelligere in Deo est sua essentia. Ergo oportet illa intelligere quę quomodocunq. sunt in essentia sua. At verò in ea sunt omnia quę habent esse quocunq. modo habeant esse siue per se, vt substantiæ, siue in alio, vt accidentia, siue actu, seu potestate. Ergo etiam cognoscit ea quæ sunt in ipsius essentia quomodocunq. Præterea si generis natura noscenda est illius etiam primæ affectiones notæ sint necesse est, vt si noscendus numerus, etiā noscenda sunt par & impar. Atqui vniuersale & singulare sunt affectiones entis: ergo cogniturus ens, cogitur nosse vniuersale, & singulare. Quia verò hęc bifariam sumi possunt, secundùm formam, & secundùm materiam; nonmodò vniuersitas & singularitas, vel indiuiduatio, & vnitas noscendæ sunt, sed ea subiecta quib. hæc insunt: insunt.n. per modum accidentis; accidens autem sine subiecto simpliciter non concipitur. Tertiò Deus est suum esse, & suum intelligere. Ergo sicut in ipso inueniuntur omnes essendi perfectiones, sic quoq. in ipso inueniantur oportet omnes perfectiones cognoscendi: etenim ex omni obiecto quodcunq. fit, accedit facultati cognoscenti perfectio. Etiam virtus superior ad plura se extendit q̄ inferior. Sed mens nostra concipit vniuersale. Mens igitur diuina cùm excedat, intelliget pręterea singulare. Rursus valde distant cognitio humana, atq. diuina: quando in nob. est per assimilationem mentis ad res, in Deo per assimilationem rerum ad ipsum. Ex hoc fit, vt singula, quia similia Deo sunt, ab ipso noscantur; à mente verò nostra nequaq̄; quia cùm sit immateriata, non potest assimilari reb. materiatis, quales sunt singulares. Sexto cognitio Dei est practica: versatur ergo in notitia singularium. Amplius mouet per intellectum & appetitum: cognoscit igitur ea quæ mouet, & motum quem exhibet. Arist. item sic sensisse videtur accusans Democritum, is autem omnia per contactum nosci volebat, eo nomine quòd Deus esset homine insipientior: multo.n. pauciora nosset, q̄ homo. Ergo alia extra se, nec non singularia noscit Deus. Accedit eodem auctoritas Auerrois qui aliquando testatus sit se in explicatione cuiusdam quęstionis à Deo fuisse illuminatum. Cognoscit igitur alia extra se, neq. enim id pręstare potuisset, nisi plane etiam singularem illam quæstionem concepisset.

Neque

[a] Lib. περὶ ἑρμ.

E

H

A Neq. item vilia cognitionem Dei declinant. est.n. virtus præstantior quę magis agit in obiectum remotum, q̃ proximum, & quæ à minori afficitur quàm à maiori. Sed à natura diuina quò viliora sunt, magis absunt, & minus entia sunt. Mala quoq. in cognitionem Dei cadunt. Opposita.n. simul cognoscuntur. Sed bonum à Deo cognoscitur, cùm ipse à seipso spectatur. Ergo & malum. Nos ordine respondeamus ad singula. Accipitur primo cognitis essentiæ principiis essentia cognoscitur. Dico essentiæ principia esse externa, vel interna, & essentiam sumi vel propriè quæ est ex forma, & partibus eius, vel logicè quæ pendet ex quoq. genere caussarum. Nec non scientiam esse simpliciter, quę plurib. methodis continetur, vel in genere quæ cuiusq. methodi propria est. Concedo igitur cognitis essentiæ principiis internis essentiam propriè cognosci, externis autem cognitis cognosci essentiam quę logicè sumitur. Præterea scientiam simpliciter per omnia principia comparari, & tum demum absolui, cùm ad vltimam caussam peruentum est; vltima verò simpliciter est primus finis. Cùm verò resoluendo nostra mens principia rerum inueniat; efficitur, vt vltimus finis vltimo loco nob. occurrat. Itaq. tum demum simpliciter, & absolutè noscamus, cùm primum finem assecuti sumus; est.n. signum nos iam adeptos fuisse caussas illas è quib. essentia propriè cognoscitur. Ergo propositio assumpta non est vera simpliciter, sed vbi logicè scientia tradatur, & vbi versemur in scientia absoluta, non in genere quæ.s.è plurib. habitib. constat, sed si fuerit vnus habitus, & naturalis in internis principiis, obti

B net solùm veritatem etiam dato illo q̧ essentia cognoscatur; non ideò cognoscitur singulare, eo item posito, q̧ per certum singulare noscatur vniuersale; sed oportet inducere vt patet 1 Post.[a] Analys.constat.n. singulare ex materia sensili quæ non est mentis obiectum. Propterea non sequitur. Essentiæ principia mente comprehenduntur, quamuis interna sint; ergo & ea in quib. illa sunt. Rursus statuitur intelligere in Deo esse suam essentiam: est planè essentia Dei intelligere quod extra ipsum non procedit, quia neq. per aliud vt speciem fit, sicut in nob. nec ab obiecto pendet externo, sed quod externum quoquomodo flagitat, essentia non est. Quare intelligere quæ sunt extra, non est eius essentia, aut si intelligere est eius essentia, non intelligit ea quæ sunt extra. Huc adde, quòd esse in aliquo contingit bifariam vel in esse existentiæ, vel in esse cognito. Vt igitur fateor quæ sunt in aliquo vt esse cognito, necessariò cognosci, sic inficior ea quæ sunt in esse existentiæ non necessariò nosci debere, velut in intelligendi facultate continetur alens & sentiens, neutiquam tamen necesse est, vt sciamus, aut mente concipiamus illa quæ facit alens, vt in somnis, nec etiam vt mente comprehendamus quicquid sensui sese offert, sicut in ebriis, pueris, & ægrotis, in quib. mente consopita sola sentiens officio fungitur. Ergo etiam si Deus eminenter omnia contineat, non idcirco omnia sunt in eo, vt in esse cognito. Ad secundum. Scire licet, mentem primo ferri in ipsum quid est, reliqua respicere vel propter societatem corpo

C ris, cuius priuilegio sibi supponit munera sensuum, vel obiectorum quæ sunt adnexa materiæ sensili. ipsum verò quid est per se non esse nec vniuersale, nec singulare.[b] Quare si fieri posset, vt mens nostra foret extra corpus, & eius obiecta à materia sensili segregata; profectò nec quid vniuersale foret, nec quid singulare, neq. nosceret, neq. opus esset. Quòd igitur huiusmodi entis affectiones cognoscantur; id est ex euento, & ab externo. Ideò cùm mens diuina nullum inierit cum corpore commercium, suo nomine non percipit has differentias. Quod si mens separata fertur in quid est (nisi.n. feratur in ipsum, prohibet commercium corporis) atq. id suapte natura abstrahitur ab vtroq. Planum q̧ mens diuina non comprehendit aliud singulare vel vniuersale, præterq̃ id in quo idem est esse simpliciter & esse hoc, illud verò proprium est eorum quæ separata sunt à materia sensili. Noto etiã, cùm sumitur Deũ esse ens vniuersale, vniuersale esse duplex, vel abstractum, & ante multa, vel in plurib. Deus aũt est vniuersale vt ἐξῃρημένον, & abstractum, ante multa, non in multis. At verò singulare, & vniuersale sunt affectiones eius entis quod non est abstractum, sed contingit esse in multis, & cùm sit vnum per essentiam, assumptione materiæ potest fieri multa. Ad tertium dicimus, potestates & actus secũ congruere, atque adeò vt omnis potestas ab illo actu perficiatur, ad quem suapte natura contendit: neque.n. actus qui conuenit equo, est perfectio potestatis quæ est in cane, sed suum ipsius bonum est certum.

D Quare cùm sensile vt actus, sensus vt potestas secum conueniant; sensile non potest alterius facultatis esse perfectio, q̃ sensus. Speciatim verò de notitia singularium mentionem fecit Arist. 1. & 12. primæ philosophiæ, vbi ostendit officium sapientis esse non sigillatim, sed vniuersè cognoscere, ac primã philosophiam eo nomine commendauit, q̧ vniuersalia tractaret: demum regis exemplo persuasit omnia nosse nihil facere ad perfectionem. Si verò vtriusq. facultatis perfectionem esse censeas sensile; ponere cogeris aliquam facultatem vtriq. communem, quæ nulla excogitata est à Philosopho: quod.n.cõuenit per se plurib. etiam vni quod vtrisq. communiter insit, competat oportet. Non igitur plures actus sunt perfectiones facultatis vnius, sed sic cuiusq. potestatis, vt mentis res intelligenda. Videtur itẽ Aristoteles non ex obiectorum multitudine præstantiam facultatis ostendisse, sed ex certitudine demonstrationis simplicitate, & nobilitate subiecti. In singularib. nihil ex his; quippe q̧ eorum nulla sit demonstratio propter infinitatem & inconstantiam, nulla simplicitas: neq. præstantia propter materiæ, & potentiæ societatem. Radix argumenti 5. accipit quicquid est in Deo, esse in esse intelligendo, quod nos inficiamur omnino. Negat autem Philosophus Dei cognitionem esse practicam. Nos item negamus Deum mouere per mentem, & appetitum. Verùm paullò post de hoc ipso verba faciemus. Valet autem Arist. argumentum in Empedoclem qui nullum alium cognitionis modum excogitauerat præter contactum: ex quo etiam sequebatur, vt is esset sapientior qui plura attingeret. id confutat Arist. Illuminatio verò quæ fit à mente agente per Auerrois disciplinam, non fit cum cognitione

[a] T. 4.
[b] 1. Post.

tione singularium quæ illuminantur, sed vi quadam natiua. Nam sicuti Sol illuminat colores, & reddit eos actu visibiles, neq. tamen ipse videt, sic ille de mente actuosa profitetur. Quocirca nihil ad rem. E
Multa verò desidero in illo argumento quo probatur Deum quoq. vilia cognoscere. Neq. enim Dei mens est facultas patibilis, vt in nob. ideò est agens. Sed hoc agere non est mentis quoad mens est, verùm excessus essentiæ quæ per se ipsam necessaria est, atq. insuper est caussa primò rei necessariæ, deinceps omnium. Ex hoc igitur excessu essentiæ, non autem intelligentiæ iudicanda est sublimitas eius. Nam facultas cognoscens quomodocunq. se habeat illius iudicio, cedit obiecto. itaq. si facultas obiecto finitur; etiam vilia afferunt illi perfectionem. Cùm verò id absurdum sit; etenim perfectissima res est: ideò neq. etiam vilia comprehendet. Ad vltimum respondemus ea quæ sunt extra Deum, ad ipsum se habere veluti priuationes. Nunc priuatio cognoscitur ab ea mente tantummodò quæ est in potentia quoad est in potentia, hoc est ad illud quod ipsa est in potentia. Deus autem nihil est in potentia. Non igitur cognoscit priuationem. Nec itaq. aliud extra se. Quòd si tu opineris etiam illa quę sunt extra ipsum habere propriam essentiam; illis iam te obstringam quæ supra attulimus, vt nihil amplius de hoc apud Peripateticos sit dubitandum. Quapropter, vt eò redeam, vnde huc effluxit oratio, concludamus ex his non producere Deum, quo ad cognoscit, neq. Dei cognitionem esse caussam productionis, vt Peripatetici putant, neq. Deum volendo producere. Hæc igitur demus Theologis, & sanctis viris, atq. inter philosophos Academiæ relinquamus, quæ bona quadam fortuna, dum mentis errore deuoluta sensilia deserit; intelligenda consectatur; multorum prærogatiuam quæ diuinitùs patent, sibi vendicauit. Quòd si appetitus & mentis opus in motione, & productione requiritur; id totum primo mobili concedatur, vnde exoritur omnis elementorum commutatio, propagatio mixtorum, & pleraq. animalium generatio. hoc.n. summum illud bonum teneat, & exoptet necesse est, eius motum postmodo rerum caducarum vicissitudo consequitur. Neq. talis est conditio primi mouentis, vt, quamuis moueat; aliquid à se transfundat, per quod tanq̃ formam deducat ad actum id quod à se ipso mouetur; vt in caussas efficienteis euenire solet: sed in se ipso manens illud præstat solum, vt à cæteris experatur; ea verò cùm ex se ipsis mobilia sint, se ipsa primum mouent; deinde motũ iis exhibent quæ sibi contigua sunt; nec ex se ipsis moueri queunt. Itaque cùm dicitur, Deum mouere intelligendo, & volendo, non sic Peripateticè exponamus, ꝙ intelligat & velit; quam Theologi scientiam vocant approbationis, sed ꝙ intelligatur, & experatur; & libertatem, seu voluntatem, veluti notam perfectionis cuiusdam, nec summæ tamen, verùm aliqua ex parte diminutæ homini tantùm inter viuentia concedimus: nam bruta non sic natura prouexit, vt bonum à malo discernerent, & rebus suis consulere possent. æternis, cùm bonum simplex, & absolutum obiiceretur, omniq. excellentia præditum nihil offenderet mali, nulla electione, aut consilio fuit opus: homini soli id datum est. vt cùm è duob. principiis constaret, appetitu.s. & ratione, & obiectum haberet bonum, quod mutabile est, & quandoque bonum non est, sed apparet bonum, aut etiam malum est; eguit ad sui tutelam mutabili voluntate, vt modò nollet, quod antea volebat, mox contrà curiosissime affectaret & in id niteret quod prius repudiabat. Quare, siquando liber habeatur Deus, & sui iuris existimetur, ambiguè sic dicitur; & ita nuncupatur, quòd sit ἀδέσποτος, nihil habeat ad quod viuat, & seipso contentus sit, sine cæteris esse possit, & beatissimo ocio frui, sit omnium ipse finis, & ex eius motu pendeant omnia quæ sunt extra ipsum. Huc ergo detorsit Peripateticos, sensus ille communis, quòd libertas, & voluntas signa cuiusdam vitij forent; nec absolutam præstantiam indicarent, qualis in homine comperitur. Sed & Deus agit intelligens, & volens, idemq. mouet secundùm naturam & præter, non ad seipsum, sed ad ea quę mouentur; nihil enim apud ipsum potest esse præter naturam, qui vniuersis bene vti nouit. Ideò cuncta per inficiationem euertuntur.

Quid Peripateticè dicendum sit ad ea quæ contra hanc partem problematis sit'ne in Deo libertas, allata sunt. Cap. XXXVIII.

a 6. Phys. T. 15.

HAEC Simplicij [a] propemodum sententia fuit quam secutus est Auerroës, mihi verò magis arridet, q̃ Alexandri placitum qui vim tribuebat ipsis cęlis appetendi repugnantia, sed cùm boni sint, semper idem velle, quòd sit bonum, nec illis aliter euenire, àc bonis eueniat, qui sanè & bonum velle, & nolle possunt, & bonum & malum; nihilominus eligunt bonum, quia boni. Cæterùm viris illis hoc non erat iniuria suspectum, ꝙ in iis potentia non nisi ambiguè poni possit quæ reperiebatur in homine simpliciter: etenim potest homo velle & nolle, & approbare bonum & malum, ꝙ aliquando vult bonum, & eligit malum: sed quomodò licet in cęlo potentiam constituere, cùm ea nunq̃ deducatur ad actum? sic.n. frustra esset. Est igitur sic moueri cęlo necessitas, nec sanè violenta, verùm naturalis, ꝙ natum aptum est cęlum sic moueri ab intelligentia, & Deo, vt non aliter moueri possit, nec Deus cùm sit per se expetendum; possit aliter mouere, àc moueat: sed.n. quod in ipso mobili naturale est, in mouente non est naturale, nisi essentiam ponas esse naturam: quare motum faciat naturalem quidem, sed non mouet, vt res naturalis. atque ea necessitas est quæ longo tractu superat naturam. Hæc cùm ita se habeant, spectandum est nunc, an ea quæ obiecta fuerunt, id possint quod pollicentur, vt alios excitemus ad excogitanda quæ plus habeant virium ad suum placitum confirmandum, si modò rationes naturales affectant, aut à Peripateticis auxilium implorare volunt, vt hęc ipsa, quamuis certissima persuadeant: itaq. singularum rationum vires mox perpendamus. Accipit D. Thomas, omnem formam

A respicere aliquid externum. Hæc autem propositio simpliciter sumpta falsa est: etenim forma aliqua, ipsa etiam approbante, nil aliud respicit, sed respicitur tantum, veluti Deus ad quem alia referuntur, ipse verò ad nihil. Verùm fac eum respectum accipi inter vtraq. pro captu nostro, non secundùm naturam: ipse sibi ansam præcidit, dum docet postea sentientem, & intelligentem non præseferre habitudinem ad res, sed contrà res ad ipsas. [a] Et hoc item falsò acceptum: siquidem mens, & sensus ad aliud referuntur, sicut scientia refertur ad scibile. Tamen hoc dimisso spectemus punctum difficultatis. Sint intelligere & sentire functiones immanentes, sola voluntas sit ad externum: at voluntas externorum data est illis quæ indigent aliis ad sui tutelam, vt per illa bene habeant, quorum nihil Deo concedendum, cùm sibi ipse sufficiat solus. Quamobrem eo dato, q̄ referatur ad aliud, non idcirco per voluntatem refertur, sed per essentiam, & vi quadam natiua, non libera, ex hoc sequitur, vt Deus, quamuis sit mens, & efficiat motum, non ita faciat per voluntatem, quia nil aliud sibi est bonum præter seipsum, nec quicq̄ aliud intelligit, vt dictum est, sed per essentiam solam efficit motum, dum seipsum qui bonus est, spectandum & expetendum cæteris offert. eorum intelligentia, atq. voluntas est caussa motus. Reliqua, vt instituimus, deinceps persequamur. Accipiebatur.n. cum primis oīs mentis comitem esse voluntatem. Verumenimuero, & si reliquis mentib. excepta prima conceditur; at id maximè abhorrere videtur à prima. in hac neq. via succurrit qua voluntas collocanda sit; neq. certè opus est. Nam si ad omnia præstanda quæ requirit natura, sat est, si voluntas & appetitus aliis adscribantur; cur igitur nouam quandam voluntatem in Deo comminisci? quanq̄ cæteris mentib. ea quę tribuitur voluntas (ita.n. appetitus ille vocatur, qui nascitur à mente) est ambiguè; neq. opposita respicit, vt nostra, id solùm oppositi in ea continetur, q̄ intra se non habet oēm integritatem; sed aliunde petat necesse est: attamen id quod ipsa desiderat, assiduè præstò est: nostra sæpè frustratur, & actu priuata est eo bono quod cupit. Neq. id rectè acceptum est Deum non esse efficiens naturale.i. quod faciat motum naturalem: quando naturale efficiens, aut mouendo moueatur, aut agat pr͂ finito: cùm id primum sit efficientis veri, quale Peripateticè negamus esse Deum: falsum quoq. sit Deum ad omneis effectus æquè concurrere. Neq. id fieri potest; neq. si iam posset, voluntarium agens esse indicaret. Nam proximè à Deo pendet cęlum in ordine sensilium, quod est primum mobile; tum ab hoc reliqua mouentur quæ propter illam perpetuam varietatē quæ in cęlo constantissima spectatur, caussa subinde est, assiduæ mutationis, quam in inferiore mundo natura molitur: in illo.n. corpore beatissimo geminus est motus, alter superior à dextris, quem caussam ταυτότητος.i. constantię Plato statuebat, vnde orietur perpetuitas; alter illi propè oppositus à sinistris, quem ipse caussam τῆ ἄλλοτε ἄλλως.i. varietatis esse dicebat: ab vtroq. varietas, atq. ea quidem perpetua descendit comite materia,

C quam contraria subsequuntur, à quib. omnis contingentia nascitur. Non igitur æquè Deus ad omnia concurrit; sed vnius proximè caussa est; neq. est primum contingentiæ caput. Neq. generatim fieri potest, vt opposita proximè ex vno deducantur: nanque & in caussa ipsa varietas aliqua flagitatur; quapropter hoc, non aliud efficiat; & in cæteris vel absentia caussæ, vel affectio materiæ differentiam caussæ monstrant: àliter non intelligo, cur idem Sol hyeme nostram regionē frigore afficeret, & æstu vnà torreret antichthona: eadem.n. caussa est, & materia eadem. Verùm demus etiam æquè concurrere caussam quandam ad plureis effectus propagandos; est ne idcirco voluntas? Minimè verò: neq. id proprium voluntatis est; sed obiectorum mutatio, & inconstantia caussa est omnis varietatis in ipso. Ab illo igitur quod non sequitur voluntatem, in Deo voluntatem esse conuincere nituntur, vt si equum animal diuinum efficere studeant, quia sit natans. Non video etiam, cur minus in sole voluntas ponenda sit; quia ceram liquefaciat, & vnà lutum cogat; aut in igni item qui ab initio colliquare solet nonnulla, quæ procedens postmodo cogit. Nil amplius addam; sed eorum tarditatem duntaxat admirabor. Non est item suspicandum voluntatem illam quæ sit indeterminata, significare perfectionem simpliciter; sed in genere mortalium & eorum quæ appetitu bruto pollent: nam sic corrigi potest facultas illa effrenis quæ homines ad turpia trahit, & ventri, ac libidini pronos facit, & ab al-

D tera quæ præstans est, erigitur ad honesta, atq. sublimia, simulq. intenditur ad virtutes, vt iis assuetudine comparatis, ad contemplationem, quę cęterarum est suprema, & pulcherrima functio, conuerti possimus. idcirco in æternis Aristoteles, ex eo q̄ appetendum foret vnum, idemq. à materia separatum, vnum quoq. mobile esse concludebat, & motum vnum. & sanè si appetēs æternum est, & iam, quod optimum sit, expertum fuit; ridiculum sit, si cum alio cōmutare velit; neque.n. potest in melius; cùmque absit à corpore illo diuinissimo priuatio, nullus alius actus eius appetitum explere possit, proinde neq. ipsum præsentis boni satias capit: frustra igitur illi dederit natura voluntatē, qua modò hoc, aliàs aliud exoptet, neq. id aliud esset profectò, quam fingere aliquid statu pręsente melius esse, quem tamen perpetuò retinebunt; neq. natura contenderet ad bonum, sed in pessimo statu perpetuò conseruaret. Cùm accipitur item secundam caussam sic operari, quemadmodum mouetur à prima: satis de hac re libris superiorib. expositum est, atq. ostensum, vt prima caussa moueret secundas, & vnde contingentia nasceretur: & conclusum est id consequi quod opponitur, si caussa prima moueat secundas afferendo vim, sed illas ita mouet, quia suæ naturæ quanq. commendat, & se ostentando suscitans appetitum cuius gratia pro suo captu singula operantur. nec secus atq. Rex qui militib. vtitur ad bellandum, doctorib. ad docendum, & reliquis ad illa munera ad quæ pro sua conditione destinata sunt. Quocirca cùm caussa secunda contrarium habeat; est.n. materię facultas quę radix est oppositionis, hinc efficitur, vt secunda impedita fine suo non potiatur. Non igitur pugnant hæc indetermi-

natio

[a] p. philosophię.

natio.s.& contingentia, & id, quod Deus necessariò moueat: nanq. eius necessitas in id explicatur quod proximè ab ipso pendet, est verò cęlum,& hoc necessariò voluitur; non autèm pertinet ad reliqua quę pendent ab ipso quibusdam interuallis, cùm ibi sit eius naturę societas,& participatio quę tuetur opposita. Veniamus nunc ad auctoritateis Peripateticorum. Fertur, Deos posse mala facere: quanquam Alexander pro Dijs bonos interpretatur. potes dicere tu Heroas qui in genere humano pręstantissimi sunt. Aut id in Topicis asseueratum melius dixeris, vbi probabilia perquiruntur: inuasit autem nos opinio Deos mala facere posse, vt sic eorum pręstantiam celebremus exemplo commoti Regum, quorum potestas sæpe ad malum in subiectis exercetur; neque rerum naturam spectamus, quæ vult τῶν κακῶν δύναμιν esse ἀδυναμίαν, idest, potestatem malorum esse impotentiam. Nec quicquam planè magis oppugnare videtur essentiam diuinam, quàm esse maleficium. Neq. par omnino est ratio Regum & Dei. Regib. enim aliquid aduersatur, Deus longissimo interuallo omnia superat: nihil ergo timet; Regum appetitus potest esse corruptus; homines.n.sunt. Deus nil appetit;& si appeteret, id omne rectissimum foret: malum omne nascitur ex impotentia, quæ est assecla materiæ è loco superiore actu & forma bonum descendit assiduè quod est bonum simpliciter,& per se neq. melius aptum (si norimus) quàm dolium cani, vt est in prouerbio. Proinde sapientissimè Socrates id optabat & præcabatur, vt quæ bona essent, sibi quoq. bona viderentur. sæpeq. euenit homini imprudenti idem, atq. ægrotis quib. vinum, quanuis suauissimum, fastidium affert, quod tamen non à vini prauitate, sed à gustu deprauato proficiscitur, vt.n.inquit Arist.8.Polit.quod est secūdùm naturam solet esse iucundum. Proinde cùm eorum animus sit παρεστραμμένος & quasi distortus, etiam distorta placeāt necesse est. Hinc pœnæ malæ iudicantur; veruntamen bonæ sunt, vt amputatio membri in eo qui veneno fuerit infectus. idq. Peripateticorum schola sensisse videtur, quod prædicabat Epicurus. Quod æternum beatumq. sit, id nec habere ipsum negotij quicquam, nec exhibere alteri. Itaq. neq. ira, neq. gratia teneri, quod quæ talia essent, imbecilla essent omnia. Verùm quod instituimus etiam tractare seorsum, sit'ne Deus caussa mali: nunc id monuisse sufficiat, Dei non esse malum facere; atq. oppositum à philosophis pronuntiatum fuisse populariter. De Deorum cultu & pietate mox copiosius: interim reliqua peragamus, inter quæ Platonis extat auctoritas quam sanè in hac hypothesi non possumus approbare: sicut.n. mundum genitum non defendimus; sic neq. voluntatem Deo tribuimus. Non erat igitur quod in ea re nos auctoritas Platonis exerceret.

Quem cultum Dijs philosophi veteres adhiberent, & quantum distaret à verò. Cap. XXXIX.

QVAE contra decretum nostrum duob. ab hinc capitib. allata sunt, me monent, vt aliqua de vetere philosophorum cultu dicam, quæ tametsi à viris quibusdam politioribus tractata fuisse cōperio, quia tamen ex Lycęo nihil quòd sciam, deprompserunt; non patiemur & operam nostrā in hoc etiam desiderari, quod valeat ad Peripateticorum studia diuulganda,& eorum theses ab omni suspicione repugnantiæ purgandas, præsertim quod liber in quo de prece disseruit Arist. non circunfertur. Cultus igitur, vt inde exordiamur, vniuersus positus erat in ceremonijs & sacrificiis, sed hæc votis quibusdam certis nuncupatis,& precibus certa lege conceptis absoluebantur. De his igitur prout Plato, & Arist. noster in eo dissenserunt, quod ad essentiam diuinam,& eius munera pertinent, cùm ille Deū omnium posuisset opificem; noster verò tantummodò finem: ita etiam discordes esse verisimile est. A Platonicis hæc accepimus, [a] quæ tribus præcipuis capitib. continentur, essentia precum, perfectione, & habitudine ad animum nostrum. Sic ergo scribunt, hæc in primis requiri quæ sint velut hypotheses, vnde constituatur essentia precum. Deorum esse opinionem, eosq. mortalia curare:& aliqua fieri, quæ aliter euenire possunt, tum preces esse necessarias ita persuadent: nam sicuti filios qui desciuerunt à parentib. ad eos, sic & vos cùm à Dijs qui veri parentes nostri sunt, auersi fuerimus, ad ipsos reuerti fas est. quasi verò orbi videantur ij qui comprecationis vsum dedignantur, & conuersionem ad præstantiores. tùm etiam quod in omnib. gentib. ij qui philosophia pollerent, de precib. sategerunt, apud Indos Brachmanes. Magi apud Persas,& apud Græcos sacerdotes qui sacrificia & mysteria statuerunt. Chaldęi quoq. aliud diuinum colebant,& Deorum ipsorum virtutes, veluti Deos adorabāt, quos etiam virtute maximè præstare opus erat, si cura sacrificiorum illis demandanda foret. Ad hęc, cùm totius membra simus, totius egeamus oportet: salus.n.partib. à toto communicatur; totum verò Deus est, siue animum spectes, seu corpus, quippe qui virtutem omnem anticiparit, & omne corpus in mundo sua virtute contineat: nam quod omnium bonorum caussa est, erit item auctor eius quod bonum tibi futurum sit. Inde igitur petenda est perfectio partium. Mox ad essentiam properantes hæc adiungunt. Nullam mundi partem esse, quæ Deorum ope iaceat destituta,& quę non pendeat ex ipsis: vt.n.dicebat Heraclitus, καὶ ἐν τῷ ἰπνῷ οἱ θεοί. tantumq. existant, quantum ex ipso apta sunt; cùm cæteroqui per se tendant ad nihil: quapropter illorum natura, cùm propter affinitatem materiæ diffunderetur, & debilitaretur; ad idem principium regrederentur oportebat, vnde fluxerunt, & quasi circulum quendam facerent, vt opem illam quam discedendo amiserant, redeundo sibi conciliarent: idq. tùm animantib. tùm item inanimis inest communiter. Sed is Deus, quia omnia genuit, Dijs iuniorib. permisit, vt ex corporib. mortalib. quę ipsi suo iussu effinxissent, homini potissimè principes se ducesq. præberent, vitamq. eius pulcherrime regerent, & gubernarent; nisi quatenus ipse veneficiis sua culpa sibi aliquid miseriæ quæreret, dum vel nimis superstitiosè coluit Deos, ex

que

[a] Procl. Tim.

A quo inest in eo quidam timor inanis Deorum; quamobrem quietus esse nunquàm potest, vel ea numina colit, in quib. nihil est præstans, nihil diuinum, vt qui canem, & felem pro diis habent: sic.n. petentes opem ab iis quorum nulla vis est, mala quib. vexatur, amoliri nequit, vel, dum nimis anxiè bona à Diis impetrare cupit, iis modis placare studet, qui sceleris pleni sunt, vt de Iphigenia fert, quæ

» *-sublata virùm manib. tremebundaq. ad aras*
» *Deducta est, non vt, sollemni more sacrorum*
» *Perfecto, posset claro comitari Hymenæo:*
» *Sed casta inceste nubendi tempore in ipso*
» *Hostia concideret mactatu mœsta parentis;*
» *Exitus vt classi felix, faustusq; daretur,*
» *Tantum relligio potuit suadere malorum.*

eiusdem propemodum generis ea sunt, nocturna illa sacrificia, sceleratæq. preces, & nefaria vota (nosti omnia) nec ab his ea nimis abhorrent, quę Magicis artib. edocemur pharmaceutrię, & inedię quę naturę ordine excedunt, vigilię veneficiorum vsus, de quibus copiosè Proclus,[a] quę fecerunt, vt locum, quem pleriq. conniuerent, apud M. Tullium [b] sic emendarem, & exponerem, ita.n. legebatur: deinde vt huic animanti principem se ducemq. preberet, vitamq. eius pulcherrimè regeret, & guber-

[a] Lib. de Demonib. [b] Lib. de vniuers.

B naret, nisi quatenus beneficiis sua culpa sibi aliquid miserię quęreret. Itaq. reditus ille ad Deum, vtpote cuius ipse summam curam haberi voluerit, in homine pręcipuè desideratur, pręstatur autem per animam, & eius partem pręstantissimam quę mens est. Ad huiusmodi conuersionem preces & vota conducunt per symbola quædam, quæ in vulgus edere fas non est, insita verò sunt animab. nostris ab earum parente D.O.M. inest aũt symbolis ea vis, vt Deorum beneuolentiam precanti concilient, eũque cum illo Deo coniungant, quem precib. vocauerint, tum flectant eorum voluntatem, ad plenam distributionem bonorum quæ ipsi eminenter complectuntur, ac demum diuinæ persuasionis auctores in Diis omnia nostra reponant. Est ergo precis animarum conuersio per mentem ad architectos suos, & quasi parentes, vt inde ea bona consequantur quæ per eorum separationem à primo bono, iam minus obtinebant: proinde precib. illud primum bonum exclusum est. Ea verò ad absoluendas preces necessariò requiri dicunt; cognitionem cum primis omnium ordinum quorum opem vult ille impetrare qui precatur; deinde conciliationem puritatis, castitatis, eruditionis, & aptæ compositionis in ea parte per quam Deo similes sumus, quorum auxilio nostra Diis accedunt; eorum gratia colligitur, iisque submittitur anima, quare etiam per mentem cum substantia ipsa diuina copulatur. Hinc illa ἐμπέλασις. i. appropinquatio: sic.n. Theologi vocant; vnde hæc. *τῷ πυρὶ γὰρ βροτὸς ἐμπελάσας*

C *θεόθεν φάος ἕξει.* i. Igni qui propior ex Diuis lumen habebit. quæ sanè Deorum consuetudinem, communionemq. nob. exhibet maiorem, & stabiliorem luminis diuini possessionem; ad extremum coitionem ex qua Deorum, & nostra functio efficitur vna, cuius beneficio non amplius in nostra potestate sumus; sed in diuina luce permanentes, & ab ea tanq̃ orbe complexi, Deo pleni, non humanitùs, sed diuinitùs agimus. Atq. hic optimus precis veræ finis habetur, vt reditum cum mansione copulet, & id omne quod ab vnitate Deorum excurrit, rursus ad vnum reuocet, & lucem quæ in nob. est, Deorum luce comprehendat. Sed, vt ad tertium caput descendam, hoc duab. partib. consistit, precum natura, atq. animi eius qui fundit preces. Ea verò precum natura est, vt eum proficiant qui virtute pollet, ipsi bona exhibentes quæ pollicentur, animoq. reditum ad auctorem, parentemq. suum conficiãt, & colophonem gyro virtutum imponant, quæ sanctitas ipsa est. Porrò precantis conditiones & officia talia sunt: nam si sanctitas est omnis virtutis apex, neminem alium preces fundere fas esset, q̃ optimum virum, quanquam & alios corrigunt: studiosus.n. cum diuino consueuit, ꝙ simile amat ad simile sese applicare; iis autem similis studiosus: malis id non conuenit: etenim non puro purum contrectare nefas, cumq. studiosi retineantur in custodia, corporisque carcere coërceantur, Deorum opis egent, vt inde exeant. Qui verò precaturus est, beneuolus & pius sit aduersus Deos; frequenter excitet notiones, quas de Diis habet: nam meliorum veneratio primus est stimulus, & inuitamentũ ad eos

D sibi conciliandos & reddendos beneuolos; sacrificia nunquàm intermittenda; siquidem

» *Ἀνδρὶ θύοντι βροτῷ κραιπνοὶ μάκαρες τελέθουσιν*
» *Sacrificanti viro non adsunt numina pigra.*

tum etiam diuinorum operum seriem conseruet immutabilem; hoc est, ritus vetereis firmè retineat, & treis illos virtutis igniculos nimirùm pietatẽ, veritatem, amoremq. tueatur, quinetiam bonorũ spem, & inuariabilem diuini luminis accessionem custodiat, ministerijq. omnis incuriam caueat, cuius vnũ caput est, vt vnus cum vno Deo coëat & copuletur: quandò magnam vim ad hoc habet affectio recipientis: nam tum maximè lętatur id quod beneficiũ facit, vbi de iactura non suspicetur. & velut agricola libentissimè fertili agro semina committit; ita & beneficus idoneo magna voluntate; inepto verò inuitus, & coactus bona contribuit. Quamobrem si diuinum de nob. gaudere velimus, nos eorum bonorum quæ ab ipso larga manu feruntur, aptos possessores præstemus: etenim bona piis viris cum latissimè distributa perspicimus. Itaq. dum colebatur Apollo, responsa fundebat, & terræ fructus largissimè affluebant. sanitas vbicunq. extabat: vbi negligi coepit, omnia deteriora facta sunt. Nolo illud omittere, precum differentias à Platonicis quattuor recenseri solitas, *δημιουργικάς, καθαρτικάς, ζωοποιούς, τελεσιουργούς*. Primæ quidem, vt de uento & imbri, vt ibi, Iam satis terris. Secundæ ad mala auertenda, velut illa. Dianam tenerę dicite virgines. Tertia differentia respicit agrorum fertilitatem. ex

hoc genere illa. Phoebe sylvarumq. potens Diana. Postrema, quam sæpe Socrates vsurpauit, dum orabat, vt intus fieret pulcher, aut vt externa internis consentirent, & quæ bona simpliciter forent, sibi quoq. bona viderentur. Generatim verò de trib. preces fieri solent, de bonis animi, vt Socrates faciebat: tùm de salute corporis: sic Pyrrhus Epirota, cùm immolaturus esset, sanitatem precari solitus esse fertur, atq. item de fortunis. Hæc sanè à Platonicis accipimus: nunc aliqua de Peripateticorum fontib. hauriamus. Cùm igitur Arist. Deum censeat auctorem vniuersi, tanq̃ finem, & ex ipso pendere naturam quæ tamen pro sui ratione motus efficiat, haud opinari potest rerum euentum ab illo fatali nexu posse recedere; atq. vbi recedat, iam esse incertum, & indefinitum; qui contingentiæ caussam duplicem esse testatus sit, alteram in nob. positam, atque alteram, quæ ortum duceret à materia, nec arbitrari, quæ forent accincta ad Dei nutum inuerti, vtpote qui res istas mutabiles, tanq̃ vilissimas è conspectu suo fugauerit, vt Aristotelis verbo vtar, ἵνα μὴ κακοπαθήσῃ. Satisq. fuisset ad pedes occurrere sic: cùm preces prouidentiam quæ descendat à diuina cognitione, requirant, inutiles esse. Sed cur ipse cum cæteris matri suę Cererem in Nemea locauit; & Nicanoris votum quod pro illo vouerat, seruari voluit, & animalia lapidea cubitorum quattuor Ioui seruatori, ac Mineruæ seruatrici statuit? Non'ne eiusdem quoq. extat hymnus ille admirabilis in virtutem? Non'ne idem iubet patria sacrificia seruari? quæ tanta igitur leuitas? An omnis eius cultus positus erat in admiratione summi illius, & præstantissimi boni. habet.n. venerationem istam quicquid excellit, & eam quidem omni superstitione liberam. est.n. Deorum eximia quædam præstansq. natura, vt ea debeat ipsa per se ad se colendam allicere sapientem: siquidem vt bonum laudatur, sic honestum pulchrumq. suapte natura honorandũ est; cultus aũt honoris species est; itaq. in eius signum per patria sacrificia Diis honores exhibebant, & carmina pangebant, quib. eorum summa excellentia celebraretur; atq. vt Theologorum verbis vtar δουλείαν, non aũt λατρείαν adhibebant: suumq. officium ipsi reputabant, si tales se cum agendo, tum contemplando præstarent, vt q̃ maximè Deos imitari possent, & cùm ipso per mentem copulari: sic q̃ simillimos euadere Diis, & summa illa beatitudine pollere, ad quam euehi potest humana natura: nam quod Deus habet perpetuò, nob. aliquo tempore non denegatur. Cùm igitur colendo Deos vnum cum ipsis fiant, idonei sunt assequi illa bona quæ homini à Diis cõmunicari fas est, non agri fertilitatem, non imbres, aut aurum, sed præstantiam mentis, & consilium rectum, vt iis quæ euenire solent bene vti possit: ac Deorum beneuolentiam inde comparari censebant, ꝙ ita viuentes, & fungentes, similes Deo facti fuissent: illam.n. sympathian esse rerum naturalem, vt simile ad simile aggregetur, quemadmodum etiam cecinit Hesiodus.

„. Αἰεὶ δὴ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον.

& charitate mutua sese complectantur, ad quod efficiendum nil aliud, nisi vouentis cognitio desiderabatur. Itaq. auxilia à Diis hominib. præstantissimis allata diuino quodam spiritu afflati poëtę prædicarunt, vt Diomedi, Turno, Aeneæ, quo virtutem significarent, cuius opera pulchra non sine Deorum auxilio præstari nob. persuaderent; vt ea faceremus, quib. Deorum patrocinio digni haberemur. Nec quicq̃ plus ea significant quæ profitetur Aristoteles. Vtinam ipse quoq. aliam viam fuisset ingressus; ne dum eius dogma enarro, cogerer indicare tantum philosophum à vera pietate desciuisse: hæc enim multò melius Academici decreuerunt. Ex his finem consecuta sunt quæ de primi motoris efficientia proposita fuerunt; quandò nouimus vsum precum apud Aristotelem, & de beneuolentia qua studiosos prosequi Deus ipse perhibetur; quib. item illa addamus quæ vel iam constitutis repugnare videantur, vt omnis discordia tollatur; vel etiã valeant ad persequendum nostrum institutũ de caussis motus. Nanq. illa secum dissentire putabis; ꝙ Deo negetur appetitus, ꝙ hic sit actionis gratia quæ nulla in Deo ponenda est, & motum significet qui ab illa natura penitus abhorret, cùm verò consimile iudicium de cæteris substantiis à materia secretis esse faciendum moneant ea quæ cum Aristotele ꝓfessi sumus: ergo etiam repugnabit illis appetitus: at non'ne & ipsæ Deum appetunt, & imitari student? aut igitur naturæ diuinæ non aduersatur appetitus; aut falsò cæteris substantiis quæ sunt extra materiam, conceditur ea facultas: etenim si substantiæ separatæ repugnat appetitus, in nullam igitur cadere debebit; aut si non repugnat, nec igitur Deo repugnabit. Equidem appetitum ambiguè valde in separatis arbitror esse ponendum; siquidem appetitus & res expetenda sit in Deo modis omnib. idem, ac reuera potius secundùm nostrum concipiendi modum, q̃ re distinctus, in aliis aũt extra ipsa quidem, sed in separatis à materia, quod per essentiam copuletur; in materiatis animantib. per speciem, siue intentionem in reb. inanimis, vt fiant formaliter vnum, idest sicut ex forma & materia secundùm gradus illarũ categoriarum, vnde ratio petitur actus & potestatis. Quod siquando similitudo posita est in ordine separatorum à materia, simile acceptum est in eo ꝙ efficiunt motus singulæ in suis orbib, non aũt vniuersa illarum natura collata: habent.n. cõmune hoc oẽs, vt moueant, eædemq. moueant, vt fines; sed si secum conferantur, primã reliquis expetendã sese offerre dicimus. Itaq. nec conuenit appetitus substantiæ quæ sit extra materiã, simpliciter, & vniuersè; neq. itidẽ vniuersè illi aduersatur, sed primæ solũ, quatenus prima est, appetens alterius esse repugnat: quanq̃ id cauere oportet, ne omne genus appetitus aliis eius ordinis substantiis attribuatur: quandoquidem cùm soleat appetitus esse cum motu, & initiũ praxeos, qualis est is qui in corpore cœlesti ad efficiendum motũ positus est à nobis, hunc à toto substantiarũ illarũ ordine longissimè abesse defendimus, alterũ inesse volumus qui ad contẽplationẽ solã dirigitur, quasi respondentẽ natiuo illi appetitui qui in nob. existit ad cognitionẽ. Neq. eiusmodi tu hunc appetitũ esse censebis absentis rei, quasi interdũ ea non fruatur; queãdmodum

A nos;sed quatenus intra se non habet id quod cupiunt: ideò propensio sanè quædã extat ad extrinsecũ, veruntamen ea semper est in cõsummatione,&, vt aiunt optimè Platonici, ὑφεσίς ἐστ,nõ παράτροπη. Quãobrẽ quæcunq. de separatis motorib. ab Arist. asseruntur, ꝙ sit immobile, & per se & per accidẽs, ꝙ ametur & intelligatur, non amet & intelligat; hęc de primo simpliciter existimabis esse conclusa, vt fit in iis quæ sunt ad vnum, quæ tamen de secundis analogicè sint accipienda, vt ad orbes, & qua corporeos motus efficiunt. His omnib. expositis etiã liquet, vt de primo motore quæstio sit instituta in physicis: nanq. mouens primũ quęrebatur; hoc aũt non fuit anima; quandoquidẽ eam moueri adhuc oporteat ab alio, non efficiens, cũ & id non moueat immobile permanens, sed quod prorsus immobile manet: quoniã verò sic mouet finis; iã constat, vt finẽ 8. Phys. spectari. Ipse verò mouet, vt externũ: propterea primũ mobile sic vnũ est, vt non secundũ substantiã, sed per associationẽ sit vnum. atq. ita vnũ cũ sit, habet in se ipso caussas omneis sui motus. Sed ꝙ explicare modum quo mouet finis ille primus, erat aggredi officia substantiæ quę foret supra naturã, & huius methodi terminos transiliret, idcirco ad primã philosophiã ea contẽplatio reiecta est, tantũq. potuit philosophus naturalis, vt ostenderet nob. motũ esse dissoluendũ in primũ quendam motorẽ qui modis omnibus esset immobilis, quod ex solo motus ingenio peractũ est: addit his primus philosophus, officia substantiæ materia vacantis, quæ; etsi prętant in natura motum, nihilominus sunt munera immobilis, & essentiã diuinã magis attingunt. Idcirco contẽplatio motus, & mouentis est quidẽ tota naturalis 8. Phys, neutiq̃ tamen absoluta,

B nisi propter methodũ, vt primo libro declarauimus: 12. verò Met. est absoluta sanè sed non naturalis: idq. est quod dicitur considerari primũ mouens à Physico ꝙ sit: à primo verò philosopho quid sit: non quin & ipse noscat quid sit primus motor: nouit. n. pro suo captu, sed quia magis ad eius essentiã peruenit primus philosophus ea considerans quæ insident in essentia, quæ tametsi non abstrahit ab illa habitudine quam habet, vt principium ad ea quæ sunt ex principio, tamen est acsi consideraret generans vt generat, quod etsi non est sine filio; tamen intrinsecùs inhęret in substantia patris, & ad patrem magis, quàm ad filium attinet. Sed pergamus ad reliqua.

Instituitur quæstio de ordine mundi; atq. inibi proponitur disputatio, sit'ne Deus omnium mensura. Cap. XL.

EX tali igitur principio apta est oĩs hæc corporũ moles quæ mundus appellatur, qui certè nil aliud nob. prima facie reprę̃sentat, nisi structurã cęlestiũ, caducorũq. corporũ, & naturarũ quas hæc duo corporũ genera cõplectuntur, quę quidẽ ex Deo pendet, & per ipsum ordine quodã conseruatur, vt ea præstent quę Deo magis appropinquant; illa cedant, quę longius absunt: deinde reliqua omnia

C quæ sub ente continentur: quamobrem vniuersa illius essentia in ordine & varietate posita est, & nomen illi attributũ quod ornatũ ordinẽq. notaret; κόσμος, n. à philosophis appellatur. Eius verò essentiã, siquis scrutari velit diligentius, assequi non poterit, nisi anticipet quid sit ordo, quæ ordinẽ admittant, & quo pacto. quamobrẽ & nos hinc exordiũ disputationis nostræ faciemus. Ordo igitur primò postulat multitudinẽ, & in mundo ipso multitudinẽ rerũ quib. esse tributũ est, cũ in seipso omnia illa quę sunt, cõprehendat; extra se verò nihil esse patiatur, quorũ vnũ prius, alterũ posterius est: nõ ea qui dẽ ratione, qua Troiana obsidio ędificationi vrbis antecessit; sed ita est, vt posterius sine priore non consistat: aut quia conflētur ex illo, veluti domus ex fundamentis; aut ꝙ ab illo sit, vt ab ędificatore; aut quoniã illo terminetur, vt certa quędã, & accõmodata descriptio, vel demũ ꝙ ad illud instituta fuerit, vt ad frigus propulsandum. Quoniã verò in omni natura, quæ non solitaria sit, neq. simplex, sed cum alio coniuncta, atq. connexa, necesse est inesse quendã principatũ (Græci vocant ἡγεμονικόν) qui contineat totũ, idq. tueatur, vt in homine mentẽ, quo nihil in quoq. genere nec potest, neq. debet esse pręstantius, & hinc ordo existit. itaq. vbi ordo ibi principiũ, ob eamq. caussam infinitũ omni ordine expers est, atq. oẽ principium vnum est, ita intereà quę molẽ hanc implent, vnum principiũ est, atq. vnũ primũ, à quo reliqua oĩa per quosdã gradus pendent, & quasi procedunt qui nõie maiestatẽ exprimen-

D te à Gręcis, Latinis, & nob. Deus appellatus est: hic nihil extra se respiciens, quicquid est, totus in seipso existit, ille fons, vnde scaturit esse cuiq. bonũ: quapropter optimus oĩum, & eiusmodi, vt in eius essentia pulchritudineq. lustranda mens humana cęcutiat. Ab hoc ergo tanq̃ à prima caussa alia cuncta deriuantur, quorũ duo quidã gradus generatim à philosophis obseruati fuerunt: alter est substantiarũ corpore vacantiũ quę Deo quidẽ humiliores sint, quippe quę quanuis proportione cũ Deo congruant, cũ moueant immobiles, attamen & ipsę à Deo O. M. separentur, ꝙ si non corporea motione afficiuntur, at metaphoricã non effugiunt quę in appetitu externi posita est: veruntamen reliqua longo interuallo post se relinquunt, quia nil corporeũ patiuntur. alter verò corporũ ordo est, quorum nonnulla immortalia sunt, inter quæ item duplicẽ conditionem constituimus astrorum & orbium, reliqua caduca quæ manent infra Lunam, & circum terras in quib. omnib. ille gradus excellentiæ solet spectari, qui etiam loci. aliud substantiæ genus Aristoteli notum non fuisse puto: nam ꝙ dæmonas ipse norit, aut in sua philosophia receperit, non adducor. Sed hæc alibi explicata fuerunt à nobis. Et planè parum aut nihil inuenio discriminis hucusq. inter sapientes: nunc ea quæ sequuntur aduertamus: nam tametsi dictum est à nobis, omneis has substantias à primo omnium eorum quæ sunt, certo quodam ordine proficisci, videndum tamen est, quemadmodum id eueniat, & vt consequantur, ꝙ sint ab eo summo quod nos omnium illorum fontem initiumquè statuimus. Spectandum præterea,

quemadmodum ordo ille agnoſcatur & in iis quæ ſunt, explicetur. quod erit certè idem, ac ſi exponamus, vt Deus omnium rerum metrum habeatur; & vtrùm'ne ab ipſo ratio menſuræ ducenda ſit, an potius à priuatione, & eo quod non eſt, quemadmodum à quibuſdam non ignobilibus philoſophis ſcribitur. Eo igitur conſtituto, q Deus ſit omniũ ſummus, ſimplicisſimus, ac primus actus, qui eminentisſimo quodam modo cuncta quæ ſunt ab ipſo, contineat; dubium enim id apud quenquam non eſt, modò ſanus ſit, de menſura diſſeremus explicantes primùm quid ipſa ſit generatim: tùm deinde vnde illius ratio ducatur: poſtremò docebimus quo pacto accommodetur ad naturam diuinam. Menſuram verò eſſe nomen ambiguum, aut ad vnum cuiq. perſpicuum eſt, ac primùm tribui quantis; quapropter, vt in definiendis cęteris quæ ſunt ad vnum, ſemper exordimur ab his quæ prima ſunt; ita quoq. in menſuræ definitione faciendum eſt. Menſura igitur ſignificato potisſimo id intelligitur quo cognoſcitur quantum. Cùm verò quantum, quatenus hũi, vno, ſiue numero cognoſcatur. noui enim quanta ſit menſa, quòd ſcio quot cubitos ipſa ſit; id verò eſt cognoſcere numero, numerus autem vno cognoſcatur. hinc efficitur, vt prima quanti menſura ſit vnitas. Dicitur etiam latius menſura, & quaſi poſteriore quodã gradu id quo primo quidq. cognoſcitur. poſtremò ſcientia & ſenſus in menſuris ab Ariſt. reponuntur: id tamen præſefert maximum eius vocis abuſum: nam tantum abeſt, vt ſcientia, ſenſuſq. rerum menſuræ ſint, vt contrà potius eueniat ac res ipſę ſint ſcientiæ, ſenſuſq. menſura, quia tamen per ſcientiam ſenſumq. cognoſcimus; inde factum eſt, vt pro menſuris habeantur. Miſſo igitur hoc ſignificato tanquam nimis alieno de cęteris agamus. Hæc aũt in his ſecum cõuenire videntur; primùm quidẽ, vt per menſuram certiores reddamur. quia verò ipſa primùm eſt quanti, tum reliquarum rerum; reddimur primò certiores per menſuram de quanto, mox in reliquorũ notitiam peruenimus: ſolet aũt natura prioris in iis quæ ſunt ad vnum, quoquo pacto per cętera quæ ab ipſo ſunt, pertinere: ita de menſura putare oportet. idcirco etiam menſura illorum erit, aut quatenus quanta ſunt, aut ſub rõne quanti. atq. id ſeu proximè, ſiue aliquantò remotius, ac proximè quidem eorum quæ ad quanta per accidens referuntur, vt negocium & albedo; remotius autẽ eorum in quibus partitio quouis modo cogitari põt, vt habitum animi, atq. illorum demũ quæ partimur in gradus: neq. quicquã oĩno eſt quod vel proximè, vel remotè menſuræ rationem ſubterfugere queat, cùm eius initiũ contineat, vt ita dicam, quæ vnitas eſt. Omne.n.id quod eſt, quatenus eſt; vnum eſt. ſed quatenus vnum in ſeipſo maneus non fungit officio menſuræ. in illius.n.notione quædã exuperatio continetur eorum quæ ſub mẽ-
4. Phyſ. ſurã cadunt, quia plus hoc, minus illud eſſe reputatur: atqui vbi exuperantia, protinus ibi diuiſio, quippe quòd ibi ſit id quod ſuperat, quod ſuperatur, & quo ſuperat: proinde cùm diuiſio referat quoquomodo quantum; ſic efficitur, vt quæ ſunt obnoxia menſuræ, quomodocunq. rationi quanti ſubiiciantur. Deinde conuenit inter ea quæ menſuræ rõnem ſubeunt, vt referantur ad idem genus menſura, & id cuius ipſa eſt: ſic numerum numero, lineamq. linea permetimur. eiuſdem aũt generis accipimus, vel quòd ſub eodẽ genere vniuoco cõprehendantur, vt ſpecies, vel quòd ad idem genus reducantur: numerus.n.& numerus ſpecie ſub eodem genere ſeparantur, vnitas ad quantum planè refertur, ea tamen non eſt ſpecies, ſed initium quanti, vel etiam quia referãtur ad aliquod cõmune quod ſit ad vnum: proinde ſubſtantia menſura eſt accidentium, cùm tamen genere diſtinguantur. Verùm quia de his ad aliud inſtitutum plura locuti ſumus, ad cętera veniamus. Illud etiam menſurã conſequitur, quanuis ad idem cõmune referatur cum eo cuius eſt, ſeu ſimpliciter, & ex natura, ſiue ad nos; priorem locũ menſuræ deberi. ſi primùm, ea igitur rõne indiuiduum; ita vt nihil demi queat: nam ſic in ipſum cadere menſura poſſet, vnde menſuræ obnoxiũ redderetur. ac menſuræ rationem fortaſsis amitteret, ſi diuiſioni quanti quæ infinita eſt, & ignota, ſubiici poſſet. Indiuiduum verò dupliciter; vel ſuapte natura, quemadmodum vnum; vel etiam ex inſtituto, vt vlna qua pannum metimur: quia tametſi in palmos diuidi poteſt; accipitur tamen veluti primum quid, & ac ſi in alias partes ſecari nequeat. Neque verò aliter fieri potuit, vt nos de eo cuius eſt, certiores faceret: illo.n.cognoſcimus exactius, quo minutius aliquid luſtramus, tametſi neſcio quid humilius habere ſolet oĩs diligentia; quocirca ſi prima philoſophia dicebat Ariſtoteles, eſt ſapientia, & oĩum præſtantisſima facultas; ei deneganda eſt illa accuratio mathematica: ſic Rhetores in perorationibus in quibus grandia requiruntur, vetant non eſſe nimium diligentes. Et M. Tullius (cur enim minus rectè faciam, ſi magiſtros artium conſulam, & meis dictis teſtes adhibeam?) ſe dirigere profitetur cogitationes ſuas, non ad illam paruulam cynoſuram,

Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto.

eoq. directius gubernant, quòd eam tenent,

Quæ curſu interiore breui conuertitur orbe.

ſed ad Helicen, & clariſsimos Septentriones, ideſt rationes latiore ſpecie, non ad tenue elimatas conſectetur: itaque errare & vagari latius. Sed cùm hoc ab Arato ipſo ſcriptum ſit accuratius, & ad explicandam rem noſtram conducere valeat; eius ſententiam tibi proponere conſtitui. Sic igitur, quanuis aſtronomiæ non admodùm peritus; at ſcriptor elegans, & facundus teſtatum reliquit.

Οἱ τὴν μὲν κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσιν
Τὴν δ' ἑτέρην Ἑλίκην. Ἑλίκῃ δ' ἄνδρες Ἀχαιοὶ
Εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν.
Τῇ δ' ἄρα φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν.
Ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ καὶ ἐπιφράσασθαι ἑτοίμη,
Πολλὴ φαινομένη Ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός,

Ἡ δ' ἑτέρη

A Ἡ δ' ἑτέρη ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων
Μειοτέρῃ γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι.

Ergo minimum est ipsa mensura. Nil etiam ꝓhibet, quominus ratio mensuræ ad duo æquè pertineat, vel quia constet è duobus vbi.s. obtineat instar rationis, ac proportionis: nam ratio est collatio duorum, vel plurium: sic duæ dieses possunt esse mensura: vel etiam, ꝙ dum vnum metimur, vna quoque metiamur & alterum. Sic contrariorum mensura eadem est: alterum.n. è contrariis inest in altero quodam pacto; nempe secundùm rationem, quòd alterum est vt habitus, alterum verò vt priuatio vel secundùm naturam, vel quo ad nos, siue etiam quòd inter eosdem terminos contraria perpetuò comprehendantur ea ratione, quia quantum actus in vno continetur, tantundem potestatis in altero existat. Quamobrem mihi reprehendendi videntur complures è Latinis philosophis qui alias putant esse mensuras intentionis & remissionis, perfectionis item & imperfectionis, cùm hæc huiusmodi sint beneficio contrariorum quæ sub eandem mensuram cadunt propter coniunctionem actus & priuationis, actus & potestatis quæ in alterutro è contrariis vnà subsistunt: nam quantum actu nigrum est, tantundem est non album, & potestate album. Cæterùm quia res quæq. naturalis è duob. primordiis constat, materia.s. & forma; videtur etiam duplex mensuræ ratio cum ipsa congruere, & conuenire; altera quidem quæ petatur à materia, atq. altera quæ à forma deducatur. & à materia quidem mensura q̃ti
B videtur emanare quæ duplex est; altera extentionis & continuitatis, atq. huius quidem partes duæ, prima sanè successionem habentium; altera permanentium. alia verò multitudinis: sic tempus, magnitudo, & vnitas habentur pro mensuris. cùm à materia potissimum omne interuallum, ac distributio singularium deriuetur. Cùm verò à forma descendat omnis ratio perfectionis; etiam ab ea ducitur alterum genus mensuræ quod attinet ad perfectionem. Verumenimuero mensura quanti sic perspicua est, vt nullas difficultates gerat in sinu, nec quicquam à philosophis excogitatum est quod rapiat ad se studium nostrum: omnes enim fatentur veram quanti mensuram, quatenus quantum est, esse vnum, quatenus vnum, & nos anteà ad aliud institutum de quanti mensura tractauimus; de altera mensura multa disputata comperimus. Quare precium operæ me facturum puto, si his veluti iactis fundamentis, ad eius explicationem me conuertam.

Exquiritur, vnde nam sumatur ratio mensuræ qua rerum perfectionem metimur. Cap. XLI.

RATIO mensuræ qua cognoscimus numerum, & magnitudinem, satis plana est, sed perfectionis dimetiendæ via subobscura; multæq. opiniones de illius constitutione, & modo circunferuntur. Verùm, vt Arist. pareamus non semel admonenti, ne singulas quasq. sñias agitemus, sed eas solas quæ
C validis rationibus fulciuntur: ex his duas tantùm seligemus, quæ cæteris anteponendæ videntur, quarum alteram defenderunt Calculator & Achillinus, alteram professi pleriq. sunt ex iis qui ad lectionem præceptoris nostri magis sese applicarunt. vtræq. oppositæ: nanq. illorum ea sñia fuerat; huius mensuræ notitiam ab eo quod primum foret, accipi non posse, sed ab eo quod non esset, quòd si ab eo primo peteretur quod esset; ita accipi, quia duo quæ sint, secum conferantur, & exploretur ex iis, quod nam primo illi magis appropinquet; in eumq. sensum oĩa loca interpretantur quib. pronunciarit Arist. mensuram à primo quodam esse deducendam. Corroborant opinionem suam compluribus argumentis quæ mihi ad summam videntur huiusmodi. Siquidem in iis formis quæ per successionem comparantur, quorumcunq. graduum recedentium à non gradu tanta est proportio, quantum est interualli quod intercedit inter terminum à quo qui est, non gradus, & terminum ad quem qui sunt gradus distantes. Neque profectò secus, àc si pannum dimetiri velimus: sicuti igitur ad id, vt sciam quantum opus sit ad sagum conficiendum; non necesse est teneam quanta sit vniuersi panni strues & tela, sic ad id, vt sciam quantus calor insit; non necesse est sciam quanti sint totius summiq. caloris gradus. Aut si rationem planius euoluere libeat; ita conclude. Perfectio noscitur ex processu: processus ex termino à quo, non autem ex termino ad quem, & perfectio igitur. Non esse verò necessarium nosse terminum ad quem processus, panni mensura demonstrat. Præterea potest aliquid esse summo propinquius, nec
D tamen esse perfectius, vt gradus non gradu summo propinquior est; non idcirco perfectior: nanq. album est perfectius nigro simpliciter: ergo in quocunq. gradu: sic album vt duo perfectius erit nigro vt quinque quod iam peruenit ad summum. Neq. desunt auctoritates Arist. quib. hæc opinio confirmetur, vt 1. de Cælo,[a] vbi id perfectius appellabat quod magis à centro distaret. Tum etiam 8. Phys.[b] vbi docuit, inquiunt, oĩa quo magis à quiescente mouentur, eò concitari velocius. Hæc ille decreuerunt. Sed vnde error emanarit, optimè cerno: cùm posuerint, vt debent, Deum perfectionis infinitæ, fateantur item oportet esse ignotum; ideò quoq. non licere intelligere quantum quæq. res illi appropinquet. Attamen nil minus defendi posse censeo: quandò id ponit quod tollit, & suo sibi se gladio iugulat, vt fertur. A summo.n. ratio mensuræ petẽda non est, præsertim à Deo, ꝙ infinitè distat, & ignotus est: at quo pacto, cùm duo secum in perfectione cõferuntur, spectandũ est summum? Num quia notius? certè non plus q̃ anteà, aut id falsum quod supponitur, summum esse ignotum. Præterea posito ꝙ infinitè distet; nulla proportio inter hæc & illud, si audimus Aristotelem, statui potest; itaq. aut appropinquatio nulla, aut in infinito interuallo momenti nullius. si exuperationis habetur ratio; ergo aut à summo ratio mensuræ deducitur, quod ipsi negant, aut si ita mensurã accipi dicunt, quia magis à non gradu discedat, exceptio non fuit adhibenda; quippe nullius vsus: vtrobique.n. mensura à non

[a] T. 16.
[b] T. 76.

gradu sumi poterit, siue res aliqua seorsum spectetur, seu cum alia conferatur. Prætereà si summum in finite nonnunq̃ distat; nulla etiam poterit eorum esse mensura quæ sunt infra summum. Etenim distantia ex illis est quæ respiciunt aliud: proinde tantundem interualli intercedit inter me & te, quantum inter te & me, infinitè igitur etiam inferiora distare oportebit: quo igitur sub illa habitudine cognoscetur exuperans? nec.n.ꝙ plus habeat de hoc, quia sic similiter aliorum excellentia nosci poterit: neq. item ꝙ minus habeat de non ente, quia sic erit cõis ratio metiendi tam ea quæ seorsum spectantur, q̃ illa quæ secum conferuntur. Rursus si perpetuus est canon ille metiendi quem ipsi profitentur, saltem vbi collatio non fiat, quo pacto poterit cognosci quantum? minuitur.n.in infinitum; finitum verò est eius incrementum, & tñ inde prima metiendi ratio deriuatur. Necnon si non vbiq. est eadem occasio mensuræ arcessendæ, non potuit item canon vniuersalis afferri; quapropter ẽt distingui oportuit de rebus quæ subeunt mensuram. Nanq. esto, vt Deus infinitè distet: at in animalium genere homo à cæteris eius partibus infinitè non distat. Igitur etsi in eo capite in quo Deum sumimus pro mensura, sic procedendum sit: at singularum partium cuiusq. generis perfectio cur non explorabitur ex summo? neque.n.infinitè distat à reliquis. Postremò sic natura comparatum est, vt priuationem ex habitu cognoscamus, & negationem ex affirmatione: nunc gradus habitum repręsentat; non gradus autem priuationem: ex gradu igitur non gradum, & ex calido non calidum cognoscere oportebit, atqui ita habitum continget ex priuatione comprehendere. Ac si vis earum rationum perpendatur, miram fallaciam continent; quippe quæ aliud polliceantur, aliud efficiant. Nobis.n cognoscẽdum est, vnde perfectionis ratio ducatur: at id concluditur quod pertinet ad extentionẽ, quæ spectatur in motibus à termino à quo ad terminum ad quem cuius priuilegio motus est quantum quoddã, & tpe absoluitur, nec quicq̃ agit de rõne perfectionis. Etenim probè scis motum in his duob. esse positum, extentione, vel successione, & adeptione formæ ex successione quidem, nihil perfectionis peruenit ad rẽ quæ mouetur, sed ex accessu formæ. At isti commutant vtranq. considerationem. Nam sic est proportio partium motus quo ad extentionem, & successionem, quemadmodum distantiæ gradus à non gradu, sed in eo perfectio collocatur, vt plus adsit de forma quæ finis est eius motus, & sicut non est perfectio motus, tendere ad non esse, nisi quadam specie latiore, qua quod fini magis appropinquat, quicunq. ille sit, perfectius habetur, quia nihil accedat de forma, sic vbi ratio formæ segregetur, nulla adest caussa perfectionis in motu. Sed cùm ẽt finis habeatur quicunq. ille sit, in eo quoq. ordine præstantis, & summi rationem obtinere dicimus. Constanter igitur asseuerabo non ea ratione de rerum præstantia faciendum esse iudicium. Signo illud est, ꝙ ea mensura cadit sub cognitionem per vnum & numerum, non aliter ac extentio quanti: sic.n.primus est, & secundus gradus, vt si in progressu foret primum, aut secundum milliare: nec aduerteretur, quid proficeret mobile. Et planè longè est alia ratio perfectionis & extentionis: siquidẽ in extẽtione quæq. pars ab altera separata per se subsistere queat, & idcirco per se ipsam mẽsuræ subiici: at in processu perfectionis partes separari non possunt: etenim prior in posteriore cõtinetur, vt in actu suo, & per ipsam cognoscitur, nec quicq̃ per se retinet actus ab vlteriore tanq̃ forma occupata, propter quem per se ipsa cognoscatur, sed in vlteriore cognoscitur, atq. in extentione, & successione partes singulæ per se ipsas notescunt: sic secundùm milliare sine primo perspicitur, sed in perfectione posterior pars sine prima non existit: est.n. velut eius materia. quapropter anterior gradus in posteriore percipitur, & reliqui in eo qui cõtinet alios omneis. sic fit, vt ex ipso probè cęteri notescant qui summus est: nõ euenit aũt in extentionem & successionem, cùm quælibet pars ex se ipsa cognoscatur, ꝙ quælibet est separabilis. Neq. par est exemplum dimetiendi panni, & rerum perfectionis, quòd, vt diximus, dimetimur ipsum vt quantum, neq. idcirco melior est pãnus, quo plus habet quantitatis. Quanquam & id adnotandum in panno, ꝙ siquis etiam mensuram eius introspiciat, non idcirco ex non panno accipiet, sed ad pannum ipsum accõmodabit, & faciet vnã panni vlnam, quæ extat in panno, quam excipere poterit nonmodò ab initio panni, sed vndecunque. itaque mensura petitur ab actu. Proinde cùm mecum cogito diutius, tantum abest, vt non à gradu mensuram petendã esse arbitrer, vt firmè credam primum gradũ esse mensuram: sicut.n. vnum quod est numeri pars, est eius certa mensura, & continui prima pars sensilis, vtputa, & diesis vocis, sic & extentionis, & successionis quæ est in motu, primam quandã partem mensurã totius esse profitebor, præsertim quòd in significanda corporum nobilitate ex discessu ab infimo loco, comprehenditur etiam locus infimus qui pars est loci totius. Cauendum quoque est in harum rerum dimensione, ne committatur error, dum ea cõmutantur ad quæ referri debet mensura: accipitur.n.pannus in exemplo, & statuitur ad sagum faciendum non opus esse cognoscere quantus sit pannus vniuersus. sed aio vel nos panni totius mensurã quærere, vel quantum requiratur ad conficiendum sagum: ac si primum scire cupiamus; video quoq. totum pannum esse perlustrandum; proinde noscendũ esse summum: tunc.n.scimus quantum est quidpiã, cùm scimus quot sunt eius partes. si sagum respexeris, etiam quantitatem sagi noscas oportet: propterea summum in suo genere semper est cognoscendum ad cuius præscriptum de cæteris iudicium fieri valeat, & vt in exẽplo permaneam; sicuti plus aut minus esse hoc panni ignoras, nec quantum deficiat, aut supersit; nisi, quantum opus sit, probè noueris; sic de cæteris asseuerandum vr̃. Et si ita concludatur argumentum, vt secundo loco monuimus; concede maiorẽ solùm de extentione. Neq. obstat, si dixeris, quod requiritur ad sagum consuendum nõ esse summum, ꝙ summũ dupliciter apud Arist. offendamus, vnum simpliciter, atq. alterum ad aliud: sic & summum est in virtutib, quanuis mediocritate consistant; etenim reperiri potest aliquis, qui reliquis medium melius assequatur.

Alterum

A Alterum quoque argumentum peruertit canones collationis: requirit.n.collatio terminos vniuocos, si rite facienda sit: itaq. album cum albiore, aut minus albo confertur, non autem cum eo quod atrius sit, aut minus atrum; nisi quatenus magis, aut minus album. Confer tu nunc atrum in quinto gradu cum altero quod sit in minore gradu, nil officiet, quominus sit eo perfectius. sic, si conferas minus album cum albiore, erit hoc illo perfectius. Sed perpetuò memoria tenendum est in his quæ per se ipsa sunt imperfecta, quod semper alteri è contrariis euenit, perfectionem pro rei subiectæ ratione constitui debere. Neque nos mouent auctoritates in medio positæ, cùm mensura duplex sit, vt in disceptatione de tempore docuimus, vel natura prior, sicut motus cæli mensura temporis esse dicebatur, vel etiam posterior, vt contrà tempus ponebatur mensura motus cælestis. Hoc igitur modo non inconuenit, Arist. significare quippiam ex eo quod nobis notius, & natura posterius existat: quanquam apud mentem fœcundam certior ratio metiendi perhibetur quæ petitur ab eo quod est prius natura, & omnis mensura perfectionis, vel proximè, vel remotè in id resoluitur quod natura prius est: nanque omne spatium quod terminatur oppositis, duplici habitudine consistit, actus.s.& potestatis: itaq. ratione permutata vnum ex altero percipitur, vt ex albiore minus nigrum. 8. autem Phys. nulla mentio facta est de mensura, sed illud affirmatum, in fine motus ea quæ rectà mouentur secundùm naturam, velocius agi, atque id descriptum per terminū à quo, seu ꝙ idem subiectū foret distantiæ termini à quo, & viciniæ termini ad quem; siue ꝙ nobis notius id quod ab Arist. factitatum est rei ipsius

B naturam negligente nonnunquam, vt captui nostro consulat; attamen relinquit peritiorib. vt res iudicent, prout singularum natura postulat. Quapropter illi melius omnino, & magis ex mente Arist. qui mensuram ab eo quod in quoque genere perfectius esset, duci voluerunt, & id quoq. ab Arist. vsurpatum: nanq. ex eo, quòd species est propinquior primæ substantiæ, quàm genus; eam quoque genere magis substantiam esse vult. Docet insuper scribenti historiam animalium hominis enarrationem esse præponendam, vt quemadmodum numismatum exploratores adulterina cum legitimis conferunt, sic nos aliorum animalium parteis cum humanis comparemus. Asserit prætereà verum iudex esse sui & falsi, ac rectum obliqui. Melius item illud esse censetur quod optimo propinquius.[a] Necnon 3. de An.[b] hoc litterarum monumentis commendatum, necesse esse vno metiri; hoc autem esse finem, & id quod per seipsum expetendum esset; reliqua verò magis expetenda, & reliquis anteponenda, quo huic fini magis appropinquant: itaq. etiam perpetuò præponere solitus est in methodis id quod est summum, vt inde per absentiam conditionum quæ in ipso spectantur, de cæteris iudicium ferat. Sic exactissima illa demonstratio proponitur ad definiendum, & latio priore loco perpenditur in physicis quæ motus omneis antecellit.[c] In prima philosophia substantia; summa beatitudo in ethicis. Quamobrem cùm inter ea quæ sunt, primos honores occuparit D.O.M. ab hoc item petetur eorum mensura quæ sunt, vt ab ipso etiam factum est 2. de ortu.[d] Ita igitur ab eo quod in quoque genere primum est,

C mensuræ rationem arcessemus.

[a] 2. de cæl. T. 66.
[b] T. 57.
[c] 1. de hist.
[d] T. 59.

Quemadmodum ratio mensuræ congruat cum diuina substantia. Cap. XLII.

DEVM O. M. omnium eorum quæ sunt, esse mensurā sic planū erat apud veteres Peripateticos, vt nullius demonstrationis indigeret: itaq. & hoc nob. in præsentia ratū sit. At verò quemadmodum id eueniat, pauca quædam à Simplicio[e] diuulgata comperio: nihil apud alios Græcos, quod ego meminerim. Sed id quod eruditissimus ille philosophus profitetur, maiorē in modum mensuræ ingeniū oppugnat, vt facilè quisq. hæreat in eo, sint'ne veræ conditiones illæ mensuræ quas accepimus suprà; an'ne falsò Deus oīum mensura perhibeatur. Etenim illa est Dei natura excellens, & omnibus partib. absoluta, vt quencunq. bonitatis perfectionisque gradum in sese eminentiore quodammodo contineat: quare & optimus, idemq. maximus habetur. Cùm talis sit illa nunq̄ pro merito celebranda essentia, sequitur, vt si mensura statuatur; non minimum quidem, id quod mensuræ proprium esse accepimus, sed maximum quoddam ponatur. Proinde aut aliud mensuræ genus excogitandum est à superiore diuersum, aut modus quo Deus, quanuis Optimus & Maximus, tanq̄ minimum quid cogi-

D tetur, quo possit esse mensura. Ac Simplicius quidem cùm perfectum videat esse mensuram imperfecti; & eiusmodi, vt contineat imperfectum, mensuram quoque vt totum se habere pronunciauit, & multa confingere cogitur quib. doceat maximum esse mensuram; quia videlicet συλληπτικὸν sit & ἑνοποιὸν .i. vim habeat comprehendendi, & efficiendi vnum. Cæterùm quamuis id illius essentiæ conditiones significet, quæ vim habeant efficiendi vnum, & ad sese omnia colligendi; at mihi non videtur ex eo mensuræ rationem colligi: neq. ex toto partes vnq̄ mihi cognoscere succedit; sed ex partibus in totius notitiam venio metiendo; quocirca totum confusæ notitiæ principium prohibetur, partes aūt distinctæ; vt etiam Platone auctore, quot sunt partes, tot sint mensuræ; ac siquid aliud metiatur; ideò metitur, ꝙ eius parti sit æquale id quod metitur: sic mensura absoluitur ea parte simplicissima quæ in quoq. est quod metiri volumus. Quapropter hoc mihi in mentem venit quo illam rationem mensuræ vulgatam defendamus. Cùm enim ratio perfectionis à forma & actu ducatur; imperfectionis autem macula à potestate & materia, ab his etiam fontib. mensuræ rationem accipiendam esse censeo: quia verò metiri generatim cognoscere est; omnis aūt cognitio deriuatur ab actu; cùm per se quoq. actus indiuiduus sit, materia fluat, & extētionis, multitudinis infinitatisq. sit caussa; vniuersā metiendi rationem ab actu petendam esse prædico. Quia verò possent hæc nullo negocio reperire con-

[e] 4. Phys.

sensum; transeo ad illud, vt doceam, quemadmodum id quod summum est, sit pars eius quod in seipso continet. Atq. id meo quidem iudicio sic se habet. Actum qui in quoq. genere primus, ac summus est, si cùm cæteris quæ sunt generis eiusdem cõferatur, ad ea esse velut habitum ad priuationem: quamobrem eo ipso modo quo actus à priuatione comprehenditur, & eius fit pars: sic actus qui in suo genere præcipuus est, in reliquis eiusdem generis partibus continebitur, eorumq. pars optimo iure reputabitur. Habitus autem in priuatione continetur, quia priuatio sine habitu neq. esse, neq. intelligi potest, & est ratione prior, ideoq. secundùm rationem indiuiduus, ac minimus. Quanquam nos de hac compositione mox nonnulla adscribemus: intereà satis esto, si eam Aristotelis auctoritate persuadeamus, & transferamus ad rem nostram. Hanc igitur compositionem ab Aristotelis placito non abhorrere significant ea quæ nos docuit, dum explicaret, quemadmodum negatio se habeat ad affirmationem: [a] inquit.n.in negatione comprehendi affirmationem, atq. in negatione bis ipsum esse includi, cùm semel insit in affirmatione; ac simplicius quid monstrauit esse habitum, quàm priuationem: addunt.n.negatio, & priuatio affirmationi, & habitui casum quendam & deflexum ab eo quod verè, & simpliciter est. Quocirca si se habent, sicuti partes habitus priuationis, & actus potestatis, satis apparet, quemadmodum minima sint, & consequentium valeant esse mensuræ, cùm item verisimile sit toties actum comprehendi, quot sunt gradus insignes illius casus, atq. deflexus, toties item mensuram statuemus. Accipe hominem, qui nostratium rerum perfectissimus est; in eo corporis natura continetur, vitæ sensus, motus & mentis: cætera quæ sunt apud nos, sunt veluti priuationes eorum quæ sunt in ipso: bruta; quia mente careant, zoophyta, quia careant motu & mente, plantæ præter hæc neque sensum habeant; inanima, quia nulla polleant ratione viuendi. Cùm ergo brutorum casus simplex sit, zoophytorum duplex; triplex autem plantarum, vltimus inanimorum: sic homo toties repetitus illa omnia metietur, ac primum ea quæ proxima sunt, deinde ea quæ longius absunt; vt demum ad absolutam vsq. priuationem in eo genere procedat: sic vniuersa quorum mensura est, absoluat. Specta, obsecro, demonstrationem: ea syllogismus est generans scientiam ex primis, veris, notiorib. natura & nobis, caussis conclusionis, & rei conclusæ. accipe ex altera parte demonstrationem ꝙ res sit: ea non erit ex caussis, neq. priorib. natura & nob. sed ex caussa remota, vel ex effectu: mox obserua syllogismum dialecticum, atq. hic non ex rei caussis, sed conclusionis erit tantummodò: postremò sophisticus, neq. item conclusionis caussas complectetur. Ita de cęteris dicere oportebit. Cùm igitur inter ea quæ sunt, Deus sit actus supremus, & reliqua ad illum sint veluti priuationes, sic in illis, tanq̃ habitus in priuatione includetur, atq. ita rationem mensuræ subibit; vt pro interuallo quod per varios priuationum gradus iudicatur, eorum humilitas, & excellentia sit æstimanda. ipse.n.mens absoluta est, actus purissimus, & forma simplicissima æterna, indiuidua, planè immobilis & per se & per accidens: motu vero, & motu metaphorico ab ipsa mentes aliæ quæ tametsi æternæ sunt, & indiuiduæ, nec per se mouētur; nec per accidens vero motu, at mouentur per accidens motu metaphorico, cùm aliud extra se & intelligant, & appetant, est cęlum ęternum, vt placet Aristoteli, id neq. indiuiduũ, neq. immobile; quę sunt ab his, aut mentem habent mole corporis oppressam, aut ne vestigium quidem mentis obtinuerunt, alia ne animæ quidem, sunt & illa quorum nullus extat actus, aut forma. Sic quemadmodum numeros vnitas dimetitur ordine quodam & per certam repetitionem bis quidem duo, ter verò tria, & est singulorum pars, sic primum in quoq. genere pars est eorum quę sunt ex ipso, & per certas repetitiones singula permetitur. Hoc igitur modo quod primũ est aliorũ mensura constitui potest iis conditionib. conseruatis quę mensurę cõi sensu tribui consuerunt. At verò & illud obstare videtur ingenio mensurę: siquidem si nos certiores factura est; ea quoq. nota sit necesse est: vbi igitur eiusmodi sit id quod primum facimus in suo genere, vt ipso mens nostra potiri valeat, seu ꝙ notum sit nob. seu natura, nil referat nunc, rationem mensurę subibit, & officium suum perbellè pręstabit: sed vbi infinitũ fuerit, vt certè est, aut tametsi finitũ, quod Peripateticè confecimus: ignotum nob. est: superat.n.ea lux oẽm captum mentis humanę: qua igitur ratione nos certiores faciet de cęterarum rerum perfectione? si id non poterit, quo ergo modo poterit haberi mensura? Hîc primùm ex Peripateticorum decreto rem peragemus, deinde siquo pacto veritati patrocinari licebit, efficere studebimus. Dicemus verò primũ eo modo quo licet nob. illius adipisci notitiã, esse quoq. posse mensurã, vt quanq̃ effectuũ, motusq. auxilio quę posteriora sunt, essentiã illius attigimus, quemadmodũ licuit per humanas conditiones (soli.n.sibi plenè cognitus est) tamen satis est ea cognitio ad certiores nos faciendos de mensura rerũ quę sunt ab ipso: nam sicuti Sol, tametsi oculus in eius obtutu hebescit, & hallucinatur, nec tantum lumen sustinere potest; nihilominus vt maximũ in eo genere cõprehendit, & cęterorum splendidorũ, mensurã constituit, atq. eius ope adiutus cuncta videnda percipit: sic id quod de Deo percipimus, aliarum rerũ perfectionẽ nob. indicare potest. Etenim alia est essentię cognitio; alia perfectionis: licèt perfectionis cognitio flagitet essentię cognitionẽ: nanq. dum essentia vestigatur: oĩa quæ illã cõplent, certissimè teneantur oportet: sed dum gradus perfectionis inquiritur, & cum alio comparatur, atque ad primum singula referuntur; scire volumus, quid hoc plus habeat q̃ illud, è quorum præsentia & absentia de perfectione iudicium ferimus: quomodocunq. igitur hoc inesse in primo sciuerimus, abesse ab alio, id habemus, vnde iudicium de perfectione colligitur. Vniuersa planè Dei essentia non perspicitur à nob. sed neq. etiam lumen Solis: at noui ipsum Deum esse immobilem omnib. modis, hæc autẽ moueri. scio mentem esse, quanta sit ignoro, plantam mente carere, & sic à summo illo deficere, habere hominẽ: ergo & plantam mente ab homine superari. Itaq. sat est, si conditiones inesse tantũmodò sciam,

[a] 1. Post. T. 40. 1. Ele. c. 6.

A sciam, tametsi nauiter illarum excellentiam non assequar. In Sole lux summa vt colores acuat ad mouendum aspectum; in astris ita remissa, vt tenebras propemodum non excutiat, colores in lumine videntur: pellucida nec sine lumine, nec sine colore perspici queunt. Num'ne horum differentias, & gradus non aspicimus, & intelligimus quid cui præstet, etsi in Sole cęcutimus? Sic nunc essentia Dei infinita; quid igitur infinitas illa obstabit, quominus attributa, quę sunt in Deo, si non plenè, saltem aliquo modo tenentes, quib. & quot ea quę hîc sunt, abundent, aut priuata sint, percipere queamus? Sed illud addo prętereà: Quicquid in nostram notitiam cadit, semper vt finitum comprehendi: siue.n.sit sensus, seu phantasia, seu mens, siue ea sit conditio formarum mouentium, seu facultatum, quę accipiunt. ac si ratio sentiendi valet quicq̃ ad faciendam coniecturam de his quę cadunt in mentem, res facilè persuaderi poterit: quandò in visu, cuius vnius officium pertinet ad ea quę longissimè distant, & cuius officium simile est admodùm officio mentis, vbi magnum quoddam spatiũ offertur, vt via longissima, partem eius, non totum comprehendit, & illi quodammodo terminos imponit, consimiliter si illi vastum quoddam spatium subiiciatur, interminatum, vt cęli, & aëris, maris, & nebulę; terminatum quoq. semper apparet, atq. alia quidem referunt colorem ceruleum, nebula eminus aspicitur candens: vel q̃ obiectum sic moueat, vt potest, nec plus eminus efficere valeat, vel q̃ anima imponat modum, quia quidq. suo modo accipiat, siue vtrunq. eueniat, & naturale est, & cùm

B obseruetur in aliis; in hoc quoq. vsurpatũ nihil afferet, quod fieri nequeat. Idem quoq. præstat phantasia: nanq. etsi numeri in infinitũ augentur; attamen eos perpetuò coërcet, & terminat. Quod igitur in his facultatib. accidit, dum maximum quid, aut infinitum tractant; si menti quoq. nostræ concedatur; quid consequetur absurdi? Comprehenditur ergo Deus à nob. quantum potest, & quamuis infinitus, à mente nostra finitur; vt infinitus à seipso solùm, qui infinitus est, absolutè concipitur: vt finitus aũt, & multò minor quàm ipse sit, nec propter seipsum, sed propter nostram conditionem si defendas Aristotelem; habet vim metiendi reliqua; sic radicitùs euellitur error ille metiendi ex non gradu; quia primum foret infinitum & ignotum.

Quod'nam compositionis genus mensuræ supponatur, vbi multa de compositione rationis, & rei disseruntur. Cap. XLIII.

EA quæ sunt, vel actus sunt, vel potestates; vel ex actu & potestate: atq. actus quidem vel corporei, sicut cęlum, quod actu conclusimus esse substantiam, vel formæ materiatæ; incorporei verò Deus, qui omnium actuum supremus & princeps est, secundæ mentes, à quibus orbes inferiores vol-

C uuntur, & mens humana, si illam in incorporeorum actuum serie collocamus; si minus; est saltem in vtriusq. generis actuum confinio; quapropter cùm sit vno genere summum, alterius quoq. sapit vim: itaq. pendet ex corpore, & sic est forma, vt cùm cæteri actus incorporei, sint per associationem, & ad officium, non ad esse, corporei verò vel simpliciter sint in qualibet materiæ parte; vel sint totius, hoc est, ex vna prima parte reliquas, vt προσπεφυκάς, & adnexas informet & regat: [a] mens, quasi media, efficiat q̃ res sit; à reliquis formis seiugetur, quia sit totius, non partium forma; & cùm hoc pertineat per oẽs animas, ea sic ab iis separetur, q̃ in officio sit, vt nulla tamen corporea perturbatione proximè afficiatur, quemadmodum reliquæ, his formis materia supponitur, quæ sunt ab his, omnia ex actu & potestate constant eum inter se ordinem conseruantia quem formæ, à quibus habuere q̃ sint: quicquid præter ipsa est, est non ens. Cùm igitur in compositis ordo ponatur beneficio formæ ad ipsarum ordinẽ & gradus orationem nostram reuocemus. Ea quæ supra constituta sunt, nos admonẽt ordinem in ipsis collocandis sic teneri oportere, prout affectæ sunt conditiones essentiæ diuinæ. indeque mensuræ rationem esse deducendam: erat.n.prima & prorsus simplex; quapropter nihil esse poterat, ad quod non optimè aptaretur, quod quæ pręstat, ęquissima mensura habenda est. & quo plus aut minus in quaq. re contineretur, ex eo quoq. statuendos esse gradus, & æstimãdam perfectionem:

D nam quo pluries in ea contineretur, eo quoq. foret imperfectior, vt quasi in iis ad numeros extet proportio, sed inuersa: quo pluries.n.continetur vnum in numeris, eo quoq. magis augescunt, sed hic, quo plus essentiæ mensura reperitur, perfectio sit minor: neq. sanè huic euento caussa deest, quandò multiplicatio numeri nascitur à materia, mensuræ verò essentia spectat formam, huius est officium copulare, illius autẽ dispergere: ergo tendere ad plura est tendere ad materiã & imperfectum, tendere autem ad vnum est progredi ad formam, atq. perfectum. Verùm quicquid hoc sit, neque.n.quæritur nunc; illud compertum habeamus, mensuram ad id cuius est, esse simplicem, vt sit quodammodo pars eius quod metimur: ex quo cùm Deus sit oĩum simplicissima primaq. essentia, nihil aptius esse valet ad essentiarum gradus pernoscendos: nil.n.vel minimum existet quod præterire cogatur. Itaq. in his quæ mensurę subiiciuntur, inerit compositio quædam, eam nos antè in eo genere collocauimus, quòd in negatione & priuatione reperiri dicimus. Verùm quòd magnam difficultatem habet nosse, quę'nam formula compositionis hęc sit, & pręsertim in substantiis à materia liberis, quę simplices esse ponuntur, nolui te celare quid de hac rerum compositione sentiam, generatim verò prius compositionis modos explicabo, tum deinde exquiram, quemadmodũ compositio substantias à materia secretas attingat. Nemini profectò ignotum est duplicem esse compositionem, rei quidem primam, rationis verò secundam: vt.n.est ratione prius & posterius, sic & secundùm rationem simplex est, & compositum: sed illud ambiguum, quid sibi velint hę compositiones: quòd.n.notitiam flagitant

[a] Lib. de motu an. c.7.

tant earum vocum rei.s.& rationis, hę verò sunt ambiguę, faciunt item, vt rei, rationisq. compositio varijs modis accipiatur. Etenim & res, & ratio communius ac pressius sumi solent: quòd res illa dicatur de qua prędicatur esse per se, cuius est absoluta notio, & eiusmodi, quę oratione explicante quid est exprimatur: & generatim, quod ita per vocem significatur, vt mentem sedet audientis: sic nomina, & verba significant sine alio, ac demum termini enuntiationis, quapropter res appellantur, quę vocibus illiusmodi supponuntur, distribuuntur verò in substantiam & accidens, ab alijs accipitur nonnunquàm res pro eo quod seorsum extra compositum, cujus est pars, existere & conseruari potest. itaq. & ea quæ sic se habent, re differre dicuntur, & compositio, quæ fit ex his, est compositio rei. Sic ratio ponitur in iis quæ à se actu cum salute diuelli non possunt, ita forma distinguitur à materia: quare compositum sic dissoluitur, materiam & formam, vt eius ratio in earum rationem resoluatur, minus communiter accepta ratio est habitudo: multò etiam pressius ratio existit in iis in quorum constitutione desideratur officium mentis. Ab his modis accipitur differentia rationis, & huiusmodi rerum compositiò solet appellari rationis. Nos sanè hoc loco communius accipiemus rem & rationem, earumq. differentias, & compositiones, quia sic clarius fore confidimus id quod exponere cōstituimus. Est igitur, vt audiuimus, differentia & compositio duplex, rei.s.& rationis. itaq. re distinguitur accidens ab accidente: substantia item ab accidente atque substantia segregatur: ratione verò forma & accidens solummodò separantur, cùm extra subiectum conseruari nequeant, & quæ sola definitione seiugantur, in eodem subiecto permanentia, atq. illa item, quæ mens ipsa molitur, vt commune ad vnum à suis partib. nil.n.est extra parteis, nisi, quantum iubet mens, & quæ modo segregantur, vt cùm rei nihil accedit, vt duo, pluraúe signari possint, sicut materies & priuatio, sed res ipsa alio modo se habens: nec non ea quæ non per seipsa; sed per aliud distinguuntur, & per id ad quod referuntur, seu positiuum sit, seu priuans: quod nomine connotari consueuit exprimi à nonnullis. vt cùm potentia per actum disiungitur, & priuatio per habitum. Hæc vniuersa ratione distingui philosophi profitentur. Compositio quoq. totidem modis se habebit, quot sunt eorum modi, quæ, cùm differant; in vnum tamen quacunq. ratione conueniunt, seu re, seu ratione id fiat: nanq. hinc compositio rationis orietur; inde aūt rei. Ea verò se habent hoc pacto: siquidem in compositione ita existant partes, vel vt actu & potestate distinguantur; vel vt aliqua antecedenti tanq̄ actui superueniat; vel eodem subiecto consistant. Vbi partes actu & potestate seiunguntur; ea est compositio per se; siquidem actus officium sit copulare: sed hoc bifariam contingit; aut.n. pars vna est actus simpliciter, vt in composito forma, cuius etiam duo sunt modi. vel.n. est assistens, vel informans; & in definitione differētia; aut plures inter se habent promiscuè rationem potestatis & actus, vt elementa in mixto, & vnitates in numero: sic lucidum & opacum in colore: propterea cùm hæc virtute existant in composito; genus hoc cōpositionis, ex virtute, & virtute nuncupauerim: sed nulla compositio penitus extat sine actu: in his; quòd separata consistunt, est planè compositio rei; sed cùm forma sine interitu non segregetur à materia; sic erit compositio rei, quatenus essentia distinguuntur, & aliquid sunt quod sit ens per se. Sed vbi desit ratio formæ in eo quod accedit; est ea compositio quidem rei, sed per accidens: vt cùm fit vnū è substantia, & accidente: cùm.n. substantia sit natura, & simpliciter prior, quàm accidens sibi adnexū; habet accidens, vt consequens: In hunc etiam ordinem conferemus, si cæteros audimus; compositionem formæ, & operationis, tanquam operatio sit accidens: consimiliter numerus posterior ex vno per se componitur, ex priore aūt numero per accidens: euenit.n. vt in tertia repetitione secunda contineretur, & illa in quarta: proinde ille ordo ex vno est per varios gradus, vt si ab eodem domino duobus viris duo munera demandentur, quorum alterum ad alterum se non habeat vt ministrans, veluti dioecetæ & architriclino, vtraq. primò penderent à domino, sed ordine quodam; præponeretur.n. dioecetes; nec tamen huic ille seruiret; sed vterq. respicerent dominum. Non ita se haberet prodioecetes, quòd fultus virtute dioecetes eidem domino ministraret. Sic igitur numeri continentur antecedentes in consequentibus; sed per accidens; Hunc ordinem sic Latini distinguunt in eum quem caussalitatis dicunt, & alterum quem participationis; & hunc quidem numeris assignant, alterum denegant. Est & compositio plurium accidentium, atq. illa quidem per accidens, siquidem accidens accidenti suapte natura non inest. propriè tamen compositio rei solet intelligi, quando aliquid constat è pluribus entib. quæ sint per se, & sui præsentia faciunt compositum, quod dicitur ingredi rem materialiter. In idem quoque compositionis genus referunt Latini eam quæ ex participante & participato constat, vt in iis quæ dicuntur ad vnum, quæ per illius primi participationem subsistunt. Porrò triplex ab illis participatio ponitur: etenim totum participatum fit pars eius quod participat, quemadmodum materia quæ cadit in mentem, fit pars essentiæ, vel pars participati fit item pars alterius, veluti pars vnius elementi fit pars mixti, vel totum participatum, fit etiam totum participans; velut quod actu intelligitur, fit ipsa mens actu; & deniqud vbi intercedat habitudo facultatis & obiecti; Rationis item compositio multiformis est; nam complectitur illa etiam, quæ non sunt, vnde ante, quàm res fieret, Arist.[a] compositum esse ex materia & priuatione prædicabat. Etiam compositio tribuitur ab Aristotele affirmationi & negationi, quam mens ipsa facit, siquidem in natura sit hoc album, quod mens resoluens in subiectum & prædicatum componit, & enuntiat. itaq. dicitur hæc compositio rationis, quòd fit ab ipsa mente, non à natura. Est & tertia quædam compositionis formula, cùm in vnū conueniunt modus, & modus (puto.n. te meminisse eorum quæ diximus lib. 2. vbi ens per actum, & potestatem distribuimus, tanquam parteis in materiam, & formam, & modos.) Nunc potestas & actus accipiuntur,

[a] 1. Phys.

A accipiuntur, vt modi, non vt res, & ex illis ipsis modis aliqua consilari constituitur, vt opinor, quòd extet vtriusq. principij, seu virtus, seu modus ipsius esse in vna substantia: sicuti cùm dicitur esse actu animal, potestate cadauer, quare etiam hanc compositionem nonnullos ex virtute & virtute nominus appellare. Arbitror item vbi modus rei superueniat, esse hanc compositionem rationis; quando nil accedat eo tempore, quod per se sit, sed habitudo rem mutat, ita vt sit eadem omnino res, aliter autem atq. aliter se habens. Hæ sunt compositionis species quæ solent induci à Latinis, vbi de essentia secundarum mentium sermonem faciunt, aut paullò pauciores, nam compositio rei & modi, ni fallor, à nobis allata est in medio nunc primum, aut saltem ad hoc institutum. Sed antequàm ad illas deueniam, libet pro doctrinæ constantia quædam dicta ex his animaduertere, cùm sint species nonnullæ compositionis de quarum ordine mihi non admodùm conueniat cum veterib. quare sic eas disponere conabor, vt cum superiorib. congruant. Etenim ponitur compositio in facultate & obiecto, quæ nulla tamen esse videtur. propterea quòd compositionis extremum est ipsum compositum, quasi tertium quoddam, si non re, saltem essentiæ disiunctum à partibus quæ veniunt in compositionem; sed facultas idem fit formaliter, atq. obiectum, nec cùm totum fiat totum, seu facultas fiat obiectum, siue obiectum trasformetur in facultatem (vtrunque.n.efficitur, vbi traducantur ad actum) ibi partium ratio potest haberi, itaq. nec vlla aderit compositio, vnum est enim, & vnius in alterum conuersio, non compositio. Alterum, quod in eodem compositionis genere mihi in mentem venit, illud est: siquidem vbi totum participatum fiat pars eius quod participat, non vniusmodi est, aut.n. materialiter participatur; eaq. est participatio substantiæ, quæ tota remanet in accidente, est.n. Socrates albus, & quantitas est substantia quanta, aut est solius participatio rationis, cùm id quod participatur compleat notionem eius quod participat, vt sine illo concipi nequeat, & sit natura prius: sic habitus in priuatione continetur, neque.n. reipsa habitus est in priuatione, sunt.n. repugnantia; & vnũ ex his includit alterius negationem, sed habitus est natura prior, & notionem priuationis absoluit. Proinde cõpositio ex re, & priuatione multiformis est: etenim est ex subiecto, & priuatione, est ex habitu, & priuatione, vbi habitus est pars priuationis, sed pars secundũ rationem: est & cõpositio priuationis & habitus, cùm in eo, quod est actu intrinsecùs, non vt in subiecto, inest alicuius rei priuatio, vt in bicubito priuatio tricubiti, de quo cõpositionis genere proximè disserendum est. Collocatur etiam in ordine substantiæ & accidentis forma & operatio; quasi sit eadem compositio formæ & operationis, quæ est substantiæ & accidentis. Cùm verò nos olim docuimus operationẽ esse perfectionem formę, & reipsa non differre à forma, nisi modo, ꝙ eadem esset forma, otiosa quidem vbi impediretur, & operans impediente depulso, aut toto illo primo genere cõpositionis excludimus, & cõpositionem rationis facimus,

C aut analogicè referri credimus in ordinẽ potestatis & actus. Obseruanda est item ea cõpositio ex modo & modo: nanq. in primo compositionis ordine collocatur à cęteris; quam tamen ꝓpter ingeniũ modi in altera tabula compositionis, scribere placuit: tametsi cum generatim, tum ẽt speciatim illa cõpositio mihi suspecta est. Etenim nec modi cõpositionem simpliciter efficiunt, quia semper aliqua res illis supponatur oportet quæ sustineat modum: est.n. rei cuiuspiam modus. Deinde cùm ex modo, & modo cõpositionem faciunt, accipiunt virtutem actus, & virtutem potestatis, quæ res sunt ex ordine substantiæ. sed si ita sit, in alterũ ex his necesse est incidamus, vt significet analogia potestatis & actus, quæ potestas in æternis, quatenus æterna sunt (iis verò tribuitur, vt audiemus) locum non habet, aut nunquàm sit redigenda in actum, aut actus & potestas non sint proxima principia rerum compositarum, neq. proximè faciant vnum, siquidem requiratur pręter actum & potestatem aliqua virtus eorũ, quæ sanè, si re non differt ab ipsis; iam superuacanea reputabitur, aut non efficiet rei cõpositionẽ simpliciter, sicuti nos opinamur, si re distinguitur: ergo aliquid intercedat oportet quod vnum faciat ex actu & potestate, atq. id intrinsecus, quod nunquam placuit Aristoteli. erit.n. aggregatio plurium per se consistentium: sic generatio erit aggregatio. Postremò in omnibus iis quæ sunt ad vnum, ponunt compositionem rei, cùm tamen multa sint, in quibus sit ordo priuationis & habitus: esto.n. quòd ita

D se habeant accidens & substantia, vt in eodem subiecto consistant, & fortè species omnes motus in caducis; attamen aliqua etiam subiecto separantur, & solam rationem mutuant posterioribus, vt pes animalis, & pes mensæ. Habes igitur hactenus de compositionum formulis iudicium nostrum. Nunc ea quæ vniuersè constituta sunt, ad mentes ipsas applicemus.

Quod nam compositionis genus pertineat ad mentes à materia solutas. *Cap. XLIIII.*

CVM quattuor sint mentium classes, Dei, secundarum mentium quæ liberæ sunt ab oĩ concretione materię, cęlestis animæ, & mentis humanæ, quicunq. persuaderi se passus est ab Aristotele, esse quoddã genus mouentium, quod perpetuũ foret; venit quoq. in eã sententiam, ꝙ esset vnum primũ mouens, omnibus modis immobile, & vnũ, nullam in se varietatẽ admittens, nil intelligens, aut expetens extra se: nil.n. maius generatur ipso: quamobrem prorsus simplex: anima cœlestis, & mens humana; tametsi corpus quodam pacto respiciunt; nihilominus, vt ex Deo pendent, subeunt eum compositionis modũ qui cęteris mentibus attribuitur; itaq. & eisdẽ regulis comprehendentur: quanquàm & id analogicè pertinet ad oẽ genus entis, quatenus cum D.O.M. confertur: sed cùm sit analogica cõpositio, relinquit considerandum quid habeat proprij, in mentibus secundis quas cęteroqui substantias simplices esse perhibetur. In primis igitur duos compositionis modos ipsas accipere fatentur oẽs;

eam

eam.ſ.quæ ex facultate & obiecto conſtat, ꝙ ſaltem ſuperiores eſſentias ſingulæ concipiant, neque id E
negatur à nobis, niſi ꝙ eam copulationem ex ordine compoſitionum non eſſe credimus: alter modus
compoſitionis eſt, vt volunt, ex forma & operatione tanquam ex ſubſtantia, & accidente; quæ eſt com
poſitio rei. Nos item damus hanc compoſitionem; præterquàm quòd nolumus eſſe compoſitionem
rei, ſed rationis, cùm operatio non accidat formæ: neq. hic à facultate ſeparetur actus: niſi fortè ꝙ
actus ab externo perficitur. Sed quoniam hæc eſſentiam mentis non attingunt, nec interna ſunt; ete-
nim pendent ex obiecto; quid de interna eſſentiæ compoſitione ſtatuendum ſit, mox attendamus. Il-
lud inquirendum primo loco mihi occurrit generatim, ſit'ne in eo ſubſtantiarum genere compoſitio:
deinde qui'nam ille ſit compoſitionis modus, rei'ne, an rationis: tertiò quæ ſit ſpecies ipſius, ſiue col-
locetur in ea quæ rationis eſt; ſiue etiam rei. Nanq. vt de primo dicam, ea perſuadent in mentib. nul
lam eſſe compoſitionem internam; ſed externam ſolùm, de qua dictum eſt antè: ſiquidem in mente
non differat eſſe ſimpliciter ab eſſe hoc: caret.n. materia: nulla igitur interna compoſitio. Nam quan
uis id ſolùm Deo concedatur à plurimis, in quo eſſe, & eſſentia ſunt idem ſimpliciter at nos qui philo
ſophi veſtigiis inſiſtimus, omne eiuſmodi eſſe profitemur, quod à ſenſili materia ſecretum eſt. Præte-
rea maius diſcrimen intercedit inter eſſentiam & officium, quàm inter eſſentiæ parteis; ſed officium &
eſſentia ſunt vnum & idem; multò igitur magis vnum partes eſſentiæ ſint neceſſe eſt. Verùm ꝙ pri-
mum in ſuo genere menſura eſt reliquorum generis eiuſdem. menſura autē continetur in eo cuius F
eſt, & partis ſpecimen præbet: aliquid verò his antecedit in ordine entium; & menſura igitur, & quo-
dammodo pars. Quare & mentes aliquam rationem compoſitionis accipiunt. Neq. rationes oppo-
ſitæ aliud tollunt, quàm compoſitionem ex vera materia quæ ſit ſenſilis, cuius ſignum, quia vbi etiā
ſit materia, quæ cadit in mentem, nihilominus ibi idem eſt eſſe ſimpliciter, & eſſe hoc: non igitur quòd
idem ſit eſſe ſimpliciter; & eſſe hoc euertit oēm rationem compoſitionis. Simile iudicium de ſecun-
da faciendum eſt; quanquàm multa vitia ſunt in ea ratione. Cùm.n. primò aſſumitur, operationem
magis ab eſſentia diſtare, quàm parteis eſſentiæ: mihi non ſine cauſſa ſuſpectum eſt: propterea quòd
non abſolutè verum ſit materiam minus à forma diſtare, quàm functionem: diſtat.n. extrinſecus fun-
ctio quidem magis à forma, quàm materia; nequaq̃ verò intrinſecus, & ſuapte natura: nam propter
obiectum, à quo pendet, functio differt à forma; id verò externum eſt; itaq. non rarò functio & forma
ſeparantur: intrinſecùs autem functio eſt ipſamet forma non impedita. Contrà materia; nam dif-
fert magis intrinſecùs, & ex ſuo ipſius ingenio à forma, quàm operatio: cū forma & materia ſint duę
naturæ longè diſtantes: extrinſecùs verò minus differt, ꝙ apta ſit vnum fieri cum forma, nec vnquam
ſine interitu ab ea deſeratur. Non igitur conſtat ſimilitudo inter materiā & functionem, quatenus re-
feruntur ad formam. Cum ergo pendeat compoſitio non ex iis quæ ſunt eadem; ſed ex eſſentiis & G
naturis differentibus, quatenus eiuſmodi ſunt: ex eiſdem.n. nihil aliud, niſi idem fieri poteſt: ſiquidē,
ſicut ex vno in vnum multiplicato non fit niſi vnum, ſic ex eiſdem fiet idem quòd eadē, quatenus ea-
dem, in eo ꝙ eadem, ſunt vnum: perdet ergo operam natura quæ ex eiſdem faciet idem: & hoc eue-
niet in formam & functionē; non in formam & materiam, quæ ſunt partes eſſentiæ: planum eſt, quòd
ex coniunctione functionis & formæ non licebit arguere ad coniunctionem partium eſſentiæ. & deni
que ab externo diſcrimine, ſeu conuenientia de internis iudicium facere, & inferre ſimplicitatē & cō-
poſitionē; ex his.n. ſolis non illis efficitur. proinde, neq. dabitur ex diſcrimine aut conuenientia fun-
ctionis & formæ arguere diſcrimen, aut conuenientiam partium eſſentiæ, neq. repugnabunt hæc fun-
ctionem eandem eſſe cum forma, & parteis eſſentiæ ſegregari. Quare oporteret, vt magis ſuapte na-
tura differret à forma functio, quàm materia, ſi ex iis exiſtere compoſitio deberet, & ſi ex eo, ꝙ idē fo-
rent, etiam concludendum eſſet, eaſdem fore parteis eſſentiæ. Nec non illud cauendum eſt, ne falsò aſ
ſumptum fuerit eſſe & operari, officium & formam eſſe eadem; nam quòd eſſentia ſit officium ſimpli
citer, falſum eſt, quòd officium addit formæ quendam modum quo reſtringitur, ſed ita accipiemus eſ
ſe, & operari eſſe idem, quòd ſemper illæ eſſentiæ ſint in officio. Si verò ſit hic ſenſus eius propoſitio-
nis; quid inde efficitur, quod valeat ad tollendum omne compoſitionis genus à mentibus? Ergo ſta- H
tuamus etiam mentes ab aliquo compoſitionis modo non abhorrere. Tùm venit in controuerſiam
ſecundùm, ſit'ne illa compoſitio rei, vel rationis: quòd ibi compoſitionem rei ponendam eſſe perſua-
deant hæc. Nanq. ibi multitudo; ea verò naſcitur ex materia. Sed vbi materia, ibidem quoq. com-
poſitio ſit neceſſe eſt, atq. illa quidem rei. Tum ſecundò: quia quicquid eſt, aut eſt poteſtas, aut actus
ſimplex, aut ex vtroq. Sed mentes non ſunt ille actus, quòd Deus ſolus eſt huiuſmodi, non etiam pote
ſtas, cùm hoc ſit ipſa materia. compoſitum igitur ex poteſtate, & actu. Poſtremò, quod eſt per par-
ticipationem, conſtat ex participante, & eo quod participatur. Quæ ſunt infra Deum, participant ip-
ſum: & compoſita igitur. Cùm igitur alia ſit natura participans, & eſſe quod participatur, & ſe ha-
bet, vt actus: igitur rei compoſitio in eo ſubſtantiarum genere ponetur. Et hęc dicta valdè congruunt
cum placitis Platonis quæ item Auerroēs approbauit. His opponunt. Omne quod reipſa compo-
ſitum eſt, eſſe nouum, & olim interiturum, ſic & mentes, quas tamen æternas eſſe concordiſsimè do-
cent phyſicus, & primus philoſophus. Deinde pars, ex qua componitur, aut ſimplex eſt, aut non
ſi ſimplex, ergo aliquod ens præter primum erit ſimplex: ſi minus, abibimus in infinitum ſemper de
parte illa componente percunctantes: quod cùm reſpuat natura, dicendum eſt in ipſis mentibus, ali-
quando aſcendendum ad partem quandam ſimplicem; ideoq. non repugnat illis eſſe ſimplices quaſ-
dam ſubſtantias. De parte hac ſimplici, poſsit'ne Deus eſſe, poſteà viderimus. Verùm neq. ſuperiores

illæ

illæ rationes persuadent esse in eo substantiarum genere veram compositionem; neque hæ posteriores
A excludunt omne genus compositionis. Nanque vt ad primam respondeam; cùm duplex sit distinctio rerum vel secundùm essentiam, vel secundùm numerum, vbi essentia sit communis: primam illam distinctionem formæ ipsæ, & actus sine societate materiæ præstant; omnis enim ratio distinctionis essentialis pendet ex actu. altera pendet ex materia potissimè. Sed cùm in mentibus beatis sit essentiæ distinctio; nulla subiecta materia, nec propterea compositionem rei. Et mentes ab actu comprehendi fatemur, atqui actus purus & simplex excogitari potest dupliciter; vel quòd sit vnius naturæ, nec compositus ex pluribus, vel quòd sit summus: ac Deum sanè vtroque modo actum esse simplicem purumque predicamus, secundas mentes, actus sanè puros; non quia summi, sed quòd non constent ex pluribus naturis cuiusmodi illa esse docuimus quæ se habent ex humilitate naturæ; quæ tametsi remissum quid præsegerunt; illud tamen non ita est ex participatione contrarij; sed ex summi priuatione. Cùm verò ea quæ participantur, varios subeant modos; neque omnes ad rei compositionem referantur, facit, vt in argumento contineatur fallacia secundùm consequens: itaque nullum est eius argumenti pondus: vt enim manifestò apparet, aliqua sunt quæ non actu, neque secundùm materiam in alio continentur, sed ratione solùm, velut habitus in priuatione. Quamobrem non omnis compositio, quæ ducitur ex participatione, est continuò rei. Eadem quoque facilitate tolluntur rationes oppositæ. siquidem mortale sit id quod componitur ex forma & materia
B sensili, neque id etiam generale, cùm cęlum Peripatetici immortale esse concludant, sed ex eiusmodi materia quæ sit potestate substantia, & formam, & priuationem æquè respiciat de prædicamento substantiæ. Quare nos quoque fatemur, ibi nullam esse talem materiam, neque illi respondentem compositionem, sed nullam inibi prorsus esse negamus. Sic etiam ex ea simplicitate quæ ponitur in secundis mentibus; cùm sit ex humilitate naturæ, duci non possumus ad credendum nullam penitus residere compositionem in mentibus secundis: euenit enim saltem in illis ea compositio quæ comitatur iis quæ sunt ad vnum. Proinde concludemus in mentibus beatis aliquod esse vestigium cōpositionis: neque tamen rei, quemadmodum nonnulli opinantur. Hoc viso consequens est nunc, vt speciatim doceamus, ex illo compositionis ordine quí'nam sit modus. Equidem treis obseruo doctissimorum hominum sententias quibus ad compositionem rationis mentium posteriorum compositio refertur: sed vnam ex his solius naturæ rationem habere perspicio; reliquas solius habitudinis, in qua distinguenda mentis opera requiratur. Etenim in singulis aliqui ponunt vires, & facultates duorum ordinum, potestatis, scilicet, & actus, quorum opera & id sunt actu, quod per se ipsa sunt, & habent potestatem ad superiora: quapropter & intelligunt & appetunt aliud: attamen essentiam ipsam simplicem conseruari volunt. Cæterùm mihi arduum videtur in re simplici, & vna per se duas
C collocare virtutes, cùm ab vno, quatenus vnum, non nisi vnum proximè nascatur: ergo aliquid accedat oportet, quod distinguat virtutes, id si internum fuerit: ergo compositio duarum naturarum, neque solius rationis, externum verò videtur esse non posse, cùm virtutes ipsæ substantiam consequantur, itaque pernecessarium compositionem virtutum aliquam substantiæ varietatem afferre. Sic ergo non vna essentia simplex erit mens secunda. Secundi rei sanè compositionem mentibus illis non attribuunt, in ipsis idem esse docentes actum & potestatē, sed potestatē ad superiora, quasi in eodē actu sit potestas, & habitudo ad superiora. Neque enim hæc est cōpositio rei, tunc est cōpositio, cùm est ad idē vt materiæ & formę ad Socratē, & hominē. at hìc vnus est actus ad vnū, ad aliud est potestas. Sed.n. libet explorare vim assumptę cōpositionis. & primū quęrere, quid sibi velit in ea cōpositione potestas, an'ne ad substantiā, an potius ad essentiā superiorem intelligendam, & expetendā. atque altera quidē, quòd nunq̃ deducit ad actū, oīno redundat: immutabiles.n. sunt illæ substantię: si alterū velis atque existimes ita se habere mentes illas, quemadmodum docebat Alexander habere se animā rationis cōpotem; ipsam scilicet pollere vi accipiendi rerum formas sine materia, idque proprium esse talis substantia, vt abaci accipere notas, & lituras. iam imminet periculum, ne compositionem ex modo, & modo constitueris quæ est rei, & modi. Deinde non tollitur ex hoc decreto difficultas, quia nos quę
D rimus, qūo se habeat intrinsecùs hoc essentiæ genus, vt cùm sit in potentia ad intelligendū & appetendum superiores essentias, cur humiliorem hunc gradum assecutum sit: vnde nascitur hæc humilitas? video sanè deteriores esse conditiones mentis inferioris, sed quæ'nam est interna caussa huius euenti? num positiua? num priuans? num affert aliquid ipsi substantię? num'ne oritur ex aliquo principio, quod diuersum sit ab eius actu? quę ratio quapropter hoc, aut illo interstitio distinguantur ab ente supremo? Quòd si responderis, quia minus participant primum ens, iam te rogabo, mihi edisseras, vnde, aut quid est hæc maior, aut minor participatio primi entis. potes autem perspicere potestatem non satisfacere, quoniam potestas in actum resoluitur, vt in id quod est natura prius, quare secum congruunt è conuerso plus potestatis, actus minus: itaq. illud quæram, vnde sit hæc humilitas & gradus actus; si confugias ad potestatem, hìc me circulari ostensione deludes, nec profectò vana est quæstio nostra; quandò plus & minus habent caussas externas, & internas; siue permixtionē contrarij, seu quampiā aliam, quam in hoc theoremate consectamur. Restat opinio tertia, quam plurib. professus est Montecatinus; vir, quo nemo in sententiis argutior, in docendo edisserendoq. subtilior. Nihil .n. acutè in libris de An. inueniri potuit, quod ille non viderit; nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid limatius; nihil grande, nihil ornatum, vel verborum grauitate, vel sententiarum, quo quicq̃ sit elatius.

vt non iniuria,quodcunq. certamen cum eo commiserim; velut hirundinis cum cygno habendum sit,
& si virtus beneuolentiam sibi colligit, cum amicissimo. Is sanè de his rebus scripsit copiosissimè. Sed
neutiq̃ ineptum existimare oportet,si dum philosophia colitur,etiam tantisper cum sapientissimis lu-
ctemur,quod item non tantùm facimus,vt aliorũ reprehensione nostra cõfirmemus; verùm vt vndiq.
sibi concinant. Nam cùm vir ille (semper.n.ipsum honoris caussa nomino) de natura diuina longè se
cus,ac nos, sentire videatur, vt docet; illa quoque professus est in hac ipsa disputatione quæ cum illis
consentiant: nob. item scopus idem ꝓpositus est. Ipse igitur statuens in secundis mentibus esse com-
positionẽ rationis,& id quidem rectè; specialius explicans formulã eius compositionis; eam docet es-
se ex modo,& modo diuersarũ substantiarum, nempe actus & potestatis; quorum alter est modus for
mæ; alter verò materiæ in eadẽ substantia simplici; non sine auxilio mentis,q interueniat actus consi-
derandi,& referendi eandẽ rem secundùm rationes, & respectus diuersos similitudinis & dissimilitu-
dinis, quas habent ex primo ente: respondere aũt formæ & actui portiones quasdam essentiæ diuinæ,
cõmunitas à mente prima,quæ est oĩum finis,efficiens,& forma: materiæ verò intellectum possibilem
magis minusúe præstantem,qui tamen semper in actu sit,nec vllo vnq̃ tempore intermittat officiũ suũ,
nõ aliter àc cœlum quod cùm sit mobile; perpetuò voluatur. huius verò gradus multi sunt; proinde
maior,aut minor diuinæ lucis fulgor elucet in eis, nec sanè aliter àc si cogitemus Solem vniuersa illu-
strantẽ,& tenebras in medio ac lumen,quod corpori tenebroso cõmunicatur. etenim aliquid tribuitur
tenebricoso quod est à Sole, sed aër est magis idoneus accipere lumen, q̃ aqua; nihilominus hæc non
prohibet,quominus vna sit,& simplex essentia;quandò transformatur in eũ actũ; veluti suprà de men
te, & obiecto dictũ est; cùm cęteroqui formæ materiatæ transeant in tertium: siquid aliud in mentib.
secũdis assignetur, fieri non posse, quin efficiat cõpositionem diuersarum naturarũ quæ nulla esse pót
in separatis à materia. Hoc ipse disertissimè cõplexus est; nos summa rerum capita attigimus. At verò
ex his aliqua sunt quæ nobis, si nostra tueri volumus; aliter explicanda sint nonnulla quæ difficultatẽ
per se ipsa mihi afferant. Etenim compositio quam ipse ponit, operam mentis nostræ desiderat, quæ
tamen intrinsecus,& ex ipsa rei natura videtur erumpere; neque enim aliunde,q̃ intrinsecùs, hoc alio
perfectius esse credendum est. siquidem etsi ab externo perfectio præstatur; atqui habilitas quædam
in eo requiritur quod perficiendum est,vt in aqua & aëre ad accipiendum lumen. Deinde non video
cur euitari possit,vel quin essentia diuina cõmunicetur,vt pars interna rei,& ad ipsam ex sua vi aliqua
partitionis ratio pertineat: participatur.n.variis modis à rebus diuersis, & sicut lumen in corpore So-
lis,in igni,in rebus putridis multas habet differentias,& rectũ & reflexum,atque refractum,sic essentia
diuina parteis multas habebit,variasq́. differentias accipiet.Si id euenire dicas,vel si eam caussã ponas
ἐξαίρετον, & abstractã, veluti Sol,& à rebus excipi variis modis eum,vt sic dixerim,fulgorem;quem- G
admodum vbi idẽ lumen accipitur totũ,& impartibiliter in aqua & aëre,sed plus minusúe pro ratione
recipientis; iam est id,quod quęro, neq. mihi adhuc explicatur, vt sit.s.& vnde sit ista maior, aut mi-
nor habilitas,quam res ipsa habilis intra se habet. Neq. sufficit ad explicandam quæstionẽ afferre ma-
iorẽ minoremúe disconuenientiam, seu conuenientiã, quòd huius ratio quæritur hoc loco. Igitur in-
terna rũ, quod volumus non attingitur. Dicet quis longè aliam esse rationẽ participationis in essentia
& esse,ac cęteris quæ participantur vt lumen: hęc.n.prima non sunt; ideò aliquid illis supponitur.Sed
essentia est prima substantia, & esse est primum attributum: quapropter ex seipsis primò distincta.
Verùm non habeo hæc pro Peripateticis; siquidem materia sit ens per se tota diametro disiunctum à
Deo,sic malum, & oĩno priuatio,q si hæc in actu primo ex Deo pendere fatearis; iam Deũ caussã ali-
ter,ac vt finem statues,quod nos inficiamur. Postremò sit compositio facultatis & obiecti, quæ vel nõ
est cõpositio,vel saltem non est modi,& modi,quod ipse profitetur. Redeamus ergo ad nostra. Cùm
verò geminę compositionis ratio habeatur, & eius quæ respicit substantiã, & alterius quæ operatione
consistit, de vtraq. dicamus, ac primùm de prima. Ad id verò conficiendum valent illa quæ ꝓposui-
mus,nimirùm naturas esse quasdã per se subsistentes, & intrinsecùs ordine tamen dispositas; itaque se
habere ad primum ens,sicuti priuationes. Sicut ergo continetur habitus in priuatione, ita quoque esse
diuinũ participatur à reliquis. Atqui sic habitus in priuatione continetur, q supponit vt natura prius, H
& eius notione terminatur notio priuationis; non q actu contineatur habitus in ipsa: pugnant enim,
sed est tantùm rationis ea cõprehensio quę cùm dissimilis sit in iis quæ priuata sunt; ponit etiam diuer
sos gradus,vnde entiũ analogia deriuatur. Nec porrò similis est in oĩbus analogia; quandò aliter in ac
cidente substãtia continetur, atq. pes animalis in pede scamni: inest substantia secundùm rem, sed pes
animalis inest solùm secũdùm rationẽ,quia supponitur & terminat rationẽ, subiecto verò longè distat.
Atq. vt exemplũ de lumine sumã; est lumen quod inest in Sole,idem accipitur in aëre & aquis,in spe-
culo,& nube: idem profectò lumen est quod accipitur à singulis; est & lumen Canopi, Canis, Satur-
ni, Iouis,& Lunæ (nos.n. ꝓprium singulis astris lumen adscribimus) est'ne idẽ lumen in oĩbus. mini-
mè verò,sed eadẽ ratio; nec eadem simpliciter,sed hoc habet oẽs luminis excellentias,alia plus minus
eis carent; vnde analogiæ ratio deducitur. Oẽ igitur quod habet,id quod habet & quantum,ex seipso
habet; non mutuatur ab alio,eius imaginẽ quidem habet,sed rẽ non participat,neq. ratio conseruatur
eadẽ nisi quatenus mens in ipsis rebus conuenientiã perspiciens efficit in ea rationẽ communem,velu-
ti declaratum fuit in eorũ tractatione,quæ sunt ad vnum: sic,n.mens singulorum ꝓprias notas,ex qui
bus quæq́, rõ constituitur; omittens,in similibus cõmunitatem ponit, & quæ similia sunt,non eadem;

A ac si eadem sint, spectat, vt cùm quantũ, & quale sint certa entia, & quæq. suo ꝓprio modo, vt nihil habeant cõmune, quod ad eorum rõnem pertineat, sed similitudinẽ solùm; colligit hoc cõmune quod est ens, aut esse in alio; quasi sit vna quædã natura communis. In his aũt quæ sic ordinata sunt, intrinsecùs oĩs limitatio proficiscitur; quippe quæ existit ex actu ꝓprio: siquidem actus ipse sit finis, & per se ipse finitus, & per idẽ sic res est, vt sit id quod est, & in certo gradu constituta. Nunc in iis quæ summa nõ sunt, actum priuatio sectatur, quæ ad summum est, nec quidem ex indigentiæ genere, quæ actu cupiat expleri, sed quæ in illo ordine humilitatẽ præseferat. Hæc sanè actui ipsi altè adhæret; altera potentiam materiæ sequitur, & quamuis oĩs priuatio fundetur actu; at priuatio quæ præbet indigentiam; cõtrario nititur, quod est natura à materia diuersa: altera verò priuatio iam insita est in actu: est.n.actus eius esse tale, vt accipiat hanc speciẽ, velut abaci, ꝙ possit accipere notas, & gladij, ꝙ secet; nulla contrarij intercessione præcedente, & ex hac habilitate in tali, vel tali gradu collocatur, vt ex habilitate accipiendi formas sensiles, sensus menti subiicitur quæ formas accipit à sensilibus abstractas. sic eadẽ essentia simul est caussa, ꝙ hoc sit, & non aliud. Proinde dici consueuit eadẽ esse principia, per quæ res est, & à ceteris separatur. Priuatio quæ præbet indigentiã, tametsi per se non est, itaq. non facit compositionẽ, nisi rationis; at flagitat cõpositionem ex actu & potestate, ex subiecto atque contrario, cùm velit inesse certam formã in materia: vult hęc pelli: permanet illã, & solius actus est assecla: nihil tamen quod

B subsistat, adiicit ad actum. Quapropter eo noĩe est compositio rationis solius: nanq. ex non ente, quatenus non est, nihil planè componi põt, sed refertur ad alterũ, quod extrinsecùs est, vt excellentius. Ergo duplex compositio mihi videtur in hoc rerũ genere ponenda: altera quę penitus externa est, quãdò priuatio refertur ad externũ, vt actum vel habitum, quæ solius est rationis: atque altera innata, quæ est ex illo, cui inhęret, & eo modo interna, quia sit in eodẽ supposito. In his quæ sunt à materia separata, duplex, vt arbitror, extat itẽ compositio, qua mens est, & põt coniungi cũ superiore, si hãc quę est ex facultate & obiecto, compositionẽ libeat appellare, non transformationẽ; atq. altera quæ est ipsius essentiæ solius, cùm in illa notatur actus ꝓprius in suo gradu cum priuatione.s. perfectioris, quæ, mea quidẽ sñia, est compositio rei & modi; sicut in materia & priuatione, seu rectius appellare mauis informitatẽ, quæ intrinsecùs inhęret in materia, & in ea perpetuò est infixa, nec cum forma vllo vnquam tẽpore commutatur: neutra tamen compositio quicquã obest simplicitati substantiæ; nanq. addit solum connotatũ quod numero separatur. Sed ex secunda compositione ꝓpriè elicitur ratio mensuræ. Habes igitur quæ species sit compositionis quę reperitur in secundis mentibus, ꝙ neq. vniusmodi, nec eiusmodi tamen, vt afferat rei compositionẽ, & plurium naturarum, neque.n.necessariò participatur secundùm rem, quod in priuatione continetur, neq. genus illud priuationis ab alio principio ducit ori-

C ginẽ formaliter, sed ipsemet actus cuiusque ꝓprius præstat hoc, ꝙ res sit id quod est, nec ad summum peruenerit. Nosti etiam, vt ex ratione huius priuationis ratio mensuræ colligatur. Restat vt de secunda compositione dicamus. Placet primùm, quia varietas operationis in essentia nascitur ex commertio materiæ, quod certè nullum in his est, reuera nullã esse cõpositionem realem ex essentia & operatione. proinde hoc modo simplicẽ dicimus essentiã cuiusq. mentis esse: verùm ꝙ operatio respicit externũ, sicut obiectũ, ex hoc licèt idem secundùm essentiã sint substantia & operatio, nihilominus habitudine distinguuntur; cùm substantia notet id quod in se est; operatio verò habitudinem ad externum. Non credo etiam repugnare illam cõpositionem quam alio noĩe rationis appellamus, quia secundùm nostrum concipiendi modum actus primus in his à secundo separetur, cùm cęteroqui sint substantiæ simplices. His illud etiam addere libet, si Aristotelẽ sequimur profitentem multitudinem eorum quę sub vna specie numero segregantur, oẽm à materiæ participatione proficisci, quoniã hĩc nulla materia subest, neq. sub vna specie indiuiduorũ multitudo consistit. Vnum ergo in quo idem sit esse, & hoc esse, licèt summo quodammodo in Deo. Nec illa, aut his similia quæ ex philosophiæ fontibus hauriri posse videntur, & quorum extat aliquod vestigium apud Scotum (eorum.n.communis est solutio) quicq̃ ponderis habent. Nempe, Quiditati, quo ad quiditas est, non repugnare dici de multis, quæ verò non repugnant esse posse, quod aũt põt esse, si ponatur, absurdum non inferre, nec eiusmodi vt fieri

D nequeat. Mox contradicentia non consistere. Sed dici de subiecto, & non, esse contradicentia: quare neq. etiam simul esse. Igitur esse simpliciter, & esse hoc in vno & eodẽ supposito, atq. indiuiduo locum non habent. Etenim potestas est duplex, naturalis & logica. prout aũt potestas est, ita refertur ad actũ qui ꝓportione respondeat, & naturalis quidẽ ad actum naturalem, logica verò sicuti mente fundatur, sic ad mentis actũ deducitur. Dico ergo potentiam ad multa in quiditate esse logicam, non naturalem: naturalis tantummodò est in quiditate quæ existit in materia: simpliciter aũt omnis quiditas habet potentiã logicam ad plura: quando in vno eodemq. indiuiduo tota speciei essentia se tueri possit: communicatur.n.essentia indiuiduè, non partibiliter; ideò tota in oĩbus & tota in singulis, partiri & multiplicari materiæ conuenit. Scire autem licet vniuersale, & indiuiduum ambiguè sumi à Philosophis: est.n.indiuiduum quod est vnum numero, ꝙ in vna materia continua, est item id quod habet essentiã indiuiduam, & incommunicabilem, eoq. modo sumptũ est transcedens, & ad vnum. Vniuersale itẽ positiuè quod actu, vel potestate cõsistit in multis, atq. illud nos formis materiatis attribuimus, est vniuersale priuatiuè quod abstrahit à multis cui non conuenit, neq. hoc aliquid, neq. signum distributiuum omne: ex hoc ordine essentia, & definitio sunt, quas dicit Arist. [a] non esse nec singulares, nec vniuersales, accipiens in eum sensum, quia non subiiciantur alicui characteri, seu notæ quæ vnum aut [a] 1.Post.

multa significet. Itaq. assero vniuersale positiuè & singulare esse contradicentia, propterea lib. Categ. sumi, vt diuersa membra eorum quæ sunt. at esse vnum vt incommunicabile, & vniuersale priuatiuè non esse contradicentia, eaq. posse consistere, sic verò sunt illa quæ sunt à materia separata, in quibus idem est esse & essentia, & ideò idem esse simpliciter, & esse hoc. Vna igitur mens in quaq. specie, & essentia & numero vna. E

Reuertimur ad explicationem ordinis vniuersi, ac de idea nonnulla ponuntur. Cap. XLV.

HIS peroratis redeamus ad pensum, atq. edisseramus nunc, vt Arist. sententia cuncta assequantur, à Deo quòd sint, neque.n. satis constat, quemadmodum æterna quæ cęteroqui per se subsistere posse videantur, ab alio pendeant, aut si pendent ab ipso, ne fortè quicquam æternũ præter illud quod oĩum primum est, ab eo philosopho ponendum sit. Præterea dubium est de altero illo capite, quod est de mortalibus, quemadmodũ ex ipso pendeant, an'ne vt ex fine; an'ne etiam vt efficiente, ꝙ efficientis ratio constet ex idea. tale est.n. id quod efficit intelligendo, vt si ipsa sit; Deum continuo causã efficiẽtem ponere cogamur aduersus ea quę suprà constituimus: si minus, nullo modo esse queat efficiens. & quamuis Arist. ex oĩ theatro suæ philosophiæ formas illas separatas & ideas exploserit & exsibilarit, quia non carent eius dicta difficultatibus, neq. desunt, qui opinentur ideas itẽ consentire cum placitis ipsius, nec alij qui opinentur ideas non esse necessarias ad statuendum efficiens, non cõmittemus etiã, vt in his opera nostra flagitetur. Nam quòd necessariæ non sint: video sic dici à nonnullis. Ideas intueri facultatis cognoscentis esse munus, sed dum producit hæc Deus, vti vi quadã naturali non eiusmodi, quæ cognoscendo efficiat. At verò, si à cęteris efficientib. exẽplum peti põt: ea quæ per se sunt, siue actu, seu entelechia sint, formã rei producendæ continent: ita igitur & Deus. Tum etiam si præstantissimæ essentiæ functio præstantissima debetur, & agentia perfectissima apud nos, agendo vel efficiendo sibi ꝓponunt ideã, & Deus igitur. Rursus enarrandus est modus quo efficit hæc ipse Deus, ac si quia mouet vt expetendum & intelligentiam cadens, etiam nõ est efficiens, sed finis: siquis alius est modus ꝓducendi mortalia, peccauerit iam philosophus, qui hunc non expresserit. Quòd si etiam, vt puro, vel proximè, vel remotè à Deo cuncta proficiscantur, tanquam expetendo, & intelligendo, frustra profectò efficientiam hanc naturalẽ nobis obtrudes. Præterea sit mens & operetur per essentiam suam; certè vt mens operabitur: at in quaq. essentia triplex ad summũ ratio reperiri põt, finis, efficientis, & formæ: rationem formę à rõne finis in materia vacantibus nõ distingui suprà docuimus. Sit igitur efficientis ratio diuersa: at quo'nam pacto efficiens quod est mens, operatur, nisi intelligens, & expetens? ergo non naturali instinctu, sed intelligendo efficiet. Nobis quidem, tametsi Deum facimus auctorem motus, idq. per essentiam, nõ dat incõmodum præsens obiectio: nam quod mouet vt finis, sat habet, si appetitus, & mens in alio sit, nec ꝙ intelligat, quicquã ad motum; at non si agat, idest, operetur, vt efficiens, tanquam mens, ꝙ ex alio cognito sic agat necesse est. Ideò melius illi multo, qui vim efficientis in Deo cogitantes ipsum quoq. intelligendo efficere prædicarunt. Sed tum exoritur scrupulus, sit'ne idea vna, quæ per oĩa pertineat, an singularum formarum singula quasi exẽplaria; si vnam fatearis, quæ'nam ratio, cur ab eo principio tot & tam variæ species deducantur? neque.n. id materia conficiet; aliud.n. est agere de differentia formarũ & singularium; hæc.n. materiæ priuilegio multiplicantur; illę seipsis distinguuntur, & in suis auctoribus prius disiunctæ sunt, ꝗ̃ attingant materiam; materia ministrat, & instituitur ad illas; vnde item ab efficiente prius afficiatur oportet, vt capax formæ reddatur: si dixeris singularũ singulas esse; iam hîc ego te adoriar obiiciens ea quæ sunt in Deo, Deũ esse; eumq. esse oĩno simplicem, & eũdem maximè, & quæ igitur in ipso sunt, esse maximè simplicia, & eadẽ omnibus modis. & Auerroẽm citabo testẽ [a] cuius hæc sint verba: » pluralitas intelligentiis inest ex hoc, ꝙ vnaquæq. intelligit de se ipsa pluralitatem; ideò oportere quòd prima intelligẽtia sit vnum » indiuiduum: quoniam intelliget vnã rem simplicem, & ea subiungere. Intelligentia prima non põt » intelligere aliquã multitudinẽ, neq. in eius essẽtia, neq. extra eius essentiã. ipsa.n. est idẽ simplex de se. Quare huc oĩs ratio deducetur. Si Deus est efficiens, cognoscendo efficiet: tum deinde, si cognoscendo efficit; est idea. Quamobrem si idea non erit, neq. igitur Deus erit efficiens, & cùm assumptũ adhuc incertum sit, sequitur itẽ, vt consequens sit obscurum. Hæc igitur quæstio nos ad sese reuocat, & impellit ad inquirendum sint'ne ideæ apud Aristotelem, & vtrum'ne prorsus repudiandæ sint à viro Peripatetico; an aliquo pacto asserendæ: eas.n. esse persuadent aliquot rationes, & loca nõnulla apud Arist. ab ipso etiam quandoq. approbatas fuisse testãtur. itaq. Simplicius inficiabatur illud assumptũ. Non esse ideas. Breuibus oĩa complectar, primumq. explicabo, quid ideã voluerint esse Platonici, cur posita; tum tertio an'ne placuerit Aristoteli. Ideam formam ipsi dicebant à singularibus & materia secretã, exemplar vnius substantiæ per se subsistentẽ, siue in Deo collocatã, certi nil habeo, quod dicã; nanq. vt per se subsistentẽ accipi arbitror ab Aristotele: at qui Platoni patrocinant, in Deo constituũt, & in eo sic positam fuisse probant, vnius quidẽ, & eiusdem rationis cum forma, sed extat etiam controuersia, sit'ne formarum simpliciter, an indiuidui cuiusque. Eius triplicem vsum Plato afferebat, scientiã, mores, & ortũ rerum naturalem. Nanq. scientia cùm sit æternorum; singularia verò & quę in ipsis subsistunt, caduca, mutabiliaq. sint, sub scientiã cadere nequeunt. Itaq. separatum quippiam sit necesse est, cuius scientiã comparemus. Morum quoq. gratia ponere oportet ideam, ꝙ omnis actio moralis cum

[a] 4. Tr. Met.

F G H

A cum electione fiat, & præcedente notione cuiusdã formæ quæ segregata sit ab oĩ materia, eademq. nullis finibus tẽporis conclusa, nec aliqua mutabili conditione affecta. Et propter rerum ortum consimiliter necessaria: formas.n. extrinsecùs aduenire, nec ab efficientibus specialibus exhiberi: id verò potissimè in ortis ex putredine esse perspicuum quæ ꝑprium efficiens habent nullum. Vrget præterea nos Simplicius his rationibus quibus ostendat sic Arist. placuisse. Primùm ex eorum partitione, quæ substantiam ꝓpagare possunt. Aut.n. Deus est, aut cęlum, aut indiuiduum, vt Socrates: nec sanè indiuiduũ, quòd caussa perfectior est eo cuius est caussa, sed indiuiduũ altero eiusdem ordinis indiuiduo perfectius non est, neq. cœlum, cùm sit agens vniuersale, & quod causã aliquam sociam flagitet: Deus igitur. Tum si formæ quæ sunt in Deo caussæ non essent earum formarũ quæ hîc producantur, abitio fieret in infinitum: nam cùm oẽ id quod producitur à simili, fiat; ab alio quoq. producetur, & sic in infinitum, aut ad eã formam deniq. perueniendum foret quæ per se subsisteret, & esset æterno: hanc verò nos ideã esse volumus. Necnon quidquid gignitur, à caussa fiat oportet in qua rei faciendæ ratio præcedat; aliter recta ratione, viaq. nihil fieri posset: gignunt verò formæ, quæ materiatæ corporeæq. sunt: ergo à tali caussa gignant oportet: cęterùm hęc caussa nil aliud prorsus est, nisi à forma & idea. Quinetiam didicimus 8. Phys. ante multa quæ perpetuò mouentur, esse causã quandam motus, immobilem, & nihilominus tot esse principia mouentia, quot sunt ea quorũ motus est, cùm igitur etiam successio formarũ continua sit in materia, & singulæ formæ, atq. indiuidua ꝓpria sortiantur efficientia,

B necessariò consequetur, vt in quaque specie sit caussa quædam princeps, quæ contineat omnem hanc successionẽ, & multitudinem; eademq. separata sit, hanc nos ideam esse perhibemus. Insuper in omni generatione duplex est forma, altera quæ participatur, atq. altera quæ participat illi similis; at hæc illa est quæ producitur in materia: ergo illa à qua producitur, est extra materiam. Quod siquis respondeat has formas inesse in Deo, tanquam in caussa perfectiore & non vniuoca; contra hoc ipsum disputat Simplicius, quia nemo negabit Deum esse finẽ, actum, & formam cuiusq.: sed hæc in natura conueniunt: ergo est forma, vt in caussa simili, non autem dissimili. Accedit eòdem, quòd ad aliquod genus quęstionis affertur idea, vt cùm quæritur, ecquid sit caussæ, cur Socratis imago sima sit, vt, scilicet, assimiletur Socrati vero & expresso. Deniq. illa monstrant ideam esse in primo opifice ex Arist. sñia, quia doceat naturã in agendo arti esse consimilem, sed ars per eiusmodi rationes efficit, quæ in opifice seruantur, & natura igitur efficiet eodem modo. Illud tormentum maximum. Quòd Arist. ordinem in exercitu nasci docuerit ab eo qui longè prius in mente ducis extitisset. At hoc nil aliud certè significat, ac esse ideam. eam verò non speciei modò, sed vniuscuiusq. singularium esse inter philosophos cẽsuit Philoponus, qui Deo certam quoq. notitiam cuiusq. singularis attribuerit. Elocutus ipse potius

C est veritatem, q̃ consuluerit Aristoteli. Cùm verò perspicerent vbiq. inuehi Philosophum in idearum assertores, in hunc sensum illa scripta fuisse commemorant, ꝙ Arist. non sanè voluerit ideas euertere, sed vulgarem de illis opinionẽ repellere, sæpe.n. à Platonis interpretibus animaduersum est varias, atq. aduersas ab eo sententias fuisse defensas; attamen ipsum alteram præposuisse, & in veterib. codicibus charactere quodam fuisse notatam; meminit item præceptor noster de placitis quibusdam quæ circunferrentur, nec tamen illorum monumenta in litteris extarent. Hoc igitur in ideas euenisse potuit. Quare amplius deliberandum censeo. res magna est.

Aristotelis placita ab ideis abhorrere monstratur, & diluuntur obiecta. Cap. XLVI.

HAEC eorum summa, quæ pro ideis solent dici, ad quæ nos sigillatim respondere conabimur. In primis aũt velim ego scire ab illis ecquæ'nam sit vulgaris illa opinio, quam Philosophus repellere voluerit. Nam cùm multa capita contineat placitũ de ideis, & ex iis cõplura cõmuniter recepta fuerint, atq. constanter ab oĩbus earum patronis asserta, pauca sub dubio relicta, fit verisimile opinionem vulgarẽ ab illa recondita discrepare in iis de quib. extat dubitatio, quæ duo sunt; nimirùm sit'ne idea forma quædã separata, an per se subsistens, atq. etiam, sint'ne singulę speciei cuiusque, an potius singu-

D lorum indiuiduorũ, atq. vt coniicere licet, ea selecta sententia, quòd sint formæ illę in mente diuina. At quid ineptius aut fingere Arist. ignarum fuisse illius opinionis, quam magister approbasset, aut cognitam, si falsa fuisset, non redarguisse, & omisisse impudenter, vt de illa posset adhuc in animis nostris restare suspicio, aut si vera, principio quod tanti põderis esset, vniuersam philosophiã defraudasse, cui quoq. in hoc ipso placito scopus fuerit ꝓpositus omnibus amicis anteponere veritatem? Sed est'ne id reprehendere, verba tantummodo designare vias, vnde monstretur nihil opus esse idea: cùm aliæ sint rationes quib. ea seruentur, ad quæ seruanda ipsi introducunt ideas? ac si & hæc sine vllo idearum auxilio diuersis machinis extrui possunt, non'ne est funditùs eas tollere? nam si satis ea sũt quæ sine ideis constituit Arist. ad illa ipsa præstanda ad quæ iis vtitur Plato, nec methodus redundantia sumit; certè nec vllus est idearum sensus, qui ex Arist. doctrina sit approbandus; pręsertim ꝙ nullus est sensus, quo percipiatur idea, nec ratio quæ non facilè dilui possit. Et quod obiicit Arist. ideam non quæri ab artifice, vel homine studioso, generatim eleuat oẽm ideam: sicut.n. idea illa separata per se non quęritur; sic neq. illi etiam, quæ in mẽte diuina collocatur, aut alio quodammodò constituitur. Accedit eòdem, ꝙ quando significat Aristoteles, quemadmodum Deus sit caussa generationis, admonet ex eo caussa esse, quòd reliqua illi similia fungendo, & perpetuando studeant esse, hoc verò est producere vt finem.

Quin ét falſum arbitror eam fuiſſe firmã illius philoſophi ſententiã, quòd non per ſe ſubſiſteret idea, E ſed in mente diuina; ſiquidem voces quibus Plato notabat ideas, rem abſolutam ſignificant, nec alicui rei affixã, vt *αὐτὸ ἄνθρωπος*, & *αὐτὸ ἀγαθὸν*, ipſe homo, & ipſum bonum. Addo etiam ꝙ quomodocunq. accipiatur, & generaliter, & ſpeciatim credo fuiſſe confutatam. Nanq. argumenta quæ intendit Ariſt. in ideas cum 7. tum item 13. primæ philoſophiæ, contra id valent, ꝙ ſit idea ſeparata à ſubſtantia ſenſili, ſed eſſe in ſenſilibus formã communẽ, quæ ab eorum accidentibus ſeparata in mente fo-ret eſſentia: nunc ſiue ſit per ſe ipſam, ſiue in Deo, quomodocunq. ſecreta eſt à ſenſilib. itaq. præter eſſentiam quæ ita ſeparata eſt, vt diximus, eſſe nullo modo põt. Et ſpeciatim ideã menti diuinæ denegatã puto, quia ſi ſit idea; Deo ſint oĩa cognoſcẽda, quo tametſi nil verius aſſeuerari põt; at nil illius ſententiæ repugnantius, vt.n. ipſe perpetuò ſublimẽ eius excellentiam dignitatemq. defenderet, & illius ſubſtantiæ maieſtatem, functionumq. pręſtantiã modis oĩbus extolleret, primùm reliqua poſt ipſum, tanq̃ abiecta, & humillima iacere prędicauit, tum deinde illius notitiã non in alio, ac in ſeipſo verſari voluit, ſeipſum ſolùm contẽplari, ſuaq. præſtantia eſſe contentũ, nil aliud, ac ſeipſum veluti Narciſſum in fonte ſemper intueri, ſuamq. pulchritudinẽ admirantem eius aſpectu perpetuò frui, & nos anteà ſeorſum docuimus quantum cognitio Dei differ à reb. humilioribus. Nec etiam veriſimile eſt, ideam poni ab Ariſt. quæ ſit alterius rationis, ſiquidẽ nec vllius eſſet vſus: Omne.n. quod fit, ab vniuoco fieri voluit. Inſuper aũt hęc idea, ſi cauſã efficientem perficit & cõplet, cum efficiente mouebitur, aut ſi immobilis eſt, eam vel cum forma conuenire dicemus, quam in efficiente collocamus, vel neceſſe erit eã mouere, ſi ſeparata fuerit, vt finem, quemadmodũ ſuo loco oſtenſum eſt. Quare aut idea nulla cęteris ſufficientibus, aut non eſt eius officium, quale ipſi defendunt. Contra ſingulas verò cauſſas quæ à Platone inductæ ſunt ad tuendas ideas, diſſeruit Ariſtoteles, & nullã ideæ vim eſſe demonſtrauit, neq. vllum officium, nec in demonſtratione, aut definitione, neque in actione morali, neque generatim in ortu rerum ꝙ in demonſtratione ſat eſſet, ſi habeamus vnũ commune in pluribus cum ex ipſo mediũ demonſtrationis exiſteret, quo præmonſtrante inhærentia perſequeremur, quę ſcire nos aueremus, & definitione quæ ex genere differentiaq. conſtaret, naturã ſubſtantiæ venaremur, ſatiſq. eſſe hæc principia ad ſcientiã faciendam quæ animaduerſis inhęrentib. in ipſis ſenſilibus quorum eſt perpetua ſucceſsio, cómunem naturã in ea ſucceſsione perpetuatã in vnum quaſi caput cogant, & ope mentis abiectis omnibus indiuidui, ſenſiliſq. materiæ conditionibus abſtrahunt eſſentiã, quæ abſq. vllo genere mutationis ſemper eſt vniuſmodi. Et quod ad vitã moreſq. attinet; ea eſt forma quam animo concipimus, non ſuapte natura ſeparata, ſed talis effecta vi noſtræ mentis, neq. nos in aliquod bonũ intendimus conſiderationẽ noſtram quod ſit per ſe, & à materia ſeparatũ, ſed eiuſmodi quod exhiberi poſsit materiæ ſubiectæ, vt quod vtile ſit patriæ, mihi honeſtum, nec inhiat ciuis illi bono quod eſt extra materiam, neque artifex abſolutã formam conſectatur, ſed eã quæ apta ſit ad ſuum ſubiectũ, & quam ponat in ſubiecto, G quæ finis quidem fuit in mente; re verò poſteà extitit vt forma in materia. Nam ꝙ ideam nos imitari ſtudeamus, neq. illi dictitant, neq. nobis tribuunt Peripatetici, ſed illud ſolùm profitentur nos imitari Deum, negant verò Deum producere ſe conuertendo ad ideas, atq. illiuſmodi quidem quæ ſint in mente diuina; ſiquidem ipſo auctore quod per ideã operatur quam habet in mẽte, alterius gratia operatur; hoc verò eſt efficiens, nec oĩum præſtantiſsimum, talem verò eſſe mentẽ inductam ab Anaxagora teſtabatur, nec ad id poſſe reſponderi monſtrabat, neq. aliter ac quemadmodũ ipſe docuerat, [a] do-

[a] 12. Met. T. 55. cuerat aũt Deum mouere vt finem. Ex quo apparet Ariſt. auctore nonmodò tolli ideam ſeparatam, ſed de mente diuina; quapropter euerſam fuiſſe ſimpliciter, aut ſi illã agendo exprimere volumus, vt facit faber; ea iam non eſt idea de qua nunc agimus, ſed forma. Veruntamen his omiſsis quæ perſonæ fortè ſunt altioris, ad rerum ortum redeamus. Duæ ſunt cauſſæ præcipuè generationis eius quæ eſt ex natura, quas indicat ſenſus, & ratio ſuadet. vna quidem cõmunis, altera ſpecialis; illa eſt cœlum, quod appetitu naturali, atq. animali qui eſt per cõceptionem ſummi boni, ſiue is ſit internus, ſiue per alicuius mentis ſocietatem adſcitus; ſeipſum mouet; mox illuſtrans, & agitans corpora contigua per calorẽ & frigus ex præſentia lucis, & abſentia nata, & ad terrã vſq. propagata generat, & corrumpit. eaq. vis in Sole primùm eſt, qui ſatis ꝓpinquus eſt, & ſatis velociter agitur; quamobrem & radij quos H proijcit, & motus quem cõmunicet, efficaciſsimi ſunt, & in terra vis eſt ſumma ꝓpter ſoliditatem tuẽdi formas acceptas: vnde & Sol pater, ac terra mater à poëtis perhiberi ſolent, & ex illorum coniunctione factum *ἱερὸν γαμὸν*. i. ſacras nuptias quæ vere celebrantur. Itaq. diuinitus ille.

Vere tument terrę & genitalia ſemina poſcunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lętę deſcendit, & omneis
Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.

Speciales verò cauſſæ generationis ſunt materiã & forma; nam forma, cùm per ſe bona ſit, experitur ſuapte natura, cùm ab efficiente, tum ét à materia: nam, ꝙ eſt ſuopte impulſu cõmunicabilis; facit, vt quod eã habet, alteri quoq. præbere conetur: hinc efficientis ratio deducitur, & cùm ſit perfectio poteſtatis, ea verò eſt materia; deſideriũ illi incutit per affectiones ab efficiente impreſſas, vt certis modis, determinatiſq. periodis, & circuitibus agatur, ad eam conſequendam. Atq. vt hìc ego quoque dum contra Platonem diſputo, Platonicos imiter, monebo te hunc eſſe amorem illum quem Venus inſpirat omnia loca pariter concelebrans.

Φοιτᾷ

A Φοιτᾷ δ' ἀν' αἰθέρα, ἔστι δ' ἐν θαλάσσης
Κλύδωνι Κύπρις. πάντα δ' ἐκ ταύτης ἔφυ. Et rursus. Eurip. Hyppol.
Ἥδ' ἐστὶν ἡ σπείρουσα, καὶ διδοῦσ' ἔρον.
Γῆς πάντες ἐσμὲν οἱ κατὰ χθόν' ἔκγονοι.

quæ sapientissimus Euripides è philosophorum fontibus hauserat. & hunc imitatus Lucretius ad Venerem conuersus ita expresserat.

Omnibus incutiens blandum per pectora amorem
Efficis, vt cupidè generatim secla propagent.

Hæc vis est in plerisq. formis, & ignis ignim, plantaq. plantam ꝓpagat per eam formam, quam habet, generatim verò forma, finis, & efficiens eadem reipsa sunt, ratione sola, vel numero discrepantia. Ab his principiis sine idearum subsidio cunctarũ rerum generatio præstatur. Alia quoq. multa contra Platonẽ scripta fuisse perspicimus, quæ dialecticè, & ἐλεγχικῶς. i. per redargutionem tractata, si persequi velimus; nimium fortè prolixi videbimur, & instituti nostri munera facilè transiliemus, ad quæ sigillatim in sua prima philosophia respondit Syrianus. Itaq. veniamus ad rationes, quibus Platonis opinio confirmabatur. Earum prima diluitur ex eo principio, quod primo libro constituimus, & explicauimus. Etenim efficiens patienti pręstare sat est, dũ sit res, & adhuc est in potentia: sic Aristoteles B pater est perfectior Nicomacho filio, anteq̃ genitus sit, & dum est caussa in actu, nã tum Nicomachus non est, sed esse põt homo, quod iam fuit Aristoteles, & operari vt homo: propterea negatur ea pars assumpti. Secunda quoq. ratio fallax est, dum accipit aliquid in efficientium ordine quod non satis arridet Aristoteli: siquidem si specialiũ caussarum series aduertatur, ad actum simpliciter est veniẽdum, ꝗ hæc forma quæ in hac materia producitur, ab alia forma fit quæ in efficiẽte pręcedit, & deniq. quod fit, ex alio fit, quod iam est actu; ex quo in oĩ generatione supponitur eius ratio: propterea resoluitur generatio, quantum pertinet ad agens speciale, in actum simpliciter, atq. is habet vim cogendi in vnum multitudinẽ indiuiduorum priuilegio materiæ dissipatam: fiunt.n. singula ab eo quod est actu, quatenus actu est. Si verò tibi respicere placeat caussas vniuersales quæ sunt Deus & cœlum, vtræq. planè ad singulorum productionem concurrunt, & Deus sine controuersia tanq̃ finis, at cùm de efficiente in præsentia disseratur; dicimus in hoc ordine caussarũ ad cęlum vsq. perueniri, quicquid vlterius accipitur, egredi finibus efficientis, & in alterum caussæ genus transformari. Nec illud absurdum censuit Arist. indiuiduorum successionẽ abire in infinitum, sed adiecit eam infinitatẽ ab actu coërceri: id propterea non opus esse idea quæ coërcendi officio fungeretur. Falsò quoq. illud acceptum est rationem quæ in oĩ generatione præcedit, esse ideam: forma quidẽ rei producendæ anteit in efficiente, quia forma, anteq̃ producatur, eiusdem est rationis cum ea quam habet efficiens, & materiæ priuilegio fit alia C solum, non ꝗ alterum aliquod principium flagitet, quod rationem rei faciendæ contineat alio modo, ac efficiens. Quare neq. idea, nec vllo principio cognoscente opus est in hac productione formarũ: sed sola natura per se ipsam à Deo O.M. stimulata, expetendo, atq. à cęlo tota per lumen, & motum, & esse cupit eo modo quo licet in specie & indiuiduo, & accipiendo, & exhibendo bonum, quod est forma; munus suum optimè facit; suoq. fine potitur. Quod verò accipitur ex progressu 8. Phys. tantum abest, vt cogat nos ad asserendas ideas, vt illas oppugnet maximè: quandoquidem eò contendit, vt sicut in cęlo, cùm sint plura mobilia, atq. mouentia; ad vnum mouens primum est veniendum; sic vna tantùm idea ponenda sit; ne dum singulæ singulorũ indiuiduorũ: ac si fortè illò respicias, ꝗ in his etiã sit veniẽdum ad unũ, id verò sit Deus ad quem ascendat per ideam natura, dum producit, etiã nulla necessitas erit ideæ; quippe ꝗ illucusq. natura feratur informata specie, & ratione finis per suas ipsius vires, nec vllo intercedente officio cuiuspiam facultatis cognoscentis: ac siquis ad ideã confugiat hac ratione 8. innixus, vt dissipata & dispersa coniungat; iã audire potuit actum in ordine caussarum specialium, & in efficientium serie cęlum, eo munere defungi: Additur formã esse duplicẽ, participatã .s. & participantem; hanc illi similem. Hæc sanè verè dicuntur: sed suspectum est id quod adscribitur, cùm ea quæ participat, sit in materia: participatã esse extra materiam: nam simpliciter illã ab omni D materia secretam esse non necesse est. Veruntamen & aliquam formæ separationem adesse volumus, si res producenda sit. Cùm.n. vis efficiens habeat formam; per quam est; & ei similem in altera materia producere cupiat, in ea quoq. triplex ratio sit oportet; altera per quã est, atq. altera per quam subit rationem & vim caussæ efficientis. adde & tertiam, quia sicut in artifice rei faciendæ forma est finis, sic etiã in agente naturali forma per quam est, etiã finis est, & ita mouet immobilis. eadẽ sanè forma est reipsa, per quam est Sophroniscus & Socratis pater: sed quòd ipse sit Sophroniscus & pater, neque eadem est ratio, nec eadem quoque ratio formæ; nam si consideretur in ea materia in qua est, per ipsam Sophroniscus est simpliciter. itaq. ea solùm habet vim formæ, cùm sit actus eius materiæ, & præstet hoc, vt sit indiuiduum: verùm quia communicabilis est, & alteram materiã informare potest, ob id vim affert efficientis: cùmq. secundũ essentiã sit eadẽ, atq. illa quã vult, inducere, quæ postq̃ inducta fuit, est forma sola materia sensili distincta, sic itẽ est finis. Atenim hoc modo forma; non quatenus informat substantiã simpliciter, sed vt eã subiicit rationi efficientis, est quodãmodo separabilis, ꝗ adhuc in materia non est: vbi.n. est in materia quæ tum est Sophroniscus, est forma: nihil ad efficientiam, vbi continet efficiendi facultatem, iam respicit alterã materiã subiecto, & loco disiunctam, in qua non dum est, ac si adforet, non amplius efficientis vim retineret, sed euaderet forma rei quæ producebatur. Venit etiam mihi in mentem sine materia constitui posse formã quæ informat efficiens,

quatenus huiusmodi, ꝙ ab efficiente nihil materiæ præbetur, sed forma sola quæ actu inest in ipso, neque secus àc dixerit Aristoteles nutritionem ab auctione differre, quia nutritio foret sine quantitate, quoniam non afferret nouam quantitatem, licet etiam simpliciter sine quantitate non esset. His igitur modis forma participata similis est participanti, & separari potest à materia. Nec illud audio, quod attulit Simplicius, Deum esse cuiusq. rei formam, nisi ꝙ virtus cuiusq. formæ contineatur in eo, sicut in linea centipedali continentur lineæ nonagintanouem, pedalis, bipedalis, vsq. ad nonagintanouem pedalem, quæ numero sunt segregatæ, verùm ꝙ in centipedali ęqualis omnib. illis seorsum designari potest; in illa inesse dicuntur: sic Deus intra se habere dicitur alias formas. Est.n. quomodocunq. agens primum, & simplicissimum, quę verò sunt partes compositi, non sunt primò, & per se agentia. sed per quę compositum agit, & forma in materia participat, non participatur. Efficiens autem, finem & formam solùm conuenire fatemur in rebus materia constantib. ac conuenire quidem in ratione, subiecto autem separari. Ad id verò, ꝙ in solutione quorundam problematum oportet ad ideam confugere, moneo primum ideam cuius est exemplum ad formam referri, id.n. est cuius exemplum quęrimus, quod res ipsa est: & in arte eadem est in mente artificis, & in materia: similiter in efficiente & subiecto. Scito etiam finem multis parari modis, aut.n. per transmutationem, & per intrinsecam inhęrentiam, atq. hic est finis generationis, aut per opinionem siue transeuntem, seu immanentem, qui dici solet finis operatus, aut posidendo sicuti balneum & ager, aut ad extremum per imitationem, sic vos Deo similes esse studemus existendo, agendo, & intelligendo: tale est etiam exemplum ad exemplar: itaq. ad finem genus hoc caussę referetur. Intereà nolo te celare exemplum in artificiosis esse imaginem: & in materia animata quidem habitum, & veluti formam, ad formam verò solidam esse habitudinem: in natura esse formam consimilem, nec quidem vt imaginem, quando est vtriusq. ratio communis: sed ꝙ essentię species eadem est solo numero seiugata: itaq. est eadem forma secundùm rationem & essentiam; similis, non eadem propter assumptionem materiæ; vnde habet, ꝙ numero differat. Neq. similitudo artis, & naturæ posita est in eo, ꝙ natura cognoscendo efficiat, immò hoc artis, ac naturæ interest, ꝙ id quod ars efficit cognoscendo, natura præstat sine cognitione: [a] in eo verò similis est vtriusq. progressus, ꝙ sicut ars ordinatè disponit officia, & opera, sic etiam natura. Quare quemadmodum ars structura domum prius iacit fundamenta, mox erigit parietes, post imponit tectum, natura quoq. sic domum ædificatura progrederetur: itaq. prius producit flores q̃ fructus; & aues instinctu naturæ prius ædificant nidos: deinde pariunt oua, & fouent. Cùm verò inordinatum in ordinem reduci oporteat, non id ex vi mentis proficisci voluit Aristoteles, vt Plato, sed mente post habita, naturam solam ordini illi præfecit. Ad 8. verò respondebat. Proclus hisce verbis. Aristoteles igitur ordinem qui in opifice est: non nouit; sed in operib. quod cùm posteà plurib. declarandum sit, nunc omittere constituimus. At verò nil apud illum auctorem certius, q̃ ex Aristotelis sententia Deum mouere solùm vt finem; ac si efficiens sit; dandas esse ideas, quas tamen ipse negauerit: vnde etiam hæc apud eum leguntur. Oportet.n. eousq. calefieri pharmacum, verùm, nisi ars adsit, & medica mens quæ mensuram functioni ignis imponat, & plus conficit ignis, & vniuersum corrumpit quod conducturum fuerat ad generationem: neque.n. rei producendæ formam continebat. Omne igitur efficiens rationem rei faciendæ habeat oportet, si ordinatè effecturum sit. Hæc igitur Plato perspiciens; cùm efficientem caussam assumpsisset, etiam posuit exemplar vniuersi: sicut & Aristoteles, cùm exemplar sustulisset; simul etiam sustulit efficiens. Hæc ex Aristotelis officina emanarunt quæ cùm sapientissimus auctor, tanq̃ Aristotelica professus vbiq. fuerit, facilius etiam nos euitabimus reprehensionem; si hæc eadem ex Aristotelis sententia defendere conemur. Sed adhuc importunè insistit Grammaticus; & aliis rationib. atq. auctoritatib. Arist. perperam interpraetatis, falsòq. citatis ideas ab Arist. positas, & constitutas esse confirmat. Etenim duplex, inquit ipse, est sanitas prima in mente medici, secunda in ægrotante. A simili igitur erit forma in efficiente supremo, & in reb. quæ ab ipso producuntur: illa ergo quæ est in efficiente primo, statuenda est idea. Nec non ea fuit mens Aristotelis [b] mentem in actu esse res ipsas, atq. itidem mentem esse locum formarum. Cùm igitur diuina mens sit semper in actu, eademq. locus omnium formarum: erit igitur ipsæ res; & omnium formas intra se continebit. Atqui res ipsę in mente, & rerum formę quid distant ab ideis? Postremò illud ait Aristotelis fuisse decretum Deum videre seipsum, dum seipsum videt; etiam in aspectu sui videre omnia quæ sunt exterius; & vicissim, dum videt ea quæ sunt extra, seipsum in illis intueri. Si ergo Deus alia videt, & aliorum habet intelligentiam, iam sunt in ipso rerum formæ in esse cognito. At verò ponere formas in esse cognito in mente diuina: nil est aliud profectò, q̃ dare ideas.

Fieri certè potest vt Aristoteles in iis duob. libris quos de idea conscripsit, his, atq. harum similib. rationib. ideas esse ostenderit. Attamen neq. hęc, mea sententia, possunt efficere id quod conatur Grammaticus suarum partium nimium cupidus: siquidem & falsò assumpta fuerint, nec vllam necessitatem præseferant. Ex his autem singula perspicua fient. Nanq. & sumptum est Deum cognoscere ea quæ pendent ex ipso, & operari, sicut operatur efficiens, neq. vt efficiens solum, sed vt efficiens quod operando cognoscat, quę sanè omnia superius confutata sunt. Quapropter etsi in agentibus verè & cum eius rei notitia, quæ facienda est: inest exemplar, & forma rei faciendæ; non est idcirco ꝙ persuadeamur eorum formas quæ sunt extra Deum, inesse in mente diuina, & ideas esse propterea fateamur. Nec ex eo concluditur ideas esse, ꝙ mens sit res ipsæ, aut formarum locus: nanq. esto, ꝙ quælibet mens sit res ipsa quæ cadit in mentem; at non idcirco omnia cadunt in omnem mentem; neq. si cadant;

[a] Lib. de spir.

[b] 3. de An.

A dant, sunt idcirco agenda, aut ab illo in cuius mentem cadunt; & Deus est id in cuius mentem aliquid cadit; at ipse solum in sui ipsius cadit mentem: itaq. in ipso mens, & quod menti subiicitur, idẽ sunt. Quòd si idea est aliorum forma, certè in Deo non est idea. Et mens est formarum locus, sed earum ad quas est in potentia tantùm: atqui nullam habet mens diuina potestatem ad res inferiores. Et illud impudenter omnino asseueratum profiteri. Aristotelem Deum videndo se videre res quæ sunt ex ipso, vel contrà videndo res extra seipsum, ex iis in sui ipsius notitiam peruenire: est.n. actus omnium primus, nihil obtinens potestatis ad aliud quicquam: ergo ex aliis seipsum non potest vllo pacto perspicere. nec ex seipso cætera, quandò vilesceret. sed illud solùm ab Arist. constanter asseueratum Deum seipsum, & extra seipsum nihil intelligere. Verùm ꝙ & Aristotelis rationes diluere profitentur coæui nostri; & in hoc negotio multa accipiunt aliena à philosophia Peripatetica, non grauabimur etiam pro viribus eorum lapsus indicare, ne illis imponant qui Lycæi vias affectant, aut per nos etiam pęmonstrator defuisse videatur. Primum sit hoc, ꝙ statuunt vniuersale ante multa; atq. id reipsa à materia separatum esse contendunt. Alibi verò videtur in primis cum ipsa idea tolli item è medio vniuersale ante multa: nam sicut in demonstratione non requiritur idea; sic neq. vniuersale hoc ante multa. ac si tale fuerit (nihil.n. vetat essentiæ principia separata esse à materia) erit sanè secundùm rationem, non secundùm rem; siquidem essentia sit in mente: ac si reapse fuerit segrega-
B tum, erit actus, eoq. modo dicimus esse Deum qui eum sit caussa ἐξαίρετος, omnia pariter intuetur, nec illorum pars esse potest. sic & ideis eueniet. itaq. cum alio actu non componetur, nec hominis essentia fuerit animal ratione vtens, & bipes, quod item Platoni obiecit ipse Arist.[a] Nam quanuis ad hæc dicant ideas omneis, in prima mente (eam verò nonnulli propter illa quæ in Phædone dicuntur, licet non satis aptè pro pietate, à Deo diuersam esse iudicant) re certè idem esse, formaliter verò diuersas, atq. distinctas, vtputo, parum prodest: nam sic aut in illis non est ratio prioris & posterioris, ideóque nec in aliis formis quæ sunt exempla ipsarum: habent.n. formæ inter se, quemadmodum ideæ; aut seipsis distinctæ sunt; aut caussa materiæ. Atqui in formis est ordo: ergo & in ideis, si hoc, aut illud etiam, ꝙ seipsis distinguuntur, iam erit in Deo multitudo, si mutuent à materia distinctionem, tantum abest, vt ipsæ primæ sint, vt pendeant ex alio: præterꝗ ꝙ hoc eorum naturæ aduersabitur, quia statuuntur extra materiam. Cùmq. hic ordo rerum & naturarum cęlitùs deriuetur per vniuersam latitudinem entis, vt alibi ostendimus: profectò non erit à Deo bonum hoc communicatum his quidem clarius, aliis autem obscurius, sed ab idea. Quod si satis esse dixeris in inferiorib. esse distinctas, opponam hîc ego quomodo sit αὐτοζῶον, & αὐτοΐππος; iam.n. ipsum nomen huic pendentiæ repugnat. Neq. ob eandem rationem illud approbare possum, ꝙ accidentium ideæ queant esse, aut etiam
C materiæ, quod ad alias rationes Aristotelis soluendas assumunt. Nam præter auctoritatem Philosophi qui testatur ideas solius substantiæ, & illius quidem quæ foret in actu poni, etiam sequetur, vt accidens ipsum per se absolutum existat: etenim formæ ideas imitantur, aut, si vt in alio concipiantur ideæ, velut in idea substantiæ: efficietur, vt non ipsum album (hæc.n. est albi idea) sed aliquid aliud existens sit, vtputa, homo albus: itaq. non idea. Postremò concedunt numerum esse duitate priorem, quod absurdum est: si duo non sunt neq. numerus omnino, & si numerus, & duo igitur. Attamen deberet si eius est idea, prior esse natura; sed.n. prior est ratione duntaxat, quandò se habet numerus ad parteis, vt commune ad vnum propter ordinem qui inter illas intercedit, id verò licèt sit ratione prius, est nihilominus natura posterius. Hæc ipsi dicunt ad aliquas rationes Aristotelis, quæ cum eius placitis, atque iis quæ nos antea posuimus; aduersentur, etiam faciunt, vt in sententia vetere maneamus.

[a] 7. Met.

Diligentius explicatur quis ordo rerum sit in vniuerso. Cap. XLVII.

D ERGO reuertamur ad Aristotelem & ordinis tanti primordia subtilius explanemus. At verò ordinis essentia nob. ostendit ex vno plura pendere per interualla quædam, quapropter suppeditat obseruationem duarum habitudinum; altera ex his est rerum posteriorum ad illud primum, altera verò ad se vicissim earum rerum, quæ sunt ex primo: veluti eum ex vnius repetitione numerus existat, & cum vno conferri potest, & cum altero numero: nosq. suprà docuimus numerum ex vno per se esse conflatum, ex altero autem numero per accidens. Idcirco nos vtrunq. caput sedulò tractabimus, ac primùm declarabimus habitudinem quam res habent ad D.O.M. ita tamen, vt personã Peripatetici semper sustinere meminerimus. Hîc iterũ redeundũ est in eorũ memoriam, quę nob. olim cõstituta fuerunt, esse nimirum in treis modos diduci, vel.n. est esse quod est actu, cùm res non latet in potestate materiæ, nec in efficientis sinu continetur, vel esse conuenit cum principiis per quæ res est, ac tertiò esse est esse in actu secundo, & in officio; & fungi munerib. illis ad quæ quæq. res instituta fuerit. Postremus hic modus omnes alios perfectione antecellit: verè.n. tum est vnumquodq. cum facit officium suum: quocirca sapientissimè dictum, nos vitę dimidio non distare à mortuis: reliqui sine hoc frustra essent: essentia secundos tulit honores, quod est rerum, quatenus à materia seiugatæ sunt quę caput est omnis mali in vniuerso, est item principium: semper verò principium præstat ei cuius est, & agens materiæ. veruntamen ita secum congruunt hi modi, vt quemadmodum anteit officium; sic & res se habent in eo, quòd sint, & in essentia, quocirca ex functionib. iudicium sumitur de perfectione rerum, & rerum illę seorsum perfectiores quæ magis actum participant, minus obtinent priua-
tionis

tionis in essentia, vel vbi societas materiæ spectetur, minus habent potestatis. Quantum igitur pertinet ad functiones; iam liquet omnes cum materiatas, tum liberas à materia, prima excepta quæ ex seipsa est, & omnino libera, seu proximè, seu remotè propter hanc primam esse: operatur.n.quodq. vt bene habeat, & Deo qui contemplando semper operatur, vel perpetuitate, vel contemplatione similè fiat; assequens autem participat bonum, sic operando fit particeps eius boni quod est in Deo; quòd magis ad illius accedit naturam, proinde sine portionis alicuius diuinæ participatione sit capax summi boni, ab eius appetitu vel naturali, vel animali tantummodò excitatum, atq. impulsum, magis autē minusue pro modo imitationis excellit. Quapropter optimo fruitur statu, dum sic agit, & affectum est oīno secundùm naturam, q̄ si optimus status, & affectio naturalis affert voluptatum; non dubito, quin actio naturalis iucundissima sit. Hinc arbitror esse factum, quòd imitatio tantopere delectet, [a] est.n. naturalis actionis præsentatio, quæ in homine ingenita est propter animi præstantiam, & corporis obsequium. Cùm igitur & ipsa sit actionis naturalis imitatio, eademq. actio in hominis insita natura, cum vtraq. verò actione sit coniuncta voluptas; efficitur, vt vsquequaq. placeat imitari. De essentiis, iam declaratum est, eas secundùm rationem solùm continere primam, & esse quemadmodū priuationes ad habitum, hoc est, quòd illis ea prior essentia supponatur, earumque terminet notionem; quæ quidem ratio cùm recidat in genus caussæ formalis; etiam facit, vt omnium forma quodammodo Deus habeatur. Restat illud tertium, de hoc prætereà distinguendum videtur; quippe quòd aut singulare spectari possit quod plurimum est caducum; aut vniuersa natura & species: arbitror equidem vniuersam naturam, & speciem, quòd æterna sit, quatenus huiusmodi, sic efficiente vacare; & ex Deo duntaxat, vt ex fine pendere: nanq. vt nuper decretum est, reliqui modi eius quod est, res inanis sunt prorsus absq. functione; ea verò resoluitur in finem. Fortè censeat quispiam, Deum esse auctorem apud Aristotelem indiuiduorum quæ per se caduca sunt, & ita illa propagare, quia sit efficiens remotum, ac primum, neq. finis solùm, velut in iis quæ per se æterna posuimus. Sed hanc non esse sententiam nostri præceptoris prçter ea quæ suprà tradidimus, cùm ostenderemus, eum caussæ modum non conuenire diuinæ essentiæ, tum etiam quæ aduersus ideam disserimus, atq. illa quæ scripsimus olim, dum nihil noui ab ipsa proximè proficisci docuimus, quæ valent etiam contra id, quòd velut efficiens remotum non habeat ius in singularia, quia quomodocunq. mutatio in ipsam redundaret, quę siquid, vt immobilis præstituta sit, aliter certè, quàm vt finis, mouere nequeat, omni mutatione illo fundata in quo inest appetitus illius prçstantissimi boni, & quod agendo pro ratione suæ propensionis, ac naturæ consequitur, præter hæc, inquam, omnia locus est ex quo dogma ipsius apparet Aristotelis, docens enim, cur indiuiduis innata sit vis aliud sibi simile propagandi, duo nob. significat quæ hoc possunt, quod efficere studemus, in primis ea sic facere gratia conseruationis, vt similia reddantur, quantum valent ei quod est perpetuum, & verè est, atq. diuinum: [b] etenim eius appetitu omnia ducuntur, & illius gratia cuncta operantur, quæcunq. operantur, & sic operantia melius se habent: hoc diuinum cęlum non est, quòd ipsum quoq. gratia alterius agit; [c] quare non in omnib. innatus esset primi eius imitandi appetitus. Tum etiam quia superesset aliud multò præstantius expetendum. Sed est sine controuersia Deus. Si igitur ita operantur. quòd eius appetitu ducuntur, neq. alibi sub alio genere caussæ Deus acceptus est auctor indiuiduorum, planum quòd in eorum propagatione versatur vt finis: deinde cùm ostendat etiam quòd natura propter speciem singularia producit, & propter formam, quasi singularia sint ex consequente; non primò intenta, persuadet etiam fore, vt multò magis à tanta maiestate abhorreat illò se conuertere, & eorum ortu implicari. Absit igitur efficientiæ ratio à Deo sitq. ipse essentiarum omnium, atq. naturarum, cum singularium, tum communium finis: & cùm ad eas essentias quæ sunt ex ipso, sit velut habitus, ideòq. illarum compleat rationem; sit etiam forma. Quanquam mihi suppetunt aliæ rationes quib. formę rationem in Deo poni posse credam; tum quòd est actus, ipse verò à philosophis, quasi cum forma commeet, accipitur, vt constat ex ea partitione substantiæ quæ tradita est 3.de An. tum etiam q̄ intra se habens omnes omnium perfectiones illo modo præstantissimo qui alienus est ab omni partitione, & in se omnia continens, omnib. etiam sine inuidia quod suum cuiusq. est, & benignissime relinquit, vt optimus rex qui cùm imperet habentib. aurum, potentissimus est, ipse quidem auro subiectorum vtitur, dum hoc illi auctoritatem affert, nec tamen quicq̄ de aceruis illorum deminuit. Cùm igitur omneis omnium perfectioneis complectatur vsq. ad nihil, neq. materiā repudiet, aut priuationes, & quicquid aliquo modo esse dici potest, valens id quod reliqua valent, & eò plus, vt de auro diceremus ad reliqua metalla, sic habet rationem totius, atqui totum ad parteis se habet vt forma: [d] cęterùm, quia totum est virtute duntaxat, neq. actu, vt ędificium: ex eo fit, vt ędificium existat in suis partib. actu, &, vt fertur, materialiter: Deus sic est totum, vt ab omni parte separatum sit. Sed quomodocunq. forma accipiatur, quia sic eius essentia declaretur, quia sic aliorum rationem compleat; non alio modo caussa est re ipsa quàm finis: neque.n. sic rerum essentiam complet, vt pars interna, sed secundùm rationem solam, neq. simpliciter, quacunque.ſ.ratione res ipsę spectentur: verùm qua sunt, & essentiam participant: ideò non est q̄ vereamur in rerum definitione diuinam vsurpari essentiam, nisi fortè logicè, nec credendum hanc rationem spectandi essentiam primam alterius esse muneris, ac primi philosophi. Nam q̄ alio modo caussa non sit, ipse Philosophi progressus optimus testis esse potest: siquidem præter loca quæ nuper citauimus 2. de Ani. & 2.de ortu animal. vbi docet ingenitam fuisse cuiq. vim, nisi sit vitium, vt simile sibi efficiat, eiusque rei caussam esse velit participationem diuini; quæ certè ratio resoluitur in finem; accedit etiam eiu

auctoritas

[a] Poetic.
[b] 2.de An.
[c] 2.de Ge. anim.
[d] 2.de cęl.
[e] 2.Phy

A auctoritas 12. Met. qui antequam accipiat primũ ens eſſe formam, oſtendit, quemadmodum ſit cauſſa, nec docet alio modo, quàm vt concipiendum, & expetendum, atq. adſcribit ex huiuſmodi principio cęlum naturamq. pendere, hoc.n. ex ſeipſo ſolùm eſſe, & eſſe eiuſmodi bonum quod ſine alio conſiſtit; cætera, vel bona non ſunt, vel non per ſeipſa; nanq. efficiens eſt alterius gratia, forma bonum eſt quidem, ſed non ſine alio, materia non eſt bonum, ſed ſine ipſa non eſt bonum. Si ergo bonum per ſe omne aliud genus cauſſæ repudiat ſine excepto, ab eo autem quod per ſe bonum eſt, cœlum pendet, atq. natura, liquet ita hęc apta eſſe ex Deo, vt ex fine, non vt ex alio genere cauſſæ, & planè hoc modo cauſſa eſſe poteſt, abſq. eo, ꝙ aliqua vel habitudo, vel accidens, vel compoſitio accedat ad illam ſubſtantiam, nec deniq. quicquam exterius affigatur: ſed eius excellentia ſeipſam expetendam cæteris mentib. obiicit, & cęlo. Non igitur eſt cauſſa, quomodocunq. aliorum ratio compleatur, & illius eſſentia ſignificetur, niſi vt finis, & vt finis auctor eſt vniuerſi ordinis per triplicem gradum νοητῶν i. mentium cui Platonici præfecerunt Adraſteiam; ὑπερκοσμίων. i. eorum quę ſupra mundum, cui neceſsitatem imperare voluerunt, & ἐγκοσμίων, ideſt mundanorum, quę in cęli complexu continentur, cui dicunt aſsiſtere εἱμαρμένην, ideſt, fatum. Sic igitur omnia per functiones in Deum, tanquã finem diriguntur, & eſſentię ad ipſum referuntur, velut habitum, quoruncunq. hę ſint ſiue incorporea, & indiuidua, ſeu corporea, atq. materiata; cum animata, tum inanima, & illa quidem ſenſu, ſiue
B etiam mente prędita, ſiue carentia, tam vniuerſa, q̃ ſingula, vel proxime, vel remotè pendent ex Deo, tanq̃ ex fine ſuo primo, ac potiſsimo. atq. omnia demum in hoc genus cauſſę quod eſt finis, & in eodem ordine ſummus, qui Deus eſt, reſoluuntur. Et ita generatim communicatur omnibus eſſe his quidem clarius, illis autem obſcurius, & quacunq. virtus ipſius diffunditur, vt optimè Deum omnia loca & luſtrare & incolere prędicent. & illud apud Ariſtotelem.

Animę omnia plena. atque illud
Iouis omnia plena. & multo prius ad Aratum.
μεσαὶ δὲ διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυαὶ
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα
Καὶ λιμένες. πάντη δὲ διὸς κεχρήμεθα πάντες.

qua ſe cunctis expetendum offert; itaq. vnumquodq. pro ſuiipſius ingenij captu quàm maximè illũ imitari vult, & imitando habere, vel contemplando, vel appetendo, vel mouendo, vel permanendo, & propagando, vel his omnibus officiis ſeruiendo, quibus cum Deo quodammodo coniunguntur, & vnum cum ipſo fiunt vel per eſſentiam, vt mentes, vel per intentionem, vt homo, vel per ſimilitudinẽ, vt alia omnia: æternorum imitatio perfectiſsima, mobilium, & eorum quæ poſita ſunt in ſucceſsione, aliquanto inferior; illa proxima, hæc tantiſper remota quia per lationem corporum cęleſtium.
C Quapropter vbiq. per eſſentiam, per præſentiam, & potentiam eſſe prędicatur. Atq. illa omnium optimè quæ ſunt expertia materiæ æterno tempore contemplantia, indiuidua peſsimè, quæ vel eam vim non habent, vel ſaltem non perpetuò: ex hoc ipſo fit, vt quæq. in optimo ſtatu, hoc eſt, qui ſibi ſit aptus; feliciſsimè conſeruentur: etenim conſeruatio per optimam functionem comparatur; ea verò potiſsimè Deo finitur, & in hoc aut illo magis, minusúe elucet per gradus antedictos, & magis in ſpecie, q̃ indiuiduo: ſiquidem appetitus ſpeciei plus, q̃ indiuidui valeat: quandò natura optat formã ſimpliciter, hanc verò quæ ſingularis eſt, per accidens eo, quòd talis forma ab hoc efficiente in hac materia ponenda eſt: ex his verò proximè emergit hoc compoſitum, quod eſt ſingulare. Hoc igitur modo ex tali principio cœlum & natura ſunt apta.

De ordine conſtituto inter Deum & reliqua entia dubitatur, & exponitur ſigillatim vt quæque pendeat ex ipſo in eo quòd eſt. Cap. XLVIII.

ATTAMEN ex ipſius Ariſtotelis ſententia quiſpiam curioſior ambigere valeat aduerſus ea quę decreuimus: etenim ſic ſe habet vnumquodq. ad vnum, ſicut eſt: & planum igitur, ſi cauſſas ha
D bet, cur ſit verum; ꝙ etiam cauſſas habet quòd ſit verum: ergo & quòd ſit ſimpliciter. Sed Deus eſt prima cauſſa veritatis: ergo & ꝙ res ſint ſimpliciter. itaq. etiam ea quæ ſunt, tametſi æterna, cauſſam habebunt, per quam exiſtent, quæ erit ipſe Deus. Neq. hoc videtur excludere rationem efficientis; inquit.n. Ariſtoteles, per quod talia redduntur; & vtitur exemplo ignis à quo, vt ab efficiente reliqua calorem accipiunt. Tum etiam. Si Deus eſt cauſſa veritatis, & idcirco ꝙ res ſit, quid in mentem nobis venit accipere eſſe tertij ſignificati, cùm de primo, aut ad ſummum ſecundo mentio facta fuiſſe videatur? de illo.n. non minus verè dicitur, ꝙ cum vero congruat q̃ de illo tertio quod nos accipimus. Nec non ita opponam. Entitas vniuerſaliſsimus eſt effectus, idemq. omnium primus. Sed huiuſmodi effectus vniuerſaliſsimæ, primæque cauſſæ reddendi ſunt. Ergo cùm cauſſa vniuerſaliſsima ſit Deus O. M. erit ille auctor omnis entitatis: quinetiam cum eſſentiæ principiis attribuatur entitas. Ergo & eſſentiæ principia naſcentur ex Deo, tanq̃ cauſſa efficiente. Inſuper cum extra Deum putemus ab Ariſtotele poſitas alias mentes; cur de illarum ordine ne verbum quidem fecerit, ſed de natura ſolùm, cęloq. meminerit? neque.n. potes tu defendere cum cęlo comprehendi reliquas mentes, quandò cęlum ſeorſum in eo ſententiarum ductu ſumptum fuiſſe profiteris. Hic ante quàm ad obiectorum dilutionem me conferam, te monebo verum eſſe duplex & ſimplex, & in complexione poſitum. hoc certe ſine mente non eſt & differt à bono cùm ſit extra mentem: itaq. non ex Deo, ſed ex mente deriuatur; illud cum bono commeat, & enti eſt adfixum, ac ex vna, eademque propagine ortum ducit.

Igitur

Igitur quod erit caussa talis veri, consimiliter etiam sit entis caussa necesse est, cuius item Deum qui negat auctorem, impius est, & philosophiæ prorsus expers, & vt caussam quidem quæ in ratione tantummodò contineatur, velut habitum in priuatione comprehendi monstrauimus; & hoc siue simplex, quemadmodum in principiis, siue compositum fuerit, vt in rebus sensibus, dummodò fuerit incomplexum. quod nos per analogiam quandam dicimus dare esse formaliter, quia sicuti res est, cùm forma præsens est, & per ipsam plenè intelligitur, sic & primi ratio supponitur, ac ex ipsa concipitur id quod posterius est. Non igitur, vt aiunt quidam, finis intelligentiæ solùm, sed omnium aliorum; non forma cęli solius, sed reliquorum; non efficiens motus, sed finis. Atq. ea quidem nos ipsi defendimus, attamen vt res per seipsam perplexa est, sic in varia studia mentes omnium rapuit, ob eamq. caussam multa in huius quæstionis explicatum congesta quæ maximum pondus habent in hac philosophia; quamobrem etiam diligenter à nobis expendenda. Duo verò decreta generaliter obseruantur, primum eorum qui inducti rationibus superiorib. omnibus modis omnium rerum effectionem, aut cęli saltem Deo concedunt, quod tametsi exploratissimæ veritatis, attamen videndum est, sit ne Peripateticum. Etenim illud obstare videtur quod antea confectum est; Nullum possibile perpetuũ ab alio reddi potest. Quod autem ab alio pendet, vt efficiente, est ex se possibile, nec igitur ab alio perpetuum fiet. Atqui & mentes & cęlum ab Aristotele ponuntur æterna: carent ergo efficiente. Hæc verò esse sine efficiente perpetua persuadet Aristotelis ipsius sententia, qui aliqua ponit necessaria quorum nulla sit potestas quæ per se arguit efficiens; nanq. ad actum deducenda est; id verò efficientis operam flagitat. At verò quidam hac adhibita distinctione respondent. Efficiens latius, & pressius accipi posse: etenim id omne perhiberi efficiens quod quomodocunq. rem de potentia traducit ad actum: at verò potentia duplex est: altera naturalis quæ contradicentibus implicata est: atq. altera logica in qua solum habetur ratio non repugnantiæ, vt si quæ conferuntur, non includant contradictionem, veluti conclusio demonstrationis, quamuis sit vera, cùm pendeat tamen ex propositionibus ad illas se habere dicatur, vt potentia, quia sine illis non consistat. Idcirco efficiens duplex quod de vera potestate deducit ad actum, & quod de logica: ac quemadmodum vera est prior illa potestas, altera per similitudinem, sic etiam verum est efficiens quod illi respondet; atq. alterum per similitudinem. Cùm res ita sit, etiam defendunt quidam si quæ ponantur æterna, vt philosophi faciunt, nihilominus eorum quoq. Deum esse posse efficientem caussam, si non veram, at per similitudinem. Aduersus hanc sententiam viri bene docti insurrexerunt, & multis machinis eam distinctionem euertere conati sunt opponentes primùm ab Aristotele non fuisse cognitum genus illud efficientis quod sine transmutatione operatur, sed verum duntaxat, & quod per affectionem præcedentem præmouet ad actum: aliter intercluderetur aditus philosopho naturali probandi æternitatem motus in genere, siue motum, siue mobile respexeris: vtrobique.n. inquiunt, oportere præcedere mutationem. nunc si datur hæc efficientia, vt ipsi volunt, non necesse erit mutationem motui mobiliúe præcessisse, sed protinus existere poterunt. sic creatio dabitur à qua philosophi veteres abhorrent. Quòd si quispiam dixerit Aristotelis rationem habere locum, in eo quod à tempore continetur, non in eo quod efficitur ab æterno; tunc instabo. Sicut ab æterno talis extiterit productio rerum, cur non idem etiam in aliquo temporis puncto fieri potuit? eadem.n. habitudo est rei producendæ ad efficiens, siue ab æterno, siue ex tempore fuerit: vtrobique.n. quod producendum est, quatenus huiusmodi, est non ens. Insuper in Aristotelis ratione vitium foret secundùm consequens hoc efficiendi modo omisso. Accedit eòdem ꝙ si ita posset efficere primus motor, non esset necessaria via motus ad ipsum inueniendum. Nam sicut ex iis quæ sunt ex rei natura, efficitur vt ipsius rei notitiam comparemus, sicut ignis ex fumo: sic ex modo efficiendi sine motu perduceremur in cognitionem primi motoris. Adde item loca Aristotelis de 5. & 9. primæ philosophiæ quib. agens de potentia semper eam definit per principium transmutandi aliud, prout aliud, nec vnquàm meminisse comperitur de hoc principio quod vocant efficiẽs metaphoricum. Equidem memini me legisse apud Aristotelem [a] tale genus efficientis, & illud significasse, cùm æternorum quorundam caussas esse monet quib. motis etiam alia moueri oporteat quæ sunt apta ex illis. meminit.n. ibi de caussis præcipuis quæ sunt efficiens & finis, & addit tertiam quam appellat per similitudinem. Atqui exemplum sumit à conclusione quæ pendet ex principiis, ea verò non pendet ex illis per aliquem motum, neq. vt à fine. ergo caussa ex qua pendet manifestò recidit in efficiens, atq. illud quidem per similitudinem. Nec obstat quod obiicitur. Si tale foret efficiens, nullam esse necessitatem argumenti Aristotelici de 8. Phys. eo ꝙ non valebit hoc motum motui præcessarum: id.n. prorsus est falsum: nam quocunq. modo nouum quidpiam fiat, semper aliquod genus mutationis intercedat oportet, & hoc sufficit proposito Aristotelis, quia sic motus motui præcedit. Neq. ita creatio ponetur, quoniam si aliquis motus, ibi etiam mobile sit necesse est, si audimus Aristotelem. Nec minuit robur illius rationis caussæ huius omisio, quia si tale fuerit agens, protinus erit & motus, & rei productio. Nam positis aliis Deo coæuis erit in iis innata cupiditas illum imitandi contemplando, mouendo, existendo, ex motu rerum mortalium propagatio: sic ab æterno cœlum & mundus, quod ibi fuerat concludendum. Non clauditur etiam via motus, quia quocunque efficiente dato constat de aliquo genere mutationis. Nego verò omissum hoc caussæ genus in 5. & 9. p. philosophiæ; quando contineatur sub eo genere caussæ quod est rei necessariæ, quod item apparet ex eo quod adscribit Aristoteles: his.n. motis ea quoq. mouentur quæ sunt ex illis. Verumenimuerò vt memini me hunc caussæ modum apud Aristotelem comperisse, sic opinor Deum ab ipso habitum fuisse,

[a] 2. ad Eud. c. 7.

F G H

A fuisse, vt finem. Sequitur ergo, vt agamus de ratione qua Deus sit caussa vt finis. Hic etiam varia dicuntur à philosophis. Deum sic agere; quia dirigat intentionem, siue ea sit à natura, siue ab anima, sicut etiã dominus dirigit intentionem serui, ex quo illud agit quod ante dominus concepit agendum, atq. id propter ipsum, sic dominus mouet seruum vt finis. Nunc si quia rerum singularum, atque actionum species in Deo sint, velut in domino, id Peripatetici, vt opinor, ignorarunt, & à nob. supra confutatum est. Sed tamen & quocunq. modo id eueniat, ita arguam illo assumpto, Res nolle malè disponi: patet autem hoc ex vi naturalis appetitus. Tum inquam. Vbi quælibet res pendeat à primo in esse non male disponuntur. Ergo pendent in esse à primo. Coniunctum probatur. Nam si possent esse per se, possent item agere per se. Non possunt autem per se agere; sic.n. multi principes essent, multitudo autem principum mala est, quod inter se destruere possent. Addam etiam, Deum esse primum ens, primum verum, primum necessarium, ex quo reliqua sunt entia, vera, & necessaria. Idcirco dicunt nonnulli Deum communicare quidem rebus, quod sint absq. vlla perturbatione materię citra omnem præuiam affectionem, & per consecutionem solam, hoc est, quod sicut effectus posita sua prima caussa ponitur, & adhæret inseparabiliter suæ caussæ, sic & rerum esse vnà existit cum Deo, velut eius primus effectus. Cùm verò nulla caussa mouens sine præuia affectione operetur, nisi finis; hinc effici, vt Deus etiam præstet reb. quod sint, veluti finis. Vt autem appareat, quemadmodum communi-

[redacted] cet rebus, quod sint vt finis, ita aiunt mentem esse caussam rerum in Deo: vt primum enim concepit hoc esse, id est è vestigio: intentio.n. in Deo est ipsa existentiæ caussa. Cùm autem intentio sit vel in mente cuius ratio potestas est, vel etiam in ea quæ suapte natura est actus; in ea verò quæ est potestas, res concepta, vt docet Auerroes, [a] subeat rationem finis simul, & efficientis. in illa autem quæ est actus, vicem finis obtineat, ideò quoq. Deus operatur vt finis, etiam ad rerum constitutionem, & actum earum primum. Cæterùm mihi videntur eadem propè redire quæ superius obiecta fuere. Nam sic idea foret, & primo mouenti concedenda esse cognitio singulorum, quę omnia displicent Peripateticis. Secundò motui præcederet operatio quędam, nempe existentiæ constitutio, cùm tamen videatur ipsi prima operatio concedi erga sensilia quod moueantur. Neq. hìc dicere potes esse rerum perspici ex motu; quia motus id tibi potest ostendere solùm ea esse quæ per ipsum fiunt, sicuti elementorum productiones, & eorum quæ sunt ex illis, quæ neque notioni Dei, neq. primò ipsi tribuuntur. Sed cùm lationi, & conuersioni precipuè pręcedat actu substantia, non apparet id ex motu. Quid vetaret etiam quominus alia via quam motus ad Dei notitiam vocaremur, esse enim quoq. sine motu conspicuum est, & prius est ex Deo quàm motus. Quin etiam res ita producitur, quia cùm antea non esset, extitit posteà sine natura, seu tempore, nihil in præsentia refert; nunc si potentia fuerat ante, educitur de

C potentia ad actum; sic est verè efficiens, non finis solùm; quòd si è non ente fit ens sine vlla potentia; cur non erit ea creati.? cur non item in aliquo tempore, cur si notiones æternæ in Deo, non etiam existent res ab æterno? Etiam aliquod principium à Deo longè diuersum videntur posuisse philosophi nimirùm potentiam & priuationem quæ sunt mali in mundo radices; non videntur autem esse posse ex illa Dei notione; nam quamuis mali cognitio mala non sit; at in Deo in quo cognitio rerum caussa est, mala esse videbitur. Aristoteles item mentem noluit esse rerum caussam, vt intelligit, sed vt intelligitur, nec quidem à seipsa, sed ab eo quod primo mouetur: & esto quòd vt intelligitur, sit caussa, non est ideò caussa rei quòd sit primo, verùm quòd moueatur, ex quo motu postmodo caduca existunt, & singularia, non autem entia simpliciter. quasi æterna per se sint, & existentiæ suæ caussam aliunde non accersant. Quapropter mihi Peripateticè assseueratum esse non videtur, vt etiam si pendeant ex Deo tanquàm fine, vt operantur ad eius imitationem, & hoc modo dirigantur ab ipso, sic per mentem intelligentem generaliter dirigantur, sed per instinctum quendam natiuum, siue ille sit in animo, siue in corpore. Neque persuaderi possum si dirigantur res à Deo, tanquàm fine, quòd inde quoque hauriant suum esse. Quo enim ablato adhuc aliquid est superstes, id illi inest per accidens. at hoc ablato, quòd Deus communicet reb. quòd sint, adhuc remanet ratio pendentiæ ex Deo,

D nimirùm quia sic operantur vt ab illo agantur. Ergo consequi suum esse ex Deo posita ratione finis in ipso, non est necessarium. Præterea finis rei genitæ distinguitur à fine generationis, cùm hic sit rei quæ fit, illæ etiam possit esse rei quæ iam est actu. Deus autem est finis rei genitæ. Dico igitur eam esse mentem Aristotelis, vt sint aliqua necessaria per se quæ pendeant ex primo ente, veruntamen ab illo nõ deducantur de non ente actu ad actu ens; sed cùm actu per se consistant, ex eo pendeant quòd eius gratia agant, & ab illo ad sua munera rectè obeunda instinctu animali, siue naturali dirigantur. Naturalem verò communem omnib. esse vno eo primo excepto dico, nisi appetitus notio latissimè pateat, si naturalem accipimus qui inhæret essentiæ, quatenus essentia: est.n. in cognoscentib. vis animę duplex: altera qua est potestate rerum formæ, & species quę vim habet cognoscendi: atq. altera qua ens est inferioris cuiusdam naturæ; propterea per se ipsum quodammodo priuatum, & eiusmodi, vt quouis modo promoueri possit vlterius summum aliquatenus participando; est item aliqua facultas rectrix corporis, sicut etiam in ipsa essentia est ratio rei intelligendę. ex quo est mentis intelligentis obiectum, & ratio boni, ex quo est finis appetitus qui etiam conceditur menti, quatenus contendit in verum, vt bonum, & perfectionem eius: sic dicendum de Deo; licèt in Deo sint hęc idem simpliciter, ad alia quæ sunt ex illo consequentia distinctionem. Proinde mouet per essentiam quidem intellectum rei. s. intelligentis: est.n. essentia per se res intelligenda, appetitum verò quatenus illi sese offert vt bonum, id.n. suaptè vi expetendum. Ideò mouentur à Deo singula aliquo ex his modis, & id in genere

[a] 14. Met. T. c. 44.

finis, proximè verò per intellectum. intellectus.n.est principium primum motus in ipso mobili, quia est principium appetitus, mox verò per appetitum; & ex ipso igitur primùm extant operationes aliarum rerum pro captu suę cuiusq. naturę & conditionis. Verùm q functio non potest esse sine existentia,& se habet existentia quodammodo ad functionem, veluti materies ad formam, vel sicut instrumentum ad vtens: ita vt sine ipsis nullus rerum sit vsus; etiam dici potest esse in actu primo pendere ex Deo. neq. tamen quin actu per se res existat,sed q sine ipso bonum communicari non potest. Ita etiam ex Deo per modum finis existit quodq. quod est præter ipsum. Atq. ita dabo Res,nolle male disponi,& ex ipso etiam per modum finis existere,quia necesse est vt sint, si bene se habere debent; nec auctoritatem in constituendis ęternis primo enti Peripateticè dabo. Ad alterum respondebat Syrianus hęc esse ex illo, quia post illud, & q illud esset eorum exemplar. Addo ego etiam ex illo esse, quòd tum res esse perfectè dicitur, cùm est in actu secundo; at omnis actus secundus ex illo est quoquomodo. Quamobrem mentes ipsum necessariò intelligunt,formę quia dant esse, cœlum per motum imitatur, alia dum sibi simile generant. Addo secundo ea sic existere ex necessitate quam vocat Arist. suppositionis eo modo. Si est ensis, necesse item est adsit ferrũ. Sic ad oẽs entis incõplexi modos pertinet illud primũ pronunciatũ,nec excluditur operatio ab eo significato.Sic ẽt tollitur obiectio in fronte huius capitis allata.Itaq. nihil hęc ad constitutionẽ existentię quę petitur ab actu primo. Nego verò oẽm entitatẽ esse effectũ, sed aliqua est,quam credo esse principiũ,vt in caussis simpliciter,etenim datur status in oĩ genere caussarum,sed q ex iis pendere possunt quę sunt ex alia serie,velut ex forma materia,in Deo potissimè esse non est effectus,aliter in Deo non essent idẽ esse & essentia. Pręterea dico entitatem non esse effectum simpliciter; sed vel in tertio significato ipsius esse; vel vt in materia, nec vniuersè, nec vt ab efficiente pendentium,verùm in suo caussæ modo, vt secundùm rationem, & vt in ordine finis; quia sit propter hoc, non ex hoc. Neq. reddere tale est efficientis opus necessariò; sed quomodocunque tale præstare, vel etiam formaliter, vel vt in genere finis; licet in efficientib. hoc possit esse illustrius; itaque inde ad rem declarandam exemplum sumptum fuerit. Signo illud est, quòd Aristoteles ibidem æternorum, quorum sine controuersia nullum est efficiens, principia quoq. verissima esse prædicauit. Alias autem menteis in illo ordine non prætermissas ab Aristotele fuisse dicimus: sed analogicè sub illo vno comprehensas,quod vniuersi formam esse accipimus 12. Met.ª siquidem Aristotelis consilium fuerat explicare quemadmodum Deus esset auctor substantiæ sensilis; modus autem ille communis est analogicè mentib. vniuersis,cùm habeant vim mouendi suos orbes eodem modo, quo omnium præstantissima substantia, & ad commune officium cum ea concurrendi. Neque sum eius opinionis, vt inferiores intelligentiæ moueant orbes,quatenus concipiunt aliquid de primo motore,sed quatenus etiam intelliguntur, & desiderantur à suis orbibus.

ª T. 49.

Exponitur ordo qui est in rebus quæ sunt ex Deo,præcipuè verò in cælo ad inferiora. Cap. XLVIIII.

NVNC ad illa veniamus,quæ sunt infra Deum,cum eo quoque,q similis caussæ modus secundis conueniat mentibus,& has comprehendamus. Offert sese primò vniuersè explicanda ratio generalis connexionis quæ meo quidem iudicio,sumitur ex cõsensione caussarum. Nam quicquid ex alio pendet; illud habet veluti principium,& hoc item,vel dum fit,vel postq̃ factum est. Finem & efficiẽs nouimus esse principia externa rei, dum fit; cùm efficiente recenseo operationes & instrumenta. Finis etiam duplex est,vel cuius,idest,in quem vniuersa mutatio dirigitur,nec vnq̃ desistit, nisi impedita,quousq. ad illum peruenerit; est & finis cui,qui positus est in illis in quibus vsus cuiuspiam ratio spectatur,quæ non constituat finẽ, vt pars rei, nec vt pars motus: huc illa oĩa referunt quæ ad cuiusq. speciei tutelam contendunt: ex quo sunt ordine vellera,pili,crustæ,cortices,vestimenta, & omnia artificũ opera, ne singula numerando percenseamus. Sed & multa quæ naturali instinctu bestiæ faciũt, in hunc ordinẽ referri queunt: eius generis sunt nidificationes,alitiones,vteri gestationes, & similia, quæ vniuersa in alterius gratiã fiunt,sed vt illi seruientia. Interna est priuatio in re dum fit: forma & materia sunt rei iam constitutæ principia. Porrò ad formam partes essentiæ pertinent, & quod accipit rationem totius: materia continet partes integrantes, & subiectũ, atq. omne id quod obtinet vim elementi: cibus est animanti materies,& quæcunq. sic se habent ad inhęrentia,vt illis positis ea necessariò consequantur; itaq. hoc noĩe substantia videtur accidentis esse materia. In omnibus verò generatim est ordo prioris, & posterioris, propinquioris, & remotioris. De supremo fine suo loco: nunc de efficiente disseramus. Primum efficiens volumus esse cœlum, q mouendo moueatur; idq. ab alio nullo mobili per notionẽ,& appetitum supremi finis: eius instrumẽta sunt lumen, & motus,quorum præsentia,& facultas per vniuersa corpora protenditur,ita gubernata prout melius esse contingit;melius verò est,vt agantur à mentibus illis beatissimis quæ fallere nequeunt; si quid illorum essentiã contemplando persequatur,& experiatur earum bonitatẽ. obedit.n.sponte, nec vllam flagitat vim, à qua contra ꝑpensionem suam cõpleatur: idcirco & mentes illi sunt bonę,quatenus animans,& quatenus tale corpus. Propterea non ineptè fabulati sunt veteres, consilium & amorem primos esse genitores omnium rerum.

Καὶ μῆτις πρῶτος γενέτωρ, καὶ ἔρως πολυτερπής.

ad quod etiam respicientem Phęrecyden elocutum fuisse,puta Iouẽ in amorem fuisse transformatum, cum

A cùm producere voluisset. Hunc etiam credimus esse Vulcanum illum de quo Theologi, quem æra tractare,& folles agitare fingunt,mox speculum struere, & præcipitatum de cęlo claudicare. æs.n.mollitie sua figuras omnes accipit; itaq. est ipsa rerum materies,folles spiritum fouent,& calorē, qui pręcipuum est cęli instrumentum. ac speculum est symbolum assiduę mutationis,vt.n.materia mutatur, ꝙ formæ extrinsecùs accedunt, nec suæ ipsius materiæ fiunt: manet autem materia; nihilominus alterius contrarij successiuè capax,nec quicꝗ sine actus præsentia facit: ita hęrent in speculi superficie spectra ex obiecti præsentia nata,nec cuiuſuis,sed lucis qua cęlum vtens transformat materiā, & hoc modo sensilium oīum est fabricator; ideóq. vocatus ἐργοτεχνίτης.i.opifex. Idem ex loco superiore,& celitum domibus in terrā cecidisse narratur, quòd igne suo cuncta viuificat, terram quæ per se materia informis est, atq. renitens, mollit, & exornat; vtroq. autem pede claudicauit, ꝙ ad infimum vsq. rerum gradum deductus cùm vniuersam earum planitiem excurrerit, amplius euagari non potest. hic ille est qui Mineruam,quæ vis pręstantior est,amans supra modum, semen in terram effudit,vnde cętera pullularunt. Ergo & de cœlo Peripateticè prædicatum.

Quicquid est hoc omnia animat, format, alit, auget, creat,
Sepelit, recipitq. in sese omnia, omniumq. idem est pater.
Indidemq. eadem quę oriuntur, deintegro, atq. eodem occidunt.

B ita nulla fit accessio, neq. decessio, sed ipse mundus,vt ita dixerim, se consumptione, senioq. alit sui, velut altera phœnix: cùm ipse per sese & patiatur, & faciat omnia; quapropter altero quod extra sit non eget; verùm se ipse contentus est,sibi ipsi cumulatè sufficiens. Sed oīum mouentium principium est ex illo fine supremo: veruntamen eminentiore modo,quàm illi doceant, qui ipsum δημιουργόν, & opificē vocāt,in quo ēt cum Platone cōsentit Xenophon cęteroquin aduersarius Platonis,qui mūdum σοφοῦ τινός δημιουργοῦ καὶ φιλοζώου τέχνημα scripsit; verùm hęc vox pręceptoris coīs,Socratis inquàm, habenda est: hi sanè minuunt honores eius caussæ, & inferiore decorant titulo, ꝗ tanto gubernatori conueniat; multoq. melius ij fecerunt qui nomen optimi tribuerunt, sic significantes,& naturam potentissimā,& oīum bonorum communicationem. Cùm verò ea quæ de efficientia Dei conclusa sunt, pietatē Christianam oppugnent; etiam pij viri officium fecero, si errores huius sectæ significem; pullulant verò ex communibus quibusdam notionibus quas Peripatetici sumpserunt ex his quę apud nos experti sunt, & ad maiestatem diuinam traduxerunt: accipiunt.n.optimum non egere actionis. Nec quicquam ꝓpter nos agere; nihil ex his ab eo respici; curam hanc illi futuram molestam: efficientiā cum labore,motu,& transmutatione materiæ, quæ fallacia sunt: nam Deo qui cūcta potest quæ vult, & propter nos esse voluit,ac cuncta intelligens,& volens per essentiā suam ex nihilo produxit;nullum

C laborem molestiamúe efficientia potuit afferre, nec motus, transmutatioúe materiæ requisita est, & quemadmodum cęli nunquam mouendo fatigantur,vt ipsi ferunt,quia non sunt præditi potestate contradictionis,& materia quæ possit esse substantia; multò minus diuina numina efficiendo fatigabūtur, quia nullam materiam prorsus accipiunt,& quicquid efficiunt,per essentiam efficiunt. Quapropter ea super quib.tanta rerum moles extructa est in probabilibus numerari cōuenit,aliūde petēda necessitas.

Multa de eo genere finis qui dicitur rei genitę, & cui; necnon edisseritur, vt homo sit omnium finis. Cap. L.

SED cùm institutum nostrum sit hoc loco potissimum exponere, quemadmodum Deus sit rerum caussa;ac generatim decretum fuerit ipsum mouere vt finem,finis verò sit multiplex, idemq. pluribus modis pateat; hæc vt probè teneantur redire iuuat ad vim finis perpendendam,& cuncta diligentius explicare. Porrò finis id obtinet generatim, vt sit per se bonus, ideóq. actus: cùm verò actus sit perfectio,eaq. per se expetenda,finis item cùm sit perfectio,est per se expetēdus. Actus autem cùm perfectionis rationem præseferat quibus modis contingit, aliquid esse imperfectum etiam sequitur, vt

D referatur ad actum. Imperfectum verò affert secum rationem potestatis,& nō entis: quare quicquid est imperfectum, idcirco est, quia vel potestas ipsa est, & non ens, vel ea participat. Materia potestas est,& non ens; potestatem participat motus: etiam inferiora si conferantur cum superioribus habent vim non entis & potestatis,quatenus in illo ordine in quem referuntur,superioris rationem cōtinent. Itaq. materia tum perfecta est, cum adepta est actum qui est forma,quia tunc est,& motus,cùm consequutus est terminum qui itidem est forma, & opponitur priuationi quæ semper adnexa est motui; quare simul terminus est motus,& consummatio materiæ. Quoniam verò potentia complectitur plures categorias,& in pluribus est motus, forma, & actus; etiam in singulis est suus cuiusq. proprius,attamen nō separatus ab actu substantiæ: ex quo efficitur, vt quāuis sit forma vniuersè finis transmutationis,idem finis generationis appellari soleat. Sed etiam finis est rei quæ iam est, hoc est, cùm erupit è gremio suarum caussarū materię & efficientis: atq. ille vel extra id quod esse statuimus vel in eo permanens vt domus,aut eius forma quæ cùm sit in mente artificis,in actu ponitur in lapidib. & materia. hæc quatenus est in animo mouet phantasiā, seu mentem & voluntatem artificis ad seipsam exhibendā; ex quo faciens quod erat in potentia faciendo efficitur in actu. quamobrem effectio est effectricis potentiæ cōplementum. Sed in re quæ fit,vt terminus generationis. Ita in actionibus, seu functionibus quod est in habitu erumpit in actum, tanquàm de potestate quadam secunda. Tametsi illa sine mutatione aliqua præstari posse non videtur hæc per generationem cum forma contrahitur per se in

ſubiecto quod operatur; ex obice autem, eiuſq. pulſione per accidens. Atenim quotieſcunque agens
ſiue ποιεῖν, ſeu ἐνεργεῖν acceperis, agit; ex natura ſe habet, hoc eſt bene.id.n.eſt ſe habere ex natura E
ſe habere. Sunt & aliqua externa quorum item duplex eſt differentia. Nanq. aut ex ſeipſis bona nõ
ſunt, verùm propter aliud ſolùm, vnde ẽt mala eſſe poſſunt. quare poteſtates appellãtur, vt diuitię quo
rum bonitas in vſu conſiſtit, & ita ſeruus domino bonus eſt; ſunt & alia quæ ex ſeipſis ſunt bona;
quapropter cõmunicant ſuam bonitatem. tales ſunt virtutes quibus nullo vnquam tempore malè vti
contingit: quanq̃ vti relatum eſt ad ea quorum nullum eſt ius, qualia ſunt inſtrumentum inanima,
& quales habentur ſerui: nanq. ad eorum diſtinctionem dicitur imperium, ſic herus vtitur ſeruo, Rex
imperat ſubiectis. Hæc rurſus aut alij bona ſunt, vt demum bonitas quam alij communicent, in ſuum
beneficium redundet; hoc autem modo ſeruo dominus eſt bonus. Sunt & alia aliis bona, ſic tamen vt
nil commodi redeat ad ipſa. ea ratione liberalis & magnanimus boni ſunt amicis, & Rex ſubditis. &
copiis Imperator, etiam finis eſt, vt exemplar exempli, quia factum eſt exemplũ ad exemplaris imita-
tionem. Propterea, ſiquis explicare velit modos quib. comparatur finis, ad hæc capita perbellè refer-
re poterit, aut.n. comparatur per motum, ſicuti finis generationis, & hoc eſt per participationem, & in-
hęrentiam, aut operando. ſiue tranſmutando materiam, ſiue etiã ſine tranſmutatione materiæ. compa-
ratur item per habitũ, & poſſeſsionem vt ager, & ſeruus. demum per imitationẽ, quo ẽt modo cupiens
gratificari ſibi amatam, imitatur illã quantum poteſt, & ſimulat ea ſibi placere quæ illi placent. diſcipu F
lus imitando præceptorem fit doctus, & in natura quæ ſunt inferiora, cupiunt ſibi ineſſe illa bona quæ
ſunt in ſuperioribus eo modo quo licet, ſic ſuam conſecutura perfectionem. Hac igitur ratione res
imitantur Deum, & imitando ſuũ bonum, aut etiam beatitudinem conſequuntur. imitantur autem eſ
ſendo vniuerſa, agendo viuentia, intelligendo mentes, eaq́. oĩa clarius, vel obſcurius. Commune autẽ
ſemper eſt oĩ fini rei genitæ, vt reſpiciat vſum; tametſi hoc cõtingit dupliciter, vel ꝙ vtens vtatur pro-
pter aliud, ſiue propter ſeipſum, & eiuſmodi ſunt inſtrumenta, ſiue animata, ſiue inanima, vel ꝙ com-
modum conferat in id quo vtitur. vnde ei quo vtitur, ingenerat appetitus vtentis, ꝙ inde ſibi eſt bene:
atq. hic poſterior vſus admodùm improprius eſt, eò ſemper inclinante cogitatione noſtra, vt vſus in
vtentis cõmoda redundet; idcirco vtile, & vtilitas ab vſu deriuata. Sed eſt vſus & vtilitas item in iis
quibus vtimur; vnde poſitus eſt in actione quæ reſpicit vtilitatẽ generaliter, ſiue hæc vtilitas, & actio
ad vtens pertineat, ſiue ad id quo vtitur: nanq, alterius gratia non nihil agit, vt ipſi ſit bene, quod etiã
manente eo bono ad quod affectat, nilq́. oĩno agente conſequi contingit, vt nihil agente Rege, ego qui
bona ab ipſo impetrare cupio, ſcribens exerceor. Attamen, vt hic vſus improprius eſt, nihilominus eſt
oĩum pręſtantiſsimus: vnde etiam Deus hoc modo vtitur oĩbus etenim & ſine ipſis eſt, & bene ſe ha-
bet, cùm ſit optimus; at reliqua ſine illo, aut nõ ſunt, aut non bene. In hac ſerie natura cõſtituit vniuerſa G
illa q̃ habent imperiũ, & ius in aliquid; tametſi imperantiũ conditio non eſt æqualis; ſiquidem, quia
non ſunt abſoluta, & ex ſeipſis, dum ſic cęteris vtuntur, vt vtilitas ad ea pertineat quib. vtuntur; etiam
fit, vt iis vnà viciſsim propter ſe ipſa vtantur. Ecce meretrix amatur, amante vtitur, cùm ipſe quicquid
agat, idcirco agat, vt gratificetur amicæ, ſed & amica ab amante vult accipere argentum. idem præſtat
amicorum coniunctio; vinculum item inter ſeruum & dominum. Ergo Dei ſolius hoc eſt, cùm alio
non indigeat vti propter alterius, non ſui ipſius bonum. Anima ſic eſt finis, vt cuius, cùm ſit terminus
generationis non impeditus, vt cui, quia corpore vtitur, cùm vt ſit; eſt.n. forma, quæ erumpit ex pote-
ſtate materiæ: tum etiam, vt ſit bene, ꝙ vtitur corpore, tanq̃ inſtrumento ad faciendum ſuum munus:
eadem eſt finis cui, vt ab ipſa bene ſit corpori. Quamobrem ſic connexa ſunt anima & corpus, vt non
melius eius partes diſponi poterint, ſi muneribus animæ debeant inſeruire, nec vti melius naturã ſuam
tueri valeãt: nam cùm ſpiritus, & aër in ſuperiore loco ſeruentur; illa item animæ officia, quæ aërem,
ſpiritumq́. flagitant, in loco ſuperiore præſtantur: cùm cibus etiam, & redundantiæ pondus habeant;
ſic ſolers natura parauit membra, quorũ partes ſunt accipere cibum, & aditum præbere ſuperfluis, vt
in ea facillimè dilaberentur. Functio quoq. finis eſt, neq. vt terminus motus; quippe ꝙ opera naturæ
ad ſolã formam vſq. perducatur; eſt igitur finis cui, & in ſeparatis à materia, cùm ab eſſentia non ſe- H
iungetur; idem iudicium de illa, atq. eſsẽtia fiet. Nam de prima, ſtatuemus eſſe reliquorum finem. atq.
id neceſſariò; de inferioribus, vbi altera cum altera citra primã conferatur, etſi ſuperior vtitur inferiore
cõmunicans aliquod bonum; cùm ſit, & intelligenda, & expetenda; mihi tamen placet hanc penden-
tiam non eſſe neceſſariã, & ad eos accedo qui inter poſterioreis eum ordinẽ ponẽdum eſſe arbitrantur
quem ſuprà deſcripſimus in numeris. In materia concretis cętera ſimilis eſt animæ: quandò non ſine
materia ſubſiſtit; itaq. compoſito tribui ſolet, neq. bene ſe habet ſine ipſa: nanq. ideò prominent au-
res extra caput, cùm vt tegant, tuenturq́. auditum, tum ne adiectæ voces prius quàm pellant ſenſum,
dilabantur, atq. vagentur, ſed etiam nec ſine officio cõpoſitum bene ſe habet, vt pluribus antehac expo
ſuimus. Functionum, quæ pendent ex materia, maximè varia nobiliſsimaq́. eſt humana. Hæc in oĩa
dominatur, illi patet cęlum, cùm ſolus homo ex animantibus aſtrorum ortus, obitus, curſuſq́. cogno-
uerit, ipſe diem, menſem, & annũ fineirit, defectiones Solis & Lunæ prædixerit, ſtellarum vires ingenio
moderatus ſit, mox horum ope elatus ad Dei contemplationem, & abſtruiſsimas res acie mentis aſpe-
1.Eth. xerit, & inde hauſerit pietatem, vnde omnis iuſtitia pendet; aliæq. virtutes, ex his autem vita beata
12.Met. quæ eſt functio perfectiſsima, exiſtit vitæ Dei ſimilis, niſi quòd immortalitate cedit

Is domuit terram ad fruges, animalia cepit;
Impoſuitq́. viam ponto.

Itaq. & in vnum illum procreandum videtur omnem

operam

A operam contulisse natura; hæc ipsum celeritate mentis ornauit, ea quoq. sensus tanquam satellites, & nuntios dedit, figuramq. habilem, & aptã humano tribuit ingenio. Quamobrem cùm humana functio plura secum afferat, eademq. maxima bona; pluribus item indiguit adiumentis, cum, vt sit, tum etiam, vt bene habeat: proinde oĩum quodammodo finis esse perhibetur. igitur ei contulit natura, copiosissimè, dum aliqua ipsi spōte largita est, dumq. etiam talem effecit, vt, quod natura præstare posset, ipse sibi suppeditaret. nam multa, quæ non solùm frugib. atq. bacis terræ fœtu profunduntur, sed etiam pecudes nō fortuitò nata, sed ad hominũ cōmoditates consultò videtur fuisse cōcessa, ꝙ partim ad vsum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatæ fuerint. Homini elementa seruiunt, in quorum apta compositione, & vsu maxima pars est posita bona valetudinis; multis etiam plantis lapidib. atq. metallis medicę vires datæ sunt ad vnã eius salutem, quæ si natura non perfecit; ratio naturam imitata solerter consecuta est: neque solùm sibi parauit ea quæ ad vitam necessaria forent, sed multa retulit ad oblectationem: quare aptas, & multarum artiũ ministras manus habuit à natura, vt non iniuria sapiẽtissimus ex manu iudicatus fuerit à quodam philosopho: nos.n. ad fructus percipiendos ex agris, nec non ad decorem è terris metalla eruimus; nos oĩ materia & ad calefaciendum corpus, & ad cibos molliendos vtimur. nos nauigia fabricamus, vt eorum cursibus vndiq. ad vitam copiæ suppetant; plurimisq. marinis reb. frui, atq. vti liceat, quòd solus homo rerum violentissimarum maris, atq. ventorũ
B ꝓpter nauticæ rei scientiam potuit habere moderationem: nos domitu nostro abutimur quadrupedibus & omni deniq. materia quæ quoquomodo subiici possit artificio. Terrenorum item commodorum omnis est in homine dominatus. Idcirco & sacræ litteræ, & diuino spiritu afflata Sybilla testatur,

Omnia ad humanos vsus à Deo sapientissimo condita.

Ἠ᾽ μὶν τεχλιῶν ὑπέταξεν πάντα βροτοῖσιν
Γ άντομ δὲ ἄγη πῦρα κατήνσεν Θεοτεύχτον
Α᾽νδρὶ δ᾽ ὑπέταξεν παμποίκιλα ἠ᾽ ὲ καταλυπτᾶ.

Itaq. non natura humana plurimùm serua est, vt aliquando summus præceptor scripsisse videtur extollens sapientiæ præstantiã, & hominem humanũ (vt sic dixerim) spectans. sed hoĩs absolutè in plurimis serua est natura, cùm in oĩa mortalia dominetur; diuina etiam sibi supponit, & transfert ad suos vsus: Omnis.n. natura in aliquod eius commodum cedit; neq. tamen, vt oĩs perfectione vincatur: iam enim docuimus vsum non semper vtenti afferre præstantiam, sed illum solùm, quando facit vt vtatur; at vbi quo vtitur cùm sit bonum per se ipsum, sibi vtens bonum esse studet, id quod vtitur eo quo vtitur, imperfectius est. Neq. verò etiam si vestis sit ad id instituta, quòd habenti sit bene; habente perfectior existimanda est, quia per se non est bona, sed id quod obtinuit boni est ad alterum, ac fit ex vsu a 1. Met. b 1. Polit. c. 7.
C bona: atqui de Deo ad hoĩem non ita censendum, quòd Deus per se non ad alterum sit bonus. Hoc imperium in reliqua hominẽ gloriosum, suiq. ipsius amore excęcatum sic inflauit, vt caput extolleret, & nemini subiectũ se esse vellet, atq. ita, vt quemadmodum impij Titanes aduersus Deos pugnã moliri non vereatur: quasi verò natura in omneis æquè benigna fuerit, nec seruum quenq̃ esse voluerit, aut dominum. Vt igitur natura pręstãtes sunt ingenio, fortitudine, prudentia; fulti nobilitate, opibus, clientelis, & beneficijs in hoĩes collatis; ita etiam cęteris eos dominari fas est, & inferiores sponte superioribus obedire: proinde hominum fama gratiarum memor Herculem numerat in cęlestibus. Atq. hæc ratio Xenophōtem Socratis discipulũ, & æmulum Platonis induxit, vt, cùm anteà nihil difficilius iudicaret, q̃ habere in homines imperium; siquidem multò maiore facilitate præessent pastores armẽtis, & eorum fructibus abuterentur; nec vlla bestia cōperta sit, quæ dominatum pastoris aliquando recusarit, aut in eũ vnq̃ insurrexerit, aut vsum fructuũ negauerit; quin & difficiliores in alienigenas oẽs se præstarent, q̃ in hos quos pręsides haberent, & fructus ab ipsis abstraherent; homo contrà in neminẽ magis, q̃ in illum insurgeret, quem aduersus sese imperiũ moliri præsentisceret: is posteà sententiã mutarit, cùm viderit Cyro multos populos, qui ad occasum & ortũ etiam per pluriũ mensium iter distarent, paruisse non inuitos. Idipsum reges Deo similes reddit: quippe ꝙ vbi obedientia, nullus adsit
D labor mouentis; quare nec Deum labor attingit; cùm omnes naturæ numini diuino, cęlũ, ignis, terra, mare pareant. Itaque non iniuria cum Paomnonem Aegypti philosophum Alexander audisset; illud maximè probasse fertur, quòd diceret omnes homines esse sub imperio Dei; principatum verò obtinere, atq. imperare diuinum quiddam esse confirmaret.

An'ne mala ab vniuersi ordine arceantur. *Cap. LI.*

VERVMENIMVERO, vt id docere possimus, sit'ne malum ex hoc ordine expungendum; an'ne & in ipso habeat locũ, ad eius essentiam explicandam nos conuertamus, vt.n. in reliquis essentia perspecta viã recludet ad omneis dubitationeis tollendas; ita & in nostræ quæstionis explicatu continget. Vt autem certa via, & ratione sermo procedat; indicabimus primùm, quid sit illud, quod mali noĩe significatur, quod ad primã rei pertinet informationem: an'ne sit, quid sit; quotuplex, ad extremũ habeat'ne aliquem vsum. Nos autem, vt à primo exordiar, sicuti bonũ illud reputamus, quod naturã conseruat, aut conseruare videtur, & illud bonum simpliciter, hoc apparens statuimus, & quòd est hũi, exoptamus atq. persequimur: sic contrà id malum esse animo anticipauimus, quod naturam peruertit, aut videt' peruertere, & ita verè malũ, aut simulatè facimus; ideòq. repudiatur, & quatenus malũ; nullo modo expetitur, sed, quantum fieri potest, depellitur: & declinatur proinde mala in natu-

ra priuationes,& interitus, in corpore animantis morbi,in animo flagitia solent esse molesta, & odiosa: nam quicquid est, expetit esse, & valetudo summis votis optatur,scelera etiam abominātur ij qui verè hoīes sunt,atq. item illi qui patrant,vt si regnū ac diuitias & oēm potentiā se adipisci sine cede rapinisq. posse sperarent,ab iis abstinerent. Hoc ergo malum dicitur,quod vnumquodq. declinat,tanq̃ illius naturā corrumpens. Huiusmodi quippiā esse nemo ambigit in rerū natura: nanq. & feræ quædā atrocissimæ,& hominum generi infensissimæ sunt,& venena,& tyranni sæuissimi, hominesq. sanguinarij,& truculenti, nec non monstra,ac generatim,vt inquit Euripides.

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά.i.

Nunq̃ separati bona possūt à malis,&,vt est in prouerbio,In cyttaro quoq. inest aliquid mali; tametsi nullū animal in aquis eo suauius,neq. illud quæritur sit'ne malum simpliciter,sed,sit'ne in earum rerū ordine quas à Deo gradib. quibusdā pendêre docuimus; an'ne ex illo ordine pellatur; sicuti ét suprà monstra ex ordine naturæ pepulimus. Exitus huius quæstionis ab essentia petendus est. At verò hîc distinguere oportet; nam bonū & malum accipiuntur,velut attributa substantiæ cuiusdā,vel habetur rō substantiæ cui tribuitur: atq. attributum,vel seorsum pertinet ad categoriā qualitatis, vnde virtus bonū & vitium malum, ac bona, malaq. valetudo, aut etiam cōmuniter accipitur,& oēm categoriam peruagatur,quasi ipsius entis assecla; nihilominus vbique refert imaginē qualitatis, & substantia ipsa bona est,de qua bonū prędicamus; ea verò,vel ex se est, vel alterius accessione, quod est ex seipso bonū; veluti sunt oīa quæ ex actu potentiaq. constant. Ergo & totidem ferè modis malū se habere contingit: habet.n.oppositi speciem; verùm, si vnum ex his est multiplex; alterū quoq. multiplex sit necesse est,sed illud bonū contrarium quod in prædicamento continetur: etenim contraria sub eodē genere collocata maximè disiunguntur,illud quod per vniuersa pertinet; etiam quomodotunq. rōnem subit oppositi; siquidē in entiū serie maximè distat à bono malū: at tertio illi, quod est hūi per essentiā,nihil planè aduersatur; est.n.vt fert schola Platonis,ὑπερούσιον.i.supra substantiam.itaque malum ab eo potius alienū dici debet, q̃ contrarium: neque.n,quicq̃ reperitur,quod æquè possit, ἰσοδυναμία verò.i.vires æquales,vnum est è cōtrariorum attributis. Cùm igitur ea quę talia sunt per participationem, pendeant ex his quæ sunt hūi per essentiam; rerum rō postulat,vt intendamus considerationem nostrā in ea quæ per essentiā bona,malaúe sunt. Quamobrem id quæritur, sit'ne in ordine rerum malū,quod est per essentiā,& quod'nam sit. Vt hæc succedant, trāseamus ad bonum. Bonum profectò, si consulas effectum,illud est,quod est ex cuiusq. natura,& per se expetēdum est: veruntamen intrinsecus & per essentiā est energia,siue entelechia quædā,atque perfectio, & illa quidem simplicissima; idcirco etiam prima,tum ne sit progressus in infinitum,tum etiā, quòd reliqua ab illa sint: aliud.n.est esse simplex àc primum, nā primū significat ordinē & habitudinē,vel priuantē, q nihil ante se habeat, vel positiuā,q habeat aliud infra se,illud aūt modū naturæ & essētię repręsentat: vtrunq. verò necessariū est in eo quod est per essentiā bonū; quia,nisi tale esset,& cōpositū foret,& per participationē; nos aūt id quærimus,quod est tale per essentiā. idem quoq. sit actus oportet; nam,nisi foret actus,ab alio deducendū esset ad actū,siue primus ille foret,seu secundus: ita neq. simpliciter simplex, neq. simpliciter primus,vt vult esse id quod est per essentiā bonum: cùm sit in eo gradu perfectionis,vt actus per se sit; itaq. pulcherrimus. atq. hucusq. se fundit essentia: nunc velut vmbra consequitur,ab omnibus expeti,q inde bonū cuiusq. nascatur: non ita sanè, vt credas id ad eius essentiæ perfectionē pertinere, & ob id eā bonitatem,quia sit cōmunicabilis, aliis afferre necessitatē vt sint, vt ea bonitas cōmunicari queat; aliter fore imperfectam, ideoq; sic struere rationem. Si Deus est, & cętera sunt. Verùm nobis, si audimus Aristotelem,rō fabricanda est aliter, Si cętera sunt,& Deus est. iam.n.docuimus,Deum esse bonū, quod sine alio subsistit; reliqua verò ex tali principio pendêre, & ab ipso quoquo pacto suam ducere perfectionem. Quare,q alia sunt,quæ imperfecta sunt,ab ipso suam bonitatē mutuant; ideò referuntur ad illud; illis est bene: nihil illi summo bono accedit,atq. ita se res habet,vt si Pisas veniat M. Etrurię Dux: non.n.id facit in nostram gratiā,sed,vt sibi ipsi placeat tantùm: ex eo,q venit,vnusquisq. lętatur: mercator,qui inde sperat lucrū; inops,vt imploret opē,nos vt eius iucundissimo aspectu fruamur, In ipso Magno Duce sua perfectio inest,quæ nil aliud respicit, quòd nobis communicet, ex nobis est, qui id quod per se perfectum bonumq. est, bonum esse nobis optamus. Hoc, quia summum oīum,& finis est,atq. mensura. Ab hoc omnium maximo interuallo distat alterum principiū, quod per se quidē infinitum est,omni mensura vacans,ex toto imperfectum,nihil habens actus:quare nulli expetendum,sed contrà expetens cuncta,cùm ita sit,est necessariò non ens: verumenimuero, etsi non ens est,non est ꝑpter adnexam priuationē,quia per se potestas est: attamen, quia nullum est eius officiū in natura sine priuatione; hæc.n.caussa est appetitus in materia,vnde eius stimulis incitata propendet ad actum,inde efficitur vt vnà priuatio cum potestate numeretur. infra hæc nihil est,sed omne est eius negatio, quod est, nec intra limites naturæ comprehenditur. Inter hæc duo principia mediæ quædā naturæ intercedūt,quæ Deo appropinquant, quòd actus quidā sunt,quia tamen aliquid habēt adnexum non entis,cùm sint infra summū,vel propter materiæ societatem,aliquid imperfectionis obtinent. Sed ad materiam potestatemq. reuertamur, cùm sit, qualem nos eā descripsimus; nihil habet in se boni; verùm non idcirco bonum auersatur,sed accipit varia bona. Quapropter triplex bonum ex hac serie colligitur. Primum est, quod simpliciter est huiusmodi,& per essentiā,nec ab altero pendens. alterum,quod per se quidē est bonum,sed ex alio pendet.ac tertium, quod ex se bonum nō est, sed tamen aliorum bonorum cōpos esse potest. Ergo malum nullū simpliciter,pessimum quidē,quod

materia

A materia sit, quòd hæc ex seipsa carens omni rõne boni; boni tamen sit capax, ac sine ipsa multa alia bona non existant, propter adiectam priuationem, vnde assecuta est appetitum ad nouas formas, & propensionem, quib. adducta cum forma ad constitutionem cõpositi copuletur; ideò Plato ab Arist. castigatus, quòd priuationem despexerit, ac si foret, κακοποιὸν, licèt.n. sit non ens; nihilominus in bonum contendit. Ergo non malum simpliciter, nec vniuersè, sed mala existunt aliqua ex parte solùm, quia.f. huic mala, non illi, & mala deniq. parti, non toti: nihil.n. toti malum esse potest, cùm totum ex malo singulorũ adhuc conseruetur: vt, si interit ignis, oritur terra, quod est bonum, aut etiam malum ꝓpter aliud, atq. illud quidẽ bonum, vt formæ esse diuiduũ materię priuilegio; nam, quanuis sit ad interitum formæ; in alterius ortum nihilominus instituitur. Itaque malum per essentiam simpliciter non est, sed quod est summè malũ, est quodãmodo & materia, seu potestas, in qua priuatio residet; vnde titulum mali accepit: attamen in ordine rerum, nil magis alienum est ab illo, vt cùm ab eo deflectatur; nil in vniuerso reperiri queat, in quo bonitas diuina minus eluceat. Propterea non malè ij qui malum dixerunt esse casum & deuiationem πεϱασσιϱοπλὼ, aut πεϱυπόϛασιν extremam à summo bono. Hoc aut cum entibus vniuersè, aut cum certo rerũ genere comparatur. Si Deum respexeris, nõ necessarium: etenim illud sine cęteris esse põt, vnde ita ratio concluderur. Si malum est, bonum quoq. esse oportet: non contrà, si bonum sit; malum quoq. necessariò futurum. si verò malum referatur ad formas materiatas; in eo rursus animaduertere licet ordinem, vel naturæ, vel originis, atq. ordo originis est hũi, vt

B sine ipso nulla forma existat: ergo necessarium est ex hypothesi malum; immò quia sic est, etiam multa bona sunt in natura, prout.f. variis modis bonitas diuina materiæ cõmunicat, sed ordine naturæ, cùm talia bona possint esse, talis quoq. sit casus oportet, quem philosophi potissimè respicientes instituunt materias ad formas. Quocirca malum nonnullius, sed plurimi vsus in natura, & ordine rerum; quare etiã nonnunq̃ expetitur, sed ꝓpter aliud, quod sit bonũ, aut ꝙ videatur bonum, aut fortè quòd minus malum: nam minus malum ad maius obtinet instar boni: quanquam hęc fortasse nihil ad naturam. Ideòq. optimè quidem ille qui bonorum malorumq. miscellam quandam esse prædicauit.

Α᾽μὴ γάϱ ἐϛι τῷ πένητι, πλέσιος
Διδωσῖν, ἃ δ᾽ οἱ πλυτῦντες ἐ κεκτήμενα,
Τοῖσι πένησι χϱώμενοι τιμώμεθα. i.

Quæ.n. pauper non habet, diues dat, quæ verò diuites nõ possidemus, pauperibus vtentes honoramur. Quapropter aut bonum cũ malo habendum est, aut illud cum hoc amittendũ. tum his igitur est quiddam mali, sed bonum, quod est quæsitum meo, sine isto malo non haberemus: propterea, quia plus semper est in natura boni q̃ mali, non repudiamus malum quod inhæret in bono. Quæ cùm sint, patet

C etiã malum non arceri ab ordine eorum quæ sunt: sicut.n. materia est terminus alter huius ordinis; sic & malum. Verùm quia monstra à nobis in malis numerata fuerunt, itaq. ex ordine naturæ prorsus expulsa; quoniã mala simpliciter reputata; quippe nec per se bona sint, neq. ad aliud bonũ instituta; quõ hæc nostra cum illis consistent, quę de monstris anteà decreta sunt? aut.n. malum simpliciter erit in natura, aut si nihil est hũi, & in natura sunt monstra; ea mala non erunt, quid de vitiis ẽt dicemus? quæ tamen frequentissima sunt. An hîc aliud dicemus, dum quęrimus ordinẽ rerum simpliciter, atq. aliud, dum agimus de rebus naturalibus, sunt ea planè mala in natura; sed, vt ea quæ simpliciter sint; non mala: aliquid.n. sunt. Vel etiam melius, vt opinor, mala sunt ex ordine naturæ, vel prorsus inordinata & temere cadentia: nos autem mala quæ sunt ordinata in hac rerum serie collocamus; monstra verò & vitia sunt mala quæ funditùs ordine carent: ideò non malè à nobis hæc mala ex ordine rerum arcebuntur.

Vniuersalium & primarum caussarum munera explicantur. Cap. LII.

D QVAE hactenus exposita sunt, nos ad supremas omnium rerum caussas euexerunt, & maximè cõmunes, quæ sunt Deus & cœlum: nunc ꝙ sunt primæ rerum caussæ, maximeq. cõmunes, ac remotæ, & agendo rerũ aliarum interuentũ flagitant; siquidem oĩs actio naturalis contactu fiat; his quę nunc agimus, valde aptum erit, si doceamus, quæ'nam sint munera caussarum communiũ, & quemadmodũ reliquis vtantur: eòq. præsertim, quòd multum valere poterunt ad pellendas è Peripateticorũ scholis opiniones quasdã peregrinas, quæ cum de vi caussarum cõmunium seorsum, tũ de virtute formarum defendi quandoq. consueuerunt. Vt verò queant oĩa ritè cõfici, primùm explicare oportet, cùm caussa cõmunis illa sit quæ pertinet per plures effectus, quemadmodũ affecta sit ad singulos, & in cuiusq. productionẽ concurrat: deinde an, sicut est caussa cõmunis, generatim'ne respiciat singulos, hoc est, conseruata sua cõmunitate, an potius aliquam præfinitionẽ præseferat, & esto, ꝙ præfinita sit, vnde'nam accipiatur hæc præfinitio. Cùm item caussa communis in aliquo ordine prima sit, vel ordine tantùm, vel origine & natura; quæ'nam principatus ratio cuiq. debeatur, quid seorsum quæq. tribuat posterioribus, quam vim. Etiam cùm posteriora sint vel effectus, vel media; quid commodet cum effectibus, tum item mediis, & quid quæque media præstent, habent'ne vim quandã, an, vt ab alio mota moueãt, nihil ex se ipsis effectui conferentia. Porrò caussarum concursus multiplex esse videtur; aut enim commodat aliquid vel officij, vt minister architecto, dum seruit, vel imperando, & dirigendo, vt ministro architectus, vel partis, vt elementũ mixto, vel actus, vt forma composito, vel substantiæ sicut materia. Præterea vel plura ius habent in totum effectũ, licèt non æqualiter, atq. id vel subordinatè,

velut emptor & proxeneta student emptioni, emptio vtriq. proposita est, vterq. laborat, vt emptio conficiatur, vt bene eueniat: sed emptor est emptionis caussa præcipua; proxeneta verò secunda, quæ non laboraret, nisi moueretur ab altera. non sic orator & procurator in lite, quod hic ea prouideret, quę in sumptum facerent, ille causā diceret, & pro rata portione quisq. ageret eiusdem negocij parteis separatas, vel ita se res habet, vt aliquid adhæreat caussæ tanq̃ consequens, velut vmbra corpori, atq. id vel certum est, ac secundùm caussæ naturā, & effectus, vel incertum, & fortuitum, vt dum hoc agitur, aliud eodē tempore succedat, vel externum sit oīno, & præter naturam, vel ex euento. Concurritur item vel cum variis caussarum generib. vel cum causis eiusdē ordinis, etenim ad equum procreādum statuitur finis equi forma, efficiens adsit, oportet, ac materia. Rursus materia sunt elementa, partes vniformes, atq. difformes: & Sol & equus generant equum. Concursus etiam fit per media, vel sine mediis; ac sine medio quidem, & cùm ex materia & forma constitutum est vnum; per media vel externa, vt dum res fit, per finem, & efficiens; hæc, n. materiam cum forma copulant, per interna, vt per priuationem, & præuias affectiones: omnes, n. referuntur ad materiam, velut illius apparatus. Nec non vbi media requirantur, aut eorum proprius est quidam motus, vt etiamsi ab alio moueantur; aliquid tamen faciāt ex se ipsis, aut ex se ipsis moueri nequeunt, sed tantum faciunt, quantum aguntur ab alio, prioris ordinis illa sunt quæ mouentur à fine; nam cùm ipse maneat immobilis; excitantur ad eum consequendū faber & minister qui auxiliatur fabro: neque. n. mouerentur ex se ipsis, vt nisi ibi finis instaret, qui perpetuò bonū pollicetur, & nisi sæpius faber vrgeret; ociarentur planè, sed tamen per se ipsa mouent aliquid; qui bonam valetudinem expetit, accipit medicamenta, sustinet ignē, & ferrum; viuit ex præscripto: certis temporibus ambulat, & minister terebrat, polit; quæ sunt oīa posita in iis quæ mouentur à fine; tñ & ipsa aliquid præstant. terebellū & dolabra per se non mouentur, nec quicq̃ agūr ex se ipsis; verū aliena virtute prædita: nihil. n. intra se habent eius rōnis, quę cōicanda est materiæ; non appetunt finē, licèt eius gratia sint: quare hæc instrumenta simpliciter habenda sunt, q̃ vnà operantur, & rei faciendæ rōnē continent, & appetitū finis habent; caussas secundas libenter appellauerim. Pone tibi ante oculos consultorem & consultum, venditorem & proxenetā, scriptorē & calamū: non mouet quiq̃, neque proxeneta, neq, consultus, nisi moueat hic à consulente. ille verò à venditore, non mouet et calamus, nisi agatur à scribente, sed in calamo nulla scribendi rō, tota in scribente: in cōsulto & proxeneta species est eiusdem negocij, vel partis quæ est in vendente, & consultore. At malus calamus male scribit: ergo per se agit. An malè est ex materia, & præter naturæ ordinem; benè est ex arte caussaq. præstantiore; hoc agere, illud non agere, atq. priuatio. Nec tibi molestiam afferat quòd instrumenta referantur ad efficientes caussas, quasi non separentur à causis secundis; nanq. aut Aristoteles instrumentorum noīe caussas secundas complecti voluit, significans ea moueri primis, aut sic accipiamus instrumenta referri ad efficientia, non quia sint caussæ per se, sed efficientis ipsius conditiones: quasi non possit haberi efficiens, si desit instrumentum. Aut quòd in instrumento vel caussa secunda duo spectentur, q̃ habeant vim immutandi per se, veluti calor calefaciendi, aut quòd habeant vim hoc vel illo modo præstandi suum munus; illud primum sanè esse naturæ caussæq. secundæ, hoc esse artis, aut alterius superioris facultatis, vt animę dirigentis, & attemperantis: itaq. hoc nomine perhiberi instrumentum. quandoque etiam fit, vt instrumentum simul sit per quod res agitur, & officium fit, idem quoque sit pars rei quæ facta est. talem professus est esse calorem Philosophus. Itaq. etiam vbi instrumentum non sit separabile, non est absurdum, si accipiatur eo nomine in definitione, quatenus est materiæ pars, id euenit in versu ad poëma, in arcu ad sagittarium; cùm verò pars est, iam degenerare videtur in caussam secundā aliquid in toto per se agens. Mouent ergo secundæ caussæ, sed mouentur, & hoc præcipuè distinguuntur à primis. Motus autem incutitur ab efficiente, aut ex se ipso est in alterius gratiam, siue id sit ex secundæ caussæ voluntate, siue ex instinctu naturali; alio. n. modo mouetur ignis ab artifice; alio modo minister; nanq. ignis vt ab efficiente agitur dum admouetur; minister vt ab imperante; ignis ad motus agit per naturam, minister per voluntatem, & nonnunq̃ finis proximi motus est proprius. sed ad eius adeptionem alterius præsentia viribusq. opus est, quod tamen ad illud nō aspirabat, vt omnia moueo per quæ beneficium quoddā consequar: at opus habeo conferente, in cuius mentem nunq̃, neque beneficium, neq. ego cecidimus. quicquid ex his sit; caussæ secundæ sic separantur ab instrumētis, quòd per se moueant aliquid: tametsi nobis posteà videndum est, quid placeat; sit'ne aliqua secunda caussa; an'ne sint prorsus instrumenta omnia præter primam; nanque hactenus ea narrata, quæ valeant potius ad rerum notiones capessendas, quàm ad veritatis normam redacta. Quantum verò est de secundo theoremate negari certè non potest, quin in omni effectu generalitas quædam caussæ si non vniuoca, saltem analogica conseruetur; vt q̃ materia sit potestas ad contradicentia; vnde omnia orta occidunt; finis cuius gratia, forma per quod, efficiens vnde motus, sed id scire volumus; an'ne vltra generalitatem assumat aliquam determinationem per quam respiciat hunc effectum potius, quàm illum: veluti faber ascia facit trabem, aliis instrumentis vtitur ad dolium fabricandum; atque id sit'ne omni caussarum generi commune, & quatenus in hoc munere distinguantur. Arbitror equidem si Peripateticus haberi velim; in omnib. causis cōmunib. cùm ad particulares effectus sese applicant; aliquam interuenire mutationem, vel rei, vel habitudinis, vel per se, vel per accidens; per quam hoc præstat potius, q̃ illud. ad primum verò finem mutationem per accidens, & extrinsecus absolutè pertinere; nanq. hunc opinor generalem rationem in quoq. effectu præstare: ipse. n. mouet, vt immobilis simpliciter, & per se, & per accidens; in hunc reliquæ res omnes intendunt, & pro naturæ suæ captu obscurius,

clariusúe

A clariusue assequi student imitando, nec secus profectò, ac si proponatur idem scopus complurib. sagittariis; neque tamen omnes ad ipsum perueniant, nec æqualiter, nec eisdem fortè instrumentis. sed ille melius neruum tendit, quòd maiore illum robore præditus sit; alius non rectè collimat, vtitur ille neruo languidiore, hic etiam balista appetit scopum, alter ferreo tormento, vel brachio: robustus, & bene collimans, & idoneis vtens instrumentis consequitur, ita efficitur, vt manente scopo, nec quicquam aliud agente, nisi offerente seipsum, variatio nascatur, eaq. pertineat ad alia quæ ipsum consequi nituntur. Nisi materia nouis affectionibus instruatur assiduè. nunquam excipiet nouas formas, sed manebit informis, aut sub eadem forma immobilis; veruntamen quia potestas est, non potest effugere nouitatem, ergo in materia generalis illa natura non sufficit ad efficiendas mutationes. proinde materia illa signata requiritur, quæ ex indefinita & communi facta est propria. Formæ quæ pendent ex materia propter eius societatem, & propriam repugnantiam, variis item modis afficiuntur, & varios propagant effectus in seipsis admittentes aliquam mutationem. Efficiens cum motu informetur, tum quia mouetur à fine: tùm etiam quòd à nob. constitutum est, eius naturam esse corpoream & mobilem, infinitati & varietati obnoxium est: itaq. & varios producit effectus: etenim nautæ præsentia nauem conseruat, absentia molitur interitum, cœlumq. accedendo ad nos elementa superiora propagat, discedendo corrumpit, & gignit inferiora. Quamobrem his omnib. causis accidit aliqua præ-
B finitio. Verumenimuerò præfinientia sunt è duplici ordine: quædam enim sunt principalia, nonnulla subseruientia; principale præfiniens est actus generatim, qui tria caussarum genera complectitur, finem, formam, & efficiés. subseruiens est id quod subit rationem potestatis, & ab alio mouetur; hoc vel est materia, vel instrumentum, vel caussa secunda. Finis etiam multiplex esse solet: nanq. est remotus qui proponitur omnib. nimirùm Deus O. M. vnde omnis occasio ducitur operandi: siquidem fine sublato protinus omnis actio tollatur: itaque huius caussæ patrocinio destituta singula vacarent, quanquam id ab eo quod est necessarium simpliciter expectandum non est: est vt finis proximus quæ est propria cuiusq. rei natura, illam proximè quidq. expetit, & in eam connititur, vt adepta in eo quod sibi optimum est, conquiescat. Hic quia per se ipsum essentialiterq. finitus, omnia finit, & vniuersis leges imponit. Proximè ab hoc est forma; quare & ipsa secundo loco præfinit; nanq. tantum conititur efficiens, quantum forma requirit, & agit pro ratione illius formæ qua informatum est, id perpetuò quærens & laborans, vt quàm fieri potest, illi similem præstet; & tantum vult capere materia, quantum expedit formæ quam est acceptura. Sed inferiore quodammodo præfiniunt materies instrumenta, & caussæ secundæ; quando pro materiæ conditione formæ tribuuntur: & opera pro instrumentorum caussarumq. sociarum ratione perfici solent. Ecce appetitus rei familiaris augendæ mouet sagit-
C tarium; præscribit ei modum qui est ex arte sua, nempe assequendi scopum, hic arcum sagittasq. parat, & instruit, vt optimè illis vti queat, collimat, intorquet. scopus igitur etiam præfinit quid agendum. præfinit sagittarius, dum hæc omnia, sic attemperat, vt illi probè inseruire possint: arcus item imbecillior terminat opus, hoc nos antea, quia deteriores reddit vires caussæ prioris nomine minus præstante coërcere, & limitare diximus. quòd quantum opus est sagittario, non prouehit sagittam, idem quoq. euenit in caussas secundas, vt si imperator ad victoriam comparandam militib. ægris, tyronib. vel infidis vti cogatur. Itaq. & à priori & à posteriori contingit exoriri præfinitionem caussarum communium. Sequitur nunc, vt cùm ratio prioris caussæ communi conueniat, seorsum explicemus quę cuiq. prester ex eodem genere: hoc est cùm altera communior sit, altera minus communis, quænam antecellit, & quantum possit. è causis igitur externæ nonnullę sunt, alię sunt internę, quòd si internę fuerint; cùm sint ad posterius, veluti potestas, & materia, & ad rei constitutionem, vel essentię tanquam partes se habent, illud vnusquisq. dabit eas à posterioribus superari prestantia, non negabit item illas ex parte concurrere in effectum. De externis illud faciendum iudicium; nam quò remotiores sunt eò sunt absolutiores, cùm moueant neq. moueantur, quę propinquiores, non moueant, nisi moueantur: multò minus instrumenta, eędem quoq. respicere videntur vniuersum effectum: hoc tamen non
D necessariò: siquidem ea sit nostra sententia; in animalium productione posse cęlum in eam partem quę cognoscit; alteram partem ab vniuoco præstari: quamobrem rectius ita dicetur; si qua sit caussa communis quæ respiciat vniuersum effectum; eam fore externam, præcipuè verò finem eiusmodi vim habere putamus; quippe quòd nulla sit caussa quæ vel per se, vel ab alio rectà non contendat in finem. sed principalium modus agendi perfectior, seruientium actus promptior; calefacit aurifex; calefacit ignis, sed ignis actu; aurifex per ignem; verùm non calefaceret ignis, nisi admoueretur ab aurifice, itaq. virtute calefacit aurifex qui calefaciendi modus est multò nobilior. Cæterùm non omnis vniuersitas in ordine externorum afferet aliquam præstantiam; sed distinguenda est vniuersitas in eam quæ est secundùm rem; atq. illam quæ est secundùm rationem, eam dico secundùm rem, vbi efficiens actu separatum sit; alteram secundum rationem, vt cùm mentis opera fiat separatio: verbi gratia, efficiens actu vt nauta, vel præsens est, vel absens; aliter esset efficiens in potentia: siquis rationem eius vniuersalem flagitet, is sanè reipsa non reperiet; sed cogitando efficiet. Architectus aliquid actu facit, & vtitur pluribus instrumentis; hic reipsa separatur ab instrumentis, & causis seruientibus. vbi igitur ita se habeat, vt non separetur à partibus nisi ratione; iam ex partib. suam perfectionem sortitur, & ibi potissimè, vbi intercedit oppositorum ratio: quippe quod ex oppositis vnum habitus, alterum verò priuationis instar obtineat; est.n. commune ad vnum. Quocirca perfectio solùm in iis vniuersalibus causis erit in externorum genere posita, si re separari possint. Hæc generatim dicta de causis communibus,

Sed cùm institutum nostrum sit agere de caussis vniuersalibus & primis, quæ sunt Deus & cœlum, ad earum explicatum ea transferamus, quæ vniuersè constituta sunt. E

Quę bona præstent in natura primæ caussæ Deus & cęlum, quoúe differant ab alijs caussis. Cap. LIII.

VNA omnium prima caussa est, aliæ primæ non sunt, sed in suo genere primas esse contingit. ea Deus est O. M. ex hac in efficientium ordine primum cęlum esse docuimus: sed sit efficiens primum ex ordine corporum, videndum est, quo distinguatur à cæteris efficientibus. Iam pono hæc esse efficientis officio alterare, & afficere, applicare, dare formam, & ea quę consequuntur formam. Neq. est quòd hîc ad limen occurrat aliquis obiiciens nullum esse efficientis corporei munus; sed omnia manare à primo efficiente, qui est Deus; quæ sunt ab ipso, vel esse tanquam signa diuinæ actionis, vel afficere solùm, non producere. productionem verò ad aliud substantiæ genus pertinere, quod incorporeũ sit, siue Deus, quod mihi fit verisimilius, seu δημιεργὺς & Cholisodea quæ sint mentes quædam secundæ, siue idea: & persuadere conetur quòd ita sit, cùm multa existant è rerum natura, quæ non fiant à caussa vniuoca & idcirco à quadam caussa communi ortum ducant: nanq. & nos actionum nostrarum domini sumus, & mala sunt in natura, quæ neutiquam opera substantiæ cuiusdam separatæ queunt esse, & nisi aliud sit, quod pro veritate possit afferri, satis in nostra methodo sit, Aristotelis sententia profitentis rerum sensilium caussas proximas esse sensiles.[a] & iubentis, vt omneis caussas rerum perquiramus ab extrema vsq. ad primam, secus scientiam non posse parari. Si igitur eæ caussæ non sunt, cur in scientia quærendæ? omnium.n. caussa vna sufficiet, cæteræ frustra quærentur. Num'ne scientia erit ex non caussis? Nec illud obstat, quòd multa fiant à caussa dissimili, nanq. etiam multa fiunt à similib. Quinimmò ex iis quæ fiunt à dissimili sine auxilio similis, multa sunt. multa sunt, quę casu fiunt & citra ordinem, sæpiusq. imperfecta; perfecta verò non, nisi ab vniuoco, aut plurimum sic fieri videntur. Cætera omitto, quòd cùm repugnent principiis nostris, nullo modo accipi debent. Ergo nobis in philosophia Peripatetica constitutum sit aliquod esse munus proprium secũdarum caussarum, itaq. & cœli. Verùm quid cœlo ac reliquis efficientibus interest? Mihi sanè pręter illud, quòd ab alio non pendet in suo genere caussæ, & latè patet, hęc quoq. videntur huic & reliquis interesse, quòd ipsi finis & si proponitur, vt cęteris efficientib. at illis singularis proximè instat, remotè verò vniuersalis. huic nullus singularis obiicitur, sed omnium primus, quicquid propter alterum fit, id ex consecutione factum opinor: etenim ignis ignitum facere studet, & per ignis productionem Deo fieri similis. Cœlum vt assequatur primum finem, perpetuò mouetur, dum sic voluitur, alia producit. Sic autem censeo, quoniam Deus est apud ipsum finis proximus: nunc, siqui sunt alij fines, ij certè remoti erunt, sed remoti sunt perfectiores, aliquid igitur Deo perfectius statuendum foret. Proinde cùm tribuuntur hæc agenti educere de potestate ad actum cum transmutatione & principaliter, non ex consecutione, de vniuoco efficiente prędicatum fuisse putabimus, non de vniuersali: credo etiam neq. de ambiguo, & quod perfectiore modo continet effectum, ne propter imperfectius agat: fortè quòd cum aliis caussis iunctum, nõ proximè communicet actum. Eius munus exercetur perpetuò per instrumenta ambigua, lumen & motum: ignis efficit calorem per alium calorem: ea sunt instrumenta, non caussę, calor est caussa, quia calor per seipsum efficit aliquid eius rationem intra se habens: at lumen & motus substantiam faciũt, cuius rõnem intra se continere non possunt, aliter accidens substantiæ principium foret. Agit etiã tangens, sed non tangitur: mouet.n. non contrà mouetur, quòd alio quodam genere materię constat: reliqua mouent & mouentur propter materiæ consensum. Necnon obiicit, adducit & abducit, aliorumque natura semper vtitur: cętera per se agunt per propriam naturam accipientia conditiones & affectiones, ex quib. actio consequatur: proinde cùm moueat pro natura rerum mobilium, in eis verò sit aliqua rerum producendarum ratio; non habet vim in totum effectum, sed in partem, nisi fortè vbi ipsum generationem perficiat, quod euenit in illa, quę nascuntur ex putri, quę cùm sint extra naturę ordinem, etiam persuadent nos, vt illud ipsi ex natura esse credamus, quòd ius habeat in partem effectus, non in totum: tamen eius virtuti neutiquam denegemus etiam habere imperium in totum. hoc idem planè est, ac si dicamus aliquorum ipsum esse pręcipuum proximumq. agens. Sed de primo efficiente satis. Ascendamus nunc ad primam omnium caussam, & quoad licet sensus vestigia persequenti, & adhęrenti Peripateticis tanti numinis officia declaremus. Docent viri doctissimi quinq. esse munera primę caussę, siquidem ipsa ante omnia vires & facultatem agendi caussis secundis largissimè subministrat, pręterea tuetur eas, & quemadmodum largita est, quòd sint, sic etiam protegit, & conseruat: iungit tertiò caussas secundas, vt agere possint, materię formam, & efficiens patienti applicans: tùm dirigit earum actiones ad finem destinatum, vt quamuis ignotus sit, nullus tamen error in earũ cadat actiones: postremò tanquam agens principale mouet instrumenta, nõ aliter àc scriptor manum calamumque agitet, vt extaret. Sic igitur Deus dat agendi facultatem, tuetur, applicat, dirigit in finem, & reliquis vtitur vt instrumentis. Eorum ratio talis est. In mouentib. quę aliis superiorib. seruiunt, inferius non mouet, nisi à superiore moueatur: eamq. Aristotelis fuisse sententiam è plurib. locis, colligi potest: apertissimè.n. is aliquando testatus est, quod prius est, potiorem esse mouendi caussam, quàm ea quæ sunt ab ipso.[b] Idem prætereà concludebat mouentia quæ cum quodam ordine mouent, infinita non esse: quandoquidem motio præcedentium ad extremum vsq. perduci non posset. Confirmat

a 3. de cęl. T. 6.

b 8. Phys.

A mat etiam Proclus,siue is,quicunq. fuerit qui commentariolum de caufsis scriptitarit, caussam primã
efficacius,interius,inseparabilius concurrere ad effectus,quàm secundas;ita vt,quemadmodum instru
menta;quoniam aguntur ab arte;inferiores caussæ sunt,quàm ars;quippe quæ nihil omnino sint actu-
ta;nisi moueantur,& dirigantur ab arte : sic secundæ ad primam caussæ inferiores habendæ sunt. Hæc
quidem verè nimium,vt aliud sentire,& falsum & impium sit: sed si volunt,vt opinor, primam caus-
sam hæc omnia sub efficientis titulo præstare,Peripateticè parum. Nam si vires agendi cum forma
non differunt intrinsecus ; ea verò simpliciter æterna est: nec efficiens habere contingit; nec cùm æter-
na sit forma;per aliud velut aduentitium consequi vires agendi; sed ipsamet forma erit ea facultas. ꝙ
si vires agendi sic dari accipiant; quia sine ipso nihil operari queat ; vt verum est; sic interpretari licet,
vt non ex eo vis efficiendi concludatur,quandò sic etiam tanquam finis potest esse functionem caussa,
quantumuis æternæ res sint , addo etiam,quantumuis functio sit æterna, veluti conclusum est de mo
tu cœlesti,vbi & corpus & functio sunt æterna,nihilominus vtraq. pendent ex Deo,velut ex fine,reli-
qua actionis initia,vel interna sunt & propria, vel à natura suppeditata,vt in hoc nullus alius labor ip
si Deo sit imponendus. Hoc igitur Physicè conficiendum fuit,quod ex fide sumptum est. Quòd etiam
Deus,vt dat rebus quòd sint, tueatur. quomodo potest dare Peripateticus qui nonnulla per se æterna
B vult esse;aut accipit esse,i.in actu secundo,vbi apud ipsum sat est,si operetur vt finis, qui etiã satis hæc
à Deo conseruari studet, si ipsum veluti finem respiciant? Iam verò ꝙ caussas secundas ipse iungat, &
applicet mouentia mobilibus,si,vt de fine & caussa remota prædicatur,accipiet Aristoteles,sin vt caus
sæ proximè & efficienti; quantum abest à placitis Aristotelis, qui omne id tribuat ambienti quod pro-
ximè mouet corpora,& per lumẽ,& motum affert,& aufert primas qualitateis, vnde omnis motio na
turalis orditur? idem ab eodem philosopho sæpius repetitum est,vt in vniuersa eius philosophia, ni-
hil,tametsi falsum,sit illustrius. Quid etiam de quarto illo officio dicendum sit, facilè apparet iis qui
superiora legerunt ; nam dirigere ad finem commune est efficientis & finis, sed multò principalius
conuenit fini,quo etiam sine cognitione & suapte natura res sine errore feruntur,nec propter finis ip-
sius intelligentiam, sed propter eius bonitatem. Sic etiam quintum munus primæ caussæ tribui po-
test,tanquam fini ; eius,n.non minus est proprium vti instrumentis,quàm efficientis,sed efficiens affert
impulsum,finis offert bonum solummodò ; ab efficiente motus existit : finis ea mouet, quæ vel intra
se habent impulsum,vel aliundæ,non à fine acceperunt: itaq. finis significat agens significatione neces
saria. Quare,cùm hæc nostra eorum dictis tota diametro opponantur, à nob. illa,ab illis autem hæc
nostra iure optimo negabuntur. Nec,meo quidem iudicio, quicquam aliud rationes illæ concludunt,
C quàm, quòd sit vnum primum omnium mouens sine quo reliqua moueri non possint,quod est neces
sarium simpliciter,habens imperium in vniuersa,ideòq. principalius,inseparabilius & interius eo mo-
do,ꝙ nulla est pars,ad quam vis tantæ caussæ non pertineat : verùm,vt hæc omnia sint in prima caussa,
iam sequitur eam non esse efficiens necessariò,sed finem ; nam si finis fuerit,hæc illi probè quadrabunt:
si efficiens,non necessariò : neque.n.efficiens est principalior, interior,& inseparabilior caussa;cùm ab
alio moueatur, sed illud huiusmodi planè à quo mouetur,qui est finis. Sit igitur finis,isque omnium
caussa maximè communis,& prima,quæ cuncta moueat & gubernet; illud prætereà subuenit, quod
propter nonnullorum decreta perquiramus, Agam Peripateticè, quanuis hæc fluxerint à Theologis,
& ea duntaxat attingam, quæ nostris placitis incommodum afferre posse videantur. Etenim videtur
quibusdam non requiri primæ caussæ concursum in omnibus,sed secundas caussas, modò sint genitæ,
ex se sufficere.non illud tracto,sint'ne genitæ, sed hoc solùm, an'ne eius præsentia requiratur in quali-
ber actione singulari & argumentorum vitia nunc exploro,quantum spectat ad institutum nostrum.
Caussã quæstionis est, quòd non videtur concurrere Deus in productionem malorum,cùm sit per es-
sentiam bonus; non ad actiones humanas,multò etiam minus ad scelera & flagitia. Videamus ẽt,
quæ ratio nonnullos persuaserit ad credendum,Deum singulis non adesse. Aut.n.inquiunt: eadem
D est actio quam caussa vniuersalis cum particulari concurrens obit,aut diuersa. eadem certè non est,eo
quòd fieri nequit,vt idem effectus à plurib. causis absolutis, & subiecto separatis proximè nascatur;
esset.n,prorsus idem,ac si idem homo,ab homine,& equo produceretur ; si diuersum dixeris, incides
in id,vt tibi dandum sit,vel vniuersum effectum singularem à prima caussa proficisci,& superuacaneã
fore secundam,vel si ex parte descendat effectus,caussam vniuersalem sine singulari producere,eamq.
degenerare in particularem,atq. alteram eius rei partem à secunda caussa sine vniuersalis primæq. au
xilio produci. Verùm fiat hæc pars, quæ'nam obsecro,& quanta? quid figmento similius? ita,n.eos
vrgebo,quemadmodum Peripatetici medicos, qui caussã videndi radios ab oculis emitti per spatium
quoddam volunt,Neq. illa vniuersalis caussæ concursio necessaria videtur,quando hoc, & non aliud
agere ex sua ipsius propria natura est agentis naturalis. Prætereà quia si non effectum ex toto produ-
cit vniuersalis ob eam rationem,quæ nuper allata est,neq. etiam partem,vniuersalis caussa, & secunda
non essent caussę integrę cum quodam ordine tamen;nec in idem conuenirent,nec caussa secunda per
se ab vniuersali penderet;neque,n.illud dici potest,per primam caussãm rem consequi,ꝙ sit;per secun
dam verò quòd sit certum quid, vt homo ; cùm idem sit esse in homine,& esse hominem, vt non ean-
dem censemus, neq. etiam dicendum est caussam secundam à prima præfiniri,quia sic nostra voluntas
nil aliud velle poterit,quàm id quod sibi præscribetur à Deo. Verùm,ni fallor,omnium difficultatum
patebit exitus,si rem altius aliquantò repetamus. Etenim effectus omnis siue substantia sit, siue acci-
dens,seu functio, si functioni quandam naturam analogicã,nec simpliciter accidentis, aut substantiæ

velis

velis adscribere: sic se habet, vt vna caussa non possit esse contentus, aliter effectus à caussa non differ ret, idemq. eueniret, atq. in essentiis à materia separatis, vbi idem est quicquid in eis est, cum ipsis. Attamen propter varietatem caussarum multis etiam modis euenit, vt idem effectus existat ex illis. Itaque effectus ex quaq. caussa, si totum secundùm materiam capias, pro certa parte consistet. verùm si ipsum, vt aiunt, secundùm formam obserues, totus ex qualibet caussa pendeat necesse est, singulis pro suo capite exhibentib. esse toti. Nam siue sit totum vt quantum, siue ad essentiam pertinens, siue etiam ad existentiam & vnus cubitus in tricubito præstat id, vt sit tricubitum, aliter non esset tricubitum. & animal per vniuersum hominem diffunditur. nulla. n. pars est hominis, vt subiecta quæ non sit animal, & efficiens efficit materiam, & inducit formam, ex quib. existit compositum: finis etiam toti materiæ sui appetitum incutit, & forma totum perficit, totaq. materiæ formæ substernitur. secundùm materiam verò effectus è plurib. constet necesse est, quas tamen interdum mens cogit in vnum, & caussam vnam facit quæ adæquet effectum. Quamobrem, siquando dicitur vnam esse vnius effectus caussam, non id prohibetur, quin vnus effectus ex plurib. caussis extet, sed aut id dicitur, quod ab vna caussa vnus effectus formaliter in suo genere, velut ab homine homo, nec aliud quàm homo, vt ab efficiente, aut caussa sumitur adæquata. Veruntamen vbi plures eiusdem generis caussæ conueniant ad eius rei propagationem: ibi necesse est intercedat ordo prioris & posterioris, propinquioris & remotioris: & hæ quidem vel se habeant vt partes, vel etiam sint actu & subiecto seiugatæ: nanq. animal efficiens est pars hominis efficientis, & animal vt forma, est pars in ratione prędito, quod est differentia, nec tamen subiecto separantur: sol & homo ad hominis generationem concurrunt quæ longo interuallo distant. Sed. n. si conferantur proxima cum remotis, interna quidem remota sunt apparatus ad formas perfectiores accipiendas, externis verò propinquiorib. officium conuenit apparandi: sic parat minister materiam fabro. & finis proximus confert ad assequendum remotum. in internis quæ remotiora sunt, gratia sunt propinquiorum: externa contra se habent. etenim propinquiora mouent, vt præstent partem eius finis, in quem remotior caussa contendit, vbi remotiori caussę finis ille proponatur, at cùm fieri possit, vt finis sit quidem caussæ proximæ per se, sine auxilio verò remotæ non comparetur, efficiens proximum præparat solum, remotum complet per consecutionem. ita credo homini in generatione propositum esse hominem, cęlo neutiquam, vt dictum est suprà: tamen quia sine cęlo hominem non existere posse arbitror in philosophia Peripatetica. homo materiam solam homini apparebit, quod reliquum est, à virtute diuina præstabitur. Quocunque tamen modo efficiens remotius erit præstantius, aut quia mouebit caussas secundas & instrumenta, aut quia nobiliore modo mouebit, aut etiam, quod opus nobilius efficiet. Finis in omnia ius habet simpliciter, & quorum est finis, vt omnium illorum quæ ad eum consequendum instituta sunt, siue opera, siue actiones, siue instrumenta, siue caussæ, siquidem in omnib. virtus finis eluceat, atq. in iis speciatim quæ sunt ad illum finem, in iis quæ aguntur ex consequutione, duplex inest ratio, vel. n. sunt huiusmodi simpliciter citra omnem vsum, vt multa quæ sunt ex necessitate materię, aliorum potest esse vsus, quod enim vestigium, dum ambulo, imprimam; est ex necessitate materiæ solùm, quod laterna micet etiam, est gratia cuiuspiam vsus. talis est somnus in animali, & hoc modo ex cœlo nascitur animal. illo. n. modo quod sequitur, est accidens, & habet caussam fortuitam. hoc per se est, & in ordine rerum obtinet rationem boni. vbi ratio boni, ibidem quoq. ratio finis; ibi nulla ratio boni: quo tamen fine siue sibi, siue alij sit, vniuersalem caussam semper excipio, quasi sit secundus quidam finis: quando etiam efficientis vnus est finis per se propositus, & verus vsus, ad alios fines abusus, vt cùm lingua vtimur ad gustum, & locutionem, atq. item vbi plures fines sint subordinati, effici ēt possit, vt vnus per se sit, alij per accidens, vt ambulatio ad valetudinem, ea verò ad lucrum. Proptereà finis in totum potest, siue totum ex materia sumas, siue etiam ex forma, cuique rei semper adsistens, officio pręsens, agentia fouens, & singula confirmans, primus in excitando, extremus in consequendo: quapropter omnium caussa simpliciter. Cùm igitur Deus à nobis positus sit finis, idemq. primus ex huiusce caussę natura nos positas difficultates expedire conabimur. in primis autē ponemus ipsum concurrere, tanquam caussam ἐξαίρετον in suo ordine ad omneis effectus nobiliore modo, & in totum, partesq. omnes imperium, & ius habere, sed cùm remaneat impetus proprius in caussis secundis, per quem mouent, & mouentur suo proprio quodam modo, relinqui etiam locum in toto, parteq. effectus pro cuiusq. caussæ virib. Proptereà quoad virtutem, cùm quamlibet caussam teneret, nihil interius, quoad adeptionem & rem, nihil remotius: cumq. actu sit, nunquam intermittens officium, non potest non actu adesse cuiq. quodcunq. illud sit, vel secundùm, vel pręter naturam, vel ēt ab anima: tamen ita adest, vt moueat, & sic, vt agant singula boni gratia, quicquid agunt, at in reb. naturalib. est repugnantia, in anima species est, quæ tanquam larua boni faciem tegit, & id pro bono ostētat, quod non est bonum. Ex his omnis error, & aberratio à scopo. Agit igitur, quòd semper est propositus. non agit in eo, quod dum ita res aguntur, vt finem consequantur, aliò vagantur, & aberrant, quare præsens est in errore, sed non operatur vnà ad errorem: veluti si nauta peritissimus nauem ab vndis agitatam, videat se regere non posse, eam vndis permittat, est caussa motus nauis, & quod vndis quodammodo conflictetur, quia cùm secundissimo vento cursum tenere cepisset, dum in alto versaretur, insurrexit aduersus robustissimus, quòd si qui esset, adhuc agere potuisset in tranquillo: adest tamen vsq. ad nauis interitum; neq. idcirco quicquam molitus est ad interitum: caussa vniuersi interitus in tempestatem est reiicienda. Sic & nos de primo fine dicendum Peripateticè putamus. Proinde ad dubitationes propositas respondendum sic opinamur. Nam Deum adesse dicimus, vt dicamus ad primum.

A primum. Flagitiis omnib. erroribusque naturæ, quòd actu sit, & actiones reliquorum propter ipsum
primò sint, sed propter ingenium, viresq. proprias errent. Et quamuis homo sit liber, ibi tamen adesse
profitemur, quòd quicquid agat homo, sibi proponit vnum finem, qui est optimus, sed in electione fi-
nium propinquorum decipitur, quòd ille diuitiis, alter voluptate beatitudinem se consequi posse spe-
ret. Cùm verò quæritur secundo loco, an'ne sit eadem actio caussæ vniuersalis, an diuersa, & eandem,
& diuersam esse contingit, quòd eadem actio quam proximè prestat efficiens; à Deo pendet, vt fine;
non eadem, quòd interdum fit, vt aliquid ex vi propinquarum caussarum nascatur, in quo non opere-
tur vnà. Cùm probas eandem non futurã actionem, ꝙ idem effectus à pluribus causis absolutis, & sub
iecto separatis proximè non exoritur; cõcedo vniuersè; sed nego, si accipiatur, quatenus ad suum genus
spectat: nego et Deũ proximè quidq. prestare; sed proximè accepimus antè scdm virtuté, ꝙ igitur Deus
proximè scdm virtuté, alia caussa proximè scdm ré, efficiat aliquid, id absũdũ non est; ne dixerim fo-
re necessariũ. Deinde cũ obijcit, vbi diuersus sit effectus, vel vniuersum à caussa prima proficisci, vel ex
parte, & vniuersum, & ex parte volumus in suo genere caussæ; vniuersum, ꝙ habet ius in totum, &
partes, & ibi præsertim, vbi caussæ contendunt in bonum, & cedunt naturæ superiori; vbi pro sua na-
tura agantur, posse in partem; quia sunt excitatę caussæ à bono, sed aberrant oppugnatæ, seu deceptæ,
B in partem quoq. potest, quandoquidem plures sunt eiusdem effectus caussæ: vis igitur habet in effe-
ctum sub vna ratione duntaxat, quatenus finis, atq. ita secundæ caussę non sunt superuacaneæ. nec
idcirco vniuersalis caussa sine singulari producit, nec singularis sine vniuersali & prima, propterea ꝙ
ibi præstò sit caussa prima quæ dirigit, & caussæ secundæ, quæ vel obediunt, vel responsant. Pars autem
in officio illa est quæ respicit finem; sicuti in eodem officio pars est, quæ respondet efficienti, atq. alte-
ra materiæ; & altera formæ in re, quæ facta est. Neque illud simpliciter verum, quòd ex sua ipsorum
natura agant caussę singulares; quia non agunt, nisi concitatæ, sed concitatæ sic mouentur, vt cuius-
que natura patitur, & sicuti cylindrus & turbo, quæ moueri incipere, nisi impulsa, non possunt id au-
tem, cùm accidit, suapte natura, quod superest, efficiunt, voluiturq. cylinder, ac turbo versatur; & qui
protrusit, dedit eis principium motoris; volubilitatis autem non dedit; sed ipsa mobilia nata sunt ad
eos motus accipiendos habilia, sic Deus, vt ita dicam, impellit rés; volubilitas illarum tota est. actus igi
tur omnis extrinsecus est, & à Deo O. M. Nec illud necesse est eas esse caussas integras; nisi in suo gene-
re; cùm quilibet effectus integer, hoc est, absolutus, ex diuersis caussarum generib. necessariò produca
tur, & existat. Neq. id tollitur, immò conseruatur maximè, ꝙ caussa secunda pendeat ex prima, cùm
sine prima planè nullus secundæ actus existeret. Quòd autem caussa secunda à prima præfiniatur,
C & necessarium est, & verissimum, cùm sit omnium finis; eius autem sit officium præscribere quid, &
quomodo agendum, Sed cùm primus finis præscribat agenda causis secundis, quarum est quædam
interna volubilitas, vt in cylindro, & nexus in reb. inanimis ex materia & repugnantib. in homine ex
appetitu & ratione; ex hoc efficitur, vt caussæ motæ aliò diuertant, atq. à mouente dirigente: sic & prin
cipes ab inferioribus etiam limitantes. sic etiam Deo præsente, & mouente contingentia, humanique
arbitrij libertas optimè conseruantur. Atque hæc de munere caussarum primarum dicta sufficiant.

Illustratur ratio diuinæ gubernationis; & exponitur qualis sit energia primi finis. Cap. LIIII.

AT verò non minus vtile, quàm iucundum fuerit, si via ratioq. declaretur qua Deus, vt finis, vni-
uersa, tanto agitet otio, tantoq. ordine, vt tam pertinaciter & tam libenter quæq. suum munus
exequantur: ideò nos etiam sermonem de motu huius theorematis accessione perorabimus. Expres-
sit, seu potius, innuit id nob. imperatoris exemplo Aristoteles: hoc si nunc euoluamus, institutæ quæ-
stioni satis erit factum. Scire igitur conuenit eam fuisse vulgatam, atq. in veterum philosophorum
animis inueteratam de numine omnium beatissimo opinionem, ipsum in parte cœli sublimiore, velut
in arce residentem reb. vniuersis, cùm animatis & corporeis, tum inanimis & corpore vacantib. suam
D bonitatem pro illarum captu communicare, nec ea quidem ratione qua poetę fabulati sunt, qui Deos
in terras de cęlo demiserunt, & illis adscripserunt actiones humanas: sed quid humanas ego dico im-
mò vilissimas, vt iurgia, contumelias & lachrymas, addo etiam res fędissimas, vt stupra, & adulteria, vt
certè multò maiore cum dignitate suæ domui præsit paterfamiliàs, quinimmo aries gregi quam Deus
in solio maiestatis suæ sedeat. Delphinum pisces omnes veluti regem colunt.

Pręterea regem non sic Aegyptus & ingens
Lydia, nec populi Parthorum Medus Hydastes
Obseruant (vt apes) rege incolumi mens omnibus vna est.
Ille operum custos, illum admirantur; & omnes
Circunstant fremitu denso, stipantq. frequentes:
Et sæpe attollunt humeris; & corpora bello
Obiectant. pulchramq; petunt per vulnera mortem.

Mitto nunc illa Persarum miracula Cambysis & Xerxis, ac maiestatem Darij venerandam & augu-
stam, omni reuerentiæ pietatisq. genere cultum, & barbaris ad orationibus auctam, longè à vulgi con-
spectu qui nil se minus decere arbitrati sunt, quàm accedere ad negotia, & in res vel etiam maximas
intendere cogitationé; cùm tamen ipsi homines voluerint vti familiarissimè diis, pugnas aduersus eos
inire, parumque abesse, quin ludibrio velut vnum è multis habuerint. Cæterùm si negotia quamuis
ardua

ardua tractare dignum regio fastigio non habebatur. quantò minus igitur æquum esse videbatur numen supremum rebus mortalib. operam dare, studiumq. suum & curam in vilissima quæq. conferre? E
in cuius splendore mentes omnes hebescant,& hallucinentur,honestatē potius admirentur, quàm vel appetendo consequantur,& plus sit semper,quàm audeamus optare: illius pulchritudinis,& æternitatis idola expressuræ linguæ obmutescant, ne dum vires eloquātur;vnde & omnis vita,est autem *αυχι-ψνοία*, fluxerit, omnisq. perfectio ad mortalium genus permanarit. Dignius igitur illius admirabili amplitudine Peripatetici reputarunt,si è summo cœli vertice vim suam ad extremas vsq. orbis vniuersi oras effundat,& initia motus mobili primo primùm à dextris suppeditans, mox cæteris orbib. à sinistris tot varietates, atq. illas quidem perpetuò præstet in regione elementorum, longè securissimus. Sed hoc opus,hic labor est edisserere,quemadmodum facultatem illam suam prestantissimam,& admirandam per vniuersum Deus O.M. ad centrum vsq. diffundat,vt nulla eius vel abiectissima sit pars, quæ Dei præsentia deserta iaceat, nulla quæ gubernationem & imperium fugiat.& ipsi non tanquam ministra ad nutum seruiat,& obtemperet. Legimus in iis quæ operantur per essentiam,operationem
a Timęo nullum afferre laborem. Id docuit & rectè Proclus, [a] itaq. vbi sit opus cum materia commune, vt in caducis(cœli.n. vt substantiæ per se,non vt materia constantis opus est conuersio) operationes afferre lassitudinem non id sat est: nihilò plus certiores sumus,quàm antea,cùm hoc didicimus. Itaq. nos eò redire oportet, vbi de vi finis copiosè disceptauimus & ex iis quæ tum decreta fuerunt, euoluenda F
dubitatio. Nouimus verò talem finis esse facultatem, vt omnia præfiniat, quæ ad ipsum diriguntur, hoc est,ea quæ ad illius adeptionem conferunt,aut necessariò requiruntur, & vniuersis quasi perpetuā legem imponat,cui pareant cuncta suaptè natura: nam cùm ostentet bonitatem contendentib. ea verò per seipsam sit expetenda, libenter ab ea seduci patiuntur,ac suoptè impulsu appetentia sectantur. Quod igitur appetunt, appetunt verò,quia bonum experiuntur,illud aut illud faciunt,vt eo bono potiantur. Ex quo etiam dici consueuit,hæc ita geri, quia sic bene sit, quod certè nil aliud significat, quàm quod ita comparetur illud bonum: quod expetunt. Ergo cùm Deus sit finis omnium primus,is etiam maximè omnium bonus est,& expetendus ab omnib. corporeis,incorporeis,animatis,& inanimis: ab incorporeis quidem,quæ sunt mentes,quia summus actus,summeq. intelligendus, proinde cùm sint potestate intelligendum;per id quoq. quod maximè tale est; actum suum, & perfectionem consequuntur: ab animatis, vt optimè distinguentia,quæ prosint,quæue noceant, hæc declinando, contraria fugiendo seipsa tueantur, & Veneris stimulis incitata ꝓpagent,sic immortalitati consulentia Deo,quantum licet,similia fiant: ab inanimis,vt appetitu naturali commota,per officia diuinum participent:ab essentiis & formis, vt sint; ab indiuiduis, vt per illorum successionem & propagationem formæ reddantur immortales. itaq. pro sua natura quæq. res agens Deo similis efficitur,qui semper est,erat semper,& semper erit per sæcula,semperq. actu,& in officio, seipsum contemplans, & vniuersis spectandum,præbens & expetendum,eodemq. modo semper, vt sit, quod natura nunquam non intueatur, G
neq. tempore vllo propter inconstantiam deseratur à bono. Atq. id est propriè gubernare,dirigere.s. quancunq. rem propter suum opus ad suum cuiusq. bonum, non vt inde quicquam sibi accedat: nullus.n. egens est,sed vt quod per se bonum est,bonum fiat iis quæ sub eius imperio sunt: nanq. ipsa posteaquàm experta sunt bonum,pro suæ naturæ propensione sic aguntur, vt conuenientem sibi perfectionem consequantur: nec aliter planè,ac cùm ad scopum peruenire volumus,oculos.n.telumq. tendimus,& manū tollimus,atq. deprimimus,prout nos admonet scopus,qui si moueri ponatur, vt auicula,sępe etiam se reget sagittarius ad tempus,& per varias inflexiones se accommodabit ad certā posituram,vt eò collimans assequatur propositum. Ita igitur vniuersi partes aguntur, & hoc modo se tuentur,& vnà quoq. totum quod in ipsis consistit,fouent atq. custodiunt. vna singulorum, atq. vniuersorum est solus. sic in exercitu,postquam tuba signum dare iussit imperator, & ad arma conclamatum est,ad arma,non induit hunc,& illum clypeo,vel lorica,nec equo imponit,aut alteri aquilam prębet,vel copias instruit: sed aquilifer aquilam sponte vellit,eques equum conscendit, parat pedes tormentum,arripit pilum: neq. ita faciunt singuli,quòd iis egeat imperator,& vt custodiatur ab illis: nam ciuitas imperatorem creauit,non vt ab exercitu seruaretur,sed vt ipsi præsideret. Quamobrem Pelopidas cùm exiret ad pugnam,rogaretq. vxor, vt se custodiret,alios respondit hoc esse monendos,ducem H
b Plut. verò,& imperatorem,vt ciues conseruet. Ferunt etiam [b] Paullum Aemilium petiisse secundum consulatum,& tulisse repulsam. Sed cum imperatorum mollitie,fortè & imperitia bellum contra Perseum,& Macedonas in longum duceretur,ideoq. Romani Cos. Paullum designassent, se illis gratiam habere nullam dixit.se.n.non quòd egeret imperio,sed quòd ipsi imperatore, fuisse delectum. Non possum me continere,quin vocem illam magnificam., vel etiam maximo rege dignam Hippolyti Medicis hoc loco commemorem. Nam cùm magnam manum hominum illustrium sua liberalitate sustineret,& à Clemente VII. quē iam ætas ad rem paullò attentiorem fecerat, accusaretur,quòd multos inutiliter aleret: vt erat ille magni animi, & planè regij vir, respondit etiam si illis ipse non egeo,at illi contrà me egent. Docet etiam Varro,vir,vt Romanus,longè eruditissimus,Imperatorem non dici facere,aut agere,sed rem gerere,idest, sustinere,quasi pendentes ex se fulciat, corruere non patiatur, labentes excipiat,consulat,retineat in officio. Sic igitur suæ salutis ergò vnusquisq. suo munere fungitur,& cùm è singulis confletur exercitus,subinde ex eorum salute salus vniuersi pendet. Eodem modo quoque existimandum est fieri in natura: nisi quòd id quod animalia cognoscendo pręstant, & appetitu animali concitata, reliqua solo naturæ impulsu efficiunt, nec secus atque in animalium motibus euenire

cocuerit

A docuerit Arist.[a] vt.n.hominum membra nulla contentione mente ipsa, ac voluntate mouentur, sic Dei numine omnia finguntur, mouentur, atq. mutantur: quem locum, quia alibi aptius attigimus, in pręsentia reticemus. Ita non ipse Deus vbiq. per essentiam, sicuti nec animus in omnibus partib. corporis, sed in vna prima cui sint adnexę alię partes, virtutis suæ præsentia singula regit, & moderatur; nam cùm sit appetitus obiectum quæ facultas excepto Deo per omnia pertinet; etiam se omnib. opponit expetendum. Hæc à Physico, certissima ratione, vt ipse opinatur, nempe motus via monstrata. Verùm tametsi huius excelsæ augustissimęq. virtutis essentia nec frontis oculis aspiciatur; mentemúe tu dem tenet; non idcirco quisquam negare audeat, nisi mente captus, & excors; at quod inanima consitentur obedientia, nos quib. est ratio data, cuius beneficio diuini sumus, Deum esse inficiabimur, vnde ad nos diuinitas illa permanarit? non'ne tam pulchra rerum varietas, tamq. admirabilis constantia nos admonebit hæc temerè non agi, sed ab optimo gubernatore sustineri? Ita igitur ex tam admirandis beneficiis in omne rerum genus collatis (est.n.commune philosophorum omnium, nonmodo eorum, qui Deum nihil ipsum habere negotij dicunt, sed eorum etiam, qui Deum semper agere aliquid & moliri volunt, nunquam nec irasci, neq. nocere) optimè intelligit quisq. esse præstò virtutem quandam prętantissimam, per omnia pertinentem quæ regat naturam iustissimis, & cuiq. conuenientissimis legib. ab illa essentia diffusam, quæ se receperit in eas regiones,

[a] Lib. de mot. anim. mot. an. c. 7.

B *Quas neque concutiunt venti, neque nubila nimbis*
Aspergunt, neque nix acri concreta pruina
Cana cadens violat; semperq. innubilus æther,

& vbi extra omnem aleam perturbationis tranquillissima securitate honestissimo otio, hoc est, nobilissima æternaq. cura summæ pulchritudinis, & honestatis aspectu, summiq. veri, idest, suipsius contemplatione fruatur. Quamobrem vos etiam Principes O. cùm habere in homines imperium sit quid diuinum; postquam sedatis animi affectib. per magnanimitatem, & iustitiam alios, & vos ipsos vincere didicistis, hominum fama beneficiorum memor in Serenissimorum concilio collocauit: altius.n.se extulit animus vester, quàm vt aliqua tristitiæ caligine tegatur, aut ventis inuidiæ conturbetur, aut ira, gratiaúe teneatur; aut ab vlla tempestate libidinum compellatur ad aliquid suscipiendum, quod beatitudinem vestram commaculare valeat. Vos ipsi nutu populos regitis, vt si quis à vob. aliquam operam in officio vestro flagitaret, illi similis foret, qui gubernatorem in nauigando nil agere diceret, cùm alij malos erigant, alij rudentes explicent, hi vela faciant, illi anchoras præcidant, ille gubernaculum manu tenens sedeat otiosus in puppi: nanq. etsi non facit ea quæ nautæ; at verò multo maiora, & meliora facit: neque.n.virib. aut cursu, corporisúe celeritate res magnæ geruntur, sed consilio, & auctoritate. C Hæc ignorantia plebem, vt ipsa putabat, industriam à patrib. ociosis segregauit, & in Auentinum perduxit, eam sustulit Agrippa Menenius vir sapientissimus prisco illo quidem & horrido dicendi modo sed consilij pleno illustrissima imagine membrorum qua conspirarunt in ventrem. Sic igitur omnia summa sapientia, summa constantia summaq. tranquillitate gubernantur à Deo. Verùm vt aliqua ex parte Platoni gratificemur; addemus etiam Deum se habere in vniuerso, velut in ciuitate legē, quæ cùm maneat affixa parieti, nec se loco moueat, in animis tamen ciuium qui illi subiecti sunt, impressa, singulos ex ordine mouent, atq. ita cum omnib. semper vna, & eadem voce loquens cuncta disponit, quæ ad salutem Reip. pertinere valeant: nam vallum milites imperio legis ascendunt; in curiā se conferunt Senatores; ad tribunalia properant iudices, atq. ita se se singuli tuentur ab incommodis, & in optimo statu, ciuitas vniuersa conseruatur. Ita Deus ipsa lex est non scripta, nec nata, sed ipsamet diuina mens, æterna, & prorsus immobilis sapientia, quæ vndiq. omnia exæquat, nil omittens solutum, nec linquens vllum propriæ stationis opus, quin ipsi caueat; nullam emēdationem tolerans, varietatemúe accipiens, multò rectior & stabilior, quàm vt odiis, & simultatib. auaritiaúe hominum figi, refigiq. possit, vel à barbaro, & impotente victore peruerti: hoc iure nil maius, sanctiusq. cogitari potest: hoc neque gratia inflectitur, neq. potentia perfringitur, nec adulteratur pecunia. Huius igitur sanctissimi D numinis auspiciis regitur, atq. gubernatur quicquid in mundo continetur: quare omnes omnium cōmensus intra se habet, & pro ratione singulorum singulis aptissimè vtens consultor est, & prouidus vtilitatum, oportunitatumq. omnium. is in diem suppeditat quid agendum, quapropter etiam ab omnibus nationib. & gentib. ornatur nominib. & epithetis quæ quidem incomprehensibili excellentia, demumq. augustissima sunt plena maiestate: nanq. ab illis Ζεὺς, vt vitæ muneris sanè præstantissimi dator, idem quoq. iuuans pater O.M.& à nob. Deus non immutata voce θεὸς sumpta à Græcis, ex officio contemplandi, sed etymo ducto à dando magnificentius appellatus est, quasi omnium bonorum (malum.n.nihil est) sine vlla exceptione dator. Hæc nob. Peripatetica musa dictabat. Sed nos, postquam huc humanitus speculando sumus elati, cum piis viris, & sibiipsi clarissimis vnum te, & solum præpotentem Deorum Deum O.M. auspicem, auctorem, conseruatorem, initium, & finem supplices inuocemus, & omnis architectum sapientiæ celebrantes optemus, vt mens nostra, quæ in sordes immersa corporeas, nil nisi lubricum, & fallax attingit, ab æterno tuæ diuinitatis splendore collustrata per hos corporum gradus ad te peruenire valeat, omniq. ignorantiæ depulsa caligine, tui solius in admiratione conquiescat.

FINIS LIBRI DECIMI ET VLTIMI.

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

A.

Qqqq Actus

Communia

E.

Fienti

G.

Generantis

H.

I.

Imperfectio

L.

Loci

M.

Moueri

O.

R.

Perpetuitas

Q.

T.

V.

Vnum

FINIS.



REGISTRUM.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.
Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr.

Omnia ſunt Terniones, pręter *a* quod eſt Duernio, & Pppp quod eſt Quaternio.

FLORENTIAE,
Jn Officina Bartholomæi Sermartellij.
M D X C I.

Johannes de Mon